3 1761 08262224 2

Digitized by the Internet Archive
in 2015

https://archive.org/details/opraomniadecemto05sylv

R. P. D. F. JOANNIS

DA

SYLVEIRA

OLYSSIP. CARMELITÆ,

REGULARIS OBSERVANTIÆ,

SACRÆ THEOLOGIÆ PRIMARII

LECTORIS JUBILATI,

COMMENTARIORUM

in Textum Evangelicum


TOMUS QUINTUS.

EXPLANANS CHRISTI DOMINI DISCESSUM,

à geſtis in Cœnaculo uſque ad ejus admirabilem Aſcenſionem.

Præter Indices Communes additus eſt Index Generalis in quinque Tomos, indicans unumquodque Evangelium explicatum ſuo ordine; juxta ritum Romanæ Eccleſiæ.

EDITIO QUINTA, ab Authore recognita, emendata, & aucta.



LUGDUNI,

Sumptibus ANISSON, & POSUEL.

M. DC. XCVIII.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

LIBRARY
DEC 6 1968
UNIVERSITY OF TORONTO

BS
2335
S85
1697
t.5

INFINITÆ SAPIENTIÆ GENITRICI SANCTISSIMÆ VIRGINI MARIÆ.

Epiſtola Dedicatoria.

AUCTOR eſt Simon [a] Metaphraſtes, quòd dum VIRGO ſtares juxta crucem, linteo veluti extenſo excipiebas defluentem ſanguinem, ex quinque vulneribus dilectiſſimi Filii tui, ut illum per totum orbem diſtribueres, ac diffunderes, tanquam *cœleſtium donorum diſpenſatrix*, ut ait Bernardinus [b] & omnium benedictionum *uberrima ſcaturigo*: ut loquitur D. Damaſcen. [c] O SACRATISSIMA DEI MATER, ex hoc pretioſo, ac infinito theſauro, quem ex largiſſimis quinque fontibus Filii tui tam abundanter ſuſcepiſti, tantillum diſtillare concede ſuper hos quinque noſtros Tomos, tuâ ope, ac favore maximè indigentes, ac eſurientes; tuis enim auſpiciis geniti, educati, ac in ultimam hanc ætatem provecti ſunt, & cum omnis illorum tractatio ſit de Filio tuo, de Te etiam differit: nam *quæ filii, matris ſunt*, ut ſcribit Hildephon. [d] peculiariter tamen hoc viſitur in hoc quinto, ac ultimo fœtu, in quo quinque illuſtriſſima magnalia tua veniunt decantanda, ac celebranda. Agitur namque in eo de Inſtitutione ſacræ Euchariſtiæ, quæ magis pro Te ſola, quàm pro reliquis fidelibus ſimul conglomeratis, fuit inſtituta, ut alibi multo rationum pondere probavi. [e] Agitur de morte, ac paſſione Filii tui, cujus dolorum, pœnalitatum, ac tormentorum, *clariſſimum ſpeculum effectum erat cor tuum, necnon perfecta mortis imago*; ut Auctor eſt D. Laurent Juſtin. [f] Agitur de glorioſa, ac triumphali ejus Reſurrectione, ad quem feſtivo applauſu Patres è limbo, Angeli è cœlo Tibi gratulantes advenerunt, ut teſtatur D. Vincent. Ferreira. [g] Agitur de filii tui admirabili Aſcenſione, in qua *honorans humanam naturam, ſed multò magis maternam*: ut fatur D. Auguſtin. [h] cum ipſammet carnem, quam in utero tuo aſſumpſit, ſuper Aſtra tranſvexit, & cum ea ad dexteram Patris ſedeat. Agitur de tua ſingulari pietate, ac clementia, quâ conſtituta es omnium fidelium ſpiritualis Mater: nam cùm Filius tuus penderet in cruce, Te dedit Matrem Joanni. In Joanne omnes diſcipuli, ac fideles intelligebantur; ut tradit Ruffinus. [i] Nunc liceat cum Magn. Bernard. [l] exclamare: *O infinita Dei bonitas, quæ humani generis univerſum pretium contuliſti in manibus piiſſimæ Matris*! Nunc ergo tuâ ſolitâ pietate, mentem illumina, linguam guberna, manum dirige, in profundum, ac vaſtiſſimum Myſteriorum vehemur pelagus, ita ut de uno verbo à Filio tuo prolato in cruce, dicat D. Paſchaſ, [m] *Quòd nullus mortalium intellectus poteſt intelligere, quanta, & qualia ſint illius Sacramenta.* Quid ergo in tam abditis arcanis mens noſtra tenuis, lingua balbutiens, manus tremula, veluti pueri ad prima elementa, valeat proferre: niſi tantillum tui fulgoris benignè ſplendeat? Et ideò hîc tranſcribam elegantiſſima, ac piiſſima verba tui devotiſſimi, ac ſapientiſſimi Idiotæ: [n] *Quid in tam vaſta amplitudine Myſteriorum, quid in tam profunda altitudine Sacramentorum, quid in tam infinito, ac immenſo abyſſo ſanè; ſi tua verò benignitas ô Virgo aliquid non inutile.* Unde, ut jam dixi, iterum dico, & centum millies dicam, ſi quid in toto hoc Opere, laudis, ac gloriæ apparet. Tibi ut omnium Magiſtræ, ac Doctrici tribuatur? ſi quid verò ſylveſtre, rude, ac agreſte, mihi omnium minimæ creaturæ Fr. JOANNI DA SYLVEIRA, ut Authori, referatur.

a *Metaphraſtes.*
b *Tom. 3. ſer. 11. a. 2. 3.*
c *Orat. 1. de Dormi.*
d *Lib. de part. Virg.*
e *tom. 3. cap. 13. quaſt. 18.*
f *De Chriſti agone c. 22.*
g *Serm. 1. de Paſch.*
h *Serm. de Aſſumpt. Tom. 9.*
i *Ad c. 49. Gen.*
l *Serm de aqua ductu.*
m *Lib. 12. ad illud verbum:* Deus, Deus meus.
n *Lib. de Virg.*

ſ 2 EX

EX commiſſo R.P.Fr Fabiani à Regibus Provincialis electi Carmelitarum, legi hunc quintum Tomum à R. P. M. Fr. JOANNE DA SYLVEIRA nuper editum, imò roſetum promovens novas roſas, ſicut ex præcedentibus Tomis: Sylvæ enim germinant roſas:

Conveniunt rebus nomina ſæpè ſuis,

——— Auctoris nomine teſte.

Nihil in eo inveni, quod Catholicæ fidei obſtet; lector inoffenſo pede ſpatietur: ob cujus dilucidationem tomi, nil reperiet quid roget, nil quid corroget, ex veteribus ſententiis nova colliget; in ſacro textu explicando mirabitur ſapientiam, dexteritatem ingenii comitantem: quapropter dignum cenſeo opus typis ſæpè mandandum. Quòd ſi fortè invidia aliquem mordeat, conſulat Poëtam dicentem:

Qui ducis vultus, & non legis iſta libenter,

Omnibus invideas livide, nemo tibi.

Dat. in hoc Carmel. Ulyſſiponenſis, die 14. Martii, anni Domini 1657.

M. Fr. GONDIÇALUS ab Angelis.

DE mandato Reverendi Patris Fratris Fabiani à Regibus, hujus almæ Provinciæ Luſitaniæ Provincialis, hunc quintum Tomum *noſtri ſapientiſſimi Doctoris R. P. F. Ioannis da Sylveira Sacræ Theologiæ Primarii Profeſſoris emeriti*, non ſine admiratione, & maxima animi voluptate perlegi. Continet *geſta Chriſti Domini à cœnaculo uſque ad ejus admirabilem Aſcenſionem*: & mirabili ſanè aſcenſu ſapientiſſimus Pater, explicatis ingenii nervis mentis aciem ad tractationem entheatarum rerum, & intimis cœleſtis diſciplinæ abditis erutarum adeo extulit, ut quod *Dominus magnus voluerit ſpiritu intelligentiæ replere illam*, facilè quiſque valeat ſuaderi: verè enim *os ejus loquitur ſapientiam*, & planè os ſuum aperit non in parabolis, ſed in veris ſermonibus difficiliores aperit parabolas; non in ænigmatibus, ſed in Catholicis dogmatibus profundiora ſolvit ænigmata. Unde nón mirum, quòd tam plauſibilis omnibus ſit ejus ſcribendi ſuavitas, cui tanta adeſt in judicandis rebus ſolertia; in tradendis exquiſitiſſima methodus, in evolvendis Patribus, & Doctoribus, ſtudium indefeſſum, teſtor reliqua *noſtri Magiſtri Sylveira* ſcripta verè aurea & monumenta propè entheata, quæ quanti ſint ab omnibus habita, à cunctis requiſita, & undique ingenti pretio procurata; ambigit nemo, cum ſæpè ſæpiùs typis mandata ſint. Opus hoc ſimiliter aureum bonos mores non oſtendit, ſed defendit; Orthodoxam fidem non lædit, verùm illæſam propalat: unde potiùs judico Encomiaſte, quàm Cenſore dignum, & ut prælo mandetur digniſſimum propter expectantium utilitatem, & deſideria. Ita cenſeo: in quorum fidem proprio nomine, & propria manu ſubſcripſi in Collegio Carmelitarum Conimbricenſi die 4. Januarii anno 1657.

Fr. EDUARDUS DEÇA, Lector primarius & regens ſtudiorum.

EX

EX ſuperiorum decreto hunc præclarum quintum Tomum in Textum Evangelicum Authore R. P. ac ſapientiſſimo Doctore Fr. Joanne da Sylveira, ſedula, quâ potuit, diligentia evolvi: & dum illum legerem, accidit mihi, quod Magno Baſilio ſcripta intimi amici ſui D. Gregorii Nazianzeni legenti contigit, *Agnovi enim opus*, ait Baſilius, *ut hi facere ſolent, qui amicorum libros ex ſimilitudine in eis conſpicua agnoſcunt*: Si quidem in hoc quinto Volumine (à ſuperioribus non abſono, imò potiùs germano) inveni ampliſſimam doctrinæ meſſem, & locupletiſſimum eruditionis theſaurum; cum elegantiſſimo, ac clariſſimo ſtylo; tum in eruendis Sacræ Scripturæ ſenſibus; tum in quæſtionibus difficillimis decidendis ſubtilitatem, ac dexteritatem. Inde Lirinenſis verba uſurpo: *Cujus quot penè verba, tot ſententiæ; quot ſenſus, tot victoriæ.* Et ſi in eo multa ex antiquis Patribus, magna lectione, deprompta ſunt: multa etiam denuò magno ingenii acumine inventa. Nec ulli mirum ſit, quod poſt tot doctiſſimos Evangeliorum Interpretes, noviter multa hîc exarata reperiantur; dicam enim eis cum D. Ambroſio: *Quos hoc movet*, ait Sanctus Doctor, *reprehendant meſſem, quia ſera fœcunditas eſt: reprehendant vindemiam, quia in occaſu anni eſt: reprehendant olivam, quia poſtremus eſt fructus.* Tantorum ergò ſtudiorum fructus hujus libri maximè maturus, ac proportionatus eſt Fidei Catholicæ dogmatibus, ac pietatis, & Religionis documentis: indéque digniſſimum prælo, ac æternitate judico. In collegio Carmelitarum Conimbricenſi, die 8. Martii anno Domini 1657.

Epiſtol. ad Greg.

Cap. 22 Commonit.

Lib. 5. Epiſt. contra Symmachum.

Fr. ANTONIUS A SPIRITU SANCTO
Vicarius Collegii Conimbricenſis.

PATER Frater Fabianus à Regibus Provincialis electus Ordinis B. Virginis Mariæ de monte Carmelo Regularis Obſervantiæ, in Luſitaniæ, Algarbiorúmque Regnis: poteſtate mihi tradita à Reverendiſſimo Patre noſtro Magiſtro Fratre Mario Venturino totius Ordinis Generali, facultatem præbeo Reverendo admodum Patri Fr. Joanni da Sylveira Primario Theologiæ Profeſſori Jubilato; ac Magiſtro Regenti, Præceptoríque meo amantiſſimo, ut quintum hunc Tomum Commentariorum in Evangelicum Textum à ſe editum, & à viris doctis noſtræ Provinciæ recognitum, & approbatum, typis mandare poſſit. In quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas præbuimus in Ulyſſiponenſi Carmelo die 30. Martii, anno Domini 1657.

P. Fr. FABIANUS à Regibus Provincialis electus.

LICENTIA ORDINARII.

ANTONIUS DE NEUFVILLE Preſbyter, S. Juſti Abbas; & Vicarius Generalis in ſpiritualibus, & temporalibus Sedis Archiepiſcopatus Lugdunenſis: Opus inſcriptum *R. P. D. Fr. Joannis da Sylveira Commentariorum in Textum Evangelicum Tomus V.* à Theologis approbatum, ut in lucem edatur facultatem concedo. Lugduni die 10. Decembris 1658.

ANTONIUS DE NEUFVILLE.

Summa Privilegii Regis Chriſtianiſſimi.

CAUTUM eſt authoritate Regis; ne quis in Regno ſuo, aliíſve locis ſuæ ditioni ſubjectis, intra novem proximos annos: Librum qui ſic inſcribitur, *R. P. Fr. Joannis da Sylveira Ulyſſiponenſis Carmelitæ Regularis Obſervantiæ*, &c. *Commentariorum in Textum* miſſu, imprimat, aut divendat, à die publicationis horum exemplarium: qui ſecùs fecerit, mulcta indicta, prout ampliùs in Diplomate Regio continetur, mulctabitur. Datum Lugduni 12. Decembris 1658.

De mandato Regis; Signatum, DENIS.

Deſiit prælum primæ editionis 10. *Februarii* 1659.

RECENSIO
EVANGELISTARUM CAPITUM.

D. MATTHÆUS.

CAP. XXVI.

FACTUM eſt cum conſummaſſet Jeſus hos ſermones. Conſpiratio Sacerdotum cum Juda adverſus Chriſtum. lib.8.cap 2

Cum Jeſus eſſet in Bethania in domo Simonis. Unctio facta Magdalenæ in Bethania. l.7. c. 1

Tunc abiit unus de duodecim qui dicitur Judas. venditio Judæ. l. 7. c. 3

Prima autem die Azymorum acceſſerunt diſcipuli: Cœnaculum præparatum. l. 7. c.4

Dico vobis quia unus veſtrum me traditurus eſt Prædicitur proditor Judas. l.7. c.6

Cœnantibus autem eis accepit Jeſus panem. Inſtituitur ſacra Euchariſtia. l.7. c 7

Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte. Prædicitur Petrus negans. l.7. c 10

Hymno dicto exierunt in montem Oliveti Jeſus apud Hortum. l. 8. c. 2

Ecce Judas venit & cum eo turba multa. Comprehenditur Jeſus. l. 8. c.3

Quærebântque falſum teſtimonium contra Jeſum. Falci teſtes. l 8. c. 4

Tunc expuerunt in faciem ejus. Facies velata l. 8. c. 4

Petrus autem ſequebatur eum. Petrus negans l.8. c.5

CAP. XXVII.

Mane autem facto conſilium inierunt. Judæorum concilium. l.8 c 6

Tunc videns Judas qui eum tradidit. Suſpenditur Judas. ibid.

Per diem autem ſolemnem conſueverat præſes Proponitur Jeſus & Barrabas. l. 8 c. 9

Sanguis ejus ſuper nos. Populi clamór. ibid.

Jeſum autem flagellatum tradidit eis. Jeſus flagellis cæſus. l.8. c.10.

Et exuentes eum chlamydem coccineam circumdederunt eum. Jeſus ſpinis coronatus. l 8. c. 11

Duxerunt eum ut crucifigerent. Jeſus bajulans crucem. l.8. c.12

Et veniunt in locum qui dicitur Golgotha. Crucifigitur Jeſus. l.8 c.13

Diviſerunt veſtimenta ejus ſortem mittentes. Sortes in veſtes. l. 8 c. 14

Poſuerunt ſuper caput ejus cauſam ejus ſcriptam, Jeſus Nazaranus Rex Judæorum. Titulus in cruce. ibid.

Prætereuntes autem blaſphemabant eum. Blaſphemiæ in ore Judæorum. ibid.

Idipſum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo. De bono latrone. l. 8. c. 16.

Clamavit Jeſus voce magna: Eli, Eli, lammaſabacthani. Quartum Chriſti verbum. l 8. c 18

Jeſus autem iterum clamans voce magna emiſit ſpiritum. ibid.

A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram Prodigia in morte Chriſti. l.8.c.19

Cum ſerò eſſet factum venit quidam homo dives ab Arimathea. Sepultura Jeſu. l. 8. c. 21

CAP. XXVIII.

Veſpere autem Sabbati quæ luceſcit in prima Sabbati. Jeſus reſurgens. l.9 c.1

Et exierunt cito de monumento. Jeſus apparet mulieribus. ibid.

Undecim autem diſcipuli abierunt in Galilæam. Jeſus apparet diſcipulis in Galilæa. lib.9

Data eſt mihi omnis poteſtas. Prædicatur myſterium Trinitatis. ibid.

D. MARCUS.

CAP. XIV.

Erat autem Paſcha azymorum. Conſpiratio Judæorum cum Juda adverſus Chriſtum. l 7. c. 2

Cum eſſet in Bethania in domo Simonis Unctio Magdalenæ. l.7. c.1

Judas Iſcariotes unus de duodecim. Venditio Judæ. l 7.c.3

Prima die azimorum quando Paſcha immolatur Cœnaculum præparatum. l.7.c.4

Unus ex vobis tradet me. Prædicitur proditor Judas l 7.c.6

Manducantibus illi accepit Jeſus panem. Inſtituitur ſacra Euchariſtia. l. 7. c. 7

Omnes vos ſcandalizabimini in me. Prædicitur Petrus negans. l. 7. c. 10

Et veniunt in prædium cui nomen Gethſemani. Jeſus apud hortum. l. 8. c. 2

Venit Judas Iſcariotes cum turba multa. Comprehenditur Jeſus. l.8 c. 3

Quærebant adverſus Jeſum teſtimonium falſum. Falſi teſtes. l. 8. c. 4

Et cœperunt conſpuere eum, & faciem velare. Facies velata. ibid.

Petrus autem à longè ſecutus eſt eum. Petrus negans. l.8. c.5

CAP. XV.

Vincientes Jeſum duxerunt & tradiderunt Pontio Pilato. Jeſus apud Pilatum. l 8. c. 6

Per diem autem feſtum ſolebat dimittere. Proponitur Jeſus & Barrabas. l.8. c.9

Induunt eum purpura & imponunt ei coronam ſpineam. Jeſus ſpinis coronatus l. 8 c.11

Ducunt illum ut crucifigerent eum. Jeſus bajulans crucem. l.8. c 12

Perducunt illum in Golgotha locum. Jeſus crucifixus. l. 8. c. 13

Diviſerunt veſtimenta ejus. Sortes in veſtes. l 8.c.14

Titulus ſcriptus Rex Judæorum. Titulus in cruce. ibid.

Prætereuntes blaſphemabant eum Blaſphemiæ Judæorum. ibid.

Hora nona clamavit Jeſus voce magna. Quartum Chriſti verbum. l.8.c 18

Jeſus autem emiſſa voce magna expiravit. Chriſti mors. ibid.

Et facta ora ſexta tenebræ factæ ſunt. Prodigia in Chriſti morte l. 8. c.19

Cum jam ſero eſſet factum quia erat Paraſceve. Sepultura Jeſu. l 8. c.21

CAP. XVI.

Maria Magdalene, & Maria Jacobi & Salome emerunt

emerunt aromata. Jeſus reſurgens. l.9.c.1
Apparuit primo Mariæ Magdalenæ. Jeſus apparet Magdalenæ l 9.c.2
Recu- bentibus illis undecim apparuit Jeſus. Aſcendens Jeſus in cœlum. l.9.c.10

D. LUCAS.

CAP. XXII.

Appropinquabat autem dies feſtus azymorum. Conſpiratio Judæorum adverſus Jeſum. l.7.c 2
Intravit autem Satanas in Judam. De venditione Judæ. l.7.c.3
Venit autem dies azymorum, in qua neceſſe erat occidi Paſcha. Cœnaculum præparatum. l.7.c.4
Ait illis deſiderio deſideravi hoc Paſcha. Inſtituitur ſacra Eucharíſtia. l.7.c.7
Facta eſt contentio inter eos. Contentio Diſcipulorum. l.7.c 8
Ecce Satanas expetivit vos ut cribraret. Prædicitur Petrus negans. l.7.c 10
Egreſſus ibat ſecundum conſuetudinem in montem Olivarum. Jeſus apud Hortum. l.8.c 2
Ecce turba & qui vocatur Judas. Comprehenditur Jeſus. l.8.c 3
Et velaverunt eum, & percutiebant faciem ejus. Facies velata. l.8.c 4
Petrus verò ſequebatur eum à longè. Petrus negans. l.8.c.5
Et factus es dies. Judæorũ conſilium. l.8.c.7

CAP. XXIII.

Et ſurgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum Jeſus ad Pilatum. l.8 c 7
Herodes autem Jeſu viſo gaviſus eſt. l.8.c.8
Pilatus autem convocatis principibus Proponitur Jeſus,& Barrabas. l.8.c 9
Nolite flere ſuper me Jeſus bajulans crucem. l.8.c 12
Poſtquam venerunt in locum, qui vocatur Calvariæ. Jeſus crucifixus l.8.c.13
Dividentes veſtimenta ejus. Sortes in veſtes. l.8.c.14
Unus autem de his qui pendebat latronibus Bonus latro. l 8.c.16
Pater in manus tuas commendo Spiritum meum Chriſti mors. l.8.c.18
Erat autem ferè hora ſexta, & tenebræ factæ ſunt ſuper univerſã terrã Prodigia in morte Chriſti l.8.c.19
Ecce vir nomine Joſeph decurio Ieſu ſepultura. l.8.c.21

CAP. XXIV.

Uno autẽ Sabbati valdè diluculo. Jeſu reſurgens. l.9.c.1
Ecce duo ex illis ibant ipſa die in Caſtellum. Diſcipuli in Emmaüs. l 9.c.3
Stetit Jeſus in medio eorum, & dixit eis pax vobis. Diſcipuli congregati. l.9.c.4

D. JOANNES.

CAP XII.

Ante ſex dies Paſchæ venit Jeſus Bethaniam. Unctio Magdalenæ. l.7.c.1

CAP. XIII.

Ante diem feſtum Paſchæ ſciens Jeſus quia venit hora ejus. Pedum ablutio. l.7.c.5
Cum hæc dixiſſet Jeſus turbatus eſt ſpiritu Prædicitur proditor Judas. l.7 c.6
Mandatum novum do vobis. Mandatũ novum l.7.c.9
Dixit ei Simon Petrus Domine quo vadis? Prædicitur Petrus negans. l.7.c.10

CAP XIV.

Non turbetur cor veſtrum &c. in domo Patris mei. Thomas & Philippus interrogant. l.7.c.11
Si diligitis me mandata mea ſervate, & ego rogabo Patrem. Non relinquendi orphani l.7.c.12
Si quis diligit me ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum. Diligens ſervat mandata. l.7.c.13

CAP. XV.

Ego ſum vitis, vos Palmites Vitis,& Palmites l 7 c.14
Hoc eſt præceptum meum ut diligatis invicem Præceptum invicem diligendi. l.7.c.15
Cum venerit Paracletus quem ego mittam vobis. Cum venerit Paracletus l.7.c.16

CAP. XVI.

Vado ad eum qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me. Vado ad eum. l.7 c 17
Modicum & jam non videbitis me Modicum non videbitis me. l.7 c.18
Si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis. Si quid petieritis l 7.c.19

CAP. XVII.

Jeſus ſublevatis oculis in cœlum, dixit. Pater venit hora Oratio Chriſti in cœnaculo per totũ cap. l.7.c.20

CAP. XVIII.

Egreſſus eſt Jeſus cum diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron. Jeſus apud Hortum. l.8.c.2
Sciebat autem Judas qui tradebat eum, locum Comprehenditur Jeſus. l.8.c.3
Adduxerunt eum ad Annam primum. Jeſus apud Annam & Caipham. l.8.c.4
Unus aſſiſtentium dedit alapam Jeſu. Jeſus percutitur in facie ibid.
Sequebatur autem Jeſum Simon Petrus. Petrus negans l.8.c.5
Adducunt eum à Caipha in prætorium. Jeſus coram Pilato. l.8 c 7
Eſt autem conſuetudo vobis Jeſus & Barrabas. l.8.c 9

CAP. XIX

Tunc ergo apprehendit Pilatus Jeſum & flagellavit eum. Jeſus flagellis cæſus. l.8 c 10
Milites plectentes coronam ſpineam impoſuerunt capiti ejus, Jeſus ſpinis coronatus. l 8.c.11
Jeſus bajulans crucem exivit in eum Jeſus bajulans crucem. l 8.c.12
Milites acceperunt veſtimenta ejus. Sortes in veſtes ac de tunica inconſutili. l.8.c.14
Scripſit autem titulum Pilatus. Titulus in cruce ibid.
Pater dimitte illis. Jeſus orat pro inimicis. l.8.c.15
Stabant autem juxta crucem Jeſus & mater ejus. Deipara juxta crucem. l.8. c.17.
Dixit Jeſus ſitio. Quintum Chriſti verbum ac mors ejus ſacratiſſima. l 8 c.18
Judæi ergo quoniam paraſceve erat. Lancea latus aperitur. l 8 c.20
Poſthæc autem rogavit Pilatum Joſeph ab Arimathæa. Domini ſepultura l.8 c. 21

CAP. XX.

Unâ autem Sabbati Maria Magdalena venit manè. Jeſus reſurgens. l 9 c 1.
Exiit ergo Petrus & ille alius diſcipulus, & venerunt ad monumentum. Petrus & Joannes currunt ad monumentum. l 9 c. 2
Maria ſtabat ad monumentum foris plorans Maria foris plorans ibid.
Cum ergo ſero eſſet die illa una Sabbatorum. Diſcipuli congregati. l 9. c.4
Dixit eis accipite Spiritum ſanctum. Datur Spiritus ſanctus. l 9. c 4
Thomas unus de duodecim non erat cum eis quando venit Jeſus. Thomas Apoſtolus l 9. c.5

CAP XXI

Manifeſtavit ſe iterum Jeſus ad mare Tiberiadis. Diſcipuli ad Mare Tiberiadis. l 9. c.6
Simon Joannis diligi me plus his. Pontificatus Petri. l 9. c. 7
Converſus Petrus vidit illum diſcipulum, quem diligebat Jeſus ſequentem, Joannes Apoſtolus. l.9 c 8

S E R I E S

Capitum, & Quæſtionum hujus quinti Tomi.

LIBER VII.

Chriſti opera in cœnaculo explanans.

CAP. I.

Unctio facta à Magdalena in Bethania.

QUÆST. I. *Quibuſnam facta eſt hac cœna, & in qua domo?* pag. 2

2. *Quare in cœna Lazarus recumbit, & Martha miniſtrat.* p. 3

3 *Quare Joannes exprimit nomen Mariæ, quod Lucas ſubticuit?* p 4

4 *Quare Magdalena modo, & non antea effudit libram unguenti pretioſi piſtici ſpicati, explitantur hac nomina?* p. 5

5 *Quare ergo in præſenti valor, ac pretium unguenti explicatur, non vero quando in domo Phariſæi, primo Maria unxit Jeſu pedes?* p 6

6 *Quare Maria fracto alabaſtro effudit unguentum ſuper caput, ac pedes Jeſu recumbentis?* ibid.

7 *An ſolus Judas fuerit indignatus?* p 8

8 *Quare unguentum dandum pauperibus dicitur, ne fieret perditio?* ibid.

9 *Quare Evangeliſta Joannes explicat Judam furem eſſe, expenditurque Evangeliſtæ textus?* p. 9

10 *Quare Chriſtus Dominus commiſit loculos Judæ, quem futurum furem præſciebat.* p. 10

11 *Quare Chriſtus Dominus reprehendit ſuos diſcipulos, & mulierem laudat?* p 12

12 *Quare dicitur quod Magdalena unxerit Dominum ad ſepulturam?* p. 13

13 *Quare mulieris factum prædicandum dicitur in toto mundo?* p. 14

14 *Quare huic unctioni in Bethania promittitur prædicatio in toto mundo; non verò primæ, quam præſtitit, ut narrat D. Lucas?* p. 15

CAP. II.

Conſpiratio Sacerdotum cum Juda adverſum Chriſtum Dominum.

QUÆST. I. *Quare abſolutè dicitur Chriſtum tradi ad crucifigendum, & non exprimitur à quo tradendus ſit?* p. 18

2 *Quid Chriſtus egerit illo biduo ante eſum Agni Paſchalis?* ibid.

3 *Quare ad Concilium convocantur princeps Sacerdotum, Scribæ, & ſeniores populi, & primi numerantur Sacerdotes?* p. 20

4 *Quare Judæi dicunt Chriſtum non occidendum in die feſto?* p 21

CAP. III.

De venditione Judæ.

QUÆST. I *Quomodo Diabolus intraverit in Judam?* p. 22.

2 *Quare tam accuratè Evangeliſta notat circunſtantiam temporis, illa particula* tunc, *quæ expenditur?* p. 23

3 *Explicatur illa particula*, tunc, *quoad ſenſum moralem.* ibid.

4 *Quare Judas exiens unus dicitur, qui nec alios Apoſtolos fœdavit, nec eorum duodenarium numerum minuit?* p. 25

5 *Quare dicitur de Juda, quod abierit ad principes Sacerdotum?* ibid.

6 *Ex quo motivo Judas voluit Chriſtum vendere?* p. 26

7 *Verba Judæ dicta ad Judæos expenduntur?* p 27

8 *Quare alia verba, quæ Judas dixit ad Judæos, ſubticuerunt Evangeliſtæ?* p. 28

9 *Quare Judas non ſolum voluit nummos ex crumena Apoſtolorum, ſed etiam eos comparare ex Chriſti venditione?* p. 29

10 *Quodnam eſſet pretium argenteorum, quibus Chriſtus venditus eſt?* ibid.

11 *Quare cum venditio Patriarchæ Joſeph extiterit figura venditionis Chriſti, non tamen eodem pretio legitur venditus?* p. 31

12. *Quare Chriſtus Dominus paſſus eſt vendi à Juda & triginta denariis?* p 32

CAP. IV.

Cœnaculum præparatum.

QUÆST. I. *Quiſnam eſſet primus dies azymorum, cum aliis difficultatibus expenditur* p. 34

2. *Quare diſcipuli quærunt, ubi ex Domini mandatò paranda ſit Paſcha!* p. 35

3. *Quiſnam eſſet iſte homo, ad quem Apoſtoli mittuntur?* p. 36

4. *Quare Chriſtus non expreſſit, ſed ſubticuit nomen hujus hominis, ad quem mittebantur diſcipuli?* p. 37

5 *Quare pro ſigno domus dedit Chriſtus puerum aquæ amphoram portantem.* p. 38

6. *Quare cœnaculum grande, ac ſtratum eligitur ad hanc Chriſti cœnam?* p. 39

7. *Quare ad Chriſti cœnam deſignatur cœnaculum in ſuperioribus?* p. 40

8. *An Chriſtus in cœna legali Agni Paſchalis jacuerit vel ſederit, ſeu ſteterit?* p. 42

9. *Quam magnificatus fuerit vir iſte, qui præſtitit Chriſto cœnaculum ornatum, ac omnia ad cœnam agiturque de ornatu templorum?* ibid.

CAP. V.

Pedum ablutio.

Quæſt. I. *Quare dicitur ante diem feſtum, & non potius ante noctem feſti?* p. 44

2. *Quare tempus Paſchale eligitur ad Chiſti mortem?* p 45

3. *Quare Evangeliſta in præſenti caſu Chriſti ſcientiam commemorat?* p. 46

4. *Quare Evangeliſta tripliciter facit mentionem de Chriſti ſcientia?* p. 47

5. *Quare tempus mortis Chriſti dicitur hora ejus?* p. 48

6. *Quare mors Chriſti dicitur tranſitus?* p 49

7. *Quare cum de morte eſt ſermo, prima perſona divina dicitur Pater; cum verò de generatione æterna agitur, dicitur Deus?* p. 50

8. *Quare Evangeliſta ad explicandum Chriſti amorem, potius utitur verbo* Diligo, *quam* Amop. 51

9. *Quare Evangeliſta de Chriſto ait:* Cum dilexiſſet, dilexit, p. 52

10. *Quare cũ in hac occaſione Evãgeliſta agit de Chriſti amore, ſemper de eo loquitur in præteriit?* p. 53

11. *Quod*

11. Quod Evangeliſta exprimit quod Chriſtus ſuos diligebat, & quinam ſunt iſti ſui ? p.54
12. Quare Evangeliſta non ſolum dicit quod Chriſtus diligebat ſuos, ſed etiam exprimit, qui erant in mundo ? p.55
13. Quare Evangeliſta ait quod Chriſtus dilexerit ſuos in finem ? ibid.
14. Expenditur iterum illa particula in finem, ſecundum aliam lectionem. p.57
15. Eximius, ac vehemens Chriſti amor in fine graviter quadam figura explicatur. p.58
16. Quare in cœna, ac ablutione pedum Joannes proditionis Judæ meminit. p.60
17. Quare dicitur quod diabolus miſiſſet in cor, ut traderet eum, quæ profundè ſuis difficultatibus explicantur ? ibid.
18. Quare Evangeliſta dicturus Domini deſcenſum ad pedes diſcipulorum lavandos, prius ejus tamen clariſſimam ſcientiam prænotavit ? p.62
19. Quare cum ſcientia omnipotentiæ, ac eſſentiæ divinæ Chriſto communicatæ connectitur etiam mortis ſcientia ? p.63
20. Quare dicitur, quod Pater dederit Chriſto D. omnia in manus ? ibid.
21. Quare hic exprimit Evangeliſta de Chriſto D. quod ad Deum vadit ? p.64
22. Quare ſacer Evangeliſta commemorans primam perſonam Trinitatis, bis eam Patrem dicit, biſque eam Deum appellat ? p.65
23. Quare Evangeliſta exprimit quod Dominus ſurgit è cœna ? p.66
24. Quare ad extergendos pedes linteo ſe præcinxit Chriſtus? p.67
25. Quare Chriſtus D. in hoc miniſterio ablutionis pedum omnia præſtat. p.68
26. Quare Chriſtus D. ſuorum Apoſtolorum laverit pedes ? ibid.
27. A quo diſcipulo Dominus cœpit lavare pedes ? p.71
28. Quare Petrus tam vehementer recuſat lavari à Chriſto, loquens pro ſe tantum, & non pro omnibus, ut ei mos erat ? ibid.
29. Quare Petrus ſit expavit, videns Chriſtum ſuorum diſcipulorum lavare pedes, & expenditur magnitudo tanti miniſterii ? p.72
30. Quare Petro altiſſima penetranti dicitur, quod neſciat, quæ Chriſtus modo facit, explicaturque quàm abdita ſint divini amoris ſecreta ? p.73
31. Quare Petro dicitur à Chriſto, niſi lavero te, non habebis partem mecum ? p.75
32. Quare Petrus cum renuat à Chriſto lavari, tam generosè modò offert manus, pedes, & caput ? p.76
33. Quare Chriſtus non annuit Petro præter pedes, manus, & caput offerenti ? p.77
34. Quare Chriſtus ait Petro qui mundus erat: Qui lotus eſt, non indiget niſi ut pedes lavet ? p.78
35. Quare in hac ſententia. Qui lotus eſt, non indiget, niſi ut pedes lavet. Cum Chriſtus loquatur de venialibus: tamen Petro dixit: Si non lavero te, non habebis partem mecum ? p.79
36. Quare cum de munditie, ac puritate undecim Apoſtolorum eſt ſermo, loquitur Chriſtus de præſenti de culpa verò Judæ de præterito ? p.80
37. Expenditur Chriſtus proſtratus Judæ pedes lavans. p.81
38. Quare in Chriſto ab Evangeliſta notatur multa ſcientia; in homine verò multiplex ignorantia ? p.82
39. Quare Chriſtus D. Qui magiſtri nomen aliquando recuſavit, nunc illud ſibi tribuit ? p.83
40. Quare Chriſtus non reprehendit ſuos diſcipulos quod tantum myſterium non agnoverint; cum arguerit Philippum, quod ipſum ac Patrem ſuum neſciret ? p.84
41. Quare Chriſtus non dixit debetis mihi lavare pedes, ſed potius ait alter alterius debetis lavare pedes ? p.86
42. Quare dicitur beatus non ſolum, qui ſcit, ſed etiam qui facit ? p.87
43. Quare dicitur quod Judas contra Chriſtum levaverit ſeu magnificaverit calcaneum ſuum ? p.88

CAP. VI.

Prædicitur proditor Judas,

Quæſt. 1. An Chriſtus D. proditionem Judæ indicaſſet ante Euchariſtiæ miſterium inſtitutum an poſtea ? p.90
2. Quare Chriſtus prædixit proditionem à Juda faciendam ? ibid
3. Quare Chriſtus Judam expreſsè non nominavit, ac indicavit ? p.91
4. Quare Jeſus dicitur turbatus ſpiritu ? p.92
5. Quare contriſtati diſcipuli mutuò ſe aſpiciunt ? p.94
6. Quare ſinguli diſcipulorum interrogant, nunquid ego ſum Domine ? p.95
7. Quare pro ſigno proditoris ait Chriſtus, quod ille eſt, qui cum eo intingit manum in paropſide ? p.96
8. Quare Chriſtus proditorem ſignans ſuper eum. væ pronuntiat, non ſic verò ſuper Petrum negantem ? p.97
9. Quare Judas audet interrogare, & hoc præſtat poſt omnes, & audita proditoris pœna ? p.98
10. Quare cæteri Apoſtoli Chriſtum vocant Dominum, Judas verò Rabbi, id eſt Magiſtrum ? p.99
11. Quare pro ſigno proditoris dat Chriſtus panem tinctum ? p.101
12. An Joannes agnoviſſet apertè proditorem? p.102
13. Quare poſt buccellam Satanas ſtatim in Judam introierit. p.103
14. Quare Chriſtus dixerit Judæ, quod facis, fac citius ? p.105
15. Utrum Judas acceptam buccellam ex manu Chriſti comederit ? p.107
16. Quare poſt bucellam acceptam Judas continuò exivit ibid.
17. Quare tempus, quo Judas exiit à Chriſto ad Judæos nox erat ? p.108
18. Quare cum Judas exiit, Chriſtus dicitur glorificatus, & quænam hæc fuerit glorificatio? p.110
19. Quare cum abiit Judas; receſſit proditor, dicitur Chriſtus clarificatus, multiplci Patrum ſententia etiam explicatur. p.111

CAP. VII.

Inſtituitur ſacra Euchariſtia.

Quæst. 1. An Judas interfuerit inſtitutioni ſacræ Euchariſtiæ eámque ſumpſerit? p.112
2. Quare Chriſtus ait, quod deſiderabat illud Paſcha manducare cùm ſuis diſcipulis, & quidnam eſſet hoc Paſcha? p.113
3. Quare Chriſtus D. ait quod deſiderabat eſum ſui corporis, cùm illum ſuis Apoſtolis dare diſpoſuerit ? p.114
4. Quare Chriſtus tam vehementis deſiderio hanc cœnam ſui corporis cuperet ? p.115
5. Quare non ſolum ait Chriſtus deſideravi, ſed duplicat dicens deſiderio deſideravi ? p.116
6. Utrum Chriſtus D. in hac ultima cœna duplicem calicem Apoſtolis propinaverit ? p.117
7. Quare prædicto traditore Judæ ſtatim Chriſtus Admirabile Euchariſtiæ ſacramentum inſtituit ? p.119
8. Quare finita cœna legali, ac uſuali inſtituitur ſacra Euchariſtia ? p.120

9. Quare

9. *Quare Chriſtus D. volens ſacram Euchariſtiam inſtituere ſuos Apoſtolos ſecum habet in menſa?* p. 122
10. *Quare Agnus Paſchalis à ſtantibus comedebatur, Euchariſtica verò cœna diſcumbentibus datur?* p. 123.
11. *Quare in cœna inſtituitur ſacra Euchariſtia?* ibid.
12. *Quare paſſionis tempore inſtituitur admirabile Euchariſtiæ ſacramentum?* p. 124
13. *A quonam Chriſtus accepit panem in ſanctas manus ſuas?* p. 126
14. *Quare dicitur quod acceperit panem ut daret, & non potiùs mandaverit Apoſtolis, ut è menſa ſumerent?* p. 127
15. *Quare materia panis, & vini eligitur ad hoc ſacramentum?* p 128
16. *Quare ante inſtitutionem divini Sacramenti Chriſtus gratias egit?* ibid.
17. *Quare Chriſtus D. acceptum panem in manibus, benedixit?* p. 129
18. *Quare Chriſtus fregit panem?* p. 130
19. *Quare frangitur panis, cum corpus Chriſti latens ſub ſpeciebus minimè dividatur?* p. 131
20. *Quare Chriſtus D. dedit diſcipulis ſuis panem, dicens:* accipite, & comedite? p 132
21. *Vera, ac realis præſentia corporis ac ſanguinis Chriſti in ſacramento Altaris ex verbis conſecrationis apertè demonſtratur.* p 133
22. *Quare ſacer Evangeliſta ante inſtitutionem ſacræ Euchariſtiæ notat in Chriſto divinam omnipotentiam?* p. 134
23. *Quare Chriſtus D. ſub ſpecibus ſacramentalibus voluit potiùs tectus manere, quàm modo aliquo viſibili manifeſtus?* p. 135
24. *Quid ſit quod Chriſtus mandat, hoc ſacramentum fieri in ſui commemorationem?* p. 136
25. *Quare Dominus mandat fieri Euchariſticum ſacramentum in memoriam ſuæ paſſionis?* p. 137
26. *An Chriſtus primus acceperit ſacram Euchariſtiam, & poſt ipſum ſacratiſſima Virgo Maria?* p. 138
27. *Quare Apoſtoli accipientes à Chriſto ſacramentum corporis, ac ſanguinis ejus non ſunt turbati?* p. 139
28. *Quare Chriſtus D. priùs panem, poſtea calicem conſecravit deditque diſcipulis ſuis?* p. 140
29. *Quare calix Euchariſticus dicitur calix benedictionis?* p. 141
30. *Quare Chriſtus non ſolum ſuis diſcipulis dedit calicem, ſed etiam ait illis: bibite ex eo omnes?* p. 142
31. *Quare pro coronide totius cœnæ datur corpus, & ſanguis Domini?* p. 143
32. *Quare Chriſtus ſuis Apoſtolis tantum ait, bibite ex hoc omnes, cum ſponſa, dicat, bibite, & in ebriamini chariſſimi?* p 144
33. *Quare ſi uno comedente de ligno omnes ægrotant, cur etiam uno comedente de hoc ſalutifero pane non omnes vivificantur?* p. 145
34. *Quare calicem ſanguinis ſui Chriſtus nobis dat in cœna?* p. 146
35. *Quare Chriſti ſanguis dicitur teſtamentum?* p. 147
36. *Quare hoc Chriſti teſtamentum, dicitur teſtamentum novum?* p. 149
37. *Quare ſanguis Chriſti dicitur teſtamentum æternum?* ibid.
38. *Quare hoc ſacramentum dicitur fidei myſteriũ?* p. 150
39. *Quare in conſecratione calicis dicitur, qui pro vobis effundetur, non verò in conſecratione corporis, quod pro vobis tradetur?* p. 151
40. *Quare ſanguis dicitur effuſus pro multis?* p. 152
41. *Quare Chriſti ſanguis dicitur effuſus in remiſſionem peccatorum?* p. 153
42. *Quare Chriſtus ait, non bibam amodo, & magis explicatur textus aliquibus difficultatibus?* p. 155
43. *Quare cum Reſurrectionis tempore ſit ſermo, in quo Chriſtus non indiguit potu, ait tamen ipſe, quod tunc illum bibet?* p. 156
44. *Quare Chriſtus promittit vinum novum bibendum in regno Patris ſui?* ibid.
45. *Quare cum de æterna beatitudine ſit ſermo, ait Chriſtus non bibam illud, niſi vobiſcum in regno Patris cum Chriſtus longè prior aſcenderit in cœlum?* p. 157
46. *Quare ſi de Eccleſia militante eſt ſermo, ait Criſtus, quod non bibet illud cæleſte vinum, niſi cum ſuis?* p. 158
47. *Quare Chriſtus D. hymnum cantavit, & qualiſnam fuerit iſte hymnus?* p. 159

CAP. VIII.
Contentio diſcipulorum.

QUÆST. I. *QUare hæc contentio orta fuit inter Apoſtolos?* p. 161
2. *Quare diri, ac crudeles tyranni benefici vocantur?* p. 163
3. *Quare Chriſtus ſuis diſcipulis mandat ut non ſe habeant, tanquam reges, ſed ut miniſtri?* p. 164
4. *Quare Chriſtus ait, quod ſit in medio eorum, ſicut qui miniſtrat recumbentibus?* p. 165
5. *Quare Chriſtus laudat Apoſtolorum perſeverantiam in tentationibus?* ibid.
6. *Quare Chriſtus D. ait ſuis Apoſtolis, quod diſponit eis regnum, ut edatis, & bibatis, quod multiplici ſenſu explicatur?* p 166
7. *Quare Chriſtus ſuis Apoſtolis ait, diſpono vobis regnum, & quodnam regnum eſt?* p. 167
8. *Quare Chriſtus ait, quod ſuis apoſtolis diſponit regnum, ſicut Pater ei diſpoſuit?* p. 168

CAP. IX.
Mandatum novum.

QUÆST. I. *QUare præter communem conſuetudinem Chriſtus D. ſuos diſcipulos filiolos appellat?* p 170
2. *Quare mandatum de diligendo proximo cum fuerit in lege, dicitur à Chriſto mandatum novum?* ibid.
3. *Quare mandatum dilectionis dicatur novum, moraliter expenditur?* p. 171
4. *Quare Chriſtus præcipit ſuis diſcipulis, ut ſe diligant invicem* ſicut, ait, ego dilexi vos? p. 172
5. *Quare mutua dilectio deſignatur ut character, ac vexillum diſcipulorum Chriſti?* p. 173

CAP. X.
Prædicitur Petrus negans, & ſcandalum Diſcipulorum.

QUÆST. I. *TRipliciter prædicitur Petro ejus negatio, textuſque Evangeliſtarum explicatur.* p 174
2. *Quare ex repreſentatione mortis anima Chriſti dicitur turbata? Petrus verò hic tam audenter animam ſuam morti offert?* ibid.
3. *Quare Satanas expetivit, ut Apoſtolos cribaret?* p. 177
4. *Quare ſicut triticum intendit diabolus cribrare diſcipulos?* ibid.
5. *Quare Chriſtus peculiariter oraverit pro Petro?* p. 178
6. *Quare dicitur Pro ut priùs converſus poſteà confirmet?* p. 179
7. *Quare tam nocivus Petri affectus dum ſe offert pro Domino paratum ire in mortem, & in carcerem?* p 181
8. *Quare pro trinæ negationis nota datur potiùs cantus galli, quàm aliud ſignum?* p. 182

9. *Quare Petro pro ſigno ſuæ negationis datur potiùs galli cantus, quàm alterius avis?* ibid.

10. *Quare cùm Apoſtoli mitterentur ad evangelizandum ſine ulla corporalium rerum proviſione, nihil eis defuit?* p. 184

11. *Quare Chriſtus D. qui olim miſit diſcipulos ſuos ſine ſacculo, & pera, ac calceamentis, nunc mandat eis hæc portare?* p. 185

12. *Quare pacis Auctor emere gladium mandat?* p. 186

13. *Quare offerentibus Apoſtolis duos gladios, dixit illis Chriſtus, ſatis eſt, & quorumnam eſſent gladii?* p. 187

14. *Quare poſtquam Chriſtus mandavit Apoſtolis, ut tollerent peram, & loculos, nunc ſubdit: Percutiam paſtorem, & diſpergentur oves?* p. 189

15. *Quantum Petrus erraverit in hac ſua præſumptione; cùm potiùs deberet orare pro firmitate, ac adjutorio Dei?* p. 190

16. *Quare Petrus modo tam arrogans; qui anteà multùm timebat?* p. 191

17. *Quare Petri arrogantiam Chriſtus aliquo verbo non corripit, ac reprehendit?* p. 193

CAP. XI.

Thomas, & Philippus interrogant de ſermone Domini in cœna.

QUÆST. I. *Quare cùm tot adverſitates, ac tribulationes eſſent exortæ, cor diſcipulorum non erat turbandum?* p. 194

2. *Quare Chriſtus D. ad ſedandum cor turbatum diſcipulorum, eis jubet, ut credant in Deum, ac in ipſum?* p. 195

3. *Quare in cæleſti patria dicuntur multæ manſiones præparatæ?* p. 196

4. *Quare Chriſtus, ut tribulationem diſcipulorum depellat, in cœlo addidit, multas eſſe manſiones?* p. 197

5. *Quomodo Chriſtus vadit ad præparandum locum, qui jam paratus eſt à conſtitutione mundi?* p. 199

6. *Quare ex omnibus Apoſtolis ſolus Thomas Chriſtum interrogat de via, ac termino?* p. 200

7. *Quare D. Thomas reſpondit, Apoſtolos neſcire viam, ac terminum quo Chriſtus vadit, cùm ipſe dixiſſet utrumque eos ſcire?* ibid.

8. *Quare Chriſtus D. dicitur via?* p. 202

9. *Quare Chriſtus hæc tria ſibi attribuit, quod ſit via, veritas, & vita?* p. 203

10. *Quare Chriſtus in hoc ſermone multoties, ac frequenter repetit Patris nomen?* p. 204

11. *Quare Philippus ait, quod ſi oſtendatur Pater, ſufficit ei?* p. 206

12. *Quare Chriſtus Philippo interroganti eum arguendo reſpondit?* p. 207

13. *Quare Chriſtus voluit per Apoſtolos majora miracula fieri, quàm per ſe?* p. 208

14. *Quænam ſint majora opera facienda ab Apoſtolicis viris?* p. 209

15. *Quare Chriſtus ait, quod à ſuis diſcipulis ſint facienda majora miracula, quia ipſe ad Patrem vadit?* p. 210

16. *Quare Chriſtus ait ſuis Apoſtolis, quod quidquid illi petierint in nomine ejus, ipſe facit.* p. 212

CAP. XII.

Non relinquendi Orphani.

QUÆST. I. *Quare Spiritus ſanctus dicitur Paraclètus?* p. 214

2. *Quare in lege veteri Spiritus ſanctus non dicitur paracletus, ſed tantùm peculiariter in lege gratiæ?* p. 215

3. *Quare Spiritus ſanctus dicitur Spiritus veritatis?* ibid.

4. *Quare mandatur Apoſtolis diligere, ac obſervare mandata, ut accipiant Spiritum ſanctum, quem ſi non habeant, illa non poſſunt præſtare?* p. 216

5. *Quare dicitur de Spiritu ſancto: primò quod manebit; apud Apoſtolos, & poſtmodùm* erit, *cùm priùs ſit eſſe, quàm manere?* p. 217

6. *Quare Judas Thadæus interrogat admirans, quod Chriſtus eſſet ſe manifeſtaturus Apoſtolis tantùm & non mundo?* p. 219

CAP. XIII.

Diligens ſervat mandata.

QUÆST. I. *Quare cùm priùs Deus dilexerit nos, Chriſtus hic tamen priùs commemorat amorem ex parte hominis? Si quis diligit me.* p. 220

2. *Quare diligens dicitur de futuro ſervabit mandata, & non potiùs de præſenti ſervat?* p. 221

3. *Quare Chriſtus D. ſuam legem primò vocat ſermonem, ſecundò verò ſermones?* p. 222

4. *Quare cùm beatudinibus varia præmia aſſignentur, charitati nullum aliud deſignatur, niſi amor?* p. 223

5. *Quare Chriſtus ait, qui diligit me, diliget eum Pater meus, & non potiùs diligam ego eum?* ibid.

6. *Quare cùm Deus ſit in omni loco, ait hìc in adventu Spiritûs ſancti, ad eum veniemus?* p. 224

7. *Quare cùm Chriſtus D. ait, ad eum* veniemus, *nullam videtur facere mentionem de Spiritu ſancto?* p. 225

8. *Quare Pater dicitur trahere nos ad ſe; Spiritus ſanctus verò venire ad nos?* p. 226

9. *Quare tres Perſonæ Trinitatis non ſolùm dicuntur venire ad animam juſti, ſed etiam in ea manſionem facere?* p. 227

10. *Quare non ſolùm dicitur Spiritus ſanctus, ſed etiam Paracletus?* p. 229

11. *In adventu Spiritûs ſancti mirificè totius ſanctiſſimæ Trinitatis eximius amor declaratur?* ibid.

12. *Quomodo Pater miſit Spiritum ſanctum?* p. 231

13. *Quare Paracletus dicitur mitti in nomine Chriſti?* p. 232

14. *Quare dicitur quod Spiritus ſanctus docebit, & ſuggeret omnia?* p. 233

15. *Quare Chriſtus toties ſuis prædixit adventum Spiritûs ſancti?* p. 234

16. *Quid nomine pacis ſignificetur hic; ſub qua etiam juxta aliquos intelligitur Spiritus ſanctus?* p. 235

17. *Quare Chriſtus cùm dicit, do pacem, ſuam appellat, non verò cum ait, eam relinquo?* p. 236

18. *Quare Chriſtus expellit à ſuis turbationem, ac metum, quia licèt vadat, venit tamen ad eos; agitur de Spiritûs ſancti protectione?* p. 238

19. *Quomodo intelligenda ſit illa Chriſti ſententia, quia Pater major me eſt?* ibid.

20. *Quare Filius ex forma hominis aſſumpta dicitur minor Patre, nec ſic verò legitur Spiritus ſanctus dictus minor ex forma columbæ, linguarúmque ignearum?* p. 239

21. *Quare in Chriſto omnium divitiarum abundantiſſimo, nihil invenit Princeps hujus mundi?* p. 240

22. *An his verbis dictis Chriſtus ſurrexerit à menſa, & exierit è domo; & quare hoc dixerit?* p. 241

CAP. XIV.

Vitis, & Palmites.

QUÆST. I. *Quare Chriſtus Dominus ſe viti comparat?* p. 243

2. *Quare Chriſtus D. tam diſtinctè, & apertè ſe dicit vitem?* p. 245

3. *Quare divinum Verbum ante Incarnationem dicitur quaſi vitis; Incarnatione verò factâ, vitis vera appellatur?* ibid.

4. *Quare æternus Pater dicitur Agricola?* p. 246

5. *Quare Palmes expurgandus, ut fructum plus afferat?* p. 247

6. *Quare arbor apud Daniel ex falce adhibito deperditur, palmites vitis Chriſti ex appoſito falce* magnos

magnos fructus producunt. p. 248

7. *Quare Chriſtus D. à ſuis Diſcipulis petit, ut ipſe in eis permaneat?* p. 250

8. *Quare dicitur, quod, ſicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite, ita & Apoſtoli niſi manſerint in Chriſto?* p. 251

9. *Quare Dominus ſe viti comparat, ſuos verò fideles palmitibus?* p. 252

10. *Quare dicitur, quod palmes mittendus foras, ac in ignem ardet, cùm potiùs videbatur dicendum de futuro ardebit?* p. 253

11. *Quare Pater dicitur glorificatus, cùm plurimus fructus affertur?* p. 255

12. *Quare Apoſtolis, qui jam diſcipuli Chriſti erant, dicitur, ut efficiantur ejus diſcipuli?* p. 256

13. *Qualenam ſit hoc gaudium, de quo Chriſtus hic loquitur?* p. 257

CAP. XV.

Præceptum invicem diligendi.

QUÆST. I. *Quare Chriſtus hic vocat præceptum, cùm anteà præcepta dixiſſet?* p. 258

2 *Quare cùm Dominus multa præcepta tradiderit, hoc de mutua charitate peculiariter dicit præceptum ſuum?* p. 259

3. *Quare Chriſtus D. de dilectione Dei, quæ eſt excellentior, hic non agit?* p. 260

4. *Quare Chriſtus D. ait: hoc eſt præceptum meum, ut invicem diligatis, & non potiùs ut voſmetipſos diligatis?* ibid.

5. *Quare Chriſtus non ſolùm præcipit ſuis, ut ſeipſos diligant, ſed addidit, ſicut ego dilexi vos?* p. 261

6. *Quare Chriſtus D. non dixit: Hoc eſt præceptum meum, ut me diligatis, ſicut ego dilexi vos, ut videbatur conſequens?* p. 262

7. *Quare Chriſtus in exponenda vita meminit tantùm dilectionis amicorum, non verò inimicorum?* p. 263

8. *Quare Chriſtus D. eos vocat non ſervos, ſed amicos dicens:* Amici mei eſtis *de præſenti, ſi* feceritis *de futuro?* p. 264

9. *Quare Chriſtus ait, quòd Apoſtoli non ſunt amplius ſervi vocandi, quia eis communicaturus eſt ſua ſecreta?* p. 226

10. *Quare Chriſtus ait ſuis Apoſtolis pro eorum commendatione, quod ipſe eos elegerit abſque eo quod ille priùs eſſet electus ab eis?* p. 267

11. *Quare Chriſtus D. hic iterùm repetit præceptum de mutua dilectione?* p. 268

12. *Quare Chriſtus D. ait in plurali. Hæc mando vobis, cùm unum ſit tantum præceptum charitatis?* p. 269

13. *Quare cùm Chriſtus D. hic præcipit mutuam dilectionem, non adducit aliquas rationes ad eam perſuadendam?* ibid.

14. *Quare Chriſtus ait ſuis diſcipulis, quod priùs eum mundus odit, quàm ipſi diſcipuli fuerint habiti in odio?* p. 271

15. *Quare tanta mundialium odia in Apoſtolos armantur?* ibid.

16. *Quare Chriſtus hic agens de malitia Judæorum potiùs facit mentionem de excuſatione, quàm de peccato eorum?* p. 273

17. *Quo argumento probat Chriſtus ſe odio haberi gratis?* p. 275

CAP. XVI.

Cùm venerit Paracletus..

QUÆST. I. *Quare Chriſtus D. hic facit mentionem de Spiritûs Paracleti adventu?* p. 277

2. *Quare ſuperiùs miſſio Spiritûs ſancti tribuitur Patri, nunc verò Chriſto D. quem ego mittam?* p. 278

3. *Quare Spiritus ſanctus hic dicitur ſpiritus veritatis?* p. 279

4. *Quare dicitur quod Spiritus ſanctus teſtimonium perhibebit de Chriſto?* p. 280

5. *Quare Chriſtus ait ſuis Apoſtolis: vos teſtimonium perhibebitis, cùm ipſe dicat. Ego teſtimonium ab homine non accipio?* p. 281

6. *Quare dicitur, quod impii tyranni in morte Chriſtianis infligenda putabant ſe obſequium præſtare Deo?* p. 282

7. *Quare poſt promiſſum Spiritum ſanctum, tot ac tantæ perſecutiones, ac adverſitates prædicuntur Apoſtolis.* p. 283

8. *Quare Chriſtus ait.* Hæc facient vobis. *Et non explicat, Quinam ſint hi, qui facient?* p. 285

9. *Quare aſſignatur cauſa tantæ perſecutionis in Apoſtolo, quia ipſi perſecutores non agnoverunt neque Patrem, neque Filium?* ibid.

10. *Quare Chriſtus mandat ſuis Apoſtolis, ut in cruciatibus recordentur eorum, quæ ipſe eis prædixit?* p. 286

CAP. XVII.

Vado ad eum, qui miſit me.

QUÆST. I. *Quænam ſunt hæc, quæ Chriſtus ab initio non dixit Apoſtolis?* p 288

2. *Quare Chriſtus ait, quod nemo interrogat eum, quò vadit, cùm Petrus, & Thomas id interrogaverint?* ibid.

3. *Quare Chriſtus D. dixit de præſenti.* Vado: *& non potiùs de futuro,* Vadam? p. 289

4. *Quare cùm Chriſtus arguat Apoſtolos, ex eo quod non interrogent, ſimul addit, quod triſtitia corda eorum implevit.* p. 290

5. *Quare poſt commemoratam triſtitiam Apoſtolorum ait eis Dominus: Veritatem dico vobis?* p. 291

6. *Quare Chriſtus D. non dixit, expedit mihi, ſed expedit vobis?* p. 292

7. *Quare oportuit Chriſtum abire, antequàm, Spiritus mitteretur?* ibid.

8. *Quare dicitur, quod adveniens Spiritus ſanctus arguet mundum?* p. 293

9. *Quare de peccato mundus erat arguendus à Spiritu ſancto?* p 294

10. *Quare mundus arguendus dicitur de juſtitia?* p. 295

11. *Quare mundus arguendus dicitur de judicio?* p. 296

12. *Quare Chriſtus D. qui eſt ſapientia Patris arguendi munus per ſe non obit, ſed illud remittit Spiritui ſancto?* p. 297

13. *Quare Chriſtus D. non explicat Apoſtolis multa myſteria, quæ eis dicenda erant?* p. 298

CAP. XVIII.

Modicum non videbitis me.

QUÆST I. *Quare poſt datum ſermonem de adventu Spiritûs ſancti, Chriſtus hic connectit:* Modicũ non videbitis me; &c. p. 301

2. *Quodnam ſit hoc modicum, quo Dominus non videbitur, ac videbitur?* ibid.

3. *Quare ait Chriſtus, modicum non videbitis me, & modicum videbitis me?* p. 302

4. *Quare tam diſtrictè Chriſtus D. ait ſuis Apoſtolis. Modicum non videbitis me, & iterum modicum videbitis me?* p. 303

5. *Quare Chriſtus D. priùs ait: non videbitis me? deinde ſecundo loco iterum videbitis me?* ibid.

6. *Quare Chriſtus D. ait ſuis diſcipulis, quod vadat ad Patrem?* p. 304

7. *Quare diſcipuli non intellexerunt hæc Chriſti verba, modicum non videbitis me, &c. cùm ſæpè videantur*

videantur ab ipſo iterata? p 306

8. *Quare Chriſtus D. aperto ſermone ſuis diſcipulis non reſpondit ad quæſtionem, moriar, & reſurgam, ſed triſtabimini, & triſtitia veſtra vertetur in gaudium?* p.308

9. *Quare Apoſtolis dicitur, quod eorum triſtitia vertetur in gaudium moraliter diſcutitur?* p.309

10. *Quare non explicatur quantum, & quale erit hoc gaudium?* p.310

11. *Quare dolor diſcipulorum in Chriſti morte comparatur dolori mulieris parturientis?* p.312

12. *Quare Chriſtus ait, quod Apoſtolorum gaudium à nemine auferri poterit?* p.313

CAP. XIX.

Si quid petieritis patrem

Quæst. I: *Quare hic Chriſtus D. ſuos Apoſtolos hortatur, ut in nomine ejus petant à Patre?* p.314

2. *Quare Chriſtus D. his bis repetit* Amen, *quod eſt veluti quoddam juramentum?* p 315

3. *Quare Chriſtus ait: Si quid petieritis?* p.316

4. *Quare Chriſtus docet, ut id, quod petendum eſt, ſit in nomine ejus?* p.317

5. *Quare cum Apoſtoli multa petierint à Chriſto, dicitur tamen eis, uſque modo non petiſtis quidquam;* p.318

6. *Quare Chriſtus immediatè conjungit*: petite & accipietis; *nihil inter unum, & alterum interponens?* p.319

7. *Quare multi petunt à Deo dona, & non accipiunt* p.320

8. *Ependuntur aliquæ conditiones rectæ orationis.* ibid.

9. *Quare Chriſtus ait,* petite & accipietis ut gaudium veſtrum ſit plenum? p.321

10. *Quare cum uſque modo Chriſtus multa locutus ſit in proverbiis promittit horam, in qua non in proverbiis, ſed palam loquetur?* p.323

11. *Quare Chriſtus non ſolum dixit me amaſtis, ſed etiam addidit, & credidiſtis?* p. 325

12 *Quare de Spiritu ſancto dicitur de præſenti, quod procedit à Patre, de Chriſto verò, quod exiverit de præterito?* p 326

13. *Quare diſcipuli aſtruunt Chriſtum ſcire omnia, ex eo, quia palam loquitur?* p.327.

14. *Quare dicitur quod diſcipuli diſperſi ſunt in propria cum propria non haberent?* p 329

15 *Quatuor quæſtiunculæ breviter reſolvuntur.* ibid.

Cap. XX.

Chriſti oratio in cœnaculo.

Quæst I. *Quænam ſit hæc Chriſti glorificatio, quam hic à Patre poſtulat?* p.331

2 *Quare dicitur ſit data Chriſto poteſtas, ut omnes ducat in vitam æternam?* p.332

3. *An Chriſtus in præſenti loquatur de cognitione beatifica, an de cognitione fidei in hoc ſæculo?* p.334

4. *Quare cum hic exprimatur cognitio æterna vitæ nulla ſit mentio de Spiritu ſancto?* p.335

5. *Quare Chriſtus ait: Opus conſummavi, cum adhuc mors reſtaret?* ibid.

6. *Quare Chriſtus à Patre petit ſui clarificationem?* p.336.

7. *Quare Chriſtus ait*: Manifeſtavi nomen tuum hominibus, *cum valdè notum eſſet, quod ipſe Deus diceretur, & quod Moyſi dixerit*, Ego ſum qui ſum? p.337

8 *Quare Chriſtus dixit, quod pro ſuis diſcipulis orat, non verò pro mundo?* p.339

9. *Quare Chriſtus Dominus ſuum æternum Parentem hic vocat ſanctum potius, quam Omnipotentem, ſeu immenſum?* p.341

10. *Quare Chriſtus poſtulans à Patre ſuorum diſcipulorum unionem ait:* ut ſint unũ ſic nos? p.342

11. *Quare Chriſtus petit à Patre, ut ſuos Apoſtolos ſanctificet in veritate, quod variis ſententiis declaratur?* p.344

12. *De hac oratione Chriſti pro omnibus futuris fidelibus tres quæſtiones expendo.* p.346

13. *Quare ex concordia diſcipulorum probat Chriſtus, quod ipſe ſit cognoſcendus verus filius* Dei. ibid

14. *Quid ſub claritatis nomine intelligatur hic à Chriſto, cum ait*: Claritatem, quam dediſti mihi dedi ei, *inquiritur?* p.348

15. *Gravis ſententia prædictum proloquium de claritate de ſacra Eucharistia interpretatur.* p.349

16. *Quare Criſtus D. ſuum æternum Parentem his juſtum vocat?* p.351

LIBER VIII.

De Paſſione, Morte, ac Sepultura Chriſti Domini.

Cap. I. Prooemiale.

De excellentis Paſſionis Chriſti Domini.

Quæst. I. *TRACTATIO de Paſſione, ac morte Chriſti valdè excellens ſuper humanam intelligentiam, quæ puris labiis agenda eſt.* p 352

2. *Valdè perjucundum eſt æterno Parenti de paſſione unigeniti Filii ſui Jeſu Chriſti agere, quæ potius amoris affectu, quam oris loquela tractanda eſt.* p.353

3. *Maximè ſpontanea voluntate, multumque eximia alacritate, ac gaudio pro nobis Chriſtus D. paſſionem, ac mortem ſuſtinuit.* p.354

4. *Convenientiſſimum remedium ad ſalutem generis humani fuit Paſſio ac mors Chriſti, in quo oſtenditur Dei ſapientia, & virtus.* p.355

5. *Acerbitas dolorum Paſſionis Chriſti ſuper omnes Dolores mortalium in hac vita.* p.356

6. *Chriſtus in Paſſione, ac morte ſua maximè oſtentavit divitias ſui divini amoris.* p.358

7. *Chriſtus D. per ſuam Paſſionem mirabiliter triumphavit* p.359

8. *A Chriſti Paſſione, ac morte omnia bona in nos defluxerunt.* p.360

9. *Chriſtum paſſum, ac crucifixum debemus habere in corde eique maximè nos componere, ac aptare* p.362

10. *Chriſtus D. in ſua Paſſione conſtituit memoriale perenne, ut eam perpetuo haberemus mentè, cogitatione, ac intimo animi affectu.* p.363

11. *Chriſtus mortuus, ac crucifixus ad bona opera, ac pœnitentiam nos inducit.* p.364

12. *Memoria Paſſionis Chriſti extinquitur, & abolotur omne peccatum.* p.366

13 *Chriſti Paſſio magnum dolorem, magnamque compunctionem in nobis excitare debet.* p.367

14 *Jeſus maximè formoſus, ac decorus in Paſſione, ac morte ſua.* p.368

15 *Chriſtus paſſus, ac crucifixus peccatores obumbrat & ab ira Dei protegit* ibid.

16. *Chriſti D. Paſſio omnes noſtros labores levat, ac faciles reddit.* p.369

Cap. II.

Jesus apud Hortum.

Quæst. I. *De torrente Cedron brevis adnotatio* p.371

2. *Quare Chriſtus D. nunc petit vallem, ac hortum Gethſemani?*

Quare ex undecim Apoſtolis Petrum, Jacobum, ac Joannem elegit Chriſtus; ut conſcii eſſent ſuæ triſtitiæ ac agoniæ? p.373
4. Quare, & qualis fuerit hæc Chriſti triſtitia, variis difficultatibus explicatur? p.374
5. Quare tam vehementer triſtatur Chriſtus? p.375
6. Expenditur hæc Chriſti D. oratio, tum ex loco, tum ex multis ejus circunſtantiis. p.378
7. Quare Chriſtus procidit in faciem ſuam ſuper terram? p.380
8. Quid intelligatur per hunc calicem, quem Chriſtus D. poſtulat, ut à ſe tranſeat? p.381
9. Quare Chriſtus D. hic poſtulat, ut Calix tranſeat ab eo? p.382
10. Quare Chriſtus D. poſtulat, ut hic Calix tranſeat ab eo, cum ſtatim reprehendat Petrum, ne calicem ſibi datum à Patre impediat? p.384
11. Quare Chriſti oratio, ut Calix tranſeat ab eo, non fuit exaudita? p.385
12. Solvuntur aliquæ quæſtiones. p.396
13. Quare Petrus, qui ſolitus erat reſpondere, hic cum arguitur, tacet, & nihil reſpondet? p.387
14 Quare Chriſtus D ſuis diſcipulis orare mandat? 388
15. Quare Chriſtus tertio orat ad Patrem? p.389
16. Quiſnam eſſet ipſe Angelus, & quando, & quomodo apparuit? p.391
17. Quare æternus Pater ad Chriſtum confortandum non uſus eſt miniſterio alicujus hominis, ſed Angeli? p.392
18. Quomodo Angelus Chriſtum Dominum confortaverit? p 393
19. Circa ſudorem ſanguineum Chriſti D. in horto, variæ quæſtiones reſolvuntur. p.394
20. Quare Chriſtus D. tam largiter tantam ſanguinis copiam ſudaverit? p.395
21. Quare tantus erat ſudor ſanguineus, ut guttæ ſanguinis decurrerent in terram? p.396
22. Quare Chriſtus D. ait ſuis diſcipulis, dormite & requieſcite; & ſtatim ſubdit ut ſurgant, ac viam arripiant? p.398
23. Quare peculiariter mandat hic Chriſtus D. ſuis diſcipulis, dormite; & requieſcite. p.399

CAP. III.

Comprehenditur Jesus.

Quæst. 1. Quare Judas ad comprehendendum manſuetiſſimum Dei Agnum tantam convocavit turbam? p.401
2. Quare milites Judam concomitantes veniunt cum laternis, facibus? p.402
3. Quare milites ad comprehendendum Jeſum veniunt cum armis? ibid.
4. Quare Judas ad Chriſtum tenendum pro ſigno dat oſculum? p.403
5. Quare Judas militum turbæ commendat, ut Chriſtum cautè ducant? p 405
6. Quare Chriſtus D. Judæ oſculum acceptaverit, cum ei fuiſſet valdè durum, & amarum? p.406
7. Quanta impudentia Judas Chriſtum oſculatur. ibid.
8. Quare Chriſtus D. nequiſſimum proditorem amicum vocat? p.407
9. Quare Chriſtus D. magno animi dolore ait. Juda oſculo filium hominis tradis? p.408
10. Quare Chriſtus D. Judam vocat amicum, & non potius diabolum, vel diſcipulum, ut aliquando egit? p.409
11. Quare Chriſtus D. hic dure non increpat Judam, ut aliquando egit cum D. Petro? p 410
12. Quare Chriſtus D cum ſciret omnia, à turba tamen interrogat. Quem quæritis? p.411
13. Quare Chriſtus D ait turbis Judæorum, Ego ſum? p.412
14. Quare audita Chriſti voce, Judas, ac Judæi ceciderunt in terram? p 413
15. Quare Judas, ac militum turba non quocunque modo cadunt, ſed retrorſum? p.414
16. Quare Chriſtus D. præcipit turbis, ut ſuos Apoſtolos ſinant liberos abire? p.415
17. An Petrus percuſſiſſet ſervum Pontificis ante Jeſum, comprehenſum, vel poſtquã illigatus eſt? p.417
18. Quare ex omnibus Apoſtolis ſolus Petrus exemerit gladium, & qualiſnam eſſet iſte gladius: & quid ſignificet? p.418
19. Quare D Petrus à ſervo Pontificis non aliam corporis partem, niſi tantum aurem dexteram abſcidit, & an in hoc peccaverit? p.419
20. Quare ex omnibus Evangeliſtis ſolus Joannes exprimit nomen Petri percutientis, & nomen Malchi percuſſi? p.420
21. Quare Dominus prohibet, ne Petrus pro ſui defenſione pugnet, ſed ei mandat converteret gladium in vaginam? p.422
22. Quid Chriſt. D. ait, quod poteſt rogare Patrem ut mittat duodecim legiones Angelorum, cur non dixit imperare, vel pauciores mittere. p.423
23. Quare aurem percuſſi ſervi Chriſtus ſanaverit. 425
24. De hora, miniſtris, ac verbis, quæ Chriſtus eis locutus eſt in ſua comprehenſione, ſex quæſtiones reſolvuntur. p.426
25. Quam impia dura, ac acerba fuit Chriſti comprehenſio? p. 428
26. Quare diſcipuli, qui paulo antea promittebant, ſe pro Chiſto morituros eo relicto fugiant, & an in hoc peccaverint p.429
27. Circa adoleſcentem, qui rejecta Sindone nudus profugit, quatuor quæſtiones reſolvuntur? p.430
28. Quare iſte adoleſcens tam diligenter relicta Sindone profugit? p.431

CAP. IV.

Jesus apud Annam, & Caïpham.

Quæst. 1. Quare Chriſtus D. primum ad Annam dus eſt, & non ad Caïpham, cum à Caïpha eſſet judicandus? p.433
2. Quare Chriſtus ait quod in occulto locutus eſt nihil, cum multa videatur dixiſſe ſecreto? p. 434
3. Quare iniquus miniſter Dominum alapa percutuit? p.436
4. Quam mira, & crudelis fuerit hominis impudentia, ad cujus intuitum omnes creaturæ, obſtupuerunt? ibid.
5 Quam crudelis, ignominioſa, ac dolorifera fuerit alapa inflicta Jeſu? p.437
6. Maximè miranda Jeſu patientia inter alapus. p.438
7. Quare miniſtro percutienti reſpondet Chriſtus & cum tanta modeſtia? p.439
8. Quare Dominus percutienti non præbuit alteram maxillam? p.440
9. Quare tam anxii ſunt principes Sacerdotum, ut falſum teſtimonium quærant contra Jeſum? p 441
10. Quare contra evidentiſſimam puritatem Jeſu ſint duo falſi teſtes? p.442
11. Quare teſtes referentes Chriſti dictum, circa templum corporis dicantur falſi, cum videantur ex altqua parte recitare verba, quæ Chriſtus dixit? p.443
12. Quare Chriſtus D. auditis falſis teſtibus tacebat? p.445
13. De reſponſione ad Caïpham, variæ quæſtiones reſolvuntar. p.446
14. Quare Pontifex audita Chriſti reſponſione ſcidit veſtimenta ſua? p.447

15. Quam

25. *Quam acerba, ac dura fuerint opprobria, quæ Chriſtus D. tota nocte in domo Caiphæ paſſus eſt?* p.449

16. *Expenduntur ſeptem graviſſima opprobria, quæ Chriſtus D. per totam noctem in domo Caiphæ paſſus eſt.* p.450

17. *Circa Chriſti velatam faciem quatuor quæſtiones reſolvuntur.* p.451

CAP. V.

Petrus negans.

QUÆST. I. *Quare Petrus audet Dominum ſequi cum ab ipſo audiſſet ter in illa nocte eum eſſe negaturum?* p.453

2. *Quiſnam eſſet diſcipulus iſte notus Pontifici.* p.454

3. *Petrus negando graviter peccavit, terque negavit? & cur tres fuerint negationes?* p.456

4. *Quare ſacri Evangeliſtæ licet uno conſono ore, tamen aliquali diverſo tenore Petri negationes ſcribunt?* p.457

5. *Quare magnus Petrus permiſſus eſt tam graviter labi ac magiſtrum negare?* ibid.

6. *Quare Petrus non alio in loco, ſed tantum in domo principis Sacerdotum Chriſtum negat?* p.459

7. *Petrus cecidit, tamen cadens ſuæ generoſitatis ſpecimen dedit?* p.460

8. *Quare Petrus primo tentatur non ab aliquo viro gravi, ſed ab ancilla humili, & oſtiaria?* ibid.

9. *Quare dicitur quod Petrus negaverit Chriſtum, cum tamen non negaverit eum eſſe verum Dei filium.* p.461

10. *Quare quando Petrus negat, frigus erat, ita ut ad ignem ſe calefaceret?* p.463

11. *Quare Petrus ſemel abnegans, deinde gravioribus criminibus ſe illigavit?* p.465

12. *Quare actualiter negantem Petrum Chriſtus ſua benignitate reſpicit?* p.466

13. *Quare Petrus jam pœnitens non accedit ad Chriſtum miſericordiã, ac veniam petens ab eo?* p.468

14. *Quare Petrus coram ancillis, ac miniſtris non retractavit ſuam ſententiam, cum quibus negaverat Chriſtum?* p.469

15. *Quare Petrus ut fleret negationis peccatum foras egreditur?* ibid

16. *Magnus Petrus admirabilis omnium Pœnitentium idea.* p.471

17. *Petrus amariſſimo fletu illachrymavit ſuum negationis peccatum.* p.472

CAP. VI.

Fit Concilium Judæorum: ſuſpenditur Judas: emitur ager figuli.

QUÆST. I. *Quare Concilium Judæorum mane, ſeu diluculo congregatur?* p.474

2. *Quare Judæ pœnitentia non valuit ad veniam, ſed totalem illius perditionem?* p.475

3. *Quare Judas accedens ad principes Sacerdotum dicens peccavi, dure ab eis rejicitur, quid ad nos? Tu videris.* p.476

4. *Quare Judas non projicit argenteos alio in loco, ſed tantum in templo?* p.477

5. *Quare Judas tam feſtinanter currit ad mortem, cujus & ipſe miniſter eſt?* p.478

6. *Quare Judas non aliter periit, niſi laqueo ſuſpenſus, qui & crepuit medius?* p.479

7. *Quare pecunia ex Domini ſanguine comparata non in alios uſus expenditur, niſi tantum in ſepulturam peregrinorum?* p.481

CAP. VII.

Jesus coram Pilato.

QUÆST I. *Quare Judæi Chriſtum D. non interfecerunt, ſed tradiderunt Pilato, ut ab eo interficeretur?* p.483

2. *Quare omnis multitudo ducit Jeſum ad Pilatum?* p.484

3. *Quare Chriſtus D. interrogatus à Principe Sacerdotum, an eſſet Rex ac Meſſias ait illi: Tu dixiſti, Pilato vero tu dicis?* p.486

4. *Quare Chriſtus D. ait Pilato regnum meum non eſt de hoc mundo?* p 487

5. *Quare Pilatus de veritate Chriſtũ interrogat?* p 488

6. *Quare Pilatus interrogans à Chriſto, quid ſit veritas, non audito reſponſo exivit foras ad Judæos.* p.489

7. *Quare Chriſtus D. qui aliquando reſpondit Pilato, nunc tacet* p.490

8. *Quare ex tanto Chriſti ſilentio admiratur Præſes?* p.491

CAP. VIII.

Jesus apud Herodem.

QUÆST I. *Quare Chriſtus remittitur ad Herodem qui Domini præſentia gaviſus eſt, tres quæſtiones expendo.* p.492

2. *Quare Chriſtus D. nec verbum aliquod reſpondit Herodi, nec miraculum aliquod coram eo edidit?* ibid.

3. *Quare Herodes Chriſtum D. ſprevit?* p.494

4. *Quare Herodes, & Pilatus fiunt amici?* p.495

CAP. IX.

Proponuntur Chriſtus, & Barrabas populo; nuntium uxoris Pilati; & dimittitur Barrabas.

QUÆST. I. *De Pilato, ac ejus uxore variæ quæſtiones reſolvuntur.* p.479

2. *An ſomnium uxoris Pilati immiſſum fuiſſet illi ab Angelo bono, vel malo?* p 498

3. *Circa hoc ſomnium uxoris Pilati tres quæſtiones reſolvuntur.* p.499

4. *Quare Judæi tanto furore inſaniunt ut potius petant nequiſſimum Barrabam, quam ſanctiſſimum Jeſum?* p.500

5. *Quare Judæi tanto furore, ac rabie aguntur, ut clament,* ſanguis ejus ſuper nos, & ſuper filios noſtros? p.502

CAP. X.

Jesus flagellis cæſus.

QUÆST. I *Dei filius inviſibilis imago Patris flagravit in carne aſſumpta pro hominibus flagellari.* p 503

2. *Quare Chriſtus D. æterna Dei ſapientia voluit flagellari?* p.504

3. *Quare Pilatus mandavit Dominum Jeſum flagellari, & an fuerit bis flagellatus?* p 505

4. *Nudatur Jeſus ad flagella, cujus ſumma erubeſcentia maximè eum afflixit.* p.506

5. *Quare ad excipienda flagella alligatur Jeſus columnæ; agiturque etiam de ipſa columna.* ibid.

6. *Valdè vilis, ac injurioſa fuit Chriſti D. flagellatio.* p.507

7. *Chriſti flagellatio crudeliſſima excedens omnem modum.* p.508

8. *De numero flagellorum Jeſu.* p.509

9. *Qui, & quot fuerunt miniſtri flagellationis Chriſti?* p.510

10. *Inter tot, ac tanta verbera admiranda Chriſti patientia, ac etiam ſanctiſſimæ Virginis Matris ſpectantis cum multo dolore.* ibid.

11. *Solvitur Jeſus à columna, & juxta multorum ſententiam iterum flagellatur.* p.511

CAP. XI.

Jesus ſpinis coronatus.

QUÆST. I *Quare milites ducunt Jeſum in prætorium; ad eumque ibi convocant*

totam cohortem ? p.512
2. An milites ſponte ſua, vel ex Pilati juſſione Chriſtus ſpinis coronaverint ? p 513
3. De clamyde coccinea Chriſti aliqua notantur. 514
4. Quare chlamydem, ſeu veſtem coccineam, ac purpuream milites imponunt Jeſu. ibid.
5. Quare ligantur manus Jeſus ad arundinem? p.516
6. Quare in Jeſu dextera ponitur arundo? p.517
7. Quare Jeſus ſpinis coronatur? p.518
8. Spinea corona valdè durum, & acerbum tormentum meo Jeſu p.519
9. Pro ignominia Chriſtus Jeſus coronatur ſpinis; ſpinea tamen corona fuit ei in gloriam, ac decorem triumphalem. p.521
10. A corona ſpinea prodeunt præjucundiſſimi flores ampla ſanctorum ſeges. p.522
11. Quare Pilatus irridet de Chriſto Domino quod homo, vel Rex eſſet, non verò de hoc quod filius Dei diceretur, cũ de hoc à Judæis accuſaretur? p.523
12. Quare Pilatus oſtendens populo Chriſtum Dominum, ait, Ecce homo. ibid.
13. Quare Judæi: ac præcipuè principes tanta ira, ac furore exacerbantur nunc in Chriſtum tam ſeverè plagatum. p.525
14. Solvuntur tres quæſtiones. ibid.
15. Quare cùm Judæi Chriſtum accuſarent, quod ſe Regem vel filium Dei fecerit, ipſe tamen ſuæ majeſtatis nullum exhibet ſignum? p.526
16. Quare ſi poſt illuſionem militum dicitur chlamys depoſita à Jeſu, non dicitur etiam corona ſpinea depoſita? p.527

CAP. XII.

Jesus bajulans Crucem.

Quæst. I. Quare Jeſus induitur propriis, veſtimentis, ut ad crucifigendũ pergat? p.528
2. Præparatur Jeſus ut ex atrio Præſidis exeat in montem Calvarium; agitur de Crucis materia, ac itineris diſtantia p.529
3. Pompoſa majeſtate, triumphali apparatu egreditur Jeſus bajulans crucem è Prætorio in Calvarium p.530
4. Nunc primum Chriſtus Dominus elevat crucem in vexillum noſtræ ſalutis, ac inimicorum noſtrorum interitum. p.531
5. Quare Chriſtus Dominus propriis humeris crucem portat? p.532
6. Expenditur modus dicendi Joannis Evangeliſtæ, Bajulans ſibi crucem. p.533
7. In Chriſto Jeſu crucem bajulante tres circunſtantiæ expenduntur. p.534
8. Chriſtum Ieſum exeuntem de Prætorio crucem bajulantem, alta meditatione, ac contemplatione ſequamur. p.535
9. Circa Simonem Cyrenæum quatuor quæſtiones reſolvuntur. p.536
10. An ex hoc loco Simon ſolus crucem Domini aſportaverit, vel Chriſto adjuvamen dederit in ea aſportanda? ibid.
11. Quare Matthæus Marcus, & Lucas faciunt mentionem de Simone comportatore; non verò Ioannes Evangeliſta? p.537
12. Quare Chriſtus Dominus qui fortiſſimus extitit in tantis cruciatibus, nunc cum crucem bajulat, comportatorem admittit? ibid.
13. Quare Chriſtus Dominus qui juxta Iſaiam Prophetam à pueritia crucem bajulavit, nunc crucifigendus, ſic illa fatigatur, ut adjuvamen ei provideatur? p.539
14. Quare cum Chriſtus, ac duo latrones ſimul ducerentur ad mortis ſupplicium, mulieres tamẽ ſolum Chriſtum plangebant, & lamentabantur? p.540
15. Quare Chriſtus prohibet filiabus Jeruſalem ne lacrymarum fletus effundant ſuper ipſum? ibid.
16. Quare Dominus fœminis Hieroſolymitanis prius mandat flere ſuper ſeipſas, deinde ſuper filios ſuos? p.541
17. Quare Dominus in præſenti ex malis factis in ligno viridi, infert quænam mala erunt in ligno arido? p.543

CAP. XIII.

Jesus Crucifixus inter duos latrones.

Quæst I. Circa montem Calvariæ tres quæſtiones expendo. p.544
2. Quare voluit Dominus eligere Calvariam ad locum ſuæ ſacratiſſimæ mortis? p.545
3. Quare guſtatum vinum cum felle, ſeu myrrhæ mixtum noluit Dominus bibere? ibid.
4. Quo tempore, die ac hora Chriſtus crucifixus, ac mortuus eſt? p.547
5. Ineffabilis nuditas Ieſu ad crucifixionem. p.548
6. Quare meus Ieſus nudus voluit pendere in cruce? p.549
7. Explicatur modus, quo meus Ieſus crucifixus eſt. 550
8. Acerbitas dolorum crucis Chriſti vehementiſſima. p.552
9. Chriſtus crucifixus ingens admiratio univerſo orbi. p.554
10. Quare Chriſtus Dominus non aliud mortis genus elegit, niſi tantum crucis? ibid.
11. Ieſus crucifixus magna & ſublimia nos docuit. 557
12. Ieſus crucifixus, ejuſque vulnera, & crux, clavi, lancea per totum orbem clamant. p.558
13. Quare cum Ieſu crucifixi ſunt duo latrones, & de modo, quo crucifixi ſunt? p.559
14. Quare Ieſus crucifigitur medius inter duos latrones unus à dextris alter à ſiniſtris? p.560

CAP. XIV.

Sortes in veſtes, Titulus in cruce, Blaſphemiæ in ore Judæorum.

Quæst. I. De veſtibus Chriſti ac earũ numero, & qualitate. p.561
2. Quare Chriſti veſtis dividitur inter milites qui ſunt Romani, & non Iudæi? p.562
3. Quotuplex fuerit ſors miſſa ſuper Chriſti veſtimenta, & quid eorum partitio myſtice ſignificet? p.563
4. Quare tunica inconſutilis non dividitur in partes, ſicut aliud Chriſti veſtimentum? ibid.
5. Quare Jeſus crucifixo apponitur in titulo cauſa mortis ejus: Jesus Nazarenus Rex Judæorũ. p.566
6. Quare Regis titulus affigitur in cruce? p.567
7. Quare titulus Crucis tribus linguis ſcribitur? p.669
8. Quare inſtantibus Judæis ut Pilatus crucis titulum deleret ipſe reſpondit, quod ſcripſi, ſcripſi. p.570
9. Quare Iudæi fraudulenter dicunt, quod ſi Chriſtus deſcendat de cruce, credent in eum? p.572
10. Quare meus Jeſus, qui vehementiſſimè deſiderabat omnium ſalutem, dicentibus Judæis deſcendat de cruce, & credimus ei, noluit deſcendere? ibid.

CAP. XV.

Jesus orat pro inimicis.

Quæst. I. Quare cum Jeſus pro ſuis inimicis orat, non Deum, ſed Patrem dicit? p.574
2. Quare Jeſus crucifixus pro crucifixoribus orat? 575
3. An Chriſti oratio fuerit exaudita à Patre? p.576
4. An Judæi cognoverint Chriſtum Jeſum verum eſſe Deum ac Meſſiam? ibid.

CAP. XVI.

Bonus Latro

Quæst I. Quare cum unus latro blaſphemaſſet, D. Matthæus, & D. Marcus ſcri-

buns

bunt, quod latrones blaſphemabant? p 577
2. Quare moriente Jeſu, janua cœlorum aperta, impius latro crucifixus damnatur? p 578
3. Quare cum bonus latro proximior adhæret Chriſto, tamen primo non loquitur cum Chriſto, ſed cum ſuo ſocio? p.579
4. Quare primum verbum, quod ſanctus Latro protulit, timorem Dei ſonat? p.580.
5. Profundiſſima, & alta pœnitentia, ac cõfeſſione dicit Dymas ſua peccata. Nos quidẽ juſtè p.581
6. Quare bonus Latro, qui antea blaſphemaverat, jam Chriſti magnalium prædicator, non cum populo ſed potius cum Chriſto loquitur? ibid.
7. Quare in extrema hora poſt tot graviſſima ſcelera totius vitæ audet bonus Latro accedere ad Chriſtum, & ab eo veniam petere? p.582
8. Unde ſancto Latroni tam illuſtris confeſſio, in qua prudentiſſimè ſe habuit? p.583
9. Quare bonus Latro Jeſum crucifixum Deum, ac Regem fatetur? p.584
10. Quare bonus Latro non petit regni primas ſedes, ut filii Zebedæi, ſed tantum ſui memoriam, & hoc cum venerit in regnum ſuum? p.585
11. Quare ſanctus Latro tam fervidè non de cruciatibus, ſed de regno agit, quod furandi arte ſibi præoccupat? p.586
12. Quare illuſtriſſima virtutum opera ſancti Latronis commemorantur? p.587
13. Quare D. Jeſus, qui nec blaſphemantibus Judæis, nec Herodi nec Pilato reſpondit, & valdè moroſe Chananææ, nunc tam cito bono Latroni? p 589
14. Quare Chriſtus D. qui nihil dixit ad verba mali latronis, nunc vero tam cito, ac prompte reſpondet bono Latroni? p.591
15. Quare tam cito conceditur regnum latroni, quod ferventi Petro charitate ardẽti denegatur? ib.
16. Quare bono Latroni non ſolum promittit Chriſtus ejus memoriam, ſed etiam ultra, id quod poſtulaverat hodie regnum? p 593
17 Quare Chriſtus D. bono Latroni non ſolum promittit regnum, ſed etiam & ſocietatem? p.594
18. Quare Chriſtus D. latroni poſtulanti regnum, nõ regnum ſed paradiſum polli etur? ibid.
19. Quare tam liberaliter dat Chriſtus regnum cœlorum latroni, ut ipſe primus illius videatur particeps? p.595

Cap. XVII.

Deipara juxta Crucem.

Quæst. I. Quare Joannes Evangeliſta poſt ſortem miſſam in Chriſti veſtem ſcribit, quod Jeſus viderit Matrem, de ipſáque recordatus ſit? p.596
2. Quare mulieres non ſedebant, ſed ſtabant, & prætereuntes blaſphemabant? p 597
3. Quare nuptiis Canæ Galileæ dicitur, quod erat ibi Mater Jeſus, modo vero in Calvario, quod ſtabat juxta Crucem? p 598
4. Quare in Virgo Maria ſine Judæorum metu tam fortiter ac conſtanter ſtabat juxta crucem ſpectans acerbiſſimam mortem filii ſui? ibid.
5. Quare fugientibus Apoſtolis mulieres tam animosè ſtabant juxta Crucem? p 600
6. Quare mulieres, quæ juxta Matthæum erãt à longè, nunc juxta crucem dicuntur, & non lachrymantur ut Magdalena apud ſepulchrum? p.601
7. Quare cum multæ piæ fœminæ extarent juxta crucem, ſolum tamen dicitur, quod viderit Jeſus Matrem, & diſcipulum, quem diligebat? p.602
8. Quare juxta Arnoldum Pater reſpiciebat vulnera filii, & filius ubera Matris? p.603
9. Quare Chriſtus D. non in cœnaculo, ſed pendens in cruce, matrem Joanni commendat, matrem que loquitur? ibid.
10. Quare Joannes expreſsè de ſe non teſtatur, quod erat juxta crucem, ut de mulieribus dixit, ſed tantum, quod viderit eum Jeſus ſtantem. Diſcipulum quem diligebat Jesus? p.604
11. Quare cum multæ fœminæ adeſſent, ſolius matris facit mentionem, eámque ſolum diſcipulo recommendat vocat? p.605
12. Quare cum Evangeliſta tripliciter Virginem matrem Chriſti dicat, Chriſtus eam non matrem, ſed mulierem? p.606
13. Quare Chriſtus D pendens in cruce, Patrem dicit Patrem, Matrem verò non Matrem, ſed mulierem appellat? p 607
14. Quare ſacratiſſima virgo datur potius in matrẽ Joanni, quàm alteri viro, vel fœminæ? p.608
15. Quomodo dicitur quod Joannes, qui nihil habebat & omnia dimiſerat, recepit Virginẽ in ſua? 610
16. Quare ſicut Joannes de Virgine Matre ait, quod accepit eam diſcipulus in ſuam, non dicitur etiã quod mater accepit diſcipulum in ſuum. p.611
17. Quare auditis Chriſti verbis, Virgo Maria, & Joannes non reſponderit aliquid? ibid.

Cap. XVIII.

Ultima quatuor Chriſti verba in Cruce, ſacratiſſimáque ejus mors

Quæst I. Quare Chriſtus clamavit voce magna Eli, Eli, Lamma ſabacthani, quæ verba tali idiomate ponuntur in noſtro textu? p.612
2. Quare Chriſtus D. hanc vocẽ querelæ emiſit ad Patrem, Deus meus ut quid dereliquiſti me? p 613
3. Circa hæc verba: Deus meus, Deus meus, quare dereliquiſti me. Quinque quæſtiones ſolvuntur. p.614
4. Quare Jeſus, qui aquam habebat in pectore, ſic ſitibundus erat ut pendens in cruce dicat: Sitio? p. 616
5. Quare acetum circumpoſitum hyſſopo datur Chriſto Domino? p.617
6. Quare Chriſtus clara voce dixit, conſummatum eſt? p. 619
7. Quare Chriſtus D. clamans dixit Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum? p.620
8. Quare meus Jeſus, ſpiritus oris noſtri, ſub cujus umbra vivimus, dicitur quod clamans miſerit ſpiritum, & non potius animam? ibid.
9. Quare Jeſus non ut cæteri moribundi erecto ſed inclinato capite emiſit ſpiritum? p.621

Cap. XIX.

Prodigia in morte Chriſti.

Quæst. I Circa tenebras, quæ in morte Chriſti factæ ſunt, quatuor expendo quæſtiones. p.622
2. Rationes morales harum tenebrarum, ac hujus Eclypſis expendo p. 6 3
3. Quare Chriſto mortuo tanta creaturarum commotio fit? p 625
4. Quare velum templi ſciſſum eſt in Chriſti morte? p 626
5. Quare contremuit terra in Chriſti morte? p.627
6. Quare petræ ſciſſæ ſunt? p.628
7. Circa hanc ſanctorum reſurrectionem duæ quæſtiones reſolvuntur p 629

Cap. XX.

Lanceâ latus aperitur.

Quæst. I. Quare tam inſtanter Judæi rogant Pilatum, ut deponerentur corpora ſuſpenſorum, eo quod Paraſceve erat? p 630

2. *Quare iſte miles potius quam alius Chriſti latus aperuit,& quiſnam ille eſſet?* p.631

3. *Quare nomen hujus militis non exprimitur?* p.632

4. *Quare lancea non vulneratur alia pars corporis, niſi latus dextrũ,ita ut ad cor penetraret,agitur de latitudine ac profunditate hujus vulneris?* ib.

5. *Moraliter locus vulneris, ejuſque latitudo magnitudo cum tranſverberatione cordis expenditur?* p 633

6. *Quare non in corpore Chriſti vivo, ſed mortuo infligitur hoc lateris vulnus?* p.634

7. *Quare Evangeliſta non dixit quod miles lancea latus ejus percuſſit,ſeu vulneravit,ſed aperuit?* 635

8. *Quare ex percuſſo latere Chriſti exivit ſanguis & aqua?* p.636

9. *Quare à Chriſti latere non ſolùm profluxit ſanguis,ut ex ejus aliis vulneribus,ſed etiam ſanguis,& aqua?* p.637

10. *Quomodo Joannes potuerit videre aquam fluentem cum ſanguine & quomodo aqua,& ſanguis fluxerint?* p 638

11. *Quare dicitur quod ex latere Chriſti formata ſit Eccleſia,ac ipſoque latere omnia ſacramenta manaverint?* ibid.

12. *Percuſſo latere Chriſti in corpore ejus fulgent quinque pretioſiſſima vulnera in noſtræ ſalutis remedium.* p.639

13. *Quare Chriſto D. oſſa non ſunt confracta?* p 641.

Cap. XXI.

Sepultura Domini Jesu.

Quæ. I. *Quiſnã eſſet Joſeph ab Arimathia?* p.642

2. *Quare tam notanter advertit Evangeliſta,quod Joſeph erat vir nobilis?* p.643

3. *Quare D. Matthæus notat de Joſeph, quod eſſet dives?* p 644

4. *Quare Arimathæus, qui anteà occultus erat Chriſti diſcipulus,nunc manifeſtus audacter introivit ad Pilatum?* ibid.

7. *Quare Joſeph petiit à Pilato corpus Jeſu ſibi tradi.* p.646

6. *Quare cum Arimathæus petat à Pilato corpus Jeſu,non aliqua illius dicit magnalia?* p.646

7. *Quare ad miniſterium ſupulturæ Chriſti è diſcipulis ejus eliguntur duo timidi, & qui occulti erant?* p.647

8. *Deponitur Jeſus à cruce, & involvitur ſindone munda,ac præparatur corpus ad ſepulturã.* p.649

9 *Depoſito Jeſu à cruce in ſinu Virginis conſideratur ejus ingens dolor,ac ſanctarum fœminarum & diſcipulorum.* p. 650

10. *Quare Jeſus non ſolùm involvitur Sindone, ſed etiam in Sindone munda,& nova?* p 651

11. *Quare Chriſtus in monumento ſepelitur?agiturque de ipſo monumento.* p.652

12. *Gloria ſepulchri* Domini *ex multis circunſtantiis ponderatur.* p.653

Ingens Virginis Mariæ martyrium, dolor, ac ſolitudo Iesu filio dilectiſſimo paſſo,ac ſepulto.

Quæst. I *Ingens dolor Beatiſſimæ Virginis ex filio paſſo,& mortuo.* p.655

2. *Ingens dolor Virginis Mariæ in Paſſione filii ſui declaratur ex repræſentatione in anima ejuſque ſummo amore materno.* ibid.

3. *Sacratiſſima Virgo Maria in Paſſione, ac morte filii ſui glorioſior extitit Martyr omnibus aliis ſanctis Martyribus* p 656

4. *Præclariſſimum Virginis Martyrium ſuper omnes Martyres, ex multiplici circunſtantia declaratur.* p. 658

5. *Virgo Mater præſtantiſſima aureola martyrii ſuper omnes Martyres fulget,ac nitet in patria* p.659

6 *Jeſu ſepulto vehemens matris deſiderium expenditur.* 660

7. *Virginis dolor in ſolitudine ſua ex deſiderio filii ſepulti abſque omni levamine,& conſolatione* p.661

8. *Vehemens Virginis amor,ac deſiderium in ſua ſolitudine erga filium Jeſum.* p.662.

9. *Filio Jeſu ſepulto Virginis Mariæ ſolitudo maximè dolorifera.* ibid.

10. *Quare ſacri Evangeliſtæ in Paſſione Domini ſcribunt,quod piæ fœminæ plangebant, & lamentabantur Dominum,non ſic verò de B. Virgine narratur.* p.663

LIBER IX.

De glorioſa Chriſti Reſurrectione, ejuſque apparationibus uſque ad illius mirabilem Aſcenſionem.

Cap. I.

Jesus mortis triumphator glorioſè reſurgit.

quæſt. I. *Ot a glorioſæ Reſurrectionis Jeſu Chriſti ſeries, à qua omne noſtrum bonum explicatur.* p.666

1. *Explicatur, & concordatur textus Evangeliſtarum,clariſſimaque dies ac hora Reſurrectionis* p.667

3. *Feſtivus,ac clariſſimus Reſurrectionis dies magis explicatur.* p.668

4. *Quare non Apoſtoli, ſed mulieres primæ vadunt ad ſepulchrum; eliguntur que ad ferenda Reſurrectionis nuntia?* p. 669

5. *Quare hæ tres fœminæ tantum præ cæteris veniunt ad monumentum,earumque præclaritas expenditur?* p.670

6. *Quare mulieres dicuntur emere aromata,cum tamen Magdalena, quando primum unxit caput Jeſu,non dicitur illa emere?* ibid.

7. *Quare cum hæ fœminæ ſciunt Chriſtum eſſe unctum à Joſeph, & Nicodemo eum tamen ungere volunt?* p 671

8. *Prima apparitio reſurgentis Jeſu facta ſacratiſſimæ Virgini Mariæ* p.672

9. *Quare in die Reſurrectionis tantus terræ motus factus eſt?* p.674

10 *Quare Angelus ſedet ſuper lapidem ſepulchri,& à dextris,& quiſnam eſſet iſte Angelus?* p.675

11. *Quare Angelus apparet reſplendens vultu veluti fulgure?* p.676

12. *Quare Angelus veſte candida veluti nive apparet?* p.677

13. *Quare Angelus deſcendens de cœlo revolvit lapidem?* p.678

14 *Quare inter Chriſti reſurgentis glorias Angelus eum crucifixum appellat?* p.679

15 *Quare Angelus cum Chriſtum annuntiat ſurrexiſſe,eum Nazarenum vocat,ubi de floribus Paſchalibus ſermo eſt?* ibid.

16. *Quare cum Angelus oſtendat ſepulchrum vacuum,non indicat etiam,ubi modo Chriſtus præſens ſit?* p.680

17. *Quare ab Angelo nunc mittuntur mulieres,ut diſcipulis denuntient,quod in Galilæa videndus ſit Dominus quatuor quæſtiones reſolvuntur* p.681

18 *Quare Angelus mandans dare Reſurrectionis nuntia diſcipulis,expreſsè nominat Petrum* p.682

CAP. II.

Petrus & Joannes currunt ad monumentum, Magdalena foris ſtat plorans.

quæſt I *QVare ſimul currentes Petrus & Joannes tamen præcurrit citius Petro?* p,683

2 *Quare Chriſtus reſurgens non aſſumpſit ſecum ſudarium,& linteamina,ſed magis ea voluit relinquere in monumento?* p 685

3. *Quare Apoſtolis recedentibus à monumento Magdalena ſtabat juxta illud?* p 687

4. *Quare nec diſcipuli, nec aliæ mulieres ,ſed ſola Magdalena dicitur plorare?* p.688

5. *Quare Angeli teſtificantes Chriſti reſurrectionem apparent fœminis , & non diſcipulis?* p.689

6. *Quare Magdalenæ hic duo Angeli apparent,cum aliis mulieribus unus tantum Angelus ſe exhibuerit, uníſque fuerit Angelus ad cuſtodiendum Paradiſum,uníſque ſpiritus deceperit primos parentes?* ibid.

7. *Quare Magdalena Petro,& Joanni ait* , Tulerunt Dominum de monumento ; *nunc verò Angelis addidit*, Tulerunt Dominum meum p.691

8. *Quare Magdalena loquens cum Angelis , nullo eorum ſpectato reſponſo retrorſum converſa eſt* ibid.

9. *Quare Magdalena exiſtens inter Angelos Jeſum non cognoſcit,ſed hortulanum exiſtimat? at Stephanus inter perfidos Judæos Jeſum videt* p 693.

10. *Quare Chriſtus interrogat Magdalenam*,quid ploras quem quæris *Cum ipſe optimè omnium cauſas agnoſceret.* p.694

11. *Quare Magdalena non Angelos ,ſed Hortulanum Dominum vocat , & Jeſum ſolum dixerit Magiſtrum?* ibid.

12. *Quare Maria bis dicitur concurſa non tamen primo,ſed ſecundo agnovit Jeſum?* p.695

13. *Quare Magdalena,quæ prius vocata fuit à Chriſto mulier , nunc Maria dicitur?* p.695

14. *Quare Chriſtus non prohibet Magdalenam à ſui tactu, cum illum conceſſerit ſanctis fœminis in via?* p.697

CAP. III.

Diſcipuli in Emmaüs.

Quæſt.1 *QVinam eſſent hi diſcipuli , qualeve eſſet Caſtellum Emmaus?* p.700

2. *Quare his diſcipulis inter ſe loquentibus Jeſus appropinquans apparuit,cùm à ſuis in horto eſſet deſertus ?* ibid.

3. *Quare ſub ſpecie peregrini Dominus Jeſus his duobus diſcipulis apparuit.* p.701

4 *Quare inter omnes apparitiones,quas Chriſtus reſuſcitatus præſtitit, Magdalena tantum,& his duobus diſcipulis cõmutato habitu facta fuerunt* p.702

5. *Quare cum Chriſtus Dominus degeret in hac vita mortali gloriam ſui corporis manifeſtavit in monte Thabor,nunc verò jam glorioſus ſub ſpecie hominis mortalis apparet?* p.703

6 *Quare Chriſtus hos diſcipulos interrogat?* p 704

7. *Quomodo Chriſtus interrogat,& ipſi diſcipuli reſpondent?* p.706

8. *Quare hi duo diſcipuli dicunt Jeſum eſſe virum Prophetam,& non potius Dei Filium ? ut erat communis opinio in ſchola Chriſti* ibid

9 *Circa diſcipulorum verba, quinque quæſtiones expendo.* p.707

10. *Quare Chriſtus hos diſcipulos ſtultos appellat?* p.709.

11 *Quare Chriſtus hos diſcipulos reprehendit ſolum quod non crediderunt verbis Prophetarum,& non potius quod non crediderint verbis ejus* p.710

12. *Quare dicitur quod oportuit Chriſtum pati , & per mortem , ac paſſionem intrare in gloriam ſuam?* ibid.

13. *Quare Chriſtus ſimulat ſe velle longius ire cum apud diſcipulos manere diſpoſuiſſet?* p 711

14 *Quare cum, quem antea peregrinum diſcipuli vocabant,nunc Dominum dicunt?* p.712

15 *An Chriſtus Dominus his duobus diſcipulis dederit panem conſecratum , tractaturque quædam quæſtio curioſa de ſacra Euchariſtia ?* p.713

16 *Quare cum Jeſus porrigeret panem his duobus diſcipulis,dicuntur oculi eorum aperti?* p.714

17. *Quare diſcipuli Dominum Ieſum in panis fractione agnoverunt?* ibid.

18 *Quare diſcipuli dicunt,quod in via dum Ieſus loqueretur,cor eorum ardens erat?* p.716

CAP. IV

Diſcipuli Congregati.

Quæſ.1. *QValiter his ſtatus diſcipulis congregatis apparuerit,ut eum ſpiritum exiſtimarent?* p.718

2. *Quare Chriſtus D. Magdalenæ,ut hortulanus,diſcipulis in Emaüs,ut peregrinus apparuit,diſcipulis verò congregatis manifeſta & aperta facie, dicens:*Ego ſum? p 719

3 Quare *in die Nativitatis pax annũtiatur hominibus per Angelum; his verò diſcipulis congregatis,non per Angelum ,ſed per ipſum Dominum.* ibid.

4. *Quare in privatis apparitionibus Chriſtus D.non dat pacem , ut modo his diſcipulis congregatis* p 720

5. Quare *Chriſtus* Dominus *reſurgens à mortuis dat pacem ſuis diſcipulis,oſtendens eis ſimul latus, & manus?* p.721

6. Quare *viſo Domino Diſcipuli turbantur , cum potius maximè eſſet gaudendum* p.722

7. *Circa corpus Chriſti palpatum à diſcipulis tres quæſtiones reſolvuntur.* p.723

8. *Quare in corpore ſuo glorioſo Chriſtus ſervaverit quinque vulnera?* ibid.

9. *Quare Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis manus, latus,& pedes plagatos oſtenderit?* 724

10. Quare *Chriſtus poſt reſurrectionem comederit cum ſuis diſcipulis?* p 726

11. Quare *piſcis aſſatus,& favus mellis Chriſto appoſitur ad manducandum?* ibid

12. Quare *Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis dat ſcripturarum ſcientiam?* p.728

13 Quare *quando Dominus Apoſtolis ſpiritum ad remittenda peccata, inſufflavit?* p.729

14. Quomodo *Spiritus ſanctus qui promiſſus eſt poſt aſcenſionem detur hic Apoſtolis?* p.730

CAP V.

Thomas Apoſtolus.

Quæſ.1. *QVare Apoſtoli non reprehendunt Thomam,cum ei dicunt vidimus Dominum,& ipſe eis non credit?* p 731

2. *Vnde cognovit D Thomas, quod Chriſtus Dominus habebat vulnera? Expenditurque ejus modus dicendi.* p 732

3 Quare *D.Thomas pro ſigno corporis glorioſi Chriſti non poſtulat dotes gloriæ, ſed vulnera corporis plagati?* p.733

4 Quare *D.Thomas ad credendum,vulnera requirit in corpore Chriſti, Phariſæi verò ut credant,vulnera non eſſe in corpore Chriſti poſtulant?* p.734

5. Quare *Thomas tam conſtanter ait quod non credet*

niſi mittat manum in Chriſti vulnera; Agitur de ejus culpa. ibid.

6. *Quare Dominus Magiſter abeſt hebdomada integra, cum Thomas maximè remedio indigeret?* p.735

7. *Quare Jeſus non apparet ſeorſum Thomæ, ſed cũ eſſet cum aliis Apoſtolis, & januis clauſis?* p.736

8. *Quare ingreſſus Jeſus ſtatim ſe convertit ad Thomam, eique loquitur, nulla interrogatione facta?* p.737

9. *Quare Dominus ſtatim offert Thomæ, ut digitum mittat in loca clavorum, & manum in latus?* ib.

10. *Quare conceditur Thomæ tangere Chriſtum, quod Magdalenæ denegatum eſt?* p.739

11. *Unde Thomas tam ſublimem ebibit mentem, ut depoſita incredulitate dicat:* Dominus meus, & Deus meus, p.740

12. *Multis conſiderationibus pro excellentia D. Thomæ expenduntur ejus verba*, Dominus meus, & Deus meus? p.741

13. *Elogia quædam pro excellentiis S. Thomæ Apoſtoli* ibid.

CAP. VI.

Diſcipuli ad mare Tiberiadis.

QUÆST. I. *TRes quæſtiones ſolvũtur quare Chriſtus ſtat in littore, & non in mari. Apoſtolos ſenes dicat pueros, qui modo vigilant, & non dormiunt, ut in horto.* p.744

2. *Quare Dominus præcipit mittere retia in dexteram?* p.745

3. *Circa cognitionem, quam Apoſtoli, de Chriſto habuerunt, tres quæſtiunculas expendo.* p.746

4. *Quare Petrus cum eſſet nudus, tunica ſe cinxit, ut ſe in mare mitteret?* p.747

5. *Quare Petrus miſit ſe in mare?* p.748

6. *Quare piſces capiuntur in numero centum quinquaginta tres?* p.749

7. *Quare olim multitudine piſcium rumpebatur rete, nunc verò minimè, cum tanti, ac tam magni eſſent?* p.750

CAP. VII.

Pontificatus Petri.

QUÆST. I. *QUare Princeps Apoſtolorum à Chriſto Domino non vocatur hic Petrus, ſed ſuo antiquo nomine Simonis?* p.751

2. *Quare ut Petro committantur oves paſcendæ ter de amore interrogatur?* p.752

3. *Quare Chriſtus Dominus ter Petrum interrogat de ſuo amore?* p.753

4. *Quare Petrus interrogatus de ſuo amore, non ſimpliciter reſpondit, ſed ad* Dei *ſcientiam recurrit:* Tu ſcis quia amo te? p.754

5. *Quare Petrus interrogatus, an diligat plus his, affirmat, quod amat: ab illo vero* plus his, *abſtinet, ac tacet?* ibid.

6. *Quare Petro, qui negaverat, oves ſuas paſcendas committit Chriſtus?* p.755

7. *Circa oves commiſſas Petro quatuor quæſtiunculas expendo* ibid.

8. *Quare à Chriſto Agni bis commendantur & oves ſemel, agitur de magna dignitate Petri?* p.756

9. *Quare poſt longum amoris examen mors prædicitur Petro?* p.758.

10. *Quare majora certamina reſervantur Petro ſeniori, quàm juniori?* ibid.

CAP. VIII.

Joannes Evangeliſta.

QUÆST. I. *QUare modeſtiſſimus Joannes eſt ſcriptor, ac promulgator ſuarum laudum?* p.759

2. *Quare Petrus vocatus à Chriſto, ut eum ſequeretur ſe tamen ad Joannem convertit?* p. 760

3. *Quare Joannes nõ vocatus ſequitur Chriſtũ?* p.761

4. *Quare Joannes dicitur diſcipulus, quem diligebat Jeſus?* p.762

5. *Quantum Jeſus diligeret Joannem maximè declaratur, ac oſtenditur ex eo quod Jeſus in cruce, ei dederit ſacratiſſimam Virginem in Matrem?* p.763

6. *Quare D. Joannes ſe appellat diſcipulum, quem diligebat Ieſus: & non diſcipulum, qui diligebat Ieſum?* p. 764

7. *Multa gratia, magnóque favore ſublimatus eſt Joannes, cum ei datum ſit, ut recumberet ſuper pectus Jeſu.* ibid.

8. *Joannes recumbens in pectore Chriſti altiſſimam myſteriorum cognitionem participavit.* p.766

9. *Quare Petrus pro Joanne interrogat?* p.767

10. *Quare cum omnes diſcipuli ſequerentur, Petrus tamen peculiariter interrogat de Joanne?* p 768

11. *Quare Petrus non dicit, ac exprimit nomen Joannis ſed hic autem quid?* ibid.

12. *Quare Chriſtus Dominus tanquã cum indignatione reſpondit veluti increpans Petrum?* p 769

13 *Quare dum eſt ſermo de fine, ac exitu Joannis ait Chriſtus*, donec veniam? p.770

14. *Quare tanto placito divulgatur opinio inter diſcipulos, quod Joannes non moritur?* ibid.

15. *Quare Petrus rigide redargutus à Chriſto tacet, & nihil reſpondit?* p.771

16. *Circa Joannes mortem quatuor quæſtiunculæ reſolvuntur.* p 772

17. *Quare Joannes de ſuo Evangelio omnium profert teſtimonium,* Scimus, quia verum eſt teſtimonium ejus? p.773

18. *Quare Joannes inter omnes Evangeliſtas de ſuo Evangelio profert teſtimoniũ, quod verũ ſit?* ib.

CAP. IX.

Sanctiſſimum Trinitatis myſterium revelatur à Jesu Chriſto

QUÆST. I. *QUare Chriſtus Dominus ait hoc in loco ſibi eſſe datam omnem poteſtatem in cælo, ac in terra?* p.775

2. *Quare Chriſtus Dominus non ſolum ait, quod data ſit ei poteſtas, ſed etiã* omnis poteſtas? p.776

3. *Quare cum Chriſtus dicat quod data eſt ei omnis poteſtas in cœlo, & in terra, cur etiam non ait in Inferno?* ibid.

4 *Quare Chriſtus Dominus ait quod poteſtas ei ſit data, cum eam hæreditariò jure hæberet per generationem, ut filius Dei?* p.777

5. *Quare cum Chriſtus Dominus ſuos Apoſtolos cum magna juriſdictione mittit in totum mundum, ait eis data eſt mihi omnis poteſtas, ac ſi gratis fuiſſet data?* p.778

6. *Quare commemorata poteſtate ſibi data in cælo, ac in terra, ſtatim Chriſtus ſuis mandat:* Docete omnes gentes? p.779

7. *Circa hæc verba.* Docete omnes gentes; *quatuor quæſtiunculæ expenduntur* p.780

8. *Quare quando Chriſtus deſignat diſcipulos ad edenda miracula eis præcipit ut non tollant peram, nec panem; non verò modo quando ad baptizandum mittit?* p.781

9. *Trinitatis myſterium abſconditum in omni ſæculo, nunc Chriſtus aperit, ac manifeſtat?* ibid.

10. *Quare in ingreſſu Chriſtiani hominis, ſeu fidei exprimitur ſancta Trinitas?* p.782.

11. *Quare ab aqua invocato Auguſtiſſimo Trinitatis nomine inchoatur Chriſtianorum vita?* p 783

11. Quare

12. *Quare Baptiſmum, ſeu ingreſſum hominis Chriſtiani voluit Chriſtus conferri ſub nomine Trinitatis ?* ibid.

13. *Quare dum Chriſtus præcipit prædicare per totum mundũ, Trinitatis memoriã apponit?* p.784

14. *Quare poſt declaratum myſterium Trinitatis immediatè mandat Chriſtus ſervare omnia mandata ?* p.785

15. *Quare Chriſtus D. ſub ſanctiſſimo Trinitatis nomine mandat docere omnes gentes ?* p.786

16. *Quare Dominus ſuis promiſit ſuam præſentiam uſque in finem ſæculi ?* p.787

Cap. X.

Jesus aſcendens in cælum.

Quæst. i. *A Die Reſurrectionis uſque ad Aſcenſionem, in quo loco Chriſtus D. erat, & quid agebat, quando non apparebat, & aderat diſcipulis ſuis ?* p.788

2. *Quare recumbentibus undecim diſcipulis ad menſam apparuit eis Jeſus dans ultimum vale aſcendens in cælum ?* p.789

3. *Quare recumbentibus Apoſtolis apparet Chriſtus, & ſimul cum eis conveſcens aſcendit in cælum ?* p.790

4. *Quare Chriſtus non diſſimulat, ſed increpat incredulitatem, ac duritiem diſcipulorum?* p.791

5. *Quare in feſtivo, ac triumphali Aſcenſionis die Chriſtus ſuos diſcipulos reprehendit ?* p.792

6. *Quare Thomas incredulitate jam depoſita hic increpatur à Domino; minimè vero prodigus quando reverſus eſt è regione longinqua ?* p.793

7. *Quare tam aſpere increpat Dominus diſcipulos quod reſurrectionis ſuæ teſtibus non crediderunt ?* p.794

8. *Quare Chriſtus ſuis diſcipulis non exprobrat defectus commiſſos tempore paſſionis, ſed tantum incredulitatem in reſurrectione ?* p.795

9. *Quare increpata incredulitate, ac duritie cordis diſcipulorum, eos Chriſtus Dominus ſtatim conſtituit Prædicatores, ac Magiſtros totius orbis ?* p.796

10. *Quomodo Evangelium erat prædicandum omni creaturæ ?* p.797

11. *Solvuntur tres quæſtiunculæ.* p.798

12. *Quare cum ampliſſima poteſtas faciendi miracula data ſit fidelibus Chriſtus tamen hic paucas miraculorum ſpecies numerat ?* p.799

13. *Quinque miraculorum ſpecies hic appoſitæ à Chriſto Domino moraliter expenduntur.* p.800

14. *Quare cum noſter Salvator undecim apparuit dicatur Jeſus, modò verò cum aſcendit in cælum Dominus Jeſus?* p.802

15. *Explicatur cauſa, dies, hora ac locus Aſcenſionis, modúſque aſcendendi;* ibid.

16. *Chriſtus aſſumptus eſt in cælum magnum ſuorum deſiderium ferens ſecum.* p.804

17. *Aſſumpto Jeſu in cælum ſui magno illius deſiderio tenebantur in terris.* ibid.

18. *Quare feſtivo triumpho, ac magnifico comitatu hominum, & Angelorum Chriſtus aſcendit, cum quo & nos aſcendimus ?* p.805

19. *Chriſtus Dominus ingrediens cælorum faſtigium multum honorificavit naturam humanam, maximè maternam, multa reverentia ab Angelis, multo gaudio à Patre exceptus eſt.* p.806

20. *Quare in Evangelio dicitur Chriſtus ſedere à dextris Dei, in ſymbolo verò ad dexteram Patris ?* p.807

21. *Ab Aſcenſione Chriſti multiplex donorum, ac virtutum fructus in nobis.* p.808

S U M M A

Concionum Adventus, ac Quadrageſimæ.

Dominica I. Adventus.

Luc. 21.

ERUNT *ſigna in Sole, & Luna.* Judicium incipit Chriſtus à fulgentibus cœli luminaribus, ut rectitudo tribunalis appareat, in quo non illuſtria, ac præclara non reſpiciũtur, ſed ſolum merita. l.9.c.4.n.33.34 & 35

Erunt ſigna in Sole, & Luna. Ut ex tantis ſignis, ac aliorum mutatione timeat homo peccata ſua, ac eorum ſupplicia. l.7 c.17.n.62.63.64

Erunt ſigna in Sole, & Luna. Deo irato famulantur creaturæ, ut ab is inſenſibilibus diſcant homines Deum timere, eòque dare obſequium. l.9.c.1.n.97.98

Erunt ſigna in Sole & Luna. Omnes creaturæ ſubſcribunt Deo irato in hominibus perdendis. Omnes ſubſcribunt Principi, ut illius iram, ac amorem ſequantur. l.7 c.15 n.33.34.35

Areſcentibus hominibus præ timore. Tanquam ſuorum criminum maximè conſcii timebunt. l.7. c.7.n.97.

In terris preſſura gentiũ. Ut ita homines excitentur ad memoriã æterni judicii, quæ ſemper ſit ante oculos, & inſervit ad fructus redemptionis percipiendos. l.7.c 11.n.32.& l.8.c.13.n.119

Cũ poteſtate magna. Hinc tanti judicis juſtitia maximè ſplendet ex eo, quod cum tanta poteſtate venit, ut pote ſupremus Dominus, a nullo dependens, quod maximè conducit ad ſuum munus rectè agendum. l.9 c.9.n.11.1 13.14

Ite maledicti. Vox Dei damnantis valdè horroris plena. l 7.c 7.n.23.& l.8.c.3.n.94

Dominica II. Adventus.

Matth. 11.

CUm *audiſſet Joannes in vinculis.* Inſignis Joannis virtus carcere, ac vinculis premitur, cũ virtus fulget, labores irruunt. l.7.c.16.n.45.46

Cum audiſſet Joannes. Joannis cõſtantia, ac fortitudo, nulla adverſitate frangitur, nã animi robur in cõtrarietate declaratur. l.8.c.17.n.12.13.& 14

Tu es qui venturus es. Interrogat non propter ſe, ſed propter diſcipulos, charitas ſe totam impendit in aliorum ſalutem. l.7. c.9.n.25. 26.& l.8.c.16 n.24.25.26

Tu es qui venturus es. Non propter ſe, ſed propter diſcipulos interrogat, ut cognitionem, quam ipſe de Chriſto habebat, diſcipulis præſtaret. Juſtus beneficia, quæ à Deo habet, alii vult cõmunicare. l.7.c.12.n.40.41 42.& c.20.n.9;

Mittẽs duos de diſcipulis ſuis Joannes volebat diſcipulos ſuos ad Chriſtũ reducere, & nil omittit,

tit, ut intentum ſuum adimpleat. l.8.c.2.n.90

Tu es,qui venturus es. Joannes ſcientiam,quam de Chriſto habebat ignorantia diſſimulat, ac declarat. l.7 c.11.n.46.47.48.& l.9.c.3 n.35

Charitas ſemper varias formas induit pro aliorum ſalute. l.8.c.3.n.24

Cæci vident. Tanta beneficia exhibet Chriſtus,ut homines ad ſe alliciat, maximè ſequuntur homines beneficiorum largitorem. l 9.c.3.n.99. 100.& 101

Dicite Joanni,quæ vidiſtis,cæci vident. Maximè virtus operantis in omnibus nitet,quæ illius dāt teſtimoniū.l.7 c.7.n.106.& l.8.c.4.n.89: & c.7.n.52

Dominica III. Adventus.

Joan 1.

M*Iſerūt Judæi ab Jeroſolymis Sacerdotes,& Levitas.* Mit'ūtur miniſtri ad Joannē,& Sacerdotes, utpote maximè honorati, nam hi diligentiores ſunt in opere. l.7 c.11.n.93.94.& 95

Miſerunt Judæi ab Jeroſolymis Sacerdotes. In negotio tanti ponderis Judæi optimos Legatos eligunt,nam bonitas,vel malitia legati in mittentem refunditur. l.8.c.3 n.181.182.& 90.91

Tu quis es. Sub legis zelo interrogant,ut poſtea affirment, quod ipſi tantum interrogarunt à Joanne. *Tu quis es.* Et quod ipſe ſe eſſe Miſſum dixerit: Multos modos quærunt impii ad ſuam malitiam abſcondendam, & colorandam. l.7.c.15 n.80.81.82

Tu quis es Ab his Sacerdotibus Joanni offerebatur divinitas, noluit eam admittere. Unuſquiſque perſiſtat in ſua ſphæra, & non intendat ultra evolare,ne miſerabiliter corruat. l. 8. c. 3. n.162 163.164

Vox clamantis. Joannes vocem ſe appellat,non tātum, quia vox erat æterni Verbi, ſed etiam ut oſtendat ſe parum, aut nihil eſſe; vox enim, quid eſt niſi aër ſonans, & inde tantus eſt Joānes, qui ſcit magnitudinem ſuam cum tanta humilitate componere l.8.c.20 n.150.151.152

Quid ergo baptizas. Maximè inſurgunt homines in eum,in quo nulla fulget dignitas. l.8.c.11.n.88.

In deſerto Qui ab hominibus audiri volebat in deſerto clamat D. Thomas lect. 12. *Ut in deſerto manus immunis eſſet ab omni peccato: ut ſic dignior eſſet Chriſti teſtimonium ferre,& ex vita ſua, teſtimonium ſuum credibilius eſſet hominibus.* Concionatoris vita,& morum innocentia valdè potens ad convertendos peccatores l.7.c.10.n. 36.37.& 38

Vox clamantis. Una vox clamans & excitans maximè intereſt ad ſalutem. l.7.c.10.n.49.50

Dominica IV. Adventus.

Luc. 3.

A*Nno quinto decimo Imperii Tiberii Cæſaris* Quādo tot Principes iniqui dominabantur, & reſpublica Judaïca erat in extrema ruina, tunc miſſus eſt Joannes; quando omnia in humanis deficiunt adeſt Dei bonitas. l 9.c.6.n.5

Anno quinto decimo Ecce quibus datur honor regalis,Tiberio,Pilato,Herodi,Annæ, & Caïphæ, his datur in perditionem, & ruinam; honor enim indebitus lethalis. l.7.c 6.n.84.85

Procurante Pontio Pilato Judæā Pilatus procurabat ſibi Judæam, ejúſq; dignitatē pecuniis,ac muneribus miſſis,ut ipſam dignitatem ſibi cōpararet,ac in ea perſiſteret l 8 c.2.n.194.195.& 196

Anno quinto decimo Imperii. Tot monſtruoſi,& iniqui Principes deſcribuntur, ut miſer ſtatus reipublicæ Judaïcæ declaretur, nam dignitas ab indigno devenuſtatur, ſicut & à merente ſublimatur. l.7.c.11 n.36 37.38

Factum eſt verbum Domini ſuper Joannem. Non dicitur prolatum,ſed factum, quia qui verbū Dei annuntiat,prius illud debet in ſe facere, & adimplere. l.7.c.10.n.36.37.38. & l 9.c.3 n.53

Factum eſt verbum Domini. Cum Joannes inter tot pericula verſaturus eſſet prædicator, divino verbo armatur, quem Dei verbum armat, & cuſtodit,terror eſt adverſariis.l.8.c 3.n.196.197

Prædicans baptiſmum Pœnitentiæ. Rectè Baptiſta à Chriſto Angelus vocatur Matth.11.qui enim te ad pœnitentiā advocat Angelus eſt.l.8.c.5.n.87

Baptiſmū Pœnitentiæ Hoc prædicabat Joānes,pœnitentia enim deſtruitur regnū Diaboli, & virtutes omnes firmantur. l.8.c.16.n.138.139.140

Parate viam Domino. Ex advenienti Chriſto magna gratiarum ubertas in omnes diffunditur.l.8. c.2 n.186.187

Parate viam Domino. Relinque terrena,ut melius omnia poſſideas. l.7.c.10.n.56

Relinque terrena, ut cœleſtibus fruaris. l 9. c. 1. n.74.75

PRO QUADRAGESIMA.

Feria IV. Cinerum.

Matth. 6.

C*Um jejunatis nolite fieri ſicut hypocritæ.* In Dei obſequio maximè commendatur, ne ſimiles ſimus hypocritis, ſine fictione Deo ſerviendum. l.7.c.20.n.88.89.90

Exterminant facies ſuas Ad conſequendam vanam gloriam,ut ſpecie ſanctitatis,ſe ſuper alios erigant,& inde in magno periculo verſantur. l.7. c.1 .n.31.32.& ibid.n.95 96

Exterminant facies ſuas; Et inde facta virtute maximè dati ſunt, ut alios arguant, & reprehendant, fictus virtutis prætextus crudeles mentes alit. l.7.c.16 n.38 39.40

Exterminant facies ſuas, ut appareant hominibus. Quantus eſt homo in ficta virtute, ac vitiis ſectandis,tantus ſit in vera virtute amplectenda. l.8.c 6.n.78.79.80 & l.9.c.7.n.21.22.23

Nolite theſaurizare vobis theſauros. Non quærenda ſunt bona temporalia, in quibus eſt penuria, ſed cœleſtia, in quibus eſt ſaturitas ac ſecuritas. l 7.c.11.n.79.80

Dimittenda temporalia, ut ad cœleſtia evolemus. l.9.c.4 n 90

Theſaurizate vobis in cælo. Solum bona cœleſtia præ oculis habenda l.7.c.13.n.126.127

Solum enim in his bonis eſt abundantia l.8.c.14. n.21 22.23.24

Memento homo. Inſtituit nos Eccleſia, ut ad mortem nos præparemus. l.7.c.2.n 14.15.18

Memento homo. Hora mortis prævenienda.l.7.c 5. n.78.& 42

Memento homo. Homo ſemper ſit præparatus ad mortem. l.7.c.27.n.19.20.21

Memento homo, quia pulvis es. Cognitio propriæ originis aditus ad omnia bona. l.9.c.1.n.137

Feria VI.

Matth. 5.

D*Iliges proximum tuum,& odio habebis inimicū tuum,* Ad quid,ut Dominus excitet ad inimicorum amorem, commemorat antiquā conſuetudinem de inimicorum odio, quia quantus fuit homo in odio,tantus ſit in amore tenendo. l.8.c.18.n.77.78.79.80.& l.7.c.7.n.21.22.23

Diligite inimicos veſtros. Vera charitas ex offenſa illata

illata benefecit. l.7.c.15.n.109.110.111

Diligite inimicos veſtros. Charitas non conſiderat ſævitias, crudelitatem, ac odium inimicorum, ſed fraternitatis vinculum. l.8.c.3.n.55.56.57

Diligite inimicos veſtros. Inimicis parcens Dominus conſtituitur. l.7.c.5.n.247.

Inimicorum amor cœleſtes, ac divinos facit. l. 8. c.14.n.3

Benefacite iis, qui oderunt vos. De inimicis non eſt ſumenda vindicta, etiamſi adſit poteſtas. l.7.c.10. n.74.75.76

Et magna virtus à parata vindicta abſtinere. l.8.c.3 n.158

Benefacite iis, qui oderunt vos. Injuriarum patientia inimicis benefica eſt. l.7.c.15.n.109. 110.111.

Orate pro perſequentibus vos. Chriſtiana patientia, inimicos non perimit, ſed pro eis rogat. l.8.c. 14. n.11

Benefacite iis, &c. Spiritus Jeſus eſt, per eoſdem canales refundere bona, per quos introducta ſunt mala. l.8.c.13. n. 81. & l. 8.c.5.n.38.39.40. & 41

Orate pro perſequentibus. Pro inimicis valde Deo accepta oratio. l 8.c.14.n.3

Ut ſitis filii Patris veſtri. Qui intuens ſuorum inimicorum odia eis largitur magna beneficia. l.7.c.5. n 19.20.21.22

Qui Solem ſuum facit oriri ſuper bonos & malos. Deus ſua beneficia in omnes diffundit, & extendit. l.7. c.5 n.272.276.277.& 278

Dominica I. Quadrageſimæ.

Matth.4

Ut tentaretur à Diabolo. Ad quid Chriſtus tentari permittitur? Ut ejus gloria, & fortitudo magis eluceſcat, ingens animi robur maximè in tranquillitate, ac adverſitate declaratur. l. 7.c.17. n.12.13 14

Ductus eſt Jeſus, ut tentaretur à Diabolo Cum in Jordane Chriſtus à Patre publicatus eſt. *Hic eſt filius meus dilectus* Matth.3.n 17. Tunc tanta laude publicata irritatur diabolus ad eum tentandum, ac impugnandum. l.8.c.21.n.33.34.35

Ut tentaretur. Permittitur Chriſtus tentari, ut ab ipſo diſcamus in tentatione vincere, nam tentatione purgatur homo; & dum vincit, fit perfectior. l.7.c.14 n.32.33 34.35

Poſteà eſurit. Valdè mirum, jejunant Moyſes, & Helias quadraginta dies, & non legitur, quod eſurirent, jejunat filius Dei, & eſurit, ipſe voluit ſibi aſſumere noſtram famem, & penuriam, ut nobis daret ſuam abundantiam & ſatietatem. l 5.c.5.n. 124.125.126.& c.14 n 61

Dic ut lapides iſti panes fiant. Diabolus aſtute eſurienti levem cibi cupiditatem ingerit bene agnoſcens, quod ille qui uni cupiditati indulget, ſe nulli negabit, ſed ſemper de uno peccato in aliud gravius incidet. l 8.c.5 n.83. 84 85

Si filius Dei es dic ut lapides iſti. Excelſam nobilitatem filii Dei objicit ad miraculum faciendum, ad lapidéſque in panes convertendos, nam nobilitas ad magna impellit animos. l.8.c.21.n.24.25.26

Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo In hoc certamine victus fuit Dæmon, quia Chriſtus divinum ſermonem in medium adduxit, nam divinus ſermo dæmones terret, & proſternit. l.8.c.3.n. 196.197.

Statuit eum ſupra pinnaculum templi. Dicens mitte te deorſum, qui ab alto culmine cadit, in extremam ruinam præcipitatur. l.8.c.6 n.14

Angelis ſuis mandavit de te. Angelorum auxilium proponit; ut non in Deo, ſed in creaturis habeat ſpem, & inde pereat Vide in hoc tomo, ac aliis ſuperioribus Verbum *Spes.*

Oſtendit ei omnia regna mundi. In imagine bona temporalia poſuit Dæmon, quid mirum, cum brevia, & nihil ſint. l. 7.c 11.n.17.& l.7.c.19.n.16.

Si cadens adoraveris me. Ex humanis dicitur diabolus, nam facilè alia adorat, qui ejus favorem quærit. l.9.c.2.n.86

Feria IV. à Dominica prima.

Matth.12.

Magiſter, volumus à te ſignum videre. Nullam orationem pertendunt, niſi propriam voluntatem. l.8.c.11.n.97.98

Volumus à te ſignum videre. Ex curioſitate inquirebant, ex qua frequenter multa mala naſcuntur. l 8.c.5.n.8.9 10

Volumus à te ſignum videre. Chriſtus tot, ac tanta miracula operabatur, quomodo iſti dicunt. *Volumus ſignum videre.* Quia non inimicus, ſed ſolus amicus videt tua magnalia. l.9.c.6.n.24

Magiſter volumus Si Chriſtum grandi odio perſequebantur, cur Magiſtrum dicunt; Judæi ſe perſuadebant, quod Chriſtus volebat Magiſtrum appellari, & inde Magiſtrum dicunt; adulatores ſe maximè accommodant aliorum votis, ut eos trahant in ſuam ſententiam & favorem. l.8.c.4.n. 30.31

Generatio mala & adultera. Graviter eos reprehendit Chriſtus docens, ne ob adolationes reprehenſio omittenda ſit l.7. c.1 .n.82.83.84

Generatio mala & adultera. Non ſolum mala dicitur generatio, ſed & adultera, ſemper enim ab uno peccato, in aliud majus venitur. l. 8. c.5. n. 83. 84.85

Generatio mala & adultera. Judæi maximè gloriabantur de generis nobilitate, & inde ſeorum generationem arguit, & damnat Dominus, quia dolosè petebant ſignum, in enim nobilis neſcit facere dolum, qui proprius eſt ignobilis. l.7. c.8.n.11.12.13

Signum Jonæ Prophetæ. Signum Jonæ erat typus Chriſti paſſi & ſepulti, hoc ſignum Chriſtus nobis objicit, ab ejus paſſione omnia bona in nos veniunt. l.8.c.1.n.46.47.48.49.50.51

Viri Ninivitæ ſurgent in judicio. Non dicto, ſed facto judex erit Ninive. Magna eſt à rectè factis cenſura in improbos, l.8.c.4 n.49.& c.7.n.52

Feria VI. à Dominica prima. Joan.5.

Erat dies feſtus Judæorum aſcendit Jeſus. Ut nos doceret feſta pietate, benignitate, ac eleemoſynis in pauperes celebranda. l.9.c.4.n.64.65

Multitudo jacebat languentium. Tanquam immorantes in languore peccatorum, ut eorum difficultas ad pœnitentiæ aquas oſtendatur. l. 8. c.5.n. 96.97.98

Angelus autem Domini deſcendebat. Rectè Angelus Domini dicitur, qui deſcendebat, non ut de ſe, ſed ut de aliorum ſalute ageret, ac tractaret. l 8. c.16.n.24.25.26

Angelus Domini deſcendebat; & movebatur aqua. Angelus tam ſublimis natura, non recuſabat deſcendere in illum locum humilem ad aquas movendas, nobilis de ſua nobilitate ſecurus nullam humilitatem recuſat. l.7.c 5.n 139

Erat ibi homo. Nomen illius non exprimitur, ſed tantum dicitur homo, quia non perſona, non hominis debilitas, ſed natura humana, quæ inſerviebat ad amoris motivum, conſiderabatur. l.7.c.15.n.21.22

Triginta & octo annos habens in infirmitate ſua. Ecce

mas

ma,ac ſumma hominis miſeria divinam pietatem provocabat ad ſubveniendum. l.8.c.5.n. 59.60.& l.9.c 2.n44.45

Hominem non habeo : ait il i Jeſus Tolle grabatum. Cum ſpes in humanis deficit, adeſt Dei auxilium. l.9.c 11.n.6

Vis ſanus fieri Multum diſtat divina bonitas ab hominibus,nam Dei bonitas offert ſaluris remedium, non alicui potenti,ſed maximè indigenti l.7.c. 5.n.171.72

Tolle grabatum tuum Simul Jeſus dat ſalutem,vires,remiſſionem peccatorum , ac ſui cognitionem,Dei dona ſemper ſunt in magna abundantia. l 7 c.14.n.21 22.23

Tolle grabatum tuum,& ambula Cur oneratur grabato,ſi ſanus factus eſt?nt tanti beneficij non fit oblitus,ſed ſemper illius ſit memor , ac gratus l.9.c.1.n.38 39 40.& c.8.n:4.5.6.

Dominica I I. Quadrageſimæ.

Matth.17.

ASſumpſit Jeſus Petrum, Jacobum , & Joannem. Tanquam dux eis viam in cœlum oſtendens. l.7.c 11.n 53.54 55

Aſſumpſit Ieſus Cur non vocavit, ſed aſſumpſit? quia aſſumere , eſt velut geſtare,hæc eſt enim præſulis cura,ut ſuos tanquam onera ferat. l.7. c.18.n.22.23.24.& c.10.n.9.10 11.12.

Aſſumpſit Jeſus Petrum,Jacobum,& Joannem Tanquam intimos amicos, ut eis aperiat ſecretum ſuæ paſſionis,amicis ſecreta manifeſtanda.lib.7. l.15.n.60 61.62

Eximium amoris ſignum ſecreta revelare.l.7.c.19. n.58.59.60

Transfiguratus eſt ante eos. Cur ille,qui ibat,ut duriſſima mortis ſupplica,ac crucem tractaret, voluit glorioſè transfigurari,ut ſignificaret , quod Paſſio,ac mors ſua glorioſus erat ei triumphus ac ingens gaudium. l.8 c.1.n.22. 23 24.25 26. 27.28 29.30

Apparuerunt illis Myſes & Elias. Luc. 9. addit *Viſi in majeſtate.*Origenes.*Viſi in gloria.*Transfiguratur Jeſus in gloria,& etiam tunc ſervos ſuos oſtendit in gloria. Dominus enim ſuam gloriã ſarvis communicat.l.9 c. 1.n.89.& l.8.c.5.n.86

Apparuerunt Moyſes & Elias. Tres diſcipuli gloriam Thaboris vident , & inſuper adducuntur Moyſes & Elias,ad quid? Ut teſtimonium perhibeant de tantã gloria tot teſtes videantur,valdè enim difficiliter alterius gloria creditur. l.9. c.2.n.52.53.54

Moyſes & Elias cum eo loquentes. Et juxta D.Lucã dicebant exceſſum, nempe mortem, ad quid in tanta gloria de morte agitur , ut nos doceret, quod magnitudo cum humilitãte componenda ſit. l.8.c.2.n. 150-151.152

In celſitudine humilitas conſideranda eſt. l 9.c.3. num.28

Domine bonum eſt nos hic eſſe. Pius animus nullo parcit labori in Dei obſequio. l.9 c.1 n.71

Domine bonum eſt nos hic eſſe. Solum cœleſtia præ oculis habenda, cætera contemnenda. l.7.c.13 n.116.117

Solum bona cœleſtia æſtimanda.l8.n.111.112.113

Nemini dixeritis. Dei dona, ut peculiaria abſcondenda ut communia manifeſtanda.l.9.c.4.n 14

Feria. IV. à Dominica ſecunda.

Matth. 20.

ASumpſit Jeſus duodecim diſcipulos Non ſe introducunt diſcipuli in tãtum commitatum ac negotium, ſed à Domino vocantur,ac eligũtur nemo ſe intromittat , ſed ad dignitatem vocetur. l.8.c.2 n 94.195. 196

Aſſumpſit duodecim diſcipulos ſecreto. Ad hoc ut eis aperiat ſecretum ſuæ mortis, ac reſurrectionis: Non eos vocat ſtatim in primo anno Apoſtolatus, ſed in ultimo,ac fine ejus,magna enim ſecreta non ſunt communicanda niſi homini noto,& experto. l.8.c.3 n.48.49 50

Adorans & petens Quia petebat,adorabas , qui alterius favorem expetit,ei reverentiam,ac adorationem exhibet. l.9.c.2 n.86

Adorans & petens. Petebat filiorum promiſſionem audierat mortem & paſſionem Chriſti,quæ erat ut nos repleret omni bono. lib.7.c.5.num.124. 125.126

Audierat Chriſti reſurrectionem,quæ erat in ſuorum gloriam. l.7.c.5.n248.249.250

Dic ut hi duo filii mei ſedeant. Mulier ex eo fundamento petebat, quia valdè divinum eſt quo in bonorum conſortio tuos habeas. l.9.c.2.n.58. 59 60.& l.7.c.12 n.40.41 42

Neſcitis quid petatis Bonus Magiſter non cedit adulationibus , ac adorationibus,ſed aſperè eos increpat. l 7.c.11.n.82.83 84

Neſcitis quid petatis. Nam ante dignitatem quærenda ſunt merita,ac ſufficientia ad illam. l.9. c.4.n 77.78.79.80

Dignitas favore obtenta non perſeverat , ſed cadit. l 8.c.5.n.45.46.47

Non eſt meum dare vobis. Corona , ac ſedes regni danda eſt ex meritis. l.9.c.7 n.23.24.25

Poteſtis bibere calicem Labore,ac preſſura obtinetur præmium ac fructus juſtitiæ. l.7.c.14.n. 17. 18.19.&.l.8.c.13.n 50.51 52

Quem ego bibiturus ſum. Chriſtus per mortem, ac labores obtinuit regnum cœlorum ſimiliter & nos illud debemus aſſequi. l 7.c 8.n50.51.& c.

Quem ego biturus ſum. Ad Exemplum Regis, ac principis componuntur ſubditi.l.8.c.2.n.219 & l.8.c.4.n.75.76.77.& c 11.n.19 & l 9.c.1.n.117 & c.6.n.4

Feria VI.à Dominica ſecunda.

Matth 21

HOmo erat Pater familias. Sermo eſt de Deo, ac Eccleſia.Et cur Deus dicitur Pater,& non potius Dominus vineæ. Deus antonomaſticè dicitur Pater, l.7. c. 20.n.50

Et dicitur pater ut divina beneficentia maximè oſtendatur? l.8.c. 20. n.61 62.63

Homo erat Pater familias. Cur nõ Dominus familia dicitur;Cur tanta Domini nomen clatura ſuã auctoritatem,ac maſeſtatem non indicat. Divinus amor majeſtatem neſcit .l.8.c.5 n.116.117

Homo erat Pater familias. Pater & non Dominus dicitur,quia potius benignitate , quam rigore agebat. l.7 c.15.n.52.53

Plantavit vineam. Non in proprium commodum ſed in ſuorum utilitatem. l.7.c.14.n.15.16 & l.9.c 7.n.16

Locavit eam agricolis. Deus ſua dona dat juſtis, non ut otio torpeant,ſed ut laborent lib.5 c.1. n.16.17.18

Locavit eam agricolis. Non uni, ſed multis,Deus multis vult ſua dona communicare,ſimiliter & princeps in multos transfundat. l.7 c.7.n.98.& c 18.n.18.19.20.& l.9.23. 24

Cum autem tempus proximum eſſet. Adveniet hora in qua homo reddet rationẽ de fructibus ſuorũ operum,& ideò cũ hoc tẽpus ſit incertũ,ſemper homo ad illud ſit paratus. l.7.c.2.n.14 15.16

Miſit

Miſit ſervos ſuos, ut acciperent fructus. Quando hi ſervi mittuntur pro fructibus animarum agricolarum percipiendis, facilè intelligitur à ſolo Deo mitti, cujus eſt de aliorum ſalute agere. l. 8.c.16.n.24.25.26

Hic eſt hæres, venite occidamus eum. Hæredis mortē meditantur, & cur magis timent vindictam de Patre ob filium occiſum, ſic homines affirmantur ad temporalia, ut pro nihilo habeant ſpiritualia. l.7.c.1.n.52.& l.9.c.9.n.40.41.42

Apprehenſum ejecerunt extra vineam. A quo tot bona acceperunt, illum ejiciunt, & occidunt, valdè durum in benefactorem inſurgere. l.8.c.3 n 186.& c.4.n.46.& c.20 n 11.12.

Malos malè perdet, & vineam ſuam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis. Bonus Pater familias delinquentes agricolas punit bonos remunerat, dans eis vineam ſuam ad magnum eorum emolumentum, qui punit delinquentes, remuneret merita. l.7 c 13 n.25.26.27

Dominica III. Quadrageſimæ.
Luc.11.

ERat Jeſus ejiciens Dæmonium. Unus Jeſus dicitur navare operam Dæmonio ejiciendo, ſemper ſubditorum mala bonum Dominum fatigāt l.7.c.10.n.9.10.11.12 & l.9.c.9.n 34.35.36.

Erat Ieſus ejiciens Dæmonium. Conatum Chriſti in Dæmone ejiciendo denotat illud verbum, *erat*, quia Dæmon jamdiu poſſederat miſerum hominem illum, multum neceſſarium eſt ut ille qui moratur in peccato veniat ad pœnitentiam. l. 8. c.5 n.96.97.98.

Locutus eſt mutus. Homo jam loquebatur, & adhuc mutus dicitur, homines judicant non prout quiſque eſt ſed prout facit. l.7.c.13.n.21

In Belſebuth Principe Dæmoniorum ejicit Dæmonia. Impia exiſtimatio, nam diabolus diabolo non eſt contrarius; ſic illos excæcabat invidia, quæ maximè cæcutit in alterius gloria, ut illam non videat, ac credat. l. 8.c.11.n 87. l.9.c.4.n.9.10.11

In Beelzebub ejicit dæmonia. Juſtorum opera malè audiunt apud ſceleſtos, & ſemper eorum odium contra ſe excitant. l.7.c.16.n. 63.64.65.66. Et locutio eorum auctorem indicat. l.9.c.3.n.114.

Alii tentates ſignum de cœlo quærebant. Multa & diverſa machinantur impii ad ſuam nequitiam colorandam, ac regendam. l.7.c.15.n.80.81 82

Alii tentantes ſignum de cœlo quærebant. Tanquam malè ſentientes de Chriſti opere, de quo alii dicebant, quod in Beelzebub ejiciebat dæmonia, cum quidam malè dicunt, etiam facilè alii malè loquuntur. l 7.c.1.n.46.47.48

Alii tentantes. Malignitas varia uno adverſus Chriſtum affectu convenit maximè conveniunt impii adverſus juſtum. l.8.c.11.n.29

Si in digito Dei ejicio dæmonia. Innocentia multam dat fiduciam & audaciam. l.8.c.2.n.121.122 123. Innocentia inter calumnias irradiat, & fulget. l.8 c 4.n.97

Si in digito Dei. Chriſtus non invehitur in eorum malitiam, dira ſupplicia in eos inferens, ſed alta ſapientia eos ex ſuis rationibus convincit, & inducit in bonū; nam Deus ex peccatorum morbis eis parat medicinam. l.8.c.5.n.38.39.40.41.

Feria IV. à Dominica *tertia.*
Matth. 15.

QVare diſcipuli tui tranſgrediuntur. Phariſæi multa curioſitate aliorum vitam inquirunt, ut arguant, multa mala curioſitas parit. l.8.c.5. n.8.9.10.& l.9.c.5.n.26

Quare diſcipuli tui. Magiſtrum Phariſæus notat; diſcipulorum, ac ſubditorum defectus magiſtro ſuperiori imputantur. l.8.c.3 n 67.68.& n.159

Quare diſcipuli tui Peſſimi homines, ac ſuſurrones ſolum dicunt quod eis videbatur aliqualis defectus cum nullus eſſet, & inſignes virtutes diſcipulorum prætereunt. l.8.c.11.n.95.96.

Quare diſcipuli tui. Sub zeli typo arguit Apoſtolos ſchola Phariſaica, ut crudelius eos pungat l.7. c.16.n.38.39.40.& l.8.c 3.n.64 65.& c. 20.n.6.

Quare diſcipuli tui. Quare ſic inſurgunt in diſcipulos, & eos arguunt, ac accuſant, diſcipuli Deo ſerviebant, & inde odium mundi contra ſe excitant. l.7.c.15.n.93.94.95.96

Quare & vos tranſgredimini. Apertè Chriſtus eos convincit, & rigidè in eos invehitur, nam ipſa innocentia, ac juſtitia magnam audaciam, ac fiduciam ingerit. l.8 c.2.n.121.122.123

Quare & vos tranſgredimini. His verbis Chriſtus Phariſæos reprehendit; non tamen impoſturæ reſpondit. Cum diſcipulos non excuſat, quia bona eorum vita eos defendebat, ac de eis dabat teſtimonium, & inde verba non erant neceſſaria. l 8.c.4.n.89.& c.7.n.52

Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus eradicabitur. Quæ enim ſunt à mundo infirma, quæ à Deo permanenti a. l.7 c.6.n.244. Inde ſola bona à Deo æſtimanda. l.7 c. 13.n. 111 112. 113

Cæci ſunt, & duces cæcorum. Quomodo cæci ſubditi non ſint, duces cæcos habent? Nam inferiores frequenter ad exemplum dignitate præſtantium ſe componunt. l 8.c.2.n.119.& l. 9.c.6.n.4 & l.8.c.4.n.75.76.77.& aliis in locis.

Feria VI. à Dominica tertia.
Joan.8.

FAtigatus ex itinere ſedebat ſic. Propriam quietem deſpicit, ſuorum quærens utilitatem, nam utilitatem ſuorum propriam reputat. l.7.c 7.n.177.178.178.& c.17.n.35.36.37

Fatigatus ex itinere ſedebat ſic. Sedebat ſic ut fatigatus pro mulieris ſalute, oſtendens quod verus Prælatus non de ſuo commodo, ſed de ſuorum ſalute agit. l 7. c.14.n.15.16

Fatigatus ex itinere ſedebat. Si ſedebat quomodo fatigabatur, fatigabatur ex Samaritanæ delictis, culpæ ſubditorum fatigationes, ac dolores ſunt Principi. l.8 c.14.n.144 & 145

Fatigatus ex itinere ſedebat ſic, ſuper puteum. Juxta aquam ſedet Chriſtus, & fatigatus ſedet, aquæ bona tēporalia denotant, in quibus nulla eſt requies ac firmitas l 7.c.7.n.244.& l.7.c.12.n 79

Hora erat quaſi ſexta. Quando Sol maximè fulget quia ad exercendum opus amoris veniebat, ad convertendam nempe mulierem, amoris autem opus maximè lucet, ac tenebras fugitat. lib. 7. c.5.n.8.9.10

Mulier da mihi bibere. Daturus ſalutem, aquam petebat, ut inde magis obligaretur ad præſtandum quando is eſt Deus, qui minimum obſequium ſibi factum largiſſime remunerat. l 7.c 1.n.95

Quomodo tu Judæus cum ſis. Judæi ita Samaritanos deſpiciebant, ut loquelam eis negarent; at Chriſtus non eſt acceptor perſonarum, ſed verus Rex ac præſul nullum deſpicit, ſed magnos, & parvos recipit. l 7. c.18 n.30.31.33.& lib. 9.c.4.n.33. 34.35.36

Diſcipuli autem abierant in civitatem Notanter hoc advertit Joannes, ut exprimeret Chriſtum manſiſſe ſolū cum muliere, quia ejus peccata erat revelaturus, ne apud diſcipulos eam infamaret, docens

i

cens nos aliorum defectus non detegendos l.7. c.6.n.74.& l.8.c.4.n.13. l.9 c.5.n.42.& c.1.n.105.106.107

Tu forſitan petiſſes ab eo. Velut inducit Chriſtus mulierem ut petat, deſiderabat aquam vivam dare ei,& adhuc ut petat,eam promovet,Deus namque tanti æſtimat noſtras preces, ut poſtulari deſideret,quoe vult dare.l.9 c.3.n.83 84.85

Quinque viros habuiſti,& nunc quem habes, non eſt tuus vir. Mulieris delicta non diſſimulat,ſed reprehendit,non enim qui tacet,ſed qui reprehendit,emendare deſiderat. l.9.c.3.n.36 37.38

Dominica.IV.*Quadrageſimæ*,Joan.6.

SEquabatur eum multitudo maxima. Per mare,per deſertum,& cum rerum penuria,ac fame expoſiti erant omnes,ut deficerent. At cum Jeſu comite magnum eſt levamen in laboribus,& cũ eo nulla poteſt eſſe penuria. l.7.c.15. n.87.88 89.

Videbant ſigna ſuper his,qui infirmabantur. Labores ac preſſuræ nos ducunt ad Chriſtum. l. 8.c.16. num 52

Cum ſublavaſſet Ieſus oculos Inibi D. Antoni. *Quos fortaſſe ex honeſtate habebat declinatos in terram* Nunc verò ſublevat à noſtra miſeria,ac neceſſitate provocatus. l.9.c. 5. n 59.60

Dixit ad Philippum,unde ememus panes. Maximè ſolicitum ſe oſtendit Chriſtus, ut ſuos paſcat. Prælati eſt ſuis ſubditis providere alimoniam. l.7.c.10.n 61.& l.7.c.10.n.91.92.93

Dixit ad Philippum. Philippum potius quærit, quã alium.D.Antonin. *Quia erat de illa Provincia. magis pertinebat ad eum proviſio.* Miniſter expertus quærendus.l.8.c.17.n.51. Et miniſter fidelis non rejiciendus à ſuo munere. l.8.c.2.n.147 & l.8.c.61.n.107

Unde ememus panes. Nemo pro turba rogat, & tamen ipſe vult dare,illuſtre liberalitatis inſigne eſt cõferre beneficiũ ante petitionẽ.l.7.c.;.n.3;

Unde ememus panes. Ipſe ſolum de panibus agit & non ſolum panes,ſed etiam piſces dat. Deus ſẽper plura confert quam innuit,ac dicit.l.7.c.19 n.11 12.13.& l.9.c 1.n. 51 52

Ducentorum denariorum panes. Philippus bene agnoſcebat Domini potentiam,in multis miraculis,viderat ejus affectum ad miſerendum, & tamen non ipſius potentiam, ac clementiam confugit,ſed difficultates apponit,ne benefaciat populo, ho:o homini maximè contrarius. l.9. c.4.n 96.97.98

Non ſufficiunt eis. Quid eſt, quod de tanta copia panis,ait,non ſufficit, cum de oſtenſo Patre dicat. *Oſtende nobis patrem & ſufficit nobis.* Joan. 14 Terrena non ſufficiunt, ſed ſolum cœleſtia replent,& ſuperabundant.l.7.c.11.n.79.90.& l. 7.c.14.n.21.22.23.24

Accepit panes gratias agens Prius gratias egit quã miraculum patraret,ut oſtenderet totum miraculum operandum,Deo Patri referendum eſſe. l 7.c.14.n.26.27.28

Diſtribuit diſcumbentibus Jesus cibũ non promittit ſed dat ſẽper enim magis placet exhibitio de præſenti,quam promiſſio de futuro. l.9.c.7.n.40

Deditque diſcipulis ſuis. Ut turbis apponerent, ut ſuos honoratiores redderet, tanquam miraculi miniſtros,nam miniſter honoratus venerabilior eſt in populo, & diligentior in opere. l.7.c.11. n.93.94.95

Feria IV à Dominica quarta. Joan.9.

PRæteriens Ieſus vidit hominem cæcum. Bonus Princeps non ſolũ reſpicit magnos,ſed etiam parvulos,& abjectos. l 7.c.19.n.30 31.32.33

Vidit hominem cæcum. Inſigniter dicitur quod Jeſus viderit hominem cæcum,quia hominis miſeria alliciebat Jeſu charitatem,ad ejus ſubſidium,& levamen. l.9 c.7.n.11. 12.13

Quis peccavit. Dum cæcum eum vident diſcipuli rectè à peccato ortum credunt, peccata enim cæcitatem mentibus inducunt. l.8.c.3.n.10.11

Quis peccavit. Putabant diſcipuli propter hujus hominis, aut parentum peccata cæcitatem huic homini veniſſe,ait Chriſtus nec hic peccavit, nec parentes ejus Judicium humanum falſitati obnoxium. l.7.c 1.n 54

Neque hic peccavit, neque parentes ejus. Hoc reſponſo ita abſolutè dato, Chriſtus tacitè diſcipulos reprehendit,ne de proximo facilè loquantur,reſponſio fiat tacitè,& cum prudentia.l.7.c. 1.n,71.& c.11.n.81.& l 9.c.10.n.27

Linivit lutum ſuper oculos ejus, Lutum, quo excæcantur oculi,Deus in inſtrumentum viſus vertit l 8.c.13.n 81.

Linivit ſuper oculos ejus. Luto oculos cæci Chriſtus expiavit, nec mirum luto aperiri oculos, nam pulveris, & luti recordatio mentem illuminat & facit aditum ad multa bona,l.9.c.1.n 137.& l.7.c.2.n.14.15.16

Vade,& lava in natatoria Siloe. Uno lavacro, hic recipit ſanitatem; at Naaman ſepties lavatur, nam huic homini contigit cæcitas non ex peccato. *Neque hic peccavit.* At Naaman typum peccatorum gerebat,& pœna eſt juxta gravitatem delicti. l.8 c.16.n.72.73

Vade,& lava in natatoria Siloe. Nulli curando tot diligentiæ mandatæ ſunt à Jeſu, quot mandatæ ſunt huic cæco.Cui non brevis via perambulanda proponitur uſq;ad fontem Siloë,& ibi etiam oculorum abſterſio mandatur,præterquam quod Jeſus pro illo in terram ſpuerat, lutum fecerat, & linierat oculos ejus; cur huic tot diligentiæ mandantur? A nativitate erat cæcus, qui peccatorem inveteratum denotabat,& ideò valdè difficilis,ut ad pœnitentiam veniret l.8.c.5.n.96.

Scimus,quia hic eſt filius noſter qui cæcus natus eſt. Valdè animosè,loquuntur parentes cæci pauperes,& humiles,ipſa veritas dat confidentiam,& animos ad dicendum. l.7.c.10 n.18.19.20.

Feria VI.à Dominica quarta. Joan.11.

ERat quidam languens Lazarus. Ut ait Petrus. Act.10.n.34. *Non enim eſt perſonarum acceptor Deus.* Curat nobilem Lazaruum, ſed prius pauperem & humilem cæcum, ut inſtruat magnates, quod dona ſua in pauperes & humiles diffundant. l 7.c.18.n.30.31.32.33

Ecce quem amas infirmatur. Sorores Lazari ſolicitant Chriſti benignitatem, ut ægrotanti fratri ſalutem donet, valdè enim alienum eſt à Deo ſuis non adeſſe. l.7.c 15.n.14.15

Ecce quem amas infirmatur. Unde ſciunt, quod Chriſtus eum diligebat;quia agnoverant,quod Lazarus Chriſtum diligebat, amoris urbanitas diligit diligentes ſe. l.7.c 15.n.37.38.39

Manſit in eodem loco duobus diebus. Differt Dominus donum datum, ut à Martha,& Maria cum majori gaudio ſuſcipiatur,& ut ex deſiderio dilato,merita augeantur.l.6.c.16.n 4.Et ut ex majori deſiderio præparetur animus ad divina dona. l.7.c.17.n.42.43.

Infirmitas hæc non eſt ad mortem. Deus non mittit infirmitates ac labores,ut homo ſuccumbat,ſed ut proficiat,nam labores, ac calamitates, viam aperiunt

aperiunt ad magnum fructum juſtitiæ, ejuſque præmium. l.7.c.14.n.17.18.19.& n.32.33.34.

Lazarus mortuus eſt. Notat D.Chryſoſt.quod cum Chriſtus de ſomno dixiſſet, *Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado ut à ſomno excitem eum.* De morte tamen, non ait vado ut à morte excitem eum docens nos modeſtiam eſſe ſectandam, & jactantiam fugiendam l.7.c.10.n.31.32

Eamus, & moriamur cum eo. Sic loquitur Thomas cum non adhuc eſſet Spiritus ſancti gratia roboratus in Chriſt Magiſtrum deſerit, & fugit; ſic frequenter inter homines, illi qui multa promittunt & in occaſione deficiunt. l.8.c.17.n.28.29.30

Ut vidit eam plorantem, infremuit. Non infremuit in tota paſſione ſua, & confremuit, Mariæ lachrymis viſis, magis commovetur noſtris afflictionibus quàm ſuis propriis doloribus. l.7.c.7.n.4 & n.111.& c.17.n.35 36.37

Tollite lapidem. Cur Chriſtus ſua divina virtute non amovet lapidem, ſed mandat ab hominibus auferri, quia illud poterat fieri via humana, & ideò ad illud non fuit requirendum miraculum. l.7 c.16.n.29 30.31

Prodiit, qui fuerat mortuus ligatus pedes, & manus ſi reſſuſcitatus, ad quid ligatus exiit? ut denotaretur quod prodibat ligatus vinculis gratitudinis erga ſuum benefactorem. l.9 c.10.n.68.69.70

Dominica V. Quadrageſimæ.

Joan 8.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Qui verè Magiſtrum agit, rectè vivat. 7 c. 10.n. 36. 37.38 & l 9 c.1.n.111.n.112.

Quis ex vobis arguet me de peccato Oſtendit Chriſtus puritatem vitæ ſuæ. *Quis ex vobis arguet?* Deinde eos increpat. *Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* Solus irreprehenſibilis, alios valet reprehendere l.7.c.17. n.46.47.48.49

Quis ex vobis arguet me de peccato. Dixit Chriſtus confidenter, ſecuritas bonæ conſcientiæ firmiſſimè animum roborat, & munit l.8.c.2.n.122. 123.& l.8.c.14.n.30

Quis ex vobis arguet me de peccato. Valdè mirum, quod invidis Phariſæis ſuam innocentiam exponat Chriſtus, quia invidi etiam contra illuſtriſſima facta inſurgunt. l.7.c.1.n.53

Et alterius gloria, etiam miraculis ſtabilita invido eſt incredibilis. l.9.c.4.n 9.10.11

Quis ex vobis arguet me de peccato. A ſuiſetiam cōtrariis vult Dominus examinari, ac proibari, veritas minimè refugit examen. l.9.c.5 n.53.54

Si veritatem dico vobis, non creditis mihi. Dictis, ac doctrinis Phariſæorum communiter populus acquieſcebat, quia mendacium facilè creditur, veritas difficiliter. l 9 c.2.n.52 53.54

Si veritatem dico vobis, non creditis mihi Potentioribus, ac aulicis Iſrael prædicabat Chriſtus veritatem, quibus & veritas erat maximè ignota. l 8 c 3.n.28 c.4.n.44

Samaritanus es tu. Cur ita deChriſto cogitant. Rupertus l.9. *Pro eo, quod apud Samaritanos biduo manſit, & docuit;* ſic malus ſocius videtur nocere, talis enim quilibet reputatur quales illi quibus adjungitur. l.8.c.5.n.34.& n.75.76 & l.9 c.4.n. 69.70 & c.7 n 39.

Dœmonium habes. Salutis opera quæ Chriſtus operabatur, perfidus Judæus dæmonis opera reputabat, quæ ſalutis ſunt, iniquus perditionem judicat. l.7.c.1.n 55.56 57

Eſt qui quærat, & judicet. Magnum & altum documentum, ut qui patitur injurias, alteri eas judicandas remittat. l.7.c 17.n.68

Ego non quæro gloriam meam. Summa patientia inter tot, ac tam graves injurias, tam manſuetè ac modeſtè reſpondere. l.7.c. 10.n.74.75 76.

Et rara virtus inter tantas injurias non ſuprema poteſtate. l 7.c.10.n.74.75.76.

Feria IV. à Dominica quinta.

Joan. 10.

Facta ſunt Encænia in Ieroſolymis Encæniorum, ſive renovationis templifeſto, Jeſus Jeroſolymis addit, ac præſentia ſua honorat, ut oſtendat quātum amet ſuos innovari in vita, ad magnos gratiæ fructus percipiendos l.7 c. 14 n. 6 . 63.64.

Facta ſunt Encænia in Ieroſolymis. Dies feſtus de templo innovato. quod Chriſtus voluit ſua præſentia honorare, ut oſtenderet quam gratum ſit ei tempore condere ac exornare. l. 7. c.4 n.63. 64.65.66.67.

Facta ſunt Encænia. Id eſt feſtum renovationis, animæ renovatio per pœnitentiam feſtum Chriſti eſt; inde Dominus magis honorare ſolet pœnitentes quàm innocentes. l.9.c.7.n.38

Ambulat Ieſus. Ambulabat Jeſus renovationis feſto, ut exemplo ſuo ad curſum, & continuum profectum incitaret. Nam virtus non debet in nobis conſeneſcere, ſed ſemper renovato, ac redivivo ſplendore effulgere. l.7.c.14.n.81.82 83 & c.19.n.32.33

Ambulat Ieſus. Non quieſcebat, vel ſedebat, ſed ambulabat; nam in re virtutis nunquam ceſſandum eſt ba opere, ſed ſemper proficiendum. l.7. c.19.n.71.72.72.

Et hyems erat. Hoc renovationis feſtum notatum eſſe in nebuloſo, ac pluviali hyemis tempore; amicitia enim cum Deo renovari debet luctu ac lachrymis intercedentibus. l.9.c.6.n 39.40

Hyems erat Quando Judæi circuierunt eum: peccatores hiberno frigore premuntur. l.8.c.8 n.73

In porticu Salomonis. Locus ſaceri in eo enim erat aditus templum; & ibi Judæi tulerant lapides adverſus Jeſum, nullus eſt locus ſacer in quo ſit ſecuritas l.9.c.3 n.55.56

Si tu es Chriſtus dic nobis palam. Simulant Phariſæi deſiderium ſequendi Chriſtum, & cum eo amicitiam ineundi, ut ſi dolo teneant, valdè durum ficta amicitia perſequi. l.8.c. 15.n.18 & l.7 c.6. n.26.27.28.

Si tu es Chriſtus dic nobis palam. Sub religionis prætextu quærunt Phariſæi: aliquando religioſiores majori furore ſancta perſequuntur, quàm ſæculares. l 8.c.4.n.110

Feria VI à Dominica quinta.

Joan. 11.

Collegerunt Pontifices, & Phariſæi concilium adverſus Ieſum. Summi Sacerdotes & Phariſæi, domeſtici è domo Dei adverſus Deum congregantur, qui potiori jure tenebantur eum honorare, duriora mala à domeſticis, ac amicis. l.7.c.16 27.28.

Collegerunt Pontifices, & Phariſæi concilium. Simulant odium, & invidiam contra Jeſum, ſub religionis zelo, quod eſt crudeliſſimum malum. l. 7.c.15.n.38.39.40.& l.8 c.3.n.64.65.

Collegerunt Pontifices & Phariſæi concilium. Concilium congregant. Pontifex mitra ſuperior, & Phariſæus ſecta religioſior, ut ſua auctoritate, alios in ſuam ſententiam adducant, & impellant l 8.c.5.n.105.106.

Inferior nullum crimen reſpuit, ut ſuperiori blandiatur. l.8.c.11.n 14 & 15

Quia multa ſigna facit. Sed cur adverſum Jeſum faciunt concilium, qui tot miracula patrarat, tot bona in regno fecerat ſan ando, ac docendo; hæc eſt peſſimorum conditio, ut ex beneficii acceptis in ſuum benefactorem inſurgant l.8.c. 4.n.46.& c.20.n.11.12.

Quia hic homo multa ſigna facit. Propter ſigna volunt iſti è medio tollere Jeſum, ſic invidia accenditur alterius gloria & honore. l 8.c 1.n.87 & c. 14.n.48.

Hic homo multa ſigna facit. Poteſtas, ac dignitas ingerit timorem, ne talis dignitas perdatur. l.8.c. 2.n.54.

Semper impius timidus. l.8.c.6 n.4

Venient Romani Stultiſſima ratiocinatio ſi enim Chriſtus ſigna facit, & mortuos ad vitam revocat, etiam & vos è Romanorum manibus eripiet, ſic iniquitas obcæcat, ut in propriis erret. l.7.n.3. n.9.10.11

Tollent locum noſtrum. Cùm affixi temporalibus eſſent, ſpiritualia contemnebant. l.7.c.1.n.52.& l.9.c.9.n 40.41.42

Et tollent gentem noſtram. Chriſti mortem cogitabant, ut Romanorum armatas iras evitarent, utque gentis ſuæ ſaluti conſulerent, & inde maximè contra ſe commoverunt, ac traxerunt. l. 8.c.4 n.140.141.& l 8.c.8.n.112.

Tollent locum noſtrum. Jeſum condemnant ne deponantur; nam ille ſolus operatur juſtè, qui non dependet. l 8.c.7.n.46.& l.9.c.9.n.12.13.14

Expedit vobis, ut unus homo moriatur pro populo. Quanta emolumenta morte ſua nobis Chriſtus peperit. Vide verbum, *Chriſtus, & Chriſti paſſio.* ibi multa reperies.

Dominica in Palmis:

Matth. 21.

D*Icite, quia Dominus his opus habet.* Quæ jubet Magiſter, accipit diſcipulus, nec jubendi rationes curioſè expendit; divina enim multa curioſitate non ſunt expendenda. l 7 c. 18.n.41.42.43

Nam ex curioſitate multa mala naſcuntur. l.8.c 5. n.8.9 n.10.

Dicite, quia Dominus his opus habet. An tibi opus aſello eſt, *qui volas ſuper pennas ventorum* Pſ.15. n.1. Humanam Deus poſcit operâ quaſi occaſionem ſumens ad multa dona danda. l 7.c.1.n.14

Ecce Rex tuus venit tibi. Adverte regii muneris cõditionem, ſcilicet *tibi*, expreſſam; nam Rex, aut ſuperior impoſitus eſt, ut ſerviat. l.7.c.8. n.22.23.24

Ecce Rex tuus venit tibi. Non ſibi, quia Rex, ac Princeps eligitur, non ut de ſuo commodo, ſed ut de aliorum ſalute agat. l.7.c.14.n.14.15 19.& l 9.c.4 n 5.

Venit tibi manſuetus. A manſuetudine, ac benignitate laudatur Rex Chriſtus; nam hac potiùs magis vincitur, quàm rigore, ac aſperitate. l.7.c. 6.n.54.55 & l.7 c.15.n.52 53

Maximè regius ſplendor ex benignitate extollitur l.8.c.16 n 54.55

Manſuetus ſedens ſuper aſinam. Palmis, quæ ſemper fuerunt inſignia triumphantium excipitur Chriſtus, humilitas ubique triumphat, & exaltatur. l.7.c.1. n. 94 & l.7.c.20.n.13.14

Euntes autem diſcipuli fecerunt ſicut præceperat illis Jeſus. Nulla in mandatis patrandis mora ſit l.7 c.5.n 200

Quam obedientiam à Chriſto didicerunt. l.8.c 13. n.96.97

Straverunt veſtimenta ſua Renuntiavit verba bona ſæcularia; ut Chriſto præſtaret obſequium; nam Deo non bene ſervit, qui ſæcularibus rebus implicatur. l.8.c.3.n.226.& l.8.c.6.n.31.32 & l.9 c.2.n.74.76

Hoſanna filio David. Ante crucem ac paſſionem laudatur Chriſtus à turba, Patre ita ordinante in noſtrum documentum, quia animus multum laudatus generosè crucem, ac labores ſuſtinet l 7.c.1.n.77.78.79

Hoſanna filio David. De Chriſtiano rege turba meminit, pro magna noſtra eruditione, ita alta diſpoſitione ordinatur ante mortem; ac paſſionem ejus; nam nobilitas urget homines ad ſtrenuè agendum, ac faciendum. l.8.c.21 n.24.25.26

Hoſãna filio David. Commemorantur hic obſequia Chriſto exhibita, quod ita multi voce ſonabant & quod ſternebant veſtimenta ſua, & quod alii ramos cædebant; non verò narratur quot & quanta dona Chriſtus eis contulerit, nam magnus refert obſequia ſibi exhibita, tacet dona ſua data. l.7 c.1; n.4.5 6.7.8.& l.1.c.17.n.60

Feria V. in Cœna Domini.

Joan 13.

A*Nte diem feſtum Paſchæ.* l.7.c.5.

Dominica Reſurrectionis.

Marc. 16.

M*Aria Magdalena, & altera Maria emerunt aromata.* l.9.c.1.

Pro cæteris omnibus vide Indicem generalem.

INDEX

INDEX

Locorum Sacræ Scripturæ, quæ in hoc quinto Tomo continentur.

VETUS TESTAMENTUM.

Ex Geneſi.

CAPUT PRIMUM.

FORMAVIT Dominus Deus hominem. l.9.c.9.n 29
1. In principio creavit Deus cœlum & terram: Terra autem erat inanis. l.7.c 5.n.53 & c.15 n.78.
2. Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas. l. 7. c.13 n.41.& n.50.
3. Dixitque Deus : Fiat lux,& facta eſt lux. l. 8. c.2.n.158
5 Factũ eſt veſpere & mane dies unus.l 7.c.5.n.25
11. Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen juxta genus ſuum l.7.c.10.n.60. & l.8.c.17.n.68.
16. Fecit Deus duo luminaria magna, luminare majus, ut præeſſet diei, & luminare minus ut præeſſet nocti. l.8.c.14.n.54
26. Faciamus hominem ad imaginem,& ſimilitudinem noſtram.l 7.c.5.n.150.& l.8 c.3.n.130
27. Creavit Deus hominem ad imaginem ſuam. l.7.c.5.n.55.

CAP. II.

4. Hæ ſunt generationes cœli & terræ. l. 9. c. 10. num 97
2. Complevitq; Deus die ſeptimo opus ſuũ quod fecerat, & requievit die ſeptimo ab univerſo opere quod patrarat. l.7.c.19.n.72. & 73
7. Inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ. l. 7. c. 5.n.127.& l.8.c.18.n.65
8. Plantaverat autem Deus paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem quem formaverat. l 7.c 5.n.255
9. Lignum vitæ in medio paradiſi.l.7. c 17. n 146 & l.9.c.10 n.34
11. Nomen uni Phiſon, ipſe eſt qui circuit omnem terram Hevilath, ubi naſcitur aurum. l.7 c.18.n.87.
12. Qui circuit omnem terram Hevilath, ubi naſcitur aurum, & aurum terræ illius optimum eſt. l.8.c.2.n.100
16 Ex omni ligno paradiſi comede; de ligno autem ſcientiæ boni,& mali ne comedas. l.7. c.10.n.69.& l.8. c.13.n 21.& l.9 c.3.n.63
17. De ligno ſcientiæ boni,& mali ne comedas? in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris. l.8.c.3 n.32
19. Formatis igitur, Dominus Deus, de humo cũctis animantibus terræ, & univerſis volatilibus cœli; adduxit ea ad Adam, ut videret quid vocaret ea. l.7.c.10.n.30
31. Immiſit ergo Dominus Deus ſoporem in Adam. l,8.c.22.n.55

CAP. III.

3. De fructu verò ligni, quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus, ne comederemus, ne tangeremus illud. l.7.c.13 n.14
5 Scit enim Deus, quòd in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut dii. l 9 c.2.n.51.52.53
6. Vidit igitur mulier quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile; & tulit de fructu illius, & comedit. l 8 c.5.n.10.
13. Serpens decepit. l.9 c.9.n.47
8. Et cum audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo, abſcondit ſe Adam, & uxor ejus à facie Domini.l.8.c.3.n.20.& c 5. n.96 & l.9.c.10 n.36
9. Vocavitque Dominus Deus Adam, & dixit eis Ubi es? l.7.c 4.n.23
10. Vocem tuam audivi in paradiſo, & timui, & abſcondi me. l.8.c.2.n.122.& c.16 n 20
15. Tu inſidiaberis calcaneo ejus.l.7.c 5.n.158 & 199
16. In dolore paries filios. l.7.c.16.n.46
17. Maledicta terra in opere tuo. l.7.c.10.n.19.& l 9.c.10.n.75
Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea. l.9.c 4 n.70
22. Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt, ſciens bonũ & malum.l.8.c.2.n.101.& n.130
24 Et collocavit ante paradiſum voluptatis Cherubim,& flammeum gladium, atque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ. l. 9. c.1.n.112.

CAP. IV.

8. Dixitque Caïn ad Abel fratrem ſuum: Egrediamur foras. Cúmque eſſent in agro, conſurrexit Cain adverſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum. l 7. c.3. n.51. & c.5 n.89.
9. Ubi eſt Abel frater tuus? l 8.c 2.n. 96.
Neſcio: Num cuſtos fratris mei ſum ego? l.7.c.6. num. 60
10. Quid feciſti? Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra: Maledictus eris. l.7.c.6.n.63 & l.9.c 10.n.75
15. Poſuitque Dominus Cain ſignum, ut non interficeret eum omnis qui inveniſſet eum. l.7. c.18.n 52
17 Ædificavit civitatem. l.8.c 3.n 20
15. Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel quem occidit Cain l.9. c.8.n.8.

CAP. VI.

5. Videns autem Deus, quòd multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum. l 8.c.5.num.60.

13. Finis univerſæ carnis venit coram me,repleta eſt terra iniquitate à facie eorum l 9.c.3.n.73

5. Delebo hominem quem creavit à facie terræ. l.9.c.10.n 108.

Cap. VII.

1. Ingredere tu,& omnis domus tua in arcam l. 7.c.14.n.35.

4. Adhuc enim, & poſt dies ſeptem ego pluam ſuper terram l.8.c.16.n.46.

7. Ingreſſus eſt Noë,& filii ejus,uxor ejus,& uxores filiorum illius cum eo in arcam propter aquas diluvii. l.8.c.1.n.69

21. Conſumptáque eſt omnis caro, quæ movebatur ſuper terram. l.9.c.1.n.69

Cap. VIII.

8. Emiſit columbam, ut videret ſi jam ceſſaſſent aquæ ſuper faciem terræ: Quæ cũ non inveniſſet ubi requieſceret pes ejus,reverſa eſt ad eum in arcam.l.7.c.13.n.94 & l.8.c.16.n.77

21. Nequaquam ultra maledicam terræ propter homines; ſenſus enim ,& cogitatio humani cordis in malum prona ſunt. l. 8.c.5.n.60.

Cap. IX.

5. Sanguinem animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum,& de manu hominis & de manu viri,& fratris ejus, requiram animam hominis. l.7.c.19.n.86

20. Cœpit Noë vir agricola exercere terram, & plantavit vineam. l.7.c 7.n.189.

22. Cum vidiſſet Cham pater Chanaam, verenda patris ſui eſſe nudata, nuntiavit duobus fratribus ſuis foras. l.8.c.3.n.63

23. Sem, & Japhet pallium impoſuerunt humeris ſuis,& incedentes retrorſum operuerunt verenda patris ſui. l.9 c.2 n.60.

25 Maledictus Chanaam,ſervus ſervorum erit fratribus ſuis.Dilatet Deus Japhet.l.8.c.13.n.41

Cap. XI.

8. Diviſit eos Dominus ex illo loco in univerſas terras. l.8.c.19.n 36

31. Tulit itaq Thare Abram filium ſuum, & Lot filium Aran,filium filii ſui,& Sarai nurum ſuam,uxorem Abram filii ſui. l.8.c.56.n.40.

Cap. XII.

2. Faciámque te in gentem magnam,& benedicam tibi,& magnificabo nomen tuum, eriſque benedictus. l 7.c 19.n 60

6. Pertranſivit Abram uſque ad convallem illuſtrem. l 7.c.15.n.94

Cap. XIII.

1. Aſcendit ergo Abram de Ægypto,ipſe, & uxor ejus,& omnia quæ habebat, & Loth cum eo ad Auſtralem plagam. l 8.c.1.n.49

Cap. XIV.

14. Quod cum audiſſet Abram, numeravit expeditos vernaculos ſuos trecentos, decem, & octo l 7.c 3.n 26.

18. At verò Melchiſedech Rex Salem proferens panem,& vinum;erat enim Sacerdos Dei altiſſimi,benedixit ei. l.7.c.7.n.192

22. Levo manum meam ad Dominum Deum excelſum,quòd à filo ſubtegminis uſq; ad corrigiam caligæ non accipiam. l.7.c.7 n.192.

Cap. XV.

1. His tranſactis,factus eſt ſermo Domini ad Abrã per viſionem,dicens:Noli timere Abram,ego protector tuus ſum. l.7.c 4.n.67.

2. Domine Deus, quid dabis mihi? Ego vadam abſque liberis l.7.c.11.n.55.

5. Eduxit eum foras,& ait illi: ſuſpice cœlum, & numera ſtellas,ſi potes. l.9.c 3 n.10

8. Domine Deus,unde ſcire poſſum quòd poſſeſſurus ſim eam? l.8.c.1.n.52.& c.3.n.72.

12. Cum Sol occumberet, ſopor irruit ſuper Abram, & horror magnus, & tenebroſus invaſit eum. l 8.c.2 n.53

Horror magnus,& tenebroſus invaſit eum.l.7. c.16.n.61

Cap. XVI.

8. Agar ancilla Sarai, unde venis, & quo vadis. l 7 c.3 n.31.& l 9.c.3.n 37.

9. Revertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manu illius. l.9.c.3.n.37

10. Multiplicans multiplicabo ſemen tuũ & non numerabitur præ multitudine.l.9. c.3.n 10.

Cap. XVIII.

18. Apparuit autem ei Dominus in convalle Mambre ſedenti in oſtio tabernaculi ſui in ipſo fervore diei. l.8.c.1.n.35

2. Adoravit in terram & dixit Domine, ſi inveni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſervum tuum. l.7.c.7.n.23.& c.11.n. 100.

3 Domine,ſi inveni gratiam in oculis tuis.l.9.c.2 num 66.

4. Afferam pauxillum aquæ, & lavate pedes veſtros l.7.c.5.n 162

5. Ponam buccellam panis, & confortate cor veſtrum. l.7.c.7.n 18.& n 71.& n.135

6. Feſtinavit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque ei: accelera, tria ſata ſimilæ commiſce & fac ſubcinericios panes. l. 9. c. 2. n.59.& c.9 n.60

10 Revertens veniam ad te tempore iſto,vita comite,& habebit filium Sara uxor tua.l.7.c.7. n.247 & l 9.c.9 n 9.& c.10.n.82.

16. Cumergo ſurrexiſſent inde viri,direxerũt oculos contra Sodomam,& Abraham ſimul gradiebatur,deducens eos. l 7.c 3.n.212

Cap. XIX.

3. Fecit eis convivium,& coxit azyma.l.7.c.7.n.71

9. At illi dixerunt Recede illuc. l.7.c 3.n.52

18. Quæſo, Domine mi,quia invenit ſervus tuus gratiam coram te. l.7.2.12.n.100

Cap XX.

1. Profectus inde Abraham in terram auſtralem, habitavit inter Cades, & Sur. l 7. c.18.n.6

3. Venit Deus ad Abimelech per ſomnium nocte, & ait illi: En morieris propter mulierem, quam tuliſti. l 7.c 17 n.25

17. Orante Abraham,ſanavit Deus Abimelech, & uxorem,ancillaſq;ejus. l.7.c 19. n. 13. & 34.

Cap. XXI.

6. Riſum fecit mihi Deus. l.7 c.14.n. 93

10. Ejice ancillam,& filium ejus. l.8.c.16.n.39

14. Tollens Abraham panem, & utrem aquæ, impoſuit ſcapulæ ejus. l 8.c.12.n.36

Cap. XXII.

2 Offeres eum in holocauſtum ſuper unum montium quem monſtravero tibi. l.7. c.7.n.154. & c.15.n.82.

3. Igitur Abraham de nocte conſurgens, ſtravit aſinum ſuum. l.7.c.5.n 9

4. Die autem tertio elevatis oculis vidit locum procul l.9 c.9.n 20

3. Ecce ignis & ligna, ubi eſt victima holocauſti. l 7.c.5 n.18

9. Cúmque alligaſſet Iſaac filium ſuum. l. 8. c. 10. num. 27.

11. Angelus Domini de cœlo clamavit, dicens. Abraham,Abraham. l.7.c.5.n.107 & lib.8. c.17

cap. 17.n.74.

12. Ne extendas manum tuam ſuper puerum, neque facias illi quidquam. l.8.c.22.n 9 & 40.

13. Levavit Abraham oculos ſuos, viditque poſt tergum arietem inter vepres, quem aſſumens obtulit holocauſtum pro filio. l. 7.c.7 n. 120 & l.8.c.11.n 56.& 108.

16. Per memetipſum juravi, dicit Dominus, quia feciſti hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me. l.7.c.19 n.60

CAP. XXIV.

1. Dominus in cunctis benedixerat ei. l.7.c 17.n 19

12 & 14 Fac miſericordiam cum Domino meo Abraham Puella, cui ego dixero: Inclina hydriam tuam & bibam. l.9.c.3.n.49

53. Prolatiſque vaſis argenteis, & aureis ac veſtibus, dedit ea Rebecca pro munere, fratribus quoq; ejus, & matri dona obtulit. l.7 c.11.n.20

76. Introduxit eam in tabernaculum Saræ matris ſuæ, & accepit eam uxorem. l.7 c.18.n.67

CAP XXV.

6. Filiis concubinarum largitus eſt munera, & ſeparavit eos Iſaac filio ſuo. l 7.c.5.n.70

9. Sepelierunt eum Iſaac, & Iſmaël filii ſui: lib. 7. c 13.n 39

25. Qui prior egreſſus eſt rufus erat, & totus in morem pilis hiſpidus, vocatúmque eſt nomen ejus Eſaü. l.7.c.20.n.53

CAP XXVI.

5 Eo quòd obedierit Abraham voci meæ l.7 c 13. n.15

CAP. XXVII.

4. Benedicat tibi anima mea. l.9.c.4.n.15

14. Abiit, & attulit, deditque matri. Paravit illa cibos, ſicut velle noverat patrem illius, lib 7. c.15 n 53.

28. Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundanriam frumẽti & vini. l.8.c 7.n.25

41. Dixit Eſaü in corde ſuo: Venient dies luctus patris mei, & occidam Jacob fratrem meum. l.7.c 6.n 35.& l.8.c.4 n.21.

CAP. XXVIII.

4. Fac mihi inde pulmentum ſicut velle me noſti. l.9.c 10.n.16

11. Tulit de lapidibus qui jacebant, & ſupponens capiti ſuo, dormivit in eodẽ loco. l.7.c 11.n.10

12. Vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlũ, Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam & Dominum innixum ſcalæ. l.7.c.5.n. 117.& c.11.n.14 & l.8.c.2 n.119

Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam. l 9.c 1.n.92

14. Ego ſum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac. l.8.c 17 n.60

18. Tulit lapidem, quem ſuppoſuerat capiti ſuo, & erexit in titulum fundens oleum de ſuper. l. 7.c.7.n 265

20. Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum. l.7.c.19.n.27

CAP. XXIX.

18. Serviam tibi pro Rachel filia tua minore, ſeptem annis. l 7.c.19 n.11

26. Non eſt in loco noſtro conſuetudinis, ut minores ante tradamus ad nuptias. l.7.c.18.n.54

CAP XXX.

37. Tollénſque Jacob virgas populeas virides, & amygdalinas & ex platanis. l.9.c.9.n.54

CAP XXXI.

24. Viditque in ſomnis dicentem ſibi Deum, Cave, ne quidquam aſperè loquaris contra Jacob. l 7.c.16 n.14

37. Scrutatus es omnem ſupellectilem meam, Quid inveniſti dè cuncta ſubſtantia domus tuæ; pone hic coram fratribus meis, & fratribus tuis. l.7.c.17 n.47 & l.8.c.2.n.123

CAP. XXXII.

10. Minor ſum cunctis miſerationibus tuis & veritate tua quam expleviſti ſervo tuo. l.7.c. 19 num.42.

In baculo meo tranſivi Jordanẽ iſtum. l 7.c.5.n.36

24 Ecce vir luctabatur cum eo uſque mane. lib. 7.c.18.n.15.

26. Dixitque ad eum, Dimitte me, jam enim aſcendit aurora. l.7.c.10 n 90

CAP XXXV.

1. Interea locutus eſt Deus ad Jacob, Surge, & aſcende Bethel. l 7.c.10.n.7

CAP XXXVII.

2. Accuſavit fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo l 7 c.17.n.53

3. Fecit ei tunicam polymitam. l 8 c 3.n.47

4. Oderant eum fratres, nec poterant ei quidquam pacificè loqui. l.8.c.16 n 65

7. Audite ſomnium meum quod vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi conſurgere manipulum meũ & ſtare; veſtroſque manipulos circunſtantes adorare manipulum meum l.7 c.7 n.144.& 279.& c 8.n.47.& c. 14.n.16 & l.8.c.6 n.32.

9. Vidi per ſomnium quaſi Solem, Lunam, & ſtellas undecim adorare me. l.7.c 5.n.179

28. Vendiderunt eum Iſmaëlitis viginti argenteis. l.7 c.3.n 56.& 61.& 67.

33. Tunica filii mei eſt. l.8 c.21.n.57

35. Deſcendã ad filium meũ lugens l 8.c.22.n.44

CAP. XXXVIII.

24. Poſt tres menſes nuntiaverunt Judæ fornicata eſt Thamar. l.9 c.9 n.56

27. In ipſa effuſione infantium, unus protulit manum, in qua obſtetrix ligavit coccinum. l.8. c.11.n.34.& c.21.n.17

CAP. XXXIX.

1. Igitur Joſeph ductus eſt in Ægyptum, emitque eum Putiphar de manu Iſmaëlitarum l. 8.c. 17.n.14

12 Relicto in manu ejus pallio fugit. l.8.c.3.n.225

13. Cum vidiſſet mulier veſtem in manibus ſuis, & ſe eſſe contemptam, vocavit ad ſe homines domus ſuæ, & ait ad eos. l.7.c.16.n.98

19 His auditis Dominus, & nimiũ credulus verbis conjugis, iratus eſt valdè. l.9.c 2 n.54

CAP. XL.

10. Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines, creſcere paulatim in gemmas, & poſt flores uvas matureſcere. l.7 c 14.n.63

15 Furto ſublatus ſum de terra Hebræorum, & hic innocens in lacum miſſus ſum. l.8.c.2.n.79

19. Poſt tres dies auferet Pharao caput tuum, & ſuſpendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas. l.7.c.19.n.16

CAP. XLI.

42. Tulit annulum de manu ſua, & dedit eum in manu ejus. l.9.c.10 n 63

39. Nunquid ſapientiorem, & conſimilem tui invenire potero? l.8.c.5 n.47

46. Egreſſus eſt itaq; Joſeph ad terram Ægypti & circuivit omnes regiones Ægypti. l.7.c.18.n.33

51. Vocavit nomem primogeniti Manaſſes dicens; obliviſce reme fecit Deus laborum meorum. l.9.c.8.n.5.
56. Creſcebat fames, aperuitque Joſeph univerſa horrea, & vendebat Ægyptiis. l.7.c. 7.n.26.

CAP. XLIII.

16. Introduc viros domum, & occide victimas, & inſtrue convivium, quoniam mecum ſunt comeſturi meridie. l.7.c.7.n.61.
18. Ibique exterriti dixerunt mutuò: propter pecuniam, quam retulimus prius in ſaccis noſtris introducti ſumus, ut devolvat in nos calumniam. l.7.c.1 n.56
23. Pax vobiſcum nolite timere: pecuniam, quam dediſtis mihi, probatam ego habeo. l.7.c.6 n.23
29. Attollens Joſeph oculos, vidit Benjamin fratrem ſuum uterinum, & ait: Iſte eſt frater veſter parvulus. l.7.c.1.n.70.& l.8.c. 17.n.44
34. Sumptis partibus, quas ab eo acceperant, majorque pars venit Benjamin. l.7.c.6.n.36

CAP. XLIV.

2. Imple ſaccos eorum frumento quantum poſſunt capere, & pone pretium ſingulorum. l.9.c 7.n.57
16. Quid reſpondebimus Domino meo? vel quid loquemur? Deus invenit iniquitatem ſervorum tuorum. l.8 c 16.n.35
27. Vos ſcitis, quod duos genuerit mihi uxor mea. l.7.c.5.n.71

CAP. XLV.

22. Dedit Benjamin trecentos argẽteos. l.9.c.9.n.63

CAP. XLVI.

34. Reſpondebitis: viri paſtores ſumus ſervi tui, ab infantia noſtra uſque in præſens & nos, & patres noſtri. l 8.c.21.n.35

CAP. XLVII.

2. Extremos quoque fratrum ſuorum quinque viros conſtituit coram rege. l.9.c.8.n.19

CAP. XLVI.

14. Qui extendens manum dexteram, poſuit ſuper caput Ephraïm minoris fratris, ſiniſtram autem ſuper caput Manaſſe. l.8.c.17.n.11
15. Deus, in cujus conſpectu ambulaverunt patres mei. l.7.c.17.n.19.& l 9.c.4 n.15
19. Scio, fili mi ſcio. l.7.c.5.n.115
22. Do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo. l.8.c 3.n.275

CAP XLIX.

4. Effuſus es ſicut aqua non creſcens. l.6.c.10.n.10
9. Catulus leonis Juda, ad prædam fili mi aſcendiſti, requieſcens accubuiſti ut leo, & quaſi leæna. l. 9.c. 1 n.53
11. Ligans ad vineam pullum, ſuum, & ad vitem, ô fili mi aſinam ſuam. Lavabit in vino ſtolam ſuam. l.7.c.13.n.8
14. Iſſachar accubans inter terminos. l.8 c.17 n.9
16. Vidit requiem, quòd eſſet bona, & terram quòd optima, & ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum. l.8.c.12.n.38
17. Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens ungulas equi, ut cadat aſcenſor ejus retrò. Salutare tuum expectabo Domine. l.7.c.13.n.113
Cadat aſcenſor ejus retrò. l.8 c.3.n.100
21. Nephthali cervus emiſſus, & dans eloquia pulchritudinis. l.9.c.3.n.114
22. Filius accreſcens Joſeph, filius accreſcens, & decorus aſpectu. l.7.c.15 n.34.
24. Diſſoluit ſunt vincula brachiorum illius. l.7. cap.15 n.90.
28. Benedixit ſingulis benedictionibus propriis. l.9.c.10.n.39

CAP. L.

16. Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur, ut hæc tibi verbis illius diceremus; Obſecro, ut obliviſcaris ſceleris fratrum tuorum. l.7.c.13.n.11

Ex Exodo.

CAP. I.

10. Venite, ſapienter opprimamus eum l.9. c.5.n. 8
17. Timuerunt autem obſtetrices Deum, & non fecerunt juxta præceptum Regis Ægypti, ſed conſervabant mares l.8.c.2.n.95

CAP. II.

12. Cumque circunſpexiſſet huc, atque illuc, & nullum adeſſe vidiſſet, percuſſum Ægyptium abſcondit. l.9 c 4 n.34

CAP. III.

2. Apparuit ei Dominus in flamma ignis. l.7.c.13 n.58.& c.17 n.78 & l.9.c.5.n.13
2. Videbat quod rubus arderet; & non combureretur. l.7.c 3.n.21
5. Ne appropies huc, ſolve calceamentum de pedibus tuis, locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt. l.8.c.2. n 77.& c. 11.n.46
6. Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Jacob, deſcendi, ut liberem populum meum l.7.c.13.n.3.& c.20.n.52
11. Qui ſum ego, ut vadam ad Pharaonem. l. 7. c.10.n 46
14. Ego ſum, qui ſum. l 8.c.3.n.78
15. Dominus Deus patrum veſtrorum. l.7.c.4.n.246
16. Vade & congrega ſeniores Iſraël, & dices ad eos: Dominus Deus patrum veſtrorum apparuit, mihi dicens Viſitans viſitavi vos. l.9. c.2.n.45

CAP. IV.

13. Obſecro, Domine, mitte quem miſſurus es. l.7.c 10.n.46.& l.9.c.4.n.54
25. Sponſus ſanguinum tu mihi es l.8.c.13 n.54

CAP. V.

1. Hæc dicit Dominus Deus Iſraël. Dimitte populum meum, ut ſacrificet mihi in deſerto. l. 7.c.13.n.8.
4. Quare Moyſes; & Aaron ſollicitatis populum ab operibus ſuis? l.6.c.15.n.93

CAP. VII.

1. Ecce conſtitui te Deum Pharaonis. l. 9.c.9.n 13
4. Immitam manum meam ſuper Ægyptum, & reducam exercitum, & populum meum filios Iſraël de terra Ægypti per judicia maxima. l.8.c.5.n.39

CAP. VIII.

29. Digitus Dei eſt hic. l.9.c.9.n.50

CAP. IX.

16. Idcircò poſui te, ut oſtendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra. l.7.c 2.n.147
19. Cum egreſſus fuero de urbe, extendam palmas meas ad Dominũm. l.8 c.2.n 64.

CAP. X.

23. Tribus diebus nemo vidit fratrem ſuum. l. 8. c.10 n.53

CAP. XII.

3. Decima die menſis hujus tollat unuſquiſque agnũ per familias, & domos ſuas. l.7.c.4.n.48
4. Sin autem minor eſt numerus; ut ſufficere poſſit ad veſcendum agnum, aſſumet vicinum ſuum

ſuum. l.9.c.4.n. 65

6. Servabitis eum uſque ad quartam decimam diem menſis hujus. l 7 c 7 n.15

9. Non comedetis ex eo crudum quid nec coctum aqua ſed tantum aſſum igne.l.7 c, 1.n. 105.& c.7.n.211.

11. Sic autem comedetis illis Renes veſtros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus l. 7. cap 7. n.75.& l.8.c.17 n.22.& l.7.c.17.n.48. & l.9. c.1.n.87

Calceamenta habebitis in pedibus. l 7.c.11.n.9

Comedetis feſtinanter: eſt enim Phaſe, id eſt, tranſitus Domini. l.8.c 20 n.53

17. Cuſtodietis diem iſtum in generationes veſtras ritu perpetuo. l.7.c.7.n.121

18. Primo menſe quarta decima die menſis ad veſperam comedetis azyma uſque ad diem vigeſimam primam ejuſdem menſis ad veſperam l.7.c 4.n.3

23. Cum viderit ſanguinem in ſuperliminari, & in utroque poſte, tranſcendet oſtium domus.l.7.c.7.n.144.

CAP. XIII.

18. Circunduxit per viam deſerti, quæ eſt juxta mare rubrum. l.8.c.1.n 47

CAP. XIV.

16. Tu autem eleva virgam tuam,& extende manum tuam ſuper mare,& divide illud.lib.7. c 18.n 20.& l.5.c.12.n 27

21. Cúmque extendiſſet Moyſes manum ſuper mare, abſtulit illud Dominus, flante vento vehementi, & urente tota nocte, & vertit in ſiccum, diviſáque eſt aqua. l.8 c.1.n.81

24. Jámque advenerat vigilia matutina, & ecce reſpiciens Dominus ſuper caſtra Ægyptiorum per columnam ignis: l.7 c.13.n.59

31. Viderunt Ægyptios mortuos ſuper littus maris,& manum magnam quam exercuerat Dominus contra eos. l.7.c.17. n.63

CAP. XV.

1. Tunc cecinit Moyſes,& filii Iſraël carmen hoc Dño,& dixerunt:Cantemus Domino glorioſè enim magnificatus eſt.l.8 c.1.n.41.l.9.c.1.n 26

17. Sanctuarium tuum Domine, quod firmaverunt manus tuæ. l.9.c.3.n.20

23. Venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara,eo quòd eſſent amaræ;unde & congruum loco nomen impoſuit, vocans illum Mara,id eſt,amaritudinem. l.7 c.14.n.19

CAP. XVI.

3. Utinam mortui eſſemus per manum Domini in terra Ægypti,cur eduxiſti nos? l. 7.c.13.n 63

4. Dixit Dominus ad Moyſen: Ecce, ego pluam vobis panes de cœlo: egrediatur populus, & colligat. l.7 c 7.n 201

8. Dabit vobis Dominus veſpere carnes édere, manè panes in ſaturitate. l 7.c.7.n 205

12. Manè ſaturabimini panibus, ſcietiſque quòd ego ſum Dominus Deus veſter. l 7.c.7.n.182

13. Manè ros jacuit per circuitum caſtrorum,Cúmque operuiſſet ſuperficiem terræ, apparuit in ſolitudine minutum, & quaſi pilo tuſum. l 7.c.13.n.40

14. Apparuit in ſolitudine minutum, & quaſi pilo tuſum. l.7 c.3.n. 71

15. Quod cum vidiſſent filii Iſraël, dixerunt ad invicem Manhu? quod ſignificat, quid eſt hoc? l.7.c.11.n 47

18. Et menſi ſunt ad menſuram Gomor, nec qui plus collegerat,habuit amplius, nec qui minus paraverat,reperit minus. l.8 c.2.n.26

20. Scatere cœpit vermibus, atque computruit.l. 7.c.7.n.203

29. Maneat unuſquiſque apud ſemetipſum, nullus egrediatur de loco ſuo die ſeptimo.l.7.c.7.n.263.

31. Erat manna, quaſi ſemen coriandri album. l. 7.c.6.n.106

CAP. XVII.

6. En ego ſtabo ibi coram te ſupra petram Horeb, percutieſque petram,& exibit ex ea aqua,ut bibat populus. l.8.c.8.n.4.& 7

14. Scribe hoc ob monumentum in libro, delebo enim memoriam Amalech ſub cœlo l.9.c 3.n.44.

CAP. XVIII.

1. Cum audiſſet Jethro ſacerdos Madian, cognatus Moyſi. l.8.c.6 n.141

CAP. XIX.

18. Totus autem mons Sinai fumabat, eo quòd deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne. erátque omnis mons terribilis.l.7.c.16.n.83, & c.19 n.46.& 47.

CAP. XX.

20. Ut enim probaret vos venit Deus, & ut terror illius eſſet in vobis non peccaretis l.7.c.9.n.13

CAP. XXIII.

19. Non coques hœdum in lacte matris ſuæ. l. 9. c.4.n.38.

CAP. XXIV.

8. Sumptum ſanguinem reſperſit in populum, & ait: Hic eſt ſanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiſcum ſuper cunctis ſermonibus his. l.7.c.7.n.231

10. Viderunt Deum Iſraël,& ſub pedibus ejus quaſi opus lapidis ſopphirini. l.7.c.5.n.263

18. Fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. l.8.c.17.n.13

CAP. XXV.

17 Facies propritiatorium,duoſquoque Cherubim ex utraque parte oraculi·Utrumque latus propitiatorii tegant.l.7 c.15.n.18.& l.8.c.7 n.107.

24. Facies illi labium aureum per circuitum.l 9. c.9 n.22

20. Reſpiciántque ſe mutuò verſis vultibus in propitiatorium,quo operienda eſt arca,in qua pones teſtimonium quod dabo tibi.l.8.c 14.n.45

30. Pones ſuper menſam panes propoſitionis.l.7. c 6.n.105

40. Inſpice,& fac ſecundum exemplar,quod tibi in monte monſtratum eſt. l.8.c 13.n.103

CAP. XXVIII.

12. Portabit Aaron nomina eorum coram Domino ſuper utrumque humerum. l 7.c. 12.n.34

21. habebúntque nomina filiorum Iſraël, duodecim nominibus cælabuntur ſinguli lapides. l.7.c.8.n.38.& l.9.c.3.n.92

30 Pones autem in rationali judicii doctrinam, & veritatem. l 7. c. 8 n 36

33. Deorſum verò ad pedes ejuſdem tunicæ per circuitum,quaſi mala punica facies, mixtis in medio tintinnabulis l.7.c.5.n. 92.& 93. & l.8. c. 2.n.170.

CAP. XXIX.

7. Oleum unctionis fundes ſuper caput ejus. l. 7. c 10.n 76

20. Sumes de Sanguine ejus,& pones ſuper extremum auriculæ dextræ l. 7.c.10.n 76

CAP. XXXII.

4. Fecit vitulum conflatilem. l.8.c.6 n.31

8. Peccavit populus tuus. l.9.c.7.n.41

10. Dimitte

10.Dimitte me, ut iraſcatur furor meus contra eos,& deleam eos faciámque te in gentem magnam. l.7.c.5 n.61

11.Cur Domine iraſcitur furor tuus contra populum tuum,quem eduxiſti de terra Ægypti in fortitudine magna,& in manu robuſta? Ne quæſo dicant Ægyptii. l 8 c. 16.n.125

16.Cumque appropinquaſſet ad caſtra,vidit vitulum,& choros, iratuſque valdè projecit de manu tabulas. l.7.c.15.n.19

24 Projecit illud in ignem,egreſſuſque eſt hic vitulus. l.9.c.5.n.56

29. Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino, unuſquiſque in filio, & in fratre ſuo,ut detur vobis benedictio. l.7.c.16.n 37

41.Aut dimitte eis hanc noxam; aut ſi non facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti.l.7.c.5. n.38.& l.8.c.5 n.127

CAP. XXXIII.

10.Columna nubis ſtabat ad oſtium Tabernaculi. Loquebaturautem Dominns ad Moyſen facie ad facem,ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum. l.7.c.11.n.94

13.Si inveni gratiam in conſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuam. l 7.c.7 n.39.

15. Si non tu ipſe præcedas,ne educas nos de loco iſto. l.9.c.2.n.32

22.Ponam in foramine petræ, & protegam dextera mea donec tranſeam; tollámque manũ meã,& videbis poſteriora mea.l.8.c.12.n.70

CAP. XXXIV.

7.Peccavit populus tuus. l.9.c 7.n.41

33. Poſuit velamen ſuper faciẽ ſuam.l.8 c.4.n.145

CAP. XXXV.

5.Omnis voluntarius,& prono animo offerat eas Domino;aurum,& argentum, æs, hyacinthum & purpuram. l.8.c.1.n.47

21.Obtulerunt mente promptiſſima,atque advota primitias Domino,ad faciendum opus tabernaculi. l.7.c 4.n.64

CAP. XXXVII.

17.& 23,Fecit & candelabrum ductile, fecit, & lucernas ſeptem. l.7.c.13.n 82

CAP. XL.

5. Pones altare aureum, in quo adoletur incenſum,coram arca teſtimonii.Tentorium in introitu tabernaculi pones, & ante illud altare holocauſti. l.7.c.2.n.33

Ex Levitico

9. PEdibus lotis aqua,adolebitque ea Sacerdos ſuper altare in holocauſtum, & ſuavem odorem Domino. l.8.c. 5.n.164

Adolebitque ea Sacerdos ſuperaltare.l.7.c.4.n.52

CAP. VI.

10.Tolletque cineres,quos vorans ignis excuſſit. l 7.c.17 n.21.

26. Sacerdos, qui offert, comedet eam in loco ſancto,in atrio tabernaculi. l.6.c.4.n.42

CAP. XVI

14.Tollet quoque de ſanguine vituli, & aſperget digito ſepties cõtra propitiatoriũ.l.8.c.2.n.179

CAP. XIX.

18.Diliges amicũ tuũ,ſicut te ipſum. l.7.c.9.n. 10

Cap. XX.

9.Sanguis ejus ſia ſuper eum. l.8.c.9.n.40

CAP. XXII.

14. Qui comederit de ſanctificatis per ignorantiam,addat quintam partem cum eo, quod comedit. l.7.c.7.n.249

CAP XXII.

5 Menſe primo quarta decima die menſis ad veſperam Phaſe Domini eſt,& quanta decima die menſis hujus, ſolemnitas azymorum Domini eſt. l.7.c.4.n.7.

32.A veſpera uſque ad veſperam celebrabitis ſabbatha veſtra. l.7.c.4.n.2

Ex Numeris.

9. OMnes quoque primitiæ quas offerent filii Iſraël ad ſacerdotes pertinent. l.9.c.9.n.14

XI.

4.Quis dabit nobis ad veſcendum carnes? Recordamur piſcium quos comedebamus in Ægypto. l 7.c. 19.n.41

12.Numquid ego concepi omnem hanc multitudinem; vel genui eam, ut dicas mihi, Porta eos in ſinu tuo? l 8.c.12.n.35

13. Unde mihi carnes,ut dem tantæ multitudini flen contra me dicentes, Da nobis carnes, ut comedamus. l.7.c.10.n.95

16. Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſraël,quos noſti, quòd ſenes populi ſint, ac Magiſtri. l 9.c 7.n.35

CAP. XIII.

3. Mitte viros,qui conſiderent terram Chanaam ſingulos de ſingulis tribubus, ex principibus, l.8.c.21.n.25

CAP. XIV.

7.Terra,quam circuivimus, valde bona eſt,ſi propitius fuerit Dominus inducet nos in eam. l.8.c 16 n.116

9 Nolite,rebelles eſſe contra Dominum,neque timeatis populum terræ hujus,quia ſicut panẽ ita eos poſſumus devorare. l.5.c.20.n.72

29. Omne, qui namerati eſtis à riginti annis, & ſupra & murmraſtis contra me, non intrabitis terram. l.8 c.21.n.26

CAP. XVI.

7.Hauſto cras igne,ponite de ſuper thymiama coram Domino,& quemcumque elegerit, ipſe erit ſanctus. l.9.c.4.n.20

41.Vos interficitis populum Domini.Cumque oriretur ſeditio, & tumultus increſceret, Moyſes, & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis Quod, poſtquam ingreſſi ſunt,operuit nubes, & apparuit gloria D omini.l.7.c. 18.n.16.& c.19.n.92.

CAP. XVII

8. Eruperant flores,qui foliis dilatatis in amygdalas deformati ſunt.l.7.c.13.n.27. & c.19 n.12,& l 9.c.2.n.81.& l.9.c.10.n.81.

10 Refer virgam Aaron in tabernaculum teſtimonii,ut ſervetur ibi in ſignum rebellium filiorum Iſrael, & quieſcant querelæ eorum à me. l.8.c.8.n 34

CAP. XIX.

9. Colliget vir mundus cineres vaccæ in aquam aſperſionis. l. 7.c.17.n.21

CAP XX.

11.Percutiens virga bis ſilicem,egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ. l.8 c 1.n.80

12.Quia non crediđiſtis mihi, ut ſanctificaritis me. l.9.c.10.n 578

CAP. XXI.

4.Ita delebit hic populus omnes, qui in noſtris ſinibus commorantur, quomodo ſolet bos herbas uſque ad radices capere.l.8.c.2.n 62

CAP. XXII.

22.Deus eduxit illum de Ægypto, cujus fortitudo ſimilis

ſimilis eſt Rhinocerotis. l.7.c.15.n.25

Cap XXIV.

5. Quã pulchra tabernacula tua, Jacob; & tentoria tua, Iſraël; ut valles nemoroſæ, ut horti juxta fluvios irrigui, ut tabernacula, quæ fixit Dñus, quaſi Cedri propè aquas. l.8 c.2.n.187

17. Conſurgit virga de Iſraël, & percutiet duces Moab, vaſtabitque omnes filios Seth. l.8.c.12.n.25

Cap XXV.

12. Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit ipſi pactum ſacerdotii ſempiternum, quia zelatus eſt pro Deo ſuo. l.2.c.2.n.30

CAP. XXVIII.

12. Dixit Dominus ad Moyſen: Aſcenda in montem iſtum Abarim contemplare inde terram. l.8 c.14 n 54.

Cap XXXIII.

8. Profecti de Phihahiroth, tranſierunt per medium mare in ſolitudinem. l.7.c.6.n. 17

Cap. XXXV.

25. Manebit ibi, donec ſacerdos magnus moriatur l.9.c.5.n.37

Ex Deuteronomio.

CAP. IV.

7. Nec eſt alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris. l.7.c.11.n.117

2 Vos autem tulit Dominus, & eduxit de fornace ferrea Ægypti, ut haberet populum hæreditarium. l.7.c.7. n.286. & l.9.c.3.n.93

Cap. XII.

5. Ad locum, quem elegerit Dominus Deus veſter de cunctis tribubus veſtris, ut ponat nomen ſuum ibi, & habitet in eo, venietis: & offeretis in loco illo holocauſta, & victimas veſtras. l.7.c.7.n.218

Cap. XVI.

3 Septem diebus comedes, abſque fermento, afflictionis panem. l.7.c 7.n.111

5 Non poteris immolare Phaſe in qualibet urbium tuarum, ſed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet nomen. ibid. l.7.c.4.n 23

Cap. XXI.

23. Maledictus, qui pendet in ligno. l.8.c.13.n.82.

CAP. XXIII.

18. Non offeres mercedem proſtibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui, quiquid illud eſt, quod voveris: quia abominatio eſt utrũque apud Dominũ Deũ tuũ. l.8.c.6.n 57

Cap. XXV.

2. Pro menſura peccati erit, & plagarum modus ita dumtaxat, ut quadragenarium numerum non excedant. l.8.c.10.n.42

9. Spuet in faciem, illius. l.8.c.4 n.125

CAP XXVIII.

49. Adducet Dominus ſuper te gentem de longinquo in ſimilitudinem aquilæ volantis. l. 8. c.12.n.46

Cap. XXIX.

5 Hæc calceamenta pedum veſtrorum vetuſtate conſumpta ſunt. l.7.c.11.n.9

Cap. XXXII.

6 Nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creavit te? l.7.c.10 n.61. & l. 8. c.12.n 49

11. Sicut aquila provocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans, expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum, atque portavit humeris ſuis l.8.c.11.n.35

Cap. XXXIII.

17. Quaſi primogeniti tauri pulchritudo ejus. l.8. c.4.n.135.& 136

Cap. XXXIV.

5. Mortuus eſt Moyſes ſervus Dñi in terra Moab, jubente Domino. l.7.c.1 n.79. & l.8.c.16.n.64

Ex libro Ioſue.

CAP I.

12. Rubenitis quoque, & Gaditis, & dimidiæ tribui Manaſſe ait: Mementote ſermonis, quem præcipit vobis Moyſes famulus Domini. l.8.c.2.n.157

CAP. II

13. Detiſque mihi verum ſignum, ut ſalvetis patrem meum, & matrem, fratres ac ſorores meas l.8 c 17.n 69

19 Sanguis ipſius erit in caput ejus. l.8.c.9.n.40

20. Quod ſi nos prodere volueris, & ſermonem iſtum proferre in medium, erimus mundi ab hoc juramento. l.9 c.1.n.33

CAP. III.

15. Ingreſſiſque eis Jordanem, & pedibus eorum in parte aquæ tinctis, ſteterunt aquæ deſcendentes in loco uno, & adinſtar montis intumeſcentes apparebant. l.8.c.16 n.79

16. Steterunt aquæ deſcendentes in loco uno, & ad inſtar montis intumeſcentes apparebant l.9.c.1.n 68

Cap. VI.

10. Præceperat autem Joſue populo, dicens. Non clamabitis, nec audietur vox veſtra donec veniat dies. l.9.c.1.n.34

17. Sola Rahab meretrix vivat cum univerſis qui cum ea in domo ſunt. l.8.c.16.n.140

CAP. VII.

21. Vidi inter ſpolia pallium coccineum valdè bonum, & ducentos ſiclos argenti, regulamque auream. l.8.c.6.n 45

CAP. VIII.

18. Leva clypeum, qui in manu tua eſt, contra urbem Hai. l.8.c.12.n.29

29. Regem Hai ſuſpendit in patibulo. l.8 c.16.n.18

CAP. XI.

6. Equos eorum ſubnervabis, & currus igne combures. l.7.c.11 n.12

Cap. XIII.

1. Joſue jam lõgævus, & perſenilis ætatis, vocavit omnem Iſraelem. & majores natu. l 9.c.7 n.63

Ex libro Iudicum.

Cap. VI.

23. Pax tecum: ne timeas, non morieris. l 9 c.4.n.16

36. Si ſalvum facis per manum meam Iſrael, ſicut locutus es, ponam hoc vellus lanæ in area: ſi ros in ſolo vellere fuerit, &c. l 7.c.7.n.135.

38. De nocte conſurgens, expreſſo vellere, concham rore implevit. l.7. c 5 n.177.

Cap. VIII

7 Conteram carnes veſtras cum ſpinis tribuliſque deſerti. l.8.c.11.n 59

CAP. IX.

9. Nemquid poſſum deſerere pinguedinem meam, qua & pii utuntur, & homines, & venire, ut inter ligna promoveat. l 8 c.12.n.99

CAP XI.

39. Expletiſque duobus menſibus reverſa eſt ad patrem ſuum, & fecit ei, ſicut voverat. l. 8. c.19.n.55

5. Conci

CAP. XIII.

Concipies,& paries filium,cujus non tanget caput novacula, erit enim Nazarenus Dei ab infantia ſua, & ex matris utero, & ipſe incipiet liberare Iſraël de manu Philiſtinorum. l.7.c.17.n.16

CAP. XIV.

8.Poſt aliquot dies declinavit,ut videret cadaver leonis, & ecce examen apum in ore leonis erat,ac favus mellis. l.8.c.21.n.61

CAP. XVI.

7.Si ſeptem nerviceis funibus ligatus fuero, l.7.c 7.n.74

15.Quomodo dicis,quòd amas me? Per tres vices mentitus es mihi. & noluiſti dicere, in quo ſit maxima fortitudo tua. l.7.c.5.n.276

CAP. XXVII.

10.Mane apud me,& eſto mihi parens, ac ſacerdos & dabo tibi per annos ſingulos.l.9.c.10.n 83

Ex libro Ruth.

CAP. I.

6.ET ſurrexit, ut in patriam pergeret cum utraque nuru ſua regione Moabitide. l.7.c. 5.n.59

20.Ne vocetis me Noëmi(id eſt pulchram)ſed vocate me Mara(id eſt amaram)quia amaritudine valdè replevit me Omnipotens l.8.c.22.n.13

CAP. II.

12.Reddat tibi Dominus pro opere tuo,& plenam mercedem recipiat à Domino Deo Iſraël.l.8. c.21.n.16

Ex libro I. Regum.

CAP. I.

15.NEquaquam,Domine mi,nam mulier infelix nimis ego ſum,vinumque,& omne, quod inebriare poteſt,non bibi, ſed effudi animam meam in conſpectu Domini l.7.c.1.n.98

CAP. II.

6. Dominus deducit ad inferos, & reducit. l 7.c. 14. n. 69

13.Quicumque immolaſſet victimā,veniebat puer ſacerdotis,dum coquerentur carnes,& habebat fuſcinulam tridentem in manu ſua, & mittebat eam in lebetem. l 7.c.1 n.104

30.Quicumque glorificaverit me glorificabo eum l.7.c.6 n.139

CAP. IV.

19.Irruerant in eam dolores ſubitò. In ipſo autem momento mortis ejus, dixerunt ei,quæ ſtabant circa eam,Ne timeas, quia filium pepeřiſti. l 7.c 14.n.41

CAP. VIII

1.Factum eſt autem cum ſenuiſſet ſimul poſuit filios ſuos judices. l.9.c.7.n.64

CAP. IX

24.Ecce quod remanſit, pone ante te, & comede. quia de induſtria ſervatum eſt tibi. l.7.c.8.n.52

CAP. XII.

6.Qui fecit Moyſem, & Aaron. l 7.c.8.n.49

17.Videbitis quam grande malum feceritis vobis in conſpectu Domini petentes ſuper vos regem. l.9.c.10.n.37

CAP III.

2.Elegit ſibi Saül tria millia de Iſraël.l.9.c.9.n.98

CAP. XIV.

15.Factum eſt miraculum in caſtris per agros. l.7 c.1.n 10

CAP. XV.

23.pro eo ergo,quod abjeciſti ſermonem Domini, abjecit te Dominus ne ſis Rex.l.9.c.4.n.36

CAP. XVI.

11.Adhuc reliquus eſt parvulus,& paſcit oves. l. 8.c 2 n.34

CAP. XVII.

40 Et depoſuit ea,& tulit baculū ſuum.l.7 c.1.n.39

49 Tulit unum lapidē,& de funda jecit,& circunducēs percuſſit Philiſthæū in fronte.l.9.c3.n.14

CAP. XVIII.

1. Anima Jonathæ conglutinata eſt animæ David,& dilexit eum Jonathas, quaſi animam ſuam. l.7.c.15.n.38

7. Percuſſit Saül mille, & David decem millia. l.7 c.10.n.19.& c.15 n.92

CAP. XIX.

9.Factus eſt Spiritus Domini malus in Saül, ſedebat autem in domo ſua,& tenebat lāceam porro David pſallebat manu ſua. Niſuſque eſt Saül configere David lancea. l.8.c.10.n.7

20.Miſit ergo Saül lictores,ut raperet David: qui cum vidiſſent cuneum prophetarum vaticinātium,& Samuelem ſtantem ſuper eos factus eſt etiam Spiritus Dni in illis.l.7.c. 13.n.107

CAP. XX.

33.Arripuit Saül lanceam, ut percuteret eum. l.7. c.5.n.87

CAP. XXI.

2.Pueris condixi in illum,& illū locū. l.7.c.4.n.32

11. Dixeruntque ſervi Achis ad eum, cum vidiſſent David: Numquid non iſte eſt David Rex terræ? l.7.c.7

Nunquid non iſte eſt David Rex terræ; nonnè huic cantabant per choros dicentes, Percuſſit Saül mille? l.7.c.11.n.39

CAP. XXIII.

19. Aſcenderunt autem Ziphæi ad Saul in Gabaa dicentes: Nonne ecce David latitat apud nos in locis tutiſſimis? l.9.c.11.n.15

CAP. XXIV.

15. Quem perſequeris.Rex Iſraël, canem mortuū perſequeris,& pulicem unum. l.8 c.21.n.30

23.Abiit ergo Saul in domum ſuā,& David,& viri ejus aſcenderunt ad tutiora loca.l.9.c.10.n.12

CAP. XXV.

8 In die bona venimus, quodcumque inveneris manus tua de ſervis tuis, & filio tuo David. l.9 c.3.n.91

CAP. XXVIII.

19 Dabit Dominus etiam in Iſraël tecum in manu Philiſthiim, cras autem tu, & filii tui mecum eritis. l.9.c.16.n.108

13.Puer Ægyptius ego ſum,ſervus viri Amalecitæ l.7.c.8.n.12

Ex Libro II. Regum.

CAP. I.

20.NOlite annuntiare in Geth neque annuntietis in compitis Aſcalonis, ne fortè lætentur filiæ incircumciſorum.l 8.c.4 n.133

23.Saul & Jonathas amabiles,& decori in vita ſua in morte quoq;non ſunt diviſi.l.8. c.22.n.41

CAP. II.

23.Percuſſit eum Abner averſa haſta.l.7. c.7.n.47

CAP. VI.

7. Iratuſque eſt indignatione Dominus contra Ozam,qui mortuus eſt ibi juxta arcam Dei. l.7.c 17.n 64

20 Quam glorioſus fuit hodie Rex Iſraël, diſcooperiens ſe ante ancillas ſervorum ſuorum & nudatus eſt. l.8.c.17.n.11

CAP. VII.

25.Nunc ergo Domine Deus verbum,quod locutus

tus es ſuper ſervum tuum, & ſuper domum ejus,ſuſcita in ſempiternum. l.9 c.3.n.85
27.Invenit ſervus tuus cor ſuum. l.6.c.5.n.109

CAP. XI.

1.Eo tempore, quo ſolent Reges ad bella procedere. l.8.c.5.n.54

CAP. XII.

9. Quare contempſiſti verbum Domini, ut faceres malum in conſpectu meo?Uriam Hethæū percuſſiſti gladio & uxorem illius accepiſti. Quamobrem non recedet gladius de domo tua uſque in ſempiternum. l.7.c.6.n 63
16.Deprecatus eſt David Dominum pro parvulo: & jejunavit David jejunio,& ingreſſus ſeorſum,jacuit ſuper terram. l 7.c.19.n.41
25.Et vocavit nomen ejus amabilis Domino, eo quod diligeret eum Dominus. l.9.c.8.n.62

CAP. XIII

11. Cum autem audiſſet Rex David verba hæc, contriſtatus eſt valdè, & noluit contriſtare Spiritum Amnon filii ſui. l.7 c.10.n.55

CAP XIV.

33.Ingreſſus itaque Joab ad Regem, nunciavit ei omnia:vocatuſque eſt Abſalon. l.8.c.9

CAP. XV.

3.Non eſt, qui te audiat conſtitutus à Rege. l.8. c.3.n.36
35.Omne verbum, quodcumque audieris de domo Regis, indicabis. l.8 c.2.n.52

CAP. XVI.

3.Remanſit in Jeruſalem,dicens, Hodie reſtituet mihi domus Iſraël regnum patris mei. l.7.c. 15.n.69

CAP. XVII.

20. Tranſierunt feſtinanter guſtata paululum aqua.l 7.c 5.n.37

CAP. XVIII.

18.Vocavitque titulum nomine ſuo, & appellatur Manus Abſalon, uſque ad hanc diem. l.7.c,3 n.39
32.Eſt-ne pax puero Abſalon? l 7.c.13.n.105

CAP. XIX.

28.Tu poſuiſti me ſervum tuum inter convivas menſæ tuæ:quid ergo habeo juſtæ querelæ;aut quid poſsū ultra vociferari ad Regē.l.7 c 7.n.73
32.Et ipſe præbuit alimenta Regi,cum moraretur in caſtris. l 9.c.3.n.81

CAP XXI.

1.Conſuluit David oraculum Domini. Dixitque Dominus:Propter Saül,& domum ejus ſanguinum quia occidit Gabaonitas.l.7 c 16.n.40
21. Percuſſit eum Jonatham filius Samaa fratris David. l.8.c.21.n.25

CAP. XXIII.

26.At ille noluit bibere,ſed libavit eam Domino. l.7.c.7.n.20.

Ex libro III. Regum.

CAP. I.

21. ERimus ego, & filius meus Salomon peccatores. l.9.c.7.n.37

CAP. II.

5.Tu quoque noſti, quæ fecerit mihi Joab filius Sarviæ. l.8. c 19.n.21
32.Reddet Dominus ſanguinem ejus ſuper caput ejus,quia interfecit duos viros meliores ſe, & occidit eos gladio. l.7.c.15 n.103
8.Habes apud te Semei,qui maledixit mihi. l.9. c.10.n.45

CAP. III.

5.Apparuit autem Dominus Salomoni per ſomnium nocte dicens, Poſtula, quod vis, ut dem tibi. l 9.c. 3.n.115
13.Sed hæc,quæ non poſtulaſti, dedi tibi divitias ſcilicet,& gloriam,ut nemo fuerit ſimilis tui in Regibus,cunctis retro diebus.l.7.c 19.n.12
14.Longos faciam dies tuos.Igitur evigilavit Salomon, & intellexit,quod eſſet ſomnium.l 7 c.19

CAP. IV.

25.Habitabat Juda & Iſraël abſque timore ullo unuſquiſque ſub vite ſua. l 7.c.3.n.19
29.Dedit Deus Salomoni latitudinem cordis,quaſi arenam,quæ eſt in littore maris.l.9.c.16.n.80

CAP. VII.

23.Fecit mare fuſile l.7.c.5.n.13

CAP. VIII.

12.Dominus dixit ut habitaret in nebula.l7.c.16. n.26
54.Surrexit de conſpectu altaris Domini,utrumque enim genu in terra fixerat.l.8.c.2.n.74

CAP. X.

8 Beati viri tui,& beati ſervi tui,qui ſtant coram te ſemper. l.7.c.5.n.252
18.Fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem. l.7.c.4.n.66

CAP. XI.

16. Jeroboam ſervus Salomonis levavit manum contra Regem. l.7.c 8 n.12
30. Apprehendens Ahias pallium ſuum novum, quo coopertus erat,ſcidit in duodecim partes.l.8.c.14.n.27

CAP. XII.

28.Excogitato conſilio fecit duos vitulos aureos, l.7.c 5.n.103
31.Et fecit fana in excelſis, & ſacerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Levi. l.7.c.8.n.13.

CAP. XIII.

3.Et exaruit manus ejus,quam extenderat. l. 8. c. 4 n.143
6.Deprecare faciem Domini Dei tui,& ora pro me ut reſtituatur manus mea mihi. l.7.c.6.n.64
9.Sic enim mandatum eſt mihi in ſermone Domini præcipientis, Non comedes panem,neque bibes aquam. l.7.c.10.n.109
18.Ego propheta ſum ſimilis tui, & Angelus locutus eſt mihi in ſermone Domini, dicens: Reduc eum tecum in domum quam,ut comedat panem,& bibat aquam. Et fefellit eum, l.8.c.6.n.46.& c.12.n.107

CAP. XIV.

2.Surge,&commuta habitū,ne cognoſcaris,quòd ſis uxor Jeroboā,& vade in Silo l.9.c.3.n.18

CAP. XVII.

6. Corvi deferebant ei panem, & carnes mane ſimiliter panem,& carnes veſperi,& bibebat de torrente. l.8 c 16 n.102
12. Vivit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem,niſi quantum pugillus capere poteſt, farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho l.8.c.1.n.90 & l.9.c.4.n.71
En colligo duo ligna,ut ingrediar,& faciam illum mihi,& filio meo, ut comedamus, & moriamur. l.8 c.22.n.42
18.Quid mihi,& tibi,vir Dei?Ingreſſus es ad me, ut rememorarentur iniquitates meæ,& interficeres filium meum? l.8.c.6.n.29

CAP. XIX

4.Cumque veniſſet, & ſederet ſuper unam juniperum, petivit animæ ſuæ,ut moreretur, & ait,Sufficit mihi Domine. l 7.c.7.n127.
5.Ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi

Surge,& comede. l.7.c.7.n.95.& 207

8. Comedit, bibit, & ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus,& quadraginta noctibus, uſque ad montem Dei Horeb. l 7.c.7.n.87.& 275

14.Spiritus grandis,& fortis, ſubvertens montes, & conterens petras. l.7.c.13.n.71

CAP. XX

13. Ecce Propheta unus accedens ad Achab Regem Iſraël,ait, ei:Hæc dicit Dominus:Certè vidiſti omnem multitudinem hanc nimiam? l.8 c.12.n.10

CAP. XXI.

13.Quamobrem eduxerunt eum extra civitatem, & lapidibus interfecerunt. l.8.c.4 n.95

CAP. XXII.

6.Aſcende & dabit eam Dominus in manu Regis l.8.c.4.n.31

Ex Libro IV. Regum.

CAP. II

Dominus miſit me uſque in Bethel. l. 7. c. 18.n.32

7. Dominus miſit me uſque ad Jordanem. l.7.c. 18 n. 32

10.Si videris me,quando tollar à te, erit tibi quod petiſti.l.7.c 17.n.100.& c.12.n.49.& l.9 c.8 n.26.

CAP. IV.

13.Numquid,habes negotium, & vis, ut loquar Regi,ſive principi militiæ? l.7.c.16 n 31

16.In tempore iſto,& in hac eadē hora, ſi vita comes fuerit,habebis in utero filium.l.8.c 5 n.4

31.Poſuerat baculum ſuper faciem pueri, & non erat vox,neque ſenſus l.7.c.15.n.52

35 Oſcitavit puer ſepties, aperuitque oculos.l.9. c.3.n.69

CAP. V.

10.Miſit ad eum Eliſæus nuncium. dicens: vade, & lava te ſepties in Jordane,& recipiet ſanitatem caro tua. l.8.c 16.n.76 & l.9.c.5.n.46

CAP. VI.

13. Ite, & videte, ubi ſit Eliſæus: mittam, & capiam eum. l.8.c.3.n.11

17.Aperuit Dominus oculos pueri, & videt, & ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum,in circuitu Eliſæi l.7.c. 16.n.15. & l.8.c.2.n.145

CAP. IX.

11.Quid venit inſanus iſte ad te? l.9 c.4.n.52

16.Sermo Domini, quem locutus eſt per Eliam, dicens Comedent canes carnes Jezabel. l.9. c.2.n.21

CAP.XIII.

21. Quidam autem ſepelientes hominem, viderunt latrunculos, & projecerunt cadaver in ſepulchro Eliſæi. Quod cum tetigiſſet oſſa Eliſæi,revixit homo. l.8.c.20.n.36

CAP. XVIII

19.Loquimini Ezechiæ. Hæc dicit Rex magnus. l 7 c.13.n.136

CAP. XIX.

35.Venit Angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia. l.7.c 19.n.12

CAP. XX.

2. Convertit faciem ſuam ad parietem, & flevit fletu magno. l.9 c.19.n. 129

11.Reduxit umbram per lineas, quibus jam deſcenderat in horologio Achaz, retrorſum decem gradibus. l 8.c.19.n.18

CAP. XXIII.

17.Quis eſt titulus iſte, quem video? Reſponderuntque ei cives urbis illius, ſepulchrum eſt hominis Dei qui venit de Juda, & prædixit verba quæ feciſti. l.8.c 20.n.38

Ex libro I. Parolipomenon.

CAP. XI.

6. Aſcendit igitur primus Joab, & factus eſt Princeps. l 9 c.9.n.25

CAP. XXI.

24.Dixit ei Rex David, Nequaquam ita fiet, ſed argentum dabo,quantum valet. l.9.c.1.n 43

Ex libro II. Paralipomenon.

CAP. VII.

3. Sed & omnes filii Iſraël videbant deſcendentem ignem, & gloriam Domini ſuper domum. l.7.c.13.n.45

CAP. XIII.

6 Surrexit Jeroboam ſervus Salomonis, & rebellavit contra dominum ſuum. l.7.c.8.n.13.

CAP XX.

1. Poſt hæc congregati ſunt filii Moab, & filii Ammon, & cum eis de Ammonitis ad Joſaphat,ut pugnarent contra eum. l.7.c.15.n.96

CAP. XXIV.

17. Poſtquam autem obiit Joiada, ingreſſi ſunt Principes Juda, & adoraverunt Regem,qui delinitus obſequiis eorum acquievit eis.l.7. c.8.n.29

Ex libro I. Eſdræ.

CAP. VI.

Cyrus Rex decrevit, ut domus Dei ædificaretur,quæ eſt in Jeruſalem. l.7.c. 4.n. 68.

Ex libro II. Eſdræ:

CAP. VII.

Non aperiantur portæ Jeruſalem. l.7.c. 18 n.76

Ex Libro Tobiæ.

CAP. I.

19. Tobias quotidie pergebat per omnem cognationem ſuam,& conſolabatur eos dividebatque unicuique, prout poterat, de facultatibus ſuis. l.7.c.1. n.90

CAP II.

5. Cumque occultaſſet corpus manducavit panem cum luctu. l.9.c 10.n.12

9. Mediis noctibus ſepeliebat eos. Contigit autem,ut quadam die fatigatus à ſepultura,veniens in domum ſuam,jactaſſet ſe juxta parietem,& obdormiſſet. l.7.c 5 n.10

CAP. VII.

11.Expavit ſciens,quid evenerit illis ſeptem viris,qui ingreſſi ſunt ad eam,& timere cœpit, ne fortè & huic ſimiliter contingeret. lib.7. c.8.n.11.

CAP. XII.

12. Quando orabas cum lacrymis, & ſepeliebas mortuos,& derelinquebas prandium tuū, & mortuos abſcōdebas per diē in domo tua.& nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino. l. 7.c.1.n.90. & l.8.c.6.n.66

19.Videbar quidem,vobiſcū manducare, & bibere,ſed ego cibo inviſibili, & potu, qui ab hominibus videri non poteſt, utor.l.9.c.4.n.62

Ex libro Judith.

CAP. V.

3 Si digneris audire, domine mi,dicam veritatem in conſpectu tuo de populo iſto, qui in Montanis habitat, & non egredietur verbum falſum ex ore meo. l.7.c.16.n....

17.Non fuit,qui inſultaret populo iſti niſi quando receſſit à cultu Domini Dei ſui. l.8.c.3.n.9

CAP.

CAP. IX.

1. Judith ingreſſa eſt oratorium ſuum, & induens ſe cilicio, poſuit cinerem ſuper caput ſuum, & proſternens ſe Domino, clamabat ad Dominum. l. 8. c. 5. n. 120

CAP. X.

2. Exuit ſe veſtimentis viduitatis ſuæ, & induit ſe veſtimentis jucunditatis ſuæ, aſſumpſitque dextraliola, & lilia, & inaures, & annulos. l. 7. c. 13. n. 10

12. Filia ſum Hebræorum, ideò ego fugi à facie eorum, quoniam futurum agnovi, quod dentur vobis in deprædationem. l. 8. c. 7. n. 212

CAP. XII

11. Non vereatur bona puella, introire ad Dominum meum. l. 8. c. 2. n. 195

CAP. XIII.

8. Acceſſit ad columnam, quæ erat ad caput lecti ejus, & pugionem ejus, qui in ea ligatur pendebat, exoluit. l. 9. c. 7. n. 22

Ex liber Eſther.

CAP. III.

1. POſt hæc Rex Aſſuerus exaltavit Aman. l. 8 c. 5. n. 46

6. Voluit omnem Judæorum, qui erant in regno Aſſueri, perde nationem l. 9. c. 5 n. 38

CAP. IV.

14 Et quis novit, utrum idcircò ad regnum veneris, ut in tali tempore parareris? l. 7. c. 11. n. 109

CAP. V.

12. Regina quoque Eſther nullũ alium vocavit ad convivium cum Rege, præter me. l. 7. c. 6. n. 85

CAP. VI.

2. Ventum eſt ad illum locum, ubi ſcriptum erat quomodo nunciaſſet Mardochæus inſidias Bagatan, & Thares Eunuch. Regem Aſſuerum jugulare cupientium. l. 8. c. 5 n. 46

3. Quid pro hac fide honoris, ac præmii Mardochæus conſecutus eſt; Dixerunt ſervi illius, Nihil omninò mercedis accepit. lib. 7. c. 15. n 76 & c 19. n. 18

5. Reſponderunt pueri, Aman ſtat in atrio. l. 7. c. 6. n. 128

6 Reputans, quòd nullum alium Rex niſi ſe, vellet honorare. l 6. c. 13. n. 136

14. Venerunt Eunuchi Regis, & citò eum ad convivium quod Regina paraverat, pergere compulerunt. l 8. c. 3. n. 21

CAP. XIII.

4 In toto orbe terrarum populum eſſe diſperſum qui novis uteretur legibus, & contra omnium gentium conſuetudinem faciens, l 7. c. 15. n. 8

16. Ne deſpicias partem tuam, quam redemiſti tibi de Ægypto. l 7. c. 5. n. 274

CAP. XIV.

11. Ne tradas, Domine ſceptrum tuum his, qui non ſunt. l 7. c. 16. n. 49

CAP. V.

10. Cumque elevaſſet faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris indicaſſet, Regina corruit, & in pallorem colore mutato, laſſum ſuper ancillulam reclinavit caput. l. 8. c. 2. n. 195

Ex libro Iob.

CAP. I.

5. MIttebat ad eos Job, & ſanctificabat illos, conſurgenſque diluculo offerebat holocauſta pro ſingulis. l. 7. c. 7. n. 95. & l. 6. c. 6. n. 74

7. Circuivi terrã, & perambulavi eam. l. 9. c. 5 n. 27

8 Nunquid conſideraſti ſervum meum Job, quod non ſit ei ſimilis in terra, homo ſimplex, & rectus; l 9 c. 5. n. 54

16. Ignis Dei cecidit è cœlo, & tactas oves, pueroſque conſumpſit. l. 8 c. 6. n. 18

18. Filiis tuis, & filiabus veſcentibus & bibentibus vinum in domo fratris ſui primogeniti repente ventus vehemens irruit l. 7. c. 7. n. 95

20. Surrexit Job, & ſcidit veſtimenta ſua. l. 8. c. 11. n. 24

21. Sicut Domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum. l. 8. c. 16. n. 37. & l. 8. c. 18. n 4

22 In omnibus his non peccavit Job labiis ſuis, neque ſtultum quid contra Deum locutus eſt. l. 8. c. 17. n. 4

CAP. II.

5. Mitte manum tuam, & tange os ejus, & carnem, & tunc videbis, quod in faciem benedicat tibi. l 7. c. 15. n. 47

7. A plãta pedis uſque ad verticẽ ejus. l. 8. c. 10. n. 57

8. Sedens in ſterquilinio. l 8. c. 2 n. 31

9. Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua? l, 8. c. 3. n. 37

11. Cumque elevaſſent procul oculos ſuos, nõ cognoverunt eum. l. 8 c. 3. n. 29. & c. 17. n. 43

12. Exclamantes ploraverunt, ſciſſiſque veſtibus ſparſerunt pulverem ſuper caput ſuum in cœlum, & ſederunt cum eo. l. 8 c. 1. n. 58

13 Et ſederunt cum eo in terra ſeptem diebus, & ſeptem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum; videbant enim dolorem eſſe vehementem. l. 7. c. 12. n. 108

CAP. III.

14. Quæ ædificant ſibi ſolitudines. l. 8. c. 22. n. 57

CAP. VI.

2. Utinam apprehenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior, in ſtatera. Quaſi arena maris hæc gravior appareret. l. 8. c. 1. n. 31

27. Super pupillum irruitis, & ſubvertere nitimini amicum veſtrum. l. 8. c. 3. n. 54

CAP. IX.

35. Neque enim poſſum metuens reſpondere l. 7. c. 17. n. 76

CAP. X.

15. Et ſi impius fuero væ mihi eſt, & ſi juſtus, non levabo caput ſaturatus afflictione, & miſeria. l. 8. c. 13. n. 121

CAP XII.

12. In antiquis eſt ſapientia. l. 8. c. 4. n. 9

CAP. XV.

21. Sonitus terrori ſemper in auribus illius, & cum pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur. l. 8. c 3. n. 19

CAP. XVI.

11. Exprobrantes percuſſerunt maxillam meam, ſatiati ſunt pœnis meis. l, 8. c. 4 n. 41

CAP. XVII.

3. Pone me juxta te, & cujuſvis manus pugnet contra me. l. 7. c. 16 n. 8

CAP. XIX.

2. Uſquequo affligitis animam meam, & atteritis me ſermonibus; En decies confunditis me, & non erubeſcitis opprimentes me. l, 7. c. 6. n. 18

13. Fratres meos longè fecit à me, & noti mei, quaſi alieni, receſſerunt à me, dereliquerunt me propinqui mei. l. 8. c. 3. n. 199

16. Pelli meæ, conſumptis carnibus, adhæſit os meum. l. 8, c 10. n. 39

17. Quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius, repoſita eſt hæc ſpes meas in ſine meo. l. 7. c. 16. n. 61

CAP. XXI.

32. Ipſe ad ſepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit. l.8.c.2.n.199

CAP. XXII.

17. Qui dicebant Deo Recede à nobis: & quaſi nihil poſſet facere omnipotens, æſtimabant eum. l.7.c.13.n.135

CAP. XXVII.

6. Neque reprehendit me cor meum in omni vita mea. l.7.c.16.n.56

1. Docebo vos per manum Dei. l.7.c.16.n.54

CAP. XXXI.

22. Humerus meus è junctura ſua cadat, & brachium meum cum ſuis hoſtibus confringatur. l.8.c.12.n.44

34. Si expavi ad multitudinẽ nimiam. l.8.c.2.n.122

CAP. XXXVIII.

5. Tonabit Deus in voce ſua mirabiliter. l. 8. c.3. n.94

CAP. XXXIX.

5. Qui dimiſit onagrum liberum, & vincula ejus quis ſolvit? Cui dedi in ſolitudine domũ, & tabernacula ejus in terra ſalſuginis, l.8.c.16. n.115

CAP. XLI.

6. Corpus illius, quaſi ſcuta fuſilia. l.9.c.7.n.35

14 Mitte contra eum fulmina. l.8.c.3 n.94

Ex Pſalmis.

PSALM. I.

3. Quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. l.7.c.7.n.137

8. Novit Dominus viam juſtorum: & iter impiorum peribit. l.8.c.3.n.84

PSALM. II.

1. Quare fremuerunt gentes: & populi meditati ſunt inania? l.7 c.5 n.47.

6. Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo. l.8.c.17. n.10

8 Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. l.7.c.14.n.14

PSALM. III.

6. Ego dormivi, & ſoporatus ſum, & exurrexi. l.8. c.2.n.199

PSALM. IV.

2. Cũ invocarẽ; exaudivit me Deus juſtitiæ meæ: in tribulatione dilataſti mihi. l.7.c.13 n.60

6. Sacrificate ſacrificium juſtitiæ, & ſperate in Domino. l 8.c.19.n.87

Multi dicunt: Quis oſtẽdit nobis bona? l.7.c.13.n.91

7. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine: dediſti lætitiam in corde meo. l.7.c.5.n.82

PSALM. VI.

9. Exaudivit Dominus vocem fletus mei. l.8.c.5.n. 100

PSALM. VII.

3. Nequando rapiat ut leo animam meam. l.8.c.2. n.79.& 80

PSALM. VIII.

3. Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem. l.8.c.2.n.153

4. Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum: Lunam, & ſtellas, quæ tu fundaſti. l.7.c.7.n.99

PSALM. IX.

9. Paravit in judicio thronum ſuum. l.7.c.6.n.13

PSALM. X.

7. Ignis & ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum. l 8.c.2.n.98

PSALM. XI.

7 Eloquia Domini, eloquia caſta. l.7.c.15.n.6

PSALM. XII.

1. Uſquequo Domine obliviſceris me in finem? l.7.c.11.n.15

PSALM. XVI.

12. Suſceperunt me ſicut Leo paratus ad prædam. l.8.c.12.n.11

PSALM. XVII.

10. Inclinavit cœlos, & deſcendit. l.9.c.5.n.49

12. Poſuit tenebras latibulum ſuum. l 7.c.16.n.26

14. Intonuit de cœlo Dominus, & Altiſſimus dedit vocem ſuam. l.7.c.5.n.98

PSALM. XVIII.

6. In Sole poſuit tabernaculum ſuum: & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo l.8. c.1.n.9.

PSALM. XX.

3 Deſiderium cordis ejus tribuiſti ei & voluntate labiorum ejus non fraudaſti eum. Vitam petiit à te & tribuiſti ei. l.8.c 3.n 84

4. Præveniſti eum in benedictionibus dulcedinis l.7.c. 19.n.36

7. Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo. l. 7. c.6.n.105

PSALM. XXI.

2. Deus Deus meus reſpice in me. l.8.c.18 n 4

3. Deus meus clamabo per diem, & non exaudies. l.8.c.18 n.10

13. Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obſederunt me. Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut Leo rapiens, & rugiens. l 8 c.3. n 200.& c. 13.n.40

14. Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut Leo rapiens & rugiens. l.8.c.11.n.45

15. Sicut aqua effuſus ſum: & factum eſt cor meum, tanquam cera liqueſcens, in medio ventris mei. l.7.c.5.n.180.& l.8.c 21.n.68.& l.9.c.1.n.105

17. Foderunt manus meas, & pedes meos. l. 8. c.13. n.70

18. Ipſi verò conſideraverunt, & inſpexerunt me. l.8.c.13 n.65

21. Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis unicam meam. l.8.c.1.n.37.& c.11.n.93

26. Vota mea reddam in conſpectu timentium eum. l.7 c.7.n.113

27 Edent pauperes, & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum, vivent corda eorum in ſæculum ſæculi. l.7.c.7.n 212

30. Manducaverunt, & adoraverunt omnes pingues terræ. l.7.c.7.n.86

PSALM. XXII.

1. Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocavit l.7.c 7.n.143.& 196.& c.10.n.92

3. Super aquã refectionis educavit me l.7 c.4.n.41

4. Si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. l.7.c.16.n.8

5. Paraſti in conſpectu meo menſam adversùs eos, qui tribulant me. l 7 c.7.n.93.

Impinguaſti oleo caput meum. l.7.c.1.n.36

Calix meus inebrians quàm præclarus eſt. l. 8. c.2.n.98.

PSALM. XXIII.

7. Attollite portas principes veſtras & introibit Rex gloriæ. l.8.c 20.n.68.& 69.c.10.n.125

PSALM. XXIV.

11. Propter nomen tuum, Domine, propitiaberis peccato meo, multum eſt enim l.8 c 5.n.59

13. Anima ejus in bonis demorabitur. l.8.c.17.n.9

PSALM. XXV.

6. Lavabo inter innocẽtes manus meas. l 8.c.9.n.38

PSALM. XXVI.

1. Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? l.7.c.11.n 13

4. Unam petii à Domino, hanc requiram ut inhabitem

habitem in domo Domini. l.7.c.9.n.44

PSALM. XXVIII.

1.Afferte Domino gloriam, & honorem. l.8.c.2. n.159

PSALM. XXIX.

2.Exaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me l.7.c 1477

7.Ego dixi in abundantia mea: non movebor in æternum. l.7.c.10 n.110

12.Convertiſti planctum meum in gaudium mihi,conſcidiſti ſaccum meum,& circundediſti me lætitia.l.7.c.18 n.59.& l.8.c.10.n.10

PSALM. XXX.

91.Defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus, infirmata eſt in paupertate virtus mea & oſſa mea conturbata ſunt.l.8.c 1.n.29

PSALM. XXXIII

2.Semper laus ejus in ore meo. l.9.c.5.n.3

8. Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum:& eripiet eos. l 7.c.10.n 103

17.Vultus autem Domini ſuper facientes mala:ut perdat de terra memoriam eorũ.l.7.c.6 n.105

PSALM. XXXIV.

1.Apprehende arma,& ſcutum: & exurge in adjutorium mihi. l.7.c.7.n.93

4 Avertantur retrorſum,& confundantur:& fiant, tanquam pulvis ante faciem venti. l.8.c.5.n.93

14.Quaſi lugens,& contriſtatus ſic humiliabar: & adverſum me lætati ſunt. l 8 c.4.n.42

15 Congregata ſunt ſuper me flagella, & ignoravi. l.8.c.10 n.33

19.Non ſupergaudeant mihi,qui adverſantur mihi iniquè: qui oderunt me gratis, & annuunt oculis. l.7 c.16.n.6

PSALM.XXXVI.

3.Spera in Domino, & fac bonitatem: & paſceris in divitiis ejus. l.7.c 7

4.Delectare in Domino: & dabit tibi petitiones cordis tui. l.8.c.13.20

14. Gladium evaginaverunt peccatores, tetenderunt arcum ſuum, ut dejiciant pauperem, & inopem.Gladius eorum intret in corda ipſorum l.8.c.2.n.17

32.Conſiderat peccator juſtum: & quærit mortificare eum. l.7.c.10.n.20

PSALM. XXXVII.

5. Sicut onus grave gravatæ ſunt ſuper me.lib.8. c.12 n.34

11 Cor meum conturbatum eſt l. 7.e.6.n.27

14.Ego autem tanquam ſurdus non audiebam: & ſicut mutus non aperiens os ſuum Et factus ſum,ſicut homo non audiens. l.8.c.13 n.101.

18 Ego in flagella paratus ſum: & dolor meus in conſpectu meo ſemper. l.7.c.10.n.41

PSALM. XXXVIII.

3.Obmutui,& ſilui à bonis, & dolor meus renovatus eſt. l.9 c.10.n.29

PSALM. XXXIX.

7. Sacrificium, & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi. l 8.c 53.n.99

9.In capite libri ſcriptum eſt de me, ut facerem voluntatem tuam,Deus meus,volui.l.7.c.7. n.101.& l.8.c.1.n.9

PSALM XL.

3.Sana animã meã,quia peccavit tibi. l.7.c.9.n 59

10 Magnificavit ſuper me ſupplantationem. l.7. c.5.n 275

PSALM. XLI.

4. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte. l.8.c 5.n.125

PSALM. XLII.

Judica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta. l.8 c.14.n.40

PSALM. XLIII.

6.Tota die verecundia mea contra me eſt,& confuſio faciei meæ cooperuit me. l.8 c.4.n.28

PSALM XLIV.

3.Specioſus forma præ filiis hominum.l.8.c.1 n.84

PSALM. XLV.

6.Deus in medio ejus non commovebitur. l 7.c. 8.num.27

Adjuvabit eam Deus mane diluculo. lib.9.c.1 n.11.& 18

PSALM. XLVI.

6.Aſcendit Deus in jubilatione. l.9.c.10.n.123

PSALM. XLVIII.

3.Simul in unum dives,& pauper. l. 7. c.15. n 23

3. Iniquitas calcanei mei circundabit me. l. 7.c.5 n 158.& 159

PSALM. XLIX.

2.Ex Sion ſpecies decoris ejus. l. 7.c.1.n 83

21. Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam l.8.c.11.n.41

PSALM. L.

3.Miſerere mei Deus. l.7.c.1.n.22

4.Amplius lava me ab iniquitate mea,& à peccato meo munda me. l.7.c.5.n.227

5.Peccatum meum contra me eſt ſemper.l 10.c.9 n.39

PSALM. LII.

3.Deus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, ut videat, ſi eſt intelligens, aut requirens Deum. l.7.c.19.n. 46

PSALM. LIV.

7.Quis dabit mihi pennas, ſicut columbæ, & volabo,& requieſcam. l.7.c 13.n.97.& l.8. c.3.n.229

14 Tu verò homo unanimis, dux meus, & notus meus.Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos. l.7.c.15.n.61

PSALM. LV.

9.Deus,vitam meam annuntiavi tibi.l.8.c.5.n.228

PSALM LVI.

6 Exaltare ſuper cœlos Deus. l.9.c. 10 n. 128

5.Eripuit animam meam de manu catulorum leonum,dormivi conturbatus l.7.c.10.n.110

9. Exurge pſalterium, & cithara, exurgam diluculo. l.9.c.1.n.27

PSALM. LVIII.

4.Ecce ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes. l.7.c.11 n.13

PSALM. LIX.

11. Quis deducet me in civitatem munitam. l. 8 c.1.n.39

PSALM. LXVI.

3. Suſceptor meus, non movebor amplius. l. 8. c 16.n.128

3. Verumtamen pretium meum cogitaverunt repellere,cucurri in ſiti. l.8.c.4.n.122

Cucurri in ſiti. l.8.c.12.n.46.& c. 18.n.36

10.Mendaces filii hominum in ſtateris,ut decipiãt ipſi de vanitate in idipſum. l.8.c.3.n.65

PSALM. LXV.

7.Oculi ejus ſuper gentes reſpiciunt.l.8.c.13 n.60.

PSALM. LXVI.

8.Benedicat nos Deus,Deus noſter, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ. l.9.c.11.n.69 & l.9.c.9.n.66

PSALM. LXVII.

3. Sicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores

tores à facie Dei. l.8.c.3.n.39
9. Etenim cœli diſtillaverunt à facie Dei Sinai,à facie Dei Iſraël. l.7.c.13 n.73
13.Rex virtutum dilecti dilecti. l.8.c 8.p.18.
31.Dum diſcernit cœleſtis Reges ſuper eam, nive dealbabuntur in Selmon. l.7.c.7.n.34
16 Mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus. c.7.n.37
18. Currus Dei Decem millibus multiplex, millia lætantium, Dominus in eis. l.8.c.16.n. 128. & l.9 c.10.n.122.
19 Aſcendiſti in altum,cepiſti captivitatem accepiſti dona in hominibus. l 7.c.7.n 22
34 Qui aſcendit ſuper cœlum cæli ad orientem. l.9.c.19.n 100

Psalm. LXVIII.

20. Tu ſcis improperium, meum & confuſionem meam, & reverentiam meam. lib. 8.cap. 13. n.72
21.Suſtinui qui ſimul contriſtaretur, & non fuit: & qui conſolaretur, & non inveni. lib.8 c. 12.n.94
22. Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potaverunt me aceto. l.8.c.13 n.15
30. Ego ſum pauper, & dolens, ſalus tua Deus, ſuſcepit me.Laudabo nomen Dei cum cantico. l.7.c.7.n.188

Psalm. LXXI.

3.Suſcipiant montes pacem populo, & colles juſtitiam. l.7.c.2.n.31
7. Orietur in diebus ejus juſtitia, & abundantia pacis,donec auferatur Luna. l.7.c.14.n.22

Psalm. LXXII.

14.Et fui flagellatus tota die, & caſtigatio mea in matutinis. l.8.c.10.n 46
24.Tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me,& cum gloria ſuſcepiſti me. l 7.c.14.n.27
Et in voluntate tua deduxiſti me.l.8.n.10.n.27
26.Pars mea Deus in æternum. l.7.c.19.n.74

Psalm. LXXIII

11.Deus autem Rex noſter ante ſæcula operatus eſt ſalutem in medio terræ. l.7.c.20.n.37

Psalm. LXXIV.

9. Calix in manu Domini vini meri plenus mixto.Et inclinavit ex hoc in hoc,verumtamen fæx ejus non eſt exinanita. l. 7.c.7 n 47. & c.18.n.16.& 70

Psalm. LXXV.

6.Viri divitiarum. l. 7.c.19.n 87

Psalm. LXXVI.

4 Renuit conſolari anima mea,memor fui Dei, & delectatus ſum. l.8.c.2.n.65
6. Cogitavi dies antiquos,annos æternos in mente habui. l.7.c.1 n.10

Psalm. LXXVII.

20 Numquid panem poterit dare,aut parare menſam populo ſuo? l 7.c. .n 70
25.Panem Angelorum manducavit homo,l.7.c 7 n.32
29.Manducaverunt, & ſaturati ſunt nimis,& deſiderium eorum attulit eis. Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos. l.7.c 7.n 70. & c.19.n.51
64. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt. l 9. c.10 n.46

Psalm. LXXVIII.

2. Poſuerunt morticina ſervorum tuorum, eſcas volatilibus cœli, carnes ſanctorum tuorum beſtiis terræ. l.8.c.18.n.43.

Psalm. LXXIX.

4 Qui ſedes ſuper Cherubim, manifeſtare coram Ephraim, Benjamin, & Manaſſe. l.7. c.5.n. 108.& l.9.c.8 n.36
6. Potum dabis nobis in lachrymis in menſura. l.7.c.19 n.59
12.Extendit palmites ſuos uſque ad mare,& uſque ad flumen propagines ejus. l.7.c.14.n.10

Psalm. LXXX.

17.Cibavit eos ex adipe frumenti. l.7 c.7.n 106

Psalm. LXXXI.

6. Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant. l.7 c.5.n.243

Psalm. LXXXIII.

3.Cor meum,& caro mea exultaverunt in Deum vivum. l.7.c.18.n.59

Psalm. LXXXV.

2.Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum. l.7.c.10.n.20

Psalm. LXXXVII.

13.Numquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua,& juſtitia tua in terra oblivionis?l.7.c.5. n.249. Psalm. LXXXXIII.
15. Juſtitia, & judicium præparatio ſedis tuæ l. 7. c.6.n.11

Psalm. LXXXIX.

17.Et ſit ſplendor Domini Dei noſtri ſuper nos,& opera manuũ noſtrarum dirige ſuper nos,& opus manuum noſtrarum dirige.l.7.c.15.n.9

Psalm. XC.

10.Non accedet ad te malũ, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. l.8.c.10.n.3
15.Cum ipſo ſum in tribulatione. l.7.c.15.n.75

Psalm. XCII.

1.Dominus regnavit,decorem indutus eſt,indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe. l.7.c.20.n.47.& l.8.c.1.n 43 & l.9.c.1.n.102. & l.9 c.10 n.114

Psalm. XCV.

5 Dii gentium dæmonia, Dominus autem cœlos fecit. l.9.c 10.n.99
6. Confeſſio, & pulchritudo in conſpectu ejus. l.8.c.3.n.59

Psalm. XCVI.

1.Dominus regnavit,exultet terra. l.8 c.1.n.59
12. Lætamini juſti in Domino,& confitemini memoriæ ſanctificationis ejus. l.7. c.14.n.94

Psalm. XCVII.

1.Salvavit ſibi dextera ejus. l.7.c.5.n 264.& l.8. c.12.n.41

Psalm XCIX.

2. Introite in conſpectu ejus in exultatione Scitote,quoniam Dominus ipſe eſt Deus, ipſe fecit nos. l.7.c.5.n 54 & l 8.c.16.n.70

Psalm. CI.

4.Oſſa mea ficut cremium aruerunt. l.8.c.13 n.68

Psalm. CII.

5. Qui replet in bonis deſiderium tuum renovabitur ut aquila juventus tua l.9 c.21.n.69

Psalm CIII.

1. Benedic anima mea Domino: Domine Deus meus magnificatus es vehementer. Confeſſionem, & decorem induiſti. l.8.c.1 n.85.
15 Et vinum lætificet cor hominis.l.7.c 7. n 187
32.Qui reſpicit terram & facit eam tremere. l.8 c.5.n.92. Psalm. CV.
7.Patres noſtri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua non fuerunt memores multitudinis miſericordiæ tuæ. l.9 c 3.n.72
19 & 23.Fecerunt vitulum in Horeb: & adoraverunt

runt ſculptile. Et dixit, ut diſperdent eos. l.6. c.5.n.10

23. Dixit, ut diſperderet eos, ſi non Moyſes electus ejus ſtetiſſet in confractione in conſpectu ejus. l.8 c.17.n.13

24. Pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem. l.7 c.5 n.43

37. Immolaverunt filios ſuos, & filias ſuas dæmoniis. l.7 c.15.n.82.& l.8. c 5.n.84

44 Et audivit orationem eorum. l.8.c.5.n.100

PSALM. CVI.

29. Statuit procellam ejus in auram. l.8.c.22.n.61

PSALM CVIII.

7. Oratio ejus fiat in peccatum. l.7.c.17.n. 75. & l 8.c.6.n 17.

8. Epiſcopatum ejus accipiat alter. l.7 c.7.n.9

PSALM. CIX.

3. Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum: ex utero ante luciferum genui te. l.7.c.5.n.46

5. Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ ſuæ reges. l.8.c.3.n 88

6. Implebit ruinas. l.7.c.5.n.126

PSALM CX.

4 & 7. Eſcam dedit timentibus ſe, ut det illis hæreditatem. l.7.c.7 n.145

9. Mandavi in æternum teſtamentum ſuum. l. 7. c.7.n.145.

PSALM. CXIII.

3. Mare vidit, & fugit Jordanis converſus eſt retrorſum. l.8.c.3.n.89

5. Quid eſt tibi mare quòd fugiſti: & tu Jordanis quia converſus es retrorſum. l.8.c.16 n.79

7. A facie Domini mota eſt terra: l.9.c.1.n.62

1. Dilexi quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ. l.8 c.18.n.62

PSALM. CXV.

2. Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax. l.9.c.8 n.98

3 Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? l.7.c.3.n.6

4. Calicem ſalutaris accipiam. l 7.c.5 n.41

5. Vota mea Domino reddam. l.7.c.7.n.113. & c.15.n.75

6. Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus. l.7.c.7.n.177

PSALM. CXVII.

9. Bonum eſt ſperare in Domino, quam ſperare in principibus. l.7 c.8.n.16

12. Circumdederunt me ſicut apes. l 8.c.21.n.60

PSALM. CXVIII.

42. Et reſpondebo exprobrantibus mihi verbum. l 8.c.4.n.88

76. Fiat miſericordia tua ut conſoletur me. l. 8 c.2.n.91

105 Lucerna pedibus meis verbum tuum. l.7.c.13. n 14

134. Redime me à calumniis hominum, ut cuſtodiam mandata tua. l.8.c.5.n.117

136. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non cuſtodierunt legem tuam. l.9.c.6.n.40

147. Præveni in maturitate, & clamavi. lib.8. c.2. n.63.& c.16.n.45

161. Principes perſecuti ſunt me gratis: & à verbis tuis formidavit cor meum. l.7.c.6.n.27

165. Pax multa diligentibus legem tuam: & non eſt illis ſcandalum. l.7.c.19 n.51

60. Paratus ſum, & non ſum turbatus. l.7.c.16. num 57

PSALM. CXIX.

6. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus; cum loquebar illis impugnabant me gratis. l 7.c.15.n.110

PSALM. CXXI.

1. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: in domum Domini ibimus. l.7.c.16.n.62

PSALM. CXXV.

1. In convertendo Dominus captivitatem Sion: facti ſumus ſicut conſolati. l.9 c.4.n.8

6. Euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua. Venientes autem venient cum exultatione; portantes manipulos ſuos. l.7.c.7.n.190

PSALM. CXXVII.

1. Beati omnes qui timent Dominum: qui ambulant in viis ejus. l.7.c.15.n.24

3. Uxor tua ſicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ. l.7 c.14.n.10.l.8.c.13.n.117 Filii tui, ſicut novellæ olivarum, in circuitu mẽſæ tuæ. l 7 c.4.n.49.& c.7.n.284. & c.14 n.62

PSALM. CXXVIII.

3. Supra dorſum meum fabricaverunt peccatores: prolongaverunt iniquitatem ſuam. l.8.c.2 n 75.& c.10.n.

PSALM. CXXIX.

7. Apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio. l.8.c.1.n.50.& c.2.n.181.& c 20.n.57

PSALM. CXXXI.

1. Memento Domine David, & omnis manſuetudinis ejus. l 7.c 1.n 22

8. Surge Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ. l 9.c.1.n.52

PSALM. CXXXVI.

6. Adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non propoſuero Jeruſalem in principio lætitiæ meæ. l.9.c.1.n.10

PSALM. CXXXVII.

8. Opera manuum tuarum, Domine ne deſpicias. l.7.c.5.n.54

PSALM. CXXXVIII.

6. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, lib.7.c.5. num.243

11. Nox illuminatio mea in deliciis meis l.8 c.1.n.8

PSALM. CXL.

5. Oleum peccatoris non impinguet caput meum, l.7 c.8.n 20

6. Abſorpti ſunt juncti petræ judices eorum. l. 8. c.14.n.70

10. Singulariter ſum ego, donec tranſeam. l 7.c. 5 num.36

PSALM. CXLIII.

5. Domine inclina oculos tuos, & deſcende. lib.7. c.14.n.24

PSALM. CXLIV.

3. Magnus Dominus, & laudabilis nimis: & magnitudinis ejus non eſt finis l 7.c.3.n.71

PSALM CXLV.

3. Nolite confidere in principibus. l 7.c.8. n.16

PSALM. CXLVII.

1. Lauda Jeruſalem Dominum: lauda Deum tuum Sion. Qui poſuit fines tuos pacem. l.7 c 7.n 145

3. Adipe frumenti ſatiat te. l 7.c.7.n.176

9. Non fecit taliter omni nationi: & judicia ſua non manifeſtavit eis. l.7.c 15.n.55

PSALM. CXLIX.

6. Exultabunt ſancti in gloria: lætabuntur in cubilibus ſuis. l.7.c.5 n.135

8. Ad alligandos Reges corũ in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. l 8.c.11.n.35

Ex Proverbiis.

CAP. I.

17. Fruſtra jacitur rete ante oculos pennatorum. l 8.c 5.n.4

20. Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam. l.7.c.5.n.94

CAP. VII.

2. Fili, ſerva mandata mea, & legem meam, quaſi pupillam oculi tui. l.7.c.5.n.231

22. Statim eam ſequitur, quaſi bos ductus ad victimam. l.7.c.6.n.129

CAP. VIII.

17. Ego diligentes me diligo. l.9.c.7.n 29.& c.8. num.32.

35. Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino. l.7.c.14.n.14

CAP. IX.

1. Sapientia ædificavit ſibi domum. Immolavit victimas ſuas, miſcuit vinum & propoſuit menſam ſuam. l.8.c.20.n.52

CAP. XII.

16 Fatuus ſtatim indicat iram. l.9.c.5.n.36

CAP. XIII.

4. Vult, & non vult piger. l.7 c.7.n.54

CAP. XVI.

25 Eſt via, quæ videtur homini recta, & noviſſima ejus ducunt ad mortem. l 8.c.11.n.57

CAP. XVII.

22. Spiritus triſtis exſiccat oſſa. l.8.c.18.n.29

CAP. XVIII.

19 Frater, qui adjuvatur à fratre, quaſi civitas firma. l.7.c.15.n.71

CAP. XXIII.

13. Noli ſubtrahere à puero diſciplinam: l.8 c.10 num.9

14 Quando ſederis, ut comedas cum principe, diligenter attende, quæ appoſita ſunt ante faciem tuam. l.7.c.7 n.251

CAP. XXV.

21. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum. l.7.c.6.80

CAP. XXVI.

19 Qui fraudulenter nocet amico ſuo, & cum fuerit deprehenſus, dicit: Ludens feci. l.9. c.6 num.35.

CAP. XXVII.

2 Laudet te alienus, & non os tuum. l.7 c.6.n.246

CAP. XXXI.

6. Date ſiceram mœrentibus, & vinum his qui amaro ſunt animo. l.8.c.18.n.38.

14 Facta eſt quaſi navis inſtitoris de longe portans panem ſuum. l.8.c.7.n.27

20. Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem. l.7.c.1.n.64

Ex libro Eccleſiaſtes.

CAP. I.

12. Ego Eccleſiaſtes fui Rex Iſraël in Jeruſalem l.8.c.17.n.10

18. In multa ſapientia multa eſt indignatio, & qui addit ſcientiã, addit & laborem. l.7.c.5.n.27.

CAP. II.

1. Omnia tempus habent. l.8.c.3.n.2

CAP. X.

5. Ne dederis os tuum, ut peccare facias carnem tuam, neque dicas eorum Angelo, Non eſt providentia. l.8.c.5.n.102

CAP. XI.

15 Civitas parva, & pauci in ea viri, venit contra eam Rex magnus, & vallavit eam, extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta eſt obſidio. l.8.c.21 n.11

Ex Canticis

CAP. I.

1 Oſculetur me oſculo oris ſui, quia meliora ſunt ubera tua vino l.7.c.8.n.28 & c. 19 n.38

2. Oleum effuſum nomen tuũ, ideo adoleſcentulæ dilexerunt te. l.7 c.5 n.278 & l 8.c.20 n.58

3. Trahe me poſt te curremus in odorem unguentorum tuorum. l. 8.c.17.n 38.& c.21.n...

6. Indica mihi quem diligit anima mea, ubi paſcas ubi cubes in meridie l. 7.c.1.n. 18. & c.6.n 136.& l.8. c. 17. n.47.l.9.c.7.n.43

7. Si ignoras te egredere & abi poſt veſtigia gregum. l.7.c.2.n.78

8. Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilavi te amica mea. l.6.c. 15.n. 62. & 73

31. Dum eſſet Rex in accubitu ſuo nardus mea dedit odorem ſuum. Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi. l.9.c 3.n.12

12. Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. l.8.c.17.n.25.& l. 9.c 5.n 22

13. Botrus Cypri dilectus meus mihi l.7 c....n. 70 & c 17.n 9

14. Ecce tu pulchra es amica mea: Ecce tu pulchra es. l.7 c.1.n.77.& l.9.c.1. n.85

15. Lectulus noſter floridus. l.1.c. 1 n. 133. & l.7. c.14.n.51.& 55.& l 8.c.22.n.58

CAP. II.

1. Ego flos campi. l.7.c.14.n 51.& 55.& l.8 c.11. n. 207.

1. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna ſylvarum, ſic dilectus meus inter filios. l.7.c.14.n.15.& c.15. n 32 & l.8.c.11.n.51.& 61

3. Sub umbra illius quem deſideraveram, ſedi: & fructus ejus dulcis gutturi meo. l. 7.c.7.n. 48 & l 9 c 8 n.37

4. Introduxit me Rex in cellam vinariam. l.7.c.7 n.79.& 171

Ordinavit in me charitatem. l.7.c.9.n 29.& l.9 c 8.n.23.

5 Fulcite me floribus ſtipate me malis. lib.7.c.1. n 18

9. En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi. Surge, propera amica mea. l.8.c.1.n.88

13 Surge amica mea, ſpecioſa mea, & veni, columba mea in foraminibus petræ; in caverna maceriæ. l.9.c.5.n 72

16. Dilectus meus mihi, & ego illi. l.9.c.5.n.81

17. Revertere dilecte mi ſuper montes Bethel. l.9. c.10.n.120.

CAP. III.

1. In lectulo meo per noctes quæſivi, quem diligit anima mea, quæſivi illum, & non inveni l.7. c.1.n.42.& l 8.c 22 n.38

4. Paululum cum pertranſiſſem eos, inveni quem diligit anima mea tenui eum, nec dimittam. l. 7.c.17.n.43 & l.9.c.1.n.112.& c.5.n 4

6 Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & univerſi pulveris pigmentarii. l 8.c.11. n 52.& c.17.n.83

7. En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſraël, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi. l 8.c.2.n.193

8. Uniuſcujuſque enſis ſuper femur ſuum l.7.c.10. n.73

9. Ferculum

9.Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis Libani,columnas ejus fecit argenteas,reclinatorium aureum, aſcenſum purpurem, media charitate conſtravit l.7.c.11.n.37.& l.8.c.12 n.21.& c.22.n.14

10.Columnas fecit argenteas. l.7.c.3 n.20
Reclinatorium aureum, aſcenſus purpureus l.7 c.5.n.225.

11. Egredimini filiæ Sion & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater ſua. l.8.c.11.n.65.& l. 9.c.1.n.117

CAP. XI.

2.Dentes tui ſicut greges tonſatum, quæ aſcenderunt de lavacro, omnes gemellis fætibus, & ſterilis non eſt inter eas. l.7 c.5 n.165

5.Duo ubera tua, ſicut duo hinnuli capræ gemelli,qui paſcuntur in liliis.Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. l.7.c.5.n.145 & l.8.c.17.n.93 & l.9.c 8 n.41

6. Vadam ad montem myrrhæ,& ad collẽ thuris. l 7.c.5.n 26. & l.8.c.12.n.4. & c.22. n.34.63

7.Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. l.7.c.4.n.38.& l.8 c.22 n.63

8.Veni de Libano ſponſa mea,veni de Libano, veni, coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum. l 7. c.16.n 8.&l.8 c 20.n.42

9.Vulneraſti cor meũ,ſoror mea ſponſa & vulneraſti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui. l.7.c.10.n 70.& c.15. n.5 & l 8.c.20.n.27 & 59

12.Hortus concluſus,fons ſignatus.l. 7 c.28.n.42.

13. Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum.l.8.c.17.

CAP. V.

1.Veniat dilectus meus in hortum ſuum,& comedat fructum pomorum ſuorum.l.7.c.14.n.53
Meſſui myrrham meam cum aromatibus meis, & comedi favum cum melle meo. l.8.c.7 n 126.& 194.& l 9.c.10.n.119
Bibite & inebriamini chariſſimi, l 7 c.7.n.208. & 209.& c.8.n.46.

2.Aperi mihi, ſoror mea, quia caput meum plenum eſt rore.l.7.c.14.n 60.& l.9 c.10.n.33

3. Expoliavi me tunica mea, quomodo inquinabo illa? lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos?l.8.c.17.n 3

6.Quæſivi,& non inveni illum, vocavi,& non reſpondit mihi, invenerunt me cuſtodes, percuſſerunt me, & vulneraverunt me. l.8. c.1. n 7 & l.9.c.2.n.65

8. Invenerunt me cuſtodes,qui circumeunt civitatem, percuſſerunt me & vulneraverunt me tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum. l.8 c 5.n. 110.& c.17 n.20

9. Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto? l. 9. c. 8. n.18.

10.Dilectus meus candidus,& rubicundus electus ex millibus. l.7.c.20.n.118

11.Caput aurum optimum. l.7.c.11.n.37
Comæ ejus nigræ. l.8.c.4.n.10

13.Labia ejus lilia diſtillantia myrrham primam. l.8 c.1.n.4

14 Manus illios tornatiles,aureæ plenæ hyacinthis l.8.c 2.n.171.& c.4.n. 65

CAP. VI.

2. Ego dilecto meo, & dilectus mihi. l.7.c.14. n.50

8.Una eſt columba mea, perfecta mea. l.7.c.20. n.73

9.Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi Aurora conſurgens, pulchra ut Luna,electa ut Sol,terribilis ut caſtrorum acies ordinata?l 7.c.20.n. 104.& l.8.c 18.n.71.

10.Deſcendi in hortum meum, ut viderem poma convallium. l.8.c.17.n.6

CAP. VII.

1.Quid videbis in Sulamite, niſi choros caſtrorum? l 7.c.9.30

4 Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis. l 8.c.3 n.131

5. Comæ capitis tui, ſicut purpura Regis vincta canalibus. l.8.c.3.n.116.& c 22 n.16

8. Statura aſſimilata eſt palmæ. l.8.c 22 n.15

8. Dixi Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus ejus. l.8.c.12.n.91.& c.12.n. 18.& c. 17.n.24.& c 12.n 53
Et erunt ubera tua ſicut botri vineæ. l. 7. c. 7. n.107.

CAP. VIII.

1 Quis mihi det fratrem meum ſugentem ubera matris meæ,ut inveniam te foris, & deoſculer te, & jam me nemo deſpiciat l.7. c.5. n 90. & c.12.n.26 & l. 8.c.17.n.46

6.Pone me,ut ſignaculum,ſuper cor tuum, ut ſignaculum ſuper brachium tuum, quia fortis eſt ut mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio.l.8.c.1. n.57.l.9 c.5 n.74

13 Fac me audire vocem tuam. l 9.c.3.n.114

14.Fuge dilecte mi. l.7.c.16.n.27

Ex libro Sapientiæ.

CAP. I.

2. Appareteis,qui fidem habent in illum. l.9. c.1.n.79

6. Benignus eſt Spiritus ſapientiæ, & non liberabit maledicum à labiis ſuis. l.8.c.3.n 62

7.Spiritus Domini replevit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vobis.l 9 c.2.n.89

13 Deus mortem non fecit. l.8 c.2.n.51

CAP. II.

8. Coronemus nos roſis antequam marceſcant, non prætereat nos flos temporis. l.7.c.11.n. 17.& l.8.c.11.n 45

CAP. IX.

10.Mitte illam de cælis ſanctis tuis,& à ſede magnitudinis tuæ,ut mecum ſit & mecum laboret. l.7 c.15.n.88.& l.8.c.17.n.79

16.Difficile æſtimemus quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu ſunt invenimus cum labore. Quæ autem in cœlis ſunt, quis inveſtigabit? Senſum autem tuum quis ſciet,niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris Spiritum ſanctum tuum de altiſſimis? l.7. c.13.n.9.

CAP. X.

13 Deſcenditque cum illo in foveam,& in vinculis non dereliquit illum. l.7 c.15 n. 90

20. Et decantaverant Domino, nomen ſanctum tuum. l.8.c.3.n.89

CAP. XI.

11. Omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti. l.8.c.20.n.58

CAP. XVI

21. Subſtantia enim tua dulcedinem tuam quam in filios habe, hoſtendebat. l.7.c 7.n.295

CAP. XVIII.

14.In veſte enim poderis totus erat orbis terrarum l.9.c.4 n.24

Ex libro Eccleſiaſtici.

CAP. I.

37. NE fueris hypocrita in conſpectu hominum & non ſcandalizeris inlabiis tuis. Attende in illis ne fortè cadas. l.7 c.17.n.54

CAP. III.

22. Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quæ præcepit tibi Deus illa cogita ſemper, & in pluribus operibus ejus ne fueris curioſus. l.8 c.5.n.9

CAP. VII.

6. Noli quærere fieri judex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates. l 8.c.9.n.39

12. Non irrideas hominem in amaritudine animæ ſuæ. l 8.c.14 n.73

CAP. XVIII.

6. Cum conſummaverit homo tunc incipiet. l. 7. c.19.n.33

CAP. XXIV

17. Quaſi Cypreſſus in monte Sion,& quaſi palma exaltata ſum in Cades. l. 7.c.7.n.49

23. Ego quaſi vitis fructificavi ſuavitatem odoris l.7.c.14.n.21

29. Qui edunt me adhuc eſurient; & qui bibunt me, adhuc ſitient. l.7.c 7.n.200

CAP. XXV.

8. Corona ſenum multa peritia. l.8.c.4.n 9

CAP. XXVI.

5. A tribus timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit, Delaturam civitatis, & collectionem populi;calumniam mendacem, ſuper mortem omnia gravia l.8.c.4.n.78

CAP. XXVIII.

20. Aurum tuum, & argentum tuum confla, & verbis tuis facito ſtateram,& frænos ori tuo rectos. l.7.c.16.n.17

CAP. XXXIII.

5. Præcordia fatui,quaſi rota curri. l.8.c.3.n.38

CAP. XXXVI.

28. Quis credit ei,qui non habet nidum, & deflectens ubicunque obſcuraverit? l.8.c.16 n.8

CAP. XXXIX.

17. Obaudite me divini fructus. l 7.c.14.n.82.

19. Florete flores,quaſi lilium, & dtae odorem & frondete in gratiam.& collaudate canticum. l.9.c.1. n 103

CAP. XLIV.

13. & 6. Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua. Homines magni virtute, pulchritudinis ſtudium habentes. l 7.c.4.n.62

CAP. XLVIII.

14. Et mortuum prophetavit corpus ejus.l 8 c.20. n.37

Ex Iſaia.

CAP. I.

3. COgnovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui,Iſraël autem me non cognovit. l.7.c.6.n.70.& c.7.n.181

4. Væ genti peccatrici, populo gravi iniquitate, ſemini nequam filiis ſceleratis, ſuper quos percutiam vos ultra? l 8.c.11.n.42

15. Cum extenderitis manus veſtras, avertam oculos meos à vobis. l.7.c.7,n.55
Cum multiplicaverit orationem non exaudiam manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. l.7. c.19.n.43

19 Si audieritis me,bona terræ comedetis. l.9 c.1. n.152

23. Principes tui infideles, ſocii furum; omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones. Propter hoc ait Dominus Deus exercituum fortis Iſraël. Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis. l.7.c.3.n.37

29. Erubeſcetis ſuper hortis,quos elegeratis.lib.8. c.2.n.13.& 16

CAP. II.

10. Abſcondere in foſſa humo à facie timoris Domini l.8.c.1.n. 87

12. Dies Domini exercituum ſuper omnem ſuperbum,& excelſum,& ſuper omnem arrogantem,& humiliabitur,& ſuper omnes Cedros Libani ſublimes. l.7.c 10.n.32

CAP. III.

14. Dominus ad judicium veniet cum ſenibus populi ſui. l 8.c.3.n.9

17 Decalvabit Dominus verticem filiarum Sion l.8 c.13 n.43

CAP. IV.

4. Si abluerit Dominus ſordes filiarum Sion in ſpiritu judicii,& ſpiritu ardoris. l.7.c.7.n. 162.& 163

CAP. V.

6. Ponam eam deſertam, non putabitur, & non fodietur. l.7.c.14. n. 33

14. Propterea dilatavit infernus animam ſuam,& aperuit os ſuum abſque ullo termino,& deſcendent fratres ejus, & populus ejus, & ſublimes. l 8.c.4.n.74

28. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. l.8.c.5.n.98

CAP. VI

1. Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum,& elevatum, & ea quæ ſub ipſo erant, replebant templum. l.7.c.13.n.45

2. Sex alæ uni, & ſex alæ alteri duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus, & duabus volabant.l. 7. c.5.n.95. & 188.& 152.& l.8.c.1.n.55

3. Et clamabant alter ad alterum, & dicebant.Sãctus,Sanctus,Sanctus.l.7.c. 11.n.23. & l.9.c. 9.n.51

6. Volavit ad me unus de Seraphim, & in manu ejus calculus,quem forcipe tulerat de altari l.7.c.7.n.105

8. Quem mittam,& quis ibit nobis? l.7.c.10.n. 46. & l 8 c.16.n,25

CAP. VIII.

6. Pro eo, quod abjecit populus iſte aquas Siloë quæ vadunt cum ſilentio, & aſſumpſit magis Raſin & filium Romeliæ, propter hoc ecce Dominus adducet ſuper eos aquas fluminis fortes.& multa. l.8.c.3.n 104

CAP. IX.

4 Sceptrum exactoris ejus ſuperaſti, ſicut in die Madian. l.7.c.5.n.33

6, Parvulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis,& factus eſt principatus ſuper humerum ejus.lib.8.c.12. num. 30.& 31.& 79 & 76

7. Multiplicabitur ejus imperium. l.8 c.11 n.69

CAP. XI.

10. Erit radix Jeſſe, qui ſtat in ſignum populorum,ipſum gentes deprecabuntur.lib.7.c.14 num.14
Erit ſepulchrum ejus glorioſum. l.7.c.7.n.264. & l.8.c.21.n.8

CAP. XII.

3. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. l.7.c 29.n.19

CAP

CAP. XIV.

3 Dicebas in corde tuo: In cælum conſcendam ſuper aſtra Dei exaltabo ſoliũ meũ, ſedebo in monte teſtamenti. l.7.c.6.n.51.& l.9.c.4.n.28

CAP. XV.

1. Quia nocte vaſtatus murus Moab, conticuit. l.8.c.5.n.103.

CAP. XVI.

1. Emitte agnum, Domine, dominatorem terræ de petra deſerti. l.7.c.5.n.59.& l.8.c.21.n.8

11. Venter meus ad Moab quaſi cythara ſonabit, & viſcera mea ad murum cocti lateris. lib.7. c.14 n.64

CAP. XIX.

1. Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem levem, & ingredietur Ægyptum. l.9.c.2.n.9

19. In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti, & titulus Domini juxta terminum ejus erit in ſignum, & in teſtimonium Domino exercituum in terra Ægypti. l.7.c.4.n.20 & l.8.c.1.n.19.

CAP. XXI.

11. Ad me clamat ex Seir: cuſtos quid de nocte? Cuſtos quid de nocte? Dixit cuſtos. Venit mane, & nox, ſi quæritis, quærite. l.9.c.1 n 113

CAP. XXII.

22. Dabo clavem domus David ſuper humerum ejus. l.8 c.12 n 31

CAP. XXIV.

16. Secretum meum mihi, ſecretum meum mihi. l.7.c.15.n.61

CAP XXV.

6. Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium. l. 7. c.7.n.154

CAP. XXVIII.

1. Væ coronæ ſuperbiæ, ebriis Ephraim. lib. 7.c.2. n.8.

CAP. XXXIV.

13. Erit cubile draconũ, & paſcua ſtruthionum, & occurrẽt dæmonia onocentauris. l.8 c.9.n.34

CAP. XXXVIII.

14. Sicut pullus hirundinis ſic clamabo, meditabor ut columba. l.7.c 7.n 85

CAP. XL.

1. Conſolamini, conſolamini popule meus, dicit Deus veſter: Loquimini ad cor Jeruſalem, & advocate eam quoniam completa eſt malitia ejus dimiſſa eſt iniquitas illius. l.7.c.12.n 11

2. Suſcepit de manu Domini duplicia. lib.8.c.12. num.12

CAP. XLI.

5. Viderunt inſulæ, & timuerunt extrema terræ obſtupuerunt, appropinquaverunt, & acceſſerunt. l 7.c.1.n.94

23. Annunciate quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus, quia dii eſtis vos. l.7.c.4.n.35

CAP. XLII.

1. Dedi Spiritum meum ſuper eum, judicium gentibus proferet, non clamabit. l. 8. c.11. n.101

5. Hæc dicit Dominus Deus creans cœlos, & extendens eos, firmans terram, & quæ germinant ex ea. l.7.c.13.n.95

14. Tacui ſemper, ſilui. l.7.c.13.n 127

25. Combuſſit eum in circuitu, & non cognovit, & ſuccendit eum, & non intellexit. l.8 c 5.n74

CAP. XLIV.

28. Qui dico Cyro, Paſtor meus es. l.7.c 4.n.68

CAP. XLV.

15. Vere tu es Deus abſconditus, Deus Iſraël Salvator. l.7.c.7

CAP. XLVI.

4. Uſque ad ſenectam ego ipſe, & uſque ad canos ego portabo: ego feci, & ego feram, ego portabo, & ſalvabo. l.8.c 2.n.307

Ego feci, ego feram, ego portabo, ego ſalvabo l 8.c.12.n.35

CAP. XLVIII.

1 Audite hæc domus Jacob, qui vocamini nomine Iſraël. l.8.c. 17.n.54

CAP. L.

6. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, faciem meam non averti ab increpantibus, & conſpuentibus in me. l. 8 c.4.n. 127.128.

CAP. LI.

9. Conſurge, conſurge, induere fortitudinem brachium Domini conſurge, ſicut in diebus antiquis, in generationibus ſæculorum. l. 7. c. 16.n.12

17. Bibiſti de manu Domini calicem iræ ejus. l.8. c.2.n.98

CAP. LII.

1. Conſurge, conſurge, induere fortitudine tua Sion. l 9.c 4.n.91

5. Dominatores ejus iniquè agunt, & jugiter tota die nomen meũ blaſphematur. l 4. c.14. n.91

14. Sicut obſtupuerunt ſuper te multi. ſic in glorius erit inter viros aſpectus ejus, & forma ejus inter filios hominum. l.8.c.4.n.33.& 34

CAP. LIII.

2. Aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti. l.8 c.14 n.41

Non eſt ſpecies ei, neque decor. l.8.c.1 n.84

Vidimus eum, & non erat aſpectus, & deſideravimus eum, deſpectum noviſſimum virorum. l.8 c.10.n.32

4. Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portavit. l 8 c.1.n.28

Et nos putavimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo. l.8.c.10.n.38

5 Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum. l.8.c.10 n.9

7. Sicut ovis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet. l.8.c.1. n.39.& c 4.n.103.& c.13.n.100.

9. De anguſtia, & de judicio ſublatus eſt. lib.7.c.3. n.43

10. Si poſuerit pro peccato animam ſuam videbit ſemen longævum, & voluntas Domini in manu ejus dirigetur. Pro eo quod laboravit anima ejus, videbit, & ſaturabitur. l.7.c.17.n.36

Voluntas Domini im manu ejus dirigitur. lib. 8.c.13 n.97.

CAP. LVII.

40. Imperii quaſi mare fervens, quod quieſcere nõ poteſt, & redundant fluctus ejus in conculcationem, & lutum. l.8.c 3 n.141

21. Non eſt pax impiis, dicit Dominus Deus. l.7. c.19.n.51.

CAP. LVIII.

7. Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. l.7.c 5.n.56

CAP. LIX.

15. Vidit Dominus, & apoſiatus eſt. l.7.c.3.n.82.

CAP. LX.

4. Filii tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere ſugent. l 7.c.7.n.198.& 126.& l.8.c.20.n.25.

9. Me enim inſulæ expectant, & naves maris in principio, ut adducam filios tuos de longè. l.8.c.16.n.441.

CAP.

Cap. LXI.

1. Spiritus Domini ſuper me, eo quod unxerit Dominus me, ad annunciandum manſuetis miſit me. l 7.c.13.n.72

3. Coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris. l.7.c.18. n.54

Cap. LXIII.

1. Quis eſt iſte qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra? Iſte formoſus in ſtola ſua l.8.c.1. n.82 & 93

3. Torcular calvacavi ſolus. l.7.c.5 n 152

Aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea. l 8.c.15.n.17.& c.17.n 60

5. Indignatio mea ipſa auxiliata eſt mihi l 8.c ... n.34.& c.13.n.22

Cap. LXIV.

6. Cecidimus quaſi folium univerſi, & iniquitates noſtræ quaſi ventus abſtulerunt nos. Non eſt qui invocet nomen tuum, qui conſurgat, & teneat te. l.7.c.7 n 285

7. Alliſiſti nos in manu iniquitatis noſtræ. l.8. c.11. num.40

CAP. LXV.

2. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona, l. 7.c.5.n.88

13. Propter hoc hæc dicit Dominus Deus, Ecce ſervi mei comedent, & vos eſurietis. l 8.c.21. num.81

17. Ecce ego creo cœlo novos, & terram novam, & non erunt in memoria priora, & non aſcendent ſuper cor. l.7.c.18 n.72

Cap. LXVI.

2. Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum, & trementem ſermones meos? l.8.c 10.n.48

24. Ignis eorum non extinguetur. l.7.c.14.n.68

Ex Ieremia.

CAP I.

10. Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, ut evellas & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes l 7. c.8.n.23.& c 18.n 23.& l.9 c.9.n.37

18. Dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum. l. 7. c 24.n.64

CAP. II.

12. Obſtupeſcite cœli ſuper hoc, & portæ ejus deſolamini vehementer. l. 8. c.13 n.74

CAP IV.

3. Nolite ſerere ſuper ſpinas. l.8.c 11.n.67

23. Aſpexi terram, & ecce vacua erat, & nihil. l 7. c.16.n.49

Cap. V.

21. Audi popule ſtulte, qui non habes cor. l.7.c.5. n.109

Cap. VIII.

18 Dolor meus ſuper dolorem in me cor meum mœrens. l.8 c.22.n.61

CAP. IX.

1. Plorabo die ac nocte, quis dabit mihi in ſolitudine? l.8.c.5 n.135 &c.22.n.53

Cap. VI.

10 Quia ſtultè egerunt paſtores, proptereà non intellexerunt, & omnis grex eorum diſperſus. l.8.c.11.n.93

CAP XI.

19. Ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimam, & non cognovi, quia cogitavdrunt ſupe me conſilia. l. 8.c.10.n.33

Mittamus lignum in panem ejus. l.8.c.6 n.54

Cap. XII.

7. Dedit dilectam animam meam in manu inimicorum ejus. l.7.c.5.n.72

8. Facta eſt mihi hæreditas mea quaſi leo in ſylva dedit contra me vocem. l. 8.c.9.n.35

CAP. XIII.

26. Ego nudavi femora tua contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua. l. 8.c.13.n.38

CAP. XV.

8. Multiplicatæ ſũt mihi viduæ ejus. l.7.c.7.n.290

9. Occidit ei Sol, cũ adhuc eſſet dies. l.8.c.19.n.1.

10. Væ mihi mater mea, non fœneravi, nec fœneravit mihi quiſquam. l.7.c.7.n.291

Cap. XVII.

18. Duplici contritione contere eos. l 8.c.6. n.17

CAP. XVIII.

17. Dorſum, & non faciem, oſtendam eis. l.7.c.13 num.60

CAP. XX.

2. Percuſſit Phaſſur Jeremiam Prophetam, & miſit eum in carcerem. l 8.c.7.n.58

Cap XXIII.

23. Putáſne Deus, è vicino ego ſum, dicit Dominus, & non Deus de longè? l.7 c.16.n.16

29. Nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis, dicit Dominus, & quaſi malleus conterens petram. l.8.c.19.n.54

4. Miſit Dominus ad vos omnes ſervos ſuos Prophetas, conſurgens diluculo. l 9.c.9.n.35

Cap XXX.

9 Hæc dicit Dominus, Vocem terroris audivimus, formido, & non eſt pax. Interrogate, & videte, ſi generat maſculus. l.7.c.18 n.22

Cap. XXXI.

6 Quieſcat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis. l 9.c.12.n.43

8. Audiens audivi Ephraim tranſmigrantem: Caſtigaſti me, & eruditus ſum, quaſi juvenculus indomitus. l.9.c.2.n.33

31. Ecce dies venient, dicit Dominus, & feriam domui Iſraël, & domui Juda fœdus novum. l.7.c.7.n 232

Cap. XXXII.

20 Qui poſuiſti ſigna, & portenta in terra Ægypti uſque ad diem hanc l.9.c.8.n.6

Cap. XXXVII.

19 Nunc ergo audi, obſecro Domine mi Rex, valeat deprecatio mea in conſpectu ſuo. lib.7. c.19.n 20

CAP. XLII.

19 Scientes ſcietis, quia obteſtatus ſum vos hodie l.8.c.6.n.7

CAP L.

23 Quomodo confractus eſt, & contritus malleus univerſæ terræ? l 8.c.10.n 16

Ex Threnis.

CAP. I.

1. Quomodo ſedet ſola civitas plena populo? l.8.c.5.n 129.& c.22 n 51

2. Plorans ploravit in nocte. l.8.c.22.n.38

12. O vos omnes qui tranſitis per viam, attendite & videte ſi eſt dolor, ſicut dolor meus. l.8. c.12.n.85

13. De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudivit me. l.7.c.14.n 70

Cap. II.

12. Matribus ſuis dixerunt, ubi eſt triticum, & vinum? cum deficerent, quaſi vulnerati in plateis civitatis cum exhalarent animas

ſuas

ſuas in ſinu matrum ſuarum. l.7.c.7.n.69

13. Cui comparabo te, vel cui aſſimilabo, te filia Jeruſalem? magna eſt enim velut mare contritio tua, quis medebitur tui? l 8.c.22.n 43

18. Deduc quaſi torrentem lacrimas per diem, & noctem. l.8.c.5.n 135

CAP. III.

3. Tantùm in me vertit, & convertit manum ſuam tota die, & contrivit oſſa mea. l.7.c.5. n.91 & l.8 c.4.n.56

5. Ædificavit in gyro meo, & circundedit me felle & labore. l.8 c 3 n.201

27. Bonum eſt viro, cum porta verit jugum ab adoleſcentia ſua: ſedebit ſolitarius, & tacebit, quia levavit ſuper ſe. l.8.c 4.n 48

30. Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobriis. l 8 c 4.n.37. & 41

52. Venatione ceperunt me. l.8 c.21.n.59

CAP. IV.

1. Quomodo obſcuratum eſt aurum optimum. l.8.c 21 n 55

4. Parvuli petierunt panem l.7.c 8.n.44

7. Candidiores Nazarei eis nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſaphiro pulchriores: denigrata eſt ſuper carbones facies earum, & non ſunt cogniti in plateis. l 8. c.5.n.76. & c.11.n.82

20. Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris, cui diximus: In umbra tua vivemus in gentibus. l.8.c.3 n 202. & l.9.c.8 n 37

In umbra tua vivemus. l 8 c.3.n.117

21. Gaude, & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus: ad te quoque perveniet calix, inebriaberis, atque nudaberis. l.7.c.7.n.210

Ex Ezechiele.

CAP I.

6. Quatuor facies uni, pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorum quaſi planta plebis vituli. l.7 c.19.n.68

8. Et manus hominis ſub pennis eorum. l 7. c.7. n.103. & 155

10. Similitudo autem vultus eorum, facies hominis, & facies leonis à dextris ipſorum quatuor: facies autem bovis, à ſiniſtris ipſorum quatuor. l 9.c 1.n.46. & 77

Et facies Aquilæ deſuper ipſorum quatuor. l.9. c.8.n.43. & 48

15. Apparuit rota una ſuper terram juxta animalia, habens quatuor facies. l.7.c.15.n.6

16. Et aſpectus earum, & opera, quaſi ſit rota in medio rotæ. l 9.c.4.n.27

CAP. III.

8. Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum. l.8.c 4.n.61

CAP. IV.

1. Et tu fili hominis ſume tibi laterem, & pone eum coram te: & deſcribes in eo civitatem Jeruſalem, & ordinabis adverſus eum obſidionem. l.7.c.17 n.26

CAP. VIII.

10. Ecce omnis ſimilitudo reptilium. l.7.c.7 n.78

CAP. IX.

2. Ecce ſex viri veniebant de via portæ ſuperioris, quæ reſpicit ad Aquilonem, & uniuſcujuſque vas interitus in manu ejus. l.7.c.7.n. 126. & c.7.n.60

CAP. XIX.

5. Tulit unum de leunculis ſuis, leonem conſtituit eum, qui incedebat inter leones, & factus eſt leo. l.7.c.11.n.108

CAP XX

40. In terra in qua placebunt mihi, ibi quæram primitias veſtras, in odorem ſuavitatis ſuſcipiam vos. l.7.c.14.n.78

CAP. XXIX.

18. Et merces non reddita ei, neque exercitui ejus. l.7.c.19.n.17

CAP. XXXIV.

2. & 5. Væ paſtoribus Iſraël, qui paſcebant ſemetipſos: diſperſæ ſunt oves meæ, eò quòd non eſſet paſtor. l.8.c.2 n.118

CAP. XLIV.

1. Convertit me ad viam portæ ſanctuarii exterioris, quæ reſpiciebat ad orientem. & erat clauſa. l.7.c 7.n.250

CAP. XLVII.

12. In ripis ejus ex utraque parte omne lignum pomiferum: non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus ejus: .7.c.14.n.83

Ex Daniele.

CAP. I.

3 & 5. De ſemine regio, & Tyrannorum pueri, ut ſtarent in conſpectu Regis. l.7. c.5.n 263

CAP. II.

34. Abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus, & percuſſit ſtatuam in pedibus. l.9.c.3.n.24

47. Verè Deus veſter, Deus deorum eſt, & Dominus Regum, & revelans myſteria: quoniã tu potuiſti aperire hoc Sacramentũ. l.7.c.4.n.36

CAP. III.

20. Viris fortiſſimis de exercitu ſuo juſſit, ut ligatis pedibus Sidrach, Miſach, & Abdenago, mitterent eos in fornacem ignis ardentis. l 7 c.14.n.28. & 40

48. Angelus Domini deſcēdit in fornacē, & excuſſit flammã ignis. l.8.c.18 n 33. & l.9.c 9.n.19

50. Fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem, & non tetigit eos omninò ignis, neque contriſtavit. Tunc hi tres quaſi ex uno ore laudabant Deum. l.7.c.1.n.12

Non tetigit eos omninò ignis, neque contriſtavit. l.8 c 10.n.22

92. Ecce video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis eſt. l.7.c 19 n.8

94. Sarabula eorum non fuiſſent mutata. l 8.c.10. n.21.

CAP. IV.

6. Ego ſcio, quod Spiritum ſanctum deorum habeas in te, & omne Sacramentum non eſt impoſſibile tibi: viſiones ſomniorum meorum, quas vidi, & ſolutionem earum narra. l.7.c.13.n.92

8. Magna arbor, & fortis, & proceritas ejus contingens cœlum aſpectus illius erat uſque ad terminos univerſæ terræ. folia ejus pulcherrima, & fructus ejus nimius. l.7.c.14 n 36

10. Ecce vigil, & ſanctus de cœlo deſcendit: clamavitque fortiter & ſic ait: ſuccidite arborem, & præcidite ramos ejus. l.7.c.10.n.50

16. Cœpit intra ſemetipſum tacitus cogitare quaſi una hora: & cogitationes ejus conturbabant eum. l.8.c 7 n.42

39. Ex hominibus abjectus eſt, & fœnum, ut bos comedit, & rore cœli corpus ejus infectum eſt. l.9.c.5 n.47

CAP. V.

19. Quos volebat, interficiebat: & quos volebat,

percutiebat: & quos volebat exaltabat l. 8. c.11 .n 98

25.Hæc eſt ſcriptura,quæ digeſta eſt Mane, Thecel,Phares. Et hæc eſt interpretatio ſermonis Mane numeravit Deus regnum tuum, & complevit illud, &c. l,7.c.16.n.19

CAP. VII.

9. Antiquus dierum ſedit,veſtimentum ejus candidum,quaſi nix,& capilli capitis ejus, quaſi lana munda. l 8.c.4.n.11

Throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit thronus ejus flamma ignis, rotæ ejus ignis accenſus: fluvius igneus, rapiduſque egrediebatur à facie ejus. l.7.c.6 n.84

10.Judiciũ ſedit,& libri aperti ſunt l 7 c.4.n. 184

13.Ecce cum nubibus cœli quaſi filius hominis veniebat. l.8.c.4 n.101

CAP. IX.

22. Daniel egreſſus ſum ut docerem te, & intelligeres.Ab exordio precum tuarum. l.8.c....

CAP. X

12. Noli metuere Daniel: quia ex die primo,quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum,ut te affligeres in conſpectu Dei ſui, exaudita ſunt verba tua. l.7.c.18.n.43

21. Annuntiabo tibi quod expreſſum eſt in ſcriptura veritatis:& nemo eſt adjutor meus in omnibus his, niſi Michaël Princeps veſter.l. 8.c.2.n 245

CAP. XIII.

5 Egreſſa eſt iniquitas à ſenioribus judicibus. l.8. c 4 n 8

42 Exclamavit autem voce magna Suſanna,& dixit: Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor, tu ſcis quoniam falſum teſtimonium tulerunt contra me. l.8.c.4.n 95

Exclamavit autem voce magna. l.8.c.18.n.64

43.Tu Domine,ſcis,quoniam falſum teſtimonium tulerunt contra me, l.7.c.7.n 55

CAP XIV.

1.Erat autem Daniel conviva Regis, & honoratus ſuper omnes amicos ejus. l.7 c 7 n.74

36.Daniel ſerve Dei tolle prandium. l 7. cap.16. n.9

Ex Oſea.

CAP. II.

9. Ecce ego ſepiam viam tuam ſpinis. l.8.c.11 num 59

15.Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor ejus. l.8.c.22.n.47

18.Percutiam fœdus in die illa, cum beſtia agri & cum reptili terræ. l.7.c 7.n.78

CAP. IV.

13. Super capita montium ſacrificabant, & ſuper colles accendebant thymiama; ſubtus quercum,& populum,& terebinthum.l.7.c.6.n.136

CAP. V.

1.Audite hoc Sacerdotes,& domus Regis auſcultate,quia vobis judicium eſt. l.7.c.2 n.24

CAP VII.

3 In malitia ſua lætificaverunt Regem: & in mendaciis ſuis Principes omnes adulterantes. l. 7.c 8.n.19

5.Dies Regis noſtri cœperunt Principes furere è vino. l 7.c.8 n.19

CAP. IX.

8.Infantia in domo ejus. l.8 c.12.n.107

CAP. X.

11.Ephraim vitula docta diligere trituram. l.9. c.6.n.13

12. Seminate vobis in juſtitia, & metite in ore miſericordiæ, tempus autem requirendi Dominum, cum venerit, qui docebit vos juſtitiam. l.7.c 13 n.80

CAP. XI.

1.Sicut mane tranſit, pertranſit Rex Iſraël.l.8.c.4. n.146

Quia puer Iſraël,& dilexit eum, & ex Ægypto vocavit filium meum. l.9.c.2 n 92

3.Ego quaſi nutricius Ephraim portabam eos in brachiis meis.l.8 c 13 n.15.& l.7.c.5.n.248

9 Non faciam furorem iræ meæ, non convertam ut diſperdam. l.9.c.9.n.21

CAP. XII.

4.Flevit,& rogavit eum,& in Bethel invenit. l.7. c 18 .n.25.& l.8 c.2.n.178

CAP. XIII

10 Ubi eſt Rex avus, & judices tui de quibus dixiſti Da mihi Regem,& principes? l.8.c. 3.n.146

14.Ero mors tua, ô mors. l.8.c.2 n.10

CAP. XIV.

6.Ero quaſi ros Iſraël germinabit ſicut lilium.l.9. c.10.n.15

8.Vivent tritico,& germinabunt quaſi vinea. l.7. c.7.n.69

Ex Joële.

CAP. II.

28. Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem: & prophetabunt filii veſtri, & filiæ veſtræ:ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt, & juvenes veſtri viſiones videbunt. Sed, & ſuper ſervos meos,& ancillas in diebus illis effundam Spiritum meum. l.7.c.13.n 96

31.Sol convertetur in tenebras,& Luna in ſanguinem. l.8.c.12.n.13

32.Omnis qui invocaverit nomen Domini ſalvus erit. l.9 c.10.n.59

Ex Amos.

CAP. II.

8. Vinum damnatorum bibebant in domo Dei ſui. l.8.c.13.n.16

10.Et miſit Amaſias ſacerdos Bethel ad Jeroboam Regem Iſraël,dicens, Rebellavit contra te Amos in medio domus Iſraël, non poterit terra ſuſtinere univerſos ſermones ejus l.8. c.11.n.91

CAP. VIII.

9.Et erit in die illa, dicit Dominus Deus, occidet Sed in meridie, & tenebreſcere faciam terram in die luminis. l.8.c-19.n 1

CAP. XI.

1.Vidi Dominum ſtantem ſuper altare, & dixit, Percute cardinem, & commoveantur ſuperliminaria, avaritia enim in capite omnium. l.8 c.6.n.44

9.Concutiam in omnibus gentibus domum Iſraël ſicut concutitur triticum in cribro. l.7. c. 9 n 15

Ex Abdia.

18 Erit domus Jacob ignis, & domus Joſeph flamma, & domus Eſau ſtipula,& ſuccendentur in eis & devorabunt eos,& non erunt reliquiæ domus Eſaü. l.7.c.16

Ex Jona.

CAP. I.

3. Surrexit Jonas,ut fugeret in Tharſis à facie Domini. l 8.c.5.n.40 & l.9.c.10.n.65

5. Jonas deſcendit ad interiora navis. l.8.cap.22 num.55

12.Tollite

12. Tollite me,& mittite in mare, & ceſſabit mare à vobis. l 7 c.1 n.57
15. Tulerunt Jonam,& miſerunt in mare l.9 c.4 num 98.

CAP. II.

1. Erat Jonas in ventre piſcis tribus diebus, & tribus noctibus:& oravit Jonas in Dominum Deum ſuum de ventre piſcis. l.8 c.5.n 56
6. Pelagus aperuit caput meum. l.7.c.11.n.58
11. Et dixit Dominus piſci,& evomuit Jonam in aridam. l.8.c.1.n.40

CAP. III

5. Adhuc tres dies,& Ninive ſubvertetur. lib.9.c.9.n.55
8 Et pervenit verbum ad Regem Ninive, & ſurrexit de ſolio ſuo, & abjecit veſtimentum ſuum. l.8.c 5 n105

CAP. IV.

1. Afflictus eſt Jonas afflictione magna. l. 8. c.2 n.93

Ex Michæa

CAP IV.

6. NUnc quare mœrore contraheris? Quia comprehendit te dolor,ſicut parturientem;Dole;& ſatage,filia Sion,quaſi parturiens l.7.c.18 n.70.

CAP. V.

1. In virga percutiens maxillam Judicis Iſraël. l.8 c 4.n 39
2. Et tu Bethlehem Ephrata parvulus es in millibus Juda, ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſraël l.7 c.18.n.15

Ex Nahum.

CAP. I.

10. SIcut ſpinæ ſe invicem complectuntur, ſic convivium eorum pariter potantium. l 9 c 11.n.49

CAP. II.

3. Viri exercitus in coccineis lib 8.c.11 n.26

Ex Habacuc.

CAP I.

10 TYranni ridiculi ejus erunt. lib. 8 cap. 11. num.23.

CAP. II.

3. Si moram fecerit,expecta illum, quia veniens veniet,& non tardabit. l.7.c.18.n 9

CAP. III.

2. Domine,audivi auditionem tuam, & timui, in medio annorum notum facies.l.8.c.13.n.112
4. Corona in manibus ejus ibi abſcondita eſt fortitudo ejus.l 8 c.1.n.19.& n.76.& c.15. n.39
6. Aſpexit,& diſſolvit gentes l 8 c.5.n.91
11. Sol,& Luna ſteterunt in habitaculo ſuo. l 8. c.13 n.94
11. & 13. In luce ſagittarum tuarum, in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ egreſſus es in ſalutem populi tui. l.8.c.12 n.23.& l.7.c.20 nu.37
18. Ego in Domino gaudebo: & exultabo in Deo Jeſu meo. l.7. c.7.n.306

Ex Sophonia.

CAP. I.

1. VErbum Domini, quod factum eſt ad Sophoniam filium Chuſi,filii Godoliæ,in diebus Joſiæ. l.7.c.20 n.14
12. Et erit in tempore illo, Scrutabor Jeruſalem in lucernis, l.7.c.3.n.15
14. Juxta eſt dies Domini magnus, juxta eſt, & velox nimis. l 7 c.18.n.12.

Ex Zacharia.

CAP. III.

3. JEſus erat indutus veſtibus ſordidis, & ſtabat ante faciem Angeli.l.8 c.5.n 104.& c. 11. num.22
9. Super lapidem unum ſeptem oculi ſunt, ecce ego cælabo ſculpturam ejus l.8.c. 1.n 64.& c.20.n.41

CAP. V.

7. Ecce mulier una ſedens in medio amphoræ, & dixit, Hæc eſt impietas. l.7.c.1.n.48
9. Et levaverunt amphoram inter terram, & cælum. l.8.c.5.n.49

CAP. VI.

9. Factum eſt verbum Domini ad me dicens, ſume à tranſmigratione ab Holdai, & à Tobia, & ab Idai, & ſumes aurũ, & argentum, & facies coronas, & pones in capite Jeſu filii Jodeæ. l.7.c.4.n.56.& c 8 n.49
11. Facies Coronas & pones in capite Jeſu. l.8. c.11.n.64

CAP. IX.

11. Tu quoque in ſanguine teſtamenti cui emiſiſti vinctos tuos de lacu. l.7.c 11 n.26
17 Vinum germinans virgines. l.7 c.7.n.119

CAP. X.

3. Poſuit eos,quaſi equum gloriæ in bello.l.7.c.14 n 75
7. Lætabitur cor eorum quaſi à vino.l.7 c.7.n.188.

CAP. XI.

12. Appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me, Projice illud ſtatuarium, decorum pretium, quo appretiatus ſum ab eis. l.7.c 3.n.61

CAP. XII.

10. Aſpicient ad me, quem confixerunt, & plangent eum planctu, quaſi ſuper unigenitum, & dolebunt ſuper eum, ut doleri ſolet in morte primogeniti. l.8.c.1.n.77
Aſpicient ad me,quem confixerunt.l.8 c.20.n.29

CAP. XIII.

6. Quæ ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum l 8 c 13.n.75
7. Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum, & ſuper virum cohærentem mihi. l.7.c.5.n.48 & l.8.c.6.n 55
Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum, & ſuper virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituum,percute paſtorem,& diſpergentur oves. l.7.c.10 n.88

Ex Malachia.

CAP. I

11. AB ortu Solis uſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus,& in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. l 7.c 7.n 218

CAP. II.

2. Mittam in vos egeſtatem, & maledicam benedictionibus veſtris. l.8 c 6 n 19

CAP. IV.

2. Orietur vobis timentibus nomen meum Sol juſtitiæ,& ſanitas in pennis ejus. l.8. c. 13.n.60

Ex I. Machabæorum.

CAP. I.

39. LIbros legis Dei combuſſerunt igni, ſcindentes eos, & apud quemcumque inveniebantur libri teſtamenti Domini trucidabant eum. l.7 c.13.n.15

Ex II Machabæorum.

CAP. II.

1. IN deſcriptionibus Jeremiæ Prophetæ l.8.c.6. n.68

CAP. VII.

16. Poteſtatem inter homines habens cùm ſis corruptibilis facis quod vis. l.9.c 9.n.12

NOVUM TESTAMENTUM.

Ex D. Matthæo.

CAPUT PRIMUM.

20. JOSEPH fili David, noli timere, accipere Mariam conjugem tuam quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Pariet autem filium: & vocabis nomen ejus Jeſum lib.7.c.16.n. 30.

CAP. II.

5. Turbatus eſt Herodes, & omnis Jeroſolyma cum illo. l. 8.c.17.n 89
8. Ite & interrogate diligenter de puero, & cum inveneritis, renuntiate mihi, ut veniens adorem eum. l.7.c.2.n.10
16. Tunc Herodes videns quoniam illuſus eſſet à Magis, iratus eſt valde, & mittens occidit omnes pueros. l.9.c.4.n.20
18. Vox in Rama audita eſt, ploratus, & ululatus multus: Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari,quia non ſunt. l.8 c.22.n.45
20. Defuncti ſunt, qui quærebant animam pueri, lib.7.c.15.n.35

CAP. III.

5. Sine modo, ſic enim decet, nos implere omnem juſtitiam. l.7.c.5.n.147
16. Vidit Spiritum Dei deſcendentem, ſicut columbam & venientem ſuper ſe.l.7.c.13.n.46 & 106.& c.19.n.59.& l 9.c.4.n.26
17. Et ecce vox de cælis dicens: Hic eſt filius meus dilectus. l.9.c.8.n.141

CAP. IV.

2. Cum jejunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſteà eſuriit. l.7.c.14.n.61
3. Aſcendens tentator dixit ei, l.7.c.6.n.51
Si Filius Dei es, dic, ut lapides iſti panes fiant. l.9.c 4 n.11
9. Hæc omnia tibi dabo,ſi cadens adoraveris me. l.7.c.5.n.240
11. Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei. l.8.c.2 n.150
19. Venite poſt me,& faciam vos fieri piſcatores hominum. l.9 c.6.n.16

CAP V.

9. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur, l.7.c.19.n 89
39 Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam,præbe illi & alteram. l 8.c.4. n.57. 58.& 60
43. Audiſtis, quia dictum eſt, Diliges proximum tuum,& odio habebis inimicum tuum, Ego autem dico vobis. Diligite inimicos veſtros l.7.c.9.n.16.
44. Ego autẽ dico vobis,Diligite inimicos veſtros, benefacite his,qui oderunt vos & orate pro perſeqentibus,& calũniãtibus vos l.8.c.3.n.60

CAP. VI.

7. Orantes autem, nolite multum loqui lib. 7. c.19.n.35
9. Pater noſter, qui es in cœlis ſanctificetur nomen tuum. l.7.c.12.n.41
11. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. l.7.c.7.n.125.& l.8.c.2.n 71
22. Lucerna corporis tui eſt oculus tuus l.7 c.6 n.3
28. Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt, non laborant,neque nent. l.8.c.3.n.163

CAP. VII.

15. Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces l.8.c.20.n.6

CAP. VIII.

9. Ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic, vade, & vadit,& alii,veni,& venit. l 7.c.18.n.19
16. Veſpere autem facto, obtulerunt Jeſu multos dæmonia habentes l.8.c.1.n.48
20. Vulpes foveas habent,& volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet. l.7.c.5.n.153
25. Domine,ſalva nos perimus. l.7.c 6.n.152
32. Ite in porcos. l.7 c 19 n.40

CAP. IX.

10. Et factum eſt, diſcumbente eo in domo,ecce multi publicani, & peccatores venientes diſcumbebant cum Jeſu, & diſcipulis ejus. l.8.c.16.n.26.
18. Domine filia mea modò defuncta eſt,ſed veni, impone manum tuam ſuper eam & vivat. Et ſurgens Jeſus ſequebatur eum. l.8.c 6.n.65
24. Recedite, non eſt enim mortua puella, ſed dormit. Et deribebant eum. l.7.c. 19. n. o
38. Rogate Dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam. l.7.c.8.n.22

CAP. X.

9 Nolite poſſidere aurum, neque virgam. l.7.c.10 n.75
16 Ecce ego mitto vos,ſicut oves in medio luporum. l.7 c 13.n. 118
Eſtote ergo prudentes,ſicut ſerpentes. l.8.c.21. n. 89
17. In Synagogis ſuis flagellabunt vos, & ad præſides,& ad Reges ducemini propter me l.7.c.5.n 31
19. Nolite cogitare,quomodo,aut quid loquamini,dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. l.7.c.12 n.22
34. Mitte gladium in terram. l.8.c.9.n.55

CAP. XI.

4. Euntes renuntiate Joanni,quæ audiſtis. l 9.c.10 n.51
11. Non ſurrexit inter natos mulierum major Joanne Baptiſta; qui autem minor eſt in Regno cælorum, major eſt illo. l.8.c.2.n.152
27. Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. l.7.c.5. n.122

CAP. XII.

Ibat Jeſus per ſata Sabbatho, diſcipuli autem ejus eſurientes cœperunt vellere ſpicas.l.8. c.1.n.47

CAP. XIII.

30. Sinite,utraque creſcere uſque ad meſſem, & in tempore meſſis dicam meſſoribus,Congregate triticum in horreum meum. l.7.c.5.n.23
31. Simile eſt Regnum cælorum grano Sinapis, quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus

nibus. l.7 c.18 n.17

45.Simile eſt Regnum cœlorum homini negotiatori quærenti bonas Margaritas Inventa autem una pretioſa Margarita ; abiit , & vendidit omnia ; quæ habuit , & emit eam. l.7. c.15 n.11

CAP. XIV.

22 Statim compulit Jeſus diſcipulos , aſcendere in naviculam, l 7.c.11.n.41

32 Et extendens manum,apprehendit eum : & ait illi:Modicæ fidei quare dubitaſti ? l.8.cap.5. n.30.& 53 & l.9.c.7.n. 56

CAP XV.

11.Non quod intrat in os coinquinat hominem? ſed quod procedit ex ore. l 7.c.5.n.153

22.Miſerere mei Domine fili David.l 8.c.12.n.10

27.Etiam Domine, nam & catellis odunt de micis,quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum.l.7.c.7.n 134.& c.17.n.15. & 19.n 9.& l 8.c.3 n 49

CAP XVI.

18. Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.lib 7.c.13.n.39.& l.9.c 4. n.80 & l.7.c.9.n.49

19.Tibi dabo claves Regni cœlorũ l 7.c.11.n.19

20.Tunc præcepit diſcipulis ſuis ut nemini dicerēt quia ipſe eſſet Jeſus Chriſtus. l.7.c.5 n.119

22.Abſit à te Domine:non erit tibi hoc.lib.8 c.5. n 65

23 Vade poſt me Satana,quia non ſapis ea , quæ Dei ſunt,ſed ea,quæ hominum. lib.8.c.1.n.18

Vade poſt me, Satana, ſcandalum es mihi.l.7 c. 5 n.175.& 205.& l.8 c 3.n.69

CAP. XVII.

4.Domine bonum eſt nos hic eſſe , ſi vis, faciamus hic tria tabernacula , tibi unum , Moyſi unum , & Eliæ unum Adhuc eo loquente , ecce nubes lucida. lib. 7.cap.13.n 42. & l.9. c.1.n.41

5.Ecce nubes lucida obumbravit eos Et ecce vox de nube dicens:Hic eſt filius meus dilectus. l.7.c.19.n.59

Hic eſt filius meus dilectus: ipſum audite. l.9. c.2.n 110

6.Ceciderunt in faciem ſuam. l 8 c.3 n.100

9.Nemini dixeritis viſionem , donec Filius hominis à mortuis reſurgat. l.9.c.4.n 14

CAP. XVIII.

15.Si peccaverit in te frater tuus,vade,& corripe eum inter te,& ipſum ſolum. l 7 c.6.n 19

CAP. XIX.

27.Ecce nos reliquimus omnia,& ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis? l.7.c.5.n.173. & l.8 c 3. n.129 & l.9.c.7.n.16

CAP XX

17.Aſſumpſit Jeſus duodecim diſcipulos ſecretò,& ait illis:Ecce aſcendimus Jeroſolymam. l.8. c.4.n.17.& l.9 c.3.n.10.& c.5 n 69

23.Calicem quidem meum bibetis : ſedere autem ad dexteram meam , vel ſiniſtram non eſt meum dare vobis. l.7.c.5.n.85

28.Venit Filius hominis dare animam ſuam , redemptionem pro multis. l.7.c.7.n.220

CAP. XXII.

12.Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? l.8.c.11.n.38

13.Mittite eũ in tenebras exteriores.l.8.c.17.n.12 & l.9.c.10 n.31

21 Reddite,quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei,Deo. l.8.c.17. n.7.

CAP. XXIV.

28.Ubicumque fuerit corpus,illic cōgregabuntur & aquilæ. l.7.c.7 n.78.& l.9.c.20 n.22

45 Ut det illis cibum in tempore. l.7.c 17.n.74

CAP. XXV.

11 Domine,Domine aperi nobis. l.7.c.13.n.98

14. Peregrè proficiſcens vocavit ſervos ſuos , & tradidit illis bona ſua. l.7.c.8.n.24

32.Congregabuntur ante eum omnes gentes. l.8. c. 5.n. 116

35 Eſurivi,& dediſtis mihi manducare: ſitivi & dediſtis mihi bibere : nuus eram , & cooperuiſtis me. l.7.c.7.n.278.& l.8 c.4 n.55

41.Diſcedite à me maledicti in ignem æternum l.8.c.3.n.92

CAP. XXVI.

2 Scitis,quia poſt biduũ Paſcha fiet, & Filius hominis tradetur ut crucifigatur. l.7 c.5 n.15

13.Amen dico vobis:Ubicumque prædicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo dicetur & quod hæc fecit in memoriam ejus l.7.c.4 n 33 & l.9 c.8.n 37

22 Et contriſtati valde, cœperunt ſinguli dicere: Numquid ego ſum Domine? l.7 c.5.n.252.

26.Fregit,deditque diſcipulis ſuis. l.7.c.5.n.172

26.Ait , Accipite , & comedite : Hoc eſt corpus meum accipiens calicem gratias egit : & dedit illis, dicens Bibite ex hoc omnes : Hic eſt enim ſanguis meus novi teſtamenti, qui pro multis effundetur. l 7.c.7.n.256

26.Dico vobis:Non bibam amodo de hoc genimine vitis uſque in die illum cum illud bibam vobiſcum novum in Regno patris mei l 8.c.13 n.20

31.Omnes vos ſcandalum patiemini in me, in iſta nocte. l.7.c. 0.n.54

34.Amen dico tibi, quia in hac nocte , antequàm gallus cantet , ter me negabis. l.7.c.6.n 42

35.Etiam ſi oportuerit me mori tecum,non te negabo. l.7.c 6.n.31.& l.9 c.7.n.54

39.Pater mi,ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte l.7 c.5.n 41 & 130

5.Amice,ad quid veniſti? l.7.c.5.n 203.

Tunc acceſſerunt , & manus injecerunt in Jeſum.l.7.c.5.n. 102

52.Converte gladium tuum in locum ſuum.lib.9. c 4.n. 97

64.Verumtamen dico vobis , amodò videbitis Filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei,& venientem in nubibus cæli. lib 8 c. 14 n.64. & l.9 c.3.n.29

73.Et poſt puſillũ acceſſerunt,qui ſtabant,& dixerunt petro: verè& tu ex illis es. l.7.c.1.n.47

CAP.XXVII.

1.Mane autem facto , conſilium inierunt omnes principes Sacerdotum,& ſeniores populi adverſus Jeſum , ut eum morti traderent. l.7. c 10.n.54

5.Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quod damnatus eſſet,pœnitentia ductus retulit triginta argenteos principibus ſacerdotum, & ſenioribus,dicens:peccavi tradens ſanguinem juſtum. l 7 c.5 n.277 & l 8.c.1.n.67

27. Tunc milites præſidis ſuſcipientes Jeſum in prætorium congregaverunt ad eum, univerſā cohortem:& exuentes eum Chlamydem coccineam circumdederunt ei. l.7.c 2.n.16

39.Prætereuntes autem blaſphemabant eum l.8. c.17.n.8

42.Alios ſalvos fecit, ſeipſum non poteſt ſalvum

faceret. l.7.c.5.n.274
45. A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram uſque ad horam nonam. l.8.c.1.n.3
50. Clamans voce magna, emiſit ſpiritum. l. 7.c.5. n.227.& l.8.c.1.n.71
51. Et petræ ſciſſæ ſunt. l.8.c.1.n.80
70. Et poſuit illud in monumento ſuo novo, quod exciderat in petra. l.7.c.7.n.264

CAP. XXVIII.

2. Et ecce terræ motus factus eſt magnus, Angelus enim Domini deſcendit de cœlo. Præ timore autem ejus exterriti ſunt cuſtodes. l.7.c.17 n.59
4. Præ timore autem ejus exterriti ſunt cuſtodes & facti ſunt velut mortui. l.9 c.2.n.31
12. Conſilio accepto pecuniam copioſam dederunt militibus, dicentes, Dicite, quia diſcipuli ejus nocte venerunt, & furati ſunt eum, vobis dormientibus. l.8.c.16 n 106
13.& 15. Dicite, quia diſcipuli ejus nocte venerunt, & furati ſunt eum, vobis dormientibus At illi accepta pecunia. l.7.c.11.n.30.& l.8.c 4.n.71

Ex D. Marco.

CAP. I.

24. Scio, qui ſis, Sanctus Dei. Et comminatus eſt ei Jeſus. l.8.c.5.n. 101
34. Veſpere autem facto, cum occidiſſet Sol afferebantur ad eum omnes malè habentes. l.8. c.1 n.48
38. Eamus in proximos vicos, & civitates, ut & ibi prædicem, ad hoc enim veni. l.7.c 9.n.8

CAP. III.

11. Et ſpiritus immundi, cum illum videbant, procidebant ei, & clamabant dicentes, Tu es filius Dei. Et vehementer comminabatur eis, ne manifeſtarent i lum l.7.c.9

CAP. V.

7 Quid mihi, & tibi, Jeſu fili Dei altiſſimi? lib.7.c. 5.n.169

CAP. VI

8. Præcepit eis, ne quid tollerent in via, niſi virgam tantum. l.7.c.10.n.75
20 Herodes enim metuebat Joannem, ſciens eum virum juſtum, & ſanctum, & cuſtodiebat eū & audito eo, multa faciebat. l 7.c.11.n.84.& l.8.c.5.n 85
41. Acceptis quinque panibus, & duobus piſcibus, intuens in cælum, benedixit. l.8.c.3.n 45
45. Statim coëgit diſcipulos ſuos aſcendere navim ut præcederent eum transfretum. l.7.c.11.n.41
52. Erat cor eorum obcæcatum propter panes. l.8.c ..

CAP. VIII.

30. Comminatus eſt eis, ne cui dicerent de illo. l.7 c.5.n.119

CAP. XI.

49 Habete in vobis ſal, & pacem habete inter vos. l.7.c.9.n.24

CAP. X.

32. Præcedebat illos Jeſus, & ſtupebant l.7.cap.6. num.22
37. Da nobis, ut unus ad dexteram tuam, & alius ad ſiniſtram tuam ſedeamus. l.9.c 6 n.18
38. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibo? l.8. c.21.n.21

CAP. XIV.

33. Cœpit pavere, & tædere, & ait illis, Triſtis eſt anima mea. l.7.c.17.n.37

CAP. XVI.

1. Emerunt aromata, ut venientes ungerent Jeſum l.7.c.5.n.262
7. Dicite diſcipulis ejus, & Petro. lib.7.c.5 n.132. & l.9.c.1.n.40
19. Dominus quidem Jeſus, poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum, & ſedet à dextris Dei. l.7.c.5 n.40.

Ex D. Luca.

CAP. I.

23. Elizabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem. l.8.c.17.n.53
18. Unde hoc ſciam? Ego enim ſum ſenex, & uxor mea proceſſit in diebus ſuis. l.7 c.3.n.72
32. Regnabit in domo Jacob. l.7.c.5.n.60
35. Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi l. 7.c.13 n.38.& 75
38. Ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuum. l.8 c.3.n.84
42. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. l.8.c 17 n.82
43. Unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? l.9.c 5.n.80
46. Magnificat anima mea Dominum, & exultavit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. lib.8. c.18.n.72
78 Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitavit nos oriens ex alto. Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis ſedent l. 7.c 18.n.31

CAP. II.

7. Reclinavit eum in præſepio. l.7.c.7.n.264
9. Ecce Angelus Domini ſtetit juxta illos, & claritas Dei circumfulſit illos. l.8.c.3. n.197.& l. 9.c.5.n. 90
13. Et ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis, laudantium Deum, & dicentium, l.7.c 11.n 48
25. Et ecce homo erat in Jeruſalem, cui nomen Simeon, & homo iſte juſtus, & timoratus, & Spiritus ſanctus erat in eo. l.7. c.13.n.59
29. Nunc dimittis ſervum tuum, Domine. lib.8.c. 1.n.79 & c.22 n.50

CAP. IV.

29 Duxerunt illum uſque ad ſupercilium montis, ſuper quem civitas illorum erat ædificata, l.7.c.8 n.53
38. Introivit Jeſus in domum Simonis: ſocrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. l.7. c.11.n.95

CAP. V.

4. Laxate retia veſtra in capturam. l.9.c.6.n.14
6. Concluſerunt piſcium multitudinem copioſam, rumpebatur autem rete eorum. l.9. c.6. num.51
7. Et impleverunt ambas naviculas, ita ut penè mergerentur. l 9.c.6.n 53

CAP. VI.

12. Erat pernoctans in oratione Dei. l.7.c.19.n.35

CAP. VII.

37. Ut cognovit quod accubuiſſet in domo Phariſæi, attulit alabaſtrum unguenti, ſtans retrò ſecùs pedes ejus. l.7.c.18.n.47.& l.8.c
38. Stans retrò oſculabiatur pedes ejus. l. 9. cap.1. num.158
Stans retrò ſecus pedes ejus, lachrymis cœpit rigare pedes ejus, & unguento ungebat. l.7.c. 1.n.98
47. Dilexit multum. l.9 c.5.n.23

CAP. VIII.

2 De qua ſeptem dæmonia exierant lib..cap.5 n.106

38.Rogabat illum vir,à quo dœmonia exierāt,ut cum eo eſſet. l.9.c.5 n.7

55.Juſſit,illi dari manducare. l.7.c.8.n.180

CAP. IX.

31.Dicebant exceſſum ejus, quem completurus erat in Jeruſalem.l.8.c.22.n.7.& l.9 c.3.n.28

51.Factum eſt autem,dum complerentur dies aſſumptionis ejus, & ipſe faciem ſuam firmavit,ut iret in Jeruſalem. l 7.c.5.n.40.& l.8. c.1.n.13.

54.Domine, vis dicimus ut ignis deſcendat de cælo & conſumat illos? Et converſus increpavit illos dicens: Neſcitis, cujus ſpiritus eſtis.l.8. c.2.n.92

57.Sequar te,quocumque ieris. l 8 c.18.n.49

59. Sequere me.Ille autem dixit Domine,permitte mihi primùm ire,& ſepelire patrem meum l.9.c.18.n.77

CAP. X.

2.Meſſis quidem multa,operarii autem pauci.Rogate ergo Dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam. l 7 c.12.n 42

7.Dignus eſt operarius mercede ſua. lib. 7.cap.8. num 12

18.Videbam Satanam,ſicut fulgur,de cælo cadentem l 8.c.13 n.87

30.Homo quidam deſcendebat ab Jeruſalem in Jericho,& incidit in latrones, qui etiam deſpoliaverunt eum, & plagis impoſitis abierunt. l.8.c.10.n.20

CAP. XI.

5. Amice commoda mihi tres panes.lib. 8. cap.2. n.108.& l.9.c.8.n.58

29 Generatio hæc generatio nequam eſt. lib. 7.c. 3.n.14

CAP. XII.

7.Nolite timere:multis paſſeribus pluris eſtis vos, l.9.c.2.n.10

19.Dicam animæ meæ: Anima,habes multa bona poſita in annos plurimos requieſce,comede, bibe,epulare l.7.c.3.n.47

20.Stulte,hac nocte animam tuam repetent à te.l. 7.c.6 n.132.& l.8.c 3.n.47.

29. Et vos nolite quærere, quid manducetis, aut quid bibatis:Pater autem veſter ſcit, quoniam his indigetis. l.7.c.10.n.61

32.Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri veſtro,dare vobis regnum. lib. 7.cap.8. num.43

39. Si ſciret pater familias,qua hora fur veniret, vigilaret utique. l.7.c.11.n.29

42. Ut det illis in tempore tritici menſuram lib. 7.c.17.n.74

47.Qui cognovit voluntatem domini ſui, & non fecit ſecundum voluntatem ejus, vapulabit multis: qui autem non cognovit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. lib 7.c.5. n.264

49.Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi ut accendatur! l.7.c.14.n. 39

50 Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor,uſque dum perficiatur? l.8.c.1.n.11.& c.12 n.14

CAP. XIII.

31.Exi, & vade hinc, quia Herodes vult te occidere. l.8. c 9.n.10

19. Simile eſt regnum Cælorum grano ſinapis,

lib.9.cap.1.n.29

CAP. XV.

6.Convocat amicos,& vicinos, dicens illis; Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam; l.9 c.3.n.14

17.Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus? Ego autem hic fame pereo. Surgam,& ibo ad patrem meum. l.7. cap.7. n.77.& c.11.n 79 & l.9.c.10 n 23

18.Surgam,& ibo ad patrem meum, & dicam ei. Pater peccavi in cælum, & coram te, jam non ſum dignus vocari filius tuus. l.8.c.5.n. 97.& 159.& c.16 n.42

20.Cum adhuc longe eſſet, vidit illum pater, ipſius,& miſericordia motus eſt, & accurrens. l 7.c.5.n.51

22.Citò proferte ſtolam primam, & induite illum lib.7.c.1 n.20

23.Adducite vitulum ſaginatum, & occidite, & manducemus,& epulemur. l.7.c.7.n.17

29.Nunquam dediſti mihi hædum,ut cum amicis meis epularer. l 7.c.11.n.79

31 Fili omnia mea tua ſunt l.7.c.13.n.19

CAP. XVI.

6.Sede citò,ſcribe quinquaginta. l 8 c.3.n.31

20.Lazarus jacebat ad januam ejus,ulceribus plenus l.8.c.13.n.107

22 Factum eſt autem,ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ; mortuus eſt autem & dives, & ſepultus eſt in inferno. l.9 c.2.n.20

25.Filii recordare quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala.lib.9 c. 11.n.26.& c.18.n 50

29. Habent Myſen, & Prophetas, audiant illos l.9.c.2.n.110

CAP. XVII.

21.Ecce enim Regnum Dei intra vos eſt. l.7.c. 13.n.68

CAP. XVIII.

11.Non ſum,ſicut cæteri hominum, raptores, injuſti,adulteri. l.7.c.13.n.136

12.Jejuno bis in Sabbato, decimas do omnium quæ poſſideo. l 8.c.21 n.31

CAP. XIX.

5.Zachæe,feſtinans deſcende. l.8 c.12.n.9

8.Ecce dimidium bonorum meorum, Domine do pauperibus,& ſi quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. l.2.c.5 n 124

CAP. XXI.

37.Erat autem diebus docens in templo, noctibus verò exiens,morabatur in monte, qui vocabatur. Oliveti l.7.c 2.n.12

CAP. XXII.

15. Deſiderio deſideravi, hoc Paſcha manducare vobiſcum. l.7.c 5.n 91

14 Facta eſt contentio inter eos,quis eorum videretur eſſe major. l.7 c.5.n.174

36.Qui non habet vendat tunicam ſuam, & emat gladium. l.8 c.3 n.173

43.Apparuit illi Angelus de cælo, confortans eum l.7.c.5.n. 13

44.Factus eſt ſudor ejus, ſicut guttæ ſanguinis l.7.c.7.n. 5

53.Hæc eſt hora veſtra. l.7.c.5.n 31

58.Et poſt puſillum alius videns eum, dixit. Et tu de illis es? Petrus verò ait, O homo, non ſum. l.7.c.16.n.50

59. Et intervallo facto quaſi horæ unius, alius quidam affirmabat, dicens verè & hic cum illo

illo erat. l.7.c.1.n.47
71.Converſus Dominus, reſpexit Petrum. l.7.c.5. n.202

CAP. XXIII.

25. Jeſum tradidit voluntati eorum. l.9.c.9.n.31
1. Et ſurgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum. l.9.c.6.n.54
28.Nolite flere ſuper me. l.8.c 17.n.19
34.Pater dimitte illis:non enim ſciunt, quid faciunt. l.7.c.5.n.106
41.Nos quidem juſtè,nam digna factis recipimus, hic verò nihil mali geſſit. l.8.c 22.n 4.
42. Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum. l.7 c.5.n.55
43.Hodie mecum eris in paradiſo. l.7.c.11 n.19.
45.Et obſcuratus eſt Sol. l.8.c.21.n.13
46. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. l 7.c.5.n.72.& l.8.c. 17 n.80

CAP. XXIV.

25.O ſtulti, & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti ſunt Prophetæ.lib.8.cap.5. n.53.
27. Interpretabatur illis in omnibus ſcripturis.l.7. c. 17.n. 70
33.Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via? l.7.c.7 n.162

Ex D. Joanne.

CAP. I.

1.IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum l.7.c 5.n.54.& 83
11. In propria venit, & ſui eum non receperunt. l.7.c.5.n.68
14.Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis: & vidimus gloriam ejus gloriam quaſi unigeniti à Patre. l.7.c.5.n 84.& c.11.n.78
21.Ego neſciebam eum, ſed ut manifeſtetur in Iſraël,propterea veni ego. l.9 c.5.n.19
42. Tu es Sion filius Jona tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. lib.8. c.17.n.53. & c.18.n.23.& l.9.c.7.n 4

CAP. II.

4.Nondum venit hora mea. l 7.c.7.n.173
7 Implete hydrias aqua. l.8.c.1 n.46
9.Guſtavit Architriclinus aquam vinum factam. l.7.c 4.n.40
19.Solvite templum hoc,& in tribus diebus excitabo illud. l.9.c 9 n.10
25. Ipſe enim ſciebat, quid eſſet in homine.lib.7. c.5.n.75

CAP. III.

2.Hic venit ad Jeſum nocte. l.8 c.17.n.29
8.Spiritus ubi vult ſpirat:ſed neſcis, unde veniat, aut quò vadat. l.7.c.13.n.4
13.Nemo aſcendit in cælum,niſi qui deſcendit de cælo. l.8 c.20.n.53 & l 9 c.10 n.125
14.Sicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis. l.7 c.5. n.123.& l.8 c 10.n.58.& c.13.n.105
16.Sic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret. l.7.c 5.n.49 & 64
20.Omnis qui male agit, odit lucem, ut non arguantur opera ejus. l 8.c.3 n.185

CAP. IV.

13 Qui biberit ex aqua,quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. l. 7.c.7.n 36

CAP. V.

1 Erat dies feſtus Judæorum,& aſcendit Jeſus Jeroſolymam. Eſt autem Jeroſolymis Probatica piſcina. l 8.c.11.n.30
17.Pater meus uſque modò operatur,&ego operor l.7.c.19 n.19.73
19 Non poteſt Filius à ſe facere quidquam, niſi quod viderit Patrem facientem, quæcumque enim ille fecerit,hæc & Filius ſimiliter facit. l.7.c.5.n 21
23.Ut omnes honorificent Filium, ſicut honorificat Patrem qui non honorificat Filium non honorificat Patrem. l.7.c.19. n.65
34.Ego non ab homine teſtimonium accipio. l.7. c.16.n.29
43.Ego veni in nomine Patris mei, l.7 c.13.n.86.

CAP. VI.

14.Illi ergo homines cum vidiſſent quod Jeſus fecerat. l.9 c.9.n 38
6.Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis,ut unuſquiſque modicum quid accipiat. l 7 c.11.n.80
44.Nemo poteſt venire ad me,niſi Pater qui miſit me,traxerit eum. l.7.c.11.n.66.& c.13 n.43
53.Litigabant ergo Judæi ad invicem, dicentes, Quomodo poteſt hic,nobis carnem ſuam dare ad manducandum? l.8.c.8.n,33
56.Caro mea verè eſt cibus,& ſanguis meus verè eſt potus. l.7.c.2.n.141
57.Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet,& ego in illo. l.7. c.7.n.293
67.Ex hoc multi diſcipulorum ejus abierunt retrò,& jam non cum illo ambulabant. l.7.c.9. n.33
69 Reſpondit ei Simon Petrus Domine, ad quem ibimus?Verba vitæ æternæ habes:& non credimus, & cognovimus, quia tu es Chriſtus Filius Dei.l.7.c 7.n.251.& c.11.n. 83.& l 8. c.3.n.129
70. Nos credidimus, & cognovimus, quia tu es Chriſtus Filius Dei l.7 c.7.n.179.
71. Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis unus diabolus eſt? l.7.c.3.n.8.& l.8.c.3.n.66

CAP. VII.

8.Vos aſcendite ad diem feſtum hunc, ego autem non aſcendo ad diem feſtum iſtum quia meum tempus nondum impletum eſt. l.7.c. 5.n.16
16.Mea doctrina, non mea,ſed ejus,qui miſit me l.7.c.13.n 14
33.Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum:& vado ad eum, qui me miſit. Quæretis me,& non invenietis. l.7.c.9 n.3
46 Nunquam ſic locutus eſt homo. l.8.c.4.n.27

CAP. VIII.

12.Ego ſum lux mundi,qui ſequitur me non ambulat in tenebris,ſed habebit lumen vitæ.l.7 c.11.n.64
44.Ille in veritate non ſtetit, quia non eſt veritas in eo,cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax eſt & pater ejus. l.1. c.17.n.19
50.Ego non quæro gloriam meam, eſt, qui quærat,& judicet.l.7.c.13.n.25.& c.17 n.66.& c 19.n 65
56. Abraham pater veſter exultavit;ut videret diē meum,vidit,& gaviſus eſt. l.9.c.1.n.66

CAP IX.

11.Vade ad Natatoria Siloë, & lava lib.8.cap.16 num.73
10.Non eſt hic homo à Deo, qui Sabbatum non cuſtodit. l.8.c.17.n.5
22.Jam conſpiraverant Judæi,ut ſi quis eum conſiteretur,

ficeretur eſſe Chriſtum extra Synagogam fieret. l.7.c.16 n.33

C A P. XI.

3.Ecce quem amas,infirmatur. l.8.c.15 n.37

6.Manſit in eodem loco duobus diebus. l. 7 c.16. n.4

16.Eamus nos,ut moriamur cum eo. l.7.c.8.n.33

27.Et nemo novit filium,niſi Pater,neque Patrem quis novit niſi filius. l.9.c.7.n.102

33.Infremuit ſpiritu, & turbavit ſeipſum. l.7.c.6. n 10

39.Tollite lapidem. l.7.c.9.n.11

44.Et ſtatim prodiit, qui fuerat mortuus, ligatus pedes, & manus inſtitis,& facies illius ſudario erat ligata. l 9 c 1.n 40

56 Ut ſi quis cognoverit, ubi ſit, indicet, ut apprehendant eum. l.7. c.4.n.2. & 18.

C A P XII.

3. Maria ergo accepit libram unguenti, & unxit pedes Jeſu. l.n.7.c.4.33

6.Fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur,portabat. l.7.c.3.n.49.& c.6.n.103

9.Multi venerunt,non propter Jeſum tantum,ſed ut Lazarum viderent, quem ſuſcitavit à mortuis. l.7.c 1.n.13

24.Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit,ipſum ſolum manet.l 7.c.7.n.106

27.Anima mea turbata eſt. l.7 c.9.n.18

CAP. XIII.

8.Si non lavero te, non habebis partem mecum. l.9.c.10.n.53

1.Ante diem feſtum Paſchæ. l.7 c.6.n.135

Sciens Jesus,quia venit hora ejus.l.8.c 4.n.123

3.Sciens,quia omnia dedit ei Pater in manus. l.7. c.7 .n 153

21 Cum hæc dixiſſet Jesus, turbatus eſt Spiritu l.8.c. 3.n.43. & c.9.n.48

Amen, amen dico, vobis, quia unus ex vobis tradet me. l 9.c.8.n.21

23.Erat recumbens,unus ex diſcipulis ejus in ſinu Jesu,quem diligebat Jeſus. l 6.c.8.n.73

27.Poſt buccellam,introivit in eum Satanas. l.7. c.3.n.9 & l.8.c.10.n.85

30.Cum ergo accepiſſet ille buccellam,exivit continuo: Erat autem nox l.8. c. 9. n.49. & c.20.n.63

32.Deus clarificabit eum in ſemetipſo, & continuo clarificabit eum. l.7.c 5 n.135

36.Quo ego vado,non potes me modo ſequi ſequeris autem poſteà.l 8.c.16.n.108.& l.9.c. 7.n.58

C A P. XIV.

2.Vado parare vobis locum: In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.l.7.c.5. n.135. & l.9.

31.Sicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio l.7 c.5.n 42

CAP. XV.

1.Ego ſum vita vera. l.8.c.10.n.40

C A P. XVII.

1.Hæc locutus eſt Jesus, & ſublevatis oculis in cœlum dixit Pater. l.7.c.7.n.83

6.Pater: manifeſtavi nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de mundo, Tui erant, & mihi eos dediſti. l.7.c.5 n.34

Tui erant,& mihi eos dediſti. l 7.c.1.n.67-

CAP. XVIII.

4.Proceſſit Jesus & dixit eis.Quem quæritis?Reſponderunt ei:Ieſum Nazarenũ. Dixit eis Ieſus,Ego ſũ,& abierunt retrorsũ.l.7.c.6.n.113

5.Abierunt retrorſum,& ceciderunt in terram. l. 8 c.12.n.65

7.Iterum ergo interrogavit, eos Quem quæritis? Illi autem dixerunt, Jesum Nazarenum.l. 7.c.6.n.114

8.Si ergo me quæritis, ſinite abire. l.8.c.17 num 78

11.Calicem quem dedit mihi Pater, non bibam illum? l.8 c.2.n.90

15.Sequebatur autem Jeſum Simon Petrus, & alius diſcipulus, Diſcipulus autem ille erat notus Pontifici. l.9 c 8.n.31

CAP. XIX.

2.Milites plectentes coronam de ſpinis, impoſuerunt capiti ejus. l.8.c.1 n 42.

11.Non haberes poteſtatem adverſum me ullam, niſi tibi datũ eſſet deſuper.Propterea qui me tradidit tibi majus peccatũ habet. l.9 c.8.n.85

19.Jeſus Nazarenus,Rex Judæorum.l.9.c.11.n.68

26.Mulier ecce filius tuus. l.9.c.8.n.8.& 22.23 24.& 25

30.Cum accepit Jeſus acetum, dixit: Conſummatum eſt.Et inclinato capite tradidit Spiritum. l.7 c.5.n. 148. & l 8.c 13.n.22

Inclinato capite tradidit Spiritum. l.7.c.5.n.127.& l.8.c.17.n.47.

34.Unus militum lancea latus ejus aperuit. l.7.c. 5.n.149

C A P. XX.

11.Maria ſtabat ad monumentum foris, plorans dum ergo fleret, inclinavit ſe & proſpexit in monumentum. l.7 c 5.n.143.& c.16. n 4, c.17.n.14.& l.8.c.22.n 46

17.Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad Patrem meum. l 9.c.5.n.87

22.Inſufflavit,& dixit eis: Accipite Spiritum ſanctum l.7.c.13.n.71

25.Niſi videro in manibus ejus fixuram clavorum & mittam digitum meum in locum clavonon credam. l.8.c.20.n 70

C A P. XXI

7Dixit ergo diſcipulus ille, quem diligebat Jeſus, Petro Dominus eſt l.8.c.71.n.42

9.Viderunt prunas poſitas,& piſcem ſuperpoſitum tum,& panem. l.7.c.6.n.152

15.Simon Joannis diligis me plus his; Dicit ei, Etiam Domine,tu ſcis quia amo te. l.7.c.13. n.18 & l.8.c.5 n 34

16.Paſce agnos meos. l.8.c 17.n.48

17.Paſce oves meas. l.7.c.13.n 33

25 Quæ ſi ſcribantur per ſingula,nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos qui ſcribendi ſunt libros. l.7.c.5.n.155

Ex Actibus.

C A P. I.

4.ET conveſcens præcepit eis ab Jeroſolymis ne diſcederent. l.7.c.7.n.80

9.Videntibus illis elevatus eſt: & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.l.9.c.10.n.11 1.136.& 137

14.Hi omnes erant perſeverantes unanimiter in oratione cum mulieribus,& Maria matre Jeſu.l.8.c.17.n.37

21.Oportet ergo ex his viris qui nobiſcum ſunt congregati in omni tempore. quo intravit,& exivit inter nos Dominus Ieſus, teſtem reſurrectionis ejus nobiſcum fieri unum ex iſtis l.7.c.11.n.115

C A P. II.

1.Cum complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes pariter in eodem loco; & factus eſt

repentè de cœlo ſonus,tanquam advenientis Spiritus vehementis. l.7.c.12 n.32 & c.15 n.72

3. Apparuerunt illis diſpertitæ linguæ, tanquam ignis,ſeditque ſupra ſingulos eorum.l.7.c.3. n.21 & c.10.n.38.& c 13 n.40

4.Cœperunt loqui variis linguis. l.8.c.14 n.65

13.Quia muſto pleni ſunt iſti. l.7.c.9.n.19

15. Non enim ſicut vos æſtimatis, hi ebrii ſunt cum ſit hora diei tertia. l 8.c.1.n.75

33. Dextera igitur Dei exaltans, & promiſſione Spiritus ſancti accepta à Patre, effudit hunc quem vos videtis & auditis. l.7.c 17.n.39

CAP. III.

6.Petrus autem dixit, argentum, & aurum non eſt mihi, quod autem habeo, hoc tibi do In nomine Jeſu Chriſti Nazareni ſurge,& ambula. l.7.c.19.n.37.& l 8.c.20 n.16

17. Scio, quia per ignorantiam feciſtis ſicut & Principes veſtri. l.6.c.3.n.54

CAP. IV.

12. Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fier l.7.c 17.n.49

32.Multitudinis autem credentium erat cor meum & anima una;nec quiſquam eorum quæ poſſidebat,aliquid ſuum eſſe dicebat.l.7.c.19.n. 85.& c.20.n.73

34.Quotquot poſſeſſores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apoſtolorum. l.7.c.10.n.58

CAP V.

15.Ut umbra illius obumbraret quemquam illorum. l.9.c.10.n.79

3.Cur tentavit Satanas cor tuum. l.7.c.10.n.21

10.Confeſtim cecidit ante pedes ejus, & expiravit.l.7.c.17 n.18

Intrantes juvenes, invenerunt illam mortuam, & extulerunt,& ſepelierunt ad virum ſuum. Et factus eſt timor magnus in univerſa Eccleſia. l.7.c.17.n.64

30 Deus patrum noſtrorum ſuſcitavit Jeſum quē vos interemiſtis, ſuſpendentes in ligno. l.8. c.1.n.92

Quem vos interemiſtis,ſuſpendentes in ligno. l 8.c.13.n.56

41. Ibant gaudentes à conſpectu concilii, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Jeſu contumeliam pati. l.8.c.3.n.2.13

CAP. VI.

2.Non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei & miniſtrare menſis. l....c.1.n.98

3. Conſiderate ergo fratres viros ex vobis boni teſtimonii l.6.c.4.n.78

5.Elegerunt Stephanum. virum plenum fide, & Spiritu ſancto & Philippum.& Prochorum l 8 c.2.n.196

15.Intuentes eum omnes,qui edebant in concilio viderunt faciem ejus, tanquā faciem Angeli.l.7 c 15.n.18.& l.8.c.4.n.35.& 97

CAP. VII.

.Viri fratres,& patres audite.l.7.c.15.n.21.& 22. & l.8.c.3.n 57

51.Dura cervice,& incircumciſis cordibus,& auribus vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis. l. c.15.n.111

2.Quem Prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri? Et occiderunt eos qui prænunciabant de adventu Juſti. l.8.c.5.n.84

55.Intendens in cœlum vidit gloriam Dei,& Jeſum ſtantem à dextris Dei. l. 7.c.13 n.44.& 81.& l.9.c.2.n.73.& c.9.n.70

56.Exclamantes voce magna,continuerunt aures ſuas, & impetum fecerunt unanimiter in eum. l.6.c.5.n.94

CAP. VIII.

33.Locus Scripturæ quam legebat,erat hic.Tanquam ovis ad occiſionem ductus eſt,& ſicut agnus coram tondente ſe, ſine voce, ſic non aperuit os ſuum. l.8 c 1.n.78 & c.16.n.90

33. In humilitate judicium ejus ſublatum eſt l 7. c.1 n.44

CAP. IX.

3.Et cum iter faceret ,contigit, ut appropinquaret Damaſco,& ſubitò circumfulſit eum lux de cœlo.Et cadens in terram audivit vocem dicentem ſibi, Saül, Saül, quid me perſequeris? l.7.c.31 n.63

5.Quis es Domine? l.8 c.16.n.71

13 Domine,audivi à multis de viro hoc, quanta mala fecerit ſanctis tuis in Jeruſalem. lib.7. c.13 n.21.

16.Ego oſtendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. l. 7.c.17.n 91

31. Eccleſia conſolatione ſancti Spiritus replebatur. l.7.c.22.n.10

41.Dans autem illi manum,erexit eam. lib.9.c.5 n.103.

CAP. X.

12.In quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ. l.9.c.10 n.71

5.Mitte,& accerſi Simonem quendam,qui cognominatur Petrus. l.8.c.5.n.139

11 Vidit cœlum apertum,& deſcendens vas quoddam,in quo erant omnia quadrupedia,& ſerpentia terræ, & volatilia cœli. Et facta eſt vox ad eum:Surge,Petre occide,& manduca. l.8.c.1.n.67

13.Et facta eſt vox ad eum: Surge, Petre, occide, & manduca, l.7.c.10.n 35

38.Unxit eum Deus Spiritu ſancto.l.7.c. 16.n.24

41.Qui manducavimus,& bibimus cum illo, poſtquam reſurrexit à mortuis. l 9.c.4 n.58

CAP. XII.

12.Venit Petrus ad domum Mariæ matris Joannis qui cognominatus eſt Marcus. l.7.c.4.n 28

CAP. XIII.

22. Inveni David filium Jeſſe, virum ſecundùm cor meum,qui faciet omnes voluntates,meas l.7.c.5.n.22.& l 8.c.16.n 8

32.Et nos vobis annunciamus eam, quæ ad patres noſtros repromiſſio facta eſt. l.8.c 14.n.44

CAP XVI.

24 Miſit eos in interiorem carcerem & pedes eorum ſtrinxit ligno. l.8.c.10.n.29

25.Media autem nocte Paulus, & Silas orantes laudabant Deum. Subito verò terræ motus factus eſt magnus. l.7.c.19.n.8

37.Cæſos non publice indemnatos homines Romanos miſerunt in carcerem. l.8.c.10.n.30

CAP XXI.

13. quid facitis flentes,& affligentes cor meum? l.8.c.17.n.18

20. Vides frater, quot millia ſunt in Judæis quī crediderunt. l.8.c.9.n.45

CAP. XXIII.

5 Neſciebam, fratres, quia Princeps eſt Sacerdotum. Scriptum eſt enim: Principem populi tui non maledices l.8.c.4.n 51

11. Conſtans eſto, ſicut enim teſtificatus es de me in Jeruſalem, ſic te oportet & Romæ teſtificari. l.7.c.1 n.79

21 Inſidiantur Paulo ex eis viri amplius quadraginta qui ſe devoverunt, non manducare, neque bibere, donec interficiant eum. l.8.c 4.n. 66

CAP. XXV.

9. Vis Jeroſolymam aſcendere, & ibi de his judicari apud me? l.7.c.16.n.39.

CAP. XXVIII.

5 Et ille quidem excutiens beſtiam in ignem, nihil mali paſſus eſt. l.9.c.10 n.87

Ex Epiſt. ad Rom:n

CAP. I.

4. QUi prædeſtinatus eſt filius Dei ſecundùm Spiritum ſanctificationis. l.9.c 9.n.17

CAP. III.

25. Quem propoſuit Deus propitiationem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem juſtitiæ ſuæ propter remiſſionem præcedentium delictorum. l.8 c 1.n.73

CAP. IV.

19 Nec conſideravit corpus ſuum emortuum cum jam ferè centum eſſet annorum, & emortuam vulvam Saræ. l.7.c.7.n.247

CAP. V.

4. Gloriamur in tribulationibus, ſcientes quòd tribulatio patientiam operatur. l.8.c 5.n.121

5. Spes autem non confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis. l.7.c.13 n 112

6. Ut quid Chriſtus pro impiis mortuus eſt? Vix enim pro juſto quis moritur, nam pro bono forſitan quis audeat mori. l.7.c.15 n.42

81. Commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. l. 8. c. 1.n.33

17. Si unius delicto mors regnavit per unum, multò magis abundantiam gratiæ, & donationis, & juſtitiæ accipientes, in vita regnabunt per unum Jeſum Chriſtum. l 8.c.1.n.46

20. Ubi abundavit delictum, ſuperabundavit gratia l.7.c.5.n.21

CAP. V.

3. An ignoratis, quia quicumque baptizati ſumus in Chriſto Jeſu, in morte ipſius baptizati ſumus? l.8 c...n 53

CAP. VIII.

3. Deus Filium ſuum miſit in ſimilitudinem carnis peccati. l 9.c.7.n 23

De peccato damnavit peccatum. l.8 c.5.n.38

15. In quo clamamus, Abba Pater. l.8.c 1.n.67

17. Si autem filii, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. l.7.c.20.n.113

Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti, ſi tamen compatimur, & conglorificemur. l.7.c.8

29. Quos præſcivit, & prædeſtinavit conformes fieri imaginis Filii ſui, ut ſit ipſe primogenitus Filii ſui, ut ipſe primogenitus in multis fratribus Quos, autem prædeſtinavit, hos & vocavit, & juſtificavit. l.7 c.14 n.17

Qui proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. l.8.c.3.n.62

CAP. IX.

3. Optabam ego ipſe, anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis l.7.c.11.n.22

7. Ut oſtendam in te virtutem meam. lib.7.c.6. n.147

CAP. X.

1. Teſtimonium perhibeo illis, quod æmulationem Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam. l.7.c.16.n.54

CAP. XII

1. Obſecro vos per miſericordiam Dei ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viventem. l.7. c.11.n.18.

3. Non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. l.7.c.4.n.210

15. Flere cum flentibus. l. 8.c 4.n.140

CAP. XIII.

8. Qui diligit proximum, legem implevit. Nam, Non adulterabis, &c. Et ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo inſtauratur, Diliges proximum tuum. l.7.c.15 n.12

10. Plenitudo legis eſt dilectio l.8.c.15.n.14

CAP. XIV.

6. Nemo enim noſtrum ſibi vivit, & nemo ſibi moritur. Sive enim vivimus, Domino vivimus, ſive morimur, Domino morimur. l.7.c. 7.n.290

CAP. XV.

1. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum ſuſtinere, l.7 c.9.n.12

4. Chriſtus non ſibi placuit. l 7 c.5 n.66. & l 9.c.8. n.17

Ex 1 ad Corinth.

CAP. I.

25. QUia quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus, & quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus. l.8.c.1.n.20

CAP. II.

2. Non judicavi me ſcire aliquid inter vos, niſi Jeſum Chriſtum, & hunc crucifixum. l.8.c.1. num.62

3. Si cognoviſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. l 8.c...

16. Nos autem ſenſum Chriſti habemus. l.7.c.19. n 77

CAP. III.

1. Ego fratres non potui vos loqui, quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus. Tanquam parvulis in Chriſto, lac vobis potum dedi, non eſcam. l.7.c.17.n.8.& c.19.n.77

CAP. IV.

1. Sic nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei. l.7.c.8 n.21

4. Nihi mihi conſcius ſum l.7.c.16.n 56

5. Nolite ante tempus judicare, quoad uſque veniat Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum. l.7 c.6.n.41

9. Puto, quod Deus nos Apoſtolos noviſſimos oſtendit, tanquam morti deſtinatos, quia ſpectaculum facti ſumus mundo, & Angelis, & hominibus. l.8.c.11.n.3

12. Laboramus operantes manibus noſtris. l.7.c.10. n.65

CAP. IX.

23. Omnibus omnia factus ſum, ut omnes facerem ſalvos. l.7.c.14.n.13.& l.8 c.3.n 24

24 Sic currite, ut comprehendatis l.7.c 19.n.32.

26. Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum. l.9.c. 2.n.12

CAP. X.

4. Bibebant autem ſpirituali, conſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus. l.7 c.7.n.227

16. Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt. l.7. c.7 n.191. & 294

CAP

CAP. XI.

18.Convenientibus vobis in Eccleſiam, audio, ſciſſuras inter vos,& ex parte credo.l.8.c 20 n.80

23.Dominus Jesus in qua nocte tradebatur. lib.7. c.5.n.7

24 Hoc eſt corpus meum,quod pro vobis tradetur,hoc facite in meam commemorationem l 7 c.5.n.76.& c.7.n.55. & 164

25 Hic calix novum teſtamentum eſt in meo ſanguine. l.7.c 7.n 239

26. Quotieſcumque enim manducabitis panem hunc,& calicem bibetis mortem Domini annunciabitis. l 7.c.5.n.17. & l.8.c.160

CAP. XII.

13.In uno Spiritu omnes nos. l.7.c.20.n 73

CAP. XV.

12.Si autem Chriſtus prædicatur, quod reſurrexit à mortuis,quomodo quidam dicunt in vobis,quoniam reſurrectio mortuorum non eſt? l.9.c.1.n.12

41.Stella à ſtella differt in claritate ,ſic & reſurrectio mortuorum. l.7.c.11 n.18

49.Sicut portavimus imaginem terreni,portemus imaginem cœleſtis. l.8.c.11.n 79

6.Deinde viſus eſt pluſquam quingentis fratribus ſimul. l.9 c.9.n. 1

CAP. XVI.

6.& 8.Apud vos forſitan manebo, vel etiam hyemabo : permanebo autem Epheſi uſque ad Pentecoſten. l 8.c.5.n.73

Ex 2. ad Corinth.

CAP. I.

3.PAter miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra.l.7 c.5.n.51.& c.12 n.10 & c 20.n 69

CAP. III.

7.Ita ut non poſſent intendere filii Iſraël in faciem Moyſis propter gloriam vultus ejus.l.7.c.7 n 261

14.Obtuſi ſunt ſenſus eorum, uſque in hodiernum enim diem,idipſum velamen in lectione veteris teſtamenti manet non revelatum l 8.c.4.n 141 & 145

CAP. IV.

6. Qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere. l.8, n.41

CAP V.

14. Charitas Chriſti urget nos, æſtimantes hoc, quoniam pro omnibus mortuus eſt Chriſtus ut,& qui vivunt, jam non ſibi vivant ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt.l.8.c.1.n.76.& l.9. c.1.n.39

17.Si qua ergo in Chriſto nova creatura.l.7.c.19. n 72

20.Pro Chriſto legatione fungimur,tanquam Deo exhortante per nos.l.7.c.12.n.6.& l.9.c.4.n. 85

CAP. VI.

7.In virtute Dei per arma juſtitiæ à dextris, & à ſiniſtris. l.7.c.20.n.71

10.Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes, ſicut egentes, multos autem locupletantes, tanquam nihil habentes,& omnia poſſidentes, l.7.c.18.n 60

CAP. VIII

9.Scitis gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cum eſſet dives ut illius inopiæ vos divites eſſetis.l.8.c.13 n.44

CAP. XI.

6.Nam & ſi imperitus ſermone, ſed non ſcientia l.7.c.1.n.9 n.78

23 In laboribus plurimis,in carceribus abundantius,in plagis ſupra modum in mortibus frequenter. l.7. c.16.n 565

24.A Judæis quinquies, quadragenas una minus accepi. l.8 c.10.n 45

27. In fame, & ſiti,in jejuniis multis, in frigore, nuditate. l.7.c.10.n.65

CAP. XII.

4.Raptus eſt in Paradiſum,& audivit arcana verba,quæ non licet homini loqui. l.9.c.8.n.9

7.Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, Angelus Satanæ qui me colaphizet. Propter quod ter Dominum rogavi ut diſcederet àme, & dixit mihi:Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur l.7.c.14.n 45.& c.19 n.40

Ex Epiſt. ad Galat.

CAP. I.

1.PAulus Apoſtolus non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Jeſum Chriſtum. l.9.c.3.n.52

6.Miror, quod ſic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocavit in gratiam Chriſti in aliud Evangelium. l.8.c.7.n 47

8.Licet Angelus de cœlo evangelizet vobis, præterquam quod evangelizavimus vobis,anathema ſit. l.8.c. 3.n 164

CAP. II.

2.Aſcendi Jeroſolymam ſecundùm revelationem, & contuli cum illis Evangelium. lib.7.c.20, n.73

9.Cum cognoviſſent gratiam quæ data eſt mihi, Jacobus,& Cephas,& Joannes qui videbantur columnæ eſſe, dextras dederunt mihi,& Barnabæ ſocietatis. l. 8.c. 3.n.182

19.Chriſto confixus ſum cruci. Vivo autem jam non ego:vivit verò in me Chriſtus. l.7.c.8. n.51.& l.8.c.13.n.115.

20.In fide vivo filii Dei qui dilexit me,& tradidit ſemetipſum pro me. l.8.c.18 n.59, Qui dilexit me,& tradidit ſemetipſum pro me l 7.c 2.n.6.& c 5.n.49.& l 8.c.1.n.62

CAP. III.

1. O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinavit, non obedire veritati,ante quorum oculos Jesus Chriſtus præſcriptus eſt in vobis crucifixus? l.7.c.8.n 51

13.Chriſtus nos redemit de maledicto legis,factus pro nobis maledictum. l.8.c.13.n.82

CAP. IV.

4.Ubi venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum. l.7.c.5.n.21.& c.14.n.23

5.Ut adoptionem filiorum reciperemus. l. 7. c.9. num.13

CAP. VII.

1. Fratres, ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,vos qui ſpirituales eſtis, hujuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis. l. 7.c.17. num.68

8. Qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem,qui autem ſeminat in Spiritu, de Spiritu metet vitam æternam. l. 7.c. 14 n 54

15.Ut ſimus nova creatura. l.7.c.9.n.11.

17. Ego ſtigmata Domini Jesu in corpore meo porto. l.7.c.8.n.51

Ex

Ex Epiſt. ad Epheſ.

CAP. I.

22. ET ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam quæ eſt corpus ipſius. l.8.c.17.n.90

CAP. II

4 Propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos l.7.c 5 n 49

18. Per ipſum habemus acceſſum ad Patrem. l. 7. c. 11.n 49

CAP. III.

10 Ut innoteſcat principatibus, & poteſtatibus per Eccleſiam. l.9.c.8.n.47

CAP. IV.

1. Obſecro itaque vos ego vinctus in Domino, ut dignè ambuletis vocatione, qua vocati eſtis l.7 c.16.n.41

3. Solicit ſervare unitatem Spiritus in vinculo pacis. l.7.c.9.n.22

8. Aſcendens in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. l 7 c.7.n 22

10. Qui deſcendit ipſe eſt & qui aſcendit. l. 9 c.4. n 51.

11. Dedit quoſdam Apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios verò Evangeliſtas, alios autem Paſtores, & Doctores. l.9 c.8.n.20.

24. Qui ſecundum Deum creatus eſt in juſtitia, & ſanctitate veritatis. l.8.c.20.n.89

CAP. V.

2. Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis l.7.c.2.n.6

3. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut avaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertineat. l 7.c.3.n.48

18. Implemini Spiritu ſancto; loquentes vobiſmetipſis in Pſalmis & Hymnis. l 7.c.7.n.298

27. Ut ſit ſancta & immaculata. l.7.c.5.n.233

32. Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia. l.7.c. 16 n.46

CAP. VI.

11 Induite vos armaturam Dei. l.7.c.7.n.94

12. Non eſt nobis colluctatio adverſus carnem, & ſanguinem; ſed adverſus Principes, & poteſtates, adverſus mundi rectores tenebrarum harum. l.7 c.13.n.137

14. State ergo ſuccincti lumbos veſtos in veritate l.7.c.10 n 89

18. Per omnem orationem, & obſecrationem orantes omni tempore. l.8.c.2.n.66

Ex Epiſt ad Philipp.

CAP. I.

29 VObis donatum eſt pro Chriſto, non ſolum ut in eum credatis, ſed ut etiam pro illis patiamini. l 7.c.16.n.45

CAP. II.

2. Implete gaudium meum. l 7.c.19.n.49

4. Non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes. l.9.c.3. n.74.

5. Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Jeſu. l.8 c.13.n.103

6. Non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo l 7.c.13.n.120

7. Semetipſum exinanivit. l. 7. c.5.n.124. & l. 8. c.13.n 45

8. Humiliavit ſemetipſum factus obediens uſque ad mortem mortem autem crucis. l.7.c.13. n 124.& l. 8.c.13.n.96

11. Omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris. l.8.c 14 n.65

CAP. III.

7. Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta, propter eminentem ſcientiam Jeſu Chriſti l.7.c.20.n.28

12. Sequor autem, ſi quomodo comprehendam, in quo & comprehenſus ſum à Chriſto Jeſu. l.7.c.9.n.32

CAP. IV.

4. Gaudete in Domino ſemper. l.7.c.19 n.50

5. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus, Dominus prope eſt. Nihil ſoliciti ſitis ſed in omni oratione, & obſecratione, cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum. l.7. c.19.n.7

7. Pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras. l.7 c.13 n.104

Ex Epiſt. ad Coloſſen.

CAP. I.

10. UT ambuletis dignè Deo per omnia placentes. l.7.c.5.n.334

24. Gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea. l.7.c.15.n.89

CAP. II.

3. In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi. l.8.c.11.n.78

15. Expolians principatus, & poteſtates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in ſemetipſo. l.8.c.1.n. 38

CAP. XIII.

1. Conſurrexiſtis cum Chriſto. l.7.c.7.n.183

Quæ ſurſum ſunt, quærite ubi Chriſtus eſt l. 9.c.2.n.80

12. Induite vos ſicut electi Dei ſancti, & dilecti viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, ſuper omnia autem hæc, charitatem habete quæ eſt vinculum perfectionis. l.7.c. 15.n.13

Ex 1. ad Theſſalonic.

CAP. IV.

16. DEinde nos qui vivimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obviam Chriſto in aëra. l.8.c.4.n.102

Ex 1. ad Timoth.

CAP. II.

1. UNus mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Jeſus. l.8.c.16.n.69

CAP. III.

11 Oportet Epiſcopum non eſſe percuſſorem. l. 7. c.6.n.42.& c 17.n.45

16 Magnum pietatis Sacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne, creditum eſt in mundo aſſumptum eſt in gloria. l.7.c.5 n 10

CAP. VI.

16. Qui lucem inhabitat inacceſſibilem. l.7 c.15. n.62

Ex 2. ad Timoth.

CAP. II.

19. COgnovit Dominus qui ſunt ejus. l.7.c.5. n.68

CAP. IV.

5. Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Evangeliſtæ. l.9.c.3.n.53

Ex Epiſt. ad Titum.

CAP. I.

1. UT conſtituas per civitates Presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. l.9 c.7.n.14

16. Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. l.7.c.1.n.58.& l 8.c.5.n.63

CAP.

CAP. II.

14.Qui dedit ſemetipſum pro nobis, ut nos redimeret ab iniquitate. l.8 c.2 n.10

Ex Epiſt. ad Hebræos

CAP. I.

1.VEnit purgationem peccatorum faciens. l 8. c.3.n 204

CAP. II.

9.Eum autem, qui modico quam Angeli minoratus eſt, videmus Jeſum propter paſſionem mortis, gloria, & honore coronatum. l.8 c.2.n.151

Ut gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem.l. 7 c.5 n.32

16.Nuſquam Angelos apprehendit.l.8c. 14.n.90

CAP. IV.

12.Vivus eſt ſermo Dei,& efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens uſque ad diviſionem animæ. l.7.c.14 n 31

CAP. V.

2 Pontifex qui condolere poſſit iis qui ignorant, & errant, quoniam & ipſe circundatus eſt infirmitate l.7.c.5 n 56

4.Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.l.9.c.6.n.19

7.Qui in diebus carnis ſuæ preces, ſupplicationéſque ad eum, qui poſſit illum ſalvum facere à morte cum clamore valido, & lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reverentia l.7.c.19.n.25 & l 8 c.18.n.62.& 63

Cum clamore valido, & lachrymis offerens l. l 8.c.11.n.60

CAP. VII.

1. & 3. Melchiſedech Rex Salem, Sacerdos Dei ſummi, &c.ſine patre, ſine matre, ſine genealogia. l.9.c.7.n.9.

3.Sine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, aſſimilatus autem filio Dei. l.7.c.7.n.156

CAP. IX.

4. Urna aurea habens manna, & virga Aaron, quæ fronduerat l.7.c 3.n 28

15 Et ideò novi teſtamenti mediator eſt, ut morte incedente in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento. l.7.c.7.n.230

16.Ubi enim teſtamentum eſt,mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris, Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt, alioquin nondum valet,dum vivit,qui teſtatus eſt. l.7.c.20.n.11

17. Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt. l 7.c.7.n.231

20.Hic ſanguis teſtamenti, quod mandavit ad vos Deus. l.7.c.7.n 234

CAP. X.

5.Ingrediens mundum dixit, Hoſtiam,& oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi l.8. c.13 n.97.& 99

Corpus autem aptaſti mihi. l.7 c 7 n.101

19. Habentes fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti, qui initiavit nobis viam novam. l.7.c.11.n.53

22.Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei. l.7.c.19 n.68

CAP. XI.

4.Fide plurimam hoſtiam Abel, quàm Cain, obtulit Deo. l.7 c.7.n.172

11.Fide & ipſa Sara ſterilis virtutem in conceptionem ſeminis accepit. l.9.c.1.n 125

25.Magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere jucunditatem. l.8.c.5.n.115

36 Alii verò ludibria, & verbera experti. l.8.c.10 n 20

39.Non acceperunt repromiſſionem, ut non ſine nobis conſummarentur. l.8.c.19 n. 61

CAP. XII.

2. Qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta.l.7.c 6.n.25 & l.3.c. ..

3.Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus adverſum ſemetipſum contradictionem ut ne fatigemini. l.8.c 19.n.59

24 Teſtamenti novi mediatorem Jeſum, & ſanguinis aſperſionem melius loquentem, quam Abel. l.7.c.5.n.77

CAP. XIII.

16.Beneficentiæ & communionis nolite obliviſci, talibus enim hoſtiis promeretur Deus. l.7.c.7.n.224

Ex Epiſt. Iacobi.

CAP. I.

1. PAtientia opus perfectum habet, lib.9.cap.3. n.76.

6.Poſtulet autem in fide nihil hæſitans. l.7.c.19. n.10

7. Non ergo æſtimet homo ille, quod accipiat aliquid à Domino. l.7.c.19.n.16

19.Sit omnis homo tardus ad loquendum, & tardus ad iram. l.9.c.5.n.35

CAP. IV.

3.Petitis,& non accipitis, eo quod malè petatis. l.7 c.19.n.39

CAP. V.

11. Sufferentiam Job audiſtis, & finem Domini vidiſtis. l.7.c.5.n.79

13.Triſtatur aliquis veſtrum,oret. l.8.c.2.n.65

Ex Epiſt. 1.Petri.

CAP I.

8.IN quem nunc quoque non videntes creditis:credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili. l.7.c 18 n.61

CAP. II.

2 Sicut modo geniti infantes, lac concupiſcite. l.7.c.8.n.43

21.Chriſtus paſſus eſt pro nobis, nobis relinquens exemplum,ut ſequamini veſtigia ejus. l.7.c. 8.n.52

24.Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum. l.8.c.12.n.33

CAP. IV.

11.Si quis loquitur, quaſi ſermones Dei, ſi quis miniſtrat tanquam ex virtute, quam adminiſtrat, Deus, ut in omnibus honorificetur Deus per Jeſum Chriſtum. l.7.c.14.n.75

CAP. V.

3. Neque ut dominantes in cleris, ſed forma facti gregis. l.7.c 8.n.22

Ex Epiſt 2. Petri.

CAP. I.

18 CUm eſſemus cum ipſo in monte ſancto. l.9 c.1 n.87

19.Habemus firmiorem propheticum ſermonem l.9.c.10.n. 52

Ex Epiſt. 1. Ioannis.

CAP. II.

1. ADvocatum habemus apud Patrem, Jeſum Chriſtum juſtum. l.7.c.12.n.4

18.Filioli, noviſſima hora eſt. l.9. c.6.n.10

CAP. III.

2. Scimus, quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus

erimus. l.9.c.6 n.19

15.In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere.lib.7. c.15.n.30 & l.9.c.7 n.54

18. Non diligamus verbo, neque lingua,ſed opere,& veritate. l.7.c.9.n.9

CAP. IV.

10. Ipſe prior dilexit nos l.7.c.13.n3.

CAP V.

6.Hic eſt, qui venit per aquam,& ſanguinem Jeſus Chriſtus: non in aqua ſolum, & in aqua,& ſanguine. l.7.c.4.n.39.

7.Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo. Pater Verbum,& Spiritus ſanctus, & hi tres unum ſunt. l 7.c.16.n.23

Ex Epiſt. 2. Ioannis.

12.Spero, me futurum apud vos, & os ad os loqui,ut gaudium veſtrum plenum ſit l.7.c.19.n.49

Ex Apocalypſi.

CAP. I.

1. Apocalypſis Jeſu Chriſti,quam dedit Deus, palam facere ſervis ſuis l.7.c.18 n.43

5.Primogenitus mortuorum, & Princeps Regum terræ. l.7.c 5.n.24 & l 8.c 1.n.45

Qui dilexit nos,& lavit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. l.7.c.7 n.262 & c.8.n.49

9.Ego Joannes frater veſter,& particeps in tribulatione,& regno,& patientia in Chriſto Jeſu. l.7.c 16.n.18

13. In medio ſeptem candelabrorum aureorum ſimilem filio hominis,veſtitū podere,& præcinctum ad mammillas zona aurea. l.7.c 5. n 116.& c.7.n. 156

14. Caput ejus, & capilli erant candidi tanquam lana alba. l.8.c.4 n.10

16.Et habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem. l.8. c.20.n 24.& l.9.c.8 n.35

17.Et cum vidiſſem eum,cecidi ad pedes ejus.l 9. c.8.n.15.& 46

CAP. II.

1.Scio opera tua,& laborem,& patientiam tuam. l.7.c.5.n.236

7. Qui habet aurem audiat, quid Spiritus dicat Eccleſiis. l.7.c.13.n.87

17. Vincenti dabo manna abſconditum lib.7.c.7. n 193.& c.12.n.12

Vincenti dabo manna abſconditū, & dabo illi calculum candidum.l.7 c.7.n.293.& c.8.n.48

Vincenti dabo manna abſconditum,& dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen novum ſciptum quod nemo ſcit.l. 7.c.7. n.261

Vincenti dabo calculum candidum, & in calculo nomen novum. l.8.c.16.n.133

CAP. III.

11. Ecce venio citò: tene quod habes ut nemo accipiat coronam tuam. l.7.c.3.n 25.& c.12 n,28

12.Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei. l.7.c.18.n.7

14 Hæc dicit Amen,teſtis fidelis,& verus.l.7.c.18. n.46

15.Scio opera tua,quia neque frigidus es neque calidus:utinam frigidus eſſes, aut calidus:ſed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te evomere ex ore meo.l.8.c.5.n 64

18.Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum ut locuples fias, & veſtimentis albis induaris. l.7.c.7.n.202

19.Ego quos amo,arguo. l.7.c.17.n.44

CAP. IV.

2 Et ecce ſedes poſita erat in cœlo ſupra ſedem ſedens. l.9.c.8.n.66

3. Et qui ſedebat ſimilis erat aſpectui lapidis jaſpidis,& ſardinis: & iris erat in circuitu ſedis ſimilis viſioni ſmaragdinæ. l 9.c.1.n.106

4.Et in circuitu ſedis ſedilia viginti quatuor, & ſuper thronos viginti quatuor ſeniores ſedentes. l.7.c.11.n.38.& l.9.c.4.n.79

6.Et in conſpectu ſedis tanquam mare vitreum. l.7.c.5.n.13

Et in medio ſedis, & in circuitu ſedis quatuor animalia plena oculis, ante, & retro.l.8.c. 15 n 63 & c. 12.n 98

7.Et animal primum ſimile leoni, & ſecundum animal ſimile vitulo & tertium animal habens faciem quaſi hominis l, 9.c 1.n.12 & 13

Et quartum animal ſimile aquilæ volanti.l 9.c. 8.n.14

10. Mittebant coronas ſuas ante thronum. l.9.c.1. n.10.& l 9.c. 10 n.130

18. Sanctus Sanctus Dominus Deus omnipotens. l.9.c.9.n 52

CAP. V.

1.Vidi in dextera ſedentis ſuper thronum, librum ſcriptum intus,& foris, ſignatum ſigillis ſeptem.l.7,c.6.n.182.183.184.185.186.& 187 & l.9.c 1.n.2

6. Et vidi: & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio ſeniorum agnum ſtantem tanquam occiſum,habentem cornua ſeptem,& oculos ſeptem,l.7.c.13 n.88.& l.9. c.5.n.12

Vidi agnum ſtantem tanquam occiſum,habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem Spiritus Dei miſſi in omnem terram. l.7.c.13.n.119

Et vidi: & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio ſeniorum agnum ſtantem tanquam occiſum,& venit, & accepit de dextera ſedentis in throno librum.l.8, c.13.n.116.& l.7.c 8.n. 97

8.Et viginti quatuor ſeniores ceciderunt coram Agno. l.8.c.13 n.77

Habentes ſinguli cytharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes Sanctorum, l.8.c 1.n.5.& c.13 n 109

9.Cantabant canticum novum dicentes: Dignus es, Domine, accipere librum, & aperire ſignacula ejus. l.7.c.7 n 142

12. Dignus eſt Agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem & divinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem. l.7.c.5 n.65.& c.19.n.48

CAP. VI.

11.Dictum eſt illis,ut requieſcerent adhuc tempus modicum,donec compleantur conſervi eorum. l.7 c.18.n.12

CAP. VII.

1. Agnus, qui in medio throni eſt, reget illos, deducet eos ad vitæ fontes aquarum. l. 7. c. 18.n.74

CAP. VIII.

1.Cum aperuiſſet ſigillum ſeptimum, factum eſt ſilentium in cœlo quaſi media hora l.7.c.18 n.108

3.Et alius Angelus venit, & ſtetit ante altare,habens thuribulum aureum: & data ſunt illi incenſa multa, ut daret de orationibus Sanctorum

ſctorum. l.7.c.9 n.24.

4. Aſcendit fumus incenſorum de orationibus Sanctorum, l.7.c.19.n.23

CAP. X.

7. In diebus vocis ſeptimi Angeli, cum cœperit tuba canere conſummabitur myſterium Dei. l.7.c.18.n. 62

11. Oportet te iterum prophetare gentibus, & populis, & linguis, & Regibus multis, lib. 7. c.1.n.17.

CAP. XI.

2. Artium autem, quod eſt foris templum, ejice foras. l 7 c.19.n.69

CAP. XII.

5. Raptus eſt filius ejus ad Deum. l.9.c.10. n.113

1. Signum magnum apparuit in cœlo: Mulier amicta Sole. l.8.c.17.n.94

6. Et mulier fugit in ſolitudinem, ubi habebat locum paratum à Deo, ut ibi paſcant eam. l.7. c.14. n 41

10. Nunc facta eſt ſalus, & virtus, & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti ejus, quia projectus eſt accuſator fratrũ noſtrorum. l.7.c.6.n 151

17. Et iratus eſt draco in mulierem, & abiit facere prælium cum reliquis de ſemine ejus, qui cuſtodiunt mandata Dei, & habent teſtimonium Jeſu Chriſti. l.7.c.19.n.67

CAP. XIII.

5. Datum eſt ei os loquens magna, & blaſphemias, & data eſt ei poteſtas facere menſes quadraginta duos. l.7.c.18.n.23

CAP. XIV.

1.&.4. Et vidi: & ecce Agnus ſtabat ſuper montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia. Hi ſequuntur Agnum quocumque jerit. l.8.c.25.n.104

CAP. XVII.

4. Et mulier erat circumdata purpura, & coccino & in aurata auro, & lapide pretioſo, & margaritis habens poculum aureum in manu ſua, plenum abominatione, & immunditia, fornicatio ejus. l.7.c.19.n.90

CAP. XVIII.

3. Quia de vino iræ fornicationis ejus biberunt omnes gentes, & Reges terræ cum illa fornicati ſunt. l 8.c.4.n.76

CAP. XIX.

1 Poſt hæc audivi quaſi vocem turbarum multarum in cœlo dicentium. Alleluia. l 7.c.18 n 56

4. Et adoraverunt Deum ſedentem ſuper thronum dicentes, Amen Alleluya. l.7.c.17.n.34.

6. Alleluya, quoniam regnavit Dominus Deus noſter omnipotens. Gaudeamus, & exultemus l.9 c 1.n.84

10 Et cecidi ante pedes ejus, ut adorarent eum. Et dixit mihi, vide ne feceris, conſervus tuus ſum. l.7.c.5 n.178. & l.9.c 8.n.28.& 43

11. Et vidi cœlum apertum. l.9.c 8.n.9

12. Oculi ejus ſicut flamma ignis, & in capite ejus diademata multa, habens nomen ſcriptum quod nemo novit, niſi ipſe. l 9.c.3.n.100. & c.8.n.10

17. Et vidi unum Angelum ſtantem in Sole, & clamavit voce magna, dicens omnibus avibus quæ volabant per medium cœli, Venite, & congregamini ad cœnam magnam Dei. l.7.c.7.n.119.& l.9.c 2.n.75

Venite, & congregamini ad cœnam magnam Dei, ut manduceris carnes Regum. lib.7.c.7. n 34

CAP. XXI.

9 Veni, & oſtendam tibi ſponſam, uxorem Agni. l 7.c.9 n.19

19. Et fundamenta muri civitatis omni lapide pretioſo ornata. l 9.c.8.n 56

23. Et civitas non eget Sole, neque Luna, ut luceant in ea, nam claritas Dei illuminavit eam l.8 c.20.n.62

25. Et portæ ejus non claudentur per diem. l.7. c.18.n.76

CAP. XXII.

1. Et oſtendit mihi fluvium aquæ vitæ, ſplendidum tanquam cryſtallum. l.7.c.18.n.74

2 Ex utraque parte fluminis lignum vitæ, affeerens fructus duodecim, per menſes ſingulos reddens fructum ſuum. l.7.c.7.n.217.& 296

16. Ego ſum Jeſus, ego ſum radix, & genus David, ſtella ſplendida, & matutina. l.9.c 1.n.25

20. Dicit, qui teſtimonium perhibet iſtorum. Etiam venio citò. Amen. Veni Domine Jeſu. l.8.c.8. n.75.& 77.

FINIS.

R P D.

R·P·D·F· JOANNIS
DA SYLVEIRA
TOMUS QUINTUS
EXPLICANS GESTA CHRISTI A COENACULO uſque ad ejus glorioſam Aſcenſionem.

PRÆFATIUNCULA.

DEVENIMUS jam Deo afflante, Sacratiſſimáque ejus Virgine Matre
auxiliante, ad Commentariorum textus Evangelici metam, nempè ad-
Chriſti Domini diſceſſum. Offertur Ezechielis liber, de quo cap. 2. n. 9. Ezech. 2.
dicitur. *Erat ſcriptus intùs & foris: & ſcriptæ erant in eo lamentatio-
nes, & carmen, & væ.* D. Greg. hom. *Scriptus eſt liber intus per allego-* D. Gregor.
riam, foris per hiſtoriam. In hoc autem libro ſcriptæ erant lamentationes, & carmen,
& væ. Origen. Aquila, D. Hier. Ambroſ. D. Gregor. Rabbi Salomon, & alii: per la- Origen.
mentationes, & væ interpretantur lugubria, ac triſtia verba; per carmen verò fauſta. & Aquila. D. Hier.
jucunda. Simili modo noſter hic Tomus foris exteriori ſenſu literæ, ſcriptus eſt etiã, D. Gregor. Rabbi Sa-
& intus allegorico, ac morali ſenſu; ſunt etiam præterea in hoc præſenti Tomo, la- lom,
mentationes, & væ triſtes ac funeſtæ narrationes, quæ multiplici dolore, ac gemitu
ſunt repetendæ, quæ nobis exhibent, ac declarant Sacratiſſimam Chriſti Paſſionem,
Mortem, Crucem, ac Sanguinem pro peccatis noſtris effuſum; ac tandem ſuccedunt
lætiſſima, ac præjucundiſſima carmina de Chriſti Domini Reſurrectione, Aſcenſione,
ac Spiritus ſancti miſſione, delegationeque Apoſtolorum per totum orbem

Tomus hic tres libros claudit, & in ordine ad ſuperiores Tomos: ſequitur Liber Septimus explicans Chriſti Domini geſta in Cœnaculo. Liber octavus Sacratiſſimam Domini Paſſionem interpretatur; & tandem Liber nonus glorioſam Chriſti Reſurrectionem, uſque ad ejus admirabilem Aſcenſionem expendit.

LIBER SEPTIMUS,
CHRISTI OPERA IN COENACULO EXPLANANS.

CAPUT I.

Unctio facta à Magdalena in Bethania.

Matth, 26. n. 6. Cùm autem Jeſus eſſet in Bethania in domo Simonis Leproſi.

Num. 7. Acceſſit ad eum Mulier habens alabaſtrum unguenti pretioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbentis.

VERSIONES.

Arias n. 6. Ieſu exiſtente in Bethania.
Syriacus. In ædibus Simonis Leproſi.
*Græcus n.*7. Acceſſerat ad eũ mulier habens ſecum alabaſtrum unguenti

guenti ſuaviſſimi magni pretii, & effuderat ſuper caput

Maldon. ex Græco. Gravis pretii.

ALTER TEXTUS.

Matt. 14. *n.* 3. Cum eſſet Bethaniæ in domo Simonis Leproſi, & recumberet: Venit mulier habens alabaſtrum unguenti Nardi ſpicati pretioſi, & fracto alabaſtro effudit ſuper caput ejus.

Ioan. 12. *n.* 1. Ante ſex dies Paſchæ venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem ſuſcitavit Jeſus.

Num. 2. Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha miniſtrabat: Lazarus vero unus erat ex diſcumbentibus cum eo.

Num. 3. Maria ergo accepit libram unguenti Nardi piſtici pretioſi, & unxit pedes Jeſu, & exterſit pedes ejus capillis ſuis: & domus impleta eſt ex odore unguenti.

EXPOSITIO I.

1. SERIES TEXTUS. HÆc historia contigit pridie ante Dominicam Palmarum, tamen Sacri Evangeliſtæ Matthæus, & Marcus hanc ſcribunt ante quam narrent geſta Chriſti JESU in Cœnaculo, ac modum comprehenſionis, ac paſſionis ejus. Nam Judas occaſione hujus unguenti effuſi provocatus fuit ad Chriſtum vendendum, ut ejus traditione pretium unguenti recuperaret, & tanquam fur in loculos ſuos reconderet. Nos verò ſacros Evangeliſtas imitati, hanc hiſtoriam explanandam ſuſcipimus ante Dominicæ Paſſionis explicationem.

2. Ait D. Joan. *Jeſus ergo ante ſex dies Paſchæ venit Bethaniam.* Illa particula *ergo* indicat cauſam cur non primò venerit Jeroſolymam, ſed Bethaniam, quia Pontifices, ac Sacerdotes, ut narravit cap. 11 verſu ultimo mandatum dederunt, ut JESUS comprehenderetur ideò primò venit Bethaniam, ut inde tanquam verus Agnus Paſchalis immolandus pro ſalute mundi paulo poſt, in Dominica Palmarum, ſolemni pompa ingrederetur Jeruſalem. *Venit* ergo ex Ephrem, ubi aliquando latuit. *Ante ſex dies*: adhuc ſupererant ſex dies ante Paſcha, quod eo anno incidit feria ſexta, ut notant Theopylactus, Gloſa Jnterlin. Janſen. Caëtan. Toletus, & alii recentiores; ac proinde antecedenti die feria ſexta venit Jeſus Bethaniam ſub veſperum: & ſequenti ſabbatho factum eſt ei convivium poſtridie Dominica Palmarum ingreſſus eſt. Deinde interjecerunt feria ſecunda, tertia, quarta, & quinta, feria autem ſexta ſub veſperi incipiebat Paſchale feſtum. *A verpera uſque ad veſperā celebrabitis ſabbata veſtra.* Levit 23. n. 32.

Quonam die venit Chriſtus Bethaniam.

Theoph. Interlin. Janſen. Caëtan, Toletus.

3. Gloſſa ſymbolicè. Deus, ait, ſex diebus omnia fecit, ſexta die hominem condidit; ſexta mundi ætate mundum redimere voluit, ſexta feria paſſus eſt, ſexta hora crucifixus: ad cujus præparationem ſex dies ante Paſcha venit Bethaniam, *in domo Simonis Leproſi*: ſic dictus non quia tunc lepra eſſet infectus, non enim poterat talis in civitate habitare. Aliqui & probabiliter exiſtimant, quod ſic eſt appelatus, non quia eſſet vel fuiſſet leproſus, ſed quia cognomen erat familiæ Simonis eo quod à Leproſo aliquo majori deſcenderit, ut dicitur familia claudorum, cœcorum, & aliorum. Communiter tamen D. Hieron D. Paſchaſ. Beda, Haymon, & alii exiſtimant, quod ſic dictus eſt, quia à Chriſto à lepra mundatus eſt, D. Hieron. ait: *Nomine priſtino permanente.* Hominum vitium eſt; ut alios homines ab antiquo naturæ vitio denominent; vel nomen leproſi Simō retinuit, ut perpetuo collati beneficii recordaretur; & Chriſtus ad leproſi domum ſe contulit, ut mulieri, ac peccatoribus fiduciam daret ad ipſum accedendi.

Gloſa. *Quare Simō dicitur Leproſus.* D. Hieron. D. Paſchaſ. Beda. Haymon. *Homines ex antiquo vitio denominant.*

Bethaniam in domo Simonis. Nomina ſunt myſteriis plena. Nam Bethania interpretatur, *obediens domus.* Simon verò idem valet ac obediens. Ut advertunt Carthuſian. Hugo? Qui aliquid paſſurus eſt ab obedientia incipiat, ut præjucundum mortificationis ſacrificium Deo offerat. 4.

Carthuſ. Hugo *Ex obdientia inchoandum.*

Acceſſit ad eum. Ad JESUM menſæ accumbentem, *mulier* nempe Maria Magdalena, ut explicat Joannes Evangeliſta: *habens alabaſtrum.* Vas erat factum de alabaſtro, quod eſt genus marmorei lapidis, *in quo*, ut teſtatur Plin. lib. 36. c. 8. *optimè unguenta ſervari incorrupta dicitur.* Et dicitur, *unguenti.* Quia Judæi ſicut & cæteri orientales in conviviis ad lautitiam unguentis liquidis, ac fluidis utebantur; hoc unguentum erat ex Nardo herba valde odorifera, quâ Syria multum abundat. *Pretioſi.* Syriacus, *ſuaviſſimi*, Ioannes addit *piſtici*, vox eſt Græca, id eſt puri, & optimi unguenti. Marcus ſcribit, *ſpicati*, hoc eſt factum ex ſpicis ipſius Nardi, ut latius *infra q.* 4. 5.

Plinius. Syriacus. Græcus

Et effudit ſuper caput ipſius recumbentis. Joannes verò ait: *unxit pedes Jeſu, & exterſit pedes ejus capillis ſuis.* Unde multi exiſtimant, quod Magdalena priùs unxit pedes JESU, deinde totum vas fracto ipſo effudit ſuper caput JESU, ut ſcribit D. Matth. *Et exterſit pedes ejus* Lyranus, & Cartuſian. exiſtimant, priùs lavaſſe pedes & exterſiſſe, poſtea unxiſſe. Caëtanus, & Toletus volunt, quod prius pedes exterſit à pulvere, ac immunditia itineris Chriſtus enim Dominus nudis ſepernè pedibus incedebat) ut dixi tom. 3. c. 7. q. 6. Deinde pedes jam mundos Magdalena unguento ungit, Tamen valde probabile ac magis conſentaneum verbis Evangeliſtæ eſt, ut notant Salmeiron, & Barradas, quod prius unxerit pedes, & poſtea capillis exterſerit, leviter tamen ne unguentum omnino abſtergeret. 6.

Lyran. Carthuſ. Caëtan. Tolet. Salmeir. Barradas.

QUÆSTIO. I.

A quibuſnam facta eſt hæc Cœna, & in qua domo?

IN præſenti ait D. Joan, Evangeliſta. *Fecerunt autem ei Cœnam ibi*: à quibus verò facta fuerit hæc Cœna, Sacer Textus non explicat. Cardinalis Toletus, Carthuſianus exiſtimat 7.

Toletus Carthuſ.

exiſtimant factam fuiſſe Cœnam ab incolis Bethaniæ communi conſenſu ob beneficium in ſuum concivem Lazarum collatum. Et inquit
Tolet. etiam Toletus, quod etiam docuerunt Lyranus, Janſen. & alii Cœnam paratam fuiſſe die Veneris, in quo Dominus advenit, exhibitam verò die ſequenti Sabbati, ſolemniter, & cum magna pompa, ut notat Theophylactus.

8. Theoph. Euthym. Theoph. Caëtan. Euthymius, & Theophilactus à Martha, & Maria cœnam dicunt factam. Theophylactus in domo Marthæ factam ſcribit, ex eo quod ipſa miniſtrabat. Tertio, Caëtanus cœnam dicit præparatam communi conſenſu à Maria, Martha, & Simone Leproſo. Quarto, Origenes tract. 5. in Matth. Hugo, & alii dicunt factam cœnam fuiſſe à Lazaro, Martha, ac Maria. In qua ſententia eſt etiam Theod. Heracleota. *Ubi autem advenerat, ait, exceperunt eum Lazarus, & ſorores ejus, non tanquam mortuorum duntaxat ſuſcitatorem, ut qui eum modo ad vitam revocaſſet; ſed multo magis, ut pietatis præceptorem, & humanarum animarum Salvatorem.* Juſti non propriæ utilitati ſtudent, ſed potius communi, & in hoc maximè diverſi ab impiis, qui propria quærunt commoda, & negligunt aliena.

Juſti non ſua utilitati, ſed communi ſtudent.

9. *Cœna facta à Simone.* Dicendum tamen exiſtimo cœnam Bethaniæ factam fuiſſe Chriſto D. à Simone Leproſo, nam ut conſtat ex Matthæo, & Marco, Chriſtus cœnavit in domo Simonis, Simon autem erat Vir nobilis, & dives, imo vult Nicephorus, quòd erat frater Lazari, Mariæ, & Marthæ, de quo modo non diſputo.

10. *Vir nobilis, ac urbanus* Cùm ergo eſſet Vir nobilis Simon, in ſignum gratitudinis ob ſanitatem receptam grande convivium Chriſto paravit: gratitudo enim nobilibus valdè congenita eſt. Cum facta fuiſſet magna Philiſtinorum cædes à Jonatha, ac armigero ejus ait textus 1. Reg. 14 n. 15. *Factum eſt miraculum in caſtris per agros*; factum eſt miraculum non agreſtibus, ſed nobilibus Dei virtutem conſiderantibus, ac venerantibus. Sic prædicta verba interpretatur ibi D. Gregor. *In comparatione*; ait, *Sanctorum velut agreſtes homines ſunt, qui tot conditoris antiqua opera tot diſpenſationes temporum, tot ordines creaturarum mirari neſciunt.* Urbaniſſimus David dicebat de ſe: *Cogitavi dies antiquos; & annos æternos in mente habui.* Pſ. 76. n. 6. id eſt ut explicat Genebrard. *Ea quæ olim Deus beneficia majoribus præſtitit.*

(1. Reg. 14. D. Greg. Pſal. 76. Genebrard.)

11. *Gratitudo adverſantia propulſat.* Quomodo tamen, hic inquiram, Simon Leproſus audet Chriſtum D. in domo ſua excipere, cùm Phariſæi, & Pontifices jam dediſſent mandatum ad Dominum IESUM apprehendendum. Joan. 11. n. 56. Dicam tamen quod amor erga Dominum omnia devincebat, ipſaque accepti beneficii gratitudo omnia inimica adverſantia propulſabat.

12. Pueri Hebræi cum renuerent adorare ſtatuam, in caminum miſſi ſunt, & deſcendit Angelus Domini. *Et fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque, contriſtavit, nec quidquam moleſtiæ intulit. Tunc hi tres quaſi ex uno ore laudabant, & glorificabant & benedicebant Deum.* Dan. 3. n. 50. Pueri adhuc erant in fornace undique ſepti flammis; cur non expectant, ut ex fornace extrahantur, & ut penitus liberati ſint à flamma, ad hoc ut pro accepto beneficio gratias exhibeant? Cùm primùm divinum beneficium in refrigeratis flammis ſenſerunt, oſtenſionem grati animi non differunt, ſed divinas laudes intonant, quibus maximè ſe ſecuros reddunt. ut flammæ ab eis fugiant, nec eos audeant lædere, ac attingere, N. D. Cyril. Alexand. homil. habita tom. 6. Concil. Epheſ. c. 12. *Cum autem*, ait, *adoleſcentuli illi cœleſtis auxilii præſentiam animadvertiſſent, in ignis camino pſallebant, diviniſque laudibus flammarum æſtum ſedabant.* Expende ultima verba. *Divinis laudibus flammarum æſtum ſedabant.* Ipſis divinis laudibus à ſe ipſis expellebant voraces flammas, ne eos abſumerent.

Gratiarum actio nos ſecuros reddit & contraria expellit. (Dan. 3. Chyrillus.)

QUÆSTIO II.

Quare in Cœna Lazarus recumbit, & Martha miniſtrat?

13. ET *Lazarus unus erat ex diſcumbentibus*, tanquam ſuæ reſurrectionis verus teſtis, ſiquidem epulabatur, utræque vitæ functiones coram omnibus exercebat. D. Aug. *Ne quæ*, ait, *putarent hominem phantaſma eſſe factum, quia mortuus reſurrexit, Lazarus unus erat ex diſcumbentibus, vivebat, loquebatur, epulabatur, veritas oſtendebatur.* Aderat etiam in convivio, quia ob ſtupendum miraculum multam turbam trahebat ad Chriſtum. Nam ut ſcribit Joan. 12. n 9. *Multi venerunt, non propter Jeſum tantum? ſed ut Lazarum viderent, quem ſuſcitavit à mortuis.* Aderat ergo ipſe in convivio, ut multi convenientes ad eum videndum, ſimul & à Domino converterentur, in quo gratiſſimum convivium Chriſto parabatur. D. Auguſt. Joan. 12.

14. *Martha Miniſtrabat.* Non ſedet, nec accumbit menſæ, ſed miniſtrat. Ad quod rectè Carthuſianus. *Martha miniſtrabat, quamvis enim invitata fuerat ad conveſcendũ, tamen propter reverentiã Magiſtri ſui, de quo dixit: Ego credidi, quia tues Chriſtus Filius Dei, maluit miniſtrare, & fortè propter prudentiam ſuam rogata fuit à Simone, ut diſponeret negotia domus; quantum ad menſæ proviſionem. Eſt quoque conſuetudo, ut amici interdum miniſtrent in domibus familiarium, amicorum, & ſanguineorum præſertim dum magni, & multi hoſpites ſunt.* Sedula pro ſuo more; non contenta eſt, famulis miniſterium committere; & quamvis poſſet menſæ accumbere; tamen honorandi Domini cauſa, omnem honorem contemnit, & mavult menſæ miniſtrare. Theophylactus in Joan. *Obſerva*, ait, *fidem Marthæ; quomodo permiſit ancillis miniſterium, ſed per ſe ipſam miniſtret.*

(Carthuſ. *Pro Domino honorando omnem ſuum honorem contemnit Martha.* Theophyl.)

15. Secundò. Ut ait citatus Carthuſianus. *Et fortè propter prudentiam ſuam rogata fuit à Simone.* Qui bene agnoverat prudentiam, ac providentiam Marthæ, ideò Menſæ negotia ei committit. Prudens providus, ac fidelis miniſter quærendus. Vide tom. 2. 3. & 4. in Indice verbo *Miniſter*.

Providus, ac fidelis miniſter quærendus.

16. Tertiò. Vix reperitur Marthæ mentio in ſacris literis abſque eo, quòd bono aliquo opere non occupata ſcribatur, ut ex hoc deprehendatur, quòd nunquam ipſa otio torpuerit, & quod nunquam bene operandi occaſionem prætermiſerit, juſti enim non otiantur, ſed præteritis novos ſuperaddunt labores; ait Seneca epiſt 13. *Generoſos animos labore nutriri.* Et Socrat. *Nonne otium opprobrium eſt? viro ſcilicet magno.*

Martha otium fugit. Seneca.

17. Cùm Joannes eſſet in ultimæ vitæ ſuæ periodo conſtitutus in inſula Pathmos relegatus, dat illi Angelus librum. & dixit ei: *Oportet te iterum prophetare populis & gentibus, & linguis, & regibus multis.* Apoc. 10. num. 11. Nonne Joannes per longos

Apoc. 10.

longos, ac diturnos annos totam ſuam vitam in labore prædicationis confecerat? Nonne ob verbi prædicationem multa, & dura perpeſſus eſt ubique, Judææ, Romæ, & Aſiæ? Cur ergo cùm jam à præteritis laboribus quieſcere deberet, iterum ei prædicare mandatur regibus, & populis? Sancti nunquam otiari permittuntur, ſed ſemper nova eis occurit laborandi in vinea Domini occaſio, & cum in hac vita à laboribus requieſcere videantur, iterum ad labores reverti neceſſe ſit; favet Haymon. *Cùm jam*, ait, *provectæ eſſet ætatis & putaret ſe celerius ad Chriſtum è mundo migrare interfecto Domitiano, & cuncta ejus juſſa caſſata: reverſus eſt Epheſum, ubi & præfatam Apocalypſim Eccleſiis tradidit legendam. Ebione autem, & Valentino, & Cherinto contra Chriſtum oblatrantibus Evangelium etiam ſcripſit, & ideo iterum tot populis, & gentibus prædicavit.*

Haym.

18. Cantic. 1. Obnixè poſtulat ſponſa à ſuo dilecto. *Indica mihi ubi paſcas, ubi cubes in meridie?* Cantic. 1. n. 6. Chriſtus verò ab hac cogitatione Virginem abducit, illi reſpondens. *Egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum.* ibid. n. 7. Ad dulces ſomnos captandos inter flores & roſas rogat ſponſa; *fulcite me floribus. ſtipate me malis.* Cant. 2. n. 5. Chriſtus verò ab hac quiete revocans intonat. *Surge, propera amica mea.* Valdè conſentaneum videbatur quod poſt longas vigilias in vineis, ut eas cuſtodiret, poſt multoſque labores, per vias, & plateas perpeſſos dum quæreret ſponſum, aliquantulum ipſa requieſceret, Chriſtus tamen ab hac cogitatione ſemper eam removet, dicens: *Egredere, & abi*, & iterum, *Surge propera.* Bonus Paſtor his inſinuat in hac vita ſemper laborandum eſſe, & numquam quieſcendum, itaut poſt unum laborem ad alium deveniendum ſit. D. Bernard. ſer. 47. in Cantic. *Quoniam*, ait, *illa quidem ſemper appetit otium, & ille ſemper ad laborem hortatur.*

Cant. 2.

Inſinuat Paſtor non quieſcendum, ſed ex uno labore ad alium veniendum.

D. Bernard.

QUÆSTIO III.

Quare Joannes exprimit nomen Mariæ quod Lucas ſubticuit?

19. D. Lucas. D. Joan. FACIENS D. Lucas 7. n. 37. de Magdalena mentionem, ait, *Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix*, &c. D. Joannes verò in præſenti ait: *Maria autem accepit libram unguenti Nardi, piſtici pretioſi, & unxit pedes Jeſu.* Differt Lucas à Joanne, quod Magdalenam ſine nomine ſcribat, dicendo eam peccatricem, Joannes verò eam ex nomine indicat vocando Mariam.

20. Reſpondeo primò. Quod Magdalena jam non mulier peccatrix, ſed Maria dicitur, antiquus enim error non memoratur in eo, qui ad gratiam venit, cùm enim eſſet jam divina gratia mundata, & ſic dealbata, ac purificata apparebat, ac nullus priſtinus error in ea præexiſteret; cum filius ille qui vivendo luxurioſè bona ſua prodegerat, excipitur à cœleſti parente, non ſolùm nulla illi objicit crimina Pater, ſed etiam ad ſervos ait. *Cito proferte ſtolam primam, & induite illum.* Luc. 15. num. 22. Cur nominatim non alia ſtola, ſed prima petitur, qua ille induatur, cum ſufficeret quævis alia cur maluit afferri primam? Filius ille per contritionem, ac pœniteniam reverſus eſt ad Patrem, & idem ſic ab illo æſtimatur tanquam ſi ſemper bonus fuiſſet, ac nunquam abiiſſet, & inde à priſtinis erroribus ſic obliviſcitur Pater tanquam ſi nunquam excidiſſet, ſed ſemper in priſtinis permanſiſſet, & ideo prima ſtola decorari mandatur. D. Eunudius in Euchariſtico de vita ſua. *Ad ſtolam candidam*, ait, *ad annulum pretioſum ad divitias illas paternæ poſſeſſionis, quaſi ſemper ſervaſſet juſſa, revocavit.* Vide tom. 4. cap. 11. num. 70, 80. 81. & cap. 16. n. 78. & cap. 31. num 8.

Antiquus error non memoratur in eo, qui ad gratiam venit.

Luc. 15.

D. Eunud.

21. D. Ambr. Secundò reſpondeo ad quæſtionem ex D. Ambroſio lib. 6. in Lucam, qui poſtquam dubitat, an eadem ſit mulier peccatrix de qua Lucas agit, ac illa, quam Joannes Mariam appellat, ſic ait. *Poteſt Quæſtio meriti, & temporis diverſitate diſſolvi, ut adhuc illa pecatrix ſit, iſta perfectior; & ſi enim non perſonam mutat* Eccleſia *vel anima, mutat profectum.* Ex diverſo Magdalenæ ſtatu rectè colligitur, cur unus Evangeliſta eam peccatricem dicit, alter verò Mariam vocat; nam D. Lucas deſcribit Magdalenam introëuntem ad convivium, adhuc fœdæ voluptatis ſordibus involutam, & ideò ejus nomen ſubticet; cujus meminit Joannes, cum de ea poſt ardentia lachrymarum fluenta, & maturam pœnitentiam, qua indulgentiam meruit, inſtituat ſermonem, ſicut enim mulieris nomen præteritæ vitæ infectis moribus ſorduerat, ita ut illud Lucæ calamus horreret, ipſum lachrymarum imbre baptizatum Joannis os non dedignatur. Unde uterque Evangeliſta, alter dum peccatricis nomen profert; pænitentis, alter dum exprimit; edocet peccatum hominis eſſe internum, cujus rediviva per pœnitentiam gratia illius eſt reſurrectio.

Peccator ſine nomine, quo maximè gaudet juſtus.

22. Poſt patratum adulterium, ac homicidium, ſic ſuum pœnitentiæ Canticum intonat David: *Miſerere mei Deus*, Pſal. 50. n. 1. Alter verò dum divinam pietatem ſollicitat, ſic inchoat *Memento Domine David, & omnis manſuetudinis ejus.* Pſal. 131 n. 1. David recordatus ſuorum bonorum operũ, ſuæ manſuetudinis, ſui voti, ac ſollicitudinis ædificandi Domino tabernaculum, ea ante divinos oculos objicit, ut obtineat, quod exoptat, ſuum nomen in exordio apponit. Cur ergo etiam rex poſt commiſſum ſuum crimen, dum ad divinam pietatem confugit, etiam ſuum nomen non præſentat dicens, Miſerere David Deus, ut memorato ſuo nomine ſuam antiquam amicitiam ſuggerens facilius divinam miſericordiam impetret; Cur ergo ſuum nomen ſubticet? voluit David in ſe ipſo præfigere quantum diſcrimen habeat nomen juſti, & peccatoris coram Deo; nam nomen juſti coram Deo tanti meriti eſt, ut divinam gratiam nullo alio interpoſito promereatur; E contra verò peccatoris nomen adeò eſt Deo exoſum, ut nullo alio perſonante ad vindictam Deus concitetur. Hujus divinæ conditionis bene conſcius David: cùm animum ſuum gratum eſſe Deo intelligeret, ut aliquid impetraret, merita ſimul, & ſuum nomen profert, ipſum enim nomen coram Deo advocati munere functurum ſperabat, & inde dicebat: *Memento Domine David.* At verò cum ſe peccatis immerſum agnoſceret, & à Deo miſericordiam ſupplicatur, ſuum nomen edere non audet, veritus quod peccatoris nomen potius rigorem divinæ juſtitiæ, quam benignitatem divinæ pietatis excitet. Urbanus Pontifex in expoſitione ad Pſ. 50. *Subticeo nomen meum*, ait, *nam ſi illud tibi dixero, per id forſitan non agnoſces; ideo illud non audeo nominare; ſicut vir ille beatus, quem inveniſti ſecundum cor tuum qui*

Pſal. 50.

Pſal. 131.

Nomen juſti ſollicitat miſericordiam, peccatoris verò rigorem.

Urbanus Pontifex.

Pſal. 22. Cælius. D. Chryſ.

eorum, quos honoratiſſimè tractare, ac jucundiſſimè reficere volebant; ad quod alludit Regius vates Pſal. 22 num. 5. *Impinguaſti in oleo caput meum.* Et ita fiebat, ut unguentum ex capite in reliquum corpus, veſteſque deflueret, ut ſibi, aliiſque optimè olerent, & undique omnes ſenſus præjucundarentur, ut teſtatur Cælius lib. 27. cap. 24. Hunc morem patriæ ſuæ mulier eſt imitata, & inter cœnandum effudit unguentum ſuum ſuper caput JESU, non deliciarum causâ, ſed ut JESU dignitatem, & ſuam ipſius erga JESUM fidem, amorem, ac gratitudinem, hoc argumento teſtatum faceret, nam ut ait D. Chryſoſtom. homil. 81. *non ut nudo homini afferret honorem, ſed ut majori cuidam ſupraque hominem.*

Luc. 10. *Magdalena oſtendit ſuā fidem, amorem, ac gratitudinē erga Chriſtum* Luc. 7. Joan. 11.

37. Credebat Magdalena Chriſtum verum filium Dei, nam ſi hoc credidit Martha, quanto magis ipſa, quæ optimam partem elegit. Luc. 10. n. 42. cognoſcebatque ſummam Chriſti dignitatem, qui unctus Domini erat, quem Deus Pater præ omnibus ſociis ejus unxit oleo lætitiæ, & exultationis ſpiritu ſancto manente in ipſo; illumque ſummè dilexit; *dilexit multum.* Luc. 7. n. 47. memorque etiam erat beneficiorum quæ à JESU receperat, à quo olim ſuorum peccatorum remiſſionem obtinuerat. Luc. 7. num. 48. modoque fratrem Lazarum à mortuis excitatum ab ipſo acceperat. Joann. 11. n. 44. His ergo tantis rationibus inducta venit ad ungendum JESUM, ut eum à ſe ſummè dilectum, ac ſuum eximium benefactorem Chriſtum filium Dei vivi honoraret; & ad hoc uſa eſt unguento omnium, quod habere potuit pretioſiſſimo, & copioſiſſime effuſo, in nihilum reputans omnia, quæ in ejus obſequium impendi poterant.

Via tibi utilis ſecunda.

38 Acceſſit ergo Magdalena, & memor remiſſionis ſuorum peccatorum ad pedes JESU aſſequutæ ſacratiſſimos ipſos pedes unxit. Deinde verò fracto alabaſtro ſupra caput JESU effudit totum unguentum, ex halitu paſſionis Chriſti, *mittens hæc mulier unguentum hoc in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit.* Ad tantam puritatem convolavit, ut jam non in pedibus immoretur, ſed ſacrum Dei verticem oleo lenire audeat, Cumque unguentum eſſet effuſum ſuper caput, deinde in totum corpus dimanavit.

1. Reg. 17. *... diſcedas ab his, in quibus felicitatem es expertus* D. Baſil. Seleuc.

39. Iterum Maria ad effundendum unguentum ad pedes JESU venit, in quibus felix auſpicium, ac divinum auxilium ſumus experti, ab illis non diſcedamus. Induitur David fortiſſimis ac regiis Saül armis, ut procederet ad bellum contra Philiſthæum, tamen hujuſmodi validiſſima arma depoſuit, ut cum Philiſthæo congrederetur. *Et depoſuit ea, & tulit baculum ſuum* 1. Regum. 17. num. 40. Præliaturus cum ingenti milite, ferreis. ac æneis armis, armato, regia, ac probata arma déponit & ad paſtoralia redit, & peram, ac baculum iterum ſibi aſſumit. Cum eſſet in illis rudibus paſtoralibus, leonem, & urſum interfecit, unctus à Samüele, electus in regem eſt Ideo depoſitis armis, reaſſumere voluit, quæ ſibi norat fuiſſe à Deo auſpicata, in quibuſque ſenſit divinum auxilium, ut validiſſimos beſtiarum incurſus ſuperaret, ac ad clavum regni aſſumeretur, in eis etiam ſperat divinam opem ad Goliath perdendum. D. Baſilius Seleucus orat. 15. *Recuſat thoracem*, ait, *galeam abiicit, ſcutum deponit, manum haſta liberat, bellicam Stolam excutit, ſtola paſtoritia, & virga, & pera orbatur,* *quibus cum rebus ad regnum promovit gratia.* Vide tom. 3. cap. 16. q. 5. num. 37. 38. & tom. 4. cap. 89. & cap. 18. n. 61.

Matth. 26. n. 8. Videntes autem diſcipuli indignati ſunt dicentes: Ut quid perditio hæc?

num. 9. Potuit enim unguentum iſtud venundari multo, & dari pauperibus.

VERSIONES.

Syriacus n. 8. Viderunt autem diſcipuli ejus, & diſplicuit eis, & inquiunt: Quorſum perditio hæc?

D. Chryſ. hom. 81. Videntes autem diſcipuli ejus, moleſtè tulerunt dicentes: ad quid perditio hæc?

Arabicus num. 9. Dicebant unguentum iſtud venundari.

D. Amb. lib.6. in Luc. Quare hoc ſic periit? Potuit enim venundari pretio, & dari pauperibus

Pagninus. Venundari pretio magno, & dari.

Syriacus. Et dari egenis.

ALTER TEXTUS.

Marc. 14. *n.* 4. Erant autem quidam indignè ferentes intra ſemetipſos, & dicētes: Ut quid perditio iſta unguenti facta eſt?

Num. 5. Poterat enim unguentum iſtud venundari pluſquā trecentis denariis, & dari pauperibus, & fremebant, in eam.

Joan. 12. *n.* 4. Dixit unus ex diſcipulis ejus Judas Iſcariotes, qui erat eum traditurus.

Num 5. Quare hoc unguentum non væniit trecentis denariis, & datum eſt egenis?

Num. 6. Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, ſed quia fur erat, & loculos habens, ea, quæ mittebantur, portabat.

EXPOSITIO II.

VIDENTES *autem.* Non ex auditis, ſed ex viſis *Diſcipuli indignati ſunt.* De pluribus loquitur Matthæus, & Marcus, cùm tamen D. Joannes de ſolo Juda faciat mentionem, vel quia locutio eſt per Synecdochem, vel quia ipſe fuit auctor murmuris; de quo quæſtione ſequenti. *Indignati ſunt.* Seu ut ſcribit D. Marcus *Quidam Indignè ferentes.* Qui nempè indignabantur ob hoc, opus, cum, eſſet perfectiſſimum, & excellentiſſimum, tamen quædam 40. D. Marcus.

murmurationis contradictione impugnabantur, *dicentes*; ut explicat D. Marcus. *Intra ſemetipſos:* hoc eſt apud ſe ipſos, ut legit Syriacus *in animabus ſuis.* Sic Magiſtrum venerabantur, ut alta voce loqui non auderunt, ſed tantùm mutire videbantur. *Vt quid perditio hæc?* Inutilis nempè iſta profuſio unguenti tam pretioſi facta eſt: de quo etiam q. 8.

Syriac.

41. Græcus. *Potuit enim iſtud.* Cauſam murmurationis, ac perditionis apponunt. *Potuit enim iſtud?* ſcilicet unguentum, ut legitur in Græco, & ſub intelligitur in Latino, *venundari multo*, ſeu magno pretio. Habet D. Marcus *Pluſquam trecentis denariis*: ampliùs nempè. Denarius Idem erat, ac unum regale Hiſpanicum: trecenti denarii triginta aureos continent Tantùm unguenti pretium cognovit Judas ex ſuaviſſimo illius odore. Et ideò Joannes ſcribit. *Domus impleta eſt ex odore unguenti.* Scribit D. Marcus: *fremebant in eam*: ſuam erga illam indignationem murmure, ac voce ſubmiſſa oſtendebant. Non audebant fremere in JESUM, eo quod hoc ipſe permiſiſſet, illum enim maximè reverebantur; ſed fremunt adverſus mulierem; tanquam piè prodigam. Hujuſmodi voces frequenter, non in magnos ſed in parvos vibrantur, ac intorquentur.

QUÆSTIO VII.

An ſolus Judas fuerit indignatus?

42. *Ratio difficultatis.* RATIO difficultatis in promptu eſt. Nam Matthæus, & Marcus hæc referunt in numero plurali. D. Matthæus ait. *Videntes autem diſcipuli.* D. Marcus: *Erant quidam indignè ferentes.* D. verò Joannes hæc narrat in numero ſingulari, & ſoli Judæ tribuit. *Dixit unus ex diſcipulis ejus Judas.*

43. D. Auguſt. D. Chryſ. D. Hieron. Euthym. Theoph. Beda. D. Thom. Cum ergo D. Joannes ſcribat. *Dixit nunc*, ſolùm Iudam murmuraſſe docent D. Aug. D. Chryſoſtom. D. Hieron. Euthym. Theophylactus, Beda D. Thomas. & alii, quod verò alii, Evangeliſtæ plurali numero utantur per Synecdochem fecerunt. Quemadmodum Matth. cap. 14. ad ſarciendam turbam quinque mille hominum, ſcribit n. 17. quod diſcipuli reſponderunt ei: *Non habemus hic niſi quinque panes, & duos piſces.* Et Joannes 6. n. 8. refert, quod Andræas unus ex diſcipulis hoc dixerit.

44. D. verò Auguſt. l. 2. de conſenſ. Evangel c. 79. D. Hieron. cap. 26. Matth. à veritate non alienum putant eſſe, alios quoque diſcipulos præter Judam graviter tuliſſe illam unctionem, pauperum charitate commotos. (D. Auguſt.) *Poteſt*, ait D. Auguſt. *etiam intelligi, quod & alii diſcipuli aut ſenſerint hoc, aut ſibi dixerint, aut eis Juda dicente perſuaſum ſit.* Et (D. Hier.) D. Hieron. *Poſſumus & aliter dicere, quod Apoſtoli verè propter pauperes indignati ſint, Judas propter lucra.* (D. Paſchaſ.) D. Paſchaſ. *Pro quo*, ait, *indignati ſunt fortè diſcipuli, quia necdum intelligebant Sacramenta Dei; Judas autem, quia fur erat, & latro*, Idem docent (D. Chryſ. Theoph. Euthym. D. Thom. D. Bonav.) D. Chryſoſtom. Theophylact. Euthym. D. Thom. D. Bonavēt. & alii. Nam diſcipuli ſciebant, quòd Chriſtus maximè eſſet à deliciis alienus, maximuſque eſſet pauperum amator, indeque ſibi perſuaſerunt moleſtam illi fuiſſe mulieris unctionem, multòque ſatius fuiſſe unguenti pretium pauperibus elargiri.

45. Ex quo patet, quod diſcipuli indignati ſunt, ex quadam candida ſimplicitate, *necdum intelligebant ſacramenta Dei.* D. tamen Ioannes totam indignationem tribuit Judæ ut intelligamus in rebus dijudicandis maximè conſiderandum quo affectu, ac animo res dicatur, ſeu fiat, quam res ipſa facta. *Conſiderandus animus quo res fit.* Secundo diſcipuli indignati dicuntur. quia ut ait, D. Auguſtin. *Eis Juda dicente perſuaſum ſit.* Perſuaſionem Judæ, ac exemplum ſecuti ſunt reliqui diſcipuli, exiſtimabant bono zelo, ac prætextu verba prolata fuiſſe à Juda; juſtorum enim conditio eſt aliorum dicta, & facta in meliorem partem interpretari,

46. Lyranus. *Homines ad ſiniſtra aliquando facilè conveniunt.* Tertiò. Lyranus, *ſi fortè*, ait. *aliqui murmurarunt, fuerunt à Juda excitati.* Hæc ſub dubio dicit Lyranus, nam cum diſcipuli adhuc eſſent imperfecti, Juda excitante, ac incipiente profecuti ſunt, ac etiam murmurarunt. Quis enim dubitat quod facilè homines ad ſiniſtrè loquendum, ac agendum conveniunt, & convolant.

47. Negat Petrus Magiſtrum Deum ſemel & iterum, ut patet ex ſacro textu, negat & tertio, in quo aliquantulum videntur variare Sacri Hiſtorici. Nam apud D. Lucam unus ſervus eſt, qui Petrum adurget. *Et intervallo facto quaſi horæ unius, alius quidem affirmabat dicens: verè hic cum illo erat* Luc. 22. n. 59. (Luc. 22. Matth. 26. Marc. 14.) At verò D Matth. rem ſic ſcribit c. 26. n. 73. *& poſt puſillum acceſſerunt qui ſtabant, & dixerunt Petro: verè & tu ex illis es.* Et idem ferè habet D. Marc. c. 14. n. 70. Unde hæc varietas eſt? forſitan quod D. Matthæus teſtatur, negat D. Lucas? Maximè ego id pernego: quòd tamen unus ſervus fecit ad Petrum urgendum ac vexandum, probant, & ſequuntur reliqui idem interrogantes ſe, ac dicentes. *Cùm unus malè loquitur, alii ſequuntur.* Primò unus ſervus Petrum agitat rogatu improbo, deinde alii ſuam addunt manum, idem etiam quærentes, ut eum arguerent, quod Chriſti diſcipulus eſſet. (Maldonat.) Maldona. *Credendum eſt*, ait, *cognato illi ſervo incipiente, alios ſubſecutos fuiſſe.*

48. Zach. 6. Cyrillus Thodoret. Clem. Alex. Oſtendit Angelus Zachariæ 6. n. 7. *Ecce mulier ſedens in medio amphoræ, & dixit? hæc eſt impietas.* Hæc autem impietas, ut exponunt. D Cyrillus Alexand. Theodoret. erat infirmitatis, ac concupiſcentiæ, quæ eſt fons omnis impietatis, ac vitiorum; & Clemens Alexandrinus in ſtromatis appellat Metropolim omnium vitiorum. Statim ſubdit Propheta. Et levavi oculos meos, & vidi: *Ecce duæ mulieres egredientes, & habebant alas, quaſi alas milvi: & levaverunt amphoram inter cœlum, & terram.* Ibidem n. 9. Cur hæ duæ mulieres tanquam milvi raptores celerrimi, ac fortiſſimi tanto impetu advolant ad alendam, ac ſubſtentandam impietatem, quæ erat Metropolis ac fons omnium vitiorum; *Una muliere incipiente aliæ adjuvant.* Sic ſæpe fit, ut vitio depravatæ mulieres ad impietatem ajuvandam, ac extollendam celerrimè prævolent: *levaverunt amphoram.* Concurrit una mulier ad impietatis amphoram, ut ſedens in illa, ejus venenum diffunderet, etiam aliæ mulieres currunt ad adjuvandum, ac levandum.

QUÆSTIO VIII.

Quare unguentum dandum pauperibus dicitur, ne fieret perditio?

49. MAXIME expendendum, quod diſcipuli metuunt perditionem unguento ſuper caput JESUS effuſo. *Vt quid perditio hæc?* Et remedium

dium

qui & nomen ſuum , & ſuam manſuetudinem tibi fiducialiter commendabat. Memento Domine David, & omnis manſuetudinis ejus.

23. Genes. 3. Poſt lapſum primorum parentum , cùm ipſi ſe abſconderent. *Vocavit Dominus Deus Adam , & dixit ei ubi es?* Geneſ. 3. n. 9. In ore Dei ſolum reſonat vox illa. *Ubi es?* Cur eum proprio ſuo nomine non advocat, ſed tantum ait: *Ubi es?* At verò *Peccatum delet nomen, quod per pœnitentiam revivíſcit.* poſtquam Adam ante divinum conſpectum ſe præſentat , pœnaque ob ſuum delictum promulgatur , quam ille ſine ulla contradictione admittit , eumque tanquam habitum pœnitétiæ indutum conſpexit , ait de illo : *Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt.* Cur primo loco illius nomen ſupprimit , quod in hoc ſecundo exprimitur? *Ecce Adam.* Antea apparebat Adamus inobediens divinorum mandatorum tranſgreſſor , at verò modò exhibebat ut obediens ſub habitu D. Ambroſ. pœnitentiæ ſuum delictum agnoſcenti. D. Ambroſ. lib. de Paradiſo cap. 14. *Dixit*, ait, *factus eſt, Adam quaſi unus ex nobis , quia aperuit oculos , ut culpam ſuam videret.* Etſi delictum nomen abraſerat , ne divina voce pronuntiaretur , obedientia verò cum pœnitentia ſic reviviſcere fecit , ut ex ore divino apertè diceretur.

QUÆSTIO IV.

Quare Magdalena modò , & non antea effudit libram unguenti pretioſi piſtici ſpicati. Explicantur hæc nomina.

24. AIT Joannes : Maria accepit libram unguenti , &c. Libra certa menſura eſt , quæ erat plena , abundans ad caput , & pedes ungendos. D. Auguſt. Miſticè verò ait D. Auguſtin. Unguentum illud , quo Maria unxit Jeſum , juſtitia fuit , Gloſſa. & ideò libra ſcribitur. Gloſſa *Maria olim pœnitens unxit pedes , nunc verò ubi non pœnitentium rudimenta , ſed perfectorum juſtitia deſignatur , caput , & pedes ungit , unde libra dicitur unguenti*, id eſt juſtitiæ perfectio , Ungit caput , qui alta, & ſuprema de Chriſto prædicat, pedes verò , qui infirma , ac humilia veneratur.

25. Plinius. *Deſcribitur Nardus.* *Nardi unguentum.* De Nardo ſic ſcribit Plinius lib. 12. cap. 12. *Nardus frutex eſt , gravi , & craſſa radice , ſed brevi , ac nigra , fragilique quamvis pingui , ſitum redolente ut Cyperi ; aſpero folio , parvo , denſoque , cacumina in ariſtas ſe ſpargunt , Ideo gemina dote nardi ſpicas , ac folia celebrant.* De ejus excellentiſſimo odore multa canunt Poëtæ , ac ſcribunt Autores ut referunt Interpretes ad illa verba Cant. 1. num. 11. *Nardus mea dedit odorem* Theophr. D. Iſidor. Dioſcor. Panopoli. *ſuum.* Theophraſtus lib. 6. de hiſtoria plantarum cap. 6. D. Iſidor. Hiſpalenſi. lib. 18. originum c. 9. Dioſcorides lib. 1. cap. 6. & alii multi, unguentum Nardi appellant odoratiſſimum. Et Panopolitanus Paraphraſi in Evangel. Joan. ad cap. 12. Divinum odorem exhalare ſcribit inde ait Joan. hoc cap. 12. num. 3. *& Domus impleta eſt ex odore un*D. Niſſen. *guenti.* D. Gregor. Nyſſenus homil. 3. in Cant. ait Nardum admixtam aliis ſuffitibus , aliorum fragrantiam ſuperexcedere.

26. Qualénam fuerit hoc unguentum dubitatur. Unguentum pretioſum fuiſſe ſcribit D. Matthæus. *Vnguenti pretioſi.* Joannes verò ait. *Vnguentum Nardi piſtici.* D. Marcus , *Vnguentum Nardi ſpicati pretioſi.* Pro quo maximè dubitatur. Quid *Piſticum quid ſit.* ſit unguentum piſticum? D. Auguſt. hîc tract. 50. D. Auguſt. in Joan. *Piſtica* , ait , *dicta eſt à loco , unde afferebatur.* Hoc incertum eſt , & incognitus eſt locus. nec apud aliquem Auctorem ejus mentio inve- Maldonat. nitur. Maldonatus verò ex nomine Græco vult derivare , quod idem eſt , ac bibere , & potare. Piſticum ergo idem eſt ac potabile , & liquidum. ut in caput , & pedes Jeſu fundi poſſit

Tertiò , & communis & apta interpretatio 27. deducta ex nomine Græco, *Piſtici* hoc eſt fidelis , ut unguentum illud eſſe puri , & fidelis nardi , non verò mixti , ac adulterati. Ita D. Hieron. hic interpretatur. *Alius Evangeliſta* , ait , *id eſt Joannes* *Legitima interpretatio.* *pro alabaſtro unguenti pretioſi , quod eſt genus mar-* D. Hieron. *moris , nardum piſticam poſuit , hoc eſt veram abque dolo.* Quod etiam docent Theophylactus in Theophr. cap. 14. Marci , & hic in Matth. Euthymius, Paſ- Euthym. Paſchaſ. chaſ. Vatablus , Janſen. Toletus, Ribera, Barradas, Vatabl. & alii. Et rectè Joanes dixit nardum piſticum , Janſen. quia multis aliis herbis adulterabatur. Plinius citatus. *In hoc genere conveniet meminiſſe herbarum, quæ Nardum Indicum imitentur , ſpecies novem à nobis eſſe dictas tanta adulterandi materia eſt.* Qualis namque erat animus Mariæ , tale unguentum obtulit Deo , nempè purum , ac ſincerum.

Spicati nardi unguentum ſcribit D. Marcus , 28. & ut jam notavi ex Plinio , Nardus ſpicas , & folia habet , ex utriuſque conficitur unguentum ; illud ſpicatum , hoc foliorum dicitur. Spicatum autem plus habet ſubſtantiæ , medullæ , hinc præſtantius , & execellentius eſt, ut etiam notavit Galenus de unguentis. Cornelius à Lapide hic in Joannem vult quod ex Græco idem ſit piſtici , ac ſpicati , idem ferè habent omnes Codices tam veteres , quàm novi, & idem per unguentum *ſpicatum* voluit ſignificare Marcus , quod Joann. per *Piſticum.* Et tam Syriacus , quàm Græcus, ac Arabicus : tam in Marco , quàm in Joanne habent *Alabaſtrum aromatis nardi præſtantiſſimæ multi pretii.* Arabicus verò utroque in loco. *Nardi optima.* Optima enim Deo offerenda , ac exhibenda ſunt : & hoc conſonat etiam cum his , quæ ſcribit D. Matth. *Nardi pretioſi.* hoc eſt optimi.

Regina Saba *ingreſſa Ieruſalem , multo cum co-* 29. *mitatu , & divitiis , & camelis portantibus aromata , & aurum infinitum , & gemmas pretioſas ,* 3. Reg. 10. *venit ad regem Salomonem* , 3. Reg. 10. n. 2. Valdè *Optima Deo offerenda.* mirum ſanè , quod tam ſapiens, ac prudens Regina è multis remotis terris ſecum afferat tantam auri , gemmarum , aromatum copiam , ut dicatur ; *aurum infinitum nimis.* Numquid homini morituro hæc parabat minimè ; D. Iſidor. in lib. 3. D. Iſidor. Reg. c. 5. *Chriſtum* , ait, *in Salomone mirata.* Chriſtum in Salomone contemplabatur , & inde non mirum , quod omnium rerum pretioſiſſima illi offerat , conſpectuique ejus præſentet.

Formatis igitur Deus de humo cunctis animanti- 30. *bus terræ , & univerſis volatilibus cœli , adduxit ea ad Adam , ut videret , quid vocaret ea* Geneſ. 2. Geneſ. 2. n. 19. non ſolùm animalia terræ , ſed etiam volu- *Excellentiſſima reſervata ſunt ad Dei obſequium.* cres cœli adductæ ſunt ad Adam , ut ex ejus ore nominibus condecorentur ; cur etiam ſimiliter aſtra cœli non adducuntur ; ut volucres cœli ſic & aſtra in hominis ſervicium producta ſunt , cur hæc ad eum non adducuntur , ut ex ejus beneficio proprio nomine gaudeant ; Inter cæteras creaturas , aſtra prima, & excellentiſſima exiſtunt, inde Deo reſervabatur , ut non ab alio nomen accipiant,

accipiant, niſi ab ipſo Deo. Caëtan. *Sunt aſtra primo prima univerſi principia, & propterea merito divinæ nominationi reſervata exiſtunt.* Aſtra præſtantiſſima inter cæteras creaturas reſervantur Deo ut inde diſcat homo optima & excellentiſſima reſervanda eſſe in Dei obſequium. Caëtan.

QUÆSTIO V.

Quare ergo in præſenti valor, ac pretium unguenti explicatur, non verò quando in domo Phariſæi, primò Maria unxit IESV pedes?

31. Luc. 7. Bis Maria JESU pedes unxit. Primò ut ſcribit D. Lucas 7. num. 37. *Ut cognovit*, ait, *quod accubuiſſet IESVS in domo Phariſæi, attulit alabaſtrum unguenti, & ſtans retro ſecus pedes ejus, unguento ungebat.* At in præſenti cum Magdalena unxerit IESUM in domo Simonis Leproſi valdè accuratè omnes tres Evangeliſtæ notant unguentum fuiſſe pretioſum. D. Matth. *Habens alabaſtrum unguenti pretioſi* D. Marcus: *habens alabaſtrum nardi ſpicati pretioſi* Et Divus Joannes. *Maria ergo accepit libram unguenti nardi piſtici pretioſi, & unxit pedes IESV.* Cur ergo, ut per belle notavit Origenes homil. 35. in Matth. unguentum exhibitum primò à Magdalena non dicitur fuiſſe pretioſum, ut ſecundo loco ſcribitur ex Nardo ſpicato confectum? *Ratio difficultatis.* *Origen.*

32. Reſpondeo. Primò, quia vir perfectus à minoribus incipit, & ad majora proficit. Pro quo vide multa tom. 2. 3. & 4. verbum *virtus* in Indice. Secundam rationem eleganter attigit Euthymius, dum totius apparatus cœnæ cauſam indigitat; *Sorores*, ait, *cœnam ei paraverunt tanquam Magiſtro, & benefactori ſummo, ac pluſquam humano.* Primò ſuorum ſcelerum indulgentiam quærebat Magdalena, & ideò in lacrymas tota ſe diffundens, ſtans retro, de pretio unguenti non curabat; at verò modo totius cœnæ pompa in gratiarum actionem Deo benefactori referebant, qui fratrem è mortuis ad vitam revocaverat, *tanquam Magiſtro, & benefactori ſummo*, quæ enim Deo benefactori conſecrantur, excellentiſſima, ac eximiæ æſtimationis debent eſſe, cum enim in gratiarum actionem pro tantis donis acceptis offerantur, præclariſſima, ac maxima exoptantur ut ita noſter animus ſummopere Deo aſtrictum, ac obligatum ſe exhibeat, ac declaret. *Ad majora tendendum.* *Euthym.*

33. Mandavit Deus Moyſi. *Pones altare aureum, in quo adoleatur incenſum coram arca teſtimonii, tentorium introitus tabernaculi pones, & antè illum altare holocauſti.* Exod. 40. num. 5. Duo altaria conſtituebantur, unum aureum interius intra ſancta ſanctorum, alterum lapideum exterius in introitu; in altari aureo interiori cremabatur incenſum, in exteriori verò, & lapideo immolabantur victimæ. Cur ergo altare interius, quod erat ſeparatum ab omnium oculis aureum eſt, altare verò exteriùs poſitum in omnium conſpectu lapideum? Deinde excellentius videri poterat victimas in Dei gloriam immolari, quam odores exhalari; Cur ergo primum altare erat aureum, ſecundum verò lapideum Victimæ cremabantur in aliquam peccatorum expiationem, ac remiſſionem; incenſum autem pro acceptis beneficiis in gratiarum actionem offerebatur: quæ autem pro beneficiis in remunerationem fiebant, præſtantiora, ac excellentiora requirebantur, & ideò altare, in quo ponebatur thymiama gratitudinis, pretioſiùs, ac excellentius parabatur. Philo. lib. de victim. *Teſtatur lex*, ait, *jubendo poni duo altaria, materia, loco, uſuque differentia. Alterum enim è ſaxis collectis impolitis extruitur in atrio templi ad immolandas victimas. Alterum vero aureum ſitum eſt poſt primum velum in penetralibus nemini conſpicuum, niſi Sacerdotibus, quod factum eſt adolendis odoribus. Quanto autem aurum præſtat lapidibus, & adytum veſtibulo, tantò eſt ſuffitus gratiarum actionis, quam mactata victima.* Ac ſi nihil gratius ſit Deo, quam gratiarum actio; ideo præſtantior materia ad illam eligenda eſt. *Exod. 40.* *Pro gratiarum actione excellentiora offerenda.* Philo.

QUÆSTIO VI.

Quare Maria fracto alabaſtro effudit unguentum ſuper caput, ac pedes JESU recumbentis?

Ait D. Marcus: *fracto alabaſtro effudit ſuper caput ejus.* Caëtan. fracto alabaſtro ſic interpretatur *hoc eſt aperta pixide alabaſtri*, ac ſi ipſum alabaſtrum non fuiſſet fractum. Cui favet lectiones Græcæ, ac Syriacæ quæ legunt, *aperuit illud*, ſcilicet alabaſtrum. Et confirmari poteſt, nam ſupra caput comminuere non poterat abſque periculo læſionis, ſeorſum autem, non abſque jactura unguenti. Tamen in proprietate noſtræ vulgatæ ſtandum eſt, fregit alabaſtrum, quòd ita vas tenue erat, quemadmodum ſi quis frangat ovum per medium: nam cum vaſculum eſſet ore valdè anguſto, ut notavit Euthym. & amor moras, ac cunctationem non ſuſtineat, fregit illud Magdalena, ut totum unguentum, quod inerat ſimul, ſemelque effunderet, nec quidquam ſibi retineret, quod totum in Chriſti obſequium non conſecraretur. 34. Caëtan. *Magdalena omnia ſua conſecrat in Dei obſequium.* Euthym.

Ad quæſtionem D. Matthæus, & Marcus dicunt, quod effuderit unguentum ſuper caput. Ioannes verò ſcribit ſuper pedes, ut ita totum corpus JESU à Maria in ſepulturam proximam inunctum intelligatur, ut notat D. Aug. lib. 2. de conſenſu Evang. c. 79. de quo latiùs infra dicam Et ita Magdalena unxit totum JESUM, ut prius effuderit unguentum ſuper caput, deinde ſuper pedes, ut notat D. Paſc. lib. 12. in Matth. *Quia*, ait, *niſi à capite unguentum hoc defluxerit, nihil in corpore prodeſſe poteſt. Si autem omnia quæcumque gerimus ad laudem Dei proficiunt, & ad Chriſti gloriam quodlibet opus refertur, tunc unguento pretioſo ungimus caput Chriſti.* Caput Chriſti denotat ejus divinitatem, ac excellentiam, & honorem, corpus ejus ſignificat ſuum corpus myſticum Eccleſiæ, unxit ergo Magdalena prius caput deinde pedes, ut innueretur, quod omnia opera noſtra ad Dei gloriam & honorem referenda ſunt, deinde ad proximorum bonum ordinanda ac diſponenda. 35. D. Auguſtin. D. Paſchaſ. *Dei Gloria ante omnia attendenda.*

Unguentorum uſus celeberrimus erat in conviviis valdè magnificis, ac feſtivis, ut ita amici gratiſſimi omnibus modis recrearentur, in quorum capita unguentum effundebatur, præcipuè 36.

eorum

dium parant, quo unguentum illud ab omni perditionis ſuſpicione liberetur. Et qualenam hoc remedium eximens à perditionis metu? illud explicant dicentes *dari pauperibus.* Unguento, cui metuunt perditionem ſuper caput JESU effuſo, nullam tamen metuunt perditionem pauperibus erogato. Hæc enim eſt ſingularis erga egenos excellentia, ut nullam jacturam metuat, nihilque perire ſinat. D. Bernard. ſerm. 12. in Cantic. *Vide ſene*, ait, *quam ſit præferendum cæteris iſtud pietatis unguentum, de quo ſolo permiſſum non eſt perditionem fieri. In tantùm perditio de ipſo non ſit, ut nec aquæ frigidæ munus irremuneratum ſinatur.*

Charitas à perditionis metu liberat.

D. Bern.

50\. Quæſtio tamen principaliter inquirit, cur unguento effuſo dicunt perditionem fieri, *poterat enim unguentum iſtud venundari pluſquam trecentis denariis.* De quo jam ſuperiori quæſtione dedi aliquas rationes, nunc verò alia, & maximè ad mores ſubjicio.

Ratio difficultatis.

51\. Reſpondet primo D. Chryſoſt. hom. 81. *Nam cum dixiſſent.* ait, *vendi trecentis denariis unguentum illud potuiſſe, quantum ipſa in unguentum illud inſumpſiſſet, aperuerunt, & ſic magnanimitatem ejus manifeſtarunt.* Ecce iniquorum conſilium contra ipſos retorquetur, Judas detrahit mulieri, quod tantùm pretium triginta nempè aureos in unguento illo expendiſſet, & dum hanc calumniam parat contra mulierem, ejus magnanimitatem, ac ferventem charitatem erga Chriſtum declarat, ac manifeſtat, cum tantùm in ejus obſequium expenderit.

D. Chryſ.

Concilium impiorum contra ipſos.

52\. Secundò D. Paulin. Epiſt. 4. ſic fatur. *Suo ipſius damnandus judicio, quo triginta aureis vendidit eum quem mulier ut ipſe taxaverit unxit. trecentis; ſed in hoc perverſus quod ipſum vili æſtimans Dominum, unguentum illud charo æſtimavit.* Stultiſſimus æſtimator multum æſtimat unguentum, quo à muliere ungitur, parvo verò ipſum appendit, quem triginta denariis vendidit; ſic proh dolor, multi magni æſtimant temporalia adeo, ut omni auro putent emi debere; cœleſtia autem, & æterna parvo, aut nihilo pendunt; quam aliter verò juſti, qui omnia temporalia profundunt, ac ſpernunt, ut cœleſtium Domino famulentur, illique dent obſequia!

D. Paulin.

Homines magni æſtimant temporalia, pro nihilo cœleſtia.

53\. Tertiò, *Ut quid perditio hæc?* Iſta à Juda dicuntur tanquam iniquorum capite, qui zelo quodam divinæ reverentiæ, dedecus cenſent ſuum, cùm in aliis laudatur, quod ipſi nec faciunt, nec exhibent, nec cogitant? perfuſio unguenti facta à muliere maximè extollitur & celebratur, quàm ipſe proditor nec cogitat, nec præſtare intentat, inde iniqua detractione in mulierem armatur; cui convenit illud. D. Gregorii Dialog. 2. *Mos pravorum*, ait, *invidere aliis, virtutis bonum, quod ipſi habere non appetunt.*

Ex livore reprehendunt homines illuſtre factum quod non exhibent.

D. Greg.

54\. Quartò. Maximè falluntur humana judicia: *ut quid perditio hæc?* Ait proditor. Exiſtimatur unctio facta tanquam pro deliciarum luxu, ac jucunditatis recreatione, ut dixi ſuperiori quæſt. cum eſſet exhibita pro extrema corporis jactura, ac mortificatione, pro ſepultura nempe ejus: *Mittens unguentum ad ſepeliendum me fecit.*

Falluntur humana judicia.

55\. Quintò. *Ut quid perditio hæc?* Vox eſt proditoris Judæ: profuſio illa unguenti ſalutifera virtus erat, & tamen à proditore perditionis cenſurâ afficitur de iniquorum more, qui ſalutis piam tanquam mortis, ac perditionis viam reputant, & æſtimant.

Iniquus, quæ ſunt ſalutis, perditionem reputat.

Tranſacta longa ſerie rerum, poſtquam Joſeph agnovit fratres ſuos ſimul cum Benjamin mandavit procuratori ſuo, ut viros introduceret in domum ut ibi cum eo epularentur, ac ſimul ſtolis primis, multiſque aliis donis nobilitarentur, ipſi verò in introductione multum trepidant, extremumque ſupplicium ipſis imminere ſuſpicantur. *Ibique exterriti dixerunt mutuo propter pecuniam, quam retulimus priùs in ſaccis noſtris, introducti ſumus, ut devolvat in nos calumniam, & violenter ſubjiciat ſervituti.* Geneſ. 43. num. 17. Ultima verba legit Pagninus: *Ut volvat ſe contra nos, & jactet ſe ſuper nos, & capiat nos in ſervos.* Vocabantur ad epulas, ad honorem, & decorem, cur ſic pavent, & contremiſcunt, tanquam ſi ad ſervitutem, ac capitale ſupplicium accederent? Arguebantur à conſcientia ſua ob crimen commiſſum in fratrem, & inde quæ ad ſalutem, ac gloriam ordinabantur tanquam viam ad malum, ac pœnam judicant, & reputant. D. Ambroſ. lib. de Joſeph. cap. 9. *Invitabantur ad gratiam, ad ſalutaris menſæ vocabantur convivium, & calumniam ſibi parari, inſidias fieri ſuſpicabantur.* 56.

Geneſ. 43. Pagnin.

Ubi mors timetur ibi vita invenitur.

D. Ambr.

Navicula ferebatur Jonas per mare, quæ ſæviſſima tempeſtate exorta fluctibus opprimebatur. Tunc Jonas ad nautas ait cap. 1. n. 12. *tollite me, & mittite in mare, & ceſſabit mare à vobis.* Jonas peccati bene conſcius exiſtimabat tempeſtatem illam exortam eſſe ad mortem illi infligendam; & ut ipſe ſepulchrum ſuum haberet, ſed tempeſtas vitales undas evitavit, & piſcis uterum tanquam ſecuriſſimum navigium præbet, qui eum ad tranquilliſſimum portum detulit. Sedulius lib. 1. cap. 15. *Jonas*, ait, *in marinos fluctus anxiæ puppis trepidatione jactatus, uteroque ſorbentis Cete reconditus non ſenſit aquas in pelago conſtitutus, vitale ſcilicet ſepulcrum ne moreretur ingreſſus; tutuſque mitiſſima ſub voraci ventre, cuſtodia, depoſitum videbatur, non præda, hoſtilique ſalubrius protectione ſervatus venit ad terram. Cui fato diverſitate contrario, nautra ſerenitatem præbuit, fera navigium miniſtravit.* Sic frequenter peccatores cæcutiunt, ubi metuebant mortem, vitam, experiuntur. 57.

Joan. 1.

Via mortis fiat via ad ſalutem.

Sedul.

QUÆSTIO IX.

Quare Evangeliſta Joannes explicat Iudam furem eſſe, expenditurque Evangeliſtæ textus?

AIT Joannes Evangeliſta, *Dixit ergo unus ex diſcipulis ejus.* Ponderat Albertus Magnus. *Unus*, quia malitia unicus erat: ab omnibus exceptus. *Ex diſcipulis ejus*, Ait idem Albertus: ſolo numero, non merito, & inde cum in tanto dignitatis apice eſſet ſine meritis, graviter labitur, & ruit *Judas*, falſo nomine, quoniam Judas confitens interpretatur, erat enim de illis *qui confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant.* Ad Titum 1. num 16. *Scariotis* ex vili nempe loco civilis, qui interpretatur memoria mortis, quoniam Domini mortem machinabatur. 58.

Albert.

Expenditur textus Ioannis.

Ad Tit. 1.

D. Matthæus, & Marcus, referunt quod videntes 59.

dentes diſcipuli unguentum à muliere effuſum indignati ſunt; at Joanes id ſolùm de Juda refert: cujus rationem aſſignat, quia fur erat, & loculos habebat. Quod commentans D. Cyrill. lib. 8. in Joan. c. 7. *Judas, ait, propterea dixit, quia fur erat, & cupiditatis ſuæ ſtimulis exagitatus; cæteri verò propter pauperum curam, ſimplici animo, & nihil mali ſuis verbis obvelarent: Joannes autem de ſolo illo id commemorare voluit, cujus ex hac occaſione furandi occaſionem credidit intimandam.* Alii Evangeliſtæ de omnibus diſcipulis dicunt, quod indignati ſunt, ſimplici, ac candido animo, amore nempe pauperum; at D. Joannes depravatam Judæ intentionem explicat, *quia fur erat, & loculos habebat.* Acutiſſima ſua intellectus perſpicacia agnovit virtutem à vitiis diſtinguere, ut perditiſſimi latronis iniquitatem exprimeret; *quia fur erat.*

D. Cyrill.

Difficile virtutem à vitiis diſtinguere.

60. Deinde. Quamvis alii diſcipuli indignati fuiſſent, tamen D. Joannes totius criminis notam in Judam refert *Hoc autem dicebat, non quia de egenis pertinebat ad eum, ſed quia fur erat.* Quare ex eodem dicto tota criminis cenſura in Judam, & non in alios Apoſtolos retorquetur? Quamvis enim verbum in auribus idem fere reſonaret, in mente autem multum diſcrepans intentio extabat: nam diſcipuli altum ſacramentum adhuc neſcientes, ex pauperum amore excuſantur, Judas verò damnatur, cum verbum protulerit ex ſurripiendi, ac detrahendi impulſu. Ut ait citatus Cyrillus. *Cujus ex hac occaſione furandi conſuetudinem credidit intimandam.*

Sub iiſdem verbis latet diverſa intentio.

D. Cyril.

61 *Fur erat, & loculos habens ea quæ mittebantur portabat.* Fur erat, imò & ſacrilegus, ut ait Theophylactus: *In ſuum uſum rapiens, quæ in divinum debebantur.* Et D. Auguſt. *Portabat, an exportabat? ſed miniſterio portabat; furto exportabat,* Portabat ſanè mala fide, ut ſæpè ſolent, qui pecuniam ſervant communem. Iudas ergo vehementer cupiebat unguentum illud venundari, cum ſciret Chriſtum Dominum nolle tantum pecuniæ in loculis ſuis aſſervari, ac proinde in pauperes diſtribuendum eſſe, ut ipſe pauperibus aliquam partem daret, aliamque ſibi furando reſervaret. Rupertus. *Furtum, ait, inferebat honeſto nomine, id eſt egenorum palliavit cura.*

Theoph.
D. Auguſt.

Partem furabatur Iudas.

62. *Loculos habens.* Pauperrimi Collegii nummi pauci erant, & in parva crumena omnes claudi poterant, cur ergo Iudas non unum loculum, ſed loculos, ſeu plures crumenas habet? Merito tamen dicitur, quod plures habebat, nam Avarus plures theſauros ſibi facit: unum, quo pecunias recondit, alterum verò, quo ſibi theſaurizat iram in die Iræ Domini. D. Bernard. in declamationibus, *Iudas, ait, non loculum, ſed loculos habet, utinam, ſaperes miſer & intelligeres cum theſauro pecuniarum, theſaurum iræ pariter cumulari.*

Avarus ſibi theſaurizat iram.
D. Bern.

63. *Non quia de egenis pertinebat ad eum.* Rationem hujus rei inſinuat Evangeliſta in antecedentibus verbis, *Iudas, Iſcariotes, qui eum erat traditurus.* Qui I E S U M interficere parabat, ſimul & pauperum miſéricordiam ad mortem convocabat, conſequens enim erat, ut cum Dei filio etiam miſericordia in pauperes interficeretur, ac proinde cum Dei filius morti traderetur, etiam miſericordia in pauperes morti traderetur. Citatus Rupert. lib. 12. in Ioan. *Non quia de egenis pertinebat ad eum, ait, etenim longè exceſſerat animus ejus trucidatur pietatis, ultra omnes terminos humanarum miſerationum tanquam alieni pectoris erat, ut ipſam poſſet ad mortem tradere miſericordiam pauperum.*

Impius in pauperes, impius & in Deum.

Rupertus.

Cum ergo miſericordia ſit propria Dei affectio, qui Dei filio parabat mortem, parabat etiam & miſericordiam in pauperes, ſicut & qui exhibet miſericordiam pauperi, illius & fructum colligit ex Chriſto D. de muliere forti decantatur *Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem.* Proverb. 31. n. 20. Nemo ſibi perſuadeat eundem eſſe pauperem, inopem, ſuperflua enim videretur talis repetitio. Alius eſt ergo pauper, cui manus ſuas mulier extendit, & alius eſt inops, Chriſtus nempe, cui fructus debitus extenditur, eademque manus extenſione qua pauperem invenis, invenis & Chriſtum, eodemque ſimul in loco ſunt Chriſtus, & pauper. Dum pauperi exhibes Eleemoſynam extendis etiam manum ad Chriſtum, ut ab eo fructum pietatis, ac illius remunerationem percipas. D. Auguſtin. *Manus pauperis, ait, fructus inopi eſt, quidam pauper manus ſuas quærit, & quidam inops fructum ſuum quærit, qui non vult à te, niſi quod neceſſitati ſuæ proſit, pauper eſt, manus ſuas quærens. Eſt autem alius inops, ſcilicet Chriſtus, qui non quærit datum, ſed requirit fructum.* 64.

Prover. 31.

Pius in pauperes à Chriſto requirit fructum.

D. Auguſt.

Quæstio X.

Quare Chriſtus D. commiſit loculos Iudæ, quem futurum furem præſciebat?

QUARE Dominus elegerit Judam in Apoſtolum, quem improbum futurum ſciebat, tractavi jam tom. 3. q. 21. Nunc verò diſputo, cur ei tradiderit loculos, cum eum latronem futurum ſciret? 65.

Reſpondeo primò cum aliquibus recentioribus. Quia Judas cæteris aptior erat ad res temporales adminiſtrandas futurum autem permiſit, quia inde nata occaſio eſt proditionis, ac paſſionis ſuæ. Secundo D. Auguſt. tract. 50. *Voluit ait, Dominus noſter JESUS Chriſtus admonere Eccleſiam ſuam, quando unum proditorem inter duodecim habere voluit, niſi ut malos toleremus ne corpus Chriſti dividamus* Toleratur malus, an fortè ut emendetur, & ut etiam bonus illum tolerando veniat ad præmium beatorum. 66.

D. Auguſt.

Tertiò. Fecit hoc Chriſtus D. ne miremur ſi in ſanctorum congregationibus, ac monaſteriis aliqui vitioſi, ac delinquentes inveniantur. Pro quo audiendus D. Auguſt. Epiſt. 137. Cum unus ex ſuis monachis deliquiſſet, ac ſcandalum dediſſet, ex quo populus maximè offenſus illi oſtendebatur, ſic ait: *Quantumlibet vigilet diſciplina domus meæ, homo ſum, & inter homines vivo, nec mihi arrogare audeo, ut domus mea melior ſit, quam arca Noë, ubi inter octo homines reprobus unus inventus eſt: aut melior ſit, quam domus Abrahæ, ubi dictum eſt ejice ancillam, & filium ejus: aut melior ſit quam domus Iſaac, cui de duobus geminis dictum eſt: Jacob dilexi, Eſaü autem odio habui: aut melior ſit quam domus Jacob, ubi lectum patris filius inceſtavit: aut melior ſit quam domus David, cujus filius cum ſorore concubuit, cujus alter filius contra patris tam ſanctam conſuetudinem rebelavit; aut melior ſit quam cohabitatio ipſius Domini Chriſti,* 67.

Non mirandum ſi in ſanctorum congregationibus ſint vitioſi.
D. Aug.

in qua undecim boni perfidum, & furem Judam tolerant: aut melior ſit postremò, quam Cœlum, unde Angeli ceciderunt.

68. Theoph. Quartò. Theophylactus. *Nonnulli aiunt, ideo creditam Iudæ pecuniarum diſpenſationem, ut minorem aliis, nam pecuniis miniſtrare minus eſt, quam doctrinæ: ſicut in Actis dicunt Apoſtoli: non licet nobis relicto ſermone miniſtrare menſis.* Act. 6. n. 2. Quo admonentur Prælati, ut rerum temporalium curam facilè cuivis confidant; majora verò, & ſpiritualia ut divini Verbi prædicatio majoribus, ac ſublimioribus committatur.

Act. 6. *Spirit ualia majoribus committantur.*

69. D. Chryſ. Quintò. D. Chryſoſtomus hom. 4. in Joann. quærens, Quare divinus Magiſter ſciens hominis avaritiam, illi tamen committit nummos, ut diſpenſet; ſic reſpondet: *Ut omnem tolleret proditionis materiam.* Euthymius. *Quomodo, ait, ſciens ipſum furem permiſit omnino ſervare marſupium? Propter illius imbecillitatem, ut inde ſuam ſolvens avaritiam, ob eam non incideret in preceptoris proditionem.* Sciens divinus Magiſter hominis avaritiam nummos illi committit, ut diſpenſet, ut diſcipulus nullo jure magiſtro ſit infenſus, à quo offenſus non fuerat, nummorum cura tradita, imo ut in ipſa pecunia commiſſa, & confidentia facta emmolliatur ejus animus, ac ab avaritia avertatur, ne in turpe facinus proditionis incidat. Nam ut ait Seneca 1. de benefic. c. 2. *Qui inſtat, & onerat priora ſequentibus, etiam ex duro & immemori animo gratiam extrudit.*

Euthym. *Deus patrãdæ malitiæ tollit. occaſiones.*

70. Cùm gens Hebræa ſe alimento deſtituta videret, maximè de ſumma Dei omni potentia addubitans dicebat. Pſalm. 77. num. 20. *Nunquid panem poterit dare, aut parare menſam populo ſuo,* Quid Deus ad has inanes voces? *Panem Angelorum manducavit homo* n. 25. Quomodo pro tam impudentibus verbis adverſus divinam omnipotentiam; *Nunquid panem poterit dare?* Tam liberalem, & magnificum ſe exhibet, cur non fulmina vibrat, vel dura ſupplicia infligit? Minimè. Sed tantam alimoniæ affluentiam improbis hominibus credit, eorum enim pervicaces animos maximis largitionibus ad ſui amorem trahere conatur. Baſil. Seleucus orat. 19. Hebræos ſic pulſat. *Contumaciam tuam,* ait, *reverentia mollire machinatus eſt Deus.* Vide multa ſuperioribus tomis in Indice. Verb. *Ingratus.*

Pſal. 77. *Improbo blãditur Deus, ut probum reddat.* Seleuc.

Matth. 16. *n.* 10. Sciens autem Jeſus ait illis: quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus enim bonum operata eſt in me.

Num. 11. Nam ſemper pauperes habetis vobiſcum: me autem non ſemper habetis

VERSIONES.

Arabicus n. 10. Scivit autem Jeſus, & ait illis: quid reprehenditis hanc mulierem?

Eutymius. Quo cognito ait illis Jeſus: quid moleſtiam præbetis mulieri?

Vatabl. Arias. Moleſtias exhibetis mulieri?

Syriacus. Quid fatigatis hanc mulierem

Franc. Lucas. Pulchrum opus operata eſt erga me.

Alii ex Græco. Egregium opus operata eſt in me.

Syriacus n. 11. Nam in omni tempore egenos habebitis vobiſcũ, me verò in omni tempore non habebitis

ALTER TEXTUS.

Marc. 14. *n.* 6. Jeſus autem dixit: Sinite illam quid illi moleſti eſtis? bonum opus operata eſt in me.

Num. 7. Semper enim pauperes habetis vobiſcum; & cum volueritis poteſtis illis benefacere: me autem non ſemper habetis.

EXPOSITIO. III.

71. SCIENS *autem* JESUS: ſua divina cognitione, ac ſcientia per ſe infuſa penetrans ſuorum diſcipulorum ſecretum murmur, directè quidem excitatum contra mulierem ungentem, indirectè verò contra ſe talia permittentem. Nam ut ſcribit D. Marcus c. 14. n. 5. *Fremebant in eam.* Quod Syriacus vertit: *Murmurabant*, indignationem ſuam murmure, ac voce oſtendentes. *Quid moleſti eſtis.* Chriſtus in univeſam ſcholam dirigit ſermonem, cum unus Iudas tantum peccaverit, ut juxta multos retuli ſuprà q. 7. Ne gravius doleat ipſe, ſi non doleant reliqui, ne ipſe ſolus doleat, ſi alii non pungantur. D. Gaudentius ſerm. 13. *In communi,* ait, *omnibus diſcipulis loquitur, ut adverſantis Iudæ contumeliam temperet neque acriter, ut in fraudatorem invehitur, ſed diſſimulato ejus crimine, quem & Evangeliſta furem nominat, leni monitu univerſos pariter inſtruit.* Hac via pudorem, ac dolorem, lenit hominis perditiſſimi. *Quid moleſti eſtis?* ſine ulla cauſa ac fundamento moleſtias præbetis: *huic mulieri.* Mulierem vocat, ut maximè ejus generoſitatem extollat quod tam virile; ac ſublime opus aggreſſa fuerit. D. Bernard. ſerm. 12. in Cantic. *Quid moleſti eſtis huic mulieri?* ait, *quod eſt; non eſt vir, ut putatis, qui poſſit mittere manum ad fortia.* Inde magis laudabile ejus facinus, quod cum eſſet mulier, & infirma, tam magnum opus præſtitit; *opus enim bonum*: egregium, pulchrum, ac omni laude digniſſimum ex omni virtute profectum, charitate nempe, pietate, fide, gratitudine, ut jam ſuprà explicavimus.

D. Marcus. Syriacus. *Reprehenſio datur in communi.* D. Gaud. D. Bernard. *Generoſitas Magdalenæ.*

72. *Nam ſemper pauperes.* Solvit Dominus objectionem de cura pauperum, nam mundus ſemper pauperibus repletus eſt, quid benefacere poteſtis; at ego poſt ſex dies moriar, & hoc obſequium amplius mihi præſtare non valetis, & ideo fruſtra de illo mulierem arguitis, cum poſt tam paucos dies illud non poſſit exhibere. *Semper pauperes habetis vobiſcum.* Non dixit ſemper pauperibus Eleemoſynam præbere poteſtis, ut objectio requirere videbatur, ut inde, fieret nobis documentum, quod idem ſit ex pietatis impulſu pauperes habere, ac illis Eleemoſynam erogare. *Me autem non ſemper habebitis.* Hoc videtur repugnare cum illis verbis c. 28. num. ultimo, ubi ait,

Qui habet pauperes dat eleemoſynam.

ait Chriſtus: *Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi.* Nulla eſt tamen repugnantia; nam in his ultimis loquitur Chriſtus, vel de præſentia ſpirituali per gratiam, vel ſacramentali in Euchariſtia; at verò verba, quæ explicamus, procedunt de præſentia naturali, qua apud nos vivebat, ſecundum quam tanquam pauper obſequia noſtra excipere poterat.

Quæstio XI.

Quare Chriſtus D. reprehendit ſuos diſcipulos, & mulierem laudat?

73. D. Thom. SEMPER Dominus JESUS Magdalenæ ſit advocatus, ut notat in præſenti D. Thomas, nam cum Phariſæus accuſaret eam de peccato, dicens: *Hic ſi eſſet Propheta ſciret quæ, & qualis eſt mulier, quæ tangit eum.* Dominus excuſat eam per dilectionem, *quoniam dilexit multum.* Luc. 7. Luc. 7. n. 47. Item cum eam Martha de otio accuſaret, Dominus excuſat eam per contemplationem. *Maria optimam partem elegit.* Luc. 10. n. 42. Item cùm hîc diſcipuli de unguenti effuſione eam arguunt, Dominus eam ex devotione excuſat. *Quid moleſti eſtis huic mulieri?* Semper virtus Deum habet verum defenſorem, & patronum. Hanc quæſtionem latè tractavi tom. 3. c. 15. q. 21.

Luc. 10. Virtus ſemper habet verum defenſorem.

74. Ad quæſtionem reſpondent. Primò omnes auctores tam moderni, quam antiqui. Increpat Dominus diſcipulos, quia pauperes ſemper erunt apud eos, quibus poterunt benefacere, opportunitas enim pauperibus benefaciendi continuo eſt, & durabit: At mihi benefaciendi, ait Chriſtus, non ſemper erit opportunitas: jam enim morti ſum proximus, dum igitur breve mihi ſupereſt tempus, ſinite illam mihi hoc obſequium præſtare. Magna enim prudentia eſt occaſionem, ac opportunitatē non omittere, ſed illa bene uti.

Bona occaſio non omittenda.

75. D. Chryſ. Secundò. D. Chryſoſtomus hom. 61. ad populum. *Quoniam*, ait, *adhuc imperfectius erat affecta, ipſam autem illi fatigabant, eam conſolans hæc dicebat: Ut quid moleſti eſtis huic mulieri? Ne mulieris fidem, tunc germinantem diſcipulorum increpatio tabeſceret.* Novella erat diſcipula, & quia diſcipuli eam ſuo murmure moleſtiis afficiebant; eos increpat Dominus, & mulierem laudat, ne ipſa deficeret, ſed ut ejus virtutem foveret, ac ad majora perduceret. *Ne mulieris fidem, tunc germinantem diſcipulorum increpatio tabeſceret.*

Virtus novella fovenda ut creſcat.

76. D. Baſilius. Seleuc. Tertiò. D. Baſilius Seleuc. orat. 31. *Ne mihi*, ait, *ritus ſepulchrales invideas, licet vita ſpoliaveris. Nam mulier hoc ſepulchrali ritu mortem, cujus tu auctor fuiſti, prævertit. Honorem puto ſepulturæ meæ hoc eſſe: & ſi cædem paras, tumulum ſanè concede.* Inter flagella, ac crucis tormenta coram Præſide tacet Dominus, ſicut agnus coram tondente ſe, & nullam dedit querelam, tamen Iudæ unguenti effuſi murmurationem non ſuſtinet, ſed ipſam interpellat. Quare ergo, qui mortem tacitus ſuſtinuit, nunc de hoc murmure queritur? Sanè hoc in Juda intolerabile videbatur bono JESU, quod ejus furor ultra Magiſtri mortem ſe extenderet, & ne defuncto parceret, ſed illi ſepulcrales ritus, ac honores tollere vellet.

Mortuus non defraudandus à ſepulchri ritu.

77. Peluſiot. Quartò Iſidorus Peluſiotes lib. 2. epiſt. 88. hanc reddit rationem, cur Dominus mulierem laudat. *Mulieris fidem*, ait *per objurgationem extinguere abſurdum erat.* Judas cum aliis diſcipulis multo morſu damnat oleum effuſum à muliere, occurrit Chriſtus ipſam laudibus celebrans. *Opus bonum operata eſt in me.* Cur non ſinit Dominus mulierem multo murmure moleſtari? opportunè tamen occurrit Chriſtus, mulieris opus extollens, ne ejus pietas objurgatione deferveſcat, ſed potius ut laude creſcat, & augeatur. Paſſim anima ſancta à ſuo Divino ſponſo Chriſto magnis præconiis decantatur. *Pulchræ ſunt genæ tuæ.* Cantic. 3. Cantic. 1. n. 9. & iterum. *Collum tuum ſicut monilia.* Et iterum. *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es.* Cur tantis ſublimatur? Prævidebat Dominus, quod ipſa aliquando in perſequentium cuſtodum manus incideret, inde eam tantis approbationibus corroborat, ne in perſequutione deficeret, ſed, magis creſceret, & proficeret. D. Greg. Nyſſ. orat. 3. ſic Virginem ad magna virtutum facinora urget. *Nam*, ait, *præclarè facto rumprædicatio vehementiorem illis, à quibus ſunt geſta, cupiditatem ad potiora indit.* D. Nyſſ.

Vehementer ſuum dilectum deprecabatur ſponſa, ut indicaret ei, quo in loco paſceretur, ac cubaret in meridie. Tunc ſponſus ſic ei loquitur: *Si ignoras te, egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum.* Cant. 1. n. 8. In quibus verbis, ut interpretatur D. Bernard. ſerm. 38. in Cantic. Pia anima dura increpatione à Chriſto arguitur; propterea quod adhuc in corpore eſſet, auſa eſt petere, ut indicaretur locus gloriæ Dei, & ideo dicitur: *egredere, & abi.* Ubi ipſe ſanctus Doctor commentatur ſerm. 35. in Cantic. de ſanctuario meo; ac loco ſacro, & inde dicitur ei paſce hœdos tuos, non agnos, ſed hædos, id eſt, vagos corporis ſenſus. Tamen ſodales, ut volunt Juſtus, Rupertus, Anſelmus ſubdunt. *Pulchræ ſunt genæ tuæ, &c. Murenulas aureas faciemus tibi.* Ibidem n. 10. Cur Virgo, quæ ſic correpta erat à ſponſo tantis laudibus, ac munuſculis nobilitatur, à ſodalibus. Poterat Virgo ſic correpta animo cadere, aditu ad egreſſum intercluſo, ne ergo deficiat, ſed ut in majores ſpiritus reſurgat, accurrunt adoleſcentulæ cum laudibus. D. Bernard. ſerm. 41. *Ut ſi*, ait *pavidior quam oportuerit, ac dejectior animo facta eſſet, ſodalium eam conſolationes erigerent.* Ubi obiter expende, quod laudes conſolationes vocat D. Bernard. 78.

Animus mæſtus laudibus animatur. Juſtus. Rupertus. Anſelm. D. Bern.

Alta nocte Chriſtus D. apparet Paulo, ipſumque recreans ait. *Conſtans eſto: ſicut enim teſtificatus es de me in Jeruſalem: ſic te oportet, & Romæ teſtificari.* Actor. 23. n. 11. Ad quid bonus magiſter revocat Paulo in mentem ea, quæ pertulerat in Jeruſalem, & ea tanquam approbans, & laudans, ut inde magna conſolatione recepta animetur, ad ſuſtinenda ea, quæ ei Romæ parantur; Chryſoſtomus hom. 49. in Acta. *Bono animo eſto Paule, ſicut enim teſtificatus es de me in Jeruſalem ita oportet etiam in Roma teſtificari. Vide quanta conſolatio. Primò illum laudat: deinde non ſinit incertam profectionem illius in Romam.* Expende. *Vide quanta conſolatio.* 79.

Actor. 23. Ex re bene geſta, laudatur Paulus ut ad alia procedat. D. Chryſ.

Matth. 26. n. 12. Mittens enim hæc, unguentum hoc in corpus meū: ad ſepeliendum me fecit

Num. 13. Amen dico vobis: ubicumque prædicatū fuerit hoc Evangelium in toto mundo, dicetur, & quod hæc fecit in memoriam ejus.

VER

VERSIONES.

*Syriacus,n.*12. Id autem, quod injecit nempe aroma iſtud ſuper corpus meum: tanquam ad ſepeliendum me fecit.

D. Chyriſoſt. Mittens in corpore meo, ad ſepulturam meam fecit.

Syriacus. n. 13. Et quidem ego dico vobis: Ubicumque prædicabitur hoc Evangelium meum in univerſo mundo, recitabitur. & id quod hæc fecit.

Pagninus. In univerſo mundo memorabitur.

Arabicus. In univerſo mundo memorabitur.

Franc. Lucas ex Græco. Quod hæc fecit in monumentum ipſius.

ALTER TEXTVS.

Marc. 1. *n.* 8. Quod habuit, hæc fecit, prævenit ungere corpus meum, in ſepulturam.

Amen dico vobis: ubicumque prædicatum fuerit Evangelium iſtud in univerſo mundo, & quod fecit hæc narrabitur in memoriam ejus.

*Ioan.*12.*n.*7. Dixit ergo JESUS: ſinite illam, ut in diem ſepulturæ meæ ſervet illud.

EXPOSITIO II.

80. DILUTA diſcipulorum objectione de pauperibus, bonum eſſe mulieris opus declarat. Scribit D. Joan. *Dixit ergo Ieſus: ſinite illam:* Furacem Judæ animum noverat Dominus, & tamen prodit eum. D. Aug. *Furacem noverat*, ait, *& prodere nolebat, ſed potius tolerabat, & ad perferendos malos in Eccleſia nobis exemplum patientiæ demonſtrabat*, Et non acerbè ac durè, ſed leniter, ac ſuaviter loquitur Dominus. D. Gaudentius ſerm. 13. *Nihil acerbum*, ait, *Chriſtus voluit pro merito ſceleratæ mentis illi loqui, ne Judas eum tradere videretur iratus.* Ne aliqualem inveniret Iudas excuſationem in ſuo atrociſſimo ſcelere, quod fieret ab animo exacerbato, ac per correctiones ipſas irritato, cavet Dominus reprehenſionis aculeos.

Auguſt.

Gaudent.

Nolui. Dominus Iudã irritare per correctiones

81. *Mittens enim hæc unguentum hoc.* Præteriti temporis eſt, infundens, ac injiciens unguentum hoc. Et ſi legas de præſenti, multum inſervit ad ſenſum moralem, obſequia ei exhibita ſemper Dominus habet non ut præterita, ſed ut præſentia. *In corpus meum.* Copioſè effuſum fuerat: & inde à capite in totum corpus defluit *ad ſepeliendum me fecit*, ut mos erat Judæis aromatibus ſepelire, ut dicam quæſt. ſequenti.

82. Joannes ſcribit: *Ut ſervet illud in diem ſepulturæ meæ.* Primò Franciſc. Lucas ita interpretatur: *Ut ſervet illud*, hoc eſt, ait illud ſervaſſe probetur, & declaretur. Hebræi enim verba realia per vocalia exponunt. Omitto alias expoſitiones minus probabiles.

Franc, Luc

Secundò & aptè ſanè, Vatab, Janſen. Toletus, Barradas ſic interpretantur. *Sinite ut ſervet illud.* Sine ſervare, vel ſervaſſe illam hoc unguentum in diem ſepulturæ meæ. Tacitè indicat jam proximè inſtare ſuam mortem, & ſepulturam. Ac ſi dicat: ſine ô Juda illam ſuæ devotioni, ut modò me vivum ſed brevi moriturum ungat, quia tunc me mortuum ungere non poterit, hoc unguentum enim ſervat, & ordinat ad illum diem, facit enim modò, quod tunc erat factura. Eundem reddunt verba Græca in præterito. Servavit illud in diem ſepulturæ meæ: ac ſi dicat: ſine Juda, in diem ſepulturæ meæ ſervavit unguentum; quia me nunc ungit in illam diem, vel pro illo die. Ordinabatur unctio hæc ab ſpiritu ſancto ad indicandam, ac honorandam Chriſti mortem, & ſepulturam. 83.

Vatabl. Ianſen. Tolet. Barradas.

Amen dico vobis. Prædicens rem futuram, quæ difficilè credi ſolet, aſſeveratione utitur. *ubicunque prædicatum fuerit hoc Evangelium* Duo in his verbis continentur vaticinia. Unum eſt prædicandum Evangelium in toto mundo, alterum ut notavit D. Hieron. glorioſè Magdalenæ factũ prædicandum. Ac ſi dicat Chriſtus Evangelica hæc hiſtoria prædicata fuerit. *in toto mundo dicetur.* Abraicus. *Memorabitur* Pagnin. *Narrabitur.* Syriacus. *Recitabitur.* Et ſubditur. *Quod hæc fecit in memoriam ejus.* Alii ex Græco: *in monumentum ejus.* Hæc unctio, ac pietatis obſequium narrabitur per totum orbem ad perennem Magdalenæ laudem, ac vituperantis eam Judæ infamiam, & contumeliam. Beda in Marcum. *Notandum autem, ait, quod ſicut Maria gloriam adepta eſt toto orbe, quocumque Eccleſia ſancta diffuſa eſt, de obſequio, quod Domino piæ devotionis exhibuit, itaè contra ille, qui obſequio ejus detrahere temeraria lingua non timuit, perfidiæ nota longè, lateque infamatus eſt, & Deo ſimul, atque hominibus meritò factus eſt exoſus, quanquam moleſtus Dominus, opus bonum laude perpetua celebrandum prædicens, futuram impii infamiam ſilentio præterijt.* 84.

D. Hieron. Arabicus. Pagnin.

Beda.

QUÆSTIO XII.

Quare dicitur, quod Magdalena unxerit Dominum ad ſepulturam?

AMURMURE Judæ excuſat Dominus Magdalenam, *quod ad ſepeliendum me fecit*, Seu ut habet Syriacus: tanquam ad ſepeliendum me fecit. Poterat Dominus eam excuſare ob excellentiam ſuæ perſonæ, ob quam omnia, magni pretii ei ſunt debita, & ideò non in pauperibus ſuccurrendis, ſed in ornatu templorum, altarium, ac ſacerdotalium veſtium magni expenduntur ſumptus: quod eximii meriti eſt, poterat etiam eam excuſare laudans ejus affectum charitatis, gratitudinis, ac pietatis, tamen hæc omnia Chriſtus ſubticuit, & his titulis modeſtiæ cauſa noluit uti. Excuſat ergo eã, *quod ad ſepeliẽdũ fecit.* 85.

Syriacus.

Ratio difficultatis.

Prius dixit Dominus opus fuiſſe bonum, nunc etiam probat intentionem bonam, ac religioſam fuiſſe. Magdalena, quæ aſſueta erat colloquiis Domini ipſumque comitabatur per loca, & caſtella. Luc. 8. n. 2. quæ attentiſſimè, ac multa fide ejus verba excipiebat, noverat, ut notant Caietanus, 86.

Luc. 7. Ianc. Luc. Caietan.

nus Franciſ. Lucas & alii, ipſum jam eſſe morti propinquum, quod ſæpè ipſe prædixerat, verebaturque mulier, ut mortuo ſepulturæ officiū non poſſet impendere, optimè enim noverat rabiem, & odium Iudæorum adverſus Chriſtum Jesum. Cum ergo mos eſſet Iudæis cum aromatibus ſepelire. Joan. 19. n. 40. voluit mulier afflatu divini ſpiritus adhuc vivo exhibere, ſi fortè mortuo exhibere prohiberetur. Scribit enim D. Marcus *Quod habuit hæc fecit, prævenit ungere corpus meum in ſepulturam.* Expende verba, *quod habuit*, id eſt quod potuit, ac licuit, ut explicant Euthymius, ac alii, *fecit.* Et ſequitur: *prævenit*, id eſt anticipatè venit ungere corpus meum in ſepulturam At quodnam inconveniens eſt ut dicamus mulierem tam aſſuetam Domini ſermonibus, quæ tanta attentione, fide, charitate, ac reverentia verba Domini audiebat, Divini ſpiritus impulſu ejus dicti de morte, ac ſepultura intelligere, cum ad hoc maximè nos inducit textus Marci.

(Margin: Joan. 19. — D. Marcus.)

87. Et ita factum, quod mortuum, Magdalena ungere non potuit, quia præventa fuit à Nicodemo Joan. 19. n. 40. ac à ſubſequenti ſabbatho, & die Dominica per accelerationem Reſurrectionis, ut ergo fervens mulieris affectus fruſtraretur, Divino ſpiritu ordinante, ut ſcribit D. Marcus, *quod habuit*, id eſt potuit, ac licuit *fecit*, &c. D. Remigius in Catena in cap. 26. Matth. *Quid futurum erat*, ait, *ut hæc mulier corpus Domini mortuum vellet perungere, & tamen non poſſet, quia reſurrectione anticiparetur: idcirco divina providentia actum eſt, ut vivum Domini corpus perungeret. Hoc eſt ergo quod dicit. Mittens hæc mulier*, &c.

(Margin: Joan. 19. — D. Marcus. — D. Remig.)

88. Placuit ergo Domino Jesu ungi corpus ſuum in ſepulturam, quod dum meditatur Petrus Damian. Epiſtol. 106. ſic monet. *Ne peregrinæ*, ait, *adinventionis ſtudeat ſuperinducere unitatem. Nam & ipſe, qui eſt Magiſter Angelorum in Cœlo, morem in terra tenuit, quem invenit, nec dedignatus eſt terrenam ſervare conſuetudinem. Nam cum ſibi caput, aut pedes unguento conſpergi muliebri miniſterio paſſus eſt, niſi quia Palæſtinæ, atque Iudaicæ regionis mos erat, ut ejus accolæ crebrius ungerentur.* Valde mirum, quod Magdalenæ obſequium ungentis potuit placere Jesu, qui valde aſpernabatur, & aſpernari docebat humanas delicias. Unde ſtrenuo duci placuit unguenti mollities? Placuit equidem non de mollitie, ſed de communiori uſu gentis. Sic omnium Magiſter amabat veterum uſibus adhærere ſicque peregrinas novitates reſpuebat. Vide multa tom. 2. 3. & 4. verb. *Conſuetudo* in indice.

(Margin: Damian. — *Novitas fugienda, antiqua conſuetudo tenenda.*)

89. Tertiò. Ut ait D. Auguſt. lib. 3. de doctrina Chriſtiana c. 12. *Quod in aliis perſonis plerumque flagitium eſt, in divina prophetica perſona, magnum cujuſdam rei ſignum eſt.* Quamvis in aliis viventium corporibus unguenti profuſio inſerviret ad delicias, tamen facta in corpore Chriſti, *Magnū cujuſdam rei ſignum eſt.* Ad ſepulturam nempe ejus; & inde hujuſmodi effuſio unguenti, cum eſſet ſepulchrale obſequium, præferenda fuit omni Eleemoſynarum largitati, ex eo enim quod eſſet erga defunctum corpus, illuſtriſſimum fœneratur meritum, ut communi æſtimatione omni alteri operi præferendum ſit.

(Margin: D. Auguſt. — *Sepulchrale obſequium omni operi præfertur.*)

90. De ſancto Tobia dicitur, *Quod quotidie pergebat per omnem cognationem ſuam, & conſolabatur eos, dividebatque unicuique, prout poterat de facultatibus ſuis. Eſurientes alebat, nudiſque veſtimenta præbebat, & mortuis, atque occiſis ſepulturam ſollicitus exhibebat.* Tob. 1. n. 19. At Raphaël Angelus referens Tobiæ opera, quibus Deo placuit, ait, *quando orabas cum lacrymis, & ſepeliebas mortuos, & relinquebas prandium tuum, & mortuos abſcondebas per diem in domo tua, nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino*, Tob. 12. n. 12. Maximè notandum, quod in primo capite, multa pietatis, ac Eleemoſynarum opera Tobiæ referuntur, quod nempe ſuos viſitans doceret, ac conſolaretur, eoſque famelicos cibaret, ac nudos veſtiret, mortuóſque ſepeliret. At in duodecimo capite Angelus nil commemorat, nec de doctrina, nec conſolatione, nec cibo, aut veſtitu, ſed totus eſt in proponenda miſericordia ejus circa defunctos. Cur alia tam præclara miſericordiæ opera circa pauperes prætcriit? Cur non enumerat Eleemoſynas conſolationis, cibi ac veſtitus circa vivos pauperes, ſed ſolum totus eſt in recitanda miſericordia circa defunctos? Hanc tamen ſolum refert utpote ſingularis præſtantiæ & inter cætera in hoc fulget pietas in defunctos cum eis tribuatur, à quibus aliquid retribui nequit, ex quo maximè hanc virtutem extollit D. Ambroſ. lib. de Tobia c. 1. *Hoc illi*, ait, *quotidianum opus, & magnum quidem. Nam ſi viventes operire nudos lex præcipit, quantò magis debemus operire defunctos! ſi viventes ad longiora in domum deducere ſolemus, quantò magis in illam terram profectos, unde jam non revertuntur! Nihil hoc officio præſtantius, ei conferre, qui tibi jam non poſſit reddere, vindicare à beſtiis conſortem naturæ.* Vide tom. 3. cap. 12. q. 6. &c.

(Margin: Tobiæ 1. — Tob. 12. — *Miſericordia in defunctos ſingularis præſtantia eſt.* — D. Ambroſ.)

QUÆSTIO XIII.

Quare mulieris factum prædicandum dicitur in toto mundo?

93. Hoc illuſtre Magdalenæ factum à Chriſto Domino pollicetur numquam ſilentio involvendum, ſed perpetuò per omnium ora evulgandum. D. Chryſoſtom. homil. 81. in Matth. *Regum namque multorum*, ait, *& ducum victoriæ ſilentur, & multi, qui civitates conſtruxerunt, & gentes multas ſervituti ſubegerunt, neque ex auditu, neque ex nomine ſunt cogniti: quoniam hæc mulier oleum effudit in domo leproſi cujuſdam duodecim viris præſentibus, hoc omnes concinunt per orbem terrarum: & tempus tantum pertranſiit, & memoria ejus, quod factum eſt non eſt labefactata.* Idem ferè habet oratione 2. contra Iudæos. Quare ergo mulieris unctio tantam ſui habuerit celebritatem, præſens inquirit quæſtio.

(Margin: *Magdalenæ opus nunquam ſilendum.*)

94. Reſpondet primò Victor Antiochenus in c. 14. Marci. Sic in perſona Chriſti loquens. *Etenim*, ait, *quod domi, & in occulto ab illa factum eſt hoc, univerſus terrarum orbis cognituru eſt, quoniam mente pia, & ferventi fide, atque animo factum eſt: non enim tam propter impenſas gratum fuit, quàm propter fidem, quam unà cum unguento obtulit. Hæc enim fragrantiſſimi odoramenti inſtar mihi fuit.* Valde Chriſto fuit hoc factum celebrandum per omne tempus ob piam mentem, ferventem fidem, ac præclaram intentionem, *Hæc enim fragrantiſſimi odoramenti inſtar mihi fuit.* Ab ipſo animi affectu opus æſtimatur à Deo, ab ipſoque affectu illius valor conjiciendus.

(Margin: Antiochen.)

Præclara

Præclara eſt ſententia D. Ambroſii lib. 1. officiorum cap. 30. Affectus tuus, ait, nomen imponit operi tuo. Quomodo à te proficiſcitur, æſtimatur. Vides quem judicem habeas, te conſulit quomodo opus tuum ſuſcipiat mentem tuam prius interrogat. Expende illud nomen imponit operi. Vide tom. 3. cap. 22. q. 16. num. 9. 62. & tom. 4. &c. 8. n. 124.

93. D.Nyſſen. Secundò D. Gregorius Nyſſenus homil. 3. in Cantica *Mihi, ait, videtur prophetico quodam ſpiritu per unguentum ſignificaſſe mulier mortis myſterium, quomodo iis, quæ ab ipſa dicuntur fert Dominus teſtimonium, dicens: præoccupavit ad me ſepeliendum: domum autem bono odore repletam pro toto mundo, & univerſo orbe terrarum, admonet eſſe intelligendũ dicens ubicumque prædicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo: odor unguenti ſemel diſtribuitur cum prædicatione Evangelii & monumentum inquit, erit ejus Evangelium.* Sicut domus impleta eſt odore unguenti, ſic & totus mundus impletus eſt odore famæ hujus operis? ſicut ergo mulier bono unguenti odore voluit corpus Chriſti honorare ad monumentum, ſic & Chriſtus voluit & mulierem ſublimare, ut Evangelium eſſet illius monumentum perenni fama in toto mundo. *Odor unguenti ſimul diſtribuitur cum prædicatione Evangelii.*

Qui Chriſtũ honorat honoratur ab ipſo.

95. *Humilis eo plus exaltatur, quo deprimatur.* Tertiò. Magdalena exhibet unguenti profuſionem non ad convivium; nec ad triumphum vel pompam, ut frequenter fieri ſolebat apud ſæculi magnates, ſed tantum obſequium præſtat ad ſepulturam *ad ſepeliendum me fecit.* Humilis Magdalenæ ſpiritus, qui totum ſuum officium inter ſepulchri cineres voluit abſcondere, ſic à Chriſto ſublimatur, ut per totum orbem in Evangelio decantetur, quanto enim magis ſe deprimere affectavit, tanto plus à divino nomine evehitur, ac evulgatur.

Chriſtus cumulatiſſime remunerat obſequia ſibi facta. Quartò Judas criminabatur mulieris opus, ut imperfectum, ut ergo oſtendatur omnibus numeris abſolutum, unius Judæ murmurationi, ſiniſtroque de hac re judicio, totius orbis terrarum defenſionem, ac laudem opponit Dominus, ut unius vituperium tot laudibus, ac encomiis compenſetur. Sicque calumnia, quam patienter ſuſtinet mulier tantis proclamationibus remuneratur. Vide tom. 2. cap. 29. q. 1. n. 29. tom. 3. c. 10. q. 60. 91. 92. tom. 4. c. 5. n. 148. 149.

96. Quintò Indignati fuerunt diſcipuli contra mulierem dicentes, ut quid perditio hæc? His ergo perennem laudem ſcriptam in Evangelio opponit, ut omnium proclamationes valeant recompenſare opinionis jacturam, quam mala detractio unius intulerat. Sic ſane difficile eſt denigratam calumnia famam ad priſtinum nitorem revocare.

96. Narrans Sacer Textus Moyſis mortem, inquit. *Mortuus eſt Moyſes ſervus Domini in terra Moab, jubente Domino.* Deuter. 34. n. 5. *pro jubente Domino*, alii legunt: *in oſculo Domini*, Hebræus. *Mortuus eſt ad os Domini.* Vatablus. *Ad verbum Domini.* Dicitur in morte, *ſervus Domini.* Quod indicat magnam excellentiam, ut ponderat D. Ambroſ lib. de Paradiſo cap. 4. Dicitur mortuus. *Jubente Domino*, ſeu *in oſculo Domini.* Seu *ad os Domini.* Quod innuit eximium favorem, ſuavitatem ac dulcedinem divinam erga eum. Si attenta mente tot in ſcripturam expendas, invenies, quod de nullo alio juſto tot præconia, magnalia ac ſuavia in morte decãtantur, ut de Moyſe.

Deut. 34. Septuag. Hebræus. Vatabl. D. Ambroſ.

Cur ergo ſacer textus tantus eſt in ejus laudibus celebrandis; Prævidebat Deus, quod ob peccatum à Moyſe commiſſum in Cades ad aquas contradictionis Num. 20. num. 13. futuri erant aliqui Hæretici, ut teſtatur Abulenſ. q. 6. *Qui Moyſen damnatum dicunt. Nihil veriſimilitudinis habent. Nam quia de eo reperiunt quod peccatum unum fecerit, eum damnatum aſſerunt: ſed iſta eſt iniquiſſima conſequentia.* Ut ergo hæc mala de Moyſis damnatione conſequentia, ac opinio omnino abſcindatur, multa divina teſtimonia, ac præclara magnalia ſunt publicanda, ne ergo quorundam dicto Moyſi fama obfuſcata maneat, perenni laude in ſacro eloquio illius ſuper cæteros majora prædicantur præconia & decantantur laudes.

Abulenſ. *De Moyſis fama obfuſcata maneat perennis laus in ſcriptura.*

Samuëlis mater cum oraret ad Deum tanquam 96.
ebria raputatur à Sacerdote Heli: qui dixit ei. *Uſquequo ebria eris: Digere paululiſer vinum, quo mades*; non patitur mulier à Sacerdote reputari ebria, ait que ei, *Nequaquam Domine mi, nam mulier infelix nimis ego ſum vinumque, & omne quod inebriare poteſt, non bibi ſed effudi animam meam in conſpectu Domini. Neque reputes ancillam tuam quaſi unam de filiabus Belial.* 1. Reg. 1. n 19. Multiplici argumento probat mulier ſe non eſſe ebriam, ut notat Mendoza, primo appellando Dominum, à quo dicta fuerat temulenta, ut etiam ponderat D. Gregorius, tanta patientia cum temulentia non poterat eſſe conjuncta. Secundò cum ſe mulierem dicit, cum ebrietas valdè aliena ſit à muliere honeſta, & nobili, ut erat Anna. Tertiò. Cùm de ſe ait, *Infelix nimis ego ſum.* Qui ſunt triſtes, & afflicti à neceſſariis cibis abſtinent. Tandem cum ait, *Ne reputes ancillam quaſi unam, de filiabus Belial.* hoc eſt de temulentis. Chaldæus vertit: *filiam indiſciplinatam.* Pagnin. Vatabl. *filiam impiam.* Ebrietas valdè aliena eſt à filia diſciplinata, ac pia. Cur mulier tantis utitur argumentis ad vitandam opinionem de ſe ſemel conceptam; Cur non conquieſcit puritate, ac ſinceritate ſuæ conſcientiæ; Timebat prudens fœmina, ne unius dicto fama illius periclitaretur, & ideo tot argumenta obiicit, ac rationes adducit, ut illis ſiniſtram Sacerdotis opinionem frangat, ac valeat omnio eradere. D. Chryſoſt. homil. de fide Annæ. *Multam, ait, adhibet curam, ne à Sacerdote malam referat opinionem, nec apud ſe dixit; quid mihi curæ iſtius calumniæ? Ignoranter, & temerè accuſat, ſuſpicatur; ubi nihil erat opus. Mea conſcientia pura eſto & omnes me traducant, ſed Apoſtolicam illam implevit legem, quæ jubet, ut provideamus bona, non tantum coram Domino, ſed etiam coram hominibus.* Atque omni modo ſuſpicionem depulit. Vide tom. 4. c. 15. n. 22. 23. 24.

1. Reg. 1. Mendoza. D. Greg. Chaldæus. Pagninus. Vatabl. D. Chriſ.

QUÆSTIO XIV.

Quare huic unctioni in Bethania promittitur prædicatio in toto mundo, non verò prima, quam præſtitit, ut narrat D. Lucas.

His Magdalena unguento unxit, ſemel in 99.
domo Phariſæi, ut narrat D. Lucas 7. n. 37. Luc. 7.
afferens alabaſtrum unguenti, *& ſtans retro Jeſum lacrymis cœpit rigare pedes ejus & unguento ungebat.* Iterum verè impræſentiarum, ut narrant ſacri

ſacri Evangeliſtæ Matth. Marcus. At verò ſolummodo dicitur à Chriſto D. *Amen dico vobis, ubicumque prædicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo dicetur: quod hæc fecerit in memoriam ejus.*

Ratio difficultatis.

Utrobique Magdalena pretioſo unguento Dominum ungebat, & tamen utrobique non æqualem adepta eſt commendationem, apud enim D. Lucam non audit, quod facinus ſuum prædicabitur in toto mundo ut modo apud Matthæum, & Marcum ei dicitur, Ut notavit Origen. hom. 35. in Matth. *Conſidera*, ait, *quod de muliere ſecundum Lucam non eſt dictum: Amen dico vobis, ubicumque prædicatum fuerit Evangelium in toto mundo dicetur, quod fecit hæc in memoriam ejus, de muliere autem ſecundum* Matthæum *hoc ſcriptum eſt*

Origen.

100. Reſpondet primò citatus Origenes hic immediatè pergens. *Juſtum*, ait, *enim erat, non de illa, quæ unxerat pedes, ſed de hac, quæ unguentum effudit ſuper caput ejus, dici. Ubicumque prædicatum fuerit Evangelium hoc in toto mundo, dicetur, & quod hæc fecit in memoriam ejus. Si ergo volumus, ut & de nobis dicatur, quod facimus in Jeſu effundentes pretioſum unguentum ſuper caput ipſius, proficiamus ab unctione pedum ejus ad effundendum pretioſum unguent m ſuper caput ejus.* Primò apud Lucam Magdalena lacrimis rigat Jeſu pedes, eoſque unguento unxit, at verò ſecundo apud Matthæum non ſolum pedibus hæret, ſed jam ad caput ſalvatoris aſcendens, ibi pretioſa unguenta diffudit, & tunc ei proclamationes in toto orbe pollicentur. Merito ergo, non in prima mulieris converſione ac in ipſis virtutum incunabulis, quando illa primò ad Chriſtum accedit, illiu que ſacratiſſimos pedes tenet, tunc ejus non promittuntur præconia, ſed tantummodo, quando magnos virtutum progreſſus, ac aſcenſiones cum multa perſeverantia, ac conſtantia præſtat, ad Domini caput aſcendens, ſolis enim virtutum progreſſibus famæ præconia adjunguntur, quæ univerſum valeant implere orbem.

Origen.

Solum virtutum progreſſus famæ præconia debentur.

101. Secundò. Rationem colligo ex Victore Antiocheno dato ſuperiori quæſtione. *Hoc*, ait *univerſus terrarum orbis cogniturus eſt, quoniam mente pia ferventi fide factum eſt: non enim tam propter impenſas gratum fuit, quam propter fidem quam ſimul cum unguento obtulit.* Cur in hoc ſecundo eventu tanta gloria mulier per univerſum mundum decantatur? Cum inprimo adventu, toto animi conatu ægra cucurrerit ad medicum, ſuorum peccatorum medelam quærens. Ex hoc ergo hæc unctio in Bethania tantum laudis promeruit. Nam prima vice ſuorum peccatorum onere preſſa, eorum veniam ſollicitabat, illorumque indulgentiam quærebat, at nunc apud D. Matthæum amoris impulſu totum negotium gerebat, *ad ſepeliendum me fecit*, nihil aliud intendebat, niſi Dominicæ ſepulturæ obſequium deferre: ſicut enim operis excellentiam mercedis ſpes minuit, ſic & ipſum opus maximè amoris affectus amplificat, extollit, ac ſublimat, ut majoribus encomiis in toto orbe illuſtretur, ac prædicetur. *Hoc univerſus terrarum orbis cogniturus eſt, quoniam mente pia ferventi fide factum eſt.*

Antiochen.

Amoris affectus ſine ſpe mercedis extollit opus.

101. Tertiò. Quare tantus famæ ſonitus primo illi facinori non promittitur, ſed tantum huic ſecundo? Inprima vice ait D. Lucas, quod mulier, *Attulit alabaſtrum unguenti, & oſculabatur pedes ejus, & ungu ento ungebat.* Et tamen non explicatur, quod fregit vas, & quod non remanſerit in vaſe aliquid unguenti; at in hac ſecunda vice, ut ſcribit D. Marcus 14. n. 3. *Venit mulier habens alabaſtrum unguenti nardi ſpicati pretioſi, & fracto alabaſtro effudit ſuper caput ejus.* Fregit alabaſtrum, ac totius unguenti fit plena effuſio, ita ut in vaſe nec una parva gutta, remaneret, quæ in Dei obſequium non effunderetur ex his facinus majorem commendationem ac prædicationem aſſequitur, cum totum unguentum in Dei obſequiū effundatur, ut nec minima illius pars reſervetur, ipſumque vas ſic Deo dedicatur, ut ad nullum amplius uſum retineatur? & inſerviat, ſicque omnia Deo conſecrantur, ut nihil ſibi relinquatur.

Laus de extollitur qui nil ſibi relinquit, ſed omnia Deo offert.

Marc. 14.

103. Quartò. Cur non de prima unctione, ſed de hac ſecunda dicitur Magdalenæ facinus in toto orbe prædicandum? Hoc ſecundum Magdalenæ facinus ad mortem, & ſepulturam Domini referebatur, *ad ſepeliendum me fecit.* Mortemque ac ſepulturam Domini involvebat, inde factum eſt, ut hoc ſecundum facinus non remaneret abſconditum, ſed per omnium ora evulgaretur, ac ante omnium oculos verſaretur, paſſio enim Chriſti nequit abſcondi, ſed amat ab omnibus videri, & prædicari. Ad hoc fortè reſpicit Theophylactus in cap. 26. Matth. cum ait. *Docet nos, ſcilicet* Chriſtus, *quod mulier hæc juxta divinam diſpenſationem hoc fecerit, præſignans mortem illius, & corporis ſepulturam: prædixit autem tanquam Deus, quod eſſet futurum, quod in gloriam ejus ubique prædicetur res, quam fecit mulier.*

Chriſti paſſio nequit, abſcondi, ſed ante oculos verſari amat.

Theophyl.

140 Carnes animalium, ut vituli, arietis, ovis, columbæ, aut turturis, & aliorum, quæ Deo in ſacrificiis olim offerebantur, aqua coquebantur, ad quod reſpicit illud 1. Reg. 2. n. 13. *Quicumque immolaſſet victimam, veniebat puer Sacerdotis dum coquerentur carnes, & habebat fuſcinulam tridentem in manu ſua, & mittebat eam in lebetem, vel caldariam, ve in ollam, ſive cacabum.* At verò de agno Paſchali cavebat Deus Exod. 12. n. 9. *Non comedetis ex eo crudum quid nec aqua coctum, ſed aſſum tantum igni.* Quare cum univerſæ aliæ victimæ aqua coquerentur de ſolo tamen typico agno præcipit Deus, ut non aqua paretur, ſed igne torreatur: Carnes cum aqua coquuntur abſconditæ in olla, ignis ardorem, ac calorem patiuntur. At vero quæ aſſudeſcunt, ante omnium oculos ignis flammam, ardorem, ac calorem ſuſtinent, patenterque ſub ignitas prunas verſantur; & ſi aliæ carnes abſconditæ in olla ardorem ignis patiantur, tamen typicus agnus, qui figuram Chriſti paſſi, crucifixi, ac mortui exprimebat patenter ante omnium aſpectum calorem, ardorem, ac flammam ignis tolerat Divina enim diſpoſitione Chriſti paſſiones nequeunt abſcondi, ſed ante cunctorum oculos verſari, ut ſemper in oculis, mente, ac conſideratione ſint inſculptæ, & defixæ ut ſemper in illis die, ac nocte meditemur. Euſebius Emiſſenus homil. in feria 2. Paſchæ. *Non comedetis*, ait, *ex eo crudum quid, nec coctum aqua, ſed aſſum tantum igne. Non enim hæ carnes crudæ, quia paſſus eſt Chriſtus; neque in aqua coctæ, quia non occultè, ſed palam, & omnibus videntibus eſt crucifixus, latent enim carnes, quæ in aqua coquuntur; apparent autem quæ aſſantur. Talis igitur paſſio Chriſti, quia cunctis videntibus eſt crucifixus. Redolet caro cum aſſatur, Redolet paſſio Chriſti.* Vide tom. 4. c. 37. n. 6. cap: 42. n. 21. de quo multa infrà.

1. Reg. 2

Exod. 12.

Paſſio Chriſti ante oculos verſatur ut ſemper ſit mente.

Euſebius.

CAPUT

CAPUT. II.

Conſpiratio Sacerdotum cum Juda ad-verùs Chriſtum Dominum.

Matth. 26. *n.* 1. Et factum eſt: cum conſummaſſet Jeſus ſermones hos omnes. Dixit diſcipulis ſuis.

Num. 2. Scitis quia poſt bibdum Paſcha fiet, & filius hominis tradetur, ut crucifigatur.

VERSIONES.

Syriacus n. 1. Et factum eſt cum abſolviſſet Jeſus hos omnes ſermones, ut dixerit diſcipulis ſuis.

Vatabl. Porrò autem, cum finiſſet Jeſus.

D. Chryſoſt. Quando finivit Jeſus hos ſermones.

Syriacus n. 2. Scitis poſt duos dies fore Paſcha, filiúmque hominis traditum iri, ut cruci ſuffigatur.

Vatablus. Poſt biduum Paſcha agi, & filius hominis traditur ut crucifigatur.

Caëtanus. Poſt biduum Paſcha fit.

Alter Textus.

Marc. 14. *n.* 1. Erat autem Paſcha, & Azyma poſt biduum.

D. Luc. 23. *n.* 1. Appropinquabat autem dies feſtus azymorum.

EXPOSITIO. I.

1. Hugo. *Per paſſionē ac laborem aſcenditur ad gloriam.*

FACTUM *eſt autem.* Eleganter ut notat Hugo, poſtquam locutus eſt Dominus de adventu ſuo in majeſtate, ſubdit ſermonem de paſſione, quam ſubſtinuit in multa humilitate, conjungens æternitatis gloriam merito ſuæ paſſionis, innuens, quod qui gloriam vult aſſequi paſſionis onus non fugiat, & qui venturi judicis iram vult declinare, ad paſſionis meditationem ſe recipiat; deinde hucuſque partes Doctoris, ac Prophætæ egit Dominus. vero nunc Regis, in ſemetipſo adimplens quæ dixit, ac docuit.

2. Syriacus. D. Paſch. *Chriſtus omnia quæ fecit perfectione conſummavit.* Origen. Beda. Gloſſa. Alberr. D. Thom.

Cùm conſummaſſet JESUS; ſeu ut legit Syriacus: *cum abſolviſſet.* Vatablus *finiſſet* Illud verbum cum conſummaſſet expendit. D. Paſch. l. 11. in Matth *Quia*, ait, *nihil eſt, quod JESUS cœperit, niſi & conſumationem perfectionis habeat.* Nihil enim cœpit JESUS, quod in perfectionis comſummatione non abſolverit. *Sermones hos omnes* Origenes hom. 35. Beda, Gloſſa Ordinaria, Albertus Magnus, D. Thomas interpretantur hic ſignificati ſermones omnes, quos Dominus ab initio ſuæ prædicationis dixerat, & docuerat, & ideò ait Origenes Evangeliſta dixit *omnes*, ut univerſos includeret. Veroſimilis mihi videtur id, quod docent D. Hilar. D. Chyſoſt. Theophylact. Carthuſian. Hugo, Franciſc. Lucas, Cornelius à Lapide, intelligendos eſſe ſermones, quos proximè immediatè antea dixerat ſuperioribus capitibus de excidio urbis Jeroſolymæ, ac totius mundi, de die judicii, vigilia, ac ſtudio bonorum operum. Ducor in hanc ſententiam ex particula demonſtrativa *hos*, appoſita ab Evangeliſta. *Hos ſermones.* Videlicet, quos pauló ante commemoravit. *Diſcipulis ſuis*, quibus magna, & abſcondita ſecreta communicabat, qui ſoli die mortis ſub noctem, poſtquam de ultimis temporibus locutus fuerat, cum ipſo aderant.

D. Chryſ. D. Hilar. Theophl. Cartuſ. Hugo. Cornel.

Scitis, tanquam rem valdè memorabilem, & ſcitu digniſſimam. *Quia poſt biduum Paſca fiet.* Hæc verba, ut vult D. Anſelmus dicta ſunt feria tertia majoris Hebdomadæ, vel feria quarta, ut arbitratur D. Auguſt. epiſt. 86. ad Caſulanum. *Poſt biduum*, id eſt poſt duos dies, ut legit Syriacus; dicta ſunt hæc verba feria tertia ſub occaſum, ac proinde poſt feriam quartam & quintam; in ipſa enim feria quinta ad veſperum, factum eſt Paſcha, & immolatus eſt Agnus, nam Judæi, ut dicitur Levit. 23. n. 32. *A verſpera uſque ad veſperā celebrabitis ſabbata veſtra.* Nam ut notat Perer. Geneſ. 1. verſ. 5. *Factum eſt veſpere & mane dies unus*: ſic ait. *Propè certum eſt apud Judæos, fuiſſe olim in uſu triplex genus dierum, diem ſcilicet legalem à verſpera in veſperam, diem naturalem ab ortu Solis ad ortum, diem uſualem à media nocte ad mediam noctem.*

D. Anſem. D. Auguſt. Syriacus. Levit. 23.

Paſcha fiet. Id eſt primus, ſolemniſſimúſque dies Paſchæ erit. Paſcha, vox eſt Chaldaica, & 4.
idem eſt Paſcha, ſeu Phaſe, ſignificat tranſitum, ſeu ſaltum; quia Angelus interficiens in ſingulis Ægyptiorum domibus primogenita Hebræorum, domos, quæ permiſtim erant conſtitutæ inter Ægyptios tranſibat, ac tranſiliebat. Exod. 12. n. 27. Et hac ſignificatione utuntur hic in Commentar. D. Hieron. Paſchaſ. & alii. Syri verò alio modo utuntur ipſo nomine Paſchæ, & ſcribunt: Paſchæ deducentes nomen non à tranſitu, ſed à gaudio, ac hilaritare. Nam dies ille feſtivus ad duas res repræſentandas inſtitutus erat. Primò pro ſalute filiorum Hebræorum, ut eſt dictum.

Paſcha ſignificationes. Exod. 12. Syriacus.

Secundò; quod populus Iſraël à ſervitute Ægyptiaca liberatus eſt. D. verò Gregorius Nazianzenus derivat nomen à voce Græca ſignificante hoſtiam, vel ſecrificium. Nam illa die agnus in ſymbolum duplicis prædictæ ſolemnitatis immolabatur ab Iraëlitis. Vox ergo Paſcha communiter pro die feſtivo, ac ſolemni accipiebatur. Cur autem Dominus die Paſchatis voluit occidi infrà latius dicam.

Fillius hominis tradetur ut crucifigatur. Diem & 5.
genus mortis prædicit, ut oſtendatur quod voluntariè offerebatur ad mortem, ut notat hic D. Hieron. *Poſt biduum.* ait, *tradendum ſe, ut crucifigatur, & tamen non declinat inſidias, non territus fugit.* Sæpè prædixit Dominus ſe tradendum; ut crucifigatur, nunc prope paſſionem, hoc iterum repetit, ut in mente diſcipulorum altius remaneret impreſſum, & quia jacula præviſa minus feriunt. Origenes hom. 35. *Præcidit diſcipulis*, ait, *præmuniers, ut ne priuſquam audiantur, quæ fuerant eventura, ſubito videntes tradi ad crucem magiſtrum obſtupeſcant pavore*, &c.

D. Hieron. Origen.

QUÆSTIO I.

Quare abſolutè dicitur Chriſtum tradi ad crucifigendum, & non exprimitur à quo tradendus ſit?

CHRISTUM D. traditum fuiſſe obſervat
6. Origenes hom. 35. in Matth. non ſolum à
Juda, ſed etiam à Judæis, à Pilato, ac Dæmone, &
etiam à Patre, ac ſeipſo. A Juda traditus eſt
Chriſtus D. ut eſt notum, ipſe Judæis dixit. *Et*
ego eum vobis tradam. Matth. 26. n. 15. A Judæis
Matth. 26. traditus eſt Pilato. *Sciebat Pilatus, quod per invidiã*
tradidiſſent eum. Matth. 27. n. 18. *Adduxerunt eum*
Matth. 27. *& tradiderunt Ponito Pilato præſidi.* ibidem. n. 2. à
Pilato etiam traditus eſt Dominus. *JESUM flagellatum tradidit eis, ut crucifigeretur.* Matth. 27. n.
26. A Satana traditus eſt, qui intravit in Iudam, &
ſuaſit, ut traderet eum. *Diabolus jam miſiſſet in*
Joan. 13. *cor, ut traderet eum Iudas.* Joan. 13. n. 12. Ab æterno
Parente traditum etiam docet Paulus, *qui filio ſuo*
Rom. 8. *non perpercit, ſed pro nobis tradidit illum.* Rom. 8. n.
32. Hunc, ait, D. Petrus, definito concilio, & præſ-
Actor. 2. ciencia Dei traditum interemiſtis. Actor. 2. n. 23.
A ſeipſo Chriſtũ D. fuiſſe traditum indicat Apo-
ſtolus. *Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum*
Epheſ. 5. *pro nobis.* Ad Eph. 5. n. 2. *Qui dilexit me, & tradidit*
Galat. 2. *ſemetipſum pro me.* Galat. n. 20 Hac de cauſa ab-
ſolutè, & imperſonaliter poſitum eſt, *tradetur*,
non exprimens à quo, quod verbum poteſt ad
omnes referri, qui tradiderunt eum.

7. Chriſtus D. optimè ſciebat ſe à Patre, ac à ſe
ipſo, & ab aliis tradendum eſſe, quo potuit am-
pla ſignificatione hoc verbo *tradetur* denotare.
Varius ſenſus explicatur. Diverſo tamen modo Chriſtus traditus eſt à Pa-
tre, à ſeipſo, ac ab aliis. A Patre, ac à ſeipſo tra-
ditus eſt, id eſt oblatus ad mortem propter ſuam
infinitam pietatem, ac eximium amorem; Iu-
dæis traditus eſt propter invidiam; à Satana pro-
pter ſummam ejus iniquitatem; a Pilato propter
timorem; à Juda autem propter ſuam avaritiam,
ac argenti cupiditatem, & de hac Judæ traditio-
ne Chriſtus ad litteram magis loquitur, de illa
D. Chryſ. hanc ſententiam interpretantur D. Chryſoſt.
D. Hieron. D. Hieronym. D. Paſchaſius, Albertus Magnus,
D. Paſch. D. Thom. & alii.

8. Ab avaritiæ rabie impulſus eſt Judas, ut JESUM
Iſai. 28. Judæis ad crucifigendum traderet. Ait Iſaï. 28.
n. 1. *Væ coronæ ſuperbiæ ebriis Ephraïm.* Septuagin-
ta legunt. *Væ Coronæ injuriæ mercenarii Ephraïm.*
Quos noſtra vulgata tranſtulit ebrios, Septuagin-
ta legerunt mercenarios, aurũ anhelantes. Quid
tamen habet commune mercenarii cupiditas cum
D. Hieron. ebriis? Communiter Patres D. Hieronym. D. Cy-
D. Cyrill. rillus, Procop. Nazian. Euſeb. Theodoretus, &
Procop. alii apud Leonem à Caſtro interpretantur argui,
Nazianz. ac caſtigari ibi inſaniam, ac immanitatem Iu-
Euſebius.
Theodoret. dæ, qui erat ex tribu Ephraïm, qui in JESUM
Leo à Caſtr. armatus, eum ad ligandum, ac occidendum tra-
Avarus ebrius cupiditate contra Deum bellum gerit. didit, qui furor ſolum ab ebrietate, ſeu ejus ſi-
mili avaritia oriri poterat. Sicut enim ebrius à
mente alienatus non timet apertè adverſus
Deum inſurgere, ſic & avarus ſua cupiditate
obcæcatus non veretur contra ipſum Deum ſe
opponere. Ecce quod eberietas faceret, hoc fecit
avaritia, ut vero Deo manus inferre non recuſa-
ret, ſed audenter ejus necem machinaretur. D.
Hieronymus: *Appellantur,* ait: *mercenarii Epraïm*
propter Judam ex tribu Ephraïm. Ebrius autem fuit
proditor non vino, ſed avaritia, & furore aſpidum
inſanabili.

Ex his videns Dæmon inefficaces eſſe Tyran- 9.
norum perſecutiones, eorùmque crudelitates, ut D. Leo.
verum Dei cultum è terra eradicaret, dimiſſis *Diabolus magis pugnas avaritia, quàm tyrannis.*
tormentis ad avaritiam confugit, ut pugna in
Deum acrior eſſet; D. Leo Papa ſerm. 6. de Epi-
phania: *Adverſarius tamen,* ait, *qui in apertis per-*
ſecutionibus inefficax fuit, tecta nocendi arte deſæ-
viit, Videns ſibi reſiſtere principum fidem, & unius
Deitatis inſeparabilem Trinitatem, non ſegnius in
Palatiis, quam Eccleſiis adorari, quorum obtinere
non poteſt mortes, impetit mores. Terrores proſcrip-
tionum, in avaritiæ mutat incendium, & quos dam-
nis non fregit, cupiditate corrumpit. Quid pulchrius
de avaritia dicatur? Vidit Dæmon quod catalta,
aculeo, duris unguibus, ferro, igne, pice, Deo
non inferebat bellum, nec martyres ſuperabat,
confugit tunc ad nummi amorem, ut quos Nero-
ni, Domitiano, ac Diocletiano non ſubjecit, ine-
ſcata auri cupiditate proſterneret, *& quos damnis*
non fregit, cupiditate corrumpit.

Ingrediuntur Magi Jeruſalem quærentes, ubi 10.
eſt, qui natus eſt Rex Judæorum, quod audiens
Herodes mittit eos in Bethlehem dicens. *Ite, &*
interrogate diligenter de puero, & cum inveneritis,
renuntiate mihi ut & ego veniens adorem eum. Math. Matth. 2.
2. n. 8. Quo audito ſancti Reges in Bethlehem
pergunt, ut puerum adorarent apertis theſauris
ſuis offerentes ei aurum, thus, & myrrham; He-
rodes autem Jeroſolymis remanet, ut ipſum per-
ſequatur ad occidendum; ſi illis tanta eſt pietas,
ut JESUM venerantes adorent, cur Herodi tanta
eſt crudelitas, ut ad mortem perquirat? Magi au-
rum à ſe dimittebant, & JESU pedibus ſubjicie-
bant, Herodes autem aurum apud ſe retinebat, &
inde tanquam peſtifero veneno infectus JESUM
intendit perdere, & omnia ſacra conculcare. Auc-
tor Catenæ Græcæ in c. 2. Lucæ ex D. Chyſoſt. *Avaritia omne turpe facinus aggreditur.*
Deſere igitur, ait, *& tu perturbatam illam civita-*
tem, temporalem cogitationem, & homicidam illum
tyrannum Mammonam. In Bethelehem, hoc eſt, in D. Chriſ.
Eccleſiam feſtinus accurrere, ubi domus eſt panis
ſpiritualis. Sed ne Herodi ſimilis ſis, cave. Illi enim
aſſimilantur, qui indignè miſteriis hiſce comunicant,
& filium Dei conculcant, habentes in ſemeptiſis
Mamonam. Expende ultima verba; *filium Dei*
conculcant, habentes in ſemetipſis Mammonam.

QUÆSTIO II.

Quid Chriſtus egerit illo biduo ante eſum Agni Paſchalis?

CUM hæc dicta ſint à Chriſto feria tertia
ſub veſperum ut jam notavi, inquirit quæ- 11.
ſtio, quid Dominus egerit illo biduo, nempe
feria quarta, & quinta uſque ad Cœnam Agni
Paſchalis, ut dixi in expoſitione n. 3.

Quod his duobus diebus, die nempè docuerit 12.
in templo, nocte verò ſe receperit in monte Oli-
veti ad orationem, videntur docere Rupertus, & Rupert.
Carthuſianus in Matth. Theophylactus, & Titus Carruſ.
Boſtrenſ. in Luc. qui expreſsè de oratione in Theoph.
Titus
nocte loquuntur, nam D. Lucas cap. 21. n. 37. *Erat* Luc. 21.
autem diebus docens in templo: noctibus verò exigens
morabatur in monte, qui vocatur Oliveti. Et omnis

populum

populus manicabat ad eum in templo audire eum. D.Auté Lucas loquitur de diebus antecedentibus ad hoc biduum.

13. Janſen. Barradas. Janſenius negat eum his duobus diebus docuiſſe in templo,&Barradas ait:Mihi veriſimile eſt, Chriſtum die quidem Dominica, & feria ſecunda, Bethaniam rediiſſe,ut innuit D.Marcus c.11.n.11.Cæteris diebus uſque ad feriam quintam,in Horto Gethſemani in Oratione pernoctaſſe. Joan. 18. Nam Joannes 18.n.2.ait,quod frequenter Dominus in hortum illum cum diſcipulis ſuis conveniebat. Et D. Lucas c.22.n.39. *Et egreſſus ibat ſecundum conſuetudinem in montem Olivarum.* Luc. 22. Indéque illis diebus maximè illum montem frequentabat. Quod autem illo biduo non docuerit in templo:aliqualis eſt conjectura, quia quæ Chriſtus docuit;& dixit tam in ipſa die Palmarum, quam feria ſecunda, & tertia laté ſcribunt D. Matth. D.Matth.à cap 21.uſque ad c.25.per totum D. D. Marcus. Marc. c. 11. 12. 13. & Luc. c.19. 20. 21. D. Lucas. Quod autem dixerit, vel docuerit hoc biduo omnino tacent, ergo aliqualis eſt conjectura, quod tunc non docuerit, ſed ſecundum ſuam conſuetudinem in monte Olivarum oraverit.

14. *Inſtruit nos Ieſus ut ad mortem præparemur.* Exiſtimo quod hoc biduo ante ſuam mortem Divinus noſter Magiſter morti proximus in monte Olivarum ad altam meditationem, ac contemplationem ſe recepit, non quod hoc ei eſſet neceſſarium, ſed ut ſuo exemplo nos inſtrueret,ac informaret,quod ipſe innocés Agnus in cujus ore non eſt inventus dolus, nec illius umbra, tam fervidæ orationi, ac colloquiis cum Deo Patre ante ſuam morté alia prætermittens, ſe dedit. Qualiter ergo nos, qui tantis peccatis, ac delictis ſumus infecti, ac coinquinati debemus nos præparare,ac diſponere ad horam mortis,cùm de tantis criminibus per tam longam vitam perpetratis ſumus rationem reddituri. Et ſi ipſe tantam orationem præmiſit ante mortem, cùm optimè agnoſceret illius articulũ,*Sciens quia venit hora ejus.* Qualiter debemus nos ad illam præparare, qui illius articulum penitus ignoramus, v. g. an ſit cras,in hac nocte,vel in hac die, ſeu hora. Et ſi ipſe Dominus ſic ſe præveniit cum abiret ad Patrem, ut tranſeat ex hoc mundo ad Patrem, qui ſummè eum diligebat, in eóque maximè delectabatur. *Hic eſt filius meus dilectus,in quo mihi bene complacui.* Qualiter tu te debes præparare cum debeas comparere coram integerrimo, ac rigoroſo Judice, exactóque tribunali à cujus intuitu nihil fugit, ſed omnia patent.

15. Antequam Hebræi exirent de Ægypto ad terram Promiſſionis,per 4.dierum ſpatium mandat Deus domi agnum aſſervari,præcipiebat Agnum tollendum decima die menſis. Sic enim ait, *Servabitis eum uſque ad quartamdecimam diem menſis hujus.* Exod. 12. Exod.12.n.6.Cur Agnus per tot dies jubetur ante diſceſſum domi ſervari?Cur ipſo puncto exitus non aſſumetur Agnus,ad quid ante per tot dies? *Antè quis ſe diſponat, ac præparet, ad mortem, & tranſitum.* Ne tanti exitus dies, vel hora inopinata accidat,datur ergo Agnus excitativus,qui tádiu domi aſſervatur,ut aſpectu,ac balatu ſuo provocet homines inſtãtis profectionis recordari,ne illius obliviſcantur;& ſi Agnus ille,in quo innocentia, ac puritas denotabatur,ad mortem mandatur,per tot dies præparari,quanto magis ipſi inde debebant habere documentum, cum profecturi eſſent ex Ægypto ad terram promiſſionis,in quo ſignificabatur exitus ex Ægypto hujus mundi,ad terram promiſſionis,cœleſtem ſcilicet patriã,quantis ſe debebant aptare, ac diſponere ad exitum. ac tranſitum,mortem nempè.Rup lib.2 in Exod, Rupert. cap.3.*Ut quid,ait,tandiu ante tolletis,tanto tempore ſervaturi? Videlicet, ut dum ille præſto eſt, cauſa quoque ejus corda veſtra ſollicitet,ne ſitis immemores, nec imparati,quia tranſeundum eſt,dum ille tot ante diebus de profectione parat, vos admonet. Quoties enim ille balatum emittit, toties quaſi tubæ ſonitus exituras caſtrorum acies excitat.*

Ad hanc cogitationem ſuo nos maximè monet Chriſtus exemplo. 16. Cum jam ipſe tempore ſuæ paſſionis per judicum tribunalia traheretur, ait textus *Tunc milites præſidis ſuſcipientes IESVM in prætorium, congregaverunt univerſam cohortem, exuentes eum,clamydem coccineam circumderunt ei.* Matth.27.n.27. Matth. 27. Hoc primum Jesus à carnificibus in Pilati domo habet, ut coccinea veſte circumveſtiatur. Cur ſic elegit coccineo indui? Verſabatur Jesus inter Carnifices voluit tamen ſemper imminentem mortem ob oculos tenere, Eleganter cecinit Sedulius lib. 4. Paſchali. Sedul.

Cumque datus ſævis ad pœnam ſanctus abiret,
Militibus rubri Vilem ſub tegmine coccei,
Veſtitur clamydem ſpecies,ut cuncta cruenta
Mortis imago foret.

Solet humanus affectus à ſuis amovere,quidquid mortem repræſentare poteſt, ne mortali ſpectaculo nimis anguſtientur, etiam cum in extremo periculo verſantur. *Mors ſemper ſit ante oculos.* At divinus affectus hoc maximè intendit in ſuis chariſſimis, ut ſemper illis imago mortis ante oculos exprimatur; ne quid aliud videant, niſi illud quoad mortis memoriam excitentur; ex hoc Chriſtus Jesus in ſua paſſione diſponit indui non veſte cærulea,vel viridi, ſed coccinea.*Vt cuncta cruenta mortis imago foret.* Ut ita quot fili coccinei in purpura intexti extabant, tot mortis eſſent imagines, quæ ſeſe paſſim oculis objicerent, ut hoc monumento ſuos admoneret chariſſimos, ut oculos ſemper in mortis ſpectaculo defixos haberent.

Matt.26.n.3. Tunc congregati ſunt principes Sacerdotum,& ſeniores populi in atriũ principis Sacerdotum,qui dicebatur Caïphas.

Num. 4. Et concilium fecerunt, ut Jeſum dolo tenerent,& occiderent.

Num. 5. Dicebant autem: Non in die feſto, ne fortè tumultus fieret in populo.

VERSIONES.

Syriacus n.3 Tunc congregati ſunt principes Sacerdotum,& ſcribæ, ac ſeniores populi in atrium ſummi Sacerdotis.

Maldon. ex Græco. Seniores populi in aula principis. *&c.*

Syriacus n.4. Et concilium inierunt adverſus Jeſum: ut dolo comprehenderent eum,ac interficerent.

Maldon. ex Græco. Unanimi conſenſu conſilium cœperunt.

Vatab. Pagnin. Ut eum dolo caperent.
Euthymius. Ut eum dolo caperent. & occiderent.
Græcus n.5. Dicebant autem non in feſto
Euthym. Pagnin. Ne fortè tumultus fiat in populo.

Alter Textus.

Marc. 14. *n.* 1. Quærebant ſummi Sacerdotes,& Scribæ quomodo eum dolo tenerent,& occiderent.
Num. 2. Dicebant autem non in die feſto, ne fortè tumultus fieret in populo.
Luc. 21. *n.* 2. Et quærebant Principes Sacerdotum, & Scribæ, quomodo Jeſum interficerent: timebant verò plebem.

EXPOSITIO II.

17. TUNC, id eſt manè feriæ quartæ, ſeu diei Mercurii. Cùm pridie ad veſperam ſuperiora verba ſcilicet poſt biduum eſſe tradendum prædixiſſet Chriſtus, ut veritas prædictionis,ac divini decreti efficacia oſtendatur, & alto conſilio Chriſtus ante habitum conſilium Judæorum prædixit diem ſuæ mortis,ne putaretur idipſum reſciviſſe ex capto à primatibus Judæorum conſilio. Et quia hac feria quarta hoc conſilium factum eſt adverſus Chriſtum D. à proditoreque Juda venditus eſt, ideo veteres Chriſtiani ſolebant feria quarta jejunare,ut teſtatur D. Auguſt. epiſt.86.ſub finem. Victor Antioch.& Theophylact. in cap. 14. Marc. n. 1. & 2. quod præcepit D. Clemens lib.5.conſtitut. cap.41. & Græci,ac Poloni, ac alii carnibus abſtinent feria quarta, quia ipſa die caro Chriſti vendita eſt.

Jejunandum feria quarta. Auguſt. Vict. Ant. Theoph. D. Clem.

18. *Congregati ſunt Principes Sacerdotum.* Primarii nempè Sacerdotes, ij ſcilicet, qui vices ſummi Pontificis aliquando obtinuerunt, ut notat Theophylact. Et vinginti quatuor capita familiarum ſacerdotalium, hi magis religionis negotiis intendebant. Sequitur ſecundum Syriacum, Vatab. Pagninum, & alios *& Scribæ;* quos D.Marcus,& Lucas expreſsè nominant,qui erant legis Doctores. *Et ſeniores populi*, hoc eſt judices,& magiſtratus. *In atrium principis Sacerdotũ.* Græcus *in aulam.* Conſtituitur conſilium in aula ſummi Sacerdotis, ut à loci ſanctitate auctoritatem compararet,& illius nequitia apud populum regeretur. Quis enim ſibi perſuaderet in atrio principis Sacerdotum tantam injuſtitiam, ac nequitiam verſari? Et ſanè nulla unquam extitit major nequitia, ac improbitas.

Theoph. Syriac. Vatabl. Pagnin. *Aula Sacerdotis tegitur malitia.*

19. *Et conſilium fecerunt.* Græcè ſimul conſultaverunt, ac unanimi conſenſu ſimul conſiliũ inierunt,ut *JESUM. dolo tenerent.* Totum conſilium circa hoc fuit,quomodo Jesum dolo,ac fraudulentia caperent,& tenerent. *Dolo,* quia timebant, quod ſi eum comprehendere vellent,ut ex eorum manibus elaberetur,ut aliàs fecerat. Joan.8.num. ultimo. Deinde,quia populi tumultum verebantur, nam Chriſtum ut ſummum,ac novum Prophetam venerabatur populus,à quo multa beneficia magnis miraculis receperat, *Dolo;* etiam, quia eorum nequitia,ac improbitas ad dolos excogitandos eos impllebat.

Joan 8.

Dicebant autem. Hoc ſtatuerunt, ac fuit definitum in conſilio eorum,dicentes, *non in die feſto.* Non ob feſti religionem, ſed ob populi metum noluerunt Jesum capere in die feſto. Nam, ut ait D. Hieronym. *Non ſtudent devotioni, ſed facinori.* Et inde dicunt: *Non in die feſto, ne fortè tumultus fieret*, id eſt ſeditio, ſeu ingens porturbatio. Nam ut ait D. Lucas, *timebant plebem.* Theophylactus in Matth. *Non timebant Deum, ſed plebem.* Et inde cum ſine Dei timore degerent, in tot, ac tam horrenda crimina inciderunt. 20.

D. Hier. D. Lucas. Theoph.

Quæstio VII.

Quare ad Concilium convocantur principes Sacerdotum, ſcribæ & ſeniores populi, & primi numerantur Sacerdotes?

CONVOCANTUR ad Concilium principes Sacerdotum, ut jam in expoſitione explicavi; Cyriacus, & Vatablus addunt, *Scribæ,* quos exprimunt D.Marcus,& Lucas,& ſeniores populi, hoc eſt magiſtratus,judices, & principes belli. Iuxta hos tres ordines, ac ſtatus, ſcilicet Primarios Sacerdotes, Doctores,ac Iudices,erat tota ſuprema auctoritas reipulicæ Judæorum præſidente ſummo Pontifice. Hæc autem ſuprema auctoritas alios ad ſe adducebat, nam facto hoc Concilio ſtatim Judas acceſſit ad Chiſtum vendendum. 21.

Tres ſtatus in republica Iudaïca.

Conveniunt ad Concilium Principes Sacerdotum,Doctores legis, ac ſeniores populi, ut ex omni poteſtate Eccleſiaſtica,& ſæculari congregata nullum malum ſuſpicaretur in ſententia inferenda; cùm tamen malita, odium, ac invidia hos congregaret, nihil boni ab hoc Concilio ſperari poterat, nam paſſiones illæ mentem, & voluntatem perturbant, & obcæcant,ac in omnem turpitudinem præcipitant. 22.

Auctoritate malitiam occultare volebant.

Et primi omnium in Concilio referuntur Sacerdotes,deinde Scribæ,ac tandem ſeniores populi: quamvis enim omnes eſſent nequiſſimi, tamen Sacerdotalis dignitas ſuo honore non defraudatur. Vel primi à ſacris Evangeliſtis ſcribuntur Sacerdotes,quia eorum malitia tanquam prima,ac præcipua aſcendebat ad divinitatis tribunal, ut rigida pœna primi omninum punirentur cum ipſi,qui pro religione debebant pugnare, contra Religionem ac Deum armarentur. 23.

Sacerdotum crimina prima puniuntur.

Ad Reges, ac Sacerdotes loquitur Oſeas dicens cap.5.n.1. *Audite hæc Sacerdotes, & domus Regis auſcultate, quia vobis judicium eſt.* Prius minas contorquet in Sacerdotes, quam in Regem,cum ſine dubio regis improbitas maximè ſuo exemplo alios ad nequitiam, ac malitiam induceret, & tamen prius directè ad Sacerdotes dirigit minacia verba, & meritò,nam hi priores,& graviores pœnas exolverent, qui enim pro cauſa Dei debebant ſtare, adverſus illam pro ſua nequitia decertabantur. Rupert.lib.2.n.Oſeam. *In Sacerdote, ait, ſicut majus eſt peccatum, ita & majus redundat judicium; & ideo præ cæteris invehitur diſtrictio ſermonis Prophetici.* 24.

Rupert.

Quæstio IV.

Quare Judæi dicunt Chriſtum non occidendum in die feſto?

25\. PRopinquus erat dies feſtus Paſchatis? ſolemnitas autem Paſchalis ſeptem dies includebat. Num. 17. loquunturne Judæi in

Num. 27. Maldonat. Ianſen.

præſenti de ſolo primo die, an de omnibus ſeptem? Maldonatus nomine diei feſti intelligit primum, & ultimum, qui ut conſtat ex citato Numerorum loco celebriores erant. De omnibus ſeptem diebus placet ſententia Janſenio. Nam per illos ſeptem dies erat totus populus confluens ad diem feſtum, & ideo volebant expectare populi diſceſſum ne fortè fieret tumultus, quæ ratio eſt efficax.

Quoniã dies intelligantur?

26\. Ad quæſtionem: Primò dicunt Phariſæi, non in die feſto. Tunc enim populus undique confluebat in Jeruſalem propter feſtivitatem, & ſciebant principes Sacerdotum, quod multi de populo credebant Jeſum eſſe verum Meſſiam promiſſum in lege, vel prophetam magnum, vel ab ipſo multa beneficia vitæ & ſalutis receperant, & ideo verebantur, ne iſti contradicerent, atque reſiſterent, ut Chriſtus quamvis apprehenſus eriperetur ex eorũ manibus, magis ergo timuerunt vulgum, quam Deum. D. Leo ſerm. 7. de Paſſione. *Seditiones, ait, turbarum fieri in præcipua ſolemnitate metuebant, non ut populus non peccaret ſed ne Chriſtus evaderet.* Chriſti ergo mortem differre voluerunt uſque poſt Paſcha, ne Chriſtus à Populo eriperetur, atque evaderet. Verumtamen hoc conſilium poſtmodum mutarunt Juda veniente ad eos, qui aſſignavit eis inopinatum, opportunumque modum exequendi, quod cupiebant, ut adnotarunt D. Chryſoſt. Theophyl. Euthym. Albertus; D. Thom. Cartuſian. & alii. Sic enim ordinatũ fuit divino conſilio, ut Jeſus verus Agnus non crucifigeretur, niſi die feſto. Theophyl. *Non quando ait, illi voluerunt, ſed quando ipſe voluit pati permiſit eis Dominus; per tempus ſcilicet Paſchæ, ut quando typicum Paſcha, tunc & verum Paſcha fieret*, &c.

D. Leo.

Theoph.

27\. Secundò. Dicunt Judæorum Principes. *Non in die feſto.* Paſcha erat Judæis feſtũ valdè celeberrimum gaudii, ac exultationis, inſtitutum enim fuit pro libertatis gaudio, recolebant enim ex Ægyptiaco jugo libertatis beneficium, ex quo ſolebant in ipſo feſto reis libertatem concedere, ut de facto dederunt Barrabæ; dicunt ergo Principes Judæorum, quod Chriſtus non comprehendatur, ac occidatur in die feſto, ne lætiſſimum feſtum mœſta pertubatione, ac atroci, & inopinata morte funeſtetur, ſed, hoc fiet poſt tranſactum ſacrum Paſchatis feſtum; quando jam populus ad ſedes ſuas rediret. Sic Herodes Agrippa tranſacto Paſchate decrevit punire Petrum. Actor. 12. n. 4.

Paſcha feſtũ gaudii.

Actor. 12.

28\. Tertiò Theophylactus ait, *Timuerunt* ait, *qui tunc in Paſchate offerenda erant omnia ſacrificia in lege decreta, ne populus propter homicidiũ à ſacrificiis abſiſteret, perderentque ipſi lucrũ, quod ex ſacrificiis habebant:* Odio Judæi fervebant contra Chriſtum, conſulentes tamen ſuæ avaritiæ, ejus mortem volunt remittere poſt Paſcha.

Theoph.

Potius avaritia, quam odio conſulunt.

29\. Quartò idem Theophylactus. *Fortaſſe, ait, & hoc timuerunt, ne fortè in die feſto occiſo, illius mors nobilior, & clarior fieret. Optabant enim ejus memoriam abolere.* Ne ergo tumultus pro defenſione Chriſti mors fieret nobilior, decreverant Dominum non occidere in die feſto: occaſione tamen oblata à Juda conſilium mutarunt, atque occiderunt. Ex oblata occaſione quot mala pullulant? frequenter homo decernit nullum peccatum committere, & data occaſione peccandi facilè ruit, ac labitur. Hinc ait D. Ambroſ. lib. 2. de Virginibus. *cauſa peccandi etiam juſtos decipit.* D. Ambr.

Theoph.

Occaſio in multa mala præcipitat.

Quintò ſpeciem quandam juſtitiæ turpiſſimi principes Judæorum oſtendebant ad malitiam, ac nequitiam ſuam magis abſcondendam, & tegendam, cum tumultum, ac ſeditionem populi cavendam eſſe dicunt. Boni enim rectoris eſt, populi tumultum cavere. Imperat Deus Moyſ, ut ex nomine ſuo dicat ad Phineam. *Ecce do illi pacem fœderis mei, & erit ipſi pactum ſacerdotii ſempiternum, quia zelatus eſt pro Deo ſuo.* Num. 25. n. 13. pro juſtitia viri promittitur ei pactum Sacerdotii ſempiternum, ſubditur ratio. *Quia zelatus eſt pro deo ſuo.* Ipſe Dei Honorem zelatus eſt gladio, cur ergo ei pro mercede non aſſignatur virga, ſed pax fœderis mei? *Do illi pacem fœderis*, Conſtituebatur ipſe Pontifex, ut populum regeret, ac gubernaret, ergo non virga, ſed pax commendatur ei, quam maximè debet in populo intendere, ſub qua omnes uniti vivant & floreant. Philo lib. de Temulent. *Germana hoc dixerim* ait, *non temere; pax, & ſacerdotium, quia ſcio non poſſe fieri verum Sacerdotem, qui adhuc humanam militat militiam, ſed requiri ad hoc virum pacatum, tam alienum à bello, ut perpetuò pacem colat* 30.

Boni rectoris pacem in ſubditis procurare.

Num 17.

Philo.

Ait Regius vates. *Suſcipiant montes pacem populo & colles juſtitiam.* Pſal. 71. n. 3. Expendendum eſt, quo montes jubentur pacem ut populo perutilem adamare, & colles juſtitiam Quinam ſunt iſti montes, ac colles? omnes ferè Latini cum D. Auguſtino, ut teſtatur Lorinus per montes, & colles, intelligunt prælatos, qui in excelſo loco imminent. *Suſcipiunt populo.* Ut almam pacem, ac concordiam populo ad ejus bonum exhibeant, eamque in ipſo conſtituere, ac conſervare intendant, ſtatim etiam ipſi Prælati, qui ſunt colles ſuſcipiunt juſtitiam populo, eamque populo præſtant, ut juſtitia in ipſo populo vigeat, & floreat. D. Auguſt. ibid. *Excellentes quippe, ait, in Eccleſia pacem debent vigilanti intentione conſulere: ne propter ſuos honores ſuperbè agendo ſchiſmata faciant unitatis compage diſrupta, ideo dictum eſt, ſuſcipiant montes pacem populo.* Cardinalis Hugo. *Montes, ait, ſunt magni principes, qui debent ſuſcipere pacem populo, cum eorum ſtudium ad hoc debet eſſe, ut populus pacem habeat.* Et ſubdit. *Colles autem inferiores montibus ſunt.* Ac proinde ſi principes ad utilitatem populi dant ei pacem, inferiores juſtitiam habent, & retinent.

31\. Pſal. 71.

Prælati, ſi dant pacem ſubditis, juſtitiam ſervant.

CAPUT III.

De Venditione Judæ.

Matth. 26. n. 14. Tunc abiit unus de duodecim, qui dicitur Judas Iſcariotes, ad principes Sacerdotum.

VERSIO

VERSIONES.

D. Chriſoſt. hom. 81. Tunc profectus unus ex duodecim.

Arias Tunc vadens unus ex duodecim dictus Judas.

ALTER TEXTUS.

Marc. 14. *n.* 10. Et Judas Iſcariotes unus de duodecim abiit ad ſummos Sacerdotes, ut proderet eum illis.

Lucas 22. *n.* 3. Intravit autem Satanas in Iudam, qui cognominabatur Iſcariotes, unus de duodecim.

Num. 4. Et abiit, & locutus eſt cum principibus Sacerdotum, & Magiſtratibus, quemadmodum illum traderet eis.

EXPOSITIO. I.

1. D. Lucas. SCRIBIT D. Lucas *Intravit autem Satanas in Judam:* Per atrocem ſugeſtionem, ut magiſtrum ſuum venderet, ac proderet Judæis ad occidendum, de quo latius D. Matth. quæſt. 1. narrat D. Matthæus. *Tunc abiit.* Illa particula *Tunc* partim referenda eſt ad unctionem Magdalenæ in Bethania, de qua Evangeliſta immediatè antea tractavit, partim ad concilium Sacerdotum initum feria quarta, ut latius dicam q. 2. Abiit ergo animo ex avaritia, quando vidit unguentum effuſum in Bethania; greſſu verò corporis quando agnovit concilium Sacerdotum factum. *unus de duodecim.* Ut videatur ſumma iniquitas Judæ, quod cum eſſet in tanta dignitate, ac Apoſtolico apice contra ſuum Magiſtrum levavit calcaneum, ut ipſum venderet *Iudas Iſcariotes.* Ne quis mali aliquid ſuſpicaretur de ſanctis Apoſtolis. Declarat Evangeliſta ejus nomen, quod eſſet Iudas, & ne quis ambigeret de Iacobo Viro Sanctiſſimo, additur nomen patriæ *Iſcariotes.* Ut notarunt Chryſoſtom. Theophylactus, Euthym. & alii. Origen. hom. 15. in Matth. ex aliquibus refert, quod Iſcariotes ſecundum interpretationem Hebraïcam exſuffocatum vocari, quod ſi ita eſt, magna eſt convenientia nominis patriæ cum illius exitu. (D. Chryſ. Theoph. Euthym. Origen.)

2. Ad Pincipes Sacerdotum congregatos in atrio principis Sacerdotum ſcilicet Caïphæ. Ut ſuperiori cap. dictum eſt. Et notat D. Matth hoc cap. 26. num. 3. In quo maximè notanda eſt Judæ malitia: Nam Iudæi timore perterriti, dicebant, non *in die feſto*, ac proinde in aliquod tempus poſt feſtivitatem, captionem differre cogitabant: at verò peſtiferus proditor eos inſtigat, & urget, ut ſine dilatione, quod mente tractabant, executione, ac opere complerent; nihil enim veretur, qui timorem Dei à ſe excutit. (*Nil veretur qui timorem Dei ponit.*)

QUÆSTIO I.

Quomodo Diabolus intraverit in Judam?

VT notat D. Chryſoſtomus homil. 6. in c. 2. ad Philippenſ. *Non aggreditur*, ait, *Satanas, niſi permiſerit Deus, neque enim gregem bonorum invadere auſus fuit, Deo non permittente, multo minus; animas hominum. Permittit verò Deus, ut vel erudiat quemadmodum Job.* Vel etiam permittit, ut ſanctus Doctor poſtea ſubdit, ob altum, & ſublimem finem, ut permiſit Satanam in cor Judæ intrare, ut opus noſtræ redemptionis adimpleretur 3. (D. Chriſ. *Diabolus ex permiſſione Dei intrat.*)

Quomodo ergo Satanas, id eſt adverſarius generis humani, intraverit in Judam, eſt quæſtio præſens. Non introivit Diabolus in corpus Judæ, ut eum agitaret, ac inſanire faceret, ſicut & in demoniacos ſolet, ut notavit Euthymius, & ait D. Anton. p. p. hiſtoriæ titul. 5. c. 6. *Intravit*, ait, *Satanas in Iudam, non quidem per vexationem corporis, ſed ad novum malitia effectum.* 4. (Euthym. S. Anton.)

Nec etiam Diabolus illapſus eſt in animam Judæ, ac ejus potentias. Ut notavit Didymus l. 1. de ſpiritu ſancto. *Introivit*, ait, *Satanas in Iudam, non ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum operationem.* Et D. Thomas quodlib. 3. quæſt. 5. num. 8. *Quantum ad animam*, inquit *non poteſt Diabolus inhabitare hominem ſubſtantialiter, quia ſolus Deus illabitur menti: ſed quantum ad corpus Diabolus poteſt hominem ſubſtantialiter inhabitare, ſicut patet in arreptitiis*, &c. Non poteſt ergo Diabolus intrare in animam, nec in ejus intellectum, voluntatem, ac memoriam, ſed per phantaſiam, ſeu appetitum inferiorem commovet potentias ſuperiores. 5. (*Diabolus non ingreditur, animam.* D. Thom.)

Nec etiam Diabolus introivit vi, ac violentia impellens, & cogens ad nefas perpetrandum. Titus Boſtrenſ. *In Iudam Satanas intravit, non impellens, ſed patulum inveniens oſtium. Nam oblitus omnium, quæ videret, ad ſolam avaritiam dirigebat intuitum.* 6. (*Diabolus nō intrat vi.* Boſtrenſ.)

Intravit ergo Satanas in Iudam pravis ſuggeſtionibus animam ejus ſollicitans, & quaſi oſtium illius animi pulſans, ille autem ſponte aperuit, locumque in ſe dedit his, quæ inimicus ſuggerebat. D. Auguſt. lib. 3. de conſenſu Evangeliſtarū cap. 1. *Quomodo ergo intrat in cor Satanas*, ait, *niſi immittendo iniquas perſuaſiones cogitationum iniquarum*; Quod peculiariter de Iuda explicat Didymus lib. 3. de Spiritu ſancto. *Obſervans*, ait, *Diabolus quibuſdam motibus, & operationum ſignis, ad quæ potiſſimum vitia Iudæ cor eſſet proclive; deprehendit eum patere inſidiis avaritiæ, & reperta cupiditatis janua, miſit in mentem, ejus, quomodo deſideratam pecuniam acciperet, & per ocaſionē lucri proditor magiſtri ſui exiſteret.* Idem D. Hieron. in commentario Epiſtol. ad Epheſ. c. 4. docet. Intravit ergo Satanas, dum ſuggeſtionibus per phantaſiam, ac appetitum inferiorem commovet intellectum, ac voluntatem. 7. (*Intrat ſuggeſtionibus.* D. Auguſt. Didymn.)

Quo verò modo dicatur Satanam in Iudam intraſſe, non ſignificatur, quod hactenus Deus habitaret in Iuda, jam enim antea Diaboli mancipiū extabat, de eo enim ſcribit Ioa. 12. n. 6. *Fur, erat & loculos* 8. (Ioan. 1)

loculos habens, Et antea de eo dixit Jeſus. Joan. 6.
Ioan. 6. n. 20. *Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis unus Diabolus eſt.* Jam ergo Diabolus in eo intraverat, dicitur tamen modò in eum intraſſe, quia novum & cæteris omnibus execrabile ſcelus ei perſuaſit.

9. Ioan. 13. *Tantum crimen non hominis, ſed diaboli videtur.* Joannes c. 13. n. 27. ſcribit, *quia poſt buccellam introivit in eum Satanas.* Ut nempe eum adduceret ac inſtigaret ad meditatam, ac Chriſti proditionem antea animo deſtinatam opere exequendam, ac perficiendam: ſicut enim feria quarta Diabolo ſuadente hoc immane ſcelus cum Judæis ſub inito pacto pertractavit, ſic etiam feria quinta ſub nocte inſtigante Diabolo executioni mandavit. Hæc autem phraſis horribilem criminis atrocitatem, ac immanitatem denotat, ac ſi ad illud peragendum non ſufficeret homo, ſed opus fuerit impulſu, ac inſtigatione Diaboli. Tam execrabile fuit hoc nefas, ut non hominis, ſed Diaboli eſſe videatur.

QUÆSTIO II.

Quare tam accuratè Evangeliſta notat circunſtantiam temporis, illa particula Tunc, *quæ expenditur?*

10. *Series hiſtoria.* FERIA quarta majoris hebdomadæ congregati ſunt Sacerdotes, ſcribæ, ac ſeniores in atrio, ſeu aula Pontificis, ut dixi ſuperiori cap. ad eoſque abiit Judas eadem feria quarta, promiſitque ſe Chriſtum traditurum, data tamen pecunia, D. Matthæus, & Marcus hoc loco mentionem faciunt de cœna in Bethania, cum illa illuſtri capitis, ac pedum unctione; ordinem tamen temporis non ſervarunt. Ut jam notavi, cap. in initio. Ideo,

11. D.Chyrſ. Quæſtio eſt ad quidnam refertur illa particula *Tunc*, in textu D. Matth. *Tunc abiit*; Magdalenæ unctionem reſpicere exiſtimat Chyrſoſt. infrà variis in locis citandus quæſt. ſequenti, & ideo D. Matthæus, & Marcus antequam narrent hanc Judæ proditionem, interponunt indignationem ejus ob unguentum effuſum ſuper caput Jeſu, ut innuant quod ex illa effuſione unguenti orta fuit aviditas pecuniarum in Juda ad magiſtrum vendendum, ut infrà quæſt. 5. dicam ex D. Hieronymo. Et communiter ex ſanctis Patribus.

12. Auguſt. Beda. D. Thom. Lyranus. Carthuſ. Caietan. Anſelm. Tamen particulam, *Tunc*, non ad tempus cœnæ, ſed ad tempus, quo Sacerdotes cum reliquis ſunt congregati feria quarta referunt D. Auguſt. lib. 2. de conſenſu Evangeliſtarum c. 87. Beda in cap. 26. Matth. Ibid. m D. Thom. Lyran. Carthuſ. Caietan. & alii. Unde ait D. Anſelmus. *Hæc unguenti effuſio facta eſt, ante ſex dies Paſchæ, ut refert Joan. c. 12. ſed hic interſerta eſt, quia fuit cauſa perditionis, quaſi ita diceret Matthæus, cum congregati eſſent principes Sacerdotum, & conſilium facerent; tunc abiit Judas, & hoc non ſine cauſa; ſed ideo quia cum eſſet Jeſus in Bethania in domo Simonis.* Idem docent D. Hieron. Gloſſa ordinaria, Beda, Lyran. Carthuſian. Hugo, Caietan. & alii.

13. *Germana explicatio.* Dico ergo, quod particula illa, *Tunc*: partim refertur ad præcedentem unctionem factam ſabbatho ante Dominicam Palmarum, partim verò ad concilium ſacerdotum de Chriſto capiendo initum feria quarta; ac proinde quando vidit Judas unguentum effundi, murmuravit, impudentiam induit, avaritia, ac ſcelere ſe armavit, & Jeſum Judæis prodere, ac vendere conſtituit. Feria verò quarta, cum principes conſilium agerent de Chriſto comprehendendo, ad eos acceſſit, & ſub pacto triginta argenteorum ſpopondit eum traditurum, & ita illa particula, *abiit*. Explicanda eſt animo, vel greſſu corporis, ut dixi in expoſitione.

QUÆSTIO III.

Explicatur illa particula, Tunc. *quoad ſenſum moralem.*

SENSUM moralem inquirimus, cur tam accuratè Evangeliſta, poſtquam unguentum effuſum à Magdalena narrat, temporis circunſtantiā notat. Reſpondet primò, D. Chryſoſt. 14. D. Chyſ.
Tunc verbum inaniter, ô Evangeliſta, ait, addidiſti ſpiritus admonitione loqueris. Quid igitur tunc eſt? Ante proditionis tempus, ante traditionis horā acceſſit Meretrix, vas alabaſtrū manibus portans, & unguentum Domini ſupra caput effudit. Paulo ante meretrix, ſubito pudica proceſſit, & profundit obruta peccatis, portum ſerenitatis agnovit. Et quando proſtituta lupanar exuvit, tunc diſcipulus gehennam intravit quando illa mercedem ſui corporis abdicabat: Tunc ille pretium Magiſtri ſanguinis poſtulabat: quando illa oſculabatur pedes, ut ſuſciperetur. Tunc iſte Domini labia oſculabatur ut proderetur; ideò dixit: Tunc. Maximè ponderanda temporis circumſtantia, ſi unus delinquit, ac recedit à Deo commentitia oſcula dans, ſtatim alter divina diſpoſitione ordinatur ut ad ipſum convertatur, eumque ex toto corde adoret, eique magna obſequia præſtet. Ait Chriſtus D. *Generatio hæc, generatio nequam eſt.* Luc. 11. c. 29. & ſtatim ſubdit. *Regina Auſtri ſurget in judicio.* Quid eſt quod mitiſſimus Dominus tam rigidè invehitur in illam generationem, nequam dicens, ſtatimque illi opponit Reginam Auſtri? Judæa generatio nequam à Chriſto deficit; illico ſurrexit gentilitas eū venerans, & adorans; eleganter D. Ambroſ. *Tunc*, ait, *generatio hæc nequam eſt. Ut ſcias Sinagogæ populum deformari, ubi Eccleſiæ beatitudo laudatur.* Vide tom. 3. c. 23. q. 3. n. 16. 17. & 18.

Si unus à Chriſto deficit, alius exurgit, & ad Chriſtum venit.

Luc. 11.

D. Ambr.

Secundò, D. Hieron. in c. 14. Marc ait. *Abiit Judas ad principes poſtquam exiit. Hic nox nocti indicat ſcientiam, unumquodque animal ad ſibi ſimile jungitur. Maria currit ad Apoſtolos, ut dies diei eructet verbum, & Judas ad Judæos, ut nox nocti indicet ſcientiam.* Maria pergit ad Jeſum, ac Apoſtolos. Judas verò ad Principes ſacerdotum, quilibet in id tendit, ad quod ſui affectus impulſu movetur, ac ſui ſimile quærit. Maria animi pietate ad Jeſum, ac Apoſtolos pergit; Judas verò ad Principes ſacerdotum, quilibet in id tendit, ad quod ſui affectus impulſu movetur, ac ſui ſimile quærit. Maria animi pietate ad Jeſum, ac Apoſtolos pergit; Judas verò ad iniquos magiſtratus ſe confert. Maria cum Jeſu pietatis miniſterium exhibet. Judas cum perfidis Judæis perditiſſimum venditionis pactum agit. Vide verb. *Societas.* 15. D. Hieron.

Quilibet quærit ſui ſimile.

Tertiò. D. Chyſoſt. hom. 64. in Joannem ponderans Chriſti verba circa mulierem. *Bonum opus operata eſt in me, nam, ſemper pauperes habebitis vobiſcum, &c. ad ſepeliendum me fecit.* Sic ait Sanctus Doctor. *Nihil horum ferum animum flexit, licet iis multo plura & diceret, & faceret Jeſus, & pedes ejus eâdem nocte lavaſſet, & ad menſam ſecum adhibuiſſet,* 16. D. Chyſ.

adhibuiſſet, quod & latronũ animos mulcere aſſolet, & alia verba locutus eſt, quibus etiam lapides molliri potuiſſent: ſed adverſus omnia Judas perſtitit immobilis, gravis namque morbus eſt avaritia. Mellitiſſima verba locutus eſt, & efficaciſſima poſuit argumenta, opus némpe mulieris eſſe bonum, & ad ſepulturam ejus, & pauperes ſemper eſſe ad manum, & inſuper ejus pedes lavavit, quæ duros lapides mulcere poterant, & tamen rabidiſſima fames habendi in Juda non quieſcit, ſed adhuc lucra quærit; ſepulturæ ſuæ mentionem fecit Dominus *Ad ſepeliendum me fecit:* ſepulchri verba perditiſſimos, ac ferreos animos convertunt, & tamen Iudas auri cupidus immobilis perſiſtit. *Grandis namque morbus eſt avaritia.*

Lucri cupiditas nulla vi frangitur.

17. Quartò, D. Chryſoſt. hom. 81. expendit textûs ſeriem. Dixit Judas, *Ut quid perditio hæc?* Sciens Jesus ait, *Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus enim bonum operata eſt in me. Amen dico vobis, ubicumque prædicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo dicetur, & quod hæc fecit in memoriam ejus Tunc abiit unus de duodecim,* &c. Sic ait Sanctus Doctor *Tunc ſcilicet, quando hoc audivit, quoniam prædicabitur hoc Evangelium ubique, timuit eum, nam virtutis ineffabilis erat, quod dictam eſt.* Audivit Iudas ſui vituperium, *Quid moleſti eſtis huic mulieri?* audivit, & mulieris gloriam, & laudem toto orbe celebrandam. *In toto mundo dicetur, & quod hæc fecit in memoriam ejus.* Inde gravè, & acerbè ſui vituperium, & alterius gloriam ſuſtinens, invidia, ac ſuperbia furibundus, magiſtrum prodere machinatur.

Invidus, ac ſuperbus impatiens eſt ſui vituperii, ac alterius gloriæ.

18. D. Chriſ. Quintò. D. Chryſoſt. hom. 81. *Tunc,* ait, *iſtud, ad quodnam tempus referendũ eſt, quando iſta locutus eſt?* Tunc Judas ut Magiſtrum proderet, abiit quando iſta locutus, nempe contra mulierem, ac Magiſtrum; contra mulierem, quod tantum unguentum profunderet, ac perderet; contra Magiſtrum cum tantum unguentum diffundi permitteret, cum ejus pretiũ poſſet pauperibus elargiri, & cum hæc loquitur, ac obmurmurat, in tantum proditionis ſcelus labitur. Plura alia delicta cõmiſerat, Judas, fur erat, & loculos habebat, & tamen tunc in proditionis delictũ non labitur, ſed modo; nunc verò negata debita reverentia contra Magiſtrum inſurgit, ipſumque devenuſtare ſatagit: cum verò ſub pietatis prætextu mulierem calumniatur, contra ipſamque obmurmurat. Inde in ſeveriſſimum ſupplicium neglectæ exiſtimationis Magiſtri, ac iniquæ detractionis erga mulierem, in tantum flagitium labi permittitur, ut contemptæ reverentiæ, ac detractionis pœna exaggeretur, ut deterreat homines à tali execrabili vitio, ideo publicatur, quod ubi primum Magiſtrum contempſit, ac contra mulierem murmuravit, ait Chryſoſt. *Tunc quando ita locutus eſt, abiit unus de duodecim, qui dicebatur Judas Iſcariotes ad principes ſacerdotum,* &c.

Obmurmuratio, ac neglecta magiſtri exiſtimatio fuit in Iuda cauſa proditionis.

19. D. Chryſ. Sextò Iterum idem Chyſoſt. *Tunc quando ita locutus eſt Judas.* Avaritiæ vitio coinquinatus erat contraque Magiſtrum, ac mulierem obmurmuravit. *Ut quid perditio hæc, potuit enim iſtud venundari multo,* & quamvis hæc vitia non extremæ malitiæ viderentur; tamen quia repente nemo fit peſſimus, ipſe, qui culmine Apoſtolico fortis ut Gigas apparebat; ſic nequitiæ illæ comederunt robur ejus, ſicque illis animus infirmatus eſt, ut in turpiſſimum omnium ſcelus præcipitaretur, mortemque veri Dei, ac hominis machinaretur, ipſumque nefaria proditione in inimicorum manibus traderet. Qui virtutis ſtabilitatem optat, parva ac minuta iniquinamenta à ſe abjiciat, & excludat.

Virtus levibus etiam iniquinamentis enervatur, ut ruat.

De Salomonis ferculo decantatur. *Columnas ejus fecit argenteas.* Cant. 3. n. 10. per columnas argenteas, virtutes ſignificari conſtans eſt ſententia, quibus fulcimentum demus animæ ſtabilitur, ne ruinæ ſuccumbat. Cur tamen ex argento fabricantur, an ob venuſtatem, ſeu ob ſtabilitatem, & duritiem? Minimè, alia ſunt metalla majoris firmitatis; inter cætera, quæ igne recoquuntur; argentum omnes terrenas fæces à ſe evomit, ac excludit, ad quod reſpicit Propheta. *Argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum.* Pſ. 11. n. 7. virtutum fulcimentum ab earum amatoribus ſic debet conſtitui, ut ſcoriæ, ac reliquiæ terrenorum omnium deſideriorum, aliarumque quoad fieri valeat imperfectionum abjiciantur ut virtus excocta ad vivum perſeveret, nam ſi aliquid minorum vitiorum negligatur, non pura erit argenti maſſa in anima, & virtutes facilè debilitabuntur ac deficient, & qui juſtitiam jam colere cœpit, fient noviſſima hominis illius peiora prioribus. Vvolberus Abbas S. Pantaleonis l. 3. in Cantica. *Qui ergo,* ait, *vult ut virtutes, ſi quas habet, in columnæ, quæ animæ ſtructuram ſuſtineant, hoc ſatagere debet, ut ſint argenteæ; quia niſi fidei, & doctrinæ puritate reſplendeant; timendum valde eſt, ne ſi ſtructuram ipſam portare non valeant, fortitudinis ſuæ infirmitate ſubſidant.* 20. Cantic. 3.

Virtus ut perſeveret, à minimis imperfectioni. bus ſit libera.

Vvolbert.

Duæ leges fuerunt à Deo datæ, una Moſaica, altera Evangelica, Moſaïca periit, ac extincta eſt; Evangelica verò in perpetuum perſeverat; unde prima tam inſtabilis, ſecunda verò tam conſtans? notandum, quod ignis præceſſit antequam utraque lex daretur; ante Moſaïcam rubus ignitus apparuit? *videbat quod rubus arderet, & non combureretur.* Exod. 3. n. 2. Ante etiam Evangelicam legem in ignibus deſcendit Spiritus ſanctus. *Apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis.* Act. 2. n. 3. Ante datam legem Judaïcam Deus prælucet in igne, *Rubus arderet, & non combureretur.* Sic enim flamma erat in rubo, ut ſine ulla conſumptione ſpinæ, ac tribuli, hoc eſt imperfectionum aculei in eo remanerent; at in lege Evangelica venit Divinus ſpiritus ſic inardeſcens in humana corda, ut ipſa à levioribus, ac minimis ſpinis, hoc eſt inquinamentis expurgaret. Ut canit Eccleſia in Proſa ad Miſſam. *Tu purificator omnium flagitiorum ſpiritus.* Cùm ergo in lege veteri, etiam appoſito igne ſpinæ remanerent, ſic eam cruentarunt, ac lacerarunt, ut minimè poſſet perdurare. At in lege Evangelica longè aliter deſcendit Spiritus ſanctus, intus, & foris ſic accendens corda, ut nihil, quod flammæ devorare poſſent incombuſtum relinqueretur; & lex, quæ ſic expurgat omnia, & nihil ſordidum patitur, ut in perpetuum duratura data eſt. D. Chryſol. ſerm. 164. *Daturus legem,* ait, *ignem præmiſit in rubo; ſed divinum Rubus portavit, non concepit incendium.* Preme verbum: *portavit non concepit.* Deinde ſic pergit *Jam tunc aculeis malitiæ plenum, & ingratum culturæ legis polum præfigurans; & nunc in arva gentium cum deſtinaret Apoſtolos, ſic eos igneo imbre perfudit, & ignis conſedit ſuper eos, ut poſſent humectata ſiccare, ſica infundere, decoquere cruda, frigida calefacere, accendere extincta, comburere noxia.* Expende verbum. *Sic eos igneo imbre perfudit, ut poſſent humecta ſiccare.* 21.

Exod. 3.

Actor. 2.

Lex cum imperfectionum ſpinis non. durat, ſine illis perſeverat.

D. Chryſ.

QUÆSTIO

QUÆSTIO IV.

Quare Judas exiens unus dicitur, qui nec alios Apoſtolos fœdavit, nec eorum duodenarium numerum minuit?

22. D. Hieron. *In Chriſti ſectatoribus non diviſio, ſed unitas.*

AIT D. Matthæus. *Tunc abiit unus de duodecim, qui dicitur Judas.* Quæ verba ſic commentatur D. Hier. in c. 14. D. Marci: *Unus de duodecim,* ait, *unus numero, non unus merito, unus nomine, non unus amore, unus corpore, non unus animo.* Erat Judas unus de duodecim, unus numero, non, animo, ac affectu, ideò cum JESU non habet unitatem, ſed à menſa ejus excluditur, ut pergat ad ſæculi principes, apud quos maximè vigent diſcordiæ; & pugnæ. Vide tom. 4. c. 8. n. 264. & c. 11. n. 56. & 57. c. 31. n. 52. 53. & alibi ſæpè.

23. D. Cypr. *Ex uno iniquo non obſcurantur aliorum facta.*

Diſceſſit Judas è Collegio Apoſtolico ad ſummam malitiam perpetrandam, tamen ſocios nec dedecoravit, nec ignominia affecit, ut ponderat D. Cyprianus de unitate Eccleſiæ *Judam* ait, *Dominus inter Apoſtolos elegit, & tamen dominum prodidit. Non tamen idcirco Apoſtolorum fides, & firmitas cecidit: quia proditor Iudas ab eorum ſocietate defecit. Sic hic non ſtatim confeſſorum ſanctitas, & dignitas comminuta eſt, quia quorundam fides fracta eſt. Stat Confeſſorum pars major, & melior in fidei ſuæ robore.* Apparent in Area Patris familias triticum, & zizania. Dicunt ſervi: *Vis imus, & colligimus ea.* Quibus ait Domus. *Sinite utraque creſcere, uſque ad meſſem. Tunc dicam meſſoribus meis.* Matth. 13. num. 30. per horreum domus Domini, ſeu conventus juſtorum interpretantur D. Auguſtinus, Beda, Haymon, & alii, in quibus quandoque apparent zizania, hoc eſt aliqui ſocii iniqui, & impii, ac proinde non tota area damnatur à Patrefamilias, nec ex fama, ac opinione exortæ zizaniæ totum reprobavit, ſed triticum electorum mandavit congregare in horreum, malevolam verò zizaniam ad ignem remiſit. D. Iſidorus Peluſiota lib. 2. epiſt. 181. *Cum Evangelii ſementem Apoſtoli facere cœpiſſent, ac zizania enata conſpexiſſent: ſapienti conſilio ea a vulſerunt.*

Matth. 13. D. Auguſt. Beda. Haymon.

24. Philippus. *Electorũ numerus minui non poteſt.*

Tunc abiit unus de duodecim. Quamvis Judas abiret in locum ſuum, tamen electorum numerus non manſit diminutus, nec mancus. Philippus Abbas lib. de ſalute primi hominis cap. 10. *Adeò autem,* ait, *Chriſtus ſecum eſſe voluit duodecim, ut ne Iudas poſſet efficere, ut tantum eſſent undecim, ſed eo corruente in præcipitium, ſua tamen perfectio ſervavit duodenarium.* Adeò indefectibiliter Deus ſervat numeratos ſuos, ut nulla potentia, nullaque vi inſurgentium malorũ fieri valeat, ut deſignatus electorũ numerus diminuatur. Extrema fuit Judæ malitia, tamen ipſo abeunte in locum ſuum duodenarius numerus integer perſeveravit, & alius in ejus locũ ſuffectus eſt. Act. 1. n. 26. Divinæ poteſtatis eſt, ut nullus ex ejus numeratis deficiat.

25. Apoc. 3. Syriacus.

Epiſcopo Philadelphiæ minatur Dominus. *Ecce venio cito, tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.* Apoc. 3. n. 11. Syriacus. *Cave ne quis accipiat coronam tuam.* Cœleſtis, ſcilicet converſationis, per quam æternæ gloriæ ſplendore condecorabitur; cur non ſolùm ipſum admonet, ut teneat coronam ſuam, ſed etiam ut caveat ne alter eam accipiat? Nonne ut debitè, quæ ſua ſunt, exequeretur, ac ut in ſtadio virtutis curreret, ſat, ac ſuperabundans erat, ut in gratia, ac juſtitia perſeveraret, ad quid pronuntiatur alium in ejus locum ſucceſſurum? ut apertè videamus certum, & definitum eſſe numerum prædeſtinatorum, ut nullo modo minui valeat, & ita eſt certus, ac determinatus, ut non ſolùm formaliter, ſed etiam materialiter, ac individualiter ſint determinati, id eſt non ſolùm tot, quot ſalvandi ſint, ſed etiam quod hi, & illi nominatim, & non alii. Ambroſ. Anſbertus. *Stupenda prorſus conſideratione intuentes, huic ſacrato, ac definito electorum numero, nec addi quemquam poſſe, nec minui, cum, Dominus, ac redemptor noſter, ſic iſtum propriam coronam dicit amittere, ut alius eam percepturus accedat, ubi intelligitur nec alium poſſe ſuccedere, ſi quod ille tenet perſeveranti fine cuſtodit.* Anſbertus.

26. Geneſ. 14. Lyppoman. *Ex electis à Deo nullus perit.*

Pergens Abrahamus adverſus quatuor reges qui Loth, ac quinque reges Sodomæ captivos ſecum adducebant; *Quod cum audiſſet Abraham numeravit expeditos vernaculos ſuos trecentos decem & octo.* Gen. 14. n. 44. Cur Abrahamus dato belli ſigno, ut fieri ſolet, non confuſam, ac indiſtinctam plebem convocat, ſed numeratis militibus ad certamen properat, quam quæſtionem proponit D. Chryſoſt. apud Lyppoman. dicens, *quare numeravit trecentos & decem, & octo vernaculos dicet quis; quare non ſimpliciter omnes accepit?* Poterat Abrahamus abſque ullo cenſu magnam ſervorum multitudinem aſſumere, tamen maluit illis numeratis in bellum exire, ut cum omnes eſſent cuſtoditi, & ſalvi, res oſtenderetur fieri ex alto, & ſuperno divino dictamine, qui enim ex nutu DEI eliguntur, perire nequaquam poſſunt: Unde Philo deſcribit Melchiſedech mirantem, quod Abrahamus ſervatis omnibus ſociis redierit. *Abrahamum redeuntem.* ait, *conſpicatus ille magnus Pontifex, reducentemque ſuos omnes ad unum incolumes, & victores; attonitus tanti facinoris magnitudine, & id quod verum erat cogitans, præſentem ei opem divinam adfuiſſe.* Vide to. 4. c. 26. n. 29. 30. 31. Philo.

QUÆSTIO V.

Quare dicitur de Juda, quòd abierit ad principes Sacerdotum?

27. D. Chryſ. Beda *Judas ſpontè vadit ad Judæos.*

AIT D. Matth. *Tunc abiit unus de duodecim.* Abiit ſpontè, ac voluntate ſua, non coactus, aut invitatus, ut ex D. Chrſ. hom. de Proditore, notat Beda in c. 14. Marci. *Non à principibus, ait, invitatus, non ulla neceſſitate conſtrictus, ſed ſponte propriæ ſceleratæ mentis conſilium iniit.*

28. D. Hier. *Avaritia agitatus tantum malum perpetrat.*

Abiit Judas ad principes Sacerdotum, ut Magiſtrum ſuum venderet avaritiæ ſtimulatus. Ut ponderat D. Hieron. in cap. 26. Matth. *Infelix Iudas, ait, damnum, quod ex effuſione unguenti ſe feciſſe credebat. vult magiſtri pretio compenſare.* Ac proinde ad recompenſandum damnum ex effuſo unguento temeraria nequitia audet tantum nefas perpetrare.

29. Rupert. *Ex avaritia omnia perdit Judas.*

Verbum illud, *abiit,* expendens Rupertus in c. 26. Matth. ait. *Verè, & veraciter dictum eſt; Tunc abiit unus de duodecim. Abiit enim, & totus receſſit ab illis. Apoſtolatum ſuum dimiſit, Epiſcopatum ſuum alteri reliquit. Abiit in concilium impiorum. Abiit à Deo, ſtetit cum Diabolo.* Pro recompenſanda, ac acquirenda pecunia abiit ad Judæos, & magiſtrum vendidit, tunc totus receſſit à DEO

& ab Apoſtolis, Epiſcopatum, ac Apoſtolatum ſuum perdidit, & Diabolum ſibi lucratus eſt; & ut ipſe Rupertus ait, pro triginta argenteis. trig nta maledictiones reportavit

30. S Joannes Chryſoſt. prædictum verbum; *Abiit*, ponderans ſic ait. *Quando ultimæ cœnæ communicavit Judas nocte illa poſtrema, cæteris omnibus recumbentibus ipſe ſe proripiens exceſſit: illum imitantur & iſti, qui ante ultimam gratiarum actionem diſcedunt; niſi enim exiiſſet, ille proditor factus non eſſet: n ſi ſeipſum extra ovile proripuiſſet, non eum lupus ſolum offendiſſet, atque devoraſſet, niſi ſe ipſum à paſtore ſegregaſſet, belluæ præda factus non eſſet. Idcirco nimirum ille cum Judæis, iſti verò cum Domino, hymno dicto exierunt.* Facta cœna, non data gratiarum actione, vide quantum malum ſit non agere gratias: à Jesu, ac Collegio Apoſtolico recedit Judas, ipsùmque à Paſtore ſegregatum lupus devorat, belluæque præda factus eſt. At Apoſtoli hymno dicto gratiarumque actione perſoluta, cum Jesu permanent, ipſoque comite exeunt. *Idcirco nimirum ille cum Judæis, iſti verò cum Domino, hymno dicto exierunt.*

D. Chryſ. Non agere gratias multa mala parat.

Qui à ſanctis recedit in multa mala incidit.

31. *Cæteris omnibus recumbentibus ipſe ſe proripiens exceſſit.* At proximè allegatus Chryſoſtomus A ſanctis ac juſtis receſſit Judas, ut ad iniquos principes Sacerdotum tranſiret: fugientem Agar ex domo Abrahæ, invenit eam Angelus Domini, qui dixit ei. *Agar ancilla Sarai unde venis, & quo vadis?* Gen. 16. n. 8. Cui illa. *A facie*, inquit, *Sarai Dominæ meæ, ego fugio.* Ubi Agar non reſpondet plenè ad omnia, ſiquidem Angelus interrogavit unde veniret, & quo iret, ipſa ſecundum præteriēs, ad primum verba facit. A facie Saraï Dominæ, meæ ego fugio. Rectè Lyppoman. reſpondet *Erubuit*, ait, *confiteri à domo ſancti viri, probatæque dominæ ad Ægyptios rurſus redire idolo'atras.* Verecundatur mulier fateri, quod recedat à domo juſti, ut tranſeat ad impios idololatras. At Judas impudentior factus non erubeſcit ex Jesu ad perfidos Judæos tranſire, ut ipſe Divinus Magiſter comprehendatur, ac crucifigatur.

Geneſ. 16. *Verecundum ex ſanctis tranſire ad iniquos.*

Lyppom.

Matth. 26. *n.* 15. Et ait illis quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi conſtituerunt ei tringinta argenteos.

Num. 16. Et exinde quærebat opportunitatem, ut eum traderet.

VERSIONES.

Arabicus n. 15. Quid dabitis mihi, & ego eum vobis tradam?

Syriacus. Ego traditurus ſum eum vobis.

Origenes hom. 35. Conſtituerunt ei triginta ſtateres.

Euthymius. At illi appenderunt ei triginta argenteos.

Staniſlaus *Gyſephus lib. deſiclo ex Græco.* Conſtituerunt ei triginta ſummulas, ſeu triginta ſiclorum auri pretia.

Franc. Lucas. Conſtituerunt ei triginta argentea.

Syriac. n. 16. Et ex eo tēpore quærebat ſibi opportunitatē perdendi eū.

ALTER TEXTUS.

Marc. 14. *n.* 15. Qui audientes gaviſi ſunt: & promiſerunt ei pecuniam ſe daturos. Et quærebat quomodo illum opportunè traderet.

Luc. 22. *n.* 5. Et gaviſi ſunt, & pacti ſunt pecuniam illi dare.

Num. 6. Et ſpopondit. Et quærebat opportunitatem ut traderet illum ſine turbis.

EXPOSITIO II.

AIT *illis quid vultis mihi dare?* Ac ſi dicat, 32.
inquit Carth. ſcio cur conveniſtis, paratus ſum veſtrum deſiderium perducere ad effectum, dummodo detis mihi pretium quod cupio. Semper Satanas ligna, & fomenta miniſtrat. *Eum tradam*, ait Euthym. *Non dixit JESUM Chriſtum, ſed eum, jam nomen eius oderat.* Ex odio non dixit Jesum, & fortè ad hoc inſtigavit Satanas, timebat enim, ne nominis ſanctiſſimi pronuntiatione à tam nefario ſcelere evocaretur. *Conſtituerunt ei triginta argentos.* Secundum Marcum, & Lucam auditis ſermonibns Judæ gaviſi ſunt, ut explicat in Marcum Euthym. *Non ſolum quia ipſum ſine tumultu comprehenſuri erant, opportune à Iuda traditum: verum etiam quia à ſuis diſcipulis odio haberi inciperet.* Promiſit Judas quod traderet eum occultè, idcircò mutarunt conſilium, quod ante decreverunt dicentes, *non in die feſti*. D. Matth. ait: *Conſtituerunt ei*: id eſt, decreverunt D. Marcus, *promiſerunt.* D. Lucas, *pacti ſunt pecuniam.* Non ſtatim perſolverunt pecuniam, ſed tantum polliciti ſunt eam.

Carthuſ.

Euthym. *Efficacia nominis* Jesu.

Euthym.

D. Matth. D. Marcus. D. Lucas.

Et ex nd. Ex eo tempe tempore? quo ſub pacto ea pecunia fuit promiſſa à principibus Sacerdotum. *Quærebat opportunitatem.* Studioſè obſervabat convenientiam loci, ac temporis, ut eum traderet Judæis ſine turba ipſum Chriſtum credente, ac libenter audiente. Orig. hom. 35. *Qualem autem, ait, opportunitatem quærebat.* Lucas manifeſtius explanavit dicens. *Et quærebat opportunitatem, ut traderet eum ſine turba, id eſt quando populus non erat circa eum, ſed ſecretus erat cum diſcipulis ſuis: quod & fecit eum tradens nocte poſt cœnam, cum ſecretus eſſet in prædio Gethſemani.* 33.

Origen.

QUÆSTIO VI.

Ex quo motivo Judas voluit Chriſtum vendere?

UT ait D. Hieronymus datus ſuperiori q. 5. 34.
Judas damnum, quod exiſtimabat acceptum ex unguento effuſo, magiſtri ſui pretio voluit recompenſare. Ita etiam docent D. Paſchaſ. lib. 11. in Matth. Beda, Haymon. Albertus Magnus in Matth. Victor Antioch. in cap. 14. Marci, & communiter commentatores. Avaritia ſtimulatus, cæcus, & amens factus Judas in tantum nefas prolabitur. D. Chryſoſtom. hom. de proditore Juda' *O dementia, imo cupiditas proditoris*, exclamat: *Hac affectatus magiſtrum tradidit Iudas?*

D. Hieron.

D. Chryſ. *Avaritia obliviſcitur à beneficiis.*

D. Paſchaſ.

Nam

Nam cupiditas hujuſmodi ſortita eſt naturam, rerum oblivionem imponit; & alienationem mentis oſtendit. Expende ultima verba. *Rerum oblivionem imponit, & alienationem mentis oſtendit.* Quinta rerum oblivio fuerit in Juda, ipſe Chryſoſt. *Quanta beneficia, reſpuit. Converſationis, menſæ, diſcipulatus, ac monitionis, ſuaſionis oblitus eſt, frænis cupiditatis impeditus.*

35. D. Chryſ. *Avaritia maxime excæcat.* Avaritia mentis alienationem cauſat. Rectè idem Chryſoſt. *O ſingularem avaritiam,* ait, *quomodo penitus habendi cupiditate fuit excæcatus? Nam qui ſæpius vidit ipſum per medios inimicos tranſiſſe, nec detentum fuiſſe: qui divinæ omnipotentiæ ipſius multa documenta rè ipſa percepit, retineri eum poſſe putavit, præſertim cum tot ſibi tam terrentia, quàm mulcentia verba ab eo dicerentur, ut ſceleratam hanc congitationem à ſe abijcere omninò debuerit.* Similia

Titus. habet Titus ex Chryſoſtom. in cap. 22. Luc. perpende magnam hominis cæcitatem. Optimè agnoveras Chriſtum per medios Inimicos tranſiſſe abſque eo quod ab ipſis fuiſſet detentus, videràtque eum tot ſignis divinæ omnipotentiæ radiaſſe: tamen adeò cæcus eſt, ac à vera mente alienus, ut contra Deum velit ſtare, ipsùmque manibus ſuis capere.

36. Rupert. *Dementia mundi pretium ſibi velle uſurpare* Ex alto capite Judæ amentiam, ac cæcitatem conſiderat Rupert. lib. 11. in Joan. *O magnifica,* ait, *ſupplantationis perverſitas, qui univerſalem noſtræ ſalutis hoſtiam faciens ſuam, ſic quaſi ſuum peculium poſſeſſorem mundi venalem propoſuit.* Maximè damnatur excæcata mens Judæ avaritiâ, qui totius mundi pretium ſibi uni uſurpabat, ac ſuum peculium facere vehementer affectabat.

37. D. Chryſ. *Non ſtat Dei amicitia cum auro.* De hoc impiiſſimo proditore ait D. Chryſoſt. ſerm. 3. de Reſurrect. *Parricida pariter; & conviva vendidit argento Dominum, fecit de Magiſtro ferale commercium. Accepit aurum, perdidit Deum.* Ultima verba maximè memoria retinenda. *Accepit aurum, perdidit Deum.* Omni conatu ab auro cavendum, valdè conjuncta ſunt, quod ſi aurum accipis Deum perdis, recedat aurum, ut cum Deo conjunctionem, ac amicitiam habeas. Ait

Iſai 1. Iſaïa 1. n. 23. *Principes tui infideles ſocii furum, diligunt munera, ſequuntur retributiones: propter quod ait Dominus Deus exercituum: Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis & vindicabor de inimicis meis.* Quos munerum amicos ac auri avidos dicit, eos furum ſocios, ac inimicos ſuos dicit Deus, non enim ſimul cohæret Dei amicitia cum auro.

Damian. Petrus Damian. lib. 2. epiſt. 2. *Per Iſaiam Dominus conqueritur* ait, *dicens: Principes tui infideles ſocii furum, diligunt munera: de quibus & paulo poſt dicit: Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimis meis.*

38. Origenes. Judæ avaritiam imitantur aut amatores, qui ob avaritiam gravia, & horrenda delicta committunt, ut ponderat Origen. hom. 35. in Matth. *Opportunè,* ait, *hoc uteris exemplo ad omnes, qui quodcumque peccatum facientes propter avaritiam, & cauſam pecuniariam, aut alicujus lucri, verbum Dei tradunt, contemnunt.* Imò qui hujuſmodi crimina perpetrant, ac ſimoniæ incumbunt,

Damian. pejores Juda ſunt, ut expendit Petr. Damian. epiſt. 16. c. 30. in 3. tom. Biblioth. *Judas,* ait, *Dominum purum hominem credens, vendidit. Vos autem nihil de Divinitate Sancti Spiritus ambigentes: commercium iſti venalitatis adſcribitis, & perpetrati flagitij commodum poſſidetis: quique fueratis ultione plectendi, ſcelera commiſſa lucramini* Quod illuſtriſſimè ſanè eſt dictum.

39. Typus, ac figura omnium rebellium Abſalon: Erexit ſibi monumentum. *Vocavitque titulum nomine ſuo, & appellatur manus Abſalon, uſque ad hanc diem.* 2. Reg. 18. n. 18 ſignificabantur ibi futuræ Judæ proditions, aliorúmque futura ſcelera, exprimebantur ibi, quod ſicut Abſalon contra parentem ſuum ſe erexit, ſicque Judas, qui inter Jesu diſcipulos, ac filios ejus chariſſimos adſcriptus erat, adverſus magiſtrum, ac parentem ſuum inſurrecturus erat, indéque miſerrimè ad æternas pœnas præcipitandus, quæ ut omnia denotarentur, hic præfigitur titulus; ſcilicet *manus Abſalon.* Cur tamen tantum crimen potiùs nomine manus, quam capitis, vel alteritus membri deſignatur? Declarabatur ibi defectio à Deo, proditio magiſtri, ac illius mortis machinatio, & quod tam miſerrimus caſus ex manibus extenſis ad lucra proveniſſet. Eleganter D. Athanaſius hom. de ſemente. *Quaſi,* ait, *negotio manu geſto, per vocabulum manus Abſalonis id, quod futurum erat obliquè ſignificavit.* De his omnibus, quæ dixi in hac quæſt. Vide multa tam hoc tomo, quàm ſuperioribus verb. *Avaritia.*

2. Reg. 18. *Omnis iniquitas ex avaritia.*

D. Athanaſ.

QUÆSTIO VII.

Verba Iudæ dicta ad Iudæos expenduntur.

AD principes Sacerdotum ait Judas. *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* 40. *Chriſtus in parvo à Iuda reputatur pretio.* in quibus verbis ex triplici capite colligitur, in quàm vili æſtimatione Dei filius fuerit habitus. Et primò, quia non certum quid pro magiſtro poſtulat, ſed in illorum arbitrio relinquit, quid vellent ei dare. Ut notat D. Hier. in c. 26. Matth. D. Hier. *Judas,* ait, *non poſtulat certam ſummam, ſed quaſi vile tradens mancipium, in poteſtate ementium poſuit.* Qui major ergo potuit eſſe Dei contemptus, quam ipſum, & vendere, & vili pretio ad arbitrium proponere, nec poſtulare certum pro re infiniti valoris? Aſſuerus nec pro decem millibus talentorum, quæ arcariis gazæ ejus appendebantur, noluit vendere populum Judæorum. Eſther. 3. n. 9. Iudas pro triginta argenteis Eſther. 3. eum vendit, qui eſt omni pretio pretioſior.

Secundò. Non ſolùm relictum fuit in poteſta- 41. te ementium pretium, ſed multum minuit ipſam venditionem, ſiquidem facta eſt non ſoluto pretio, ſed adhuc expectata ſolutione. Ut colligitur ex Luc. 21. n. 5. *Gaviſi ſunt, & pacti ſunt pecuniam illi dare.* Marc. 14. num. 12. *Et promiſerunt ei* Marc. 14. *pecuniam ſe daturos.* Et ideò n. 44. Ne à ſua ſolutione fraudaretur, ait: *Tenete eum, & ducite cautè*: quia ſcilicet adhuc ei pecunia data non fuerat, ſed tantum promiſſa, quapropter cautè monebat ducendum. Unde ait D. Ambroſ. lib. de D. Ambroſ. Spiritu ſancto, c. 18. *O Iuda proditor unguentum Paſſionis ejus trecentis denariis æſtimas & Paſſionem ejus triginta denariis vendis? Dives in æſtimatione, vilis in ſcelere.*

Tertiò. Venditus eſt Dominus Jesus, tan- 42. quam res, quæ eſt in multo tædio, quam homo vehementer deſiderat à ſe dimittere; ita ait Judas, date quodcumque volueritis, & accipite ad crucifigendum. D. Thomas. *Quando aliquis,* ait, D. Thom. *vult vendere rem, quam diligit, imponit ei pretium. Sed quando habet rem, de qua vult ſe expedire, dicit, date mihi, quod places.* Unde Dominus de ſe ait.

Palm. 21. *Ego ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abjectio plebis.* Pſ. 21. n. 2.

43. Pſalm. 105. *Pro nihilo habitus eſt Chriſtus à Judæis.* De Judæis loquens Regius Vates Pſal. 105. n. 24. ait. *Pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem:* pro nihilo illam fecerunt, ſeu reputaverunt. Quænam eſt hæc terra deſiderabilis! Chriſti Domini ſanctiſſima humanitas, ut intrepretantur D. Th. loco proximè citato, Lorinus, ac alii, maximè enim illa antiquis ſæculis fuit à ſanctis Patribus deſiderata, ita ut diceretur, *Deſiderium collium æternorum.* Hanc tamen ſanctiſſimam terram per univerſa ſæcula vehementer expectatam ita homines contempſerunt, ut in paſſione ſua pro nihilo reputarent.

44. Iſai 53. De Chriſto Domino ait Iſaias c. 53. n. 8. *De anguſtia, & de judicio ſublatus eſt.* Seu ut legunt ſeptuaginta, quorum lectionem probavit Lucas, Actor. 8. n. 32. *In humilitate judicium ejus ſublatum eſt.* Chryſoſt. citandus. *In dejectione judicium ejus ſublatum eſt.* Quid, eſt, quod de ejus humilitate, ac dejectione judicium ſublatum, ac peractum eſt, quod non ſolùm ad Chriſti ſilentium, ac modeſtiam, ſed etiam ad extremam humilis conditionis ſpeciem referendum eſt, ac proinde Chriſti cauſa, ejuſque ſententia ſic pertractata eſt tanquam de homine humiliſſimæ, ac abjectiſſimæ ſortis, cujus vita, fama, ac fortuna pro nihilo ducebatur, ideò nulla interjecta mora, nec adhibita deliberatione, aut ulla defenſione admiſſa, vel cognitione cauſæ appoſita ad ſupplicium fertur. D. Chryſoſtomus oratione 3. adverſus Judæos habita tom. 5. *In dejectione judicium ejus ſublatum eſt*, ait, *nemo tum illi juxta juris rationem de illo ſuffragium tulit; falſa potius adverſus illum recipiebant teſtimonia.* Ita locum prophetæ explicant Procopius, Cornelius, & alii, ſervi enim abjectiſſimi ſine ulla dilatione, ac cauſæ examine ad mortem agebantur: ad quod alludens Juvenal. Satyr. 6. ait.

(Act. 1. *Vires valde humilis damnatur Chriſtus.* — D. Chryſ. — Procop. — Juvenal.)

O demens ita ſervus homo eſt? Nihil fecerit, eſto
Hoc volo, ſic jubeo.

QUÆSTIO VIII.

Quare alia verba, quæ Iudas dixit ad Iudæos ſubticuerunt Evangeliſtæ?

45. D. Matth. D. Marcus. JUDAS, ut ſæpè dixi ex ſanctis Patribus q. d. anſam arripuit ad vendendum magiſtrum ſuum ex unguento effuſo à muliere in Magiſtri obſequium, ideò poſtquam D. Matthæus, & Marcus narrant pium mulieris votum, ſtatim ſcribunt: *Tunc abiit unus de duodecim, qui dicitur Judas*, tanquam innuentes, quod ex illuſtri facto mulieris ipſe occaſionem ſibi extorſerit ad tam turpe nefas.

46. *Judas contra D. Ieſum malè locutus eſt cum Judæis.* Ac proinde quamvis Judas homo eſſet perditiſſimus, ac ſceleratiſſimus, ad Judæos acceſſit prætendens proferre aliquam honeſtatis commentitam occaſionem ad malitiam ſuæ venditionis palliandam. Veniens ergo ad Judæos cœpit ſuum ſanctiſſimum Magiſtrum criminare, nempe quod ipſe hucuſque eum ut virum auſterum, ac ſanctum reputaverat; at verò quod modo eum agnoſcebat tanquam delicioſum, quod blandimentis; ac lenociniis gauderet, cum paſſus fuiſſet ſe pretioſo unguento ungi, quod ſi eſſet venditum, ex ejus pretio multæ eleemoſynæ in pauperes expenderentur. Cajetanus in cap. 26. Matth. *Adverte hic*, ait, *quod Evangeliſta narrat ſubſtantialia: prætermittens circunſtantias palli antes. Sicut enim narrando tentationes Chriſti ſcripſit nudas conluſiones.* Si filius Dei es, dic ut lapides iſti panes fiant, &c. *ita etiam modo ſcribit nudam petitionem.* Quid vultis mihi dare, &c. *rationi conſentaneum eſt ut Judas ſe ſcandalizatum dixerit de magiſtro ſuo: & quod hactenus putaverit ipſum eſſe ſpiritualem virum, ſed quod nunc perdidit bonam opinionem de illo: quia vidit ipſum in tanta ſenſualitate, quod unguento pretioſiſſimo muliebribus manibus uſus eſt, non ſolum in capite, ſed etiam in pedibus. Naturale ſiquidem eſt hominibus, ſub aliquo colore palliare factum iniquitatis propriæ & præcipuè talis, ſcilicet offerendo proditionem proprii magiſtri.* Quod etiam docet Janſen. in concordia cap. 128. Suarez tom. 2. ad 3. part. diſp. 34. ſect. 1. §. *Dices, qui potuit,* (Caietan.)

47. Cur tamen Evangeliſta hujuſmodi verba Judæ non retulit? Cùm verba eſſent valdè impudica, ac ſenſualitatis criminatoria, *quia vidit ipſum in tanta ſenſualitate*, &c. Indéque ab illis abſtinet Evangeliſta, eáque refugit ſacer calamus innuens quod ab ore puro maximè removenda ſunt verba, quæ impuritatem, ac immunditiem redolent. Poſt agrorum uberem ſegetem conceptam, ſic ad fertilitatis fruitionem Avarus ille animum ſuum provolabat. *Dicam animæ meæ: Anima habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, epulare.* Luc. 12. num. 19. Alii legunt, *Comede, bibe, lætare, ſeu gaude.* Cùm ergo dives ille ſe ipſum adhortabatur ad variam ciborum lætitiam, etiam conſequenter ad eorum ſequelam, & partum, nempe immundarum deliciarum luxum, in quibus inſtar porci tanquam in fœtido cœno ſe ipſum volutaret. Cur ergo hujuſmodi voces non exprimit Chriſtus? Magna limpitudine verborum declinat impuras voces, quas ſaginatus divitis ſtomachus eructabat, communiori vocabulo ſpurcitias tumentis uteri cibo, & mero tanquam illorum ſequelas deſignans, at verò eas apertè referre etiam leviter perſtringendo, cœleſtis lingua non patitur. Theophylactus. *Non ſufficit*, ait, *tibi comedere, & bibere, ò ſtulte ſed & abominabilem voluptatem, & turpiſſimam quæ hanc conſequitur, animæ imperas? Clarè enim Dominus per hoc, quod dicit, lætare, affectiones declaravit libidinoſas, & intemperatas, quæ ſatietatem ciborum, & potuum comitantur.*

(Luc. 12. *Voces impura à puro ore vitanda.* — Theoph.)

48. Ad Epheſ. 5. Paulus ſcribens ad Epheſios 5. n. 3. ait: *Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut avaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet.* Ad quid quæſo inter obſcœnarum actionum nomina, avaritiam quoque Apoſtolus damnandam judicat? Num quia avaritia vitium eſt proximè ad laſciviam accedens? de hoc tamen modo non contendo. Nomine avaritiæ intendit Apoſtolus gravi cenſura rejicere enormem gentium licentiam, quæ ad inſolitos, ac abſurdiſſimos laſciviæ modos rapiebatur, indicans, quod gentium libido exquiſita voluptatum lucra, ac genera inquiſiſſet, ac inveniſſet, in quo non minus anxia extitiſſet, ac inordinata augendarum facultatum avari anhelans cupido. D. Hier. *Sanctus Apoſtolus*, ait, *ſcribens ad Epheſios ad fornicationem etiam omnem immunditiam copulaſſet, & ad immunditiam junxiſſet avaritiam,*

(*Lingua pura fugit quæ laſciviam ſonant.* — D. Hieron.)

non

non hanc, qua pecuniam cupimus congregare, ſed illam de qua ſupra diximus, ne ſupergrediatur; & avarus fraudet in negotio fratrem ſuum. Quod ſcilicet inſatiabilis, & inexpletus per omnia turpitudinum genera, laſciviaque diſcurrat. Similiter D. Anſelm. & alii: Cur tamen quæſo Apoſtolus novo vocabulo, novóque nomine utitur, ut inuſitatam gentium turpitudinem objurgaret avaritiam illam dicẽs. Coarctabatur Paulus in hoc negotio, nam ipſe tanquam gentium doctor illatum inordinatum voluptatum uſum cogebatur graviter damnare; aliunde verò obſcœnos, & turpes modos pronunciare lingua pura abhorrebat, ac eorum nomina faſtidiebat, ſancti Spiritus ductu novum vocabulum invenit, quo ſuo Doctoris muneri ſatisfaceret ac turpium rerum vocabula declinaret, modeſtè avaritiam appellans gentium anhelantem voluptatum concupiſcentiam.

D. Anſelm.

QUÆSTIO IX.

Quare Judas non ſolùm voluit nummos ex crumena Apoſtolorum, ſed etiam eos comparare ex Chriſti venditione?

49. Joan. 12. *Ratio difficultatis.*

DE Juda teſtatur D. Joannes. *Fur erat, & loculos habebat, & ea quæ mittebantur, portabat.* Cap. 12. n. 6. Omnia, quæ Apoſtolis dabantur, portabat ipſe. Cur ergo non contentus eſt de illis tantum furta exercere? Ad quid inſuper magis vult nummos comparare ex traditione Magiſtri, quam ex communi crumenâ de qua poterat quid majus furari, & ſaltem diuturnitate temporis quotidianis furtis multo plura acquirere?

50. D. Leo.

Reſpondet ad quæſtionem D. Leo ſerm, 16. de Paſſione. *Ut famem*, ait, *tuæ cupiditatis expleres patebant tibi furta de loculis. Sed animum interdictorum admonitum, quod minus licuit, amplius incitavit. Nec tam placuit quantitas pretii, quam magnitudo peccati.* Nequiſſimus omnium Judas vile reputavit, ſi ad ſummum criminum non ſpiraret, & inde mediocria delicta fuerunt in faſtidio, ac proinde non furtis ex crumena contentus eſt, ſed id quod erat univerſis horribilius, exequi intentat, ut magiſtrum ſuum pro pretio tradere cogitet, ſic depravata erat voluntas, ut ad ſumma delicta afficeretur.

Animus depravatus ſummum crimen intendit.

51. Offerunt Caïn, & Abel munera Deo: Abel obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum, reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus; ad Caïn autem & ad munera ejus non ſic advertit, nec ea cum beneplacito accepit. Ex quo Caïn iratus ait *ad Abel fratrem ſuum: Egrediamur foras, cúmque eſſent in agro, conſurrexit Caïn adverſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.* Geneſ. 4. n. 8. Cur Caïn tanto furore exarſit in fratrem, ut ipſum interficere determinet; cur non potiùs iram concipit adverſus gregem, ex quo arietes, ac adipes fuerunt deſumpti, ut vel gregem perdat, vel eum ſibi furto compararet, ut ex eo poſſet ſacrificia offerre, ſed tantum extremum malum parat, fratrem ſcilicet occidere? Cur primam mortis imaginem non timet quam poſt tot ſæcula tantis cadaveribus viſis homines exhorreſcunt, cur non timet intolerabilem parentum triſtitiam ex dilecti filii morte? Cur hæc omnia poſtponit Caïn, & nil aliud intentat, niſi fratrem inſidiosè, ac proditoriè interficere? Reprobus, ac damnatus animus vile putavit minoribus ſe immiſcere criminibus, & ſummis init; ideò non gregis, ſed fratris mortem, & cum inſidiis meditatur, ut in extremo, ac ſummo facinore ſe exerceret. Unde exclamat Chryſoſtomus, *O audacem mentem, & abominabilem, & quidquid dici poteſt, non ſatis dicetur, quomodo non obduruit manus, quomodo potuit tenere gladium, & intentare plagam? Quomodo non avolavit à corpore anima? Quomodo voluit operari tam nefandum facinus? Quomodo non inflexa eſt?*

Geneſ. 4. *Reprobus animus non minora crimina, ſed majora affectat.*

D. Chryſ.

Duo Angeli ſub figura pulchrorum juvenum ingrediuntur ad Loth; cùm habitaret in Sodomis, quos cum vidiſſent Sodomitæ, vallaverunt domum ejus, ut juvenes illos à ſe ejiceret, ut illis abuterentur, Loth volens populi rabiem ſedare, duas offert filias Virgines; *At illi dixerunt, recede illuc*, &c. Geneſ. 19. n. 9. Non enim acquieſcunt ejus verbis cum duas puellas Virgines eorum libidini offerret, ſed majori furore pro juvenibus exardeſcunt. Cur non ſat illis eſt fœminea luxuria? Cùm eſſent iniquiſſimi mediocria vitia faſtidiebant, ad ſumma, ac extrema evolantes, ut præclarè cecinit Claudius Merius lib. 3. in Geneſ. dicens: 52.

Geneſ. 19. *Non parva crimina ſed magna anhelant iniqui.*

Claudius.

At ille volens populi mollire furorem
Inſani, natas, quibus illibata manebat
Virginitas, offert, quoſcumque optarit in uſus;
Aſt effrana cohors in deteriora profundi
Lapſa mali, vitio ſeſe immiſcere minori.
Vile putat, niſi ſe ſummis etiam implicet.

QUÆSTIO X.

Quodnam eſſet pretium argenteorum quibus Chriſtus venditus eſt?

MAGNA in hac re eſt opinionum varietas, quas latè referunt Recentiores Janſenius, cap. 128. Barradás tom 4. lib. 1. c. 10. In hac re prima ſententia eſt Ruperti lib. 10. qui ait Judam ſolitum fuiſſe furari decimam partem eorum quæ habebat in loculis, & ita his receptis triginta denariis recuperaſſe decimam partem trecentorum denariorum, quo unguentum vendi poterat, quam ſibi periiſſe indignè ferebat. In qua etiam ſententia eſt Alciatus lib. de pondere, & menſura. Argenteum enim denario æqualem facit. Denarius autem idem eſt, ac realis Hiſpanicus, ac proinde venditus eſt Dominus triginta *realibus*, id eſt tribus aureis, ſeu ducatis. 53.

Janſ. n. Barradas. Rupert.

Tres aurei.

Secundò Budæus lib. 5. de Aſſe, quem ſequuntur Ribeira in cap. 8. Amos & 11. Zachar. Suar. tom. 2. ad 3. part. diſp. 34 ſect. 1. §. quo circa. Cornel. à Lapide in cap. 26. Matth. exiſtimant argenteum, quo Hebræi utebantur, habere in valore duas drachmas Atticas, ſeu duos reales Hiſpanicos. Aitque Budæus ſe Pariſiis vidiſſe nummum, quo venditus eſt Chriſtus, eúmque appendiſſe tantum duas drachmas Atticas, ſive duos julios, ſive duos reales Hiſpanicos, eundemque valorem tribuit Cornelius à Lapide alteri nummo, qui Romæ in templo ſanctæ Crucis aſſervatur, qui à B. Helena eò delatus eſt; ac pro- 54.

Budæus. Ribeira. Suarius. Cornel.

Sex aurei.

inde triginta argentei efficiunt ſex aureos, ſeu ſex ſcutos Hiſpanicos.

55. Janſen. Maldonat. Salmeir. Lucas. Tertia ſententia eſt Janſenii citato loco, quam ſequuntur Maldonat. Pererius, Salmeiron, Franciſc. Lucas, Sà, & alii cum Abulens. 4. Reg. 6. ad illa verba: *Venundaretur caput aſini octoginta argenteos*: argenteum fuiſſe quatuor *reales* ex noſtris atque adeò triginta argenteos æquivalere duodecim ſcutis, ſeu aureis, ſeu centum, & viginti reales. Fundamentum eſt, quia argenteus idem. 2. Reg. 18. Iſai 7. ſolet ſignificare, ac ſiclus, ut patet 2. Reg 18. n. 11. & Iſai. 7. n. 23. ubi pro argenteis ſeptuaginta ſiclos tranferunt, & etiam tradunt Joſephus lib. 3. antiquit. cap. 9. ſiclus autem pendebat quatuor derachmas, ut dicunt Joſeph. & D. Hieron. Jerem. 32. Quatuor drachmæ, quatuor reales valebant, ac proinde duodecim ſcutos efficiebant. *Duodecim ſcuti.*

56. Lyran. Gloſa. Quarta ſententia eſt Lyrani exiſtimantis argenteos triginta Judæ promiſſos pretii fuiſſe trecentorũ denariorum, quo vendi potuerat unguentum, juxta illud. *Quare hoc unguentum non væniit trecentis denariis, & datum eſt egenis*, &c. Argenteus unus, ut ille exiſtimat, decem continet denarios: triginta ergo argentei trecentorum denariorum ſummam efficiunt, ex quibus coaleſcunt triginta aurei, ſeu ſcuti. Ex quo aſſeritur Chriſtus venditus triginta aureis. Hanc ſententiam docent Carthuſ. Gloſſa 14. q. 1. §. Arguitis. & D. Ambroſ. lib. 5. de Spiritu ſancto, c. 18. & Staniſlaus Gypſephus libro de ſiclo, & talento, & in eam inclinat Barradas citatus, & maximè confirmatur hæc ſententia, quia in venditione Joſeph, ubi noſtra vulgata habet Geneſ. 37. n. 28. *Vendiderunt eum Iſmaëlitis viginti argenteis.* Septuaginta legunt: *Viginti aureis.* Ubi lectio ſeptuaginta pro uno argenteo legit unum aureum. Sicut & Gen. 45. n. 12. dedit Joſephus Benjamin *trecentos argenteos*: legunt ſeptuaginta *trecentos aureos*

(Carthuſ. D. Ambr. Gypſephus. Barrad. Geneſ. 37. Geneſ. 45. *Triginta aurei.*)

57. Baron. Quinta ſententia traditur à Cæſare Baronio in Annalibus in Appendice ad ann. 34. Ubi exiſtimat argentum hoc loco ſignificare libram argenteam, quia juxta Hebræorum traditionem, quam ibi ex Rabinis, & ex Aria Montano refert, hæc vox, argenteus, licet in Pentateucho ſignificet ſiclũ, in Phrophetis verò ſignificat librã, & valdè veriſimile eſt Matthæum hac ſignificatione uſum eſſe illa voce, cum propheticam prædictionem afferat. Et ita juxta hanc ſententiam triginta argenteorum valor eſt pluſquã triginta millia denariorum, ſeu realium Hiſpanicorũ, & eſt ſumma ferè trecentorum aureorum. Nam unaquæque libra argentea pendere dicitur centũ & quatuor denarios, ſeu reales ex noſtris, Et præter vocabuli obſervationem nititur citatus auctor ea conjectura, quod nempè triginta illis argenteis emptus eſt ager figuli in peregrinorum ſepulturam, ut conſtat ex Matth. 27. Non eſt autẽ veriſimile agrum propè Jeroſoylmã, & non exiguæ magnitudinis, ut eſſet capax ad multos peregrinos excipiẽdos, minori pretio emi potuiſſe. *Trecenti aurei.* Matth. 27.

58. Suar. Barrada. Franc. Luc. Cornel. Meritò hanc ſententiam Baronii, ut falſam rejiciunt communiter omnes Recentiores, Suarius, Barradas, Franciſcus Lucas, Cornelius à Lapide, & alii. Primò, quia nititur traditione Rabbinorum, & inde à veritate aliena exiſtimatur. Secundò, unde accepit argentum non ſignificare idem in libris legis, ac Prophetis, Deinde quis credat tantam ſummam pecuniarum datam eſſe Judæ, ut ſtatim dicam, ubi ſolvam Id, quod dicitur de agro figuli.

Inter tam varias ſententias non omittam referre quòd in ampliſſimo, ac ditiſſimo ſanctarum reliquiarum hujus noſtri Regalis conventus Olyſipponenſis, in quadam cruce ex antiquo opificio, eſt quædam aurea moneta, quam Sereniſſimus, ac Excellentiſſimus D. Fr. Nonius Alvarez Pereira hujus regni Conneſtabilis, ac origo omnium ferè Regum Chriſtianorum, vir non ſolùm eximius, ac ſingularis fortitudine bellica, ſed etiam omni virtute, pietate, religione, ac cultu arga Deum, dedit huic Monaſterio die vigeſima quinta menſis Maii anno 1430. Teſtificans ipſe D. Nonius Alvarez Pereira ſe illam auream monetam omnibus diebus vitæ ſuæ in quodam reliquiario, ſeu bulla è collo appenſa geſtaſſe. & eſſe unum ex triginta denariis, quibus Judas Iſcariotes Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum vendidit Iudæis, & donationem prædictæ monetæ D. Conneſtabilis Nonius peregit cum multa auctoritate, præſente publico Tabellione Ferdinando Alphonſo dum Miſſarum ſolemnia celebraret Fr. Fodericus Aſtante Reverendo admodum P. Provinciali Doctore Fr. Alponſo de Affama, coram ſex teſtibus locapletiſſimis, ac magnæ nobilitatis, & aliis: quæ prædictus tabellio Ferdinandus Alponſus in quodam membranio ſcriptura authentica literis exaravit, quod publicum inſtrumentum in archivo hujus Conventus diligenter aſſervatur; Moneta prædicta per peritos aurifices appenſa habet valorem ferè duorum aureorum. 59. *Moneta aurea Carmeli Olyſipponenſis.* D. Nonius Alvarez.

RESOLVITUR QUÆSTIO.

Cum argenteus, ſit vox valdè æquivoca, varias monetas ex argento factas ſignificans, vix poteſt certa ratione definiri, in qua ſignificatione hic ſumatur tam apud D. Matth. hoc loco, quam apud Zachariam 11. Nam in unoquoque regno variæ ſunt monetæ ex argento, & ut ait D. Epiph. lib. de ponderibus. *Argenteorum multæ formæ pro temporis ratione excuſæ ſunt.* Nec etiam ex monetis hujus venditionis, quæ ſunt Pariſiis, vel Romæ, rectè colligitur valor, quia tunc poterant habere majorem, vel minorem. 60. Zach. 11. D. Epiph.

Tamen certum eſt in hac materia, quod Chriſtus Dominus venditus fuit à Juda pretio vili, ac humili. Primò ita omnes Patres, ac Doctores colligunt ex Zachar. 11. n. 13. ubi in Chriſti nomine ait Propheta, *Appenderunt mercedem meam triginta argenteos, & dixit Dominus ad me, proijce illud ad ſtatuarium decorum pretium, quo appretiatus ſum ab eis.* Per ironiam dictum eſt pretium decorum, ut obſervant D. Cyril. Hieroſolymitan. Catech. 13. & ad locum Prophetæ D. Hier. Procop. Rupert. Lyran. Carthuſian. Hugo, Ribeira, Sanchez, Cornelius cum Gloſſa in Morali Secundò. Quia Exod. 21. n. 32. Pro ſervo, vel ancilla occiſa mandabat Deus dari domino ejus triginta ſiclos; ſiclus autem, ut jam dixi, pendebat quatuor reales, vel etiam ut alii volunt octo reales, & idem erat ac una *pataca* Et ſic venditus eſt Dominus Jesus ſervorum pretio. Tertiò, quia Judæi, cum eſſent homines avari, vili Judæ operam ſuam eis ultrò offerenti, non ad venditionem, ſed ad proditionem, & indicium ſolummodo hominis quotidie prævii non multum conſignarunt pretium, ſed valde parvum, & vile. Sic ait Divus Heronymus ad hunc locum Matth. *Quaſi vile tradens mancipium in poteſtate* 61. *Chriſtus Dominus vili pretio venditus.* Zachar. 11. D. Cyrill. D. Hier. Procop. Rupert. Lyran. Carthuſ. Hugo. Ribeira. Sanch. Exod. 21. D. Hier.

emerciam poſuit quantum vellent dare. Sic & cæteri Patres, & Doctores.

62. *Ad objectionem de agro.* Ad id verò quod dicitur agrum in ſepulturam peregrinorum illis triginta argenteis emptum fuiſſe, non multum urget, quia licet ſcriptura dicat ex illis emptum fuiſſe, non tamen affirmat ex ſolis illis, ac proinde reliquum pretii, quod deerat triginta argenteis ſuppleverunt principes ex communi Corbona. Deinde ager ille ſat erat quod eſſet exiguus, pauci enim peregrini moriũtur in aliqua civitate, etiamſi magna illorũm multitudo illuc confluat, ut videre licet Romæ, & Compoſtellæ. Deinde quia moneta tunc rarior, ac carior erat, quam nunc. Unde tunc duodecim, vel triginta aureis emi poterat ager, qui nunc fortaſſe non potuiſſet centum comparari. Et ita modo videmus domos, vel agros parvo pretio antiquitus venditos qui nunc decem plus valent.

63. *Tertia, & quarta ſententia probabiliores.* In hac re tertia, & quarta ſententia mihi probabiliores ſunt, nituntur enim auctoritate ſeptuaginta, quæ magna eſt, pro argenteis ad libros transferunt ſiclos id eſt quatuor reales Hiſpanicos, vel etiam, ut alii volunt, & obſervat Barradas octo regales, ac proinde idem erat, ac modo, *Pataca*: vel pro argenteis transferunt aureos. Barradas.

64. Ad monetam auream excellentiſſimi D. Nonii Aluerez Pereira, dicimus: quòd Principes Sacerdotum conſtituerunt Judæ pro venditione, triginta argenteos, per quos Eſtius in Biblia Magna intelligit nummos aureos; hoc tamen impræſentiarum non eſt neceſſe, ſed dicimus, quod Judæi ipſos triginta argenteos, vel eorum partem perſolverunt moneta aurea; verbi gratia emo à te hanc veſtem centum regalibus Hiſpanicis, & ipſum totum pretium, vel partem perſolvo in nummis aureis. Eſtius.

QUÆSTIO XI.

Quare cum venditio Patriarchæ Joſeph, extiterit figura venditionis Chriſti, non tamen eodem pretio legitur venditus?

65. TYPUS venditionis Chriſti extitit venditio Joſeph à fratribus ſuis facta, ut communiter tradunt ſancti Patres. Imò ut teſtatur D. Anſelm. (ſi illius eſt liber) in Dialogo de Paſſione Domini, ſibi revelatum, argenteos; quibus Chriſtus eſt vẽditus: eoſdem fuiſſe quibus venditus eſt Joſeph. *Iſmaëlitis*, ait *fuerunt illi denarii, quibus & Joſeph venditus fuit ante multos annos, & hæreditaria ſucceſſione fuerant devoluti ad illos Judæos, qui Chriſtum emerunt*, Difficultas tamen eſt, quia Joſeph. venditus eſt viginti argenteis, ut diciturGen. 37. n. 28. Chriſtus autem venditus eſt triginta argenteis, ut patet ex textu

D. Anſelm. *Iiſdem argenteis venditus eſt Chriſtus, ac Ioſeph.* Geneſ. 37.

66. D. Ambroſ. lib. de Joſeph. cap. 3. teſtatur in aliquibus codicibus legi Joſeph venditum triginta, in aliis viginti quinque argenteis. Similiter & D. Auguſtinus ſerm. 81. de tempore dicit ab aliquibus legi Joſeph venditum triginta. Et Joſeph fuiſſe venditum triginta tenent Gloſſa Interlinealis, & Beda ad citatum cap. Geneſ. & D. Anſelm. in c. 26. Matth. Tamen lectio noſtræ vulgatæ retinenda eſt, quæ legit viginti, cum qua conſentiunt omnes codices Hæbraïci, Chaldaïci, & Græci.

D. Ambroſ. D. Auguſt. Interlin. Beda. D. Anſelm.

Reſpondeo primò ad quæſtionem in hoc ſervaram eſſe proprietatem figuræ, quod ſervus minori pretio venditus eſt, quam Dominus, non enim decebat ſervum æquari Domino, ut ait D. Hieron. in præſenti. *Neque enim pretioſior poterat eſſe ſervus, quam Dominus.* Et inde Dominus triginta, ſervus verò viginti venditur. 67.

D. Hier. *Dominus pretioſior ſervo.*

Secundò. Rationem inſinuat. D. Ambroſ. lib. 3. de Spiritu ſancto. *Viginti aureis, ait, in veteri Teſtamento venditur, triginta in Evangelio, pretioſior enim typo veritas largior gratia, quam diſciplina.* Cur quando in Chriſto, & Joſeph intervenit venditio, tantum eſt in pretio diſcrimen? Joſeph accuſator, ac vindex peccatorum extitit, accuſavit quæ fratres apud patrem crimine peſſimo, non mirum ergo ſi illi eum vendunt viginti, hi autem nempè Iudæi Chriſtum Dominum emunt triginta. Illi vendebant ſcelerum vindicem, hi autem redemptorem comparabant, & emebant; ut autem vendatur, ac dimittatur ſcelerum vindex, nulla interponitur mora, viliq;ue pretio abjicitur, ut autem habebatur ille, qui novit peccata dimittere, indulgentiámque concedere, nulli parcitur pretio, ut ipſe retineatur. *Largior gratia, quam diſciplina.* Rigorem diſciplinæ difficile quis ſuſtinet; proindéque cum in Joſeph tanquam in typo præceſſerit rigor diſciplinæ, ac figura Chriſti vindicis, inde nec ad modicum permittunt fratres eum ſecum morari, ſed vili accepto pretio illum à ſe abiiciunt, & Iſmaëlitis vendunt; at cum peccatorum redemptor venditur, majori valore æſtimatur, nullique parcitur pretio, ut illum mundus acquirat.

68. D. Ambroſ. *Homines nullo modo ſuſtinent peccatorũ vindicem.*

Tertiò, D. Aug. ſer. citato 81. de Tempore. *Quod autem ait, in diverſis tranſlationibus non æquali pretio Joſeph ſcribitur venditus, ſed alii dixerunt viginti argenteis, alii triginta, hoc ſpiritualiter ſignificavit, quod Chriſtum non æqualiter ab omnibus credendus, vel diligendus eſſet, denique etiam nunc in Eccleſia, alii plus eum diligunt alii minus, ipſi enim plus valet Chriſtus, qui eum majori charitate dilexerit.* Juxta varios codices quod etiã notavit D. Ambroſ. citandus, Joſeph vario pretio venditur, in quibuſdam habetur, & venditur viginti argenteis, in aliis viginti quinque, & in alteris triginta. Unde tanta diverſitas in pretio? in perſona Joſeph tanquã in figura vendebatur Chriſtus, & ſi in Joſeph figurabatur, cur etiam non triginta argenteis, ſed minori, ac viliori pretio dicitur Chriſtus venditus in figura? ut oſtendatur quod aliquibus vilior apparet Chriſtus, quã fuerit Iudæ, cum minori pretio, ac viginti tradunt.

69. D. Auguſt. *Aliquibus in minori pretio eſt Chriſtus, quam fuerit Iudæ.*

Quod etiam notavit D. Ambroſ. lib. de Joſeph c. 3. *Ideò alibi, ait, viginti, alibi vigenti quinque aureis, alibi triginta invenimus emptum Joſeph, quia non omnibus unius æſtimatione pretii valet Chriſtus, aliis minus, aliis amplius.* Valde diverſimodo pretio venditur Joſeph, in quo Chriſtus præfigurabatur, juxta varias regiones viginti, viginti quinque, & triginta, cur non triginta, ut Chriſtus Dominus, ſed tanta diverſitas in figura? ut fiat evidens, quod Chriſtus non ejuſdem æſtimationis eſt apud omnes, *non enim æqualiter ab omnibus diligitur, ac æſtimatur. Non omnibus unus æſtimatione pretii valet Chriſtus, aliis minus, aliis amplius.*

70. D. Ambroſ. *Chriſtus non eſt ejuſdem æſtimationis apud omnes.*

Decantat Regius Vates Pſalm. 144. n. 3. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis ejus non eſt finis.* Ubi ſermo dirigitur ad Chri-

71. Pſal. 144.

ſtum

ſtum Dominum ut eſt communis ſententia, dici-
turque magnus abſolutè, cùm ſit verus Dei filius
cujus magnitudinis non eſt finis, cùm ſit incompre-
henſibilis; ideóque dixit Angelus ad Virginem.
Hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur,
Luc. 1. Luc. 1. n. 30. Unde ejus magnitudinem conſide-
rans ipſe Pſalmographus ait: *Et adorabunt eum*
Pſalm. 71. *omnes Reges terræ, omnes gentes ſervient ei*. Pſ.71.
n. 11. E contra verò de cœleſti pane, in quo
Exod. 16. Chriſtus D. adumbratur, dicitur Exod. 16. n.14.
Philo. *Apparuit in ſolitudine minutum, & quaſi pilo tu-*
ſum. Philo. *Quaſi milium tenuiſſimum, ac breviſſi-*
mum. Et ſtatim ſubditur. *Quod cum vidiſſent filii*
Iſrael dixerunt ad invicem, Manhu, quod ſignificat
Quid eſt hoc, &c. Ita minutum, ac parvum eis ap-
parebat, ut non caperent quid eſſet, & paulò
poſt ſic eum contemnunt, ut nec illud oculis
reſpicere poſſent. Ex quo dixerunt. *Anima noſtra*
jam nauſeat ſuper cibo iſto leviſſimo. Num. 21.
Num. 21. n.5. & Num. 11. n.6. Unde quæſo David Chriſti
Num. 11. magnitudinem ac celſitudinem conſiderans, ſic
Chriſtus fidelibus magnus apparet, infidelibus parvus. ad ejus adorationem rapitur, ut à cunctis Regi-
bus adorandum prædicet; At filii Iſraël ſub
typo ipſum contemplantes tanquam quid mi-
nutum, ac exiguum, & contemptibile cernunt.
Non enim apud omnes Chriſtus eſt in eadem
æſtimatione. David cum ſpiritu Prophetico im-
pellitur, ejus magnitudinem ſine fine celebrat,
cùm ſit incomprehenſibilis, filii verò Iſraël
peccatis obcæcati nil in eo magnum vident, ſed
Balduin. ſolùm parvum quid, & minutum. Balduinus in
Allegor. Tilmanni ad citatum locum Exod.
Manna, ait, *minutum erat quia totum, quod de*
Chriſto creditur, aut prædicatur propter ejus ineſti-
mabilem humilitatem, quaſi propter nimiam exigui-
tatem ſubtile eſt, & incomprehenſibile, apud in-
fideles autem contemptibile eſt, & parvum.

QUÆSTIO XII.

Quare Chriſtus Dominus Paſſus eſt vendi à Juda, & triginta denariis?

72. Ex triplici capite reddi poteſt ratio hujus
venditionis, & tali pretio. Ex parte Dei,
ex parte Judæorum, & tandem ex parte Judæ.
Et notandum. Quòd in ipſa venditione Judæi
cum Juda Chriſtum amiſerunt; populus verò
Rabban. Chriſtianus illum ſibi acquiſivit. Ex quo feli-
citer exclamat Rabbanus in cap. 26. Matth.
Exulta Chriſtiane, in commercio inimicorum tuorum
viciſti. Quod Judas vendidit, quod Judæus emit, tu
acquiſiſti.

73. Et primò ex parte Dei permiſſus eſt Chriſtus
à Juda vendi, propter eandem cauſam, propter
quam permiſſus eſt comprehendi, ac crucifigi,
Rom. 8. quod uno verbo complexus eſt Paulus Rom. 8.
n. 32. *Qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro no-*
Chriſtus voluit ſuſtinere omne genus injuriæ, & doloris. *bis, omnibus tradidit illum*. Sic inter alia voluit
Chriſtum pro nobis hoc genus injuriæ, infideli-
tatis, ac ingratitudinis à diſcipulo perpeti, ut &
nos inſtrueret ſimilia mala patienter tolerare. Se-
cundò ut etiam Chriſtus illum ſpecialem modum
triſtitiæ ac doloris, qui ex proditione illa reſul-
tabat, ad ſatisfaciendum pro nobis pateretur.
Pſal. 40. Unde ſcriptum eſt Pſ.40. n. 10. *Homo pacis meæ in*
quo ſperavi, qui edebat panes meos, magnificavit ſu-
per me ſupplantationem. Quod de Juda interpre-
D. Chryſ. tantur D. Chryſoſtomus, D. Auguſtinus, D. Hie-
ronymus, Noſter Incognitus. Pondera verbum D. Auguſt.
illud. *Panes meos*. Quod de ſacra Euchariſtia ex- D. Hieron.
ponitur; & ut hic dolor triſtitiæ eſſet ingens in Incognit.
Chriſto, permiſſum eſt, ut hæc venditio eſſet
valdè ignominioſa, ut ſuprà dixi q. 7. Nam etſi
Joſeph venditus eſt, venditus eſt tamen ut ſer-
varetur. Geneſ. 37. n. 28. Chriſtus verò venditus Geneſ. 37.
eſt ut occideretur, ac crucifigeretur.

Deinde ordinatum eſt ut tam vili pretio taxa- 74.
retur, ut nemo eſſet, qui illum habere neglige-
ret. D. Paulinus epiſt. 4. *Nos*, ait, *ille vult pretioſos* D. Paulin.
facere ſui muneris vilitate. Ipſo nobis hac pietate
pretioſior, quod ſi vili vult æſtimari, ut ab omnibus
amatur. Nullus timeat exhibere pretium, ut *Chriſtus*
Deum habeat, quandoquidem ipſe viliſſimo *vult parvo*
traditur pretio etiam inimicis. Quantumcum- *æſtimari, ut*
que quis parva, & exigua Deo offerat, ſi tamen *ab omnibus*
rectè offerat, Deum ſibi habebit, qui parvo, & *habeatur.*
exiguo vult comparari, ad quod nos invitat.
Iſaias 9. num.6. *Parvulus natus eſt nobis, & filius* Iſai 9.
datus eſt nobis. Ad quid parvulus introducitur
magnus Dominus, niſi ut innuatur, quod par-
vis, & exiguis valet comparari. D. Bernard. cap. D. Bern.
de præciſ. vitis. *Puer natus eſt nobis*, ait, *ut parvu-*
lis munuſculis conſoletur, quia parvum parva decent.
Puer ut ſe tibi committat non pretioſiſſimas
gemmas quærit, ſed pro exiguo pomo, vel
oboli parte totum ſe tibi tradit. Inde Deus factus
homo parvulus apparet, ut parvis, & exiguis à
quolibet comparari valeat.

Secundò inquirendum eſt ex parte Judæorum, 75.
quid eos moverit, ut pecuniis Chriſtum emerent,
quem quotidie in templo, vel civitate ſuo arbi-
trio ſine ulla difficultate comprehendere pote-
rant? Hujus tamen rei cauſam nobis declarant
Evangeliſtæ. Marc. 14. n. 1. *Quærebant ſummi Sa-* Marc. 14.
cerdotes, & Scribæ, quomodo eum dolo tenerent,
& occiderent. Prædictis verbis addit D. Lucas 22. Luc. 22.
num. 2. Timebant verò plebem. Unde juxta D.
Matth. clamabant ne occiderent eum *in die feſto*, *Iniquitas ti-*
ne forte tumultus fieret in populo. Ac proinde ma- *midos reddit*
ximè timebant eum publicè, ac coram populo *potentes.*
eum comprehendere, ne fieret aliquis tumultus,
vel ſeditio, & fortaſsè ne aliqui inſurgerent vo-
lentes Chriſtum defendere, ut eum ex eorum
manibus eriperent; nam quamvis ipſi eſſent
Principes, ac magiſtratus cum totius regni po-
teſtate, & Chriſtus eis eſſet prævius frequenter
in templo, foro, ac platea, tamen non aude-
bant ipſum comprehendere, eorum enim mala
conſcientia, ac iniquitas eos arguebat, ac ti-
midos reddebat; vel etiam timebant, quod mi-
niſtri accedentes ad eum apprehendendum vi,
ac efficacia verborum ejus devincerentur, ut po-
tius eum laudarent, quàm comprehenderent, ut
fecerunt miniſtri à Pontificibus, ac Phariſæis
miſſi ad eum tenendum, *cum Chriſtum non ad-*
duxiſſent eis reſponderunt miniſtri: nunquam ſic lo-
cutus eſt homo, ſicut hic homo. Joan. 7. n. 46. Joan. 7.

Tertiò ex parte Judæ. Quod autem ipſe pro- 76.
pter avaritiam Magiſtrum vendiderit communis *Avaritia*
eſt Patrum ſententia, quod ex eo colligunt, ut *ad tantum*
dixit expoſit. 1. Quod D. Matthæus, & Marcus *malum adduxit Judã.*
antequam referant hanc Judæ proditionem, in-
dignationem ejus ob ungentum effuſum inter-
ponunt. Ut ait divus Hieronimus in cap. 26. D. Hieron.
Matth. *Infelix Judas damnum, quod ex effuſione* Beda.
unguenti ſe feciſſe credebat, vult magiſtri pre- Lyranus.
tio compenſare. Cui ſententiæ ſuffragantur Beda, Carthuſ.
Lyranus, Carthuſianus, Hugo, Caietanus, & alii. Caetan.

Secundò,

Joan. 12. Secundò, ut ait D. Joannes cap. 12. n. 6. de Juda *Fur erat, & loculos habens.* Tanta erat Judæ cupiditas, ſeu malitia ut expleri non potuerit iis, quæ furabatur ex communi crumena, & inde ex ſua malitia, ut majus lucrum compararet ſuum magiſtrum vendidit. Ad quod reſpicit
D. Chryſ. Chryſoſtom. hom. 64. in Joan. *Neque enim*, ait *poterat dicere pecuniarum id cupiditate feciſſe-ſufficientes enim loculi eſſe debebant, qui ejus ſatisfacerent cupiditati, ſed ſola malitia.*

77. D. Nazianz. *Judas non erat dignus majori pretio.*

Quartò. Et tam vili pretio triginta nempe argenteis Deum vendidit. Pulchrè D. Gregorius Nazianzenus orat. 27. *Deum*, ait, *prodidit, triginta argenteis vendit: hoc enim pretio dignus erat, non qui prodebatur, ſed qui prodebat.* Judas Deum ipſum avarè vendens, non erat dignus accipere majus pretium, ſed vile, & abjectum ut utilitas, & abjectio ſuæ iniquitatis declararetur.

78. Pſalm. 108. Actor. 1. Rupert. *Triginta maledictionibus percutitur Judas, populuſque Judaicus.*

Quintò, Triginta argenteis Dominum Jeſum Chriſtum vendit, inde triginta maledictionibus à Deo percuſſus, quas, numerat David Pſal. 108. à n. 8. Ut de ipſo Juda explicat D. Petrus Actor. 1. n. 26. quas maledictiones explicat Rupertus in c. 26. Matth. de eóque ait. *Abiit Judas in Concilium impiorum, abiit à Deo; ſtetit cum diabolo, & velatis triginta argenteis, in triginta maledictionibus, trigeſies maledictus antequam natus.* iniquiſſimo pretio meritiſſimum ſupplicium imponitur, ut ſingulæ ſingulis argenteis maledictiones inferantur, & ſi hæ triginta pœnæ impoſitæ fuerunt perfido proditori, quia Dominum vendidit, has etiam reportavit perfidus Judæorum populus, quia Dominum Jeſum emit, ut ab illa
Deut. 28. verba Deuter. 28. n. 16 *Venient ſuper te omnes maledictiones iſtæ, & perſequentes apprehendent te do-*
Rupert. *nec intereas.* Ad quæ verba Rupertus ibid. n. 45. lib. 2. c. 6. *Omnes maledictiones iſtæ*, ait *propriæ Judæorum ſunt: & ecce hodie ſuper illum infelicem populum venerunt, eúmque manifeſtè apprehenderunt. Sunt autem numero triginta, & meritò triginta maledictionibus obruti ſunt, qui triginta argenteis emptum, datorem benedictionis, Criſtum Dei filium occiderunt.*

70. Zachar. 5. *Triginta Judæorum maledictiones in triginta cubitis denotantur.*

Contemplatur Zacharias 5. n. 2. novum, & admirabile prodigium. *Ecce video*, ait *volumen volans: longitudo ejus viginti cubitorum; & latitudo ejus decem cubitorum.* Quænam tragœdia, ac hiſtoria tam lata, ac diffuſa eſſe poteſt, ut tantæ magnitudinis volumen impleat? Reſpondet Angelus qui cœleſtium arcanorum interpres cum Zacharia loquebatur: *Hæc eſt*, ait *maledictio quæ egreditur ſuper faciem omnis terræ* ibidem n. 3. Ac ſi dicat: Tota hujus voluminis materia, ac tractatio nihil aliud eſt niſi maledictio. Hæc autem maledictio, Ruperto interprete, illa eſt, quæ in totam Judæam, quam ibi Propheta, domum furis appellat, intorquetur, ſed cur *longitudo ejus viginti cubitorum: & latitudo ejus decem cubitorum*? Cur non breviori volumine, ſed in illo tantæ longitudinis, ac latitudinis continetur? Magno ſanè myſterio voluminis latitudo decem, longitudo verò viginti cubitorum dicitur; ut ex utroque numero. triginta cubitorum numerus componatur, ut Iſraël triginta ma-
Rupert. ledictionibus afficiatur, ac obruatur. Rupertus ibid. *Ut ſint*, ait, *triginta cubiti voluminis, ſicut ſunt triginta ſententiæ maledictionis: & triginta argentei fuerunt; quos in pretium ſanguinis Domini, fur ille, id eſt, cœtus Judæorum dedit.*

CAPUT. IV.

Cœnaculum præparatum.

Matth. 26. *n.* 17. Prima autem die Azymorum acceſſerunt diſcipuli ad Jeſum dicentes: Ubi vis paremus tibi comedere Paſcha?

VERSIONES.

Syriacus. Die verò prima Azymorum adierunt diſcipuli ad Jeſum. & dixerunt ei, ubi vis, paremus tibi ad manducandum Paſcha.

Chyſoſt. hom. 82. Ubi vis præparemus tibi

Pagninus. Prima autem die infermentatorum.

ALTER TEXTUS.

Marc. 14. *n.* 12. Et primo die Azymorum, quando Paſcha immolabant, dicunt ei diſcipuli quo vis eamus, & paremus tibi, ut manduces Paſcha?

Luc. 22. *n.* 7. Venit autem dies Azymorum, in qua neceſſe erat occidi Paſcha.

EXPOSITIO. I.

P*RIMA autem die azymorum.* Hoc eſt feria quinta hebdomadæ Paſſionis, quæ fuit vigilia Paraſceves, & 14. Luna menſis Niſan, ſeu Martii. Dicitur autem prima dies Azymorum, id eſt panum non fermentatorum, quia à veſpere hujus diei incipiebant Judæi veſci Azymis panibus, quibus perſequentes ſeptem dies utebantur, ut preceptum erat. Exod. de quo q. 1. Hac ergo die circa meridianum tempus miſit Chriſtus ex Bethania duos diſcipulos in Jeruſalem, ad præparandum Agnum Paſchalem, ut illum veſpere cum ſuis diſcipulis comederet; dicitur ergo prima dies Azymorum, aut rectè obſervavit D. Chryſoſtomus, D. Chryſ.
quia illa die ad veſperam incipiebat dies primus Azymorum. Nam Judæorum feſta incipiebant à veſpra, & finiebantur in veſpera ſequenti, D. Auguſt.
ut notavit Divus Auguſtinus epiſt. 86. ad Caſulanum? & dicitur Levit. 23. n. 32. *A veſpera uſque ad veſperam celebrabitis ſabbata veſtra.* Levit. 23.

Aceſſerunt diſcipuli. Ait Albertus Magnus 2.
auſu familiaritatis, & debito ſui ordinis, ſeu muneris. *Ubi vis paremus.* Non quærunt de loco, Albert.
ſeu urbe, ſed de domo; vel hoſpitio, apertè cognoſcebant ex lege Deut. 16. n. 5. 6. & 7. Paſcha, ſeu Deut. 16.
Agnum Paſchalem non poſſe alio in loco immolati, niſi tantum in Ieruſalem, utpote urbe à Deo conſecrata ad ſui cultum, & templum: *paremus* Bene agnoſcebant Apoſtoli, quod Judæi ſuum

præcepto

præceptorem quærebant ad mortem propoſitis publicis edictis : *Ut ſi quis cognoverit ubi ſit indicet, ut apprehendant eum.* Joann. 11. n. 56. Tamen Apoſtoli prudenter id diſſimulant, confidenter, ac animosè profitentes, non defuturum ipſi hoſpitium, ſi modo vellet, quantumvis Judæi fatuè inſanirent; fervens amicorum amor inimicorum rabiem contemnebat. Et cum dicunt *ubi vis.* Rectè D. Chryſoſt. hom. 82. *Hic patet*, ait, *nullam ſibidomum, nullum diverſorium fuiſſe, puto autem neque diſcipulis ejus. Nam profectò ipſum ad eos divertere rogaſſent ſed nihil erat etiam iſtis, omnibus jam antea propter Chriſtum neglectis, atque contemptis.* Et ſubjiciunt diſcipuli : *Comedere Paſcha*, ſeu ut comedas Paſcha, Agnum nempe Paſchalem, qui poterat mactari, ac immolari, à quolibet Patrefamilias, & comedebatur cum pane Azymo, & lactucis agreſtibus.

Joan. 11. *Amor amicorum contemnit inimicorum rabiem.*

D. Chryſ.

Quæstio I.

Quænam eſſet prima dies Azymorum; cum aliis difficultatibus expenditur.

3\. Azymus panis fermento carebat, hinc Judæi, dies, in quibus non licebat fermentatis uti, Azyma vocabant. Mandavit Deus Judæis ab egreſſu ex Ægypto comedere Azyma. Exod. 12. num 18. & 19. *Primo menſe, quartadecima die menſis ad veſperam comedetis Azyma uſque ad diem vigeſimam primam ejuſdem menſis ad veſperam. Septem diebus fermentatum non invenietur in domibus veſtris.* Ratio hujus præcepti ea extitit, ut Judæi quotannis recordarentur de feſtinatione illa, qua ex Egypto egreſſi fuerant, *ita mox urgentibus eos exire, Ægyptiis, & nullam facere ſinentibus moram.* Ut farinam ſuam fermentare prout ſtatuerant, non poſſent, ſed coacti ſunt, mox ut aqua conſperſa fuerat, feſtinanter in humeros acceptam, ſecum auferre, ex eáque ſubcinericios panes Azymos prout paulò antea cum Agno Paſchali comederant, plures deinde diebus coquere, eiſque contenti eſſe. Sic mandavit Deus Deuter. 16. n. 3. *Septem diebus comedes abſque fermento panem afflictionis, quoniã cum pavore*, ſeu ut alii legunt, feſtinanter, *egreſſus es de Ægyto, ut memineris diei egreſſionis tuæ de Ægypto omnibus diebus vitæ tuæ.*

Exod. 12.

Ut quotãnis recordarentur.

Deut. 16.

4\. *Dies primus Azymorum valdè celebris.* Ex his ſeptem diebus Azymorum, primus dies erat valdè celeberrimus, in eoque immolabant Judæi Agnum Paſchalem, & celebrabant *Phaſe*, & cùm Judæi celebrarent feſtivitates ſuas à veſpera uſque ad verſperam ſequentis diei. Hic dies primus Azymorum partim pertinebat ad diem 14. partim verò ad diem 15. primi menſis Niſan. Quare Niſan reſpondet partim noſtro Martio, partim Aprili.

5\. *Chriſtus die determinato à lege, celebravit Paſcha.* Ex his patet Chriſtum Dominum & Judæos eodem die à lege determinato celebraſſe Paſcha, ſcilicet die 14. menſis Niſan ad veſperam, hoc eſt feria quinta poſt Dominicam palmarum. Hoc apertè patet ex textu Evangeliſtarum. Matthæus ait : Prima die Azymorum acceſſerunt diſcipuli ad Iesum ; *ubi vis paremus comedere Paſcha?* Loquuntur enim de die Azymorum, ac Paſchatis conſueti in populo, quod apertè explicant Marcus. *Primo die Azymorum, quando Paſcha immolabant.* Et D. Lucas. *Venit dies Azymorum, in quo neceſſe eſt occidi Paſcha.* Dies, in quo neceſſe erat occidi Paſcha, nullus alius erat, niſi dies primus Azymorum. Ita communiter Patres ex Græcis D. Chryſ. Theophylact. Origenes. Ex Latinis D. Ambroſ. D. Auguſt. D. Cyprianus, D. Hieron. D. Thomas, D. Anſelm. Beda, Rupertus, & alii multi, quos referunt Bellarminus lib. de Euchariſtia, c. 8. Suarez tom. 2. ad 3. p. diſp. 40. ſect. 3. §. Secundo ita docent, & ſect. 4. Bellarm. Suarez.

6\. *Sententia Græcorum.* Ex quod rejicienda eſt ſententia Euthymii, ac Græcorum aſſerentium, quod Chriſtus ſciens ſe occidendum die feſto Paſchæ, hoc eſt feria quinta, ſecundum eos, anticipavit per unum diem manducationem Agni Paſchalis, comedens illud feria quarta, ſeu Luna 13. & quia Judæi hac die edebant panem fermentatum, dicunt : quod Chriſtus in fermento confecit, & ſic ipſi conficiunt aſſerentes ſe imitari inſtitutionem Chriſti, unde dicunt quod Chriſtus crucifixus, & mortuus eſt feria quinta. At hæc ſententia apertè repugnat verbis Evangeliſtarum Matth. Marc Luc. ut eſt dictum, repugnátque communi conſenſui totius Eccleſiæ, quæ tenet Chriſtum feria ſexta fuiſſe crucifixum, & patet ex D. Marc. 15. n. 42. Marc. 15. *Cum jam ſerò eſſet factum quia erat Paraſceve, quod eſt ante ſabbatum.*

7\. Joan. 19. Argumentabantur primò Græci Joan. 13. ait n. 1. *Ante diem feſtum Paſchæ.* Id eſt ante 14. Lunam, quando incipiebant Azyma, Chriſtum cum ſuis diſcipulis cœnaſſe. Ex hoc tamen maximè confirmatur noſtra ſententia, quia ſi Chriſtus Dominus ante diem feſtum Paſchæ cum diſcipulis cœnavit, ergo in die feſto mortuus eſt. Nam pridie, quam pateretur cœnavit : dies autem feſtus Paſchæ erat dies 15. Lunæ. Ut dicitur Levit. 23. n. 5. Levit. 23. *Menſe primo, quartadecima die menſis ad veſperam, Phaſe Domini eſt : & quinta decima menſis hujus ſolemnitas Azymorum Domini eſt.* De quo latius cap. ſeq. expoſit. 1. n. 3.

8\. Ioan. 19. Argumentantur ſecundò, quia ait Joan. 19. n. 31. quod Chriſtus mortuus eſt in Paraſceve. id eſt in vigilia, ſeu præparatione feſtivitatis, quæ erat Luna 15. ergo Chriſtus mortuus eſt die 14. ac proinde cœnavit die 13. Reſpondetur quod dies, in quo Chriſtus paſſus eſt, Paraſceve erat ſabbati Paſchalis, id eſt ſabbati, quod intra hebdomadam Paſchæ incedebat, ideóque cæteris ſabbatis erat illud ſanctius, & celebrius, ut Joannes citatus ibi explicat. *Judæi ergo quoniam Paraſceve erat ut non remanerent in cruce corpora ſabbato, erat enim magnus ille dies ſabbati.* Et D. Marcus ait *erat Paraſceve, quod eſt ante ſabbatum.* Ergo feria ſexta paſſus eſt.

9\. Joan. 18. Argumentantur tertiò, Ex Joan. 18. n. 28. qui de Judæis tempore Paſſionis ait : *Ipſi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, ſed ut manducarent Paſcha* Ergo quando Chriſtus mortuus eſt, adhuc non erat Paſcha? nec Agnus Paſchalis manducatus. Reſpondetur quod Paſcha ibi ſumitur pro quocumque cibo vel pane, quo veſcebantur Judæi durante feſtivitate Paſchali; vel etiam pro victimis, quæ per ſeptem dies ſequentes immolabantur.

10\. Rupert. Ioa. Lucid. Gagneïus Ianſen. Secundò principaliter ex noſtra concluſione rejicienda eſt ſententia, quam tradunt Rupertus, Ioannes Lucidus, Gagneïus Janſenius, Maldonatus? & latè Salmeïron tom. 4. tract. 9 qui omnes aſtruunt Chriſtum Dominum celebraſſe Paſca Luna 14. ſive die 14. Niſan. Judæos verò Paſcha diſtuliſſe in diem 15. Niſan, quibus favere videtur

ſanctus

ſanctus Joannes citatus, *ut non remanerent in cruce corpora ſabbato.* Inquit enim Burgenſ. quod traditio erat, ut ſi Paſcha incideret in feriam ſextam, ſive in Paraſcevem, transferebatur in ſabbatum, ne duo feſta ſolemnia Paſchæ, & ſabbati ſimul concurrerent. At hæc traditio modernior eſt, inchoatáque eſt poſt Chriſtum. Ut ex Thalmud, & Aben-Eſra, ac S. Epiphanio, & Aſianis probat Bellarminus lib. de Euchariſtia, & cum multis Patribus, Suarez tom. 2. ad 3. p. diſp. 4. ſect. 4. §. Tertiò. Toletus in c. 13. Joan. annot. 5. Cornelius, Lucas Burgenſ. & alii hoc loco. Et apertè convincitur ex text. Evangeliſt, quod tempore Chriſti non erat talis conſuetudo. Nam D. Marcus ait, *primo die Azymorum, quando Paſcha immolabant.* Et D. Lucas *Venit autem dies Azymorum, in qua neceſſe erat occidi Paſcha.* Ergo in tali die Judæi abſtinebant à fermento, immolabant Agnum.

Bellarm. Suarez. Toler. Cornel. Burgenſ.

D. Marcus. D. Lucas.

11. *An Luna incipiente, vel deſinente Agnus eſſet immolandus.* Legion.

Ad calcem quæſtionis quæres, quod cum feſta Judæorum haberent duplicem veſperam, à veſpera uſque in veſperam celebrabitis ſabbata veſtra, an Chriſtus ex conſuetudine Judæorum celebraverit cœnam legalem Luna decimaquarta in priori veſpere, an in poſteriori, ſeu Luna 14. incipiente, an deſinente? Legionenſis in libello de immolatione Agni, exiſtimat quod in priori verſpere, ſeu, Luna. 14. incipiente.

12. *Veræ ſententia.*

Oppoſita ſententia eſt comunis, & vera; quod cœna celebrata fuerit in poſteriori veſpere, ac Luna 14. deſinente. Nam ſi Chriſtus celebraſſet cœnam in priori veſpere, eſſet in feria quarta poſt Dominicam Palmarum, ac proinde eſſet occiſus feria quinta, quod eſt contra communem conſenſum Eccleſiæ.

13. Num. 33.

Deinde Judæi Luna 15. menſis Niſan profecti ſunt ex Ægypto. Numer. 33. n. 3. ergo decimaquarta die in veſperi poſteriori Agnum immolaverunt, atque comederunt; nam poſt cœnam domi ſe continuerunt, media verò nocte Angelus primogenita omnia neci dedit, ſtatim Pharao & Ægyptii omnes nocte ſurrexerunt, eadémque nocte Iſraëlitas proficiſci compulerunt. Exod. 22. num. 30. Ergo eadem nocte, qua cœnam Paſchalem egerunt, profecti ſunt ex Ægypto Hebræi, ergo comederunt. Agnum decimaquarta Luna in poſteriori veſperi. De quo latè recentiores Janſenius, Barradas, & alii.

Exod. 12.

Janſen. Barradas.

Quæstio II.

Quare diſcipuli quærunt, ubi ex Domini mandato parandum ſit Paſcha?

14.

Accedunt diſcipuli ad Chriſtum dicentes. *Ubi vis paremus tibi comedere Paſcha?* non de oppido, vel urbe interrogant, ut dixi in expoſitione, ſed de loco, ac domo, etiam in his, quæ ad legis obſervationem ſpectabant, quo ad modum, & ordinem Domini voluntatem expectabant.

15. Albertus. *Sacerdotes miniſtri Euchaſtiæ.*

Notat Albertus Magnus, quod nullo alio in loco diſcipuli exhibuerunt ſe ad parandos, ac coquendos cibos niſi hoc. Nam Joan. 4. n. 8. Diſcipuli in civitatem abierunt, ut cibos emerêt, ſed non ut cibos coquinarent. *Quia*, ait ipſe, *ſacramentalis cœna ordinata eſt, & conſecratæ poteſtatis exigit miniſterium, & illos miniſtros oportuit eſſe Apoſtolos. Qui ordinati à Domino intelliguntur.* Aliis in locis communis erat refectio, at verò hic præparabatur ſacramentalis menſa, ad quam ſolùm Apoſtoli, eorúmque ſucceſſores Sacerdotes miniſtri deſignantur.

Quæſtio tamen principaliter inquirit, quod quando Judas abiit ad principes Sacerdotum, ut Chriſtum proderet, dicens illis. *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam.* Hoc c. 26. Matth. n. 14. Tunc acceſſerunt diſcipuli ad Chriſtum dicentes. *Ubi vis paremus tibi comedere Paſcha.* Unde tantum diſcrimen inter proditorem, & diſcipulos? 16.

Difficultas quæſtionis.

Reſpondet primò D. Chryſoſt. *Tunc advenerunt*, ait, *diſcipuli, tunc hæc gerebantur, quando Judas de proditione tractabat, proximant diſcipuli ejus, & dicunt: Ubi vis ut paremus tibi Paſcha: Vide diſcipulos, vide diſcipulum. Iſti ſunt de præparatione ſoliciti, ille Dominici ſanguinis mercator exiſtit.* Judas agit de proditoria Magiſtri vendirione; diſcipuli verò de præparatione ad manducandum Paſcha: quænam cauſa tanti diſcriminis extitit? Judas abiit ad Phariſæos, Diſcipuli verò ad Chriſtum; ex acceſſu ad Phariſæos omne turpe nefas proditorium prodiit; ex acceſſu verò ad Chriſtum omne bonum, ut ſe maximè præpararent ad menſam Agni Paſchalis, in quo Chriſtus in Sacramento altaris præfigurabatur. 17.

D. Chryſ.

Magnum diſcrimen ex bona, vel mala ſocietate.

Secundò D. Auguſt. ſer 130. de tempore. *Judas quidem*, ait, *diſcipulus fuit, ut illi undecim; ſed illi quidem dicebant Domino; ubi vis paremus tibi Paſcha manducare! Ad myſterium divinum ſe præparabant, hic autem ad tradendum feſtinat.* Judas abiit ad Phariſæos, ut Chriſtum proderet, diſcipuli verò ad Chriſtum accedunt interrogantes eum, ubi vis paremus tibi comedere Paſcha: bene ſciebant illi, quod Phariſæi publico edicto mandaverant. *Ut ſi quis cognoverit, ubi ſit, indicet, ut apprehendant eum.* Joan. 11. n. 56. Et tamen hujuſmodi decreto contempto animosè confidunt, ibi hoſpitium non defuturum, ſi Jesus velit. Unde illis tanta animoſitas, ac fortitudo, cùm enim illi ſe pararent ad Paſchale convivium, inde valdè robuſti, ac ſtrenui inventi ſunt adverſus hoſtiles incurſus. 18.

D. Auguſt.

Joan. 11. *Ex præparatione ad Euchariſtiam multa fortitudo.*

De tempore Salomonis dicitur. *Habitabat Juda, & Iraël abſque ullo timore unuſquiſque ſub vite ſua* 3. Reg. 4. n. 25. Unde tanta confidentia, & animoſitas Iſraëliticis cum haberent circa ſe Philiſthæos adverſarios, præcipuè cum Iſrael maxima auri copia tunc abundaret, quæ maxima cauſa eſt inimicorum incurſus timendi. *Habitabat unuſquiſque ſub vite ſua.* Hujuſmodi tuta habitatio non conſtituta erat in arce, vel militum præſidio, ſeu in præruptis montibus, ſed *ſub vite.* Sub umbra, ac figura veræ vitis, quæ eſt Chriſtus Jesus, firmiſſimum, ac munitiſſimum habitaculum præbere valebat. Origen. hom. 15. in Joſuè. *Tibi dabitur*, ait, *ut requieſcas ſub vite tua, quæ eſt Chriſtus JESUS.* 19.

3. Reg. 4.

Ex Euchariſtia umbra tutior. Origen.

Ait Iſaias 19. n. 19. *In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti; & erit ſignum Domino exercituum.* Ad legem gratiæ dirigit Propheta ſermonem, duóque in ea denuntiat, altare Euchariſtiæ, & ſtatim ſubdit alterum ſignum, ſeu vexillum Domino Deo exercituum; ubi enim altare Euchariſtiæ conſtituitur, ibi ſtatim declaratur, ſeu manifeſtatur ſignum, ſeu vexillum divinæ fortitudinis, ac Domini Dei exercituum ad debellandas Satanæ vires. Unde ait Salmeiron. tom. 9. tr. 2. *Dicitur hoc convivium extructum à Domino Deo exercituum; quia pro exercitibus Eccleſiæ militantis* 20.

Iſai. 19.

Euchariſtia vexillum divinæ fortitudinis.

Salmeir.

tantis corroborandis, & contra malignorum ſpirituum exercitus confirmandis inſtitutum eſt. De quo plura in ſequentibus.

*Matth.26.n.*18. At Jeſus dixit: Ite in civitatem ad quendam.

VERSIONES.

Syriacus. Is autem dixit ei: Proficiſcimini in civitatem ad quempiam.

Vatabulus. Ite in civitatem ad illum.

Maldonatus. Ad certum quendam.

Alter Textus.

*Marc.*13.*n.*12. Et mittit duos ex diſcipulis ſuis, & dicit eis: Ite in civitatem, & occurret vobis homo lagenam aquæ bajulans, ſequimini eum.

*Num.*13. Et quocumque introierit, dicite Domino domus.

*Luc.*22. *n.*8. Et miſit Petrum, & Joannem, dicens: Euntes, Parate nobis Paſcha, ut manducemus.

*Num.*9. At illi dixerunt, ubi vis paremus.

*Num.*10. Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in civitatem, occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans: ſequimini eum in domum, in quam intrat.

*Num.*11. Et dicetis patrifamilias domus.

EXPOSITIO II.

21. Series Textus. ACCOMMODE ad textum D. Luc. ita tota hiſtoria componenda eſt. Prius Dominus miſit Petrum, & Joannem, quàm diſcipuli Dominum interrogarent de præparatione Paſchalis Cœnæ. Tunc poſtquam Dominus illos duos miſit, acceſſerunt Diſcipuli ut ſcribit D. Matth. & etiam notat D. Lucas. *Ubi vis paremus:* qua nempè in domo, vel habitatione; Tunc Chriſtus D. reſpondens. *Ecce introeuntibus vobis*, &c dedit ſignum appoſitum à D. Marco, & Luca. Aliter, & facilè poteſt textus ordinari. Prima die Azymorum, ut ſcribit D. Matth. acceſſerunt Diſcipuli ad Chriſtum interrogantes. *Ubi vis paremus tibi comedere Paſcha.* id eſt Agnum Paſchalem, poſt hanc interrogationem Chriſtus miſit Petrum, & Joannem. Hi verò duo tunc quæſierunt, *ubi vis paremus*; quibus Dominus dedit ſignum. *Introeuntibus vobis in civitatem*, &c.

22. D. Marcus. Ait D. Marcus, quod Jeſus, qui non venit ſolvere legem, ſed adimplere ad parandum Agnum Paſchalem: *Miſit duos ex diſcipulis ſuis.* Semper eos mittebat binos ante faciem ſuam ſignificatione charitatis, auxilii, conſilii, atque conſolationis mutuæ, & ut etiam teſtes exiſterent actionum mutuarum. D. Lucas explicat, quinam eſſent hi duo. *Miſit Petrum, & Joannem:* diſcipulos ſuos maximè familiares, & præ cæteris omnibus præceptoris amatores. Theophylactus ait: *Mittuntur Petrus ut diligens, & Joannes ut dilectus.* Carthuſianus inquit, quod per Petrum ſignificatur vita activa, & per Joannem contemplativa, & hi duo mittuntur ad præparandum Paſcha, ſeu Agnum Paſchalem, ut inde inſtruamur per actionem, ſeu operationem virtuoſam, & contemplationem myſteriorum communionem, & quamvis Judas eſſet œconomicus, non mittitur, ne fortè inſidias strueret, ſi locum cœnæ noſſet, jam meditabatur Domini exitum. Deinde nec omnia negotia omnibus ſunt committenda; hæc autem cœna magnos, & primos Apoſtolos miniſtros requirebat. Theoph. Carthuſ. Cur mittuntur Petrus, & Ioannes.

D. Lucas, (margin)

Ite in Civitatem. Ex hoc patet, quod Chriſtus erat in Bethania, ſeu monte Oliveti; & mittuntur Apoſtoli in Civitatem Jeroſolymam nempe, nam extra illam agnum immolari vetitum erat, extat enim præceptum Deuter. 16.num.5. *Non poteris immolare Phaſe*, id eſt Agnum Paſchalem, *in qualibet urbium tuarum, ſed in loco, quem elegerit Dominus Deus ut habitet nomen ejus*? id eſt (ubi fuerit templum) *immolabis Phaſe, veſpere ad ſolis occaſum.* Et ait Jeſus. *Ite ad quendam.* Syrus legit, *ad talem.* Hebræi dicunt. *Peloni almoni.* Quod Hiſpanica lingua ſonat: *fulano.* Et miſit eos non ad hominem incertum, ſed ad peculiarem, & determinatum, ut notat D. Auguſt. lib.2. de conſenſ. Evangeliſt. cap. ultimo, quem declaravit certis ſignis, ac indiciis, Ut ſcribunt D. Marcus, & Lucas. *Occurret vobis homo lagenam aquæ bajulans*, ſeu amphoram aquæ. 23. Deut. 16. D. Auguſt.

Quæstio III.

Quiſnam eſſet iſte homo, ad quem Apoſtoli mittuntur.

PRIMO inquirendum eſt, an diſcipuli mittantur ad hominem ignotum? D. Chryſoſt. hom. 82. in Matth. exiſtimat ad ignotum penitus hominem miſſos diſcipulos. Cujus rei rationem ſubdit, *Cur*, inquit, *ad ignotum hominem diſcipulos ire juſſit? oſtendere voluit, potuiſſe paſſionis tormenta evitare. Nam qui mentem illius verbis ſolùm inducit, ut ipſum cum diſcipulis vellet ſuſcipere, quid feciſſet crucifigendus, ſi pati noluiſſet? Pariter etiam de aſina fecit.* Idem docet victor Antiochen. in Marcum, & Theophylactus hic in Matth. Et valdè probabilis eſt hæc ſententia, voluit enim Chriſtus in inſtituendo Sacramento admirabili Euchariſtiæ, oſtendere potentiam ſuam tum ipſo Sacramento inſtituendo, tum etiam ad inſtitutionem præparanda domo hominis ignoti, ut omnia in hoc venerabili Sacramento eſſent miracula. 24. An homo iſte eſſet notus. D. Chryſ. Antiochen. Theophyl. In Euchariſtia omnia ſunt miracula.

Lyranus, Charthuſianus, & alii communiter dicunt, quod erat Chriſti diſcipulus, licet occultus; hoc maximè indicant verba Evangeliſtarum. *Ite, & dicite, & Magiſter dicit*; & D. Lucas ſcribit. *Dicit tibi Magiſter.* Non dicunt. Magiſter meus, ſed abſolutè omnium noſtrum, & cum in Jeruſalem eſſent multi Chriſti diſcipuli, magis conſonum videtur, quod Chriſtus ad aliquem ſibi notum mitteret; & cum tempus mortis ſuæ ei aperit. *Tempus meum prope eſt.* Eum, ut ait Maldonatus ſuum 25. Lyranus. Carthuſ. Maldonat.

Feſta Euchariſtiæ celebrare, nobilium, ac amicorum Chriſti eſt.

ſuum familiarem eſſe oſtendit. Erat ergo hic homo intimus Salvatoris noſtri amicus, ac potentiſſimus, ut patebit ex proximè dicendis. Et meritò, cui datum eſt ut magnum cultum cum omni apparatu Chriſto in cœleſti convivio exhiberet, intimus, ac potentiſſimus Chriſti familiaris erat, nam tantò Sacramento reverentiam cum omni ornatu exhibere ſignum eſt eximii amoris erga Chriſtum, & præclaræ nobilitatis erga totum univerſum.

26. D. Ambroſ. Secundò. Divus Ambroſius in cap. 22. Luc. exiſtimat hunc hominem pauperem fuiſſe. *Ideo*, ait, *ſine nomine deſignatur, ut ignobilis exiſtimetur*, &c. Et poſtea ſubdit. *Non perſona divitis, aut potentis eligitur, ſed pauper ambitur & anguſtum hoſpitium pauperis, amplis nobilium ædibus antefertur*, &c. Tamen quod homo eſſet ditiſſimus, communis eſt ſententia interpretum in Marcum. Ut dicam expoſit. ſequenti. *Ipſe oſtendet vobis cœnaculum grande ſtratum.* Tale homo pauper non poterat habere. Et confirmatur, quia catinus ille, in quo agnus Paſchalis menſæ illatus dicitur, eſt ex ſmaragdo confectus, & propter margaritæ magnitudinem admirabilis, oſtenditurque Genuæ.

Homo ditiſſimus erat.

27. *Quod viro nomen.* Niceph. Cedren. Tertiò. Quodnam fuerit nomen hujus viri. Nicephorus lib. 2. cap. 3. Cedrenus in compendio hiſtoriarum dicunt domum fuiſſe Joannis Evangeliſtæ, quam ille ſibi emerat in monte Sion. Sed hoc valdè dubium; ex eo quod D. Lucas ſcribat quod Chriſtus Dominus miſerit Petrum, & Joannem, ut ſequerentur hominem amphoram aquæ portantem, ut in illa domo pararent ad manducandum Paſcha, & ut hoc dicerent Patrifamilias domus; ergo Dominus ilius non erat Joannes miſſus.

28. *Communis ſententia.* Alexand. Janſenius. Caniſi. Cornel. Adrich. D. Nazian. Communis traditio eſt hanc domum fuiſſe Joannis, qui cognominatus eſt Marcus, fuit que ſocius Pauli, & Barnabæ in prædicatione Evangelii, ita ſcribunt Alexander Monachus, qui laudationem D. Barnabæ litteris commendavit tom. 3. Surii, quem ſequuntur Janſenius, Adrichomius, Cornelius, Caniſius lib. 5. Marialis, cap. 1. favetque Divus Gregorius Nazianzenus in Tragædia Chriſti patientis. In hac etiam eadem domo latuerunt Apoſtoli poſt Chriſti mortem, ibique Chriſtus poſt Reſurrectionem die eis apparuit, ibique orantes Spiritum ſanctum receperunt in Sacro Pentecoſtes die; Petruſque etiam è carcere Herodiano liberatus ab Angelo ductus, ad fideles in hac domo congregatos ſe recepit, Actor 12. n. 12. Quapropter hæc domus in Eccleſiam verſa eſt, in eáque ædificata eſt Sion, omnium Eccleſiarum maxima, ita tradunt citati auctores. (Actor. 12.)

29. Barradas. Nec obſtat, ut objicit Barradas, quod citato Actorum loco dicitur. *Venit Petrus in domum Mariæ Matris Joannis, qui cognominatus eſt Marcus* Chriſtus ait in præſenti. *Dicite Patrifamilias domus* Non verò Matrifamilias, facilè reſpondetur, quod licet domus eſſet Mariæ, tamen illius filius Marcus erat illius Paterfamilias, eámque regebat.

QUÆSTIO IV.

Quare Chriſtus non expreſſit; ſed ſubticuit nomen hujus hominis, ad quem mitterentur Diſcipuli. 30.

CONVENIUNT Patres, & Doctores citandi, quod Chriſtus nomen hujus hominis non expreſſerit. Non enim dixit. Ite ad Nicodemum, vel Ioannem; ſed nomine ſuppreſſo ait: *Ite ad quendam*, id eſt, *fulano*, illiſque ſigna dedit. *Occurret vobis homo lagenam aquæ portans.* D. Auguſt. lib. 2. de conſenſu Evageliſt. cap. 80. *Cum*, inquit, *verba domini Matthæus poſuiſſet, dicentis* Ite in civitatem: *Interpoſuit ipſe*: ad quendam. *Non quia hoc Dominus, dixerit, ſed ut ipſe nobis inſinuaret tacito nomine fuiſſe quendam in civitate, ad quem diſcipuli mittebantur.* (D. Auguſt.)

Quæſtio præſens eſt Cur Chriſtus hunc hominem ſuo proprio nomine non evulgaverit. Cū maximè in ejus gloriam cederet, quod ipſius domus ſacratiſſimæ Chriſti cœnæ myſteriis eſſet conſecrata, ac nobilitata. D. Chryſoſt. ait, quod non nominatur, quia ignotus erat. D. Ambr. quia pauper, quæ omnia ſuperiori quæſtione impugnavi; Nunc ergo. 31. *Difficultas quæſtionis.* D. Chryſ. D. Ambroſ.

Reſpondet primò. D. Hier. quod ſervatur mos veteris teſtamenti, ut nomen perſonarum, ac locorum non ponatur. *Conduxi pueros, in illum, & in illum locum.* 1. Reg. 21. 1. 2. ſecundò reſpondent idem D. Hieron. Beda, & alii, quod nemo nominatur, ut omnes homines invitati intelligantur, ut cum Chriſto novum Paſcha celebrent neminem à ſuo convivio excludit. Tertiò. D. Hilarius Cant. 30. *Hominem*, ait, *cum quo Paſcha celebraturus eſſet, non nominat, nondum enim Chriſtiani nominis honor credentibus erat præſtiturus, qui verè ſunt, Deum mentis, ac fidei oculis contuentes.* Deinduſtria nomen illi non eſt datum, cùm nondum ſacra Euchariſtia inſtituta nobilitaretur, per cujus inſtitutionem, vera in hominem vita transfunditur, ut è terreno cœleſtis, & ex humano divinus evadat; unde nomen novum, & valdè honorificum illi erat addendum. Ut dicitur. Apoc. 2. n. 17. *Vincenti dabo manna abſconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen novum ſcriptum, quod ſcit, niſi qui accipit.* 32. D. Hieron. 1. Reg. 21. 10. D. Hieron. Beda. D. Hilar. *Ab Euchariſtico cibo magnum nomen, & dignitas.* Apoc. 2.

Quartò. Evangeliſta in unguento effuſo non ſolum exprimit nomen Magdalenæ. *Quia ergo accepit libram unguenti & unxit pedes Jeſu* Joan. 12. n. 2. ideò etiam ejus nomen dicitur celebrandum in toto orbe *Amen dico vobis. Ubicumque prædicatū fuerit hoc Evangelium in toto mundo dicetur, & quod hæc fecit in memoriam eius.* Matth. 26. n. 13. & tamen hic homo, dum Chriſtum cum duodecim Apoſtolis in cœnaculo magno ſtrato ad cœnam excipit, majus videtur obſequium exhibere quàm Magdalena. Cur ergo non nominatur, ſed dicitur; *quidam homo*? Inter alias rationes hæc una eſt, quia mulier irrogata pretioſam unguenti pyxidem aperuit, & Chriſti pedes ſponte unxit: Hic verò homo expectavit ſe rogari, ac proinde prece data vendidit obſequium, & inde ex prece appoſita diminutum eſt, ut ipſe ſine nomine diceretur. 33. Ioan. 12. Matth. 26. *Beneficium ex precibus diminuitur.*

Quintò Euthym. in Matth. Theophylactus in Luc. ideo arbitrantur hominem illum non 34. Euthym. Theoph.

eſſe nominatum à Chriſto ne Iudas agnoſceret, apud quem Paſcha celebraturus eſſet, & inſidias pararet, & miſſis ſatellitibus ſacram menſam impediret, non enim decebat, ut ubi Sacramentum pacis, ſacra ſcilicet Euchariſtia, inſtituendum erat, militum arma confluerent, & cuncta turbarent; & etiam noluit Chriſtus hoſpitem ſuum aliquid ſui cauſa pati, vel aliquam gravem injuriam ſuſtinere.

Euchariſtia pacis Sacramentum.

35. Beda. Sextò. Genuinè, ac aptiſſimè reſpondet Beda, ad hunc locum. *Indicium*, inquit, *præſcientiæ divinitatis eſt: quia cum diſcipulis loquens, quid alibi futurum ſit, novit.* Et D. Ambroſ. lib. 10. in Lucam in c. 22. *Majeſtatem*, ait *divinitatis adverte: Cum diſcipulis loquitur, & jam novit, quid alibi ſit futurum.* Non apertè nominat hominem, ſed dat ſignum. *Occurret vobis homo lagenam aquæ bajulans*, ut oſtendat ſe futura præſcire, ac omnia futura nutu ſuo diſponere, & hominem illum ad hauriendam aquam miſiſſe, ut ſignum ad præparandam menſam ſuam daret, ut ita ex futurorum præſcientia ſuam divinitatem, ſuàmque mortem ab ipſo voluntariè aſſumptam declararet. Ipſa futurorum agnitio divinitatis index. *Annuntiate quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus, quia Dii eſtis vos* Iſai. 41. n. 23.

D. Ambroſ. Futurorum præſcientia divinitatis index.

I. 41. 36. Vidit impiiſſimus Babyloniæ rex ſomnium, cujus interpretationem ex nullo ſapientum ſuorum diſcere potuit. Quid tunc? Jubentur univerſi ſapientes perire, & dum necabantur, acceſſit Daniel, qui regi omnia explanavit, & manifeſta fecit, ita ut rex omni dubio, & ſolicitudine depoſita clamaret *Verè Deus veſter, Deus Deorum eſt, & Dominus Regum, & revelans myſteria, quoniam tu potuiſti aperire hoc Sacramentum.* Daniel. 2. n. 47. Prudentiſſimè non extollit Danielem, nec Danielis ſapientiam laudat, ſed totus occupatur in agnoſcendo, laudando, ac extollendo Deo vero, ubi barbariſſimus homo audivit à Propheta. *Deus in Cælo revelans myſteria, indicavit tibi rex, quæ ventura ſunt in noviſſimis diebus*, 2. Daniel, num. 28. Agnovit futura propalata, ac manifeſtata, nihil creatæ induſtriæ tribuit, ſed à ſuperna, divinaque virtute ſolum id fieri poſſe, proclamat, nil enim apertius Divinam virtutem manifeſtat, ut futurorum aperitio D. Hieron. ad citata verba. *Non ergo tam Danielem, ait, quam in Daniele adorat Deum, qui myſteria revelavit.* Vide tom. 3. cap. 24. q. 12. n. 77. & tom. 4. c. 37. n. 25

Dan. 2. Daniel. 2. *Futurorum revelatio à ſolo Deo.* D. Hieron.

Quæstio V.

Quare pro ſigno domus dedit Chriſtus puerum aquæ amphoram portantem.

37. EVIDENS eſt, quod Dominus aliud ſignum poterat aſſignare, cur hoc tamen dederit, magno myſterio factum eſt; ac ſuppono quod hic lagenæ bajulus alienus erat ab hero domus; & hic bajulus non dicitur puer, vel fœmina, ſed *homo quidam*, non enim debiles, ſed viriles, ac fortes animos ad ſua myſteria vocat Dominus.

Animus virilis ad myſteria aſſumitur.

38. D. Ambr. Reſpondet primò D. Ambroſ. in cap. 22. Luc *O aqua, ait quæ Sacramentum Chriſti eſſe meruiſti: quæ lavas omnia, nec lavaris.* Et paulò pòſt ſubdit. *Per te fœtor rabidæ carnis aboletur, & pereuntia ſitu viſcera aſperſo ſale, in multam ſervantur ætatem. Per te arentibus æſtu corporibus dulcis ad gratiam, ſalutaris ad vitam, ſuavis ad voluptatem potus infunditur.* Latè proſequitur ſanctus pater exiſtimans per aquam illam baptiſmum ſignificari. Sed cur homo, qui baptiſmum repræſentabat, ducit alios in domum, ubi ſacra Euchariſtia proponenda, ac ſumenda erat. Ut ſumpme innocentia ad tantum Sacramentum ſuſcipiendum requiſita deſignaretur. ſacramento enim baptiſmi omnia omnino peccata tam originale quam actuale, ſive lethale, ſive veniale expiantur: ita ut ad animam ex lavacro aſcendentem meritò dicat Divinus ſponſus: *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Cant. 4. n. 7.

Ad Euchariſtiam Baptiſmi puritas requiritur.

Secundò. Tertulian. lib. de Baptiſmo, c. 19. *Paſchæ*, ait, *celebrandæ locum de ſigno aquæ oſtendit* Et Beda. *Parant Paſcha, ubi amphora infertur aquæ.* De ſigno aquæ locum celebrandæ Paſchæ oſtendit, nam licet Apoſtoli eſſent ſanctiſſimi, tamen prævia pedum, ſive levium affectuum lotione, ad ſacram communionem diſponuntur, ac præparantur. Ait Joannes in ſua prima Can. 1. c. 5. n. 9. *Hic eſt qui venit per aquam, & ſanguinem Jeſus Chriſtus, non in aqua ſolum: ſed, in aqua, & ſanguine.* Prius aquam apponit, deinde ſanguinem commemorat. Aqua Baptiſmum, vel pœnitentiam denotat, prius enim quilibet puritatis lavacro condecorandus eſt, ut inde Euchariſtico ſanguine reficiatur Tertull. lib. de Baptiſm. c. 16. Anges de aqua, & ſanguine ex Chriſti laterre profluente. *Hos duos, ait, Baptiſmus de vulnere perfoſſi lateris emiſit Ut qui ſanguinem ejus crederent, aqua lavarentur, qui aqua laviſſent, etiam ſanguine potarent.*

Cant. 4. 39. Tertull. Beda. *Ubi Euchariſtia celebranda pœnitentia aqua præcedat* Ioan. 15. Tertull.

In nuptiis Cana prius hydriæ aqua implentur, deinde pretioſiſſimo vino plenæ reperiuntur, quo convivæ in Chriſti menſa reficiuntur. Ioan. 2. n. 9. *Guſtavit architriclinus aquam vinum factam*, Cur vinum illud ex aqua convertitur, cur non potius creatur, ut omnia Deus fecit in primo molimine, vel cur ex adjacente aëre non efformatur, ut frequenter factum eſt in corporibus aſſumptis; Vel cur potius ex alia materia non fit, ſed tantum ex aqua; Ut fieret manifeſtum, quod prius hydriæ aqua ſunt mundatæ, quam Chriſti vino implerentur, prius enim debet pœnitentiæ aqua præcedere, ut ea conſcientia mundetur, quam quis Chriſti vino reficiatur. S. Maxim. homil. 1. de Epiphania. *Quod aquæ, ait, novo ſunt ordine in vinum mutatæ novi nobis poculi prælibatum eſt Sacramentum.* 40.

Ioan. 2. *A culpis lavandum eſt, ut ad Euchariſtiam accedat.* S. Maxim

Ait Regius vates. *Super aquam refectionis educavit me.* Pſalm. 22. n. 2. Optimè notat D. Chryſoſtom. homil. 34. in Joan. & homil. 7. in prædictum Pſalmum: aqua non eſt alimentum, ſed vinculum alimenti. *Non, ait, alimento ſimplici non nutrimur.* Quomodo ergo, inquit vates, quod ipſa aqua reficitur, ac alimentatur; Loquitur Propheta in ordine ad Chriſti menſam. Aqua enim pœnitentiæ peccata mundantur, & anima diſponitur, ac præparatur, ut Chriſti pane reficiatur ac nutriatur. D. Ambroſius lib. 10. in Lucam. O *aqua, ait, tu incipis prima, tu complens perfecta myſteria.* Aqua incipit prima myſteria in nuptiis Cana; ipſàque complet perfecta myſteria, cum in ultima cœna pedes diſcipulorum aqua abluuntur à Chriſto. 42.

Palm 22. D. Chryſ. *Aqua pœnitentia præparatur anima ad refectionem Euchariſtia.*

Matth. 29. n. 18. Magiſter dicit. Tempus

meum propè eſt : apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis.

VERSIONES.

Syriacus. Magiſter noſter inquit, tempus meum advenit.

Vatablus. Apud te ago Paſcha cum diſcipulis meis.

ALTER TEXTUS.

Marc. 14. *n.* 14 Et quocumque introieritis, dicite domino domus, quia Magiſter dicit. Ubi eſt refectio mea, ubi Paſcha cum diſcipulis meis manducem?

Num. 15. Et ipſe vobis demonſtrabit cœnaculum grande ſtratum, illic parate nobis.

Luc. 22. *n.* 11. Et dicetis Patrifamilias domus : dicit Magiſter: Ubi eſt diverſorium, ubi Paſcha cum diſcipulis meis manducem.

Num. 12. Et ipſe oſtendet vobis cœnaculum magnum ſtratum, & ibi parate.

EXPOSITIO III.

42. *Diſcipuli Criſti ex modeſtia agnoſcebantur.* MAGISTER, ſeu ut addit Syriacus. *Magiſter noſter.* Et non additum eſt JESUS, Magiſter, quia ipſi diſcipuli geſtu, modeſtia, humilitate, ac loquendi modo, ut JESU diſcipuli agnoſcebantur, & quia tam apud ipſum Patremfamilias, qui familiaris erat JESU, quam apud diſcipulos non erat alius Magiſter, niſi ſolus JESUS. (D. Chryſoſt.) *Dicit* Ut ait D. Chryſoſt. *Dicendo præcepit.* Superiorum, ac majorum verba, ac inſinuationes præcepta ſunt. (*Superiorum verba præcepta ſunt.*) *Tempus meum.* Hoc eſt meæ mortis a Patre meo conſtitutæ. *Prope eſt*, inſtat, & eſt in proximo. In quo duo manifeſtantur Primò ſe ſponte ad mortem tendere, ut ait Chryſoſt. *Nec invitum ad paſſionem accedere.* Secundò ſuam immenſam charitatem, tempus mortis peculiariter tempus ſuum dicit. Et inſuper ut notat Maldonatus ſuam familiaritatem erga hunc hominem declarare voluit Chriſtus, (Maldonat.) cum enim ex hoc mundo abiturus eſſet, ultimam apud eum cœnam non invitatus familiaritatis more agere voluit : *apud te*; hoc eſt in domo tua, ut explicat Carthuſianus : (Carthuſ.) *facio*, id eſt mox faciam in veſpere hujus diei. *Paſcha*, cœnam nempe Paſchalem juxta legis præſcriptum. *Cum diſcipulis*; hoc eſt cum duodecim Apoſtolis, quos peculiariter in ſuam adſciverat familiaritatem. Non extraneos, non alienos, ſed domeſticos; ac familiares ſuos vocat ad menſam.

43. (D. Marc. D. Lucas. Syrus) D. Marcus addit Magiſter dicit, *ubi eſt refectio mea.* Græcè dicitur, ut etiam poſuit D. Lucas *Diverſorium.* Syrus tranſtulit *domus habitationis*: Ponitur hic refectio pro loco refectionis quemadmodum locum cœnæ cœnationem dicimus. Ac proinde. *Ubi eſt refectio mea*; hoc eſt ubi eſt locus meæ refectionis cum diſcipulis meis.

Ipſe vobis demonſtrabit. Chriſtus Dominus ut 44. verus Deus præſcivit, quod ille Paterfamilias ejus juſſis eſſet pariturus, & licet bene agnoſceret homo Principum, ac Phariſæorum odia ſibi ex hac re imminere, ſponte Domini præcepto (D. Chryſ.) obtemperavit. Ut notat D. Chryſoſtom. hom. 82. in Matth. *Stupeo*, ait, *quod bellum acerrimum, & inimicitias primatum hac ex re incumbere ſibi videns, omnibus his neglectis libenter obtemperavit.* (*Qui homines non timet, ut Deo obtemperet, multis nobilitatur.*) Inde vir iſte promeruit, ut in domo ejus Chriſtus magna, ac perexcelſa illa myſteria ageret ac ut Euchariſtiæ Sacramentum inſtitueret, quia ut Deo obtemperaret, homines non timuit. *Cœnaculum*: locum nempe in ea parte domus, in qua ſolitum erat cœnare. *Grande*, ex quo intelligitur amplam fuiſſe patrisfamilias domum. *Stratum.* Menſis, ſedilibus, ac aliis neceſſariis, & etiam veſtitum tapetibus, ac aliis ornamentis. (D. Hieron.) Græcè legitur *paratum.* D. Hieronym. *mundatum*; de quo quæſtione ſequenti. *Et illic parate nobis.* Ad Paſcha, ſeu Agnum Paſchalem edendum. Notanter ait : *nobis.* Nam Apoſtoli tanquam ſui obliti, ut notat Novatinus, (Novatin.) dixerunt : *Quo vis eamus, & paremus tibi, ut manduces Paſcha.* Chriſtus hoc in præſenti Apoſtolis mandat parari. *Illic parate nobis.* Quo enim magis noſtri obliviſcimur, eo magis de nobis ſollicitus eſt Chriſtus. Et ait *parate nobis*, non ſibi ſoli, ſed etiam diſcipulis mandat parari; ut tacitè denotaret Domini eſſe etiam ſervorum curam habere & non ſui tantum.

QUÆSTIO VI.

Quare Cœnaculum grande, ac ſtratum eligitur ad hanc Chriſti cœnam;

COENACULUM ſic dictum, quia erat in ſuperiori parte ædium, ut dicam quæſtione 45. ſequenti, in eaque parte moris erat cœnare. Dicitúrque cœnaculum à D. Marco *grande.* à D. Luca *magnum.* (*Quid ſit cœnaculum.*) Voluit JESUS cœnaculum magnum, ita ut eſſet capax tredecim virorum, nam ipſe cum duodecim Apoſtolis ſuis in eo erat cœnaturus.

Dicitúrque cœnaculum *ſtratum.* Seu ut ex 46. Græco, ac Syriaco, legitur *paratum*; ſeu *præparatum.* (Hieron. Richelius.) D Hieronym. hoc loco apud Matth. legit *mundatum.* Richelius in Lucam explicat. *Cœnaculum ſtratum*; *id eſt diſpoſitum, & paratum*; *ſeu aptum ad eſum agni.* Inſtructúſque erat locus menſis, lectis (nam recumbentes ſolebant veteres cœnare) & etiam ſedilibus, ac aliis neceſſariis: ordinatúſque etiam erat tapetibus, floribus, frondibus, ac opportuna, & pretioſa ſupellectili prout decens erat ad ſolemnem paſchæ cœnam celebrandam, indèque ad hoc tota domus mundabatur, ac dealbabatur.

Pro ſolemnitate Paſchali ex toto orbe terrarum conveniebant Ieroſolymam Iudæi ad celebrandum Paſcha, proindèque viri nobiles (ut erat hic, de quo agitur in Evangelio) multos hoſpites, ac proinde maximè ſuas domos exornabant, non tantum in hoſpitum gratiam, ſed maximè ad condecorandum ſolemniſſimum ſacrificium, ac convivium, & diem 47. (*Pro ſolemnitate Paſchali cœnacula tum componebantur.*) Paſchæ,

paſchæ. Ex quo non mihi placet id, quod aſſerit Euthym. in c. 26. Matth. *Quod hic Paterfamilias, ſive ex divina revelatione, ſive corporali ſalvatoris co locutione noverat, quod apud ſe facturus eſſet ille Paſcha.* Et ideo ad ſuſceptionem præparatum habebat cœnaculum. Nec revelatio, nec ſermocinatio illa ſine fundamento eſt conſtituenda, imò oppoſitum videntur docere Patres, qui tribuunt divinæ diſpoſitioni ita ordinanti, ac Chriſti præſcientiæ omnia agnoſcenti, quod cœnaculum ita eſſet præparatum. (Euthym.)

48. Non ergo mirum, ut bene notat Lucas Burgenſis, quod vir iſte habuerit cœnaculum ita aptè, ac opportunè inſtructum cum eſſet ſolemnitas Paſchalis, & in qua etiam multi hoſpites recipiebantur, illud ergo valdè mirum, quod cœnaculum iſtud Jesus pene in ultima hora pœnitenti reſervatum fuerit Providerat enim ipſe alta ſua ſapientia, ne cui alij concederetur, in quo ipſe decreverat, ultimum vetus paſcha agere, novumque ſacram ſcilicet Euchariſtiam inſtituere, multaque alia profundiſſima myſteria tradere; idcóque ordinavit, ut illud cœnaculum non eſſet quodcumque, ſed grande, ſtratum, ſeu ornatum multo apparatu, ac magnificentia, multóquecandore, ac nitore mundatum, ut legit D. Hieronym. Vt indicaret menſam ſuam eſſe celebradam multa munditie, apparatu, ac decore. Philipp Abbas lib. 1. in Cantic. cap. 14. *Grandi ſpatio ait, dilatatur cœnaculum, quia ille ſella breviore, avaro tripode non lætatur, & ut ſemper illum alliciat, tapetibus pretioſis, & floribus odoriferis ſternitur, & aptatur, quia immunda, inhoneſta, & turpia pulcher præ filiis hominum aſpernatur.* (Luc Burg. — Sacra Euchariſtia omni ornatu ac munditie celebranda. — Phil. Abb.)

49. Mandavit Deus populo ſuo Iſraëlitico quotannis in menſe Niſan, hoc eſt in menſe Aprili celebrare convivium paſchale, id eſt comedere Agnum Paſchalem. Sic habetur Exod. 12. num. 3. *Decima die menſis hujus tollat unuſquiſque agnum per familias ſuas.* Cur menſis Aprilis tam ſolemni agni convivio deſignatur? Cur non aliud tempus eligitur? Aprilis totum floridum ſe exhibet, nihil in ſe oſtendit antiqua macie vetuſtum, ſed omnia viridanti decore veſtita apparent, ut ita ex temporis indicio cœleſtis menſæ conviviis ornatus Deo gratus deſignaretur, ſicut enim Aprilis undique floridus, ſereno aëre, odoratiſque ſylvis convivium agni excipiebat, ſic tu quiſquis es divinæ menſæ miniſter, exue vetuſta, detrita depone, omniaque eximo decore, pretioſaque ſuppellectili compoſita adornentur, ut ſacratiſſimo Chriſti convivio adſint, & quilibet florenti virtutum amictu redimitus, divino regni floridum, & gemmatum convivam ſe præbeat. Rupertus lib. 2. in Exod. cap. 5. *Sed & ipſe menſis Niſan, id eſt Aprilis, verna temperies, cum tellus refloreſcit, totúſque poſt hyemem, quaſi poſt ſenium juveneſcit orbis, nónne ſenſatum hominem docet quatenus renovatus ſpiritu mentis ſua fide viridis, ſpe lætus & charitate floridus Paſchalis agni epulis interſit ſpiritualibus.* (Exod. 12. — Rupert.)

50. Pſalmus 127. num. 3. decantat. *Filij tui ſicut novellæ olivarum in circuitu menſæ tuæ.* Seu ut habet Græcus. *Sicut novellæ plantæ olivarum.* Cur ô Domine filij tui ad menſam tuam non comparantur olivæ, ſed novellæ plantæ olivarum; Oliva jam grandis eſt arbor, & multum dilatata, novella verò planta tenera, & exigua. Cur ergo hæc eligitur, illa verò omittitur; Grandæva oliva jam aliquibus vetuſtis foliis, & etiam aridis ſordeſcit; at verò novella olivarum nullum folium habet in ſe vetuſtum, ac ſordidum, ſed omni ex parte novis, viridantibúſque foliis ipſa nitet, taliter ſe præbeant qui in circuitu menſæ Domini ſunt, ut non vetuſtate ſordida inveniantur, ſed undique novitate, elegantia, ac nitore fulgeant, ut ſupremæ divinæ majeſtati decens eſt, ut ſi exterius viridi apparatu componitur, interius omni virtutum vigore ſplendeat. Divus Chryſoſtom. hom. 3. in Epiſt. ad Epheſ. *Filij tui; ait ſcriptura, ſicut nouvellæ Olivarum ſint in circuitu menſa tua. Nihil hic vetuſtum nihil immite, nihil acerbum. Tales enim novellæ plantulæ ad proferendam frugem bonam accommodatæ ſunt; & opportunæ. Sed & fortes, ac vegetæ ſunt, ita ut omnes conſiſtant in circuitu menſæ ſalutaris.* (Pſal. 127. — Græcus. — In circuitu menſæ Chriſti omnia ſint viridia & florida. — D. Chryſ.)

Quæstio VII.

Quare ad Chriſti cœnam deſignatur cœnaculum in ſuperioribus.

51. Coenaculum ut ex Græco transfertur id eſt ſupra ſolum ſurſum elevatum, ſeu a terra ſubductum, veluti tabulatum, ſeu ſolarium, qualia in multis honeſtis domibus videmus, *Demonſtrabit vobis cœnaculum ſtratum:* Legit Origenes homil. 35. in Matth. *Oſtendet vobis locum in ſuperioribus ſtratum.* Hic autem locus maximè ad cœnandum deputatus, ut dixi ſuperiori quæſt. (Quid cœnaculum? — Origen.)

Reſpondeo ad quæſtionem. Quia ita conſuetum erat ut cœnacula eſſent in ſuperioribus locis, ac proinde conſuetum morem voluit Chriſtus retinere, ab eóque noluit declinare. Secundò. In tota domo elegit Dominus hunc locum ab aliis ſegregatum, ut ſecretius ageret cum ſuis, nec mox, quæ eis, ommiſſurus erat, publicarentur. Sicque cum eis revelat myſteria ſuæ paſſionis ait D. Matth. 20. n. 7. *Aſcendens Jeſus Jeroſolymam, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſecretò. Et ait illis: Ecce aſcendimus Jeroſolymam, & filius hominis tradetur*, &c. De quo vide multa tom. 4. cap. 37. quæſt. 2. (Magna myſteria ſecrete agenda. — Matth. 20.)

52. Tertiò reſpondet D. Gregorius Nazianzenus orat. 44. n. 18. Jesus, ait, *cum ſublimioribus rebus diſcipulos initiaret, myſterium ipſis in cœnaculo impertit: Vt illud indicetur, partim Deum ad nos deſcendere, oportere; quemadmodum olim in Moyſe contigiſſe ſcimus: partim nos ad eum ſubvehi, ſicque inter Deum, & homines conſortium inire.* Ac ſi oporteret, ut quemadmodum hoc convivium è cœlo in terras propter Chriſti Domini humilitatem deſcendebat; ita & convivæ illo fruituri propter vitæ ſuæ ſanctitatem, è terra in ſublime, quantum maximè poſſent, erigerentur, ac elevarentur. Appoſitè ad hunc ſenſum accipit Origenes homil. 1. in Levitic. quod Levitici 1. n. 9. Sacerdoti præſcribitur, ut vitulum holocauſti in ſublimi loco, hoc eſt ſuper altare conſtituat. *Sacerdos, ait, non in humili aliquo loco, ſed in alto, & ſancto id eſt ſuper altare collocat, non indignis hominibus, & humilem vitam, ac terrenam degentibus pandit divina myſteria, ſed illis, qui altare Dei ſunt, in quibus ſemper ardet ignis.* (D. Nazianz. — Ad Euchariſtiam mens erigenda. — Origen. Levit. 1.)

53. Quartò. In unaquaque domo multæ ſunt partes, ac habitacula, atrium nempe, aula, ſeceſſum,

ceſſum & alia; Cur Chriſtus ad inſtituendam ſacram Euchariſtiam elegit potius cœnaculum, quam aliam quamcumque manſionem? Cœnaculum apud veteres erat veluti oratorium, in quo orare ſolebant. Vt patet ex David 2. Reg. 18. n. 33. ex Elia 3. Regum 17. 18. 19. ex Judith. 8. n. 5. Cœnaculum cum eſſet ſuperior pars domus, & cæteris magis ſecreta, ac ſegregara, inde ſancti viri illud ſuis obſervationibus aptiſſimum cœnſebant. Cum ergo Chriſtus Dominus inſtituit Euchariſtiam in cœnaculo, in orationis loco eam videtur inſtituere; ut inde inſtruamur Euchariſtiam, & orationem ita inter ſe convenire ut unus atque idem locus ſit utrique deputandus, ut quoad fieri poſſit, nullibi ſit corpus ejus communicandum, ubi oratio non effunditur, nec oratio ſit effundenda niſi cum affectu ad corpus ejus, ita oratio corpori Chriſti conjungenda eſt.

2. Reg. 18. 3. Reg 17. Judith. 8.

Idem deputatur locus Euchariſtiæ, ac orationi.

54. Confirmatur ex ſitu loci, ubi erat hoc cœnaculum, & ſacra Euchariſtia eſt inſtituta in monte nempe Sion, ut ex antiqua traditione dixi ſupra q. 3. n. 28. & docet D. Bonav. lib. de vita Chriſti. c. 73. *Petrus & Joannes,* ait, *iverunt juſſu Domini ad amicum ſuum in montem Sion, ubi erat cœnaculum grande, ſtratum ad parandum Paſcha.* Cur mons Sion præ aliis ad ſacræ Euchariſtiæ inſtitutionem deſignatur; Cur non potius mons Sinà, mons Thabor, mons Olivarum tanti Sacramenti inſtitutione nobilitatur? Nam mons Sinà videbatur præſtantior, in eo enim fuerunt data divinæ legis mandata. Thabor inde aptior apparet, in eo enim transfiguratus eſt Jeſus; ſub panis ſpecie deliteſcens quodammodo tranfiguratur. Mons Olivarum inde incommodatior poteſt cenſeri, quia fideles ad Chriſti menſam novellis Olivarum comparantur, *Filij tui ſicut novellæ Olivarum in circuitu menſæ tuæ.* Pſal. 127. n. 3. Quare ergo his omnibus omiſſis ſolus mons Sion tanto myſterio condecoratur? Sion orationem denotat. Nam *Sion* Latinè idem eſt, ac *ſpeculatio*, orationem ſcilicet denotans, nam oratio nihil aliud eſt, quàm quædam ſpeculatio, ac elevatio mentis in Deum. Vt ex loci vocabulo denotaretur ſacra Euchariſtia non eſſe reficiendum niſi fuſis precibus, ac oratione præmiſſa, ideo ad ejus inſtitutionem, in qua primum eam ſuis diſcipulis tradidit, elegit Dominus montem orationem adnotantem.

D. Bonav.

Pſal. 127.

Oratione præmiſſa Euchariſtia accipienda.

Matth. 26. *n.* 19. Et fecerunt diſcipuli, ſicut conſtituit illis Jesus, & paraverunt Paſcha.

Num. 20. Veſpere autem facto, diſcumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis.

VERSIONES.

Syriacus n. 19. Et diſcipuli ejus egerunt, ſicut præceperat eis Jesus.

Vatablus num. 20. Cum autem adveſperaſſet.

Syriacus. Cumque eſſet verſpera.

Maldonatus. Recumbebat cum duodecim.

Alter Textus.

Marc. 14. *n.* 17. Et abierunt diſcipuli ejus, & venerunt in civitatem; & invenerunt, ſicut dixerat illis, & paraverunt Paſcha.

Num. 18. Veſpere autem facto venit cum duodecim.

Luc. 22. *n.* 13. Euntes autem invenerunt; ſicut dixit illis, & paraverunt Paſcha.

Num. 14. Et cum facta eſſet hora, diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cum eo.

EXPOSITIO IV.

Et *abierunt diſcipuli*, ut ſcribit Divus Marcus, ſcilicet Petrus, & Joannes, & prompta obedientia venerunt in civitatem, & ad introitum invenerunt hominem portantem amphoram aquæ in domum: *& fecerunt diſcipuli ſicut conſtituit illis Jeſus.* Simpliciter domus hero retulerunt verba Jesu. *Magiſter dicit tempus meum prope eſt*, &c. Quibus auditis herus domus, libenter præbuit cænaculum, & cætera omnia ad Paſcha. Et *paraverunt Paſcha.* Omnia neceſſaria ad illius celebrationem; nempe emptum Agnum Paſchalem mactarunt excoriarunt, aſſarunt. Simúlque menſæ providerunt de lactucis agreſtibus, de panibus azymis, & de baculis. Exod. 12. num. 8. & 11. de aliiſque etiam neceſſariis; quæ omnia promptè ſuppeditavit herus domus. Adverte, quod in ipſo primo die Azymorum, ut teſtatur Joſephus lib. 7. de bello Judaïco c. 17. ſolebat Agnus mactari hora nona, hoc eſt hora tertia poſt meridiem, cum veſperi ſub occaſu ſolis eſſet comedendus. 55.

Series textus.

Joſephus.

Modus verò, quo Agnus ſolebat aſſari maximè conſiderandus eſt, ut obſervetur ſimilitudo inter aſſationem veteris Paſchæ, ac crucifixionem novi noſtri agni. D. Juſtinus Philoſophus, ac Martyr in Dialogo cum Thryphone tom. 2. in Bibliotheca Magna Duaci. folio 11. *Agnus ille*, ait, *quem aſſum juſſu Dei eſſe oportebat, paſſionis, ſupliciique crucis, quo Chriſtus afficiendus erat, fuit ſignificatio. Agni enim, qui aſſus redditur, carnes dum, ut ita dicam, aſſantur, ſpeciem crucis præferunt. Vnum enim rectum verum, ab infimis partibus ad caput pervenit, unumque rurſus, quod per dorſum pertinet, cui agni pedes conjunguntur.* Perfodiebatur corpus agni veru, pedes vero, tam priores, qui manuum, quam poſteriores, qui pedum ſunt loco, diſtendebantur bacillis infixis in volas; proindéque veru ſtipitem crucis; bacilli verò tranſverſum lignum præſignabant, unà cum clavis in divini agni manus, pedéſque infixis. Nam ignis hic afflictionis crucis, non minor fuit, quam illic flammeus. Vt ait Lucas Burgenſ. Quocirca Chriſtus veniens domum, videns Agnum aſſari, in eo tanquam in viva imagine inſpiciebat ſuam crucifixionem, in qua ipſe ſimili modo diſtendendus, clavis affigendus, & igne tum doloris, tum magis amoris ſequenti die aſſandus erat in cruce. 56.

D. Juſtin.

Agnus dum aſſabatur Chriſti crucis figuram exprimebat.

Luc. Burg.

57. Exod. 12. *Veſpere autem facto.* Cùm nempè jam veſpera eſſet. Notat Evangeliſta horam, qua Chriſtus Paſcha commedit juxta legis præceptum. Exod. 12.n.6. *Immolabit eum.* (ſcilicet Agnum) *univerſa multitudo filiorum Iſraël ad veſperam.* Idem habetur. Levit. 23. num. 5. *Diſcumbebat.* Cœnabat nempe, an jacendo, ſedendo, vel ſtando, dicam quæſtione ſequenti. *Cum duodecim diſpulis ſuis.* Cùm tota nempe familia ſua juxta legem comedit, & immolavit Agnum.

Levit. 23.

QUÆSTIO VIII.

An Chriſtus in cœna legali Agni Paſchalis jacuerit, vel ſederit, ſeu ſteterit?

58. *Antiquus mos diſcumbendi.* Eſther. 1.

MOs diſcumbendi, ſeu jacendi in lectis cum cibus capiebatur, à Romanis, vel Perſis manavit ad Hebræos. Eſther. 1.n.6. Vbi lectorum diſcubitoriorum mentio eſt in convivio Aſſueri. Nec in lege præcipiebatur, ut agnus ab ſtantibus ederetur: Et ideo Chriſtum non ſtetiſſe, ſed accubuiſſe arbitrantur Pereira Exod. 12. diſp. 7. in fine. Ribeira in lib. de feſtis Hebræorum cap. 3. Suar. de Euchariſt. diſ. 41. ſect. 2. Sor. in 5. d. 12. q. 2. art. 3. Menochius. Fundatur hæc ſententia, quia hic modus dicendi videtur maximè conſentaneus Evangelicæ narrationi. Nam D. Matth. & Lucas *Diſcumbebat cum diſcipulis ſuis.* Veteres cœnaturi in thoris, ſeu lectulis menſalibus diſcumbebant, prono deorſum corpore jacebant, ſurſum verò innixi cubitis quaſi ſedebant juxta menſam.

Pereira. Ribeira. Suarius. Menoch.

59. D. Aug. Euthym. Theoph. Tolet. Salmeir. Maldonat.

Oppoſitam ſententiam tradit auctor. lib. 21. ſententiarum, ſive quæſtionum, quæ D. Auguſt. tribuitur tom. 4. Idem ſentiunt Euthym. Theoph. Toletus, Salmeiron, Maldon. Sa, Fr. Lucas, Cornelius, & alij, qui docent Chriſtum in cœna Paſchali ad comedendum agnum non diſcubuiſſe, ſed ſtetiſſe. Fundatur hæc ſententia, quia Deus præcepit Hebræis ut Agnum ederent viatorum habitu, baculos manibus tenentes, ac feſtinantes tanquam proficiſcentes ex Ægypto in terram promiſſam. Exod. 12.n.11. feſtinantis autem, & baculum tenentis viatorum more, non eſt diſcumbere, ſed ſtare Et hanc ſententiam tradit Philo lib. de ſacrificio Abel, & Caïn *Præceptum eſt,* ait, *tranſeuntibus ab effectu ad virtutum meditationem, accincti lumbos. Paſcha celebrent, expediti ad miniſtrandum, ſtentque recti firmatis pedibus.* Hæc ſecunda ſententia veriſimilior.

Exod. 12. Philo.

60. *Ad fundamentum primæ ſententiæ.*

Ad fundamentum primæ ſententiæ ex proprietate verborum Evangeliſtarum, *Diſcumbebat:* Reſpondetur. Quod olim antiqui ſolebant ad menſam accumbere, ſeu jacere in lectis, inde deducta eſt phraſis, ut modo nos dicamur accumbere menſæ, ſeu in menſa, cum tamen ſedeamus, ac proinde mutatus eſt mos recumbendi verbo retento.

61. Franc. Luc. Titinus.

Secundò Reſpondetur cum Franc. Luca. In quo etiam dicendi modo eſt Titinus. Quod diſcumbere non ſemper neceſſario ſignificat accumbere, ſeu jacere (quamvis hæc ſit germana illius ſignificatio) ſed ita ſignificat ſedere, ut aliquando etiam potuerit ſtare pro opportunitate temporis, ac proinde Chriſtus, Primo ſtans comedit Agnum Paſchalem, quod clarè datur intelligi ex lege Exod. 12.n.11. Ubi feſtinanter viatorum more mandatur comedi, poſtea verò Chriſtus ſedens manducavit cibum communem, prædixit Judæ proditionem. Petri negationem, ſacram Euchariſtiam inſtituit, habuitque altum ſermonem, ac proinde Evangeliſta uſus eſt verbo diſcumbendi, diuturniorem moram reſpiciens, aliud reliquit intelligendum ex ſolemni ritu Paſchatis.

Exod. 12.

QUÆSTIO IX.

Quam magnificatus fuerit vir iſte, qui præſtitit Chriſto cœnaculum ornatum, ac omnia ad cœnam, agitúrque de ornatu templorum?

HErus domûs, ad quem Chriſtus cum ſuis diſcipulis cœnavit, præſtitit cœnaculum magnum ſtratum, menſam multo apparatu ornatam, ita ut agnus appoſitus fuit menſæ in Catino pretioſiſſimo ex ſmaragdo, ut jam ſupra notavi q. 3, n. 26. omniaque liberaliſſimè ſuppeditavit, quæ ad menſam erant neceſſaria, inde in tantum ſublimatus eſt, ut in domo ejus ſacra Euchariſtia inſtitueretur, altiſſima myſteria celebrarentur. Poſtque Reſurrectionem Chriſtus ſacros Apoſtolos viſitaverit, in eóſque Spiritus ſanctus deſcenderit, ibiq; virgo Maria uſque ad finem vitæ permanſerit, ut ſcribit Borchardus c. 7. §. 47. ibique Eccleſia omnium celeberrima extructa ſit. Ut dixi ſupra quæſt. 3. n. 28. Quid ergo mirum quod hic homo tantam gloriam ſit aſſequutus cum magnificè de Chriſti menſa, ejúſque ornatu ſollicitus fuerit? 62.

Qui de ornatu Eccleſiæ agit multis ſublimatur. Borchard.

Eccleſiaſt. 44. n. 1. dicitur. *Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua: homines magni virtute, & prudentia ſua præditi: homines divites in virtute, pulchritudinis ſtudium habentes.* Ad quid tendit hæc laus in viris magnis, præſtantibus, ac divitibus virtute, quod pulchritudinis ſtudium haberent, hoc videtur potius ad fœminas, ac filios hujus ſæculi ſpectare? Valde enim alienum eſt a probo viro de tam ſordido ſtudio agere; eorum enim cura eſt in vili, ac humili habitu degere; Cùr ergo de eis aſtruitur; quod pulchritudinis ſtudium habeant? Non eſt ſermo de pulchritudine comparenda in facie, ſed de pulchritudine impendenda templis, altaribus quo maximè veneratur Dei majeſtas, & qui in hujuſmodi cura ſunt, maximè laudabiles inveniuntur, magniſque donis nobilitantur. Rabbanus ibi, *Pulchritudinis ſtudium habentes,* ait, *ut Moyſes, & Salomon, qui tabernaculum, & templum cum variis vaſibus ædificarunt.* Similiter Carthuſ. *Id eſt,* ait, *diligenter intenti circa ornatum cultus divini, & templi decorem.* 63. Eccleſ. 44.

Maximè laudabiles, qui de ornatu templi agunt. Rabban. Charthuſ.

Ex juſſione Domini mandavit Moyſes populo, ut unuſquiſque offerret aurum, argentum, & æs, hyacintum, & purpuram. Quo audito ait textus, Exod. 35. n. 20. *Obtulerunt mente promptiſſima, atque devota primitias Domino ad faciendū opus tabernaculi teſtimonij.* Chaldæus legit. *Omnis, qui habuit ſpiritum perfectum obtulit primitias,* Pagnin. *Omnis vir, qui elevavit cor ſuum.* Omnes illi, qui habebant cor perfectū, qui elevaverunt cor ſuper ſe, & in quibus extituit tanta perfectio, ac excellētia, dederunt nempe in opus tabernaculi. Proſp. *Dederunt in perfecturam, & ornatum tabernaculi.* Et inde 64.

Exod. 35. Chaldeus. Pagnini. *Extollitur ſupra ſe, qui dat ad templi opus.*

inde omnem perfectionem, ac ſublimitatem ſuper naturæ humanæ terminos ſunt aſſequuti.

65. Zachar. 6. Mandavit Deus Zachariæ Prophetæ 6. n. 10. *Factum eſt verbum Domini ad me dicens: ſume à trangreſſione, ab Holdai, & à Tobia, & ab Idaia. Et ſumes aurum, & argentum, & facies coronas & pones in capite Jeſu Joſedech Sacerdotis magni*, &c. Et poſtea ſubditur n. 14. *Et erunt coronæ Helem, & Tobiæ, & Idaiæ.* Quomodo fieri poteſt, ut corona, quæ fabricatur ſummo Sacerdoti, etiam eſſet corona Helem, Tobiæ, & Idaiæ, cum lege prohibitum eſſet, ut ornamentis, ac veſtibus ſummi Sacerdotis nullus alius uteretur? Reſpondent D. Hieron. D. Remigius, Theodoretus, Lyranus, & alij, quod in illa corona, quæ imponenda eſſet in capite Joſedech Sacerdotis, imprimenda erant nomina illa Helem, Tobiæ, Idaiæ, ſubdit Theodoretus; *Vt inde ipſi gloriam aſſequerentur*. Quod aurum, & argentum ad coronam componendam impenderint, verum eſt, quod corona aurea ſummi Sacerdotis Joſedech, erat; at vero gloria, & honor, quod aurum, & argentum ad illius opificium præſtiterint; ad Helem, Tobiam, & Idaiam ſpectabant. *Vt inde ipſi gloriam aſſequerentur.*

D. Hieron. D. Remig. Theodoret. Lyranus.

Multa gloria illi, qui dat ad ornatum templi.

66. 3. Reg. 10. *Fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem.* 3. Reg. 10. n. 18. mirabili diſpoſitione, ac architectura fabricatum auróque nimis fulvo veſtitum, per ſex gradus erigebatur, duodecim leunculi ſtabant, ſex hinc, ſex illinc. Statim addit textus. *Non eſt factum tale opus in univerſis regnis.* Ibid. n. 20. In univerſa terra, ut explicat ibi Abulenſ. Non fuit tale ſolium. Quomodo hoc fieri potuit, cùm multi alij reges Salomone potentiores fuerint; Regnum enim Iſraël non multum dilatatum erat, in longitudine tantum habebat nonaginta leucas, in latitudine ferè quadraginta leucas. Multi fuerunt reges, qui toto dominarunt in orbe: Alexander Magnus, Julius Cæſar, Auguſtus Cæſar, & alij. Aliique fuerunt reges tam divites, Cræſus, Darius, & plures & alij. Cur ergo nullus ex his tam potentiſſimis regibus non compoſuit, ac erexit thronum excellentiorem, & ad minimum æqualem Salomonis ſolio? Sine dubio divina ordinatione ſic diſpoſitum eſt. Salomon non ſolùm Deo fabricavit templum valdè magnificum auro, argento, omnique ſumptu compoſitum, ac adornatum, ſed etiam miram perfectionem, admirabilémque excellentiam in divino cultu adhibuit, ut nunquam talis fuerit in univerſa terra, tam multitudine vaſorum auri, & argenti, quam numero ſacrarum veſtium ſuper triginta millia, & omnia mirifico ornatu, decore, ac nitore, compoſita, & ordinata, inde alta Dei ſapientia proviſum eſt. Ut Salomoni eſſet thronus tam altus, ac ſublimis, tanta architectura, ac majeſtate fabricatus, ut ei in toto mundo nullus eſſet ſimilis, ac æqualis. *Non eſt factum tale opus in univerſis regnis.*

Abulenſ.

Ex ſingulari Dei cultu, ſingularis honor.

67. Geneſ. 14. Geneſ. 16. Cum Abraham quatuor regum victor reverteretur, Melchiſedech Summo Sacerdoti decimas dedit ex omnibus quæ poſſederat. Gen. 14. n. 20. ſtatim ſubjungit c. 15. n. 1. *His tranſactis factus eſt ſermo Domini ad Abraham per viſionem dicens, noli timere Abraham, ego protector tuus ſum, & merces magna nimis.* Quæ ultima verba dupliciter intelligi poſſunt, ut ſenſus ſit temporalis, vel æternus, ſi temporalis merces, te multitudine, & amplitudine familiæ, ac poſteritatis dilatabo, & cumulatiſſimè tuos labores remunerabor. Si æterna hoc eſt, ego ipſe qui ſum Deus donorum omnium fons, ero præmium, & beatitudo tua objectiva. Cur tamen tam amplis promiſſionibus modo adimpletur Abrahamus? Cum ipſe obtuliſſet Deo primitias, inde in ipſum tanquam à fonte, ac origine omnia bona defluunt, ac dimanant. Chryſoſt. apud Lippom. *poſtquam*, ait, *decimas Melchiſedech obtulit, quando omnia, quæ ex ſe erant, impertivit, tunc his tranſactis factus eſt ſermo Domini ad Abraham. Ego ſum merces tua magna nimis.* Ex donis Deo impenſis cuncta bona in nos derivantur.

Ex donis Deo datis omnia bona in nos defluunt.

D. Chryſ.

68. Multam Cyrus curam applicavit ad ædificandam domum Domini in Jeruſalem. Vt dicitur Eſdiæ lib. 1. c. 6. n. 3. *Cyrus rex decrevit, ut domus Dei ædificaretur, quæ eſt in Jeruſalem.* Et poſtea ſubditur n. 4. *ſumptus autem de domo Regis dabantur*: Quid de hoc Cyro ait Deus per Iſaiam c. 44. n. 28. *Qui dico Cyro paſtor meus es.* Græcè legitur. *Qui dico ſapiens, & cogitans eſto.* Qui templum Dei ædificat verè ſapiens eſt, cogitans, ac cognoſcens, quod bonum, & rectum eſt.

Eſdr. 16. Iſai 44. Græcus.

Sapiens, qui dat ad Dei templum.

CAPUT. V.

Pedum ablutio.

Joan. 13. n. 1. Ante diem feſtum Paſchæ ſciens Jesus, quia venit hora ejus, ut tranſeat ex hoc mundo ad Patrem, cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.

VERSIONES.

Arabicus: Et ante diem feſtum Paſchæ ſciebat Jesus, quia jam veniſſet hora, ut tranſiret de hoc mundo ad Patrem.

Tertull. lib. contra Praxean. c. 23. Ante ſolemnitatem Paſchæ ſciens Jesus.

Syriacus. Sciebat Jeſus veniſſe horam, ut diſcederet ex hoc mundo ad Patrem ſuum: & dilexit ſuos, qui erant in mundo, & uſque in finem dilexit eos.

Euthym. Quod venit hora ipſius.

Arias. Diligens proprios, qui erant in mundo.

D. Cyrill. lib. 9. c. 2. Qui erant in hoc mundo.

Marcus Vigerius Chorda. 7. Summopere dilexit eos.

Alij ex Græco. Perfectiſſimè, ſeu vehementer dilexit eos.

Æthiopicus. In ſempiternum dilexit eos.

Alij ex Hebræo. In victoriam, ſeu contentionem dilexit eos.

EXPOSITIO I.

1. POSTQUAM Dominus Jeſus, ut vidimus ſuperiori cap. cum ſuis Apoſtolis edit Agnum Paſchalem, alióſque etiam cibos, ut multis placet, ſumpſit: alios etiam cibos in illa cæna Paſchali, ſeu legali edere non erat vetitum, ſed potius ſolitum, poſt nempe immolationem Agni, ut dicam expoſitione ſequenti. His ergo, quæ legis veteris erant, abſolutis, antequam ad Sacramentum novæ legis, Sacram nempe Euchariſtiam, inſtituendum accederet, ut magnam puritatem ad illius ſumptionem indicaret: prius lavit ſuorum diſcipulorum pedes hic geſtorum ordo apertè colligitur ex textu Joan. Nam antequam Dominus diſcipulorum pedes ablueret, ait hic Joan. n. 1. *Cœna facta.* Et iterum n. 4. *Surrexit à Cæna*, nempe legali. Et poſtea refert quomodo diſcipulorum pedes laverit; unde Oſiander non eſt audiendus, qui exiſtimat pedes Apoſtolorum ablutos ante cœnam Agni Paſchalis.

Ordo rerum.

Oſiander.

2. *Ante diem feſtum Paſchæ.* Hoc eſt veſpere, pridie quam pateretur: paſſus eſt enim Dominus decima quinta Lunæ, die Sexta hebdomadæ, & conſequenter, quæ hîc deſcribuntur à Joanne facta ſunt feria quinta, decima quarta Lunæ primi menſis anni, qui apud Judæos Martius erat. Nec hoc repugnat, ut dixi ſuperiori capite expoſit. 1. cæteris tribus Evangeliſtis, qui aſſerunt Chriſtum celebraſſe Paſcha; & inſtituiſſe ſacram Euchariſtiam prima die Azymorum. Nam tres Evangeliſtæ veſperam diei 14. qua immolabatur Agnus Paſchalis, & commedebantur Azima cum ipſo agno nectunt cum poſtero mane diei 15. quaſi unum, eundémque diem feſtum (feſta enim Hebræhorum inchoabantur à veſpera pridiana, & durabant ad veſperam poſtridianam, ſicut etiam fit in veſperis officij Eccleſiaſtici) ſic dicitur Levit. 23. n. 5. & 6. de veſpera, ſeu nocte. *Menſe primo quarta decima die menſis ad veſperam Phaſe Domini eſt.* Et de die ſubſequenti adjungitur: *Et quinta decima die menſis hujus, ſolemnitas Azymorum Domini eſt.* Idem habetur Num. 28. n. 19. Hinc dicitur Chriſtum celebraſſe Paſcha, & Euchariſtiam inſtituiſſe prima die azymorum, id eſt die 14. menſis ad veſperam, quia hæc veſpera erat inchoatio feſtivitatis, quæ perdurabat uſque ad ſequentem diem ad illus veſperam.

Evangeliſtarum concordia.
Lev 23.

Num. 28.

3. D. Joannes in præſenti non agit de die feſto more Judæorum, qui incipiebat a prima veſpera diei antecedentis ſed loquitur de die artificiali more gentium, ac Græcorum, in quorum idiomate ſcribebat, ſecundum quem dies incipit à prima luce matutina. Ac proinde ſenſus eſt; antequam eluceſceret dies feſtus Paſchæ, id eſt feria Sexta, Chriſtus Dominus lavit ſuorum diſcipulorum pedes, feria nempe quinta poſt Solis occaſum. De his latè Recentiores Janſenius, Toletus & Maldonat, & alij.

Joannes loquitur de die artificiali.

Janſen.
Tolet.
Maldonar.

4. *Sciens Jeſus*, non quod tunc ſciret, ab æterno jam præviderat; ut notarunt Chryſoſt. Theoph. D. Thom. & dicitur *Sciens.* Vt oſtendatur, quod ipſe neque invitus, neque ignarus pateretur, ut obſervarunt N. D. Cyrill. Chryſoſt. Theodor. Mopſuet. *Hora ejus* quam ipſe cum Deo Patre præſtituerat, ac prædeterminaverat. *Vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem.* Ad aſcenſionem referunt D. Cyrill. Euthym. Tranſitum verò mortem appellari dicunt D. Chryſ. Theoph. Albert. Magn. Hugo, & alij; quæ intelligentia mihi germanior videtur. Et alluditur ad nomen Paſchæ: Paſcha enim idem eſt, quod tranſitus. Tranſitum ergo mortem appellat, quia ab uno termino ad alterum recedebat, manens ſemper eadem perſona, quæ Dei filius erat, *Ex hoc mundo ad Patrem* Termini hujus tranſitus explicantur. *Ex mundo*, ubi ſumma eſt miſeria, *ad Patrem*, ubi ſumma gloria, & beatitudo. *Qui erat in mundo* ait, non de mundo: corpore erant in mundo, mente tamen ſeparati à mundo, ut ait D. Thomas.

D. Chryſ.
Theophyl.
D. Thom.
Cyrill.
Theodor.

D. Cyril.
Euthym.
D. Chryſ.
Theoph.
Albertus.

Hugo.

D. Thom.

Cum dilexiſſet ſuos. Non utitur verbo amandi, ſed diligendi; nam amare dicit amoris affectum ex appetitus impulſu; diligere vero dicit eundem affectum ex rationis Judicio, Vt latius infra dicam: hunc ergo amorem in numeris beneficiis declaravit, ac manifeſtavit illis. *Suos*; Apſtolos nempe, intimos, ac familiares amicos ſuos, quibus mox pedes lavit; in eorumque perſonis omnes fideles intelligens. *In finem dilexit eos.* Seu ut alij legunt, *ſummopere* ſeu *vehementer* dilexit eos. Syriacus, *uſque ad fin.* Vitæ ſcilicet communiter intelligitur, vel uſq; ad finem dilectionis, ita ut major dilectio eſſe non poſſit, ac proinde in fine tam magna, & præclara amoris ſigna erga eos oſtendit, ut majora eſſe non poſſint. De quibus omnibus plura in quæſtionibus.

Syriac.

QUÆSTIO I.

Qare dicitur ante diem feſtum, & non potius ante noctem feſti;

ANtequam ad quæſtionem accedamus notandum eſt. Quod non dicitur, in ipſo die feſti, ſed ante diem feſtum, hæc quæ hic narrantur, voluit Chriſtus exhibere ante diem, ut ex hoc magnum haberemus documentum, non eſſe nempe in diem mortis differenda, quæ præſtare ante illud tempus poſſumus. Quod notavit Marcus Viguerius Chorda 7. cap. 18. *Hæc omnia*, ait, *ante diem feſtum Paſchæ facta ſunt, non in die Paſchæ. Vt diſceremus non differre ad diem mortis, quæ viventes, ſcientes & prudentes facere nos convenit.* Maximè ab hac mente ſunt alieni, qui ea, quæ ad ſalutem æternam ſpectant, pœnitentiam nempe, ac animi negotia, ad ultimam remittunt horam. Vide ſupra cap. 2. q. 2. 6.

Viguerius.
Quæ ſalutis ſunt, non remittenda ad mortis tempus.

Quæſtio tamen eſt: quare cum hæc Dominica cœna nocte celebrata fuerit; unde de Juda ait D. Joan. hoc c. 13. n. 30. *Exivit continuo, erat enim nox.* Et Apoſtolus Paulus 1 Cor. 11. n. 23. *Dominus, Jeſu, in qua nocte tradebatur.* Cur ergo Evangeliſta non ait, ante noctem feſti, ſeu in ipſa feſti nocte, ſed ante diem feſtum, cur potius diem, quam noctem comemorat? 7.

Joan 13.
1. Cor 11
Ratio difficultatis.

Reſpondeo. Sublimis Evangelica Aquila agebat in præſenti de ſummo, ac ferventi Chriſti amore, cujus præclariſſimi, ac fulgentiſſimi radij, ſic tempus ilud, in quo ejus eximia magnitudo demonſtrabatur, illuminarunt, ut non tanquam nox ſed ut lucidus, ac clarus dies haberetur, ſplendor divini amoris tenebras fugavit, & noctem ſic illuminavit, ut non jam nox, ſed perlucidus dies diceretur. 8.

Chriſti amor noctem illuminavit in diem.

Apparens Deus Abrahamo mandat illi, ut filium ſuum unigenitum Iſaac ei ſacrificaret. Geneſ. 22. num. 3. ſubdit textus: *Igitur Abrahamus de* 9.

Geneſ. 22.

nocte

Septuag. Arias. Lyranus. Abulenſ. Pereira. *noƈte conſurgens, ſtravit aſinum ſuum*, & Septuaginta legunt. *Surgens mane Abraham*. Arias Montan. *Manicavit Abraham* Magna ſanè difficultas. Quomodonam poteſt cohærere tanta lectionum varietas. De qua agunt Lyran. Abul. Pererius, & alij. Si nox erat, ut habet noſtra vulgata, quomodo ſeptuaginta mane transferunt? Dicam in ſenſu morali. Eximius Abrahæ amor, fervidáque ejus charitas præſtitit, quod quamvis ipſe noƈte conſurgeret, ad offerendum in holocauſtum filium ſuum Iſaac; ut nox illa, non nox, ſed tanquam ſplendidus, ac fulgens dies reputaretur, ſic Chriſtus Dominus in hac ſua ſanƈtiſſima cœna vehementiſſima charitate ſacram Euchariſtiam inſtituendo ſe æterno Patri in ſacrificium offerebat, ſéque in manibus inimicorum tradebat, ut holocauſtum in ara crucis fieret, ut inde jam nox illa, non nox, ſed dies diƈta eſſet.

Vi amoris nox tanquam dies computatur.

10. Tob. 2. Sanƈtus ſenex Tobias *Mediis noƈtibus ſepeliebat ea*, (ſcilicet cadavera,) Contingit autem, ut quadam die fatigatus à ſepultura, veniens in domum ſuam, jaƈtaſſet ſe juxta parietem, & obdormiſſet, &c. Tob. 2. n. 8. & 6. ſi noƈt. ſepeliebat cadavera, quomodo dicitur, quod dies erat quando fatigatus exiſtebat? Ardens illius charitas, eximiúſque ejus amor in cauſa erat, quod quamvis Tobias noƈte corpora defunƈtorum ſepulturæ mandaſſet, nox illa non tanquam tenebroſa nox æſtimaretur, ſed veluti prælucidus, ac fulgens dies haberetur, eximiæque illius charitatis opera tenebras commutarunt in lucem. Vide infrà cap. 6. d. 17. ad finem.

Charitas noƈtem vertit in diem.

QUÆSTIO II.

Quare tempus Paſcale eligitur ad Chriſti mortem?

11. D. Chriſ. VOX Paſcha ſignificat tranſitum, ſeu tranſultum, ut latius explicavi c. 2. expoſit. 1. n. 4. Hicque dies elegitur ad Domini tranſitum, ſicut enim ipſo die populus Domini tranſivit ex Ægypto ad terram Promiſſionis. ſic etiam & ipſe dies deſignatur ad Chriſti tranſitum ex hoc mundo ad Patrem, Erátque hic dies inter cætera anni tempora valde feſtivus, & celeberrimus, Ait Chyſoſt. homil. 80 in Matth. *Vt oſtendat id. quod agebatur myſterium eſſe maximum, ac diem feſtum, atque ſolemnitatem, quæ ad ſalutem orbis celebraretur.*

12. D. Leo Secundò: D. Leo ſerm. 7 de Paſſione. *Divino*, ait, *intelligimus diſpoſitum fuiſſe conſilio, ut ſacrilegi Iudæorum principes, qui ſæviendi in Chriſtum occaſiones ſæpe quæſierunt, non niſi in ſolemnitate Paſchali, exercendi furoris ſui acciperent poteſtatem. Opportebat enim ut manifeſto implerentur effeƈtu, quæ diu figurato fuerant promiſſa myſterio, ut ovem ſignificativam ovis vera removeret.* Cur tempus Paſchale aſſumitur, ut diviniſſimus Agnus immoletur? Tempus Paſchale, inter cætera anni tempora maximè publicum, & notorium, in ipſo enim feſto confluebant omnes homines in Jeruſalem, ideo hoc tempus aſſumitur ad Agni ſacrificium, ut ipſa mors ignominioſa maximè publica, ac patens eſſet, vel etiam ut ipſa mors filij Dei, quæ per tot ſæcula ſub umbris Agni Paſchalis latuerat, jam manifeſto; ac perſpicuo affeƈtu prodiret in lucem, & mors ipſa, quæ tot ſæculis latuerit, ſub figuris, ubi tempus advenit patenti, ac notorio effeƈtu exivit in publicū.

Myſteria mortis Chriſti, quæ olim fuerant abſcondita, tunc fiant manifeſta.

13. 3. Reg 7. Apoc 4. Carthuſ. Salomon in templo 3. Reg. n. 22. *Fecit mare fuſile*, ſeu æneum, hoc mare æneum credit Carthuſianus idem eſſe, ac illud Apoc. 4. n. 6. *In conſpeƈtu ſedis tanquam mare vitreum.* Cur tamen mare ad idem pertinens in Salomonis templo æneum erat; in Apocalypſi verò vitreum oſtenditur? Hoc mare vitreum erat ante thronum, in quo ſedebat Chriſtus Dominus ſub figura Agni occiſi, ut patet ex his, quæ inferius dicentur, & in Apocalipſi notant expoſitores. Non ergo mirum ſi tam diverſum appareat mare in utroque caſu? Quæ enim ære clauduntur, occulta manent, quæ in vitro ſunt, manifeſta apparent Chriſti Domini Sacramenta, quæ antiquitus ſub figuris, ſubque obſcuritate maris ænei occultabantur, jam nunc Chriſti Domini præſentia tanquam in lucida vitri perſpicuitate apparent; & quæ olim ſub umbris occultabantur, jam nunc valdè perſpicua oculis ſunt prævia. Rupertus lib. in Apocalypſ. *Pulchrè dicitur*, ait, *hoc mare vitreum, quia ſicut in vitro, quod continetur tranſlucet ſic noſtro Evangelij Sacramento nihil occultum eſt; ſed quod primo in figura gerebatur, nunc in re geritur, & totum manifeſtum eſt.* Rupertus.

14. Hugo. Tertiò. Cardinalis Hugo. *Ordinavit*, ait, *mori in die feſto Paſcha, ut oſtenderet paſſionem ſuam eſſe noſtrum gaudium, & redemptionem.* Morte Domini liberati ſumus à ſervitute dæmonis; quod præfiguratum fuerat in ipſo feſto Paſchæ, in quo Iſraëlitæ exierunt à Pharaonis jugo. Quartò, ait idem. *In feſto moritur, ut magis haberetur in ſpeƈtaculo, & ludibrio, & hoc in Jeruſalem metropoli, umbilico terræ & pro feſto ad quod omnes convenerant.* Et ideo ex omnibus Judæorum feſtis ad ſuam mortem elegit diem Paſchæ, ut maximè publicum, & cunƈtorum oculis prævium, ut notat Tertull. lib. 4. contra Marc cap. 40. feſta Judæorum multa erant, & commemorantur Levit. 23 E quibus tria erant ſcilicet Paſcha Pentecoſtes, ac Tabernaculorū, in quibus omnes viri tenebantur comparere Jeroſolymis. At in feſto Paſchatis viri, & mulieres ſimul aſtringebantur Jeroſolymis convenire, ut docent Jacobus Pamelius ad citatum locum Tertull. doƈt. Balthazar Paës in Cantic Moyſi Exod. verſ. 1. à n. 5. & cum dies paſchatis eſſet tam patens, & manifeſtus cunƈtis viris, & mulieribus, ideo ad ſuam mortem deſtinavit illum Dominus.

Levit 23. *Mors Chriſti maxime publica, & patens.* Tertull. Pamelius.

15. Quintò, dies feſtus deſignatur ad Chriſti mortem, dies qua Dominus patitur, læta, ac feſta paſcalis eſt Chriſto, Ait ipſe diſcipulis ſuis. *Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet, & filius hominis tradetur, ut crucifigatur.* Matth. 29 n. 2. Magno myſterio mors Domini ad diem paſchæ adjicitur, & non dixit quod erit paſcha tantum nomine, ſed quod re ipſa fiet, cum ipſe in ara crucis pro omnium ſalute immolatur, & ideo dixit: *Paſcha fiet & filius hominis tradetur, ut crucifigatur.* Tunc enim ipſa paſcha ei fit, cum ipſe traditur ad mortem. D. Chryſoſt. homil. 80. *Non dixit*, ait, *quia poſt duos dies traditur, ſed quia poſt duos dies Paſcha fit, & nunc adjecit, & filius hominis tradetur, ut crucifigatur.*

Matth. 26. *Dies mortis dies feſtus Chriſti.* D. Chryſ.

16. Cognatis ſuis quærentibus à Chriſto an ipſe vellet aſcendere in Jeruſalem ad feſtum Scenopegiæ. Reſpondet Chriſtus. *Vos aſcendite ad diem feſtum hunc, ego autem non aſcendo ad diem feſtum iſtum: quia meum tempus nondum impletum eſt.* Joan. 7.

Joan. 7.

Joan.7.n.8. Et poſtea ſubdit Evangeliſta, quod cum aſcenderint fratres ejus; tunc & ipſe aſcendit ad diem feſtum, Quomodo hæc poſſunt cohærere, quod dicat Chriſtus. *Non aſcendo ad diem feſtum iſtum*, cum poſtea aſcenderit; rectè ait: *Non aſcendo ad diem feſtum iſtum.* Nam quamvis in hominum opinione ille dies eſſet feſtus, tamen ipſi Chriſto non erat feſtus, quando ipſe non aſcenderet, ut cruci affixus vitam pro hominibus profunderet, hunc tantum diem ſimpliciter ipſe computabat ut feſtum, ac proinde cum non aſcenderet, ut manibus inimicorum ſuorum traderetur, non erat illi tanquam feſtus. Poſtea verò aſcendit, non ut ad diem feſtum, ſed ut cum Judæis diſputaret ſcripturas docens eos. D. Auguſt. q.78. novi teſtamenti. *Aſcendit*, ait, *non quaſi ad diem feſtum, ſed quaſi ad litem: Is enim illi fuit dies feſtus, quo paſſione ſua redemit mundum. Hic dies feſtus ejus, in quo vicit mortem.*

Ubi mors, ibi dies feſtus Domini.

D. Auguſt.

17. Poſtquam Chriſtus D. diviniſſimum illud Euchariſtiæ ferculum inſtituit, ſuis dixit Apoſtolis. *Quotieſcumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis.* 1.Cor.11. n.29. Cur potius Paulus memorat mortem, quàm Reſurrectionem, & Aſcenſionem Domini utpote glorioſiſſima, ac præclariſſima ejus trophæa omni pompa, ac feſtivo apparatu celebrata, ſed tantum ignominioſam mortem dicit; Ipſa ignominioſa mors amanti Domino glorioſior, ac celebrior omni alia feſtivitate. Petr. Cluni. Epiſt. contra Petrum Bruſianum. *Quare*, ait, *mortem Domini? Quare non ſimiliter dixiſti, ô Apoſtole, Incarnationem Domini, Nativitatem, vel quod majus videretur, reſurrectionem Domini Aſcenſionem Domini, quod dixiſti mortem Domini; Quare illa, quæ glorioſa videntur, dimiſiſti, & quod erat ignominioſius elegiſti? ut oſtenderem, inquit, iſtud opus ejus.* Plura infra dicam in quæſtionibus, quæ hic adaptari poſſunt.

1. Cor. 11.

Mors Chriſti omni alia feſtivitate glorioſior.

Petr. Cluni.

QUÆSTIO III.

Quare Evangeliſta in præſenti caſu Chriſti ſcientiam commemorat.

18. AIT Evangeliſta de Chriſto D. *Sciens quia venit hora ejus, ut tranſeat ex hoc mundo ad Patrem.* Exprimit mortis præſcientiam, ut intelligamus mortem amoris, ac voluntatis fuiſſe, non ignorantiæ, aut neceſſitatis, ſpontéque, non coactum ſe ad crucem veniſſe. Juxta illud Iſai. 53.n.7. *Oblatus eſt, quia ipſe voluit.* D. Cyrill. lib.8. in Joan.c.2. *Non ignoramus*, ait, *non parvo fuiſſe ſtudio Evangeliſtis omnibus oſtendere paſſionis tempus à Domino fuiſſe præcognitum, ne quis hæreticorum inſurgat dicens, infirmitate ſua traditum, & Judæorum laqueis irretitum, crucis patibulum non ſponte ſuſtinuiſſe.* Cum Iſaac pergeret cum parente ſuo Abrahamo ad ſacrificium, deferebant ipſi ſimul ignem, & ligna. Dixitque Iſaac parenti ſuo *Ecce ignis, & ligna, ubi eſt victima holocauſti.* Geneſ.22.n.7. Cur non ait etiam, ubi eſt cultrum? Cultrum mortem violentam, ac violentia illatam denotat, & cum ipſe præfiguraret Chriſti mortem, non potuit in ea aliquid intervenire, quod violentiam innueret, ac denotaret, cum ipſe ſummo cum gaudio vitam daret. Vide lib. 8, cap.1. q.3. per tot.

Iſai 53.

Chriſtus ſpontè mortem ſubit.

Geneſ.22.

Secundò. Ut divini amoris divitiæ manifeſtarentur, ait Evangeliſta, *Sciens Jeſus, quia venit hora ejus.* Hora inquam, in qua ſuorum crudeliſſimorum hoſtium malitia erat completa, atque odium, furor, doli, atque inſidiæ ad cumulum pervenerant, & ad exitum perducebantur, ut atrociſſimam mortem ei pararent, cum hæc omnia in ipſomet articulo temporis ſciret; ſuos intimè, ac ſummè dilexit, totúſque in ſuorum diſcipulorum obſequium ſe effudit, pedes lavando, ſacrámque Euchariſtiam inſtituendo. Et ad hoc tendit Paulus 1.Cor.11.n.23. *Dominus Jeſus in qua nocte tradebatur, accepit panem*, &c. 19.

Summa bonitas divina intuens ſuorum inimicorum odia, eis largitur magna beneficia.

Docet D. Bernard. quod Beati mutuò ſe diligunt, quia corda, ac voluntates ſuas intuentur; at homines ideo ſe diligunt, quia eorum amor eſt abſconditus, & occultatus; cur tamen homines ſua corda non intuentur; Optimè ſanè ſic diſpoſitum eſt ne in eis omnino amor periret: dum quilibet inſpiceret malum affectum, malamque voluntatem, qua ab altero proſequitur? hoc tamen fuit valdè peculiare unigenito filio Dei, qui cum videret carnifices, ac malas hominum voluntates erga ſe, eos tamen intimè, ac vehementer dilexit. 20

D. Bernard.

Beati diligunt ſe, quia ſuas voluntates intuentur.

Ait Chriſtus D. Joan.5.n.19. *Filius non poteſt à ſe facere quidquam, niſi quod viderit Patrem facientem, quæcumque enim ille fecerit, hæc & filius ſimiliter facit.* Cum filius ſit imago Patris à paterna bonitate non poteſt deflectere, in quonam apparet ſumma æterni Parentis bonitas? In eo ſanè, quod cum intueretur hominum peccata, atque offenſas, in ſummum excreviſſe ut juſtiſſimè ſodomiticos ignes, ac aquas diluvii effundendas promereretur, ipſe eis ſupremum conceſſit beneficium, dans eis unigenitum filium ſuum. *Ubi abundavit delictum, ſuperabundavit gratia.* Rom.5. num.20. *Ubi venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum.* Ad Galat.4.n. Miſit filium ſuum infeſtiſſimis inimicis opportunè benefaciens, ita & filius. *Non poteſt à ſe facere quidquam, niſi quod viderit Patrem facientem.* Filius, ut ait Tertulianus citandus, ebibit parentis ſpiritum cum tota patientia. Cum Chriſtus Dominus ſuorum inimicorum acerbiſſimum odium ad extremum furorem erupiſſe conſpexiſſet, ſeque à diſcipulo ſuo ad necem venditum, à Judæis mortem machinatam, à Pontificibus, ac principibus tanquam reum divinæ læſæ majeſtatis, ut reum accuſatum, cúmque jam inſpexiſſet ipſum temporis articulum, ac horam, non in ipſos inimicos fulgura, ac ignes conjecit, ſed eis intimè ſui amoris pignus, ſummúmque omnium beneficium in ipſo temporis puncto eis confert, divinum ſcilicet Euchariſtiæ Sacramentum? in quo non ad horam, ſed ad finem uſque ſæculi eis ſeſe manducandum apponit, commutans eis amaritudinem fellis in miram divini epuli ſuavitatem & opprobria propria, ac injurias in ſupremum honorem, ac dignitatem hominibus conceſſum. Tertulian. lib.de patientia, cap.3. de Chriſto Domino ſic loquitur. *Ad ſolita ſcilicet*, ait, *veniam offenſo patientiæ eruditus, non contendit, non reclamavit; neque enim mentitus fuerat propheta, imò ipſius Dei conteſtatio ſpiritum ſuum in filio cum tota patientia collocantis.* 21.

Joan. 5.

Rom. 5. Galat. 4.

Filius imago Patris videns inimicorum odia eis largitur magna dona.

Tertull.

Magnum de Davidis ſanctitate dat Deus teſtimonium dicens. *Inveni David filium Ieſſe, virum ſecundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.* Actor. 13. num. 22. Cur inter cæteros virtutum 22.

Act. 13.

virtutum Magnates tantum teſtimonium datur de Davide, quod cor ejus fuerit inventum ſecundum cor Dei, de nullo alio hoc legitur in veteri teſtamento. Cur hoc potius non affirmatur de Abel, qui fuit primus innocens, primuſque Martyr; ſeu cur hoc non dicitur de Moyſe, qui fuit omnium mitiſſimus? Seu de Abrahamo, qui maximè fide eminuit, vel cur non potius de Iſaac, ac Joſeph, qui caſtitate reſplenduerunt; Seu de Jacob qui multis laboribus probatus eſt; Sed tantum de Davide hoc profertur elogium, quod fuerit vir ſecundum cor Dei? Recole hiſtoriam, quod cum ferus animus Saül tribus millibus electis viris fortiſſimis inveſtigaret Davidem, ut crudeli morte ipſum interficeret, caſu intravit, in quandam ſpeluncam, in qua David cum ſuis militibus ſe abſconderat, ubi facili negotio Saulem occidere poterat, & ad hoc forte in animo ejus magnæ volverentur faces, ne oblatam occaſionem labi ſineret, ad hocque maximè provocaretur à ſuis militibus latrantibus. Tamen. *Confregit David viros ſuos ſermonibus, & non permiſit eos, ut conſurgerent in Saülem* 1. Reg. 14. n. 8. Ecce in quo David divinū cor delineavit, nam cum cerneret inimicum ſuum, eum quærentem ad mortem, ipſumque in manibus ſuis teneret, ut facillimè eum perimere poſſet, tamen non ſolum ipſum non occidit, ſed etiam magno beneficio cumulavit, ut non permitteret, quod aliquod ei damnum inferretur à ſuis militibus ſed ipſum integrum, ac illæſum cuſtodivit, in quo non hominis, ſed Dei cordis effigies exprimitur, ac probatur. Divus Gregorius Nyſſenus tract. 2. in Pſalm. ad titulum Pſal. 57. *Ne diſperdas David*, ſic ait: *qui multa mala perpetiebatur ab inimico, cui nullam mali inferendi occaſionem dederat, imò ab eo, in quem multa & inſignia beneficia contulerat, quando omnem licebat iram in cædem ſui perſecutoris exſaturare, neque ipſe manus ei attulit, & ei qui ad cædem feſtinabat, illud*, ne diſperdas: dixit. *Deo digna vox, quæ hominis interitum vitat*, Expende hæc ultima verba. *Deo digna vox, quæ hominis interitum vetat.*

1. Reg. 14.

David Dei cor adūbratdum inimico mortem machinanti dat vitam.

D. Nyſſen.

Quæstio IV.

Quare Evangeliſta tripliciter facit mentionem de Chriſti ſcientia?

13. TRipliciter Evangeliſta de Chriſto Domino teſtatur: *Sciens*? tripliciterque ejus præſcientiam commemorat. Primò de morte ejus. *Sciens Jeſus quia venit hora ejus.* Secundò de omnipotentia. *Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus.* Tertiò de ſua divinitate. *Sciens, quia à Deo exivit.* Cum ait Evangeliſta, à Deo exivit, *Sciens* etiam ſub intelligitur, ut notavit Albert. Magnus cum aliis. At inter objecta tam ſublimia, & imminentia. Primo loco præſcientiam de morte affingit. *Sciens Jeſus, quia venit hora ejus.* Cur non primo ſcientiam de divinitate, ac omnipotentia apponit, antequam de morte ageret.

Ratio dubitandi.

Alb. Magn.

14. Reſpondeo ad quæſtionem. In tanta æſtimatione erat Chriſto Domino mors ejus, ac pro hominibus vitæ profuſio, ut inter tam ſublimes cognitiones ſuæ divinitatis, ac omnipotentiæ id quod magis ante oculos obverſabatur, mors & paſſio erat, ideóque mors præfertur, primumque ipſa occupat locum. Chriſtus Dominus dicitur *Primogenitus mortuorum, Princeps regum terræ.* Apoc. 1. n. 5. Cur potius non ait primo Princeps regum terræ, deinde primogenitus mortuorum, rectum ſervavit ordinem juxta Chriſti Domini Beneplacitum, cui in majori pretio extitit mors quàm principatus omnium regum terræ.

Inter omnes ſuas ſublimitates Chriſtus in magno pretio habet mortem.

Apoc. 1.

15. De mundi fabrica loquens ſcriptura, referens diem creationis lucis ait: *Factum eſt veſpere, & mane dies unus.* Geneſ. 1. n. 5. Ad quid talis ſcribendi methodus tendit ut prius de veſpere, quàm de mane fiat mentio? rectus computandi modus debet eſſe conformis rei naturæ; ergo prius mane erat exprimendum, proindéque dicendum videbatur, factum eſt mane, & veſpere dies unus, At verò vice verſa diei partes referuntur. In quo ordine multa myſteria ſancti Patres recognoſcunt; in die naturali mane indicat ortum ſolis, veſpere verò illius occaſum. Rupertus lib. 1. in Geneſ. cap. 20. ait: quod dies ille Chriſtum Dominum qui eſt vera lux, præfigurabat. Mane denotabat æterni verbi Incarnationem, in qua Divinitas hypoſtaticè unita eſt humanitati: innuebatque etiam ejus nativitatem, & mirabilia opera. At verò veſpere ſacratiſſimam illius mortem deſignabat, quæ totius ejus vitæ extitit veſpera, in qua vetus ſol juſtitiæ occubuit, ideò dictum eſt, *factum eſt veſpere, & mane*, priúſque veſpera, quam mane apponitur; nam inter ſupremum apicem ſuorum magnalium, ſuæque divinitatis, ac miraculorum, quod ei erat majori pretio, magiſque ante oculos obverſabatur, mors ipſa erat, vitámque pro hominibus profundere, invertatur rectus narrandi ordo; mortis veſpera præeminentiam vindicet, primóque conſtituatur in orbis Catalogo, mane verò omnium magnalium ſecundo ſcribatur in loco. Hamerus in Geneſ. *Ut Moyſes*, ait, *primas dici partes reddat, finem prius commemorat, terminus enim vitæ primas habet.*

Geneſ. 1.

Rupert.

Mors Chriſti anteponitur omni ejus dignitati.

Hamerus.

Introduxit D. Zeno lib. 3. ſerm. 9. æternam ſapientiam loquentem. *Vadam ad montem Myrrhæ, & ad collem thuris.* Cant. 4. n. 6. Septuaginta legunt. *Ibo mihi ad montem Myrrhæ* Mons Myrrhæ, Mons Calvariæ eſt. Ubi vitam pro noſtra ſalute exhalavit. Et ait. *Ibo mihi* ſalutem noſtram commodum ſuum reputat. Cur prius non ait Ibo ad collem thuris, & deinde ad montem Myrrhæ. Sed prius commemorat montem Myrrhæ, deinde ſecundo loco apponit collem thuris; D. Greg. Nyſſenus homil. 7. in Cantic. Per montem Myrrhæ intelligit mortificationem mortis, & per collem thuris ſublimitatem divinitatis, thus enim Deo offertur. Prius ergo commemorat ea, quæ ad mortem ſpectabant, utpote ſibi multum chariora, quàm ea, quæ divinitatis erant. Et cùm loquitur de morte ſua, ait: vadam ad montem Myrrhæ. Subtiliter quærit citatus D. Zeno, ex quonam loco diſcedens. Reſpondet citato loco. *Ab æterna ſede profectus.* A ſinu Patris exiens, ait quod aſcendet: in tanta æſtimatione, ac pretio erat ei mors, vitámque pro hominibus dare, quod exiens è gloriæ throno, & tendens ad mortem, ac illius dura tormenta, videbatur ei aſcendere ad eminentiorémque quodammodo locum ire. Vide tom. 4. cap. 42. n. 17. 18. & 19.

Cant. 4. Septuag.

D. Nyſſen.

Mortem ut rem valdè ſublimem appendit. Chriſtus

D. Zeno.

Quæstio

QUÆSTIO V.

Quare tempus mortis Chriſti dicitur hora ejus.

AIt Evangeliſta. *Sciens Jeſus, quia venit hora ejus*: hora ejus id eſt articulus temporis mortis ejus, quem ipſe cum Patre ab æterno prædefiniverat; & frequenter mors Chriſti dicitur hora ejus: ſic dicitur Joan. 7. num. 30. Joan. 7. *Nemo miſit in illum manum, quia nondum venerat hora ejus.* Idémque ſimiliter habetur Joan. 8. n. 20. Joan. 8. & aliis locis.

28. Salmeir. Hora ergo ſua dicitur illa, in qua pro nobis vitam erat daturus. Salmeiron. tom. 6. tract. 5. *Perpende, ait, quam diverſa ſint hominum, ac Dei judicia. Nemo enim noſtrum horam vocaret ſuam, in qua ſibi vita eripienda eſſet: Chriſtus tamen ob illuſtrandam Dei gloriam, & electos ab æterna damnatione liberandos, horam ſuam vocat.* Et poſt pauca ſubdit: *Erat poſtrema hora ejus: quia præfixa ſibi à Patre, & à ſe ipſo decreta, & in figuris veteris teſtamenti ad opus redemptionis deſignata: ſicut vocamus horam noſtram illam, in qua aliquid dicturos, vel acturos nos promiſimus.* *Horam vocat ſuam in qua patitur.* Hora ſua ergo dicitur, quia in ea pro nobis vitam dedit, verbúmque ſuum promiſſum in veteri teſtamento adimplevit. Ait Chriſtus Dominus de Abrahamo Joan. 8. n. 56. Joan. 8. *Abraham Pater veſter exultavit, ut videret diem meum.* Quinam eſt iſte dies, quem Chriſtus ſuum vocat, eſtne dies Incarnationis, quando humanitas unita eſt divinitati, vel quando ipſe natus apparuit, & adoratus eſt à paſtoribus, ac Magis? Vel quando in Jordane, voce paterna declaratus eſt filius ejus. *Hic eſt filius meus dilectus.* Vel quando in Thabor apparuit in gloria? vel quando in ultima die veniet cum majeſtate in nubibus cœli ad judicandum? *Chriſtus diem noſtræ redemptionis ſuum vocat.* Minimè. Sed diem ſuum vocat diem ſuæ mortis & paſſionis, quia inter omnes ſuas glorias hunc diem reputavit ſuum, in quo nos à peccato, ac dæmonis ſervitute liberavit. D. Proſper. D. Proſper, part. 1. de Prædict. c. 17. *Abraham concupivit videre diem meũ; diem ſcilicet paſſionis filii Dei in ſuo filio figuratum vidit Abraham.* Et additur in textu & gaviſus eſt. Euthym. Euthym. *Gaviſus eſt Abraham propter ſalutẽ generis humani.* Alios Patres retuli tom. 4. c. 17. q. 18. n. 120.

29. Secundò. Horam ſuam dicit, in qua pro ſuis mortem & paſſionem ſuſtinet, eiſque mirificè benefecit magno inſtituto Euchariſtiæ Sacramento: è contra verò mundani tempus ſuum vocant, in quo deliciis indulgent, & bona ex aliis ablata ſibi comparant. Tertiò ait Evangeliſta. *Sciens Jeſus, quia venit hora ejus.* Prænoſcit *Hora mortis prævenienda.* Dominus horam ſuam futuram ſequenti die, & tamen pro noſtro documento, non quod ſibi neceſſarium eſſet, ad illam ſe prævenit; quanto magis ô homo tu debes ad illam te prævenire, ac præparare, cùm penitus ignores, an tuæ mortis hora futura ſit hodie in hoc puncto, ac momento. Vide quæ dicam ſequenti quæſtione de tranſitu Chriſti ad Patrem, cùm tu tranſeas ad judicem.

30. *Paſtor in temtatione vigiles.* Quartò. Horam ſuam illam dicit, in qua maximè invigilabat ſupra ſuum gregem, in illa enim hora Satanas valdè diſcipulos ejus erat oppugnaturus. *Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret, ſicut triticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.* Luc. 22. n. 31. Luc. 22. Quando enim magis urget periculum ſubditorum, tunc tempus, & hora eſt, ut paſtor majores excubias habeat ſuper oves ſuas. Quintò. Tempus mortis dicitur hora ejus, & hanc dicit Dominus Judæorum horam. *Hæc eſt hora veſtra.* Vide lib. 8. c. 4. q. 15. n. 122. 123.

31. *Amore abbreviatur tempus.* Sextò. Totum acerbiſſimæ paſſionis ſuæ tempus amoris ut brevis hora ei apparebat. Judæis in horto, ait Chriſtus, *Hæc eſt hora veſtra.* Luc. 22. n. 53. Luc. 22. Dies enim, quæ malis hominibus ex ſæviendi affectu hora eſt: hæc una dies Chriſto ex affectu patiendi eſt. Suis Apoſtolis ait, Chriſtus Dominus: *In ſynagogis ſuis flagellabunt vos: ad reges, & præſides ducemini propter me, &c. Dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini.* Matth. 10. n. 17. Matth. 10. Quomodo tot dies anni, ac tempora in carceribus, in plagis, & flagellis una hora dicuntur. Amore longa temporum ſpatia abbreviantur, tanquam in compendium unius horæ rediguntur.

32. De Chriſto D. ait Paulus, quod ipſe mortuus eſt. *Ut gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem.* Ad Hebr. 2. n. 9. Ad Hebr. 2. Maximè ponderandum quod vaſtiſſimum mare tot tormentorum, fellis, flagellorum, alaparum, ſpinarum, injuriarum crucis, ac mortis non potum dicit, ſed tantùm guſtum, *Tormentorum ſeges brevis guſtus.* potius majus tempus requirit, quàm guſtus, illa ampla tormentorum congeries, amanti Jeſu, ſic momentanea viſa eſt, ut levis ac brevis guſtus ei videretur. D. Anſelm. D. Anſelm. *Dico, ait, quia minoratus eſt, & hoc ideo, ut guſtaret mortem, id eſt horariam, & non longuam, & quaſi aliquid guſtando tranſiret pro hominibus.*

33. Origen. D. Auguſt. Theodor. De Chriſto Redemptore, ut interpretantur Origenes hom. 8. & 9. in libros Judic. D. Auguſt. ſerm. 108. de Tempore, Theodoret. q. 14. & 15. in lib. Judic. loquens Iſaias c. 9. n. 4. ait. Iſai. 9. *Sceptrum exactoris ejus ſuperaſti, ſicut in die Madian.* Interlin. Quæ ultima verba: *Sicut in die Madian*: legit Interlinealis *ſine ſanguine.* *Amor magnam ſanguinis copiam parum reputat.* Quomodo tamen dicitur quod Dominus ſuperaverit imperium Diaboli paſſione ſua ſine ſanguine, cùm in ipſa paſſione totum ſuum ſanguinem uſque ad ultimam guttam profuderit? Verum eſt quod Chriſtus Dominus in paſſione ſua totum ſuum ſanguinem largè emiſerit, at comparatione facta ad ſuum vehemens deſiderium, tam larga illius profuſio, veluti parva, ac nulla videbatur. Rich. Vict. Huc advoco id, quod dixit Richard. Victor. tract. de gradibus charitatis. *Vide, ait, quomodo eſt inſuperabilis charitas omnia ſuperans, ita inſatiabilis omnia vorans, ut ex copia pariat inopiam.*

34. Joan. 17. Ait Chriſtus Dominus ad Patrem Joan. 17. n. 6. *Pater manifeſtavi nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de mundo: tui erant, & mihi eos dediſti.* Et ſæpè in ipſo capite reperit homines ſibi fuiſſe datos, cùm potius dicturus videretur, quos mea Ricard. morte paſſione ac multis cruciatibus emi, ac ingens Chriſti amor genus humanum magno pretio ſibi comparatum veluti tanquam munus gratis acceptum reputabat. Richard. Victor. p. 2. in Cant. c. 10. *Ita tunc, ait, de ipſorum redemptione exultat, ut non reputaret magnum id quod pro eis obtulit, ſed videatur eos, quos accepit, datos ſibi potius in munere, quàm emptos pretio ſui ſanguinis, & compenſatione.* Vide lib. cap. 18. q. 3. n. 18.

QUÆSTIO

QUÆSTIO VI.

Quare mors Chriſti dicitur tranſitus?

35 Aug. AIT Evangeliſta, ut tranſeat ex hoc mundo ad Patrem. Pro quo ſapienter notat D.Aug. tract. 55. in Joan. *Ecce tranſitus*, ait, *unde, & a quo? De hoc ſcilicet mundo ad Patrem, ſpes membris in capite data eſt, quod eſſet illum tranſeuntem ſine dubio ſecutura. Quid ergo infideles, & ab hoc alieni? Nonne & ipſi tranſeunt, quia non permanent? Tranſeunt plane & ipſi, ſed aliud eſt tranſire de mundo, aliud eſt tranſire cum mundo; aliud eſt tranſire ad Patrem aliud eſt tranſire ad hoſtem.* Cõmune habent omnes homines cum Jeſu quod tranſeunt; ſed qui Jeſu adhærent, & è mundo tranſeunt, mundum nempè à ſe depellentes, ad paternum evolant Dei ſinum; aliter verò evenit iis, qui tranſeunt cum mundo, *aliud eſt tranſire de mundo aliud eſt tranſire cum mundo.* Qui tranſeunt cum mundo, cum animo nempè defixo, ac immerſo in mundo, mundaniſque rebus, hi inveniunt Deum non ut Patrem, ſed ut judicem ſeveriſſimũ, qui velut hoſtis eorumdelicta, ac malefacta puniat, *aliud eſt tranſire ad Patrem, aliud eſt tranſire ad hoſtem,*

Qui affectũ à mundo dimittit, Deum invenit potius ut patrem, quàm judicem.

36. Quæſtio eſt, cur mors Domini dicitur tranſitus, ut ait D. Chryſ. *Mors Domini tranſitus ejus.* Communis ſolutio eſt, quia alluditur ad vocem Paſchæ, quæ ſignificat tranſitum, ſeu tranſultum, ut jam dixi q. 2. Quantum ad ſenſum moralem reſpondet primò Card. Hugo: *De hoc Domini tranſitu dicitur*, Gen. 32. n. 10. In baculo meo tranſivi Jordanem iſtum, *id eſt ſolus in cruce. Via enim fuit ita ſtricta, ſcilicet tam acerba, quòd nullus potuit cum eo tranſire*, Pſal. 140. n. 10. *Singulariter ſum ego donec tranſeam*, Iſai. 63. *Torcular calcavi ſolus.* Singulariter mors Domini dicitur tranſitus, quia fuit per crucem, & paſſionem tam acerbam & duram, ut nullus cum eo tranſiret.

Hugo. Mors Domini valde ſingularis. Geneſ. 13. Pſ. 140. Iſai. 63.

37. Secundò: Mors per crucem, ac dura tormenta extitit, ut tranſitoriè, & non decumbendo calicem paſſionis ſuæ biberit, ipsúmque non immorando, ſed celeriter tranſeundo guſtaverit. Tranſitus celeratã profectionem dicit: Mulier cum abſconderet viros David dixit mulieribus Abſalon, *Tranſierũt feſtinanter guſtata paululũ aqua*, 2. Reg. 17. n. 20. dilatata paſſio, ac mors per tot horas, ac tormenta brevis tranſitus viſus eſt amantiſſimo meo Jeſu.

2. Reg. 17.

38. Tertiò, *Ut tranſeat ex hoc mundo ad Patrem*, non facit mentionem de morte, ſed de tranſitu, ſeu ſeparatione à mundo, à diſcipulis nempè ſuis, *qui erant in mundo*, cum mors prior extitiſſet quam ipſa abſentia à ſuis, tamen de ipſa operatione facit mentionem, eámque maximè exprimit; diligentis à dilecto abſentia durior eſt, quam quæcumque acerba mors. Cum furor Domini exardeſceret in populum ob peccatum in vituli adoratione commiſſum; inſtat Moyſes pro avertenda ira Domini à populo, aitque ad Deum: *Aut dimitte eis hanc noxam: aut ſi non facis, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti.* Exod. 32. n. 31. Nónne vides Moyſes, quod tibi à Deo dictum eſt: *faciam te in gentem magnam.* Quomodo ergo poſtulas, ut extincto populo, tu etiam cum eo pereas? Moyſes populi charitate vulneratus volebat potius ſui truncationem, quam à dilecto populo avulſionem. Cum ergo Moyſes populum intimè diligeret, elegit potius mori, quam ab eo ſeparari, & dividi. D. Ambr. lib. 1. de pœnit. c. 8. *Moyſes ſe objecit pro populo*

Amãti valdè dura eſt abſentia à dilecto.

Exod. 32. Ambr.

magis omnium memor, & ſui immemor. Unde Chriſtus Dominus, qui vehementer ſuos diligebat, de eorum abſentia maximè triſtabatur, ad quod invenit admirabile ſolatium, dum ſub ſacramentalibus ſpeciebus uſque ad finem ſæculi ſe in Eccleſia conſtituit.

39 Quartò: Mortem appellat tranſitum, & non quemcumque tranſitum, ſed *ex hoc mundo ad Patrem*; hoc eſt ex ſumma miſeria ad ſummam requiem, & gloriam tam vehementi amore Chriſtus Jeſus ſuos diligebat, ut mortem ab hominibus illatam, non ut mortem, ac injuriam, ſed potius tanquam beneficium, ac obſequium reputaret, quo ex ſumma laborum preſſura ad ſupremam Dei gloriam, ac fœlicitatem tranſiret. Inde mortẽ non mortem, ſed tranſitum ad Patrem dicit. In hoc ſenſu loquitur D. Leo Papa ſerm. 11. de paſſione, *Admiſit in ſe impias furentium manus, quæ dum proprio incumbunt ſceleri, famulatæ ſunt redemptori.*

Amãti pro dilecto mors beneficium. Leo.

40 Cum Dominus Ieſus pergeret in Ieruſalem ad peragendum magnum paſſionis ſuæ ſacramentum, ait D. Luc. 9. n. 51. *Factum eſt autem dum complerentur dies aſſumptionis ejus, ipſe faciem ſuam firmavit, ut iret in Jeruſalem.* Ubi Evangeliſta mortem crucis appellat aſſumptionem, ſed quomodo? Nam aſſumptionem dicunt divini Scriptores, quando ipſe cœlos aſcendit ut regnaret cum Deo Patre. D. Marc. 16. n. 9. *Dominus quidem Jeſus, poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet a dextris Dei.* Et Paulus 1. ad Timoth. 3. 16. *Magnum pietatis ſacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne, creditum eſt in mundo, aſſumptum eſt in gloria.* Cur ergo D. Luc. eadem vocabuli præſtantia utitur, ut ſignificaret Chriſti D. deſcenſum ad mortem, & Marcus, & Paulus ad exprimendam ejus Aſcenſionem in cœlum, ut innueret, quod mors ab inimicis inflicta non æſtimata eſt ab eo ut acerba injuria, ſed potius ut magnum obſequium ſuæ humanitati exhibitum, (cum propria vita privatur) quod videtur æmulari illud ſingulare donum, quod in die ſuæ Aſcenſionis communicatum invenitur, cum ipſe ſublatus eſt in cœlum, ut inter triumphos, ac applauſus cœleſtis gloriæ regnaret. Iſidor. Clar. orat. 53. in Luc. *Complebantur*, ait, *dies aſſumptionis ejus, quia inſtabat tempus paſſionis, & mortis, ſed uſus eſt Evangeliſta vocabulo digno majeſtate Chriſti.*

Luc. 9. Marc. 16. 1. Tim. 1. *Amãti mors pro dilecto veluti gloria.* Iſid. Clar.

41. In Chriſti perſona Regius Vates ait Pſal. 115. n. 13. *Calicem ſalutaris accipiam.* Alii legunt, *Calicem ſalutarem.* Quod de Chriſti paſſione interpretantur Orig. D. Hier. S. Amb. Brunon. N. Incognit. & alii juxta illud Chriſti Domini, *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum.* Ex quo magna inſurgit difficultas quomodo Chriſtus Dominus mortem ſuam calicem ſalutarem appellat; cũ tamen in horto, quando ei fuit repræſentatus à Patre obſecrat, ut calix ille ab eo tranſeat, ac auferatur, *Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte*, Math. 26. n. 39. Cur ergo Calicem ſalutarem dicit, *Calicem ſalutarem accipiam*? Cùm in horto orat, oſtendebat veritatem humanæ naturæ, ex quo confunderentur aliqui hæretici aſſerentes corpus ejus fuiſſe phantaſticum, inde permittit, ut natura in ſuos aſſolitos eff ctus mortem timendo, ac recuſando prodeat. Calix ergo illi recuſatus, ut durus, ac acerbus, calix mortis erat ipſi Chriſto; at verò guſtatus, & potatus tantum ab eſt quod eſſet calix mortis, quod erat illi calix vitæ, ſalutis, ac conſolationis. Theophyl. *Poculum, inquit, ſuam mortem declarans, quod ipſe ſuaviter accedat ad mortem.*

Pſ. 115. Origen. Hier. Ambr. Brunon. Incognit. Math. 26. *Calix mortis Chriſto veluti calix vitæ.* Theoph.

 E ultimò

Vltimo adverto, quod ait Evangeliſta, *ut tranſeat ex hoc mundo ad Patrem.* Tranſit Jeſus, clama ergo ad eum, Chriſtiane, ne ipſe tranſeat, & tu infirmus remaneas. Cæcus ille Jericho, cum cognoviſſet, quod Jeſus tranſiret, clamare cœpit: *Ieſu fili David miſerere mei*, Luc. 18. num. 38. Et qui præibant increpabant eum, ut taceret; at ille magis clamabat, *miſerere mei*; cur homo omnium votis non annuit, ut taceret, ſed magis inſtanter clamat; D. Aug. ſerm. in feria 4. poſt Sexageſim. aliàs ſerm. 53. de temp. Clamabat cæcus, *Chriſto tranſeunte. Metuebat enim ne tranſiret, & non ſanaret eum.* Tranſit Jeſus, clama ergo, & tu Chriſtiane, ne ipſe tranſeat, & tu culpa, ac infirmitate tua detentus maneas.

Luc. 18. Auguſt. *Clamemus ne tranſeat Ieſus abſque noſtra ſalute.*

QUÆSTIO XI.

Quare cum de morte eſt ſermo, prima perſona divina dicitur Pater, cum verò de generatione æterna agitur, dicitur Deus?

42\. *Ad mortis horam præparet ſe homo.*

AIT Evangeliſta. *Sciens Jeſus, quia venit hora ejus, ut tranſeat ex hoc mundo ad Patrem.* Prænoſcens Dominus horam mortis ſuæ pro noſtro documento ipſam prævenit, cum tranſiret ad Patrem dilectiſſimum, cujus mandata, ac præcepta in omnibus obſervaverat. *Sicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio*, Joan. 14. n. 31. ut ex hoc inſtruaris Chriſtiane, quantum debeas te præmunire, ac præparare, cum ex hoc mundo tranſeas ad integerrimum judicem, cujus præcepta in omnibus violaſti, ac contempſiſti. Ad quæſtionem. (Ioan. 14.)

43\. *Ratio difficultatis.*

Dupliciter Evangeliſta facit in præſenti mentionem de prima Trinitatis perſona: Primò, cum de Chriſti morte eſt ſermo, *Vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem.* Quod de morte ejus frequenter intelligitur, ut ait D. Chryſ. *Mors Domini tranſitus ejus.* Secundò, cum de æterna generatione loquitur: *Sciens quia à Deo exivit.* Ubi juxta D. Cyril. D. Chryſ. Theophylact. de æterna generatione eſt ſermo. Sic explicat Albert. Magn. *Exivit à Deo per æternam generationem.* Ex quo inſurgit graviſſima difficultas, facit Evangeliſta in præſenti mentionem de æterna generatione, *à Deo exivit*, & etiam de Chriſti morte, *ut tranſeat ad Patrem*, per mortem. Maximè ponderandum, quod tractans Evangeliſta de generatione, primam Trinitatis perſonam Deum appellat, *à Deo exivit*: Et cum de morte loquitur Patrem dicit, *ut tranſeat ad Patrem.* Juxta veram Theologiam cum de generatione erat ſermo, Pater dicendus erat, nam prima Trinitatis perſona generando conſtituitur Pater. Et cum de morte agebatur, Deus dicendus videbatur; nam quod tantus, ac talis filius morti traderetur, res ſupremi dominii, ac poteſtatis apparebat. (Cyril. Chryſoſt. Theoph.)

44\. *Chriſtus pro magna benevolentia habuit à Patre tradi morti*

Noſtra ſublimis Aquila Joannes valdè ſupernè, ac altè volat, ut nobis aperiat ingentes Chriſti amoris divitias, in generatione Deum dicit, in morte verò Patrem appellat, ut nobis denotetur, quod mors in tanta æſtimatione fuerit Chriſto, & quod pro tam ingenti benignitate paterna reputaverit vitam pro hominum ſalute profundere, quod in hoc eventu, quando cruci, ac morti traditur, nunc hic diſponit Deum Patrem ſuum potius dici, ac publicari, quam dum illi (ſi aliquo modo moraliſſimè, juxta noſtrum imperfectum concipiendi modum fas eſt dicere) per æternam generationem divinæ naturæ, ejuſque attributorum eminentiam, ac celſitudinem communicat; & ideò in præſenti cum de generatione eſt ſermo, primam perſonam Deum dicit Evangeliſta: *Sciens quia à Deo exivit.* Cum verò de morte agitur, Patrem appellat, *Vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem*, ſeu ut legit Syriacus, *ad Patrem ſuum.* Syriacus.

Senſum moralem proſequamur; admirabiliter ſuper omnem vocem creatam intonat Joannes: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum.* c. 1. n. 1. Ut refutaret Cerinthum, ac Ebionem aſſerentes Chriſtum ſecundùm naturam divinam non fuiſſe ante Mariam: unde ipſe ad hunc errorem amputandum incipit explicare æternam ejus generationem, ſecundùm quam ipſe erat coæternus Patri, & ob intimam identitatem naturæ inſeparabilis ab illo. Ait ipſe Evagеliſta, *In principio.* Hoc eſt in Patre, ut interpretantur Origen. N. D. Cyril. D. Aug. D. Anaſt. Synaïta, D. Th. & alii à me citati, tom. 1. lib. 1. c. 1. expoſit. 1. Nam Pater, ut dicunt Theologi, eſt principium ſine principio, ac principium communicationis totius naturæ divinæ: *Et verbum erat apud Deum.* Hoc nempe verbum procedebat à Deo per generationem. Et deinde devenit Evangeliſta per ſublimes, & altos diſcurſus, uſque ad Incarnationem verbi divini. *Verbum caro factum eſt.* Et ſtatim addit: *Vidimus gloriam ejus quaſi unigeniti à Patre.* Quænam gloria hæc eſt, quæ in ipſo verbo Incarnato viſa eſt ignominioſa mors in cruce. D. Chryſ. hom. 11. in Joan. *In iis ipſis, quæ probri, & ignominiæ plena eſſe videbantur, ipſum rurſus verbum clariſſimum apparuit, hoc Joannes gloriam appellavit.* Quomodo ipſa mortis gloria ab eo operata eſt, *Quaſi unigeniti a Patre.* Et ſtatim ſubjungitur: *Unigenitus qui eſt in ſinu Patris, narravit nobis.* Valdè mirum! Quando Evangeliſta facit mentionem de intima unione inter primam, & ſecundam perſonam divinam in illa æternitate ait, quod verbum erat in prima perſona, ut in principio. *In principio erat verbum.* At verò in redemptionis opere quando eandem unionem explicat, alia dicendi methodo utitur, Patrem, & Filium nominans, *Unigenitus qui eſt in ſinu Patris.* Quando in illa æternitate Evangeliſta exprimit verbi generationem, ait: quod procedebat à Deo. *Et verbum erat apud Deum.* In noſtro ſalutis negotio, cum de ſecundæ perſonæ miſſione agitur, dicitur quod ſe habebat ut verus filius Dei, *Quaſi unigenitus à Patre.* Illa particula *quaſi* ſummam veritatem, ac proprietatem denotat, ut ſuo loco dixi. Quid eſt quod in generatione prima perſona nominatur principium, vel Deus; at in redemptionis myſterio ſemper dicitur Pater: ait D. Aug. *Non ſunt majoris amoris vocabula, quam Pater, & Filius.* Divini Spiritus afflatu Evangeliſta ita loquitur, ut exprimeretur ſumma Chriſti charitas, qua dilexit nos, inde prima Trinitatis perſona Pater ſcribitur, ac dicitur, cum filium mittit in mundum, & ad crucifigendum tradidit, potius quam in æterna generatione, qua ei communicatur natura divina, cum omni attributorum ſplendore, ut hac methodo, ac phraſi nobis aperiatur, ac declaretur, in quanta æſtimatione fuerit Chriſto, pro ſuis hominibus mori, & pati, tanquam ſi in hoc fuiſſet ei valde ingens benignitas paterna conceſſa. & ideò ad hanc benignitatem exprimendam, in negotio noſtræ redemptionis Deum ſemper Patrem ſuum publicari voluit

45\. Ioan. 1.

Origen. Cyril. Aug. Athanaſ. D. Thom. Chryſoſt.

Gloria Chriſti viſa eſt cũ moritur.

Auguſt. *Chriſtus in magna excellentia, ac æſtimatione habuit mori pro hominibus.*

potiuſquam

potiuſquam in quacumque alia ſua ſuperexcelſa eminentia.

46\. De Chriſto Domino loquens Regius Vates, ait, *Dixit Dominus Domino meo*, &c. hoc eſt dixit Pater ad filium. Et ſtatim ſubdit: *Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum, ex utero ante luciferum genui te*, Pſal. 109. n. 3. quod de generatione æterna explicant N. D. Cyril Jeroſol. D. Athanaſ. D. Greg. Nyſſen. D Hilar. & alii apud Lorinum. Ac ſi dicat Pater filio, *Tecum principium*. Ego qui ſum principium per antonomaſiam, ac principium ſine principio, & principium communicationis divinitatis. *Tecum*, ſcilicet ſum; ob intimam identitatem, ac unionem naturæ. *In die virtutis*, ſcilicet generationis, quę eſt ab æterno, *ante luciferum*. Ante nempè creationem Angelorum, ac luciferi, *ex utero genui te*. Græcus, *ex ipſamet ſubſtantia genui te*. Communicata illi eademmet ſubſtantia Patris, *in ſplendoribus ſanctorum*, ſeu ut legunt Pagninus, Chaldæus, *In ſplendoribus ſanctitatis*. Cum decore nempè omnium attributorum, quæ ſunt luces, ac ſplendores totius creatæ ſanctitatis, ac juſtitiæ, quæ eſt in ſanctis, ac juſtis; ab ipſis enim attributis participant juſti ſanctitatem, ac virtutem ſuam omnem.

Pſ. 119. Cyril. Athanaſ. Gregor. Hilar.
Græcus.
Pagnin. Chald.

47\. De Chriſti Paſſione loquens idem Regius Vates ait, Pſal. 2. n. 1. *Quare fremuerunt gentes*: Quando nempe clamaverunt: Crucifige, crucifige eum, *Et populi meditati ſunt inania*. Fruſtranea nempè, ac vacua dum cogitarunt filium Dei interficere juxta illam iniquorum vocem in ſapientia. Eradamus eum de terra viventium, & non memoretur amplius nomen ejus. Et tandem ſubdit: *Aſtiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum, adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum ejus*. Univerſali unione, ac colligatione convenerunt reges terræ, ac principes, gentes, & populi, ut ignominioſa morte Chriſtum interficerent; tunc per alta myſteria pergit Regius Vates, & tandem introducit Chriſtum loquentem ad Patrem, & ait: *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te*, Pſal. 2. n. 7. N. Cyril. Alex. lib. 1. in Joan. cap. 4. legit: *Pater ad filium dixit: Filius meus es tu, ego hodie genui te*. Tertull. adverſ. Judæos, c. 14. adverſ. Praxean, cap. 11. D. Athanaſ. lib. 3. de Trinit. & alii codices, qui etiam legunt, *Pater meus dixit ad me*. Quid eſt, quod cum de generatione æterna eſt ſermo, prima perſona Trinitatis appellatur Dominus, *Dixit dominus Domino meo*. Et dicitur principium, *Tecum principium*. At verò cum de morte tractatur, Pater nuncupatur: *Pater dixit ad filium*, ſeu, *Pater meus dixit ad me*. Sicque ingens Chriſti amor, quamque ei præjucunda fuerit mors, declaratur, & ideò peculiariter Patrem dicit, Patrémque meum appellat, dum eum morti tradidit, ut contra ipſum aſtarent reges terræ, ut morte turpiſſima eum damnarent, licèt in æterna generatione Deum dicat. Cum de generatione eſt ſermo; ſit nomen majeſtatis Deus: At in morte Pater & Pater meus dicatur, ut quanta benignitas ſibi in hoc ſit facta, cunctis aperiat, ac patefaciat.

Pſ. 2.
Cyril.
Tertull. Athanaſ.
Patris benevolentia filium tradidit morti.

48\. Cum Pater in proximo crucem parari diſponeret per Zachar. 13. num. 7. ait: *Framea ſuſcitare ſuper Paſtorem meum, ac virum cohærentem mihi*. Verba illa *Framea ſuſcitare*, Chaldæus legit, *Denudare, ò gladie*: Septuaginta, *Conſurge ò gladie*. Verba ſunt æterni parentis paterno affectu mortem dilectiſſimo filio Jeſu imperantis. *Framea ſuſcitare*, ſeu, *denudare ò gladie*, ſuper paſtorem meum, à me nempè datum populo meo. *Et ſuper virum cohærentem mihi*, ſcilicet mihi intimè unitum. Vatablus legit, *ſuper virum coæqualem mihi*. Quomodo æternus parens ſic ſe exhibet exhortatorem ad mortem filii ſui; Rupert. ibi: *O mors convaleſco ſuper filium meum*. Et poſt pauca ſubdit: *Ut ſenſus ſit, monumenta ſunt paternæ charitatis*. Decrevit Pater quædam amoris blandimenta filio ſuo exhibere. Juſſit illi parare crucem, clavos, lanceam, ac flagella, hæc enim filio ob amorum erga homines bladimenta paterni amoris erant. Vide infrà lib. 8 c. 3. n. 154.

Zach. 13.
Chald.
Vatabl.
Rup.

Quæstio VII.

Quare Evangeliſta ad explicandum Chriſti amorem, potiùs utitur verbo Diligo, *quàm* Amo?

49\. Cum de divino amore ſit ſermo non amandi, ſed diligendi phraſim uſurpare ſolet ſcriptura, ut patet in præſenti. De Chriſto ait Evangeliſta, Et *Cum dilexiſſet, dilexit*. Et Chriſtus D. Nicodemo dixit, Joan. 3. n. 16. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret*. Similiter Paulus ad Epheſ. 2. n. 4. *Propter nimiam charitatem, qua dilexit nos*. Ad Galat. 2. n. 20. *Qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me*: Ad Rom. 8. n. 37. *Propter eum, qui dilexit nos*. Similiter aliis in locis. P. Valaſquez in epiſt. ad Philip. c 2. verſ. 7. annot. 5. n. 2. Ex verbo Græco, quod in his locis habetur, colligit rationem: Nam verbum, *Diligo*, non ſignificat illum amorem, qui ex cordis, ac appetitus impulſu proficiſcitur, cui explicando verbum *Amo*, deſervire ſolet, ſed illum propriè denotat amorem, qui ex mentis judicio ac ratione oritur & naſcitur. Ita dixit Tullius lib. 1. ep. 9. *Perpetuo quodam judicio meo diligebam*. Hoc judicium in Chriſti amore denotat Evangeliſta, non ſolùm ipſo verbo diligo, ſed etiam dum tripliciter repetit de Chriſto verbum *ſciens*. *Sciens quia venit hora ejus*. Et iterum: *Sciens quia omnia dedit ei Pater*. Et iterum connectit: *Sciens quia à Deo exivit*.

Joan. 3. Galat. 2. Epheſ. 2. Rom. 8.
Valaſq.
Chriſtus judicio, ac ratione nos dilexit.

50\. Ex quo inſurgit grandis difficultas, quomodo dicatur, quod Chriſtus Dominus pondere rationis homines dilexiſſet. Si enim homines in hac hora, quam ipſe ſciebat, ejus amore eſſent vulnerati, eique adorationes, ac obſequia intenderent exhibere, tunc quod omnes diligeret, ex rationis judicio videbatur poſſe provenire. At ſi tunc homines acerbiſſimo odio crucem, mortem, tormenta, ac opprobria parabant, quomodo ex rationis pondere eos intimè diligens erat Chriſtus?

Difficultas.

51\. Reſpondeo, quod amor Chriſti fuit prudentiſſimus, altiſſima ratione ordinatus. Ratio enim hujus divini amoris non deſumitur ex parte hominum, ſed ex extrinſeca, ac infinita bonitate Dei. De Deo ait Apoſtolus 2. Cor. 1. n. 3. *Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis*, non dicitur Dominus cœli, & terræ, vel Dominus Deus exercituum, vel princeps regum terræ, ut ſæpè alibi. *Sed Pater miſericordiarum*, ut oſtendatur quam prompta ſit in Deo miſericordia ad ſubveniendū, ſicut enim unuſquiſque conſtituitur Pater ex ſuis intimis viſceribus, ac efficacia, & virtute ſuæ naturæ, ſic Deus ſuamet natura promptus eſt

Deus nos dilexit ex ſua bonitate.
2\. Cor. 1.

Anſel. *Miſericordia Dei à natura ſua*

ad miſerendum. D Anſelm. ſic ait:*Ipſe dico,Pater miſericordiarum, quia ex viſceribus ejus proveniunt in nos miſericordiæ ejus.* Filius ille prodigus poſt patris ſubſtantiam diſſipatam rediens ad patrem. *Cum longè adhuc eſſet, vidit illum pater ſuus,& miſericordia motus eſt,& accurrens.*Luc.15 n.20. Adhuc filius à longè erat,& patris januam non pulſabat, cur non expectat pater, ut ipſe accedat,ſed citò filio occurrit,eique miſericordiam accelerat. D. Chryſol,ſerm. 2. *Apud Patrem,* ait,*non intercedit extraneus, intus eſt in patris pectore, qui intercedit, & exorat affectus,urgentur patris viſcera, iterũ. filium genitura per veniam.*Profundè expende ultima verba. Vide lib. 8. c. 1. q. 6. n. 33.

Luc. 15. Chryſol.

52. Ex triplici ratione juxta noſtram intellectûs tenuitatem poteſt conſiderari hic ingens Dei amor in nos excitatus. Primò, quia ſumus creaturæ ejus,& ipſe fecit nos,*Cum dilexiſſet ſuos,* ut explicat Theophylact de quo infrà q.6. latiùs. *Sui quantum ad creationem.* Decens erat, ut quos ipſe creavit,eos indulgentiæ venia, gratiis, ac donis condecoraret. *Iterum filium genitura per veniam.*

Theoph. *Deus diligit ea, quæ fecit.*

53. In primo rerum molimine dicitur: *In principio creavit Deus cœlum,& terram,terra autem erat inanis, & vacua.* Gen. 1.n.2. Inanis & vacua,legit Strabus, *inutilis,& infructuoſa.*D.Baſil.*Inviſibilis, & inornata.* Poſtea verò ipſam terram exornavit floribus, herbis, ac plantis proferentibus ſemen juxta genus ſuum. Cur tamen Deus primò creavit terram incompoſitam,ac ſterilem: deinde imperavit ut germinet,ac floreat; poterat enim ſimul eam creare, & ornare; Cur ergo diviſim utrumque effecit? Ne quis cogitaret, quod ornatus terræ proveniret ex ejus fœcunditate, & non ex ope creatoris? ut ergo conditio creatoris magis innoteſceret, utrumque diviſim creavit;quia fieri non poterat, ut terræ creator terram relinqueret inutilem & infructuoſam, ſed quod ipſe eam repleret animalibus,ornaret floribus, & condecoraret arboribus,& plantis.D. Ambr.l.1.Hexam.c.7.*Primo fecit Deus,* ait, *poſtea venuſtavit, eundem credamus ornaſſe, qui fecit,& feciſſe qui ornavit;ut primo faceret, poſtea componeret ne alterum alteri deeſſe videretur.* Creavit ipſe, & exornavit, ne alterum alteri deeſſe videretur.

Gen. 1. Strabus. Baſil. *Ex creatoris munere movetur Deus ad perficiendum ea quæ fecit.* Ambr.

54. Hinc ait regius Vates Pſal. 99. n. 2.*Introite in conſpectu ejus in exultatione.* Seu ut explicant D. Auguſt. Arnobius,Caſſiodorus, D. Chryſologus, ſerm.6.D.Hieron.*Ingredimini coram eo cum cantico.* Cum ante Dei conſpectum Angeli, ac columnæ cœli paveant, & contremiſcant, quomodo homo peccatis ac delictis plenus, & onuſtus poteſt introire cum lætitia, & cantico; Ipſemet propheta aſſignat rationem: *Scitote quoniam Dominus ipſe eſt Deus, ipſe fecit nos, & non ipſi nos.* Quamvis in nobis appareant multa peccata, quæ odium, & vindictam poſtulent; tamen fiducialiter ingredimini ante conſpectum ejus. *Ipſe fecit*, ex ſuamet factura, ac operatione, eóque quod ipſe admoverit manus.ad nos fabricandos movetur, ac excitatur ad ſuum amorem,ac miſericordiam erga nos impendendam, ut quos ipſe fecit, multis donis augeat & perficiat.D.Auguſt.in expoſit. ſuper cit Pſalm. *Bonum eſt vobis, ut qui fecit vos, perficiat vos.* Unde ipſemet Propheta clamat *Opera manuum tuarum Deus non deſpicies.* Pſal.137. n.8. non deſpexit ſed pro noſtra ſalute vitam dedit. Noſter in cognitus,*Nihil debebat ipſe, pro ſe non reddit ſed pro nobis.*

Pſalm.99. Auguſt. Arnob. Caſſiod. Chryſol. *Ex officio creatoris excitatur Deus ad benefaciendum.* Pſ. 137. Incognit.

55. Secundo ratione imaginis: fecit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam Gen.1. n. 29. Vt in hominem eſſet vehementer propenſus, & inclinatus, in quo imago ejus relucebat, quilibet enim maximè afficitur ad ſui conſortem, ac imaginem, *Cum dilexiſſet ſuos,* in quibus imago ejus apparebat. Cum Jeſus penderet in cruce, ait illi latro, *Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum*, Luc 23. n. 24. Quo tamen prætextu, quave fiducia tam animosè à Chriſto veniam, ac regnum petebat; Chriſtum ſic Deum agnovit, ut hominem ſibi ſimilem animadverterit,cujus imaginem ipſe in ſe habebat, inde ex imagine ſibi communicata animose miſericordiam petit. Venerabilis Drogo de ſacramento paſſionis, *Imaginis tuæ Deus miſerere, ſed in quo te agnoſcam miſereri? In eo quod imaginem meam in te video ſimilem & eandem miſeriam pati.* Ex imaginis conformitate ad pietatem movendus eſt.

Gen. 1. Luc. 23. *Deus afficitur ad amandam imaginem ſuam.* Drogo.

56. Hebr. 5.

Tertiò conſorti Ex naturæ; De Chriſto, ait Paulus ad Hebr. 5. n.2.*Quod ſit Pontifex,qui condolere poſſet iis, qui ignorant, & errant, quoniam & ipſe circundatus eſt infirmitate.* Quoniam Chriſtus D. circundatus eſt infirmitate noſtræ naturæ,quam aſſumpſit, inde poteſt condolere, ſeu compati. Theophylact. infirmitatibus noſtris. *Si videris nudum, operi eum & carnem tuam ne deſpexeris*, Iſai. 58. n. 7.Interlin.D.Hieron.carnem tuam,explicant, *carnem tibi ſimilem.* Cùm ergo Chriſtus videret carnem noſtram ſibi ſimilem in natura, tamen multis plagis peccatorum affectam, ac ab omni cœleſti dono nudam;ipſe qui purus, & ſanctus voluit eam ſua gratia operire, & ad hoc lavit pedes diſcipulorum ſuorum, ad hocque ponit veſtimenta ſua ut nos cooperiat, linteo ſe præcinxit, ut in eo imprimerentur ſordes, ac maculæ diſcipulorum ſuorum; verè languores noſtros ipſe portavit,ut pro eis ſatisfaceret, Origenes,*Vt immunditiam pedum diſcipulorum ſuſcipiat in propriũ corpus per linteum, quo ſolo præcinctum manebat.* De hoc latiùs infrà.

Ex ſimilitudine naturæ provocatur ad miſerendum. Iſai 58. Origen.

QUÆSTIO IX.

Quare Evangeliſta de Chriſto ait, Cum dilexiſſet, dilexit.

57. Cajet.

EXplicat Evangeliſta eximium Chriſti amorem erga ſuos, nam ut ait Cajet.*cum in eo eſſet ſcientia imminentis proprii tranſitus ad felicem ſtatum,*ad Patrem ſcilicet,*nec oblivioni tradit amorem erga ſuos, nec interrumpit illum*; & cum etiam videret quod homines duram, & atrociſſimam mortem illi parabant,inde ejus amor non minuitur, ſed ejus maximis, ac peculiaribus beneficiis erga illos declaratur,ſuorum pedes lavando,ſéque ſub ſacramentalibus ſpeciebus inſtituendo.

Chriſtus tranſiens ad felicem ſtatum nos diligit.

58. Cum ait Evangeliſta cum dilexiſſet dilexit, amoris continuationem,ac perdurationem dixit, ut notavit D.Thom. in Catena: *Hos ergo ſuos,qui erant in mundo manſit amans continuè & tandem perfectam amicitiam circa eos oſtendit.* Ac proinde dilexit, quia dilexit;cepit diligere,& inde pignoratus eſt,ut perſeverans diligeret,& ab ipſo amore nec ceſſaret,nec retrocederet.

D. Thom. *Chriſtus dilexit, quia dilexit. Amoris continuatio.*

59. Vehementer Chriſti adventum expoſtulavit Iſaias à Deo c.16.n.1. *Emitte,*ait, *Domine agnum dominatorem terræ de petra deſerti*, Dum Chriſti adventum poſtulat Propheta ex petra deſerti, hoc Iſai.16.

Hieron. Lyran. Adam. Hugo. Sanch. Cornel. Ruth. 2.

hoc eſt ut ex Ruth Moabite, ut interpretantur D. Hieron. Lyran. Adamus, Hugo, Vatablus. Sanch. Cornelius, & alii. Cur tam vehementer vates petit, ut naſcatur Chriſtus ex Ruth? Multæ aliæ erant illuſtriſſimæ fœminæ in ſalvatoris progenie; cur ergo unius Ruth meminit tanque anxiè illam expoſtulat in Dei matrem? Celebris eſt hiſtoria ex lib. Ruth cap. 1. n. *6.* quod cùm duæ nobiles matronæ Orpha, & Ruth magno amoris affectu tenerentur erga ſocrum ſuam Noëmi, ita ut eam vellent concomitari in peregrinatione ſua, qua Noëmi ex Moab in patriam ſuam Bethleem recedebat? factum eſt tamen, ut Orpha labore itineris vexata ſocrum reliquit, & in Moab reverſa eſt: at Ruth ita ardenter adhæſit ſocrui ſuæ, quam ſemel cœpit diligere, ac ſequi, ut, nullis timoribus objectis, nullis difficultatibus, nullis ærumnis præpoſitis, nec etiam imminente morte potuerit ab ea dimoveri, ſed per rupes, ac ſaxa pertranſit in ejus amore perſeverans. O quàm decenter hujuſmodi fœmina Salvatoris mater eligitur, qui nullo objecto paſſionis, crucis, ac mortis preſſura, ab amore hominum, quem ſemel conceperat, avelli potuit, cujus genium in ipſa origine jam præfigurabatur. Ad hoc reſpexit Rupertus lib. 2. in lib. Reg. cap. *Orpha, & Ruth,* ait, *utraque nurus fuerat Noëmi: nam Orpha oſculata eſt ſocrum, ac reverſa; Ruth adhæſit ſocrui ſuæ, de cujus radice germinavit David.*

Amor fervens perſeverat, & labore non recedit.

Rupert.

60. De Chriſto Domino ait Angelus ad Virginem, *Regnabit in Domo Jacob*, Luc. 1. n. 32. Cur magis ejus regni exemplar, ac forma conſtituitur in domo Jacob, quàm Abraham, Iſaac, vel David; Commune dubium; hanc accipe ſolutionem, Jacob poſt Rachel, quam ſemel dilexit, figuram ſervi accepit, próque ejus dilectione nulli labori, ac moleſtiæ pepercit, ſed die, noctúque, gelu, æſtu, frigore, ac calore per multos annos urebatur, ut in ejus dilectione perduraret, ac perſeveraret; à cujus amore ſimul concepto nulla laborum vi potuit dimoveri; imò ut ait Abulenſ. ibi: *Jacob pro Rachel ſerviret etiam amplius, tanto amore honeſto tenebatur.* Quod optimè expreſſit Chriſti Domini figuram, qui pro Eccleſia, ſeu amore noſtrarum animarum, quas dilexit, formam ſervi ſuſtinuit, ac tantos, & tam amplos labores, dolores, moleſtias, ac etiam mortem perpeſſus eſt, ut in ejus dilectione uſque ad finem continuaret. Cardinalis Hugo ad citat. Geneſ. locum 29. n. 20. ait, quod Jacob præfiguravit Chriſtum, Rachel Eccleſiam. *Videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine, quia Chriſtus brevia, & levia reputavit quæ pro electis ſuſtinuit.* Iſai. 40. n. 28. *Qui creavit terminos terræ non deficiet, neque laborabit.*

Luc. 1.

Abulenſ. *Verus amor diligit, quia dilexit.*

61. Poſtquam Iſraël adorato vitulo peccavit contra Deum peccato maximo, ait Deus Moyſi: *Dimitte me ut iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciámque te in gentem magnam.* Exod. 32. n. 10. Moyſes verò vehementer rogat Deum, ut miſericorditer populo indulgeat. *Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo quam ſcripſiſti,* ibid. n. 31. Quomodo Moyſes cum populo vis perire, cum audias à Deo magna regna, ac populos tibi promitti, *faciámque te in gentem magnam.* Nónne vides Moyſes, quod homines hujus populi duræ cervicis ſint, increduli, ac rebelles. Num. 20. n. 10. qui etiam propè fuit ut te lapidarent. Exod. 17. num. 4. Qui obmurmurando multas calumnias, ac opprobria in te conjecerunt, Ibidem. Et tu ipſemet dixiſti, quod po-

Exod. 32.

Num. 20. Exod. 17.

plus iſte gravis erat tibi, & quod non poteras ſuſtinere illius pondus. Num. 11. n. 14. Quomodo ergo modo tam anxiè pro populo pugnas? Moyſes à ſuis primis annis populum multum dilexit; nam cùm eſſet adoleſcens, ex aula Regis egreſſus eſt, ut videret fratres ſuos, Exod 2. 11. quod ex ardenti amore erga eos præſtitit, ut tradunt Philo lib. 1. de Moyſe, D. Gregor Nyſſen. lib. de vita Moyſis, ſub finem. Procopius & alii communiter: Hácque de cauſa cùm videret virum Ægyptium percutientem quendam ex Hebræis fratribus, ipſum interfecit. Cum ergo magnus Moyſes populum ab adoleſcentia diligere incepiſſet, in ejuſque amore maximè veluti pignoratus exiſteret, ita erga illum tantoperè affectus eſt, ut etiam magno principatu objecto, multiſque perpeſſis ærumnis, laboribus, lapidibus, opprobriis, ac injuriis, fieri non potuit, ut ab ejus amore ſcindi, ac divelli poſſet; ſed ita ferventer permanſit, ut libenter eligeret cum populo perire. Philotheus Patriarcha Conſtantinop. in orat. Paneg. *Quod ſi Moyſes,* ait, *pro Iſraëlitato Domino dicebat,* ſi dimittis illis peccatum, dimitte, &c. *ob ardentem gregis ſui amorem, cum eo perire non recuſat.*

Num. 11.

Exod. 2. Philo. Nyſſen. Procop. *Nullo principali objecto nec ærumnæ inflicta diligens recedit.*

Philoth.

Quæstio X.

Quare cum in hac occaſione Evangeliſta agit de Chriſti amore, ſemper de eo loquitur in præterito?

Dupliciter in hoc eventu Evangeliſta facit mentionem de Chriſti amore, *Cum dilexiſſet, dilexit.* Quare ergo Joannes non commemorat amorem, quem Chriſtus impræſentiarum erga ſuos habebat, cùm ferè cæteras omnes actiones, quas Evangeliſta de Chriſto refert hic, in præſenti videantur eſſe. *Surgit à cœna, ponit veſtimenta ſua, mittit aquam in pelvim,* quæ ſunt in præſenti ſicut etiam conſtrui poſſunt: *Cœpit lavare pedes diſcipulorum ſuorum, venit ad Simonem Petrum* Et iterum: *Vos vocatis me Magiſter, & bene dicitis, ſum etenim.* Cur Evangeliſta cum ad Chriſti amorem devenit, mutat methodum, & de eo non in præſenti, ſed ſemper in præterito loquitur: *Cum dilexiſſet, dilexit.* Cur in præſenti non ait *diligit,* ſicut ſcripſit: *Surgit à cœna, ponit veſtimenta ſua, mittit aquam in pelvim.* In præſenti. 62.

Ratio difficultatis.

Reſpondeo ad quæſtionem: Chriſtus Dominus ita vehementer affectabat ſuos diſcipulos in hoc ultimo diſceſſu diligere, quod quamvis ejus amor eſſet infinitus, ac perfectiſſimus, tamen comparatione facta ad ſuum eximium, ac ardens deſiderium diligendi, quodammodo videtur (ut piè, ac moraliter loquar) quod non eſſet amor, inde ordinat, ac Evangeliſtæ calamum dirigit, ut de ipſo amore loquatur in præterito, *Cum dilexiſſet, dilexit.* Ac ſi veluti diceretur, quod præteritis, ac antiquis temporibus eos dilexerit, tamen de ipſo præſenti amore diſponit, ut non fiat mentio, nam quamvis ille amor eſſet infinitè perfectus, tamen quodammodo non proportionabatur ſuo vehementi diligendi deſiderio, ac affectui; & inde amor qui impræſentiarum æſtuabat in pectore, apertè non exprimitur, ſed ſilentio abſconditur, ſic tam ardenter homines amabat, eóſque magis ac magis diligere affectabat. 63.

Amor comparatione deſiderii amandi, non magnus videbatur.

64 Chriſtus Dominus loquens cum Nicodemo, ait illi: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret*, Joan. 3. n. 16. In quibus verbis Chriſtus D. maximè charitatem Patris ſui commendat, ac extollit, quod ſic Pater dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret; cur etiam Chriſtus ſui charitatem non commendat, quia ipſe factus eſt obediens uſque ad mortem, non enim filius minori charitate mundum dilexit, quàm Pater. Unde ait D. Ambr. lib. 1. de Spiritu ſancto, c. 12. *Eadem charitas, quæ Patris, etiam filii eſt. Quæ eſt enim charitas filii, niſi quia & ſe pro nobis obtulit, & ſuo ſanguine nos redemit; eadem autem charitas eſt in Patre, quia ſcriptum eſt ſic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret.* Si ergo charitas Patris æqualis eſt cum charitate filii, cur filius ſolum Patris charitatem commemorat, non verò ſuam; Chriſtus Patris charitatem, ut magnam prædicat, & celebrat, ſuam verò quamvis agnoſceret æqualem Patri, tamen collatione facta cum ſuo vehementi deſiderio (quoad ſpeciem loquor) quo optabam homines magis ac magis diligere veluti, tanquam non magnum appendebat. Inde Patris charitatem ut magnam extollit, ſuam verò, cum non eſſet ſuo vehementi deſiderio diligendi veluti adæquata, eam quodam modo tanquam non magnam tacet, & ſilentio præterit.

Ambr.

Chriſtus Patris charitatem ut magnam extollit, non ſic ſuam.

65. Victoriam, ac trophæum decantant cœleſtes cives, dicentes: *Dignus eſt Agnus qui occiſus eſt accipere virtutem, Divinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem*, Apoc. 5. n. 12. Id eſt dignus eſt Agnus accipere laudem, ac manifeſtationem ſuæ virtutis, Divinitatis, ſapientiæ, fortitudinis, honoris, gloriæ, ac benedictionis. Richard. Victor. *Dignus eſt Agnus per ſingularem excellentiam accipere à ſubjecta creatura diverſa gratiarum præconia: Dignus eſt accipere virtutem, ut Dei virtus prædicetur*, &c. Et ita communiter omnes Interpretes Antiqui, & Moderni, id eſt dignus eſt, ut ejus divinitas, virtus, fortitudo prædicetur, ac publicetur; ex quo mihi magna exoritur difficultas; cur etiam de occiſi Agni charitate laudes non decantant; ſicut enim celebrant ejus divinitatem, qua tanta excellentia pro nobis humilis factus; decantant ejus virtutem, ſubintelligentes juſtitiam, qua ſatisfecit: ſapientiam, qua omnia miro modo ordinavit: fortitudinem, qua innumera tormenta ſuſtinuit: gloriam, & honorem, qui ei inde provenit: ac benedictionem omnium donorum, quæ ex ejus morte hominibus impenſa eſt: Cur etiam ejus charitatem non celebrant, quæ fuit radix, ut ex ea tot miri exceſſus, ac effectus pullulaverint; ſed in ſuo Cantico cœleſtes cives charitatem prætermittunt? Chriſtus tempore mortis in omnibus ſuis virtutum magnalibus juſtitiæ, fortitudinis, ac ſapientiæ maximè ſibi complacuit. At eximius ejus amoris affectus comparatione facta cum ſuo vehementi deſiderio homines diligendi, quodammodo videbatur tanto deſiderio non coæquari, inde omnes aliæ virtutum eminentiæ, juſtitiæ, ac fortitudinis decantantur; charitas tamen quodammodo ſecundùm noſtrum dicendi modum, cùm non proportionaretur ſuo vehementi deſiderio diligendi homines in Cantico prætermittitur.

Apoc. 5.

Rich. Vict.

Charitatem præterierunt celeſtes cives.

66. Ait Paulus ad Rom. 15. n. 3. *Chriſtus non ſibi placuit.* Quod explicans D. Chryſoſtom. hom. 27 *Quod noſtrum erat reſpiciens, quod ſuum, neglexit.* Tanto amoris affectu Chriſtus Dominus erga nos ferebatur, ut ſolùm quod noſtrum erat attenderet, ac reſpiceret, quod ſuum verò erat, tanquam ſi parum eſſet, contemneret, ac negligeret.

Rom. 15.
Chryſoſt.

QUÆSTIO XI.

Quod Evangeliſta exprimit quod Chriſtus ſuos diligebat, & quinam ſint iſti ſui?

Hoc dictum ab Evangeliſta putant D. Chryſoſt. hom. 69. Leont. Theophylact. Euthym. ad diſtinctionem Patriarch. ac aliorum defunctorum. D. verò Cyrill. lib. 9. cap. 2. ad differentiam Angelorum dictum eſſe exiſtimat; Chriſtus enim omnium hominum, ac Angelorum Dominus eſt: tamen ſimpliciter exiſtimo cum Toleto, annot. 6. quod Evangeliſta reddit rationem, cur Chriſtus ſuæ eximiæ dilectionis tanta argumenta dederit, cùm ipſe nempe tranſiret ex hoc mundo, in quo diſcipuli, ac electi ſui remanebant multis expoſiti periculis, ærumnis, ac perſecutionibus. 67.

Chryſoſt. Leont. Theoph. Euthym. Cyrill. Tolet.

Multis modis Chriſtus ſuos vocare ſolet, ut notarunt Euthym. Theophylact. D. Thom. Primò quia creati ſunt ab eo, quomodo omnes homines ſuos appellavit. Joan. 1. n. 11. *In propria venit, & ſui eum non receperunt.* In quo ſenſu loquitur Chryſoſt. citata hom. 69. *Suos ſecundùm opificium appellat.* Secundò, qui ab eo ſunt electi, ac prædeſtinati, 2. Timoth 2. n. 19. *Cognovit Dominus qui ſunt ejus.* Tertiò dicuntur ſui, vel à lege, vel à cognitione, vel devotione; de quibus ut interpretatur D. Thom. ait Chriſtus ad Patrem, *Tui erant, & mihi eos dediſti*, Joan. 17. n. 6. Quartò, & ultimò dicuntur ſui Apoſtoli, quorum pedes lavit Dominus, & ſub eis poſſunt intelligi omnes electi, dicuntur autem ſui, tanquam intimi familiares, & amici quos ſuos fecerat per vocationem ad Apoſtolatum, & peculiarem amorem erga eos, à quibus etiam invicem Dominus intimè diligebatur, ita ut diceret Petrus, *Paratus ſum tecum ire in mortem, & carcerem.* 68.

Euthym. Theoph. D. Thom. Ioan. 1.

Chryſoſt. *In quo ſenſu dicantur ſui.*

D. Thom. Ioan. 17.

69 Apoſtoli ergo ſui dicuntur, quibus Dominus tam magna, ac peculiaria amoris ſigna oſtendit. Inſtabat jam tempus acerbiſſimæ paſſionis, in quo ſuis perſecutoribus tradendus erat, oranſque pro inimicis, ac crucifixoribus ſuis, ideò antequam charitatem ſuam ad hoſtes extenderet, illam voluit erga amicos prius declarare, ac manifeſtare. Guarricus Abbas ſerm. in Aſcenſ. *Cum tempus*, ait, *quo ab eis receſſurus erat, inſtaret; tunc veluti vinci tenero illorum affectu viſus eſt, ut magnam multitudinem dulcedinis ſuæ, quam eis abſconderat, diſſimulare non poſſet. Hinc illud eſt cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos Tunc enim propemodum omnem vim amoris effudit amicis, antequam etiam ipſe ſicut aqua effunderetur pro inimicis.*

Guarric. *Ordine charitatis prius proſpicere debes amicis.*

70 Non ait Evangeliſta cum dilexiſſet ſuos Apoſtolos, ſed *cum dilexiſſet ſuos.* Amoris plena ſunt verba, cum eos abſolute, ac per antonomaſiam ſuos dicit, maximúſque ac eximius amoris affectus erga eos denotatur. Ait ſcriptura, *quod Abrahamus filiis concubinarum largitus eſt munera, & ſeparavit eos ab Iſaac filio ſuo, dum adhuc ipſe viveret.* Geneſ. 25. num. 6. Alii etiam filii Abrahæ erant, cur ergo ſolus Iſaac ſignanter dicitur ejus filius, *filio ſuo Iſaac.* Quia inter cæteros peculiariter amore, benevolentia, ac donis conceſſis abſolutè,

Mira dilectio amoris dum ſuos dicit

Geneſ. 25.

ſolutè, & per antonomaſiã Iſaac dicebatur filius ejus. Abulenſ. *Vocatur Iſaac, ait filius ſuus, quia licet alii eſſent filii Abrahæ, ſpeciali modo tamen Iſaac.*

Abulenſ.

71\. Nolens Jacob dimittere filium ſuum Benjamin, ut deſcenderet in Ægyptũ, reliquis filiis ſuis ait, *Vos ſcitis quod duos genuerit mihi uxor mea*, Gen. 44. n. 27. In præſenti uxorem ſuam Rachelem intelligit. Cur ergo hanc ſolam uxorem dixit ſuam, nonne etiam uxor illius erat Lia, & etiam ancillæ Bala, & Zelpha. Cur ergo ſolam Rachelem uxorem ſuam dicit; valde ardenter eam diligebat Jacob, & inde tanquam uxorem ſuam, eam ſolam reputabat, ſolum enim id, quod amamus noſtrum eſſe exiſtimamus. Cajet. *Rachelem antonomyſticè appellat Iacob uxorem ſuam, quia magis dilecta fuerat.*

Geneſ. 44. *Magis Rachel dilecta ſua dicitur à Iacob.* Cajetan.

72\. Quid mirum, quod Chriſtus juſtos, ac Apoſtolos ſuos dicat; cum eos tanquam ſeipſum, ac animam ſuam diligit, ait Deus: *Dedi dilectam animam meam in manu inimicorum ejus*, Jer. 12. n. 7. Ubi Maldonat. animæ dilectæ nomine Jeroſolymam intelligit, quam Deus veluti animam ſuam appellabat. Nam in cruce moriturus, *Pater* ait, *in manus tuas commendo ſpiritum meum*, Luc. 23. n. 46. Quorſ um verò ſpiritum ſuum in Patris manus commendabat, qui paterno ſemper tenebatur, ac fovebatur amplexu. D. Athanaſ. orat. de humana natura, per ſpiritum Chriſti ſervos interpretatur. *In eo, ait, nempe ſpiritu, omnes homines apud Patrem deponit., ac commendat; per ipſum, & in ipſo vivificando.* De quo plura ad eundem locum.

Jerem. 12. Maldonat. *Chriſtus juſtus dicit ſuam animam, ac ſpiritum.* Luc. 23. Athanaſ.

Quæstio XII.

Quare Evangeliſta non ſolùm dicit, quod Chriſtus diligebat ſuos, ſed etiam exprimit, qui erant in mundo.

73\. SEnſum literalem illius particulæ, *qui erant in mundo*, jam explicavi ſuperiori quæſt. in initio, eos nempe, quos in mundi perſecutionibus, ac laboribus relinquebat: nunc verò ſenſum moralem inquiro. Chriſtus Dominus eximio amore diligebat ſuos, prout erant in ſeipſis, ac prout erant in mundo: Homo diligit alterum, non prout eſt in ſeipſo, ac in mundo, ſed prout illum fingit, ac cogitat; eum diligit, quia ipſum conſiderat, ac fingit amicum verum, ac fidelem; cum revera talis homo in ſeipſo, ac in mundo ſit inimicus, ac proditor; alius diligit alterum, quia cum exiſtimat gratum, ac bene merentem; cum talis homo in ſeipſo, ac in mundo ſit ingratus, ac indignus benevolentia. Sic Sanſon amabat Dalilam tanquam amicam, ac fidelem, cum revera eſſet inimica, & proditorias artes machinaretur, Judic. 16. n. 7.

Homo in mundo diligit alium, non prout eſt, ſed prout ipſum fingit. Iudic. 16.

74\. At Chriſtus Dominus tam ardenter homines dilexit, ut eos diligeret prout erant in ſeipſis, ac in mundo; cognoſcebat enim quales erant homines in mundo proditores, inimici ingrati. *Ipſe enim ſciebat quidquid eſſet in homine*, Joan. 2. n. 25. Et cum tales apertè ſciret, ac noſceret, eos ſic amoris æſtu vehementer diligebat.

Chriſtus videns ſuorum inimicorum nequitiam, eos diligit. Joan. 1.

75\. Prædicans Jesus Judæ proditionem, ſcribit Joannes, *Turbatus eſt ſpiritu Jeſus, & proteſtatus eſt, & dixit: Amen dico vobis, quod unus ex vobis tradet me*, Joan. 15. n. 12. Turbatus eſt ſpiritu, ſignificans ſe graviſſimè dolere, ac triſtari ſuper Judæ traditionem, ut potè acerbiſſimam injuriam ab amico illatam. Inſtituens tamen admirabile Euchariſtiæ ſacramentum ipſius proditionis facit mentionem, dicens: *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur*, 1. Cor. 11. n. 24. Ad quid Domine in tam mirabili ſacramento, ubi omnis ſuperabundans charitas panditur, tam execrabilis criminis ponis memoriam, *Qui pro vobis traditur*. Ut excellentia divinæ dilectionis declaretur, cum ad intuitum, ac aſpectum nefandi ſceleris, quod vehementem dolorem, ac triſtitiam in animo ingerebat, præclariſſimum beneficium cum omnibus divini amoris divitiis elargiretur, etſi proditionis agnitio pectus acerbè percutiebat, non valuit tamen impedire, quin donum ſuper omnia dona communicaret.

Joan. 15. 1. Cor. 11. *Ingens amor intuitu magni criminis non impeditur.*

76\. Ait Paulus quod acceſſimus ad Deum omnium judicem, *& teſtamenti novi mediatorem Ieſum, & ſanguinis aſperſionem melius loquentem, quam Abel*, Hebr. 12. n. 24. In quo clamat melius? Abel ſanguis ad intuitum proditorii criminis fratris ſui, qui dixit: *Egrediamur foras*, clamat vindictam, Gen. 4. n. 10. At ſanguis Jesu, veniam, miſericordiam. Tantum abeſt, quod aſpectu ſuæ proditionis, ac ſui crucifixorum exquirat pœnam, quin potius clamore valido omnimodam indulgentiam, ac pietatem ſollicitat, & expoſtulat Arnold. Carnot. *Nullus omnino, ait, ſeveritati locus ibi eſſe poteſt, ubi vulneratus Chriſtus proprii mercedem ſanguinis exigebat.* Vide ſupra q. 3.

Hebr. 12. Geneſ. 4. Arnold.

Quæstio XIII.

Quare Evangeliſta ait, quod Chriſtus dilexerit ſuos in finem?

77\. EXplicanda eſt illa particula, *in finem*, quæ tam alta myſteria ſignificat, ut ad illius finem pervenire non valeamus. Primò, D. Auguſt. tract. 55. in Joann. *Quid eſt in finem, ait, niſi in Chriſtum, finis enim legis Chriſtus*, Rom. 10. n. 4. ac proinde dicens Evangeliſta, Chriſtus dilexit eos in finem, id eſt in ſeipſum, ut ad ipſum tanquam finem tranſirent ex hoc mundo, ut cum eo perpetuò unirentur. Quam expoſitionem etiam ſequuntur D. Thom. ac D. Bonav. & ad hoc pertinet interpretatio Dionyſii Carthuſiani, dilexit ſuos in finem, ait, id eſt beatitudinem, quæ finis eſt hominis.

Auguſt. Rom. 10. D. Thom. D. Bonav. Carth.

78\. Secundò, idem Pater D. Auguſt. N. D. Cyril. D. Thom. D. Bonavent. & ſequuntur Vatabl. Janſen. Tolet. & alii recentiores, *Dilexit in finem*, id eſt, in mortem, ſeu uſque ad mortem, Pſalm. 73. num. 3. *Leva manus tuas in ſuperbias eorũ in finem*, & eſt uſque in finem. Eodem Pſalm. *Vt quid avertis manum tuam, & dexteram tuam de medio ſinu tuo in finem*, id eſt uſque ad finem. Et Syriacus ſic legit, *uſque ad finem*; ac proinde tam vehementer dilexit, ut eos uſque ad mortem dilexerit, ut pro ipſis mori non dubitaverit, ait Jacobus in ſua Canonica c. 5. num. 11. *Sufferentiam Job audiſtis, & finem Domini vidiſtis.* Quid eſt quod in Job proponitur ſingulare ſufferentiæ exemplum ad intuendum, in Chriſto verò Domino ejus finis contemplandus eſt, in quo diſtat Domini finis à Jobi patientia? In hoc ſanè quod ſufferentia Job habuit in pugna termi-

D. Auguſt. D. Cyril. D. Thom. Bonav. Vatabl. Ianſen. Tolet. Pſalm. 73. Jacob. 5. *Pro ſuis laborari non parcit Ieſus uſque ad mortem.*

terminum, certaménque ipſum in vita ceſſavit, cum iterum bona miſſa recuperaret; at Domini patientia multo excellentius enituit; in ejus namque vita nullum habuit terminum, ſed duravit uſque ad finem vitæ ſeu uſque ad mortem, quam pro electorum ſalute libenter ipſe ſuſcepit. Guar. Abbas ſer. in Ram. *Sufferenia Job*, ait, *fuit, uſque ad redditum ſubſtantiæ; ſufferentia Domini uſque ad exitum vitæ qui in extrema atque graviſſima finem ſortitus eſt calamitate.*

Guarric.

79 Tertia expoſitio, *In finem dilexit.*; hoc eſt vehementiſſimè, ac perfectiſſimè dilexit, ut aliqui ex Græco legunt; ita ut ad ultimum, extremum ac ſummum, ſeu finem amoris pervenerit? Chriſtus ſemper ſuos valdè dilexit, cùm tamen ab eis eſſet receſſurus; ad Patrem tranſiturus, ſummum amorem erga nos oſtendit, majora, ac maxima amoris ſigna dedit, videlicet pedum ablutione, ſacra Euchariſtia inſtituta, admirabilique ſermone habito. Theophylact. *In finem dilexit, hoc eſt perfectam erga illos charitatem declaravit.* Euthym *In finem*, ait, *idem ſignificat quod vehementer.* Noſter D. Cyrill. lib 9. in Ioan. c. 2. *Perfectam erga eos dilectionem oſtendit.* Ex quo eleganter ait D. Chryſoſt. homil 66. in Joan. *Cum eos*, ait, *relicturus eſſet, vehementiorem dilectionem oſtendit, hoc enim ſignificat dicens: in finem dilexit eos, nihil omiſit, quod vehementer amantem deceret.* Rupert. lib. 11. in Joan. *Igitur & ut oportebat, in finem dilexit eos, id eſt dilectionem erga illos, eo uſque perfecit, ultra quod non poſſit augeri, videlicet ut animam ſuam poneret pro illis.* Sidonius Apol. lib. 3. Epiſt. 1. amico ſuo. *Et quod fatendum eſt; diu erectis utrinque amoris machinis ipſe culmina poſuit.* Chriſtus Dominus cum viveret inter homines amoris machinas, ac oſtentationes erigebat, & declarabat. In fine verò vitæ coronidem & culmen amoris præſtitit.

Summus Chriſti amor in fine.

Theoph. Euthym. Cyril. D. Chryſ. Rub. Sidon.

Amoris corona.

80 Poſtquam Agnus Paſchalis comeſtus eſt, ait Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis, *Deſiderio deſideravi hoc Paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar.* Luc. 22. n. 15. hoc eſt ut interpretantur Euthym. D. Bonav. Janſen. Barrad. Lucas Burg. ſummoperè deſideravi hunc Agnum Paſchalem, ſeu Agnum Paſchalem hujus anni, & diei, ſeu hanc cœnam manducare vobiſcum; valdè tamen admiratione dignum eſt, quod cœnam tam deſideratam uſque ad mortem Dominus differret; Cur quæ tam efficaciter deſiderabat, non feſtinat peragere? Cur ergo uſque ad morte remittit? Approximante mortem maximè creſcere debebat plenitudo ejus amoris, infinitúſque illius theſaurus manifeſtari ut ſacramento Euchariſtico inſtituto, divitias ſui divini amoris in nos effunderet, ut loquitur Conc. Trid. ſeſſ. 13. cap. 2. Beda, *Deſiderio deſideravi hoc Paſcha, id eſt novum myſterium, novi Teſtamenti, quod tradebat diſcipulis, quod plures ante eum Prophetæ & juſti cupierunt. Sed & ipſe ſitiens communem ſalutem, hoc tradebat myſterium, quod toti mundo competeret.* Vehementer illud Paſcha deſiderabat, in quo negotium humanæ ſalutis, ac ſumma ſigna amoris erat præſtiturus.

Luc. 22. Euthy. Bonav. Ianſen. Barradas, Burgenſ.

Trident. Beda.

Summus Chriſti amor in morte.

81 Quarta expoſitio eſt D. Dionyſii apud Turrian. tract. 1. de Euchariſtia, cap. 10. *In finem dilexit eos id eſt*, ait, *ad ſummum. Quando confecit nobis communionem, qua nos ad ſummum cum divina carne ſua uniret.* In finem, & in ſummum amoris dilexit nos, quando ſacra Euchariſtia inſtituta, nos ſecum intimè adunivit. D. Chyſoſt. hom. 45. in Joan. *Cum amorem*, ait, *ſuum Deus indicare velet per corpus ſuum ſe nobis commiſcuit, atque in unum nobiſcum redegit, ut corpus cum capite uniretur.* Ex quo in hoc admirabili opere, tanquam in ſummo divinus amor erexit, ac conſtituit vexillum ſuum. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, dediſti lætitiam in corde meo, à fructu frumenti, vini*, &c. Pſal. 4. n. 7. *Signatum eſt*, Hebraicus legit, *Elevatum eſt inſtar ſigni, atque vexilli.* Lumen vultus tui igneus amor tuus. Genebrardus, *Dediſti lætitiam in corde meo*, id eſt, ô Domine, inſtar ſigni, ac vexilli elevatus eſt tuus ignitus amor, dediſtique lætitiam in corde meo, ex eo quod filii Eccleſiæ cœleſti frumento, ac vino multiplicati ſunt: ubi intervenerit fructus frumenti, ac vini, tuus divinus amor elevatur inſtar ſigni, ac vexilli; Vide infrà cap. 20. quæſt. 15. num. 118.

D. Dionyſ. Turrian.

D. Chryſ.

Vexillum amoris ſacra Euchariſtia.

Pſ. 4. Hebr. Genebr.

Quinta expoſitio ad eadem Dionyſii verba, *In finem dilexit nos; id eſt ad ſummum, quando fecit nobis communionem.* Ita dilexit nos, ut ad ſummum, ac extremum ſuæ divinæ omnipotentiæ deveniret cum nobis corpus, & ſanguinem ſuum dederit, quid magis repugnans eſt, quam omnipotentia cum termino, tam vehementer dilexit nos, tamque liberalis extitit erga homines, ut ne de potẽtia abſoluta poſſit plus entitative dare, quam nobis in hoc ſacramento præſtitit, corpus ſcilicet, & ſanguinem ſuum cum tota divinitate. Cùm vehementiſſimè nos diligeret, nihil voluit habere quod totum nobis non communicaret. Ex quo eleganter ſolves quæſtionem, cur ipſe ſic inſtituit hoc ſacramentum, ut eſſet realitate vivus, repræſentatione mortuus, quam tractavi tom. 3. cap. 35. q. 31. ut magis meam mentem aperiam, iterum dico; Cur ſcilicet Chriſtus ſic inſtituit hoc ſacramentum, ut in eo eſſet realitate vivus repræſentatione mortuus. Nam quando hoc ſacramentum inſtituit, realitate ſe conſtituit vivum; nam corpus ſacramentale dicit ordinem ad naturale, repræſentatione verò ſe conſtituit mortuum, juxta illud Pauli, *Quotieſcumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis*, 1. Cor. 11. n. 26. Si ergo in hoc ſacramento realitate eſt vivus, cur non etiam repræſentatione? Et ſi repræſentatione eſt mortuus, cur non etiam realitate? Ad quid realitate vivus, & repræſentatione mortuus; ô admirabilis divini amoris inventio! Si ipſe realitate, ac repræſentatione eſſet vivus, ſolum videretur nobis ea in hoc ſacramento dare, quæ cùm vivus eſſet, habuit; ſi repræſentatione, ac realitate mortuus conſtitueretur, ſolum reputaretur præſtare ea, quæ in eo mortuo ſunt inventa; quod autem ſub ſpeciebus adeſſet, realitate vivus, ac mortuus, impoſſibile erat; inde hoc modo inſtituit ſacramentum, ut eſſet realitate vivus, & repræſentatione mortuus; ut nec vivus, nec mortuus aliquid haberet, quod totum in hoc ſacramento, nobis non exhiberet ac largiretur. Deinde repræſentatione mortuus, ut nos alliceret ad pœnitentiam; realitate vivus, ut promerentibus præm... concederet.

82.

Cur in ſacramento Chriſtus realitate vivus, repræſentatione mortuus.

1. Cor. 11.

Chriſtus ſive vivus, ſive mortuus, totum quod habuit, nobis largitur.

Sexta expoſitio, *In finem*, exponi poteſt ſine fine. *In principio erat verbum.*, Joan. 1. n. 1. Quid eſt in principio, nunquid Deus habet temporis principium? Minimè Quid ergo ſignificat; principium ibi accipitur pro æternitate, ut cum D. Ambroſ. D. Baſil. D. Nazianz. Hilar. D. Thoma, & aliis dixi ſuo loco. Æternitas intrinſecè caret principio, & fine. Ac proinde, *In principio*, idem valet, ac ſine principio, eodem etiam modo in finem, idem

83.

Ioan. 1

D. Ambroſ. Baſil. Nazianz, D. Hilar. D. Thom,

Chriſti amor ſine fine.

idem eſt ac ſine fine: ſecundùm Philoſophorum regulas principium correſpondet fini; ergo ſi illud *in principio*, idem eſt ac fine principio; etiam illud *in finem* expendendum eſt, ut idem ſonet, ac ſine fine. Tam vehementer Chriſtus ſuos dilexit, ut ejus amor non habuerit terminum, ac finem; omnia enim quæ pro eis impendebat, tanquam pauca videbantur.

84. Joan. 1. *Verbum caro factum eſt*, ait Joan. 1. n. 14. & quomodo factum, explicat D. Damaſcen. ita ut *quod ſemel aſſumpſerit, nunquam dimiſerit.* Cur nunquam dimiſſa eſt ipſa humanitas ſemel aſſumpta? nunquam ipſa unio habuit terminum, & finem. Unio hypoſtatica D. Verbi cum natura humana, divino amore negotiante facta eſt, ut eſt communis Patrum vox, & docet D. Thomas 3. p. q. 32. art. 1. in corpore. (D. Thom.) Cùm ergo ſacratiſſima illa hypoſtatica unio divini amoris opus eſſet, nec habet finem, nec ceſſationis terminum, divinus enim amor circa nos nullam ſibi metam præſcribit; ut præclarè dixit D. Cyprian. orat. 1. (Cypr.) *Profluens largiter ſpiritus ille*, ſcilicet divini amoris, ait, *nullis finibus premitur, nec coercentibus clauſtris intra certa metarũ ſpatia refrenatur; manat jugiter, exuberat affluenter, noſtrum tantum ſitiat pectus.*

85. Primas ſedes petentibus filiis Zebedæi, ait Chriſtus. D. *Calicem quidem meum bibetis, ſedere autem ad dexteram meam, & ſiniſtram non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo,* Matth. 20. n. 23. (Matth. 20.) Quomodo hæc affirmantur à divino Magiſtro, cum ejus poteſtas æqualis ſit cum Patre, *Omnia dedit ei Pater in manus.* Et tam ad ipſum, quam ad Patrem ſpectat non dare ſine meritis, ac intuitu cognitionis, ac familiaritatis, ut iſti petebant; Trita res, novo tamen ſplendore illuſtratur ab Ambroſ. lib. 5. de fide, cap. 3. (D. Ambr. *Amor præeminet poteſtati.*) *Volens oſtendere*, ait *quod non perfunctoriam rem aliquam Diſcipuli poſtularent, ſed eam quam impetrare non poſſent, prærogativam eis paternæ honorificentiæ reſervavit, non metuens ne quid juri proprio derogaret* &c. *Noluit his, quos diligeret videri, quod peteret denegaſſe. Sanctus, & bonus Dominus, qui mallet aliquid diſſimulare de jure, quam de charitate deponere.* (*Amor non patitur terminum.*) Expediebat ut Chriſtus non daret diſcipulis eo modo petentibus. Tamen, *Noluit his, quos diligeret videri, quod peterent denegaſſe*? tunc ait illis, *non eſt meum dare vobis.* Volens potiùs diſſimulare poteſtatem, quàm amorem, eligens potius terminum imponere ſuæ potentiæ, *non eſt meum dare vobis*, quàm terminum præfigere amori ſuo, quod cum ipſe poſſet, nollet dare his, quos diligebat. *Sanctus & bonus Dominus, qui mallet aliquid diſſimulare de jure, quam de charitate deponere.*

QUÆSTIO XIV.

Expenditur iterum illa particula in finem, *ſecundùm aliam lectionem.*

86. *IN finem dilexit eos.* Particulam illam *in finem*; alij legunt, *in contentionem*, quæ variis modis poteſt explicari, quod Chriſtus Dominus hodie exiret in contentionem cum patre, cum ſapientia ſua, cum majeſtate, cum morte, cum amore, ac cum odio inimicorum quæ omnia moraliter expendenda ſunt.

87. Exiit in contentionem ſecundùm noſtrum dicendi modum cum Patre, dum hominum cauſam agit pro eis ſatisfaciens, & rogatus. Cùm iratus eſſet Saül in Davidem jam ejectum à facie ſua, patri ſe opponit princeps Jonathas cauſam Davidis agens *iratúſque arripuit Saul lanceam, ut percuteret eum*, 1. Reg. 20 n. 33. (1. Reg. 20.) Amore tamen paterno detentus eſt ne filium feriret, ut notant Abulenſ. Lyran. & alij, Princeps Jonathas figuram gerebat Chriſti Domini principis Regum terræ, ut ponderat Rabbanus; (Rban. *Chriſtus hominum partes agit coram Patre ſuo.*) cum enim Æternus Pater eſſet citatus in homines gravitate ſuorum peccatorum ejectos à facie ſua, ſe oppoſuit verus Dei, & hominum mediator Chriſtus, non ſolùm pro hominibus rogans, ſed etiam pro eis ſatisfaciens, ac perſolvens; ita tamen ut furoris lanceam Æternus Pater non retineret, ſed in eum emitteret, (Rom. 8. 32.) *Qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum*, Rom. 8. n. 30.

Secundò, exiit Chriſtus in contentionem cum ſua ſapientia, *Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona poſt cogitationes ſuas*, Iſai. 65. n. 2. (Iſai. 65.) Verba ſunt Chriſti in cruce pendentis ad Judæos, ut interpretantur Theodoretus, Forerius, & alij, (Theod. Forer.) ipſos invitantis ad vocationem, ac fidem, qui tamen ſuorum parentum ſceleribus detenti voluerunt venire. Cum bene ſciret Dominus eorum incredulitatem, ac obdurationem, ad quid eos vocat, cùm dicat Seneca epiſt. 29. (Seneca.) *Non eſt ars, quæ ad effectum caſu venit, ſapientiæ ars certum petat*; verum eſt, *quod ſapientiæ ars certum petat*; tamen Chriſtus vocat, (*Amor obumbrat ſapientiam.*) quos certò ſciebat non eſſe venturos; ſic divinus amor avidus erat noſtræ ſalutis, ut quodammodo præemineret divinæ ſapientiæ & ſi ipſe amor pro omnium ſalute invigilabat, omnibus dans neceſſaria ad illam, ut in externa ſpecie, ac opinione aliquorum hominum, veluti videretur ſapientia, ſi fas eſt dicere aliquantulum ſua perſpicacia non uti, ut abundantius pretium vitæ pro omnibus exhiberet. Tertiò, exit in contentionem cum majeſtate dum diſcipulorum pedes lavat; de quo vide infrà q. 28. & 29. Quartò, exiit in contentionem cum odio inimicorum, ac perverſitate Judæ. De quo ſequenti cap. 6. q. 14. ad finem.

Quintò, exiit in contentionem cum morte, *ut* 89.
tranſeat ex hoc mundo. Duæ celebres victimæ oblatæ ſunt Deo, Abel ſcilicet, & Iſaac. Tamen Abel mortuus eſt, Iſaac verò vivus evaſit. Cur unus moritur, & alter vivus ſervatur? Abel interficitur odio fratris ſui, Gen. 4. n. 8. Iſaac verò amoris vi exponebatur morti, non moriatur ergo Iſaac, ſed incolumis cuſtodiatur, (Geneſ. 4. Geneſ. 22. *Chriſtus primus omnium oblatus vi amoris.*) non enim patitur Chriſtus, ut quis prior ipſo amoris æſtu, vitam in ſacrificio profundat. Clem. Alex. l. 1. Pædagog c. 5. (Clem. Alex.) *Iſaac*, ait, *typus eſt, ac figura Domini, erat enim filius Abrahæ, quemadmodum Chriſtus Dei, hoſtia autem, ſicut Dominus, ſed non oblatus eſt ut Dominus, ligna ſolùm ſacrificij portavit Iſaac, ut lignum Dominus, ſolùm autem jure non eſt paſſus Iſaac, qui primas paſſionis partes verbo ceſſerit.* Expende ultima verba, *qui primas paſſionis partes verbo ceſſerit.*

Sextò, exiit in contentionem cum amore, dum 60.
mortem, ac tormenta pro deliciis, ſuavitate habet, *Quis mihi det te fratrem meum, ut inveniam te foris, & deoſculer te*, Cant. 8. n. 1. (Cantic. 1. Cantic. 5. *Mors ac crux deliciæ amanti.*) Quænam hæc tam vehemens ſponſæ cupiditas? Nónne cum ipſa foris quæreret ſponſum, à cuſtodibus inventa percuſſa, ac vulnerata eſt, Cantic. 5. n. 7. Nónne cum ipſe ſponſus foris abiret extra urbem in Calvariæ locum ductus, ac cruci affixus eſt, hæc ſunt dulcedinis oſcula, quæ cum eo vis habere? Hujuſmodi dira,

dira, ac inhumana vulnera, caput ſpinis tranſfixum, manus perforatæ, ac totum corpus verberibus affectum, pro oſculis, ac deliciis habentur à Christo. Philo Carpatius, *Tunc foris*, ait, *inventus eſt ſponſus, & oſculatus à ſponſa, cum humanitate veſtitus, & extra Hieroſolymam crucifixus, eam ipſam à ſempiterna morte redemit, & per ineffabilem charitatem ſoluto omni debito ſibimet amantiſſimè reconciliavit*. Accepit Dominus vulnera pro oſculis, opprobria pro deliciis, verbera pro amplexibus. D. Chryſol. ſerm. 108. *Clavi*, ait, *non mihi infigunt dolorem, ſed veſtram mihi infigunt altius charitatem, vulnera hæc non educunt gemitus meos, ſed magis vos meis viſceribus introducunt, Extenſio corporis mei vos dilatat in gremium. Venite ergo.* De his multa infrà in hoc Tomo dicam.

P. Carp.

Chryſol.

91. Septimò, exit in contentionem cum omni dira tormentorum neceſſitate. Maximè expendenda eſt Jeremiæ locutio: *Tantum in me vertit, & convertit manum ſuam*, Thren. 3. n. 3. Hoc eſt in me unum totam ſuam manum duram, & ſecuram miſit Deus. Cur ait *tantum in me*, cum à ſuppliciis, calamitatibus, ac vexationibus in illa civitatis deſolatione nullus fuerit immunis, afflictióque omnes comprehenderit ab infimo uſque ad regem, à puero uſque ad ſenem, à plebeio uſque ad Sacerdotem, à virgine uſque ad viduam? ut ipſemet Vates teſtatur Thren. 2. n. 9. *Perdidit, & contrivit vectes ejus, regem ejus, & principes ejus in gentibus*, n. 10 *Sederunt in terra, conticuerunt ſenes filiæ Sion.* Et poſteà ſubdit: *Abjecerunt in terram capita ſua virgines Jeruſalem* Et n. 11. *Effuſum eſt in terra jecur meum ſuper contritione filiæ populi mei, cum deficeret parvulus, & lactans in plateis.* Et poſteà n. 20. *Si occiditur in ſanctuario Domini Sacerdos, & Propheta.* Et poſteà n. 21. ait: *Jacuerunt in terra foris puer, & ſenex: Virgines meæ & juvenes mei ceciderunt in gladio.* Ac tandem de tota ipſa civitate, ac regione ait, Thren. 1. n. 1. *Princeps provinciarum facta eſt ſub tributo, non eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis ejus* Loquitur Propheta in perſona Christi Domini, in quem ſic Æternus Pater expendit, ac emiſit duram manum omnium dolorum, tormentorum, ac afflictionum, ut ipſe verè dicat: *Tantum in me vertit, ac convertit manum ſuam*; ſi enim omnium mala, ac calamitates conferantur cum Christi Domini doloribus, ac pœnalitatibus, tanquam ſi nullæ eſſe videantur. Unde ipſe ait, quod in eum tantum Pater plenam, manum omnium acerbitatum, ac afflictionum, injuriarum conjecit, ac emiſit Lyran. *Loquitur*, ait, *ad modum hominis multum afflicti, cui videtur, quod nulla afflictio alia ſit ſuæ comparanda.*

Thren. 3.

Tormenta, ac dolores Christi majora omnium hominum.

Lyran.

Quæstio XV.

Eximius, ac vehemens Christi amor in fine graviter quadam figura explicatur.

92. ELegantiſſimo ornatu ac magno cultu veſtiri, ac componi Pontificem Hebræum mandabat Dominus. Diſponebat, ut in capite ejus imponeretur thiara cum lamina aurea, in qua ſculptum erat ſanctum Dei nomen *Iehova*, in pectore verò imponebatur Rationale cum duodecim pretioſis lapidibus, in quibus ſcripta extabant nomina duodecim filiorum Iſraël: cingulo cingebatur ex omni lapide magni valoris compoſito. Tandem cærulea veſte uſque ad pedes induebatur. In cujus extremitate mandabat Deus: *Deorſum verò ad pedes ejuſdem tunicæ per circuitum, quaſi mala punica facies, mixtis in medio tintinnabulis*, Exod. 28. num. 33. juxta ſanctos Patres, D. Cyril. Alexand. lib. 11. de adorat. Arnoldum Abbatem tract. de verbis Domini, ac alios in veſte hac altiſſima vitæ Christi myſteria adumbrabantur, lamina aurea in thiara, cum ſanctiſſimo Dei nomine præfigurabat altiſſimum Incarnationis myſterium, in quo pretioſum divinitatis aurum cum debilitate noſtræ naturæ adunitum eſt. Duodecim verò lapides duodecim Apoſtolos denotant, totius Eccleſiæ fundamenta, in quibus & omnes fideles involvebantur, qui omnes in Christi corde ſculpti defixi erant. Cinctorium verò virtutes, ac miraculoſa Christi opera ſignificabat: *Et erit juſtitia cingulum lumborum ejus*, Iſai. 11. num. 5. Cærulea veſtis cœleſtem Christi vitam deſignabat. At verò in limbo Sacerdotalis veſtis tantùm mandat Deus ponere mala punica cum tintinnabulis: Ad quid? Mala punica amoris ſigna ut ſatis vulgare eſt. Tintinnabulum verò vocis inſtrumentum extat, ac proinde idem ſunt, ac amoris voces. Cur ergo amoris voces non dividuntur per varias partes, in quibus alia myſteria denotantur? Ubinam magis divinus amor ſeſe manifeſtavit? Ubinam altius vocem evexit, quàm in admirabili Incarnationis myſterio, in quo ſuprema Dei divinitas cum infima noſtra natura ſeſe copulavit, ac univit? Ubinam quæſo majorem vocem edidit divinus amor, quàm in ſua eximia charitate, quam Christus erga ſuos habuit per totam ſuam vitam, vel quæ in ejus miraculoſis operibus enituit: ita ut dicat Joann. *Quæ ſi ſcriberentur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt libros*, Joan. 21. n. 25. Cur ergo omnia mala punica cum tintinnabulis, ſeu amoris voces in extrema veſtis ora ponuntur? Ut apertè, ac clarè exprimatur, quod amor in ultimo fine, ac termino vitæ Christi, tam ſublimem, ac altam edidit vocem ſuper univerſalia opera, ut illa omnia illius combinatione quodammodo videantur tanquam muta, ac ſine voce, & ideo ad hoc denotandum amoris ſigna illiúſque voces non dividuntur per alia myſteria, ſed in fimbria, ac fine veſtis reponuntur; nam illius comparatione, in cunctis aliis amor veluti mutum ſe exhibet, ac oſtentat. Hoc reſpexit Petrus Cellenſ. Abbas, lib de panib. c. 1. *Videntur mihi tintinnabula*, ait, *pronuntiare ea, quæ cum Apoſtolis habuit Jeſus in ultimo ſacroſanctæ cœnæ.*

Exod. 28.
D. Cyril.
Arnold.

Iſai. 11.

Joan. 21.
Amor Christi in fine ſuper univerſa ejus myſteria extollit vocem.

Petr. Cel.

Omitto quod mala granata, ſeu punica habent coronas, divinus enim amor in fine tanquam coronatus apparuit ad noſtrum ſcopum; advertendum eſt tamen ex Ioanne Ruisbrochio, commentario in tabernaculum fœderis cap. 38. quod in veſte Pontificis Hebræorum, *Mala punica eo ordine diſponebantur ut tintinnabulis longius protenderentur*: Fimbria Sacerdotalis ex utroque ornabatur, quonam ergo motivo divina Sapientia diſpoſuit, ut tintinnabula, ſeu vocis inſtrumenta ſtrictiora eſſent, mala verò punica longiora. Cur omnia æquali menſura non aptantur; Tintinnabula illa denotabant voces, quas emiſerunt ſcriptores Canonici, Prophetæ, Apoſtoli, Evangeliſtæ, Doctores, Magiſtri, ac Prædicatores Eccleſiæ, in his: *Intonuit de cœlo Dominus, & Altiſſimus* 93.

Ruisbroc.
Omnium voces non poſſunt dicere magnitudinem divini amoris.

Pſalm. 17. *tiſſimus dedit vocem ſuam*, Pſalm. 17. n. 14. Cur ergo tintinnabula ſunt breviora, mala verò punica longiùs extenduntur, ut clarè, ac apertè manifeſtetur, quod omnia, quæ univerſi Scriptores Canonici, Prophetæ, Evangeliſtæ, Apoſtoli, Doctores Magiſtri, Prædicatores Eccleſiæ clamarunt, dixerunt, ac publicarunt de hoc Chriſti amore in fine, quamvis multa fuerint, omnes eorum voces compreſſiores, ac breviores fuerunt, & divino amori in fine non adæquarunt, ampliores ac largiores ſunt exceſſus divini amoris omnibus creatis vocibus, eorùmque alto clamore.

94 Cant. 4. Ad ſuam dilectam ſponſam loquens Chriſtus ait, *ſicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ*, Cant. 4. n. 3. Cur facies Eccleſiæ non cum malo granato integro, ſed cum una ejus tantùm parte comparatur? Combinatur cum integra roſa, *ſicut roſa in Iericho* Cum integra palma, *ſicut elatæ palmarum* Cum integra turri, *ſicut turris David*. Cur ergo ſimiliter non cum integro malo granato, ſed tantum cum una ejus parte? Per hujuſmodi poma ſignificavit Spiritus ſanctus magnitudinem divini Amoris, *Quaſi mala punica facies.* Inde ait: *Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ.* Omnia enim, quæ in externa facie, ac apparentia Eccleſiæ videntur tot ſcripturis, tot imaginibus, tótque ſermonibus, ac verbis, hæc omnia tantum nobis exprimunt quoddam fragmen, ac partem divini amoris, omnes enim ejus magnitudines, ac exceſſus non poſſunt videri, nec intelligi ab intellectu creato, ſed omnem ejus captum ſuperant. *Sapientia foris prædicat, & in plateis dat vocem ſuam*, Proverb. 1. n. 20. Quod intelligitur in ſuis prædicatoribus; tamen cum noſter intellectus ſit finitus, ac limitatus non poteſt adæquari cum infinitate, ac magnitudine hujus amoris. Certum eſt apud Theologos, quod cum eſſentia divina ſit incomprehenſibilis, ac proinde quamvis noſter intellectus elevetur, nunquam infinitatem illius objecti poteſt adæquatè penetrare, quod provenit, tum ex infinitate objecti, tum etiam ex limitatione noſtræ potentiæ; eodem etiam modo, cum iſte amor divinus eſſet infinitus, quantumvis noſter intellectus elevetur, nunquam poteſt illius infinitatem adæquare.

Magnitudo divini amoris nec agnoſcitur, nec intelligitur.

Prov. 1.

95 Iſa. 6. Videt Iſaïas Dominum in majeſtatis throno ſedentem, Seraphim verò ſtabant: *Sex alæ uni & ſex alæ alteri; duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus, & duabus, volabant*, c. 6. n. 2. Septuaginta legunt, *Duabus operiebant faciem, duabus autem operiebant pedes.* Vatablus, *Duabus obtegebant pedes.* Juxta multos Doctores Dominus in throno Chriſtus erat, cujus caput divinitatem denotabat Seraphim velabant, ac operiebant, circa pectus verò, in quo ignitus amor reſidebat, alis ſuis tenuem auram exhibebant; pedes etiam, qui Chriſti extrema opera ſignificabant, alis velabant, ac operiebant Seraphim. Hugo. *Pedes velare*, ait, *eſt de fine, & de humanitate quadam ſub ſilentio prætirire.* Valde ponderatione dignum, quod Seraphim obvelent caput, divinitatem nempe, etiam eodem modo cooperiant pedes, extrema nempe Chriſti opera. Sicut comprehenſibilitas divinæ naturæ tranſcendit noſtrum intellectum: ſic etiam adæquata cognitio divini amoris, illiúſque in fine vitæ operum noſtrũ captum ſuperat, indéque omnium magiſtrorum, ac prædicatorum voces etiam elevatæ breves; ac compreſſæ inveniuntur ad magnitudinem divini amoris exprimendam.

Septuag. Vatabl.

Hugo. *Abſconditus, & incomprehenſibilis eſt divinus amor.*

Circa numerum, quem tintinnabula, ac malogranata in limbo veſtis Hebræorum habebant, variæ ſunt ſententiæ. S. Proſper quinquaginta fuiſſe affirmat. S. Hieron. ad Fabiolam, quem ſequitur S. Iſidorus, de utriſque ponit ſeptuaginta. in quo ſeptuagenario numero, ſeptem voces divini amoris in hoc fine vitæ Chriſti conſiderari poſſunt. Prima ad Patrem, de quo vide q. 7. Secunda vox ad ipſummet Chriſtum, de quo d. 4. Tertia vox ad ipſummet divinum amorem, de quo q. 10. Quarta vox ad mortem, q. 6. Quinta vox ad homines, de quo plura infrà, dum eorum pedes lavat. Sexta vox ad ea quæ nobis reliquit, ſacram nempe Euchariſtiam, de quo q. 12. Vox ſeptima circa ea, quæ ad Patrem detulit. *Ad eum addit*, de quo quæſt. 21. 96.

Quot eſſent tintinnabula. Proſper. D. Hier. D. Iſidor.

Ioan. 13. *n.* 2. Et cœna facta, cum Diabolus jam miſiſſet in cor, ut traderet eum Judas Simonis Iſcariotæ.

V E R S I O N E S.

Syriacus. Cum facta eſſet cœna, injecerat ſe Satanas in cor Judæ filii Simonis Iſcariotæ, ut proderet eum.

Arabicus. Cùm veniſſet hora cœnæ, Diabolus immiſit in cor Judæ Simonis Iſcariotis, ut traderet eum.

Arias. Diabolo jaculato cor Judæ.

Vatabl-Euthym. Quum Diabolus jam immiſiſſet in cor Judæ.

E X P O S I T I O II.

Et cœna facta. A qua ſurrexit Chriſtus, ut ſuorum pedes lavaret. Nota cum Expoſitoribus communiter, quod Chriſtus in hac ultima nocte triplicem habuit cœnam cum ſuis diſcipulis. Prima fuit cæremonialis, ſeu legalis. In qua juxta legem comedit cum ſuis Apoſtolis Agnum Paſchalem. Secunda fuit uſualis, ſeu communis, in qua alii cibi apponebantur, in magnis enim familiis plurium perſonarum, unus agnus non ſufficiebat ad eorum ſatietatem; & ideò manducato Agno, fiebat cœna uſualis, in qua recumbentes alios cibos, ac carnes more aliorum dierum comedebant. Tertia extitit ſacramentalis, in qua ſacra Euchariſtia fuit inſtituta: *facta ergo cœna* legali, ac etiam uſuali, hæc ex majori parte facta, & jam propè ad finem deducta; adhuc reliquiæ ciborum cum vino remanebant in menſa, Dominus ſuorum pedes lavit; & poſtea recumbens iterum menſæ dedit Judæ buccellam, ſeu intinctum panem, & ſacram Euchariſtiam inſtituit, ut notat D. Aug. tract. 55. in Joan. *Non ita*, ait, *debemus intelligere cœnam factam veluti jam conſummatam, atque tranſactam; adhuc enim cœnabatur, cum Dominus ſurrexit, & pedes lavit diſcipulis, nam poſtea recubuit, & buccellam ſuo traditori poſtea dedit, utique cœna nondum finita, hoc eſt dum adhuc panis eſſet in menſa: Cœna ergo facta ut dictum eſt, ad uſum convivantium producta.* idem docent D. Paſch. Janſen. Barrad. & allii communiter.

97. *Triplex cœna.*

D. Aug.

Paſchaſ. Janſen. Barradas.

cœna

98 Hugo. *Cœna facta.* Card. Hugo: Benè dicitur cœna triplici ratione, quia facta eſt veſpere diei, temporis, legis, ac ætatis mundi, & etiam ſuæ ætatis. Secundò, quia ſpecialiſſimis amicis. Tertiò, quia dulciſſimo, ac delicatiſſimo cibo refecta eſt.

99. *Cum diabolus jam*, ab unguento effuſo è Magdalena, de quo eg. c. 1. *jam miſiſſet in cor*; per ſuggeſtionem, ac cognitionem perſuadendo, ut ait citat. D. Auguſt. *Miſſio iſta non fit per aurem, ſed per cogitationem*, per phantaſiam, ac appetitum inferiorem commovet Satanas ſuperiores potentias. Vide quæ dixi cap. 3. q. 1. *Ut traderet eum Judas Simoni Iſcariotæ*. Et clarius exprimit Syriacus, filius Simonis Iſcariotæ, à patria nomen habet. *Ut traderet eum* inimicis ſuis ad crucem, ac mortem. Textus altius explicabitur q. 17.

(Margin: Syriacus.)

QUÆSTIO XVI.

Quare in cœna, ac ablutione pedum Joannes proditionis Judæ meminit?

100 ENARRAT Evangeliſta ſummas Chriſti amoris divitias: *Cum dilexiſſet ſuos in finem dilexit eos*, Et antequam Evangeliſta tanti amoris opera ſcribat, quo ſuorum pedes abluerit, eiſque ſe in pabulum dederit, alto myſterio interſerit, ac promittit proditionem Judæ. *Cum Diabolus jam miſiſſet in cor, ut traderet eum Judas.* Cujus rei rationem quæſtio inquirit.

(Margin: *Ratio difficultatis*)

101. Reſpondet D. Auguſt. tract. 55. *Ad hoc*, ait, *pertinet quod de traditore, qui jam talis venerat, qui neque ab illo ignorabatur, proloqui voluit, ut hoc quoque ad maximum cumulum humilitatis accederet, quod etiam illi dedignatus eſt pedes lavare, cujus manus jam prævidebat in ſcelere.* Euthym. *Hoc*, inquit, *interpoſuit Evangeliſta cum ſtupore, admirans excellentem Chriſti clementiam, quia hujus etiam pedes lavit, qui proximo erat eum traditurus.* Idémque docent N. D. Cyrill. Chryſ. Theoph. Rupert. D. Thom. D. Bonav. & alii. Hæc ſcribit Evangeliſta, ut Chriſti dilectionis magnitudinem, humilitatis profunditatem, patientiæ, ac manſuetudinis generoſitatem declaret, ac exaggeret, quia cum præſciret à Juda eſſe vendendum, moxque ab ipſo prodendum ad mortem, tamen tam firmiter in amore diſcipulorum perſtitit, ut eorum pedes, ac etiam ipſius Judæ laverit, eiſque ſe ipſum in cibum exhibere dignatus eſt. O eximia charitas! ô ſumma patientia! ſciabat omnia ſibi à Patre tradita, ſéque etiam videbat maximè à Juda offenſum, tamen in eum non iraſcitur, ſed omnibus modis illius amicitiam quærit, ejúſque pacem ſollicitat, inclinans ſe ad ejus pedes.

(Margin: Aug. — Euth. — Cyril. D Chryſ. Theoph. Rupert. D. Thom. Bonav. — *Chriſti charitas quamvis offenſa. Judæ amicitiam ſollicitat.*)

102 O durus, ac obſtinatus Judæ animus, qui tanta pietate, clementia, beneficiorum largitate non miteſcit, ut à ſua nequitia deſiſtat; facta paſchali cœna, cum oraret Jeſus veniunt ad eum tenendum principes Judæorum cum militibus, ac laternis: *Tunc acceſſerunt, & manus injecerunt in Jeſum* Matth. 26. n. 50. Tunc in ipſa nocte paſchalis cœnæ, qua memorabant ſuam libertatem ex Ægypto in liberatorem inſurgunt; ex quo maximè manifeſtatur eorum nequitia ac inſania, dum inter præſentes memorias tantorum beneficiorum, eorum benefactorem perdere nituntur. D. Chryſ. homil. 84. in Matthæum: *Tunc immiſerunt*, ait, *in eum manus, & tenuerunt illum Ipſa nocte, in qua comederunt Paſcha, tanta inſania, tantóque furore agitabantur. Idcirco Judas maxima non evitabit ſupplicia, quinimò multo magis jure vexabitur; quia omnipotentiæ, humilitatis, benignitatis Domini tanta habens argumenta, omnem feram belluam crudelitate ſuperavit.*

(Margin: Matth. — D. Chryſ. *Ferus qui intuitu beneficiorum non miteſcit.*)

Cum filii Iſraël in via adorarent vitulum, ait Regius Vates, Pſal. 105. n. 19. *Fecerunt vitulum in Horeb, & adoraverunt ſculptile, & dixit, ut diſperderet eos.* Poſteà veró regnante Jeroboam non ſolùm unum vitulum, ſed duos fabricaverunt, ac adoraverunt, 3. Reg. 12. n. 28 Nec tamen ita Dei ſic exarſit, ut diceret ſtatim ad eos diſperdendos. Cur ergo in unius vituli adoratione, ſine cunctatione, illis proponitur perditio; In via illa deſerti Deus ſingulis diebus de cœlo eis mittebat manna quo paſcebantur, valde execrabile erat, quod de tanto epulo accepto ad injuriam datoris in vituli adoratione ſe converterent, inde digni inveniebantur, ut abſque ulla mora perderentur, & ita ut nullus ex talibus adoratoribus remaneret D. Juſtinus Martyr in colloquio cum Tryphone: *Cum manna*, ait, *vos in diſerto aleret, & tot prodigia videretis inter vos divinitus fieri, adorabatis effigiem aurei vituli. Itaque & merito clamare non deſinit: imprudentes filii non eſt fides in eis, declarans, quod propter prophanas gentes, ne malè audiat nomen ſuum apud eas, paſſus ſit veſtri generis quoſdam eſſe ſuperſtites.*

(Margin: 103. Pſ. 105. — 3. Reg. 12. *Execrabile quod ex acceptis beneficiis ſic injurioſus benefactori.* — Iuſtin.)

QUÆSTIO XVII.

Quare dicitur quod Diabolus miſiſſet in cor, ut traderet eum, quæ profundè ſuis difficultatibus explicantur?

TRES difficultates quæro in præſenti: Primò, cur dicitur quod *Diabolus miſiſſet in cor*, ſcilicet Judæ. Secundò, cur dicitur *Ut traderet*, & non etiam ut indignè communicaret. Tertiò, cur dicitur in cor, quod ipſius Diaboli videtur dici. Quid autem ſit Diabolum intrare, & mitti in cor hominis, jam ſuprà explicavi, cap. 3. q. 1. nunc verò, 104.

(Margin: *Quæ in quæſtione tractanda.*)

Primò, Quare dicitur, *Cum Diabolus miſiſſet in cor*, &c. Reſpondeo cum communi ſententia, ut Diabolo Chriſti proditio attribuatur, non ad excuſationem Judæ, ſed ad criminis exaggerationem, quod adeò turpe, & immane fuerit, ut videatur, quod illud homo non fuiſſet facturus, niſi Satanæ conſilio provocatus, ut jam dixi citata q. Secundò D. Leo ſerm. 5. de paſſione, ſic ait: *Illius ſpiritu*, ſcilicet Diaboli, *inflammatus Judas exarſit, cui miniſterium ſponte præbuit, qualem habuit mentem, talem invenit, & præſidem.* Unde audet diabolus in cor Judæ intrare ad tam turpe nefas. Erat Judas ſimilis Diabolo in moribus, & ipſa æqualitas morum Judæ cum Diabolo, Diabolum invitavit, ut in cor ejus ingrederetur; *qualem habuit mentem, talem invenit & præſidem.* 105.

(Margin: *Proditio Judæ attribuitur Diabolo.* — Leo. — *Ex morum pravitate Diabolus occaſionem invenit.*)

Tertiò: Injuriam ſibi factam leniter interpretatur. Deus amans homines illius cauſam, ac originem Diabolo attribuens, viam patans ut facilè homini fragili miſericordiam impendat. Dum commemoraretur mulier, quæ erat in civitate peccatrix, dicitur: *de qua ſeptem Dæmonia exierant*, Lucæ 8. num. 2. Ad quid hæc de tali 106. Luc. 8.

Caietan. Luc. 23. *Chriſtus ſub aliquo excuſationis velamine peccata obumbrare intendit.*

tali muliere teſtificantur ? Cajetanus ibid. *Noluit dicere , quæ ſubjecta fuerat univerſis vitiis : ſed excuſando quodammodo eam , & Dæmones accuſando : dixit , de qua exierunt ſeptem Dæmonia.* Cùm meus Jeſus penderet in cruce,ad Patrem ait: *Pater dimitte illis : non enim ſciunt quid faciunt.* Luc.23. n.34. Ad quid Dominus carnifices ſuos, à quibus tam durè , ac crudeliter tractabatur , ignorantes appellat , licet ignorantia affectata.

D. Bernard. Pulchrè D. Bernard. rationem excogitavit. *Ad hoc*, ait,*peccato ſingulari ignorantiam copulavit ; ut ſub aliqua umbra juſtitiæ ignorantibus poſſet ignoſci.* Deus homines flagranter amans , ut offenſam ſibi factam ab hominibus , facilè dimittat, ſub aliquo excuſationis velamine obumbrare prætendit.

107. Secunda quæſtio eſt. Evangeliſta ait , quod Diabolus miſſus erat in cor,*ut traderet eum Judas.* Ex quo dubito. Duo graviſſima peccata in illa ſacratiſſima paſſionis nocte à Juda commiſſa , ac perpetrata ſunt. Unum quod corpus Chriſti ſub ſacramentalibus ſpeciebus in peccato mortali exiſtens primus indignè acceperit. Alterum, quod Dominum Jeſum ſuis inimicis, tradiderit ad crucifigendum ; cujus criminis ac traditionis Diabolus publicatur auctor. *Cùm Diabolus jam miſiſſet in cor , ut traderet eum Iudas.* Et Lucæ 22.

Luc 22. num. 3. *Intravit autem Satanas in Judam , & abiit , & locutus eſt principibus , quemadmodum illum traderet eis.* Quæ ab Evangeliſtis dicuntur. Ut exprimant , quod Diabolus tanti criminis fuerit auctor , ac inventor , ut communis vox Interpretum. Cur ergo etiam Diabolus non declaratur auctor , quod Iudas Chriſti corpus in peccato exciperet , ſicut & dicitur auctor in ipſa venditione; Quod Divinus Magiſter à Juda pecunia venderetur, ac traderetur, quamvis magnum, & execrabile eſſet nefas , non abhorruit tamen Diabolus in tanto facinore ſe auctorem, ac inſtigatorem publicare. At quod Judas Deum , qui vi amoris ſe in cibum , ac nutrimentum animæ dederit, indignè receperit, injuriamque ei irrogando, ad ejus menſam acceſſerit , adeo turpe , & execrabile ſcelus Diabolus reputavit , ut maximè , moraliter dico , devitaverit , in tam immani crimine ſe auctorem, ac ſtimulatorem publicari, non refugit Diabolus ſe auctorem dici in venditione , maximè verò in indigna communicatione Euchariſtiæ ; ut ira tanti facinoris Judas auctor , ac primus inventor haberetur , totúmque crimen in ipſum refunderetur ; qui ad cœleſtem cibum indignè auſus eſt accedere.

Diabolus refugit ſe dici auctorem , quod homo indigne accedat ad Euchariſtiam.

108 *Improbi corde ſpoliantur.*

Tertia quæſtio. Cur dicitur. Quod *Diabolus jam miſiſſet in cor* , ubi innuitur cor illud magis eſſe Diaboli,quàm Iudæ? nam dum ipſe Iudas cor ſuum alienavit à Deo , & Diabolo tradidit , magis incepit eſſe Diaboli, quàm ſuum; unde peccatores excordes appellantur , ſolum enim juſti dum corda ſua Deo exhibent , cœleſtique gaudio replent, ipſa poſſident; unde Anna cecinit. *Exultavit cor meum in Deo meo.* 1. Reg. 2. n. 1,

1. Reg. 2.

109. D. Greg. Quod pulchrè notavit D. Gregor. ad citatum locum lib. 2.cap. 11. *Qui*, ait,*cor ſuum dicit, quid aliud , quam mentis ſuæ libertatem aſſerui. Reprobi quidem corda non ſua habent , quia ea Diabolus poſſidet. Unde de proditore dicitur , cùm Diabolus jam miſiſſet in cor , ut traderet eum Judas Simonis Iſcariotis.* Ioan. 13.*Si enim Iudas cor ſuum , & non diabolus,poſſideret ipſe potius in eo bonum quam Diabolus malum poneret.* Et paulo poſt ſubdit , *Quotieſcùmque graviter delinquimus , cor noſtrum non habemus. Quare Ieremias Iudaico populo graviter delinquenti improperans,* ait,*audi popule ſtulte , qui non habes cor.* Jerem.5. n. 21. *Hinc rurſus converſus alter Propheta Deo confitetur dicens : invenit ſervus tuus cor ſuum.* 2.Reg. 7 n.27. Iſraël, ut deplorat Jeremias peccando perdiderat cor ſuum; David verò qui per incontinentiam cor ſuum amiſerat, rurſus per pœnitentiam illud invenit.

Ierem. 5. *Qui Deo reconciliatur, perditum cor invenit.* 2. Reg. 7.

Ioan. 13. *n.* 3. Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus , & quia à Deo exivit , & ad Deum vadit.

VERSIONES.

Syriacus. Ipſe autem JESUS cùm ſciret patrem omnia dediſſe ſibi in manus , & ſe à Deo exiiſſe , & ad Deum abire.

Arabicus. Et Cùm vidiſſet JESUS, quia omnia poſuit Pater in manus ejus.

Tertull. lib. contra Praxeam, cap. 23. Sciens IESUS omnia ſibi tradita à Patre eſſe , & ſe ex Deo eſſe, & ad Deum vadere.

Origenes tom. 32. Sciens IESUS omnia ſibi dediſſe Patrem in manus, ſéque à Deo exiiſſe , & ad Deum abire.

Pagninus. Quod à Deo exiſſet , & ad Deum iret.

EXPOSITIO III.

SCIENS. Antequam Evangeliſta ad ſummam Chriſti humilitatem explicandam deſcendat, 110. ad ſummam ejus majeſtatem aſcendit. Ut ait D. Aug. tract. 55. in Joan. *Locutus Evangeliſta tanta Domini humilitate prius celſitudinem ejus voluit commendare.* Idem docent D. Cyrill. Euthym, & alij , ut fiat apertum , quod ipſe tanto humilitatis officio incumbens , non ignarus erat ſuæ celſitudinis , ſed optimè eum ſciebat , quod nempe à Deo exiiſſet, & ad Deum vaderet. *Sciens:* ſcientia increata ut Deus , & ſcientia infuſa ut homo. *Omnia dedit ei* , tanquàm filio legitimo , ac unigenito,ut explicat Euthym. *Pater in manus.* Omnia ſubjecit ejus poteſtati , ac dominio , inter quæ ei tradidit hominum ſalutem , ac omnimodam ejus curam , proindéque etiam ejus proditorem, ac inimicos. Quæ latius explicabo infrà quæſt. 20.

D. Auguſt. D. Cyrill. Euthym. Euthym.

Et quia à Deo exivit. Ut ait Albertus Magnus. 111. Sciens etiam quia *à Deo exivit.* N D. Cyrillus , Euthymius , Albertus Magnus,Carthuſianus , per æternam generationem. D. Auguſtinus, S. Eligius homil. 4. in Cœna Domini. Beda homil. 40. *Sciebat quia per humilitatem Incarnationis à Deo exivit.* Ac proindè Chriſtus filius Dei , Deo Patri ac humili lotione ſummam reverentiam , ac charitatem exhibet , Deus enim maximè honoratur , ac delectatur humilitate noſtra. *Ad Deum vadit* : Per victoriam reſurrectionis, ut ait Beda , & etiam per triumphum Aſcenſionis ſedens ad

Albertus. Cyrill. Euthym. Carthuſ. D. Aug. S. Eligius. Beda.

dexteram Patris. Cùm ergo ad Patrem vadat, tempus inſtat, ut diſpenſationem ſalutis hominum ſibi à Patre commendatam adimpleat.

Quæstio XVIII.

Quare Evangeliſta dicturus Domini deſcenſum ad pedes diſcipulorum lavandos, prius tamen ejus clariſſimam ſcientiam prænotavit.

112. Cyril

Chriſtus eum ſuam dignitatem agnoſceret pedes diſcipulorum lavat.

D. Auguſt. Bed. Euthym.

RESPONDET primò D. Cyril. Alex. l. 9. c. 3. *Quoniam*, inquit, *non ignoraverit omnium ſe rerum habere poteſtatem, & quod à Deo exiverit, id eſt, à ſubſtantia Dei Patris emanaverit: & ad Deum vadat, id eſt, quod & rurſus in cœlum aſcendens Patri conglorificabitur: ſic tamen ſeipſum humiliavit, ut linteo præcinctus, diſcipulorum laverit pedes.* Idémque docent D. Auguſt. Beda, Euthymius, & alij, pro cujus majori explicatione, Nota, quod illa particula, *Sciens*, referatur ad omnia relata in hoc verſu. Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus. Sciens quia à Deo exivit per æternam generationem, & quia ad Deum vadit per admirabilem. Aſcenſionem. Cùm tantus, ac talis eſſet; ſuámque omnem excellentiam optimè agnoſceret, ſuæ tamen eximiæ charitatis, ac humilitatis præclarum exhibet ac relinquit teſtimonium, ſeipſum dimittendo, ut ſuorum diſcipulorum pedes lavaret.

113. Theoph.

Secundò. Theophil. *Cum ſciret*, ait, *quod omnia tradidiſſet ei Pater, & quod à Deo exiſſet, & adiret, non timebat minui gloriam ſuam lavans pedes diſcipulorum, non enim rapuerat gloriam, ut timeret ab illa excidere. Et propterea non dignatur humile quiddam facere.* Cum Evangeliſta nobis proponit quod Chriſtus eſſet in actuali cognitione, Patrem ei omnia tradidiſſe, séque in ſplendoribus Sanctorum eſſe exortum, paulóque poſt ad dexteram Patris conſeſſurum, nobis proponit, ut ait Maldonatus, latentem rationem nobis innuit, cur ad ſummum humilitatis miniſterium, ad ablutionem nempè pedum ſe demiſerit: ut enim ingenitæ ſuæ magnitudinis egregium ſpecimen daret, extremæ ſubmiſſionis opus voluit perficere, ad diſcipulorum pedes lavandos ſe proſternendo: tanquam ſi vera magnitudinis lex ſit, quò al is quis ſe excellentiorem agnoſcit, eò humilius ſe gerat, cum illis; à qua conditione maximè refugiunt, abjecti & ignobiles, timentes ſui diminutionem, ut ait ipſe Theophylactus, *qui generoſi non ſunt, nolunt ullo modo humiliari.* Et poſtea ſubdit *Conſidera igitur; quod humiliari opus eſt ejus, qui à Deo egreſſus eſt, & ad Deum vadit: ſuperbire, & faſtidioſum eſſe opus ejus, qui à Dæmonibus exivit, & ad dæmones vadit.*

Claritas generis excitamentum ad humilitatem.

Maldon

Ignobiles timent humiliari.

114. Rup.

Tertiò Rupert. *Sciens*, ait, *quia à Deo exivit, videlicet in eo quod cum in forma Dei eſſet, ſemetipſum exinanivit &c. Hæc inquam, & hæc ſciens ſurgit à cœna, videlicet ut ineffabilis opera dilectionis habitu, vel actu ſignificaret admirandæ humilitatis.* Suum exitum à Deo, & in noſtram carnem deſcenſum cœpit mente evolvere, ut inde ipſe ſuo amore erga nos ſe aſtrictum, ac pignoratum cognoſcens, opus noſtræ redemptionis in ſua Incarnatione cœptum perficeret, ac conſummaret ſuum amorem, ac humilitatem in ipſo mortis certamine declarans. *Ut ineffabilis opera dilectionis habitu, vel actu ſignificaret.*

Ex Incarnatione Verbi Deus pignoratus eſt amore.

115. Baëça.

Quartò. Magiſter Baëça tom. 10. lib. 13 de Joſeph cap. 4. §. 20. ſic quærit. Nonne ad tantum opus ſufficiebat, quod Evangeliſta prænotaſſet Chriſti celſitudinem, nobilitatem, ac divinitatem; Ad quid ſuper maluit indicare ejus ſcientiam? Oſtendebantur omnes conſueti rerum calles immutati quando major ſerviebat minoribus, & Dominus ad ſervorum pedes ſe demittebat; quæ mutatio conſueti ordinis vix crederetur honeſta, ac conveniens, niſi de tanta plenitudine Jesus ſcientiæ manaret. Benedicens Jacob nepotes ſuos filios Joſeph, præferebat minorem majori, quod cum Joſeph contradiceret, reſpondet Jacob. *Scio fili mi, ſcio.* Geneſ. 48. num 19. Cur non contentus eſt ſemel dixiſſe ſe ſcire? Cur illud iterum repetit; Mutabantur conſueti rerum ordines, cum junior præponeretur ſeniori, ut ergo negotium fieri ex apta ratione crederetur, certiſſima, ac exploratiſſima ſcientia in tali diſpoſitione geminata voce demonſtratur. *Scio fili mi, ſcio.*

Ut per vias non communes incedas, multa ſcientia opus eſt.

Geneſ. 48.

116. Quintò. Scientia celſitudinis Chriſti proponitur, cùm ſe ad abluendos diſcipulorum pedes demittit. Amor enim omnem majeſtatem à ſe excludit &, ſolum humilia intendit, ac amplectitur. Videt Joannes: *In medio Candelaborum aureorum ſimilem filio hominis, veſtitum podere, & præcinctum ad mamillas zona aurea: oculi ejus tanquam flamma ignis, & pedes ejus ſimiles aurichalco, ſicut in camino ardenti.* Apoc. 1. n. 13. Cur Evangeliſta cum in tali forma, & habitu deſcribit Chriſtum Dominum eum diſcit ſimilem filio hominis, cur non potius appellat Dei filium, ſed primogenitum mortuorum, ſeu Principem Regum terræ: ut ipſum dixerat eodem cap. num. 5. ſeu cur non dicitur Rex regum, & Dominus dominantium, ut etiam ab Evangeliſta appellatur? Veſtis illa uſque ad talos, ſeu pedes demiſſa, amorem Chriſti patientis in nos perfectiſſimum uſque in finem perſeverantem denotabat, ut ait Ambroſ. Ansbertus. *Veſtis ei uſque ad talos fuit opus charitatis uſque ad paſſionem mortis.* Ipſiúſque amoris ignitum fervorem, oculi tanquàm flamma ignis oſtendebant, ignitíque *pedes ejus ſimiles aurichalco, ſicut in camino ardenti.* Cùm ergo Chriſtus ſe totum amore ignitum exhiberet, non ſe oſtentat in majeſtate filij Dei, nec in decore primogeniti mortuorum, nec in celſitudine Principis Regum terræ, ſeu, in humilitate filij hominis. Cùm enim ipſe in amantis perſona apparuit, in ſe veluti abſcondit omnem majeſtatis pompam, ac celſitudinem, & ſolum quæ humilia ſunt, exhibet, & manifeſtat.

Amor majeſtatem noſcit.

Apoc.

Ansbert.

117. Jacob *vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum, Angelóſque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam & Dominum innixum ſcalæ.* Geneſ. 28. num. 13. illud innixum ſcalæ explicat Alcaſar in cap. 4. Apocalypſ. quod non improbat R. M. Joan. de la Haye ibidem. Quod Dominus non erat in ſummitate ſcalæ, ſed potius in infirma illius parte, eam manu tenens, ac ſuſtentans, ut firmiorem redderet, ſicque ſecurius Angeli per eam aſcendentes; ac deſcendentes progrederentur: quæro tamen, nonne prorſus regia majeſtate indignum erat, humeris ſuis, vel manibus ſcalam firmare, ut aulici ſui per eam conſcenderent; Quomodo ergo Dominus dicendus eſt tenere manibus

Geneſ. 28. Alcaſar. La Haye.

Amor celſitudinem ignorat, humilia quærit.

ſcalam, ut per eam aſcenderent Angeli? Eximiis amoris ſignis ſe dominus erga Jacob oſtendit, ſéque parentum ſuorum Deum dicens, Ego ſum Dominus Abraham Patris tui, & Deus Iſaac, terram in qua dormit, illi promittit. *Terram in qua dormis, tibi dabo, & ſemini tuo.* Eique pollicetur ſummum divinæ claritatis opus, incarnationem nempe divini verbi ex ſemine ejus. *Et benedicentur in te, & in ſemine tuo cunctæ tribus terræ.* Cùm ergo tam vehementi amore vulneratum ſe Deus erga Jacob declararet, quid mirum ſi ad inferiorem partem ſcalæ, ſeu illius pedem ſe demittat, ut eam manibus teneat, amori cedit majeſtas, & cùm amoris prodit ſpecies, omnis majeſtatis pompa ſe abſcondit. Vide Tom. 1. lib. 2. cap. 10. quæſt. 19. num. 61.

QUÆSTIO XIX.

Quare cùm ſcientia omnipotentiæ, ac eſſentiæ Divinæ Chriſto communicatæ connectitur etiam mortis ſcientia?

118. Ait Evangeliſta, *ſciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exivit.* Fit in præſenti mentio de ſcientia, qua Chriſtus cognovit omnes theſauros divinæ omnipotentiæ ſuis manibus traditos ab Æterno parente, ſéque ab illo procedere; ſimul cum ſua præclara ſcientia connectit Evangeliſta cognitionem mortis ſuæ; *Sciens quia venit hora ejus*, Cur cùm ſublimi cognitione divinæ naturæ, ac omnipotentiæ adjungitur ſimul & cognitio ignominiæ, ac horroris mortis; In tanta æſtimatione fuit ei mors, ac vitæ profuſio pro hominibus; ut pro ſuo eximio amore erga nos, ipſa præexcellens Divinitatis ac omnipotentiæ ſcientia; non indiceretur ei cum omni ſua excellentia, ac perfectione, niſi ſimul ſecum involveret cognitionem mortis, & crucis.

Excellens divinitatis ſcientia cum mortis cognitione.

119. Facta Petri cognitione, qua teſtificatus eſt Chriſtum Dominum eſſe verum Dei filium ſcribit D. Matth. 16. n. 20. quod Chriſtus D. *Tunc præcipit diſcipulis ſuis, ut nemini dicerent, quia ipſe eſſet Ieſus Chriſtus.* Syriac. *Ut nemini dicerent; quia ipſe eſſet Ieſus Chriſtus.* Quod ſcribens D. Marc. c. 8. n. 30. ait, *Comminatus eſt eis, ne cui dicerent De illo Comminatus eſt*: id eſt rigidè, ac ſtrictè præcepit. Valde mirum eſt, quod Chriſtus mandaverit ſuis diſcipulis, ut nemini dicerent ipſum eſſe Chriſtum, verúmque Meſſiam, ac verum Dei filium. Cùm ipſe Pater æternus teſtificatus fuerit alta voce in Jordane. *Hic eſt filius meus dilectus.* 3. Matth. audiente Baptiſta ac univerſo populo, ut tibi explicavi, & idem etiam intonuerit in Thabor aſſiſtentibus tribus Apoſtolis. Matt. 17. Et Ioannes Baptiſta miſſus à Patre, *ut teſtimonium perhiberet de lumine.* Joannis 1. n. 23. ipſe Jeſus de ſe teſtimonium perhibebat, quod eſſet filius Dei. Ioan. 5. num. 18. Quo ergo motivo Dominus Magiſter tam rigido præcepto mandavit, ut Apoſtoli nemini dicerent, quod ipſe eſſet Chriſtus Dei filius?

Matth. 16. Syriacus. Marc. 8. Matth. 3. Matth. 17. Ioan. 1.

120. Origen. Origenes tract. in Matth. *Propterea*, ait, *volens poſtmodum perfectius prædicari; præcepit, ut nemini dicerent, quia ipſe eſt Chriſtus.* Maximè expendendum eſt tam gravis Doctoris aſſertio. *Volens poſtmodum perfectius prædicari.* Ideo præcipit ut modò taceant, quod ipſe eſt Chriſtus verus Dei filius. Qui tamen minus, ac ſublimius de eo teſtificari poterat, quàm quod ipſe eſſet Chriſtus Dei filius, in ipſa enim natura Divina, ut in infinito pelago includuntur omnes perfectiones, ac excellentiæ. Sic pergit citatus Origenes, *Præparabat eos, ut poſtmodum dicam; quoniam ipſe eſt Chriſtus, qui crucifixus, & mortuus eſt.* Si tempore quo Chriſtus Dominus in hoc mundo degebat cùm Apoſtolis prædicaretur, quod eſſet Chriſtus Dei filius, diceretur quòd eſſet Dei filius miſſus in terram, & Patri ſubſtantialis; ac ab eo per æternam generationem procedens: non tamen diceretur, tunc quòd eſſet Dei filius mortuus, & crucifixus, cùm nondum in crucem aſcenderet; *volens poſtmodum perfectius prædicari.* Ob ſuum eximium amorem erga nos, omnem gloriam, ac ſublimitatem, quam ex Dei filiatione habebat quodammodo eam ſine cruce; ac morte abſolutè conſummatam reputavit, vetat ergo tantam ejus gloriam, ac excellentiam noſtro dicendi modo, ſive ſua ultima perfectione evulgari; quam ille amoris impulſu in morte, ac cruce conſtituerat. *Volens poſtmodum perfectius prædicari.*

Chriſtus ſine cruce ſuam majeſtatem perfectam non judicabat.

QUÆSTIO XX.

Quare dicitur, quod Pater dederit Chriſto Domino omnia in manus?

LEGITIMUS ſenſus eſt, quod Pater omnia ſubjicit domino, ac poteſtati ejus; omniumque eum Dominum conſtituit, ita ut pro imperio ſuo uti poſſit creaturis ad ſuum libitum. Ex quo infert D. Auguſt. tract. 55. omnia dedit ei Pater in manus: *Ergo & ipſum traditorem. Proinde jam traditor traditus erat ei quem tradere cupiebat.* Et tamen Dominus leniter, ac ſuaviter ad ſui amoris magnificentiam declarandam cùm Juda agit; quia manſuetudine, ipſe proditor, ut ſæpe fieri ſolet, inſolentior, ac petulantior factus eſt. Ex quo eleganter dixit Iſidorus Peluſiota lib. 3. epiſt. 44. *Efferata illa bellua, ſalvatoris patientia, & lenitate ſaturata adverſus eum petulanter impetum fecit.* Ut Judas iniquitatem ſuam, & odium adverſùs Chriſtum aleret, corroboraret, illius extitit manſuetudine ſaginatus, dum enim proditoris puſillanimitas amoris, ac ſuavitatis blandimenta invenit, nil metuit, & inde odij, ac inimicitiæ fomenta machinatus eſt. 121

August.

Iſid. Pelus. *Iudas magiſtri manſuetudine inſolentior.*

Secundò D. Chryſoſt. hom. 99. in Ioan. *Traditionem*, ait, *hoc loco fidelium ſalutem appellaſſe mihi videtur*, Theophil. *Omnia*, ait, *dedit ei Pater in manus, hoc eſt, quod credidiſſet ei ſalutem fidelium.* Huic locutioni. *Omnia dedit ei Pater in manus*, Similis eſt illi, quæ refertur à Matthæo 11. n. 27. *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.* Ubi Valde diverſimodè deponunt Patres particulam illam, *Omnia*, D. Hilarius per vocem *omnia*, intelligit Chriſtum Dominum ſecundum quod eſt Deus, cùm divina natura omnia accepiſſe, Theophylactus, omnipotentiam intelligit, Euthymius omniſcientiam Patris Divus Chryſoſtomus omnem poteſtatem faciendi miracula. D. Hieron. 122.

D. Chryſ. Theoph. Matth. 11. Hilar. Theoph. Euthym. D. Hier.

D. Iren. Auct. Imp. *Hominum ſalus omnia Chriſto.*

per omnia, omnes homines interpretetur? D. Irenæus lib.4.cap.37. omnia per ipſum eſſe facta exponit Auctor Imperfect. omnia regna cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. At Chryſoſtomus, & Theoph. fidelium ſalutem interpretantur; Quod S. Hilar. aſtruit eſſe divinam naturam, & ipſe divina attributa, & quod ad citatum Matthæi locum Theophilactus exiſtimavit omnipotentiam & S. Hieron. omnes homines. Et S. Irenæus dominium in creaturas, & Auctor Imperfecti cœleſtium regna, Theophilact. ad præſentiam Joannis verba hominum ſalutem interpretatur: ac ſi ſalus hominum, *hæc omnia*, quaſi Chriſto eſſet. Sic nempe totus Deus homini occupatus, ac deditus eſt, ut ſalus hominum hæc *omnia*, quodammodo ſit Chriſto Deo. Ut ſapienter in hac materia diſſerit R. P. M. Didacus de Celada in Judith. cap.7. § ....n.42.

Celada.

123. D. Greg. Tertiò D. Gregorius, lib. 6. Moral. relatus à D. Thom. in ſua Catena: *Sciebat enim*, ait, *quod in manu ſua ipſos etiam perſecutores haberet, ut ipſe in ſe ad uſum pietatis intorqueret, quidquid eorum contra ſe malitia permiſſa ſæviret.* Omnia ſunt tradita Jeſu in manus, hoc eſt in poteſtate, ut mala ſibi illata ab inimicis in eorum bona converteret, mortem ſcilicet noſtram in vitam, & tenebras noſtras in gloriæ lucem. Data eſt ei poteſtas, non ut deſtrueret, ſed ut omnia in bonum, ac ſalutem converteret. Macharius Philadelph. Epiſcopus orat. in exaltatione S. Crucis apud Grethſ. tom. 2. Expendens illud Chriſti Domini *ſicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet filium hominis*. Joan.3.n.14. ſic ait: *Chriſtus autem cunctarum rerum Rex lignum crucis, quod Dæmon adverſus naturam erexerat, illo mundo libertatem largitus eſt.* Chriſtus Dominus de ſerpente fecit antidotum, & exaltatus in cruce lignum mortis inſtrumentum convertit in ſalutem ac præſidium noſtrum.

Jeſus omnia mala in bonum convertit. Machar. Joan. 3.

124. Quartò. Omnia tradita dicuntur Chriſto Domino, non ut in ſe clauderet, ac contineret, ſed ut nobis omnia communicaret, ac ut in nos univerſa diffunderet. D. Bernardus ſerm. 64. ad finem dum expendit illa verba Pauli ad Philipp. cap. 2. n.7. *Semetipſum exinanivit, ut ſcias amoris fuiſſe, quod plenitudo effuſa eſt, quod altitudo adæquata eſt quod ſingularitas aſſociata eſt.* Quod in præſenti ſic poteſt explicari. Ipſa divinitatis plenitudo effuſa eſt, dum tota nobis datur, ac communicatur. *Altitudo adæquata eſt*: natura humana aſſumpta, Divinitatis altitudo nobis adæquata eſt: per omnia ſimilis fratribus? at hodie videtur inferius demiſſa dum incurvata, & proſtrata hominum pedes lavat. *Singularitas aſſociata eſt*: Sacra Euchariſtia inſtituta, qua nobis intimè aſſociatur, ac unitur.

D. Bernard. Philip. 2. *Eximius Dei amor in nos.*

125. Redeo ad illa verba: *Plenitudo effuſa eſt*, nam alia duo à ſancto Doctore appoſita de ablutione pedum, ac ſacra Euchariſtia ſuis in locis expenduntur. Idem D. Bernardus ſerm. 15. in Cantic. dum expendit illa verba: *Oleum effuſum nomen tuum*. Cantic. 1. n.3. ſic ait: *Quid mirum*, inquit, *ſi ſponſi effuſum ſit nomen, cum ipſe quoque effuſus ſit.* Et ſubdit: *Effuſa eſt plenitudo Divinitatis habitans ſuper terram corporaliter, ut de illa plenitudine omnes, qui corpus mortis guſtamus, acciperemus.* Ipſe Dei filius ſe totum humiliter nobis dedit, ac accommodavit, ut ex ejus humilitate, gloria, & honore, ac omni voluptate repleremur. Unde ait D. Hieron in cap. 14. Marc. *Corona ſpinea capitis ejus nos regnum adepti ſumus, vulneribus ejus ſanati, ſepultura ejus reſurgemus, deſcenſione ejus ad inferos, aſcendimus ad cœlos.* Ipſe Dei filius ſe demittendo tanquàm medicinam ſe nobis præbuit, ut ejus corona ſpinea, vulneribus, ac ſepultura ſanati eſſemus.

D. Bern. Cant. 1. *Filius Dei ſe dejecit, ac exinanivit, ut nos repleremur.* D. Hier.

126. Verba illa Pauli, *Exinanivit ſemetipſum*, ſeu ut legit Græcus, *Evacuavit*: Seu Tertull. lib. 5 adverſùs Marcion. cap. 20. *exhauſit*. Ille nempè qui erat plenus gloria, & majeſtate, ad vilem humanæ naturæ conditionem ſe abjecit. Hæc verba componit Divus Ambroſius in Pſalm. 48. cum illis Pſal. 109. num. 7. *Implevit ruinas.* Sic loquitur ſanctus Doctor: *Vacuus erat*, ait, *totus hic mundus, antequam numero credentium eum Chriſtus impleret: ideoque ſcriptum eſt*, judicabit inter gentes, replebit ruinas: *Nos Adæ illius ruina vacuant, omnino ſe ille exinanivit, ut nos repleret; atque in carne hominis plenitudo virtutis habitaret.* Adæ peccatum nos ab omni cœleſti dono vacuavit, filius Dei ſe exinanivit, ac vacuavit ſuperna illa majeſtate ad vilem noſtram conditionem deſcendens, ut nos cœleſtibus divitiis repleti ſimus; & dum ille, qui plenus erat, evacuatur, ac ſe exinanivit: nos, qui vacui eramus, impleti ſumus.

Græcus. Tertull. D. Ambr. Pſal. 109. *Filius Dei ſe dejecit, ut nos cœleſtibus bonis divites eſſemus.*

127. Maximè expendendæ ſunt locutiones ſacrorum Evangeliſtarum, cùm mortem Chriſti ſcribunt; non dicunt Chriſtum obiiſſe, ſeu mortuum fuiſſe. Sed Matth. 27. n. 50. ait: *Emiſit ſpiritum*, Ioan. 19. n. 30. *Tradidit ſpiritum.* Quæ locutiones eædem ſunt cum illa, qua Geneſ. 2. num. 7. vitalis ſpiritus dicitur homini datus: *Et inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ.* Ubi vox Hebræa, *Napach*, propriè ſignificat inſufflare, ſeu emittere, ſeu dare ſpiritum. Ad quid eadem voce exprimitur ſpiritus vitæ hominis datus, ac mors Dei filij, ut appareat, quod ſpiritus vitalis primo parenti conceſſus conjunctus erat, cum morte filij Dei, ac proinde quod mors ejus vitam homini dedit, ab ipſaque morte vitalis ſpiritus in nos transfunditur. Patrocinatur D. Ambroſ. lib. 3. de Spiritu ſancto, c. 18. *Quid amentius*, ait, *quam quod mihi ſuas donavit injurias, plenius tamen, quod tantum contulit nobis, ut qui moriturus non erat, quia Deus erat, noſtra illa morte moreretur, ut nos ejus ſpiritu viveremus.*

Matth. 27. Ioan. 19. Geneſ. 2. Hebr. *Ex Chriſti morte vita noſtra.* D. Ambr.

QUÆSTIO XXI.

Quare hîc exprimit Evangeliſta de Chriſto Domino, quod ad Deum vadit.

AIt in præſenti Evangeliſta de Chriſto, *Ad Deum vadit.* Ut ſedeat ad dexteram majeſtatis ejus in excelſis etiam ſecundum naturam humanam, quod notat Evangeliſta, ut ſummam Chriſti humilitatem commendaret, nam cùm ipſe agnoſceret, quod ad eum vadit, tamen ſe demiſit ut ſuorum diſcipulorum pedes lavaret, quia humiliari opus eſt ejus, qui tantum cum Deo commercium habet, humiliari enim ejus eſt, qui à Deo exivit, & ad Deum vadit. Optimè Theophylactus. *Conſidera igitur*, ait, *quod humiliari opus eſt ejus, qui à Deo egreſſus eſt, & ad Deum vadit ſuperbire & faſtuoſum eſſe, opus eſt ejus, qui à Dæmonibus exivit, & ad Dæmones vadit.* Quod etiam prius dixit Chryſoſt. hom. 69. in 128.

Humilitas oſtendit, ex Deo eſſe. Theoph. Chryſoſt.

in Joan. *A Deo exivit, & ad Deum vadit; hoc eſt digna eo facit, qui inde profectus eſt; & eò revertitur. ſi omnem peſſundat ſuperbiam.*

129. Secundò. Hoc dicit Evangeliſta, ut præclaras amoris divitias Chriſti in nos oſtendat. Summa amoris vehementia, nullo objecto, ac repræſentato bono conquieſcit: ſed ſemper ex dilecti diſceſſu, ac abſentia doloris vi premitur: Chriſtus Dominus cùm optimè ſciret quod ad Deum ſummum bonum vadit, tamen tanto ſuorum deſiderio tenebatur, ut difficiliter videretur, quod ab eis diſcederet, ac ſeparetur. Ait Evangeliſta *ad Deum vadit.* Ubi ſermo eſt de glorioſa ejus Aſcenſione & tunc Deus dicitur; at verò cùm de morte loquitur, Patrem appellat: *Ut tranſeat ex hoc mundo ad Patrem.* In morte Patrem reputat, ut jam ſuprà dixi quæſt. 7. per ordinem ad diem ſuæ triumphalis Aſcenſionis Deum dicit: tanquàm ſupremum ejus dominium denotans, quo ab hominibus, quos ſummè diligebat ſeparatus ſit.

Vehemens Christi amor ſuorum deſideriis tenebatur cum ad Patrem vaderet.

130. Matth. 26. Orabat meus Iesus in horto: *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte.* Matth. 26. n. 39. Quid eſt Domine, quod cùm mors à te aliàs fuiſſet vehementer concupita, nunc verò pro illius declinatione deprecaris? Quid times Domine in morte, cùm de victoria certiſſimus ſis? Quis dux hoſtem timet, cùm ſcit certò ab eo eſſe vincendum? Unum in morte invenio, quod Ieſu aliqualiter difficile videbatur; nam & ſi morti conjuncta erat reſurrectio, erat etiam morti conjuncta Aſcenſio in Cælos, qua à ſuis Jeſus erat ſeparandus. Unde ipſe mortem deprecatur, ut ſi fieri poſſit aliquantulum differatur, ut apud homines diutius permittatur manere. Cogitationem patrocinatur D. Baſil. Seleu. orat. 32. *Quid cauſa eſt,* ait, *cur ſi evidens eſt victoria, recuſetur paſſio? an ut aſcenſum præpediat, Chriſtus paſſionem ſubdit illubens.* Detrectat mortem, ut aſcenſum in cœlos detineat, ſic hominum ſocietate afficiebatur, ipſáque tantum erat ei in optatis, ut mortem devitet propter neceſſariò connexam aſcenſionem in cœlos, & à ſuis abſentiam.

Gratius videtur Ieſu eſſe inter ſuos homines, quàm ſine illis in gloria.

131. Cùm Chriſtus Dominus oraret in horto, *Apparuit ei Angelus de cœlo confortans eum.* Luc. 22. num. 43. Cur non potius apparet hujuſmodi Angelus in cruce, ubi omnis tormentorum ſeges in Chriſtum immiſſa; In cruce dolores mortis, ac ipſius ligni & clavorum cùm omni opprobriorum genere circumdederunt eum; at vero in horto triſtitia ſuorum abſentiæ affligebatur. Dum vero deſidariis ex ſuorum abſentia, à quibus diſcedebat, magis anxiaretur, quàm omni aliarum plagarum acerbitate; inde in horto venit Angelus confortans eum non verò in cruce.

Maximè affligitur Dominus ſuorum abſentiâ.

QUÆSTIO XXII.

Quare ſacer Evangeliſta commemorans primam Perſonam Trinitatis, bis eam Patrem dicit; biſque eam Deum appellat?

132. NOSTER Evangeliſta mentionem agens de prima perſona Sanctiſſimæ Trinitatis bis eam Patrem dicit: *Tranſeat ex hoc mundo ad Patrem* Si iterum *Omnia dedit ei Pater in manus* Similitérque eam bis Deum appellat; *à Deo exivit, & ad Deum vadit.* Quæſtio præſens inquirit, cur in primis duobus locis dicitur Pater in ultimis verò duobus Deus.

Ratio difficultatis.

Reſpondeo quod cùm agitur de pietate, ac benignitate divina erga homines dicitur Pater. *Ut tranſeat ex hoc mundo ad Patrem,* per mortem ſcilicet, qua nos ab antiqua ſervitute redemit, *Omnia dedit ei Pater in manus.* Ut omnia nobis largiretur. At verò cùm ſermo eſt de beneficentia divina erga ipſum Chriſtum Dominum, Deus dicitur; *à Deo exivit*: per æternam generationem communicata ipſa natura divina: *ad Deum vadit*: per glorioſam Aſcenſionem, ut ad dexteram Dei ſedeat. Cùm ergo de benignitate erga homines eſt ſermo, Pater dicitur, de ipſa verò divina affluentia erga Chriſtum, Deus nuncupatur. 133.

Chriſto gratiora dona hominibus data quàm ſibi collata.

Moraliſſimè loquor, ut etiam ſuprà dixi q. 7. tam vehementer Chriſtus homines dilexit, ut ſuum Æternum Parentem magis, ſi aliqualiter dici poteſt, ut patrem benignum ac benevolum reputaverit; cùm ſuam beneficentiam ac piiſſimam largitatem erga homines declaraverit, quàm dum ipſum tot, ac tantis donis gloriæ, ac excellentiæ adimpleverit, inde erga nos Pater beneficentia dicitur, cùm erga ipſum Deus nuncupetur. 134.

Dona conceſſa hominibus ut magna Chriſto.

De ſua glorificatione, ac exaltatione, quam Pater ei præſtabit loquens Chriſtus Dominus ait. Joan. 13. n. 31. *Et Deus clarificabit eum in ſemetipſo, & continuò clarificabit eum.* Quod ſcilicet Pater ipſum filium ſuum clarum, illuſtrem, ac glorioſum faciet multis oſtenſis ſignis in cruce, & gloria Reſurrectionis, ac majeſtate Aſcenſionis. D. Chryſoſt. hom. 71. in Joan. *Continuò*, ait *clarificavit eum, una in cruce: neque enim diu poſt, neque longum reſurrectionis tempus eſt expectandum, ut tunc clarum efficiat. Et poſt quadraginta dies aſcendit in cœlum: inde ſpiritus lapſa ſatietas eſt in Apoſtolos, & omnes continuo Jeſum prædicarunt.* At verò de glorificatione, quam ipſe Pater hominibus præſtabit loquens ipſemet Chriſtus Dominus ait; *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.* Joan. 14. n. 2. Gloriæ nempe, ac beatitudinis juxta illud Pſal. 149. num. 5. *Exultabunt ſancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis*: Hoc eſt ſuis ſtationibus, ac manſionibus, & ait *multa ſunt*, ut ibi explicat Toletus in commentar. *Pro vobis etiam, & pro innumeris aliis.* Cui cùm de clarificatione Chriſto conferenda, Deus dicitur. *Et Deus clarificabit eum.* Cùm verò de manſione hominibus exhibenda eſt ſermo, Pater nominatur? *In domo Patris mei.* Summa Chriſti benignitas, eximiáque ejus charitas ſic gaudet, ac delectatur in donis in homines collatis, ut maximè pro eis conceſſis videatur paternem benignitatem teſtari, ac divulgare, quam dum ipſe innumeris donis exaltatur ac ſublimatur.

135. Joan. 12. D. Chryſ. Joan. 14. Pſal. 149. Tolet. 136.

Patris benevolentia in donis homini conferendis.

Joan. 13. *n.* 4. Surgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua: & cum accepiſſet linteum, præcinxit ſe.

Num. 5. Deinde mittit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes diſcipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus

VERSIONES.

*Arabicus,n.*4.Surrexit à Cœna:& depoſuit veſtimenta ſua,
Syriacus. Acceptáque ſindone præcinxit lumbos ſuos.
Arias. Præcinxit ſe ipſum.
*Syriacus,n.*5. Etinjecit aquam in pelvim, & cœpit abluere pedes diſcipulorum ſuorum , & abſtergere ſindone, quo erat lumbos præcinctus.
Arabicus. Infundit aquam in pelvim

EXPOSITIO III.

137. EXIMIAM Chriſti humilitatem , ac charitatem multa cum diligentia ſcribit Evangeliſta , ut nos excitemur tam alta myſteria diligenter conſiderare. *Surgit à cœna* , ut eſt explicatum ſuprà expoſit. 2.*Surgit à cœna*,ut notat Chryſoſt. Cùm alij diſcipuli decumberent. *Et ponit veſtimenta ſua.* Ponitur in præſenti plurale loco ſingularis: tunicam ſcilicet exteriorem,quæ apud Orientales oblonga erat: retenta tamen interiori, & inconſutili, ne corpus nudaretur : aut potius, ut aliqui volunt ,veſtem cœnatoriam , qua ſuprà veſtem communem cœnaturi de communi more utebantur.Græcè habetur,*Veſtes extimas* , id eſt , veſtem extimam, ſeu externam , qualis eſt toga, vel pallium:*linteo ſe præ inxit*: ne laxiore , ac ſuperiore veſte in miniſterio impediretur , ac etiam ut ablutos pedes extergeret.

D.Chryſ.
Græcus.

138. *Deinde mittit.* Seu infundit. Ipſe enim Chriſtus Dominus ſine alicujus miniſterio , aquam , ac pelvim portavit,aquamque ipſam immiſit in pelvim , ut obſervarunt D. Chryſ. Leont.Theophylact. & Euthym. Ut ait Chryſoſt. *Exemplo docens non remiſſè,& frigidè bona operari , ſed quam diligentiſſimè.* Deinde *mittit aquam in pelvim.* Ut ait Euthym.*Linteum itaque,pelvim,ac hydriam à patrefamilias proculdubio in eum tunc uſum accepit.* Veriſimile eſt enim aquam calidam ibi paratam fuiſſe juſſu Patris familias,ſi fortè JESUS, ejuſque diſcipuli ante cœnam pedes lavare vellent. B. Veronica apud Iſidorum de Iſolanis lib. 4. c. 15.divinitus fuit admonita , quod *in Cœnaculi latere pelves poſita conſpiciebantur , quibus uſus eſt Salvator in pedum lotion.*

D. Chryſ.
D. Leo.
Theoph.
Euthym.
Iſidor.Iſol.

139. *Cœpit lavare.* Acutè ponderat Origen.hom. 13. in Joan. *Deinde quæro , ait, cur tandem non ſcriptum ſit, lavit pedes diſcipulorum , ſed dictum fuerit, cœpit lavare pedes diſcipulorum? Cœpit quidem lavare pedes diſcipulorum, haud tamen ceſſavit.* Si Evangeliſta diceret : lavit pedes , veluti terminum in ipſa actione ſignificaret. Cùm ergo ait , *Cœpit lavare* , denotat vehementem , ac fervidum affectum , à quo tamen nunquam ceſſavit : *pedes* luto ſos ,'aut pulverulentos, quia diſcalceati incedebant , ut notat Lyranus. *Diſcipulorum.* Syriacus addit *Suorum.* Qui ſedere juſſi erant à Divino Magiſtro ; nam cum Dominus ſurrexiſſet à menſa , etiam omnes diſcipuli ſurrexerunt , à Chriſto imperati ſunt iterum ſedere, cui omnes obtemperarunt , magnóque ſtupore tenebantur ex miniſterio à Chriſto exhibito. *Et extergere linteo.* Extremis lintei partibus ante corpus ſuum propendentibus. Divinitùs edocta fuit B. Veronica , ut refertur in ejus vita citato lib. 4.cap.15.*Quod ablutos ſingulorum pedes deoſculabatur Salvator.* O magna , & mirabilis Domini humilitas! Quis enim in tantum ſubmittat ſeſe, niſi homo de ſua proſapia , ac nobilitate valde ſecurus. Theophylact. *Non timebat,ait,minui gloriam ſuam , diſcipulorum pedes lavans, non enim rapuerat gloriam , ut timeret ab illa excidere.*

Orig.n.
Ab illo eximio affectu nunquam ceſſavit Chriſtus.
Lyran.
Syriacus.
De ſua nobilitate ſecurus nullam humilitatem reſpuit.
Theop.

QUÆSTIO XXIII.

Quare Evangeliſta exprimit quod Dominus ſurgit à cœna?

SURGIT Dominus à cœna , ut admirabile miniſterium ablutionis pedum ſuorum diſcipulorum exhiberet , ut patet ex litterá. Senſum moralem inquiro. Et primò Albertus Magnus : *Surgit,à cœna*,ait,*Agni typici,ſeu Paſchalis ſigna, quod de hac menſa non eſt amplius guſtandum.* Matth.26.n.29. *Non bibam amodò de hoc genimine vitis uſque dum bibam illud novum,in regno Patris mei , hoc eſt in Sacramento Eccleſiæ.* 140.

Albert.
Agnus Paſchalis non amplius guſtandus.

Secundò. Variis in locis invenimus Chriſtum diſcumbentem ad menſam. In domo Matthæi , Matth.9.num.10.in domo Phariſæi cum ingreſſa eſt Magdalena , Luc.7.n. 36. in domo cujuſdam Principis cùm obſervarent eum in ſabbatho Luc. 14.n.1. & etiam in Bethania cùm Magdalena alabaſtrum unguenti pretioſi effudit ſuper caput ipſius recumbentis.Matth.26.n.6.Joan.12. n. 2. & nunquam in his dicitur , quod Chriſtus ſurrexit à menſa , ut in hac cœna, in ea enim ſeſe infrà diſcipulorum pedes demittit,&cum in tantum amoris vi pro hominibus ſe abjicit , ac demittit , inde inſigniter exurgere ,ac quodammodò ſublimari decantatur. 141.

Matth. 9.
Luc. 7.
Luc. 14.
Matth. 26.
Joan. 12.
Cùm ſe maximè demittit ſurgit.

Tertiò. Ait Evangeliſta : *Surgit à cœna : linteo ſe præcinxit*; de præſenti ait. *Surgit* , cùm potius videretur dicendum,in præterito ſurrexit; ut cohæreret cum illo verbo;*præcinxit.* Sed tamen ait, *Surgit* ; qui ſemper ipſe de præſenti eſt paratus ut in noſtram ſalutem , ac remedium ſurgat , ac præſto ſit. 142.

Quartò. Surgit à cœna ; cùm multa amoris vi teneretur, non quieſcit in menſa , ſed ſurgit,hæc eſt pia amoris conditio , ut non ſiſtat,nec quieſcat.Ait Chriſtus Dominus, *Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos : filius autem hominis non habet ubi reclinet caput.*Matth.8.n.20. Maximè expendenda eſt phraſis mutatio.feris , & avibus habitacula tribuit.*Vulpes foveas habent,& volucres cœli nidos.* Et cùm ſibi habitaculum deneget , dicturus videbatur, quod non habet , ubi habitet ſeu recipiat ſe ; at non ita loquitur , ſed ſolius capitis reclinatorium deeſſe queritur.*Non habet ubi reclinet caput ſuum* , teſte Apoſtolo , caput Chriſti Deus , cùm ergo ipſe magno amoris æſtu teneretur,non inveniebat , ubi quieſceret , ac reclinaret , valdè ſollicitè hominum ſalutem quærens, ut eos ad vitam reduceret. Vide tom.1.lib. 1.cap. 6.quæſt.2.n.9.tom.3.c.2.q.1.n.6.& tom.4. cap.26.n.53. 143.

Matth. 8.
Amor non quieſcit.

Quæstio XXIV.

Quare ad extergendos pedes linteo ſe præcinxit Chriſtus?

POterat Dominus accepto linteo in manibus extergere diſcipulorum pedes, ut communiter fieri ſolet; ad quid ſe præcinxit ad hoc
144. miniſterium exhibendum. Reſpondent communiter Interpretes, Janſen. Maldon. Barrad. Luc.
Janſen. Maldonat. Barradas. Luc. Burg. Cornel. Burgenſ. Cornelius,& alij. Primò. Ne laxata veſte ſua, eam ſordidaret. Secundò, ut expeditior eſſet ad opus lavandi & extergendi pedes ablutos. Tertiò Ut ad ſervile miniſterium ſervilem habitum, ac convenientem veſtem aſſumeret, ut ſervili more illud exhiberet. Ita ſe humiliavit, ac
D. Aug. demiſit. D. Auguſt. tract. 55. in Joan. *Quid mirum, ait, ſi præcinxit ſe linteo, qui formam ſervi accipiens, habitus eſt ut homo.*

Quartò, Origenes hom. 32. in Joan. *Fortaſſis,*
145. Origen. *ait, etiam ut immunditiam, quam in pedibus ſuis habebant diſcipuli, in ſuum ipſius reciperet corpus mediante linteo eo ſolo, quo præcinctus erat: fert namque infirmitates noſtras.* Ad quid linteo ſe præcinxit, ut ſordidum pulvere in ſe colligeret, ut munditie condecorarentur Apoſtolorum plantæ: Quiſquis
Bonus Prælatus in ſe colligat pulverem, at ſuis munditiem exhibeat. enim bonus Prælatus eſt, linteo ſit præcinctus, ut ſordes laboris, ac ſudoris in ſe recipiat, ut ſui mira ſuavitate, ac dulcedine recreentur. Sponſæ ſuæ ait ſponſus. *Duo ubera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in liliis. Vadam ad montem Myrrhæ, & ad collem thuris.* Cant. 4. n. 5. & 6. Quid eſt quòd Divinus ſponſus ſibi eligit pergere ad
Cant. 4. montem myrrhæ; ſponſa verò ut cum ſuis hinnulis paſcatur, in liliis? Mons Myrrhæ aſperus, ac difficultatibus plenus. Hortus verò liliorum placidus, ac delectabilis. Aptè quidem divinus ſponſus univerſis Prælatis formam præſcribens ardua, ac ſudoris plena ſibi reſervat, jucunda verò, ac delectabilia ſponſæ tribuit, ac concedit
Gilbert. Gilbertus ſerm. 28. *Quid eſt bone Ieſu, ait quod ſponſa tua, dilecta tua, alibi expectat, tu alio vadis? Illa paſcitur, & expectat in liliis, & tu vadis ad montem Myrrhæ? Quare non magis ad lilia vadis, ubi ſponſa moratur, donec aſpiret dies.*

Quintò. Iterum primo illa citata Origenis verba. *Fortaſſis etiam ut immunditiam, quam pedibus*
146. Origen. *ſuis habebant diſcipuli, in ſuum ipſius reciperet corpus mediante linteo.* Non accepto linteo manibus pedes abſtergit, ſed illo ſe præcinxit, ad hoc mini-
Chriſtus maculas noſtras ſuſcepit, ut pro illis ſatisfaceret. ſterium exhibendum, ut denotaret, quod ſordes, ac maculas provenientes ex hominum pedibus, illorúmque delictis, ac peccatis in ſe, & ſuper ſe ſuſciperet, ut pro illis ſolveret, ac ſatisfaceret.

147 Accuſat Baptiſta ob ſuam humilitatem, quod Chriſti Baptiſmatis miniſter ſit, cui ait Dominus:
Math. 3. Chryſoſt. *Sine modò, ſic enim decet nos implere omnem juſtitiam.* Matth. 3. n. 15. Cujus rei ſingularem exhibet interpretationem Chryſoſt. tom. 4. orat. 2. de Baptiſmo Chriſti. *Legiſlator, ait, ego ſum, & legiſlatoris filius, meque oportet primum per ea omnia quæ conſtituta ſunt, venire.* Ad quid Domine Baptiſmũ ſubis? Ablutio ad maculas abſtergendas dirigitur, tu verò ab omni labe omninò alienus es, ubi ſumma eſt puritas, ut pote Dei legiſlatoris filius. Ad quid ergo tibi Baptiſmus? Deinde Simoni Petro à Chriſto dictum eſt. *Quid tibi videtur Simon, Reges terræ, à quibus accipiunt tributum, vel cenſum, à filiis ſuis, non ab alienis; Et ille dixit ab alienis.* Matth. 17. n. 26. Cùm ergo Domine Regis Math. 17.
filius immunis ſis ab omni ablutionis tributo, Chriſtus ſua
nec tibi eſt communis ſarcina cum populo; Ba- Baptiſmo
ptizari tamen voluit, non ut ſibi munditiem ac- abſtergit no-
quireret, nullius proprij inquinamenti veſtigium ſtras macu-
habebat, ſed ut hominum ſordes, quas ad ſatisfa- las.
ciendum ſuper ſe ſuſceperat, abſtergat ac exterminet, & ut nobis munditiem daret, ac aquas purificaret. Sic canit Eccleſia in proprio officio. *Magnum myſterium declaratur hodie: quia creator omnium in Iordane expurgat noſtra facinora.*

Cùm accepiſſet Jeſus acetum, dixit: conſummatum 148.
eſt, & inclinato capite tradidit ſpiritum. Joan. 19. Ioan. 19.
n. 30. Dixit: *Conſummatum eſt opus redemptionis hu-* Lyranus.
manæ. Ut explicat Lyranus. Quid eſt quod tunc clamat conſummata eſſe omnia miniſterij, ac redemptionis humanæ ſimul cum conſummata vita, tunc caput ipſum inclinat. Quænam connexio habet capitis inclinatio cum omnium con- Hugo
ſummatione. Cardinalis Hugo. *Inclinato capite, ait, quaſi ſupponens humerum ad portandum nos, & onera noſtra. Ac ſi dicat. Caput inclino, ut videatis me paratum ad onera veſtra portanda, & ponatis ea ſuper me* Ubi Chriſtus vidit impleta om- Chriſtus
nia, quæ in terris agenda ſuſceperat; exclamat: mortuus ſup-
Conſummatum eſt: ut emittat ſpiritum *Et incli-* ponit humeros
nat caput quaſi ſupponens humerum ad portandum ad nos portandos.
nos. Dum ipſe in terris viveret, nos in humeris
ſuis portabat. *Ego quaſi nutritius Ephraim in hu-* Oſeæ. 11.
meris meis portabam eos. Oſeæ 11. num 2. Ita nos ſuper ſuos humeros ſuſceperat ad ſatisfaciendum pro nobis Ut etiam in ipſo mortis momento poſtquam dixit omnia conſummata eſſe, denuò ſupponat humeros, oſtendens, quod ipſe adhuc paratus eſt, ut ſi neceſſe fuerit, iterum humeros ſupponat ad portandum. O eximia, & ſumma charitas, quæ vita finita adhuc durat, & perſeverat.

Teſtantur Philoſophi quod ſumma, & major 149.
unio, quæ datur in toto orbe eſt illa, quæ inter animam, & corpus interſit; videtur tamen, quod inter corpus Chriſti, ac affectum patiendi, & homines ſanandi, ſtrictior unio inveniatur, quod inter corpus, ac ipſam animam diſpoſuit Divina ſapientia, ut Chriſti corpus mortuum lancea vul- Ioan. 19.
neraretur, *Unus militum lancea latus ejus aperuit.* Joan. 19. n. 34. Ex quo exivit ſanguis, & aqua, cur corpus illud non transfigitur lancea, cùm vivum eſſet, ſed poſtquam mortuum eſt, ut fieret manifeſtum, quod magis unitus erat cum corpore illo affectus patiendi, quàm ipſamet vita: mors valuit efficere ut ſpiritus vitæ diſlongeretur à corpore, ut nempe corpus ipſum nec videret, In corpore
nec audiret, nec deambularet; at mors non va- Chriſti mor-
luit efficere, ut ſpiritus ac propenſio patiendi, ac tuo vigebat
ſanandi homines, ab ipſo corpore ſepararetur? propenſio ad
ſanguis, & aqua neceſſaria erat homini ad locu- noſtram ſalutem.
pletandam Eccleſiam quamvis enim corpus eſſet mortuum, ſuo muneri non deerit, aquam, & ſanguinem diffundet corpus ut mortuum functionibus vitæ non reſpondebit, at actionibus, quæ ad hominum vitam, ac ſalutem ſpectant, nullo modo deerit. Quò tendit D. Ambr. lib. 10. in c. 23. D. Ambr.
Luc. *Quærimus, ait, cur poſt mortem invenimus percuſſum, niſi fortè quia licet corporis ejus fuerit natura mortalis, licet qualitas ſimilis, diſſimilis tamen gratia, nam utique poſt mortem ſanguis noſtris corporibus congelaſcit.*

QUÆSTIO XXV.

Quare Chriſtus D. in hoc miniſterio ablutionis pedum omnia præſtat?

150. Ratio difficultatis. AIt Evangeliſta. *Surgit à Cœna & ponit veſtimenta ſua, & cum accepiſſet linteum, præcinxit ſe; deinde mittit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes diſcipulorum ſuorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus.* Quæſtio præſens eſt, cur omnia, quæ ad miniſterium ablutionis pedum ſpectabant, ipſe per ſeipſum exhibet. Ut notavit Euthym. *Ipſe etiam aquam ferebat, & univerſa cum omni promptitudine propriis manibus faciebat.* Cur aliquis ex Apoſtolis non eligitur, ut aquam ferat ac effundat? alius verò ut pedes ipſos abſtergat. Vel cur ſaltem tres divinæ perſonæ ad hoc opus non conveniunt, ſicut ad hominis formationem; *Faciamus hominem ad imaginem, ac ſimilitudinem noſtram.* Gen. 1. n. 17.

Euthym.

Gen. 1.

151. Amoris opera ſolus Chriſtus vult perſolvere. Latum ineſt diſcrimen inter amoris, ac potentiæ opera. In his quæ ſunt potentiæ, Societas Patris, ac Spiritus ſancti admittitur, ut ſimul tres perſonæ omnia creent, ac producant; at verò in his quæ amoris ſunt Chriſtus omnia ambit, ac perſolvit miniſteria, ut notavit Theophylact. *linteo præcingitur ipſe omnia faciens, lavans, & extergens, mittit item aquam, & hoc ipſe faciens non aliis committens*: Ait Dominus per Iſaiam, *Torcular calcavi ſolus.* Cap. 53. n. 3. Tu ſolus Dominus ad torcular paſſionis deveniſti, cùm ad alia magnalia homines ſocios admiſiſti, ad filiationem, nempe divinam eo modo, quo poſſibile erat. *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.* Joan. 1. n. 12. Ad hæreditatem regni cœlorum. *Si Filij, & hæredes.* Rom. 8. n. 17. & etiam in poteſtate. *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos.* Ioan. 20. n. 21. Ubi ibi ait Euthym. Secutus Chryſoſt. ſuum eis relicturus miniſterium, ſua eis auctoritate poteſtatem præbet regendi Eccleſiam. Et ſi hæc eſſent, in his, quæ poteſtatis erant, tamen in his, quæ ad ſuam eximiam charitatem ſpectabant, ſolus exiſtit, ut ſolus torcular calcaret.

Theoph.

Iſai. 53. Ioan. 1. Rom. 8. Ioan. 20. Euthym.

152. Ipſe Dominus ſolus totum miniſterium exhibet, mittit aquam in pelvim aquámque manibus tractans, ſuorum pedes lavat, ipſóſque madefactos pedes linteo extergit, amplectitur, ac oſculatur. In hoc ultimo diſceſſu tanto amoris igne æſtuabat meus Jeſus; ſic amoris flammis ſuccenſus erat, ut ad hoc ſuorum lavacrum recurreret, ut tali aquarum miniſterio ardentem amoris flammam in pectore reconditam, quæ in omnes corporis partes redundabat, refrigeraret, ac aliquantulum miteſceret. Vidit. Iſaias 9. Dominum ſedentem in ſolio excelſo. *Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ uni & ſex alæ alteri, duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus & duabus volabant.* n. 2. Tegunt caput, & pedes duabúſque volant, nempe circa pectus, & cur circa Divinum pectus volant, in pectore eſt cor, quod ſic ardentiſſima amoris flamma circa homines æſtuabat; ut Seraphim alis ſuis accenderet, tenuem auram edentes, ut ardentem illam amoris vim aliquantulum refrigerarent. Sanchez. *Eo igitur* ait, *alarum metu, quaſi flabello quodam videntur incendium illud amoris refrigerare in divino pectore cui aſſiſtunt.*

Iſai. 6. In divino pectore magnum amoris incendium.

Sanchez.

QUÆSTIO XXVI.

Quare Chriſtus Dominus ſuorum Apoſtolorum laverit pedes?

CErtum eſt quod non ſordes pedum mundare voluerit Jeſus: quid enim referebat pedes habere ſordidos; cùm ipſe docuiſſet, nec manuum, ac oris ſordes quidquam obeſſe poſſe. *Non quod intrat in os, coinquinat hominem, ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.* Matth. 15. n. 16. 20. Alta, & ſuprema myſteria Chriſtus in hoc admirabili opere docuit, & quænam hæc ſint, inquirendum eſt. 153. Ratio difficultatis. Matth. 15.

Reſpondet Primò D. Cyprian. lib. de cœna Domini. *Supra diximus*, ait, *ſemel lotos baptiſmate, eodem lavacro ulterius non egere, ſed hoc lavacrum quotidianis eſt exceſſibus inſtitutum, & jugis retractatio uſq; ad noviſſima veniens, & omnia debet opera, & cogitatus ſingulos perſcrutari, & affectus per vitia diſcurrentes vagam, inſtabilemque animā per inania evehentes corrigere & lavare; nec quid quam in vita prætermittere indiſcuſſum quod gemitibus, & ſuſpiriis non fuerit expiatum.* Hac externa ablutione, internam ablutionem per Sacramentū pœnitentiæ voluit Dominus ſignificare, quod velut ſecundus baptiſmus, eſt quod noſtris ſuſpiriis, lacrymis, ac gemitibus baptiſamur & mūdamur à noſtris peccatis. Et ad hoc magis exprimendum lavavit Dominus diſcipulorum pedes; pes enim ultima, & infirma pars eſt hominis, quia per pœnitentiam non ſolum debemus ſumma delere peccata, ſed etiam uſque ad ultimas, ac infimas noſtræ conſcientiæ partes deſcendere. Et in hoc ſenſu intelligendi ſunt D. Ambroſ. in Prologo ad lib. de Spirit. ſanct. D. Auguſt. tract. 55. in Joan. D. Gregor. 9. Regiſtri c. 39. Beda, Zacharias Epiſcopus & alij. Et corroboratur hæc interpretatio. Quia ideo Chriſtus Dominus ante inſtitutionem ſacræ Euchariſtiæ hanc ablutionem permiſit; quia multa mundities præmittenda antequam ad divinam menſam accedatur; ex quo pondera, quod antequam Chriſtus ſuos diſcipulos duceret in Thabor ad nitorem gloriæ inſtituendum, non laverit eorum pedes, maximè verò modò antequàm cœleſti pabulo reficerentur, quia major puritas requiritur accedenti ad Euchariſtiam, quàm quadam gloriæ ſpecie fruenti; Majórque mundities exigitur ad Chriſtum in Euchariſtia ſuſcipiendum, quàm ad ipſum in quadam ſpecie gloriæ intuendum.

154. Cypr.

Conſcientia à peccatis etiam minimis mundanda.

D. Ambroſ. D. Auguſt. D. Gregor. Beda. Zacharias.

Major puritas ad Chriſtum in Euchariſtia ſuſcipiendum, quàm ad ipſum in ſpecie gloria intuendum.

Secundò Rupertus in præſenti. *Idcirco*, ait, *pedes potius, quam manus, & caput: quia in lavandis pedibus affectior eſt geſtus humilitatis, & propinquior ſignificatio charitatis, qua nos lavit in ſanguine ſuo à peccatis noſtris;* Pedes lavat, ut ad humilitatis exemplum ſuos inſtrueret, ac animaret, ut ipſemet Chriſtus explicat infrà verſ. 13. & 15. ait D. Chryſoſt. *Ut nos modeſtiam diſcamus, propterea vilius membrum elegit.* Deinde etiam quia tempus inſtabat, quo Chriſtus ſuos diſcipulos relicturus erat, ideo erga eos ſingularem amorem, ac affectum declaravit. Et hanc rationem videtur Evangeliſta innuere verſ. 1. 2. & 3. *Sciens quia venit hora ejus, ut tranſeat ex hoc mundo.*

155. Rupert. Signa amoris ac humilitatis exhibet Dominus.

Chryſoſt.

156. Tertiò. D. Bernard. tract. de gradibus humil. §. *Interlucet*, ſic ait *Tradebat diſcipulis humilitatis formam veritatis Magiſter, qua in primo gradu primum*

Per humilitatem ad veritatem instruimur. mum eis veritas innoteſceret. Altiſſima Euchariſtiæ myſteria celebratus erat Dominus, quod Doctores per tot ſæcula magnis commentariis explanare conantur, cur in ejus declaratione non immoratur, ſed ad pedes lavandos deſcendit; Optimè ſanè ſciebat Bonus, ac divinus Magiſter, quòd ſi diſcipuli ejus in humilitate inſtruerentur, ac docerentur, quod inde altiſſima myſteria attingerent, ac penetrarent: per humilitatis viam abditiſſima aperiuntur. *Qua in primo gradu primum eis veritas innoteſceret.*

157. *Ammon. Origen. Hieron. Theodor. Nicephor.* Quartò Ammonius in Catena Græca. *Per attactum mundavit pedes eorum in præparationem Evangelij.* Quod etiam docent Origenes. D. Hier. Epiſtol. ad Damaſum de prima viſione Iſaiæ, Theodorus Heracleotes, & Nicephor. lib. 1. Hiſtoriæ Eccleſiaſt. c. 28. qui docent Chriſtum diſcipulorum pedes lavaſſe in præparationem ad prædicationem Evangelij juxta illud. *Quam ſpecioſi pedes Evangelizantium pacem, Evangelizantium bona.* Qui prædicaturi ſunt Evangelium, ac viam juſtitiæ, omnino debent eſſe puri, & mundi ab omni ſorde & inquinamento, ut nitidi, ac ſplendidi appareant. *Prædicator ſit purus.*

158. *Ambroſ. Geneſ. 3.* Quintò. D. Ambr. lib. 3. de Sacram. c. 1. alludens ad illa verba. *Tu inſidiaberis calcaneo ejus.* Gen. 3. n. 15. ſic ait. *Quid, ait, Adã ſupplantatus eſt à Diabolo, & venenum ei infudit ſuper pedes: ideo lavat pedes: ut in ea parte, in qua inſidiatus eſt ſerpens, majus ſubſidium ſanctificationis accedat.* Et iterum in Pſal. 48. n. 7. ad illa verba. *Iniquitas calcanei mei circumdabit me.* Sic ait Sanctus Doctor. *Adam dente ſerpentis eſt vulneratus, & obnoxiam hereditatem ſucceſſionis humanæ ſuo vulnere dereliquit, ut omnes illo vulnere claudicemus. Unde Dominus Diſcipulis pedes lavit, ut lavaret venena ſerpentis.* Serpens momordit, ac vulneravit Adamum in calcaneo, hoc eſt originale peccatum, quod omnium malorum extitit initium. Vel quia, ut exponit Cajetan. ad citatum Pſalmum, *Iniquitas calcanei,* innuit peccatum carnale, ac appetitus hominis; ſeu, ut exponit Trevetus, totum corporis pondus in calcaneo, ut pote extrema parte corporis nititur, ac proinde *iniquitas calcanei* denotat nimiam confidentiam, ac præſumptionem, & ſuperbiam hominum: ergo pedes lavat Jesus, ut in ea parte in qua inflictum eſt vulnus, remedium applicetur, & per viam, per quam ingreſſum eſt peccatum originale, vel carnis, præſumptionis ac ſuperbiæ, introducatur, & ſalus & pedes quibus homo claudicabat aquæ lotione foveantur ac corroborentur. *Unde Dominus diſcipulis pedes lavit, ut lavaret venena ſerpentis.* (*Pſalm. 48. Ambroſ. Cajetan. Ubi inflictum eſt vulnus remedium applicatur.*)

158. *Ambroſ.* Sextò. Idem D. Ambroſ. ad cit. Pſalm. 48 *Reor,* ait, *iniquitatem calcanei magis lubricum delinquendi, quàm reatum aliquem noſtri eſſe delicti,* &c. *lavemus pedes, ut calcanei lubricum poſſimus auferre: quo fida ſtatio poſſit eſſe virtutũ: nec paterno quis errore labatur, qui ſuo paratus eſt ſtare propoſito. Non metuat lubricũ hereditas, qui cupit veſtigia tenere virtutis.* Spectabat hæc lotio ut eos liberaret ab illa calcanei iniquitate, qua ſe David circumdatum ingemiſcebat *Iniquitas calcanei mei circumdabit me,* Pſalm. 48. n. 7. Sed quæ tamen iniquitas erat in Apoſtolis, cum omnes uno proditore excepto mundi exiſterent. *Lavemus pedes, ut calcanei lubricum poſſimus auferre.* Ac ſi Chriſtus Dominus non tam præſentem aliquam culpam, quæ fortè in undecim tunc nulla erat expiare ac abluere vellet, quàm ipſam tollere propenſionem, ac affectum ad culpam, jam à primis progenitoribus, tanquàm avit in hæreditatem in omnes derivatam, & ut diſcipuli firmi ſtarent hanc lubricam inconſtantiam è pedibus expurgare voluit Dominus: *Quo fida ſtatio poſſit eſſe virtutum, ne paterno quis errore labatur.* (*Pſalm. 48.*) *Lubrica ad peccandum propenſio eradicanda.*

160. *Origen.* Septimò. Origenes homil. 32. in Joan. *Proinde,* ait, *pedes evangelizantium bona, pulchri facti fuerant, ut loti, & mundati & abſterſi Chriſti manibus incedere poſſint per ſanctam viam, ſolus enim, & omnis cujus pedes laverit JESUS, jam perambulat hanc viã viventem, & ad Patrem ducentem: nec capit hac via pedes inquinatos.* Cur Dominus veſtigia calcantium ſpeciatim abluit; cur non potiùs vultum, manus, ſeu brachia; Præceperat olim ſuis Apoſtolis, ut calceamenta portarent in via. Matt. 10. n. 10. Erat autem ſemita illa valde difficilis, nam præter lapides acutos, ſpinas, & tribulos, quibus ſtrata erat, etiam extabat repleta baſiliſco, leone, aſpide, & dracone, inter quos gradiendum erat; ne his ergo lædi contingeret, plantas diſcipulorum lavat Jesus manibus ſuis. Sed qualis adverſùs rabiem ſævientium ferarum, adverſùſque tribulos, & duros lapides pedum deterſio; Imo ablutione pedes aptiores ad vulnera, ac ſciſſuram redduntur. Magnum tamen eis præſtitit munimen adverſùs principes tenebrarum harum, dum eorum pedes propriis manibus lavat Jesus, contactu enim carnis Chriſti fortiſſimè armabantur contra omnes incurſus crudelium beſtiarum, & qui tali contactu vivificæ carnis roborati, ſine calceamentis nudis pedibus ſecuriſſimè per viam horridam incedebant, nullum in ea metuentes periculum. (*Matth. 10 Diſcipulorum pedes contactu carnis Chriſti contra omnia pericula armantur.*)

161. *Chryſol.* Octavò. D. Chryſolog. ſerm. 23. *Homo jam tibi parce,* ait, *quia ut tibi parcis, tuos Deus lavit, tuos tenuit, tuos amplexatus eſt pedes.* Efficaciter argumentatur S. Pater. Cùm enim Chriſtus Dominus qui natura divina erat æqualis Patri, tamen in noſtro corpore non ſolum ſe minorem dicit Patre dicto, ſed etiam facto, cum diſcipulorum pedes lavat, ut ait citatus Chryſolog. tanto ergo exemplo, ô homo inſtructus jam tibi parce ab omni faſtu, & ſuperbia, ut illam dimittas, cùm tuos lavat Chriſtus pedes. Dende ſolet reus ſceleris conſcius, & ſupplicij pavidus, ad pedes perſonæ offenſæ ſupplex provolvi, ut obſequij ſubmiſſione illatæ, injuriæ veniam extorqueat: & tamen cùm Chriſtus Dominus eſſet perſona offenſa, ipſe ſupplex ad pedes ſuorum diſcipulorum advolvitur, ac votivè amplexatur, parce ergo homo à tuo faſtu, cùm ipſe ſis delinquens & reus. *Parcat ſibi homo à faſtu, & ſuperbia, Exemplo Chriſti.*

162. *Tertull.* Nonò Tertul lib. de Trinit. c. 26. *Abrahæ, ait, filiorum pedes abluit, reddens in filijs jus hoſpitalitatis; quod aliquando illi ſœneravit Pater.* Hoc obſequium erga filios Abrahæ exhibet Chriſtus Dominus, veluti rependens illud ipſum ablutionis obſequium, quod aliquando ab eodem Patriarcha acceperat. Geneſ. 18. n. 4 ubi maixmè expendenda eſt cumulata remuneratio. Nam pro trium hoſpitum lotione, duodecim Apoſtolorum lotiones rependuntur. Deinde Abraham atulit pauxillum aquæ, ut ſuorum hoſpitum pedes lavarentur; ipſe tamen non dicitur eos ſuis manibus lavaſſe: at verò Chriſtus Dominus. *Miſit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes diſcipulorum.* Abrahamus non dicitur propriis manibus extetſiſſe juvenum pedes, quod Chriſtus Dominus in præſenti præſtitit. Ut fiat evidens ſuperabundans remuneratio à Chriſto Domino exhibita, quod mihi (*Geneſ. 58. Chriſtus cumulatè remunerat obſequia ſibi facta.*)

mihi videtur ipſe Tertull. illo fœnerandi verbo, quod ſignificat dare ad uſuras, expreſſiſſe.

163 Decimò. In ſuo ultimo diſceſſu Chriſtus Jesus ſuorum Apoſtolorum pedes lavavit, ut qui ab ipſo abluti remanebant, ejúſque obſequio dedicati erant, ſic inde amplius ſe gererent, ut non incederent per terrenum pulverem, quo inquinarentur, ſed tantum per cœleſtia, ut ſoli Deo militarent. Notat D. Greg. Nyſſ. hom. 11. in Cantica, quod cum ſacerdotalia indumenta valde minutim inſtituta fuiſſent à Deo per Moyſem. Exod. 39. tamen nullum memoratur pedis indumentum: *Qua nimirum*, ait Sanctus Doctor, *ſacerdotalis pedis indumentum erat, eſſe nudum, & liberum ab omni ornamento.* Sacerdos cùm eſſet Deo dedicatus, ac conſecratus, ſic oportebat eum per pura, ac ſancta incedere, ut nullo terreno pulvere coinquinaretur, & ideo calceamenta illi non aſſignantur, cùm eis non indigeret, tanquàm ex eo quod Deo dedicatus erat debebat per purum incedere.

Qui lotus eſt, eſt inde obligatur ut non coinquinetur.

D. Nyſſen.

164 Inter alias ceremonias, quibus victima in holocauſtum offerebatur; una erat, ut prius ejus pedes aqua lavarentur, *Pedibus lotis aqua, adolebitq; ea Sacerdos ſuper altare in holocauſtum, & ſuavem odorem Domino.* Levit. 1. n. 9. quod etiam iterum mandatur n. 13. Cur Dominus toties commendat ut in victima offerenda abluantur pedes? Et cur potius pedes, quam caput vel pectus ſunt mũdandi? Cùm victima eſſet Deo dedicata, ejus lavantur pedes, quia omnem terrenum pulverem à ſe debebat dimittere, & non ampliùs per terrena incedere; ſed ſic purum, ac ſanctum ambulare, ut ad cœleſtia evolaret. Philo Alexandr. lib. de Animalibus idoneis ſacrificio. *Pedum*, ait, *lotio ſignificat, non humi poſt hac incedendum ſed per æthera: amans enim Deum anima revera in cœlum à terris emicat, ſumptiſque alis petit ſublimia, cupida oberrandi cum Sole, Luna, cæterarúmque Stellarum ſacra militia ipſe Deo duce, atq; imperatore.*

Levit.

Pedes abluti amplius per terram non incedant.

Philo.

165. Ait ſponſus ad animam ſanctam. *Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lavacro. Omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas.* Cantic. 4. n. 2. Per dentes ſanctos prædicatores ac Doctores communiter Patres intelligunt, qui exorti à carne, à carnis, ac ſanguinis affectu ſunt liberi. Quid eſt tamen, quod comparentur cùm gregibus ovium, qui aſenderunt de lavacro? Statim ſubditur. *Omnes gemellis fœtibus & ſterilis non eſt inter eas.* Quænam connexio eſt tantæ fæcunditatis cum lavacro; qui enim divina aqua ſunt mundati, ſic proficiunt, ut numquàm amplius ſteriles inveniantur, ſed tanta fœcunditate prodeunt, ut geminos fructus charitatis producant. D. Gregor. Papa, tum in ſuo commentario, tum etiam lib. 33. Moral. c. 29. *Iuſti*, ait, *dum ſe à peccatis omnibus in Baptiſmo ablutos eſſe recordantur, libenter onera mundi deponunt, ut ad cœleſtia conſequenda facilius gradiantur: gemellos fœtus omnes habent, quia in duobus præceptis charitatis cæteros omnes ſupereminent.* Qui ergo lotus eſt, caveat, ne iterum ſordeſcat, ac coinquinetur. Unde in hoc ſenſu dicebat anima ſancta *Lavi pedes meos, qui modo inquinabo illos?* Cant. 5. n. 3.

Cant. 4.

Ex lavacro aſcenſio, & profectus.

Gregor.

Cantic. 5.

Joan. 13. n. 6. Venit ergo ad Simonem Petrum: & dicit ei Petrus: Domine tu mihi lavas pedes?

Num. 7. Reſpondit Jeſus, & dixit ei: quod ego facio, tu neſcis modò: ſcies autem poſtea.

VERSIONES.

Syriacus n. 9. Tu Domine mi, pedes meos lavabis mihi?

Arabicus. Pedes meos lavas

Syriacus n. 7. Quod ego facio, tu neſcis, nunc, poſtea verò cognoſces.

Arabicus. Quod facio non ſcis illud, ſed ſcies illud poſtea.

Marius. Quod ego facio, modò non intelligis.

Arias. Scies autem poſt hac

EXPOSITIO IV.

VENIT *ergo*: pelvim utraque manu geſtans, & ipſe ſic accedit ad pedes ſingulorum, poterat Dominus eos ad ſe vocare, ut ad ipſum accederent, ſed ipſe maluit ad eos devenire, ne quid omitteret quod ſervili miniſterio, ac profundæ humilitati cõgrueret. *Venit ergo.* Illa particula, *ergo*, illationem indicat. Et facit hunc ſenſum. *Cœpit lavare pedes diſcipulorũ.* Et incipiens venit ad Simonem Petrũ, ut pote qui primus erat, ac primus ſedebat inter cæteros Apoſtolos. *Dixit ei Petrus.* Ut explicat Euthym. *in ſtuporem verſus dixit præ reverentia.* Ponuntur Petri verba. *Domine tu mihi lavas pedes?* Valde emphatica ſunt illa duo pronomina *Tu*, & *mihi.* Ut notarunt D. Chryſ. Theoph. Euthym. D. Aug. Qui ait. *Quis tu? Quid eſt mihi? cogitanda ſunt potius, quam dicẽnda, ne forte, quod ex eis verbis aliquatenus dignum concepit anima, non explicet lingua.* Et ait Petrus. *Tu*, qui es Dei filius naturalis, ac Rex regum, Dominus dominantium. *Mihi* natura homini ex pulvere formato, conditione piſcatori ac humili, moribus verò peccatori. *Lavas* tuis nempe manibus, quibus omnia tradita ſunt à Patre, quibus & cæcos illuminas: *pedes meos*, ſordidos, ac lutulentos. Non ait lavabis de futuro. Sed *Lavas*, de præſenti, cùm nondum Petri pedes Chriſtus lavare inciperet; tamen ait, *Lavas* quia in proximo erat ut lavaret, vel quia beneficium divinum, etſi futurum, tamen in præſenti habebat ut gratificaret. 166.

Euthym.

Chryſoſt. Theoph. Auguſt.

Reſpondit Jeſus &, dixit ei. Fide, ac reverentia Petrus excuſavit ſe, non, ſcientia, ſe ignorantiâ tanti myſterij. *Quod ego facio.* Facere nempe intendo, & paro. *Tu neſcis modò*, quia Petrus videbat, quod ipſius pedes vellet Jeſus, lavare, latens & abſconditum myſterium non intelligebat, ut obſervavit Cajetan. Sed quomodo hoc Petro dicitur, Apoſtolis enim à Chriſto dictum eſt. *Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei.* Luc. 8. n. 10. Debito ſcilicet tempore, ut explicat Albertus Magn, *Scies autem poſtea*, ut interpretantur D. Cyrillus lib. 9. c. 4. quandò finita ablutione ſedens Jeſus dixit eis. *Scitis quid fecerim vobis. Exemplũ enim dedi vobis.* &c. vel D. Aug. Rupert. & Beda ad tempus poſt Reſurrectionem, Aſcenſionem, ac Spiritus ſancti Adventum referunt. Utramque expoſitionem amplectuntur Euthym. & Theoph. Cum Chryſoſt. *Tunc enim ſcies*, ait Euthym. *quale fecerim*; 167.

Cajetan. Albert. Luc. 6.

D. Cyrill.

Auguſt. Rupert. Beda. Euthym. Theoph.

fecerim opus. Qui enim ad tantam humilitatem, ut lavaret pedes ſe dejecit, in præexcelſa Reſurrectionis, ac Aſcenſionis gloria ſublimatus eſt, & præmiſit Chriſtus facta verbis, ut notat Toletus, prius lavit pedes, & poſtea explicat, *Scitis quid fecerim vobis.* Efficacius enim verba audientium promovent animos, cum facta præcedunt. Deinde hujus tanti myſterij intelligentiam non prius communicat Dominus, niſi poſtquam factum fuit ut Petrus cæcus obediat, ne ſi prius, intellectis obedientiæ rationibus obediret, ipſum obedientiæ meritum evacuaret, obedientia exinde commendatur quod cœca ſit, ut ait D. Gregor. lib. 2. expoſit. in lib. Regum.

Tolet. *Obedientia cæca.* Gregor.

Quæstio XXVII.

A quo diſcipulo Dominus cœpit lavare pedes?

168. Origen. D. Ambr. Leont. Cypr.

ORigenes tom. 32. in Joan. D. Ambroſ. lib. 3. de Sacram. cap. 1. Leont. & alij arbitrantur Petrum poſt omnes, ac in ultimo loco fuiſſe ablutum. D. verò Cyprian. tract. de ablutione Pedum exiſtimat Chriſtum non lavaſſe pedes Judæ, quia ipſe Judas jam exierat à cœnaculo, quando Dominus diſcipulorum ſuorum lavit pedes; at hoc non videtur ſtare cum eo quod Dominus dixit infra poſt ablutos pedes. *Vos mundi eſtis, ſed non omnes, ſciebat enim quiſnam eſſet, qui traderet eum.* Deinde ex hoc capite 13. Joan. n. 11. patet quod abſoluto pedum lavacro Judas exiiſſet.

169. Origen. D. Chryſoſt. Euthym. Theoph.

Citatus Origenes, D. Chryſoſtom. homil. 69. Euthym. Theophylact. exiſtimant Judam fuiſſe primum ante cæteros Apoſtolos à Domino ablutum. Cujus cauſam aſſignat Origenes. *Quemadmodum,* ait, *Medicus ab iis, qui gravius ægrotant, exordium curandi ducit; ita Dominus ab eis, qui magis inquinati erant, cœpit.* D. verò Chryſoſt. aliam profert rationem homil. 69. in Joan. *Credibile eſt* ait, *proditorem ſtultum exiſtentem ante Petrum recubuiſſe. Quod Evangeliſta ſignificavit, cum dixit: Cœpit lavare, deinde venit ad Petrum.* Omnes Apoſtoli, Juda excepto, ſanctitate, ac puritate conſpicui, poſt Petrum ſederunt; at verò Judas ruſticus ac ſtultus ambitione primum locum inſolenter, ac arroganter occupat. *Credibile eſt proditorem tanquam ſtultum exiſtentem ante Petrum recubuiſſe.* Stultitia audax ambitionis iniquitas ſtulteſcit, ita ut ad primatûs faſtigium aſcendere prætendat. Crudeles dæmones è ſepulchro egredientes, procidunt, ut Chriſtum adorent, dicuntque ei. *Quid nobis, & tibi fili Dei?* Marc. 5. num. 7. filium Dei fatentur, & ambitione ſic ſtulteſcunt, ut ei, quem adorant, ſe loco præponunt. *Quid nobis,* deinde *& tibi.* Si autem quærat aliquis, quare Evangeliſta non exprimit ambitionem Judæ, quando primo loco ſederit. Reſpondet citatus Chryſoſtom. *Non eſt vehemens in accuſando Evangeliſta.*

Ambitio ruſtica, & ſtulta. Marc. 5.

170. D. Auguſt. Beda. Rupert. Lyranus. Caſſian. Carthuſ.

Communior, ac probabilior ſententia eſt; à Petro tanquàm à capite Dominum hanc lotionem incepiſſe, ita docent D. Auguſt. tract. 56. in Joan. Beda, Rupertus, Lyranus Simon Caſſian. Carthuſian. Caietan. Ianſen. Maldonat, Barradas, Cornelius, & alij. Probatur primò. Quia evidens eſt ex toto contextu Evangelij Chriſtum ſolitum fuiſſe in omnibus rebus dare primas partes Petro tanquam cæterorum Apoſtolorum Principi dare. Secundò. Si enim prius Chriſtus veniſſet ad alios Apoſtolos, abſque dubio hanc Domini ſui tantam, & tam profundam humilitatem recuſarent, æquè, ac Petrus, ſed cum Petrum à Chriſto reprehenſum acquieſcere agnoviſſent, acquieverunt etiam & ipſi, ſuóſque pedes à Chriſto lavari permiſerunt. Tertiò. Judas humanum non amiſit ſenſum, ſed maximè hypocriſim fingebat: unde in horto oſculatus eſt Magiſtrum, ut ſuam proditionem abſconderet, & ſimularet, ergo in cœnaculo non primum occupavit locum. Quartò, quia poteſt hic morale documentum inculcari, oportere ſemper à capite, & ſuperioribus reformationem inchoare.

Cajetan. Ianſen. Maldonat. Barradas. *A capite reformatio, & ablutio inchoanda.*

171. *Quare Joannes non habuit primum locum.*

Quæres tamen, cur in hac ſacra ablutione pedes Petri, vel Iudæ, juxta varias ſententias proximè relatas primi à Chriſto lavantur, & non potius Joanni Evangeliſtæ pedes primi eliguntur, nam Ioannes Evangeliſta erat maximè gratus Chriſto, eique ab intimis familiaris. Ablutio autem hæc in amoris ſignum facta eſt. Reſpondeo, quod Ioannes maximè charus erat Chriſto, tamen Petrus, & Judas vehementi neceſſitate laborabant, in proximo enim erat, ut unus eum negaret, alter ut eum traderet. Divinus Magiſter ablutionis remedium primò non applicat chariſſimo ſuo, ſed ei qui magis eo indiget, majorique neceſſitate laborat, ac proinde quamvis Joannes eſſet valde familiaris ab intimis, tamen Petrus, & Judas vehementer remedio egebant, & ideo eis primò applicandum fuit.

Curationis remedium, applicandum non magis familiari, ſed magis indigenti.

172. Matth. 26.

Cùm ſacra Euchariſtia inſtitueretur, eam Chriſtus Dominus *fregit deditque diſcipulis.* Matth. 26. n. 26. Primò Petro, deinde cæteris Apoſtolis, ut eſt communis ſententia, ut dicam ſuo loco, Erga Joannem in cœnaculo Chriſtus Dominus magna exhibuit amoris ſigna: recubuit enim ſuper pectus Jeſu, & quod Petrus interrogare non audet, per eum interrogat. *Innuit ergo huic Simon Petrus & dixit ei: quis eſt de quo dicit?* Joan. 13. n. 24. Cum Euchariſtia eſſet amoris Sacramentum, in quo Chriſtus ſui divini amoris divitias oſtendit, ut ait Concil. Trident. Cur ergo primò non datur chariſſimo Joanni, qui tunc maximè erat ab intimis. Sed Petro ante omnes; & ſi Joannes chariſſimus eſſet, Petrus tamen in majori neceſſitate verſabatur, cum in proximis eſſet ut negaret, & ideo divino pabulo prior cæteris fuit animandus, ac corroborandus, ut firmus ſtaret, ac non caderet, huc veniant citata Origenis verba. *Medicus ab iis, qui gravius ægrotant, exordium curandi ducit.*

Joan. 13. *Euchariſtia primò data eſt Petro.* Origen.

Quæstio XXVIII.

Quare Petrus tam vehementer recuſat lavari à Chriſto, loquens pro ſe tantum, & non pro omnibus, ut ei mos erat?

173. AB hoc ſecundo incipio. Petrus ſolitus erat non tantum pro ſe, ſed etiam pro omnibus aliis loqui, & agere. Sic Chriſto dixit. *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis* Matth. 19. n. 23. At verò in præſenti pro ſe ſemel, Matth. 19.

Quare Petrus hic pro ſe loquitur.

ſemel,& iterum tantum loquitur. *Domine tu mihi lavas pedes.* Et infrà. *Non lavabis mihi pedes in æternum.* Cur ergo non dixit, non lavabis nobis pedes in æternum.

174. Ambroſ. *Alterorum facta non reprobat Petrus.* Origen. Leont.

Reſpondeo. Primò. Quia fortè juxta D. Ambr. Origenem, Leontium, alij diſcipuli fuerunt abluti ante Petrum, & ne videretur eos arguere, ac carpere, ideo ad ſe ipſum mentem, verbáq; convertit, aliorum facta non diſcutiens. Deinde quando ait, *reliquimus omnia*, &c. pro omnibus præmia ſolicitabat, & quærebat: hic verò ſummum honorem ei à Chriſto exhibitum in hoc magno lavacro recuſabat. Inde illic pro omnibus loquitur, hic verò tantum pro ſe. Optimè enim agnoverat familiare eſſe hominibus dignitates velle, ac ſuorum meritorum præmia exoptare; at verò honores, & favores à ſe dimittere, ac devitare paucorum eſſe, & ideo pro aſſequendo honore in omnium perſona agit; pro verò illius declinatione de ſe tantum ſermonem facit, præcipuè cum ipſi diſcipuli adhuc imperfecti in hoc cœnaculo exiſterent: *facta eſt contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe major.* Luc. 22. n. 24.

Homines ſoliciti ad honores, difficiles verò, ut eos à ſe dimittant.

Luc. 22. 175. Chryſoſt.

Recuſat Petrus, ut ejus pedes à Domino laventur. *Quod non parvi amoris fuit, & reverentiæ argumentum.* Ut ait citatus Chryſ. qui etiam meritò addubitat, quomodo Petrus audet replicare ne ejus pedes à Chriſto laventur. Qui ait: *Quid facis Petre? Oblitus es, qui antea dixeras? Non dixiſti, abſit à te, & audiſti. Vade poſt me Satana: & adhuc non admoneris, ſed minus es in refutando.* Cùm Chriſtus ſuæ crucis myſterium explicaſſet, repugnavit Petrus dicens, *abſit à te Domine, non erit tibi hoc.* Cui reſpondit Chriſtus. *Vade poſt me Satana, ſcandalum es mihi.* Matth. 16. n. 23. Quomodo ex tam gravi cenſura non eſt admonitus, ut amplius non audeat Domini verbis obſiſtere, ac replicare. Pergit citat. Chryſoſt. *Res magna eſt, & admiranda: nam ob nimiam dilectionem ita locutus eſt.* Cùm Petrus vehementi Chriſti amore eſſet vulneratus, neſcit advertere, ac diſcurrere, nec ullam pœnam, ac cenſuram formidat, ſed in eximios amoris affectus prorumpit, Non lavabis mihi pedes in æternum.

Matth. 16. *Amor neſcit diſcurrere, ac advertere.*

176. Graviter adurget Dalila Sanſon, ut ei aperiat, in quo ſit ſua eximia fortitudo, cui ipſe dixit, ſi ſeptem funibus ligatus fuero, ſimilis ero aliis hominibus, quod cùm illa feciſſet, clamavit Philiſthiim adeſſe, quibus viſis Sanſon rupit vincula; quòd cùm illa feciſſet ſecundò, & tertiò, & ſemper Philiſthæos inclamaſſet, quibus advenientibus Sanſon laqueos fregit, ac rupit. Cui tunc ait Dalila. *Quomodo dicis, quod amas me. Per tres vices mentitus es mihi, & noluiſti dicere, in quo ſit maxima fortitudo tua.* Judic. 16. n. 15. quo audito nihil reſpondit Sanſon, ſed omninò tacuit, cùm reſponſum eſſet in promptu, & ad manum, quod nempe eum non bene arguebat, ut notavit Abul. q. 15. ex eo quod ſuum ſecretum ei non revelaret, quia experimento compertum erat, quod ipſa eſſet inimica, infida, ac proditoria labe infecta, eúmque vellet in manibus ſuorum inimicorum tradere; tamen nihil reſpondet; cùm Sanſon vehementer eam diligeret, non ſciebat diſcurrere, ac intelligere, ut aliquid ei diceret, ac reſponderet; & cùm tanto illius amore teneretur, quamvis experientia eſſet manifeſtus mulieris dolus, & fallacia mortis: periculum non timet, ſed mulieris votis acquieſcit, ac abſconditum ſecretum fortitudinis ſuæ ei aperit.

Judic. 16. Abulenſ. *Amor mortem non timet, nec ſcit dicere, ac reſpondere.*

Quæstio XXIX.

Quare Petrus ſic expavit, videns Chriſtum ſuorum diſcipulorum lavare pedes, & expenditur magnitudo tanti miniſterij?

GEDEON *de nocte conſurgens expreſſo vellere concham rore implevit.* Iudic. 6. n. 38. alij pro eo quòd nos habemus, *concham implevit*: legunt *Phialam*, Septuaginta *pelvim implevit.* Valde mirum, quod Gedeon rore cœleſti pelvim impleverit, non tamen alicujus pedes laverit, D. Ambroſ. Procemio de Spiritu ſancto, & D. Aug. ſerm. 108. de Temp. *Rorem, inquiunt, iiſdem prorſus verbis, ejus miſit in pelvim, ut impleretur aqua; non tamen ipſe eo rore pedes lavit, alij debebatur tanti prærogativa myſterij, expectabatur ille, qui ſordes omnium poſſet abluere.* Quod Gedeon aquam mittat in pelvim, hoc ei conceditur: at hoc quod eſt lavare pedes, hoc Chriſto tantum reſervatur. At cur ſaltem in figura non datur Gedeon quod pedes lavet, ſicut ei conceſſum eſt, quod in typum victoriæ Chriſti Madianitas devinceret *Superaſti ſceptrum exactoris ejus, ſicut in die Madian,* Iſai. 9. n. 4. Cur ergo ei etiam in figura non permittitur, ut pedes lavet. Præclariſſimæ victoriæ, ac glorioſi triumphi de adverſario humani generis in figura præcedat Gedeon, at profundiſſimæ humilitatis, ac abjectionis in pedum lavacro demiſſionem ita ſibi Chriſtus peculiariter appropriat, ut nec in typo alteri, ut Gedeoni illa concedatur.

177. Iudic. D. Ambroſ. D. Auguſt. *Lavare pedes. ac extergere nulli nec in figura conceditur.* Iſai. 9.

178. D. Auguſt.

Propius ad rem accedamus. Cùm Chriſtus Petri vellet lavare pedes. Obſtupeſcens exclamat ille: *Tu mihi Domine lavas pedes?* D. Aug. ad fratres in Eremo ſerm. 28. ait. *Petrus videns divinitatem incarnatã, ante ſe incurvari, expavit, exhorruit, & per cœnaculũ velut inſenſatus cucurrit, & exclamavit: Non lavabis mihi pedes in æternũ.* Expavit Petrus videns inclinatam divinitatem ad hominum pedes, & quietis impatiens diſcurrebat per cœnaculum. D. Laur. Iuſtin. de triumphali Chriſti Agone, c. 3. *Petrus, ait, ad tanti expavit aſpectum prodigij.* Prodigium magnum erat quod Deus ad hominum pedes ſuccumberet. Maximè obſtupeſceret homo ſi cœlum videret terræ ſubſterni, ecce non cœlũ, ſed cœli Dominus terrenis pedibus abluendis proſternitur. Cadens Joannes ad Angeli pedes, ut eum adoraret, prohibet eum Angelus dicens Apoc. 19. n. 10. *Vide ne feceris conſervus tuus ſum.* Syrus legit, *Sodalis.* Quomodo ergo Petrus admirans non prohiberet, ut omnium Dominus ad ejus pedes ſe demitteret, eóſque lavaret.

Iuſtinian. *Prodigium divinitas inclinata.* Apoc. 19. Syrus.

179. Matth. 14. *Quot myſteria in pelvi.*

Expavit Quomodò magne Petre ſic expaveſcis, qui olim tanta fiducia, ac audacia emiſiſti te ſuper aquas? Matt. 14. n. 29. Et modo ſic times ingredi parum aquæ in pelvim. Oceano profundior videbatur pelvis illa Petro. In parva illa aqua majorem profunditatem, altitudinem, ac immenſitatem myſteriorum agnoſcebat, quàm guttas aquæ in tota altitudine, latitudine, ac vaſtitate maris Oceani. *Expavit divinitatem incurvatam*, Maximè admirabile fuit Joſeph ſomnium. *Vidi*, ait, *per ſomnium, quaſi Solem, & Lunam, & Stellas undecim adorare me.* Geneſ. 27. num. 9. Quanto altius, ac admirabilius non Solem, Lunam, ac undecim Stellas, ſed Solis, Lunæ, ac omnium Stellarum creatorem ad hominum pedes provolutum cerni. *Expavit*: contemplans ſummam Chriſti

Geneſ. 37.

Cypr. *Chriſti humilitas.*

Chriſti humilitatem. Nam inter cæteros heroicos Chriſti actus hic, ut notat D. Cypr. tract. de ablutione pedum, extitit profundiſſima humilitatis. In ſacratiſſima Paſſione permiſit Chriſtus D. ut ſub carnificum pedibus ſubjaceret, ut ab eis malè tractaretur: At modò in cœnaculo ſe proſternit Dominus pedibus crudelis inimici, ac traditoris Judæ, ut ſumma charitate eos lavet, extergat, oſculetur, ac amplexetur.

180 Origen. *Expavit Petrus.* Videns magnum miraculum ſuper ordinem totius naturæ, ut ponderat Orig hom. 32. in Joan. contemplans ſacratiſſimas Domini manus amoris accenſas, qui tamen ignis in medio aquarum non extinguebatur, ſed potius accendebatur: *Sicut aqua effuſus ſum, & factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens in medio ventris mei*, Pſalm. 21. n. 15. ultima verba legit Chal. *In medio viſcerum meorum.* Ait Dominus, *effuſus ſum ſicut aqua*, qua in hoc miniſterio erat circumdatus, & quam manibus tractabat ut ſordes noſtrorum peccatorum ablueret, & tamen ſic noſtro amore erat inflammatus, ut ipſa aqua ignis charitatis minimè extingueretur, ſed potius magis accendebatur, in vehementioremque flammam erupit, ut tanquam cera igni applicata liqueſceret, ac inflammaretur cor. De Magdalena Domini pedes lacrymis rigante ait Drogo Hoſt. ſerm. 1. de Paſſ. *Ubi affectus vehementior incanduit, & exuberavit, carbo lacrymarum imbre reſperſus fortius exarſit.* Accidit eximio amoris affectui, quod carbonibus, ſeu prunis accenſis in conflatorio carbo, ſeu pruna ſuccenſa in camino, ſi aqua reſpergitur magis inardeſcit, vividioríque flamma fulget; ſic vehemens Domini affectus dum aqua irroratur, fortius inardeſcit, majoréſque flammas concipit, vehementioríque igne ſuccenditur. *Expavit Petrus.* Ut ponderat D. Bonavent. quia videbat quod Dominus diſcipulorum pedes juvabat, non tantum aqua, ſed etiam lacrymis cadentibus ex oculis.

Pſal. 21. Chald. *Chriſti charitas aqua accendebatur.* Drogo. Bonav.

181 Iterum veniat citatus locus Pſalm. *Effuſus ſum ut aqua, factum*, ait *cor meum, tanquam cera liqueſcens.* Sic amore inflammatum eſt cor Jeſu, ut veluti cera ad ignem liqueſceret, *effuſus ſum ut aqua*, ac ſi illæ ſacratiſſimæ manus, digiti, venæ, & arteriæ diſſolverentur in fluvios, ac fontes aquarum gratiæ, ac juſtitiæ, ut homines abluerent, ac ſanctificarent. Transfiguratur Chriſtus in monte Thabor, apparent Parens Elias, & Moyſes. *Qui dicebant exceſſum, quem completurus erat in Jeruſalem.* Luc. 9. n. 30. & ut notat D. Matth. 17. n. 2. *Tunc reſplenduit facies ejus ſicut ſol: veſtimenta autem ejus facta ſunt alba ſicut nix.* Facies denotat divinitatem, veſtimentum humanitatem, quæ Divinitas fuit induta. *Amictus lumine ſicut veſtimento.* Pſal. 103. n. 2. Cur facies reſplendet ut ſol, veſtimentum autem ut nix? Magis conſequenter videbat dicendum, reſplenduit facies ut ſol, veſtimentum ut luna, velut ſtellæ, ſed dicitur ut nix. Intellige, & agnoſce myſterium. Ad intuitum fervidi ſolis, nix liqueſit, & tanquam aqua defluit. ac abluit, & mundat loca, per quæ tranſit; ſic cum Divinus ſol juſtitiæ inflammatus eſt amore, loquens de exceſſu ſuæ mortis; tum ejus humanitatis veluti nix liquefacta eſt, ut aqua juſtitiæ ac ſanctitatis Joannes ablueret, ac mundaret.

Luc. 9. Matth. 17. Pſal. 103. *A corpore Chriſti defluebat aqua juſtitiæ, ut homines mundaret.*

Quæstio XXX.

Quare Petro altiſſima myſteria penetranti dicitur, quod neſciat, quæ Chriſtus modò facit, explicaturque quàm abdita ſint divini amoris ſecreta?

Ait Joan. Apoc. 5. n. 1. *Vidit in dextera ſedentis ſupra thronum librum ſcriptum intus, & foris ſignatum ſigillis ſeptem*, Et poſtea ſubdit Evangeliſta, n. 3. *Et nemo poterat, neque in cœlo, neque in terra, neque ſubtus terram aperire librum, nec reſpicere illum.* Et juxta thronum aſtabant quatuor animalia, & viginti quatuor ſeniores Agnum adorantes. 182 Apoc. 5.

Quiſnam fuiſſet Auctor hujus libri conveniunt Interpretes, Quod erat Æternus Pater in cujus manu liber apparebat, maximè verò diſcrepant Commentatores, quænam eſſet materia contenta in hoc libro. Aliqui volunt eſſe in eo ſcripta inſcrutabilia Dei judicia, alii verò contineri in eo numerum prædeſtinatorum. Seraphinus Firmanus Canon. Regular. Lateran. comment. in Apoc. ait in hoc libro contineri ſcriptam Chriſti mortem & paſſionem, proindéque ejus eximium amorem erga homines. Et ſubdit: *Septem ſigilla ſunt ſeptem ſecreta, quæ latuerunt in paſſione Domini, hominum ſenſibus, atque judicio omnino contraria, quorum ſecretorum generatio illius libro cognitionem reddit abſconditam, & incomprehenſibilem*, Quo ſuppoſito graves ſe offerunt difficultates in hac re. 183

Firman. *Divinus amor ſcriptus in libro.*

Ait Evangeliſta, quod liber erat *ſcriptus intus, & foris*; ſi liber clauſus, ac ſignatus erat ſeptem ſigillis, imò ut alii interpretantur; liber ſepties involutus extabat, ut modo aliqui antiqui libri videntur, quomodo vidit Evangeliſta totum ipſum librum eſſe ſcriptum intus, & foris? liber hic amoris divini erat. Et quæ amoris ſunt, quamvis maximè abſcondantur, & occultentur, ac diſſimulentur, promptè, ac facilè deprehenditur, ac intelligitur res, ac negotia amoris eſſe. 184

Quæ amoris ſunt, non poſſunt abſcondi, & occultari.

Ait Evangeliſta. *Vidi librum*, unum nempè librum, qui parvus, & manualis erat, utpotè qui tenebatur in dextera ſedentis, & in eo ſcripta erant Chriſti facta, divinique ejus amoris opera, & exceſſus. Ipſemet Joannes in ultimis verbis ſui Evãgelii ait, quod tot, ac tanta fuerunt Chriſti facta, quæ ſi in libris ſcriberentur, minimè totus orbis libros capere poſſet. *Quæ ſi ſcriberentur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt libros.* Joan. 21. n. 25. Quomodo ergo Joannes exiguo in libro videt ea literis mandata? Præclara Chriſti opera ſi à ſublimis Aquilæ intellectu conſiderentur, ſique ab alto Evangelico judicio contemplentur, tot, ac tam magna ſunt, ut in libris exarata, libri orbem excedant, & ab ipſo capi non valeant. At verò ſi ipſamet opera ab amore ſcripta, ab eóque appenſa ſint, cum ipſoque conferantur, adeò recapitulata, & brevia inveniuntur, ut parvo, ac manuali libro ſcripta appareant. Quod enim à perſpicaci intellectu valdè magnum, & amplum judicatur, ab ardenti amoris affectu exiguum, ac contractum reputatur. 185

Joan. 21. *Quæ intellectui magna apparent, amori videntur exigua.*

Ait Evangeliſta. *Nemo poterat, neque in cœlo, neque in terra aperire librum, nec reſpicere illum.* Nemo erat neque in cœlo, neque in terra, qui poſſet conſpicere librum. Hoc videtur involvere mani- 186

feſtam repugnantiam, nam ipſemet Evangeliſta de ſe ait, *Vidi librum.* Quomodo ergo, neque in cœlo, neque in terra erat, qui poſſet videre librum. Deinde quatuor animalia, vigintique quatuor ſeniores, ut manifeſtè patet ex textu, viderunt librũ; qua ergo conſequentia affirmatur, quod nemo erat, qui poſſet videre librũ. Quatuor animalia ſignificabant quatuor Evangeliſtas viginti quatuor ſeniores, ut innuit D. Hier. denotabant Eccleſiaſticos, magiſtros, ac Scriptores Canonicos, Prophetas, Apoſtolos, Doctores, Prædicatores. Hi omnes divini amoris librum viderunt, de eoque multa ſcripſerunt, ac prædicarunt. Cur ergo dicitur, *quod nemo poterat neque in cœlo, neque in terra reſpicere librum?* D. Paſch. l. 1. in Matt. in Præfat. *Profecto mihi videtur*, ait, *reſpicere hoc loco, pro comprehendere dixiſſe. Quis enim capiat, quomodo incarnatus ſine ſemine Deus? Quomodo Dominus gloriæ crucifigatur, cum ſolus homo moriatur? Et reliqua omnia, quæ de Chriſto indefeſſabiliter narrantur. Ex quo liquet, quia nonſolum nemo Angelorum, vel hominũ aperire, verum etiam nec reſpicere potuit, ſicut in Deo filio cõpleta ſunt omnia.* Dicitur *reſpicere*, pro comprehẽdere, ſeu videre totum, quod eſt in libro. Verũ eſt quod multa viderunt ac dixerunt de divino amore ſcriptores Canonici: Prophetæ, Evangeliſtæ, Apoſtoli, ac etiam prædicatores, & Doctores, & etiam ſpiritus Angelici in cœleſti patria multa de illo intuentur, ac contemplãtur; at verò omnia ſecreta, omnéſque exceſſus divini amoris penetrari, nullus inventus eſt, nec in cœlo nec in terra, qui totum hoc valeat apprehendere, ac aſſequi pergit citatus Paſch. *Quia etſi revelandã à longè Chriſti diſpenſationem procul videre poterant, non tamen ad liquidum, ut poſtea ſunt impleta, eorum quiſpiam potuit intueri.*

Hier.

Paſchaſ.

Nullus nec in cœlo, nec in terra valet ſecreta divini amoris penetrare

Paſchaſ.

187. Ait Evangeliſta: *Vidi librum ſignatum ſigillis ſeptem* Liber hic maximè ſigillatus, & clauſus erat, & tamen apud Dan. 7. n. 10. dicitur: *Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt* In Daniele libri aperiuntur, & modo in Apocalypſi unus liber obſeratur, clauditur, ac involvitur. Libri apud Daniel. de creatione, providentia, ac gubernatione mundi extabant: At in Apocalypſi materiam libri ſuppeditabat amor; quæ autem providentiæ, ac ſapientiæ ſunt, manifeſtari, ac declarari poſſunt. At verò amoris ſecreta ita ſigillata, ac abſcondita inveniuntur, ut minimè aſſequi, ac penetrari valeant.

Dan. 7.

Quæ ſapientiæ penetrantur, quæ amoris occultantur.

188. Maximè ponderandum eſt latum diſcrimen, quo Regius propheta loquitur de Deo ſedente ſuper Cherubim, ac de ipſomet prout ab Iſai. conſideratur inter Seraphim. Ait David de Deo, pſal. 79. n. 2. *Qui ſedes ſuper Cherubim manifeſtare coram Ephraim, Benjamin, & Manaſſe*, Qui ſedes ſuper Cherubim manifeſtare, ſeu ut legit D. Hier. *Oſtendere*, ſeu ut D. Aug. Caſſiod. *Appare.* Coram toto mundo, ac univerſis tribulus. Iſai. 6. n. 2. ait: *Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ uni, & ſex alæ alteri: duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus.* Quid eſt quod inter Cherubim manifeſtatus oſtenditur, ac declaratur univerſo orbi, inter Seraphim verò abſconditum, ac occultatum ſe exhibet: Cherubim ſpiritus eſt ſcientiæ, & intellectus, dicitur enim *Plenitudo ſcientiæ.* At Seraphim ſpiritus eſt amore inflammatus; inter Cherubim declaratur, inter Seraphim verò abſconditur: Nam ſubtilia acumina ſcientiæ, & intellectus cognoſci, ac penetrari poſſunt; at verò abſcondita amoris ſecreta, illiúſque fervidi exceſſus teneri, ac aſſequi minimè prævium ſit.

Pſ. 79.

Hieron.
Aug.
Caſſiod.
Iſai. 6.

Quæ ſunt ſcientiæ manifeſtantur, quæ amoris abſconduntur.

189. In præſenti ait Chriſtus D. Petro, *Quod ego facio tu neſcis.* Quod nempè ipſe non intelligat ea, quæ Dominus faciebat illo myſterioſo pedu lavacro; & Petrus hoc non capit, qui altiſſima divina myſteria penetravit, nempè generationẽ illam æternã verbi Divini à Patre. Ideò enim dixit Chriſto: *Tu es Chriſtus filius Dei vivi*, Matth. 16. n. 16. Non ſolùm eum appellat filium Dei, ſed etiam filium Dei vivi, quia ſcilicet procedebat à Deo per intrinſecum actum viventis, generationẽ nempè; intellexit myſterium Incarnationis, à ſæculis abſconditum, ut ait Paulus: nam cum Chriſtus interrogaſſet, quid diceretur de filio hominis, ipſe eum filium Dei appellat, *Tu es Chriſtus filius Dei vivi.* Agnovit ſupereminentiam divinæ omnipotentiæ dum Chriſto dixit, *In verbo tuo laxabo rete*, Luc. 5. n. 5. quia omne poſſibile, & factibile ab eo fieri poterat, cognovítque etiam efficaciã divinæ gratiæ, cui nulla creatura valet reſiſtere, Chriſto dixit, *Verba vitæ æternæ habes*, Ioan. 6. n. 69. & tamen ei dicitur, quod ea quæ Chriſtus modò facit, neſciat.

Quomodo dicitur Petro quod neſciat quæ Chriſtus facit.

Matth. 16.

Luc. 5.

Ioan. 6.

190. Petrus intelligit fœcunditatem naturæ divinæ, qui per generationem ſe communicat Æterno verbo; intelligitque altitudinẽ divinæ ſapientiæ, quæ valuit unire duas naturas in una hypoſtaſi, intelligitque vim divinæ omnipotentiæ ad producendum omne poſſibile; intelligit etiam efficaciam divinæ gratiæ ad ſubjiciendam omnem voluntatem. At ſecreta divini amoris, illiúſque exceſſus, hoc non intelligit, nec aſſequitur Petrus, *Quod ego facio tu neſcis.* Nam ſecreta divini amoris maximè abſcondita, & occulta ſunt noſtro intellectui, Pſal. 9. habet titulum, *In finem pro occultis filii*, D. Hier. legit, *In finem pro morte filii.* Quæ & quanta fuerunt in morte filii, maximè abdita, & interclufa ſunt noſtræ menti; nam hic liber divini amoris maximè eſt clauſus, & ſigillatus ſigillis ſeptem.

Petrus vitæ myſteria penetrat, non verò amoris ſecreta.

Pſal. 9.
Hieron.

191. Quænam extitiſſent hæc ſigilla quæres? Alcaçar exiſtimat quod idem eſt in præſenti ſigillum, ac ſecretum, & vulgo ſecretum ſigillum dicitur; ſic ſecretum ſacramentalis confeſſionis ſigillum nuncupamus: ac proinde ſeptem ſigilla libri, idem ſignificant, ac ſeptem ſecreta divini amoris, quæ in hoc libro erant ſcripta, ſeptem nempè ſecreta erga æternum parentem, ac ejus attributa. Primum ſigillum erga Patrem, de quo vide q. 7. & q. 19. 20. & 21. Secundum ſigillum ad divinam ſapientiam, de quo q. 4. & 19. Tertium ſigillum erga divinum amorem, de quo q. 8. ac 9. & 10. Quartum ſigillum ad divinam infinitatem, cum ſe ad pedes hominum lavandos, ac abſtergendos demittit, de quo q. 23. 24. 25. & q. 28. Quintum ſigillum cum divina omnipotentia, inſtituta ſacra Euchariſtia, de quo q. 12. & expoſit. 4. Sextum ſigillum cum divina fortitudine Deus, fortis. Vide q. 13. & q. 36. Septimus ſigillum cum immortalitate, de quo q. 13. in ſexta ratione.

Quot ſunt amoris ſecreta in libro ſcripta.

Joan. 13. *n.* 8. Non lavabis mihi pedes in æternum. Reſpondit ei Jeſus: Si non lavero te, non habebis partem mecum.

Num. 9. Dicit ei Simon Petrus: non tantùm pedes meos, ſed etiam & manus, & caput.

VERSIONES.

Syriac. n. 8. Dixit ei Simon Petrus in æternum non lavabis mihi pedes

meos:

meos: Dixit ei Jeſus, nî lavero te, nullã habes partem mecũ.

Vatablus. Nequaquam laveris meos pedes in æternum.

Arabic. Dixit autem Si mon Petrus, non lavabis mihi pedes in æternum. Reſpondit Jeſus, & dixit: Amen, amen dico tibi, niſi lavero eos, non erit tibi pars mecum.

Syriac. n. 9. Ego Domine mi, non ſolùm pedes meos laves mihi, ſed & manus meas, & caput meum.

D. Auguſt. Sed & manus meas, & caput, & totum corpus.

EXPOSITIO V.

192. Origen. Auguſt. Cyril. DICIT *ei Petrus.* Origenes arguit Petrum de audacia, inobedientia, ac protervia, optimè tamen eum excuſant D. Aug. tract. 55. N D. Cyril. Alexand. lib. 9. in Joan. cap. 4. *More ſuo ait, ſalutare tantæ humilitatis exemplum, ex reverentia Magiſtri, recuſat: conſiderabat enim, quis ipſa natura eſſet, & quis pelvim abjectiſſimi uſus, ſervi miniſterio loturus pedes offerebat. Quis non perhorruiſſet, quum Dominum omnium, qui cum Pater in cœlis glorificatur, hujuſmodi miniſterium diſcipulis exhibere videret.* Et ait Petrus: *Non lavabis mihi pedes in æternum.* Syriac. Syriac. habet, *pedes meos.* Quod valdè emphaticum eſt. Hoc eſt: non permittam, ut pedes meos laves, etiam ſi ego, & tu per totam æternitatem ſimul eſſemus. D. Auguſt. Auguſt. citat. *Hoc quippe, ait, in æternum non fit, quod numquam fit.* Poterat Petrus excuſationem miniſterii rogare, ſed præ animi fervere hoc non inquirit Hugo: Hugo. *Non dixit Petrus, doce me quid facis, & ſic dimittam te, ſed neque hoc dicere ſuſtinuit.* Præ nimio fervore, vel ſolum imaginavit cauſam eſſe Chriſti humilitatem, cujus exemplum non vult in ſuis pedibus exhiberi. C. Ambroſ. Ambroſ. lib. de iis, qui myſter. init c. 6. *Arbitratus,* ait, *gravari humilitatem ſervi, ſi ſibi obſequium Domini patienter admitteret.*

193. Reſpondit Jeſus, *Si non lavero te;* ſi in hoc non acquieſcas, ac obedias mihi, ut pedes tuos lavem, *Non habebis partem mecum.* Syriac. Syriacus, *Non eſt tibi mecum pars.* In menſa nempe mea præſertim Euchariſtica, ac in regno meo, & gloria Patris mei, ad quam hæc lotio ſignificandam, ſpiritualémque munditiem ordinatur. Et dura comminatione utitur Chriſtus, *Non habebis partem mecum* ut acrem Theoph. Petri animam à ſententia deterreat. Theophilact. *Quare, ait, quod maximè ſciebat cor ejus vellicaturum, incutit ei tanquam terriculamentum quoddam.*

194. *Dicit ei Simon Petrus.* Cum repugnat ſuperioribus duobus verſiculis, dicitur tantùm Petrus. Dicit ei Petrus, *tu mihi lava pedes.* Et iterum. *dicit ei Petrus, non lavabis mihi pedes in æternum.* At verò Cum obedit, obedientis nomen promeruit. modò cum obedit, dicitur Simon Petrus: Simon, id eſt obediens, tunc enim hoc nomine promerui *Domine*, comminatione permotus, ait D. Cyril. *Dedit confeſtim majori nec pertinaciter contendit, ſed citò, ſe pœnituiſſe oſtendit.* Ex hoc diſce ſedulam pœnitentiam imitari, *Non tantum pedes meos.* Syriac. *Non ſolum pedes meos laves mihi.* Et addidit, *Sed etiam manus, & caput.* D. Chryſ. *In recuſando vehemens Petrus in permittendo vehementior.* Reſpondit

Theoph. ctè Theophyl. *Utrumque autem ex charitate fiebat, & detractio, quia plurimum obſervabat Dominum? & admiſſio, quia à Domino ſeparari nolebat.* Et dixit, Alb. Magn. ut notat Albert. Mag. *Pedes manus, & caput;* per pedes intelligens affectus, quibus verſatur in terra; per manus opera; per caput cogitationes, quæ omnia mundanda ſunt.

QUÆSTIO XXXI.

Quare Petro dicitur à Chriſto, niſi lavero te, non habebis partem mecum?

195. SEu ut habet altera lectio, *Non eſt tibi pars mecum.* Et ratio difficultatis eſt, quia Chriſti amicitia eſt gratia, in pedum ablutione non erat poſita, ac proindè aliquid aliud noluit Dominus ſignificare, quod in præſenti inquirendum eſt.

196. Iuſtin. Juſtinianus lib. de triumphali Agone cap. 3. de Baptiſmo interpretatur hoc modo Si non lavero te per regenerationis lavacrum: *Si te per gratiam, quam præfigurat aqua hæc ab originali, exitiali, ſeu venia, i peccato non emundavero, non habebis partem mecum.* Origen. homil. 32. Pacianus epiſt. 1. Pacian. Ambroſ. Auguſt. D. Greg. D. Bernard. D. Ambroſ. in Prologo lib. de Spiritu ſancto, & lib. de iis, qui myſteriis initiantur c. 5. & lib. de ſacram. c. 1. D. Aug. lo o. Greg. lib. 9. regiſt. c. 39. D. Bernard. de cœna Domini, qui omnes interpretantur, quod D. Petrus non haberet partem cum Domino, niſi à peccatis quæ anteà habuerat, mundaretur.

197. Explicatur utraque ſententia. Utraque tamen ſententia non eſt intelligenda de perſona Petri: nam ipſe jam erat aqua baptiſmi ablutus, ac à peccato originali mundatus, ſimiliter etiam Petrus tunc, ut exiſtimo, non habebat aliquod peccatum mortiferum, ſed in gratia erat; ac proinde lotio illa non erat ei neceſſaria, ut à peccato mortifero liberaretur? unde Maldonat. & Maldon. Barradas. Barrad. hæc dicta exiſtimant Petro, tanquam capiti Eccleſiæ, in cujus perſona omnes fideles repræſentabantur; in Petróque tanquam in capite omne hominum genus alloquitur Chriſtus, docétque neminem niſi ab ipſo lavetur à peccato originali per Baptiſmum, vel à peccato actuali per pœnitentiam, poſſe cum eo habere partem. D. Cyril. lib. 9. in Joan. cap. 5. Illud puto, iſtis D. Cyrill. verbis ſignificari. *Niſi quis inquit peccati ſordes per gratiam meam laverit, atque abſterſerit, regni cœlorum non eris particeps.*

198. Palat. Tolet. Franc. Luc. Cornel. Secunda ſemtentia, & mihi maximè apta ad literam, & eam tradunt Palatius, Tolet. Franciſcus Lucas, Cornel & alii, quæ Chriſti verba ad Euchariſtiam refert; ac ſi Dominus dicat: ſi Petre obſtinatus perſiſtas in hac tua in obedientia, ut reſiſtas ne pedes tui à me laventur, non habebis partem mecum, hoc eſt non communicabis mecum in menſa Eucharistica. Indicabat Dominus illa corporali pedum ablutione puritatem, quæ ſuſcipienti tantum ſacramentum neceſſaria eſt.

199. Hier. Abluuntur affectus ac peccata. Tertiò D. Hieron epiſt. 142. ad Damaſ. *Aſcenſurus, ait, Dominus ad cœlum, quia Apoſtoli, ut homines terræ inſiſtentes adhuc habebant ſordibus pedes pollutos, vult eos à delictis penitus liberare, ut poſſit eis prophetalis ſermo congruere? quam ſpecioſi pedes evangelizantium pacem. Et imitari valeant Eccleſiæ verba dicentis; lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos,* Per pedes, qui terreno pulveri adhærent, terreni

terreni affectus denotantur, quibus in voluptates prolabitur homo; unde in primordio rerum dictum fuit ſerpenti, *Tu inſidiaberis calcaneo ejus*, Geneſ. 3. Geneſ.3.n.15 Ideo Chriſtus in hac ultima cœna diſcipulorum pedes lavit, hoc ſigno fieret manifeſtum, dilutum jam eſſe illud maledictum calcanei, quo ab ipſo mundi exordio ſerpentis morſibus patebat aditus.

200. Baſil. Quartò: D. Baſilius in Regulis brevioribus, reſpon.233. *Petrus*, ait, *cum ei talium ac, tantorum rectè factorum teſtimonium à Domino fuiſſet datum, atque eo modo appellatus & beatus laudatus: Ubi una tantum in re ab obedientia viſus eſt diſcedere, atque ipſum non ex negligentia, ſuperbiave; ſed ex reverentia, honoréque adverſus Dominum ſuum, propter hoc ipſum tantum ei dicitur: Niſi lavero te, non habebis partem mecum.* Recuſat Petrus ex amore, reverentia, ac humilitate, ne ſordes ejus pedum à Domino abluantur; continuò ſubjunxit Dominus: *Si non lavero te, non habebis partem mecum*, tanquam à Chriſti amicitia, ac regno excludendus; nónne Petrus ex quadam pietate movebatur, quomodo tam rigida pœna in eum promulgatur; Erat diſcreta pietas, quæ in contumaciam prodibat, & qui etiam pietatis tegmine ſuperiorum mandatis reluctate conatur in rigidam incidit pœnam. Deinde exiſtimo, quod tam minaciter Petrum alloquitur Dominus, quoniam cæterorum caput futurus erat, ut inde diſceret qualem ab eis exigeret obedientiam, nihil enim perniciosius eſt ſubdito, quàm ſpreto majorum judicio, ſuum anteferre ſenſum, præcipue in rebus ſpiritualibus, & piis, in quibus frequenter majus imminet periculum.

Subditus etiã pietatis tegmine non ſit inobediens.

201. Quintò. Rupert.lib. 11. in Joan. Chriſti nomine: *Niſi ego*, ait, *altius præcinctus majori diſpendio lavero te, non habebis partem mecum. Vere enim niſi Chriſtus dilectos ſuos lavaſſet à peccatis eorum in ſanguine ſuo, nec Petrus, nec quiſquam alius cæterorum hominum partem habuiſſet cũ illo.* Dilectiſſimus Chriſti diſcipulus tam durè expellitur à Chriſto, eo quod paucis, ac brevibus aquis nolit ab eo lavari. *Niſi Chriſtus dilectos ſuos lavaſſet à peccatis in ſanguine ſuo.* Sub illa lotione alia ſublimior in Chriſti ſanguine intelligebatur, ſine qua nullus poteſt à peccatis, mundari, pro tollendis peccatis neceſſe eſt, ut magnum bonorum diſpendium fiat, *Niſi ego altius præcinctus majori diſpendio lavero te.*

Non ſit peccatorum ablutio niſi Chriſti ſanguine.

202. Sextò: Cum Petrus obſiſteret ſacro lavacro à Chriſto exhibendo, gravem pœnam illi imponit Dominus, *Non habebis partem mecum*, à meo nempe regno excluſus manebis. Et tamen cum Petrus in domo Pontificis negat, benignè ad eum, ut explicat D. Auguſt.lib.1.de gratia Chriſti c.45.convertit oculos. *Converſus Dominus reſpexit Petrum*, Luc. 22.n.61. Cur tantus rigor dum recuſat lavari, tanta verò benignitas cum negat; cum Petrus cadit, ac peccat, leniter ad miſericordiam reducitur. At verò cum amoris opera in pedum lotione impenſa impedire conatur, dura ac acerba pœna minatur. *Non habebis partem mecum.*

Auguſt. Luc. 22.

203. Venit Judas cum Miniſtris in hortum ad Chriſtum comprehendendum, cumque benignè alloquitur Dominus, amicum appellans: *Amice, ad quid veniſti?* Matth. 26.n.50. At verò cum Petrus Dominus à cruce, ac paſſione avertere conatur, tam rigidè Dominus eum increpat, ut ei dicat: *Vade poſt me Satana ſcandalum es mihi*, Math.16. n.23. quod rectè ponderat D. Baſil. Seleuc orat. 31. *Quæ hæc aſperitas verborum*, ait, *Domine! Quæ hæc formidanda in Petrum increpatio: Satanam vocas Apoſtolum: & ſcandalum, Diabolique apellas inſtrumentum? Etſi Judas venditionem molitur, eadem facit, contra te cum Judæis compoſitione tranſigit, non tamen increpatur, nec dixiſti: Vade poſt me Satana, ſed inquis illi, amice ad quid veniſti?* Res multa conſideratione digna. Domine proditorem Judam te tradentem ad mortem amicum dicis, & Petrum ex amoris zelo te à morte avertentem Satanam, & ſcandalum tamen appellas: *Vade poſt me Satana, ſcandalum es mihi.* Quando Domine cum perfido traditore tam lenis, cum amanti verò diſcipulo tam durus; Judæ nefas, etſi graviſſimum cum ad cruci, & morti tradendum ordinabatur, à qua cum Patri ignorantia divertere intendebat; licèt Judæ ſcelus eſſet omnium turpiſſimum; mortem tamen & crucem vehementer à Domino exoptatam præparabat, indéque divinus amor cum eo rigorem diſſimulas, cum illóque benignè agit; at verò Petri ignorantia, etſi ex magna charitate oriebatur, mortẽ tamen Salvatori impedire intẽdebat, quem affectũ, ut pote deliciis, ac blanditiis ejus obſiſtentem ægrè tulit divinus amor, indéque valdè acerbè in eum invehitur, aſperriméque illum objurgat morti ejus obſiſtere, nec verbis dici, nec auribus audire patiebatur.

Math. 26. Math. 16. Seleuc.

Valde durum Chriſto ejus mortem impedire.

QUÆSTIO XXXII.

Quare Petrus cum renuat à Chriſto lavari, tam generosè modo offert manus, pedes, & caput?

Admirans dixit Petrus: Domine, tu mihi lavas pedes, & iterum aſſeveranter hanc reſolutionem de ſe affirmavit, ac coram fratribus publicavit, *Non lavabis pedes meos in æternum.* Tamen audita Domini comminatione, *Si non lavero te, non habebis partem mecum.* Palinodiam decantat, à ſua opinione recedit, dicens: *Non tantùm pedes meos, ſed manus, & caput.* Unde fervidus animus Petri ſic mutatur? 204

Ratio difficultatis.

Reſpondet primò Beda tom. 7. hom. quadrag. *Quia*, ait, *jam te docente intelligo, quod lavando pedes meos, errata mea me mundare ſignificas, non ſolum pedes, ſed manus, & caput tibi lavandum offero quia non ſolùm inceſſu, ſed etiam actu, viſu, auditu quoque, guſtu, olfactu, & tactu multa me committere, quæ à te debeant dimitti non ambigo.* Anteà negabat Petrus pedes ſuos lavari à Chriſto, modò verò ſe totum offert, ut uſque ad pedes abluatur, unde in præſenti tam ſedulus omnia exhibet? Antea nihil præter externam pedum ablutionem cogitabat; & inde à tanto Domino illam accipere refugiebat; nunc verò ex verbis Salvatoris intellexit ſpiritualem animæ munditiem ibi includi, ac contineri? inde non ſolùm pedes, ſed etiam totum offert; ubi peccatorum lotionem agnovit, indè meritò ſe ex omni parte, ex omnique affectu mundari curat. 205. Beda.

Hom. e ex omni parte fit purus à peccatis.

Secundò: D. Cyrillus Alexandr.lib.9. in Joan. cap.3.ait: *Petri animus ferventior eſſe videtur.* Tanquam ſi in hoc negotio Petrus non ſolùm charitate emineret ſuper alios Apoſtolos, ſed etiam ſuper omnes proprias ſuas actiones. Quid tamen in hoc Petri facto relucet, ut non ſolùm excedat aliorum actiones, ſed etiam proprias; *Petri animus ferventior eſſe videtur.* Pertus valdè nobilis, ac generoſus erat animo, & de ſe coram aliis condiſcipulis 206 Cyrill.

diſcipulis hanc ſtabilivit, ac evulgavit reſolutionem, *Non lavabis mihi pedes in æternum.* Et tamen audito Chriſti verbo, *Non habebis partem mecum,* à ſua ſententia recedit; & contrarium coram omnibus libenter amplectitur, ac tenet, & ait: *Non tantùm pedes meos, ſed manus; & caput.* Et quod homo generoſus à reſolutione, ac opinione, quam apud ſe ſemel ſtatuit, coràmque aliis formavit, ac publicavit ab ea recedat, ac ſententiam mutet, actus eſt cæteris charitate ferventior, valdéque magnanimitate inſignis.

Valdè mirabile quod vir generoſus ſententiam mutet.

207. Cùm Abrahamus noctis ſilentio dormiret; apparens Deus, ait illi placida, ac miti voce: *Tolle filium tuum unigenitum, & offer eum in holocauſtum ſuper unum montium,* Gen. 22. n. 2. Poſteà verò cum ſtricto gladio vellet jugulare filium, ut ab hoc revocaretur, *Angelus de cœlo clamavit dicens: Abraham, Abraham;* n. 11. Ad rem valdè arduam, ut ſacrificaret filium una lenis Domini vox ſufficit; at verò ut à concepto propoſito retrahatur, Angeli clamor cum vocis geminatione adhibetur, clamavit Angelus de cœlo, *Abraham, Abraham.* Abrahamus valdè animo generoſus exiſtebat, & inde minor ſtimulus requirebatur ad filium ſacrificandum, quàm ad ſententiam mutandam requirebatur. D. Ambr. lib. 1. de Abrahamo c. 8. *Repetivit vocem,* Angelus ſcilicet, ait, *tanquam veritus ne una vox impetum ferientis revocare non poſſet.* Ut Abrahamus è lectulo ſurgeret, ac ut in filium holocauſtum offerret, una Dei imperantis vox abundans fuit; at verò ut conceptam ſententiam mutaret, à réque ſemel ſtatuta deſiſteret, non una vox cœleſtis, ſed multiplex interponenda fuit. *Una vox impetum ferientis revocare non poſſet.*

Geneſ. 22. *Ut vir magnus revocetur à ſua reſolutione multa vis neceſſaria.*

Ambroſ.

Quæstio XXXIII.

Quare Chriſtus non annuit Petro præter pedes, manus, & caput offerenti?

208. *Ratio difficultatis.* Recuſat Petrus à Chriſto lavari, *Non lavabis mihi pedes in æternum.* A quo graviter à Domino corripitur, *Si non lavero te, non habebis partem mecum.* Qua audita comminatione pavens, ait: *Domine, non tantùm pedes meos, ſed manus, & caput.* Cui petitioni minimè Dominus indulget, ſed tantùm pedum plantas abſtergit.

209. Origen. *In re virtutis exceſſus nimius damnandus.* Reſpondet Origen. hom. 32. in Joan. *Menſuras petitionis ejus vult ſuperare, non tantùm ſolos pedes à Jeſu lavandos exhibens, verum etiam manus, quas non amplius Jeſus lavari volebat.* Quorſum ſolum pedes ad lavacrum admittuntur, & manus, & caput, quæ à Petro exponuntur, à Salvatore rejectantur, utrumque enim minimum erat ad munditiem; tantùm pedes requirebantur, manus, & caput ultra quod decebat, tanquam exceſſus reputabantur, & inde à Domino repelluntur.

210. Rom. 12. *Medietas quærenda, exceſſus fugiendus.* Cell. Abb. Ait Apoſtolus Rom. 12. n. 3. *Non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem,* etiam in te virtutis moralis nimietas fugienda eſt, nec in ſapientia ultra ſobrietatis metam proſiliendum eſt, ne ex ſuperabundantia pereas. Cellenſ. Abbas lib. de panib. cap. 5 *Periculoſior eſt,* ait, *ſuperfluitas quam parcitas; nimietas, quam raritas: & quandoque gravius ægrotatur ex ſuperabundantia, quam ex inopia; faciliúſque vacua corpora replentur, quam exinaniuntur. Neutrum tamen bonum, neque nimia repletio, neque immoderata exinanitio. Quod autem temperatum eſt, id ſanum, id ſine dubio laudabile.*

Secundò: Ad quæſtionem, Petrus medium non tenebat, ſed ad extrema, nimiàque ferebatur, licet ex amore, ut jam dixi, inde capiti, ac manibus lavacrum non conceditur. Cur tamen in Petro nihil placet Jeſu extremum, ſed ad medium amplectendum compellitur; Hæc ſacra lotio adhibebatur Petro, tanquam totius Eccleſiæ capiti, ut dixi d. 31. in principio. Et cum ei Chriſtus eſſet relicturus totius Eccleſiæ judiciariam poteſtatem, ita judicialis Petri ſententia eſſet ultima à qua ad neminem alium recurſus, vel appellatio pateret; nihil in ſupremo Eccleſiæ judice nimium permittitur, ſi enim in extrema declinet, quæ ſpes, aut ſolatium dabitur ſubditis. 211. *Judex, ac Prælatus medium teneat, & ad extrema non declinet.*

Poſtquam tres Angeli venerunt ad Abraham habitantem in convalle Mambre, cum ab eo eſſent egreſſi, ut Sodomam proficiſcerentur, comitabatur eos in via Abraham. *Cum ergo ſurrexiſſent inde viri, direxerunt oculos contra Sodomam, & Abraham ſimul egrediebatur deducens eos,* Gen. 18. n. 16. Ultima verba legit Pagnin. *Abraham ibat cum eis, ut dimitteret eos.* Quæ verba ſic interpretatur Cajetan. Juxta Hebræum habetur, *Ad dimittendum eos, declinaverunt enim à via publica, & proptereà Abraham comitabatur eos tanquam ad dimittendos eos per viam publicam.* Quare ergo Angeli digreſſi ſunt à communi, & publico tramite, cum Abrahæ diverſorium petunt; ituri verò Sodomam, communem viam quærunt, ipſámque tenent, per eámque incedunt. Ad Abraham pergunt tanquam amici, ſocii, ac familiares, ut cum eo feſtivum convivium celebrent, ac proinde nihil intereſt, quòd peculiarem ſemitam terant; ad Sodomam verò tendunt, tanquam æquiſſimi judices, ut ab iniquis pœnas repetant; & inde à tramite inſolito divertunt, communem, & publicam viam ſequuntur; qui enim judiciali, ac principali poteſtate eminent, vias non tritas, ac extraordinarias fugiant, per vulgarem, ac regiam æquè omnibus expoſitam itinerentur. 212. Geneſ. 18. Pagnin. Cajetan.

Judex communes vias teneat; extraordinarias fugiat.

Joan. 13. *n.* 10. Dixit ei Jeſus: Qui lotus eſt, non indiget ut pedes lavet, ſed eſt mundus totus. Et vos mundi eſtis, ſed non omnes.

Num. 11. Sciebat enim quiſnam eſſet, qui traderet eum: proptereà dixit, non eſtis mundi omnes.

VERSIONES.

Syriac. n. 10. Is, qui lotus eſt, non indiget, niſi ut pedes ſuos tantum lavet, totus enim mundus eſt.

Arabicus. Qui mundus eſt, non indiget niſi lotione pedum ſuorum, quia ipſe eſt mundus totus.

Vatablus. Qui lotus eſt, nihil opus habet, præterquam pedes lavare.

Tertull. de Baptiſmo, c. 12. Qui ſemel lavit, non habet neceſſe rurſum.

S. Epiphan. Non opus habet, ut caput

lavet, ſed pedes dumtaxat.

S. Pacian. ep. 3. *Optatus. lib.*4. Qui ſemel lotus eſt, non habet neceſſitatem iterum lavandi.

Syriacus n. 11. Noverat enim Jeſus eum, qui ipſum prodebat, propterea dixit: Vos omnes mundi non eſtis.

Origen. Vatabl. Sciebat enim quiſnam eſſet proditor ipſius.

Arias, Sciebat tradentem ſe, propter hoc dixit.

EXPOSITIO VI.

213. QUI *lotus eſt.* Chriſtus Dominus hic alludit ad eos, qui ſe balneis abluebant, qui toti loti, ac mundi ex eis exibant? ſed quia pedibus nudis terram calcabant, pedes inquinabant, & idcirco inde eos tantum lavabant. Ex hac lotione corporali, Chriſtus Dominus more ſuo ad ſpiritualem aſſurgit. Senſus ergo eſt. Qui ablutus eſt à peccatis in ſacramento Baptiſmi, quo ego vos Apoſtolos meos ablui (ut notat D. Auguſtinus epiſt. 108 ad Seleucian. eos nempe à Chriſto fuiſſe baptizatos) non neceſſe habet eodem lavacro rurſum purgari; ſed tantùm pedes, id eſt animi affectus ſubinde purgandi ſunt, qui ex terrenarum rerum contagio, in quibus verſantur, ſæpenumerò commaculantur. Rectè per *pedes*, affectus ſignificantur; quia ſicut corpus pedibus, ita animus movetur affectibus. *Auguſt.*

214. *Sed eſt mundus totus.* Non ſignificat eum ex omni parte mundum eſſe, ut advertit D. Aug. tract. 56. in Joan. *Totus utique,* ait, *præter pedes, quos habet opus lavare.* Quia adhuc pedes immundos habet; ſed ſenſus eſt propter baptiſmum ita mundus eſt, ut ſimpliciter mundus dici poſſit, etiam ſi una aliqua parte, quoad affectus nempe, aliqualiter ſit immundus. *Vel eſt mundus totus* à mortalibus, *& vos mundi eſtis,* gratia mea loti, juſtificati, ac ſanctificati eſtis, & mundati ab omni gravi crimine: ſolúmque indigetis, ut pedes vobis à me laventur id eſt ut emundetur affectus, qui circa terrena verſantur, ac proinde venialia quædam ſignificabat. *Auguſt.*

215. *Sciebat enim*, tam ut Deus, quàm ut homo per ſcientiam infuſam, *Quiſnam eſſet qui traderet eum.* Seu ut habet Syriacus, qui ipſum prodebat. Proptereà exponit Evangeliſta Chriſti verbum, quod propter proditorem Judam dictum eſt: Non eſtis mundi omnes. Optimè D. Aug. lib. 2. contra literas Petiliani c. 22. ex his verbis infert Judam modò præſentem fuiſſe; nam poſtquam ipſe egreſſus eſt, & undecim remanſerunt, ſine limitatione dictum eſt, *Vos mundi eſtis*, cap. 15. n. 3. *Syriac. Auguſt.*

QUÆSTIO XXXIV

Quare Chriſtus ait Petro, qui mundus erat: Qui lotus eſt, non indiget, niſi ut pedes lavet.

216. IN his verbis videtur tacita quædam repugnantia includi: ut notavit D. Aug. tract. 56. in Joan. *Imo ſi mundus eſt totus, quid ei opus eſt pedes lavare.* Si enim totus purus & mundus eſt, neceſſe eſt ut pedes etiam mundi ſint; ſi enim pedes ſqualent, non eſt mundus totus; qui enim immundos habet pedes, quomodo totus mundus eſt; Si verò pedes habet mundos, quare indiget ut pedes lavet; Ad quid loti pedes amplius lavandi ſunt? *Ratio dubitandi.*

Reſpondeo primò: Ad quæſtionem ex communi ſententia, & genuinè ad literam. Ac ſi dicat Chriſtus Petro: Tu offers non ſolùm pedes, ſed etiam inſuper manus, & caput, cum ſatis ſit pedes exhibere; nam tu lotus es, id eſt animo mundus: qui autem lotus eſt, mundus animo à peccatiſque gravibus expurgatus ſive per Baptiſmum, ut interpretantur D. Aug. citatus, D. Greg. lib. 5. epiſt. 38. D. Bernard. ſerm. in cœna Domini, Beda, Rupertus, Haymon. D. Thom. D. Bonav. ſi ve per contritionem, & pœnitentiam, ut favet antiquus Auctor ſub nomine Cypriani. Non indiget ergo niſi ut pedes animi, id eſt affectus laver, peccatiſque expurget venialibus, de quibus delictis hanc ſententiam interpretantur D. Ambr. lib de iis, qui myſteriis initiantur, cap. 6. & lib. 3. de ſacram. c. 1. D. Cyprian. D. Greg. D. Bernard. & citati modò. Amalarius Fortunatus lib. 1. de Eccleſiaſticis officiis, c. Gloſſa ordinaria in cap. 13. Ioh. Nicolaus de Lyra ibidem. Hujuſmodi enim contrahunt affectus, veluti pedes pulverem, quo etiam maculatur homo, ut indigeat pedes lavare. 117. *Ratio literalis.* *Aug. Gregor. Bernard. Beda. Rupert. Haymon. D. Thom. Bonav. Cypr. Ambr. Gloſſa. Amalar. Lyran.*

D. Aug. citat. tract. 59. in Joan. *Homo Baptiſmo* ait, *totus abluitur, non præter pedes, ſed totus omnino. Veruntamen cum in rebus humanis poſteà vivitur, utique terra calcatur. Ipſi igitur humani affectus, ſine quibus in hac mortalitate non vivitur, quaſi pedes ſunt. Ubi ex humanis rebus afficimur, ut ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos decipiamus.* D. Bernard. citatus ſermo. in cœna Domini. *Lotus*, ait, *qui gravia peccata non habet, cujus caput, id eſt intentio, & manus, id eſt operatio munda eſt; ſed pedes qui ſunt animæ affectiones, dum in hoc pulvere gradimur, ex toto mundi eſſe non poſſunt.* Cum quilibet in ſe habeat humanos affectus inde purificatione indiget, hujuſmodi enim affectus immunditiam, ac immunditiei occaſiones perenniter ſtillant. 118. *Auguſt.* *D. Bernard.* *Humani affectus maximè expurgandi.*

Secundò: D. Ambroſ. lib. de iis, qui myſteriis initiantur, c. 7. *Mundus erat,* ait, *Petrus ſed plantam lavare debebat. Habebat enim primi hominis de ſucceſſione peccatum, quando eum ſupplantavit ſerpens, & perſuaſit errorem. Ideo planta ejus abluitur, ut hæreditaria peccata tollantur.* Mundus erat Petrus, tamen cum eſſet filius Adami, ab eoque naturalem originem traheret, cujus pedes ſupplantavit ſerpens antiquus, ut dixi ſuprà q. 24. indéque ab ipſa ſtipite, ab ipſoque primo ingreſſu pedes fœdatos habebat. Nullus enim cùm ſit Adami filius adeò mundus, & purus eſt, una excepta Virgine Maria, éoque qui non habeat in ſe aliquid ad mundandum, ac purificandum. 119 *Ambroſ.*

Tertiò: Rupert. lib. 2. in Joan. *Pedes lavet, id eſt quotidiana, vel communia, ſine quibus humana vita tranſigi non poteſt, commiſſa quotidiana expurget.* Petrus totus mundus, & lotus dicitur, adhuc à neceſſitate ſe lavandi non eximitur, ſed maximè neceſſarium ei eſſe, ut pedes lavet, cur ſic neceſſarium ut pedes lavet? Qui in communibus ac quotidianis negotiis verſatur; inde frequenter coinquinamenta contrahit, ut lavandi ſint pedes quibus ad temporalia negotia pergit. 120. *Rupert.* *Ex negotiis ſæcularibus macula contrahuntur.*

Quarto:

221. D. Bernard. Quartò : D. Bernard. citato ſerm. in cœna Domini. *Dum in hoc pulvere gradimur, ex toto mundi eſſe non poſſumus, quin aliquando vanitati, aliquando voluptati, aut curioſitati pluſquam oporteat cedat animus, vel ad horam. In multis enim offendimus omnes.* Dum quis degit in hoc ſæculo, quamvis purus, & innocens ſit, ex contagio rerum terrenarum maculatur, aliquas leves ſordes contrahit, quas per pœnitentiam, ac alias virtutes debet in ſe expurgare. Quintò : *Dum in hoc pulvere verſamur, ex toto mundi eſſe non poſſumus.* Qui arroganter, ſe totum putat mundum eſſe, hic vanæ gloriæ luto ſeſe ipſum coinquinat: Qui verò quamvis lotus ſit, ſibimet perſuadet, opus ei eſſe pedes lavare, hic ex humilitatis beneficio totus mundus eſt. Ea ita moraliter expendes : *Qui lotus eſt, non indiget, niſi pedes lavet, & mundus totus.* Qui enim exiſtimat neceſſarium eſſe pedes lavare, mundus eſt totus.

Ex humilitatis beneficio quilibet totus mundus eſt.

222. Origen. Sextò : Origen. hom. 22. in Joan. *Lavat autem pedes,* ait, *poſtquam mundi erant, quoniam gratia Dei tranſcendit neceſſitatem: & ſicut dicit Joannes, mundus mundificetur adhuc.* Si totus mundus eſt, quomodo indiget, ut pedes lavet: utrumque ex altero redarguitur. Vide altitudinem divinæ gratiæ, quod in eo, qui totus mundus eſt, adhuc aliquid invenit divina gratia quod mundet, ſic divina gratia exuberat: *Gratia Dei tranſcendit neceſſitatem.* Tam excellens eſt Dei donum, ut ſuprà neceſſitatem eroget, & diffundat, ita ut quod ſufficit ad munditiem, non ſufficit ad Dei gratiam, ac ejus liberalitatem dum ſuis donis magis, ac magis vult hominem purificare ac ſanctificare.

Dei gratia tranſcendit neceſſitatem.

223. Origen. Septimò: Idem Origen. citatus poſtquam prædictam difficultatem proponit, ſic eam ſolvit. *Impoſſibile autem puto,* ait, *non contaminari extrema animæ & infima ejus, quanquam quoad homines perfectus quis eſſe putetur.* Ecce qui apud homines perfectus reputatur, & lotus, ac totus mundus dicitur, *adhuc extrema animæ, & infima ejus* veſtigiorum pulvere tantiſper inquinantur, ut opus ei ſit pedes, ac extremos affectus lavari à Chriſto.

Quamvis quis ſit perfectus, adhuc habet aliquid ad purificandum.

224. Origen. Octavò: Origen. in catena ſic ait, *Qui lotus eſt, non indiget, niſi ut pedes lavet. Inſinuat Dominus, quod hoc erat myſterium, lavando enim, & exſiccando pedes eorum, faciebat eos decoros, debentes evangelizare bona, ut oſtendere valeant iter factum, ac pergere per eum, qui dixit: Ego ſum via.* Lavat Dominus, & amplius purificat mundiſſimos ſuorum diſcipulorum pedes, denotans, quod affectus noſtri à quacumque levi ſorde ac minima imperfectione ſunt mundandi, ut incedant per viam tendentem ad cœlum, quæ Chriſtus eſt, ut nec leviter offendantur, ſed nitidi ac expediti pergant per iter difficile, quod nihil coinquinatum admittit.

Etiam leves imperfectiones lavandæ ſunt.

225. Cantic. 3. Ad ferculum, ac thronum, Salomonis proponitur, *Aſcenſus purpureus.* Cant. 3. n. 10. Cur potius dicitur purpureus, quàm candidus, vel viridis, ut denotetur, quod via illa Chriſti ſanguine purpurata mundiſſimis ſit pedibus nulla vel levi ſorde contaminatis premenda, maximam enim exigit munditiem Chriſti ſanguis pro nobis effuſus. Gilbert. ſer. 18. in Cant. *Quàm pulchri,* ait, *ſunt gradus purpurei, quo pede ſacro Chriſtus prior ſignavit pedibus illis quibus nullus pulvis adhæſit, pedibus niveis, quos cruoris ſui ſignavit veſtigio. Et tu ardenter veſtigia relege, Aufer calceamentum carnium de pedibus tuis, ſanctus enim aſcenſus eſt, quem diſponit, nudo & expedito inſiſte veſtigio gradibus iſtis. Purpurâ hanc non conchylii, ſed Chriſti ſanguis intinxit.*

Qui per vitam cœleſtem pergit, maximè debet eſſe mundus.

Nonò : Si totus mundus eſt, etiam pedes mundi ſunt, & loti, ad quid ergo iterum lavandi? D. Ambroſ. lib. 3. de ſacram. c. 1. ſuprà datur: *Quia Adam ſupplantatus à Diabolo eſt, & venenum ei circa pedes effuſum; ideò lavat pedes, ut in ea parte, in qua inſidiatus eſt ſerpens, majus ſubſidium ſanctificationis accedat.* Et ſi loti, & mundi ſint pedes, novis tamen exponunt lavacris, ut peccati venenum, quod per pedes intraverat, multipliciter lavaretur, ut à tanto inquinamento immunes maximè reperiantur. Hinc viri juſti, quæ ſemel lachrymis, & confeſſione peccata diluerunt, iterum & iterum illa trahunt in examen; iterumque illa confitentur, noviſque irrigant lachrymis, ut maximè mundati multiplici gratia ditentur. 226. D. Ambr.

Sæpe lavanda ſunt delicta ad majorem munditiem, & gratiæ augmentum.

Componit Regius Vates celebrem illum Pſalmum 50. ſuæ pœnitentiæ, *Miſerere mei Deus.* In eoque ferè decies repetit ſuum peccatum, confeſſionémque iterat, *Dele iniquitatem meam.* Iterùm. *Amplius lava me ab iniquitate mea.* Tertiò, *& à peccato meo munda me.* Quartò, *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco.* Quintò, *Et peccatum meum contra me eſt ſemper.* Sextò, *Tibi ſoli peccavi:* Septimò, *Et malum coram te feci.* Octavò, *Averte faciem tuam à peccatis meis.* Nonò, *Et omnes iniquitates meas dele.* Ad quid in tam brevi Pſalmo, qui viginti & uno verſu concluditur, tanta ſit peccati iteratio, ac repetitio? Ut multipliciter lavetur, ac mundetur, ut inde multitudine miſericordiarum, ac gratiarum repleatur. D. Ambr. in Apologia 1. de David. c. 8. *Delicta,* ait, *ſæpè repetendo, meritò magnam miſeri ordiam poſcit; nec ſolum magnam miſericordiam, ſed etiam multitudinem miſerationum.* Dùm enim eſſet ingens dolor, ac contritio peccati una confeſſione non quieſcebat, ſed multas exoptabat; non ſat ei erat una ſatisfactio, nec unus dolor ſed multas ſatisfactiones, lachrymas ac gemitus intendebat, ut ita multipliciter mundaretur, ut magna gratia locuples fieret. Sicque illa anima gratiæ, ac miſericordiæ ſitibunda exurebat, ut magnam infuſionem gratiarum, ac miſericordiarum flagraret; inde toties repetit peccatum ut multoties emundatus, multa cœleſtium donorum ſupellecti impingeretur. 227. Pſal 50. D. Ambr.

Iteranda confeſſio ad gratiæ augmentum.

Quæstio XXXV.

Quare in hac ſententia, Qui lotus eſt non indiget niſi ut pedes lavet; *Cum Chriſtus loquebatur de venialibus, tamen Petro dixit :* Si non lavero te, non habebis partem mecum.

Ut patet ſuperiori quæſtione in limine. Cùm Chriſtus dicit : *Qui lotus eſt non indiget, niſi ut pedes lavet.* Sermo eſt de venialibus, ac ſi dicat, qui lotus eſt, per Baptiſmum nempe, vel pœnitentiam, non indiget niſi ut pedes lavet, animum nempe à venialibus. Tamen dixit Petro : *Si non lavero te, non habebis partem mecum,* ac ſi veniales tantùm culpæ eum ab ingreſſu regni cœleſtis prohiberent, niſi prius à Chriſto Domino purgarentur, & mundarentur. 228. *Ratio difficultatis.*

Reſpondeo primò : Quod cùm Chriſtus dixit Petro, *Si non lavero te, non habebis partem mecum.* In mea nempè menſa Euchariſtica, ut explicavi ſuprà 229.

Ad Euchariſtiam ſumendam, purificanda anima à venialibus.

ſuprà quæſt. 31. num. 198. cum verò ait. *Qui lotus eſt, non indiget niſi ut pedes lavet.* Ac ſi dicat, qui mundus eſt, à peccatis mortalibus, neceſſe eſt, ut pedes animi nempe affectus lavet, & expurget à venialibus, ut undique purus ad ſacram menſam accedat.

230. Secundò. Ait: *Si non lavero te, non habebis partem mecum*, cùm de venialibus ſit ſermo, quia præterquam quod venialia ad majora crimina diſponant, etiam neceſſe eſt ut gratia Chriſti purificentur, ac mundentur, ut quis ad beatitudinem ingredi valeat, nihil coinquinatum in illam ſanctam civitatem introibit. D. Bernard. proximè citatus. *Veniales igitur culpas*, ait, *nemo contemnat, aut parvipendat: impoſſibile eſt enim tum eis ſalvari, niſi per Chriſtum* Jesum, *& à Chriſtô: nemo in, quam perniciosa ſecuritate dormitet: Non enim leve eſt vulnus, quod tanto indiget curatore; nec exiguum malum, quod tantum impedit bonum.*

D. Bernard. Peccata venialia purganda.

231. Proverb. 7. num. 2. ait Salomon: *Fili serva mandata & legem meam, ut pupillam oculi tui.* Ubi Dei legem non minori ſtudio, quàm delicatiſſimam oculi pupillam, quæ quovis minutiſſimo ictu compungitur, & gravem dolorem excitat obſervandam monet. Pro quo ait D. Ambroſ. lib. 6. in Hexam. cap. 4. *Integritas levi ſorde aſperſa violatur, & gratiæ munus amittit, & ideò perſpiciendum eſt, ne quis eam pulvis erroris oblinet, aut illa vexet feſtuca peccati.*

Prov. 7. Magno ſtudio venialia devitanda. D. Ambr.

232. Ex quo D. Auguſt. lib. uno de Cantico novo cap. 2. tom. 9. etiam à venialibus maximè recedendum monet: *Non negligamus* ait, *noſtra peccata, minuta ſunt, ſed multa ſunt. Fluctus unus validus irruens obruit navem, minaturque naufragium. Humor autem per rimas influens, & ſentinam veniens, niſi ſubinde ſiccetur, hoc idem facit.* Unde iterum idem Auguſt. expendens illud Davidis Pſal. 39. n. 13. *Quis, ait, numerat capillos capitis ſui; Multo minus peccata, quæ excedunt numerum capillorum. Minuta videntur, ſed multa ſunt. Præcaviſti magna: jam non facis homicidium, jam non rapis res alienas, non blaſphemas, non dicis falſum teſtimonium: moles iſta ſunt peccatorum: magna præcaviſti: de minutis quid agis? An non times minuta? Projeciſti molem: vide, ne arena obruaris.*

D. Auguſt. peccata venialia diſponunt ad ruinam.

Auguſt. Pſal. 39.

233. Secundò reſpondet P. Velaſquez in epiſt. ad Philip. c. 1. verſ. 10. adnotat. 2. n. 1. *Qui lotus eſt non indiget niſi ut pedes lavet.* Ubi de venialium culparum ablutione, & munditie agitur; & tamen dicitur Petro. *Si non lavero te, non habebis partem mecum*, ac ſi ea ſolum de cauſa à Chriſti conſortio, & parte Petrum fore rejiciendum: cum nemo ex eo ſolum quod venialia peccata committat, ſive non purget, Chriſti gratiam, & amicitiam perdat. Videtur quod alia ſit Petri, alia ſingulorum ratio, ac ſi veluti ſingulis fidelibus ad ſalutem conſequendam tam eximia puritas neceſſaria non ſit. At Petro ea omnimoda etiam à venialibus, & à minimis culpis mundities exigitur; nam cum tota eccleſia ad tam exactam perfectionem evocetur *ut ſit ſancta, & immaculata.* Ad Epheſ. 5. n. 27. Ubi Syriacus legit, *ut ſit ſancta abſque navo.* Petrúſque in ejus caput, & culmen à Chriſto jam eſſet aſſumptus, neceſſe erat ut caput corpori congrueret, ut hanc extremam puritatem haberet, ut à tanto culmine non dejiceretur; ut ita hoc facto denotaretur, quod major puritas, ac ſanctitas in Prælato, quàm in inferioribus requirebatur, cùm ipſe tanquam caput, ac exemplar omnibus ad imitandum proponatur.

P. Velaſq.

In Prælato maxima requiritur puritas, & mundities.

234. Monet Apoſtolus Paulus ad Coloſſenſ. 1. n. 10. omnes Prælatos illius Eccleſiæ. *Ut ambuletis dignè Deo per omnia placentes.* Non eos exhortatur, ut benè, perfectè, ac dignè tantum, ſed addidit *dignè Deo* ambulent: Ut terrenis paſſibus omnibus interdictis cœleſtis alius incedendi modus præſcribatur, qui Deo dignus, ac conveniens ſit, ſine ulla umbra maculæ perfectiſſimus exiſtat, prout decens Deo eſt, univerſis corruptæ ſtirpis fibris amputatis, ut puris paſſibus dignè Deo ambulent. Sic loquitur Dominus apud D. Damaſc. 2. Paralip. cap. 27. *Non ejus, quod rectè ſatum eſt, radicem avello: verum adulterinas corruptæ ſtirpis fibras elido.*

Ad Col. 1. Multa puritas incedendum. D. Damaſc.

Quæstio XXXVI.

Quare cùm de munditie, ac puritate undecim Apoſtolorum eſt ſermo, loquitur Chriſtus de præſenti; de culpa verò Judæ de præterito?

235. Maximè expendendus eſt modus loquendi Chriſti D. *Vos mundi eſtis, ſed non omnes; ſciebat enim, quiſnam eſſet, qui traderet eum.* Cùm ait, quod agnoſcit ſuos undecim Apoſtolos, ut puros, ſanctos, ac veros amicos, de præſenti habet verba: *Vos mundi eſtis.* At verò proditionem, ac traditionem Judæ de præterito à ſe eſſe agnitam aſſerit. *Sciebat enim, quiſnam eſſet, qui traderet eum.*

Ratio difficultatis.

236. Reſpondeo, quod Chriſtus D. merita, ac bona opera ſuorum habet ante oculos, ut magnis præmiis remuneret, ac accumulet; at verò crimina, & culpas tanquam è præterito, ac veluti à tergo, ut ea diſſimulet, illiſque obliviſcatur, ne ea acerrimè puniat. Epiſcopo Eccleſiæ Epheſi ait Chriſtus D. *Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam.* Apocal. 2. n. 2. quod in ejus præſentia ſint ejuſdem Epiſcopi egregia facta, & labor perpeſſus in prædicatione Evangelica, multáque tolerantia in ſuſtinendis adverſariis. Ut ibi explicant communiter Ribeira, Viegas, Alcazar. Et ſtatim ſubditur *n. 4. Sed habeo adverſus te pauca, quod charitatem tuam primam reliquiſti.* Seu ut legit Arabicus *abs te dimiſiſti.* Epiſcopus iſte non ſolum de præterito à ſua charitate defecerat, ſed etiam in præſentia illius, vacuus extabat: undè ad illam exhortatur eum: *age pœnitentiam & prima opera fac.* n. 5. Undè ergo provenit quod optima illius facta habeantur in præſentiarum in divino intuitu. *Scio opera tua, & laborem tuum*; at verò illius defectus *charitatem tuam primam reliquiſti*, in præterito repræſententur. Quæ meriti in præſenti exponuntur tanquam prævia oculis, ut citò remunerentur, quæ verò culpæ in præterito referunt, ut veluti jam elapſa moroſè puniantur.

Apoc. 2.

Ribeira. Alcazar. Merita in præſenti ut remunerentur, culpa in præterito, ut obliviſcantur.

237. At verò è contra Reges, ac principes ſæculi ſolum ante oculos habent ea, quæ crimina judicant, ut damnent, & reprobent, quæ verò meriti ſunt, in præteritum remittunt, ut omnino obliviſcantur, illiſque non curent. Vide tom. 3. cap. 1. q. 24. n. 163. 164. & 165. & tom. 4. cap. 10. n. 31. 32. & 33. & cap. 17. n. 56. & cap. 18. n. 112. 113. 114. & cap. 34. n. 95.

Reges obliviſcuntur meritorum, de crimine recordantur

QUÆSTIO XXXVII.

Expenditur Chriſtus proſtratus Judæ pedes lavans.

238. QUæſt. 27. numero 170. reſolvi cum communiori ſententia à Petro tanquam à capite lotionem pedum Chriſtum Dominum incepiſſe; ideò finita hac hiſtoria Petri ad Judam devenit, cujus pedes Chriſtus Jeſus proſtratus lavit, & abſterſit. Unde, ait D. Cyrillus lib. 9. Joan. cap. 7. *Hujus clementiæ magnitudinem quis non admirabitur? Videbat animam ejus, cognoverat venenoſa eum agitare conſilia: honoravit tamen ut alios, & ejus quoque pedes lavit, charitatem uſque in finem conſervans, & ne antiqua crimina in exitum erumpant, illum non derelinquens.* Omni charitate Chriſtus Dominus in cor Judæ mittit ſagittas, pedum ablutionem, buccellæ oblationem, proditionis manifeſtationem; tamen cor ejus durum omnia reſpuit, & in ſua perverſitate, ac nequitia preſiſtit. Et nulla major dementia quàm ſe tantis beneficiis obligari permittere, obligatúmque ſe agnoſcere, & tamen illis minimè correſpondere. D. Chryſoſt. hom. 69. in Joan. ad illa verba, *Cum diabolus jam miſiſſet in cor*, ſic ait: *Hoc perterritus, addidit Evangeliſta, quod eum, qui ſe jam tradere propoſuerat, laverit, oſtendit que maximam Judæ malitiam; quod nec menſa quidem communicatio eum cohibuit, ut maximè ſolvit, cum ad ultimum uſque diem eum magiſtrum habuerit.*

Cyril.

Se obligari permittere, & non correſpondere extrema dementia.

D. Chryſ.

239. Secundò: Meus JESUS genuflexus proſtratus coram Juda, ut ejus pedes lavaret, qui cum in peccatis eſſet detentus, ſubtus ipſum communem infernum, ut inferiorem locum erat demerſus. Ait Regius Vates Pſal. 85. n. 13. *Eruiſti animam meam ex inferno inferiori.* D. Hieron legit, *de inferno extremo*; ac ſi conſideretur quidam infernus non extremus, & infeſior, in quo urgent damnatorum pœnæ; eſt alius infernus, extremus & inferior, qui, interprete Euthymio, eſt peccatum mortale; cùm ergo Judas eſſet in peccatis, in hoc inferno inferiori præcipitatus erat, & tamen ſuprema Dei altitudo, ac majeſtas, ad pedes Judæ, ac ad tam infimum locum deſcendit, ut ipſum miſerrimum è lacu miſeriæ educat; & tamen ipſe tanta perverſitate obduratus exiſtebat ut tam ingenti Chriſti benignitate ſuam malitiam nollet deponere, ac à tam dejecto loco exire. D. Hier in epiſt. ad Ruſticum *Judas, ait, de Apoſtolatus faſtigio in proditionis tartarum labitur & nec familiaritate convivii, nec intinctione buccellæ, nec oſculi gratia frangitur.*

Pſal. 83.
D. Hier.
Peccator in inferno inferiori.

D. Hier.

240. Tertiò: Chriſtus Dominus ad pedes Judæ ſeſe inclinat, cujus cor Diabolus poſſederat, cum diabolus jam miſiſſet in cor In deſerto oſtenſis omnibus mundi regnis, ait Diabolus Chriſto: *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraveris me.* Math. 4. n. 9. illum Dominus rejecit, dicens: *Vade Satana.* Et tamen modò genuflexus ſe inclinat coram Juda, in cujus cor Diabolus morabatur quod noluit exhibere pro comparandis omnibus mundi regnis: modò pro uno Juda acquirendo exhibet, ut nobis demonſtraret, ac declararet in quanta æſtimatione habenda ſit una anima, & quod plus operis impendendum ſit pro ejus conververſione, quàm pro omnium mundi regnorum dominatione, quando univerſa ſæculi imperia ei offeruntur, ut ſe coram Satana inclinet, rejicit? at verò cùm de ſalute ejus animæ, cujus Diabolus haberet domicilium, interveniebat ibi unius animæ redemptio, pro qua lucranda omnia libentiſſime exhiberet. Vide lib. 8. c. 14. q. 9. n. 71.

Math. 4.
Plus æſtimanda una anima quàm omnia mundi regna.

Quartò: Valdè mirum, quod pro lucrando Juda, tot, tantaque myſteria Chriſtus applicaret, cùm optimè ſua infallibili ſcientia prænoſceret, quod ipſe numquam eſſet reducendus; nec de hoc ulla dari poterat expectatio, & tamen coram eo genuflectit, ejus pedes lavat, tergit, & oſculatur. Nónne vides Domine mi, quod aliquis intellectus ſua temeritate audebit, ex his occaſionem deſumere, ut in tua omni ſcientia aliquem defectum arguere intendat, quod tu tot tantáque feciſti, præſumens Judam à ſuo crimine evocandum eſſe, & tamen à contrario accidit; nam ipſe obſtinatus in ſua perverſitate remanſit: cur ergo pro Juda tot, tantáque facit? Ut declaret in quanta æſtimatione erat ei anima Judæ, quòd cum optimè præſciret, quod ipſe à ſua nequitia non eſſet receſſurus, nec de hoc ulla haberetur ſpes; tamen multum negotii cum magnis beneficiis, ac eximii amoris ſignis impendebat. Maximè ſeſe divinus amor oſtentaſſet ſi pro lucrando Juda, tot, tantáque adhiberet, ſi de illius ſalute aliqua daretur expectatio; at cùm certò ſciret illius finalem obſtinationem, & quod nihil in eo lucrandum eſſet, tot tantáque benevolentiæ ſigna declarare divini amoris miri fuerunt exceſſus. 241.

Mirus amor cum Judas non eſſet reducendus pro eo tanta exhibere.

Chriſtus Dominus vitam, ac ſanguinem ſuum effundit pro omnibus hominibus tam prædeſtinatis, quàm reprobis; & quod pro prædeſtinatis vitam ſuam dederit, eximius, & maximus fuit divinus amor; unde hi ſimpliciter dicuntur dilecti, ac electi: At quod pro reprobis vitam ſuam tam liberaliter tradiderit in mortem, in hoc videtur exhibita quædam admirabilis divini amoris oſtentatio. Chriſtus Dominus mortuus eſt pro ſuis prædeſtinatis, quibus certiſſimè comparabat præclariſſima dona, juſtificationem nempe, ſanctificationem, glorificationem, cum perenni, ac æterna beatitudinis felicitate. At quod Dominus mortem tot pœnis, ac tormentis plenam appeteret, ac ſuum ſanguinem, tam largiter effunderet, pro impiis, ac reprobis, quos certo præſciebat omni expectatione excluſa, quod omnino in æternum perirent, & tam copioſa redemptione non proficerent; & tamen pro eis adhuc vitam tradit, extitit, quædam divini amoris admiratio, illiúſque magnifica exaltatio. 242.

Admiratio divini amoris dare vitam probis, qui non proficient.

Duplici in eventu Magdalena maximè ſuum eximium amorem erga Chriſtum Dominum declaravit, ſemel in domo Phariſæi. *cum lacrymis cœpit rigare pedes, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes ejus, & unguento ungebat,* Luc. 7. numero 38. Et iterum cum in die ſacratiſſimæ Reſurrectionis abiiſſet ad ſepulchrum, & non invento corpore IESU, *Stabat ad monumentum foris plorans; & dum fleret, inclinavit ſe, & proſpexit in monumentum,* Ioannis 20. num. 11 poteſt in dubium vocari, in quonam eventu magis vehemens ejus amor ſeſe declaraverit? Videbitur alicui dicendum in domo Phariſæi; nam ibi ex ore Chriſti audivit, *Dilexit multum.* Ibique ejus amor multis actionibus ſeſe oſtentavit, lavit, terſit, oſculabatur. Tamen juxta D. Gregorium magis ejus amor ſeſe exaltavit apud ſepulchrum Nam in domo Phariſæi, tot tantique amoris negotia præſtitit, cum expectatione obtinendi peccatorum remiſſionem, *Remittuntur ei peccata multa.* 243.

Luc. 7.

Ioan. 20.

Mirus amor abſque ſpe obtinendi edere amoris affectus.

At

At juxta ſepulchrum, cum videret, quod Chriſti corpus ibi non adeſſet, ac ulla de eo daretur ſpes cum furatum crederet, tamen monumento non recedit amoris affectus exhibens, inclinando ſe ſemel, atque iterum, abſque ulla ſpe ibi eum videndi, ac habendi, quod totius amoris fuit ſupremus exceſſus, cum ſui cordis ederet affectus; cum tamen omnem depoſuiſſet cogitationem obtinendi optatum. D. Gregorius homil. 25. in Evangel. *Exquirebat*, ait, *quem non invenerat: flebat inquirendo, & amoris ſui igne ſuccenſa, ejus quem credidit, ardebat deſiderio.* Gregor.

Ioan. 13. n. 12. Poſtquam ergo lavit pedes eorum, & accepit veſtimenta ſua, & cum recubuiſſet iterum dixit eis: Scitis quid fecerim vobis.

Num 13. Vos vocatis me Magiſter & Domine, &. bene dicitis, ſum etenim.

VERSIONES.

Syriac. n. 12. Quum autem abluiſſet pedes eorum, aſſumit veſtimenta & diſcubuit, dixitque eis.

Euthm. Vatabl. Receptis veſtibus ſuis accubuit, iterum dixit eis,

Syriacus n. 13. Vos vocatis me, Magiſter noſter, & Domine noſter.

Teophyl. Pagnin. Vos vocatis me Magiſtrum, ac Dominum.

Arias. Et pulchrè dicitis: Sum etenim.

Arabicus. Etenim ille ſum.

EXPOSITIO VII.

244. POSTQUAM *ergo lavit pedes eorum.* Subintelligendum innuit Evangeliſta, quod poſt quæſtionem habitam cum Petro circa pedum ablutionem, nullus aliorum Apoſtolorum, territi enim ſunt omnes Petri exemplo, auſus eſt contradicere. Theophylactus, *A Petro eruditos*, ait, *cæteros veriſſimile eſt, non contraveniſſe, ſed honorem hunc à Domino ſuſcepiſſe.* Et notandum cum Toleto, quod illa particula *ergo*, indicat cauſam, cur accepit veſtimenta depoſita; abſolutum enim erat myſterium ablutionis pedum, ob quod illa depoſuerat. *Et cum recubuiſſet iterum*; ſeu cum iterum accubuiſſet menſæ, à qua ſurrexerat. Poſt vulgares naturæ cibos ſumptos, à menſa ſurrexit cauſâ lavandi pedes diſcipulorum; iterum cum eis recubuit, ut eis daret novam, ac myſticam cœnam, ſuum corpus in cibum, & ſanguinem in potum. *Cum recubuiſſet iterum* Magnum obſequium fuit, quod Dominus ſuorum pedes laverit, at majus, & ſublimis eſt, quod cum eis recumbat in menſa, multi inveniuntur principes, qui pauperibus miniſtrant etiam in eorum pedibus lavandis; at nullus, vel rarus eſt, qui eos ad ſuæ menſæ conſortium admittat. Unus in hoc eſt JESUS cum ſuis benignè diſcumbens. D. Ambroſius lib. de Spiritu ſancto, *Quanta iſta majeſtas*, ait, *quaſi miniſter pedes famulorum tuorum lavas; quaſi Deus rorem mittis è cælo, nec ſolùm pedes lavas, ſed etiam ut tecum recumbamus, invitas.*

Theoph. — Tolet. — *Magna dignitas recumbere ad menſam.* — D. Ambroſ.

Scitis, id eſt non intelligitis, nec capitis, ut ex Euthymio dicam quæſtione ſequenti. Et jam non ad ſolum Petrum, ſed ad omnes dirigit ſermonem, ut notat Theophylactus, ut potè doctrinam omnibus convenientem præbens, *fecerim vobis*; quo nempe conſilio, quâve intentione laverim pedes veſtros. Rectè D. Auguſt. tract. 48. *Hujus*, ait, *tanti facti: quoniam Chriſtus Petro promiſerat ſcientiam, dicens*, ſcies autem poſtea *quid ſit quod fecit, docere incipit.* 245. Theoph. D. Auguſt.

Vos vocatis me Magiſter, & Domine, ſeu ut alii legunt, *Magiſtrum, & Dominum*; oſtendit titulos ſibi ab Apoſtolis attributos, non ex jactantia, ſed ex doctrina, ac beneficio erga nos. Quomodo enim poteſt ſe Deus æquo altiùs efferre, qui infinitè excelſus eſt. D. Auguſtinus tract. 58. *Homini*, ait, *præceptum eſt: Non te laudet os tuum, ſed laudet te os proximi tui; periculoſum eſt enim ſibi placere, cui cavendum eſt ſuperbire. Ille autem, qui ſupra omnia eſt quantumcumque ſe laudet, non ſe extollit excelſus.* Tamen ut ſuam modeſtiam in omnibus oſtendat, nobiſque documentum præbeat. Non ait ego ſum Dominus, & Magiſter veſter: ut ſuo jure dicere poterat, ſed ait, *vos vocatis, me Magiſter, & Domine*; ut in omnibus adimpleat quod præceptum eſt: *Laudet te alienus, & non os tuum*, Proverb. 17. num. 2. ut notarunt D. Chryſoſtomus, D. Cyrillus, Euthymius, *Sunt etenim.* Verè enim ſum omnium Dominus, & Magiſter. 246. D. Auguſt. Prov. 17. D. Chryſ. Eutym. Cyril.

QUÆSTIO XXXVIII.

Quare in Chriſto ab Evangeliſta notatur multa ſcientia, in homine verò multiplex ignorantia?

IN hoc præſenti textu multam ſcientiam B. Joannes advertit in Chriſto, *Sciens quia venit hora ejus.* Iterum, *Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus.* Tandem tertiò, *Sciebat quiſnam eſſet, qui traderet eum.* At verò in hominibus multa ignorantia notatur. Dixit Petro, & in ejus perſona omnibus, *Quod ego facio, tu neſcis.* Et modò ait ſuis diſcipulis, *Scitis quid fecerim vobis*; hoc eſt, neſcitis, nec intelligitis, quæ ego fecerim vobis. Euthymius, *Ignorantes interrogat, quo attentiores reddat.* 247. *Ratio difficultatis.* Euthym.

Reſpondeo, quod in Chriſto multiplex aſſignatur ſcientia, ut in nos ſua dona diffundat, nobiſque ſua beneficia largiatur, *Sciens quia venit hora ejus.* Ut vitam pro nobis exhalaret, *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus.* Ut univerſa nobis communicaret, ſuo ſacratiſſimo corpore, & ſanguine in cibum, & potum exhibito. *Sciebat quiſnam eſſet, qui traderet eum*; ut hominum peccata diſſimularet, & condonaret, ſi ipſi reſipiſcere velint. At verò ex hominum parte multiplex eſt ignorantia, *Quod ego facio, tu neſcis.* Et iterum: *Scitis quid fecerim vobis*; id eſt neſcitis. Tanta ignorantia eſt in homine, ut divina beneficia recognoſcat, illáque ut dignum eſt, gratuletur. In Deo 248. *Chriſtus ſciens ut benefaciat, homo ignorans ut non gratuletur.*

Deo multiplex ſcientia, ut in nos ſua dona diffundat, in homine verò tanta ignorantia, ut obdurata ingratitudine correſpondeat.

249. Pſal. 138. Componit Regius Vates Pſal. 138. in quo mirificè laudat divinam bonitatem, ac clementiam erga ſe, indéque magnoperè extollit divinam ſcientiam. *Cognoviſti me: Tu cognoviſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam. Intellexiſti cogitationes meas de longè.* Et iterum: *Ecce Domine tu cognoviſti omnia noviſſima, & antiqua.* Quod ſæpè repetit in dicto Pſal. & n. 9. ait: *Mirabilis facta* Nazianz. Baſil. *eſt ſcientia tua ex me.* Seu ut explicant D. Nazianz. epiſt. 5. D. Baſil. orat. 1. de Theolog. *Ex me*, ſeu *circa me.* Admiratúrque tanta ſcientia, ac cogni- Pſal. 81. Euthym. Niceph. tione divina circa ſe componit etiam Pſal. 81. in quo arguit hominum malitiam, & ingratitudinem, ut notarunt Euthymius, Nicephorus, de eiſque ait: *Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant*, num. 5. Ecce multipliciter eorum ignorantiam illis objicit. In Deo tanta ſcientia decantatur, in homine verò tanta inſcientia declaratur: In Deo multiplex cognitio, ut beneficia conferat in homine verè multiplicata ignorantia, ne illis ſe obligatum fateatur? unde homo dicitur incola in terra oblivionis: *Nunquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua, & juſtitia tua in terra oblivionis*, Pſalm. 87. num. 13. N. Incognitus di- Pſal. 87. Incognit. cuntur terra oblivionis, ait, quia terrena amantes, Deum obliviſcuntur tales, quia non non cognitant mente mirabilia miſericordiæ Dei, nec judicia juſtitiæ ejus.

Quæstio XXXIX.

Quare Chriſtus Dominus, qui magiſtri nomen aliquando recuſavit, nunc illud ſibi tribuit?

250. Ratio difficultatis. Aliquando turbæ Chriſtum Dominum rem facere, ac dicere, voluerunt, Joan. 6. num. 15. At verò nunc nomen Domini, ac magiſtri ſibi à diſcipulis attributum, ac datum approbat: *Vos vocatis me Magiſter, & Domine, & benè dicitis, ſum etenim.* Undè verè modò tam libenter hoc nomen in ſe admittit.

251. Paulin. Serviendi miniſterium dat dominandi meritum. Rupert. Reſpondet primò D. Paulin. epiſt. 3. ad Severum. *Bonus Dominus, & ſalutarium Magiſter, ſerviendi miniſterio dominandi merita conferebat.* Cum ſe Dominus dimiſit, ac objecit ad ſerviendi miniſterium, inde præclarum meritum exhibuit ad omnem dignitatem, ac dominandi titulum obtinendum, ac ſibi attribuendum.

252. Secundò: Rupertus in cap. 7. Matth. ad illa verba: *Magiſter ſequar te, quocumque ieris*, &c. ſic ait, *Primum ipſa apellatio inſuavis eſt, cum dicit Magiſter, & non dicit Domine: inſuavis, in quam, & ſine dilectione; nam etſi ritè recolis, eorum appellatio, qui cum dilectione apellarunt, talis erat, ut dicerent Domine exempli gratia, ut appellatio Petri dicentis: Domine ſi tu es, jube me venire ad te. Talis appellatio, Magiſter, ſive Rabbi, Phariſaïca extitit, quibus delectabile erat vocare & vocari ab hominibus Rabbi. Et quidem bonum eſt, & ſuave, utrumque dicere ſimul, Magiſter & Domine, & benè dicitis, ſum etenim. Sed ſolùm hoc dicere, Magiſter ſive Rabbi, & non dicere Domine, cordis eſt longinqui, id eſt longe remoti à familiaritate dilectionis.* Notat Rupertus, bonum, & ſuave *eſt utrumque dicere, Magiſter & Domine.* At ſolùm dicere Magiſtrum, non ſic frequenter eſt nota amoris ut dicere Dominum tantùm. *Solum hoc dicere, Magiſter, ſive Rabbi, & non dicere Domine, cordis eſt longinqui, id eſt longè remoti à familiaritate dilectionis.* Unde Cum Chriſtus Dominus diceret quod eſſet tradendus ab uno ex ſuis Apoſtolis. *Undecim contriſtati valde, cœperunt ſinguli dicere: nunquid ego ſum Domine*, Matth. 26. Math. 26. num. 22. At verò Judas alia voce utitur. *Reſpondens autem Judas qui tradidit eum, dixit: Nunquid ego ſum Rabbi.* Cur ergo Domini vocabulum eſt amoris, non ſic verò magiſtri nomen; Et verò diſcrimen inter ea, quod hi, qui ſub Domino ſunt apud eum ſemper manent, nec die, nec nocte ab ejus atriis diſcedunt; ad Salomonem dixit Regina Saba? *Beati viri tui, & beati ſervi tui, qui ſtant coram te ſemper*, 3. Reg. 10. n. 8 Et de Daniele, ac ſociis dicitur: *De ſemine regio, & tyrannorum pueri, ut ſtarent in conſpectu regis* Dan 1. n. 3. at diſci- 3. Reg. 10. Cap. 61. puli aſtant coram præceptore ſolùm ad tempus, *Diligens* & breves horas, dum è cathedra prælegit, & per *ſemper quæ-* aliquos menſes ab eo reguntur, & multoties nun- *rit dilecti* quam amplius reverſuri. Quia ergo amor inter *præſentiam,* cætera id unum maximè intendit, ut quoad fieri *& ægrè ab* valet dilecto præſens exiſtat, Quia Magiſtri vo- *eo divellitur.* cabulum plus abſentiæ importat quàm Domini? ideò qui verè diligunt, cum modis omnibus dilecti præſentiam intendant ejúſque abſentiam valdè ægrè ſuſtineant; inde non alia voce, quam illa, quæ præſentiam magis denotat, utuntur. *Solum hoc dicere, Magiſter, ſive Rabbi, non dicere Domine, cordis eſt longinqui, id eſt longè remoti à familiaritate dilectionis.*

Tertiò: Quare in præſenti hunc titulum Magiſtri, & Domini ſibi maximè convenire declarat 253. Chriſtus, ait Evangeliſta, *Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus.* In quibus dedit etiam & ipſum proditorem, ut explicat D. Greg. 3. moral. c. 12. Gregor. *Sciebat quod in manu ſua etiam ipſos perſecutores* *Parcens inimici, Dominus dicitur.* *acceperat.* Ut etiam de ipſo proditore faceret quæcumque vellet, ut citatus ſanctus Doctor explicat; & cum hæc ita eſſent, ipſum proditorem in cœnaculo liberum dimiſit abſque aliqua ibi inflicta vindicta, inde potiſſimò jure Dominus publicantur, eum enim haberet inimicum in manibus, eum à ſe vivum, & ſalvum abire permiſit.

Quartò: In præſenti Chriſtus D. ſe Magiſtrum, 254. ac Dominum dicit, cum rectè horum munerum *Tunc Chriſtus ſe Dominum dicit* functiones gerit magiſtrum ſe nuncupat; cum *cum ſervos* exemplum, & doctrinam præbet, Dominum verò *ſuos ut dominos per-* ſe oſtendit, & vocat, quando diſcipulos ſuos ſe- *tractat.* dentes, & dominos lavit, & lavando dominos conſtituit; cùm ipſe ſit Rex regum, & Dominus dominantium, tamen tunc Dominus peculiariter bene dicitur, quando ut Dominos ſervos pertractat, eoſque dominorum honore afficit.

Plantaverat autem Dominus Deus paradiſum vo- 255. *luptatis à principio, in quo poſuit hominem, quem* Genes. 2. *formaverat*, Geneſ. 2. num 8 Notat D. Auguſt. ſe- D. Auguſt. cundum ſuam lectionem, quod tunc primum dicitur Dominus Deus. Sic ipſe ait tom. 2. lib. 8. de Geneſi ad literam cap. 11. *Proinde, ait, nullo modo myſteria vocare arbitror, ſed nos aliquid, & magnum aliquid admonere, quod ab ipſo divini libri hujus exordio, in quo jam captus eſt In principio fecit Deus cœlum, & terram uſque ad hunc locum numquam poſitum eſt, Dominus Deus, ſed tantummodo Deus. Nunc verò ubi ad id ventum eſt, ut hominem in paradiſo conſtitueret, eámque per præceptum operaretur, & cuſtodiret.*

cuſtodiret, *ita ſcriptura locuta eſt*, & *ſumpſit Dominus Deus hominem quem fecit*, & *poſuit eum in paradiſo*. Magnum aliquid in hoc latere aſſerit Auguſt. & id exiſtimo eſſe, quod quando Deus hominem in paradiſo conſtituit, ad eum cuncta animantia, & volatilia adduxit: ut videret quid vocaret ea, cum in ipſo caſu omnium viventium principem conſtituit, ac in paradiſo præfecit; tunc ergo ſe Dominum appellari vult: *Poſuit Dominus Deus hominem*, quandoad dominationem, & præfecturam totius orbis hominem exuerat; hæc eſt enim divina bonitas, ut nomen Domini ſibi appropriet, ac pro tali ſe declarari ordinet, quando ſervi ipſius Domini dicuntur, ac appellantur.

Ex dominio homini dato ſe Deus Dominum dicit;

256. Egregiè notat D. Chryſoſt. hom. 10. in epiſt. ad Rom. quòd Deus frequenter de ſe teſtatur. *Ego ſum Dominus Deus Patrum veſtrorum, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Jacob*, Exod. 3. n. 15. & ſæpè alibi, ſic ait Chryſoſt. *Hoc igitur ait, in ipſo Abraham, hoc in Iſaac, hoc in Jacob fecit; ubique dicens, ego Deus Abraham, Iſaac, & Jacob. Atqui ſervos oportebat in hoc ſibi placére: nunc verò ut apparet Dominum habemus hoc factitantem.* Maximè gloriatur divina majeſtas de ſuis, cum potius famuli deberent gloriari de tali domino. Ipſe tamen Dominus de ſervis gloriatur, qui tantum decorem, & honorem cernit in ſervis, quos dominos creat, ac conſtituit, ut ei inſerviant tanquam ad ſplendorem, ac ornamentum.

D. Chryſ. Exod. 3. Chryſoſt.

Quæstio XL.

Quare Chriſtus non reprehendit ſuos diſcipulos, quod tantum myſterium non agnoverint, cùm arguerit Philippum, quod ipſum ac Patrem ſuum neſciret.

257. HÆc quæſtio in originali hujus libri à me tranſmiſſa ponenda erat, ſed omiſſa fuit in prima editione, & ideò curavi, ut in hac 2. typis daretur.

Abſoluto ablutionis pedũ myſterio, ait Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis. *Scitis quid fecerim vobis*; id etiam ex Euthymio explicavi ſuprà num. 248. neſcitis, nec intelligitis, nec capitis quod ego fecerim vobis: ſacri Apoſtoli non percipiunt, nec capiunt quod Chriſtus egerit eorum pedes abluens, apertè, & evidenter demonſtrabatur, quod erat quidam actus eximii, & ferventis amoris, ac profundiſſimæ humilitatis, & ex ſolita ac notoria Chriſti humilitate. *Ego ſum vermis, & non homo*. Pſal. 21. n. 7. ac ex ejus ardenti charitate, *Deus charitas eſt*; facilè hoc deprehendebatur, cum ergò pedum ablutio exhibita à Chriſto ex tot, tantiſque principiis eſſet prævia, & nota. Quomodo Apoſtoli non intelligunt, & cum non intelligunt à Chriſto non reprehenduntur, nec arguuntur ut debiles, ac tenues in intelligendo, cum Dominus arguiſſet Philippum; quod cum in ejus ſchola verſaretur per trienium, non agnoſceret ſublimitatem ejus Divinitatis, eminentiam ſui æterni Parentis, ac excellentiam ſuæ generationis; nam cùm à Philippo interrogaretur de Parente ſuo reſpondit ei Chriſtus. *Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognoviſtis me, Philippe qui videt me videt & Patrem meum.* Joan. 14. n. 9. valdè mirum, quod Chriſtus reprehendat Philippum, quod, ejus Divinitatem non agnoverit, cùm nihil ſit magis arduum, & occultum, quam Deum agnoſcere. Deus habitat lucem inacceſſibilem. 1. Tim. 6. num. 16. Philipum ex ignorantia Divinitatis reprehendit, & cum Apoſtolis, cum ipſi pedum ablutionem non caperent, quæ videbatur de ſe res ſatis nota, & manifeſta, diſſimulata tamen, nec eos arguit, nec increpat.

Euthym. *Difficultas quæſtionis.* Pſ. 21. Ioan. 14. 1. Tim. 6.

Præclara Chriſti natura, eminentiaque ejus 258.
Patris, ac ſublimitas generationis ſunt magnitudines ac fecunditates divinæ naturæ, at pedum ablutio magnitudines, ac exceſſus illius amoris. Veriſſimum eſt quod omnes divinæ res ſunt incomprehenſibiles, ac noſtrum intellectum infinitè tranſcendunt; at inter hæc incomprehenſibilia, quod magis videtur incomprehenſibile, ad noſtrum intellectum excedere, ſunt Divini amoris exceſſus, & ideò cum Philipum arguat, quod ejus Divinitatem, ac parentem neſciret; cum Apoſtolis tamen diſſimulat abſque ulla reprehenſione quod exceſſum illius amoris non caperent, cum hoc videatur magis abditum, & reconditum, ac ſupereminens omni intellectui creato.

Exceſſus divini amoris maximè incomprehenſibiles.

Loquens Paulus Apoſtolus de Chriſti morte ad Hebræos 5. num. 7. ait: *Qui in diebus carnis ſuæ preces, ſupplicationéſque ad eum, qui poſſet illum ſalvum facere à morte cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reverentia.* Introducitur Chriſtus D. ut verus ſacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech, qui in ara crucis ſeipſum obtulit in hoſtiam vivam Deo Patri, & ſubdit Apoſtolus, *De quo nobis grandis ſermo, & ininterpretabilis ad dicendum*, ibidem num. 11. & ut explicat Divus Thomas, *ſermo non exponibilis, illis inveſtigabilis.* Res mira, & multa expanſione digna; Apoſtolus ut doctor gentium nobis exponit, ac explicat omnia fidei myſteria. Agit de magno Trinitatis arcano. *O altitudo divitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei!* Rom. 11. numero 33. & tamen tunc non dicit quod nobis grandis eſt ſermo, & interpretabilis. Agit Apoſtolus de ineffabili Incarnatione. *Illiſit Deus filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati.* Rom. 8. numero 3. Agit de Altiſſimo Euchariſtiæ ſacramento. *Dominus* Jesus *in qua nocte tradebatur, accepit panem*: & 1. Corint. 11. numero 23. Agit de alto prædeſtinationis arcano. *Qui prædeſtinavit nos ſecundùm propoſitum voluntatis ſuæ.* Epheſ. 1. num. 5. & cum de tantis myſteriis pertractat, non ait: *Nobis grandis, & ininterpretabilis eſt ſermo.* At cum accedit ad differendum de Chriſti morte, tunc diſertè ait, *de quo nobis grandis & ininterpretabilis eſt ſermo*, ſeu inexponibilis, ſeu inveſtigabilis. Divus Hieronymus epiſt. 126. ad Evagr. ait: *Difficultatem rei præmio exaggerat dicens, ſuper quo multus nobis eſt ſermó, & ininterpretabilis.* Inter magnos aliorum myſteriorum tractatus, ſolùm cum de morte Chriſti agit, difficultatem exaggerat, ſermonem dicit grandem, & ininterpretabilem; nam in aliis myſteriis, ut in Trinitate reſplendet fœcunditas naturæ divinæ; in Incarnatione, Dei ſapientia, quæ duas naturas valdè diſtinctas in unitate unius ſuppoſiti conjunxit; in Euchariſtia, Dei potentia, qua reproducitur Chriſti corpus ſub ſpeciebus. In noſtra prædeſtinatione conſilia Divinæ voluntatis; at in morte Chriſti exceſſus divini amoris, etſi omnia divina incomprehenſibilia ſint, & noſtrum captum ſuperent, tamen exceſſus divini

259. Hebr. 5. D. Thom. Rom. 11. 1. Cor. 11. Epheſ. 1. D. Hier.

Exceſſus divini amoris maximè ſuperant noſtrum intellectum ſuper alia myſteria

divini amoris videntur maximè incomprehenſibiles, maximéque noſtrum captum ſuperare, & ideo nec cùm de arcano Trinitatis, nec cùm de myſterio Incarnationis, nec cùm de alto Euchariſtiæ Sacramento, nec cùm de conſiliis divinæ voluntatis agit, ait quod grandis, & in interpretabilis nobis eſt ſermo, ſed tantum ad vim exceſſus Divini amoris venit. *Difficultatem in procemio exaggerat Apoſtolus*, exceſſus enim divini amoris magis nobis abditi, ac reconditi ſunt quàm divina fœcunditas, divina Sapientia, divina omnipotentia, ac alta conſilia divinæ voluntatis, & ideo hic Doctor gentium exaggerat doctrinam, ut dicat *grandis & in interpretabilis nobis eſt ſermo.*

De ſe loquens Æterna Dei ſapientia ait, *Quaſi*
260. *Cedrus exaltata ſum in Libano, & quaſi Cypreſſus in Monte Sion, quaſi palma exaltata ſum in Cades, quaſi plantatio roſæ in Iericho, & quaſi oliva ſpecio*
Eccl. 44. *ſa in campis.* Eccleſ. 44. n. 17. Comparat ſe Cedro, cypreſſo, palmæ, olivæ, ac roſæ, analogia habita ad ſua attributa, ratione ſuæ immortalitatis ſe aſſimilat Cedro ob illius incorruptibilitatem, ratione ſuæ juſtitiæ Cypreſſo, ob illius rectitudinem; ratione ſuæ poteſtatis dominativæ, ſe confert cum palma, quæ triumphatorum gerit ſymbolum; ratione ſuæ miſericordiæ cum oliva; ratione verò ſuæ puritatis cum roſa; Tamen de ſuo divino amore loquens, ait: *Sicut fragmen mali pu-*
Cantic. 4. *nici, ita genæ tuæ.* Cantic. 4. n. 3. Malum punicum, ut jam dixi, ſatis eſt vulgare, typus eſt amoris. Ex quo grandis inſurgit difficultas: quia alia attributa comparantur cum tota arbore; Immortalitas cum tota cedro; juſtitia cum tota Cypreſſo, miſericordia cum tota oliva, puritas cum tota roſa. At divinus amor non cum toto malo punico, ſed cum illius fragmine, *ſicut fragmen mali punici.* Si ergo aliæ perfectiones divinæ, & una quælibet per totam plantam adumbrantur, cur divinus amor non per totum malum punicum, ſed per illius fragmen præfiguratur. Una arbor procera & alta in montium cacumine poſita, magis à nobis perceptibilis, magiſque à nobis videtur quàm fragmen unius pomi, & ſi omnia divina attributa incomprehenſibilia ſint, in immenſumque excedant noſtrûm intellectum, tamen de aliis attributis, aliquid tantillum magis poteſt inveſtigare, quàm de divino amore, & ideo, etſi alia attributa per totam arborem denotentur, amor verò per fragmen tantum: nam inter ipſa incomprehenſibilia, & inter ipſa, quæ tranſcendunt humanam mentem, id quod magis eſt incomprehenſibile, ac noſtrum captum ſuperat eſt divinus amor, & ideo ipſe non per totam arborem, vel fructum illius, ſed per fragmen innuitur, & denotatur.

Exceſſus divini amoris maxime abditi, & reconditi.

Joan. 13. *n.* 14. Si ergo ego lavi pedes veſtros Dominus, & Magiſter: & vos debetis alter alterius lavare pedes.

Num, 15. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

VERSIONES.

Syriac, n: 14. Si ego igitur Dominus veſter, & Magiſter veſter ablui

vobis pedes veſtros, quanto magis vos debetis alij aliorum pedes lavare.

Arabic. Cùm ergo laverim pedes veſtros Magiſter veſter & Dominus veſter, quanto vobis convenientius eſt alterum veſtrum alterius lavare pedes.

Euthym. Theoph. Et vos debetis invicem alij aliorum lavare pedes.

Vatablus. Vos quoque debetis invicem alij aliorum, &c.

Syriac. n. 15. Hoc enim exemplum dedi vobis.

Euthym. Præbui vobis.

Vatablus. Vos quoque faciatis.

EXPOSITIO. VIII.

S*I ergo.* Colligit Dominus ex ſupra 261.
dictis argumentum, & infert conſequentiam, ſi ego *Dominus & Magiſter* veſter cùm ſim, quod jam ex eorum dictis ſuprà propoſuerat; lavi pede veſtros, cùm ſervi, & diſcipuli mei ſitis: *Et vos debetis alter alterius lavare pedes*, cùm tanta diſtinctio inter vosmetipſos, ac inter me interſit, ut ſequenti §. ex D. Cyrillo adnotabo. Hæc quæ dicuntur ad literam intelliguntur de lotione pedum, ſub qua etiam intelligitur, ut non dedignemur opus etiam ſervile proximis exhibere, Theop.
ut eis ſubveniamus. Theophyl. *Alter alterius*, ait, *pedes lavet, hoc eſt omni miniſterio vocis invicem ſerviatis: id enim vult per lotionem, quæ eſt miniſteriorum infirma, ut alia longè honeſtiora non detrectemus.* Quod etiam adnotarunt Cajetan Janſen. Ponitur abjectiſſimum munus abluendi pedes, ut omnia alia officia intelligantur. Vel ſecundum D. Auguſt. ac Gloſſam interlin. Alter alteri lavat pedes cùm peccata dimittit, ac invicem pro eo orat, hoc enim, ait Hugo, Chriſtus fecit in exemplum humilitatis & in typum dimittendi injurias, & mutuo ſubveniendi peccatoribus orando pro eis.

Cajet. Janſen. D Aug. Gloſſa. Hugo.

Exemplum enim dedi vobis. Non verbo duntaxat, ſed etiam exemplo docui, vos efficacius movent verba, quàm facta: *Ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis*, Illâ particulâ, *ita* explicat Chr. D. Chryſ.
Secundum poſſibilitatem. Nam ut ait D. Cyrillus in Cyrill.
Catena Græca. *A minori ad majus progrediens Chriſtus à Domino ad ſervos: non æquabilitatẽ poſtulat dignitatis:* Ut quemadmodum ego feci, &c. *Sed pro virili parte noſtram imitationem requirit, ille ſe Deum humiliavit, nos vero humum humiliamus: inter noſtram, & illius humilitatem infinita eſt diſtantia, quemadmodum & inter noſtram, illiúſque naturam.* Ad viliora obligatur ſervus, quam Dominus, Dominus tamen à ſervis non humiliora exigit, ſed paria, *ut quemadmodum ego feci.* Ex quo D. Baſi. lib. Moral. regul. 70. c. 10. admonet, quod Prælatus prius debet facere, quàm aliquid faciendum ſubditis præcipere. Et c. 24. quod Prælatus D. Baſil.
ſicut dignitate, ſic humilitate præcedat.

262.

Ioannes Maria Capella Ordinis Prædicatorum in commentatio in hunc Domini ſermonem Jo. Maria,
fol. 41. & 42. excuſo Venetiis an. 1606. ſic interpretatur. *Quemadmodum ego feci.* Antequam par- 263.

Exhortatur Chriſtus conſcientiam purificandam ad Eucharistiam.

ticipes nos efficerem ſacræ meæ menſæ quam diſpono, lavi ſordes pedum veſtrorum maculas, nempe affectuum veſtrorum; ita etiam, & vos pro ſuo tempore antequam ad hanc ſacram meam menſam alios admittatis benignè maximè incumbatis eorum animis expurgandis, ac præparandis ad tantam menſam.

QUÆSTIO XLI.

Quare Chriſtus non dixit: debetis mihi lavare pedes, ſed potius ait alter alterius debetis lavare pedes;

264. AIT Chriſtus Dominus: *Si ergo ego lavi pedes veſtros Dominus, & magiſter veſter, & vos debetis alter alterius lavare pedes.* Non imponit eis præceptum, non dixit & vos lavare, ſed ait, *& vos debetis.* Seu ut habet Arabicus, *Convenientius eſt.* Nam propoſito ſuo exemplo, hoc eorum conſcientiæ committit, tantum exemplum præceptum erat. Et ut notat Chryſ. hom. 70. in Joan. Et non dixit Dominus, quod majus erat: *Si ego proditoris pedes lavi, quid mirum, ſi vos alter alterius: Sed rem fecit, deinde eam diſcipulis judicandam reliqui.* Ut ipſi eadem facerent ſuis conſervis, etiam eos injuria afficientibus.

Arabicus.

D. Chryſ.

265. Ad quæſtioné ait Chriſtus in præſenti. *Si ego lavi pedes veſtros, Dominus, & Magiſter, & vos debetis alter alterius lavare pedes.* Hæc conſequentia aliter videbatur inferenda, ſcilicet ſi ergo lavi ego pedes veſtros: & vos etiam mihi debetis lavare pedes. At Chriſtus ſublimiori modo illationem deducit: *Et vos debetis alter alterius lavare pedes.* Pietatis obſequia, quæ ſuis præſtantur, tanquam veluti ſibi inpenſa Chriſtus reputat. Et dum unus è diſcipulis alterius pedes lavat, totum miniſterium ut ſibi factum Chriſtus computat. Pulchrè D. Paſch. lib. 11. in Matth. *Credendum*, ait, *quod hæc omnia membris ſuis, ac ſi in ſe ipſo ſuſcipiat, quod in multis locis ſcripturarum apertiſſime monſtratur, ſicut & eſt illud, qui vos audit, me audit, & qui vos recipit, me recipit.* Luc. 10. num. 16.

Obſequia exhibita ſervis Dominus ſibi facta reputat.

Paſcahaſ.

Luc. 10.

266. Ad ſepulchrum Chriſti Domini Sanctæ illæ fœminæ primo diliculo cum aromatibus veniunt, ut mortuum ejus corpus ungerent, ſed non invenerunt: *Emerunt aromata ut venientes ungerēt Ieſum.* Marc. 16. n. 1. Tamen Chriſtus Dominus illarum adventum antevertit, ne ab illis ungeretur, Cujus rei ad præſens inſtitutum elegantem rationem aſſignat Bern. D. ſerm. 12. in Cant. *Providè*, inquit, *Dominus Jeſus paratam ſibi confectionem expendi noluit in ſuo corpore mortuo, ut ſervaret vivo, id eſt Eccleſiæ: ipſa charius corpus Chriſti: quod ne mortem guſtaret, morti illud alterum traditum fuiſſe, nullus Chriſtianus ignorat ipſum ungi, ipſum foveri deſiderat, ipſius infirma membra cupit fomentis, accurationibus relevari: ipſa ergo pretioſa unguenta retinuit, cùm anticipans horam, & accelerans gloriam, mulierum devotionem non eluſit; ſed inſtruxit.* Noluit Chriſtus illud pietatis officium in ſuo corpore exhiberi, ut inde derivaretur in ſuos transfundendum: *Mulierum devotionem non eluſit; ſed inſtruxit.* Ut quod in ſuis expendebatur, ut ſibi factum reputabantur: *Expendi noluit in ſuo corpore mortuo, ut ſervaret vivo.*

Marc. 16.

D. Bern.

Chriſtus pietatis opera exhiberi vult ſuis ſervis.

267. Apparet Deus Moyſi, Aaroni, Nadab, & Abiu, ac ſeptuaginta de ſenioribus Iſraël, & ſubdit textus, *quod hi viderunt Deum Iſraël & ſub pedibus ejus, quaſi opus lapidis Sapphirini.* Exod. 24. n. 10. Ubi Pagn. Cajet. & alij legunt. *Et ſub pedibus ejus quaſi opus lateris.* Volunt Hebræi, ut teſtantur Oleaſter, & Lyppoman. ibi eſſe alluſionem ad illum alium locum Exod. 1. n. 34. *Oderant*, ſcilicet Ægyptij, *filios Iſraël, & affligebant, atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum, operibus duris luti & lateris.* Ab hac igitur afflictione, duráque oppreſſione luti, & laterum, cùm educerentur filij Iſraël per manum Moyſis, & Aaron, ut ipſiſmet Prophetis oſtendat Dominus, quàm gratum, ac æſtimabile fuerit eorum opus in libertate populi impenſum, tanquàm ipſimet Deo exhibitum, lateres, à quibus educti ſunt filij Iſraël in ſede, ac throno ſuæ majeſtatis collocat, cùm eis ſe pomposè, ac gloriosè manifeſtat, tanquam ſuam ſedem ex ipſiſmet lateribus conſtruens, ac componens.

Exod. 24.

Oleaſter. Lyppom. Exod. 1.

De libertate populi, ut ſibi impenſa gloriatur Deus.

Chriſtum Dominum celebrans Regius Vates Pſal. 97. n. 2. *Salvavit ſibi dextera ejus.* De noſtra redemptione eſt ſermo, ubi maximè notandum eſt, quod non ait ſalvavit tantum populum ſuum; ſed addidit, *ſibi*, qua etiam phraſi utitur Eſth. 13. n. 16. *Ne deſpicias partem tuam, quam redemiſti tibi ex Ægypto.* Cur ergo noſtra redemptio, ac ſalus ſua dicitur, vita hominibus data in tanta æſtimatione, ac pretio eſt ei, ac ſi ipſimet eſſet impenſa, ac conceſſa, pro quo expendendus eſt ille caſus dandi *ſibi.* Veluti ſi commodum, ac utilitas ex noſtra ſalute Deo proveniret, tam ſollicitè, ac vehementer ipſe eam curat, ac ſollicitat. D. Baſil. ibi: *Immenſa*, ait, *benignitate uſus, mortalium vitam, ſuæ dicit eſſe emolumentum. Propterea non dixit, ſalvabit, ſed ſalvabit ſibi.* Theod. eodem loco. *Immenſa benignitate*, inquit, *utens, ſuum quæſtum, hominum vitam dicit, propterea non dixit ſalvabit ipſum dextera ejus, ſed ſalvabit ipſe ſibi,*

268. Pſal. 97.

Eſther. 13.

Salus populi ut ſuam reputat Deus.

Baſil.

Theod.

I can. 13 *n.* 19. Amen, amen dico vobis: Non eſt ſervus major Domino ſuo, neque Apoſtolus major eſt eo, qui miſit illum

Num. 17. Si hæc ſcitis; beati eritis, ſi feceritis ea.

Num. 18. Non de omnibus vobis dico: ego ſcio quos elegerim: ſed ut adimpleatur ſcriptura: qui manducat mecum panem, levabit contra me calcaneum ſuum.

VERSIONES.

Vatabl. Pagnin. n. 16. Non eſt ſervus major Domino ſuo, neque legatus major eſt eo, qui legavit ipſū.

D. Auguſt. Neque diſcipulus eſt ſuper Magiſtrum.

Arias. Neque Apoſtolus major eſt mittente illum.

Arabic. n. 17. Si vos ſciveritis hoc, beati eritis, quando feceritis illud.

D. Cyprian.

D. Cyprian. Hæc ſcientes beati eritis.
Cajetan. Si hæc noviſtis, beati eſtis.
Arabic. n. 18. Non ſignifico ſermone meo omnes vos, quia ſciens ſum quem elegi.
Vatablus Non de omnibus vobis loquor.
Eutyhm. Vt compleatur ſcriptura
Syriac. Vt ſcriptura adimpleatur: is qui edit mecum panem, ſuſtulit adverſùs me calcaneum ſuum.
D. Ambroſ in Pſalm. 40. Qui manducat panem mecum, levavit ſuper me calcaneum.

EXPOSITIO IX.

269. AMEN, *amen dico vobis.* Veriſſimum, ac certiſſimum eſt, quod communiter dici ſolet, *Non eſt ſervus major Domino ſuo.* In quantum ſervus, ut notat Carthuſianus, multo minor eſt Domino, & *Apoſtolus*, ſeu legatus, *minor eo qui miſit illum.* Hæc ex duplici capite Dominus Apoſtolis objicit, & proponit. Primò, ut ſuum argumentum de humilitate perſuadenda efficacius proſequatur, & in eorum cordibus inſinuet, ſi enim Dominus lavit pedes & ſervus lavet, nec enim ſervus recuſare poteſt opus, quod Dominus per ſe ipſum præſtitit; nec enim Apoſtolus, ſeu legatus dignari poteſt officium, quod ejus Princeps, qui eum miſit, per ſeipſum exercuit; ac proinde non tantum verbis, ſed etiam propoſito exemplo eos allicit ad humilitatem. Secundò, hoc argumento utitur Dominus, ut anticipatè occurrat eorum contentioni de primatu, quam mox ſecuturam prævidebat tam ſollicitus eſt Dominus de noſtra ſalute, ut antequam infirmitas pullulet, illi medicamen provideat.

Carthuſ.

Ante infirmitatem Deus providet remedium.

270. *Si hæc Scitis.* Ut apertè ſcio vos bene ſcire, quis enim ignoret Dominum majorem eſſe ſervo, & Principem ſuo legato, quod etiam vobis apertè manifeſtum eſt meo exemplo, cùm modò me vidiſtis ad veſtros pedes provolutum. *Beati eritis.* Modo non re, ſed tantum jure, ac ſpe; poſt mortem verò re futuri beati; Græci exemplaria habent de præſenti, *Beati eſtis*; hoc eſt jure, & ſpe: frequens eſt ſimilis locutio, Matth. 5. *Beati pauperes*, &c. ſententia hæc, ut notat Toletus, non eſt conditionalis tantum, ſed abſoluta, prædicit ſuos Apoſtolos beatos futuros, uno Juda excluſo: quem ſtatim excipit: *ſi feceritis ea*: ſi enim nempe impleveritis, quæ cognitione ſcitis, & in me vidiſtis. De qua latiùs quæſt. ſeq.

Græcus. Matth. 5. Tolet.

271. *Non de omnibus vobis* duodecim, *dico*, & loquor hæc, quæ modo dixi facturos eſſe, ego clarèſcio Judam id non facturum. *Ego ſcio quos elegi.* D. Auguſtinus, Beda, Rupertus de æterna prædeſtinatione interpretantur. At Chriſtus Dominus quando de æterna electione ad gloriam loquitur, nunquam ſolet eam ſibi tribuere, ſed Patri. Nec etiam eſt ratio cur modò de æterna electione ageret, veriſimilius ergo dicendum eſt cum Euthymio, Toleto, Maldonato, quod ſermo ſit de electione ad Apoſtolatum, de quibus Luc. 6. dicitur: *Vocavit ad ſe diſcipulos ſuos, & elegit duodecim ex ipſis,*

Auguſt. Beda. Rupert. Euthym. Tolet. Maldon.

quos & Apoſtolos nominavit. Ego enim, ait Chriſtus, ſcio, & ſcivi quos, & quales elegerim, quos & quales futuros eſſe, quos & quales mecum perſeveraturos; ſcio que & ſcivi Judam à me electum non facturum ea, quæ dixi, ſed mei proditorem futurum eſſe.

272. *Sed ut impleatur ſcriptura.* Tacitè occurrit Dominus cuidam objectioni, ſi enim ſciebas quos elegiſti, quare eum proditorem elegiſti? Reſpondet Chriſtus, ut Dei prædictio in ſcriptura explicata impleretur. Judas tamen non propterea Chriſtum prodidit, quia id ſcriptura prædixit; imo contra propterea Deus præſcivit, & per ſcripturam prædixit, quia Judas id erat facturus, ut docet N. D. Cyrillus Alexandrinus lib. 9 in Joannem cap. 10. *Non*, ait, *ut adimpleatur ſcriptura, nec iſta de cauſa facta ſunt à quibuſdam, quæ ſcriptura prædixit; ſed contra, quoniam ita nonnulli ſponte facturi erant, idcirco prajciens Spiritus ſanctus factura prædixit.*

Præoccupatur objectio. Cyril.

273. *Qui manducat mecum panem, levavit contra me calcaneum ſuum.* Septuaginta habent: *Magnificavit ſuper me ſupplantationem.* Divus Hieronymus, *Levavit contra me plantam.* Calcaneum eſt, poſterior pars pedis. Et eſt duplex ſenſus: levare, ſeu exaltare calcaneum, idem eſt ac calcitrare, ſeu poſteriore pede reflexo percutere, deſumpta metaphora ab equo, qui impacto calce pedis poſterioris, dominum incautum vulnerat, ac dejicit. Quare doloſæ inſidiæ, ac fallacia deceptoris Judæ ſignificantur, ut advertit Chryſoſtomus, quibus Dominum ſuum amicitiæ colore in manibus inimicorum in mortem tradidit. Et illud verbum: *Magnificavit*, nimiam ejus temeritatem, audaciam ac ſuperbiam denotat. Secundus ſenſus eſt, ex lucta deſumptus, ſolent enim luctatores calcaneo ſuo, ſive pede interjecto inter crura alterum, illidendo ſupplantare, ac impingere, ut cadat, & corruat. Sic Iudas fraudem, ac inſidias Chriſto tetendit ad mortem.

Septuag. D. Hier. Chryſoſt.

QUÆSTIO XLII.

Quare dicitur beatus non ſolum qui ſcit, ſed etiam qui facit?

274. AD quæſtionem rectè reſpondet noſter Divus Cyrill. Alexand. lib. 9. in Joan. cap. 9. exponens hæc Chriſti verba. Si hæc ſcitis, beati eritis, ſi feceritis ea: *Non enim magnum eſt*, ait, *virtutem cognoſcere, ſed ſtudioſè agere, id certè maximum eſt. Ego autem æſtimo melius quodammodo eſſe neſcire, quam quum ſcias, per ignaviam negligere: & quod bonum eſſe credideris ex deſidia præterire.* Ait Chriſtus Dominus. Luc. 12. n. 47. Qui voluntatem ignoraverit Domini ſui, & non fecerit, vapulabit paucis: qui autem ſcivit, & contempſit, vapulabit multis *Qui enim ignoraverit omnino, etſi culpa teneatur, quia diſcere fortaſsè neglexerit, veniæ tamen portio idonea ignorantia eſſe videtur; ſcientem autem ipſa conditio condemnat: contempſit enim, nec fecit, quod probè cognoverat.* Non ergo mirum, quod multi cædantur, qui cum ſcientia perversè peccant: ſcientes bona, non bene agunt: & diſcretionem recti, ac parvi intelligentes, parva ſectantur. Salvian. lib. 5. de provid. *Legem*, ait *legimus, & legitima calcamus:*

Cyrill. Luc. 12. *Maximè punitur, qui ſciens contra legem Dei peccat.* Salvian.

& adhoc tantum præceptorum ſacrorum ſcita cognoſcimus, ut gravius poſt interdicta peccemus.

Eccleſ. 1.

Ait Eccleſiaſt. 1. n. 18. *In multa ſapientia, multa eſt indignatio, & qui addit ſcientiam, addit & laborem.* Prima verba dupliciter intelligi poſſunt. Primò, ut ſumatur indignatio activè: quia qui ſapientiam habet divinorum, ſcitque voluntatem Domini ſui in ſcripturis declaratam, nec tamen implet, irritat utique & provocat vehementer ad iracundiam Dominus, ac multis diris tormentis meritò vapulabit. Sic interpretatur Chaldaicum ait: *Vir qui multiplicat ſapientiam, quando peccat, & non convertitur ad pœnitentiam, multiplicat indignationem à Domino.* Coſta in ſua tranſlatione ſic legit: *Conflat in ſe iram Domini, à quo ille auctus ſcientia fuerat.* Sicque interpretatur R. Salomon in Comment. Intelligunt, ait, Deum iraſci in filios, qui noverunt Dei legem, & præcepta, nec implent.

Maxime provocat divinam iram, qui ſciens peccat. — Chaldæus. — Coſta. — R. Salomon.

275. Secundò, paſſivè intelligitur indignatio, ut ſit ſenſus, quod in ſe quilibet iraſci debet, ne in eum ira Dei deſæviat, ſéque afficere debet dolore, antequam à Deo puniatur, eo quod cùm cognoſceret Dei mandata, ea minimè adimplevit. In hoc ſenſu interpreptatur D. Hieronym. locum. *Quanto magis,* ait, *quis ſapientiam fuerit conſecutus: tanto plus indignabitur ſubjacere vitiis, & procul eſſe à virtutibus, quas præcedens notitia exigit, Quia vero potentes potenter tormenta patientur: cui plus creditur, plus exigitur ab eo: propterea apponit dolorem, qui apponit ſcientiam, & contriſtatur mœrore ſecundùm Deum; dolétque ſuper delictis ſuis.* Similia verba habet D. Gregorius homil. 10. in Ezechiel.

Maxime iraſcatur quilibet in ſe, ne delinquat; ſciat. — D. Hier.

276. Multa verba modò ſunt expendenda, *qui addit ſcientiam, addit & laborem.* Scientia ad quandam humanam felicitatem ſpectat, ut teſtantur Philoſophi Et ut omnes fatentur; maximè inſervit animi oblectamentum, ac delectationem: quomodo ergo fieri poteſt, ut ex addita ſcientia labor augeatur? Maximè ſanè, quo enim quis plus ſapit, ac intelligit, plus debet agere, ac laborare, ut à peccatis fugiat, & legem Dei adimpleat ex ſcientia enim inducimur, ut bona cognoſcamus, & mala declinemus. Citatus D. Gregor. ſic ait: *Quo enim ſcire incipimus quæ ſunt cœleſtia gaudia, eo magis, ut errorum noſtrorum laqueos poſſimus evadere flendo laboramus, ſi æterna jam ſapimus, noſmetipſos deſpicimus egiſſe hoc, quod nos potuit ab æternitatis amore ſeparare.*

Vbi multa ſcientia, multus labor ne cadat homo. — Gregor.

277. Cùm meus Jesus penderet in cruce, Sacerdotes & Levitæ proclamabant, *Alios ſalvos fecit, ſeipſum non poteſt ſalvum facere.* Matth. 27. n. 41. Ad quid tendit hæc Sacerdotum proteſtatio, ac confeſſio, qua Chriſti miracula, beneficentiam, ac vivificam poteſtatem recognoſcunt, & evulgant? Divina ſanè providentia, ut ipſi ſuomet ore ſe condemnent, ac reos fateantur, qua ex ipſis ſignis, ac miraculis, eum ut verum Deum, ac Meſſiam cognoſcere tenebantur; & cùm tamen cognitionem oſtendant, in eum inſurgunt; ut crucis morte damnent. D. Paſchaſius lib. 12. in Matth. *Quam miſeri,* ait, *Sacerdotes, & Levitæ, qui legerunt omnia de Chriſto, quæ à lege, & Prophetis dicta ſunt, qui viderant, quod confitebantur: videbant utique, quod alios ſalvos fecerit, & irrident: veſtra, utique vos Phariſæi condemnat ſententia, qui credere noluiſtis.*

Matth. 27. — *Sciens cum deliquit. ſuo ore ſe condemnat.* — Paſchaſ.

Quæstio XLIII.

Quare dicitur quod Iudas contra Chriſtum levaverit, ſeu magnificaverit calcaneum ſuum?

Sensum litteralem hujus rei jam tractavi in Expoſitione. Nunc verò in præſenti inquirimus: Quare dicitur quod Judas contra Chriſtum levaverit calcaneum ſuum ſeu adverſus eum magnificaverit ſupplantationem. Nunquam Judas ipſum Dominum calcaneo: ac plantis ſubegit: quomodo ergo ait Chriſtus in præſenti: *levavit contra me calcaneum ſuum*? Qui locus deſumptus eſt ex Pſal. 40. n. 18. *Magnificavit ſuper me ſupplantationem.* Quæ ergo fuit actio Judæ in Chriſtum? quæ magnificæ ſupplantationis nomen promeruit? Senſum literalem jam explicavi in expoſitione n. 265. Nunc verò, moralem quæro. 278.

Ratio difficultatis. — Pſal. 40.

Reſpondeo ad quæſtionem ex eo quod Judas D. Jeſum vendiderit, inde nomen peſſundationis deſumptum eſt. In venditione, quædam dominij actio reſplendet, nemo enim vendere creditur, niſi quod ſuum eſt: & quamvis alias ſuum non ſit, tamen eo quod illud venale exponit, ſuum eſſe apparet: Chriſtus ergo D. in omnium ſalutem erat datus, tamen de eo tanquam de re ſpeciali Judas paciſcebatur; & veluti ſi ad ipſum ſolum Chriſtum attineret, cum in venditione exponebat. Hoc ergo Judæ facinus, quo Chriſtum communem omnium principem, ſingulariter tanquàm ſuum propalabat, adeo Chriſto extitit infenſum, & contumelioſum, ut eum tanquam ſui conculcatorem, ac ſupplantatorem reputaret. Rupert. *O perverſa magnificentia,* ait, *ô magnifica ſupplantatoris perverſitas! qui univerſam noſtræ ſalutis hoſtiam faciens ſuam, ſic quaſi ſuum peculium poſſeſſorem mundi, ſolúmque & unum cœli, ac terræ venalem propoſuit Dominum; multum ergo altè ſuum contra illum lavavit calcaneum:* Velle quanpiam Principis amorem, ac beneficentiam etiam apparenter ad ſe contrahere: magna eſt Principis ſupplantatio ac conculcatio. 279.

Dicit Chriſtus eum peſſundare, qui ad ſingularitatem eum vult trahere. — Rupert.

Poſtquàm Judas D. Jeſum vendidit triginta argenteis, ac tradidit Judæis. Ait ſacer text. *Retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum, & ſenioribus dicens: Peccavi tradens ſanguinem juſtum.* Matt. 27. n. 3. Quiſnam ſtimulavit pecuniæ cupidum, avaritiæ ignibus deflagrantem argenteos à ſe abigere, ac repellere? quiſnam eos à tanta ambitionis tenacitate eripuit? Divina diſpoſitione hoc factum eſt, Judas dum Chriſtum D. Principibus ſacerdotum vendidit, ac pretio taxavit, id quod commune erat, quaſi ab omnibus eripuit, & in unius redigit poteſtatem eis, qui non emerunt, exiſtimantibus Chriſtum plus ſui ipſorum, jam juris eſſe, quàm aliorum. Deinde cùm triginta argenteis Chriſtum appretiat, quaſi indicat illos dumtaxat eum aſſequi poſſe, quibus triginta argentei ſuppeditant. Videns Chriſtus hanc Judæ diſpoſitionem ſuo imperio maximè eſſe injurioſam, multúmq; detrahere de majeſtate illius beneficentiæ, quæ ad omnes tam divites, quàm egenos extendebatur, ſolum coarctabatur ad eos, qui triginta denarios poſſent ſolvere, inde miſerum avarum coëgit; ut pecuniam deponeret, tanquam ſi infelix fateretur, hunc Principem omnibus eſſe communem, & ſub nullius jure particularem. 280.

Matth. 27. — *Injuriam infert majeſtati, qui illius favorem ſolus ſibi intendit vendicare.*

Oleum

101. *Oleum effuſum nomen tuum.* Et tam largita effuſione ſubditorum animos ad ſe vehementer inclinavit, inde ſubditur: *Ideò adoleſcentulæ dilexerunt te.* Cant. 1. n. 2. ponderandum eſt, quod dicitur oleum effuſum, non verò venale. Inter utrumque hoc eſt diſcrimen, quod venale paucis poteſt contingere, cùm pretioſum ſit, & pluris ſtet; quod autem effunditur pervium eſt omnibus, & abſque alicujus moleſtia obtineri poteſt. Quapropter Chriſtus Dominus non ſe ut oleum venale expoſuit, cujus pauci ob paupertatem, & indigentiam, ac etiam avaritiam participes efficientur, ſed ut quid commune, ac vulgare omnibus pervium, quod etſi pretioſum facilè conſequi poteſt. D. Ambr. lib. 3. de Virginibus: *Accipe,* ait, *unguentum æſtimatum trecentis denariis, ſed gratis datum, non venditum, ut omnes haberent.*

Cantic. 1.
Dei beneficentia omnibus pervia.
D. Ambr.

Ioan. 13. *n.* 19. Amodò dico vobis priuſquam fiat: ut cum factum fuerit, credatis, quia ego ſum.

Num. 20. Amen, amen dico vobis: qui accipit, ſi quem miſero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum, qui me miſit.

VERSIONES.

Syriac. Iam nunc dico vobis.
Arias. Ante fieri, ut cum factum fuerit.
Theopil. Quo ego ſim.
Syriacus. n. 20. Quiſquis recipit quem ego miſero, me recipit; & qui me recipit, recipit eum qui miſit me.
Arabicus. Si quis acceperit unum ex illis, quem ego mittam, accipiet me, & qui accipiet me, accipiet eum, qui me miſit.
Origen. Siquis recipit quemcumque ego miſero.

EXPOSITIO X.

282. D. Aug. Rupert. Beda.

AModò *dico vobis.* D. Aug. Rupert. Beda, & alij ſic interpretantur: *Ut cum factum fuerit, credatis, quia ego ſum.* Videlicet ille, de quo David vaticinium protulit proximè dictum, *qui manducat mecum panem, levavit contra me calcaneum.* Tamen cùm Chriſtus dicat in præſenti textu, *Dico vobis priuſquam fiat.* Videtur quod hæc ſententia ad aliud ſcopum tendat. *Amodò,* Seu ut legit Syriacus: *Iam nunc.* In hoc nempe temporis articulo, quod proximè eveniet. *Dico vobis priuſquam fiat.* Prædico vobis me dolo opprimendum ab uno ex meis diſcipulis. *Ut cum factum fuerit.* Ut explicat D. Cyrill. Videntes rerum exitum: *Credatis* firmiter, ac conſtanter credatis, *quia ego ſum:* quia ego ſum verus Deus, verúſque Meſſias, totius ſcientiæ fons, cui futura omnia contingentia cognita manifeſta ſunt. Quod eſt proprium Divinitatis ſignum. *Annunciate quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus, quia Dij eſtis vos.* Iſa. 41. Et ut etiã ſcirent, quod ipſe ſponte ſeſe morti offerebat, pro redemptione hominum, quia illa omnia præſciens cum poſſet præcavere, ac ſe ſeducere noluit, ſed potius voluit pati pro ſalute hominũ. Et hæc eſt præcipua cauſa, ob quam frequenter Iudæ perfidiam notat, ne poſtea judicaret ignoraſſe, & imprudés, ac incautus incurriſſet in mala inopinata.

Syriacus.
Cyril.
Iſai. 41.

Amen, amen dico vobis. Veriſſimè ac certiſſimè hoc habere. *Qui accipit ſi quem miſero.* Laborant interpretes in connexione horum cum ſuperioribus. Breviter dico cum Cardinali Toleto, Barrada, Luca Burgenſi, Cornel. & alijs. In ſuperioribus hortatus fuerat Dominus ſuos Apoſtolos, tam exemplo, quàm verbo ad abjecta, & humilia officia erga ſe mutuo, ac alios, cum eorum pedes lavaret, ad quod ſimiliter faciendum admonuit eos. *Non eſt ſervus major Domino ſuo,* & inſuper addiderat Dominus ſe ab uno ex ſuis domeſticis eſſe dolo tradendum. Ne ergo Apoſtoli anxij pertimeſcerent, Domino ſublato, quod ipſi manerent omnibus contemptibiles tanquam homines nullius auctoritatis, utpote addicti humilibus officiis erga proximos, & tanquam expoſiti ut à fratribus traderentur, Chriſtus magnum præmium aſſignat iis, qui eos hoſpitio humiliter, benignè, ac fideliter receperint, qui enim vos meos Apoſtolos à me miſſos hoſpitio acceptaverit, me Patrémque meum accipit, mihi patrique meo miniſtrat, magna inde remunerationem lucraturus, ac proinde non deficient, qui vos adjuvabunt, ac benignè fovebunt, & recipient. Theophylact. *Attendo,* ait, *conſolationis genus: ſicut Deum ipſum in honore habebunt vos homines.* 283.

Tolet. Barradas. Luc Burg. Cornel.
Connexio textus.
Theoph.

CAPUT VI.

Prædicitur proditor Judas.

Matth. 16. *n.* 21. Et edentibus illis dixit: Amen dico vobis, quia unus veſtrûm me traditurus eſt

VERSIONES.

Syriac. Et cum ederent, ait; Amen ego dico vobis, unus ex vobis prodit me.
Pagnin. Prodet me.
Vatabl. Theoph. Ille proditurus eſt.

ALTER TEXTUS.

Marc. 14. *n.* 18. Et diſcumbentibus eis, & manducantibus, ait JESUS; Amen dico, vobis, quia unus ex vobis, tradet me, qui manducat mecum.

Luc. 22. *n.* 21. Verumtamen ecce manus tradentis me mecum eſt in menſa.

Ioan. 13. *n.* 21. Et cùm hæc dixiſſet JESUS turbatus eſt ſpiritu, & proteſtatus eſt, & dixit. Amen, amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me.

EXPOSITIO. I.

EDentibus *autem illis:* ſcilicet duodecim Apoſtolis cum JESU, edentibus nempe cibos

Sà, Tirinus.

bos uſuales,& communes,ut notarunt Sà, Tirinus, & alij, Chriſtus cum ſuis diſcipulis primò comedit Agnum Paſchalem, lavit diſcipulorum pedes; deinde iterum ſedit cum Apoſtolis,& cum eis comedit aliquos cibos communes, & uſuales, & inter hæc prædixit proditorem, & tandem ad ſacræ Euchariſtiæ inſtitutionem devenit.

1\. Syriacus. Arabicus. Athanaſ.

Scribit D. Joannes. Et cum hæc dixiſſet, quæ ſuperiùs ſunt relata: *Turbatus eſt ſpiritu.* Legit Syriacus: *Infremuit Spiritu.* Arabicus: *Commotus eſt ſpiritu.* Hæc turbatio ſpiritus fuit quædam ingens triſtitia, ac vehemens dolor intimis ſenſibus de perditione,ac damnatione Judæ, ac illius immani ſcelere, nam turbari ſpiritu, idem eſt,ac triſtitia, & dolore affici. Ut infrà q. 4. dicam ex D.Athanaſio. Hunc autem dolorem non involuntariè Chriſtus paſſus eſt,ſed liberè in ſe admiſit, ac ultro aſſumpſit,ut citata q.latius dicam. *Et proteſtatus eſt.* Græcè *teſtatus eſt,* ſeu palam,ac apertè futurum affirmavit. *Amen,amen.* Vocis repetitio ad majorem certitudinem facit.

2\. Græcus. D. Marcus. Syriacus.

Unus veſtrum. Nempe ex duodecim Apoſtolis meis, *me traditurus eſt* Græcè tradet, ſeu prodet hoſtibus meis crudeliſſimis me ad mortem quærentibus. Et cùm ait me traditurus eſt,non explicat quibus ſit tradendus, quia ſatis manifeſtum erat Apoſtolis quod tradendus eſſet principibus Sacerdotum, ac ſenioribus populi capitales inſidias contra Chriſtum aſtruentibus. Addidit D. Marcus: *Qui manducat mecum.* Syrus legit: *Unus ex vobis comedens mecum, ipſe prodet me.* Ut ex illa circunſtantia præſentis beneficij conceſſi deteſtabilior reddatur Judæ perfidia, ſi enim extraneus hoc feciſſet, mitiùs ferri poterat.

Quæstio I.

An Chriſtus Dominus proditionem Judæ indicet ante Euchariſtiæ myſterium inſtitutum an poſteà?

3\. *Ratio difficultatis.*

RATIO difficultatis eſt, quia D. Matth. & Marcus prædictionem Judæ proditoris à Chriſto dictam præponunt inſtitutioni Euchariſtiæ; D. verò Lucas poſtponit. Nam poſtquam ſcribit c. 22. n. 21. Admirabile Sacramentum verbis prolatis confeciſſe Dominum, ſic ait locutum fuiſſe: *Veruntamen ecce manus tradentis mecum eſt in menſa*: triplex eſt in hac re ſententia, & unaquæque probabilis.

4\. Janſen. Franc. Luc. Menoch. *Ante Sacramentum inſtitutum.*

Prima ſententia eſt Janſenij, Franciſci Lucæ, Menochij, & aliorum exiſtimantium, quod Dominus prædixerit proditionem Judæ poſt inſtitutam Euchariſtiam,ut narrat. D. Lucas. At verò D. Matthæus, & Marcus, qui antea referunt, anticipatione uſi ſunt. Fundatur hæc opinio, quia ſi ante inſtitutam Euchariſtiam proditionem traditoris declaraſſet,Apoſtolorum animos turbaſſet, ac ad iram excitaſſet, & inde minus attentos, ac diſpoſitos ad tantum myſterium percipiendum redderet. Ad fundamentum non eſt multum efficax, quia ante inſtitutam Euchariſtiam prædixit Chriſtus Apoſtolis ſuam mortem, & paſſionem, quæ maximè Apoſtolorum animos poterat turbare & ad iram contra carnifices excitare. Deinde hæc prædictio proditoris ante Euchariſtiam inſtitutam maximè inſerviebat, ut illa Judas admonitus à ſuo ſcelere deſiſteret, ut tanto Sacramento redderetur aptus.

5\. D. Clem. Hilar. Baron. Barradas. Tirin.

Secunda ſententia ex Clementis lib. 5. conſtitutio. Apoſtolicar. cap.15. D.Hilar Canon.30.in Matth. quem ſequuntur Baron. anno Domini 34. Barradas, Tirinus, & alij, qui aſtruunt proditionem Judæ dictam eſſe à Chriſto poſt inſtitutam Euchariſtiam, ut ſcribunt Matthæus, & Marcus. At D. Luc. recapitulatione utitur; fundari poteſt hæc ſententia,quia ita ſcribunt duo illi Evangeliſtæ D. Matthæus, & Marcus, qui ſunt temporum obſervatores, ut de Matth. teſtatur D. Hieron.in ejus prologo.

6\. Auguſt. Euthym. Tolet. Cornel. *Verior ſententia his prædicit proditorem.*

Tertia ſententia inter illas duas & mihi probabilior eſt expreſſa D. Auguſt lib.3.de conſenſu Evangeliſtar. cap. 1. Euthym. in cap.22. Luc. Toleti in cap. 13. Ioann. Annot. 7. Cornelij à Lapide in cap. 13. Ioan. qui omnes tenent Chriſtum bis prædixiſſe proditionem Judæ, ante Euchariſtiam inſtitutam, & poſt ejus celebrationem iteraſſe. Primò, ita conciliantur D. Matth. & Marcus cum Luca, utrique verum ſcribunt, & rem ſuo ordine narrant. Secundò, quia hæc repetitio maximè indicat quantum Chriſtus indoluerit ſuper atrocitatem criminis, ita ut turbatus eſſet ſpiritu, & ingemens diceret, *Væ homini illi*, Tertiò hæc repetitio ſæpe concutiebat animum Judæ, ut intelligeret ſuum crimen eſſe notum Magiſtro, ut ab illius immani executione deſiſteret, Quartò.Hæc iterata prædictione præmuniebantur Apoſtolorum animi, ut videntes Judæ proditionem, & Dominum in manibus ſuorum inimicorum traditum, conſtanter in fide Chriſti perſiſterent agnoſcentes omnia illa præviſa fuiſſe à ſuo Magiſtro, & cum declinare potuerit, tamen pro redemptione mundi voluerit in holocauſtum offerri.

Quæstio II.

Quare Chriſtus prædixit proditionem à Iuda faciendam?

7\. Toletus. *Tripliciter Chriſtus objicit Judæ ſuum crimen.*

IN cœnaculo multoties prædixit Dominus Judæ proditionem, ut notavit Toletus. Primò valdè tacitè, & occultè, cum dixit: *Vos mundi eſtis, ſed non omnes.* Ioan. 13. ſuprà n. 10. Secundò apertius: *Qui manducat mecum panem, levavit contra me calcaneum*, n.18. Tertiò magis apertè non tamen nominata perſona: *Vnus ex vobis tradit me*, Ad quæſtionem

8\. D. Chryſ. Paſchaſ. Auguſt. D. Thom. Bonav. *Chriſtus ſponte morti oblatus eſt.*

Primò reſpondent D. Chryſoſt. D. Paſchaſ. in Matth. D. Aug. D. Thom. D Bonav. in Joan. ſæpè Dominus ſuis Apoſtolis prædixit Judæ proditionem, ut illius ſe conſcium oſtenderet, ac ſe non ignoranter, nec invitum, nec incautū, ſed ſponte, ac voluntariè pro hominum ſalute ſe pati ſignificaret,unde mortem non fugit,ſed proditori, ac hoſtibus tanquam agnus obviam exiens libenter ſeſe illis obtulit ad mortem, ut poſteà diſcipuli cum eum comprehenſum viderent, non vacillarent, ſed potius in fide firmarentur,& hac de cauſa toties Chriſtus prædixit proditionem Iudæ, ut eum agnoſcerent eſſe verum Deum, qui futura contingentia præſciebat, quod proprium eſt Dei, ut ex Iſai 41. n.23. notavi in fine ſuperioris capitis expoſit. ult.

9\. D. Apoll.

Secundò. Apolinarius in Catena Græca ad cap.13.

cap. 13. Joan. *In his*, ait, *& ſcientia, & patientia Domini eluxit utraque in ipſo divina ſcientia quidem in proditore cognoſcendo, & verbo illum à ſalvandis ſegregando, quando quidem reipſa noluerit eum ſeparare, ſed non ſecus, ac aliorum, ſic ejus quod pedes abluerit. Dei autem proprium eſt, crutari corda, & ex iis, quæ futura ſunt prævidere. Divinæ quoque patientia, apparuit, quod nullo probro inſidiatorem ſuum affecerit, ſed æqualiter cùm cæteris honorariis, nequitia ejus in commune bonum uſus.* Prædixit proditorem, ut oſtenderet ſuam omnimodam ſcientiam, ut ſuperiori ratione dixi, declarans etiam ſuam infinitam patientiam, qui agnoſcens proditorem, qui eum quærebat ad mortem, ipſe eum ſollicitabat ad vitam, benignè cum eo agens nulla ignominia afficiens, ſed magno honore illum proſequens, & in cunctis æqualem cum cæteris faciens; multáque cum benignitate ejus delicta corrigens, D. Iuſtin. lib. de Agone Chriſti, cap. 5. *In fine*, ait, *namque præcipue bonitatis argumentum eſt, inſidias pati, & ſilentio tegere perſequentem, calumniatoremque amando corrigere.*

Infinita Domini patientia proditorem agnoſcens honorat.

D. Iuſtin.

10. Tertiò. Prædicit Chriſtus Judam traditorem, ut illius conſcientiam pungeret, & ad pœnitentiam ſtimularet. Ut docent D. Chryſ. D. Paſchaſ. Beda. D. Hieron. in Matth. qui ait. *Mittit crimen in numero, ut conſcius agat pœnitentiam.* Hoc eſt conjecit crimen traditionis non in unum, ſed in numerum diſcipulorum, *dicens, unus tradet me.* Neminem notans, ut is qui ſibi conſcius tanti ſceleris erat, pœnitentiam ageret, propoſitum mutaret, cum videret conſilia ſua, Magiſtro nota. Apertè Jeſus videbat Judæ excæcationem, non ideo tamen correptionem omittere voluit, ut omnem illi excuſationem amputaret, & ſuam erga eum benignitatem declararet.

Chryſoſt. D. Paſchaſ. Beda. Hieron.

Chriſtus Iudam excitat ad pœnitentiam.

11. Quartò. D. Chryſ. homil. 2. de Paſſione. *Cum deſcriberet*, ait, *cùm de duodecim diſcipulis, & manducantibus eis diceret: Amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me. Aſcendit Chriſtus propriæ Deitatis tribunal, & illud convivium velut cataſtam ante ſe conſtituens, conſcientiæ tormento confiteri compulit reum: ut in actionem conceptum poſſet revocare peccatum.* Sæpè Chriſtus ſermonem fecit cum ſuis Apoſtolis de ſua morte, crucifixione, ſuis pœnis, ac tormentis, numquam tamen explicavit quod ab uno ex eis eſſet tradendus, niſi modo cùm divinam præbet menſam, cum ſuiſque illi accumbit cur cum ad divinam menſam devenit traditoris meminit. *Aſcendit Chriſtus propriæ Deitatis tribunal, & illud convivium velut cataſtam ante ſe conſtituens.* Stabat Chriſtus in illa menſa tanquam in tribunali, & illud convivium tanquam cataſtam ad reum deputabat. Rei enim cataſta torquebantur, ut perpetrata facinora confiterentur; ſimili ferè modo Jeſus illud cœleſte convivium parat, ut in illo velut cataſta, ſeu quodam tormenti genere torqueret reum uſque ad confeſſionem, & criminis declarationem, qua ſtante ſalutis veniam impetraret, confeſſio enim peccati efficaciſſimum remedium eſt ad ſalutem aſſequendam.

D. Chryſ.

Ad Euchariſtiam ut ad judicium accede confeſſione præmiſſa.

12. Canit Regius Vates Pſalm. 88. n. 15. *Juſtitia, & judicium præparatio ſedis tuæ.* Quænam ſedes Dei eſt; ſacra nempe Euchariſtia, quæ debet pectori noſtro tanquam in ſancto ſanctorum reponi, & quænam præparatio pectoris, ad tantam Dei majeſtatem tanquam in ſede excipiendam, vitæ ſanè ſit renovatio per judicium, ac ſtricta juſtitiæ meta. Pœnitentia enim quædam juſtitiæ pars eſt, ut docent graves Theologi. Hujuſmodi ergo judicium cùm exacta ratione juſtitiæ præparatio ad Euchariſtiam eſt, ut hominis anima fiat ſedes, ac Dei habitatio cum renovata, ac purificata vita. D. Thom. Opuſcul. 58. c. 16. *Adſit accuſatrix*, ait *cogitatio, & teſtis conſcientia, & carnifex timor Domini, inde quidam ſanguis animæ confitentis profluat: & ſic homo dignus erit ad ſumendum corpus Chriſti, nunc in Sacramento, & perfecta fruitione in futuro.*

Pſalm. 88.

Confeſſionis judicio Euchariſtiam præparatur homo.

D. Thom.

13. Ait Iſai. 6. n. 1. *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & elevatum: & ea, quæ ſub ipſo erant, replebant templum. Seraphim ſtabant ſuper illud. Sex alæ uni, & ſex alæ alteri: duabus velabant pedes ejus.* Deus abſconditus Seraphim alis denotat Deum occultatum ſpeciebus ſacramentalibus in ſacra Euchariſtia, ut explicat Leo à Caſtro; ſolium verò excelſum anima eſt juſti, quæ ſi purè, ac dignè Deum recipit, ſolium excelſum, & elevatum eſt. Sed quomodo hic thronus excelſus Deo præparatur? Canit Regius Vates Pſal. 88. n. 37. *Paravit in judicio thronum ſuum.* Cum anima judicio confeſſionis, ac pœnitentiæ Deo præparatur, tunc ei fit thronus excelſus, ac elevatus, ut in eo Deus ſedeat, & recumbat. Richard. de Sanct. Laurent. de laudibus B. Mariæ lib. 10. *Non facit ſolium*, ait, *qui ſe non judicat de præſenti: In illis ſedet Chriſtus, in quibus ſæpe celebratur illud judicium, de quo Apoſtolus, ſi noſmetipſos dijudicaremus*; &c.

Iſai. 6.

Leo à Caſt.

Pſalm. 88.

Judicio confeſſionis præparetur anima.

Quæstio III

Quare Chriſtus Iudam expreſsè non nominavit, ac indicavit?

14. Variæ hujus rei referuntur cauſæ, & communes. Prima ut ejus famæ dominus conſuleret, ut idem nos noſtris proximis facere inſtrueremur, ne in publicum mox occultos peccatores produceremur. Maximè tamen expendendum, quod dum Chriſtus Dominus ait: Unus veſtrûm me traditurus eſt. Ut ſcribit D. Ioan. *Contriſtati valdè cœperunt ſinguli dicere. Numquid ego ſum Domine*; Ita enim audito illo verbo: *Unus veſtrum me traditurus eſt*, ſunt mœrore, ac triſtitia affecti, ut dicat D. Chryſ. dandus expoſitione ſequenti. *Semimortui jam erant, hoc pavore conſternati.* Cur Domine tam enormis criminis auctorem non detegis, ad quid tuos chariſſimos Apoſtolos, tam duro verbo percutis, ut quaſi mortui reddantur, dum tantum flagitium in ſe quis timet? Maluit dilectiſſimos apoſtolos ſuos affligere, quàm perditiſſimum ſubditum, illiúſque execrabilem malitiam detegere, dum aliqua eſſet ſpes, quod compunctus in ſe reverteretur. D. Chriſ. homil. 1. de Lazaro, *Suſtinuit*, ait, *omnes in angorem induci, ne vulgaret proditorem, ac manifeſta redargutione redderet etiam impudentiorem. Nam ut intelligas quod illis etiam angorem injecerint Chriſti dicta, licet nullus ſibi mali conſcij, audi quomodo quiſque anxius dicat, Num ego ſum Domine?*

Ioan. 13.

Chryſoſt.

potius vult Chriſtus ſuos Apoſtolos contriſtare, quàm unius ſcelus detegere.

Chryſ.

1. Secundò. Ne Petrus, ac alij Apoſtoli in proditorem Judam inſurgant. D. Chryſoſt. homil. 71. in Ioannem. *Fortaſſe*, ait, *eum diſperſiſſent Apoſtoli, fortaſſè Petrus eum interemiſſet.* Theophylactus. *Proditor*, inquit, *uno eſt manifeſtatus, alioquin eum diſcerpſiſſet Petrus fortaſſe, & occidiſſet eum.*

Petri fervidus amor erga Chriſtum.

Cyril. Theoph. D. Thom.

eum. D. Thomas in cap. 13. Joan. *Ita fervidus*, ait, *in amore Chriſti erat Petrus, quod ſi pro certo ſciviſſet Iudam fuiſſe Chriſtum traditurum, ſtatim occidiſſet eum.* Mihi veriſimilius, quod ſi Apoſtoli proditorem agnoviſſent, ab impia cogitatione eum conati eſſent removere, ac ab illo Magiſtrum liberare.

16. S. Leo. Tertiò. S. Leo ſerm. 7. de Paſſione dicens; *Itaque Dominus*, ait, *Amen dico vobis, quod unus veſtrum me traditurus eſt, notam ſibi traditoris, ac proditoris conſcientiam demonſtravit, non aſpera, nec aperta impium increpatione confundens, ſed levi, ac tacita admonitione conveniens; ut facilius corrigeret pœnitudo, quem nulla deformaret abjectio.* Dominus benigna ac leni admonitione Iudam pungit, & invitat ad pœnitentiam, cujus iniquam proditionem ſibi eſſe notam indicat; & tamen ipſum non vult propalare, ſed leniter admonere. Sic pergit citatus S. Leo. *Redi integrum, & depoſito furore reſipiſce. Clementia invitat, ſalus pulſat, ad vitam vita te revocat.*

Chriſtus leniter admonet proditorem.

17. S. Leo. Quartò ad illa verba citata D. Leonis. *Ut facilius corrigeret pœnitudo, quem nulla deformaret abjectio.* Ait Chriſtus, *Unus ex vobis me traditurus eſt.* Quo audito gravi dolore percutiuntur Apoſtoli, dum unuſquiſque ſibi tantum malum timet. Cur ergo Domine proditorem non exprimis? *Ut facilius corrigeret, quem nulla deformaret abjectio.* Non exprimitur Iudas, quia ipſe videns ſuum crimen eſſe occultum, & ſe adhuc eſſe honoratum numero duodecim Apoſtolorum honoris fræno à tanto malo, ac crimine ſe debebat continere, ac reprimere, frequenter enim honoris ſpecies multos in ſanctitate, ac probitate continet. Cùm egreſſi eſſent Iſraëlitæ de Ægypto, de eis locu-
Num. 33. tus Moyſes ait. *Profecti de Phihahiroth tranſierunt per medium mare in ſolitudinem*, &c. Num. 33. n. 8. Maximè notat Moyſes unde proficiſcantur, ut ſecurè, & audenter audeant mare pertranſire.
D. Hieron. Exeunt nempe de *Phihahiroth*, quod os nobilium interpretatur, ex ipſo enim nobilitatis honore, ex quo prodibant, maximè firmati ſunt, ut mare ingrederentur, ac per medium ejus incederent. D. Hier. epiſt. ad Fabiol. *Non poterant*, ait, *ad rubri maris gurgites pervenire, & Pharaonem cum ſuo exercitu videre pereuntem, niſi poſtquam habuerunt in ore nobilitatis.*

Honori, zelus ſæpe reprimit à malo.

18. D. Leo. Quintò. Ad eadem citata D. Leonis verba. *Leni, & tacita admonitione conveniens, ut facilius corrigeret pœnitudo, quem nulla deformaret abjectio.* Secretè, & tacitè admonet, ne publicato facinore Iudas impudentior fieret, nam infamia publicata inpœnitentiam, ac impudentiam negotiatur, qui verecundiam deponit, non dubitat omni tur-
D. Hieron. pitudini, ac impudentiæ ſe committere. D. Hier. in cap. 29. Matth. *Iudam*, ait, *non deſinat ſpecialiter Dominus, ne manifeſtè coargutus impudentior fieret.*

Ex publicato dilicto homo impudentior.

Chriſtus Dominus docens ſuos diſcipulos
19. ait. *Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum.* Matth. 18. n. 15. Quare
Matth. 18. præcipitur ut correptio abſque arbitris fiat. An non efficacius cohiberetur homo, ſi patenti increpatione nocens efficeretur; Videant cuncti flagitium, ut cauti reddantur, ut flagitioſum devitent. Ad quid nocens ſecreto mulctandus; præclarè D. Auguſtinus ſerm. 16. de verbis Domini.
Auguſt. *Corripe*, ait, *eum inter te, & ipſum ſolum, ſtudens correptioni, parcens pudori: fortè enim præ verecundia incipit defendere peccatum ſuum: & quem vis facere correctiorem, facis pejorem.* Secreto corripe, nam delicti ſecretum pœnitentiæ & lenocinium, & emendationis blandimentum, argue occultè ſtudens correptioni, parcens pudori. Nam evulgarum ſcelus aliquando magis inſervit obdurationi, quàm emendationi, qui videt ſui honoris jacturam, quam veluti de eo emiſſo nil curat, inde in graviora crimina prolabi, ac præcipitari non dubitat.

Criminis publicatio majoris ruinæ occaſio.

QUÆSTIO IV.

Quare Ieſus dicitur turbatus ſpiritu?

20. D. Athanaſ. AIt Evangeliſta, *Turbatus eſt Ieſus ſpiritu.* Turbatio hæc fuit ingens dolor, vehemenſque triſtitia, ut explicat D. Athanaſ. lib. de carne Chriſti, fuitq; ingens indignatio, ob graviſſimum Judæ nefas, quod eum illicò eſſet traditurus Iudæis. Ob ergo gravitatem criminis Iudæ, illiúſque damnationem, ac perditionem poſſet, & nollet revocare gradum intimis animi ſenſibus indoluit Chriſtus, & infremuit ſpiritu, veluti gemitum magnum doloris dedit. *Turbatus* Joan. 11.
eſt ſpiritu. Sic hic dicitur ut ſuprà Joan. 11. n. 33.
in morte Lazari. *Turbavit ſeipſum*; & ſicut ſuprà Joan. 12.
Joan. 12. n. 27. *Nunc anima mea turbata eſt.*

Turbatus dicitur non fictè, ſed verè, nec in- 21.
vitus, aut ex improviſo, ſed ſponte, à ſeipſo,
poteſtate, non infirmitate hunc affectum in- Auguſt.
duit, ut docent D. Auguſtinus tract. 60. in Joan. Iuſtin.
D. Juſtinian lib. de Agone Chriſti, cap. 5. Ex conſiderato ergo præſenti objecto criminis, ac damnationis Judæ motus eſt Chriſtus, non tamen ſic motus eſt: ut paſſio turbaret rationem, ſed ſedatis, ac quietis omnibus animæ potentiis, ſolus appetitus ſenſitivus motus fuit paſſione, in corpus redundante, oſtendens turbationis affectum mutato, ac mœſto vultu, triſtique voce animi dolorem indicante, ut ſtatim ex Divo Cyrillo explicabo.

Ad quæſtionem reſpondeo. Primò cum com- 22. Auguſt.
muni ſententia Patrum Auguſtini, ac aliorum, turbatur Chriſtus ob immanitatem, ac acerbitatem criminis Judæ, illiuſque æternam damnationem, & quod cùm eſſet ejus diſcipulus, in ejuſque ſchola enutritus, quem multis donis affecerat, ab ipſo ad mortem traderetur. Ibat Dominus Jeroſolymam, explicans quanta tormenta eſſet à ſuis hoſtibus paſſurus, ut ſcribit D. Marcus 10. Marc. 10.
n. 32. *Præcedebat illos Ieſus, & ſtupebant.* Videntes
eum tam exultabundum prævolare ad mortem, Theoph.
ut ibi notat Theophylactus. Ad quod etiam ſpe- Matth. 20.
ctat illud Matth. 20. num. 18. *Ecce aſcendimus* Imperfect.
Hieroſolymam. illud *Ecce*, conſtátiæ, ac alacritatis ſignum eſt, ut advertit Imperfectus hom. 35. at verò cum prædicit, quæ ab uno ex ſuis diſcipulis eſſet paſſurus triſtem, ac turbatum ſe exhibet. *Turbatus eſt ſpiritu, & dixit, unus ex vobis tradet me.* Qui inimicorum plagas lætiſſimo excipiebat animo, proditionem ab uno diſcipulo triſtiſſimè patitur. ita planè, durius illi videbatur ſupplantari à domeſtico, quàm ab extraneis interfici. Hinc ait D. Cyril. Alexád. lib. 9. in Joan. c. 13. quod
Chriſtus ad manifeſtandum proditionis odium, D. Cyrill.
Quin aliquantiſper exhorruit, & perturbationis figuram oſtenderit. Adeo moleſte ferebat ſcelera

Durius Chriſto à Iuda proditore quàm ab hoſtibus crucifigi.

illius,

illius, qui ejus panem manducaret, calcaneum contra ipſum elevavit.

Secundò. Turbatur, ac triſtatur Chriſtus ob Judæ damnationem, Divus Cyrillus Alexandri-
23. D. Cyril. nus lib. 9. citato in Joannem. *Veroſimile mihi videtur*, ait, *non potuiſſe carnem Chriſti motum, quo jam expreſſius, atque manifeſtius ad diſcipulos proditionis odium offerebatur, ita ſufferre, ut aliquantiſper non exhorruerit.* Dicturus Dominus prodi-
Vox Dei damnandis plena horroris eſt. tionem Judæ turbatus eſt ſpiritu. Cur turbatur Chriſtifera caro; Incipiebat enim aperta voce hominem damnare. *Væ homini illi*, &c. Ex quo altè perpende quod quando ipſa Dei caro non potuit ſine horrore ſufferre vocem manifeſtat/vam hominis damnat. Quomodò diſtrictam damnationem in ſe ſufferret, & audiet miſer damnatus.

Tertiò. D. Chryſoſt. hom. de proditione Judæ
24. Chryſoſt. tom. 3. *Quanta*, ait, *miſericordia Domini! traditus pro traditore dolet: proditus proditore turbatur.*
Noſtra ſcelera plus lamentantur à Chriſto quàm à nobis. Maximè ponderandum quàm diſſimili affectu Chriſtus Dominus & Judas moveantur. Nam Judas exultans aſtat in cœna, ac de proditione Domini lætatur: at verò Chriſtus Dominus de proditione Judæ turbatur ae triſtatur.

25. Hebr. 12. Quartò. De Chriſto Domino ait Paul. Hebr. 12. num. 2. *Propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem.* Et tamen modò cùm xplicat ſe à diſcipulo proditum iri, turbationem aſſumpſit. *Turbatus eſt.* Non timet crucem, ac necem, ſed potius de illa lætatur, & ſic abhorret Judæ peccatum ut turbatus
Euthym. ſit. Euthym. *Præ nimia compaſſione turbatur: vehe-*
Laurent. *menter enim ſuper hoc dolebat.* D. Laurent. Juſti-
Juſtinian. nian. lib. de triumphali Chriſti Agone, cap. 5.
Ad peccati, non ad crucis aſpectum Chriſtus turbatur. *Non utique*, ait, *propter ſe turbabatur charitas, non de ſui dolebat injuria, ſed alterius perditio ejus turbationis erat cauſa efficiens: quoniam proditoris animum invaſerat Satanas, omnémque ſtatum priſtinæ gratiæ everterat; merito turbatur Dominus*, &c. Non crux, nec mors: ſed unum Judæ peccatum oculis objectum ingentem turbationem, ac agoniam Chriſto intulit, & propter hominem ipſe ſic turbari voluit; ut inde fieret noſtrum documentum; quàm terribilis nobis debeat eſſe peccati aſpectus.

Quintò D. Cyrill. Alexand. citato cap. 13.
Iure moleſtè ferebat, ait, *ſcelera illius quia unà cum*
26. Cyril. *aliis diſcipulus magnis affectus honoribus, parvo argenti pondere amorem Chriſti repulit: ut dum panem ejus manducaret, calcaneum adverſus ipſum elevaverit: expreſſiſſime igitur Chriſtus atque ſignificantiſſime*, Unus, inquit, ex vobis me tradet; *ita & proditoris audaciam, atque ingratitudinis magnitu-*
Duriora mala ab amicis irrogata. *dinem oſtendit.* Proponit Evangeliſta Dominum exacerbatum ex traditione diſcipuli, qui magiſtrum potius ſequi, & venerari debuerat, quàm morti tradere. Solent enim ſcelera eorum, à quibus minimè ſperabantur, duriora videri iis, qui potius gratitudinem, & obſequium, tanquam benefactores merebantur.

Ait Regius Vates Pſal. 37. n. 11. *Cor meum con-*
27. Pſal. 37. *turbatum eſt.* Addunt D. Gregor. Caſſiodor. Inno-
Hebræus. cent. *in me.* Et ait *Cor meum conturbatum eſt.* Ex
Hieron. Hebræo legitur. Vertitur in gyrum, vacillat, nu-
Ambroſ. tat. D. Hieron. *Cor meum vulneratum eſt intrinſecus.* Et addit, *Dereliquit me virtus mea.* D. Auguſt. D. Ambroſ. *Fortitudo mea.* Quæ omnia indicunt magnam triſtitiam, tribulationem, ac animi commotionem, & unde tanta mœſtitia, ac afflictio. Et ſubdit. *Amici mei, & proximi mei adverſum me appropinquaverunt, & ſteterunt. Et à verbis tuis formidavit cor meum; lætabor ego ſuper eloquia tua.* Pſalm. 18. n. 161. ait quod Principes, ac Pſalm. 1
reges eum perſequantur, quod ipſe Dei lege munitus lætabatur: at verò modò Pſal. 37. ita ſe contribulatum, ac affectum, & mœſtum oſtendit. Quod reges, ac inimici contrarij multis inſidiis in eum inſurgerent æquo, ac læto animo ſuſtinebat; at verò quod proximi, ac amici, à quibus levamen ſperabat, durè, ac acerbè, eum vexent, ac impugnent; vehementi dolore percutiebatur, ac vulnerabatur. Caſſidorus. *Pro his duobus ſola-* Caſſian.
tiis gaudet humanitas; ſed huic ſunt paſſionis cumulus. Amicus, & proximus ſolatium eſt naturæ, quod verò hi ei adverſentur, totius paſſionis cumulus eſt.

Magnus ille Dei Athleta Job in omnium ſuo- 28.
rum malorum exercitu, nullam de ſuis inimicis excitat querimoniam: magnas tamen de amicis interponit: audit greges ſuos depopulatos à Sabæis, ac Caldæis, nullas in eos conjicit voces: filiis ejus oppreſſis corruit domus, & in nullum verbum concitato animo erumpit, ejus totum corpus Diabolus exulceraverat, & tamen nullum adverſus hoſtem duras plagas imponentem impingit verbum. At verò cùm conveniunt amici; & non conſolationes, ſed calumnias in eum extorquent, totus ipſe Job in querimonias erumpit. *Uſquequo affligitis animam meam, & atteritis* Iob. 19.
me ſermonibus; Et decies confunditis, me & erubeſcitis opprimentes me. Job. 19. n. 2. Quomodo, vir magne totius patientiæ exemplar, majorem tibi commovent iram amicorum verba, quàm rigida inimicorum tela duriſſimas plagas inferentia; Merito ſanè, acerbiora erant illi convitia à quibus jure amicitiæ ſolatia ſperabat; ſunt enim hæc jacula, quæ non foris in corpore, ſed intus in
animo infiguntur. D. Chryſoſt. homil. 15. in *Duriora amicorum verba, quem omnia mala ab inimicis illata.* Chryſoſt.
Math. *Iob ipſe certe*, ait, *omni lapide, atque adamante tolerantior, cum quidem patrimonium amitteret malàque innumera ſuſtineret: cùmque ſubito numeroſa ſobole eſſet orbatus; cum quaſi fontem quendam vermium toto videret corpore bullientem, ſupráque hæc uxorem ſibi moleſtius imminentem, perfacile cuncta ſuperavit: Ubi vero exprobrare ſibi amicos, atque inſultare vidit tunc demum turbatus eſt ille vir maximus, ille fortiſſimus.*

Matth. 26. *n.* 22. Et contriſtati valde cœperunt ſinguli dicere: Nunquid ego ſum Domine?

VERSIONES.

Syriacus. Et ægrè fuit eis vehementer; cœperúnt quedicere ei ſinguli ex eis: Nunquid ego ſum Domine mi?

Pagninus. Et mœſti redditi vehementer.

Vatabl. Et mœſtitia affecti vehementer.

ALTER TEXTUS.

Marc. 14. *n.* 19. At illi cœperunt contriſtari, & dicere ei ſingillatim Nunquid ego?

Luc. 22. *n.* 23. Et ipſi cœperunt quærere.

inter

inter ſe; quis eſſet ex eis, qui hoc facturus eſſet.

Ioan. 13.*n.* 22. Aſpiciebant ergo ad invicem diſcipuli, hæſitantes, de quo diceret.

EXPOSITIO II.

29. Boſtrenſ. Chryſoſt. ET *contriſtari valde* Multæ erant triſtitiæ cauſæ, Chriſtus ſe turbatum exhibebat, ab ipsóque audierant diſcipuli: *Vnus ex vobis tradet me.* Titus Boſtrenſis. *Intolerabilis luctus ſanctum illum invaſit chorum* D. Chryſ. homil. 22. *Similmortui enim jam erant hoc pavore conſternati.* Nam verbum illud, *Vnus ex vobis me traditurus eſt.* Fuit illis inſtar acuti gladij, qui corda eorum penetravit. Scribit D. Joan. *Aſpiciebant ergo ad invicem diſcipuli.* Convertebant diſcipuli oculos inter ſe invicem, ac mutuo ex deſiderio traditorem cognoſcendi, an ex ſigno aliquo vultus, geſtus, ac coloris id deprehendere poſſint. Et ut notat Carthuſ. Judas ne notaretur, etiam aſpexit ad alios quaſi attonitus, cum tamen ſciret ſe tangi, atque notari, ut hoc modo nequitiam ſuam diſſimularet. *Hæſitantes,* dubij, ſuſpenſi, ac anxij. Syrus ſcribit. *Hæſitantes, quia non ſciebant de quo diceret.* Et quamvis unuſquiſque, Juda excepto, de ſua conſcientia eſſet ſecurus, tamen audito Chriſti verbo quilibet humanæ naturæ conditionem timebat, ut quæſt. ſequenti ex ſanctis Patribus dicam. Et cùm Apoſtoli nec ex vultu, nec ex erubeſcentia, nec ex voce poſſent cognoſcere proditorem, conquiſiverunt inter ſe, quis hoc eſſet facturus, ut ſcribit D. Lucas, ne id verbis inter ſe intelligerent *Cœperunt ſinguli dicere ei.* Addit Syriacus: *Numquid ego ſum,* is nempe qui tradet te Domine Syriacus legit, *Domine mi*, quod eximij blandimenti eſt.

[Margin: Cathuſ. — Syrus. — D. Lucas.]

QUÆSTIO. IV

Quare contriſtati diſcipuli mutuò ſe aſpiciunt.

30. Chryſoſt. *Quilibet timeat ſuam damnationem.* CUm diſcipuli audiunt Domini verbum. *Vnus veſtrum me traditurus eſt.* Maximè contriſtantur, quia, ut ait D. Chryſ. hom. 71 in Joan. *Quod ad unum perditio referebatur, hoc formidinem minuebat: ſed quod addiderat: unus ex vobis ſimul omnes perturbabat.* Et ideo anxiantur, ac triſtantur, unus reus, unus damnandus erat, & omnes timent in mundo multi damnandi ſunt, & vix eſt unus qui timeat, ab Apoſtolorum exemplo diſcat quilibet pavere ac contremiſcere.

31. D. Leo. Præclarè ad quæſtionem reſpondet D. Leo ſerm. de Paſſione 7. *Ecce innocentes condiſcipuli tui ad ſignificationem facinoris expaveſcunt, & omnes ſibi, non edito impietatis authore formidant. Contriſtati enim ſunt, non de conſcientiæ reatu, ſed de humanæ mutabilitatis incerto timentes ne minus verum eſſet, quod in ſe quiſquis noverat.* Quare undecim diſcipuli ſic triſtantur, cùm optimè videant ſuum affectum erga Chriſtum longè à tali proditione diſtare imo omnes illum animum conceperant, ut pro eo vitam profunderent. Ut cum Petro dixerunt omnes, *Etiam ſi oportuerit me mori tecum non te negabo. Similiter & omnes diſcipuli dixerunt.* Matth. 26. n. 35. Cur ergo ſic turbantur. Videbant innocentes diſcipuli animum ſuum bonum, & verum erga Jeſum, & tamen timebant ne minus verum eſſet, quod de ſe putabant. Quò enim ſanctiores, ac puriores erant, eò minus de ſuis virtutibus ſperabant, ac præſumebant.

[Margin: Matth. 26. *Familiare eſt iuſtis, ut de ſe non multum confidant.*]

Secundò ad eadem verba *de humanæ mutabilitatis incerto.* Etſi Apoſtoli in animo à tanto crimine eſſent alieni, tamen omnia mala ab infirmitate propriæ naturæ prudentiſſimè timent. Cùm enim ſe homines agnoſcerent, verebantur ne minus verum eſſet, quod quilibet de ſe judicabat, ac præſumebat. Ex quo cum D. Chryſoſt. conſidera differentiam viri ſancti, ac prudentis à viro iniquo, & imprudenti. Qui ſerm. 1. de feria 5. Paſſionis ait. *O beati Apoſtoli facilius veſtra innocentia contriſtata eſt quàm pœnalis Iudæ audacia, quæ non eſt confuſa.* Sacri Apoſtoli ut juſti, ac prudentes, quamvis de ſua innocentia bene conſcij eſſent audito Chriſti verbo infirmitatem naturæ triſtantur, & pavent; at verò Judas quamvis de ſuo ſcelere benè eſſet certus, nil confuſionis, ac timoris patitur, ſed totus lætus animo aderat. 32.

[Margin: Chryſoſt. *Iuſtus, ac prudens timor multum iminens, minimè vero iniquus, & imprudens.*]

Tertiò. D. Baſil. in regul. brevioribus. regul. 301. *Multi ſunt morbi, ait, quos non ſentiunt, qui in illis ſunt, tamen ij majorem adhibent fidem Medicorum peritiæ, quam ſuo ipſorum ſtupori; quod animadvertimus factum fuiſſe ab Apoſtolis quo tempore cum de ſua erga Dominum ſincera animi affectione nihil dubitantes dici ſibi audiſſent unus ex vobis me tradet majorem Domini verbis: quàm conſcientia ſuæ auctoritatem tribuerunt.* Tantam æſtimationem undecim Apoſtoli de ſuo Magiſtro habebant, ut plus crederent ejus verbis, quàm apertæ notitiæ de ſua conſcientia, quam quilibet de ſe habebat. 33.

[Margin: D. Baſil. *Plus credunt Domini verbis quàm ſuæ conſcientiæ.*]

Quartò. Triſtati erant, & mutuo ſe aſpiciebant, D. Auguſt. tract. 65. in Joan. *Nota ſibi quidem erat cujuſque conſcientia, veruntamen, quia proximi erat ignota, ita ſibi ſingulus quiſque erat certus, ut incerti eſſent, & in cæteris ſinguli, & in ſingulis cæteri.* Certus de ſuo voto quiſquis erat; cur ergo alij inſpiciunt alios; ne lateret proditor ſe mutuo aſpectantes ex vultu conjecturam eliciendo, ut dixi in Expoſitione, & advertunt Salmeiron tom. 6. tract 10. Lucas Burgenſ. Nam, ut ait Tertull. lib. de Reſurrect. c. 15. *Volutet aliquid anima, vultus operatur judicium, facies intentionum omnium ſpeculum eſt.* Theodoricus lib. 3. Epiſt. 4. *Proditur animi natura per vultum.* 34.

[Margin: D. Auguſt. *Facies animi ſpeculum, ac judex.* — Salmeiron. Burgenſ. Tertull.]

Ablata benedictione à Jacob, ſecum ſtatuit frater Eſau ipſum interimere, cùm pater ejus è vita diſcederet. *Dixit in corde ſuo, occidam fratrem meum.* Geneſ. 27. n. 41. Hoc tamen Eſau conſilium abſconditum in corde ſuo de Jacob occidendo deprehenſum dicitur à Matre. *Nunciata ſunt hæc Rebeccæ.* Idem. n. 42. quomodò venit ad aures matris, cùm filius in intimo cordis tegeret? Idumæus fortè aliquod verbum protulit, vel torva, ac irata facies in fratrem, ſtomachum detexit, conſilium prodit, ac ſi verbis manifeſtaretur. D. Thomas. *Intelligendum eſt, ait, quod impia ejus cogitatio, ſive per verba, ſive per ſigna forinſeca uſque ad Rebeccam pervenit.* 35.

[Margin: Gen. ſ. 27. *Iræ animi proditur vultu.* — D. Thom.]

Joſeph in Ægypto fratres appoſita menſa invitat, cibóſque è manu ſua diſtribuit, ita ut minimus natu Benjamin potiores partes exciperet. *Sumptis partibus, quas ab eo acceperant, minorque pars venit Benjamin.* Geneſ. 43. num. 43. in una menſa 36.

[Margin: Geneſ. 43.]

penſa erat Joſephus, in alia verò menſa coram poſita, ut communiter aſtruunt interpretes, fratres *ſederunt coram eo.* Ibidem n. 33. Cur Ioſephus

Animi affectio deprehenditur in facie.

è regione fratres habet? Cur eos ad ſuam dexteram, vel ſiniſtram non collocat? Cùm Benjamin recrearet largius, quàm cæteros fratres, voluit eos ante oculos poſitos habere ut eorum vultum, ac faciem contemplaretur, an ex illa ſua benignitate aliquis livor, vel dolor in animo irreperet, nam hic ſtatim in facie deprehenderetur, ut fratrem ſuum uterinum Benjamin ab eis caveret ac cuſtodiret. Philo lib. de Joſeph. *Germanum honorat,* ait, *potioribus partibus, interim obſervans ſingulorum vultus, num qua ſubeſſet invidia* Sciebat vir prudens vultu eminere ægritudines animi, ideo fratrum facies vult ſpeculari, an aliqua eſſet erga Benjamin truculentia.

Philo.

37. Matth. 9. *Affectuum judex oculus.* Clem. Alex.

Ait Chriſtus apud Math. 6. num. 22. *Lucerna corporis tui eſt oculus tuus* Lucerna reſpondet in tenebris, & quod latebris tegitur, facile detegit, oculus enim lucerna animi eſt, ipſum detegens, & manifeſtans. Clement. Alexandr. lib. 3. Pædag. c. 11. *Per quem apparent interna Quid latet in animo, oculus oſtendit.*

Quæstio VI.

Quare ſinguli diſcipulorum interrogant: Numquid ego ſum Domine?

38. *Inferior non importune interrogetur à ſuperiori.*

Ex Chriſti ore audiunt diſcipuli, unus ex vobis me traditurus eſt, & tamen ſinguli interrogant, *Numquid ego ſum Domine?* Non quærunt, *Quis eſt iſte Domine?* Vident Chriſtum illius nomen tacere, ideo nolunt importunitate argui, nec etiam ultra ſciret quàm id, quod Magiſter manifeſtat; ſed unuſquiſque pro quiete ſuæ conſcientiæ affectat Domini judicio ſe immunem pronuntiari, ac manifeſtari, & quilibet pro ſe tantum interrogat; *Numquid ego ſum?*

39. Carthuſ.

Secundò. Carthuſ. in cap. 13. Joan. *Quilibet eorum,* ait, *præter Judam fuit ſibi conſcius de bono affectu ad Magiſtrum, & quod nil tale, proponeret, idem quoque de condiſcipulis exiſtimavit.* Quamvis unuſquiſque ex undecim Apoſtolis ſecurus eſſet de ſuo affectu erga Chriſtum, tamen interrogat pro ſe, ut Chriſti, verbis quietus maneat, & ſicut quilibet judicabat ſuum animum eſſe alienum à tali crimine, ita etiam de aliis ſtatuerat juſtus de ſuo ſimplici, ac candido animo idem de aliis præſumebat.

Iuſtus ex ſe cogitat de aliis.

40. Cyr. Alex.

Tertiò D. Cyrillus Alexandr. lib. 9. cap. 55. *Admirari etiam,* ait, *in his oportet religionem diſcipulorum. Nam eum neque conſcij ſibi eſſent, nec conjecturis dare ſe vellent, interrogare maluerunt.* Auditis Chriſti verbis ſe invicem diſcipuli reſpiciunt; nihil tamen mali unus de altero ſuſpicatur, nec in illis invenitur aliquis, qui alteri, vel etiam ipſi Judæ tantum ſcelus referat, ſed tantum rem. Jeſu ſummo omnium inſpectori committunt, ex cujus ſententia toti pendent, nihil volentes de proximo ſuo ipſi judicare. Hoc nobis ſit documentum, ut de proximis citò ex conjecturis non proferamus judicium aliquod malum, ſed tantum illud Deo omnia videnti committamus.

Chriſti diſcipuli non audent de proximo male judicare.

41. 1. Cor. 4.

Ait Apoſtolus 1. Cor. 4. n. 5. *Nolite ante tempus judicare, quouſque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.* Magnus Eccleſiarum Doctor omne judicium de occultis proximorum à Dei ſervis aufert, illud reſervans ad Dei tribunal, qui ſolus omnia poterit manifeſtare. Preme illud verbum. *Qui illuminabit abſcondita* Ut enim illuſtrare res externas pertinet tantum ad ſolem; ita judicare internas, & occultas ad ſolum Deum: unde qui ante Dei ſententiam vellet judicare, perinde inſaniret, ac qui vellet ante lucem intueri: noſtrorum ergo criminum judicium ad ſolum verum judicem ſpectat, qui ſolus poterit manifeſtare qualis unuſquiſque fuerit. D. Ambroſ. ibi. *Monet illos Paulus,* ait, *ne judicent cùm judicandi ſint, ſicut ait Dominus: nolite judicare, ut non judicemini, ſed expectate diem judicij Dei; ac ſi fideles, & boni ſint. Injuria enim judicis eſt, ſi ante cognitionem ejus à ſervo procedat judicium.*

De proximo non eſt male judicandum, ſed id reſervandum eſt Deo.

Ambroſ.

Ait Apoſtolus 1. Tim. 3. n. 3. *Oportet Epiſcopum non eſſe percuſſorem.* Hoc eſt, ut neque manu vulnerando, neque lingua convitiando, neque mente temerè judicando. Sicut enim proximus percutitur; ac læditur manu, vel lingua, ſic etiam temerario judicio offenditur. D. Ambroſ. lib de dignitate ſacerdotali, cap. 4. *Epiſcopus,* ait, *ſuſpicionibus pravis, minime percutiat conſcientias aliorum, ne dum petulans invenitur ad cædem, athleta magis, quàm Epiſcopus judicetur.* 42. 1. Tim. 3.

Iudicio temerario percutitur proximus. Ambroſ.

Matt. 26. *n.* 23. At ipſe reſpondens ait: qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet.

Num. 24. Filius quidem homis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo: væ autem homini illi per quem filius hominis tradetur: bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille.

VERSIONES.

Syriacus n. 23. Ille qui intingit manum ſuam mecum in catino, me proditurus eſt.

Vatabl. Pagnin. Qui intinxit mecum manum in catino.

Syriac. n. 24. Et filius hominis abit, ut ſcriptum eſt de eo: væ autem homini illi, per quem filius hominis proditur, præſtaret homini illi.

S. Epiphan. Oportet filium hominis tradi: væ autem ei per quem.

S. *Hieronym.* Melius ei fuerat, ſi natus non fuiſſet homo ille.

Alter Textus

Marc. 14. *n* 20. qui ait illis: unus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino.

Num. 21. Et filius quidem hominis vadit, ſicut ſcriptum de illo: væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur

tur

tur : bonum erat ei, ſi natus non eſſet homo ille.

Ioan. 22. *n.* 21. Verumtamen ecce manus tradentis me, mecum eſt in menſa.

Num. 22. Et quidem filius hominis, ſecundùm quod definitum eſt, vadit: verumtamen væ homini illi, per quem tradetur.

EXPOSITIO III.

43. AT *ipſe reſpondens, ait :* interrogatus fuit Jeſus à ſingulis, *Nunquid ego ſum ?* non reſpondit Jeſus ſingulis, ſed ſimul omnibus. *Qui intingit mecum manum.* Seu ut legit Græcus, ac Syrus, *Qui intinxit.* Utroque tempore præterito, ac præſenti legi poteſt, & hæc eſt vis, ac energia horum verborum ille nempe qui mecum ſolet uti eodem pane, manducare mecum in eadem menſa, manúmque ſuam mecum intingere eodem catino, ſeu patina ſeu paropſide, eſt phraſis ſignificans intimam familiaritatem; ac amicitiam, communémque conſuetudinem, ac uſum vivendi. Hic me inimicis meis tradet, hiſque verbis alludit Salvator ad illud Pſalmi 40. n. 10. *Qui edebat panes meos magnificavit ſuper me ſupplantationem.* De quo latiùs q ſequenti.

Cræcus.

Legitimus ſenſus.

Pſalm. 40.

44. *Filius quidem hominis vadit.* Ex hoc mundo moriendo per crucem. Vadit de præſenti, quia mors futura proximè inſtabat, vel mo aliter, Vadit de præſenti, quia mors ſemper nobis debet eſſe in præſentiarum. Victor. Antiochen. in Marcum premit verbum vadit. *His verbis,* ait, *mortem ſuam tranſitioni, aut diſceſſui cuipiam, ſimiliorem oſtendit, quàm morti.* Quod etiam notavit Theoph. *Sicut ſcriptum eſt de illo.* D. Lucas. habet. *Secundùm quod definitum eſt vadit.* Definitum, ac decretum erat à Patre ut Chriſtus crucifigeretur; quod revelatum erat in ſcripturis. Pſalm. 40. n. 10. Iſai. 53. Dan. 9. n. 26. *Væ autem homini illi.* D. Hieron. *Pœna prædicitur,* ait, *ut quem pudor non vicerat, corrigant denunciata ſupplicia.* Lamentatur Dominus Judæ perditionem, cui reſervantur immenſa, & æterna ſupplicia. *Bonum erat ei ſi natus non fuiſſet homo ille.* D. Hieron. *Multo melius eſt non ſubſiſtere, quam male ſubſiſtere.* Idem haben. Beda, Gloſſa ordin. Theoph. in Marcum. Victor. Antiochen. *Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet, hoc dicitur propter duros cruciatus, quos apud inferos expenſurus erat. Siquidem ſatius eſt, multo omnino non eſſe, quàm tantis miſeriis, & calamitatibus perpetuo obſtrictum eſſe.*

Antiochen.

Theoph.

Pſalm. 42.
D. Hieron.
Quem benignitas non vincit, timor coërcet.

Hieron.
Beda.
Gloſſa.
Theoph.
Antiochen.

QUÆSTIO. VII.

Quare pro ſigno Proditoris ait Chriſtus, quod ille eſt, qui cum eo intingit manum in paropſide?

45. DIvus Bernard. tom. 2. ſerm. 7. de Beatitudine, art. 1. c. 2. ait. *Paropſis eſt vas continens cibum quadrilaterum: tali autem quadrato diſco ſolet manducare magnates : ſicut faciebat Imperator cum Baronibus ſuis, quando in Italiam venit.* D. Matth. undique intendit innuere Salvatoris menſam regalem fuiſſe. Cœnaculum magnum ſtratum ait, vas etiam notat regale fuiſſe, in quo nemo præter reges manducare ſolet, non ſolum ex forma, ſed etiam ex materia regale vaſculum erat, fabrèfactum enim traditur ex pretioſo ſmaragdo quod nunc Genuenſes reverentiſſimè ſervant.

D. Bernard.

Ad ſacram Euchariſtiam omnia magnifica.

Multi aſtruunt hæc verba continere ſignum, quo Judas proditor demonſtrabatur, ſolus enim ille impudenter in eodem paropſide cum Chriſto manum mittebat, Euthym. *Ponit,* ait *inſigne Chriſtus, quo Judas poſſet dignoſci. Adeo præceptorem deſ exerat, ut jam eum non vereretur, ſed cum eo intingeret.* Chryſ. exiſtimat Judam admonitum fuiſſe à Chriſto, ut in eodem ſecum catino cibum ſumeret. Sic ait hom. 82. *Mihi videtur Chriſti hortatu id quoque factum fuiſſe, vel ut magis ſibi Judas aſſ. eretur, vel ut major detineretur pudore.* D. Hier. in c. 26. ait, quod cœteris conſternatis, & retrahentibus manũ, & interdicentibus cibos ori ſuo, temeritate, & impudentia qua proditurus erat, etiam manum cum magiſtro mittit Judas in Paropſidem : *Ut audacia bonam conſcientiam mentiretur.* Ut tanta impudentia crimen diſſimularet, D. Thom. in cap. 26. Matth. Poteſt dici, ait, quod duo & duo ſedebant, & Judam ſecum poſuerat Chriſtus, ne ipſum retraheret à proditione. Cajet. affirmat rationi conſentaneum, inquit, duos aut tres catinos fuiſſe in menſa, ſingulos inter quatuor, aut ſex, & Iudas cum Chriſto manducabat in eodem catino. 46.

Euthym.

Chryſoſt.

D. Hieron.
Cum audacia crimen diſſimulat.

D. Thom.

Cajetan.

At verò ſi ſolus Judas mittebat manum cum Chriſto in paropſide, ut docent Euthym. Chryſ. D. Hieron. D. Thom. ex hoc certiſſimè Apoſtoli proditorem agnoſcerent, atqui ipſi non cognoverunt & ideo Petrus innuit Joanni ut interroget quiſnam eſſet : ergo Judas eadem in patina non intinxit cibum cum Chriſto. Quod verò Cajetanus ait, quod in eodem catino quatuor vel ſex ſimul manducabant, erat jam valde ſpeciale ſignum, ut intelligerent alij diſcipuli, quod Judas erat unus ex illis. 47.

Euthym.
Chryſoſt.
Hieron.
D. Thom.

Dicunt alij unum tantum catinum in menſa propoſitum cum liquamine aliquo, vel condimento, in quo omnes intingerent cibum, & inde diſcipuli ex Chriſti verbis non potuerunt determinatè cognoſcere aliquem : & quamquam dici poſſit quod Chriſtus, & diſcipuli ejus in itinere, vel aliqua alia domo omnes in uno paropſide manum mitterent, tamen ſatis commodè in præſenti dici non poteſt, cùm hæc cœna eſſet valdè ſolemnis inſtructa in ædibus viri divitis, cum multa, & abundanti ſupellectili, ita ut nihil decorum defuiſſet, ac proinde plures erant catini, & non unus tantum. 48.

Non unus catinus tantum in menſa.

Vera interpretatio eſt, ut dixi in expoſitione. Modus iſte loquendi *qui intingit mecum manum in paropſide*, denotat intimam, ac ſingularem familiaritatem, arguens ingratitudinem Judæ ac ſi dicat Chriſtus, ô diſcipuli mei, qui mecum in menſa ſoletis recumbere, ac in eadem paropſide eodem liquamine eſcam condire, is hoſtibus me tradet. Reg. Vates Pſalm. 40. n. 10. *Homo pacis meæ qui edebat panes meos, magnificavit ſuper me ſupplantationem.* Expende. *Homo pacis meæ.* Cum quō ego nempe habebam intimam pacem, ac amicitiam. Ita Mald. Barrad Luc. Burg. Cornelius. 49.

Vera ſententia.

Pſalm. 40.

Maldonat.
Barradas
Franc. Luc.
Cornel.

Judæ petulantiam, ac impudentiam eleganter arguit D. Leo ſerm. 7. de Paſchate. *Tu juda,* ait, *in trepidatione ſanctorum abuteris Domini patientia,* 50.

D. Leo.

&

& abſcondi te tua credis audacia. Addis impudentiam ſceleri, nec ſigno evidentiori terreris. Cùmque ſe à cibo alij, in quo judicium Dominus poſuerat, continerent tu manum non retrahis à paropſide quia animam non avertis à crimine. Tanta iniquitate plenus erat Judas, ut non contentus proditione, illi etiam impudentiam accumularet, grave illius crimen quo magiſtrum ſuum tradere machinaretur, gravius verò quod effrons, & impudens manum mittens cum eo in catino ad ipſum accedere auderet *Addis impudentiam ſceleri, quia animam non avertis à crimine.*

Grave peccatum Judæ, cum indignus ad Chriſtum accedas.

51. Matth. 4. Cùm Chriſtus jejunaret in deſerto ſcribit D. Matth. 4. n. 3. *Accedens tentator dicit ei.* Tentator omni nefario ſcelere repletus ad Jeſum audet accedere, quomodo tanta modò impudentia Diabolo, qui olim refuſa à Deo; Acutè D. Chryſo ſerm. 11. *Acceſſit pejus impudens, quam receſſit.* Quando receſſit. Tunc Lucifer refuga fuit à Deo, cum in paradiſo Dei ſui creatus per ſuperbiam, extitit injurioſus creatori, dum illius ſedem præoccupare molitur. Dicebat in corde ſuo. *In cœlum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti in lateribus Aquilonis* Iſai. 14. n. 13. Inde præceps in profundum barathri dejicitur. At ait Chryſo. *Acceſſit pejus impudens quàm receſſit.* Injurioſior Diaboli acceſſus, quàm illius fuga, ac receſſus: fugit, dum ſolium divinæ majeſtatis vult ſibi arripere, at accedens injurioſior eſt cùm peccatis ſit onuſtus, ac tantis criminibus fœdatus, ut non verecundetur coram totius fonte puritatis immundum ſe apponere, ac illi aproximare. *Acceſſit pejus impudens quam receſſit.* Ex quo conjice quàm grave peccatum ſit illius qui non ſolum indignè accedit ad ſacram menſam, ſed etiam conſcientia polluta ipſammet puritatem audet accipere.

D. Chriſ. — Iſa. 14.

QUÆSTIO VIII.

Quare Chriſtus proditorem ſignans ſuper eum Væ *pronunciat, non ſic verò ſuper Petrum negantem?*

52. AIt Chriſtus in præſenti. *Vnus veſtrum me traditurus eſt.* Et ſtatim pœnam illi comminatur. *Væ homini illi* &c. Paulo poſt prædicit Dominus Petri negationem. *Amen dico tibi, quia in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis.* Matth. 26. n. 34. Cùm trinam negationem declarat, nullum væ apponit, aut ſupplicij mentionem facit, & cur qui proditori tam rigidam pœnam præfingit, nullam verò negatori præſcribit?

Ratio difficultatis. — Matth. 26.

53. Cyrill. Reſpondet D. Cyrill. Alexand. lib. 6. in Joan. cap. 28. *Mirari autem,* ait, *clementiam ejus oportet; cum Petro prædixerit adeo non correſponſuram ſui animi magnitudinem ſtudio ſuo, ut periculorum ſolummodo facie ſuperatus abneget; Nec minatus tamen eſt, nec reprehendit, venia certe dignum ſciebat. Infirma enim adhuc natura erat, nec mortis poterat ſuſtinere terrorem.* Proditor nullo metu, ſed ſola malitia ducebatur; at verò negator non malitia, ſed tantum metu, ac fragilitate percutiebatur, ne & ipſe comprehenderetur, inde ſtimulatus fuit ut negaret? in rigidam ſententiam incidit Judas, qui tantùm malitia, ac cupidatate movebatur. At Petrus metu perdendæ vitæ impellebatur, & inde mitiorem reportat ſententiam, ac in ſuo facinore dignus venia cenſetur.

Metua dignus venia; non ſic qui malitia peccat.

Secundò. Tantam pœnam minatur Dominus Judæ, ut ait D Hieron. expoſit datus. *Ut quem pudor non vicerat, corrigerent denunciata ſupplicia.* Benignè admonuit Dominus proditorem, dicens in communi: *unus ex vobis tradet me.* Cùm adhuc ille in ſua nequitia perſiſteret, nil intentatum reliquit, divinus Magiſter ad ejus ſalutem lucrandam duram pœnam, rigidáque ſupplicia inde ſequenda, illum minatur, ut obduratum illius pectus quod non emollierant mites admonitiones, ſaltem infortunia imminentia compellerent. 54. Hieron.

Sæpè homo non benignitate ſed pœna ant de vincitur

Ait Deus per Iſai 1. n. 15. *Cum extenderitis manus veſtras, avertam oculos meos à vobis, & cùm multiplicaveritis occaſionem non exaudiam.* Rigidè minatur Deus Judæorum preces à ſe penitus repellendas eſſe. Et tamen ſtatim adjungit n. 16. *Lavamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis.* Cur Deus qui modò dicebat eorum orationes à ſe eſſe rejectas, modò eos exhortatur, ut purificentur, ac laventur; Præclarè D. Chryſ. in enarratione Iſaiæ ad eundem locum ſic ait. *Ipſe dicit Deus non audio vos idemque dicit lavamini, ad quem ſenſum illa prædicas? Ut ex utroque utilitatem reportes. Illa intentat, ut ipſe timeat: hæc infert ut mihi per hoc addiſcam ſalutem.* Rectè reſpondet S. Doctor, cur Deus iis medicinam offerat, quos jam rejectos & abjectos dicit: frequenter minando pœnam ad pœnitentiam vocat, & dum auget timorem repulſos dicens, non intendit ut abjiciatur ſpes, ſed potiùs, ut excitetur, ut homo de divina bonitate confiſus, tantas minas evadere intendat. *Illa intentat, ut ipſe timeam.* 55. Iſai. 1.

Chryſoſt. *Deus ſæpe minando ad pænitentiam vocat.*

Matth. 26. n. 26. Reſpondens autem Judas, qui tradidit eum dixit: Numquid ego ſum Rabbi? Ait illi, tu dixiſti.

VERSIONES.

Syriacus. Reſpondens Judas proditor.
Arabicus. Judas traditor ipſius.
Lucas Burg. Judas ille tradens eum.

EXPOSITIO IV.

REſpondens autem Iudas, tradidit eum. Syriac. *Iudas proditor.* Arabic. *Judas proditor ipſius.* Janſenius arbitratur ſimul cum aliis interrogaſſe, apertè; tamen conſtat ex Matt. rogaſſe poſt alios, poſtquã ſcilicet à Domino comminationem audivit, *Væ homini illi.* Maldon. quod etiam placet Luc. Burg. exiſtimat rogaſſe poſt acceptam buccellam, cujus meminit Joãnes, ex Mattheo tamẽ clare colligitur prius rogaſſe poſtquã illa verba audivit, *Væ homini illi.* Rogatur impudẽs diſſimulator tentans an Chriſtus certò ſciat ipſum eſſe traditorem. 56. Janſen.

Maldonat. — Luc. Burg.

Ait illi, ſcilicet Jesus, *Tu dixiſti.* Modus eſt loquendi honeſtus Hebræorum concedendi apertè id, quod interrogatur. Sicut Chriſtus interrogatus à Caipha. *Adjuro te per Deũ vivũ, ut dicas nobis ſi tu es Chriſtus Filius Dei.* Reſpõdit Jesus: *Tu dixiſti.* ita docent Janſen. Maldon. Cornel. unde ait Alb. Magn. *Tu dixiſti, tu te prodis.* Interrogat ut ſe occultet, & abſcondat, & ipſo ſermone ſe prodit, ac manifeſtat. Probabilius eſt mihi, quod iſte modus loquendi, *Tu dixiſti* non indicet nec affirmationẽ, nec negationẽ, ſed veluti abſtrahat, niſi aliter fiat ex malitia audientis. Interrogatus 57. Matth. 25.

Janſen. — Albertus. *Peccator dum ſe abſcondit, ſe prodit.*

Chriſtus à Pilato *Ergo rex es tu* Reſpondit *Tu dicis.* Addit Pilatus; *Ego nullam invenio in eo cauſam*, ſcilicet mortis. Joan. 18. Si Pilatus ex Chriſti reſponſo, *Tu dicis*, intelligeret eum affirmare ſe eſſe regem, magnam mortis cauſam adverſus eum formatam exiſtimaret. Ergo ille modus dicendi. *tu dicis*, non apertè denotat, ſed abſtrahit. Et Chriſtus intendebat proditorem Judam abſcondere, & occultare. Ita docent D. Aug. lib. 3. de conſenſu Evang. c. 1. Clement lib. 5. conſtit. c. 13. Euthym. D. Thom Cajetan. Barrad. & alii

Joan. 18. Auguſt. D. Clem. Euthym. D. Thom. Cajetan. Barradas.

Quæstio IX.

Quare Judas audet interrogare, & hoc præſtat poſt omnes, & audita proditoris pœna?

58. D. Paſchaſ. Carth.

Aliis Apoſtolis interrogantibus etiam Judas interrogat. *Numquid ego ſum*, ne ipſe tacendo ſe prodere videatur, ut obſervat D. Paſch. Carth. & alii. Impudens ipſe vocem innocentium aſſumit, cum nocendi affectum latentem in animo habeat: in verbis ſimilis eſt, aliis Apoſtolis, in anima multum diſſimilis. Multi inveniuntur, qui ſunt Judæ ſocii, qui aliud habent in ore, aliud in corde, in quo eorum perfidia apparet cũ intus iniqui ſint, foris verò ſanctitatem, ac juſtitiam fingũt.

59. Secundò. Rogat Judas ut tentet, an Chriſtus certò ſciat eum eſſe, qui in eum traditurus eſt, ut dum ipſe cum aliis interrogat, ſe eum proditurum diſſimulet. Tertiò verò aliter reſpondet Euthym. *Interrogat*, ait, *& ipſe confidens de præceptoris benignitate, quid palam non coargueret.* Cùm Judas ſe eſſe proditorem agnoſcat, quærit maximè confiſus erat ipſe, ac certè ſciebat, Chriſtum D. de peccato domeſtico taciturum, qui docuerat peccantem hominem vulgo exponendum non eſſe.

Euthym. *Publicum peccatum divinus Magiſter non manifeſtat.*

60. Quartò. D. Leo. ſerm. 7. de Paſſ. *Contriſtati*, ait, *ſunt Apoſtoli, non conſcientiæ reatu ſed de humanæ mutabilitatis in certo: tu autem in hac trepidatione ſanctorum abuteris Domini patientia, & abſcondi te tua, credis audacia. Addis impudentiam ſceleri nec ſigno evidentioris terreris. Cumque ſe à cibo ali, in quo judicium Dominus poſuerat, contineret, tu manum non detrahis à paropſide* Cum Chriſtus dicit ſe tradendum ab uno ex ſuis diſcipulis trepidant, & triſtantur alii Apoſtoli, ut dixi expoſit. 2. Et cùm hæc vidit Judas alacris, & intrepidus ſtat, ac ſi nihil illi diceretur, proditoris dat Dominus manifeſta ſigna, in quibus ipſe ſe videt deprehenſum, auditque duram ſententiam contra eum proferri, *Væ homini illi.* Et tamen quaſi nihil ad ſe attineret lætus, & gaudens aſtat. Cur adhuc ſceleſte proditor audes ibi ſtare, ac in paropſidem mittere manum? Ea eſt obſtinati peccatoris perverſitas, ut inter ſui criminis manifeſta ſigna adhuc præſumat ſe poſſe abſcondi, & latere: *Et abſcondi te tua credis audacia.* Interfecto Abel quærit Deus à Cain, ubi ſit ille. Cui reſpondit Cain. *Neſcio, numquid cuſtos ſum fratris mei?* Gen. 4. n. 9. Naturali lumine notũ eſt omnia eſſe aperta, manifeſta divinis oculis. Tamen ſceleſtus homo audacia ſua credebat propria facinora non poſſe revelari. Victor Mauritianus lib. de pœnit. apud D. Ambr. *O inſaniam deteſtabilem, ô audaciam ſingularem, & credit ſine conſcio crimen publicari non poſſe.*

Leo. *Peccator etiam inter manifeſta ſui criminis inſignia ſe vult defendere, ac abſcondere.*

Geneſ. 4.

Maurician.

61. Origen. Quintò. Origenes hom 35. in Matth. *Ideo forſitan poſt omnium Apoſtolorum ſigillatim interrogationes, & poſt Chriſti narrationem de ipſo: vix tandem aliquando, & ipſe interrogavit, quaſi excogitato quodam, ut ſimilia, cæteris Apoſtolis interrogando, celaret interim proditionis ſuæ conſilium. Nam vera triſtitia, & urgens non ſuſtinet moram ſicut nec Apoſtolorum ſuſtinuit.* Cùm omnes Apoſtoli interrogarent, tacet Judas, & poſt omnes; ac ſignum proditoris deſignatum à Jesu, *Qui intingit mecum manum*, &c. poſt pœnam promulgatam in proditorem, *Væ homini illi.* Tunc etiam ipſe interrogat. *Numquid ego ſum Rabbi?* Cur aliorum Apoſtolorum interrogationes approbantur in ſalutem. Judæ verò interrogatio adſcribitur in damnationem; Fuit interrogatio ſera, & inde à fictione, ac falſo dolore & triſtitia exorta, unde minimè obtinuit affectum, quem aliorum interrogationes impetrarunt. *Nam vera triſtitia, & urgens non ſuſtinet moram, ſicut nec Apoſtolorum ſuſtinuit.*

Pœnitentia ſera valde ſuſpecta ad damnationem.

Sextò. Cùm ſacri Apoſtoli audiunt, *Unus veſtrum me traditurus eſt.* Statim ſubdit Evangeliſta, & contriſtati valdè cœperunt ſinguli dicere. *Numquid ego ſum Domine?* Tanto dolore ſunt affecti, ut quaſi *ſemimortui eſſent*, ut ex D. Chryſoſt. dixi ſupra expoſit. 2. & tanto timore conſternati interrogant; *Numquid ego ſum Domine*; At verò Judas in his tacens erat; cum verò Dominus promulgat pœnam in proditorem. *Væ homini illi, per quem filius hominis tradetur, bonum erat ei ſi natus non fuiſſet homo ille.* Tunc tacentibus cæteris Apoſtolis ipſe quærit *Numquid ego ſum Rabbi?* Sancti Apoſtoli cum culpam audiunt, pavent & timent, & ideò unuſquique pro ſe quærit. *Numquid ego ſum Domine*; pœnam verò tanquam parum pendentes ad illam non reſpondent, at malus, & perfidus Judas, de culpa parum ſollicitus eſt, & cum illam audit, de ipſa non curat, ſolum pœnam horret, ac formidat, & cum ipſam promulgatam agnoſcit, ſtatim illa ſtimulatus percontatur, *Numquid ego ſum Rabbi?* 62.

Juſtus potius horret culpam, quàm pœnam, iniqui verò è contra.

Duo homicidæ referuntur in ſacro textu, Cain, & David: diſpares inter ſe Cain poſtquam fratrem ſuum Abel interfecit, ait illi Deus: *Quid feciſti; vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra, maledictus eris ſuper terram, cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos, vagus, & profugus eris ſuper terram.* Geneſ. 4 n. 10. & 11. Quibus auditis reſpondet Cain: *Ecce ejicis me hodie a facie terræ, & ero vagus, & profugus in terra, omnis igitur, qui invenerit me, occidet me.* Duo objiciuntur Cain, crimen in ſanguine fratris effuſo, & pœna, quod erit vagus, & profugus: ille verò de culpa nil agit, ac curat, ſed tantum de pœna anxiatus ad illam reſpondet *Ejicis me à facie terræ, & ero profugus.* Alter homicida fuit Rex David. Cui in perſona Dei ait Nathan. *Quare contempſiſti verbum Domini ut faceres malum in conſpectu meo. Uriam Hethæum percuſſiſti gladio, & uxorem illius accepiſti in uxorem tibi, quamobrem non recedet gladius de domo tua uſque in ſempiternum.* 2. Regum 12. n. 9. Quæ cum dicta fuiſſent regi, ait, *Peccavi Domino.* Duo ei propoſuit Propheta, culpam, *verbum Domini contempſiſti.* Deinde & pœnam: *Non recedet gladius*, &c Rex omiſſa pœna ſolum de culpa dolet? cur tam diverſo ordine ſe habent Cain, & David, ut Cain non de crimine, ſed de ſupplicio ingemiſcat, David verò contra; Cain cum eſſet iniquus, contempta culpa ſolum pœna affligebatur. At piiſſimus David pœna omiſſa, 63.

Geneſ. 4.

2. Reg. 12.

Juſtus refugit non pœnam, ſed culpam, peccator verò contemta culpa fugit pœnam.

omiſſa, ſolius culpæ magno dolore afficiebatur: quam multis profuſis lachrymis delere conabatur, in quo ſupra humanam, conditionem rex ipſe ferebatur. Divus Auguſt. tract. 49. in Joan. *Mortem carnis*, ait, *omnis homo timet, mortem animæ pauci; pro morte carnis, quæ ſine dubio ventura eſt, curant omnes ne veniat; non laborant: ne peccet homo æternum moriturus.*

D. Auguſt.

64. Job. 1.

Job. 1. n. 5. *Conſurgens diluculo offerebat holocauſta pro ſingulis. Dicebat enim ne forte peccaverint filii mei.* Non deprecabatur pro eorum vita, aut incolumitate, ſed ne in peccata inciderent. Cum Propheta quidã à Deo miſſus ut argueret Jeroboam Regem ob ſuam idololatriam; contra altaréque exclamaſſent, cum audiſſet Rex ſermonem Prophetæ extendit manum, ut apprehenderet eum, quæ ſtatim exaruit. Tunc ait Prophetæ; *Deprecare faciem Domini Dei tui, & ora pro me, ut reſtituatur manus mea mihi.* 3. Reg. 23. n. 6. Unde hæc differentia quod Job non erat ſollicitus de filiorum vita, ac ſalute, ſed de puritate eorum conſcientiæ, ut immunes eſſent à peccatis. At verò Ieroboam non pungitur commiſſo graviſſimo idololatriæ crimine, ſed tantum de amiſſa manu? Job ut juſtus vitam, ac ſalutem contemnebat, ſolum de juſtitiæ integritate in filiis curabat; *Ne forte peccaverint filii mei*; hoc tantum illi erat in formidine, ne in peccata inciderent; at impius Jeroboam non ſuper culpam, ſed ſuper pœnam ingemiſcebat. Non de graviſſimo crimine; ſed de læſa manu tantum dolebat. Theodor. q. 42. ad 3. Regum. *Id*, ait, *quod accidit altari non ſtupefecit, ſed id quod manus valde au[illegible], cum autem eſſet valde ſtultus ſupplex rogavit Prophetam, ut ſibi peteret, non ſceleris remiſſionem; ſed manus curationem.*

3. Reg. 23. *Peccator magis pœnam ſentit, quàm culpam; juſtus e contra.*

Theodor.

Quæstio I.

Quare cæteri Apoſtoli Chriſtum vocant Dominum, Iudas verò Rabbi, id eſt Magiſtrum?

65. *Ratio difficultatis.*

Ratio difficultatis, cùm cæteri Apoſtoli quærunt. *Numquid ego ſum Domine:* At Judas mutato ſtylo, *Numquid ego ſum Rabbi;* Non Dominum, ſed Rabbi, ſeu Magiſtrum vocat; cur ergo alia voce ab Apoſtolis differenti utitur?

66. Hieron. *Adulantis ac blandientis voce diſſimulat venenum pectori.*

Reſpondet D. Hier. *Blandientis*, ait, *jungit affectum, ſive incredulitatis ſignum. Cæteri enim, qui non erant prodituri, dicunt: Numquid ego ſum Domine? Iſte: qui proditurus erat, non Dominum, ſed Magiſtrum vocat: quaſi excuſationem habeat, ſi Domino denegato ſaltem Magiſtrum prodiderit.* Quæ verba tanti Doctoris multipliciter ſunt expendenda.

Carthuſ. *Adulatio incredulitati Confinis*

Primò. *Blandientis affectum.* Ut cæteris Judas ſe inocentiorem, ac ſecuriorem, ut ait Carthuſ. demonſtret, non Dominum, ſed Magiſtrum vocat JESUM, tanquàm magnum blandientis affectum, ac eximiam dilectionem, & docilem ſubjectionem erga eum oſtendens. Solent quippe ſimulatores, & callidi ſic loqui, & ſingularibus nominibus uti, ne quid mali exiſtimetur de illis. *Blandientis jungit affectum, ſive incredulitatis ſignum.* Expende locum ſancti Doctoris, quod dum Judas *blandientis*, ſeu adulantis voce utitur, *ſive incredulitatis ſignum* oſtendit, ſic adulatio infidelitati confinis eſt, quod cum adulantis exhibet affectum, incredulitatis ſignum effert.

67. Hieron. *Judas vult crimen extenuare.*

Secundò *Quaſi excuſationem habeat, ſi Domino denegato, ſaltem Magiſtrum prodiderit.* Non Dominum, ſed Magiſtrum diſſimulanter appellat, ut facinus proditionis ſuæ extenuet: Dominum enim prodere grande piaculum eſt, prodere autem Magiſtrum non eſt adeò grave flagitium. Major ſubjectio debita eſt Domino, quàm Magiſtro, ac proinde illius jus frangere horribilius crimen: dum ergo Judas crimen diſſimulare cogitat, ſua ſuperbia illud prodere cogitur Deum Chriſtum minus quàm cæteri honorificè appellat.

68. Chryſoſt. *Verſutiam in miniſtrum intentat detorquere.*

Tertiò. Ut ait D. Chryſol. ſerm. 64. *Sicut diſcipuli probitas laus eſt Magiſtri: ita Magiſtri vituperatio, diſcipulus neſciens diſciplinam.* Vaferrimè non Dominum, ſed Magiſtrum appellat, ut verſutum diſcipuli crimen in Magiſtrum cavilloſè retorqueret, quaſi de ſui magiſtri ſchola, iniquam, ac fraudulentam verſutiam didicerit, hoc impium excuſationis arbitrium excogitavit execrabilis proditor.

69. Rupert.

Quartò. Rupert. lib. 7. in Matth. c. 8. *Judas impius*, ait, *ſic appellat, ut cæteris ſigillatim dicentibus, numquid ego ſum Domine? Ille ut erat cordis perfidi dicere, nunquid ego ſum Rabbi? Et quidem bonum, & ſuave eſt dicere utrumque Magiſter, Domine, unde & dicit ipſe, vos vocatis me Magiſter, & Domine, & bene dicitis; ſed ſolum hoc dicere Magiſter, cordis longe remoti à familiaritate dilectionis.* Ex quibus verbis dixi ſuprà cap. 5. q. 38. quod etſi diſcipulus aliquando à Magiſtro abſentetur, tamen ſervus ſemper ordinatur, ut coram Domino ſuo præſens ſit; Apoſtoli Chriſtum Dominum appellant, quia maximè optabant cum eo præſentes eſſe, Judas dicit Magiſtrum, quia in votis habebat ab eo ſe abſentem fieri, ut contigit diſcipulis erga ſuum Magiſtrum. *Cordis eſt longè remoti à familiaritate dilectionis.* Vide citatum locum.

70. Rupert.

Quintò. Ad citata Ruperti verba. Apoſtoli, ut juſti, ac ſancti Chriſtum Dominum vocant *Numquid ego ſum, Domine*; Amanter ac affectuosè vocabulum ſui Domini excipiunt, ac ore pronunciant; at Judas, ut perfidi cordis erat, illud refugit ore habere, perditiſſimi hominis ſignum eſt, quod ſui Domini nomen ab ore rejiciat, & illud non pronunciet. Hoc perfido populo exprobrabat Iſai. 1. n. 3. *Cognovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui; Iſraël autem me non cognovit.* Ad cumulum omnium malorum hoc exprobrat Iſraëli, quod cùm bruta cognoſcant Dominum, populus ille rationalis divina doctrina imbutus, nomen Domini ſui non veneretur, nec agnoſcat. Clemens Alexandrinus in adhortatione. *Quomodo eſt non indignum, ait, ſi quis novit Deum, non noſcat Dominum.* Horrendum hominis perditiſſimi indicium, quod Domini nomen ignoret.

Iſai. 1. *Hominis perditiſſimi ſignum nomen Domini ignorare.*

Clem. Alex.

Joan. 13. *n.* 23. Erat ergo recumbens unus ex diſcipulis ejus in ſinu Jeſu, quem diligebat Jeſus.

Num. 24. Innuit ergo huic Simon Petrus: & dixit ei, quis eſt, de quo dicit?

VERSIONES.

S. Eutherius lib. formul. cap. 7. Diſcumbebat autem ſuper pectus Domini diſcipulus, quem Jeſus amabat plurimùm.

Arabicus. Erat ille, quem diligebat Jeſus,
Pagninus. Nimirum is, quem diligebat Jeſus.
Syriacus. Amabat Jeſus.
Syriac. n. 24. Hinc innuit Simon Petrus, ut ſciſcitaretur ab eo, quiſnam eſſet, de quo diceret.
Arabicus. Ut interrogaret eum, quis eſſet ille, de quo dixit.
Theophyl. Quis eſt de quo loqueretur.

EXPOSITIO V.

71. POST ſuperiora verba inſtituit Chriſtus D. ſacram Euchariſtiam, ut referunt D. Matth. & Marcus. Deinde inſtitutâ ſacrâ Euchariſtiâ, ut notarunt D. Aug. lib. 3. de conſenſ. Evangel. cap. 1. Toletus, Cornelius, & alii ac dixi q. 1. eandem prædictionem de Juda multo cum dolore iteravit, ac reſumpſit. Jesus dicens. Ut ſcribit. D. Lucas 22. n. 21. *Verumtamen ecce manus tradentis me mecum eſt in menſa.* Et cum Apoſtoli vehementer cuperent, nominatim cognoſcere, quis ille eſſet, Petrus cæteris audacior innuit Joanni in ſinu recumbenti, ut à Jesu ſibi deſignari expoſceret. Utramque prædictionem Judæ propter earum connexionem hic apponimus.

(Auguſt. Tolet. Cornel. — Luc. 22.)

72. *Erat ergo recumbens unus ex diſcipulis ejus in ſinu JESV.* Sinus hominis vocatur omne id, ut notavit Lucas Burg. quod eſt intra pectoris, brachiorúmque complexum. Dicitur autem recumbere Ioannes in ſinu Jesu, quia ad latus ejus in menſa accumbebat; recumbebant enim veteres cùm eſſent in menſa ſuper dexteram, ut advertunt Carthuſ. Arias Mont. in ſcholiis, & alii, qui autem ad ſiniſtram ſequebatur, dicebatur in ſinu præcedentis recumbere. Tamen, ut notat D. Auguſtinus tract. 124. Hoc factum eſt in ſignum ſummæ dilectionis, ac charitatis erga Ioannem, non ſolum amore amicitiæ humanæ, ut vult Toletus, ſed etiam amore eximiæ charitatis ob ejus puritatem, virginitatem, modeſtiam, ac lenitatem & ſuavitatem, quâ cæteros præcellebat, ut docent D. Cyrillus, Chryſoſtomus, Theophylactus, Euthymius, D. Thom. D. Bonavent. cum D. Hieron. epiſt. ad Heliodorum. Ex quo non ſequitur Joannem abſolutè cæteris Apoſtolis fuiſſe ſanctiorem. Nam Petrus poterat eſſe illo ardentior charitate, ac proinde ſanctior. *Quem diligebat JESVS.* Periphraſis eſt, qua ſolet Evangeliſta ſeipſum deſcribere. D. Cyrillus Alexandrinus lib. 6. in Joan. cap. 15. *Nomen ſuum celavit Ioannes, ne inanis cujuſdam gloriæ cauſa, diligi ſe à Chriſto dicere videretur.* De his omnibus multa dicam ad finem hujus operis hoc Tomo, cùm de excellentiis Ioannis fuerit ſermo.

(Luc. Burg. — Carthuſ. Arias. Auguſt. — Tolet. — D. Cyril. Chryſoſt. 2. Tim. 6. Euthym. Theoph. D. Thom. D. Bonav. D. Hier. — D. Cyril.)

73. *Innuit ergo*, quia nempe illum diligebat Jesus, innuit non ſolum geſtu, ac nutibus, ut vult D. Auguſt. tract. 61. in Joan. ſed etiam modeſtè verbo adhibito, ut docent Origenes, D. Chryſ. D. Cyrillus, interrogavit Joannem, quis eſſet vultu, ac geſtu innuit, ut à Magiſtro ſuſcitaretur. Et hoc interrogat Petrus, non quia Princeps Apoſtolorum erat, ac proinde omnium nomine, ut vult D. Cyrill. cit. c. 15. nec quaſi ſibi metuens, ne ipſis proditor foret, ut exiſtimat Chryſ. ſed tantum ex zelo, ac amore erga Magiſtrum, ut ait Carthuſ. ut Chriſti proditionem, támque grave nefas impediat, ut in horto Chriſti comprehenſionem impedire intentavit. Hoc autem quærit per Joannem tanquam à ſuo Magiſtro maximè dilectum, eique maximè loco propinquo, ut ait Euthym. Ipſe autem Petrus per ſe non interrogat, ut ait Chryſ. hom. 71. Quod ex quodam timore factum eſt, quia reprehenſus paulò antè fuerat, quod Chriſtū ejus pedes lavare prohibuerit, quod etiā docet Theoph. *Quia præ nimio fervore ſæpè interrogaverat Dominum, increpatus erat, ejus gratia nunc interrogare formidat.* Una reprehenſione cautus, alteram evitare contendit.

(Auguſt. — Origen. Chryſoſt. Cyril. — Carthuſ. — Chryſoſt. Euthym. — Theoph. Vna reprehenſione cautus, alteram evitare contendit.)

Joan. 13. n. 25. Itaque cum recubuiſſet ille ſupra pectus Jeſu, dicit ei: Domine quis eſt?
Num. 26. Reſpondit Jeſus: ille eſt, cui ego intinctum panem porrexero; & cum intinxiſſet panē, dedit Judæ Simonis Iſcariotæ.

VERSIONES.

Syriac. n. 25. Incubuit itaque diſcipulus ille pectori ipſius Jeſu, & dixit ei: Domine mi, quiſnam eſt iſte?
Arabicus. Itaque & cecidit ille diſcipulus.
Euthymius. Cum ergo ille recumberet ita.
Syriacus n. 26. Reſpondit Ieſus, & ait: ille eſt, cui intinctum panē dedero. Proinde intinxit Jeſus panem, & dedit Judæ filio Simonis Iſcariotæ.
Vatablus Cui ego intinctam offulam porrexero. Et cum intinxiſſet offulam.
Caietanus. cui ego intinctam buccellam.
Marius. cui ego intinctam offam.
Lucas Burg. cui ego panis particulam.

EXPOSITIO VI.

ITAQVE. Intelligens Joannes Petri nutum. *Cum recubuiſſet.* Aſſignat Evangeliſta cauſam, cur potius ipſe, quàm alius interrogaverit, quia recubuiſſet ſuper pectus Jesu; oríque ejus proximus erat: *ſuper pectus IESV.* Antea ſuperiori verſu 32. dicitur quod Ioannes recumbebat in ſinu, modò dicitur recumberet ſuper pectus. Origenes hom. 32. in Joan. ait. *Ioannes, qui prius recubuerat in ſinu IESV ſupra aſcendit, & recubuit ſuper pectus.* D. Thomas. *Notandum*, inquit, *quod cum Petrus innuit, ut interrogaret, recumbebat Ioannes in ſinu JESV. Nunc vero eum interrogat Joannes qui ſupra pectus ejus recumbit. Pectus enim vicinius eſt ori quàm ſinus. Joannes ſecretius audire volens reſponſum, & magis ſilenter, de ſinu conſcendit ad pectus.* Magna Joannis ſolertia, ut potè agnoſcens Chriſti conſuetudinem, qui valdè difficillimus erat, ut alterius crimen revelaret, proindéque reluctaturus illum ita dilecto manifeſtare, ut alii proditorem intellige- 74.

(Origen. — D. Thom. — Chriſtus valde difficilis, ut alicujus crimen declararet.)

intelligerent, inde ipſe ut ſecretum proditoris acciperet, elevavit ſe à ſinu in quo jacebat ad pectus ut propinquius ubi Chriſti adhæreret, pectus, ſuperius eſt ſinu. Et tunc ſubmiſsè à Magiſtro quærit quis eſſet. Theodor. Mopſueſt. *Recumbens itaque in Chriſti pectus clanculum, ne à cæteris audiretur, interrogavit.*

Theodor.

75. Chryſoſt. *Bucella non fuit ſacra Euchariſtia.*

Reſpondit JESUS. D. Chryſoſt. homil. 71. in Joan. *Tam ſubmiſſa voce, ait reſpondet, ut ni ime ab aliis audiretur, fortaſſe enim eum decerpſiſſent Apoſtoli fortaſsè Petrus interremiſſet.* Apponit Dominus ſignum. *Cui ego intinctum panem porrexero* Cui nempe panis particulam, ſeu fruſtum, ſeu buccellam intinctam, in jus, ſeu condimentum dedero. Cum hæc facta ſint in ſecunda prædictione proditoris poſt inſtitutam ſacram Euchariſtiã, Dubitari ſolet, an hæc buccella intincta fuerit ipſa ſacra Euchariſtia? fuiſſe affirmant Origenes citatus, Anaſtaſius Sinaïta de ſancta Synaxi, Petrus Damianus in libello gratiſſim. c. 6. Hildebertus Epiſc. epiſt. 64. Euſebius, & alii. Negativa tamen ſententia eſt communis, & tenenda: Ita D. Aug. tract. 62. in Joan. *Non tunc ait, Judas, Chriſti corpus accepit, ut putant quidam negligenter legentes,* &c. Idem docent Iulius Summus Pontifex in epiſtola ad Epiſcopos per Ægyptum Innoc. III. in lib. Miſt. Miſſæ. *Non debet intelligi, ait, quod ſub buccella panis intincta, Chriſtus Euchariſtiam dederit traditori.* In eadem ſententia ſunt D. Thom. Bonav. Euthym. Carthuſ. Hugo, & alii. Ratio eſt, quia Chriſtus panem intinctum non conſecravit ſed ſiccum, æquè ac vinum purum, & merum.

Auguſt. Julius Pap. Innocent. D. Thom. Bonav. Euthym. Carthuſ. Hugo.

QUÆSTIO XI.

Quare pro ſigno proditoris dat Chriſtus panem tinctum?

76. *Signum menſæ conveniens.*

INquirimus cur tali ſigno Dominus proditorem voluit indicare. Reſpondeo primò, quia illud ſignum erat valdè accommodatum cœnæ. Diſcumbebant menſæ Diſcipuli cum Chriſto, & aderat cibus, valdè ergo opportunum ſignum exhibuit, offam ſcilicet intinctam, nec verbo, nec manifeſtatiori ſigno voluit rem declarare.

77. Chryſoſt.

Secundò. Divus Chryſoſtomus homil. 71. *Modus reprehenſivus fuit, quod neque menſæ communicationem revereretur, quod ſi menſæ communicatio eum rubore non ſuffudit, hæc panis porrectio, quam non moviſſet.* Similiter Theophylactus. *Neque, ait, ſic interrogatus nomine proditorem manifeſtat, ſed per buccellam manifeſtum facit in memoriam ei reducens menſam, & panem, quorum particeps erat, ut ne prodat, & contra paſcentem inſaniat. Accipe,* inquit, *panem, cujus mecum particeps es: memor eſto communis menſæ* Appoſitè Chriſtus hoc ſigno proditorem indicat, panis enim menſalis ſignum eſt pacis, & amicitiæ; unde hoc ſigno non ſolum proditorem deſignat ſed etiam tanquam benigniſſimus Pater Judam reprehendit, & admonet, ut à ſua nequitia deſiſtat, & tantum benefactorem, *ne prodat, & contra paſcentem inſaniat.*

Theoph. *Benignè ſigno admonet Iudam.*

78. *Datur ſignũ Iudæ fictionẽ indicans.*

Tertiò. Divus Auguſtinus tract. 62. *Per buccellam tinctam, ait, atque porrectam, ſuum exprimit traditorem, fortaſſis per panis tinctionem illius ſignificans fictionem.* Quia Judas ſimili amicitiæ ſymbolo, ſcilicet oſculo eum eſſet proditurus militibus, inde ejus fictionem deſignans pane tincto utitur.

80. Cyrill. *Pro hetid adimpletæ*

Quartò. N. D Cyrill. Alex. lib. 9 in Joan. c. 16. *Tinxit panem, ait, & dedit Iudæ: levaturum calcaneum adverſus ſe oſtendens, qui panem illum manducaverat.* Panem tinctum porrexit Judæ, ut illum eſſe indicaret, qui panem cum eo edens, levaverat contra eum calcaneum ſuum. Ac proinde ut ait Rupertus. Prophetiam eſſet adimpletam. *Qui edebat panes meos, magnificavit ſuper me ſupplantationem.* Pſalm. 40. & quod ipſe fecerat, quod Salomon pro re admirabili dicebat. *Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum* Proverb. 25. n. 21.

Pſalm. 40.

81. Leo.

Quintò D. Leo ſerm. 5. de Paſſione. *Huic, ait, ne criminis cauſam aliquam præberet offenſio, nulla eſt negata dignatio.* Cur Domine proditorem Iudã non ablegas? Rex ille à menſa ſua dejicit hominẽ non exornatum veſte nuptiali. Matth. 22. & ligatum manibus, ac pedibus in tenebroſum carcerem mittit. Quis unquam magis turpi, ac ſordida veſte ad menſam accedit quam proditor Judas, cur ergo eum non ſolum à menſa tua non arces, ſed inſuper peculiari buccellæ favore donas? Cavebat optimus Princeps, ne ex negato aliquo fervore Judas proditionem ſuam excuſaret, ac proinde ad eximios Chriſti favores admittitur, ut nulla illi eſſet offenſionis occaſio, ex qua aliquam in malitia ſua prætenderet excuſationem.

Matth. 22. *Negatio favoris excuſatio malitiæ inferiorum.* Prov.

82. D. Cyril. *Qui aliquando ſervit cum aliquo honore dimittendus.*

Sextò. Citatus D. Cyrill Alex. *Proditor, ait, non erubuit charitatem Chriſti, contempſit honorem, & gratiam ejus abjecit.* Multum honorem, gratiam, ac benevolentiam erga Judam Chriſtus oſtendit, in majorem ejus pœnam, ac confuſionem, & in extremis eximius honor à ſummo omnium imperatore impenditur homini nefario, diabolica ſuperſtitione repleto, ut manu ſua panem intinctum præbeat, aliquando ſervivit ille, & fideliter, & inde nomen permittit Deus eum in ultima cœna à ſe omninò ingloriosum, ac ſine aliqua honoris ſpecie abire. Generoſitas Principis, eſt ſervos quos etiam abjicit, aliqua honoris umbra nobilitare. Vide tom. 4. c. 8. n. 112.

83. C. Chryſ.

Septimò. D. Chryſoſt. homil. 71. *Dominus per buccellam ait, porrectam, ſuum exprimit traditorem* Eximio, ac peculiari beneficio ſuum declarat Dominus proditorem, cur non alio ſigno, ſed tantum eximio beneficio.? Sic frequenter contingit, ac ſi unum beneficium conceſſum, ac acceptum gravis futuræ injuriæ ſit index, veluti conſequentia eximii beneficii acerba ſit injuria: & hoc indicat textus ſequenti verſu. *Cum ergo accepiſſet buccellam, exivit continuò.* Illa particula. *ergo* illationem indicat, ut notat Toletus, & infra dicam, veluti conſequentia, & illatio tanti beneficii, buccellæ nempe datæ extiterit horribile crimen nefariæ proditionis exiens ad illud perpetrandum cum Iudæis.

Beneficium datum index futuræ injuriæ.

84. Rupert. *Honor immerenti datus ad pœnam inſervit.*

Octavò Rupert lib. 11. *Adeò patienter IESVS, ait, tanquam puer innocens inimicum ſuum cibabat: & veluti antiquus dierum carbones ignis ſuper caput ejus congregabat* Manſuetiſſimus JEſus patientiſſima ſua manu proditori Judæ dat cibum, quod maximus erat honor, ſi ille meruiſſet, at quia indignus extiterat, inde damnationem, ac ultimum exterminium accepit. *Veluti antiquus dierum, carbones ignis ſuper caput ejus congerebat.* Daniel. 7. num. 9. dicitur: *Throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit: thronus ejus flamma ignis: rotæ ejus ignis accenſus: fluvius igneus, rapidúſque egrediebatur à facie ejus.* Antiquus dierum, id eſt judex

Daniel. 7.

terribilis evomens igneos fluvios. Dum ergo Jesus cibat proditorem, tanquam pacificum agnum ac terribilem judicem ſe habet, ut Agnus manſuetus inimicum honorat, ac dulci pane intincto cibat; at verò cum tantus honor tantáque dignitas immerenti exhibetur, in terribilem judicem ſe Dominus erga illum convertebat, eum dejiciens in fluvios igneos, ignitóſque carbones ſuper caput ejus congerens.

85. Eſther. *Honor immerenti lethalis.*

Aman magna gratia videtur delata, quod ipſum ſolum cum rege ad epulas invitaverat Eſther, ut ipſe benè agnovit dicens: *Regina quoque Eſther nullum alium vocavit ad convivium cum rege præter me.* c. 5. 12. Maximum hoc videbatur felicitatis argumentum, quod ipſe ſolus inventus eſſet tanto honore dignus: at quia ipſe non dignus, ſed ut indignus vocatus eſt, inde ex ipſo convivio parata eſt ei via ad ejus perditionem, & ruinam, ut Regina in ipſo aperuit convivio, quod hoſtis illius vitæ ejus inſidians Aman erat, ex quo ipſe ad patibulum raptus eſt, ad quod honor tantum inſervit, immerenti datus. Huc veniat D. Chryſoſt. homil. de principatu tom. 6. *Nihil adeo*, ait, *Deum irritat, quam quod quidam præter meritum, honoribus ornentur.*

D. Chriſ.

Quæstio XII.

An Ioannes agnoviſſet apertè proditorem?

86. Chryſoſt.

Docet D. Chryſ. homil. 71. & communiter Auctores citandi, quod alii Apoſtoli præter Joannem, non agnoviſſent traditorem; nam illa verba, quæ Chriſtus dixit Joanni, *Cui ego intinctum panem porrexero*: valdè ſubmiſſè Dominus cum Joanne loquutus eſt, ut minimè ab aliis Apoſtolis audirentur, & divina diſpoſitione, ait Carthuſianus, factum eſt, ut Joannes etiam Petro non indicaſſet, ne in pacis menſa turbationis gladius inveniretur. De ſolo ergo Ioanne eſt dubium, an ipſe agnoviſſet.

Carthuſ.

87. Chyſ. Cathuſ. Beda.

Noſter D. Cyrill. Alex. lib. 9. in Joan. c. 16. Carthuſianus, Beda, Cardinales Caietanus, & Toletus, Lucas Burgenſis, Cornelius, & alii aſtruunt, proditorem agnitum fuiſſe à Joanne: ad hoc enim Chriſtus dato ſigno proditorem ei aperuit, ut ille eum agnoviſſet. Deinde alta Dei ordinatione ſic eſt diſpoſitum, ut Joannes id antea ſciret, ut hujus rei apud alios teſtis fieret.

88. Chryſ. Thoph. Hugo.

Divus verò Chryſoſtomus homil. 71. Theoph. Cardinalis Hugo, & alii tenent, quod Joannes determinatè, ac in individuo non cognoviſſet traditorem. Nam Evangeliſta infrà ait, *Hoc nemo ſcivit diſcumbentium.* Quod de agnitione proditoris à multis interpretatur citandis Expoſit. ſequenti Deinde, ut ait Hugo, Ioannes non intellexit determinatè proditorem, quia ſic verba Chriſti poterat intelligere, quod aliquis eorum, cui erat ita beneficus, ut panem porrigeret ad comedendum, cum eum eſſet proditurus. Tandem Dominus non declaravit, an tunc modò porrigeret, vel poſtea, an tunc eum eſſet traditurus in illa nocte, vel alio tempore.

89.

Alii ex eo dicunt quod Joannes non cognovit traditorem, quia quando Dominus buccellam intinctam dedit Iudæ, ipſe dormiebat ſuper pectus ejus; quod autem ipſe dormierit, videtur affirmare Theophylact. *Permittit ei*, ait, *Dominus ut recumbat ſuper pectus, mærorem ejus ſolvens, mitigans turbationem mentis illius, & ſummam triſtitiam ſapiens.*

Theoph.

Somnus Ioānis de contemplatione Eccleſia intentus.

At verò cur dicitur Ioannem dormiviſſe in ſinu Chriſti in cœna, ſi intelligatur de ſomno contemplationis? ut docet D. Iuſtinian. lib. de Agone, c. 9. & canit Eccleſia. *Supra pectus Domini recumbens Evangelii fluenta, de ipſo ſacro Dominici pectoris fonte potavit.* Benè habet. Verùm ſi intelligatur de vero ſomno, nullum ad hoc aſſerendum video fundamentum, ut etiam tenet Barradas tom. 2. lib. 2. c. 12. §. *Dormiviſſe illum.*

Barradas.

90. *Reſolvitur quæſtio.*

Sententia quæ docet quòd Joannes cognoverit traditorem, ſatis probabilis eſt, quia adurget illud fundamentum, quia ad hoc Dominus dedit illud ſignum, ut proditorem agnoſceret de quo poſtea daret teſtimonium: ſententia verò quod non cognoverit probabilior, quia quando Dominus Iudæ dedit buccellam; tunc temporis raptus eſt Chriſti pectore ad intelligenda ſublimia divina arcana, ut canit Eccleſia; ac proinde majoribus occupatus, cuinam Chriſtus buccellam præbuerit non animadvertit.

91. D. Chriſ. *Qui alienus eſt ab aliquo delicto proximum noſcit judicare illius reum.*

Quod ſtabilitur præclara ſententia D. Chryſ. hom. 71. *Hoc autem*, ait, *nemo ſcivit diſcumbentium numquid & Ioannes? Neque ipſe: neque enim putavit diſcipulum in tantam prorupturum iniquitatem. Cum enim à tali ſcelere abeſſet, neque de aliis ſuſpicabatur.* Joannes ex Chriſti ore audivit, *cui ego intinctum panem porrexero, & cum intinxiſſet panem dedit Iudæ.* Cùm Chriſtus dixiſſet, cui intinctum panem dedero, ipſe eſt, & ſtatim ante Joannis oculos intinxit panem, & dat Judæ, & tamen valdè mirum, Joannes non cognoſcit, nec ſuſpicatur Judam eſſe proditorem; cum enim ipſe valdè longè eſſet à nefario proditionis crimine, etiam ſi apertis oculis videat evidentiſſima, ac clariſſima proditionis ſigna nec de Juda, nec de aliquo alio valet tam execrabile crimen ſuſpicari. Vide tom. 3. cap. 35. n. 369. & tom. 4 c. 8. n. 186. & c. 14. n. 18. & 19.

92. Theoph. *Divini ſpiritus eſt in proximis non mala, ſed bona videre.*

Theophylactus valde etiam appoſitè. *Nunc ergo*, ait, *& Ioannes ignorabat eum? Sancta quidem illa anima procul à tali impietate, neque de alio tale quidpiam ſuſpicata fuit.* Viderat Ioannes oculis ſuis panem tinctum dari Iudæ, quod erat ſignum proditoris à Chriſto aſſignatum, tamen cum Joannes eſſet purus, recumbens in pectore Jesu, totúſque ejus ſanctitate plenus, inde inter apertiſſima ſigna proditoris à Chriſto exhibita, ac demonſtrata, adhuc proditorem non videt, ad ejúſque mala cæcutit, ut ſolum bona intueatur, & quem in ejus menſa ſedentem videbat, ejus ſanctiſſimum ſectatorem appenderet, ac exiſtimaret.

93. Geneſ. 1.

Poſt fabricatum univerſum orbem, poſt omnia animalia condita, inquit textus, *Vidit Deus omnia quæ fecerat, & erant valdè bona.* Gen. 1. n. 31. Inter productas creaturas aliqua extabant, quæ non erant valdè bona; ſerpens, qui tot introduxit mala in orbem, omniáque mala miniſtravit; ac proinde abſque aliqua injuria poteſt dici, non valdè bonus, ſed potius abjectus, & malus; extabant etiam vilia reptilia ubi erat inſtrumentum, quod Diabolus ad omnem malitiam invenit, ubique aderant tot contemptibilia animalia, quomodo valdè bona apparent? Perpende cuinam bona apparebant, Deo nempe, *Vidit Deus.* Divinus autem intuitus nihil videt quod non bonum, & valdè bonum ei appareat. Theodorus homil. 2. de nativitate, quæ habetur tom. 6. Concil. Epheſ. c. 10. *Omnia* ait, *quæ aſpicis, oculo perturbationis.*

Ex qualitate oculorum, bona vel mala videntur. Theodor.

immuni

immuni aſpice, & Deus videbis omnia eſſe val[de] pulchra, Abjice paſſionem ſummum mox in Dei opere decorem, venuſtatem comperies. A qualitate oculorum naſcitur, quod bona, vel mala videantur.

Joan. 13. *n.* 27. Et poſt buccellam introvit in eum Satanas. Et dixit ei Jesus: quod facis fac citiùs.

Num. 28. Hoc autem nemo ſcivit diſcumbentium ad quid dixerit ei,

VERSIONES.

Syria. n. 27. Ac poſt panem, tunc ingreſſus eſt in eum Satanas. Quod facis, fac [c]ito.

Pagnin. Vatabl. Et poſt offulam ingreſſus eſt in Deum Satanas.

D. Auguſt. Intravit Diabolus in cor ejus: & dicit ei Jesus, quod facis, fac velociter.

Arabic. Quod facturus es, fac illud citius.

D. Ambr. lib. 2. *de Cain, & Abel, c.* 4. Quod facis, fac celerius.

Syriac n. 28. Hoc autem nemo ſciebat ex diſcumbentibus illis, de qua re dixerat ei.

Origenes. Vatablus. Hoc autem nemo diſcumbentium intelligebat ad quid dixiſſet.

Euthym. Namo intellexit.

EXPOSITIO VII.

64. E*T poſt buccellam.* Seu *offulam*, quam Judas ſimulato animo accepit, & comedit, tanquam gratum amicicitiæ ſignum, ne recuſando ſe manifeſtum faceret. *Introivit in eum Satanas,* Seu, ut legit Divus Auguſtinus. *Intravit Diabolus in cor ejus.* Non intravit in eum tanquam in Dæmoniacum ut eum corporaliter exagitaret ut notat Euthymius. Intravit ergo in eum Satanas, ut totum hominem poſſideret, ut malas, peſſimáſque cogitationes, quas contra Magiſtrum machinatus fuerat, ut eum proderet, opere perficeret, ac adimpleret, ad affectúmque perduceret, eum actualiter ſuis inimicis tradens. Ut explicant N. Cyrillus, Chryſoſtomus, Carthuſianus, Hugo, & alii. *Dixit ei* Jesus. Videns ſua divinitate depravatum animum Judæ, ac obfirmatum, ut ſine ulla cunctatione proditionem proſequeretur, quam ſtatuerat. *Quod facis.* Quod nempe apud te eſt ſtatutum facere; *fac citius.* Ponitur comparativus pro poſitivo *citò.* Ut vertit Syriacus. Profundâ ſapientiâ hæc verba prolata ſunt à Chriſto. Et ſunt, ut ait D. Auguſtinus non præcipientis, ſed prædicentis; ac ſi diceret Chriſtus. Non cogites, ô Juda, quod tua conſilia me latent, apertè illa teneo, & comprehendo, & quamvis multis modis poſſem impedire, permitto tibi ut facias quàm citiùs volueris ob humani generis ſalutem. Divus Chryſoſtomus, Theophylactus inquiunt quod hæc verba ſunt exprobrantis, ſcio quod extrema mala mihi moliris, age, quod agis quam citiùs volueris. De quo latiùs quæſt. 14.

(D. Auguſt. Euthym. Cyril. D. Chryſ. Carthuſ. Hugo. Syriacus D. Auguſt. D. Chryſ. Theoph.)

95. *Hoc autem.* Ad quid referatur poteſt dubitari, D. Chryſ. hom. 71. Theoph. D. Thom. D. Bonav. ad ſuperiùs dicta, & facta, ac proinde etiam ad prædictionem, & ſignum de proditore, ſic ait D. Bona. *Nemo ſcivit diſcumbentium, videtur reſpicere ad prius dictum: Cui porrexero intinctum panem.* D. verò Cyrillus, Origenes. Beda, Card. Cajetanus, Toletus, Carthuſianus, Hugo, Lucas Burgenſis ad proximè dicta. *Quod facis, fac citius.* Et hoc videtur magis conſonum literæ, nam illud nomen *hoc,* ad proximè dicta refertur: *Nemo ſcivit diſcumbentium.* Nec etiam Joannes ſcivit, unus enim erat ipſe diſcumbentium; ex quo ait D. Thom. conjice quam abdita ſint Chriſti myſteria, quod nemo ex diſcipulis enutritis in ejus ſchola illud ſcivit ac intellexit poſtea verò adventu Spiritus ſancti eis revelatum eſt, quid Chriſtus illis verbis ſignificare voluerit. *Ad quid dixerit.* Illa nempe verba, quibus excludebat proditorem Judam à familia ſua, ac Collegio ſuo.

(D Chryſ. Theoph. D Thom. Bonav. Cyrill. Origen. Beda. Cajetan. Tolet. Carthuſ. Luc. Burg.)

Quæstio XIII.

Quare poſt bucellam Satanas ſtatim in Judam introierit?

96. Diabolus jam anteà ingreſſus fuerat in Judam ad proditionem machinandam. Luc 22. numero. 3. & ſuprà Joan. 13. n 2. Nunc verò dicitur in eum ingreſſus ut totum hominē pleniùs poſſideret ut ait D. Auguſt. tract. 62. ipſumque obfirmaret in malo, ut ſine dilatione, ac mora, ſuum propoſitum ad effectum produceret, Magiſtrum ad mortem tradens quæſtio tamen eſt, cur poſt buccellam dicitur introiſſe in Judam?

(Luc. 22. Joan. 13. Auguſt.)

97. Reſpondeo primò, quod buccella nec fuit mala, nec ſecum diabolum invexit, aut diaboli ingreſſus fuit cauſa. Ut rectè ait D. Cyrill. Alexand. lib. 9. in Joan. cap. 16. Sed quia Judas ſentiebat ſe jam aliis Apoſtolis indicatum; nam cùm ipſe pro ſe Magiſtrum interrogaverit, *Numquid ego ſum Rabbi,* Chriſtus reſpondit: *Tu dixiſti* Deinde vidit quod Petrus innuit Joanni, ut Dominum interrogaret. *Quis eſt de quo dicit.* Vidit que Joannem cum Chriſto ad aurem loquentem, & poſt hæc intinctam buccellam ſibi dari timuit, ne eſſet in ſignum; cùm ergo ſibi conſcius eſſet, ſuſpicatus eſt conſcientia ſua eum accuſante, ac arguente ſe jam eſſe aliis revelatum, ac à Magiſtro jam eſſe à ſuis diſcipulis excluſum, quibus exacerbatus, in malitia ſua confirmatus, totum cor ſuum tradidit Diabolo & Magiſtri, ac diſcipulorum conſpectum non ſuſtinens, exivit continuo, metuens ne ab aliis Apoſtolis malè mulctaretur determinans perficere quod cogitaverat, præcipuè quia ſciebat Chriſtum poſt cœnam de more ſuo iturum ad montem Olivarum. Ita D. Chryſoſt Euthym Theoph. Tolet. Lucas Burgenſ Cornel.

(Cyrill. *Conſcius ſui criminis de quolibet re timet.* Chryſoſt. Euthym. Theoph. Tol. Luc Burg. Cornel.)

98. Secundò. D. Aug. cit. tract. 62 *Quia erat autem* ait, *panis traditori datus, niſi demonſtratio, cujus gratiæ fuiſſet ingratus:* Et poſt pauca ſubdit *Cum homini ingrato intraſſet panis in ventrem, hoſtis in mentem.* Summa benevolentiæ ſigna Chriſtus erga

(Auguſt.)

Beneficiis ingratus; Diaboli fit poſſeſſio.

Ju jam declaravit, eum ſecum ad menſam habuit, illique intinctam buccellam dedit, quod erat eximii amoris ſymbolum, ejuſque animum ad magiſtrum ſuum redemandum allicere valebat; ille tamen tantis beneficiis non eſt emollitus, ſed potius magis obduratus in odio magiſtri, ut à propoſito ſuo non deſiſteret, ſed ipſum indilatè inimicis ad mortem tradere parat, & qui tanta ingratitudine replebatur, diaboli mancipium eſt inventus, ut Satanas ad totum ipſum poſſidendum in cor ejus ingreditur. Quod eleganter dixit Theoph. *Dominus quidem, ait, dedit buccellam Judæ, ſi forte recogitaret amicitiam menſæ, & panis, & à proditione deſiſteret? Judas autem quum nec ſic emendaretur, tunc planè factus eſt Satanæ, & traditus ei ut inemendabilis.*

Theoph.

99. D. Cyril.

Tertiò N.D. Cyrillus Alex. lib. 9. in Joan. c. 19. *Judas unà cũ cæteris, ait, amoris, charitatiſque Chriſti particeps fuit, & tamen in malis perſeverabat conſiliis, nulla Chriſti admonitione commotus nullo ſaltem rubore, cum ſciret omnia Chriſtum videre, affectuſſimo magis, magiſque in horas cupiditate patrandi ſceleris ardens in animam ejus Diabolus eſt ingreſſus.* Judas ex Chriſti verbis, ac factis *Unus ex vobis tradet me.* Iterum. *Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet.* Etiam ex data buccella, bene intelligebat ſe eſſe proditorem à Chriſto agnitum, & etiam ſuſpicabatur, ſe aliis Apoſtolis eſſe revelatum, & tamen omni admonitione contempta, totus impudens abſque ullo rubore aſtabat in menſam, & qui inverecundus erat coram Deo, & hominibus, Diaboli factus eſt domicilium Perſeverabat, nulloque ſaltem rubore affectus, in animam ejus diabolus eſt ingreſſus.

Inverecundus Diaboli domicilium.

100. Sinaita.

Indignè communicantem. Diabolus redarguit, & punit.

Quartò D. Anaſtaſius Sinaita de ſancta Synaxi. Poſt buccellam intravit in eum Satanas. Non *quod, ait, diabolus panem illum deſpiceret ſed ut eum, qui ſumpſerat, redargueret in judicium enim ſuum ſumpſerat.* Buccella illa ſaltem typus erat ſacræ Euchariſtiæ, quam Judas indignè ſumpſerat, ideò ſtatim poſt buccellam ingreditur Satanas tanquam accuſator, ac carnifex. Accuſator redarguens miſerum peccatorem in judicio. Carnifex ut damnatum puniat, & ideò poſt buccellam intrat Satanas ut qui malè ſumpſerat, non humano, ſed diabolico igne torqueatur, *in judicium ſuum ſumpſerat.*

101. Peluſita.

Quintò. D. Iſid. Peluſiota lib. 1. epiſt. 24. *Quod jam, ait, incurabili morbo teneretur, ut qui Dominum quidem prodere in animo haberet; nec tamen myſteria percipere recuſaret: idcircò eum adduxit. Nam ſi eum erga divinum myſterium religioſè, ac reverenter affectum id deprecantem conſpexiſſet, fortaſsè ipſum tanquam adhuc ſanæ mentis, ac ſobriæ prætериiſſet.* Antequam Judas buccellam acciperet, magiſtri proditionem moliebatur, & tamen cum tunc Diabolus eum proditorem videret, vehementi impetu non aggreditur ad totum hominem poſſidendum, ſed modo poſt acceptam buccellam. Licet antea videretur proditorem, non tamen videbat ſacrorum contemptorem & ideò hominem verebatur, ne in eum toto conatu irrueret, cum adhuc ſacra ei in veneratione eſſet, licet grandis peccator exiſteret; at cum ſacra ab homine contemnuntur, jam Diabolus eum non timet, ſed tanquam in rem ſuam ad totum hominem poſſidendum ingreditur.

Contemptus ſacrorum ſuper omne malum januam Diabolo aperit.

102. D. Leo.

Infamia publicata non reſpuit homo fieri dæmonis domicilium

Sextò D. Leo ſerm. 7. de Paſſione. *Cumque, ait ſe à cibo alii, in quo Dominus judicium poſuerat, continent, tu manum non retrahis à paropſide, quia animam non avertis à crimine, certum eſt itaque, ut cum traditori ſuo Dominus manifeſtius deſignando panem porrexiſſet intinctum, totum Judam diabolus occuparet.* Judæ iniquitas antea reputabatur ab ipſo occultata; at cum ipſe poſt Petri inſinuationem, & Joannis interrogationem ſuſpicaretur buccellam intinctam ſibi eſſe datam in ſignum, tunc diabolus magis in ſtigationibus cor ejus pulſavit, ſuum crimen eſſe revelatum. *Cum traditori ſuo Dominus manifeſtius deſignando panem porrexiſſet intinctum.* Et cum videt ſuam infamiam notam, & malitiam detectam, cor ſuum diabolo aperuit. Perpende quantum malum pullulat ex infamia evulgata, ut non reſpuat homo diaboli contubernium, ac ipſius fieri domicilium, ac tartarorum ſtabulum.

Septimò. D. Chryſoſt. ſerm. 6. in c. 2. epiſt. ad 103. Chryſoſt.
Philippenſ. *Diabolus nempe, ait, in Judam evadens non ante totum, apprehendere, atque in ipſum ingredi auſus eſt, quam illum Chriſtus à ſacro choro ſecreviſſet; extrinſecus quidem tentabat, ſed intus irrumpere non audebat; poſtquam verò à ſacro illo grege abſciſſum vidit, quovis lupo vehementius impetum fecit, neque ante deſiitit, quam illum duplici morte mactaret,* Verum eſt quod quando Judas in Salvatoris, ac Apoſtolorum contubernio verſabatur, fur erat, & loculos habens: Joan. 12. n. 6. At quamvis reus gravis culpæ eſſet, tamen tunc non dicitur quod in eum Satanas introiſſet, niſi modo, quando à conſortio Apoſtolorum ſequeſtratus eſt dicente Chriſto, *quod facis, fac citius.* Quando inter Apoſtolos degebat, quamvis coram Deo eſſet improbus, ac impius, tamen quadam religionis ſpecie in hominum conſideratione fungebatur, cum Apoſtolus diceretur, interque Apoſtolos commorabatur, à quibus ſpes erat, ut ad meliorem frugem reduceretur, tunc diabolus, ut ait Chryſoſt. *extrinſecus tentabat,* circumambiens, & explorans aliquatulum eum adhuc timebat, & omni impetu aggrediebatur. At poſtquam ipſe ſanctorum ſchola defecit intuſque foris malus apparuit, pietatis tegumentum depoſuit ad Judæos tranſiens, ut ſignifer comprehendentium Jesum fieret, non amplius diſſimulavit, neque eum amplius timuit, ſed quaſi in poſſeſſionem omnino ſuam introgreſſus eſt.

Joan. 12.

Intus fortis, que malus, non timetur à Diabolo.

D. Chryſ.

Octavò. Cardinalis Petr. Damianus in libello 104.
gratiſſimo, c. 9. eleganter præfata verba, Poſt buccellam introivit in eum ſatanas, expendens, ait. *Numquid buccella illa quam Judæ Dominus porrexit, bona non fuit; Sed erat cauſa ſalutis, illi factum eſt materia condemnationis: quia inſtrumentum pacis non pacatus accepit.* Et poſt pauca ſubdit. *Nec ideò Sacramentum eſſe deſiit, quia execrandus accepit; ſed potius aſſerendum eſt quia indigna eadem res facta eſt occaſio mortis, quæ bonis procurata eſt ad ſalutem.* Exiſtimat ille, quod buccella fuerit corpus Chriſti. Quam ſententiam ſuprà impugnavit, tamen pro morali documento nunc eſt expendenda Sacra illa buccella vitalis, ac ſalutaris eſt, qua juſti ad vitam immortalem nutriuntur; at verò cum Judas perverſo corde eſſet totus detentus in ſua malitia in ſalutari pharmaco edidit lethale venenum, & in fonte vitæ hauſit calicem mortis, præparans Diabolo ingreſſum in anima ſua. Hinc rectè ex D. Thoma canit Eccleſia, *Mors eſt malis vita bonis.* Bonum malè utentibus nocet. ut patet in corporali eſca,

Damian.

Bucella porrecta Judæ attulit ei mortem, aliis vitam

Hymnus Eccleſiæ.

Mandat Deus Moyſi, *Pones ſuper menſam panes* 107.
propoſitionis Exod. 25. num. 30. Aquila, Pagninus Arias legunt *panes facierum,* Quod nimirum ad

Exod. 25. Aquila. Pagnin.

minimum

minimum duas facies haberent. Pro certo eſt panem Propoſitionis Chriſtum Dominum in Euchariſtia adumbraſſe. Rup. l. 4. in Exod. c. 7. *Panis propoſitionis*, ait, *ipſe eſt Chriſtus, nam ille panis propoſitionis in typum hujus panis poſitus eſt.* Statim quæſtio pulſat animum, cur Dominus panis duarum facierum eſt; Chriſti facies in Euchariſtia ſuavis, ac delectabilis eſt juſtis, illos nempe recreat, ac lætificat. Juxta illud: *Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.* Pſ. 20. n. 7. Altera verò Chriſti facies terrifica, ac terribis malis, juxta illud: *Vultus autem Domini ſuper facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.* Pſam. 33. n. 17. In hac Chriſti menſa juſti feliciter vivunt; impii diro ſupplicio moriuntur. D. Chryſ. hom. poſteriori de cruce, ac latrone: *Non eſt ſanguis Chriſti*, ait, *deterior Babylonio igne, ille ſcit ſanctorum in camino honorare corpora, & Chaldæos comburere.* Dan. 3. *n.* 47. *Quanto magis ſanguis ille pretioſiſſimus ſcit procedere in incredulos, & ſanare fideles.*

Rupert. *Chriſtus in Euchariſtia bonis amabilis, peccatoribus terribilis.* — Pſal. 20. — Pſal. 33. — D. Chryſ.

106. Exod. 17. *Chriſtus in Euchariſtia juſtos ſanat, peccatores necat.*

Erat manna quaſi ſemen Coriandri album. Exod. 19. n. 31. Manna typus Euchariſtiæ erat, ut ſatis eſt vulgare apud Scripturas, inſtar Coriandri extabat magno ſanè myſterio, quia, ut teſtatur Plinius lib. 20. natural. hiſtoriæ, c. 20. ea natura Coriandri eſt, ut homines ſanet, ſerpentes verò interficiat; illis ſalutare eſt medicamentum, his verò lethale venenum, quod optimè divinam Euchariſtiam adumbrat illorum animas, qui ſalutare obſequium præſtant, nutrit, ac fovet; peccato verò venenatas perdit, ac necat. Quod ignis figura explicat D. Chryſoſt hom. 5. in 2. Cor. *Ignis* ait, *non modo aurum repurgat: verumetiam carbones abſumit, maximè ſuam vim exercet.*

D. Chryſ.

QUÆSTIO XIV.

Quare Chriſtus dixerit Iudæ, quod facis, fac citiùs?

107. O[r]igen. D. Cyrill.

ORigenes cit. in catena dicta exiſtimat hæc verba Diabolo, vel Judæ. At D. Cyril. l. 9. in Joan. c 17. Diabolo dicta arbitratur, tanquam ſi vir fortis adverſus aliquem militans magna voce dicat, quod facis, fac citiùs, ut meæ dexteræ vires experiaris. At ex conſequentibus apertè colligitur, verba illa dicta fuiſſe Iudæ: *Hoc autem nemo ſcivit diſcumbentium, ad quod dixit ei*, ſcilicet Judæ: *Quidam etiam putabant, quia loculos habebat Judas, quod dixiſſet, ei* Jesus, *eme ea, quæ opus ſunt nobis*, &c. Ergo ad Iudam dicta ſunt verba. Quæſtio eſt, quare hæc ei dixit Dominus?

108. D. Auguſt. *Verba ſunt permittentis, ac ſcientis mortem.*

Reſpondet primò D. Auguſt. tract. 91. in Joan. *Nemo præcipit facinus*, ait, *ſed prædixit Judæ malum, nobis bonum.* His verbis indicavit Dominus Judæ, notam ſibi eſſe proditionem quam ille machinabatur; quam cum poſſet multis modis impedire, tamen non vult, ut ex hoc ſciat Judas ſe ipſum ſponte mori, quòd niſi ipſo permitente nihil poſſet adverſus eum facere, ac proinde cum Chriſtus ait *Quod facis, fac citius.* Id eſt permitto, ut quod decreviſti facere, facias quacumque celeritate volueris propter magnum bonum, quod ex mea morte in hominum genus redundabit. Sic pergit D. Auguſt. quod facis, fac citiùs *ô verbum!* ait, *libentiùs parati ad paſſionem, quàm irati ad vindictam, ô verbum! non tam pœnam exprimens venditoris; quàm mercedem ſignificans redemptionis.* Verba, quæ ex Auguſtino ſequuntur, dabo infra num. 111.

109. Chryſoſt. Theoph. *Exprobrat Dominus Iudæ ſuam iniquitiam.*

Secundò D. Chryſ. hom. 71. in Joan. *Fac citius*, ait, *non imperantis eſt, neque conſulentis: ſed exprobrantis & revocantis ad emendationem.* Theophil. *Hoc, non eſt adhortantis ad perditionem, ſed exprobrantis, & permittentis ei ad proditionem venire.* Ac ſi diceret. O Juda age, quod agis, ſcio te mihi, à quo tanta dona accepiſti, extrema mala moliri, hæc eſt tua perverſitas, & nequitia qua tantis beneficiis à me acceptis correſpondere vis, & paras; Malitiámque ſuam Judæ Dominus in faciem objicit, ac exprobrat, ut his compunctus à malitia ſua recedat. Similes locutiones ſunt in Scriptura. Judic. 10. n. 14. *Invocate Deos, quos elegiſtis, ipſi liberabunt vos*, Matth. 23. num. 32. *Et vos implete menſuram patrum veſtrorum.*

Judic. 10. — Matth. 23.

110. D. Ambroſ. *Chriſtus in eadem anima ſimul cum diabolo eſſe non poteſt.*

Tertiò D. Ambr. lib. 2. de Abel, & Caïn, cap. 4. *Quod introierat*, ait, *in illum Satanas ut ipſe abiret à Chriſto. Ejicitur itaque, & excluditur, eo quod jam cum Domino* Jesu *eſſe non poſſit, qui cœperat eſſe cum Diabolo, Nulla enim communicatio Chriſti ad Belial*, inquit Evangeliſta. *Quod poſt buccellam introivit in eum Satanas*; Tunc ait Chriſtus Judæ, *quod facis, fac citiùs*, tanquam eum excludens à ſua ſocietate, ac Collegio, ubi enim in cor ejus introvit Satanas, ſtatim Chriſtus ab eo receſſit, qui non poteſt eſſe in eodem domicilio cum diabolo. Hinc notat S. Ambr. citat. loco. Cur Dominus facto flagello vendentes omnes ejecit de templo. Joan. 2. n. 15. Cur tam durè, ac aſperè Reſpondet S. Doctor: *Chriſtus de templo*, ait, *ejiciebat nummularios, quia ipſe volebat intrare.*

Joan. 2.

111. D. Aug — Caſſian. — Richelius.

Quartò. Citatus D. Auguſt. *Dixit Dominus*, ait, *quod facis, fac citius, Non tam in perniciem perfidi ſæviendo, quam ad ſalutem fidelium feſtinando.* Simon Caſſian. lib. 13. *Feſtinabat Chriſtus*, ait, *ad redemptionem, fervebat deſiderium Salvatoris*: Richelius. *Non deſiderando*, inquit, *feſtina ad iniquitatem Judæ; ſed celerem redemptionem naturæ humanæ dixit quod facis, fac citius.* Voce enim illa *citius*, etiam ſuum deſiderium exprimit Chriſtus, ac proinde ut advertit Lucas Burgens. Non tantum permittit Judæ proditorem ſui; ſed etiam pro noſtra ſalute deſiderat, ut cito illa fiat: Sic Martyres aliquando tortores ſuos paratos mactare, hortati ſunt properare, non peccatum illis, ſed ſibi Martyrii coronam abſque dilatione aptantes. Ut legitur 2. Machab. 7. n. 30. Nam ut optimè ait Rupert. in præſenti *Aliud namque eſt dicere facienti fac citius, aliud vocanti præcipere, ut hoc, vel illud faciat*, Ac proinde ait Jesus citiùs, quia prævidebat Judam id facturum, & jam adeſſe horam, ut Patris voluntatem adimpleret, negotiúmque noſtræ ſalutis perficeret, quod vehementer ipſe optabat. D. Leo ſerm. 7 de Paſſione: *Vox hæc*, ait, *non jubentis eſt, ſed ſinentis, nec trepidi ſed parati: qui habens omnium temporum poteſtatem, oſtendit ſe moram non facere traditori, & ſic ad redemptionem mundi, paternam exequi voluntatem, ut facinus, quod à perſequentibus parabatur, nec impelleret, nec timeret.* Idem ferè habet D. Bernard. ſerm. in cœna Domini.

Luc Burg. *Vehemens Chriſti deſiderium ad mortem.* — 2. Mach. 7. — Rupert. — D. Leo. — D. Bernard.

112. Origen. *Chriſtus mortis deſiderio inimicorum affectum ſuperavit.*

Quintò Origenes in catena D. Thomæ: *Cui autem, id ambiguum eſt quod potuit vel Judæ, vel Satanæ Dominus dicere. Quod facis, fac citius; provocans adverſarium ad pugnam, vel proditorem ad ſubminiſtrandum diſpenſationi, quæ erat futura ſalubris ſæculo, quam non amplius tardari, nec protrahi, ſed pro poſſe maturari volebat.* Veluti videtur

Chriſtus

Chriſtus cum proditore de mortis ſuæ voto, ac celeritate contendens, illuſtri eum victoria ſuperare, ſuóque vehementi affectu inimici conatum antecellere apparat, ac ſi dicatur, Tu, ô inimice! vis citò facere, citiùs ego fieri exopto. *Provocans adverſarium ad pugnam.*

113. Venit Judas in Hortum cum militibus armatis ad Dominum Jesum comprehendendum. *Proceſſit* Jesus, *& dixit eis, quem quæritis. Reſponderunt ei,* Jesum *Nazarenum, & dixit eis* Jesus, *ego ſum: & ut dixit ego ſum abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram.* Joan. 18 n. 4 & 5. Magna fortitudine, celeritate, ac conatu, venerunt milites ad comprehendendum Jesum ad mortem, & tamen Dominus non ſtat in ſuo loco, ſed eis obviam tanquam moræ impatiens procedit, omnis humana currendi celeritas mora erat comparata cum vehementi Chriſti deſiderio fundendi vitam pro hominum ſalute, ad vocémque ejus *abierunt retrorſum, & ceciderunt in terrram.* Quare qui tanto robore, ac alacritate venerant ad vocem ingerentis, ſe ad vincula ſic proſternuntur, quia omnis humana celeritas, ac alacritas comparata cum ardenti Chriſti deſiderio moriendi pro redemptione noſtra retrorſum abit, & devicta cadit in terram. Eleganter D. Hilar. lib. 10. de Trinit. *Anne metuit*, inquit, *qui armatis ad corripiendum ſe obvius prodit? Et in corpore ejus infirmitas fuit? Ad cujus occurſum conſternata conſequentium agmina ciderunt, & majeſtatem ingerentis ſeſe ad vincula non ferentes ſupinatis corporibus reciderunt.* Expende ultima verba: *Majeſtatem ingerentis ſeſe ad vincula non ferentes ſupinatis corporibus reciderunt.* A tanta Chriſti majeſtate, fortitudine, ac alacritate ſupinata, ſeu ſoluta corpora ceciderunt.

Joan. 18. Deſiderium mortis in Chriſto inimicorum alacritate ſuperavit.

D. Hilar.

114. Pergit Ioannes citato cap. 18. n. 6. *Iterum ergo interrogavit eos; quem quæritis, illi autem dixerunt* Jesum *Nazarenum.* Quæ verba commentans Toletus, ait: *Quo verbo in terram proſtravit, verbo erigit,* inquit, quem quæritis, *quo verbo eis vim, & robur indidit.* Ipſe quos dejecerat, eis opem, manúmque ſuam porrigit, manifeſtans ſignis ſuum animum ſuámque alacritatem ad mortem declarans. D. Ambroſ. lib. 18. in Lucam. *Cæterum,* ait, *quã conſtanter ſe morti obtulerit conſequentia declarant, quando quidem quærentibus occurrit, turbatos confirmavit, trepidos provocavit, proditorem oſculi dignatione ſuſcepit.*

Joan. 18. Chriſtus ſic velox ad mortẽ ut proſtratos hoſtes erigat.

D. Ambr.

Joan. n. 13. n. 29. Quidã enim putabant, quia loculos habebat Judas, quod dixiſſet ei Jesus, eme ea, quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum: aut egenis, ut aliquid daret.

Num. 30. Cum ergo accepiſſet ille buccellam, exivit continuò. Erat autem nox.

VERSIONES.

Syriac. n. 29. Quidam enim ex eis putabãt, propterea quod marſupium ad latus eſſet ipſius judæ, præcipiendo præcepiſſet ei Jeſus, ut emeret, quod requirebatur ad feſtum; aut ut daret quidpiam pauperibus.

Arabic. Quidam ex eis putaverunt, quia propter loculos qui erant penes Judam, quod dixiſſet ei Jesus ut emeret id, quo indigebant.

D. Auguſt. Aut aliquid præpararet, quod daret egenis.

Syriac. n. 30. Ipſe verò Judas accepit panem eo momento, & exiit foras, nox autem erat, cùm exiit.

Origen. Vatabl. Quum ergo accepiſſet ille offulam.

Theophil. Nox erat, cum exiiſſet

EXPOSITIO. VIII.

Quidam *enim putabant.* Dixi ſuprà Evangeliſta. *Quod nemo ſcivit diſcumbentium.* Ad quid dixiſſet Dominus verba illa, *quod facis fac citiùs.* Hunc verò exprimit Evangeliſta id, quod aliqui ex Apoſtolis putarunt. Apoſtolorum ſimplicitas, ac innocentia nil mali de Juda ſuſpicatur; nec temerè judicare vult, Divus Juſtinus lib. de Agone Chriſti, c. 5. *Innocentes,* ait, *& cum ſancti eſſent Apoſtoli, nihil mali de proditore cogitare ſunt auſi. Humilis namque difficiliter proximorum corda ſcrutatur, & conſcientiæ judicium refugit alienæ. Sequitur textus, quia loculos habebat Judas.* Marſupium nempe ex eleemoſynis *quod dixiſſet ei* Jesus, *eme ea, quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum.* Ad lucem diei feſti craſtinam, ut emeret nempè neceſſaria ad cibum, ac menſam, vel etiam ut pararet oblationes, ac hoſtias aliquas offerendas in templo. Quamvis enim jam eſſet nox, tamen major pars mercatorum vigilabat nocte illa, pro vendendis neceſſariis ad lucem celeberrimã illius diei, nam in die feſto cibos coquere licitum erat, ut jam alibi notavi. 115.

Innocentes Apoſtoli de nullo malum ſuſpicantur.

Iuſtin.

Aut egenis aliquid daret. Magna erat Chriſti paupertas, & tamen aliquid ex tantillo, quod dono acceperat, pauperibus erogabat, ne Apoſtoli de pauperibus cogitarent; niſi ex communi conſuetudine ipſi pauperes ex ipſorum Apoſtolorum cibo adjuvarentur; ut ita Dominus nobis præſcriberet regulam. D. Auguſt. tract. 62. *Habebat loculos Dominus, & à fidelibus oblata conſervans & ſuorum neceſſitatibus, & aliis indigentibus tribuebat. Tunc primo Eccleſiaſtica pecunia forma eſt inſtituta: Vbi intelligeremus quod præcipit non cogitandum eſſe de craſtino, non ad hoc fuiſſe præceptum, ut nihil pecuniæ ſervaretur à ſanctis, ſed ne Deo pro iſta ſerviatur, & propter inopiæ timorem juſtitia deſeratur.* Ex quo etiam alterum magnum documentum habemus: diebus feſtis non ſolum propriæ domus, ſed etiam pauperum curam habendam: ut docent D. N Cyrillus Alexand. lib. 9. in Joan. c. 18. Theophyl. Theodoret. & D. Chryſoſt. tom. 4. ſerm. de eleemoſyna, & collat. *Spirituali,* ait, *honore hunc diem, id eſt, Dominicum venerari oportet, indigentes fratres liberalitate facili juvando.* 116.

Etiam ex eleemoſynis pauperi eſt danda.

Auguſt.

Cyril. Theoph. Theod. D. Chryſ.

Cum ergo; poſtquam nempe, *accepiſſet ille buccellam,* quam acceptam comedit ex manu Domini, timens ne illa eſſet indicatus, cùm fuiſſet datum Joanni in ſignum proditoris. *Exivit continuò,* abſque ulla mora ſurrexit à mẽſa exiens à cœnaculo, 117.

Iudas ſimulata hypocriſi e menſa exiit ad Iudæos.

timore

timore commotus ne à Jesu proprio nomine publicaretur, & ne evulgata ab Apoſtolis opprimeretur, avaritia etiam repletus, & ira, ac furore actus, Dæmone maximè inſtigante, qui ad totum hominem poſſidendum in eum ingreſſus fuerat. *Exivit continuò.* Commentitius hypocrita, diſſimulans furorem ſuum, tanquam ſi egrederetur, ut Chriſti verbo obediret, *quod facis, fac citiùs.* Ut nempe aliquid familiæ, vel pauperibus præpararet, *Erat autem nox.* Ad integritatẽ hiſtoriæ ſcribit Evangeliſta tempus, ut notetur, quo Chriſtus à Juda fuit proditus, ac ut etiam indicet Diaboli furorem, Judæ feſtinationem, qui etiam intempeſta nocte ſatellites convocat ad comprehendendũ Jesum, de quo plura in quæſtionibus.

Quæstio XV.

Utrum Judas acceptam buccellam ex manu Chriſti comederit?

118. D. Thom. *Vim ſacræ Euchariſtiæ maximè timet diabolus.*

MUltam conſiderationem facit D. Thom. in hoc verbo: *Cum accepiſſet buccellam.* Cùm accepiſſet dicitur, non verò cum comediſſet, obſervat Angelicus Doctor qui ait: *forte in menſa dimiſſo pane, nullam traxit moram. Cujus quidem ratio eſſe poteſt; quod diabolus qui jam intraverat in cor Judæ: timens ne ſi panem comederet eum cedere oporteret, non valentem in eodem loco cum* Jesu *eſſe; non permiſit Judam panem comedere. Quæ enim conventio Chriſti ad Belial?* Cur miſer avarus tam dulci pane privatur? Bene ſciebat Diabolus dolos & inſidias ſuas, nihil in eo poſſe perficere, qui pane Chriſti paſcitur, & ideo mira ſagacitate procuravit Satanas, ut Judas, non communicata buccella, quæ ſaltem Euchariſtiæ umbra, erat recederet; nam ea guſtata maximè timebat Satanas, ut Judas à ſua perverſitate deſiſteret.

119. Theoph. *Iniquus ex beneficio inſurgit contra benefactorem.*

Huc etiam ſpectat, quod tradit Theoph. in c. 26 Matth. ad illa verba: *Bibite ex hoc omnes*, ipſe ait, *Judas autem panem accepit, & non comedit ſed occultavit, ut manifeſtaret Judæis quod panem corpus ſuũ vocaret.* Detulit panem Judas ad Judæos, ut eum argueret, quod corpus ſuum panẽ vocaret; Ecce ſũma impii iniquitas, ut ex tanto beneficio accepto anſam arriperet ut ſuum benefactorem argueret.

120. D. Chryſ. Cyril. Hilar. Alb. Magn. Hugo. Tolet. Origen.

Communis, & vera ſententia D Chryſ. D. Aug. N. D. Cyrill. D. Hilar. can. 30. in Matth Alberti Magni, & etiam D. Th. Card Hugonis, Cajetani, Toleti, & aliorum, qui aſſerunt quod buccellam acceperit, ac comederit, ad hoc enim Chriſtus eam dedit, ut ille eam comederet, & ille eam comedit, ut ſuum pravum ac iniquum animum diſſimularet, ex quo etiam mihi non placet, id quod, Origenes videtur aſſerere, quod Chriſtus offam dimiſit in Catino, ex eóque Judas eam accepit; veriſimilius enim eſt, quod Chriſtus dederit Judæ in manu, ex manúque Chriſti acceptam comedit.

Quæstio XVI.

Quare poſt buccellam acceptam Judas continuò exivit.

121. Rupert.

REſpondet primò Rupertus: *Ubi ſe intellexit hoc ſigno*, ait buccella, nempe intincta, *demonſtratum*, dixitque (*ut alii Evangeliſtæ referunt.*) *Ego ſum Rabbi, reſpondente Domino, Tu dicis, exivit continuò, cum priori avaritiæ furore, & odio repletus diabolico, quodammodo dicens; quandoquidem circumventus inſperato judicio præceps agor. Incendium meum, ruina veſtra extinguam.* Et poſt pauca ſubdit: *nam etſi ſolo amore lucri ſcelus proditionis inceperat: nunc tamen introëunte in eum Satana, mixtóque cupiditatis odio totam crudelitatem anhelans, cujus faciebat, inſtantius properabat.* *Timet Judas ſe eſſe publicatum.*

Cùm Judas ex ipſa buccella data tanquã ſigno, ex tot, tantiſque circumſtantiis ſe timeret publicatum, timore, ira, furore, ac odio, & avaritia repletus calcaria dæmone ad hoc admovente, qui ad totum hominem poſſidendum in eum ingreſſus fuerat, abſque mora exiliit, & abiit foras. Ut dixi in expoſitione.

Secundò N. D. Cyril. lib. 9. in Joan. c. 19. *Timet, ut credo diabolus*, ait, *ne morando locus pœnitentiæ detur, & quaſi temulentia mentem ſuam homo rectius cogitans eripiat, hac de cauſa feſtinat, & impellit.* Cur Judas non moratur, ut finita cœna ſuum agat negotium? multo concepto metu ſe diabolus habebat in hac re; timebat enim Satanas quod ſi Judas moras necteret, buccella è Chriſti manu accepta, mutaretur in melius, & proditionem ſuſpenderet, ideò non ſinit tantiſper quieſcere, ſed in alia, atque alia crimina præcipitem impellit. bene ſciebat inimicus, quod ſi Judas aliquantulum à malis quieſceret, & virtute tanti Sacramenti ad meliorem frugem converteretur; magna huic myſterio vis ineſt ad mores probè componendos, ad pietatémque excitandam. 122. Cyril. *In Euchariſtia multa vis ad mores componendos.*

Tertiò. Sic pergit citatus D. Cyrill. *Nam etiam Judam, ait, cum poſt panem omnino ſeparaverit, tum moram, tum benedictionis virtutem timens, ne ſcintillam in animo ejus accenderit, ac in die illuminaverit, & ad meliora retraxerit, præcipitem egit celeritate.* Cur Satanas, qui poſt buccellam in Judam intravit, ita eum incitavit, ut feſtinanter diſcederet, cur impius diram rabiem ſui animi non in alium diem, vel horam differt? Timebat Diabolus, cujus impetu agitabatur Judas, in pane Euchariſtiæ magnam eſſe vim ad perditorum hominum mentem illuminandam, ac illuſtrandam; ideò celeriter Judam impellit, ne ſi poſt communionem aliquantulum moraretur, ſcintilla tanti Sacramenti ad ſanam mentem reduceretur, ſuique pœniteret propoſiti, ideò eum ſtatim ad Chriſti hoſtes traducit Satanas: *Ne ſcintillam in animo ejus accenderit; ac in die illuminaverit.* 123. Cyrill. *Sacra Euchariſtia vehementer illuminat intellectum.*

Quartò Euſebius relatus à D. Damaſc. lib. 2. Parallelor. c. 15. *Alii enim exitium, hunc ortum traxit, quod in oratione non perſtiterit. Nam cum panem primus omnium accepiſſet, pedem extulit, ac ſtatim Satana in ſe ingreſſo in proditionem properavit. Ne igitur committamus ut ob unam horam cum Iuda condemnemur. Nihil nobis moleſtia permanſio in oratione allatura eſt.* Statim accepta buccella Diabolus Iudam inſtigavit, ut ſine mora exiret, nam ſi aliquantulum detineretur, orationem diceret, hymnum caneret, gratias perſolveret, quibus armatus Dæmonem à ſe excluderet, ac divin eret, ut ergo ab oratione, ac gratiarũ actione eſſet vacuus, Diabolus poſt acceptam buccellam eum ad egreſſum provocavit, ut totus in perditionem rueret. D. Chryſoſt homil. de Baptiſmo Chriſti: *Iudam imitantur, ait, & iſti, qui ante ultimam gratiarum actionem diſcedunt: niſi enim exiiſſet, ille proditor factus non eſſet.* 124. Euſeb. *Orationem, ac gratiarum actionem diabolus timet.* Chryſoſt.

Quintò

125. *Paſchaſ. Euchariſtia indignè ſuſcepta mors impiis.*

Quintò. D. Paſchaſ. lib. de corpore, & ſanguine Domini, cap. 8. *Iudas, ait, donec buccellā acciperet quamvis mente ſaucius, interdum tamen à Domini bonitate leniter, crebròque nunc cum aliis, nunc ſolus monetur. Sed poſtquam indignus myſtica præſumpſit, invaſit eum Diabolus, & qui prius nutabat, cum accepiſſet continuò, foras exivit.* Judas fur erat, & latro, multiſque criminibus, ac latrociniis implicatus, & tamen non inde adducebatur, ut totaliter à Jesu diſcederet, ac in perditionem abiret; At ubi ſacram buccellam indignè ſuſcepit, ſtatim à Jesu corporaliter avellitur, & in extremam perditionem ruit. Nam etſi alia crimina perdiderant Judam, adhuc cum Jesu, & Apoſtolis degebat, adhúcque à Iesu admonebatur, cum panis divinus malè ſuſceptus fuerat, funditùs in perditionem abiit, & ſuper menſam pœnam invenit, & ad laqueum cucurrit.

126. *Ezech. 9. Volitat divina ira in Euchariſtiam indignè ſuſcipientem.*

Ait Ezech. 9. n. 2. *Ecce ſex viri veniebant de via portæ ſuperioris, qui reſpicit ad Aquilonem: & uniuſcujuſque vas interitus in manu ejus.* Sex viri ſe exhibent ſtrictis gladiis, & unuſquiſque vas interitus, ac perditionis portabat in manu, & ſubditur in textu. *Et ſteterunt juxta altare.* Cur non convolant ad regis palatium, ad civitatis forum, ad hominum frequentias: ubi latrocinia, & perjuria, ac multa alia facinora vigent, ſed tantum juxta altare apparent? præfigurabatur ibi ſacræ Euchariſtiæ, altare, & ideò juxta illud ſe manifeſtant, ut indignè accedentes, gladio, ac ira percutiant, & occidant.

Paſchaſ. Citatus D. Paſchaſ. *Steterunt juxta altare æneum: per quod nimirum præſens altare, quo cibum vitæ & ſtipendium militiæ noſtræ ſumimus, manifeſtiſſimè deſinatur, ad iſtud verò, ſi quis indignè acceſſerit; judicium damnationis excipit: ad hoc ergo unuſquiſque illorum vas interfectionis tuliſſe ſcribitur.*

127. *Cyril. Iniquus currit ad pœnam, & mortem.*

Sextò. N. D. Cyrill. Alexand. lib. 9. in Joan. cap. 19. *Nec, ait, quod noctu quidem ruit, conſiderat. Tenebroſa enim nox quadam impio cupiditatis in profundum inferni eum pellebat, ideò quaſi cervus, ut in proverbiis dicitur, ad ſagittam properabat, vel quaſi canis ad vincula.* Quare cùm non vigeret, non cunctatur miſer Judas, ſed continuo foras exiit. Cur non cunctatur ut eluceſcat craſtinum, requieſcendum erat pauliſper ut ſub diei luce negotium ageretur? Cur perdite non tenebris impediris? Tendebat miſer ad exitium, & ruinam, & ideò nullas moras patiebatur, ſed cervis velocior ad exitum, ad perditionem celeriter currebat, nullúmque ei erat impedimentum, quo miſer à ſua ruina retardaretur, ſed omni ſuperato feſtinanter ad mortem ferebatur,

128. *Eſther 6.*

Cùm Rex Aſſuerus noctem quandam duxiſſet inſomnem, quæſivit, quiſnam eſſet in atrio? *Reſponderunt ſervi ejus, Aman ſtat in atrio.* Eſther. 6. n. 5. Qui, ut notat Lyranus, *Valdè manè venerat.* Cur præter ſolitum tam matutinus advenit, quid impulit hominem ut tam citò ſurgeret, & feſtinabat miſer in perditionem, ac ruinam ſuam, & ideò non permittitur immorari, ſed ſolito velociùs curreret ut in excelſa trabe appenderetur.

Iniquus citius currit in ſuam perditionem.

Magna contentio erat inter Arrianos, & Epiſcopum Alexandrum, ut Arrius in Eccleſiam reciperetur; Accidit ut quadam die Arrius ſuorum robore fretus, ut valdè matutinus in Eccleſiam veniret, ad quid die illa ante Solem venit cogitabat ipſe ſe die illa manicare, ut optatis frueretur, ſed in veritate cucurrit, ut miſerrimè periret

Athanaſ. D. Athanaſ. orat. 2. contra Arrianos agens de Arrii morte. *Nondum enim, ait; Sol exortus erat, cum neceſſitas Arrium in eum locū detraxit, ubi collapſus eſt, utroque ſimul, & communione, & vita privatus.* Expende verbum, *Nondum enim Sol exortus erat.*

Ait Sapiens Proverb. 7. n. 22. *Statim eam ſequitur quaſi bos ductus ad victimam.* Deſcribitur juvenis illecebris meretricis ineſcatus, ex Hebræo legitur: *Vadit poſt eam ſubito, quaſi bos ad lanienam.* Chaldaïcus. *Sicut bos ad macellum.* Expende lectionem Hebraïcam, *Vadit poſt eam ſubito.* Cum in meretrice aperiatur via ad perniciem non lento gradu, ſed ſubitò, ac feſtinanter ad ruinam advolat. 129. Prov. 7. Hebr. Chaldæus.

QUÆSTIO XVII.

Quare tempus, quo Iudas exiit à Chriſto ad Iudæos nox erat?

Magno myſterio Evangeliſta indicat tempus, quo Iudas à Collegio Apoſtolico receſſit, nunquam amplius ad illud reverſurus tendens ad proditionem exequendam. 130.

Reſpondeo primò, quòd hoc notatur ab Evangeliſta, ut advertat temporis opportunitatem à proditore obſervatam, nam ille Chriſtum nocte decernebat capere, abſque turbis, *ne tumultus fieret in populo*; ut clamarunt Judæi. Matth. 26. n. 5. Non ergo eum prohibebat tempus, ſed potiùs maximè juvabat, facilius enim, & abſque tumultu apprehenditur quis nocte, dum irruitur in hominem manentem in ſuo conſueto loco, quàm interdiu. Ideò ergo noctu abiit, ut opus tenebrarum nox noctu faceret. Nam Judas nox ipſa erat. D. Aug. tract. 6. *Ipſe*, inquit, *qui exivit nox erat.* Rupertus. *Nox utique illi erat*, ait, *qui noctis & tenebrarum filius erat, quique veram lucem fugiens, corporales quoque tenebras nequitiæ magis opportunus libenter accipiebat.* 131. Matth. 26. *Quæſivit Judas temporis opportunitatem.* Auguſt. Rupert.

Secundò D. Gregorius 2. moral. cap. 2. *Aqualitate temporis, ait, finis exprimitur actionis, ſicut non rediturus ad veniam, ad traditionis perfidiam, nocte Iudas exiiſſe perhibetur, cum egrediente illo, ab Evangeliſta dicitur. Erat autem nox. Hinc enim, & iniquo diviti dicitur. Hac nocte repetent animam tuam à te. Anima quippe, quæ ad tenebras ducitur non in die repetit, ſed in nocte memoratur.* Luc. 12, num. 20. Noctis tempus notatur ut finis actionis Iudæ exprimatur, ad tenebras gehennales pergebat, ut pote nunquam rediturus ad veniæ lucem, & ideò alteri diviti ad mortem noctis tempus religitur, ut noctis umbra indicaret tenebras ad quas demergebatur 132. Gregor. Luc. 22.

Tertiò. D. Ambroſ. lib. 2. de Caïn, & Abel, cap. 4. *Non ſolum exivit*, inquit, *ſed continuò, & nocte exiit. Nec mirum ſi noctis tenebras habebat, qui Chriſtum deſerebat? verum ſicut ipſe receptus à Diabolo excluſus à Chriſto eſt.* O execrabilis, & infortunatus homo, quis inter Jesu epulas conſtitutus, quibus omnes cœleſtis curiæ Principes illuminantur, tu verò exinde ad perditionis umbras, ad extremamque ſcelerum caliginem ruis. Unde tibi tanta infelicitas? Ait Evangeliſta: *Erat autem nox?* A Chriſto declinabat, à ſacro Collegio recedebat, ad quid devenire poterat niſi ad totas æternarum noctium tenebras, ad perennémque inferni confuſionem. 133. D. Ambr. *Qui Chriſtum relinquit, in tenebras ruit.*

Quartò. N. D. Cyrillus Alexandrinus lib. 9. in 134. Cyrill.

Impulſus ab avaritia neſciens currit ad mortem.

in Joannem cap. 19. *Curſim ille abit*, ait, *ad diaboli opus , de modo exiliit , nihil pecunia melius putans , quodque majus eſt, nihil à benedictione adjutus; morbo enim avaritiæ victus , nec quò noctu quidem ruit , conſiderat. Tenebroſa enim nox quadam impiæ cupiditatis in profundum inferni eum impellebat , ideò quaſi ſervus ad ſagittam properabat, vel quaſi canis ad vincula neſciens ſe ad periculum animæ ſuæ currere.* Noctis tempus, quo Judas ad venditionem egreditur , notatur ut appareat , quàm cæcè , ac inſipienter ducitur , qui ab avaritia movetur; cogitat ille , quod currat ad lucrum, & ad ſui augmentum , & tamen revera currit ad extremam ruinam , ac perditionem, ut funditùs pereat, ac in inferno ſepeliatur. *Quaſi canis ad vincula, neſciens ſe ad periculum animæ ſuæ currere.*

135\. Origen. Quintò. Origenes hom. 23. in Joannem. *Non erat* , ait , *igitur nox in iis , quibus pedes* JESUS *abluerat, ſed dies clariſſimus , quod mundi eſſent; & præcipuè in eo, qui in* JESU *ſinu cubabat , nox non erat ;* JESUS *enim eum diligebat , omneſque tenebras expellebat. Neque in Petro profitenti. Tu es Chriſtus , nox erat Nunc ergo cum accepta buccella, Judas continuo exivit , tunc in eo egreſſo nox erat. Nec enim ei præſto erat vir , cui nomen oriens, cum egrediendo juſtitiæ ſolem reliquiſſet.* Chriſtus cum ſuorum Apoſtolorum pedes lavat & Judas à cœnaculo egreditur , ferè ſub idem tempus hæc omnia acciderunt , & tamen quando ſuorum pedes lavat, dies erat, Ait Joan. hoc cap. 13. n. 1. *Ante diem feſtum Paſchæ* , &c At verò cùm Judas egreditur , notat Evangeliſta , quòd nox erat. *Continuò exivit, erat autem nox.* Si ferè omnia ad idem temporis ſpatium recurrunt , unde illis dies, huic verò nox ? Cum undecim Apoſtoli mundi eſſent, ac firmiter Chriſto adhærerent, dies clariſſimus illis erat. *Non erat igitur nox in iis , quibus pedes* JESUS *abluerat , ſed dies clariſſimus , quod mundi eſſent.* At verò Iudas cum egrederetur à JESU , ipſúmque omninò animo ſuo relinqueret , in quid incurrit niſi in tenebroſam noctem, & denſam caliginem, quæ totum hominem comprehenderunt, *Judas continuò exivit , tunc in eo egreſſo nox erat.* Cùm enim IESUS ſit Sol oriens , cui ipſe adeſt , dies eſt , à quo verò recedit , caliginoſa nox eum occupat.

Joan. 13.

Qui Chriſto adhæret , in die ambulat , qui ab eo recedit , in nocte.

136\. Compone modò animam ſanctam cum perfidis Iudæis. Illa ad lucem Meridianam totis votis ferebatur. *Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi paſcas, ubi cubes in meridie.* Cant. 1. n. 6. At Iudæi toto conatu ad umbras ferebantur. De eis ait Oſeas 4. n. 13. *Super capita montium ſacrificabant, & ſuper colles accedebat thymiama ſubter quercum , & populum, & therebynthum, quia bona erat umbra ejus.* Unde in his tanta differentia? Ut illa Solem meridianum , hi verò umbras affectarent ? Cum illa JESUM quæreret , ut oſtendat ejus diſcubitum pretioſum mundo , ad nihil aliud tendit , niſi ad clariſſimam Solis lucem ; at cùm Judæi à JESU exirent , & ad idola moverentur ad umbras opacas, ac obſcuras tenebras currebant. Ruffinus lib. 1. in Oſeam. *Repudiantes*, ait, *lucis, & luminis conditorem, vere quaſi filii tenebrarum nemoris capiebantur umbraculis*, &c. *Hanc igitur impietatem calamitatis ultimæ diſpungat illatio.*

Cantic. 1.

Oſeæ. 4.

In Chriſto lux , in mundo tenebræ.

Ruffinus.

Joan. 13. *n.* 31. Cùm ergo exiſſet , dixit JESUS : Nunc clarificatus eſt filius hominis , & Deus clarificatus eſt in eo.

Num. 32. Si Deus clarificatus eſt in eo, & Deus clarificavit eum in ſemetipſo , & continuo clarificabit eum.

VERSIONES.

Syriacus n. 31. Porro dixit JESUS : Nunc glorificatus eſt filius hominis , & Deus glorificatus eſt in eo.

Vatablus Et Deus glorificatus eſt per eum

Græcus Quando exivit : dixit JESUS.

Syriac. n. 32. Quod ſi Deus glorificatus eſt in eo, Deus quoque glorificat eum in ſeſe. Et ſtatim glorificabit eum.

Euthym. Et Deus glorificabit eum per ſeipſum.

EXPOSITIO. IX.

CUM ergo exiſſet. Seu ut Græcus legit apud Lucam Burgenſem. *Quando exivit.* Ita conſtruunt. *Erat nox quando exivit.* In idem eadem res redit. *Dixit Jeſus.* Undecim Apoſtolis *Nunc clarificatus.* Seu ut Syriacus & Arabicus legunt. Nunc glorificatus , & ponitur præteritum pro futuro imminenti , ac inſtanti. Ac ſi dicatur, Judas egreſſus eſt ad me occidendum, utque me tradat Judæis ad mortem, & crucem, quæ mors , & crux , mihi non erunt ad ignominiam, ſed ad gloriam , at exaltationem , *Propter quod & Deus exaltavit illum , & donavit illi nomen* , ad Philip. 2. in ipſa cruce cognita eſt latens Divinitas in humanitate , ibi enim cognitus eſt , non tantum ut homo, ſed etiam ut Deus, veruſque Dei filius , ut Centurio clamavit. *Vere hic homo filius Dei erat.* Matth. 27. quod apertè cognitum fuit ex multis miraculis obſcuratione Solis , ſciſſione petrarum , tremore totius terræ , apertionéque ſepulchrorum; quod etiam patuit ex Crucis effectu per ipſam ad gloriam venit Reſurrectionis, totuſque mundus ſubjugatus eſt , & dæmonum poteſtas devicta. 137.

Græcus.

Syriacus. Arabicus.

Philip. 2.

Matth. 27.

Filius hominis , ſeipſum intelligens. Cùm de morte loquitur apertè ſeipſum nominat. *Unus ex vobis tradet me.* Suprà num. 21. Cum de glorificatione eſt ſermo, in tertia perſona de ſe agit filius hominis , ignominias ſuas publicabat , glorias abſcondebat. *Et Deus* , ſcilicet Pater *clarificatus*, ſeu *glorificatus eſt in eo.* Hoc eſt Deus Pater glorioſè innotuit , ac ſe declaravit hominibus , per filium ſuum, ejuſque opera. D. Cyrillus Alexand. lib 9. c. 20. *Chriſto clarificato*, ait, *Deus etiam Pater in filio clarificatus eſt; non quia gloriæ, clarificationiſque adjectio illi acceſſiſſet (non enim indiget his rebus natura ineffabilis) ſed quia clarum hominibus factum eſt, cujus filii Pater ſit idcircò clarificatus eſt, gloria enim certe eſt talem habere filium.* 138.

Joan. 13.

Chriſtus publica. ignominias , abſcondit glorias.

Cyrill.

Si , idem eſt ac quia ; *Deus* , ut alii legunt , hactenus clarificatus , ſeu *glorificatus eſt in eo*, filio ſuo Chriſto Jeſu , qui factus obediens Patri aſque ad mortem Crucis , hac ſua obedientia ; 139.

reverentia,& holocauſto clarificavit,glorificavit, ac honorificavit Deum Patrem. *Et Deus*, viciſſim qui per Prophetam, ait: *quicumque glorificaverit me, glorificabo eum* 1. Reg. 2. num. 30. *Clarificabit eum.* Scilicet filium ſuum glorioſum, ac illuſtrem efficiet merito mortis, & gloria reſurrectionis. Alludere videtur Chriſtus ad vocem de cœlo miſſam. *Clarificavi & iterum clarificabo.* Suprà Joann. 12. numero 28. *In ſemetipſo.* Explicant D. Cyrillus lib. 9. cap. 20. Divus Chryſoſtomus homil. 71. *In ſemetipſo.* Pater clarificavit filium per ſeipſum, non per Angelum, nec per alium, ſed per ſe, quia nempe operatus eſt ea, quibus clarificatus eſt filius. Aptiùs rem explicant D. Hilar. 4. de Trinit. Toletus, & alii. *In ſemetipſo.* Pater, nempe per ſuâmet divinitatem declarabit Chriſtum eſſe Dei filium, verumque Deum in vera divinitate, quæ erat in eo exiſtens, & ipſa natura divina eadem numero eſt in Patre, & Filio, & in Filio latuit uſque ad mortem; in morte verò multis ſignis emicuit, & reſplenduit, ac proinde per ſuammet deitatem eum clarificavit, ac glorificavit ut verus Deus agnoſceretur. *Et continuo.* Seu *ſtatim.* Ut legit Syriac. *clarificavit eum.* Inter ignominias mortis eum glorificabit, tertioque die revocabit ad vitam immortalē, ac glorioſam, in gloriamque aſſumptum eum filium ſuum naturalem declarabit. D. Chryſoſt. hom. 71. *Et continuo clarificabit eum una cum cruce: neque enim diu poſt, neque longum reſurrectionis tempus eſt expectandum, ut eum clarum efficiat: ſed continuò in ipſa cruce mira apparebunt. Sol namque obſcuratus eſt, petræ ſciſſæ, & velum, & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt, & clauſum lapide corpus ſurrexit. Poſt quadraginta dies aſcendit in cœlum: inde Spiritus delapſa ſatietas eſt in Apoſtolos, & omnes continuo Jeſum prædicaverunt.*

(Margin: 1. Reg. 2. — Ioan. 12. — D. Cyril. — Chryſ. — Hilar. Tolet. — Syriac. — D. Chryſ.)

QUÆSTIO XVIII.

Quare cùm Iudas exiit, Chriſtus dicitur glorificatus, & quænam hæc fuerit glorificatio?

140. AD quæſtionem reſpondeo. Primò, cùm Chriſtus D. vidiſſet jam Judam abiiſſe ad exequendam ſuam traditionem, ac mortem, tunc ſe dicit glorificatum, non loquitur de glorificatione habita in cœnaculo, ſed de illa, quæ ſtatim in paſſione futura erat, cujus initium jam erat egreſſio Judæ ad Judæos, & quia jam inchoabatur paſſio ejus, inde ipſe ſe dicit glorificatum, in morte enim Chriſtus maximè glorificatus eſt. *Propter quod*, id eſt, propter paſſionem, *& Deus exaltavit illum: & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen.* Theophylact. *Non tardabit*, ait, *Pater, ſed mox, quando ignominioſam paſſionem patiar, quando videro per mortem è medio tolli, tunc magis honorabit, tunc per reſurrectionem clarum faciet.* Quod etiam de morte, & reſurrectione cōmuniter intelligunt ſancti Patres, D. Auguſt. D. Cyrill. D. Chryſoſt. Beda, Albertus magnus, S. Thomas, Bonav. & alii.

(Margin: *Chriſtus clarificatur paſſione ac reſurrectione.* — Theoph. — D. Auguſt. Cyrill. D. Chryſ. Beda.)

141. Secundò. Chriſtus D. dicitur clarificatus in cruce, cum in ea adverſus humani generis hoſtes fortiſſimè pugnans, multis confectus plagis, ac vita effuſa, ſuſcepta morte, eos profligavit, debellavit, ac devicit, ab eiſque juxta Patris præceptum humanum genus liberavit, gratia, ac vita æterna conceſſa. Quemadmodum magnus Dux clarificatur, cum adverſus hoſtes pro ſuis validiſſimè decertans, multis acceptis vulneribus adverſarios proſternit, ſuóſque liberat ab omni tyrannide. Euthym. *Nunc*, ait, *glorificatus eſt filius hominis. Ex hoc, inquit, tempore glorificatus eſt, afflictionibus pro mundo toleratis: nam gloria ſunt Domino afflictiones, quas pro ſervis tolerat.* Theophylact. *Gloria*, inquit, *eſt ipſa paſſio, & per ignominioſa hominibus honor conciliatur.* D. Chryſ. hom. 71. *Hic*, ait, *clarificari ſe dicit, erudiens nos, nihil adeo turpe, adeo fœdum eſſe, quod non clariorem reddat, qui id pro Dei facit voluntate.* Et poſteà ſubdit, *quod morte quis mortem vincat, gloria maxima eſt.*

(Margin: *Chriſtus clarificatur cum in cruce pro ſuis ſuam dat vitam.* — Euthym. — Theoph. — Chryſoſ.)

Tertiò. D. Auguſt. tract. 63. In Ioan. *Nunc*, ait, *clarificatus eſt filius hominis, poſteaquam ſeparato inde nequiſſimo Juda, & ſecum remanentibus ſanctis*, ſcilicet Apoſtolis, *ſignificata eſt glorificatio ejus, quando ſeparatis iniquis manebit in æternitate cū Sanctis.* 142.

(Margin: Auguſt.)

Loquitur Chriſtus de glorificatione futura in die judicii, ac ſi dicat Chriſtus ſe in cœnaculo eſſe glorificatum ſignificativè, Juda diſcedente: quia tunc ſignificata eſt ejus glorificatio tempore judicii, quando ſeparatis iniquis, manebit in æternitate cum Sanctis.

(Margin: *Glorificatus ſignificative in die judicii.*)

Quartò. D. Laurent. Iuſtini. in Faſcicul. amoris cap. 1. *Quod ſe clarificatum dicit futurum erat; & tamen ait, nunc clarificatus eſt filius hominis; quatenus tam præterita, quam futura in verbo eſſe præſentia inſinuaret. Nec abs re per diſcipulos clarificandum dicit: magna ſiquidem, & prorſus ſtupenda claritas homini Chriſto aucta eſt, cum per eos quos de mundo ipſe elegit: veritatem fidei, & divinitatis amorem in corda fudit credentium Exeunte Juda. In veriſſimis membris ſuis ſe clarificandum dicit.* Per membra ſua, ſuoſque fideles maximè erat exaltandus, ac glorificandus multis obſequiis, magnis prædicationibus; ac multa fidelium converſione. Et ideo glorificatum ſe in eis, & per eos prædixit. 143.

(Margin: D. Laurent. Iuſtinian. — *Chriſtus glorificatur in ſuis membris.*)

Quintò Barrad. tom. 4. lib. 2. cap 15. §. *Forſitan.* Hæc verba dixit Chriſtus poſt inſtituturam Euchariſtiam. Ut notavi Expoſitione 5. initio, Et tunc ſic poteſt præſens ſententia interpretari. *Nunc*, id eſt, in hac nocte, & in hac menſa clarificatus eſt filius hominis, per inſtitutionem admirabilis Sacramenti ac ſacrificii, quod maximam Chriſti gloriam, & exaltationem declarat. Et Pater clarificatus eſt in eo, id eſt, per filium Sacramentum inſtituentem: vel & Deus, id eſt, Divinitatis clarificata eſt in filio hominis, per hoc Sacramentum, quod ſolius Dei potentia effici potuit. 144.

(Margin: Barrad. — *Chriſtus clarificatur, inſtituto Euchariſtiæ Sacramento.*)

Sextò *Nunc clarificatus eſt filius hominis.* Duplici gloria, ac triumpho, humilitatis nempe, ac patientiæ. Tunc enim maximè humilitas enituit, cum ſuorum diſcipulorum pedes abluit. Expendenda ſunt illa verba Pauli ad Philipp. 2. *Humiliavit ſemetipſum factus obediens uſque ad mortem, propter quod & Deus exaltavit illum.* Præclarè D. Ambroſ. ſerm. 20. in Pſalm. 118. *Laboravit Apoſtolus*, ait, *demonſtrare quanta ſit humilitatis gratia, quantus ejus profectus. Accipe ergo argutis auribus, ſi putas, quod Chriſto profuit humilitas ſua, cui ergo non proderit? Si illum exaltavit, quem non augebit?* Quàm magna eſt humilitas, quæ ipſum Deum Angelorum, ac hominum oculis excelſum facit, ac oſtendit. 145.

(Margin: *Chriſtus clarificatur dum ſuorum diſcipulorum pedes lavat.* — Philip. 2. — D. Ambroſ.)

Tunc etiam reſplenduit Patientia, cum proditorem ſuum Judam Dominus multis beneficiis afficit, 146.

affecit, ad pœnitentiámque provocant;& cùm ad proditionem peragendam exiret eum illæſum abire permiſit, non terra deglutivit, neque fulmine diro hoſtem percuſſit, quem in poteſtate ſua habebat. Propter hunc duplicem triumphum, ac
Patientia clarificatur Chriſtus.
gloriam. Nunc in hac nocte, *Clarificatus eſt filius hominis, & Pater glorificatus eſt in eo.* Hoc duplici actu magnarum virtutum;& Pater continuò glorificabit eum reſurrectionis gloriâ.

147. Maximè reſplendet Divina potentia cum in multa patientia peccatores expectat ad pœnitentiam. De Pharaone, ait Deus: *Idcirco autem poſui te, ut oſtendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in univerſa terra.* Exod. 9. n. 16.
Exod. 3.] pagnin. Rom. 8.
Ut oſtendam in te fortitudinem meam. Legit Pagnin. *Ut videre te faciam potentiam meam.* Et Paulus Rom. 9. num. 17, legit, *Ut oſtendam in te virtutem meam.* Quomodò Deus cum Pharaone oſtendit fortitudinem ſuam, potentiam ſuam, virtutem ſuam? Nónne etiam magi ſimilia Deo faciebant prodigia? in quo ergo Dei potentiam, ac virtus reſplendet? Sanè non tam in plagis imponendis, quàm in exp ctando, & reexpectando peccatore. Sæpè promiſerat Pharao, ſe dimiſſurum populum, & ſæpè fallebat, & Deus tamen ſuam iram in eum non immittebat, ſed ſemel, & iterum expectat, in quo maximè ſuam fortitudinem, potentiam, & virtutem manifeſtavit, ac declaravit. D.
Theodol.
Theodolus in epiſt. ad Rom. cap. 4. ſic loquitur; *Ait ſcriptura Pharaoni, in hos ipſo excitavi te, ut demonſtrarem in te potentiam meam. Potentia Dei & longanimitas, adeóque maxima potentia.*

QUÆSTIO XIX.

Quare cùm abiit Judas receſſit proditor, dicitur Chriſtus clarificatus, multiplici Patrum ſententia etiam explicatur.

148. August.
DIvus Auguſtinus tract. 63. in Joan. *Exiit Judas*, ait, *& clarificatus eſt Jeſus, exiit filius perditionis, & clarificatus eſt filius hominis, exeunte itaque immundo, omnes mundi remanſerunt cum ſuo mundatore.* Quare cum Judas exiit, clarificatus dicitur filius hominis; nomen ille filius perditionis pergit, ut veniat cohors, & te comprehendat Domine, talibuſque pertractet modis, ut etiam intimi amici vix te cognoſcant, & putent noviſſimum virorum; Ergo non glorificationis, ſeu clarificationis illud tempus eſt, ſed maximè
Cum exiit Judas tunc Chriſtus dicitur clarificatus, & Apoſtoli mundi.
cujuſdam humiliationis, ac abjectionis, cum à ſacrato illo Apoſtolorum cœtu exiſſet Judas, & Dominus ſuum diſcipulatum ab eo liberum perſpexiſſet, tunc ſe clarificatum dicit: *Nunc clarificatus eſt filius hominis.* Quaſi in ſocietate unius improbi, neque Chriſtus D. ſuam charitatem oſtenderet, neque Apoſtoli ſuam puritatem obtinerent; illo verò recedente, & Chriſtus glorificari, & Apoſtoli mundari videntur *Exiit Judas, clarificatus eſt* JESUS: *& exeunte immundo, omnes mundi cum ſuo mundatore remanſerunt.*
Marc. Vig.
Et Marc. Vigerius chorda 6. c. 45. *Nunc*, ait, *quando abiit Judas clarificatus eſt filius hominis; clarificatus eſt imprimis Chriſtus caput, quando in membrum tam putridum, deſiit influere. Clarificatum ſanctum illud collegium, matris Chriſti, & undecim Apoſtolorum, in quo Deus per gratiam reſidebat. Clarificatus eſt igitur Dominus* JESUS *Judæ diſceſſu, quia ſuorum commenſalium cœtus omni fæce criminum liberatus eſt.*

Secundò: Origenes tom. 32. in Joan. *Cum ergo*
exiſſet Judas, dixit JESUS: *Nunc clarificatus eſt filius* 149. Origen.
hominis. Poſt evenientia, ait, *ex prodigiis, nec non ex transfiguratione præconia, initium glorificandi filii hominis fuit exitus Judæ à loco ubi morabatur Jeſus.* Magna, & illuſtria miracula edidit Chriſtus, ſed non ſatis glorificatus dicitur JESUS, quia adhuc Judas erat in ejus ſodalitio. *Exitus Judæ initium glorificationis.* Cœleſtem Chriſti doctrinam admiratione celebrat mundus, ſed nondum ſatis glorificatus dicitur JESUS, quia in ejus familia adhuc Judas verſabatur. In Thabore, & Jordane coram Prophetis, & Apoſtolis inſolita coelorum ruptura Deus Pater divinam Chriſti filiationem alta voce è nube intonat, ſed adhuc non ſatis clarificatus eſt Chriſtus, quia tunc in ejus contubernio Judas morabatur; at verò cum receſſit, & JESUS cum undecim Apoſtolis remanet, exinde glorioſus ipſe effulſit, *Ut initium clarificandi filii hominis fuerit ab exitu Judæ à loco ubi morabatur* JESUS. Sic unus depravatus totam communitatem opinione infuſcat, ac illius gloriis detrahit? ut eleganter, ac ſapienter latius proſequitur R. P. M. Didacus de Celada, tom. de Benedict. 1. §. 13. n. 2. P. Celada.

Tertiò: D. Leo ſerm. 6. de Paſſione. *Poſtquam*, ait,
Igitur Judas perſuaſus à Diabolo diſceſſit à Chriſto, 150.
ſéque à corpore Apoſtolicæ unitatis abſcidit, nullo D. Leo.
Dominus pavoire turbatus, ſed de ſola redimendorum ſalute ſollicitus, omne temporis ſpatium, quod à perſequentium vacabat incurſu, myſticis ſermonibus ſacratæque doctrinæ impendit. Inter breviſſimum tempus turbatus Jeſus. *Turbatus eſt ſpiritu.* Et clarificatur. Unde meum Jeſum tam cita tenuit turbatio, & tam cita clarificatio? Ex præſentia, vel abſentia Judæ. *Cum adeſt Judas conturbatio, ſi verò abeſt clarificatio* Dum Judas adeſt, & inter amicos JESU numeratus diſcumbit, inde turbatio, & anguſtiæ oriebantur, quæ JESU animum occuparent. Ex quo autem Judas receſſit, jam non turbatio, ſed glorificatio emanavit. *Poſtquam autem Judas diſceſſit à Chriſto, ſéque à corpore Apoſtolicæ unitatis abſcondit, nullo Dominus pavore turbatus.* In Judæ conſortio turbari voluit innuens quantum turbari debemus ex conſortio maligni, timentes in omne periculum incidere. Ut doctè diſſerit P. Baëca to. 10. l. 15. c. 5. §. 7. P. Baëça.

Triumphans Eccleſia ex unius improbi Ange- 151.
li aſſiſtentia turbari videbatur, projecto ad inferos Lucifero ſubdit Joannes. *Nunc facta eſt ſalus, & virtus, & regnum Dei noſtri & poteſtas Chriſti ejus, quia projectus eſt accuſator fratrum noſtrorũ.* Apoc. 12. num. 10. Apoc. 12. Expende *nunc*, quaſi ante hoc dæmonis exilium turbatum quodammodò videretur cæleſte palatium, nec poſſent ſancti Angeli divinis laudibus vacare, quandiu ille improbus divinos honores ambiebat; at cum dejectus eſt, tota cœleſtis curia clarificatur, ut Dei intonet cãnticũ.

Navigabat Dominus JESUS cum ſuis diſcipulis, 152.
& navicula quatiebatur, & operiebatur magnis fluctibus, ita ut conturbati clamarent: *Domine, ſalva nos, perimus*: Matth. 8. n. 25. Matth. 8. poſt reſurrectionem navicula feruntur diſcipuli, & mittentes retia, repletur magnis piſcibus, & in littus deſcendentes, *Viderunt prunas poſitas, & piſcem ſuperpoſitum, & panem*, Joan. 21 n. 9. Joan. 21. Cum in prima navicula tanto tremore conturbantur, in hac verò ſecunda tantis miraculis, ac mirabilibus exultant, ac lætantur; In primo caſu aderat Judas, qui & in ſecundo jam receſſerat in locum ſuum,

Ambroſ. inde verò ipſo præſente conturbantur diſcipuli ;. qui eo abſente lætantur, ac multis gloriantur: D. Ambroſ. ſer. 11. de mirabilib. *Hæc eſt cauſa periculi* ait: *erat ibi Simon Petrus, ſed erat pariter proditor Judas: quamvis illius fides fundaret naviculam, hujus tamen eam perfidia conturbabat. Tranquillitas, eſt ubi ſolus Petrus habitat, tempeſtas ubi Judas adjungitur. Licet eſſet Petrus firmus ſuis meritis, perturbatur tamen criminibus proditoris. Unius igitur delicto cunctorum merita quatiuntur.*

CAPUT VII.

Inſtituitur Sacra Euchariſtia.

Luc. 22. *n.* 14. Et cum facta eſſet hora diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cum eo.

Num. 15. Et ait illis: Deſiderio deſideravi hoc Paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar.

VERSIONES.

Siriac. n. 14. Quumque adeſſet conſtitutum tempus, veniens JESUS diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cum eo.

Theoph. Et cum jam eſſet tempeſtivum accubuit.

Tertullian. lib. 4. contra Marc. cap. 40. Concupiſcentia concupivit hoc Paſcha edere vobiſcum antequam patiar.

D. Hilar. Deſiderio concupivi hoc Paſcha comedere cũ diſcipulis meis.

Syriacus. Priuſquam patiar.

Arabic. Ante paſſionem meam

EXPOSITIO I.

1. Auguſt. BIs Chriſtus prædixit proditionem Judæ, ut cum D. Aug. ac aliis dixi ſuperiori c. 9. q. 1. Ante ſcilicet inſtitutam Euchariſtiam, & poſt ejus inſtitutionem, & ut commodiùs utramque prædictionem explicarem, de illis ſimul egi citato ſuperriori cap. 6.

Series textus. Poſtquam ego Dominus primò manifeſtavit ſe ab uno ex diſcipulis ſuis eſſe tradendum, apponenda eſt Sacræ Euchariſtiæ inſtitutio, ut eam inſerunt Tacianus Alexandrin. in ſua Harmonia Barrad. tom. 4. l. 3. in initio, & alii. (Tacian. Barradas.)

2. Syriac. Beda. *Cùm facta eſſet hora.* Seu ut legit Syriac. *tempus conſtitutum* eſui Agni Paſchalis B da *horam manducandi Paſcha deſignat.* Agit hic D. Lucas de cœna Agni Paſchalis quam jam explicavi c. 4. expoſit. 4. & q. 8. videnda ibi dicta, hæc vero iterum hic commemoravi pro majore exp ic t one eorum quæ dicenda ſunt.

Et ait illis Poſt comeſtionem Agni Paſchalis: *deſiderio deſideravi.* Hoc eſt ſummoperè ; vehe- 3. menti deſiderio. Phraſis eſt Hebraica multoties in veteri Teſtamento inventa. *Hoc Paſcha.* Id eſt, hunc Agnum Paſchalem, quem modò comedimus, Non propter ipſius Agni Paſchalis comeſtionem aut cœnæ cupiditatem, ſed quia in hac menſa admirabile Sacramentum affecturus ſum, quod Deo Patri meo maximam gloriam, hominibuſque ſummam utilitatem confeit, utique eximii amoris erga homines ſupremã manifeſtationem declarabit. Theophyl. in Lucam, *Hoc*, ait, *Paſcha deſideravi manducare vobiſcum, eo quod magna myſteria in hac cœna vobis ſim traditurus, nempe ea quæ ſunt novi teſtamenti.* De quo in quæſtionibus. Theoph.

Antequam patiar. Prævidebat Dominus vicinam, ac propinquam ſuam paſſionem magnis cruciatibus, ac pœnis repletam, & tamen hanc extremam cœnam cum ſuis Diſcipulis maximè à ſe fuiſſe deſideratam teſtatur. D. Laurent. Juſtin. l. de Agone, c. 2. *Mira res*, ait, *proximus erat paſſioni, noveràtque quantas ferre debebat contumelias, quin deſideriorũ ſuorum actus exprimeret. Attendebat aliorum commoda proprii immemor ludibrii, pœnarum intrepidus, & de diſcipulorum profectu ſollicitus, atque amoris flamam ſuccenſus, qualis latebat intus per oris apertionem manifeſtavit foris. Ut ignem igne, deſiderium deſiderio, & amorem excitaret amore. Inquit deſiderio deſideravi hoc Paſcha mandicare vobiſcum.* Per hæc verba etiam ſignificat Dominus ſe ſponte, ac propria voluntate ad mortem ire, quam cum optimè ſciret, ab ea non fugiebat. Titus Boſtrenſ. *Per hæc*, inquit, *diſerte ſignificat, ſe non invite ad mortem accedere: ſed magno cum deſiderio crucis ſupplicium pro mundi ſalute ſubire.* 4. *Chriſtus immemor ſuarum pœnarum, memor noſtri commodi.* Boſt.

QUÆSTIO I.

An Judas interfuerit inſtitutioni Sacræ Euchariſtiæ, eámque ſumpſerit?

NEgantem partem tuentur S. Hilar. can. 30. in Matth. Theophilact. In cap. 26. Matth. Clemens Roman. l. 5. Inſtitut. c. 19. & ibi Turrianus, Innoc. III. Pontifex l. 4. de Myſter. Euchar. cap. 13. Rupertus lib. 10. in Matth. in fine, pro hac ſententia, ſtare videtur S. Dionyſius de Eccleſiaſt. Hierarch. cap. 3. in initio, & ita eum ibidem explicant S. Maxim. & Pachimer. & alii, quos citat, ac ſequitur Barradas tom. 4. lib. 3. cap. 3. At Sanctus Dionyſius pro contraria ſententia facilè explicari poteſt, pro qua eum allegat D. Thom. citandus, & Dionyſ. Carthuſ. & alii, Theophylactum quoque pro utraque ſententia exponere licet. Omnium ratio ad hoc perducitur, quia proditor indignus erat tanto myſterio, ac proinde à tanto Sacramento excludendus fuit. 5. *Negant.* D. Hilar. Theoph. Cl. Rom. Turrian. Rupert. S. Dionyſ. Pachim.

Oppoſita ſententia eſt verior, ac cæterorum Patrum communis. Origenes tract. 35. in Matth. Chryſ. homil. 83. in Matth. & hom. 2. de proditione Judæ, N. D. Cyrill. l. 9. in Joan. c. 26. D. Ambroſ. lib. de Apologia David prope finem. D. Auguſt. tract. 50. & 62. in Joan. & aliis in locis. D. Cypr. D. Hieron. Hugo, lib. 2. de ſacr. Rabbani. D. Leonis, Algeri, Bedæ, D. Thomæ, D. Bonav. Carthuſ. & aliorum, quos citat, ac ſequitur Suarez, tom. 3. ad 3. part. diſ. 41. ſect. 3. §. *Secundo probatur.* 6. *Affirmant.* Origen. C. Chryſ. Cyril. Ambr. D. Auguſt. D. Cypr. D. Hier. D. Leo. D. Thom.

Probatur hæc ſententia. Primò ex textu Matth. 26. n. 10. loquens de cœna Agni Paſchalis *Veſpere autem facto diſcumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis* Et poſtea n. 21. ſubdit. *Et edentibus illis dixit Amen dico vobis, quia unus veſtrum me traditurus eſt.* Edentibus illis eiſdem nempe duodecim. Et poſtea num. 26. agens de inſtitutione ſacræ Euchariſtiæ ait: 7. Matth. 29. 1. *Fundamentum.*

ait: *Cœnantibus autem eis, accepit Jeſus panem, & benedixit, ac fregit.* Cœnantibus autem eis; eiſdem nempe duodecim. Series enim textus, & idem loquendi modus eundem ſenſum, ac interpretationem importat; & ſicut cum de traditore eſt ſermo, *Edentibus illis*, duodecim intelliguntur, ſic etiam *Cœnantibus eis*, cum ſint in eodem textu, & omnia immediatè ſcribantur. Confirmatur ex D. Marco, qui c. 14. n. 23. loquens de Calice Euchariſtiæ ait: *Et biberunt ex illo omnes*; ſcilicet duodecim Apoſtoli, qui cùm Chriſto ad Cœnam venerant, ut ipſe Evangeliſta ſcribit n. 17. Secundò confirmatur ex Hymno, quem Eccleſia canit. *Cibum turbæ duodenæ ſe dat ſuis manibus.*

Marc. 14.
Hymn. Eccleſiæ.

8. Probatur Secundo, quia D. Luc. c. 22. n. 21. ait quod Chriſtus conſecrato Euchariſtiæ calice immediate ſubjeciſſet. *Verumtamen ecce manus tradentis me mecum eſt in menſa*: ergo Judas præſens erat in menſa. Illa enim extitit ſecunda traditoris prædictio, ut ex D. Auguſt. dixi ſuperiori c. q. 1. Confirmatur, quia Chriſtus D. ante inſtitutam Euchariſtiam lavit ſuorum diſcipulorum pedes, ut ſcribit D. Joan. 13. & ibi aderat Judas. Ut patet ex verbis Chriſti ibi dictis n. 10. *Vos mundi eſtis, ſed non omnes; ſciebat enim quiſnam eſſet qui traderet eum.* Atqui Chriſtus lavit pedes ſuorum diſcipulorum ante Euchariſtiam inſtitutam, ad indicandam puritatem, quæ ad tantum ſacramentum requirebatur, ergo etiam præbuit illud Judæ, cum ejus pedes laverit, lotio enim hæc ad illud ſacrum pabulum ordinabatur.

2. Fundamentum.
Luc. 22.
Joan. 13.

9. Probatur tertiò à poſteriori. Quia quamvis Chriſtus D. peccatum, ac proditionem Judæ occultam Apoſtolis licitè poſſet declarare, ad Divinitatis ſuæ manifeſtationem, tum quia ipſe Dominus erat famæ Judæ, tum etiam declaratio proditionis Judæ jam alibi nempe apud principes, & ſeniores Judæorum publica extabat, apud Apoſtolos verò ſuo facto, ac proditionis executione illicò manifeſtanda erat, noluit tamen Chriſtus illius crimen evulgare, ut ſuæ eximiæ charitatis nobis daret exemplum, ut per eam Judam ad pœnitentiam adduceret, & ut etiam ſuo exemplo doceret occultos peccatores non eſſe prodendos, nec publicè infamandos, & ideo nec à Sacra menſa excludendos. Unde cum Chriſtus D. inſtituens Sacram Euchariſtiam, Apoſtolos etiam Sacerdotes, & Epiſcopos crearet, dicens: *Hoc facite in meã commemorationem.* Etiam Judam, cùm præſens eſſet, creavit, ac inſtituit ſacerdotem & Epiſcopum, juxta illud Pſal. 108. n. 8. *Epiſcopatum ejus accipiat alter.* Quod de Juda interpretatur S. Petrus Actor. 1. n. 20. Et quamvis Hebraicè ſit nomen ſignificans præfecturam, regimen, principatum, ut notat Cornelius, tamen cùm noſtra Vulgata in utroque loco tam Pſalmor. quàm Actorum, habeat Epiſcopatum, nil vetat, ſic etiam illud accipere.

3. Fundamentum.
Pſalm. 108.
Actor. 1.
Cornel.

Quæstio. II.

Quare Chriſtus ait quod deſiderabat illud Paſchæ manducare cum ſuis diſcipulis, & quinam eſſet hoc Paſcha?

10. Singulis annis, Chriſtus D. ex legis mandato manducaverat Paſcha, hoc eſt, Agnum Paſchalem, ſed cœnæ illæ prætericæ non fuerunt ei ita deſideratæ, ut hæc extrema, cujus rei rationem inquirit præſens quæſtio.

Reſpondeo. Vehementi deſiderio deſideravit Chriſtus illud Paſcha cum ſuis diſcipulis manducare. Primò, quia in eo finem imponebat legi veteri, ſuiſque umbris, novamque legem cùm novis ſacramentis, ac mandatis tradebat. Secundò quia prævidebat, quod jam Crux, ac mors ſua aderat. Tertiò peculiariter, quia admirabile Euchariſtiæ ſacramentum inſtituebat, ſuiſque diſcipulis, ac omnibus fidelibus manducandum tradebat: quæ ſingula ex ſanctis Patribus ſunt probanda. 11.

Primò deſideraverat Chriſtus hoc Paſcha cum ſuis diſcipulis manducare, quia in eo imponebat finem legi veteri, ejúſque figuris, ac umbris. Beda in Luc. *Deſiderat*, ait, *primo typicum Paſcha cum diſcipulis manducare, & ſic paſſionis ſuæ mundo declarare myſteria, quatenus & legalis Paſchæ probator exiſtat, & hoc ad ſuæ diſpenſationis figuram pertinuiſſe docendo carnaliter ultra vetat exhiberi: imò umbra tranſeunte, veræque Paſchæ lumen adveniſſe demonſtrat.* Similiter D. Bonav. *Hoc autem Paſcha deſiderabat Chriſtus manducare propter figuræ excluſionem, & introductionem veritatis.* In tanto deſiderio erat illud Paſcha, illáque cœna Chriſto D. quia in ea manducato Agno Paſchali terminus dabatur legi veteri, novaque legis ortus incipiebat, advenientéque veritate umbræ evaneſcebant, jamque ſacramenta, ac dona abundantiſſima legis Evangelicæ per tot ſæcula promiſſa jam adimplebantur, ac hominibus in ſalutem, ac vitam æternam communicabantur. 12.

Beda.
Bonavent.
Deſiderabat Chriſtus veterem legem abſolvere, & novam diu promiſſam initiare.

Secundò. Tam magnoperè in optatis erat ei hoc Paſcha, quia illud immediatè ſequebatur crux ejus. D. Chryſ. in Catena D. Thomæ: *Deſiderio deſideravi hoc Paſcha manducare vobiſcum; Hoc dicit*, ait, *quia poſt illud Paſcha crux imminebat*, Tanto affectu, ac amore Chriſtus rapiebatur ad ſuam mortem, & paſſionem, ut ob illam tam ardenter Paſcha deſideraret; cum illi annexa eſſet ejus crux. 13.

D. Chryſoſt.
Chriſtus ſummoperè ſuam crucem, & paſſionem optabat.

Tertiò. Tanto ſtudio optabat illud Paſcha, quia in eo corpus, & ſanguis ejus tradendus erat diſcipulis in cibum, & potum admirabili Euchariſtiæ ſacramento inſtituto. Tertullian. l. 4. contra Marci. c. 40. *Profeſſus eſt*, ait, *ſe concupiſcentia concupiſſe edere Paſcha, ut ſuum (indignum enim, ut quid alienum concupiſceret Deus) acceptum panem, & diſtributum diſcipulis, corpus ſuum illum fecit, hoc eſt, corpus meum dicendo.* Piè advertit Pamelius, quod concupiſcentia ſumi debet in bonam partem. Deus cùm ſit ſummum bonum, nil extra ſe poteſt deſiderare, ac proindè id erat in optatis Chriſto, ut corpus ſuum ſub mirabili ſacramento inſtituto, ſuis diſcipulis apponeret ad manducandum. 14.

Tertull.
Euchariſtiæ Sacramentum in optatis erat Chriſto.

In eadem ſententia eſt D. Chryſ. homil. 82. in Matth. *Quare hoc Paſcha, id eſt, hoc anno comedere Paſcha deſideravit Dominus? Quia videlicet ſalutem allaturus eſſet, tunc myſteria traditurus, & dolores mortis oppreſſurus erat.* Idem homil. 83. *Hac*, inquit, *de cauſa, deſiderio deſideravi hoc Paſcha manducare vobiſcum, quo ſpirituales faciam.* Euſebius in Catena D. Thomæ. *Cùm*, inquit, *novum Paſcha celebraret, opportunè dixit*: deſiderio deſideravi hoc Paſcha, *id eſt, novum myſterium novi Teſtamenti, quod tradebat diſcipulis, quod plures ante eum Prophetæ, & juſti concupiverunt.* 15.

Chryſoſt.
Euſebius.
Euchariſtia maxime deſideranda.

Unde ait D. Lauren. l. de Agone, *Plurimos*, ait, *videns anima Chriſti per hujus ſacramenti inſtitu-* 16.

D. Laurent.

tionem futuros eſſe Eccleſiæ ſuæ profectus, fervida charitate, jucunda exultatione, in latiſſimæ jubilationis vocem prorupit, & ait: Deſiderio deſideravi hoc Paſcha manducare vobiſcum. Similiter Philo Carpathius hæc verba *deſiderio deſideravi*, ſummo cum gaudio, maximo cum jubilo hæc dicta ſunt à Chriſto, prævidebat enim ex tanto ſacramento eximios Eccleſiæ ſuæ proventus, ſibique magnam gloriam eventuram: indéque in ipſo myſterio maximè exultabat, ac jucundabatur.

Carpath. *Chriſtus maxime Euchariſtia jucundatur.*

17. Bonus Pater Juvenem prodigum, pœnitentia redivivum benignè accipit, ſervis imperat: *Adducite vitulum ſaginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur.* Luc. 15. n. 23. Statim adveniens filius ſenior, *audivit ſymphoniam, & chorum.* Antea non audiuntur inſtrumenta muſica, ſed modò poſtquam vitulus ad menſam adductus eſt, cur illa non reſonant, cùm prodigus in domum ingreditur? Ad introitum Viri magni omnia plauſibilia pro feſtivitate pulſantur, & tamen in hac domo Optimi parentis chorus, & ſymphonia non audiuntur, niſi poſtquam Vitulus ad menſam adducitur? Sine dubio eſt apertum, quod ſub nomine hujus beneficentiſſimi Patris Deus innuatur, qui tunc dicitur inſigniter lætari, & exultare cùm ad ejus præſentiam Divinus Vitulus ad manducandum fidelibus apponitur. Tertull. lib. de pœnit. cap. 8. ſic ſcribit. *Pœnitentem libens*, ſcilicet, Pater, *ſuſcipit, immolat vitulum, præoptimum, convivio gaudium ſuum exornat.* Divini gaudij ornatus Euchariſticum convivium eſt; ſi Deus hoc convivio deliciatur, ut ſuum ſempiternum gaudium hoc convivio exornet.

Luc. 15. *Deus convivio Euchariſtico gaudium ſuum exornat.*

Tertull.

18. Cùm Abrahamus ſederet in convalle Mambre in ipſo fervore diei, apparuerunt ei tres Viri prope eum adſtantes, quos cùm vidiſſet, cucurrit in occurſum eorum, & adoravit in terram, & dixit: Domine ſi inveni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſervum tuum: *Ponamque buccellam panis, & confortate cor veſtrum.* Gen. 18. n. 5. & ſtatim fecit ſubcinericios panes, *& mactavit vitulum tenerrimum, & optimum*: Et magnum illis præparavit convivium. Concors eſt Patrum ſententia, quod cùm Abrahamus tres viderit, & unum adoraverit, tres ibi ſanctæ Triados perſonas per tres Angelos repræſentatas agnovit. Quomodo tamen magnus credentium pater Abrahamus, cùm omnium primus figuram ſanctæ Trinitatis in orbe acceperit, cur magnam oſtentationem, ac apparatum non exhibet? Quare trecentos vernaculos, quos expeditos in domo ſua habebat, ad comitatum non offert? Cur tota domus ſericis, ac aureis apparamentis non componitur? Cur ſolium pretioſis tapetibus, ac undique floribus reſperſum non apparet? Cur etiam undique inſtrumenta muſica, ac feſtiva non reſonant, & intonant? Sed tantum ipſe ſollicitus eſt, ut buccellam panis, ac vitulum tenerrimum apponat. Vitulus ille ſacræ Euchariſtiæ umbram importabat, optimè ergo credentium Pater intellexit nullam feſtivitatem majorem eſſe gaudij ſanctiſſimæ Trinitati quàm Euchariſticam figuram exhibere, cum hoc admirabile ſacramentum totius Trinitatis ſit lætitia, ac oblectamentum. D. Eligius homil. 8. *Hoc, ait, præſignavit olim, quod Abrahã tribus Angelis hoſpitio receptis vitulum tenerrimum occidiſſe legitur, & eis appoſuiſſe: quia immolata pro noſtra redemptione caro Chriſti, totius Trinitatis lætitia eſt.* Præclarè Euchariſticum convivium totius Trinitatis lætitia dicitur; quandoquidem Deus, hoc convivio gaudium ſuum exornat.

Geneſ. 18.

Euchariſtia lætitia totius Trinitatis.

D. Elig.

Quæstio III.

Quare Chriſtus D. ait, quod deſiderabat jeſum ſui corporis, cum illum ſuis Apoſtolis dare diſpoſuerit?

19. Ait Chriſtus: *deſiderio deſideravi manducare vobiſcum.* Etiam ipſe ſuum ſacratiſſimum corpus, & ſanguinem ſub ſpeciebus panis, & vini cum ſuis Apoſtolis manducavit, ut docet D. Thom. 3. p. quæſt. 81. art. 1. ex eóque quandam ſpiritualem delectationem habuit in inſtitutione illius; unde dicebat: *deſiderio deſideravi hoc Paſcha manducare vobiſcum*: ut ponderat Angelicus Doctor citato loco, de quo latiùs infrà.

D. Thom. *Chriſtus manducavit ſuum corpus ſub ſpeciebus Euchariſtiæ.*

20. Quæſtio præſens eſt, quomodo ait Chriſtus: *Deſiderio deſideravi hoc Paſcha manducare vobiſcum*, cum ipſe hoc admirabile ſacramentum inſtitueret, ut nobis illud daret, & communicaret, qualenam ergo erat hoc deſiderium ſumendi vobiſcum? Ut ipſe aliquid acciperet? Imò ut ſe magis manducandum nobis daret, & ita nobis parabat cibum ſui corporis exhibere, ut vellet videri ſe magis cibum ſumere, tanta erat Domini Jeſu beneficentia, quod ſic dabat, ut videretur accipere.

Chriſti beneficentia ſic dat, ut videatur accipere.

21. De Chriſto canit Regius Vates. *Aſcendiſti in altum, cepiſti captivitatem: accepiſti dona in hominibus.* Pſal. 67. n. 19. Quæ verba explicans Paulus ad Epheſ. 4. n. 8. *Aſcendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus.* Unde tanta diverſitas? Paulus aſſerit, quod Jesus aſcendens dona dederit, Pſaltes, quod acceperit. Uter fallitur? Neuter ut eſt manifeſtum, oſtenditur enim illis (ut alium ſenſum omittamus) ſic Jesus dediſſe ſua, ut videretur non tam dare, quàm accipere. Favet N. Incognitus in pſalmo præallegato: *Dedit hominibus, ait, tanquam caput membris ſuis; accepit in hominibus idem ipſe utique in membris ſuis*: Quæ ſuis membris dedit, ipſe dicitur accipere.

Pſal. 67. Epheſ. 4.

Incogn.

22. Videns Abrahamus tres juvenes peregrinos, eos hoſpitio ſuo recipere volens, eis obviam occurrit, *& adoravit in terra, & dixit, Domine ſi inveni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſervũ.* Gen. 18. n. 1. & 2. *Si inveni gratiam* Hoc eſt ſi tibi gratus ſum, ſi vis mihi hanc facere benevolentiam. Ex quo gravis inſurgit difficultas Quiſnam ſolet petere, illéne qui eget, an qui omnibus abundans ſua bona largitur? planum eſt, quod ille, qui egeſtate laborat, ipſe eſt, qui ſe humilians, & adorans petit, ita ipſa Mater filiorum Zebedæi acceſſit ad Jeſum *adorans, & petens aliquid ab eo.* Mat. 20.

Geneſ. 18.

Matth. 20.

23. Quomodo ergo Abrahamus, qui valdè ditiſſimus erat, & qui hoſpitium, & convivium præparabat, ac efferebat, ipſe tamen ſe humilians adorat, petit, & ſibi gratiam, ac benevolentiam fieri proteſtatur; tanta erat liberalitas, ac beneficentia Abrahami, ut dans pauperculis victoribus hoſpitium, & prandium, ipſe eos adoret, & gratiam ſibi fieri flagitet, exiſtimat enim, quod ſi eos exciperet, ſibi potius beneficium fieri, quàm ab eo elargiri, tantaque cura erga pauperes afficiebatur, ut ipſe magis videretur accipere, quàm dare. D. Chryſoſt. *Si inveni gratiam in oculis tuis*: ait: *hoc eſt admirabile beneficium, das, non accipis.* Profecti

Abrahamus dum donat, gratiam ſibi fieri exiſtimat.

Profecti filii Jacob ex Ægypto aſportantes triticum. Ex mandato Joſeph, repoſita eſt pecunia in ore ſaccorum, quam cum inveniſſent in hoſpitio reverſi dixerunt diſpenſatori, quomodo illud abſque eorum culpa eſſet factum; Qui dixit illis: *Pax vobis, pecuniam quam dediſtis mihi probatam ego habeo.* Gen. 43.n. 23. Ex quo inſurgit grandis quæſtio, ſi pecunia ab eis data repoſita eſt in ore ſaccorum, quomodo diſpenſator teſtatur eam ſe habere; Triticum illud præfigurabat Chriſti triticum in Sacramento, ut ait D. Ambroſ. lib. de Joſeph. cap 8. & quamvis hoc triticum detur gratis abſque ullo diſpendio noſtro, tamen ita Chriſto gratum eſt, quod illud nobis donet; ac ſi ipſe aliquid accepiſſet & lucratus eſſet.

Geneſ. 43.

Quæstio IV.

Quare Chriſtus tam vehementi deſiderio hanc cœnam ſui corporis cuperet?

24. *Ex Chriſti deſiderio docemur Euchariſtiam concupiſcere.* Tertull.

CUM Chriſtus ait, *deſiderio deſideravi hoc Paſcha*, &c. indicat Dominus his verbis; quod vehementiſſimè deſideravit ſuum corpus, & ſanguinem ſub ſpeciebus ſacramentalibus ſumere, quid enim Chriſtus ardenter deſideraret niſi ſeipſum, ut ait Tertullian. datus q. 2. *Indignum enim ut quid aliud concupiſceret Deus.* Niſi ſcilicet ſeipſum. Vehementer ergo Chriſtus deſiderat ſumere Euchariſtiam, ut innoteſcat, quanto nos affectu concupiſcere debemus cibum dignum, qui ab ipſo Deo ardentiſſimè expetatur.

25. Primò, quia ſoli illi, qui hunc divinum pabulum deſiderant, ac eſuriunt, ejus immenſam dulcedinem deguſtant. *Sub umbra illius, quem deſideraveram: ſedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo.* Cant. 2. n. 3. verba ſunt ſponſæ Eccleſiæ ſub typo ligni crucis, qui ſalutiferum fructum corporis, ac ſanguinis Domini dedit ſub ſpeciebus panis. Hinc ipſa ſtatim ſubdit: *introduxit me in cellam vinariam*, quod de ſacra Euchariſtia communiter exponitur. Hunc ego fructum dulcem gutturi ſuo ſponſa teſtatur. Sed cuinam gutturi hujuſmodi fructus dulcis extabat, illi nempe quod ipſum deſideraverat: *ſub umbra illius, quem deſideraveram, ſedi*: ac ſi non deſideraſſet, nequaquam fructus dulcis fuiſſet; Et unde proveniebat, quia de gutture, ac corpore Eccleſiæ erat, qui enim fidelis eſt de corpore, ac gutture Eccleſiæ, hunc fructum maximè eſurit, ac deſiderat. Richard. de S. Laurentio. de laudibus B. Mariæ. *Non pertinere*, ait, *ad guttur Eccleſiæ, qui fructum hunc non eſurit.*

Cant. 2.

Qui euchariſtiam deſiderat, illius dulcedinem guſtat.

Richardus.

26. Secundò. Quia deſiderium hunc panem accipiendi ſit veluti pretium ad illius ſacram refectionem. Eſurientibus Ægyptiis clamat populus ad Pharaonem, poſtulans alimonias, quibus ille. *Ite*, ait, *ad Joſeph, & quidquid ipſe dixerit vobis, facite.* Accedunt cuncti ad Joſeph, & conventione de pretio facta ſubdit Textus. *Creſcebat fames, aperuitque Joſeph univerſa horrea, & vendebat Ægyptiis*, Gen. 41. n. 56. Præfigurabatur tibi, quod cum adeſt fames cœleſtis panis, Verus Joſeph Chriſtus Jeſus aperit horrea Eccleſiæ ſuæ, & dat illis divinum pabulum, at quomodo cohæret figura cum figurato, nam Joſeph ſoluta pecunia triticum diſtribuebat; at his cœleſtis panis datur abſque auro, & argento, ac commutatione ulla; ut ait Iſaias, quo ergo pretio; deſiderio nempe. Fames, ſeu deſiderium accipiendi Euchariſticum panem pro pretio reputatur. Strabus. *Hujus venditionis pretium non eſt aliud, quàm labor in adipiſcendo.* Ut tantùm panem nobis præbeat Divinus Jeſus, nil aliud nobis imponit niſi illius famem, quæ pro ingenti pretio exhibenda erat.

Geneſ. 41. *Deſiderium accipiendi Euchariſticum panem, & habetur pro pretio*

Strabus.

27. Tertiò Quia Euchariſticus panis, quo magis habetur, eo magis deſideratur. Sub typo mulieris fortis de Eccleſia decantat Rex Salomon. *Facta eſt quaſi navis inſtitoris, de longè portans panem ſuum.* Proverb. 31. n. 14. ſub nomine panis Euchariſticus intelligitur; panis enim Eccleſiæ non eſt corporalis, ſeu Euchariſticus tantum, quo creſcit, ac nutritur, quem à longè à cœlo nempe evehit. *Hic eſt panis, qui de cœlo deſcendit.* Joan. 6. n. 50. Quem locum Proverbiorum commentat Gloſſa ait: *ſolum vivi panis ſatietatem deſiderat, qui dicit; Venite ad me omnes; qui laboratis.* Ac ſi dicat gloſſa; Eccleſia eſt veluti navis è cœlo portans panem ſuum Euchariſticum, & cum ipſum portet, adhuc illum deſiderat. Ex quo inde inſurgit difficultas. Si Eccleſia hunc ſacrum panem fert, & habet; quomodo illum deſiderat; Ea enim, quæ deſunt, ſunt in deſiderio, ea verò, quæ præſto adſunt, minimè cupiuntur. Hoc tamen dicitur, ut ſupremæ deliciæ ſacræ Euchariſtiæ innuantur, quæ dum abundè, & ad ſatietatem comeditur, comedi deſideratur.

Prov. 31.

Joan. 9. Gloſſa. *Euchariſtia dum ſumitur, magis ſuum deſiderium accendit.*

28. Ad ſuum ſponſum loquitur dilecta ſponſa. *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Quæ verba multi transferunt; *oſculetur me oſculis oris ſui.* Quæ D. Ambroſ. lib. de ſacram. cap. 2. Theodoret. ac alii de anima quærente Chriſtum in ſacramento Altaris interpretantur; per oſcula intelligens communicationem ſui dilecti, cum ergo ait, *oſculetur me oſculis oris ſui.* Ac proinde non unam communicationem, ſed plures, ac iteratas expetere videtur. Quorſum non unam, ſed multas requirit; optimè ciebat anima ſancta per unum ſacratiſſimum oſculum, ac communicationem ſui dilecti, quam ſemel experta fuerat, ſic ejus ſuavitate, ac dulcedine erat affecta, quod tantum abeſt, ut una dilecti communicatione ſatiaretur, ut inde majori, ac majori deſiderio inardeſceret ad plures, ac plures requirendas; ac exoptandas. Luc. Burg. ſerm. 13. de Divin. unio. *Carnali amore vigenti*, ait, *non ſatis eſt, ut aliquando expectet conjunctionem cum amato ſuo, ſed frequenter expetit, nec facile poteſt ſatiari. Quando minus ſufficere nobis debere, ut cunctam illam, parum dulcem, atque amabilem noſtri cum pulcherrimo, benevolentiſſimo, & amore digniſſimo, ſponſo Chriſto aliquando ſolum requiramus. Oportet nos quotidie altaribus & pixidibus ſacris adhærere conſtanter precari ſponſum, donec in ejus amplexus atque oſcula detur irruere, atque idcirco ſponſa non ait, oſculetur me oſculo, ſed oſculis numero plurali.*

Cant. 1. Ambroſ. Theodor.

Ex Euchariſtia communione magis ſui deſiderium inardeſcit.

Luc. Burg.

17. Obnixè Moyſes petens à Deo ait: *Si inveni gratiam in conſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuam.* Exod. 33. n. 13. & tamen quod ipſe valdè frequenter oblectaretur cum divino vultu, ac colloquio teſtatur ſacer textus, ibidem num. 11. *Loquebatur Deus ad Moyſem facie ad faciem, ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum.* Si ipſe tam iteratis vicibus divino aſpectu fruitus eſt, totque vicibus ejus dulcedinem prægustaverat; unde tanta eſuries, tamque vehemens deſiderium proſpiciendi, atque ejus præſentia ſe oblectandi? Guſtaverat jam Moyſes divinum pabulum, qui dum animam implet, non modò ſatiat, ſed majorem edendi cupiditatem incendit, dulcedinem, ac ſuavitatem divinorum

Exod. 33.

Ex Dei pabulo vehementior eſuries.

K 4 norum

norum oſculorum guſtaverat, quorum quò copioſius implebatur fruitione, eò vividiori afficiebatur eſurie.
Nyſſen. D. Greg. Nyſſenus in Cantica. *Moyſes*, ait, *qui dignus eſt habitus cum Deo loqui facie ad faciem, ejuſmodi oſculorum majori tenebatur deſiderio, poſtquam ei toties Deus apparuiſſet rogans, ut videret, quem deſiderabat, perinde, ac ſi nunquam eum eſſet contemplatus.*

Quæstio V.

Quare non ſolùm ait Chriſtus, deſideravi, ſed duplicat dicens, deſiderio deſideravi?

30. *Senſus literalis.* Deſiderio deſideravi, hoc eſt magnopere deſideravi, & eſt modus loquendi Hebraicus vehementiſſimum affectum deſiderandi indicans, & valdè frequens in veteri Teſtamento, ut morte
Judic. 13. moriemur. Jud. 13. n. 22. & hic eſt legitimus, & genuinus ſenſus.

31. Hugo. *Duplex deſiderium.* Hugo Cardinalis. Deſiderio deſideravi hoc Paſcha manducare vobiſcum, ſcilicet vetus, & novum Unde alterum deſiderium eſt propter veteris hominis conſumptionem: alterum propter novi hominis reparationem, tanquam ſi illa deſiderii geminatio hæc duo reſpiciat.

32. Leont. Tertiò. Leontius Ætolius apud Turri. tract. 2. de Euchariſt. c. 3. *Hoc Paſcha*, ait, *vobis tradere de-*
Imperfect. *Virtute hujus ſacramenti fiunt homines Angeli* *ſidero, novas ſcilicet res quatenus facturus ſum vos ſpirituales.* Idem habet Auctor Imperfectus homil. 83. tam ardenter illud Paſcha deſiderabat ut pro majori profectu ſuos diſcipulos ſupra ſeipſos eveheret, ut amplius non tanquam homines, ſed veluti tanquam Angeli ſpirituales exiſterent. *Pa-*
Pſalm. 77. *nem Angelorum manducavit homo.* Pſalm. 77. n. 25. Si panis Angelorum eſt, quomodo homini datur? Cur placuit Deo homines Angelorum edulio ſatiare? Ut Angeli ex hominibus fiant. Hugo in
Hugo. c. 31. Proverb. *Talis*, ſcilicet cibus. *Datus eſt hominibus, ut fiant Angeli.*

Ex tanta hominum utilitate maximè hoc ſa-
33. cramentum erat Chriſto in deſiderio. Pro quo
Pſal. 67. expendendus eſt Pſal. 67. in quo Regius Vates latè diſſerit de myſteriis vitæ Chriſti; ut explicant D.
Auguſt. Caſſiod. Gloſſa. Auguſt. Caſſiod. Gloſſa, & alii. *Exurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus*, hoc eſt principes tenebrarum; *Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras.* Deinde ſubdit, *Intingatur pes ejus in ſanguine.* Opere nempe noſtræ redemptionis. Dominus dabit verbum Evangelizantibus, prædicatoribus ſcilicet ſuis. *Aſcendiſti in altum.* De triumphali ſua Aſcenſione in cœlos loquitur. Inter hæc ſermonem vertit ad admirabile Euchariſtiæ ſacramentum. Et

34. Ait numero 15. *Dum diſcernit cœleſtis reges ſuper*
Pſal. 67. *eam; nive dealbabuntur in Selmon.* Dum cœleſtis ſcilicet Deus optim. Max. *qui habitat in cœlis.* Diſcernit, ac facit diviſionem, ut tribuat ſecundum merita unicuique: eos reges appellat: accedentes
Virtute Sacramenti fiunt homines reges. ad Euchariſticam menſam reges, ac principes conſtituuntur. *Venite ad cœnam magnam Agni ut*
Apoc. 19. *comedatis carnes regum*, Apoc. 19. n. 18. *Nive dealba-*
Incognit. Genebrard. *buntur in Selmon* ait, quod candidiores eſſent nive hujus montis Selmon fit alluſio ad hunc montem, qui valdè plenus nive extabat, unde communiter, ut notant N. Incognitus, Genebrardus: appellatur mons nivoſus, his denotatur quod gratia, ac donis hujus ſacramenti noſtræ animæ purificantur, ac nive albidiores redduntur.

In Selmon. Ex radice Hebraica uno puncto ad- 35.
dito, vel ſubtracto fit magna varietas lectionum. Hebræus. Chald. Aug. Interlin. Genebrad. Lyran. Hugo. Carthuſ.
Chaldæus, D. Auguſt. Interlin. Genebrard. Lyranus, Hugo Cardinalis, Carthuſian. *Selmon*, interpretantur, quod idem ac umbroſus, ſicque legunt nive dealbabuntur in umbroſo, in opaco. N. Incognitus exponit abſconditum, obſcurum. *Caro Chriſti in ſacramento eſt abſcondita & occulta.*
Ac idem fit: Nive dealbabuntur in abſcondito, in obſcuro. Hebraizantes transferunt montem cavernoſum. Nive dealbabuntur in cavernoſo; quæ omnia optimè conveniunt magnitudini tanti myſterii. Nam in carne, ac ſanguine Chriſti, quæ occultata eſt in hoc ſacramento, & quæ cooperta eſt velamine ſpecierum in umbroſo, in opaco, & quæ altè deliteſcit ſub intimo ſecreto illius ſacræ hoſtiæ in cavernoſo. Purificantur animæ noſtræ, ac nive candidiores redduntur.

Ex ſupradictis inſurgit quædam difficultas. Si 36. *Myſteria hujus Sacramenti non valet intellectus penetrare.*
mons *Selmon* eſt mons nivoſus, quomodo etiam nuncupatur mons umbroſus, mons obſcurus? Animæ dignè ipſum ſumenti mons eſt nivoſus, hoc etiam Sacramento ſuper nivem dealbeſcit. Ac etiam mons eſt umbroſus, ac cavernoſus. Si enim intellectus vi rationis, ac diſcurſus naturalis in hoc tantum myſterium vult irrumpere, ejuſque ſecreta penetrare, denſiſſimæ tenebræ eum occupant, ut nihil valeat aſſequi, in hoc myſterium non ingreditur actionis nixu, ſed fidei obedientia.

Mons Dei. Alii transferunt. *Mons celſitudinis* 37. *Euchariſtia Sacramentum pacis.*
Ob magnitudinem hujus myſterii. *Mons pinguis* Legitur ab aliis *Mons pacis.* Nam hic mons, cum eſſet valdè fertilis multis paſcuis abundabat. Inde Philiſthæi, ac vicinæ nationes, cum vigeret pax, omnes ad hunc montem greges ſuos mittebant, ac proinde cum illis eſſet plenus, ſignum pacis erat, quod optimè huic magno myſterio convenit, dicitur enim Sacramentum pacis, illo enim reconciliatur homo cum Deo. Hinc Beda ex D. Beda.
Auguſt. in c. 10. Epiſtol. prioris ad Corinth. illud appellat *myſterium pacis.* Vel dicitur mons pinguis ob abundantiam gratiarum, ac ſpiritualium donorum, quæ in hac ſacra menſa continentur. Caſſiodorus. Caſſiod.

Aquæ irriguæ undique fluunt.

Mons coagulatus. Undique ubertate pinguis 38.
erat. Montes hujus ſæculi ſi ex una parte abundant, ex altera infœcundi apparent. *Ut quid ſuſpicamini montes coagulatos.* Symmachus. *Ut quid af-* *Solum in Euchariſtia omnis abundantia.*
fectatis. Ad quid nempe vobis in mentem venit aliorum montium fertilitas, nam in omnibus aliis excepto hoc Euchariſtico, nulla eſt abundantia, ac ſuavitas, ſed tantum ſpinæ, ac tribuli. *Mons in quo beneplacitum eſt Deo inhabitare* Hebraicus *Mons in quo deſideravit habitare*, alii legunt Mons in quo deſiderio deſideravit habitare. Explicatur vehemens Domini deſiderium de inſtitutione hujus ſacramenti. Et ut permaneret in ſua Eccleſia.
Habitabit in finem. Juxta illud Matth. 28. n. 20. Matth. 28.
Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi.

Currus Dei. Seu, ut alii habent, vehiculus Dei. 39.
Hoſtia ſacra appellatur à Propheta Currus Dei. Et merito. Nam ſicut cum movetur currus, moventur ſpecies conſecratæ, movetur caro, & ſanguis Chriſti in eis contentus. *Decem millibus mul-* Pagnin. Vatabl. Caietan. Felix. D. Hier.
tiplex. Pagninus, Vatablus, Caietan. legunt, *Biſdena millia.* Felix. *Centena millia.* D. Hiero. *Innu-*

mirabilis

Angeli faciunt gratulationes pro tanto myſterio.

mirabilis: ſcilicet multitudo Angelorum, quibus ſtipatus incedit *Lætantium* exultantium feſtivis gaudiis, ac jubilationibus gratulatoris *Dominus in eis, in Sina in Sancto*, ob tam magna beneficia, quæ Dominus in monte Sinai Eccleſiæ operatus eſt.

Luc. 12. *n.* 26. Dico enim vobis, quia ex hoc non mãducabo illud, donec impleatur in regno Dei.

Num. 17. Et accepto Calice, gratias egit, & dixit: Accipite, & dividite inter vos.

VERSIONES.

Syriac. n. 16. Dico enim vobis me amplius non comeſturum illud, quouſque compleatur in regno Dei.

Vatablus. Dico enim vobis poſthac neutiquam edam ultra ex eo.

Franc. Luc. Et hoc tempore non manducabo.

Vatabl. Theophil. Et accepto poculo.

Arias Et accipiens calicem, gratias agens & dixit: Accipite, & dividite vobis ipſis.

Euthym. Accipite hoc, & dividite.

EXPOSITIO II.

40. DICO *enim vobis*, *quia ex hoc.* Scilicet tempore, ſeu poſt hac. *Non manducabo illud*, Paſcha nempe, ſeu agnum Paſchalem: *donec impleatur.* Veraciter compleatur, quod per agnum figuraliter ſignificabatur. In regno Dei. Origen. tract. 35. in Matth. Euthym in cap. 26. Matth. n. 29. Theophyl. ad hunc locum D. Luc. Janſenius, Menoc. Luc. Burg. & alij per regnum Dei, regnum cœlorum interpretantur. Ut ſenſus ſit, cœna Agni Paſchalis valde feſtina erat, celebrabatur in ea tranſitus filiorum Iſraël de Ægypto in terram Promiſſionis: ſignificabat ſe ſpiritualiter Paſcha comeſturum in regno Dei, hoc eſt in Cœlo, in quo perficietur hæc cœna, quæ jucundior, ac felicior erit, quacumque alia obſervatos electos, quorum caput eſt Chriſtus, ipſoſque ex miſeriis hujus ſæculi adductos in regnũ cœlorum.

Origen. Euthym. Theoph. Janſen. Menoch. Luc. Burg.

41. Secundò. Per regnum Dei interpretatur Eccleſia militans. Ita Beda, Carthuſian. Hugo, Barradas, & alij. Et hæc mihi probabilior, & eſt ſenſus. Non manducabo Paſcha typicum, ac figuratum donec à me impleatur in regno Dei, hoc eſt in Eccleſia mea militante. Paſcha autem typicum impletum eſt in regno Dei, ſeu in Eccleſia, cùm Chriſtus Euchariſtam inſtituit in ſua Eccleſia, quæ frequenter regnum Dei dicitur, ipſum autem Sacramentum figuratum eſt Agno Paſchali, ſignificabat ergo quod volebat efficere Sacramentum, quod in Eccleſia expleret typum ipſius agni Ac proinde his verbis. *Ex hoc non manducabo*, ſignificat ſe amplius Moyſaicum Paſcha ultra non celebraturum, ſimulque, ut notat Carthuſianus, ex Beda, vetat Dominus Agnum Paſchalem ultra carnaliter exhiberi.

Beda. Carthuſ. Hugo. Barradas. Beda.

Beda.

42. *Et accepto calice*, Vini ſcilicet, an verò hic eſſet diſtinctus calix à Sacramentali, quæſt. ſequenti diſſeram. Gratias egit Deo, ut homo, de hoc fructu vitis ſibi, ſuiſque conceſſo in ſacrificium, ac potum. Tradunt Hebræi, ut refert Luc. Burg. in tali negotio hæc fuiſſe ſolemnia verba. *Benedictus ſis tu Domine rex mundi, qui das nobis frumentum vitis* Ad quæ ſtatim alludit, *de generatione vitis.* Notat Beda, quod gratias egerit, quia vetera jam tranſierunt, & omnia nova ventura fuerant: *Accipite* poculum nempe, *& dividite inter vos.* Ut omnes vos illius ſitis participes. Calicis donum generosè Dominus largitur, diviſionem verò illis committit: nam calix circunferebatur per menſam, ut dicam Expoſit. 4. Ad rem moralem. Sapienter obſervat Magiſter P. Emman. Naxera in Ioſue, cap. 1. § 58. n. 287. Ne pacis, ac unionis fomentum in diſcordiarum verteretur ſeminarium. Aderat Judas ambitione obcæcatus, qui maximè criminaretur calicem prius alii exhibitum, quam ſibi, & fortè etiam de menſura exaſperaretur in opinione Cajetani, Bellarm. qui dicunt hunc non fuiſſe calicem conſecrationis, ſed ab illo diſtinctum, de quo quæſt. ſequenti. Hinc Dominus prudentiſſimè, calicem ut dividant, illis porrigit, diviſionem verò declinat, nam ſæpè rerum diviſio, ac diſtributio, querelas, ac criminationes excitat, de quo latiùs infrà in hoc Tomo.

Luc. Burg.

Beda.

P. Naxera.

Diviſio, ac diſtributio munerum querelas excitat.

QUÆSTIO VI.

Vtrum Chriſtus D. in hac ultima cœna duplicem calicem Apoſtolis propinaverit?

43. DUPLICEM calicem, ſeu duplicem potum in eodem Calice Chriſtum ſuis Apoſtolis dediſſe affirmant Card. Cajetan. Card. Bellarm. lib. 1. de Euchariſtia. c. 11. l. 4. c. 10. Theophylact. Beda, in c. 22. Luc. dicunt quod duplicem calicem in hac ultima cœna Chriſtus cùm diſcipulis ſuis propinaverit, videlicet poſt eſum Agni Paſchalis, eoque potu Agni cœnæ finem impoſuiſſet. Poſtea verò alterum calicem ſui ſanguinis eis exhibuit. Hoc videtur apertè deduci ex D. Luca, qui duplicis calicis facit mentionem. Stabilitur hæc ſententia ex conſuetudine Judæorum, quæ legitur in eorum Rituali, poſt Agni comeſtionem Paterfamilias calicem convivis propinabat, quod Dominus videtur obſervaſſe.

Cajetan. Bellarm. Theoph. Beda.

Duplex calix.

44. Secunda ſententia eſt D. Auguſt. lib. 3. de conſenſu Evangel. cap. 1. Ammonius, Alexand. in conſenſu Evang. Tacian. Euthym. in c. 26 Matth. D. Paſch. l. 12. in Matth. Janſeni. Barradas, tom. 4. lib. 3. cap. 1. Antonij Eſcobar. tom. 2. ad Evang. ſanct. lib. 8. ſect. 1. obſervat. 9. cap. 2. n. 91. qui omnes aſtruunt Chriſtum D. unum tantum calicem ſanguinis ſui diſcipulis propinaſſe, à D. Luca hunc calicem bis fuiſſe commemoratum.

Auguſt. Ammonius. Tacian. Euthym. D Paſchaſ. Janſen. Barradas. Eſcobar.

45. Probatur primò, quia D. Lucas poſt prioris calicis exhibitionem eadem verba refert, quæ D. Matthæus, & Marcus ſubjiciunt, & à Chriſto dicta dato Calice Sãguinis ſui ſcilicet: *Non bibam amodo de hoc genimine vitis*, &c. ergo unus, & idem erat calix ſanguinis. Secundò D. Lucas nullam facit mẽtionem Agni, aut Azymi panis, non dixit accepto agno, vel accepto pane gratias egit; ſed de

Unus calix.

ſolo

ſolo calice hoc dixit,cum in cœna prior ſit cibus, poſterior verò potus. Ergo unus fuit tantũ calix, Ad quid D. Lucas faceret mentionem de calice poſt esũ Agni,non facta mentione de ipſo Agno?

46. Auguſt. *Quare D. Lucas anticipatione utitur.* Tertiò. D.Lucas uſus eſt præoccupatione, ut D. Auguſt. docet, anticipationis cauſa fuit, ut proteſtationem non manducandi. *Quia ex hoc non manducabo illud*, conjungeret cùm proteſtatione non bibendi. *Non bibam de generatione vitis.* Iteravit tamen id quod dixerat, ſcilicet Dominum accepiſſe calicem, ut conſecrationis verba nobis ſcriberet. Quod verò ſpectat ad illam Judæorum conſuetudinem, non probatur tempore Chriſti extitiſſe. Videtur ergo illa conſuetudo à poſterioribus Judæis introducta.

47. D. Hieron. In concordiam Patres redigere intendo. Unus extitit Dominicus Calix, cujus tanquam duplicis mentionem facit D.Lucas: quia non ejuſdem qualitatis (quod effectus dico) liquore bonis ac malis propinat, in eis enim diſpares effectus generat. Juſtos enim vino novo gratiæ, indignos verò fæcibus judicij potat. D. Hieron in cap. 26. D. Matth. ad illa verba. *Cœnantibus autem eis.* Sic ait: *in Luca legimus duos calices, quibus diſcipulis propinarit. Ut qui inter ſanctos agnum comedere non potuerit, hædum comedat.* Quæ verba Sancti Doctoris, etſi difficilia videantur, ea ſic explico. Rectè diſpoſitus accedens ad Sacramentalem menſam, agnum comedit, bene enim diſpoſitis Chriſtus in Euchariſtia Agnum ſe oſtendit: bibit etiam merum, *in vini meri* calice. At verò indignè accedens, & male diſpoſitus hædum manducat, bibitque fæces in pleno mixto. Sicut enim rectè diſpoſito Chriſtus in hoc ſacramento Agnus eſt, ut ipſe manducans inter agnos computetur, ſic & malè diſpoſito in hædum, quod ad effectus loquor, convertitur, id eſt ut ipſe edens inter hædos annumeretur. In eodemque calice duplicis calicis merum, ac mixtum continentis reperitur effectus. Juxta illud Davidicum. *Calix in manu Domini vini meri plenus mixto.* Pſalm. 74.num.9. *Meri*, ſcilicet juſtis ad vitam æternam; plenus verò mixto peccatoribus ad judicium, ac pœnam æternam. Ut ait D.Chryſoſt. homil.6.ſuper Matt. *Iſte ſpiritualis cibus, ſi aliquem reperit malignitate pollutum, magis etiam, perdet, non ſua natura, ſed accipientis vitio.*

effectus duplicis calicis pro diverſitate bibentium.

Pſal. 47.

48. Cantic. 2. Ait Sponſa, *Sub umbra illius, quem deſideraveram ſedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo.* Cant. 2. n 3. Non appellatur ſimpliciter, & abſolutè fructus dulcis, ſed tantùm ſponſæ gutturi. Licèt enim ex ſua natura dulciſſimus ſit, quoad effectus tamen, juxta cordis diſpoſitionem recipientium gutturi accommodatur. Dulcem namque, aut amarum, vivificum, aut mortiferum Euchariſtiæ ſibi faciunt effectum ij, qui dignè, vel indignè communicant pro eorum diſpoſitione, fructus ergo iſte peccatori amarus eſt, juſto verò dulcis, D. Thom. Opuſculo 58.n.22. *Nota meo, ait, id eſt piæ, ac fideli menti, quæ credit, & intelligit hunc illum fructum ſibi eſſe utiliſſimum.*

Euchariſtia vivifica, vel mortifera pro diſpoſitione recipientium.

D. Thom.

49. Eccleſ.4. Ait Eccleſiaſt. *Quaſi Cypreſſus in monte Sion, & quaſi palma exaltata ſum in Cades.* c.24. n. 18. De Sacra Euchariſtia à multis explicatur. Cur ſimul comparetur palmæ, ac Cypreſſo? Nam ille durũ, hæc verò lenem: ille amarum, hæc dulcem, ille penitùs exprobabilem, hæc verò prorſus eſui deſiderabilem fructum exhibet. Quomodo fructibus tam diſcrepantibus combinatur? Adverte quod cùm confertur cum Cypreſſo, meminit Sion: *Sicut Cypreſſus in monte Sion.* Cùm verò comparatur palmæ, meminit Cades: *Sicut palma exaltata ſum in Cades.* Per Sion Judæi, qui Chriſtum crucifixerunt, ſignificantur. *In convertendo Dominus captivitatem Sion.* Pſalm. 125. n. 1. Per Sion Judæos intelligit David. Per Cades Sancti denotantur. Cades ſanctitas interpretatur. Hinc Chriſtus D. in Euchariſtia, comparatur Cypreſſo in monte Sion, palmæ verò in Cades qui pro diverſitate ſumentium, dulcis, & amarus, lenis, ac durus eſt. Juſtis, & ſanctis palma eſt, dactylum illis profert dulciſſimum, ac ſuaviſſimum, Judæis verò, qui Chriſtum crucifixerunt, ac peccatoribus, qui iterum crucifigunt, tanquam Cypreſſus eſt: omni duritia, & amaritudine æterni judicij exhibet effectum Richard. de ſanct. Laurentio de laudib. B. Mariæ l. 12. ſic ait. *Cypreſſus durum habet fructum, Chriſtum ſcilicet, qui durus eſt Sacramentum indignè accedentibus.* Vide ſuprà cap. 6. n. 104.105.106.

Pſal. 125.

Euchariſtia ſanctis dulcis, peccatoribus amara.

Matth. 26.*n.*26. Cœnantibus autem eis, accepit Jeſus panem, & benedixit, ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, & ait: Accipite, & comedite. Hoc eſt corpus meum.

VERSIONES.

Syriacus. Quum autem ederent, accepit Jeſus panem.

Theoph. Vatablus. Veſcentibus autem eis, accepit Jeſus panem. Et cùm egiſſet gratias,

Euthym. Edentibus autem illis, ſumpto Jeſus pane, quum gratias egiſſet.

Arabic. Perſic. Æthiop. Accipite, & comedite; hæc eſt ipſa caro mea.

Ægyptius. Hoc enim corpus meum.

D. Chryſoſt. homil. 83. Accipite, comedite, hoc eſt corpus meum, quod pro multis frangitur in remiſſionem peccatorum.

ALTER TEXTUS.

Marc. 14. *n.* 22. Et manducantibus illis, accepit Jeſus panem: & benedicens fregit, & dedit eis: & ait, ſumite, hoc eſt corpus meum.

Luc. 22. *n.* 19. Et accepto pane gratias egit: & fregit, & dedit eis, dicens, Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem.

EXPOSITIO III.

50. D. Marcus Græcus. COEnantibus autem eis. Seu, ut ſcribit D. Marcus *Manducantibus illis.* Seu Græcus, *edentibus ipſis.* Finita cœna legali Agni Paſchalis, abſolutáque

abſolutáque ſecunda cœna uſuali, ut ſuprà ſæpè dixi, lavit Dominus ſuorum diſcipulorum pedes, & iterum ad menſam ſedit, habuit verba de proditore, & tunc in tertia cœna Sacram Euchariſtiam inſtituit. Ac proinde, *Cœnantibus autem eis.*
Luc. Burg. Vt explicat Luc. Burg. Non eſt intelligendum de actu cœnandi, ſed de cœna, ſeu convivio adhuc durante, quia nondum menſa erat ablata, & ſuper eam cibi expoſiti extabant, ita ut adhuc comedere potuiſſent, qui voluiſſent, unde dicitur Joan. 13. n. 16. quod poſt Sacrorum myſteriorum celebrationem, intinctus panis Judæ à Jeſu datus eſt. Tempus autem hujus ſacratiſſimæ inſtitutionis nocte erat. Nam quando Judas exiit, nox erat,
Joan. 13. 1. Tim. 11. Joan. 13. n. 30. Et teſtatur Paulus, Dominus Jeſus, in qua nocte tradebatur, 1. Corinth. 11. n. 15. Erat ergo tempus ſecunda hora noctis.

51. Accepit Ieſus. Ille Chriſtus Dei omnipotentis filius, hoc Jeſu nomine hæc denotantur, ut tanti myſterij fides indubitata reddatur. Quinque actiones hic notantur ab Evangeliſtis. Primò Chriſtus accepit panem: ſecundò gratias egit Patri: tertiò panem benedixit. Quartò panem fregit. Quintò porrexit, & inter porrigendum dixit, *Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum.* Hæc verba ſunt ſimul porrigentis, & conſecrantis *Accepit panem*, nempe azymum, non enim illis diebus licitum erat uti pane fermentato, & ideo dies
D. Thom. azymorum dicebantur, ut notat D. Thomas 3. p. quæſt. 8. art. 1. ad 1. Gratias egit, D. Matthæus
D. Lucas. D. Paul. ſcribit, *Benedicit ac fregit.* D. Marcus *Benedicens fregit.* At D. Lucas, & Paulus. D. Lucas: *Accepto pane gratias egit.* D. Paulus. *Accepit panem, & gratias agens fregit.* Unde aliqui affirmant quòd idem ſit gratias agere, ac benedicere. Tamen diſtinguendum eſſe exiſtimo. Nam gratias agere eſt Deum laudare pro beneficiis acceptis. Benedicere verò eſt divinam clementiam ſuper aliquid invocare. Unde gratias agere refertur ad Patrem, & inde hoc Sacramentum dicitur Euchariſtia, id eſt, gratiarum actio, ut in quæſtionibus ex Patribus dicam: Benedicere verò refertur ad panem,
Ianſen. Maldon. Barradas Cornel. 1. Cor. 10. ac vinum. Et contra Hæreticos notarunt Janſen. Maldonat. Barrad. Cornel. & alij. Unde ait Paulus 1. Corint. 10. n. 16. *Calix benedictionis, cui benedicimus.* Et Eccleſia *Accepit panem, in ſanctas, ac venerabiles manus ſuas, & elevatis oculis in cœlum, ad te Deum Patrem ſuum omnipotentem, tibi gratias agens benedixit.*

52. Albertus. Innocent. 3. Salmeiron. *Quænam eſſet benedictio.* Quænam fuerit hæc benedictio; Albertus Magnus tract. de officio Miſſæ c. 6. Innocentius Tertius cap. 6. dicunt fuiſſe aliquod ſignum ſenſibile, non tamen illud explicant. Salmeir. tom. 9. tract. 13. exiſtimat quod fuerit ſignum crucis, quod ex inde Apoſtolica traditione ad nos devenit, nec obſtat quod ſignum crucis nondum illâ nocte eſſet ſanctificatum, quia Chriſtus habuit ante oculos illius ſigni ſanctificationem futuram ſequenti die.

53. *Fregit.* Unum panem accepit Chriſtus, eumque inter conſecrandum in multas partes fregit, & unicuique Apoſtolorum unam partem diſtribuit, ita tamen ut ipſe primus acceperit, ut infrà dicam, poſtea Petrus, & deinceps alij Apoſtoli.

54. *Hoc eſt corpus meum.* Apertè, & claré loquitur Chriſtus D. ex quo evidens eſt in Euchariſtia non eſſe figuram corporis Chriſti, ut falsò commentiti ſunt hæretici, ſed verum, reale, ac ſubſtantiale corpus Chriſti, quod ex Virgine Maria natum, & in Monte Calvariæ crucifixum eſt, ita omnibus ſæculis credidit Sancta Catholica Eccleſia, in multiſque Conciliis definivit, per omneſque ætates Sancti Patres docuerunt. D. Chryſoſt. homil. 83. *Credamus*, ait, *ubique Deo, nec* D. Chryſ.
repugnemus ei, etiamſi ſenſui, & cogitationi noſtræ abſurdum eſſe videatur quod dicit: ſuperet, & ſenſum, & rationem noſtram ſermo ipſius, &c. Quoniam ergo ille dixit, hoc eſt corpus meum, nulla tenemur ambiguitate, ſed credamus, & oculis intellectus id perſpiciamus. De quo infrà multa.

D. Lucas addit, *quod pro vobis datur.* D. Paul. 1. 55.
Corint. 11. n. 24. *Hoc eſt corpus meum, quod pro* 1. Cor. 11.
vobis tradetur. Textus Pauli Græcè legitur. *Quod* Iacob.
frangitur pro vobis. D. Jacobus in ſua Liturgia utrumque verbum poſuit. Sic habet. *Quod pro vobis datur, & frangitur in remiſſionem peccatorum.* Utitur Dominus præſenti tempore, pro proximo futuro, ſeu pro appropinquante paſſione. Græcus legit apud Paulum *frangitur*; nempe verberibus ſpiniis, clavis, lancea, fracta eſt enim caro Ioan. 19.
corporis, non oſſa. Juxta illud Joan. 19. n. 36. *Os non comminuetis ex eo.* Uſus eſt autem Dominus verbo *frangitur*, quia panem ante conſecrationem fregit, & quia poſt conſecrationem ſpecies panis franguntur.

Addit etiam D. Lucas, *Hoc facite in meam commemorationem*, quibus verbis ſuum corpus, & ſanguinem ſub ſpeciebus panis, & vini offerre Deo, ſacrificiumque facere, & paſſionem ſuam uſque ad finem ſæculi repræſentare mandavit; quibus enim verbis ſuos apoſtolos, eorumque ſucceſſores ſacerdotes inſtituit *ut ſemper Eccleſia Catho* Trident.
lica intellexit, & docuit. Ut habet Concilium Trident. ſeſſ. 22. c. 1. & Cantic 2. de quo infrà. 56.

QUÆSTIO VII.

Quare prædicto traditore Iuda ſtatim Chriſtus D. admirabile Euchariſtiæ Sacramentum inſtituit?

57 POſtquam Chriſtus D. prædixit ſe tradendum eſſe ab uno ex ſuis diſcipulis, & Judas dixit: *Numquid ego ſum Rabbi*; Ut narrant D. *Ratio difficultatis.*
Matth. 26. n. 26. & D. Marc. 14. n. 22. ſtatim ipſe Matth. 26. Marc. 16.
Dominus accepto pane, & calice admirabile hoc Euchariſticum Sacramentum inſtituit. Cur ex traditoris cognitione, ac dolore ad tantum Sacramentum devenit?

58. Reſpondet primò D. Chryſoſt. homil. 83. *Quare*, ait, *ille jam prætermiſſo his myſteriis in memoriam cædis ſuæ rurſum diſcipulos revocat, & inter cœnandum de cruce diſputat, crebritate prædictionis dolorem mitigans diſcipulorum.* Denunciato traditore magnus dolor apprehendit meum Jeſum. Joan. *Suavitate Crucis, ac Sacramenti mitigatur; omnis dolor.* Ioan. 13
13. num. 21. ſcribit: *Cum hæc dixiſſet Jeſus, turbatus eſt ſpiritu.* Exequa audita ipſa proditione magno dolore affecti ſunt diſcipuli. *Et contriſtati valde.* Matth. 26. numer. 22. Cùm ergo tantus eſſet omnium dolor, admirabile Euchariſtiæ Sacramentum in ſuæ paſſionis memoriam inſtituit, ut illius dulcedine recreati diſcipuli dolorem lenirent, ac deponerent, omnis enim moleſtiarum conflictus ſopitur, ubi Euchariſtica cœna intervenit, ubi memoria paſſionis eſt.

59. Secundò. Valde ſoliciti fuerunt diſcipuli pro traditore agnoſcendo. Unde Petrus innuit Joáni, quiſnam

quiſnam eſſet ille de quo Chriſtus diceret. Cùm ergo Dominus Jeſus traditorem verbis, & ſignis indicaſſet. Multi ſunt Patres, aſſerentes quod omnes traditorem agnoſcerent, ut retuli ſuprà cap. 7. Stante hac ſententia, illud mirum; quod cùm Apoſtoli eſſent ardentiſſimi Jeſu amatores, traditorem cùm ſcirent, nullum illi verbum dixerant, nec aſperè tractarunt nec de facinore objurgarunt: Cùm eſſent illimet diſcipuli, qui paulò anteà cùm viderent ungnentum effuſum à Magdalenâ ſuper caput Jeſu indignati mulierem momorderunt: nunc videntes, ac ſcientes traditorem, nihil durè, ac aſperè illi loquuntur: cur non magis in traditorem invehuntur, ac in eum inſurgunt; *Accepit Jeſus panem & ait: accipite & comedite: hoc eſt corpus meum.* Simul ut traditorem agnoverunt, ſtatim contra iram illis Divinus Magiſter medicamen adhibuit, dans illis ſuum corpus, & ſanguinem ſub ſpeciebus panis, & vini, de cujus eſu ſimul hauſerunt non duros ac aſperos eſſe in hoſtes etiam crudeliſſimos,
Euchariſtia avertit iram, & provocat pietatem. ſed valde mites, ac benevolos, undè credendum eſt eos totis viribus Dominum pro traditore exoraſſe, ut ejus auxilo ad emendationem, ac
D. Iuſtin. pœnitentiam reduceretur. D. Iuſt. Martyr, in Apolog. 2. pro Chriſtian. *Nunc*, ait, *poſt adventum Chriſti menſæ ejuſdem participes, etiam pro inimicis precantes, & immerito infenſis perſuadere conantes, ut juxta Chriſti honeſta præcepta vivendo ſpem præmiorum accipiendorum ac univerſorum Domino æque ac nos accipiant.*

60. Vidit Ezechiel c. 9. n. 1. *Et ecce ſex viri veniebant de via portæ ſuperioris, quæ reſpicit ad Aquilonem: & uniuſcujuſq; vas interitus in manu ejus: Vir quoque unus in medio eorum veſtitus erat lineis: & ingreſſi ſunt, & ſteterunt juxta altare.* Et poſteà n. 5 clamavit ad eos Dominus dicens. *Tranſite per civitatem ſequentes eum, & percutite, non parcat oculus veſter, neque miſereamini.* Res mira. Apparent ſex viri juxta altare habentes vas iræ, ac furoris Domini, & tamen non mandatur eis à Domino ut interficiant accedentes ad altare, ſed commorantes, ac habitantes in civitate, cur Angeli non transfodiunt indignè ad altare convenientes. Nam ad altare indignè accedere graviſſimum eſt ſacrilegium, & cæteris majus crimen. Verum eſt quod crimen cæteris eſt majus, tamen ad altare accedentes ſic umbra illius protegebantur, ut quamvis Angeli eſſent armati, ut delinquentes trucidarent, à Chriſto tamen veluti detinebantur, ubi enim altare corporis ſui apparet, ſtatim ex-

Ezechiel. 9.

D. Paſchſ. cluditur omnis ira, & cuncta clementia, ac benignitas in omnes diffunditur, ac extenditur. D. Paſch. lib. de corp. ac ſang. Domini c. 8. *Certus ſit*, ait, *quia ultores Angeli, nec ſemel indignè communicanti parcerent, niſi bonitas Chriſti in cujus judicio pendent omnia, & cui commiſſum eſt, ut ſignum ponat in frontibus ſuorum, & gladium ſuſpēderet, & removeret momentaneam mortem, Chriſto totum debemus adſcribere* Expende illud. *Nec ſemel indignè communicandi parcerent, niſi bonitas Chriſti.* Al-
Euchariſtia præſentia, ira abigitur, & clementia advolat. tiùs rem expende. Aſtant ſex Angeli juxta altare. habentes vaſa iræ Dei, & ut illa effundāt, dicitur eis *Tranſite*, ſeu ut habent Septuaginta *ite per civitatem*; hoc eſt recedite à loco altaris, & ite ad civitatem, ut ibi effundatis vaſa iræ Dei. Ait Joan
Apoc. 15. Apoc. 15. n. 7. Vidi aliud ſignum in cœlo magnum Angelos ſeptem habentes ſeptem phialas aureas
Apoc. 16. plenas iracundiæ Dei viventis, quas projecerunt in terram c. 16. ſi Angeli è cœlo emittunt vaſa iræ Dei in terram: cur etiam non ex loco prope ad altare. Cœlorum thronus eſt Dei omnipotentis, at verò altare thronus Dei ſub ſacramentalibus ſpeciebus. E cœlo, ac è throno majeſtatis Dei profunduntur vaſa iræ ad omnium interitum at verò è throno Dei ſub Sacramento exiſtentis, cùm ſit thronus pietatis, & miſericordiæ, ut Angeli vaſa iræ extorqueant, & exerceant, neceſſe eſt ut ab eo exeant, ac recedant; & cùm ab altari proficiſcantur, adhuc ſigna pietatis portant. Dicitur eis, *Signa Thau in frontibus*: Ut aliquibus indulgeant: in ipſoque furore parcant.

Valde crudeliter, inhumaniter Joſeph à fratribus ſuis habitus eſt, non poterant ei quidquam 61.
pacificè loqui, eumq; in ciſternam veterem projiciunt, ut ibi miſerabiliter pereat, & tandem in Ægyptum mercatoribus Madianitis vendiderant; & tamen cum poſtea Joſeph dominaretur in Ægypto eoſq; omnes ſub ſua poteſtate obtineret, eoſque occidere poſſet exhibito convivio, mandat diſpenſatori ſuo. *Introduc viros domum, & occide victimas, & inſtrue convivium; quoniam mecum ſunt comeſturi meridie.* Gen. 43. n. 16. Unde tanta cle- Geneſ. 42.
mentia, ac pietas in Joſeph: Figurabat convivium illud Chriſti, convivium ex cujus halitu omnis ira abigitur, & univerſa charitate ac pietate ple- Abb. Cell.
na fulgent, & nitent. Abbas Cellenſ. lib de panibus c. 1. *In convivio Joſeph*, ait, *etiam venditoribus ſuis non negat negatam ſibi germanitatem, in convivio non retinet injurias; extendit munificentiam, in convivio juxta ſcripturam cibat inimicum, extinguit invidiam, ſanat malevolentiā.* Quid elegantius, quod etiam Chriſto D. accommodemus, in hoc magno convivio venditori ſuo Judæ non negat pacem, injurias non ulciſcitur, Apoſtolicos Angelos, ne perimatur Judas; ab ira avertit, cœleſtiq; pane eum cibat. Vide tom. 4. c. 26. n. 90. 91. 92.

Vmbra Euchariſtia omnis ira fugatur.

Quæstio VIII.

Quare finita cœna legali, ac uſuali inſtituitur Sacra Euchariſtia?

Cum D. Matthæus ſcribat, *Cœnantibus autem eis accepit Jeſus panem.* Et D. Marcus, *Manducantibus illis.* Videntur denotare Sacri Evangeliſtæ quod cùm adhuc ederent Sacramentum eſſe inſtitutum At verò D. Luc. 22. n. 20. *ſimiliter & calicem poſtquam cœnavit dicens: Hic eſt calix*, &c. & Paul. 1. Cor. 11. n. 25 Eadem habet verba. *Similiter & calicem poſtquam cœnavit*, &c. Qui duo videntur denotare poſt cœnam effectum eſſe Sacramentum. 62.

Luc. 22.

1. Cor. 11.

Ob hanc rationem D. Thom. 1. Cor. 11. docet à Chriſto fuiſſe corpus ſuum datum in ipſa cœna Agni Paſchalis, ſanguinem verò poſt coenam. In hac ſententia eſt Joan Lovanien. lib. de communione ſub utraque ſpecie. Illi adhærent Bell. l. 4. de Euchar. c. 27. Salmeiron to. 9. tract. 14. qui tenent non eodem tempore panem in corpus, & vinum in ſanguinem converſum eſſe à Domino: ſed prius panem in corpus cum coenaſſet cum diſcipulis ut ſcribunt D. Matth. & D. Marc. poſteà verò abſolutâ coenâ vinum in ſanguinem tranſubſtantiaſſe, ut Lucas & Paulus tradunt. 63.

D. Thom. Lovanienſ. Bellarm. Salmeiron.

Oppoſita ſententia communis, & verior eſt, quam cum aliis tradit Suar. tom. 3. ad 3. diſ. 41. ſect. 4. §, *Tertius modus.* Quæ ſententia affirmat Dominum 64.

Suarius.

Dominum Jeſum calicis conſecrationem à conſecratione panis non ſeparaſſe, totúmque Sacramentum duobus ſignis conſtans continuis actionibus effeciſſe, ita ut prius panem in corpus converteret, & mox vinum inſanguinem transmutaſſet. Probatur primò ex D. Luca & Paulo, qui poſtquam loquuntur de Sacramento quoad ſpeciem panis ſubjiciunt: *Simi iter & calicem.* Illud adverbium, *Similiter*, reſpicit actionem immediatam antecedentem, conſecrationem nempè panis, ergo hæc immediatè præceſſit. Secundò quia D. Matth. D. Marc. D. Luc. & Apoſtolus D. Paul. myſteria Conſecrationis ſcribentes, conſecrationem utriuſque ſpeciei ſimul conjungunt, ergo ſimul factæ ſunt; nam illud poſtquam cœnavit, ad utramque ſpeciem refertur. Tertiò quia hoc admirabile Sacramentum per modum unius integri ſacrificii, ſigni, ac convivii inſtitutum eſt; ergo poſt conſecrationem corporis aliæ actiones non ſunt interpoſitæ, ſed poſt conſecrationem panis; calicis conſecratio conſecuta eſt, ut totum myſterium per modum unius eſſet factum, eoque modo ad componendum unum ſignum, ſacrificium, ac convivium ordinatum.

Conſecratio panis non eſt ſeparata à conſecratione Calicis.

95 Major difficultas eſt, an Euchariſtia inſtituta fuerit finita omni cœna tam legali, quam uſuali Suar. proximè citatus, §. *Sextus modus*, affirmat cœnam Euchariſtiæ fuiſſe mediam inter cœnam Agni, ac uſualem. Quæ ſententia fundari poteſt, quia poſt Sacramentum inſtitutum, Chriſtus Dominus dixit, ut ſcribit D. Luc. 22. *Veruntamen ecce manus tradentis me, mecum eſt in menſa.* Et cum Joannes traditoris ſignum quæreret, dixit, ei Chriſtus: *Cui ergo intinctum panem dedero.* Joan. 13. ergo poſt Sacramentum inſtitutum adhuc perduravit Cœna.

An cœna Euchariſtica fuerit ultima. Suar.

66 Oppoſita ſententia ut vera tenenda eſt, cùmque docent Claudius de Sanct. Repet. 1. cap. 7. Repet. 6. c. 1. Baron. an. Chriſti 34. Janſen. Maldon. Barrad. Luc. Burg. Cornel. à Lapide, & alii. Dicendúmque eſt; quod finita omni cœna ſacra Euchariſtia inſtituta eſt. Ultimum enim morituri, velut ſummum amoris pignus extitit ſacra Euchariſtia.

Claud. Janſen. Maldonat. Barradas. Luc. Burg. Cornel.

67 Probatur hæc ſententia ex Hymno Eccleſiæ, *Poſt agnum typicum expletis epulis, corpus Dominicum datum diſcipulis*, &c. Expletis epulis datum fuit corpus diſcipulis, ergo poſt cœnam, ac omnes epulas tam Agni, quam menſæ uſualis. Secundò, quia Lucas, & Paulus abſolutè loquuntur, *Poſtquam cœnavit.* Ergo non ſolùm de cœna legali, ſed etiam uſuali intelligendum eſt, cùm abſolutè loquantur. Unde optimè ait Innocent. III. lib. 4. myſter. Miſſæ, c. 13. *Chriſtus poſt alios cibos tradidit Euchariſtiam Luca teſtante, qui dicit: Similiter* Ac proinde poſt cœnam Agni, ac uſualem lavit Chriſtus ſuorum diſcipulorum pedes ad indicandam præparationem ad ſacram Euchariſtiam, quam iterum ſedens ad menſam inſtituit, & poſt cujus inſtitutionem ait: *Manus tradentis me, mecum eſt in menſa*, quia in menſa ſedentis erant, in qua paulò anteà comederant, & cum in ea exiſterent cibi appoſiti, offam intinctam dedit Judæ, ut explicavi ſuperiori cap. 6.

Hymn. Eccleſ. Innoc. III. *Ordo Myſteriorum.*

68 Euchariſtia ergo in fine menſæ, ut dulciſſimum edulium data eſt, non permixta, ſed ſeparata ab omni alio cibo, ut indicaretur, quod ab animo puro ſine mixtione terrenarum rerum ſumenda ſit. Hoc divinum epulum à Chriſto datum manducant undecim Apoſtoli, fuitque illis cibus ad vitam, ac fortitudinem, ut in fide ac amore Chriſti permanerent; accipitúrque etiam ab antiquo, ac ſacrilego Juda, inde illi laqueus ad ruinam, ac judicium præparatur. Unde tanta differentia? Accedunt undecim puro, ac ſincero animo, venit verò Judas plenus dolo, & avaritia, & cum commiſcere voluit cum tanta ſpurcitia charitatis Sacramentum, inde in præcipitem ruinam miſer cadit. D. Ambroſ. in Pſalm. 35. *Quid de Juda proditore loquar, qui quæſivit avaritiam, & invenit ſacrilegium, dicens: quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? Nec expletus pauperum ſpoliis ad plenitudinem criminum graviſſimorum crimina ferendo pervenit, pia miſcens charitatis Sacramenta flagitiis.* Judas plenus avaritiâ extabat, fur erat, loculos habens de ſpoliis pauperum, & tamen adhuc permittebatur in Chriſti Collegio; at ubi pia miſcens charitatis Sacramenta flagitiis in extremam ruinam præcipitatur.

Euchariſtia ſine terrenorum mixtione ſumenda. Ambroſ.

69 Extremam miſeriam Jeruſalem deplorans Jeremias Thren. 2. n. 11. *Matribus ſuis dixerunt: Ubi eſt triticum, & vinum? Cum deficerent quaſi vulnerati in plateis civitatis: cum exhalarent animas ſuas in ſinu matrum ſuarum.* Sapienter cœleſtem panem, & vinum anhelant, quo amant refici, & ſaturari, & tamen petunt. Cur pereant homines, qui ad divinum Panem, ac vinum confugiunt, quo vita feliciter corroboratur ac nutritur. *Vivent tritico, & germinabunt quaſi vineas* Oſeæ 14. n. 8. Si alii tritico vivunt, quomodo hi cum vino, & tritico moriuntur? Vivunt, qui purè medulla divini cibi reficiuntur; at hi comedebant, & bibebant cum mixtione rerum temporalium, cum adhuc inter humana negotia in plateis civitatis detinerentur, cúmque in deliciis mundanis indulgerent, quæ denotantur per ſignum matrum ſuarum, & in miſerrima morte vulnerari animas angebant. D. Paſchaſ. lib. 2. in Thren. *Hoc vinum, ait, & hunc panem à matribus requirunt, ſed quia in plateis non inveniunt, exhalans animas ſuas in ſinu matrum, & in ſinu oblectationis* Ergo relinque plateas, relinque oblectationis ſinum, ut invento hoc pane, vivas, & nutriaris.

Thren. 2. Oſeæ. 14. *Euchariſtia purè ſumpta dat vitam, cum mixitione mortem.* Paſchaſ.

70 Multa providentia, cœleſtique pabulo pavit Deus populum ſuum in deſerto, ut meminit Regius Vates Pſal. 77. n. 24. *Pluit illis manna ad manducandum, panem cœli dedit eis, panem Angelorum manducavit homo.* Concupierunt carnes, dedit eis coturnices ad ſatietatem. n. 27. *Pluit ſuper eos ſicut pulverem carnes.* Et tandem miro modo addit n. 29. *Et manducaverunt, & ſaturati ſunt nimis, & deſiderium eorum attulit eis, non ſunt fraudati à deſiderio ſuo. Adhuc eſcæ erant in ore eorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos, & occidit pingues eorum.* Cum melle exoptant, ac accipiunt carnes; non differtur ira Dei, ſed cùm adhuc cibus eſſet in ore occiduntur, quis dubitat, quod majus fuit crimen idololatriæ ab illis commiſſum, cum relicto vero Deo, vitulum in deſerto adorarunt. Exod. 32. & tamen tam citò ira Dei non volavit ſuper eos, non enim inter adorandum illicò perimuntur, ſed magnis, ac feſtivis acclamationibus in idololatria verſantur, nec pœnas reportant, niſi deſcendente Moyſe de monte. Cur ergo idololatriæ ſupplicium differtur, & non differtur carnes malè ambientium ſupplicium, quin potius in ipſa gula cum adhuc eſcæ eſſent in ore eorum, ira Dei aſcendit ſuper eos. In Sina grande idololatriæ crimen committitur, quo debitus Deo honor auferebatur, & vitulo deferebatur: At verò nunc in deſerto

Pſal. 77. Exod. 32. *Valde exoſum Deo Euchariſtiam cum temporalium mixtione ſumere.*

quamvis Deus penitus non abjiceretur, tamen cum manna ſacræ Euchariſtiæ typo temporalia deguſtabant, & ſi Deus per aliquod temporis ſpatium idololatriæ pœnam diſſimulet, adeò tamen exoſum eſt divinum pabulum permixtis terrena ſumere, ut nulla parva mora poenam differat, ſed ut ſimul habetur, in ore, ira Dei volitat

Salvian. ut delinquentes perdat, & abſumat. Salvian. lib. 1. de Provid. *Quia, ait, quotidie manna edens explere ex illecebris ventris cupit ingluviem, optata quidem cupiditate ſaturatur, in ipſa tamen ſaturitate torquetur.*

71. Recipiens Abraham Angelos hoſpitio: *Feſtinavit in tabernaculum ad Saram dixitque ei: accelera, tria ſata ſimilæ commiſce.* Geneſ. 18. n. 6. Similiter in Loth in Sodomis eoſdem Angelos recipit hoſpitio: *Fecit eis convivium, & coxit azyma.* Gen. ſ. 19. num. 3. In utraque domo convivium, & panis apponitur; apud Abraham multa elargiuntur dona, promittitur Iſaac, & Chriſtus ex ejus ſemine naſciturus, multaque ſecreta divina ei revelantur, juxta illud: *Num celare potero Abraham, quæ geſturus ſum?* Apud Loth verò multa infliguntur ſupplicia. Conjux ejus converſa eſt in ſtatuam ſalis; Generi interficiuntur, tota domus cum ejus ſubſtantia perit; nam in domo Abrahæ convivium figura erat divinæ Euchariſtiæ, ex quo tot dona redundarunt; etiam in domo Loth eadem figura extabat, cur ibi tot ſupplicia? Orig, homil. 13. in Levit. *Refertur, ait, quod Abraham Patriarcha Angelos ſuſcepit hoſpitio, ſimiliter autem & Loth, ſed Abraham, qui meritis præcellebat, panes ex ſimila appoſuiſſe deſcribitur, Loth verò quod non habuit ex farina panes hoſpitibus appoſuit.* Abraham dedit in convivio panes ex ſimila, hoc eſt ex puriſſimo, ac mundiſſimo flore farinæ; at verò Loth non ex puriſſima, ſed ex tota farina, quæ ſecum habet admixtum aliquid furfuris. Inde in domo Abrahæ tot dona pullulant, in familia Loth tot poenæ graſſantur, qui enim ad coeleſte convivium ſine alicujus mixtione accepit, multis donis recreatur; qui verò venit cum mundani furfuris permixtione, caſtigationes, ac rigores in eum infliguntur. Vide tom. 3. cap. 35. quæſt. 54. numero. 342. 343. 344. & aliis locis.

Geneſ. 18.

Geneſ. 19.

Origen.

Ex Euchariſtia purè ſumpta dona, cum permixtione ſupplicia.

Quæstio IX.

Quare Chriſtus Dominus volens ſacram Euchariſtiam inſtituere ſuos Apoſtolos ſecum habet in menſa?

72. Joan. 13. PONderat S. Ambroſ. illud Joan. 13. *Cepit lavare pedes diſcipulorum ſuorum, &c. Poſtquam ergo lavit pedes eorum, accepit veſtimenta ſua, & cum recubuiſſet iterum.* Sic meditatur. S.

Ambr. Ambr. lib. de Spiritu ſancto in proœmio. *Quanta, ait, iſta majeſtas eſt? Quaſi miniſter pedes famulorum tuorum lavas: Quaſi Deus rorem mittis è cœle: Nec ſolum pedes lavas, ſed etiam ut tecum recumbamus invitas.* maximè exigendum eſt, unde ſanctus Doctor majeſtatem Jeſu extollat, nimirum, quod cum ſit Deus pluvias producens, non ſolùm ſervile opus aſſumat ſuorum diſcipulorum pedes lavando, ſed etiam eos in conſortium, & ſocialem familiaritatem advocet, cum eis diſcumbens, quaſi unus ex eis. Quiſnam poterit tantam gloriam, majeſtatem, ac amorem exprimere. Sanè in pauperibus miniſtrando, eorumque pedibus lavandis multi inveniuntur principes, ac magiſtri imitatores Jeſu, at in his infirmis admittendis in ſociale conſortium, ad communem, ac æqualem convictum, ut tanquam æquales ſocii in menſa aſſiſtant, nullus, aut rarus eſt humanus princeps, ut ad hoc ſua majeſtate perveniat. Sic pergit citatus Ambroſius: *Lavare voluit quidem & Abraham pedes, ſed hoſpitalitatis affectu? volebat & Gedeon lavare pedes Angelo Domini, qui appearuit ſibi, ſed volebat uni, volebat quaſi is, qui deferret obſequium, non qui donaret conſortium. Hoc myſterium magnum.* Non diſputo, unde D. Ambroſius habuit, quod Gedeon voluit lavare pedes Angelo, cum hoc in noſtra vulgata non ſit, fortè hoc in aliquo antiquo codice inventum eſt ab Ambroſio illud prænotandum; *Qui deferret obſequium, non qui donaret conſortium:* licèt enim Abrahamus, aut aliquis alius obſequium pauperibus etiam ſevile præſtaret, non tamen eos in conſortium æquale, ac ſocialem familiaritatem trahebat.

Glorioſa Chriſti majeſtas, qui ſuos ad menſam habet

Ecce eximia majeſtas, ac charitas Chriſti Domini cum ſuos Apoſtolos tanquam ſui ſocios, convivas, ac familiares ſecum in menſa ſedere fecerit? nullus enim major honor alicui defertur quam quod cum Rege in menſa ſedeat. Proponit Miphiboſeth Regi Davidi, quomodo à ſervo ſuo Siba falsò fuerit accuſatus, ob quod inaudita parte totam illius ſubſtantiam dedit David ſervo Siba, & cum hoc ita ſit, addit Miphiboſeth. *Tu poſuiſti me ſervum tuum inter convivias menſæ tuæ, quid ergo habeo juſtæ querelæ? aut quid poſſum ultra vociferari ad regem?* 2. Reg. 19. n. 28. Vide Miphiboſeth totam rem ſuam ablatam, honoremque ſuo falſo proditorio crimine impoſito offuſcatum, ut dictum fuerat Regi à Siba. 2. Reg. 16. n. 3. *Hodie reſtituet mihi domus Iſrael regnum patris mei* Quia tamen poſitus fuerat à Rege inter convivas menſæ ſuæ, tanquam filius, inde fiebat, ut nullam habeat juſtam querelam adverſus eum. Tantus erat hic honor à rege delatus quo inter convivas menſæ ſuæ haberetur, quod omnia alia tam quæ ad rem, quàm quæ ad propriam reputationem, ac honorem ſpectabant, pro nihilo haberentur. Abulenſ. quæſt. 28. ſic loquitur nomine ipſius Miphiboſeth. *Faciens, ait, quod ego ſemper comederem in menſa tua, ſicut faciunt filii tui, ideo nihil quod mihi feceris imputabitur malum.*

73.

2. Reg. 19.

2. Reg. 16.

Si quis ſedeat in menſa cum Rege omnia alia parva ſunt.

Abulenſ.

74. Daniel. 14. *Erat autem Daniel conviva regis, & honoratus ſuper omnes amicos ejus.* Ut ſcribitur 15. n. 1. Dicitur Daniel ſublimatus à rege, pluſquam omnes alii amici regis; & tamen ſi attentè legatur tota hiſtoria, nullum alium honorem inveniemus delatum Danieli, niſi tantum quod eſſet regis conviva, cum alii multi ejus familiares eſſent principes militiæ, ac Provinciarum proreges, ampliſſimis donis, muneribus, ac dignitatibus affecti, tamen Daniel dicitur excellentiori honore exaltatus, quia conviva regis erat, hoc cæteris præſtantius erat; & quod cum rege in menſa ſedens panem manducaret, omnia alia regalia dona etiam magnificentiſſima præcedebat, ut illius comparatione parva viderentur; inde Daniel magis honoratus ſuper cæteros dicitur; inde Aman maximè gloriabatur quod ſolus ipſe cum rege vocatus eſſet ad convivium à Reginæ. Eſther. 5. n. 11.

Eſther. 5.

Quæstio X.

Quare Agnus Paſchalis à ſtantibus comedebatur, Euchariſtica verò cœna diſcumbentibus datur?

75. Sic eſus Agni Paſchalis in lege mandabatur. *Comedetis illum, renes veſtros accingetis & calceamenta habebitis in pedibus tenentes baculos in manibus, & comedetis feſtinanter. Eſt enim Phaſe, id eſt tranſitus Domini.* Exod. 12. n. 11. Quæ omnia indicant habitum ſtantis, ut communiter omnes fatentur. At verò cum Chriſtus Dominus ſacram Euchariſtiam inſtitueret. Notat D. Lucas 22. n. 14. *Diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cum eo.* Seu ut legit Theophylact. *Accubuit.* Sic erat in more apud antiquos, ut diſcumbentes comederent. Et ratio hujus rei literalis eſt, quia ſtantes comedebant Agnum Paſchalem, ut lex præcipiebat; at verò ad menſam uſualem, quæ poſteà ſequebatur, ſedebant, & accubabant. Et in eodem ſitu permanſerunt ad ſacramentalem Cœnam, ad quam inde deventum eſt; hæc enim fuit tertia, & ultima. Ad rationes morales veniamus.

Exod. 12. Luc. 22. Theoph. *Ratio difficultatis.*

76. *Lex vetus pertranſivit, lex gratiæ permanens in finem.*

Agnus typicus legis veteris ſtantibus, ac tranſeuntibus, ſeu tranſmigrantibus dabatur; at verò Agnus Euchariſticus, ſedentibus, ac permanentibus exhibetur, ut denotaretur quod ea, quæ ad legem veterem ſpectabant; tranſitura eſſent, ut de facto tranſierunt, & abſoluta ſunt, quæ verò legis gratiæ extabant, cujus eſt Agnus Euchariſticus, permanſura eſſent, & uſque ad finem mundi duratura. Secundò: Agnus antiquus ſtantibus, ac tranſeuntibus feſtinanter exhibebatur, Agnus Euchariſticus quiete è ſedentibus, ac permanentibus communicatur. Agnus ille antiquus temporalia bona innuebat, & inde ſtantibus, ac feſtinanter tranſeuntibus dabatur, temporalia bona citò volant, ac tranſeunt, ideò in eis non eſt immorandum. Ut ait D. Gregor. homil. 22. in Evang. *Feſtinantes ergo Paſcha comedamus, nemo in hujus vitæ itinere torpeat.* At verò noſter divinus Agnus ſedentibus datur, cum ejus cœleſtia dona perpetuò durent.

Gregor.

77. Irenæus. *Virtute panis Chriſti erigimur ex noſtra miſeria.*

Tertiò: D. Irenæus lib. 4. c. 39. *Recumbentibus eis, ait, miniſtrabat eſcam, ſignificans eos qui in terra recumbebant, quibus venit miniſtrare vitam.* Recumbentibus in terra apponitur cœleſtis cibus, qui eos ex ipſa luctuoſa terra erigere, ac ſuſcitare valebat. Miſer ille prodigus in regione longinqua fame conſumptus inter immunda animalia ſedebat, & cum præ inedia ſe non poſſet movere, tandem in ſe ipſum reverſus ait: *Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo.* Et ſubdit: *Surgam, & ibo ad patrem meum.* Luc. 15. n. 18. Unde ille, qui tam debilitatus viribus miſer ſedebat, voluit ſurgere, & tam longum iter ſuperare, ut ad patrem veniret? Ubi in mentem venit panis domus patris ſui, ſtatim illi vires corroborantur, ut ſe ex tanta miſeria erigat, & ad patrem veniat. D. Auguſtinus in Pſalm. 138. *Surgam dicit, ſederat enim, ſed in egeſtate, ſurrexit in deſiderio panis tui.* Ubi habuit deſiderium illius panis, ab omni oppreſſionis luto valuit ſurgere.

Luc. 15. Auguſt.

78. Valdè vulgare eſt in Scriptura, quod homines reptilibus comparantur, quæ ſunt animalia, quæ ventre gradiuntur ſuper terra, ut ſunt vermes. Hoc voluit ſignificare Propheta Ezech. 8. num. 10. *Ecce omnis ſimilitudo reptilium.* Et Oſeæ 2. num. 18. *Et percutiam fœdus in die illa cum beſtia agri, & reptili terræ.* Et cum hæc ita ſint, vidimus homines à Chriſto Domino aquilis comparati. *Ubicumque fuerit corpus, illic congregabuntur, & aquilæ.* Matth 24. n. 28. Si homines reptilibus aſſimilantur, quomodo nunc aquilæ dicuntur? tanquam reptilia homines volvebantur ſuper terram, at ubi odore Chriſti ad ejus ſacratiſſimum corpus conveniunt jam terrena relinquentes, tanquàm aquilæ in altum, ac ſublime volant; & ſupervolitant. D. Chriſ. homil. 24. in 1. ad Corinth. *Ad hoc, ait, nos inducit ſacrificium illud formidandum, & admirabile, quod jubet nobis, ut aquilæ in hac vita ad ipſum cœlum evolemus, vel potius ſuper cœlum. Ubi enim cadaver,* inquit, *illic aquilæ.*

Ezech. 8. Oſeæ. 2. Matth. 24. *Odore corporis Chriſti ut aquilæ in altum volamus.* Chryſoſt.

Ait anima ſancta, *Sub umbra illius, quem deſideveram ſedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo.* Et 79.
ſtatim ſubdit: *Induxit me rex in cellam vinariam.* Cantic. 2. n. 4. ſeu ut legunt Septuaginta, *Introducite me in domum vini.* Tanquam loquens cum adoleſcentulis. Sed quæ anteà ſedebat, cur ſic ſurgit, ac ſodales convocat, ut introducatur in cellam vinariam? Vide quod ait, *& fructus ejus dulcis gutturi meo.* Licet anteà cum multa quiete ſederet, cum tamen mundo vivifici fructus dulcedine paſcebatur, jam non moratur, ac quieſcit, ſed toto affectu exoptat ferri, ac introduci in cellam vinariam omnium donorum, ac gratiarum, in cœleſtem ſcilicet patriam. D. Ambr ſer. 5. in Pſal. 118. verſ. 1. ſic ait: *Dulcis ejus fructus in faucibus meis, quia à Domino paſcebatur, & deducta in locum paſcuum &, aquam refectionis:* Introducite me in domum vini. *His copiis præparatis quærit progredi ad aliam manſionem, in qua myſteriorum gratiam, & lætitia capiat ſuavitatem.*

Cant. 2. Septuag. *Ex guſtu panis vivifice introducitur in cellam vinariam ſponſa.* Ambroſ.

Cum Dominus in cœlorum ſublimia aſcendit, 80.
ſcribit D. Lucas Actor. 1. n. 4. *Et conveſcens præcepit eis, ab Jeroſolymis ne diſcederent.* Cur Dominus antequam ad cœlos evolaret, prius tamen cum ſuis diſcipulis veſcitur? Cibus ille diviniſſimum epulum exprimebat, ut inde clareſceret vis ſalutaris convivii, quod huic menſæ accumbentes, ac cœleſti pane nutriti in altum feruntur, ac evolant. Richard Victorin. lib. 1. de Emanuele, cap. 16. *Attendite, ait, quid dicitur, quomodo ibi legitur & conveſcens præcepit eis ab Hieroſolymis ne diſcederent, & paucis interjectis additur, Videntibus illis elevatus eſt. Ecce quia comedit, aſcendit.*

Actor. 1. Richardus.

Quæstio XI.

Quare in Cœna inſtituitur ſacra Euchariſtia?

Ait D. Matth. *Cœnantibus autem eis.* Quod 81.
non eſt intelligendum, quod durante adhuc cœna Chriſtus Dominus hoc admirabile Sacramentum inſtituiſſet, ut jam dixi ſuprà q. 9. Sed ſtatim ut cœna peracta eſt, antequam ſurgerent, antequam menſuræ, & ciborum reliquiæ removerentur, ut jam notavi in expoſitione, & tenent Maldonat. Lucas Burg. Barrad Cornel. & alii. Ac proinde facta cœna Agni, uſuali, ſacra
Euchariſtia inſtituitur. Cujus rei rationem inqui- 82.
rit præſens quæſtio.
Reſpondet primò D Auguſt. epiſt. 118. c. 6. ad

Maldonat. Luc. Burg. Baradas. Cornel. Auguſt.

Januar. tom.2. *Liquidoapparet*, ait *quando primi acceperunt diſcipuli corpus, & ſanguinem Domini, non eos accepiſſe jejunos. Numquid tamen propterea calumniandus eſt ritusuniverſæ Eccleſiæ, quod à jejunis ſemper accipitur? Placuit enim Spiritui ſancto, ut in honorem tanti Sacramenti in os Chriſtiani prius Dominicum corpus intraret, quàm cæteri cibi. Salvator namque, quo vehementius commendaret myſterii hujus altitudinem, ultimum hoc voluit infigere cordibus, & memoriæ diſcipulorum, à quibus ad paſſionem digreſſus erat.* Spiritu ſancto dictante, ab Eccleſia eſt ordinatum ut jejuni corpus Chriſti accipiamus, ut notat D. Anton. p. 3. tit. 23. c. 6. §. 5. *Jejuni*, ait, *communicamus, ut propter reverentiam Sacramenti, ſtomachus pro illa die ſit novus.* Tamen Chriſtus Dominus expleta legali, ac communi menſa, dat ſuis, Apoſtolis ſuum corpus, & ſanguinem, ſub ſpeciebus panis & vini, tanquam ultimum ipſius morituri memoriale, ac etiam ſummum ejus eximii amoris pignus, ut altiùs in mente reponeretur, quæ enim ultimo dantur, magni ſunt amoris indicia, & profundius in memoria infiguntur. Secundò, ut veritas figuræ continuaretur. Agnus ille antiquus fuit typus Euchariſtici agni, & ideò conſummato Agno antiquo ſuccedit veritas; ita D. Hieron. D. Paſchaſ. Albert. Magnus, D. Thom. & alii.

Anton. *Homo ſit novus ad Euchariſtiam. Extremum amoris pignus.*

Hieron. Paſchaſ. Alb. Magn. D. Thom.

83. Caietan. *Parcè, & modeſtè cœnandum.*

Tertiò: Cajet. in cap. 26. Matth. *Inter cœnandum*, ait, *Euchariſtiæ Sacramentum celebratur, ad inſtruendum cœnæ temperantiam talem eſſe debere, ut Sacramentis etiam cœnantes idonei ſimus.* Poſt cœnam Judaïcam, de cœna Euchariſtica agit Dominus, cur poſt illam cœnam divinus Magiſter ſuam inſtruit? Ut eo modo cœnandum eſſe doceat, ut à cœna ad rem ſacram faciendam apti inveniamur. Addit Joannes, poſt cœnam à Chriſto productum eſſe ſermonem de rebus ad ſalutem attinentibus, *Filioli adhuc modicum vobiſcum ſum.* Cap. 13. n. 33. Deinde ſermonem Magiſter precibus adornat, ut Patrem alliciat in auxilium hominum. Cap. 27. num. 1. *Hæc locutus eſt Jeſus, & ſublevatis in cœlum oculis dixit: Pater*, &c. Magiſter cœnat, ut inde ſacrum faciat, & Sacramento Euchariſtico diſcipulos reficiat; ſic enim Chriſtus homines cibo appoſito recreavit, ut ſermonem audire, orationem habere, & Sacramentum capere non gravarentur.

Ioan. 13.

Ioan. 17.

84. Hugo. *Sacra Euchariſtia ſumpta, ad contemplationem ſe recipiat homo.*

Quartò: Hugo Cardinalis in c. 13. Joan. *Cœnam iſtam*, ait, *debemus ſumere in tali veſpere, & poſtea ad ſummum orationis, & contemplationis ire, non ad locutiones, & diſſolutiones.* Cur ſacra Euchariſtia inſtituitur potius in cœna, quàm in prandio? Aptiſſima eſt ratio: Non prandium, ſed cœnam ſomnus ſubſequitur; poſt prandium, quòd meridie proponitur noſtris agibilibus incumbimus, at verò poſt cœnam ad dormitionem itur. Somnus, ut cunctis eſt manifeſtum, contemplationis eſt ſymbolum. Nam ſicut cùm dormit homo, ejus colliguntur ſenſus, corporis extrema frigeſcunt, interiora caleſcunt, & quædam mentis ratio licet valde imperfecta remanet. Sic in contemplatione humani colliguntur ſenſus, nec ſapit, nec ſentit aliquid de terrenis homo, & calor charitatis ad interiora redactus frigeſcere facit extrema; ſic enim pro rebus, quæ animæ proſunt adipſcendis fervet, & ardet, ut ad externorum curam frigidus, & inſenſibilis reputetur, ménſque ſola remaneat ad divina contemplanda Ideò ergo ſacra Euchariſtia non in prandio, ſed in cœna datur, quia ipſa ſumpta, non humanis negotiis, ſed contemplationi, ac meditationi debet homo incumbere, ſacra Chriſti myſteria recolendo, ac venerando.

Pro adepta ſanitatis promiſſione, ſic inter alia clamat Rex Ezechias. *Sicut pullus hirundinis ſic clamabo, meditabor ut columba.* Iſai. 38 n. 14. Cur ergo, ait quod clamabit ſicut pullus hirundinis, & cur non potius ſicut pullus turturis, anſeris, aquilæ vel alterius avis? Pro quo duo notanda ſunt: Primum tradit Gaſpar Sanchez, *Quod pullus hirundinis magnis clamoribus cibum ſuum eſurire, famémque magnis ſignificationibus demonſtrare ſolet.* Alterum tradit Alb. Magn. lib. de Animalib. *Hirundines*, ait, *volando cibum colligunt in aere obviantem.* Spiritu prophetico flagitabat Rex Ezechias Chriſti panem. Et ait, *Sicut pullus hirundinis ſic clamabo.* Pullus hirundinis magnis vocibus, ac ſignificationibus explicat ſuam famem, quæ non quærit cibum in terrenis, ac depreſſis locis, ſed in aëre obviantem; ſic ſanctus Rex altis gemitibus explicabat ſuam famem, non circa panem terreſtrem, ſed cœleſtem, per aëra deſcendentem; & cum famem haberet de pane cœleſti, addit, *Meditabor ut columba.* Gemitus columbæ non fit ex gutture, ſed potius ex corde, ac pectore, ut notant ipſe Sanchez, Cornel. & alii, ac proinde ejus gemitus denotat altam meditationem. Ait ergo Rex, quod ad illam famem quam habebat de cœleſti pane, ſtatim apponeret profundam ac ſublimem meditationem tantorum myſteriorũ in imo cordis, ac pectoris. 85.

Iſai. 38.

Sanch.

Alb. Magn. *Ad ſacram Euchariſtiam ſequatur alta meditatio.*

Manducaverunt, & adoraverunt omnes pingues terræ Pſal. 21. n. 30. *Pingues terræ*, ſeu ut alii legunt, *divites terræ*; ubi manducaverunt hunc coeleſtem panem, corpus, & ſanguinem Chriſti in eo exiſtentem adorarunt adoratione latriæ ſumma reverentia, ac meditatione altiſſima Chriſti myſteria venerantes, ac contemplantes, ut exponunt D. Aug. D. Ambr. D. Paſchaſ. lib. 12. in Matth. *Hoc eſt*, ait, *quod in Pſalmo legimus: Manducaverunt, & adoraverunt omnes pingues terræ, quoniam nemo hujus adipe frumenti ſatiatus, neque hujus dulcedine ſanguinis Chriſti ebrius, jam repletus ceſſat à laude Dei* Tam mente, quàm opere, ut ipſe explicat. 86.

Pſal. 21. *Qui comedit ad Dei laudes in meditatione.* Auguſt. Ambr. Paſchaſ.

Accepto pane ſubcinericio ab Angelo Parens meus Elias *comedit, & bibit, & ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, uſque ad montem Dei Horeb.* 3. Reg. 19. n. 8. Quæ verba commentans D. Paſch. lib. de corpore, & ſanguine, ait: *Ambulavit non tantum greſſu corporis, ſed etiam mentis.* Et quomodo greſſu mentis ambulavit; accepta una figura corporis Chriſti in illiùs meditatione, contemplatione degit per quadraginta dies, & noctes, quoad uſque perveniret ad montem Dei Horeb, ad Dei nempè viſionem, & gloriam. 87.

3. Reg. 19. Paſchaſ.

QUÆSTIO XII.

Quare Paſſionis tempore inſtituitur admirabile Euchariſtiæ Sacramentum?

QUæſtio cur hoc admirabile Sacramentum non eſt inſtitutum à Chriſto Domino ante vel poſt paſſionem, ſeu poſt reſurrectionem, ut Sacramentum Poenitentiæ eſt inſtitutum? Joan. 20. n. 22. Ad quæſtionem 88.

Ioan. 20.

Reſpondeo primò: quia decuit, ut in ipſo diſceſſu præcipuum ſignum, ac memoriale ſuæ dilectionis 89

Ioan 13. lectionis traderet, juxta illud Joan. 13. *Cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Et ut etiam imminente paſſione memoriale illius nobis relinqueret, ut eo tempore altiùs cordibus infigeretur, ſicut eo etiam tempore præbuit maximum humilitatis exemplum, diſcipulorum pedes lavando. Secundò, ut more amantiſſimi Patris in fine vitæ pretioſiorem hereditatem filiis relinqueret, eámque maximè commendaret, tanquam rem ſibi chariſſimam, inde ut notat S. Alexander Papa relatus à Divo Thoma citando: In ultimo diſceſſu ſuo à diſcipulis hoc Dominus inſtituit Sacramentum, cùm nulla oblatio hac ſit potior, & ideò ut in majori veneratione haberetur. Tertiò: Decuit fieri poſt ultimam legalem cœnam, ut ex Sacramentorum collatione novi Sacramenti excellentia magis innoteſceret, & ut tunc inciperet maximè novi Sacramenti virtus, quando legalia ceſſabant. Et quod omnia antiquæ legis umbræ extiterint hujus novæ veritatis Evangelicæ Hæ rationes deſumptæ ſunt ex D. Chryſ. homil 83. in Matt. & 28. in 1. ad Cor. D. Hieron. in c. 26. D. Matth. D. Aug. epiſt. 118. ad Januar. Cyprian. in cœna Domini, D. Thom. 3. p. q. 73. art. 5.

Alexand.

D. Chryſ. Hieron. Auguſt. Cypr. D. Thom.

90. *In duriores inimicos majora beneficia.*

Quartò: Quanto magis Judas, ac Judæi ſæviebant in Chriſtum eo majori amore ipſe ardet, majus impendens illis beneficium, ſacrum Euchariſtiæ Sacramentum inſtituit, ut ſuo exemplo nos inſtrueret, tunc majora amoris ſigna eſſe exhibenda, cùm homines in nos graviores ſunt, durioráque nobis opprobria, ac tormenta parant. Quintò: In nocte quâ Dominus tradebatur, divinum inſtituit Sacramentum, ut nos doceret, quò vehementiores nos circundant tribulationes, & quò majora pericula imminent, eò ferventius ad hujus Sacramenti auxilium eſſe confugiendum.

91. *Suavitate Euchariſtiæ mitigatur dolor mortis.*

Sextò: Antequam Chriſtus Dominus ad ſuam paſſionem ingrediatur, Euchariſtiæ Sacramentum inſtituit, illúdque ſuis præbet Apoſtolis, ut ejus ſuavitate, ac dulcedine, dolorem ſuæ mortis deliniret, ac mitigaret, illíſque admirabile ſolatium in tanto Sacramento exhiberet. Huc advoco id, quod eleganter dixit D. Greg. Nazianz. orat. 10. *Conſolatio calamitatem antevertit, ut ipſius morte concreſſi ob admirandum ſalutis genus gloriemur.* Ante calamitatem mortis, conſolationem præparat admirabili Euchariſtica coena, ut tam admirabili genere, ordine, ac diſpoſitione ſalutis gloriaremur.

Naz.

92. Septimò: Inſtante morte Chriſtus ſuis diſcipulis præbet cœleſtem panem: erat tunc poteſtas tenebrarum in arena, multáque adverſus Chriſti ſcolam meditabatur. At enim ipſe Dominus: *Ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret ſicut triticum.* Luc. 22 n. 31. Hoc eſt Satanas tanquam adverſarius, ac hoſtis humanæ ſalutis depopoſcit ac poſtulavit vos meos Apoſtolos ut concuteret, ac agitaret afflictionibus, ita ut fidem in me à vobis excuteret, quando ergo ſic accinctus erat Satanæ exercitus, neceſſarium fuit Apoſtolos armari, ac roborari in certamen, ideò illis datus cœleſtis panis ut ipſo communiti Dei bella adverſus Satanam conficiant. Divus Bernard. ſerm. 3. de Ramis palmar. *Cæterum*, ait, *ante paſſionem affectuoſius Dominus refectionem ſuis curavit exhibere domeſticis, & in hoc quoque apparuit benignitas, & humanitas Salvatoris. Cum enim dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos, & dicebat: Deſiderio deſideravi hoc Paſcha manducare vobiſcum antequam patiar. Oportebat enim. Expetierat eos Satanas, ut cribraret ſicut triticum, opus erat prævenire refectionem* Vehementer Dominus deſideravit hoc Paſcha cum ſuis manducare antequam pateretur. Luc. 22. numero 15. Ut tanto Sacramento ſuos communiret contra Satanæ tentationes. Luc. 22.

Luc. 22. *Euchariſtia roboramur adverſus Satanæ exercitus.*

D. Bernard.

Decantat Regius Vates Pſal. 22. n. 5. *Paraſti in conſpectu meo menſam, adverſus eos qui tribulant me.* Non dicit paraſti arma, ſcutum, & gladium adverſus inimicos meos, qui me perſequuntur, ſed paraſti menſam. Cum tamen ipſe Pſal. 34. n. 2. obnixè poſtulet: *Apprehende arma, & ſcutum, & exurge in adjutorium mihi, effunde frameam.* Seu ut legit D. Hieron. *Evagina gladium.* Seu ut alii vertunt: *Educ lanceam.* Cur modò tot arma exquirit, cum antea unam menſam ſibi paratam eſſe dicat: In hac una menſa omnia armorum genera continentur. Deinde in hoc ſecundo Pſalmo fundit preces, cùm fugeret à perſecutione Saül, ac Doëg, ut ex communi ſententia advertit Lorinus; & inde petit arma divinæ juſtitiæ, ac æquitatis ad refellenda falſa hominum judicia, ſcutum divinæ potentiæ, & gladium divini Verbi, ut explicant D. Aug. Hugo, Victorin. & alii. At verò Pſalm. 22. flagitat auxilium adverſus dæmones, ac hoſtes animæ, ut adnotarunt D. Thomas, Hugo, Janſenius, Arias. Cùm exquirit auxilium adverſus hominem, Saülem nempe, ad Divina attributa confugit; at verò cum tutelam exoptat à dæmonum inſidiis, ad cœleſtem menſam ſe recipit, ac ſi hoc divino pabulo efficacius protegatur, quàm obumbratione attributorum juſtitiæ, omnipotentiæ, fidelitatis, ut ita hujus divinæ menſæ nobis efficaciam exprimat, ac declaret. Quò ſpectat Alepuſius Archiepiſcopus Valentin. orat. de Euchariſt. habita in Actis Concil. Trident. ſeſſ. 13. quæ eſt 3. ſub Julio, *Eia* ait, *Chriſti milites iſto pane corpus unum effecti, arma ſpiritualia reparate; nefas eſt illo ignaviter agere.*

93. Pſal. 22.

Pſal. 34.

D. Hieron.

Lorin.

Auguſt. Hugo. D. Thom. Janſen. Arias.

Euchariſticâ menſâ defendimur à Diabolo magis, quàm quocumque alio attributo.

Alepuſius.

Suos diſcipulos monet Paulus ad Epheſ. 5. n. 12. *Induite vos armaturam Dei.* Seu ut alii communiter legunt. *Induite vos omnia arma Dei ut poſſitis ſtare contra verſutias Diaboli.* Quiſnam homo poterit induere omnia Dei arma? Sicut enim Deus infinitus eſt, ſic neceſſum eſt, quod ejus arma ſint infinita, in quo ergo indumento, vel in qua veſte poterit quis tot, tantáque Dei arma conjungere, ac in ſe habere? Dum quis Euchariſtico pane reficitur, in ſe induit, ac aſſumit omnia Dei arma omnium attributorum omnipotentiæ, juſtitiæ, miſericordiæ, ac largitatis omnium donorum gratiæ, quibus poteſt ſtare adverſus inſidias, ac verſutias diaboli, hoc uno pane cœleſti omnia Dei arma in ſe conjunguntur. Huc advoco D. Hieron. qui ait: *Manifeſtatiſſimè comprobatur omnia arma Dei, quibus nunc indui jubemur intelligi Salvatorem, ut unum, ac idem ſit dixiſſe, induite vos omnia arma Dei, quaſi dixerit, induite Dominum Jeſum Chriſtum.*

94. Epheſ. 5.

In Euchariſtia omnia Dei arma.

D. Hier.

Repentino vento opprimuntur filii, & filiæ Job, ait textus. *Filiis tuis, & filiabus veſcentibus, ac bibentibus vinum in domo fratris tui primogeniti, repentè ventus vehemens irruit, &c. Et oppreſſit liberos tuos, & mortui ſunt.* Job. 1. n. 18. & 19. In domo fratris primogeniti occumbunt filii Job, cur non in domo parentis cùm epularentur ibi? Maximè enim ad acuendum dolorem, ad concutiendúmque paternum pectus conducebat, quod in parentis conſpectu opprimerentur; præcipuè cum ſæpè convenirent in domo patris, ut ibi magnificè epularentur; imò ut benè notant Pineda,

95.

Iob. 1.

Pineda.

Sanch.

Sanchez,& alii,poſtquam fratres ſua peragebant convivia per circuitum, mittebat ad eos Job,ut ſequenti die apud ſe convenirent: Et poſt patrem ſequebatur primogeniti convivium. Ex quo deducitur quod,pridie ante ruinam omnes filii apud patrem, paterna in domo patris, ſed primogeniti perimuntur ? Cur ergo tunc Diabolus non feſtinavit ad eorum necem ? Sed maluit expectare primogeniti convivium, ut ibi rabiem ſuam in eos exerceret. Hujus rei rationem inſinuat textus. Job. 1. n. 5. *Mittebat ad illos Job, & ſanctificabat illos, conſurgenſque diluculo offerebat holocauſta pro ſingulis.* Job in domo ſua erexerat altare, ibique offerebat holocauſta, quæ umbram ſacræ Euchariſtiæ exprimebant. Quamvis ergo diabolus omni laborum conflictu Jobum impeteret, tamen cum in ejus domo adeſſet divini convivii typus, ibi non audet irrumpere, ut Jobi filios opprimat: nam à tanti myſterii figura ejus vires confringuntur,& ideò expectat, ut à paterna domo egrediantur ut, in eos malignitatis, ac crudelitatis ſuæ telum transfigat.

Job. 1. *Ubi umbra Euchariſtiæ, diabolus fugit, & non audet irruere.*

96. Sciebant Angeli dum ſanctiſſimis viris apparebant, ſtatim in exordio ſermonis illis jubere, ut metum deponerent, quod jam alibi dixi, & iterum repeto præter meum morem ad majorem rei explicationem. Angelus Abrahamo ait: *Noli timere Abraham.* Geneſ. 15. n. 1. Sic & Jacob dixit. *Noli timere deſcendere in Ægyptum.* Geneſ. 46. n. 3. & ſanctiſſimo Joſeph ait Angelus, *Joſeph fili David noli timere.* Matth. 1. num. 20. Paſtoribuſque in ſacratiſſima Nativitatis nocte. *Nolite timere: Ecce evangelizo vobis gaudium magnum* Luc. 2. n. 10. Et quod magis eſt dum Gabriel venit ad annuntiandum altiſſimum Incarnationis myſterium ad ſacratiſſimam Virginem Mariam, cui valdè peculiariter ſuper omnes puras creaturas aderat ſancta Trinitas; ait illi Angelus: *Ne timeas Maria.* Luc. 1. n. 30. At verò cùm Parens meus Elias maximo timore teneretur dormiens ſub umbra juniperi, apparet illi Angelus deferens panem, & aquam. *Ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi, ſurge, comede.* 3. Reg 19. n. 5. Si Elias fugitivus tanto timore Jezabelis correptus erat, ut textus exprimit, *Timuit Elias, & fugit.* Cur Angelus de ſuo more ab ejus corde non excutit timorem, ut cum aliis legimus factum? Proferebat Angelus Eliæ panem ſacræ Euchariſtiæ typum, ut ſæpè ex ſanctis Patribus notavi. Ideò Angelus non dixit ei: Ne timeas Elia Angeli dum apparent aliis ſanctiſſimis viris, ac etiam ſacratiſſimæ Virgini Mariæ, cui admirabili modo tota Trinitas aderat, ab eis expellunt timorem. *Noli timere Joſeph,* Iterum: *Ne timeas Maria.* Non verò hoc dicunt Eliæ cum ſub una ſacra Euchariſtiæ umbra muniretur, ut hoc facto altâ Dei providentiâ nobis fieret manifeſtû quantam vim habeat hoc Sacramentum ad munimen, ac robur noſtri pectoris, ac ſi magis firmaretur noſter animus hoc divino pabulo, quam quacumque alia divina aſſiſtentia. D. Gregor. Magn. homil. 14 in Ezech *Apparet,* inquit, *fugienti Angelus, cibum præbet, & tamen de corde timorem non excutit, quia in corde Prophetæ magna erat cuſtodia fortitudinis.* Expende, *quod in corde magna erat cuſtodia fortitudinis*, ipſo nempe cibo delato Vide tom. 3. cap. 35. quæſt. 13. numero 97. 98. 99.

Geneſ. 15. Geneſ. 46. Matth. 1. Luc. 2. Luc. 1.

3. Reg. 19. *Euchariſtia munitur noſter animus magis quàm quacumque alia protectione.*

D. Greg.

Quæstio XIII.

A quonā Chriſtus accepit panem in ſanctas manus ſuas ?

97. Ait D. Matth. *Accepit Ieſus panem.* Ieſus ille Dei filius omnipotentis; Pater miſericordiarum, ac Salvator generis humani, qui maximè ſuam omnipotentiam, miſericordiam, ac ſtudium noſtræ ſalutis declaravit in inſtitutione hujus Sacramenti, *accepit panem*: è menſa nempe azymum qualis menſæ appoſitus erat, neque enim poterat panis fermentatus in ædibus reſervari, ex quo Paſchalis Agnus cum azymo comedi incipiebat.

98. In hanc difficultatem noſtræ quæſtionis incidens Origen homil. 35. in Matth. ait: *Quod dicit, accipiens Ieſus panem, qui parvulus quidem eſt in Chriſto, intelligat communiter, qui prudentior eſt quærat, à quo accipiens Ieſus; Deo enim dante accipit, & dat eis, qui digni ſunt accipere panem.* Quis tantus fuit ut Jeſus meus ab illo acciperet panes, *Deo dante accipit.* Omnia enim dedit ei Pater in manus, ut nobis daret, ac communicaret. Expende verba Doctoris, *Deo dante accepit, & dat eis.* Rectè Origenes, ex quo videt, panes non recludi in arca, ſed inter diſcipulos diſtribui, ex Deo acceptos eſſe affirmat, cujus dona hoc habent, ut minimè in uno ſtagnentur, ſed in multos alios deriventur.

Origen. *Dona Dei non in uno recluduntur, ſed in multos ſe diffundunt.*

99. Et accepit Jeſus panem manibus ſuis, ut in Canone Miſſæ explicat Eccleſia. *Accepit panem in ſanctas, ac venerabiles manus.* Nota quod dicitur, quod acceperit panem in manus, non in digitos, vel in unam manum. Regius Vates admirans de cœlorum ſtructura ait: *Quoniam videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum, Lunam, & Stellas, quæ tu fundaſti.* Pſalm. 8. n. 2. totum cœlorum ſpatium, opus tantæ molis, palatiúmque tantæ pulchritudinis, tam miris, ac fulgentibus Planetis, ac Stellis, ornatum opera digitorum Dei dicit; Ut ibi rectè obſervat D. Chryſoſt. *Non quod habeat Deus digitos, ſed minima eſſe operationis oſtendit.* Tam potens, ac mirabilis eſt Deus in operationibus ſuis, ut ad formandos cœlos, quibus noſtris oculis nil majus, nil pulchrius, nil mirabilius objici poſſit, ut non utramque manum, vel unam, ſed digitos tantùm adhibuiſſe ſcribatur, *minima eſſe operationis oſtendit.* Oculos convertit propheta ad admirabile Incarnationis myſterium, ipſúmque Dei filium hominem factum, manum Dei appellat. *Fiat manus tua ut ſalvet me.* Pſalm. 118. n. 173. Manus, id eſt Chriſtus Dominus, ut interpretantur D. Auguſt. D. Hieron Haymo, Caſſiodor. Hugo, Gloſſa Ordinaria, & interlinealis. *Poſuiſti ſuper me manum tuam* Pſalm. 138. n. 5 Verbum Incarnatum interpretantur D. Hilar. Caſſiodor. tam ſublime, & excelſum fuit Incarnationis opus, ut ad illud tota Dei manus, ac potentia fuerit applicata. Juxta illud B. Virginis: *Fecit potentiam in brachio ſuo.* Luc. 1. n. 51.

Pſalm. 8. Chryſoſt. Pſalm. 118. Auguſt. Hieron. Haym. Caſſiod. Hugo. Gloſſ. ord. Gloſſ. inter. Pſal. 138. Hilar. Luc. 1.

100. At verò cùm Chriſtus Dominus accedit ad inſtituendum magnum Euchariſtiæ Sacramentum utraque Dei manus intervenit. *Accipiens panem in manus ſuas.* Ad creandam cœlorum machinam digiti Dei operantur; ad altum, & mirabile Incarnationis myſterium manus Dei apponitur. At ad Euchariſtiam, non digiti non una manus, ſed utraque intervenit, ut oſtendatur hoc omnium

Euchariſtia ſupremum opus divinæ omnipotentiæ.

opus

opus eſſe maximum, ſupremumque divinæ omnipotentiæ, in quo tota vis eſt applicata ut ad nihil majus progredi poſſit.

101. Iterum redeo ad verba Canonis Eccleſiæ. *Accipit panem in ſanctas, ac venerabiles manus ſuas, & elevatis oculis in cœlum, ad te Deum Patrem ſuum omnipotentem.* Cùm Chriſtus gratulatur Patri pro corpore ſibi dato in Incarnatione, ut explicat D. Paulus Hebr. 10. n. 5. *Corpus autem aptaſti mihi*, ut ibi expendunt N. D. Cyrill. D. Hiero. Euſeb. Arnobius enim Deum appellat, *In capite libri ſcriptum eſt de me ut facerem voluntatem tuam, Deus meus volui.* Pſalm. 39. n. 9. Non Paulus citato loco facit alluſionem ad hunc Pſalmum, ut omnes Patres fatentur apud Lorinum, cùm poſtulat glorificationem ſuæ Reſurrectionis, ac Aſcenſionis Patrem dicit: *Pater venit hora, clarifica filium tuum.* Joan. 17. n. 1. cùm animam ſuam commendat, Patrem appellat. *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.* Luc. 23. n. 46. At cùm ad operandum Euchariſtiæ myſterium ventum eſt, non ſolùm Deum, non ſolum Patrem, ſed etiam omnipotentem dicit; *Ad te Deum Patrem ſuum omnipotentem*; quia in hoc admirabili Sacramento inter cœtera Dei opera maximè enituit Dei omnipotentia, ipſius divinitas, ac paterna benignitas; de hoc latiùs infrà.

Hebr. 10. Cyril. D. Hieron. Euſeb. Ambro. Pſalm. 39. — Joan. 17. — Luc. 22.

102. In eiſdem verbis iterum inſiſto. *Accepit panem in ſanctas, ac venerabiles manus ſuas.* Ubi maximè ponderandum, quod quamvis Chriſti manus ſemper eſſent ſanctiſſimæ, ac omni veneratione digniſſimæ, tamen cùm Euchariſticum panem habent, & retinent, peculiariter dicuntur ſanctæ, ac venerabiles, ut nobis tanto documento exprimatur, quanta ſanctitate, ac veneratione hoc admirabile Sacramentum ſit tractandum, ac habendum.

Summa puritate, ac veneratione Euchariſtia ſumenda.

103. Apparet Deus apud Ezechielem nube magna involutus, in quo innuebatur Deus in ſacramento altaris accidentium nube obtectus, tunc ſpiritus Angelici, *Et manus hominis ſub pennis eorum.* Ezechiel. 1. numero 8. Hoc eſt, ut interpretatur Theodoret. *Manus ſub alis erant abſcondita.* Cur illi ſpiritus Angelici ſic manus abſcondunt; quia ſe indignos judicabant, ut manus extenderent, & Deum attingerent, Hinc apud Iſai. 6. numero 6. *Volavit ad me unus de Seraphim, & in manibus ejus calculus, quem forcipe tulerat de altari.* Ubi in noſtra vulgata eſt *calculus*, Septuaginta legunt *carbunculum*. Divus Thomas opuſcu. 58. cap. 22. *Calculus iſte*, ait, *eſt carbunculus, ſic dictus, quia ignitus eſt, ut carbo, & ſignificat corpus Domini de altari ſumptum, & charitate inflammatum.* Cùm ergo carbunculus ille eſſet Euchariſticus typus, non ſumitur à Seraphim manu, ſed forcipe; quia ipſi puriſſimi ſpiritus Angelici, ac Seraphim hoc admirabile Sacramentum ob illius ſanctitatem, ac venerationem, non audent manu attingere. Abbas Cellenſ. lib. de panibus, cap. 1. *Procul abſiſtat, ait, creatura omnis ab hac adminiſtratione, quia beſtia, quæ tetigerit montem lapidabitur. Manum ſubtrahat Seraphim, quia manus hujuſmodi manum aliam non admittit, quà ſolius dextera Dei, nempe Patris.*

Ezech. 1. — Iſai. 6. — D. Thom. Angeli non audent attingere Sacramentum. — Abb. Cel.

Quæstio XIV.

Quare dicitur quod acceperit panem ut daret & non potius mandaverit Apoſtolis ut è menſa ſumerent?

NON juſſit Chriſtus Dominus ut Apoſtoli è menſa acciperent panem, ſed magis ipſe manibus ſuis accepit, quod ut maximè neceſſarium eſt in Canone expreſſum. *Qui pridie quam pateretur, accepit panem in ſanctas, ac venerabiles manus ſuas.* Et cur neceſſarium fuit, ut ipſe ſanctis manibus panem porrigendum acciperet? 104.

Præclarè rationem invenit D. Cyprian. ſerm. de Cœna Domini, *Panis iſte*, ait, *quem Dominus porrigebat, non effigie; ſed natura mutatus omnipotentia Verbi factus eſt caro: & ſicut in perſona Chriſti humanis videbatur, & latebat Divinitas, ita in Sacramento viſibili ineffabiliter Divina ſe effundit eſſentia* In ſuis manibus accepit panem ut diſcipulis daret, ut crederetur opus illud Euchariſticum, non in ſpecie, ac figura peragit, ſed in veritate; procedebat enim è manibus Jesu, quibus in veritate, & ſubſtantia debebat reſpondere opus ſuum: ſicut in Jesu myſterium operante, erat Divinitas latens humanitas patens, quia divinitas abſcondita tegebatur: ſic in opere Euchariſtico erat Deus homo Chriſtus latens ſub viſibilibus ſacramentalibus *Sicut in perſona Chriſti humanitas videbatur, & latebat divinitas, ita in Sacramento viſibili ineffabiliter divina ſe effundit eſſentia.* In operibus maximè elucet operantis virtus: & ut in Chriſto obtegebatur divinitas humanitate, quæ apparebat; ſic in ejus opere Euchariſtico abſconditus eſt Chriſtus ſub viſibilibus ſpeciebus panis, & vini.

Cypr. 105. Sicut in Chriſto Divinitas tegitur humanitate, ſic in Sacramento Chriſtus ſpeciebus.

Seipſum Chriſtus Dominus granum frumenti appellat, ut cõmuniter intelligitur illud Joan. 12. num. 24. *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet* Hoc etiam mirabile opus divini Sacramenti altaris frumentum appellat. Sic dicitur Pſal. 80. n. 17. *Cibavit eos ex adipe frumenti.* Frumentum habet corticem, & medullam, Chriſtus frumentum, cujus cortex ſeu velamen eſt humanitas obtegens latentem medullam, divinitatem nempè, ſic etiam ejus opus Euchariſticum frumentum eſt, cujus cortex, ſeu velamen ſunt ſpecies ſacramentales; adeps verò eſt divinitas Chriſti, quæ cortice ſpecierum obtegitur. Noſter Incognitus ad citat. pſalm. 80. *Quid frumenti nomine*, ait, *niſi corpus Chriſti intelligitur?* Unde de ſeipſo ait Joan. 12. *Niſi granum frumenti, &c. Iſtud frumentum habet corticem, & adipem, ut cortex ſit ipſa humanitas, adeps verò ſit intus latens divinitas, qua in hoc Sacramento ſatiatur.*

106. Joan. 12. — Pſalm. 80. In operibus nitet operantis virtus. — Incognit.

Chriſtus Dominus dicitur Botrus uvarum. *Botrus Cypri dilectus meus mihi.* Cant. 1. n. 14. Sic & ubera ejus Botris comparantur. *Et erunt ubera tua ſicut botri vineæ*, Cant. 7. n. 8. ſeu ut alii legunt ex Hæbræo *Botri uvarum*, quos ad myſteria Euchariſtiæ refert Theodoret. ex quibus *Calix inebrians præclarus impletur.* Et rectè ubera cum Botris comparantur, quia his botris tanquam uberibus nutrimentum, ac alimentum nobis præbet Chriſtus, & in tanta abundantia, ut cum plenitudine vineæ effundentis vinum comparetur. Seu dicuntur *Botri uvarum.* Cur non conferuntur ubera cum vino, ſed cum Botris uvarum; Uva habet corticem exteriorem, interius verò ſuam ſubſtantiam,

107. Cant. 1. — Cant. 7. — Theodor. — Chriſtus abſconditus ſub ſpeciebus.

quæ illo exteriori velamine tegitur, & cooperitur. Sic in hoc admirabili Sacramento, cum accidentium velamine tegitur, & abſconditur ſubſtantia carnis, & ſanguinis Chriſti. Inde ipſe Botrus dicitur, quia ſub humanitate latet Divinitas, & hoc Sacramentum Botrus uvarum appellatur, quia ſub externo tegumento ſacramentalium ſpecierum ipſemet Chriſtus abſconditus. Quod iterum confirmo altera ratione quæſt. ſequenti in exordio.

Quæstio XV.

Quare materia panis, & vini eligitur ad hoc Sacramentum?

108. *Rabban.* HUjus rei jam varias rationes dedi tom. 3. c. 35. q. 12. & 13 Nunc addo primò Rabban. Maurus Inſtit. Cleric. lib. 2. c. 31. *Quia*, ait, *ipſe filius Dei homo inter homines factus, & ex terrenis parentibus, ſcilicet ex ſtirpe Adæ progenitus, veritas de terra orta eſt, ut ex terrenis cœlicolas faceret: de terrenis fructibus cibum cœleſtem homo cœleſtis fecit, ut in eadem re ſimul ediſcerent, & qui Deus propter nos factus eſt, & quid nos propter ipſum futuri ſumus?* Efficitur admirabile Euchariſtiæ Sacramentum, in quo ponitur corpus & ſanguis Chriſti cum ipſamet divinitate, quomodò ad tam admirabilem rem continendam, non eligitur quædam cœleſtis materia, ſed materialis, & ſatis vulgaris panis, & vini: Rectè Rabbanus, ac ſi ipſe dicit Quemadmodum ipſe Deus, qui cœleſtis eſt, ut è terra elevaret homines, cœleſtéſque efficeret; terrenam aſſumpſit naturam ſéque terrenum effecit. Sic tranſubſtantiationem corporis, & ſanguinis ſui res terrena ordinavit, ut participatione divini myſterii ſub terreno cibo appoſiti, homines tali eſca enutritos cœleſtes efficeret, in Angeloſque transformaret.

Sacramento efficiamur cœleſtes.

109. *Cyril.* Secundò: D. N. Cyril. apud caten ad c. 22. Luc. ad illa verba, *accepto pane gratias egit*, &c. ſic ait, *Unigenitum Verbum convertens collata* (ſcilicet panem, & vinum) *in veritatem propriæ carnis, ut corpus vitæ, quaſi quoddam ſemen vivificativum inveniatur in nobis.* Divinum nempe verbum, quod eſt virtus vivificativa Dei Patris, convertens panem, & vinum in veritatem propriæ carnis Euchariſtico hauſtu nobis intimè conviſceratur. *Ut corpus vitæ quaſi quoddam ſemen vivificativum inveniatur in nobis.* Ut qui ſemen mortis in paradiſo hauſimus eſu ligni vetiti, nunc quaſi quodam vivificativo ſemine Dei vita ad immortalitatem reficiamur, & Deo intimè deguſtato, immortali quodam modo Dei vita vivamus, ut ipſum corpus Chriſti in nobis ſit ſemen vivificum

Corpus Chriſti in nobis quaſi ſemen vivificativum.

110. *Algerus* Tertiò: Algerus lib. 3. de Sacramento, c. 4. *In ſacramentalibus*, ait, *ſpeciebus non quæſivit dignitatem, ſed aptitudinem.* In Euchariſtia inſtituenda non attendebatur ad majeſtatem, & dignitatem, ut pretioſæ ſpecies auri, argenti, ac gemmarum eligerentur, ut magis videbatur decens tantæ Domini excellentiæ, ſed quæſivit id quod magis eſſet aptum, & proportion tum ad communem, hominum uſum, ut ſunt ſpecies panis, & vini, ut inde mortales ad obtinendam vitam æternam promoverentur.

Non attendit ad dignitatem, ſed ad noſtrum commodum.

111. Tertiò: Ut afflictionis panem populus Iſraël quondam ederet, mandavit Deus, *Septem diebus comedes abſque fermento afflictionis panem.* Deut 16. num. 3. Nunc verò in hoc divino pane contrà fit: Chriſtus ipſe afflictionis, paſſioniſque panem comedit, unde & ſaturati opprobriis dicitur; nobis verò cœleſtium deliciarum panem parat.

Deut. 16. Chriſtus ſibi elegit panem amarum, nobis dat ſuavem.

Quartò: Ut Chriſtus maneret nobiſcum uſque ad conſummationem ſæculi, hoc admirabile Sacramentum inſtituit ſub ſpeciebus panis & vini, cur non potius in aliis pretioſiſſimis rebus? Ad quid panis, & vinum ad tantum myſterium deſignantur? O admirabilis amoris vis, ſic Chriſtus decrevit nobiſcum manere, ut potius videretur noſtri eſſe, quàm ſui; illud enim quod comeditur magis reputatur eſſe edentis, ac bibentis, quàm offerentis, ac exhibentis: nam manducans per eſum totam rem in ſe aſſumit, ac in ſubſtantiam aliti convertit. 112.

Sic inſtituitur myſterium, ut magis videretur noſtri eſſe quam ſui.

Vota mea Domino reddam, ait Regius Vates. 113.
Pſalm. 115. n. 5. Quodnam votum erat hoc ſacrificium, interpretatur Lyran. ſine dubio ſactæ Euchariſtiæ. Ideò ſtatim ſubditur, *Calicem ſalutaris accipiam.* Sic etiam N. Incognitus ad illud Pſ 21. n. 26. *Vota mea Domino reddam in conſpectu timentium eum.* Ait Incognitus. *Quæ fuerunt Chriſti vota, niſi Corpus & Sanguinem ſuum, quæ pro nobis in Cruce obtulit.* Inquirendum reſtat quonam fundamento hoc magnum Sacramentum votum nuncupetur; votum magis eſt ſub jure voventis, magiſque ſpectat ad ipſum voventem, quàm ad illum cui vovetur; nam ille qui promiſit votum, non poteſt licitè non adimplere, & tenetur opus promiſſum perſolvere; at ille cui vovetur, benè, & licitè poteſt non acceptare, ſed dimittere, inde hoc magnum myſterium votum dicitur, ut fieret manifeſtum quod magis noſtri, quàm ſui erat, & quod plus eſſet eorum, quibus commiſſum eſt, ut, illud offerrent, ut ſunt ejus miniſtri, quàm illius, cui offerebatur.

Pſal. 115. Lyran. Pſal. 21. Incognit.

Votum magis voventis, quam illius cui offertur.

Chriſtus D. pendens in cruce ſuum ordinavit teſtamentum. Ita ut matrem commendavit diſcipulo, & diſcipulū matri. *Mulier ecce filius tuus.* Deinde dicit diſcipulo, *Ecce mater tua.* Joan. 19. num. 26. Latroni dedit paradiſum, in manus Patris ſpiritum commendavit. Luc. 23. n. 46. veſtémque militibus tradidit. Matth. 27. n. 35. Tamen de corpore ſuo nullam facit mentionem, nec de eo aliquid mandat fieri? cur nihil ordinat de ſuo corpore: Cùm ſit valdè ſolemnis hominum conſuetudo, ut ſtatim in limine teſtamenti de ſuo corpore diſponant. Rectè Salmeiron tom. 10. tract. 47. Dominus Jesus in cœna corpus ſuum tradiderat diſcipulis dicens: *Accipite, hoc eſt corpus meum.* In teſtamento autem quilibet facit delegationem de re ſibi propria. Cum autē corpus ſuum jam ab ipſo eſſet datum diſcipulis, inde de illo quaſi quodammodò de re, quæ aliqualiter non videbatur ſua, ut ita piſſimè dicam, nullam facit diſpoſitionem, ac ordinationem. 114.

Joan. 19. Luc. 23. Matth. 27. Salmeir.

Corpus cum eſſet jam datum diſcipulis de eo nihil ordinat Chriſtus.

Quæstio XVI

Quare ante inſtitutionē divini Sacramenti Chriſtus gratias egit?

ACcepto pane in manibus gratias egit Jesus, cujus rationem inquirimus. Ad quod 115.
primò reſpondet Beda, *Accepto pane*, ait, *gratias egit, ſicut & de veteribus terminandis gratias egerat.* *Beda.*

egerat. Exemplum tribuens, in omni operis inchoatione, & perfectione Deum eſſe glorificandum. Dedit gratias pro terminatione legis veteris, pro novâque tanto Sacramento jam incipiente, ut fieret nobis documentum, quod omne opus bonum noſtrum ut inchoandum cum Dei invocatione, ac gratiarum actione.

116 Theoph. — Secundò: Theoph. in c. 29. Matth. *Gratias egit, fracturus panem,* ait, *ut oſtenderet, ſe cum gratitudine fractionem ſui corporis hoc eſt occaſionem ſuſcipere, neque ægrè ferre; ſeu in re, quæ diſpliceat ſibi, ut nos cum gratitudine martyrium aggrediamur.* Dat Chriſtus gratias cùm inſtituit Sacramentum in quo paſſio, ac mors ejus repræſentabatur, in quo etiam exprimebatur quomodo corpus ejus verberibus, clavis, lancea transverberandum eſſet, ut ex hoc diſcamus paſſionem, & martyrium pro gloria Dei, ac ejus obedientia, cum multa gratitudine ſuſcipiendum eſſe. Idem habet Franconius Abbas tom. 10. de Gratia.

Chriſtus grato animo ſuſcepit paſſionem. — Francon.

117. Anſelm. — Tertiò: D. Anſelm. 1. Cor. 11. *Gratias Patri egit,* ait, *de reparatione hominum futura per Sacramentum corporis & ſanguinis ſui.* Divinus Magiſter maximè gaviſus eſt multaſque gratias perſolvit Patri, cum ad inſtituendum Euchariſticum cibum accedit; videbat enim quod ex eo tanquam è fonte perenni multa hominum ſalus, ac vita proventura eſſet, *Gratias egit de reparatione hominum futura.* Similiter D. Remig. *Et accipiens calicem gratias egit in quo oſtendit,* ait, *quantum de noſtra ſalute gratuletur.*

Gaudet Chriſtus de ſalute hominum. — Remig.

118. Chryſoſt. — Quartò: D. Chryſ. hom. 83. *Gratias egit,* ait, *antequam diſcipulis daret,* corpus ſcilicet, & ſanguinem, *ut etiam nos ab actione gratiarum incipiamus? gratias etiam egit, poſtquam dedit, & hymnum cecinit, ut nos quoque ſimiliter faciamus.* Ante & poſt epulum Euchariſticum Chriſtus dat gratias etiam cum ſuis Apoſtolis. Nam poſtquam divino pabulo Chriſtus recreavit Apoſtolos. Scribit D. Marc. 14. n. 26. *Hymno dicto abiit in montem Olivarum.* Syriac. habet, *& laudes cantarunt.* Græcus, *alternatim cantarunt.* Chriſtus ſcilicet, ac diſcipuli, pro tanto dono dato, & accepto. Hinc monemus exultatione mentis, ac confeſſione fidei pro tanto Sacramento ſuſcepto gratias Deo exhibere; unde hoc Sacramentum dicitur Euchariſtia Græcè, id eſt, gratiarum actio, quia pro tanto beneficio inſigniter debemus gratias Deo perſolvere. Hoc Sacramentum, Zach. 9. n. 16. dicitur, *Vinum germinans Virgines.* Hebraic. *Vinum cantare faciens Virgines.* Modulatorio Cantico in laudem, gloriam Dei.

Pro euchariſtico epulo gratiæ Deo exhibendæ. — Marc. 14. Græcus. Syriacus. — Zachar. Hebraic.

119. Apoc. 17. — Ait Joannes in ſua Apoc. 17. n. 17. *Vidi unum Angelum ſtantem in Sole, & clamavit voce magna dicens omnibus avibus quæ volabant per medium cœli, venite, & congregamini ad cœnam magni Dei.* Maximè notandum, quod ſolum cœli aves ab Angelo ad hanc cœnam vocantur, cur non etiam bruta animantia, ac pecora terræ cum omnibus à Deo pabulum ſit proviſum, ut patet Gen. 1. Petrus Bercori. lib. 7. moral. c. 1. n. 14. *poſt paſtum,* ait, *aves ſanctæ incipiunt cantare, ſed bruta incipiunt dormire.* Ecce ratio differentiæ, cur illæ, non verò hæc vocantur. Cantus orationem, contemplationem, ac gratulationem ſignificat, dormitio verò torporem, ac oblivionem; ſolum ergo ad cœnam magni Dei vocantur, qui poſt refectionem Euchariſtici pabuli ſciunt orare, contemplari, ac gratias perſolvere. qui verò de tanto beneficio accepto obliviſcuntur, & in meditatione ſancta torpeſcunt, hi minimè vocantur, ſed potiùs excluduntur.

Geneſ. 1. Bercori. *Vocantur ad cœnam, qui gratias perſolvunt.*

120. Venit Angelus ad Abraham, promittitque ei filium Iſaac ex Sara ſterili naſciturum, in cujus ſemine benedicendæ eſſent omnes gentes. Gen. 18. n. 20 Minimè Abrahamus ab Angelo provocatur, ut pro tanto beneficio victimam Deo offerat, poſtea verò cum Abrahamus vellet ſacrificare Iſaac, clamat Angelus de cœlo, ne extendas manum ſuper puerum. *Levavit oculos ſuos Abraham, & vide poſt tergum arietem inter vepres, quem aſſumens obtulit holocauſtum pro filio.* Gen. 22 n. 13. hinc autem aries adductus fuit miniſterio Angelorum, ut docent D. Aug. Lyran. Abul. & alii, quâ provocabatur Abrahamus, ut ipſum offerret in holocauſtum gratulatorio affectu. Ut ait Philippus Abbas de obedientia cleric. c. 35. Cur tamen Abrahamus non excitatur ab Angelo, ut gratulatorio affectu victimam conficeret in holocauſtum, quando ei promittitur filius Iſaac, ac Chriſtus ex ejus ſemine naſciturus, quod nihil majus ſanè exoptari poterat; Quando prædicitur Abrahamo filius ejus Iſaac, ac Dei filius ex ejus ſemine incarnandus, ipſius Abrahæ diſpoſitioni committitur, ut in gratiarum actionem Deo victimam exhibeat? at in ſacrificio Iſaac præfigurabatur Chriſtus in Sacramento Altaris; ut canit Eccleſia. *In figuris præſignatur, cum Iſaac immolatur.* Ubi autem interveniebat Euchariſtiæ typus, valdè ei annexa ac conſequens erat gratiarum actio, ut hoc non tantū remittatur diſpoſitioni Abrahæ, ſed magna cura ad victimam perſolvendam gratulatorio affectu, ab Angelo provocatur, & excitatur Patriarcha.

Geneſ. 18. — Geneſ. 22. — Auguſt. Lyran. Abulenſ. Phil. Abb. *Valdè annexum eſt ut pro Euchariſtia fiat gratulatio.*

121. Mandavit Deus populo ſuo Iſraëlitico, ut quot annis Agnum Paſchalem celebrarent. *Cuſtodietis diem iſtum in generationes veſtras ritu perpetuo,* Exod. 12. n. 17. At ſacram Synaxim ſic inſtituit, ut quotidie à nobis celebrandum eſſe inſtituerit, ut quotidie tanti beneficii memoriam cum gratiarum actione celebremus. D. Chryſ. homil. 51. in c. 24. Matth. *Judæis,* ait, *ſingulis annis beneficiorum ſuorum monimenta poſt feſtos dies Deus propoſuit. Tibi verò quotidie ipſe ne obliviſcaris proponitur,* (in Euchariſtiæ Sacramento) *hæc ſunt decora noſtra, hæc Sacramenta, hoc ornamur dono, hoc gloriamur.* Quotidie celebrari mandatur Euchariſtia, ut numquam de tanto gratiarum dono obliviſcamur, ſed ut pro illo gratias perpetuò Deo perſolvamus.

Exod. 12. — D. Chryſ.

QUÆSTIO XVII.

Quare Chriſtus Dominus, acceptum panem in manibus benedixit?

122. CHriſtus Dominus, ut jam notavi in Expoſitione num. 51. Primò accepit panem; ſecundò gratias egit, ut ſcribunt D. Luc. & D. Paul. Tertiò benedixit; de quo nunc agimus. Elevatis oculis Chriſtus in cœlum, ut habetur in noſtro Canone, ac D. Jacobi, Chriſtus benedixit, non Patrem, ut dicunt Hæretici, ſed panem, unde Paulus ait 1. Cor. 10. n. 16. *Calix benedictionis, cui benedicimus,* quia à Chriſto fuit benedictus, quod ſimiliter de pane eſt intelligendum.

Chriſtus panem benedixit. — 1. Cor. 10.

123. Hanc benedictionem fuiſſe conſecrationem affirmant Lyran 1. Cor. 11. Hugo Card. Marc 14. Innoc. III. lib. 4. de myſterio Miſſæ, c. 6. Odo Epiſcop. Cameracenſ. Exponens Canonem Miſſæ, & alii. Tamen quod benedictio non ſit conſecratio, ſed omninò diſtincta eſt communis, & vera ſententia,

Lyran. Hugo. Innocent. *Benedictio non fuit conſecratio.*

Beda. Cajet. Titelm. Janſen. Maldonat. Tridenc.

tantia. Ita Beda in c. 14. Marc. Caietan. Titelm. Janſen. Maldonat.& alii cum multis SS.Patribus in c.26 Matth.Probatur exConc.Trid ſeſſ.13.c.1. dicente: *Redemptorem noſtrum hoc Sacramentum in Cœna inſtituiſſe, cum poſt panis vinique benedictionem,ſe ſuum corpus illis præbere, ac ſuum ſanguinem diſertis, ac perſpicuis verbis teſtatus eſt.* Ergo teſte Concilio Chriſtus protulit verba conſecrationis poſt benedictionem,ergo fuit benedictio aliquid diverſum: antecedens confirmatur ex Canone Miſſæ, & ex omnibus liturgiis,ante conſecrationem enim ſemper benedictio aliqua cæremonialis præmittitur. Unde rectè obſervat M. Petrus Corneio ad 3.p.q.78.art.1. quod actio ſacramentalis à circunſtantiis aliquando nomen accipit, ſicut confirmatio interdum appellatur, *Manus impoſitio.* Et ideò ab aliquibus Patribus benedictio cum ſit actio cœremonialis dicitur conſecratio.

Corneio.

124. Salmeir. *Sic accedendum eſt ad Chriſti menſam, ac ſi illico eſſet moriendum.*

Benedixit ergo Chriſtus panem crucis ſigno,ut ex Salmeiron dixi in Expoſitione; cur ergo ſigno crucis benedixit? Eccleſiáque in hoc Sacramento conficiendo tot ſignis utatur? Crux quidem mortis memoria eſt Chriſtus panem Euchariſticum, quaſi mortis memoria condivit, ut fideles inde inſtruerentur, ut ſic divinum epulum recipiant, ac ſi poſt illud ſtatim rapiendi eſſent ad crucem ut vitam exhalarent, Beda in c.19. Joan. *Quid eſt*, ait, *quod omnes noverunt ſignum Chriſti, niſi crux Chriſti? Quod ſignum niſi adhibeatur ſacrificio, quo aluntur nihil ritè perficitur.* Nihil inquam ritè perficitur, quia contra Eccleſiæ à Chriſto edoctæ morem, ac decreta conſecraretur. Moraliter verò *nihil rite perficitur*: hoc eſt non ritè homo communicaret, ſeu non indignè accederet ad ſacram menſam, ſi ſecum non portet ſignum crucis,mortiſque memoriam, hac enim ordinarie loquendo maximè homo diſponitur,ac aptatur ad divinum pabulum.

Beda.

125. Matth. 6.

Jubet divinus Magiſter. Ut petamus: *Panem noſtrum quotidianum, da nobis hodie.* Matth. 6.n.11. Seu juxta vulgatam, panem noſtrum ſubſtantialem. Non petitur panis ad omnem vitam, nec ad omnes annos, ſed hodiernum diem. Multò major videretur felicitas, ſi panis non eſſet tantum ad unum diem, ſed ad plures annos. Inde avarus ille animæ ſuæ gratulabatur dicens: *Anima habes multa bona poſita in annos plurimos*: Luc. 12. n.19. Cur ergo non ad largos annos flagitatur panis, ſed tantum ad unum præſentem diem; agebatur ibi de Euchariſtico pane,ut cum deChryſoſt. Tertul. D. Baſil. D. Aug D Cyprian. D. Ambr. D. Paſc. dixi tom.2.cap.15.q.14. qui divinus panis ſic accipiendus eſt tanquam ſi ille ſit ultimus dies, ut nullus alius amplius reſtet, cum jam mors adventet, & ſit in proximo. D. Chryſol. ſer.68. *Quotidianum*, ait, *& in diem vult nos in Sacramento ſui corporis panis viaticum poſtulare,ut per hoc ad perpetuum diem & ipſam Chriſti perveniamus ad menſam* Expende, *Panis viaticum poſtulare.* Sacramentum, ut viaticum ſumendum,ut cùm illo perveniamus ad Chriſtum.

Luc. 12. *Sacramentum ſic ſumendum ut viaticum in ultima die.*

Chryſol.

126. Cant. 5.

Optime hoc noverat anima ſancta dum Cant. 5. num.1. *Meſſui myrrham meam cum aromatibus meis; comedi favum meum cum melle meo.* Seu ut alii vertunt, *Comedi panem meum cum melle meo.* Per panem intelligit Chriſti panem in Sacramento Altaris, & hunc ait, quem comedit cum melle, cum omnimoda ſcilicet dulcedine,ineffabili voluptate,& ſuavitate, ac abundantia gratiarum. Obſerva tamen, quod priuſquam dixiſſet. *Comedi panem meum cum melle meo.* Dixerat: *Meſſui myrrham meam.* Ad quid antequam glorietur de pane cum melle guſtato prius diſertè affirmat, quod deglutivit myrrham cum aromatibus, myrrha mortem exprimit, ut eſt ſatis vulgare, ad quod etiam tendunt aromata, quibus aliqui cadavera ſepelire ſolebant; ait ergo quod priùs meſſuit myrrham, quàm comedere panem cum melle, ut denotaret quod prius meſſuit, ac hauſit duram, & acerbam mortis memoriam quàm particeps fieret de dulcedine, ac ſuavitate cœleſtis edulii. Per ipſam duritiem mortis, quam homo in ſe colligit ſic aptus, & proportionatus ad illius dulcedinem. D. Paſch. de corpore, & ſang.c.10. *Quod non prius*, ait *panis comeditur, quam myrrha in nobis mortificationis turgeſcat.*

Ex cogitatione mortis præparatur, ut dulcedinem divini epuli guſtaret.

Paſchaſ.

127. In magnis mirabilibus verſatur parens Elias, claudit, & aperit cœlum apud torrentem Carith, miraculoſo pane alitur. *Corvi deferebant ei panem, & carnes manè, ſimiliter panem, & carnes veſperi.* 3. Reg. 17.n.6. apud viduam in Sarephta Sidoniorum, pane miraculoſo etiam alimentatur. *Ex illa die hydria farinæ non defecit, & lecytus olei non eſt imminutus.* Citato loco n.16. At verò in deſerto Berſabee dormiens ſub junipero non ſolùm reficitur mirabili pane,ſed etiam Euchariſtico typo, pane nempe ab Angelo dato. *Ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus.* Cur modo præ cæteris tanto dono gaudet. *Cumque veniſſe, & ſederet ſuper unam juniperum, petivit animæ ſuæ ut moreretur,& ait: Sufficit mihi Domine, tolle animam meam, neque enim melior ſum,quam patres mei.* I. Reg.10.n. 4. Sub junipero ad magnam mortis cogitationem ſe recepit,qua maximè excitatur devotio, & religio in Deum, ut in præſenti notat Hugo. *Sub memoria mortis*, ait, *conſervatur fervor religionis.* Cumque Propheta in magna mortis cogitatione verſaretur,ad illamque ſe vehementi affectu præpararet, *neque enim melior ſum quam patres mei*, ſcilicet Abraham, Iſaac, Jacob ut explicant Abulenſ. Carthuſ. Banch. qui multis ſe ad mortem diſpoſuerunt; inde Elias ex hac mortis recordatione, pluſquam in omni alio eventu dignus inventus eſt,ut cœleſti pabulo,ac Euchariſtico typo recreetur,ut in fortitudine illius quadraginta diebus, ac noctibus ambulans ad Dei viſionem in monte Horeb perveniret. Vide tom.3. c.35.q.26. n.184.185.186.& tom.4.c.23.n. 59.

3. Reg. 17.

Mortis recordatione dignus invenitur Elias ad typum Euchariſticum. 3. Reg. 19.

Hugo.

Quæstio XVIII.

Quare Chriſtus fregit panem?

128. CHriſtus videtur, quod unum panem in manibus acceperit, cumque inter conſecrandum fregerit in duodecim vel tredecim partes,nam ut infrà dicam, Chriſtus etiam communicavit. Simúlque ſingulis Apoſtolis unam diſtribuerit. Unde & diu in Eccleſia Chriſtianis fidelibus, Euchariſtia in manus data fuit,ut patet ex Tertull.lib. de ſpectaculis,ex D. Cyrill. Hieroſolymitanno cateh. 5. Myſtagogica, ex D. Auguſt. ſerm.44. poſteà tamen periculi & reverentiæ cauſâ in os fidelium data Euchariſtia.

Tertull. Cyril. D. Aug.

129. Secundò: D. Bernard. in Allegor. Gotfrid. Tilm. *Veruntamen*, ait, *ipſe fregit, dum ſpontaneus carnem ſuam paſſionibus, quaſi frangendam, hoc eſt atterendam expoſuit.* Fregit Dominus panem, ſignificans corpus ſuum verberibus, clavis, ac lancea eſſe frangen

D. Bernard.

frangendū in cruce quod ante paſſionem Dominus fecit ut præſignaret, quod ultronea voluntate ſe pro nobis tradebat, & carnem ſuam frangendam exponebat.

130. D. Bernard. *Ad intuitum hujus panis ira Dei frangitur, & amor diffunditur.*

Tertiò: idem Bernardus apud eundem Tilmanum in allegoriis. *Fregit* ait, *per gratiam, ut ſuam, & patris frangeret iram. Dixit enim Deus, ut diſperderet eos, ſi non unicus electus ejus ſtetiſſet in confractione ut averteret iram ejus.* Frangitur panis ut ira Dei patris, imò etiam & Chriſti ſancta intelligatur, ubi enim ſacratiſſimum pabulum confringitur, non poteſt non confringi Dei ira, quæ in nos deſinit deſævire, cum per Euchariſticum panem incipiat in nos Dei amor, gratia, ac miſericordia effundi,

13. D. Paſchaſ. *Chriſti pane omnes reficiuntur.*

Quartò: D. Paſchaſ. lib. de corp. & ſang. Chriſti, c. 15. exponens illud Num. 6. n. 27. à Deo dictum Aaroni: *Invocabitis nomen meum ſuper filios Iſraël, & ego benedicam eos.* Si inquit Paſchaſ. *Sacerdos ergo invocat, ſed Deus ipſe benedicit, & frangit; quia niſi Deus frangeret panem parvuli omnes jejuni remanerent.* Chriſtus Dominus panem accipiens non ſibi ſoli reſervat, nec uni totum integrum dat, ſed frangit, ut omnes ſui de illo comedant, illoque reficiantur, ac ſatientur; niſi ipſe frangeret, ac nobis illum porrigeret, omnes tanti pabuli expertes eſſemus. *Niſi Deus frangeret hunc panem, parvuli omnes jejuni remanerent.* Ut omnes illo ditentur, ac repleantur, ipſe frangit.

132. Iudic. 6.

Deprecans Gedeon populi ſalutem, ait ad Dominum: *Si ſalvum facis per manum meam Iſraël, ſicut locutus es, ponam hoc vellus lanæ in area, ſi ros in ſolo vellere fuerit,* &c. Judic. 6. n. 17. Signum obtinendæ ſalutis Iſraëlis poſtulat, imò ut eſt ſententia Patrum D. Aug. citandi, Ruperti. Gloſſæ hoc loco, dabatur ibi ſignum cœleſtis gratiæ, in omnes gentes diffundendæ, ut minimè deinceps excluderentur. Cur ergo pro tantæ rei ſigno vellus proponitur cœleſti rore implendum. Et proponitur in area, cur non potius in campo, vel in prato, ſeu horto, ſed area eligitur, ubi dabatur ſignum divini roris communicantis ſe omnibus; nullus enim aptior erat locus, quàm area cum enim præfiguraretur ibi Euchariſticus panis, ibi & appoſitè dabatur ſignum cœleſtis roris ſeſe in omnes ſpargentis, & neminem excludentis, ubi figura, ac umbra Euchariſtiæ apparet, ibi omnis abundantia divinæ gratiæ, ac pietatis redundat, ac effunditur in univerſos. D. Auguſt. ſerm. 108. de Tempore *Jam nos bibimus,* ait, *qui antea ſitiebamus, & divinum illum ſpiritum hauſtu interiore potamus. Hoc prævidet ſanctus Gedeon, quia virum ſpiritualem rorem etiam gentes nationeſque erant fidei perceptione bibituræ. Nec tunc otioſè Gedeon vellus nec in campo poſuit, nec in prato, ſed poſuit in area, ubi meſſis eſt tritici.* Expende, *nos bibimus, qui antea ſitiebamus.* Cur modò præſignatur, quod bibimus poſuit vellus non in campo, ſed in area.

D. Auguſt. Rupert. Gloſſa. *Ubi Chriſti panis apparet, ibi gratia in omnes.*

D. Auguſt.

QUÆSTIO XIX.

Quare frangitur panis, cum Corpus Chriſti latens ſub ſpeciebus, minimè dividatur?

133. *Chriſtus totus ſub qualibet particula.*

ACcepit Chriſtus panem in manibus, & fregit porrigens illum, dixit: *Hoc eſt corpus meum*: fregit, ad naturam panis pertinet? nam corpus Chriſti latens ſub ſpeciebus nullo modo laceratur, nec dividitur, ſed totum integrum, ſub qualibet brevi particula manet. *Non confractus nec diviſus, integer accipitur.* Verus Rex Chriſtus Dominus, qui pro ſuorū ſalute, ita ſe vult contrahere, ac abbreviare ad quamlibet parvam panis particulam, & in unaquaque totus eſt ipſe. 134.

Mulier Chananæa cœleſti pabulo cibanda ad Chriſtum accedit, cui ait Dominus: *Non eſt bonum tollere panem filiorum, & mittere canibus.* At fæmina hac repulſa non abiit, ſed præ vehementi ſiti iterum deprecatur, canem ſe ipſam agnoſcens; *Etiam Domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum.* Matth. 15. num. 27. tantum ſe dejecit ut hac humilitate præmiſſa mereatur de Chriſti menſa participare; ſi mulier præ deſiderio tanta ſiti aſtuabat, ut de illo divino pane ſaturaretur, cur non poſtulat panem, ac epulas, ſed tantum micam? Erat mulier divino Spiritu, quo ducebatur, edocta, quod qui ex hoc pane micam degustat totum edit panem cum omni gratiæ ac donorum ſpiritualium pinguedine, ut inde omnem ſatietatem participet. D. Chryſol ſerm. 100. ad finem. *Meritò,* ait, *quæ ſe canem confeſſa eſt, in hominem commutatur: meritò adoptatur in filiam, levatur; honoratur ad menſam, quæ ſe ſub menſa laudabili humilitate dejecit: juſtè toto nunc epulatur micas ex pane.* In quibus verbis duo maximè expendenda ſunt. Primum non ait ſanctus doctor, epulatur micas ex pane, ut videbatur ſufficiens. *Sed ex toto pane micas epulatur.* Quia ex hoc cœleſti pane non poteſt quis micam abſumere, niſi ex toto pane accipiat, totus panis in mica continetur. Secundum verbum Doctoris eſt *epulatur.* Videbitur enim quod prima facie non ſit verbum conveniens cum mica; nam epulari, menſam ampliſſimam, ac abundantiſſimam multis ferculis repletam reſpicit, mica verò ad rem ſatis parvam, & ſtrictiſſimam pertinet; propriiſſimè tamen in hoc convivio unius micæ ſumptio epulæ vocatur, nam in qualibet hujus convivii mica, omnis opulentia, ac abundantia cœleſtium continetur.

Matth. 15.

Chryſol.

Totus panis in mica.

Cum Abraham videret tres juvenes, ſeu tres Angelos prætereuntes, eos ad hoſpitium invitat, dicens: *Ponam buccellam panis, & confortate cor veſtrum, poſtea tranſibitis.* Gen. 18. n. 5. Cum Angeli votis Abrahæ acquieſcerent, & ipſi recepti eſſent in domo ejus, Patriarcha feſtinat ad convivii præparationem, tria ſata, ſeu tres modii; ut communiter interpretatur, ſimilæ commiſcentur ad ſubcinericios panes conficiendos, deinde vitulus tenerrimus affertur, lac & butyrum ſimul adducitur, & cælicolæ aliundè epulantur. D. Ambr. l. 1. de Abraham, c. 5. *Tener,* ait, *quia non dura cervice ſed molli jugum legis agnovit. Et meritò tener, de cujus capite, & pedibus, & inteſtinis nihil relictum eſt, & os non eſt contritum ab eo; ſed totus epulantium cibo ceſſit.* Nunc verò quæſtio pullulat. Totus vitulus abſumitur butyrum, & lac apponitur, panis in multa abundantia, ac ſatietate manducatur, ita ut epulari dicantur hoſpites: quare ergo ad buccellam tantum panis invitantur, panis hic appoſitus in hac menſa typus erat ſacræ Euchariſtiæ, ut ſæpè ex ſanctis Patribus dixi, & in qualibet buccella, ac mica hujus panis, totus hic panis, totus vitulus butyrum, ac lac; ſcilicet pinguedo, ac dulcedo cœleſtis menſæ pleniſſimè continetur. 135.

Gen. 18.

Ambroſ. *Unica panis buccella ſplendidum convivium.*

Promittit Jesus Samaritanæ aquam. *Qui biberit ex hac aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet iterum,* 136.

Ioan. 4.

Vna guttula totus Jeſus.

rum, ſed fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Joan. 4. n. 14. Quomodo fieri poteſt ut exiguus potus, ſeu hauſtus aquæ, efficiatur pleniſſimus fons? denotabatur ibi ſanguis Chriſti, in parva autem Domini ſanguinis unda, totus fons ſalutaris ſanguinis habetur. D. Cyril. Alex. l. 2. in c. 85. ſic loquitur in Chriſti perſona, *qui biberit ex aqua, quam ego præbeo, non modo nunquam ſitiet, ſed illum in ſeipſo fontem continebit.* Illum fontem, inquam, ipſummet vitalem fontem Jeſum, ſtilla enim unica fons totus eſt. In Euchariſtica enim menſa una mica totum Jeſum, guttula una totum continet Salvatorem.

Cyril.

QUÆSTIO XX.

Quare Chriſtus Dominus dedit diſcipulis ſuis panem dicens: accipite, & comedite?

137. Hugo. *Quare non vendidit, ſed dedit.*

NOtat Cardinalis Hugo in cap. 26. Matth. quod Evangeliſta ait: *Dedit, non vendidit.* Cur datur, & non venditur? Ut fiat manifeſtum quod non paucis, ſed omnibus inſtituta eſt Euchariſtia: quæ venduntur, ad paucos ordinantur, non ſic verò quæ dantur, ſi enim pretioſiora mundi darentur, & non venderentur; omnium, non paucorum eſſent. Dedit ergo Chriſtus Dominus pretioſum corpus ſuum, & non tanquam venale expoſuit; *Dedit, non vendidit*, ut intelligeretur hoc magnum Sacramentum inſtitutum eſſe non paucis, ſed omnibus: *Dedit, non vendidit.* Et quare non vendidit? Quia res erat impretiabilis. Quid enim eſſet tam excelſum, & magnum, ſive in cœlo, ſive in terra, quod cum corpore Chriſti poſſet vendi, aut commutari, imò nec totum cœlum, nec tota terra cum eo valet comparari; non ergo eſt contemnendum, quia datur, ſed inde maximè æſtimandum, quæ enim pretioſiſſima ſunt, dantur, & non venduntur. De Zeuſio ſcribit Plinius lib. 35. cap. 9. *Dare opera ſua inſtituit, quod ea nullo ſatis digno pretio permutari poſſe diceret.* Richardus de S. Laurent. de laudib. B. Mariæ lib. 12. expendens illud Davidis de fructu ligni vitæ. *Quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* Pſalm. 1. num. 3. ſic ait. *fructum ſalutiferum* Scilicet ſacram Euchariſtiam; *dabit non vendet*, contra eos, qui vendunt parvo pretio, quod eſt impretiabile.

Pretioſiſſima dantur non, venduntur.

Plin.

Pſalm. 1.

138. Ad quæſtionem. Primò: Panem dedit diſcipulis ſuis. Chriſtus è menſa accepit panem vulgarem, dedit verò panem benedictum, ac in verum corpus ſuum converſum. Et ait illis: *Accipite, & manducate*, non ut communes cibos, ſed ut meum verum corpus, cum multa devotione, ac reverentia, ut ait Carthuſianus, ſicque ſuum ſacratiſſimum corpus per Apoſtolos diſtribuit.

Carthuſ.

139. D. Cypr. *Similibus in opere, eadem dat Deus.*

Secundò: D. Cyprianus orat. de cœna Domini: *Cœna itaque, ait, diſpoſita inter ſacramentales epulas obviaverunt ſibi inſtituta antiqua, & nova, & conſumpto agno, quem antiqua traditio proponebat; inconſumptibilem cibum Magiſter apponit diſcipulis. Significata olim à tempore Melchiſedech prodeunt Sacramenta, & filiis Abrahæ facientibus opera ejus ſummus Sacerdos panem profert, & vinum.* Edentibus diſcipulis ſummus Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech Chriſtus Jesus accipiens panem ſuis propriis manibus dat illis, cur potius elegit panem, & vinum ut illis porrigat. Vidit meus Jesus illos valdè Abrahæ ſimiles in agno ſacrificando. Geneſ. 22. Inde non diſtulit ſuis offerre, quod olim Melchiſedech Abrahæ obtulerat; qui enim opera Abrahæ faciebant, non fuit illis denegandum, quod à ſummo Sacerdote cum Abrahamo factum eſt, quæ Deus uni aliquando dedit, eadem ſimilibus præſtare ſolet. *Et filiis Abrahæ facientibus opera ejus ſummus Sacerdos panem profert, & vinum.*

Geneſ. 22.

140. Tertiò: Idem D. Cyprian. loco citato. *Ante verba illa, ait, cibus ille communis, tantùm nutriendo corpori commodus erat, & vitæ corporali ſubſidium miniſtrabat, Sed ex quo à Deo dictum eſt; Hæc eſt caro mea, & hic eſt ſanguis meus; quotieſcumque his verbis, & hac fide factum eſt, panis iſte ſuperſubſtantialis, & calix benedictione ſolemni ſacratus ac totus hominis vitam, ſalutémque proficit.* Panis, & vinum datur hominibus, ut illis fames ac ſitis corporea extinguatur, modò verò datur panis, & vinum, non ſolùm ut eſuriem, à corpore expellant, ſed etiam, ut animam à peccatis ſanerit; unde panis, ac calicis tanta virtus emanavit; ut non ſolùm corpus impleant, ſed etiam animam ſalute recreent? Ex quo Deus conſecrationis verbis ſe illis ſpeciebus ingeſſit jam in una hominis parte ſanitas non ſiſtit, ſed ad totum hominem ſecundùm omnes ſuas partes ſanandum ſeſe diffundit; quandiu panis ſine Deo erat uni tantùm hominis parti, corpori ſcilicet proficiebat; at ubi Deus exiſtit, ſub ſpeciebus, omni hominis parti, ac toti hominis communicatur ſalus, & vita.

Cypr. *Cùm venit Deus, totum hominem ſanat, & replet.*

141. Quartò ait: Accipite, & comedite ut verum, & vivificum cibum. Unde ipſe dixit: *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.* Joan. 6. n. 55. quæ verba ſic ibi commentatur Caiet. *Verus eſt cibus, ad differentiam gloriæ humanæ, quæ reputatur cibus animæ. Ad differentiam ſpeculativæ contemplationis, quæ animæ etiam cibus reputatur. Et ad differentiam reliquorum, quæ reputantur cibare animam: Quoniam nihil horum vivificat animam. Verus enim cibus eſt ſolus, qui vivificat.* Solus ſcilicet cibus corporis Chriſti, quod etiam idem dicit de potu ſanguinis Domini. Euthym. *Verus eſt cibus, ſive aptiſſimus, utpote animam, quæ propriiſſima pars eſt nutriens, & ſimiliter de ſanguine.*

Joan. 6. Cajet. *Euchariſtia verus cibus.*

Euthym.

142. Decantat Regius Vates Pſalm. 36. n. 3. *Spera in Domino, & fac bonitatem, & paſceris in divitiis ejus.* D. Hier. legit. *Et paſceris veritatem.* Loquitur de divitiis divinæ Euchariſtiæ, & has veritatem appellat Propheta, quia ſolùm in hac ſacratiſſima menſa ſunt veræ divitiæ, non verò in mundiali cibo, & potu.

Pſal. 36. Hieron.

143. Ait ipſe Regius Vates. *Dominus regit me, (ſeu ut transferunt Septuaginta, paſcit me) nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocavit.* Pſal. 22. n. 1. Locus pabuli ſimpliciter dicitur, & cur non exprimitur, ubi ſit, & qualis ſit hic locus? Filii Jacob paſcebant greges ſuos in Sichimis Gen. 37. n. 13. Abraham, & Loth in terra Chanaan. Geneſ. 13. n. 6. Moyſes juxta Horeb. Exod. 3. num. 1. Anima ſancta juxta tabernacula Cedar. Cant. 1. n. 5. At verò in Pſalmo non declaratur quis & qualis ſit hic locus paſcuæ. Eſt ibi ſermo de Euchariſtica menſa, ut ibi communiter Patres interpretantur; meritò ergo ſimpliciter, & abſolutè locus paſcuæ dicitur, quia ſolus hic ſacratiſſimus cibus verè, & abſolutè eſt paſtus animam ſuſtentans, & nutriens, à quo maximè diſtant mundiales paſtus, in quibus nihil aliud eſt niſi fames, & eſuries. D. Ambroſ. in comment. in Pſalm. 38. ad illa verba: *Notum.*

Pſal. 22.

Geneſ. 37. Geneſ. 13. Exod. 3. Cantic. 1. *Chriſti paſtus verus dans ſatietatem.*

Ambroſ.

Notum fac mihi Domine diem meum. Sic ait: *Requirit, quæ terra ſit promiſſionis perpetuos fructus ferens, quæ prima apud Patrem manſio, quæ ſecunda, quæ tertia. Illa ergo nobis expetenda, in quibus veritas eſt.* Non mundiales fructus, ſed tantum Chriſti fructus ſunt veri, qui generant omnimodam ſatietatem. Pſal. 147. n. 17. *Et adipe frumenti ſatiat te.* Græcus, *adimplet te.* (Pſal 147. Græcus.)

144. Joſeph fratribus ſuis ait: *Audite ſomnium meum quod vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro: & quaſi conſurgere manipulum meum, & ſtare; veſtros verò manipulos circunſtantes adorare manipulum meum.* Gen. 37. n. 7 & 8. Et poſtea aliud ſomnium fratribus narrat. *Vidi per ſomnium quaſi Solem, Lunam, & ſtellas undecim adorare me.* Duo hæc ſomnia principatum ejus in Ægypto denotabant, quod manipuli fratrum adorarent manipulum Ioſeph, claiè ſignificabat, quod fratres eſſent adoraturi Joſephum, & quod ex mandato ejus accepturi eſſent triticum ad ſuos ſaccos implendos. Similiter alterum ſomnium idem denotabat, nam ſymbolicè, ac figurativè Jacob per Solem. Balam, quæ ancilla Rachelis, ea jam mortua fuit Joſepho inſtar matris, ut inquiunt Lyran. Abulenſ. per Lunam, & fratres per ſtellas innuebantur. Tamen inter unum, & alterum ſomnium hoc interjacet diſcrimen, quod verè fratres adorarunt manipulum Joſeph, ut ab eo acciperent triticum, quod in manipulis recondebatur in horreis, ut diu conſervaretur juxta graves Auctores, ut illud in ſaccis ſuis aſportarent. Secundum vero ſomnium figurativè tantum adimpletur, cum Iacob per Solem, Balam per Lunam, fratres per ſtellas adumbrentur. Cur ſecundum ſomnium tantum in figura? primum verò realitate, ac actualitate adimpletur? in Joſeph diſtribuente panem per fratres ſuos denotabatur Jeſus dans panem ſui corporis diſcipulis, ut ait Cell. Abbas l. de Panibus c. 1. Ubi autem panis Chriſti repræſentabatur, res, non ſiſtit tantum in ſymbolo, ac figura, ſed ad realem exiſtentiam ac actualitatem tranſit, & devenit, quidquid enim hujus myſterij eſt, totum ſolidum, reale, ac verum eſt.

(Geneſ. 37. — Lyran. Abulenſ. — Abb. Cell. *Euchariſticus cibus verus, & realis.*)

Quæstio XXI.

Vera, ac realis præſentia corporis, ac ſanguinis Chriſti in Sacramento altaris ex verbis conſecrationis apertè domonſtratur.

145. IN Diviniſſimo Sacramento Euchariſtiæ eſt vera, realis, propria, ac ſubſtantialis præſentia corporis, & ſanguinis Chriſti D. Hæc concluſio eſt de fide, & ut talis definita eſt in undecim Conciliis generalibus. Primò in Concilio Alexand. cum N. Cyrillo. & approbatur in Concilio Epheſino. Secundò In Synodo Act. 6. Tertiò, In Concilio Verſel. quod aliàs Romanum appellatur ſub Leone IX Quartò, In Concil. Turonenſi ſub Victore. II. Quintò, In Concilio Rhemenſi ſub Nicolao II. Sextò. In Concilio Romano ſub Greg. VII. Septimò in Concilio Conſtant. ſeſſ. 8. & 15. Quod poſtea confirmatum eſt à Martino V. Octivo in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. Nonò In Concilio Viennenſi ſub Clemente V. Decimò In concilio Flor. in decreto Eugenij. Undecimò valde copiosè, ac diſtinctè in Concilio Tridentino. ſeſſ. 13. Tandem multa alia Concilia Provincialia, ac pontificum decreta, quæ referuntur de conſecratione. d. 2. & in Decretalibus toto titulo de cuſtodienda Euchariſtia, & titulo de celebratione Miſſarum.

(Concil. Alexand. Epheſin. 7. Synod Vercell. Rhemenſ. Romanum. Conſtant. Lateran. Viennenſ. Florentin. — Tridenc.)

146. Hanc veritatem Catholicam ſemper firmiter ac conſtanter tenuit Sancta ac Apoſtolica Eccleſia, à tempore Chriſti uſque ad hodiernum diem, eamque docuerunt omnes Sancti Patres tam Græci, quàm Latini per omnes mundi ætates; quos latè referunt N. Vvald. t. 2. de Sacramentis c. 42. 43. 44. Bellar. to. 2. controverſ fidei lib. 1. de Euchariſt. per plura capita, Vaſq. 3. p. diſp. 69. c. 3. Ubi Patres omnes ſuo ordine referunt per 16. mundi, ſeu Eccleſiæ ætates. Argumenta verò ex eorum Patrum auctoritatibus deducta ad ſex claſſes reducit Bellarm. lib. 2. c. 39.

(Valdenſ Bellarm. Vaſquez.)

147. Tandem Jodocius Cocc. t. 2. Theſ. Catholic. controverſiarum fidei. l. 6. art. 1. eandem veritatem deducit uſque ad noſtra tempora incipiendo à Liturgiis Jacobi Apoſtoli fratris Domini, Marci, & Matt. & diſcurrendo per Liturgias, omnium gentium, per Patres Græcos primos, deinde per Latinos, ultimò tandem per quàm plures Scholaſticos; ac tandem ìcè corroborat ex innumeris pene miraculis, quæ in illius confirmatione ab Aſcenſione Domini uſque ad annum 1591. contigerunt.

(Coccius. Liturgiæ.)

148. Probatur hæc fides ſancta, ac Catholica ex verbis inſtitutionis, quæ clariſſima ſunt, & ſcribunt tres Evangeliſtæ Matth. Marc. Luc. & quartus Apoſtolus Paul 1. Cor. 11. n. 24. *Hoc eſt corpus meum*: Et *Hic eſt calix ſanguinis mei*, Nulla enim verba clariora, ac apertiora dici, & imagnari poſſunt ad demonſtrandum, panem & vinum, quem Chriſtus accepit in manibus eſſe corpus, & ſanguinem ſuum, quam verba hæc conſecrationis Unde rectè ait D. Cyrill. Jeroſol. Catech. 4. *Cum ipſe de pane pronunciaverit, ac dixerit, hoc eſt corpus meum, quis audebit deinceps ambigere; & cum idem ipſe tam aſſeveranter dixerit: Hic eſt ſanguis meus; quis unqua dubitaverit, ut dicat nō eſſe ejus ſāguinē?*

(D. Marc. D. Lucas. D. Paul. — D. Cyril. Ieroſol.)

149. Dubitant qui non ſunt, & qui non habent intellectum, ſed quæ jam ſunt peſtifera animantia, ut Calvinus, & alij hujus farinæ; & impudenter dicunt illa conſecrationis verba eſſe intelligenda per tropum, figuram ſeu imaginem, ac ſi quædam Chriſti imago ibi ponatur, contra, ſi hæc ita ſunt tota veritas Sacræ Scripturæ perit, & corruit; parique modo dicitur per tropum, figuram, ac imaginem mundum fuiſſe creatum à Deo; Noë fabricaſſe arcam, Abraham ſacrificaſſe filium: Verbum carnem eſſe factum; Chriſtum paſſum, mortuum & crucifixum, & ita tota Scriptura totumque Evāgelium corruit, & nihil firmum eſt in eo Nam ſicut hæc verba: *In principio creavit Deus cœlum, & terram* Oſtendunt non per figuram, ac imaginem, ſed verè, ac realiter mundum eſſe creatum à Deo. Ita etiam hæc verba, *Hoc eſt corpus meum*, oſtendūt non per figuram, ac imaginem, ſed verè ac realiter corpus Chriſti eſſe ſub ſpeciebus panis. Nam ſicut illa verba de creatione propriè, & genuinè oſtendunt ſuum ſignificatum verum, & reale; ita etiam conſecrationis verba propriè, & genuinè indicant ſuum ſignificatum verum, & reale, veram & realem præſentiam corporis, & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus; ergo conſecrationis verba in proprio, & genuino ſenſu ſunt intelligenda, Iuxta regulam D. Auguſtini ab omnibus acceptā lib. 3. de doctrina Chriſtiana c. 7 *Semper Scriptura Sacra in proprio verborum*

(*Figmenta hæreticorum refutantur.*)

ſenſu eſt intelligenda, niſi evidens neceſſitas urgeat, aut Eccleſiæ authoritas. In præſenti tantum abeſt, quod neceſſitas, & autoritas Eccleſiæ cogat nos à proprio verborum ſenſu recedere, quod ipſa neceſſitas verborum conſecrationis, ipſaq; auctoritas Eccleſiæ firmo, ac unanimi conſenſu à tempore Chriſti uſque in præſentiarum tot Conciliis, Patribus, ac miraculis confirmata cogit, ut fateamur veram, & realem præſentiam corporis, & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus Sacramentalibus.

150. Probatur Secundò. Verba dubia nullo modo ſunt interponenda in condendis teſtamentis, ſed illa ex quibus clarè patet voluntas teſtatoris, ita videmus Exod. 24. Ubi teſtamentum vetus fuit inſtitutū, & omnia propriiſſimis, & apertiſſimis verbis explicantur. Quod aliis exemplis Sacræ Scripturæ confirmat Bellarm. citat l. 1. c. 9. cùm ergo in noſtris verbis conſecrationis ſimul inſtituatur à Deo novum teſtamentum, ut patet ex Matth. 26. n. 18. *Hic eſt Calix ſanguinis mei novi teſtamenti,* Luc. 22. n. 20. *Hic eſt calix novum teſtamentum in meo ſanguine.* Quæ etiam verba habet Paul. 1. Cor. 11. n. 25. Ergo non figuratis, & ambiguis verbis, ſed propriis in ſua germana ſignificatione fuit inſtituendū. Et ideo etiam leges humanæ jubent, verba in teſtamento eſſe intelligenda in proprio ſenſu, niſi aliud expreſſè ex mente teſtatoris colligatur. L. *non aliter* 67. ff. de legatis 3. Et hoc argumentandi modo uſus eſt Paul. ad Galat. 3. n. 17. *Hoc autē dico teſtamentū cōfirmatum à Deo.* Ubi ex eo quod teſtamentum hominis ita ſit ratum, ut nemo audeat aliquid addere, vel mutare, colligit verba divinarum promiſſionum quæ dicta fuerunt Abrahæ, intelligenda eſſe in proprio ſenſu, in quo proferuntur.

Exod. 24. *In teſtamento non ponuntur verba dubia, ſed clara.* Bellarm. Matth. 62. *L. non aliter.*

151. Probatur tertiò explicatione, ac intelligentiâ ſingulorum verborum. Pronomen *hoc*, ait, *hic*, eſt demonſtrativum, ac proinde demonſtrat illud, quod Chriſtus habebat in manibus in termino prolationis verborum eſſe verum corpus, & ſanguinem ejus, ac proinde pronomen *hoc*, demonſtrat contentum ſub his ſpeciebus: hoc modo. Hoc quod ſub his accidentibus continetur, eſt corpus Chriſti. Eſt multorum cum D. Thom. 3. art. quæſt. 78. art. 5. Alij etiam hoc modo explicant, ut pronomen *hoc*, demonſtret ipſum corpus Chriſti, in quod panis convertitur in fine propoſitionis, hoc pacto comedite, hoc eſt corpus meum. Ita Maldonat. Barrad. tom. 4. lib. 3. cap. 4.

Ex verbis probatur veritas. D. Thom. Maldonat. Bernard.

152. Particula, *eſt*, ponitur tanquam copula prædicati, ac ſubjecti, ac proinde indicat contentum ſub ſpeciebus eſſe corpus Chriſti. *Corpus meum.* D. Luc. *quod pro vobis tradetur* D. Paul. citat. loco. Ex quo apertè demonſtratur verum, & proprium, ac reale corpus Chriſti, ſub ſpeciebus; corpus enim Chriſti, quod traditum eſt Judæis, fuit verum, ac reale corpus Chriſti, ergo cùm idem corpus quod traditum eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus ſit, verum & reale corpus eſt; quod etiam argumentum ſit de ſanguine. *Qui pro vobis effundetur.* In paſſione non imago, ſeu figura ſanguinis, ſed verus, & realis ſanguis Chriſti eſt effuſus, ergo non imago ſanguinis, ſed verus & realis ſanguis eſt in Sacramento; ergo ex ipſis verbis conſecrationis apertè cōprobatur veritas Catholica, realiſque præſentia corporis, ac ſanguinis Chriſti in Sacramento altaris contra Hæreticorum depravationes. Perbellè dixit Algerus lib. 2. de Sacramento, c. 4. *Dum Chriſtus dixit, hoc eſt corpus meū, hic eſt calix ſanguinis mei, proprio ore omnes hereticos interfecit.*

Veritas corporis, & ſanguinis Chriſti demonſtratur. Algerus.

Quæstio XXII.

Quare Sacer Evangeliſta ante inſtitutionem Sacræ Euchariſtiæ notat in Chriſto divinam omnipotentiam?

Prius quam Sacri Evangeliſtæ D. Matth. D. Marc. D. Luc. narrent inſtitutionem Divinæ Euchariſtiæ, ſcribit Joannes prius. *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus.* Joan. 13. n. 2. Lyran. ad hunc locum. *Ex quo,* ait, *patet in Chriſto plenitudo poteſtatis.* Antequam ad tantum Sacramentum efficiendum accederet Chriſtus notat Joannes ſe agnoviſſe eſſe omnipotentem, hoc enim opus ſummum eſt divinæ omnipotentiæ, & omnium ab ipſo factorum maximum. 153.

Ioan. 13. Lyran.

Cùm Abraham ſederet in Convalle Mambre, apparuit ei Dominus, eique promiſit Divini Verbi Incarnationem, Chriſti mortem, ac redemptionem generis humani, hæc enim omnia intelligunt Sancti Patres ſub illis verbis. *Benedicendæ ſunt in illo omnes nationes terræ.* Gen. 18. n. 18. Poſtea verò imperat Deus Patriarchæ, ut filium ſuum Unigenitum Iſaac immolet ei, & addit Deus. *Offeres eum in holocauſtum ſuper unum montium, quem monſtravero tibi.* Gen. 22. n. 2. Cur ad pertractandum admirabile myſterium Incarnationis, paſſioniſque Chriſti, ac noſtræ redemptionis, convallis eligitur, ad mortem verò Iſaac non deſignatur? Supremo conſilio omnia fiunt à divina providentia. In ſacrificio Iſaac præfigurabatur Chriſtus Sacramento altaris, ut canit Eccleſia. *In figuris præſignatur, cum Iſaac immolatur.* Ibique Abraham, *levavit oculos, viditque poſt tergum arietem inter vepres, cornibus hærentem.* Gen. 22. n. 13. *Inter vepres.* Legit Aquila apud D. Hier. *Inter condenſa, & complexa virgulta* Divinarum ſpecierum. Alia admiranda myſteria Incarnationis, ac mortis Chriſti aperiuntur in convalle, at altiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in monte: etiam ut ait Iſai. 25. n. 6. *Et faciet Dominus in monte hoc convivium pinguium.* Ut ex loci altitudine detur intelligi, quod inter omnia divina myſteria tam altum, ac præexcelſum eſt Euchariſticum Sacramentum, ut reſpectu illius alia divinæ omnipotentiæ opera videantur veluti inferiora, ac depreſſi convalles. Abbas Cellenſis l. 1. de Panibus expendens illud Iſai. Et faciet Dominus in monte hoc convivium. *In monte hoc,* ait, *nec enim tanto convivio alius debebatur locus.* Expende *nec alius debebatur locus.* 154.

Gen. 18. Geneſ. 22. *Euchariſtia myſterium altiſſimum ſuper omnia opera Divina omnipotentiæ.* Iſai. 25. Cellenſis.

Apparet Deus Ezech. c. 1. mirabili in curru, qui ferebatur à quatuor animalibus, de quibus dicitur, *& manus hominis ſub pennis eorum.* Ibid. n. 8. Hoc eſt, ut explicat ibi Theod. *Manus erant ſub alis abſconditæ.* Hæc quatuor animalia erant Angeli primates, ut communis eſt vox Interpretum, quorum manus tot mirabilia divinæ omnipotentiæ ſunt operatæ plagas induxerunt in Ægyptum. Iſraël in deſerto in columna nubis viam oſtendebant. Tobiæ oculos reſtituerunt 12. n. 15. pueros in camino ignis ab incendio liberarunt. Dan. 3. n. 49. Ipſi in capillo capitis aſportarunt Prophetam cum prandio ad Danielem in lacum Leonum c. 14. n. 35. Ipſique miſerunt ſpiritum in 155.

Ezech. 1. Theodor. Tob. 12. Daniel. 3.

ipſa

Ezech. 37. Act. 5. Ezech. 1.

oſſa arida; ut viverent. Ezech. 37. n. 6 Petrumque è carcere liberarunt. Actor. 5. n. 19. Cur ergo manus tā orū mirabilium operatrices abſcondebantur. Apparebat Deus in curru umbra quadam divinæ Euchariſtiæ, ut jam ſuprà notavi, ait enim Propheta. *Et nubes magna, & ignis involvēs, & ſplendor in circuitu ejus*, c. 1. n. 4. Nubes magna in circuitu, ſcilicet ſacrarum ſpecierū, quæ Deū tegebant. Ad umbram ergo Sacræ Euchariſtiæ Angeli manus ſuas tantorum mirabilium effectrices occultant. Ad præſentiam tam altiſſimi Sacramenti univerſa alia opera divinæ omnipotentiæ, quæ facta ſunt in Ægypto, in deſerto cum populo Iſraëlitico, in reſtituendis oculis cæcorum, in reſurrectione mortuorum, in univerſiſque elementis omnia diſparent, & in comparatione illius ſeſe abdunt, & occultant

Ad præſentiam Euchariſtiæ alia opera diſparent.

156. Cùm Abraham glorioſo triumpho potitus eſſet devictis quinque regibus, exivit ei obviam *Melchiſedech rex Salem, proferens panem, & vinum.* Gen. 14. num. 18. qui panem, & vinum obtulit in typum Sacræ Euchariſtiæ, ut eſt conſtans Patrum ſententia, de ipſo verò Melchiſedech ait Paulus Hebr. 7. n. 3. *Sine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque initium dierum, neque finem habens, aſſimilatus autem filio Dei.* Videt Joannes in ſua Apocal. 1. n. 13. Chriſtum D. *in medio candelabrorum aureorum ſimilem filio hominis.* Maximè ponderandum illud verbum, *ſimilem filio hominis.* Qui juxta varias ſententias vel referuntur ad myſterium Incarnationis, vel noſtræ redemptionis. Quando ergo Chriſtus D. repræſentatur in ſacratiſſimo Incarnationis, vel mortis ſuæ arcano, proponitur, ut ſimilis filio hominis. Melchiſedech verò offerens panem, & vinum dicitur de eo, *aſſimilatus autem filio Dei.* Alia myſteria quanvis in magna ſublimitate exiſtant, denotantur cum quadam ſimilitudine filij, at Euchariſticum opus in tanta eminentia, ac faſtigio conſiſtit, ut exprimatur, ac ſignificetur cum quadam figura, & ſimilitudine filij Dei. D. Ambroſ. lib. de iis, qui myſteriis initiantur cap. 8. *Abraham, ait, protulit panem, ſed Melchiſedech, qui inducitur ſine patre, & ſine matre, neque initium dierum, neque finem habens: ſimilis autem filio Dei; non igitur homini, ſed divini eſt muneris* Sacramentum, *quod accipis*

Geneſ. 14. Hebr. Apoc. 1.

Suprema, & alta eminentia Euchariſtici Sacramenti.

D. Ambr.

157. Ait D. Luc. 14. n. 16. *Homo quidam fecit cœnam magnam* At D. Matth. 22. n. 4. ait quod Rex in nuptiis filij ſui. *Ecce prandium meum paravi.* In quæſtionem voco cur cœna dicitur magna, non verò prandium, juxta multos Patres, quos retuli tom. 4. c. 24. q. 3. Cœna ſignificat menſam Euchariſticam, datur enim in obſcuritate ſenſuum accenſa lucerna fidei. Prandium verò ſignificat cœleſtem beatitudinem, in qua omnia ſunt in lumine, ac luce clara. Hinc cœna dicitur magna, non verò prandium, quia majorem magnitudinem, ac celſitudinem oſtendit Deus in menſa Sacramentali, quàm in omni pompoſa triumphali majeſtate cœleſtis beatitudinis. Vide Tom. 3. c. 5. q. 10. n. 75. 76. & q. 46. n. 300. 301. 302 & 303.

Luc. 14. Matth. 22.

In menſa Euchariſtica majorem magnitudinem oſtendit Chriſtus, quàm in beatitudine.

QUÆSTIO XXIII.

Quare Chriſtus D. ſub ſpeciebus Sacramentalibus voluit potiùs tectus manere, quàm modo aliquo viſibili manifeſtus.

RATIO communis Sanctorum patrum eſt, quia Chriſtus D. inſtituit hoc Sacramentum 158.
in ratione convivij, ut homines ejus corpus manducarent, & ſanguinem biberent; ſi autem ipſe eſſet manifeſtus apparens cum gloria ſua, nullus auderet ipſum recipere, ac ſumere, imo nec eum tangere, nec ad eum accedere. *Cùm enim*, ut ait D. Auguſt. tract. 26. in Joan. *Cibo, & potu id appetant homines, ut non eſuriant, neque ſitiant*, ideo ſub his ſpeciebus occultatus voluit manere. Secundò, *ut fides locum habeat.* Ut dum fide credimus contra id quod ſenſus experiuntur, & judicant de accidentibus ſibi notis, fidei meritum creſcat, ad magnam gloriam, & beatitudinem noſtram.

Auguſt. Ut fides exerceatur.

Tertiò. Algerus l. 3. de Sacramento c. 3. *Si autem, ait, ſua potentia claritati corporis ſui viſum no-* 159.
ſtrum contemperaret, non ſuo loco, aut tempore in contemplatione ſuæ gloriæ venerationem ſibi nobis præordinās, meritum conferret: quia amplius laborare non libet: Sicut & Petrus in Transfiguratione dixit: *bonum eſt nos hic eſſe. Quod, ut ait* Leo, *non erat improbum, ſed inordinatū.* Si glorioſi corporis latentis ſub ſpeciebus ſplendor effulgeret, inde efficeretur, ut alterius gloriæ requirendæ nullo deſiderio afficeremur. Petrus ubi Jeſum transfigurationis gloria reſplendentem videt in Thabor, nihil aliud optavit, nec requiſivit, niſi ſolum ibi manere, *bonum eſt nos hic eſſe.* Si ergo univerſi mortales in Euchariſtia Chriſti corporis gloriā videremus, hoc contenti nihil aliud requireremus, ac proinde vacui ab omni labore, ac opere eſſemus.

Algerus. Requies fugienda: operi, ac labori incumbendum.

Quartò Stephanus Epiſcopus Eduenſ. l. de Sacra- 160.
men. Altaris c. 9. *Deus miſericors*, ait, *iterata immolatione voluit ſe nobis exhibere præſentem, non tamen viſibilem, quatenus eo præſente vero, & ſummo Sacerdote, ſine ullo horrore corda fidelium magis conterantur, & fidei devotio augeatur. Sic enim recolimus ejus paſſionem.* Maximè in votis erat Chriſto D. ut ejus mors, & paſſio ſemper eſſet fixa in omnium mente, & oculis. Inde abſconditur Jesus glorioſus ſub ſpecie panis, ne recedat paſſionis memoria, quàm maximè in omnium oculis eſſe poſitam affectabat; abſconditur ergo gloria Domini ſub Sacramentalibus ſpeciebus, ne paſſioni negetur, quod cogitetur, ac videatur, præcipuè cum ipſum Sacramentum eſſet inſtitutum in memoriam paſſionis

Stephan. Chriſti paſſio obſervanda ante oculos.

Quintò. Deum abſconditum ſub ſpecierum velamento admirans clamat Iſaias. *Vere tu es Deus* 161.
abſconditus, Deus Iſraël Salvator 45. n. 15. Cur tamen Deus ſuam pulcherrimam faciem omnium votis non oſtendit. Sic ibi reſpondet Oleaſter, *ſi quæritis*, ait, *quare Dominus faciem ſuā à nobis abſcondit, reſpondebo*: ne nos impudica peccantes videret, ac cogatur nos in pulverem redigere, cùm iſta viderit. Agnoſce homo divinam pietatem, dum dignatur inter nos velato vultu adeſſe: mortales paſſim prolabuntur in graviſſima peccata, nec Dei reverentur obtutus, ſi Deus nobiſcum detecta facie inhabitaret, quæ perpetramus, aperto vultu intueretur, in momento, in ira indignationis ſuæ

Iſai. 45. Oleaſter.

Tegitur Chriſtus ut in furore ſuo puniat delinquentes.

diſperderet nos ;tegit oculos ,velat faciem ſuam. Nam ſacrum altare potius pietatis,ac clementiæ, quàm rigoris, ac juſtitiæ tribunal videtur, inde Dominus ſtatuit nobiſcum abſconditus cõmorari, ut indignationis tela ſuſpendat,& fluenta ſuorum donorum effundat.

162. Oleaſter. Sextò. Idem Oleaſter,ad c.25 .Exod.n.19.*Cherubin utrumque latus propitiatorii tegant, ſic*, ait: *ſummus benefactor eſt, & nihilominus tectus, ut te doceat benefacere,& nolle videri.*Summus omnium benefactor Chriſtus pro nobis propitiator, nos Deo reconcilians, cœleſtiumque bonorum comparticeps reddens, cur dum revelari deberet,abſconditur? ut hoc magnum tibi ſit documentum, quod dum Deum benefactorem tuum abſconditum audis, diſcas ex hoc à nemine videri, dum alteri benefacis; ad hoc enim Chriſtus tectus, & velatus cœli munera impertiens in Sacramento altaris nos promovet.D.Thom.Opuſ.58.c. 8. *Ratio,ait,quare corpus ſuum dat velatum, eſt inſtructio morum: diſcat enim homo abſcondere virtutem, & bonorum operum intentionem ab humano favore.*

Largitio beneficiorum abſcondenda.

D. Thom.

163. Septimò. Adeſt Chriſtus D. in Sacramento altaris, ut multis donis, ac bonis hominem adimpleat, cur non clarè, & patenter,ut tantorum donorum auctor manifeſtè agnoſcatur, ad quid occultus,&abſconditus?Ut vividiori amoris flamma hominũ corda accenderet ac inflãmaret; ad hunc ignem in animo excitandum efficacior quædam vis videtur in Deo ut abſcondito, quam prout manifeſto.In ſacratiſſimo Reſurrectionis die euntibus duobus diſcipulis in Emaus, apparuit illis Jesus in via obvelatus peregrini formâ, talem eũ exiſtimarunt.Unde illi dixerunt. *Tu ſolus peregrinus es*?Converſationis diſcurſu,dum iter peragerent, aperuit,ac explicavit illis Dominus ſcripturas ut nempe neceſſarium erat,quod Chriſtus paſſus,ac mortuus eſſet.Tandem poſt Solis occaſum, cum in Caſtello omnes accumberent,ac cœnarent *Accepit Jeſus panem, & benedixit,ac fregit & porrigebat illis, & aperti ſunt oculi eorum,& cognoverunt eum.*Luc 24.n.30 Ipſe autem Jesus evanuit ex oculis eorum. Statim ipſi diſcipuli ſubjiciunt, & loquuntur inter ſe ad invicem. *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis,dum loqueretur in via.*Ibid n.32 Duo hîc intervenerunt, quæ maximè conſideranda ſunt.Unum QuodChriſtus cum eis locutus eſt in via; alterum actiones, quas edidit in Caſtello. *Accepit panem, benedixit, fregit, ac porrigebat illis.*Tandem eorum corda ſolum ardentia dicuntur. *Dum loqueretur in via.*Cur etiam illorum corda tam admirabilibus actionibus,*accepit, benedixit ,fregit ac porrigebat illis*, non ſunt inflãmata.Sed tantum dum verba in via cum illis haberet;quando Dominus loquebatur in via occultatus ibat,ſub peregrina forma. *Tu ſolus peregrinus.* At verò in illis actionibus,accepit panem, benedixit,fregit, *aperti ſunt oculi eorum,& cognoverunt eum.* Cum Deus ſe abdit, & occultat,tunc magis videtur intima noſtra flammis replere, igneſque jaculari quàm ſi patens, ac manifeſtus ſeſe declaret, ac oſtentet. Drogo Hoſt.l. de Sacr. Paſſionis. *Dum loquereris in via,ait,duobus diſcipulis,& nubes peregrina faciem tuam tegeret, nonne,inquiunt,cor noſtrum ardens erat,dum loqueretur nobis in via? ardebat nimirum intus columna ignis, quia foris columna nubis loquebatur ad eos.* Expende *intus columna ignis, quia foris columna nubis.* Dicebat Iſai 4.n.4. *Si abluerit Dominus ſordes filiarum Sion in Spiritu judicii,& Spiritu ardoris.*Ecce emittitur

Luc. 24.

Deus occultus magis inflammare ſolet, quàm manifeſtus.

Drogo.

Iſai. 4.

SpiritusDomini,ut abluat,& purificet hominum corda, qualiter hic Spiritus ardoris emittitur. *Deus occultatus iaculatur ignes.* Ubi in noſtra vulgata eſt *in Spiritu ardoris.* Pint. Transfert HectorPintus, *In Spiritu paſcuæ.* Et quid habet paſtus cum ardore?Multum ſanè;cum ſub nubibus panis, ac vini ſeſe Deus abdit, ſub illiſque occultatur, vehementer ignes, ac ardores jaculatur in homines, quibus ab omni macula purificantur.

Quæstio XXIV.

Quid ſit quod Chriſtus mandat hoc Sacramentum fieri in ſui commemorationem?

Divus Matthæus, & Marcus hæc verba 164
prætermiſerunt, ea ſcribit D. Lucas dicta à Chriſto,cum corpus ſuum diſcipulis præberet.*Et dedit eis dicens: Hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur:hoc facite in meam commemorationem*:D.verò Paulus 1.Cor.11.n.25.bis dicta refert ſemel cum 1. Cor. 11.
corpus dedit diſcipulis, iterum cum ſanguinem dedit. *Dixit,accipite,& manducate:Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur,hoc facite in meam cõmemorationem.Similiter & calicem poſtquam cœnavit dicens,Hic calix novum teſtamentũ eſt in meo ſanguine; hoc facite quotieſcumque bibetis in meam commemorationem,Quotieſcumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis,mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.*

Hoc facite in meam commemorationem. Syriacus: 165. Syriac.
in mei memoriam. Theophylact.Vatabl. *In mei re-* Theoph.
cordationem. Eleganter D.Chryſoſt.homil.83.*Vi-* Chryſoſt.
des,ait, quomodo à Judæis abducit,& avocat moribus?Nam ſicut illud in rememorationem miraculorũ. quæ in Ægypto Patres veſtri viderunt, faciebatis. ſic & hoc facite in meam commemorationem. Et quemadmodum Moyſes, hoc æternum nobis memoriale dicebat: ſic & ipſe ait, in meam commemorationem. Hoc ergo facite, non determinat hac, vel illa vice,ſed abſolutè,ac proinde non ſemel & iterum, ſed quoties volueritis meminiſſe mei. Hiſque verbis apoſtolos, eorumque ſucceſſores ab ipſis ordinatos novi teſtamenti ſacerdotes Chriſtus creavit, ac conſtituit.*Ut ſemper Eccleſia. Catholica intellexit,& docuit*:Ut habet Conc.Trid. Trident.
ſeſſ. 22. cap.1.& Can.2.ſic definit.*Si quis dixerit illis verbis*, hoc facite in meam commemorationem,*Chriſtum non inſtituiſſe Apoſtolos ſacerdotes,ac ordinaſſe,ut ipſi aliique ſacerdotes offerrent corpus,& ſanguinem ſuum, anathema ſit.*Epiſcopos autem creavit Joan.20. *Ego mitto vos,ſicut miſit me vivens pater*, ut ibi dicam. Ioan. 20.

Qualis verò ſit hæc Chriſti commemoratio, 166.
ac memoria inSacramento explicat Divus Paulus, *Quid ſit fieri in memoriam.*
citatis verbis, *quotieſcumque enim manducabitis panem hunc,& calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat.*In ſacrificio Euchariſtiæ mors, & paſſio Domini, annuntiatur, ac repræ- Gaudent.
ſentatur, Divus Gaudentius ſerm.2. de manducatione Agni Paſchalis, de Euchariſtia loquens ait,*Vere iſtud eſt hæreditarium munus teſtamenti ejus novi, quod vobis ea nocte, qua tradebatur: tanquam pignus ſuæ præſentiæ dereliquit. Voluit enim animas pretioſo ſanguine ſuo ſanctificari per imaginem pro-* D. Thom.
priæ paſſionis. D. Thom 3.p. q.83.art. 1.*Celebratio,ait,hujus Sacramenti imago quædam eſt repræſentativa paſſionis Chriſti.* Sic & cæteri Patres docent,

&

& ut magis ad vinum mors,& p ſſio Domini repræſentaretur, hoc Sacramentum ab ipſo eſt inſtitutum cum vera, & propria ratione ſacrificij. D. Ambroſ.l.1.in Lucam, *cum ſacrificamus*,ait, *Chriſtus adeſt, Chriſtus immolatur*.D.Aug.in Pſal.33. Concio. 2. *Ipſe de corpore, & ſanguine ſuo ſacrificium inſtituit ſecundum ordinem Melchiſedech.* Sic cæteri Patres,ut latè referunt Bellarmin de Miſſa,Jodocus. Coc.tom.2 Theſaur.Catho.l.9.art.4. Vaſquez in 3.p.tom.diſp. 220 c. 83 Hoc tandem definitum eſt in Conc.Trid.ſeſſ.22.Can.1.*Si quis dixerit*,ait,*in Miſſa non offerri Deo verum, & proprium Sacrificium, anathema ſit.*

D. Amb.
Auguſt.
Bellarm.
Iodoc.
Cocc.
Vaſquez.
Trident.

167. Si verò quæras in quo conſiſtat ratio Euchariſtici Sacrificij?Ex ipſa eſſentia, ac ratione formali Sacrificij potiſſimum legis veteris petenda eſt, quorum eſſentia in tribus conſiſtebat. Primum ut victima immolaretur,ſeu cæderetur. Secundum, ut Deo offerretur,tertium,ut combuſt one abſumeretur; hæc omnia incruentè inveniuntur in noſtro ſacrificio.Primò Immolatio fit verbis conſecrationis:nam ex vi verborum corpus à ſanguine ſeparatur,& etiã ſanguis à corpore,licet per concomitantiam,ſanguis, & corpus, & divinitas ſimul adſit; hæc autem ſeparatio ſanguinis à corpore immolatio eſt; tunc enim Agnus, vel vitulus, cruentè immolabatur, cum cultro ſanguis illius à corpore ſejungebatur: cum ergo vi conſecrationis ſanguis à corpore ſeparetur, & corpus ſub panis ſpeciebus ponitur, & ſanguis ſub ſpecie vini, Chriſtus in altari incruentè immolatur per conſecrationem. Secundò. Quemadmodum in lege veteri corpus, & ſanguis animalium, quæ immolabatur, Deo offerebatur: ſic corpus, & ſanguis Chriſti incruenti immolati Deo offertur. Tertiò Quemadmodum animalia Deo oblata igne abſumebantur in altari holocauſtorum, ſic corpus, & ſanguis Chriſti ſub ſpeciebus panis, ac vini à Sacerdote conſumitur in altari, quia illæ ſpecies conſumuntur. Hæc tria in Cœna Chriſtus fecit,prolatis verbis conſecrationis ſeipſum incruentè immolavit,ut eſt dictum, Patri obtulit, & corpus,ac ſanguinem ſuũ ſumpſit, ut dicam q.ſeq. deditque diſcipulis ſuis: ſic rem explicant Henriq.lib.9.cap.9.n.10 Suar. diſ.72.ſec.2. Azor.p.1. lib. 10. cap.8. q. 4.Angelus, Sylveſter verbo Miſſa,num.2.M.Petrus Cornejo in 3 p.tract.4.q.76.art.7. dub. de hoc admirabili ſacrificio plura dixi Tom.3.c.35.q.31.32.

Vera ſacrificij ratio in hoc Sacramento.

Henriq.
Suarez.
Azor.
Angelus.
Sylveſter.
Cornejo.

QUÆSTIO XXV.

Quare Dominus mandat fieri Euchariſticum Sacramentum in memoriam ſuæ paſſionis?

168. MANDAT Chriſtus Dominus hoc divinum Sacramentum fieri in ſui memoriam, ſuæ nempe paſſionis, ut ſuperiori q. explicavi ex Apoſtolo Paulo: *Mortem Domini annuntiabitis donec veniat*. Et ideo hoc magnum Sacramentum ſub ratione Sacrificij inſtituit,ut modò eadem quæſt. dixi Cur in memoriam ſuæ paſſionis inſtituit, quæro modo?

169 Reſpondet Primò D. Gregor.Dialogor.lib. 4. *Hæc namque*,ait,*victima ab æterno interitu animas ſolvit, quæ illam nobis mortem unigeniti reparat,qui licet ſurgens à mortuis, jam non moritur: tamen in ſe ipſo immortaliter vivens,pro nobis iterum in hoc myſterio ſacræ oblationis immolatur. Ejus quippe ibi corpus ſumimus, ejus caro in ſalutem populi patitur, ejus ſanguis, non jam in manus infidelium, ſed in ora fidelium funditur. Hinc ergo penſemus, quid ſit pro nobis iſtud Sacrificium,quod per abſolutionem noſtrã unigeniti filij paſſionem ſemper imitatur.* O immenſa Chriſti charitas tranſibat ipſe ad Patrem, ut perenniter cum eo in immortalitate regnaret, in qua impoſſibile eſt pati,in ipſo ergo tranſitu inſtituit hoc admirabile Sacramentum. *In ſeipſo immortaliter vivens, pro nobis iterum in hoc myſterio Sacræ oblationis immolatur.* Incruentè, ut pro nobis hoſtia ſalutaris quotidie Patri offeratur, Summa Chriſti pietas non ſiſtit in modo impaſſibili,ſed ſic ordinat Sacramentum,ut iterum,atque iterum pro nobis immoletur, ſanguis ejus incruentè effundatur in omnium ſalutem, & vitam cum ipſe regnet immortaliter cum Patre.

Gregor.

Chriſtus & immortalis adhuc pro nobis hoſtia offertur.

Secundò, D.Cyprian.l.2.Epiſt.3.*Torcularis*,ait, 170.
quoque calcatio, & preſſio texatur,quia quomodo ad potandum vinum venire non poteſt,niſi botrus calcetur ante & prematur, ſic nec nos ſanguinem Chriſti poſſumus biber, niſi Chriſtus prius calcatus fuiſſet, & paſſus. Similia habet D. Eſichius in Levit c. 2. *Agnoſcite uberes fructus mortis, ac paſſionis Chriſti; niſi enim divinus botrus preſſus fuiſſet in crudeliſſimo torculari ſub crucis ligno dulciſſimum Euchariſticum vinum in nos non transfunderetur*, teneamus ego perpetuò in memoria, unde tantum. Sacramentum, vitæ ſpiritualis robur, ac nutrimentum, æternæque vitæ pignus manavit.

Cyprian.
D. Eſich.

Tertiò D. Valerius hom. 17. de bono Martyrij 171.
Diſcite ergo,ait,*ex hoc Deũ diligere, qui ſe quotidie cœleſti imperio, ſanguinis ſui effuſione commendat.* Maximè diligendus eſt Jeſus,qui quotidie ſanguinis ſui effuſione filios ac ſubditos ſuos nutrit, & alit;tantique ergo beneficij memoria in nobis ſemper ſit fixa,ut paſſionis memoria ad hunc fontem curramus, ut ex illo aquas æternæ vitæ potemus. Dicebat cœleſtis anima .*Introduxit me Rex in cellam vinariam.* Cant. 2. n. 4. Septuag.transferunt. *Introducite me in domum vini.*Non optat tantum, ut primum,ac excellens vinum ſibi apponatur,ſed etiam vult pergere, ac tendere ad officinas, ubi ipſum ultimum vinum conficitur.In cæteris convivis ſedentibus ad menſam expectant, invitati,ut optimum vinũ illis apponatur,at hæc præter omnium mortem amat ire ad officinas ubi conficitur ac aſſervatur Toto conatu affectabat ſponſa vinũ Euchariſticum, qui ſanguis Chriſti; ac proindè non ſolum hærebat in ipſa vini ſumptione tantùm,ſed etiam exoptat ire ad domum vini,ad mõtem Calvariæ,nempe ad torcular crucis. & paſſionis, ubi diviniſſimus botrus Jeſus pendebat de cruce,ubi tanquam in torcularibus calcabatur pro mundi redemptione, ut ita cum illo cœleſti vino ſimul hauriret aſpectum, ac memoriam crucis,& paſſionis, ac proinde dum affectat illud vinum ſumere, non ſedens expectat ad menſam,ſed mente ac cogitatione tranſit ad loca ubi tale vinũ exprimebatur, ac conficiebatur. D.Greg.Nyſſ.hom. 4. in Cant *Illud*,ait, *vult videre myſterium, quemadmodũ ſponſo calcanti torcular, rubræ fiant veſtes. De quo dicit Propheta: quamobrem rubra ſunt veſtimenta tua, & indumenta ſicut ejus qui calcat torcularia.Propter hoc,& quæ ſunt hujuſmodi, cupit ingredi domũ in qua eſt vini myſterium,& Sacramentũ.*

D. Valer.
Chriſtus ſanguinis effuſione, ſuum amorem commendat.
Cantic. 2.
Septuag.
Euchariſtia ſumenda cum paſſionis recordatione.
D. Nyſſen.

Ait Apoſtolus Hebr. 11. num. 4. *fide plurimam* 171.
Hebr. 11.

hoſtiam Abel, quam Cain obtulit Deo. Expende *plurimam*: id eſt ampliorem, præſtantiorem, ut vertunt Syrus, Chryſoſt. Theophyl. unde Abelis hoſtia tam præſtantior, ac excellentior fuit, cùm de rebus communibus extiterit: quæ ſorte æquali poterant eſſe valoris cum ſacrificio fratris. Unde ergo tanta excellentia? *Fidem plurimam* Sacrificium Abelis oblatis agnis in holocauſtum Euchariſtiæ ſacrificium adumbrabat, ab ipſo autam oblatum eſt, cum vera fide, ac cognitione paſſionis Chriſti, ex ipſa ergo fide ac memoria paſſionis hoſtia plurima, ac locuples facta eſt, Ruper. l.4. in Gen. c.2. *Fidem, inquit, plurimam, nam, cultu, vel religione parens uterque obtulit hoſtiam* Unde ergo fide multiplicata eſt hoſtia, ipſemet Ruper. explicat, *Abel ſacrificium obtulit in fide paſſionis ejuſdem unici & dilecti filij Dei, quem tali ſacrificio præſignari condecuit. Paulus namque Apoſtolus dicit: fide plurima hoſtiam Abel, quam Cain obtulit Deo.* Cùm ergo Abel in ſuo holocauſto recoleret memoriam paſſionis Chriſti, inde in ſuo ſacrificio Euchariſtiam adumbrante largitas gratiarum multiplicata eſt.

Syrus. Theoph. D. Chryſ. *Ex paſſionis memoria Euchariſtia magnos parit fructus.* Rupert.

173. In nuptiis Canæ acceſſit Virgo Mater ad Jeſum poſtulans, ut vini defectui ſubveniret, creans, ac immittens hydriis vinum aliud, cui Jeſus reſpondit, *Nondum venit hora mea.* Joan. 2.4. Alibi ſæpe multas poſtulationes accepit Jesus indigentum, potentium ſalutem, ac vitam, vel alia facinora Divinitatis. Ut patet in Chananæa deprecante filiæ ſalutem, in cæco à nativitate rogante pro oculorum viſu, in ſororibuſque Lazari diſcrimen fratris repræſentantibus. Et tamen eis non reſpondit Jesus, *nondum veni hora mea.* Cur ergo modò vinum daturus præmittit, *nondum venit hora mea:* horam ſcilicet ſuæ mortis, & paſſionis intelligens; ut explicant D. Auguſt. D. Athanas. D. Greg. D. Anton. Olyſip. Albert. Magn. D Thom. à me citati t.2. c.1. q.19. n.74. modò verò adumbrabatur vinum illud ſuperſubſtantiale germinans virgines vinum Euchariſticum: ad hoc ergo ut vivificum illud vinum cum multo fructu potaretur, interponit memoriam horæ ſuæ, mortis ac paſſionis, ut ex illius recordatione tanti myſterij effectus impingueſcat, ac multiplicetur. D. Auguſt. ſerm. 41. de Tempore. *Quod vinum eſt,* ait, *quod optimum judicatur, quod architriclinus queritur ſero prolatum, niſi ſanguis Dominicæ paſſionis? Hoc eſt, quod Miniſtri ſuſcipiunt, hoc eſt, quod creduli convivæ deſignant.*

Joan. 2.

Auguſt. Athanaſ. Gregor. Anton. Alb. Mag. *Euchariſtiæ fructus ex paſſionis memoria* Auguſt.

Quæstio XXVI.

An Chriſtus primus acceperit Sacram Euchariſtiam, & poſt ipſum Sacratiſſima Virgo Maria?

174. SOLVTIO eſt affirmativa. Dominus Jesus acceptum panem in manibus, fregit, & poſt conſecrationem, primus ipſe ſibi dedit partem unam, deinde ſuis Apoſtolis. D Hieron. Epiſt. 150. ad Hebidiam q. 2. *Ipſe Jeſus,* ait, *conviva & convivium, ipſe comedens, & qui comeditur.* Ipſe primus ſumpſit, tum ſacrificij abſolvendi cauſâ, ut dixi ſuprà q 24. in fine; tum ut diſcipulos invitaret, ne fortè abhorrerent audientes eſſe corpus ipſius. D. Chryſoſt. homil. 83. in Matth. *Chriſtus,* ait, *bibit ex calice, ne auditis illis verbis dicerent; quid ergo ſanguinem bibimus, & carnem comedimus? Et perturbarentur. Ne igitur hoc accideret, primus ipſe hoc fecit; ut tranquillo animo cõmunicationem myſteriorum induceret,* Eandem ſententiam docent Theophylactus, & Euthymius in Matth. Titus Boſtrenſis, in cap. 22. Luc.

Chriſtus primus ſuſcepit Euchariſtiam.

D. Chryſ.

Theoph. Euthym.

Eandem ſententiam tenent, ac docent Divus Thom. 3. part. q. 81. art. 1. Ibidem Cajetan. Suar.
175. Vaſq. Cabrera, Lorca, M. Petrus Corneio. Cardinalis Lugo, & alij. Nec obſtat, quod hoc Sacramentum in Chriſto non produxerit peculiarem gratiam: ratio enim eſt, quia Chriſti gratia augeri non poterat. Ex quo ait D. Thomas citato loco ad 3. *Quamvis autem Chriſto gratia non fuerit augmentata ex ſuſceptione hujus Sacramenti, habuit tamen quandã ſpiritualem delectationem in nova inſtitutione hujus Sacramenti. Unde ipſe dicebat: Deſiderio deſideravi Paſcha manducare vobiſcũ.* Luc 22.

D. Thom. Cajet. Suarius. Vaſq. Cabrera. Lorca.

Luc. 22.

176. Diſceſſurus Chriſtus ex hoc mundo ad Patrem, corpus, & ſanguinem ſuum ſub ſpeciebus Sacramentalibus ſumpſit, cum quo habuit quandam ſpiritualem dulcedinem, ac delectationem, ſuoſque exemplo nos admonet, ante noſtrum diſceſſum ex hoc mundo hoc divinum pabulum ſumere, illóque muniri, ut ejus dulcedinem guſtantes, minimè horrores, ac angores imminentis mortis timeamus. Decantat Regius Vates Pſal. 147. *Lauda Jeruſalem Dominum: Lauda Deum tuum Sion.* Et quænam tantæ decantationis, ac laudationis rationis? *Qui poſuit fines tuos pacem & adipe frumenti ſatiat te,* n. 13. Deus maximè laudandus, ac glorificandus, qui ſuis juſtis, ac electis dedit, ac conſtituit fines, ac exitus vitæ quietos, pacificos abſque ullo periculo, & illius timorê; *poſuit fines tuos pacem.* Et unde illis tanta pax, & quies in exitu vitæ, *adipe frumenti ſatiat te.* Ex quo Deus illis cœleſtem cibum conceſſit, jam in fine vitæ nullus conflictus, nulluſque mortis horror timendus eſt, omnia in pace, ac quiete fiunt prævia D. Paſchaſ. lib. de corpore, & ſanguine Domini, c. 9. *Ille transfigurans nos in corpore claritatis ſuæ, ut cũ ipſo, & in ipſo ſit nobis regnum pacis. Hinc Propheta canit. Lauda Jeruſalem Dominum, Lauda Deum tuũ Sion, qui poſuit fines tuos pacem, & adipe frumenti ſatiat te.* Expende, *in ipſo ſit nobis regnum pacis.*

Pſal. 147. *Sumpta Euchariſtia mors ſit quieta & pacifica.*

Paſchaſ.

177. De morte juſtorum decantat Regius Vates Pſal. 115. n. 9. *Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus.* Seu ut legunt D. Hieron. D. Auguſt. in ſpeculo. *Glorioſa* Tertull. lib. 2. contra Marcion cap. 16. *Honorabilis,* ſeu *honorata.* Alij ex Græco *Grata,* ſeu *chara.* Et unde hæc mors tantis eſt elogiis nobilitata, aut ſit in conſpectu Domini pretioſa honorata, grata, ac chara? ipſemet Propheta explicat: prædixerat enim, *Calicem ſalutaris accipiam.* Seu ut ex Hebræo legit D. Hieron. *Calicem Jeſu recipiam;* ſeu alij ex Græco. *Calicem Salvatoris accipiam.* Ex eo quod ipſe Pſalmographus juſtorum nomine accepit Euchariſticum Jesu calicem: ut communiter interpretatur, inde ſubſecutum eſt, ut ipſorum juſtorum mors hoc divino calice eſſet in Domini oculis pretioſa, glorioſa, honorata grata, & chara D. Cyp Epiſt. 77. *Quis,* ait, *non libenter, & prompte calicẽ ſalutis accipiat?* Nullus. *Quis in quo aliquid poſſit, & ipſe Domino retribuere, non retribuat.* Nullus *Quis igitur non pretioſam in conſpectu Domini mortem fortiter, & conſtanter excipiat;* Mors, quæ cum hoc calice tam pretioſa eſt in conſpectu Domini, nullus debet formidare ſed generosè excipere.

Pſal. 115. D. Hier. Tertull. D. Aug. Græcus.

D. Hier. *Munitis Euchariſtico calice mors eſt pretioſa.*

Cypr.

De

De B. Virgine Maria.

178. AD calcem hujus q. Quæro an poſt Chriſtum ipſa ſumpſerit Sacram Euchariſtiam, nam in ultima cœna ſub eodem tecto erat cum Chriſto, ut docet Archiepiſcop. Paleot. lib de Paſſione, chorda 7. c. 11. Quod ſic probatur hac ratione, lex præcipiebat, *ut tollat unuſquiſque agnum per familias, & domus ſuas.* Exod. 12. n. 3. At ad Chriſti familiam non ſolum ſpectabant Apoſtoli, ſed etiam ſacratiſſima Virgo, ut mater familiæ: ergo in eſu Agni interfuit ſacratiſſima Virgo; ergo cum præſens adeſſet, poſtquam Chriſtus Sacrã Euchariſtiam ſumpſit, eam illi dedit. Ut jam dixi tom. 3. c. 35. q. 19. n. 134. citans Chriſtophorum à Caſtro, Barradas, Paulum Sherlogum. Ubi etiam probavi, quod principaliter Sacra Euchariſtia pro ſola Virgine Maria principaliùs fuit inſtituta, quàm ſimul collectivè pro omnibus aliis. Dices contra noſtram reſolutionem, Sacri Evangeliſtæ Matth. Marc. Lucas, ſolum de Apoſtolis faciunt mentionem; ergo ſolùm hi interfuerunt. Reſpondetur, quod Evangeliſtæ tantum Apoſtolos expreſſerunt, ut oſtenderent omnes à Chriſto inſtitutos fuiſſe Sacerdotes, cum eis dixit *hoc facite in meam commemorationem*: Quod non habet locum in Sacratiſſima Virgine.

Paleot. Exod. 12.

Sacra Virgo in cœnaculo Sacram Euchariſtiam ſumpſit.

Præoccupatur objectio.

QUÆSTIO XXVII.

Quare Apoſtoli accipientes à Chriſto Sacramentum corporis, ac ſanguinis ejus, non ſunt turbati?

179. AD tam admirabilem Chriſti vocem, ad tamque inſolitam actionem, & mirum, ac novum Sacramentum, diſcipuli non turbati, ſed prompto animo, multa fide, ac reverentia divinum Sacramentum ſuſceperunt. Primò Petrus, deindè cæteri Apoſtoli, & hoc ex duplici cauſa. Prima, quia jam anteà fuerant inſtructi ac edocti à Chriſto. Joan. 6 ut docet Chryſoſt. homil. 85. in Mat. Unde poſt admirabilem Euchariſtiæ Sermonem, Petrus in perſona omnium Apoſtolorũ dixit ad Chriſtum, *Nos credimus, & cognovimus, quia tu es Chriſtus filius Dei.* Joan. 6. n. 70. Secunda cauſa extitit, quia idemmet Chriſtus, qui myſteria tradebat, diſcipulorum mentem illuſtrabat fide, ut firmiter crederent; nam multa alia myſteria valde magna, & mira ſine turbatione ab ipſo audierant, & crediderant, deindè ipſum Sacramentum, quod Dominus tradebat, eorum mentem illuminabat, ad hoc enim habet magnam vim, & efficaciam.

Joan. 6. *Non turbantur diſcipuli illuminati à fide, & à tanto Sacramento.*

180. Suſcitata filia principis Synagogæ, *Jeſus juſſit illi dari manducare.* Luc. 8. n. 55. Multum myſterij eſt, quod huic puellæ in vitam revocatæ cibos Dominus mandat apponi, quod factũ cum aliis non legimus, nec cum Lazaro ſuſcitato, nec cum filio viduæ Naim; cur ergo cum hac tantum puella à mortuis excitata Lazarus frater extabat Mariæ, & Marthæ, à quibus erat edoctus in fide; filius viduæ etiã à vocibus populorum clamantiũ, *Quia Propheta magnus ſurrexit in nobis, & quia Deus viſitavit plebem ſuam.* Luc. 7. n. 16 Inſtructus eſt: at verò cum hanc puellam ob ſui innocentiam magis Dominus vellet illuminare, juſſit illi dari cibum in typum corporis ſui Euchariſtici; virtute enim illius epuli cœleſtis, altius, ac ſublimius ipſa eſt illuminata, ut divinitatis virtutem agnoſceret. D. Chryſoſt. homil. 33. in Matt. *Puellam*, ait, *cum à mortuis excitaſſet per cibum, quem ei afferri juſſit, à quo eſſet ſuſcitata, inſtruxit.*

Luc. 8. Luc. 7. *Euchariſtia generat divinitatis cognitionem.* D. Chryſ.

181. De ſtabulo Bethlemitico, in quo Salvator natus eſt, loquens D. Greg. Thaumaturgus ſer. 1. de Annuntiatione ad finem, ait: *Thronus revera & hic erat Cherubicus, thronus regalis, Sanctus Sanctorum.* Quænam loci illius cum Cherub. ſimilitudo? Quid potius magis diverſum? Nam Cherubim plenitudo ſcientiæ, & intellectus interpretatur; nihil ſtolidius antro illo, in quo recipiebantur animantium rudiſſimi, bos nempe & aſinus, quid his duobus ſtupidius? Unde in opprobrium ſummæ cæcitatis Judæorum ait Iſaias c. 1. n. 3. *Cognovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui: Iſraël autem me non cognovit.* Quare ergo *Thronus Cherubicus*, habitatio craſſæ præceptionis animantium? Verum eſt quod anteà ſpelunca erat brutorum animantium; at ubi in Bethlehem, quæ eſt domus panis, in ea apparuit verus panis cœleſtis factus homo, jam non eſt ſtabulum rudiſſimorum animantium, ſed *Tronus Cherubicus* Spiritum nempe, qui in plenitudine ſcientiæ, ac intellectus altiſſima myſteria cognoſcunt, ac penetrant: talem enim notitiam generat, ac producit hic divinus paſtus.

Thomas. *Ex pane cœleſti communicatur plenitudo ſcientiæ.* Iſai. 1.

182. Ad murmur populi ſedandum in Dei perſona ait Moyſes ad illum. *Mane ſaturabimini panibus, ſcietiſq; quod ego ſum Dominus Deus veſter.* Exod. 16. n. 12. Mane cœeſti pane deſcendente, tunc ipſi cognoſcent, tunc ille cognoſcetur, quod ipſe eſt Dominus Deus, nonne ad hanc notitiam eos ducebant tot, ac tanta miracula facta in Ægypto, aqua converſa in ſanguinem, aër in tenebras, pulvis in ſciniphes, & alia multa, mare diviſum iter præbens populo; nonne ad hoc ſufficiebant divinæ fidei myſteria revelata, quæ per manus Patriarcharũ Abraham, Iſaac, & Jacob, ad eos fuerant tranſmiſſa. Nonne ad hoc abundantiſſima extabat prædicatio, ac teſtificatio Prophetarum, Moſis, & Aaronis? Cur ergo modò exhibito cœleſti pane dicitur, *Scietis quod ego ſum Dominus Deus veſter.* In cœleſti pane exhibito adumbratur corpus Chriſti, & una illius figura, majorem, & uberiorem notitiam divinitas communicabat, quàm univerſa alia miracula, ac portenta, teſtimonia ne revelata, ac vox, & prædicatio Prophetarum. Siracides Eccleſ. 15. n. 3. ait. *Cibavit illum pane vitæ, & intellectus.* Græcus, *intelligentiæ.* Quæ verba magna pars Interpretum Palatij, Cornelij & aliorum ad Euchariſtiam referunt, eſt enim panis vitæ *qui manducat hunc panem, vivet in æternum*, eſtque panis intellectus, ſeu intelligentiæ, quo homo alta, & abdita myſteria penetrat, & ſapit.

Exod. 16. *Cibus Euchariſticus magis illuminat, quàm miracula ac prophetarum vox.* Eccleſ. 15. Græcus. Palatius. Cornel.

183. Cùm proficiſcerentur filij Iſraël in terram promiſſionis: *Dominus præcedebat eos ad oſtendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis.* Exod. 13. n. 21. Per hanc columnam aliqui, cum quibus eſt Cardinalis Viguer. chord 7. de paſſione Dominic. 30. interpretantur corpus Chriſti Euchariſticũ Ex eo quod columna oſtendebat viam ad terram promiſſionis, altiùs tamen rem diſcutio: colũna erat nubes per diem, & ignis per noctem, quomodo confertur cum Chriſti corpore Euchariſtico? Quid habet nubes per diem, & ignis per noctem cum tanto Sacramento, *Columna nubis per diem.* Ad diem nempe ad cognitionem claram, ac intuitivam ſenſuum, eſt in columna nubis accidentium Sacramentalium,

Exod. 13. Viguerius. *Euchariſtia nubes ſenſibus, ignis intellectui.*

ut minimè caro, & ſanguis Chriſti videatur; at verò per noctem in caliginoſa noſtri intellectus cognitione columna ignis ad eum fidei lumine, ac ardore illuſtrandum, ac inflammandum. Drogo. Drogo Hoſtenſis lib. de Paſſione Dominica. *Sub nube tua, ait, nutris, & perficis, & ducis velut ovẽ Ioſeph. Hæc eſt columna nubis, quæ per diem præcedebat Iſraël. Columna verò ignis per noctem. Quia & caro tua æſtum temperat, & lux tenebras noſtræ mentis illuſtrat.* Vide To. 3. c. 35. q. 17. n. 121. 122. & q. 21. n. 149. 150. 151. & ſuprà in hoc libro cap. 6. n. 123.

Matth. 26. n. 27. Et accipiens calicem gratias egit; & dedit illis, dicens: bibite ex hoc omnes.

VERSIONES.

Vatablus Pagnin. Et accepto poculo, actiſque gratiis.

Euthym. Et ſumpto poculo cum gratias egiſſet.

Syriacus. Accipite, & bibite ex eo vos omnes.

D. Hilar. Arela. hom. 5. Recipite, & bibite.

ALTER TEXTUS

Marc. 14. n. 23. Et accepto calice, gratias agens dedit eis: Et biberunt ex illo omnes.

Luc. 22. n. 20. Similiter & calicem poſtquàm cœnavit dicens.

EXPOSITIO IV.

184. E*T accipiens calicem*, immediate poſt conſecrationem panis, ut narrat D. Matthæus, & D. Lucas. Et jam dixi ſuprà q. 8. n. 64. Hic calix plenus erat vino miſto aqua, ut docent Antiqui Patres. D. Jacobus in ſua Liturgia. D. Clemens l. 8. Conſt. c. 13. aliàs 17. D. Irenæus lib. 4. c. 57. D. Cyprian. Epiſt. 64. ad Cœlium. Et alij multi Patres. Concilium Africanum c. 4. & Concil. Carthag. III c. 24. præcipiunt *Vt in conſecratione corporis, & ſanguinis Domini nihil amplius afferatur, quã quod ipſe Dominus tradit, hoc eſt panis, & vinum aqua miſtum.* Et hanc ſententiam ſequuntur communiter omnes Scholaſtici, ut teſtatur Suar. tom. 3. ad 3. p. diſp. 45. ſect. 2. §. *verior tamen.* Et ratio reddi poteſt. quia decebat Chriſtum uti potu temperatiſſimo, atque adeo vino miſto. Et ut notat Carthuſ. in c. 26. Matth. in terra Sancta ſunt fortiora vina, quæ ſolent lymphari præſertim à ſobriis viris.

D. Iacob. D. Clem. D. Cyprian. Conc. Afric. Conc. Carth. Suar.

185. Gratias egit Deo Patri pro redemptione generis humani, ac pro tanti Sacramenti inſtitutione. De quo vide quæ dixi ſuprà q. 16. & ea quæ Chriſtus egit circa panẽ, egit etiam circa calicem, ac proinde quemadmodum benedixit panem, benedixit & calicẽ. D. Marc. habet *Accepto pane gratias agẽs.* Syriac. habet, *& benedixit.* Et cũ D. Lucas narret; *ſimiliter & calicem accepit, & benedixit.* Singillatim Dominus, pro pane, & calice gratias egit, & ſingillatim panem, & calicem benedixit ad denotandum, quod pro unoquoque dono ſingillatim gratiæ ſint Deo agendæ, & quod ſuper unaquaque re divina Dei benedictio ſit imprecanda, ſeparatimque etiam à pane vinum conſecravit, quia paſſionem ſuam ante oculos noſtros conſtitui voluit, in qua ſanguis à corpore per effuſionem ſeparatus eſt. Ita docet D. Thom. 3. q. 78. art. 3. ad 2. *Sanguis*, ait, *ſeorſum conſecratus expreſſe paſſionem Chriſti repræſentat.* Idem docet Bell. lib. de ſacrificio Miſſæ c. 12. & Scholaſtici ad citatum locum D. Thomæ, *& a illis*, Apoſtolis nempe ſuis; quos ſacerdotes creaverat, per illa verba: *hoc facite in meam commemorationem.* Et dedit illis non vinum, ſed ſanguinem quem per verba ſequentia conſecravit, mutando vinum in ſanguinem ſuum, ac proinde poſt prolata conſecrationis verba illum tradidit diſcipulis: *bibite ex hoc*, ſcilicet calice qui in gyrum ferebatur per menſam, *Omnes*; Syriac. habet *vos omnes*: ergo hæc verba ſolum ſunt dicta ſacerdotibus, eorumq; ſucceſſoribus ab ipſis ordinatis, ut tenet Sancta Mater Eccleſia, & contra hæreticos hujus temporis latè differunt Theologi.

D. Marcus. Syriacus. Pro uno quolibet beneficio gratiæ agendæ. Bellarm. Syriac.

QUÆSTIO XXVIII.

Quare Chriſtus D. prius panem; poſteà Calicem conſecravit, deditque diſcipulis ſuis?

R*Atio hujus rei literalis eſt quia hoc magnum Sacramentum inſtitutum eſt in ratione convivij, ac refectione ſpiritualis in convivio, ac refectione prior eſt cibus, quàm potus: deinde ordine naturali prius eſt corpus, quàm ſanguis, ſanguis enim in corpore recipitur.* 186. *Ratio literalis.*

Tertiò; hujus rei quandam rationem moralem invenit Theophyl. in c. 22. Luc. ad illa verba, *Similiter & calicem* Sic ait: *Primo datur panis, ſecundò calix: prior enim eſt in ſpiritualibus, laborioſus actus velut panis, non ſolum quia in vultus ſudore laboratur, ſed etiam quia dum comeditur, non eſt facilis ad glutiendũ; deinde poſt labores ſequitur exultatio divinæ gratiæ, quæ eſt calix.* Præcedit panis, qui cum ſudore faciei excolitur, in quo denotantur mortificationes, pœnitentiæ, ac virtutes, quæ cum labore, ac compunctione carnis exercentur. *Et poſt labores ſequitur exultatio divinæ gratiæ, quæ eſt calix.* Rectè calix Euchariſticus hilaris, feſtivus, ac profuſis gaudiis plenus exultãs exiſtit; exultantique lætitia cœleſtis convivii guſtus adornatur. Poſt panem vinum, poſt cõmunionem grandis lætitia lætificãs cor hominis ſequitur. *Et vinum lætificat cor hominis.* Pſ. 103. n. 15. Alij apud Lorin. legunt, *Exhilarat cor hominis* Juxta illud Zachar. 10. n. 7. *Lætabitur cor meum quaſi à vino.* Ante communionem præmittitur luctus mortificationis; at poſt communionem cœleſti exultatur voluptate. 187. Theoph. *Calix Euchariſticus exultatio divinæ gratiæ.* Pſalm. 103. Lorin. Zachar. 10.

Decantat Regius Vates Pſ. 68. n. 30. *Ego ſum pauper, & dolens, ſalus tua ſuſcepit me. Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude:* Quis non miretur tam ſubitam mutationem, qui modo erat pauper, & dolens, jam modo cantilenas producit, magnificiſq; laudibus exultat. Perbellè D. Aug. Conc. 2. in eundem Pſalm. *Iam dictum eſt*, ait, *quod pauper iſte laudat nomen Dei cum cãntico, & magnificat eum in laude. Quando auderet cãtare, niſi recreatus eſſet à fame.* pauper omnium bonorum dolebat, ac gemebat præ fame cœleſtis panis; at ubi ad cœleſtem menſam eſt introductus, divinoq; pabulo recreatus, jam nullo dolore afficitur, nec miſeram paupertatem ſuam lacrymatur, ſed jam excuſſa fame, omni deliciarum gaudio affluens 188. Pſal. 68. *Euchariſtia lætitia noſtra.* D. Aug.

affluens in canticis exultat, lætatur. *Quomodo auderet cantare, niſi recreatus eſſet à fame.*

Geneſ. 9. D. Ambroſ. Tornelius. *Euchariſtia pelli mœrorem, & dat omne gaudium.*

189. Peracta diluvii inundatione cum Noë, mitteret manum ad terram excolendam dicitur. *Cœpit Noe vir agricola exercere terram, & plantavit vineam.* Geneſ.9.num.20.ad quæ verba eleganter ad. dubitat D.Ambr.l.de Noë c.29. *Quid eſt,* ait, *quod juſtus primum vineam plantat, & non aut triticum, aut hordeum; Juſtus prius quæ voluptaria quam quæ neceſſaria ſunt, requiris. Neceſſarii enim fructus ſunt tritici, & hordei, ſine quibus non poſſumus vivere; vinum autem voluptarium, & cauſa delectationis datum Quod quia juſtus eſt: ideo, ſibi magis hoc quod ſecundũ erat, quam quod primum eſt, vindicavit.* Statim manũ mittit Noë ad vineam plantandam, cur non potius ad triticum, vel hordeum, quæ neceſſaria erat ad vitam, ſed ad vineam, quæ voluptatis erant; totus orbis, ut ait Tornielus, ex perempto univerſo genere hominum, exceptis octo animabus magno luctu premebatur, nam uxor Noë, & tres filii ejus, ac uxores eorum, multis lacrymis, ut credibile eſt proſequebantur cognatos, conſanguineos, ac amicos diluvio ſuffocatos, ut ergo Patriarcha tantam triſtitiam depelleret, plantat vineam, nam triticum jam erat vulgare in orbe, vinum retroacta ſæcula non viderant; & quia idonea Euchariſtiæ materia integrè ex tritico, & vino conſtat; hoc Patriarcha primum vult inducere in mundum, ad integrum materiæ Euchariſtiæ typum confugiens plantat vineam, nam triticum ab exordio mundi jam erat ſeminatum: pro certo apud ſe ſtatuens quod à tam gravi mœrore figura tanti myſterii ſolum lætificaretur, ac recrearetur univerſus orbis. *Ut prius quæ voluptaria, quam quæ neceſſaria ſunt quæſierit.* Solùm enim abumbra tanti Sacramenti affluentia gaudiorum emanare poterat: quæ omnem triſtitiam, ac angorem propulſare poſſet.

Pſal. 125. Haymon. Caſſiod. *Euchariſtia corona gaudii.* Strabus. Cyril. Alex.

190. *Euntes ibant, & flebant mittentes ſemina ſua, venientes autem venient cum exultatione portãtes manipulos ſuos.* Pſalm.125.n.6.ibant juſti, ac ſancti flentes mittentes ſemina ſua exercentes, ac operantes virtutes ſuas, ut explicant Haymon.Dominica 1. Adventus.Caſſiod. *Cum dicit,* inquit, *euntes provectus vitæ ſanctiſſimæ deſignatur, qua bene ambulando acceditur.* Quandiù ambulant, & proventus virtutum pœnitentiæ, ac mortificationis edunt, ut ad manipulos accedant, gemunt, ac lachrymantur? at ubi ad hos manipulos triticeos, in quibus ſacra Euchariſtia adumbratur, deveniunt, ipſoſque amplectuntur, ac tenent, ut ait Strabus, tanquam *coronam gaudii, & exultationis,* cœleſti voluptate exultant ac lætantur. Nam, ut ait N.D. Cyrillus Alexand. *in* ca. 26. Iſai. *Qui quidem potus cœleſtis lætitiæ particeps nos efficit: purgat enim peccata, & extrahit quod mœrore afficit.* Vide ſupra hoc cap. quæſt.2. num. 16.17.18.

Quæstio XXIX.

Quare Calix Euhariſticus dicitur Calix benedictionis?

1. Cor. 11. Maldonat. 1. Cor. 10.

191. HUnc divinum calicem Chriſtus benedixit; nam. D. Lucas cit. & Paul. 1. Corinth. 11. num.26.dicunt *ſimiliter calicem.* Idem eſt, ut notat Maldonatus, ſimiliter calicem accepit, ut panem; & ſimiliter calicem benedixit, ac panem ex quo ipſemet Apoſtolus 1.Cor.10.n.16.ait: *Calix benedictionis; cui benedicimus, nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt?*

In Euchariſtia omnes benedictiones. Anſelm. Chryſoſt.

Dicitur Calix benedictionis quia Chriſtus eũ benedixit, ut communiter exponunt Interpretes, vel quia in eo habemus gratiã omnis benedictionis. D.Anſel. *Cujus hauſtu,* ait, *benedictio credentibus infunditur.* Eleganter D.Chryſoſt. ibid. homil.24. *Cum benedictionem dico, Euchariſtiam dicam: & dicendo Euchariſtiam, omnem benignitatis Dei theſaurum aperio; & magna illa munera commemoro.* In Euchariſtico enim calice omnium munerum, ac gratiarum benedictio habetur ac invenitur. 192.

Geneſ. 14. Genſe. 27. Geneſ. 49. D. Auguſt. Rupert. Gregor. Ambroſ. Eucherius. *Euchariſtica benedictiones non poſſunt verbis ac figuris declarari.*

Cùm Abraham quatuor regum victor reverteretur, ei benedicturus occurrit Melchiſedech proferens panem, & vinum, ut dicitur Gen.14.n.18. *At verò Melchiſedech Rex Salem proferens panem, & vinum, erat enim Sacerdos Dei altiſſimi, benedixit ei, & ait: benedictus Abraham Deo excelſo, qui creavit cœlum & terram.* Hoc eſt Abraham benedicatur à Deo excelſo, ut eſt communis expoſitio Abul. Pereiræ, Cornelii, & aliquorum, cur hæc benedictio quæ à Deo excelſo imperatur ſuper Abraham non explicatur Sicut vidimus in textu, quod aliorum benedictiones, aliquibus combinationibus exprimantur, nam cum Iſaac benedixit filium ſuũ Jacob per fragrantiam agri exprimit. *Ecce odor filii mei, ſicut odor agri pleni.* Geneſ.27.n.27. ſimiliter Jacob benedicens filios ſuos multa bona eis prædicens, Geneſ.49. Judam confert cum Leone. *Catulus Leonis Iuda ad prædam fili mi aſcendiſti.* Iſſachar cum aſino aſſimilat. *Iſſachar aſinus fortis.* Dan dicit colubrum repræſentare. *Fiat Dan coluber in via.* Aſer pane communivit. *Aſer pinguis panis.* Nephthali cũ ſervo proportionatur. Nepthali *cervus emiſſus,* Joſeph adæquat uberibus *Benedictione uberum, & vulvæ.* Benjamin cum lupo combinatur, *Benjamim lupus rapax.* Si ergo hæ omnes benedictiones tantis figuris ſignificantur, ac denotantur. Cur hæc benedictio, quæ quomodò confertur Abrahamo aliquo ſigno, vel aliqua metaphora non declaratur. Præcipuè cùm illæ benedictiones Patriarcharum largam gratiarum magnitudinem invenirent. Nam cùm Jacob dicitur odor agri pleni, de odore virtutum, ac gratiarum cœleſtium eſt ſermo, ut exponunt ibi Rupert. S. Aug.lib.12 de civit.c.3. D.Greg.hom.6.in Ezech cum ad Judam prædicitur. *Catulus Leonis Juda ad prædam.* &c. quæ ibi dicuntur, denotatur largiſſima omnium gratiarum ac donorum amplitudo, quæ in nos ex Chriſti adventu ac morte defuſa eſt, ut expendunt D.Ambroſ. de benedictionibus Patriarch. Eucher. & alii, quæ ad Zabulon, & Benjamin referuntur, de Apoſtolis intelligunt, citatus D Ambroſ. & interpetes communiter Si ergo hæ omnes benedictiones tot, ac tantis figuris proferuntur, cur ergo quæ datur Abrahamo à Deo excelſo etiam aliquo typo non declaratur Hæc benedictio dabatur in pane, & vino in figura Chriſti ſub ſpeciebus ſacramentalibus, ut eſt cõmunis Patrum vox. Aliæ benedictiones, etſi magnam gratiam, ac myſteria importent, poſſunt tamen ſigno, ac figura aliqua indicari. At verò cum in benedictone Abrahæ contineretur panis, & vinum Euchariſticum, tot, ac tanta bona ſpiritualia in illa includuntur, ut nulla figura, tropo methodoque dicendi valeant exprimi, ac declarari 193.

Apoc. 2. cap. 16.

Ait Deus Apocal. 2. n. 17. *Vincenti dabo manna abſcoditum.* Non ſolum dicitur manna, ſed etiam Abſconditum. Manna omnium ſapores referebat. *Deſerviens uniuſcujuſque voluntati,* Sap. 16. n. 21. 194.

Ita

Beda: Rupert. *Euchariſtiæ deliciæ nulla figura valent exprimi.* Ita ut per communes dapes, gallinas, perdices, ac panem oleatum poſſet explicari. Hoc manna quod Deus promittit, abſconditum eſt ſacra Euchariſtia, ut interpretantur Beda, Rupertus, & alij, ideo non ſolum dicitur manna, ſed etiam abſconditum, quia illus ſuavitas, ac dulcedo nulla figura, ac metaphora poteſt exprimi, ac declarari, illius enim delicias ſolùm ſentit, qui illud deguſtat, ut illis fruatur, ac locupletetur, non verò ut eas valeat verbis dicere, ac depromere. D. Bernard. Huc advoco quod eleganter dixit D. Bernard. ſerm. de Clericis, c. 21. *Sine cauſa*, ait, *paginam conſulis, experientiam magis require: manna abſconditum eſt, non illud eruditio, ſed unctio docet: non ſcientia comprehendit, ſed conſcientia.* Comprehendit, latè accipitur hic, id eſt capit, & intelligit.

195. Loquens divinus ſponſus cum anima ſancta ait: *Veni in hortum meum ſoror mea: Meſſui myrrham meam cum aromatibus meis, comedi favum meum cum melle meo bibi, vinum meũ cũ lacte meo*, Cantic. 5. Cant. 5. num. 1. ex Græco legitur: *Comedi panem meũ cum melle meo: bibi vinũ cum lacte meo.* Valde mira, ac diverſa ſunt, quæ in hoc horto inveniuntur, myrrha ſcilicet, aromata, panis, vinum, lac, mel in horto tantum ad ſunt olera, quid cum horto panis, vinum, lac, & mel? Numquid in horto ſeminatur, in campis, vinum, lac, & mel dantur in montibus, collibus, ac convallibus, quomodo illa omnia in hoc horto? Sponſus veniens in hortum eſt Chriſtus Dominus in Sacramento altaris undique ſeptus muris ſpecierum Sacramentalium, in hoc ergo horto ad noſtram ſalutem, ac nutrimentum ſunt omnia, quidquid enim eſt in aliis hortis, in montibus, collibus, vallibus, ac campis, univerſa hæc hic divinus hortus nobis profert, *In Euchariſtia ſunt univerſa* & reddit, ita ut fiat omnibus omnia, & univerſa, quæcumque deſiderantur. D. Nicæn. Huc reſpicit D. Nicænus hom. 10. in can. *O beatos illos hortos* ait, *quorum plantas tales fructus producere teſtatum eſt, ut in omne genus nutrimenti pro fruendi deſiderio congruenter transformentur, ei autem cui bonus odor ſunt deliciæ: fit myrrha cum aromatibus: ſignificando purum unguentum ex variis virtutum aromatibus: ei autem qui quærit nutrimentum perfectius, fit panis, qui ex ſeipſo ...efficit; ei autem, qui ſitit, fit vinum, & lac.*

196. Pſalm. 22. Ita eſt hic divinus cibus omnibus omnia, ut habenti nihil aliud ſit in deſiderio, Pſal. 22. n. 1. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit.* D. Auguſt. Græcus. D. Ambroſ. D. Hieron. ex Græco legunt: *Dominus paſcit me, & mihi nihil deerit.* Pulchrè D. Amb. lib de Joſeph. c. 7. *Ab illo ſolo dicitur*, inquit, *Dominus paſcit me: & nihil mihi deerit, qui ſatiatur à Chriſto.*

197. Vis ſcire quomodò in hoc divino cibo, ſunt omnia, quæ in cœlo, & in terra, accipe acumen. D. Ambroſ. D. Ambr. lib de Paradiſo, c. 9 ſic ait: *Hic eſt enim* *Euchariſtiæ æternæ vitæ definitio.* *cibus, in quo vita æterna definitur.* Ut mentem Ambroſii percipias Dialecticos conſule, qui inter varias definitionis conditiones has aſſignant, ut definitio ſit adæquata cum definito, illiúſque naturam explicet, & declaret; *In quo vita æterna definitur.* Vis intelligere ineffabilem beatorum gloriam, & illius beatum ſaporem, ex Euchariſtici panis deliciis, illum tanquam ex definitione captare debes; ita ut quid in beatitudine eſt, totum in hoc divino adipe contineatur, totúmque illa ſignificetur, ac declaretur.

198. Iſaia 60. De Eccleſiæ filiis loquens Iſaias ait: *Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent*, c. 60. Pagnin. n. 4. *Surgent.* Pagnin legit *nutrientur.* Alij *ſugent.* De Sacra Euchariſtia eſt ſermo, dum Chriſtianus accedit ad Chriſtum menſa, tanquam de latere ejus nutritur, ac ſanguinem ſugit. *In Euchariſtia anima omni cœleſti dono exornatur, ac pulchreſcit.* Maximè tamen inquirendum eſt, cur Propheta ait, *Filiæ tuæ de latero ſugent.* Chriſti menſa tam filiis, quàm filiabus eſt patens, cur ergo Propheta ſolùm de filiabus facit mentionem, num filij excludentur, cur ergo tantum dicitur, *Filiæ de latere ſugent?* In domo Patris familias filiæ pretioſiſſima ſuppellectili, ac ſplendiſſimis indumentis, omnique ornatu gemmarum componuntur, ac condecorantur: Eccleſia veluti domus eſt Patris familias Chriſti Jeſu, in hac ergo domo animæ, quæ de Chriſti latere hoc divinum nectar ſugunt, præ cæteris maximè exornantur, ac omnibus gratiæ cœleſtibus donis ſplendeſcunt ac componuntur, D. Bruno. ut elegantiores ſuper cæteros appareant. D. Bruno. in Pſ. 146. *Sanctas animas*, ait, *præ nimia virtutum pulchritudine filias dicit, eo quod major ſpecies, & pulchritudo inſit filiabus, quàm filiis.* Vide multa Tom. 3 in Indice, Euchariſtiæ affectus in nobis.

Quæstio XXX.

Quare Chriſtus non ſolùm diſcipulis dedit calicem, ſed etiam ait illis: bibite ex eo omnes?

199. D. Marcus. Dedit Chriſtus calicem ſuis Apoſtolis dicens *bibite ex eo omnes.* Et ut ſcribit D. Marcus, *Biberunt ex eo omnes*, ſcilicet Apoſtoli, qui aderant. Ut jam dixi in Expoſitione. Secundò, quia niſi ipſe nobis porrigat hunc panem, ac calicem, ad hocque ipſe nos excitet, advocet, adjuvet, & foveat, non poſſumus de hoc pane, vel Origen. calice manducare, ac bibere. Origen. tract. 35. in Matth. *Quoniam non poſſumus ſoli ſine eo, vel manducare de pane illo, vel bibere de generatione illius vitis veræ.* De hoc latiùs infrà in hoc capite.

200. D. Hilar. Arelaten. Tertiò D. Hilar. Arelaten. hom. 5. de Paſcha. *Accipite*, ait Chriſtus, *& edite, hoc eſt corpus meum Et ſanctificatione repetita recipite, & bibite, hic eſt ſanguis meus.* Pondera *Repetita*, ait, *ſanctificatione.* Repetit enim quod jam prælibaverat. Quorſum hæc? Ut nos diſcamus ſanctificatione repetita, hanc divinam menſam frequentare, ac repetere. *Qui edunt me adhuc eſurient: & qui bibunt me, adhuc ſitient* Eccleſiaſt. 24. n. 29. Eccleſ. 24. Ad excellentiam cibi, & potus videbatur pertinere, quod ſemel guſtato, ac hauſto Domino excluderetur omnis fames, & ſitis; quomodò ergo hoc divino pabulo dicitur deſiderium magis accendi, & inflammari. Hoc cœleſte convivium cùm ſit amoris *Qui amat, hujus menſæ frequentiam deſiderat.* menſa, quanto magis quis de illa participat, tanto magis vividiori flamma æſtuat, ut ad illam amplius accedat, de eáque amplius comedat ac D. Anſelm. bibat. D. Anſelmus tract. de Sacramen. Altaris. *Hunc cibum*, ait, *plus manducat, qui amplius amat.*

201. Exod. 16. *Dixit Dominus ad Moyſem Ecce ego vobis pluam panes de cœlo; egrediatur populus, & colligat, quæ ſufficiunt per ſingulos dies.* Exod. 16. n. 4. Cur ſingulis diebus? Nonne colligi poterat uno die pro tota hebdomada, ne omnibus diebus tantus labor imponeretur in illius collectione? Alta divina providentia ordinatur, ut quotidie colligatur; pacis ille Euchariſtiæ typus, erat ut cũ figura admonet

admoneretur, quod hic panis quotidie colligendus, ac frequentandus ſit, quantum fieri fas eſt. Quia ſicut quotidie opus eſt cibum capere, ut quotidie cibo reparetur, quod deperditur, ita etiã Euchariſtia cibus quotidianus dicendus eſt, quia quotidie opus eſt hoc cibo uti, quo ſumpto quotidie animum noſtrum muniamus contra quotidiana tentamenta. D. Th. ex Caſſiano in collationibus ad illa verba Luc. 11. Panem noſtrum quotidianum ait: *Cum dicit hodie oſtendit eum quotidie eſſe ſumendum omnique tempore hæc oratio debet profundi, quia non eſt dies, quo non opus ſit hujus perceptione cor interioris hominis confirmare.*

Divina Euchariſtia maximè frequentanda. D. Thom.

201. Epiſcopo Laodiciæ Eccleſiæ ait Divinus Spiritus: *Neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.* Et ſtatim ſubdit. *Suadeo tibi emere aurum ignitum, probatum, ut locuples fias, & veſtimentis albis induaris, ut non appareat confuſio nuditatis tuæ.* Apoc. 3. n. 18. Quidnam intelligitur per hoc aurum, quo depellitur tanta miſeria, tantiſque divitiis locupletatur. D. Bernard. Senenſ. tom 4. ſerm. 12. P. Joann. Lahay in Apocalypſim, Sacram Euchariſtiam interpretatur, quæ emenda, ſeu accipienda actibus pœnitentiæ ac contritionis, ipſa enim aurum ignitum charitate, ac divino amore, illa locupletatur homo cœleſtibus divitiis, ac veſtimentis albis divinæ gratiæ induitur; ſed quis eſt, qui te ſuadet ad hanc menſam accedere. *Suadeo tibi*, ſeu ut habet Syriacus, *Conſulo tibi.* Ipſemet Chriſtus eſt, ac divinus ſpiritus; qui ergo te ab hac menſa diſſuadet, ac avertere conatur, contrarius eſt Spiritus, ſcilicet Satanæ, ut ſis miſer, & miſerabilis, pauper, cæcus, & nudus. Gerſon. tract. 6. ſuper Magnificat. *Dices*, ait, *frigidus ſum. Reſpondeo, ſæpe ſuſtinuit initium celebrationis hominem parum devotum, & frigidum, quem in fine dimittit calidum, & fervidum Corpus Chriſti ignis eſt ſpiritualis, accede ad ignem hunc, & facilius caleſcit.*

Apoc. 3. D. Bernard. Lahay. *Chriſtus ſuadet accedere ad Euchariſtiam.* Gerſon.

203. Mandavit Deus populo per Moyſem, ut qualibet die excepto Sabato colligerent Manna, qui autem ſervarunt in diem ſequentem, vermibus plenum invenerunt, *Scatere cœpit vermibus, atque computruit.* Exod. 16. n. 20. Quid vermes cum cœleſti mana? Erat illud typus Sacræ Euchariſtiæ, qui negligit quotidie, ſue frequenter ſurgere ut hunc panem habeat, in duriſſimum Dei judicium incidet, invenietque vermes, quibus corrodetur, ac dilacerabitur D. Ambroſ. in Pſal. 21. *Manna*, ait, *illis contra divina præcepta tractatibus, vermes effecti ſunt, id eſt, contumaciæ ultores, & judices, Quæ ſimilitudo Chriſtum indicat Dominum: quem qui ſuavem cibum, & dulcem potum, haurire neglexerit, judicem patietur.*

Exod. 16. *Qui non frequentat Euchariſtiam, in judicium Dei incidet.* D. Ambroſ.

QUÆSTIO XXXI.

Quare pro coronide totius cœnæ datur corpus, & ſanguis Domini?

204. *Ratio difficultatis.*

TRES in hac nocte cœnas Chriſtus D. cum ſuis Apoſtolis celebravit: legalem Agni Paſchalis, uſualem communium ciborum, & hanc Sacramentalem, in qua Apoſtolis dedit ſuum corpus, & ſanguinem & cur hæc divina menſa pro omnium coronide? Quia cibi in duobus prioribus cænis appoſiti minimè poterant omnem eſuriem, & ſitim depellere, ſolum enim hæc divina eſca corporis, & ſanguinis Domini parit omnimodò ſatietatem, & omnem appetitum explet. Ipſe enim Chriſtus ait: *qui venit ad me non eſuriet, & qui credit in me non ſitiet unquam.* Joan. 6. n. 35. Joan. 6.

Cùm murmuraret Iſraël in deſerto ob penuriam ciborum, ait Moyſes ad populum. *Dabit vobis Dominus veſpere carnes edere, & mane panes in ſaturitate.* Exod 20. n. 8. Veſpere daturum ſe carnes eis pollicetur Dominus, mane autem panes: hac tamen diſcrimine, quod de carnibus non dicitur fore, ut illis ſatientur, ſicut de panibus, hoc eſt manna. *Et mane panes in ſaturitate.* Quid eſt quod panis mane datus ſatiat, non tamen carnes, quæ in multa abundantia ſub veſperam largiuntur Per carnes teſte Ruperto, & aliis bona temporalia, ſeu etiam ſacrificia legis veteris, per manna verò ſignificabatur Euchariſticum Sacramentum, inde de hoc in figura tantum dicitur *panes in ſaturitate*, ſolum hic divinus panis ſatis facit, in ſe enim continet Chriſtum D. cujus gloria cum apparuerit nobis, tunc ſatiabimur. 205. Exod. 20.

Rupert. *ſolum divinæ Euchariſtia ſatiat, ac ſatis facit.*

Acre bellum contra Philiſthæos Davide pugnaciter gerente, ſtatio eorum tunc erat in Bethlehem: *Deſideravit ergo David & ait, ò ſi quis mihi daret potum aquæ de ciſterna, quæ eſt in Bethlehem!* Tunc irruperunt tres fortiſſimi viri Philiſthinorum caſtra, hauſerunt aquam, quam attulerunt ad David: *At ille noluit bibere, ſed libavit eam Domino*, 2. Reg. 23. n. 16. Cur aquam tam vehementer exoptatam non bibit? Eleganter D. Ambroſ. in Apologia de David, c. 7. *Sitiebat David*, ait, *non aquam de lacu cui eſt in Bethlehem, ſed oriundum ex Virgine Chriſtum in ſpiritu prævidebat. Volebat ergo bibere non aquam fluminis, ſed potum aquæ ſpiritualis, hoc eſt non aquarum ſitiebat elementum ſed ſanguinem Chriſti. Denique non bibit oblatam aquam ſed Domino profundit ſignificans ſitire ſe Chriſti ſacrificium, non natura fluentem.* David avidè ſitiebat de ciſterna Bethlehem, non tam materiale fluenti poculum, quam Euchariſticum Domini ſanguinem in Bethlehem naſciturum: cùm ergo poculum oblatum hujus ſanguinis eſſet vacuum, nolit illud bibere, ardorem enim ſitis illius ſolum ſanguis Chriſti extinguere poterat, non verò materialis aqua, vel quælibet alia res, quæ tam vivifici fructus expers erat: *Non aquarum ſitiebat elementum ſed ſanguinem Chriſti.* 206.

2. Reg. 23. D. Ambroſ. *Nulla res, ſed ſolum Chriſtus in Euchariſtia ſatiat.*

Sæpe multum dubium mihi fecit magni parentis Eliæ factum. Cùm fatigatus obdormiret ſub junipero, *Angelus Dominus tetigit eum, & dixit illi, Surge, & comede. Reſpexit, & ecce ad caput ſuũ ſubcinericius panis, & vas aquæ: comedit ergo & bibit, rurſum obdormivit. Reverſuſq; eſt Angelus Domini ſecundò, & tetigit eum, dixitque illi: Surge, comede: qui cum ſurrexiſſet, comedit, & bibit.* 3. Reg. c. 19 n. 5 & 6. Semel & iterum eum excitat Angelus, & tantum ait illi: *Surge, comede.* At ille in utroque eventu: *Cum ſurrexiſſet comedit, & bibit.* Cur Elias, qui ducebatur ab Angelo, comedit, & bibit, cum Angelus dixiſſet tantum, *Surge, comede.* Cibus ille typus Euchariſticus erat, ac proinde ſimul cibus, & potus, nec poterat comedi, quin ſimul omnem ſitim expelleret, ac penuriam extingueret, ut nil amplius deſiderari poſſet. Huc advoco id quod dixit D. Cæſarius Nazianz frater relatus à Turrian tract. 2. Euchariſtia. *Si credimus*, ait, *verbo Dei propriè, & firmè eſſe divinum corpus, quod ſuper menſam ſanctam conſecratur, & inexhauſtè participatur; abundè ſuper omnia deſiderabilia ſatiat.* 207.

3. Reg. 19. *Divina Euchariſtia omnem explet appetitum.* D. Cæſar.

QUÆSTIO

QUÆSTIO XXXII.

Quare Chriſtus ſuis Apoſtolis tantum ait, bibite ex hoc omnes: cùm ſponſa dicat, bibite, & inebriamini chariſſimi?

208. CHRISTUS in præſenti invitans ſuos ad calicis potum ait: *bibite ex eo omnes:* At ſponſa vocans ad Euchariſticam menſam, non ſolum adhortatur bibere, ſed etiam inebriari. *Bibite, & inebriamini chariſſimi.* Cant. 5. num. 1. At divinus ſponſus Chriſtus Jeſus potum calicis tantum propinat, de ebrietate nec verbum habet, forſitan in hoc divino epulo aliud vult ſponſus, aliud ſponſa?

Cant. 5. *Ratio dubitandi.*

209. Quæſtionis nodum eleganter ſolvit D. Greg. Nyſſenus homil. 10. in Cantica. *Si diligenter, ait fuerit examinatum, invenietur conſonare verbis Evangelij. Quod enim hic verbo juſſit amicis, hoc re ipſa fecit, quandoquidem omnis ebrietas ſolet efficere, ut mens excedat à vino ſuperata. Quod ergo hic hortatur, hoc tunc quoque factum eſt per divinum illum cibum, & potum, & ſemper ſui ſimul conveniente cum cibo, & pari mutatione, & exceſſu à deterioribus ad ea, quæ ſunt meliora* Non contrariatur divina ſponſa ſuo ſponſo. Sed optimè conſonant. Nunquam enim cœleſtis hic potus ſumitur ut decet, quin illā devinam efficiat ebrietatem, ſeu alienationem qua, ſopitus animus circa hæc terrena ea relinquat, & ad alta, ac ſuperna volet, & tranſcendat. *Et pari mutatione, & exceſſu à deterioribus ad ea, quæ ſunt meliora.* Inebriari enim idem valet, ac alienari, ſeu obliviſci à terrenis. *Et calix meus inebrians quam præclarus eſt.* Pſal. 22. n. 5. Quæ verba ſic commentatur D. Auguſt. *Poculum tuum inebrians, ait, id eſt poculum tuum oblivionem præſtans cæterorum.*

D. Nyſſen. — *Divina Euchariſtia facit, mentem alienare à terrenis.* — Pſal. 22. D. Aug.

210. Threnor. 4. n. 21. dicitur. *Gaude, & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus: ad te quoque perveniet calix, inebriaberis, atque nudaberis.* Ad quoſnam ſalutiferus Calix deveniet, ut inde ipſi ſalutifero ejus fructu deguſtato feliciter exultent, & lætentur; ad illos nempe qui inebriabantur, ac nudabantur, hoc eſt qui mente, & corde erant à terrenis alieni, ac denudati, non enim bene conveniunt in corde humano mundiales divitiæ, ac Domini calix, illa enim corda hujus ſalutiferi poculi tantum ſunt digna, quæ à temporalium affectu expurgantur, ac purificantur. In hac conſideratione eſt D. Cyprian. ſerm. de cœna Domini. *Vident hæc Sacramenta, ait, pauperes ſpiritu, & hoc uno contenti ferculo, omnes mundi hujus delicias aſpernantur: & poſſidentes Chriſtum aliquam hujus mundi poſſidere ſupellectilem dedignantur.*

Thren. 4. — *De Sacra Euchariſtia participant qui nudantur à mundo.* — D. Cyprian.

211. Præſcribens Moyſes ritum edendi Agnum Paſchalem ſic ait. *Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, ſed tantum aſſum igni.* Exod. 12. n. 9. Agreſtis eſus foret Hebræis crudas belluarum mores carnes mandere, at cur etiam coctio excluditur, & agni aſſatio tam ſeverè jubetur, ut exactè cuſtodiatur? Eleganter D. Cyprian. citato ſerm. in cœna Domini in principio. *Puras, ait, ſincerasque mentes Sanctum quærit convivium; in vera crucis boni operis aſſatio omnem excoquat carnalium ſenſuum cruditatem, & induret, ſolidetque omnes mentis affectus.* Agnus non coquatur aqua, ne carnes fluxæ perſeverent, & adhuc habeat in ſe aliquid humoris terrenæ carnis; ſed ſit aſſus, *ut aſſatio omnem excoquat carnalium ſenſuum cruditatem.* Dum aſſatur, atque torretur ab omni humore terræ, ac carnis expurgatur; ut inde nobis magnum fieret documentum, ſi Agnus ad hoc ut haberet in ſe umbram, ac quandam repræſentationem in figura ipſius Euchariſtici agni neceſſe erat torreri, ac defæcari ab omni terreno carnis humore; quantum, tu Chriſtiane, te debes mundare, ac purificare in camino Divini amoris ab omni carnali affectu, non ut umbram, ſed ut ipſummet verum, ac reale corpus, & ſanguinem Chriſti in te recipias, ac habeas cum ipſoque intimè uniaris. *Sicuti ſi quis liquefactæ ceræ aliam ceram infuderit, alteram cum altera per totum commiſcet.* Ut ait N. D. Cyrillus. Alexandrinus lib. 4. in Joannem, cap. 17. Ut in te non ſit aliquid carnalis cupiditatis fluxum, ſed ſolida virtutis conſtantia perſeverans. *Boni operis aſſatio omnem excoquat carnalium ſenſuum cruditatem, & induret ſolidetque omnes mentis affectus.*

Exod. 12. — Cypr. *Ut recipias Euchariſtiam te debes mundare ab omni terreno affectu.* — D. Cyril.

212. Decantat Regius Vates Pſalm. 21. num. 27. *Edent pauperes, & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum, & vivent corda eorum.* De Sacra Euchariſtia eſt ſermo, ut ſtatim dicam: obiter nota, cur abundantiſſima cœleſti menſa, Angelorumque ampliſſimo convivio ſolum *edent pauperes, & ſaturabuntur.* Cur divites ab his epulis excluduntur? Cur in illis non habent locum? Divitum corda terrenis affectibus ſunt plena, & ideo vacua remanent à cœleſtibus dapibus. Cardinal. Hugo. *Non comedunt, ait, cum ſpiritualiter, niſi pauperes ſpiritu, id eſt contemptores divitiarum, & humiles: quia qui plus diligit mundum quàm Deum, non comedit eum ſpiritualiter ad ſalutem, licet comedat ſacramentaliter ad damnationem.* Illud tamen præcipuè intendo explicare, cur dicitur, *Vivent corda eorum.* Ubi mihi magnum eſt dubium. Nam homo non ſolum comedit, ut cor vivat, ac alimentetur, ſed etiam ut vivat caput, pectus, brachia, crura, pedes, ac cætera membra: videbatur ergo dicendum, & vivent corpora eorum: cur ergo mutatur ſtylus, & dicitur: *Vivent corda eorum.* Lyranus *quia vivificat corda eorum, qui manducat hunc panem, vivet in æternum.* Solùm enim hoc divino convivio edunt, & ſaturantur, in quibus corda, ſeu ſpiritus tantum vivunt, ut dimiſſis omnibus terrenis, tota mente in Deum ferantur, ut ſolum divina cogitent, & contemplentur, diviniſque mandatis firmiter, & conſtanter adhæreant, ita ut in eis tantum vivat cor Deo, & nihil mundo.

Pſalm. 21. — *Denudantur à mundo, ſaturantur divina eſca.* Hugo. — Lyran.

213. Cùm Abrahamus triumphator reverteretur quinque regum, adeſt ei obviam Melchiſedech. Proferens panem, & vinum, magnamque benedictionem ei impartitur. *Benedictus Abraham Deo excelſo*, hoc eſt Abrahamus ſit benedictus à Deo excelſo. Unde Abrahamus tantum promeruit, ut tam glorioſam victoriam tamque largam benedictionem obtineret: & ut ei primus, occurreret Melchiſedech cum pane, & vino Euchariſtico typo? Erat illi cor ut devictorum hoſtium gazas, aureaque ſpolia deſpiceret, nam cum rex Sodomorum omnia ſpolia ei offerret. *Da mihi animas, cætera tolle tibi.* Generoſè reſpondit Abrahamus. *Levo manum meam ad Deum excelſum, quod à filo ſubtegminis uſque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus, quæ tua ſunt.* Gen. 14. n. 22. Qui tantorum contemptor erat, dignus eſt inventus, ut Euchariſtico pabulo reficeretur. N. D. Cyril. Alex. in Collect.

Gen. 14. — *Qui contemnit temporalia, Euchariſtico fructu recreatur.* — D. Cyril.

Collect. de Abrah.c.6. *Et quidem benedixit Melchiſedech, qui erat figura Chriſti, ſicut docuit Paulus, & cum nullum accepiſſet ſpolium, pane, & vino eum aluit.*

QUÆSTIO XXXIII.

Quare ſi uno comedente de ligno omnes ægrotant, cur etiam uno comedente de hoc ſalutifero pane non omnes vivificantur.

214. *Ratio difficultatis.*

AIT Chriſtus in præſenti. Sumpto calice; *Bibite ex eo omnes.* Suum poculum omnibus ſuis Apoſtolis facite commune. Cum tamen ſit ſcriptum Gen.3.quod comedente Adamo ex pomo vetito, transfuſum ſit peccatum in omnes homines, cur etiam unus non eſt conſtitutus, ut ipſo guſtante de pane Euchariſtico vita, & ſalus in alios emanaret?

215. Ambroſ.

Quæſtionem excitat, ac ſolvit eleganter D. Ambroſ. Pſal 1 *Vide quemadmodum*, ait, *Dominus artibus Diaboli pro ſuis ſervis obviaverit, Ille cibo fraudis decepit unum, ut in uno omnes circumveniret: Jeſus autem cibo ſalutis omnes redemit, ut in omnibus, & illum, qui deceptus fuerat, reformaret.* De paradiſi gula cum unus homo ægrotaret dæmonis fraude omnes ſunt vitiati, venit Jesus cœleſtis Medicus, & ut Euchariſtico cibo, & potu, omnes curaret, nullum ſpeciatim deſignat, ſed omnes propinat: cum Adamo tanquam capite totius poſteritatis initũ eſt pactũ, ut ſi ipſe peccaret, omnes ejus filii peccarent, ac proinde ipſo peccante, originale peccatum in omnes eſt derivatum, ut docent D. Thomas, Caietan. Soto, & alii cum Becano tom.2. tract.2.cap.9.q 9. Cum ergo hoc originale peccatum tranſeat in poſteros per naturalem propagationem, inde factum eſt ut vitiato capite omnes in illo ægrotarint; *ille*, ſcilicet Diabolus, *decepit unum, & in uno omnes circumvenit.* At hoc magnum Sacramentum ſic inſtitutum eſt, ut quamvis gratiam conferat ex opere operato, altam tamen, & magnam noſtri diſpoſitionem, & præparationem requirit, & ideò ordinatum eſt ut ſingulis daretur, ut unuſquiſque maximè ſe mundaret, ac purificaret, & præpararet, ut hoc divino convivio recrearetur, ejũ que fructu ſalutifero recrearetur.

D. Thom. Caiet. Soto. Becan. *Originale peccatum transfundi ex primo parente.*

216. *Remedium in omni loco eſt in promptu.*

Secundò. Ingenioſè P. M. Didacus de Baeça tom.2. de Chriſto figurato, c.29 § 7. ſic moralizatur. Longè aliter conſtituitur ſalutaris eſca, quam nociva, & lethalis. Nam fructus arboris nocivæ, cum eſſet leviſſimus, ac tenuiſſimus, non poterat ubique adeſſe, nec omnes ſaturare, nec omnibus ſui guſtum communicare, & ideo factum eſt, ut unus de illo participans, omnes quaſſaret, ac in ruinam traheret: at fructus ſalutaris eſcæ omnibus perenniter eſt abundantiſſimus, & ubique locorum poteſt inveniri, omnibúſque communicari, ut in omnibus ſalutem præſtet; ſic Jesus ut omnium mederetur infirmitatibus, tam validum, & ſubſtantialem cibũ condidit, qui poſſet ubique, & omnibus exhiberi.

217. Geneſ. 2.

In medio paradiſi. Gen.2.n. 9. fuit arbor pomi noxialis, quæ certis anni temporibus proferebat fructum ſuum. Multum diſcrepat hæc arbor ab illa, quam vidit Joannes Apocalypſi 22. n. 2. (Apoc. 22.) Vidit aquæ fluvium ſplendidum procedentem à ſede Dei, & agni. Et ſubdit. *Ex utraque parte fluminis lignum vitæ afferens, fructus duodecim per menſes ſingulos reddens fructum ſuum.* Quid eſt quod arbor illa nociva tantum erat in uno loco, & tempore determinato ornabatur fructu; at arbor vitalis, per quam intelligunt ſacram Euchariſtiam D.Chryſoſtom.homil.61.ad populum Richard.de S.Laurentio, lib 13.de Maria, S.Thomas opuſc.58. D. Vincentius Ferreira ſerm. 3.de corpore Chriſti, deſcribitur quod ſit *ex utraque parte fluminis.* Seu ut legit Arabicus *ex omni parte fluminis.* Per flumen intelligitur Eccleſia ſancta, *reddens fructus duodecim per menſes ſingulos*; hoc eſt per univerſum tempus habens fructum, & ut explicat Chryſoſt. citatus, *maturum.* Et dicuntur fructus duodecim, hoc eſt omnes fructus, ut explicant Primaſius, Andreas Cæſar. & alii; unde tanta diverſitas? Arbor lethalis cum eſſet nociva in uno loco coarctabatur; & ad unum certum tempus ejus fructus determinabatur; at arbor vitæ divinæ Euchariſtiæ cùm eſſet ſalutaris, ac vivifica *ex omni parte fluminis* in omni parte, & in quolibet loco plantata eſt, ut omni tempore, omnes fructus gratiæ, & ſalutis communicet, ac largiatur. D. Thomas in Apoc. *In paradiſo fuit lignum vitæ, & ita nunc per ſapientiam Dei, quæ eſt Chriſtus, vivificatur Eccleſia, cujus nunc Sacramento corporis, & ſanguinis vitæ æternæ accepit pignus.*

D. Chryſ. Richardus D. Thom. Vinc Fer. Arab. D. Thom.

218.

Mandavit Deus ut ſacrificia legis tantum fierent in Jeroſolyma, ut in templo Domini, & non extra. *Ad locum, quem elegerit Dominus Deus veſter de cunctis tribubus veſtris, ut ponat nomen ſuum, & habitet in eo; venietis, & offeretis in loco illo holocauſta, & victimas veſtras,* Deuter.12.n.5.& 6. At ſacrificium Euchariſticum ſic Dominus inſtituit, ut ab ortu ſolis uſque ad occaſum ab omnibus fidelibus in omni loco offerretur. Sic ait Deus per Malach. 1.n. 11. *Ab ortu ſolis uſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus, in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.* Ubi ſermo eſt de ſacra Euchariſtia, ut communiter docent Patres Clemens Roman. Juſtin. Martyr, Irenæus, D. Cyprianus, Euſeb Cæſar. D Chryſoſt. D. Aug. D Hieron. Theodoret. Remig. Iſidor. Beda, & alii multi apud Gloſſam, Ribeiram, & Cornelium. Ex quo mihi inſurgit quæſtio. Sacrificia illa antiqua umbræ erant ſacrificii Euchariſtici, & tamen in uno tantum loco Deo conſecrari poterant, cur ergo divina Euchariſtia ſic inſtituitur, ut in omni loco offeratur, cum figura cum figurato non convenit? Illa antiqua ſacrificia valdè imperfecta erant, & ex ſe non dabant gratiam, ac ſalutem? At divina Euchariſtia eſt ordinata in omnium remedium, & ſalutem, & ut ex illa homines participarent omne bonum. Figura tantum, & quæ ex ſe non generat vitam, in uno coarctatur, & limitetur loco? At Chriſti menſa, quæ cunctos vivificat, eóſque cœleſtibus divitiis replet, in promptu ſit omnibus, in omníque loco habeatur, ut in omnes ſalutis remediũ diffundat. Algerus lib. 2. de Sacrament. *Hoc facite, ait Chriſtus, in meam commemorationem, non in hoc, vel illo loco, ut antiquitùs, ſed in univerſo orbe, ut ſalutis fons omnibus ſit pervius, & patens.*

Deut. 12. Malach. 1. Clemens. Iuſtin. Irenæus Cypr. Euſeb Gloſſa. Ribeir. Cornel. *Remedium dans ſalutem in omni loco.* Algerus.

Matth. 26. n. 28. Hic eſt enim ſanguis meus novi teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

VERSIONES.

Æthyopicus. Hinc ſanguis meus.
Syriacus. Sanguis meus fœderis novi.
Theophyl. Euthym. Vatabl. Sanguis meus qui eſt novi teſtamenti.
Græc. Syriac. Chryſoſt. Qui pro multis effunditur.
Arias. Pro multis effuſus in remiſſionem.

ALTER TEXTUS.

Marc. 14. *n.* 24. Et ait illis: hic eſt ſanguis meus novi teſtamenti, qui pro multis effundetur.
Luc. 22. *n.* 20. Hic eſt calix novum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis fundetur.

EXPOSITIO V.

219. D. Chryſ. APERTISSIMO, ac clariſſimo verbo Hæreticorum ora reſtænando, ut ait Chryſoſtom. homil. 83. ad veritatem ſui ſanguinis demonſtrandum utitur Chriſtus, cum ait. *Hic eſt ſanguis meus.* Hoc nempe contentum in calice, quod vobis propino, non eſt vinum vulgare, ſed eſt verus, ac realis, & proprius meus ſanguis, ſub ſpeciebus vini, in quem divinâ potentia ſubſtãtia vini eſt converſa, per hæc cõſecrationis verba. *Hic eſt ſanguis meus:* in fine nempe prolationis verborũ. Apponit hic D. Matthæus illam particulã *enim*, id eſt, JESUS eos invitat ad bibendum, quia eſt ſanguis meus. Eadẽ verba cum D. Matthæo habet D. Marcus, ſic ſcribens. *Accepto calice gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes, & ait illis, hic eſt ſanguis meus.* Ait Evangeliſta prius *biberunt ex illo omnes*: Et poſtea ponit verba conſecrationis, recapitulatione uſus eſt, ut notarunt Janſenius, Barradas; nam prius calix eſt conſecratus, & poſtea ex illo biberunt: D. Lucas ſic ſcribit. *Hic eſt calix novum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis fundetur.* Eodem ferè modo D. Paul. 1. Cor. 11. & in omnibus eſt idem ſenſus, D. Lucas, & D. Paulus *Hic calix in meo ſanguine*, id eſt cum meo ſanguine. *Eſt novum teſtamentum.* Chriſtus tamen videtur dixiſſe eo modo, ut D. Matthæus, & D. Marcus referunt, quia, ut ait Cornelius à Lapide, illa phraſis clarior, in hoc, ut ait D. Bonav. in c. 22. Luc. nulla eſt contrarietas, quia ſcribentes, non intendunt formam verborum præciſè, ſed ſenſum, & hiſtoriam texere.

Ianſen. Barradas. 1. Cor. 11. Cornel. Bonav.

220. Syriac. *Novi teſtamenti:* ſeu fœderis, ut habet Syriacus, quia his ſanguis novum teſtamentum, ſeu fœdus confirmat, & quia novi teſtamenti, ſeu fœderis legatum eſt, & quia per eum hæreditas novi teſtamenti æternæ gloriæ cõparatur. Dicitur *novi*, quia eſt ultimum omnino diſtinctum à veteri, cujus figuras antiquas explevit; In Canone Miſſæ additur, *& æterni*, quia non eſt tranſitorium, nec promittit temporalia, ut vetus, ſed in finem perſeverabit, & continet æternam hæreditatem D. Matthæus ſcribit, *qui pro multis*. D. Luc. *pro vobis* Sanguis Chriſti pro Apoſtolis, & pro omnibus hominibus ſufficienter eſt effuſus, omnes autem homines multi ſunt, ut notarunt Theoph Euthym. Carthuſ. Sic Matth. 20. n. 28. ait Chriſtus. *Venit filius hominis dare animam ſuam in redemptionem pro multis*, id eſt, hominum multitudine, *effundetur*. Græcè tam apud Matth. quàm apud Marc. & Lucam, effunditur, de præſenti. Hoc eſt in ſua ſpecie, & forma naturali paulò poſt effundetur in cruce; vel effunditur de præſenti, ut habet Græcus, effunditur in Sacramento altaris ſub ſpecie vini, dum ſumentium ore accipitur: de his omnibus latius in quæſtionibus. De his, quæ ponuntur, in hoc Sacramento per concomitãtiam, Vide tom. 3. c. 35. q. 30.

Theoph. Euthym. Carthuſ. Matth. 20.

221. Eccleſia Catholica ad conſecrandum calicem addit hæc verba. *Æterni teſtamenti, myſteriũ fidei*, In hunc modum dicit. *Hic eſt Calix ſanguinis mei novi, & æterni teſtamenti, myſterium fidei*, &c. Undenam illa fuerint accepta quæres. Reſpondeo verba illa dicta eſſe à Chriſto, & à D. Petro tradita Eccleſiæ Romanæ, qui noſtræ Liturgiæ eſt auctor, ut docet Leo IX. epiſt. ad Melchiadem Imperatorem, c. 9. S. Thom. 3. p. q. 78. art. 2. ad 5.

Leo Papa. D. Thom.

222. Eſtque hic ſenſus totius Eccleſiæ Latinæ, quæ in Miſſa, ac forma conſecrationis calicis, ut à Chriſto dicta, & ab Apoſtolis tradita eodem modo habentur. Evãgeliſtæ autem ſolum intẽti ſunt ſcribere ea quæ pertinebãt ad eſſentiã formæ: Et quia illa verba æterni teſtamenti, myſterium fidei non ſunt de eſſentia, omiſerunt, ſicut etiam omittuntur à D. Paulo 1. Cor 11. & in Liturgia S. Jacobi, S. Chryſ. S. Clement. S. Baſilii; convenienter tamen illa omnia verba ponuntur in forma conſecrationis, quia omnia ſunt Chriſti verba, & magis explicant effectum, dignitatem, & excellentiam hujus Sacramenti, & ſacrificii, ut rectè explicat D. Thom. cit art. 2. in ſolutionibus. Suarez tom. 3. ad 3. p. diſp. 50. ſect. 3. §. *Dico ſecundo.*

D. Thom. Suarez.

QUÆSTIO XXXIV.

Quare Calicem ſanguinis ſui Chriſtus nobis dat in cœna?

223. AIT Chriſtus *Hoc eſt ſanguis meus.* Maximè in limine quæſtionis ponderandum, quod ſalutare, ac myſticum poculum ſanguinis appellatur. Cur potius ſanguinis, quàm cruor dicitur Nam quamvis ſanguis, & cruor videantur ſynonyma, tamen reverà differunt in hoc, quod ſanguis in corpore, cruor verò extra corpus eſt, ut notavit D. Iſid. lib. 1. diff. lit. S. 529. *Inter ſanguinem, ait, & cruorem hoc intereſt, quod ſanguis dicitur, quod intra corpus eſt,* & iterum: *Sanguis eſt dum in corpore manet; effuſus verò cruor fit.* Unde P. Benedict. Fidele. lib de Euchariſtia; Theorem. 6. in verſ. 2. n. 7. quia verò Chriſti ſanguis, quem potamus in Calice, non extra corpus, ſed cum illo, & in illo eſt, ſanguis, non cruor dicitur. Deinde eſt moralis ratio; cùm illa humoris portio eſt intra venas; & ſanguis dicitur, habet pulcherrimam, & elegantem formam, cum verò eſt extra, & cruor appellatur, valdè difformem, ac turpem vindicat formam, inde calix Euchariſticus dicitur potius ſanguinis, & quàm cruoris, omnia enim, quæ in hoc Sacramento interveniunt, pulcherrima, & elegantiſſima ſunt.

D. Iſid. Fide. *Sacramentum altaris totum pulchrum, & elegans.*

224. *Quid bonum ejus eſt, & quid pulchrum ejus, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Zach. 9. num. 17. tanta eſt hujus Sacramenti pulchritudo, ut externa ipſius Dei gloria cum illo apud homines pulchrè venuſtetur. Ait Paul. ad Hebr. 13.

Zach. 9.

Hebr. 13.

Hebr. 13. n. 16. *Beneficentiæ, & communionis nolite oblivisci: talibus enim hoſtiis promeretur Deus.* Illud *promeretur*, Syrus vertit, *Pulchreſcit Deus.* Hoſtia beneficentiæ ac communionis Euchariſtia eſt, & illa mihi è pulchreſcit Deus; Cornelius à Lapide ibidem, *Deo miræ eſt voluptati, illa ſe paſcit, oblectat, pulchreſcit, & quaſi ornatur.*

Syrus. Cornel.

225. D. Nyſſen.

Ad quæſtionem reſpondet D. Greg. Nyſſenus hom. 5. de Reſurrectione, *Per ineffabilem ſacrificij modum præoccupat impetum violentorum, ac ſeſe in obligationem, & victimam offert Sacerdos ſimul, & agnus.* Ante realem Crucis exhibitionem, myſticam crucem, ac paſſionem agebat Chriſtus incruento modo, incruentiſque ſignis præoccupat prius agere, quæ poſteà cruentiſſimè erant operanda. Sic etiam in horto, cùm menti objiceretur paſſionis calix, ſanguinem ſudabat *Factus eſt ſudor ejus ſicut guttæ ſanguinis.* Luc. 22. num. 44. De quo agens Hildebertus Turonenſ. in verſibus de Miſſa ait, *Sanguineus ſudor, crux fuit ante crucem* Antequam crucem humeris aſportaret, eam multis modis mente, ac animo tractabat præoccupans paſſionem ſuam, eam Patri offerebat, ut hoc nobis fieret documentum, ut ſæpè mente Deo offeramus ea, quæ ſemel operari conſtituimus.

Præoccupatè offerenda Deo, quæ agimus.

Luc. 22.

226. D. Chryſ.

Secundò. Ex hoc perpende ſummam Dei charitatem, & beneficentiam, ipſe eſt enim, qui dat eſcam omni carni? Nos, ut ait D. Chryſ. hom. 61. *Proprio ſanguine ſuo paſcit.* De filiis Eccleſiæ ad divinum pabulum accedentibus vaticinatur. Iſai. 60. n. 4. *Filij tui longè venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent.* Illud Verbum, *ſurgent.* Legit Pagn. *nutrientur.* Vatablus *fovebuntur.* Alij *ſugent.* O ſumma divina pietas, ô eximia fidelium dignitas dum divina Sacramenta recipimus ex latere Salvatoris, unde manant, ſanguinem ſugimus, ac prædulciſſimo carnis ejus nutrimur, ac fovemur edulio. D. Cyprian. ſerm. de cœna Domini. *Quam dulciſſimus,* ait, *eſt calix iſte, ubi ſanguinem ſugimus, & intra ipſa redemptoris noſtri vulnera figimus linguã.* Si tanta eſt noſtra dignitas, cum ad hanc menſam accedimus, ut inter ipſa Redemptoris vulnera linguam figamus, ac de ipſomet latere ſacrum ſanguinem ſugamus, ex hoc maximè, debemus omnes noſtras actiones, corda, & membra mundare, ut tanta benignitate digni inveniamur. D. Chryſ. hom 84. in Joan. *Quoties,* ait, *ad admirandũ calicẽ accedis, tanquam ab ipſo latere hauriens accedas.*

Iſai. 60. Pagnin. Vatabl.

Chriſtus latere ſuo nos nutrit, ac alit.

D. Cyprian. D. Chryſ.

227. 1. Cor. 10.

Cum Iſraëlitæ iter agerent per deſertum, ait de illis Apoſtolus 1. Cor. 10. n. 4 *Bibebant autem de ſpirituali, conſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus.* Magna quæſtio eſt quomodo hæc petra dicatur conſequens Hebræos? dicunt Rabbini, & Chaldæus, quod poſtquam hæc petra percuſſa fuit virgâ à Moyſe, Numer. 20. n. 11. per miraculum Judæos in deſerto aſſiduè ſecuta fuerit, unde Syrus hic vertit. *Bibebant de petra ſpirituali, quæ cum ipſis veniebat.* Et Tertull. lib. de Baptiſmo. c. 9. appellat petram comitem. *Hæc eſt aqua, quæ de comite petra pabulo defluebat,* Et Haymon ait: *Quod ſemper ſecuta ſit eos illa petra, & ubicumque figebat tentoria, volvebatur in medium caſtrorum, nullo hominum impellente, emittens largiſſimos rivulos ad ſatietatem populi, & jumentorum.* Opinionem ſuppono, illius veritatem non diſputo: Sed quæro cur hæc petra multis elapſis annis poſtquam percuſſa eſt, ſic aſſiduè populum comitabatur & tam largos imbres aquarum ad ſatietatem dabat? Ait Theodoret. ad citatum locum. *Imitata eſt petra latus Domini.* Præfigurabat Petra Chriſti latus, nam petra non ſolum quandò percuſſa eſt, ſed diu poſteà magnam aquarum copiam ad alimentum dedit. *Petra autem erat Chriſtus.* Licet latus Chriſti, non ſolùm quando in cruce percuſſum eſt lancea, dedit ſanguinem ad noſtrum alimentum, ſed etiam modò, poſtquam in cœlo regnat, largiter nobis præbet ſuum ſanguinem in divino Sacramento, ſuam Eccleſiam perpetuò ſubſequendo, ac concomitando, ut nunquam deſiſtat à ſuo munere affluenter ſacros latices effundendi.

Syrus. Tertull. Haymon. Theodor.

Chriſtus perpetuò Eccleſiam ſuo ſanguine nutrit.

228. Pſalm. 22.

Pſal. 22. *Dominus regit me:* In illo ſacram Euchariſtiam decantat Pſalmographus, ut communiter docent Patres, & ſæpè dixi in hoc opere. Hic Pſalmus habet pro titulo *in finem.* Ubi Septuaginta Pſalmos inſcribunt, in finem. Felix citatos à Titelmano vertit *effundenti ſanguinem.* ut meritò Pſalmus de ſacra Euchariſtia agens habet pro titulo *in finem*, *ſeu effundenti ſanguinem.* Ultimus enim finis, ac apex, ad quem devenit, divinus extitit amor effundere, ac dare ſanguinem in ora fidelium in ſacra Euchariſtia, ut eos aleret, ac ſatiaret.

Felix. *Amoris finis dare ſanguinem.*

Quæstio XXXV.

Quare Chriſti ſanguis dicitur teſtamentum?

229. *Teſtamentum ex communi uſu.*

Teſtamentum ex communi uſu loquendi eſt noſtræ voluntatis ultimum decretum de eo, quod poſt mortem fieri volumus, & quo etiam alicui propriam hæreditatem relinquimus. Quia verò hoc nomen teſtamentum derivatur ex voce Hebraica *Berioth*, quæ propriè fœdus, & pactum, & etiam promiſſionem ſignificat; hinc factum eſt, ut pro quovis fœdere, ſeu pacto accipiatur. D. Hier. in c. 2. Malachiæ. *Notandum,* ait, *quod Berioth, verbum Hebraicum Aquila, id eſt pactum interpretatur. Et Septuaginta ſemper teſtamentum; & in pleriſque ſcripturarum locis, teſtamentũ, non voluntatem defunctorum ſonare, ſed pactum viventium* Quod etiam docent Innoc. cap. *cum Marthæ,* de celebratione Miſſarum, S. Aug. lib locutionum in Geneſ. locut. 94. & latè probat Budæus, & manifeſtè pro fœdere accipitur. Geneſ. 9. n. 13. pſal. 45. n. 21. Pſ. 88. n. 4 pſal. 105. n. 45. ſic etiam habetur Pſ. 82. n. 7. *Adverſum te teſtamentum,* id eſt, fœdus, *diſpoſuerunt tabernacula Idumæorum, & Iſmaelitæ* Et Pſ. 77. n. 10. *Non cuſtodierunt teſtamentum Dei,* id eſt, pactum Dei, quod ſtatim explicat, *& in lege ejus noluerunt ambulare.* Unde etiam ait D. Hieron. in c. 32. Ieremiæ. *Teſtamentum appellatur pactum, quia in eo voluntas, atque teſtatio eorum, qui pactum ineunt, continetur.*

Teſtamentum idem eſt ac pactum.

D. Hieron. Aquila. D. Aug. Budæus. Pſal. 82. Pſal. 77. D. Hieron.

230. *Duplex fœdus Dei cum hominibus.* Hebr. 9.

Duplex fœdus, ſeu pactum Dei cum hominibus extat in ſacris litteris, vetus ſcilicet, & novum, de utroque apertè agitur Ier. 31. n. 32. & utrumque teſtamentum appellat Apoſt. Hebr. 6. n. 15. *Et ideò novi teſtamenti mediator eſt, ut morte intercedente in redemptionẽ earum prævaricationũ, quæ erant ſub priori teſtamento.* Novum propriiſſimè dicitur teſtamentum, quia morte teſtatoris filij confirmatum fuit; vetus verò non propriè ſed ſimilitudine quadam teſtamentum dicitur, *nec primum quidem ſine ſanguine dedicatum eſt.* Hebr. 9. n. 18. conſiſtebat ſanguine animalium quæ Deo offerebantur.

231. *Cur dicatur vetus teſtamentum.* Ierem. 31.

Teſtamentum vetus fuit illud fœdus, quod Deus per Moyſem inivit cum populo Iſrael, in die, qua apprehendit manum eorum, ut adduceret eos de terra Ægypti. Ierem. 31. n. 32. Et tunc

promiſit Deus populo ſuo terram Chanaam in hæreditatem, cum multa bonorum abun[illegible]ia, requiſivit tamen Deus à populo ſuarum legum obſervationem, quam viciſſim Iſraëlitæ promiſerunt. *Omnia quæ locutus eſt Dominus, faciemus, & erimus obedientes.* Hoc autem fœdus latè deſcribitur lib. Exod. à c. 19. uſque 24. n. 7. Ubi ſe obedientes futuro promiſerunt citato loco. Et tale fœdus ſtabilitum fuit immolatis victimis. Exod. 24. n. 8. Hoc fuit valdè ſolemne apud omnes fere gentes antiquas, ut cæſis animalibus fœdera ſua ſancirent, quo veluti promittebant tam diuturnum fore pactum, quàm diuturna foret illorum animantium mors, quod ut clarius teſtificarentur, vel ſanguinem poculis libabant, ſeu bibebant. Vel alij eo ſeſe aſpergebant, ut fecerunt Iſraëli-
Exod. 24. tæ quibus interdictus erat ſanguinis potus. Sic Moyſes citatus c. 24. Exod. n. 8. poſt lecta verba legis Domini, ſeu ejus fœderis. *Sumptum ſanguinem reſperſit in populum, & ait: hic eſt ſanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiſcum, ſuper cunctis ſermonibus his.* Quæ ultima vaiba ſic Paulus
Herbr. 9. refert Herbr. 9. n. 20. *Hi eſt ſanguis teſtamenti, quod mandavit ad vos Deus.* Erat Ergo hoc non tantum pactum, ſed etiam habebat rationem teſtamenti, quia per illud Deus Iſraeli dabat terram Chanaam in hæreditatem, & quia ubi teſtamentum eſt, neceſſe eſt ut intercedat teſtatoris mors. *Teſtamentum enim non niſi in mortuis confirmatum.* Hebræor. 9. n. 17. quia Deus in ſe mori non poterat, & teſtamentum eſſet roboratum alicujus morte, interveniebat victimarum mors, quæ Chriſtum filium Dei figurabant, quarum ſanguis Deo offerebatur, illóque teſtamentum ſtabiliebatur, Unde ait Paulus. *Nec primum quidem, ſine ſanguine dedicatum eſt.*

232. *Fœdus novum.* Ierem. 31. Hoc teſtamentum, ſeu pactum fecerunt irritum filij Iſraël. Ut ait Jer. 31. n. 32. quia teſtamenti conditiones non obſervarunt. Dei ſcilicet mandata prout promiſerant, ſed illius tranſgreſſores affecti, magnam Dei iram promeriti ſunt. Ideò Deus in locum veteris teſtamenti novum pactum, novúmque teſtamentum ſæpè per prophetas promittit, Jer. citat. c. 31. n. 31. *Ecce dies venient,*
Herbr. 8. *dicit Dominus: & feriam domui Iſrael & Domui Juda fœdus novum.* Paulus Hebr. 8. n. 8. & ſeptuaginta legunt. *Teſtamentum novum* Dicendo autem novum, veteravit prius, de quo infra.

233. *Teſtamentum novum propriè teſtamentum.* Hoc novum fœdus, novúmque teſtamentum à Prophetis prædictum nobis inſtituit Chriſtus Jesus, Dei filius, verum, ac proprium teſtamentum nobis dedit, in eóque nobis donavit promiſſionem æternæ hæreditatis, ac æternæ vitæ cum præſenti
Actor. 20. remiſſione peccatorum. *Dare hereditatem in ſanctificatis omnibus.* Act. 20. n. 32. *Si autem filij,*
Rom. 1. *& hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti,* Rom. 8. n. 17. Si modo homines ipſum credérent Salvatorem mundi à Deo Patre miſ-
Matth. 28. ſum, & baptizarentur, ac obſervarent mandata ipſius. Matth. 18. n. 19. & 20. & quia, ut ait Paulus jam citatus. *Ubi teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt.* Totum hoc novum teſtamentum ſancitum, ac confirmatum eſt morte ipſius teſtatoris Chriſti Jesu; hæreditas enim promiſſa novi teſtamenti nullo modo poterat adimpleri ac obtineri, niſi per Chriſti mortem, nam, *non eſt alio*
Actor. 4. Hebr. 9. *aliquo ſalus.* Actor. 4. n. 12. Unde ait Paulus item citatus Hebr. 9. n. 15. *Novi teſtamenti mediator effectus eſt, ut morte intercedente, in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento, repromiſſionem acciperent, qui vocati eſſent, æternæ hereditatis.*

Et ut omnes, qui Chriſto adhærent, hujus novi teſtamenti haberent perpetuam memoriam; ejúſque hæreditatem fieren tabundanter participes, inſtituit Chriſtus diviſſimum Sacramentum Euchariſtiæ, quo incruentè repræſentatur ſacrificium, ac mors cruenta crucis quo ipſum teſtamentum eſt ſtabilitum, & ut etiam muniti, & paſti corpore, ac ſanguine ejus copiosè participes fierent æternæ hæreditatis, ac ut omnia illius bona largiter aſſequerentur, ideo in hoc Sacramento ſanguinem ſuum vocavit ſanguinem novi teſtamenti, alluſionem etiam faciens ad ſanguinem vitulorum immolatorum, quo vetus teſtamentum confirmatum eſt; ſanguis enim ille exceptus eſt crateribus, ex quo Moyſes populum Iſrael aſpergens dixerat, *Hic eſt ſanguis teſtamenti quod mandavit ad vos Deus,* Hebr. 6. n. 20. Sic & Chriſtus D. ſanguinē ſuæ mortis exceptum in ſacro calice propinavit Apoſtolis, per eos Eccleſiæ ſuæ, quo non tantum foris, ac externè adſpergerentur; verum etiam intimè profunderentur. Dicens: *Hic eſt ſanguis meus novi teſtamenti.* Et hoc modo, 234. *Hoc teſtamentum conſtitutum eſt, in Sacramento ſanguinis.*

Scribunt D. Matthæus, & D. Marcus. At D. Lucas, & D. Paulus, *Hic eſt calix novum teſtamentum;* 235.
quia Euchariſticum Sacramentum eſt tanquam inſtrumentum novi teſtamenti novúmque teſtamentum dicitur, ſicut authenticum exemplar alicujus teſtamenti, teſtamentum vocatur. Ut explicat Franciſcus Lucas in c. 12. Luc. n. 20. per hoc Franc. Luc.
enim Sacramentum, ut per inſtrumentum authenticum manifeſtum ſit noſtrum jus ad legata novi teſtamenti ad participationem noſtræ hæreditatis vitæ æternæ. *Qui manducat hunc panem vivet in æternum.* Cujus etiam hæreditatis pignus eſt; ut canit Eccleſia, continétque ad vivum incruentè mortem ipſius teſtatoris Chriſti; quia teſtamentum confirmatum eſt: ſicut iterata deſcriptio alicujus teſtamenti hæredum jus teſtatum reddit, id etiam facit repetitio hujus Sacramenti dum celebratur, ac ſingulis datur.

D[ic]es. Exemplar non poteſt eſſe prius ſuo prototypo, nec enim decet ut prius b[ibi]tur ſanguis, quàm mactata ſit victima, quomodo ergo Chriſtus in cœna propinat Apoſtolis ſuum ſanguinem, antequàm ipſe victima immolatus fuiſſet, & ſanguis ipſius re ipſa eſſet effuſus? Reſpondetur, quod verum eſt, exemplar ordinariè loquendo non poteſt eſſe prius ſuo prototypo; at verò ex diſpoſitione divina optimè fieri poteſt, cùm hoc ſacrificium cruentum eſſet memoriale illius cruenti quod poſt paucas horas exhibendum erat in cruce, & Chriſtus hoc anticipatè egit in cœna ob altas rationes, quas dedi in hoc cap. ſuprà q. 11. & 12. 236. *Solutio ad objectionem.*

Quæres. Quare Chriſtus Dominus potiùs meminit novi teſtamenti in inſtitutione Sacramenti ſanguinis, quàm corporis; cur non dicit *hoc eſt corpus meum novi teſtamenti*? Reſpondetur, quod voluit Chriſtus facere alluſionem ad formam loquendi Moyſis, dum ſtabiliter teſtamentum vetus, dixit ad populum. *Hic eſt ſanguis teſtamenti, quod mandavit,* Seu ut habent Septuaginta, *diſpoſuit ad vos Deus.* Secundò, quia ſanguis magis proprium eſt ſymbolum mortis qua ſtabilitur teſtamentum, quàm corpus, vividiúſque ſanguis mortem, ac paſſionem oculis proponit, quàm corpus, ut iterum infrà dicam q. 39. 237. *Cur non corpus, ſed ſanguis dicitur novi teſtamenti.*

QUÆSTIO

Quæstio XXXVI.

Quare hoc Chriſti teſtamentum dicitur teſtamentum novum ?

238. Luc. 82. 1. Cor. 11. Ierem. 31. Hebr. 8.

IN Canone Miſſæ dicitur, *Sanguis novi, & æterni teſtamenti* Novum teſtamentum ſcribitur à Divo Luca 22. n. 20. *Hic eſt calix novum teſtamentum in ſanguine meo.* Sicut à Paulo 1. Cor. 11. n. 25. *Hic calix novum teſtamentum eſt in meo ſanguine.* Sic etiam pronuntiatum erat à Prophetis Jer. 31. n. 31. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus & feriam domui Iſraël, & domui Juda fœdus novum* Divus Paul Hebr. 8. n. 8 & Septuaginta vertunt. *Teſtamentum novum.* Hoc ergo teſtamentũ novum, ſeu novum fœdus dicitur, quod inter Deum, & homines reconciliavit, ac conſtituit Chriſtus D. permittens remiſſionem peccatorum, ac hæreditatem vitæ æternæ hócque teſtamentum novum dedicavit in ſuo proprio ſanguine; *per proprium ſanguinem introivit ſemel in ſancta, æterna redemptione inventa.* Hebr. 9. n. 12. Ex quo D. Chryſ. Theop. D. Remigius rectè colligunt quantum ſuperexcellat teſtamentum novum ſuper vetus. Nam vetus dedicatum erat in ſanguine hircorum, aut taurorum, novum verò in ſanguine unigeniti filii Dei qui æterno ſuo patri offertur.

Hebr. 9. *Multa excellentia legis novæ ſuper veterem.*

239. D. Hier. *Lex antiqua veteravit.*

Secundò Cum dicit *novum*, ut ait D. Hieron. in c. 31. Jerem. *Veteravit quod erat prius* Unde ait Innocentius III. cap. cum Marthæ. *Novum, id eſt ultimum eſſe deſcribitur.* Teſtamentum ergo novum ultima eſt voluntas, ac proinde per illud abrogatur teſtamentum & antecedens.

240. Paſchaſ.

Tertiò dicitur etiam novum, ut ait D. Paſch. lib. de corp. & ſang. Domini, cap. 21. *Ut interior homo per hoc plenius innovetur.* A cibo Euchariſtico fit homo novus morum caſtitate, virtutum actionibus, ac ſanctitatis affectionibus. Unde ſic ait citat Paſchaſ. *Et quia novi teſtamenti eſt, nonniſi ab innovatis, qui ſunt ſine vetuſtate peccati communicatur.* Vide ſuprà c. 4. n. 49. & 50. & infrà q. 44.

241. Theodid. *Quando tanto ... amore ad Euchariſtiam, ut ad rem novam accede.*

Quartò. Thomas Theodidactus lib. 4. de imitat. Chriſti. c. 2. *Ita magnum, ait, & novum, & jucundum tibi videri debet cum celebras, aut Miſſam audis, ac ſi eo die Chriſtum primum in uterum Virginis deſcendens homo fieret, aut in cruce pendens pro ſalute hominum pateretur & moreretur.* Tanta reverentia, ac cultu ad hoc Sacramentum debes accedere, vel cum Miſſam celebras, vel ipſum Sacramentum recipis, ac ſi tunc primum ipſe Dominus eſſet homo factus mortuus, & crucifixus, ipſa enim myſteria in hoc Sacramento recoluntur, & cum tanta jucunditate, compunctione, ac veneratione debes cóvenire, ac ſi tunc primum Chriſtus natus, crucifixus, & mortuus tibi proponeretur. Verus Dei amor facit, ut hæc ſemper tanquam nova, & non antiqua habeantur. D. Aug. in Pſal. 149. verſ. 1. ait. *Quiſquis terrena diligit, vetus Canticum cantat; Qui vult cantare Canticum novum, diligat æterna. Ipſa dilectio nova eſt æterna, ideò ſemper nova, quia nunquam veteraſcit.*

D. Aug.

242. Apoc. 5. *Sine faſtidio ut rem novam Chriſti mortem repetunt.*

Cum Agnus aperuiſſet librum, viginti quatuor ſeniores cantabant Canticum novũ dicentes: *Dignus es Domine accipere librum, & aperire ſignacula ejus: quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo.* Apoc. 5. n. 9. Quodnam Canticum novum erat illud? Mortem, & paſſionem Domini recolebant? *Dignus es Domine quoniam occiſus es.* Et hoc dicitur Canticum novum. Hæc Joannes ſcripſit in Inſula Pathmos multis elapſis annis poſt Chriſti mortem, quomodo ergo Canticum novum, ſi tam perantiquum extabat, tanta aviditate, jucunditate, ac amore, reverentia, iterum atque iterum, imo, mille, & quodammodo infinities abſque faſtidio repetebant, ac ſi in qualibet vice eſſet novum & nunquam antea auditum, vel viſum. Gilbertus Abbas ſerm. 4 Inter eos, quos addidit D. Bernard. ſerm. in Cant. *Verè, ait, novum, cujus neſcit antiquitatem materia, faſtidium gratia, quæ ſemper eſt amore recens, uſu recentior Verè enim novum, quod hominum animos ad æternam innovat beatitudinem.* D. Bernard.

Quæstio XXXVII.

Quare ſanguis Chriſti dicitur teſtamentum æternum?

DIcitur teſtamentum æternum: Æternam enim continet hæreditatem, juxta illud Paul. Hebr. 9. n. 15. *Novi teſtamenti mediator eſt, ut repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æternæ hæreditatis.* Innoc. III c. cum Marthæ de celebratione Miſſarum. *Vetus teſtamentum, ait, quod hircorum, & vitulorum ſanguine fuit dedicatum, temporalia promittebat: Novum autem, quod eſt Chriſti ſanguine conſecratum, promittit æterna, & illud fuit vetus, & tranſitorium, hoc autem novum eſt æternum.* Teſtamentũ vetus temporale fuit temporalem continebat hæreditatem, & ideò minimè æternum dictum eſt; quamvis æternam hæreditatem adumbraret; at novum teſtamentum eſt æternum, æternam hæreditatem promittit, & confert. 243.

Hebr. 9. *Teſtamentum novum dat æternam hæreditatem*

Secundò; & iterum redeo ad illa verba, *Novum, autem, quod eſt Chriſti ſanguine conſecratum, promittit æterna, & illud fuit vetus, & tranſitorium, hoc autem novum, & æternum.* Magnum eſt diſcrimen inter teſtamentum vetus, & novum, eſt magno diſcrimine ſanguinis in quo utrumque teſtamẽtum innitebatur; nam vetus dedicatum erat in ſanguine hircorum, aut taurorum, & ideò non poterat habere firmitatem, quæ enim à creatura ſunt, diù non perſeverant; at verò ne quis de duratione, ac firmitate novi teſtamenti dubitaret, conſecratum eſt in effuſione pretioſi ſanguinis unigeniti filii Dei, quæ enim bona à Deo veniunt, firma, & ſtabilia in æternum conſiſtunt. Et in hujus rei ſignum ſanguis victimarum ponebatur in poſtibus oſtiorum, quem videns Dominus aliò tranſibat. *Cum viderit ſanguinem in ſuperliminari, & in utroque poſte tranſcendet oſtium,* Exod. 12. n. 23. At aliter fit in novo teſtamento, in quo ſanguis, & mors ipſius teſtatoris intercedit, non ponitur ſanguis in poſtibus, ſed inter viſcera conditur, dúmque bibitur ſanguis, non aliò tranſit Dominus, ſed ibi manet. Origenes hom 35. in Matth. ſic ait. *Ipſe autem, qui accepto calice dicit: bibite ex hoc omnes, nobis bibentibus, non diſcedit à nobis.* Expende, *nobis bibentibus, non diſcedit à nobis,* Niſi nempe homo recedat ab illo. 244.

Quæ à creatura infirma, quæ à Deo permanentia.

Tertiò. In inſtitutione Sacramenti Euchariſtiæ dicitur teſtamentum novum, teſtamentum æternum, per hoc enim divinum Sacramentum nobis Chriſtus legavit æternam hæreditatem. *Mandavit in æternum teſtamentum ſuum.* Pſalm. 110. num. 9. Hoc eſt teſtamento ſuo mandavit, ſic legavit nobis æternitatem vitæ Euchariſticum Sacramentum inſtituens. Sic magno ſuo ingenio elegenter 245.

Pſal. 110. *Euchariſtia teſtamentum, quo nobis legatur vita æterna.*

Incognit. eleganter explicat noſter Incognitus. *Per teſtamentum,ait,intelligo Euchariſtiæ Sacramentum quod inſtituendo Chriſtus vocavit teſtamentum dicens: Hic eſt ſanguis novi teſtamenti. Quod meritò dictum eſt teſtamentum:quia per iſtud Sacramentum nobis Chriſtus hæreditatem legavit æternam.* Altiſſimum hoc divinum Sacramentum inſtituit, ut per illud nobis conferret æternam hæreditatem, æternámque vitam. *Eſcam dedit timentibus ſe, ut det illis hæreditatem.* Eodem Pſalm.110.n.4. Eſcam dedit, Euchariſtiam nempe, ut interpretatur communis ſententia, quibus dedit? timentibus ſe obſervantibus nempe legem ejus. Ad quid dedit? Ut det illis hæreditatem vitæ æternæ. N. Incognitus *Oſtendit*,ait, *hujus Sacramenti efficaciam. Ubi advertendum,quid ad hoc directè, & principaliter eſt ordinatum à Chriſto hoc Sacramentum,ut virtute illius cœleſtem conſequantur hæreditatem, dicente Chriſto,qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam.*

Pſalm. 110.

Incognit.

246. Geneſ. 2. Cajet. *Lignum vitæ in medio paradiſi.* Gen.2.n.9. Caiet. ex Hebræo legit *lignum vitarum.* Lignum illud typus ſacræ Euchariſtiæ erat, ut planum eſt, nulla pars vitæ,aut ſors eſt,quã non paſcat,non foveat, non producat Euchariſtica menſa. *Lignum vitæ in medio paradiſi.* Nunc quæro ab Adamo. Arbor vitæ pulcherrimis,& vivificis abundabat fructibus, ut ponderat D.Chryſ.in Pſalm.odor, ac elegantia fructus illius omnium alliciebat oculos, invitabátque,vivendi,ac vegetandi appetitus,quare ergo tantis illecebris non fuit adductus,ut potius fructus vitales caperet, ac guſtaret? Hoc dæmone inſtigante factum eſt, ne ſi fructum vitalis arboris Euchariſtiam adumbrantis pertingeret muniretur primus Parens adverſus mortem à ſerpente quæſitam, & quia hujuſmodi fructum non attigit,inde ſerpens prævaluit adverſus illum,ut mortem non vitaret. D. Amedæus hom.1.de fruct bus Virgin. Mariæ, *Inter hos, ait,& horum media conſurgit arbor,quã diximus,ſalutifera; generans cibum vitæ & manna cœleſte. Manna habens omne delectamentum, & omnem ſuavitatem, ad quod ſi primus Adam attingeret, mortem non guſtaret in æternum.* Guſtavit, inde quia non pertigit.

D. Chryſ. *Euchariſtia umbra à veneno mortis cuſtodit.*

D. Amed.

247. Excepit Abrahamus Deum ſub peregrina ſpecie, menſámque cum præparatis cibis,vitulo tenerrimo, ac pane apponit, peracto convivio ait Dominus. *Revertens veniam ad te tempore iſto,vita comite, & habebit filium Sara uxor tua.* Geneſ. 18. n. 10. Quo audito præ admiratione riſit Sara, & maximè mirabile erat, quod homines jam ætate grandævi, ſenio confecti, ac proinde ſteriles jam facti membris emortuis ſic poſſent reviviſcere, ut in vitaliſſimum generationis opus prodirent,unde potentia ſenilis jam emortua, ut ait Apoſtolus Rom.4.num.19. *Nec conſideravit corpus ſuum emortuum,cum jam ferè centum eſſet annorum,& emortuã vulvam Saræ.* Si corpus jam ſenile erat,ſi ipſa vulva Saræ,ac potẽtia generativa mortua,ac incapax vitæ inveniebatur,quomodo ſic potuit vivificari, ut magnum vitalitatis opus,generationem nempe poſſet præſtare? Nonne vides, quod in domo illa appoſita eſt menſa cum pane, ac vitulo,in typum divinæ Euchariſtiæ,ut communiter Patres tenent, ex tanta ergo umbra tota domus,ac illius habitatores repuoraſcunt, ut ex putridis cadaveribus vitaliſſimi generationis actus exeant, ubi enim celebratur cœleſte convivium, vitarum fontes naſcuntur, & è mortuis vivi excitantur: D. Chryſ. ſerm.79. *Dominus ad Abraham,ait,velut hoſpes adventat, invitatus tota dignatione ſuccedit,oblata non reſpuit, appoſita velut eſuriens, laſſus aſſumit. Hinc eſt quod emortua mox ſenis membra reviviſcunt,ſterilis vetula jam viſcera ſuſcitantur extincta,& natura in vivo cadavere perſepulta proditura ſuum reſurgit authorem, & generat plures per unum.* Vide tom.3. cap.35.q.1.n.8.9.& 10.& q.23.n.1.160.161.162. & aliis in locis.

Geneſ. 18.

Rom. 4.

Id quod demortuum eſt, umbra Euchariſtiæ reviviſcit.

D. Chryſ.

Quæſtio XXVIII.

Quare hoc Sacramentum dicitur fidei myſterium?

248. Innoc. III. INnocentius III. lib.4. cap. 36. *Dicitur myſterium fidei*, ait, *quoniam aliud ibi cernitur, & aliud creditur; cernitur ibi ſpecies panis,& vini,& creditur veritas carnis, & ſanguinis.* Cùm dicitur fidei myſterium, celſitudo tanti Sacramenti ſuper captum hominum, & Angelorum indicatur,myſteria res valdè occultæ dicuntur. Hoc Sacramentum myſterium magnum eſt, in eo adeſt Chriſtus valdè abditus, & occultus,dicitúrque etiam fidei myſterium, quia inter omnia Sacramenta magnam fidem exigit; *aliud enim ibi cernitur, aliud creditur*,indéque omnes ſenſus dedicandi,ac conſecrandi ſunt in fidei obſequium.

249. Levit 22. Præcepit Deus Levit. 22. n. 14. *Qui comederit de ſanctificatis per ignorantiam, addat quintam partem cum eo quod comedit.* Ubi noſtra vulgata habet *cum eo.* Septuaginta legunt, *ſuper eum.* Quæ verba Lyran. & alii interpretantur de Sacramento Euchariſtiæ. Et Interlin. *Qui comederit de ſanctificatis myſterii corporis, & ſanguinis Domini.* Additur *per ignorantiam.* Interlinealis *neſciens virtutem, & dignitatem myſterii.* Hoc eſt ſenſibus non percipiens virtutem Sacramenti, *addat ſuper eum quintam partem*,ideſt,quinque ſenſus admirabili immolabit Sacramento, tantum abeſt quod de hoc pane ſanctificatio cum ſenſuũ experientia,& guſtu aliquid percipiatur, quod potius omnes ſenſus ſint dedicandi, ac captivandi divinæ Sacramenti virtuti,fidei in omnibus præſtantes obſequiũ. Divus Paſchaſ. lib.de corpore,& ſanguine Domini.c.2. *Bene ſeptuaginta ſuper ipſum addi quintam partem jubent. Quinta igitur pars illius tunc rectè à nobis ſuperadditur ei, quod prius per ignorantiam recipiebatur,ſi quinque ſenſus corporis intus ad intelligibilia ſpiritua iter convertuntur.*

Septuag.

Interl. n. *Senſus dant obſequium fidei.*

Paſchaſ.

250. Ezech 44. Ait Ezech. 44. n. 1. *Convertit me ad viam portæ ſanctuarii exterioris,quæ reſpiciebat ad orientem, & erat clauſa*, &c. Et ſtatim ſubdit. *Princeps ipſe ſedebit in ea, ut comedat panem coram Domino.* Valdè mirum quod omnium princeps comedat panem cum famulis in porta clauſa,cur non potius ea referatur,ut tanti Principis majeſtati decens erat,ſic & olim judices, ac Principes ſedebant in apertis civitatis portis; cur ego in porta clauſa? loquitur propheta de Chriſto in diviniſſimo Euchariſtiæ Sacramento, *Princeps ſedebit in ea,ut comedat panem.* quænam porta datur,ut ubi Chriſtus comedit panem cum hominibus; Euchariſticum eſt Sacramentum: *& ſedebit.* Et in hoc Sacramento ſedet, ac immoratur,quandiu ſpecies ſacramentales abſque corruptionis læſione perſeverant. Sed cur ſedet in porta clauſa, cur non potius aperta? quia ſic Chriſtus eſt in Euchariſtico Sacramento, ut omnino oſtium ſit clauſum, ac ſigillatum divina potentia,ut nullus ſenſus,nulláque humana ratio illud

Euchariſtia myſterium clauſum ſenſui, ac rationi naturali.

illud valeat irrumpere, ac ingredi virtute ſua naturali, hoc eſt eſſentialis conditio hujus ſacramentalis portæ, ut nullus vi ſua eam valeat aperire

Hieron.

D.Hieron. ad locum Ezechiel. *Ipſe*, ait, *eſt Princeps, & Pontifex ſecundum ordinem Mechiſedech, & ſacerdos: qui conſpectu patris nobiſcum celeſtem comedit Panem, & vinum bibit* Nota ſequentia verba. *Clauſáque erit porta. Nemo enim poteſt corporis Domini & ſanguinis pro majeſtate rei Sacramenta cognoſcere.*

251.
Prov. 23.

Proverb. 23. num. 1. dicitur. *Quando ſederis ut comedas cum Principe, diligenter attende quæ appoſita ſunt ante faciem tuam.* Sermo eſt de convivio à divina Sapientia inſtructo: ſi ergo de convivio eſt ſermo, cur non dicitur, diligenter vide, guſta, odoratu accipe. Sed *diligenter attende.* Seu ut legit

Pagnin.
Septuag.
Removetur ſenſu, adſit intellectus dans fidei aſſenſum
Paſchaſ.

Pagninus, *Conſiderando conſidera*, Septuaginta, *Sapienter intellige.* Ab hac ſacratiſſima menſa omnis actus exterioris ſenſus ablegandus eſt, ſoláq; ſapientis intellectus operatio, ac conſiderato admittenda eſt, præſtantis aſſenſum, ac obſequium fidei magiſterio. D. Paſchaſ. citato cap. 2. *Præſtat diligenter*, ait, *intelligere, & ſpiritualia Sacramenta palato mentis, & guſtu fidei dignè percipere, quaſi legaliter quintam partem ad ea, quæ prius per ignorantiam comederat ſuperaddere eſt: dum divina interior homo noſter per Chriſti gratiam excipit, & per ea virtute fidei Chriſto conſorporatur.* Non ſenſus operatio, ſed ſapientis intellectus attentio cum fidei aſſenſu requiritur.

252.
Ioan. 6.

Magnum & amplum ſermonem de diviniſſimo Euchariſtiæ Sacramento habuit Chriſtus Dominus, ut refert Joannes cap. 6. *Caro mea verè eſt cibus, ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi.* Quæ verba cum audirent aliqui, ſcandalizati abierunt retro. Tunc dixit Chriſtus ad ſuos duodecim Apoſtolos. Numquid & vos vultis abire. Subdit Evangeliſta, num. 96. *Reſpondit Simon Petrus: Domine ad quem ibimus? Verba æternæ vitæ habes.* Maximè notandum, quod hic non dicitur tantum Petrus, ſed etiam Simon, cum in multis aliis eventibus cum magna myſteria tractentur, dicitur tantum Petrus. Ut in transfiguratione. *Aſſumit JESUS Petrum, & Jacobum, & Joannem,* Matth. 17. num. 1. & num. 4. *Reſpondens autem Petrus bonum eſt nos hic eſſe.* Similiter cum Angeli de reſurrectione loquuntur cum mulieribus, dicunt, *Dicite diſcipulis ejus, & Petro.* Marc. 19. num. 7. Quid eſt quod cum aſſumitur ad quandam ſimilitudinem gloriæ beatitudinis, ac ad alta conſilia paſſionis Chriſti, quæ ibi erant tractanda, dicitur Petrus, ſicut & cum de arcano Reſurrectionis agitur. At verò cum ad Euchariſtiæ myſterium devenitur, non ſolùm dicitur Petrus, ſed etiam *Simon Petrus.* Nomen Petri quod à Petra deducitur firmitatem ſonat, at verò Simon obedientiam imponit. Cum de aliis myſteriis agitur, dicitur Petrus, ut ejus firmitas in magnis ipſis negotiis denotetur; at verò cum agitur de Euchariſtiæ Sacramento, dicitur Simon Petrus, ut advertit Albertus Magnus. *Qui & obediens*, ait, *& firmus ſicut Petra*; quia hoc divinum Sacramentum inter omnia alia fidei myſteria peculiariter requirit firmitatem cum obedientia ad captivandum intellectum in fidei magiſterio; nam ut ait Innocentius III, in hoc divino Sacramento, *aliud cernitur, aliud creditur.*

Matth. 17.
Marc. 16.
Inter omnia myſteria, Euchariſtia requirit fidei obedientiam.
Ratio difficultatis.
Alb. Magn.

QUÆSTIO XXXIX.

Quare in conſecratione Calicis dicitur, qui pro vobis effundetur; non verò in conſecratione Corporis, quod pro vobis tradetur?

Ratio difficultatis eſt quia quamvis D. Matthæus, & D. Marcus verba conſecrationis corporis ſcribentes dicant; *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur.* Ut ſup. à retuli, D. verò Paul 1. Cor. 11. n. 24. *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur.* Et tamē Eccleſia Romana in conſecratione corporis ſolum habet illa verba: *Hoc eſt corpus meum*, de conſecratione Calicis referunt Matth. & D. Marc. Chriſtum dixiſſe, *Qui pro multis effundetur.* D. Lucas *Qui pro vobis.* Eccleſia in Canone utrumque ponit, *qui pro vobis, & pro multis effundetur.* Cur ergo de ſanguine in conſecratione dicitur, *qui pro vobis & multis effundetur.* In cōſecratione corporis nō dicitur, *Qui pro vobis tradetur.*

253.
Ratio difficultatis.

254.
Verba, qui pro vobis tradetur, non ſunt eſſentialia.

Reſpondeo. Illa verba *pro vobis tradetur*, dicta ſunt à Chriſto, ut referunt D. Lucas, & Paulus, non tamen dicta ſunt ut eſſentialia conſecrationi, eſt de fide certum, ut notat Suar. To. 3. ad 3. diſp. 56. ſect. 1. §. *Dico ſecundò.* Probatur ex uſu Eccleſiæ Romanæ, quæ ſine illis verbis conſecrat; Deinde quia illa non ſcribit Matthæus, & Marcus; & valdè veriſimile, quod nullus Evangeliſtarum inſtitutionē narrans prætermiſiſſet aliquod verbum eſſentiale Et D. Matthæus prior ſcripſit ſuum Evangelium quàm D. Lucas, ut dixi primo tomo in Prooemio. Siquis ergo conſecraret juxta formam à D. Matthæo traditam, ſine dubio conſecraret? ergo non ſunt eſſentialia: dicta ergo ſunt à Chriſto, tum ad exprimendā corporis veritatem, tum etiam ad paſſionis commemorationem.

255.
In Calice conſummatur repræſentatio paſſionis

Illa verò verba, *Qui pro vobis & pro multis effundetur*, in conſecratione Calicis juxta ſatis probabilem ſententiam non ſunt eſſentialia; nam antecedentia verba, *Hic eſt calix ſanguinis mei*, ſufficienter ſignificant realem, & veram præſentiam ſanguinis Chriſti in calice. Et quamvis illa, *qui pro vobis tradetur*, non ponantur ab Eccleſia in conſecratione corporis, hæc tamen *qui pro vobis, & pro multis effundetur*, habentur in conſecratione vini ex D. Petro in tradita forma Eccleſiæ Romanæ? quia ut docent D. Th. 3. p. q. 78. ar. 3. ad 7. In conſecratione Calicis conſummatur repræſentatio paſſionis Chriſti, & ratio quia hoc divinum Sacramentum inſtitutum eſt à Chriſto in memoriale ſuæ paſſionis; repræſentatio autem paſſionis Domini perfectè exprimitur in effuſione ſanguinis; nam ſanguinis effuſio eſt paſſionis conſummatio. Deinde quia ſanguis fuit pretium noſtræ redemptionis, cujus virtute conſequimur omnem paſſionis effectum, & adeò ſufficiens fuit, verba, quæ paſſionem indicant in ſanguinis conſecratione adjungere. Ita communiter Doctores cum D. Thom. citato loco Suar. Allegata ſect. 1. §. ad fundamenta. Noſter Magiſter Cornejo ad 3. p. tra. 3. q. 78. ar. 3. diſp. unica, dub. 1. §. Ad 1. confirmationē.

D. Thom.
Suarius,
Corneio.

256.
Match. 28

Huc venit maximè expendendus textus D. Matt. hoc c. 26. n. 26. 27. qui poſtquam narrat, quod Dominus Jesus acceperit panem in manus ſuas diſcipulis ait, *Accipite, & comedite; hoc eſt corpus meum & accipiens calicem gratias egit: & dedit illis dicēs: bibite ex eo omnes. Hic eſt enim ſanguis meus novi*

Teſtamenti, qui pro multis effundetur. De calice adjecit, quod ſit in eo ſanguis pro multis effundendus, de pane autem non dixit, quod eſſet corpus tradendum pro multis, de quo iterum q. ſequenti. Cur multitudinem ſalvandorum calici, non pani adſcripſit? Ea nunc eſt ratio, quia in pane non tam vividè explicatur torcular paſſionis, ut in calice; ac ſanguine effuſo, qui extitit pretium noſtræ redemptionis, & inde calici maluit attribuere multitudinem ſalvandorum, ut apertè oſtenderet non ab alio quàm à paſſione, ad crucis mortem venire, quod multi ad cæleſtes ſedes rapiantur. Non longè eſt ab hac conſideratione D. Anſelm. ad citat. locum D. Matth. ſic ait: *Hoc eſt corpus meum, quod ſub ſpecie panis videtis. Tale dedit, quale per naturam erat, videlicet immortale, & impaſſibile, quia immune erat à peccato, non eſſet ei neceſſarium mori, vel pati, niſi quia ſic fuit ſibi voluntarium. Et accipiens calicem paſſionem ſuam præſignantem, gratias egit, & dedit illis dicens: bibite ex eo omnes, & eſtote meæ paſſionis repræſentatores, & participes.* Itaque juxta D. Anſelm. cum corpus Chriſti eſſet omnino impeccabile, videbatur in eo magis impaſſibilitas, ac immortalitas repræſentari. At in calice clarius, & apertius mors, & paſſio cum ſanguinis effuſione apparebat, & inde de eo ait, *Bibite ex eo omnes, & eſtote meæ paſſionis repræſentatores, & participes.* Et ideò calici adjungit multorum redemptionem, quæ à ſola Chriſti morte venit.

Anſelm.

omnium ſalus ex Chriſti morte.

QUÆSTIO XL.

Quare ſanguis dicitur effuſus pro multis?

157. IN conſecratione Corporis dictum eſt à Chriſto, ut ſcribit D. Lucas. *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur*, Seu ut ſcribit D. Paulus, *quod pro vobis tradetur*, ut notavi ſuperiori q. in limine, at verò in conſecratione calicis non ſolum dictum eſt pro vobis, ut refert D Lucas, ſed etiam pro multis, ut narrat D. Matth. & utrumque Eccleſia habet in Canone. *Qui pro vobis, & pro multis effundetur.* Quæſtio eſt cur multitudo ſalvandorum ſanguini attribuitur; ipſe enim pretium noſtræ redemptionis eſt, in eóque conſummatur repræſentatio paſſionis, ut dixi ſuperiori q. & præterea, quæ ſuperius dixi in fine quæſtionis.

158. Nunc de hac re præclaram D. Joan. Chryſ. audiamus ſententiam, qui hom 45. in Joan. ſic ait: *Hic ſanguis facit ut imago in nobis regia floreat; hic ſanguis pulchritudinẽ, atque nobilitatem animæ, quã ſemper nutrit, langueſcere non ſinit.* Et poſt pauca ſubdit. *Qui hujus ſanguinis ſunt participes cũ Angelis, & archangelis, & ſupernis virtutibus commorantur, ipſam regiam Chriſti ſtolam induti, ſpiritualibus armis muniti. Sed nihil dixi, imo ipſum induti ſunt regem.* Præclaræ ſunt omnes D. Chryſ. ſententiæ, ex quibus tres particulatim enucleandæ ſunt.

Præclara verba Chryſoſtomi.

159. Primò. *Hic ſanguis facit ut imago in nobis regia floreat.* Regnum nobis confert, regéſque facit, & creat. poſtquam David ingreſſus eſt Curiam Achis illico ab univerſis David Rex publicatur, *Dixerunt enim ſervi Achis ad eum cum vidiſſent David: numquid non iſte eſt David rex terræ?* 3. Reg. 21. n. 11. Recole omnem hiſtoriam antecedentem, & invenies quod à nemine David Rex eſt nominatus, cur expreſsè non dicitur rex cum à Samuele ungitur ad regni clavum! Vel etiam cur non dicitur Rex in triumpho Goliath, cum à fœminis victor decantatur, ac Saül præfertur; vel cur non dicitur rex cum ducenta capita Philiſthinorum, qui ab ipſo fuerunt interfecti, offert: ſi in tam præclariſſimis factis non dicitur rex, cur modo fugitivus à ſuis, in vili, ac contemptibili habitu fugitivi rex prædicatur? Unde modò regia dignitas in eo tam clarè apparuit? Et ſi David fugitivus acceſſerat, antea tamen comederat panem ſanctificatum, ſacros propoſitionis panes eodem c. n. 9. & ex regali menſa, regióque pane, regia dignitas prodiit, & propalata eſt. Sic de ſplendore ſanguinis Chriſti loquitur D. Proſper. 2. de Promiſſionibus, c. 34. *In ſuis interfectoribus*, ait, *ſacrum eis ſanguinem propinavit bibendum, quo regiam ſuſciperent dignitatem.* Vide ſuprà hoc cap. n. 34. Vide tom. 3. c. 35. q. 18. n. 123. 124. 125. 126. 127.

Euchariſtia facit reges.

3. Reg. 21.

D. Proſp.

Secundò. *Hic ſanguis pulchritudinem, atque nobilitatem animæ, quam ſemper nutrit, langueſcere non ſinit.* Hic divinus ſanguis eximiam pulchritudinem, nobilitatem, ac ingenuitatem tribuit, de quo jam dixi ſuprà; nunc verò pro hujus rei argumento expendo locum Apoc. 2. n. 17. Ubi dicitur. *Vincenti dabo manna abſconditum.* Per quod ſacram Euchariſtiam jam ſuprà dixi, intelligit, & ſic interpretantur D Aug OEcumenius, Rupert Lyran. & alij; & additur; *Et dabo illi calculum candidum, & in calculo novum nomen ſcriptum, quod nemo ſcit.* Rectè Rupertus per nomen novum intelligit eximium decus, magnam, ſublimem dignitatem, ac honorem, ita ut nomine novo, ac inaudito debeat dici, ac nominari, & ita novum eſt nomen, ut nemo ſit, qui tantæ nobilitatis concipiat vim. Rupertus lib. 2. in Apoc. *Nemo ſcit dignitatem, ſive ingenuitatem nominis hujus, quantumcumque ſciat, & buccis crepantibus perſtrepat.* Sed unde tanta nobilitas, ac ingenuitas homini pollicetur? Vide quod ei dictum eſt, *Vincenti dabo manna abſconditum.* Sacram nempe Euchariſtiam, & cum hujus homo ſit particeps, indilatè in eo omnis nobilitas, ingenuitas accreſcit, omnique decore ſublimatur. Sic ſuprà expendi illud, quod Chriſtus dixit ſuis diſcipulis, ut cœnaculum præparet, *Ite ad quendam.* Matth. 26. n. 18. ipſum non nominat, D. Hilar. can. 30 Hominem cum quo Paſcha celebraturus eſſet, non nominavit, cui in tempore Domini novum nomen eſſet addendum, tanta ab Euchariſtico cibo dignitas. 160.

Apoc. 2.

Auguſt. OEcumen. Rupert. Lyran.

Rupert.

Hilar.

Tertiò. *Nihil dixi, imo ipſum induti ſunt regem.* Deſcendens Moyſes de monte à Patre luminum, ejus colloquio ſuaviter guſtato tot fulgentes ſoles è vultu ejus prodibant, ut Hebræus niſi obvelata facie loquentem Moyſem adire, & audire non eſſet auſus: *Ita ut non poſſent filij Iſraël intendere in faciem Moyſi propter gloriam vultus ejus.* 2. Cor. 3. n. 7. Cum facies Moyſis tantis luminibus reſplenduerit, quandam divinitatis imaginem præferre viſus eſt. Sic loquitur Macharius hom. 12. *Aſcendit homo, deſcendit habens Deum.* Unde huic viro tanta claritas, ac ſplendor, ut quomodo parem cum Deo lucem emittat, & qui homo aſcenderet, ut habens Deum deſcendat. Sic pergit citatus Macharius. *Siquidem alebatur à Deo, & regebatur corpus ejus cibo alio cœleſti.* Ex Dei guſtu, ac cœleſti menſa qua paſcebatur, ſic alius appareret, ut qui aſcenderat homo, jã non ut ſic parens deſcendat, ſed ut habens Deum, divinumque ſplendorem emittens: *ſi quidem alebatur à Deo, & regebatur corpus ejus cibo alio cœleſti.* Sic ait idem Marcharius orat. de exaltat. Crucis apud Grethſerum. *Hujus Sacramenti vera ſumptio*, ait, *& communio* 161.

Machar.

Totus collucet Moyſes Deo ſa[illegible] ut Deum referat.

Machar.

munio immortalitatem, & filiorum adoptationem donat, & ex terreſtribus cœleſtes, Deóſque ex hominibus, eos qui accipiunt, reddunt.

Quæstio XLI.

Quare Chriſti ſanguis dicitur effuſus in remiſſionem peccatorum?

262. *Cur remiſſionem Peccatorum exprimit Chriſtus.* Declarat Dominus Jesus ſanguinem ſuum eſſe ſanguinem novi teſtamenti, quo efficaciter novum teſtamentum confirmatur, & ſtabilitur, hoc enim ſanguine effuſo, legata, ac promiſſa novi teſtamenti obtinentur. Ex pluribus legatis, ac promiſſis teſtamenti novi, hoc uno remiſſionem peccatorum expreſſit Chriſtus, quia ab hoc uno tanquam à capite, ac fonte cætera omnia, juſtitia, adoptio filiorum Dei, ac vita æterna proveniunt, impoſſibile eſt iſtorum aliquid conſequi, niſi prius obtenta remiſſione peccatorum. Et cum dicit *in remiſſionem peccatorum*, diſtinguit ſanguinem ſuum à ſanguine veteris teſtamenti, qui remiſſionem peccatorum conferre non poterat, ſed ſolum inſerviebat ad emundationem carnis, ut ait Apoſtolus Hebr. 9. n. 13. & c. 10. n. 4. At hic ſanguis Chriſti novi teſtamenti ſanctificat nos, & emundat ab omni pec-
Hebr. 9. cato, ut ipſemet Apoſtolus teſtatur Hebr. 9. n. 14.
1. Petr. 1. & 1. Petri c. 19. Apoc. 1. n. 5. *Qui dilexit nos, &*
Apoc. 1. *lavit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.*

263. Dicitur etiam *in remiſſionem peccatorum*, ut perpetuò memores ſimus tanti beneficii, quo liberati ſumus à jugo noſtrorum peccatorum, pro quo dimiſſis terrenis perpetuò gratias perſolvamus Deo. Per ſex dies hebdomadæ deſcendebat manna, ſabbato autem nihil Iſraëlitis depluebat cœlum, mandabat Deus: *Maneat unuſquiſque apud ſemetipſum, nullus egrediatur de loco ſuo die ſeptimo.*
Exod. 16. Exod. 16. n. 29. Quid eſt quod Deus præcepit ut unuſquiſque maneat apud ſemetipſum Explicat
Abulenſ. *Quare ſabbato cœlum non dabat manna.* Abulenſ. q. 13. *Manere apud ſeipſum eſt, cum homo extra ſeipſum non evagatur intendendo aliquibus operationibus, dato quod fiant ſedendo, ſed intra actum intellectus, ſe totum collocat cogitando de Deo, & ei de receptis beneficiis votivas gratias mentaliter tribuendo; hoc enim propriè eſt manere apud ſeipſum.* Per ſex dies hebdomadæ benignè effundebat cœlum manna, ſabbato verò circumſcribebatur largitas & tunc jubetur, ut unuſquiſque maneat apud ſeipſum, hoc eſt, ut dimiſſa omni humanorum negotiorũ cura, ad actum internum intellectus ſe colligeret, ut magnitudini tantæ beneficentiæ vacaret, pro quo Deo gratias perſolveret. *Intra actum intellectus, ſe totum collocat cogitando de Deo, & ei de receptis be-*
Sumpta Euchariſtia contemplationi vacandum. *neficiis votivas gratias tribuendo.* Manna typus erat ſacræ Euchariſtiæ, jam ibi in figura inſtruebamur, quod ſumpto hoc excelſo dono, *Maneat unuſquiſque apud ſeipſum, nullus egrediatur de loco ſuo.* Ut abjecta omnium terrenorum cura, ac ſollicitudine, tantorum myſteriorum contẽplationi, ac meditationi inſtaremus, perpetuóque pro illo gratias exhibeamus, debitáſque Deo decantemus laudes.
Pſal. 21. Decantat Regius Vates Pſalm. 21. n. 27. *Edent pauperes, & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum.* Noſter
Incognit. Incognit. *Poſtquam,* ait *ſaturati fuerint, laudabunt Dominum, ſcilicet gratiarum actiones referent pro tanto beneficio.* Euchariſtia ſcilicet de qua eſt ibi ſermo, Vide ſuprà n. 84. 85. 86. 87.

264. Tertiò. Dicitur etiam. *In remiſſionem peccatorum.* Ut ex tanto beneficio accepto maximè excitemur ad cultum, ac venerationem tanti Sacramenti, ex quo tam ampla benignitas in nos dimanavit, ad quos nos etiam exhortatur Chriſtus; ingrediens ipſe in mundum in humili, ac abjecto loco, brutorum ſcilicet animalium antro colloca- Luc. 2.
tur. *Reclinavit eum in præſepio* Luc. 2. n. 7. At cum è cruce deponitur, venit Joſeph ab Arimathæa, & ſuſtulit corpus Jesu. *Et poſuit illud in monumento ſuo novo, quod exciderat in petra.* Matth. 17. n. 60. Matth. 17.
tunc conſtituitur in illuſtriſſimo ſepulchro ex grandi, ac polito lapide, de quo vaticinatus fuerat Iſaias 11. n. 10. *Erit ſepulchrum ejus glorioſum.* Quid eſt quod veniens in mundum, exiens è ſinu Patris concomitatus omni exercitu Angelorum, de vili animantium ſpelunca non dedignatur. *In præſepio.* At verò defunctus ex cruce acceptus, turpi morte damnatus, ac opprobriis ſatiatus, in præeleganti, ac magnifico monumento recondi- Origen.
tur; Origen. l. 2. contra Celſum. *conveniebat enim,* ait, *ut non vulgariter mortuus, ſed poſt mortem etiam vitalia proferens corpore aquam, atque ſanguinem. ut in novo, puróque monumento deponeretur.* Quando Chriſtus adventat in mundum, adhuc corpus ejus ſub ſacramentalibus ſpeciebus non erat conſecratum, & tunc demiſſionem ſui animi oſtendens ab antro animalibus communi non cavet. At
verè poſtquam in cœnaculo corpus ſuum in Euchariſtico Sacramento eſt conſtitutum, in cruceque è latere ſuo aquam, & ſanguinem dedit, Sacramenti virtutem oſtendens, jam ipſum corpus in tanta æſtimatione, ac pretio eſt illi, ut locum abjectum, ac humilem refugiat, & magnum, ac ſublimem omni majeſtate glorioſum eligat, *proferens è corpore aquam, & ſanguinem, ut in novo, puróque monumento deponeretur.* *Corpori Chriſti in Euchariſtia magna, & ampla exhibenda.*

265. Cum Jacob iter faceret in Meſopotamiam, & veniſſet ad quendam locum, & ibi dormiret, vidit in ſomnis ſcalam, cujus cacumen tangebat cœlum; Angelóſque aſcendentes, & deſcendentes, &
Dominum innixum ſcalæ. Gen. 28. n. 13. Seu ut alii Geneſ. 28.
legunt ex radice Hebraica, *aſſiſtentem ſcalæ.* Cúmque evigilaſſet Jacob ait: verè Dominus eſt in loco iſto, totúſque timore correptus, fatetur; terribilis eſt locus iſte, non eſt hic aliud niſi domus Dei. Et in ſignum tantæ beneficentiæ, *Tulit lapidem, quem ſuppoſuerat capiti ſuo, & erexit in titulum fundens oleum deſuper.* ib. n. 18. & inſuper ſe voto aſtrinxit, *Votum vovit Domino,* &c. Cùm Abrahamus accepit à Deo promiſſionem de Verbi divini
incarnatione offert ſacrificium, Gen. 22. n. 7. Cúm- Geneſ. 22.
que in figura in ſacrificio Iſaac videt Chriſtum crucifixũ, ac mortuum, dat arietẽ in holocauſtum,
Gen. 22. n. 13. Non tamen timet, nec erigit lapi- Geneſ. 22.
dem in titulum, nec ullum emiſit votum. At modò Jacob multum pavet, maximéque proteſtatur Dei præſentiam, *Vere Dominus eſt in loco iſto,* reverentiámque ei debitam impendit. *Non eſt hic aliud niſi domus Dei.* Et inſuper erigit lapidem, & in modum cujuſdam libaminis fundit oleum deſuper; & inſuper voto hæc omnia ſtabilivit; unde
tanta differentia? Jacob, ut docent Divus Bernard. Bernard.
ſerm. 6 de dedicatione Eccleſiæ. Rupert. lib. 7. in Rupert.
Gen. cap. 24. Caietan. & alii in ſpiritu prophetico Caietan.
venerabatur Chriſti Eccleſiam, in qua ejus verum corpus ſacratiſſimum conſervatur. *Dominus innixus ſcalæ,* ſeu ſcalæ aſſiſtens, Chriſtum aſſiſtentem in ſpeciebus ſacramentalibus adumbrabat. Rupert. *Hæc igitur dicta Jacob evigilantis, & exclamantis,*

Euchariſticum Sacramentum ſuper omnia venerandum.

tis, Vere Dominus eſt in loco iſto, Catholicam *Chriſti Eccleſiam ſignat, de qua veraciter proteſtatur, & conſtantiſſime dicit. Terribilis eſt locus iſte, hic domus Dei eſt, & porta cœli, ubi Sacramentum corporis, & ſanguinis Domini conficitur, unde fideles animæ cœlo renaſcuntur, & Angelorum aſcendentium, & deſcendentium manibus orationes feruntur in cœlum.* Abrahamus veneratur Chriſtum natum, crucifixum,& mortuum, unum offert ſacrificium; at cùm Jacob accedit ad Chriſtum ſub ſpeciebus ſacramentalibus in Eccleſia Catholica venerandum, in miros, ac extraordinarios religionis actus, prodit, timet, proteſtatur, recolitque Dei præſentiam, dat libamen, & in ſignum gratitudinis erigit titulum, quem firmavit voto perpetuo, hoc enim divinum Sacramentum peculiari cultu,ac reverentia inter cætera myſteria recolendum, ac venerandum eſt.

166. *Iſai. 6. Apoc. 5. Major reverentia Chriſto exhibenda in Sacramento Altaris, quàm ipſi in gloria.*

Videt Iſaias 6. n. 2. Dominum in ſolio excelſo, & elevato: *Seraphim ſtabant ſuper illud.* Videt Joan. in Apocal. 5. n. 6. Agnum tanquam occiſum, *& viginti quatuor ſeniores ceciderunt coram agno.* In utroque loco ſpiritus celeſtes dant Deo debita obſequia; at apud Iſaiam ſtant Seraphim, apud Joan. *Viginti quatuor ſeniores ceciderunt in facies ſuas.* Ut ibi dicitur num. 14. Cur in utroque loco non eadem reverentia, ſed tam diſpar cultus. In primo loco erat Chriſtus in throno gloriæ, ac majeſtatis ſuæ; In ſecundo verò Agnus tanquam occiſus, repræſentabatur Chriſtus in Sacramento Altaris, inde apud Iſaiam ſtant, modò apud Joannem ciderunt in facies ſuas, tanquam excellentiorem cultum, ac majora obſequia exhibentes Chriſto ſub ſacramentalibus ſpeciebus quam ipſemet in omni throno gloriæ,ac majeſtatis fulgenti. Vide tom. 3. In Indice, *Euchariſtiæ feſtivitas*, & ſuprà n. 39.

Matth. 26. *n.* 29. Dico autem vobis;non bibam amodo de hoc genimine vitis uſque in diem, cum illud bibam vobiſcum novum in regno Patris mei,

VERSIONES.

Syriac. Pagnin. Ego dico vobis non bibam ab hoc tempore de hoc genimine vitis: cum illud bibam vobiſcũ novũ in regno Dei.

Vatabl. Euthym. Dico autem vobis neutiquam bibero poſt hac de hoc fructu vitis.

Lucas Burg. Ab hoc tempore non bibam ex hoc fructu vitis, quouſque illud bibo.

D. Cypr. Epiſt. 63. Bibam ex iſta creatura vitis, uſque ad diem cum illud bibam vobiſcum novum vinum.

D. Epiphan. In regno cælorum.

ALTER TEXTUS.

Marc. 14. *n.* 25. Amen dico vobis,quia jam non bibam de hoc genimine vitis uſque in diem illum, cum illud bibam novum in regno Dei.

Luc. 22. *n.* 18. Dico enim vobis,quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat.

EXPOSITIO VI.

DICO autem vobis non bibam amodo. Hoc eſt ex hoc tempore, ac deinceps. Circa ſeriem, ac connexionem horum verborum magna eſt diſſenſio inter Auctores. Nam Divus Matthæus, & Divus Marcus ea referunt poſt conſecratum calicem Euchariſticum. At Divus Lucas verò hæc narrat poſt calicem Agni Paſchalis antequam ſcribat inſtitutionem Euchariſtici Sacramenti in pane, & vino, & poſt hujus conſecrationem nullam horum verborum facit mentionem; unde ſunt multi graves Auctores,ut D. Hier. Beda, Theoph. in c. 22. Luc. & hic in Math. Maldon. Luc. Burg. Cornel. à Lapide,& alii,qui dicunt,quod D. Lucas exactum ſervavit ordinem, quia cùm de duplici calice, ſcilicet Agni Paſchalis,ac Euchariſtici facit mentionem,ut dixi ſuprà q. 5. Hæc verba ſolùm proponit poſt cœnam Agni Paſchalis, non verò poſt cœnam Euchariſticam, dicúntque quod D. Matthæus, & Marcus ſuo loco non poſuerunt hunc ſermonem Jesu, quia duo Evangeliſtæ ſolum de calice Euchariſtico faciunt mentionem, & ideò poſt illum hæc verba collocant,cùm fuerint dicta antecedenter. 167. *Verborum ordo.* *D. Hieron. Beda. Theoph. Maldonat. Luc. Burg. Cornel.*

At D. Auguſt. lib. 3 de conſenſu Evang. cap. 1. D. Chriſ. hom. 83. Theop. Alb. Magn. Caietan. Janſen. Barrad. tenent verba fuiſſe dicta poſt calicem Euchariſticum; & apertè indicat ſeries textûs D. Math. & Marc. & juxta ipſorum contextus videntur dicta, cum calicem ſanguinis ſui Jesus haberet in manibus ſic ſcribunt, *& accipiens calicem, dedit illis dicens, bibite ex hoc omnes. Hic eſt calix ſanguinis mei*, &c. *Dico vobis non bibam amodo de hoc genimine*, &c. & facilè conciliatur textus Evangeliſtarum, ſi dicatur, quod bis fuerunt dicta à Chriſto, ſemel poſt calicem Agni, ut ſcribit D. Lucas,& iterum poſt calicem Euchariſticum, ut habent D. Matthæus, D. Marcus; circa ſenſum horum verborum. 168. *Auguſt. Chyſoſt. Theoph. Alb. Magn. Caietan. Janſen. Barradas.*

Duæ ergo ſunt in hac re celebres ſententiæ. Prima, quæ eſt Janſenii, Titelmani, Maldonati, Titini, Eſtii, Cornel. Lucæ Burgenſ. qui referunt hæc verba ad æternam beatitudinem. Et ſic exponitur. Ac ſi dicat Chriſtus. Hæc eſt ultima, & extrema cœna mea, de fructu hujus dulciſſimæ vitis,ſub cujus ſpecie vobis meum ſanguinem trado,non bibam,ſeu non guſtabo uſque in diem illum,quo aliud vinum,ſeu nectar ſpirituale,ac cœleſte, novum quidem,ut pote alterius generis,bibam vobiſcum; ſeu aliud novum convivium vobiſcum celebrabo in regno cœleſti Patris mei, quod frequenter per convivium, vel per quendam ſuaviſſimum potum explicatur. *Inebriabuntur ab ubertate deliciarum domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Dicet aliquis. Petrus Act. 10. n. 41. teſtatur. *Manducavimus,& bibimus cum illo poſtquam reſurrexit à mortuis.* Reſpondetur quod hoc Chriſtus fecit, non per modum indigentis, ut quando erat in hac mortali vita nec etiam more conviventis, ut in hac cæna, ſed tantum ad oſtendendam veritatem ſuæ reſurrectionis, 169. *Janſen. Titin. Maldonat. Titelm. Eſtius. Cornel. Burgenſ.* *Actor. 10.*

nis, ita Lucas Burgenſ. Cornel. & alii. Barradas ait bibiſſe aquam, non vinum; & indicat D. Chryſoſt. citato loco.

270\. *Auguſt. Chryſoſt. Theoph. Alb Magn. Vatabl. Caietan. Barradas.*

Secunda interpretatio eſt D. Aug. D. Chryſ. Theoph. Albert. Magn. Vatabl. Caietan. Barradæ, qui Verba referunt ad tempus poſt Reſurrectionem. Ac ſi dicat Chriſtus; *Non bibam de hoc genimine, ſeu fructu vitis hujus.* Id eſt hoc vinum non potabo ſub cujus ſpecie vobis do meum ſanguinem uſque in diem illum, hoc eſt uſque ad tempus illud reſurrectionis meæ, tunc enim, ut conſtat ex D. Petro, manducavit, & bibit cum Apoſtolis in regno Patris, hoc eſt Eccleſia militante frequenter in Evangelio dicitur regnum Dei Dices.

Solvitur objectio.

Poſt Reſurrectionem Chriſtus cum Apoſtolis non potavit vinum novum, ſed vinum tale, quale erat illud cœnæ. Reſpondetur quod dicitur novum vinum, quia novo modo illud potavit, cum jam immortalis exiſteret, cibo, & potu non indigens De quo latiùs infrà q.44.

Quæstio XLII.

Quare Chriſtus ait, non bibam amodo? & magis explicatur textus aliquibus difficultatibus?

271\. *Vſitatus modus amicorum*

Ait Chriſtus *non bibam amodo*: hoc eſt ex hoc tempore, ſeu ex nunc in poſterum, ac deinceps, nequaquam bibam. Loquitur Chriſtus uſitato hominum more, qui longè amicis diſceſſuri, dicere ſolent amplius, vel tam cito non comedemus, aut bibemus; & quia Chriſtus hic juxta varias ſententias, vel loquitur de regno cœleſti, vel de Euchariſtico potu poſt reſurrectionem, ut dixi in Expoſitione. In utraque ſententia b evitet aliqua attingam.

272\. *In patria nullus labor, ſed ſumma ſuavitas.*

Primò ait Chriſtus, *Non bibam do hoc genimine vitis, donec bibam illud novum vobiſcum in regno Patris mei.* Ubi cœleſtis patria non cibo, ſed potui comparatur. Cur in cœleſti regno Sancti non paſcua, ſed potus præparare dicuntur? Et ſi æterna illa felicitas his figuris explicatur, cur non per cibum, ſed per potum hic declaratur? Cibus pabuli aliquem affert laborem, potus verò nullum, ſed ſummam ſuavitatem; cibus enim nequaquam abſque aliquo labore manditur, in æterna illa felicitate; ſic univerſi Sancti cum Chriſto regnabunt, ut in nullum amplius laborem, ſeu ſolicitudinem incurrant, ſed veluti mera pocula bibent, quæ eximiam delectationem inferunt, qua metaphora eorum ſumma felicitas ſine ulla moleſtia, & cum ſumma jucunditate exprimitur. D. Bern. ſerm. 72. in Cantic. *Erit, ait, cum erit virtus collabilis, & non fatigabit mandentem, quæ bibentem abſque opera delectabit tanquam utique potus, non eſca. Donec inquit bibam illud novum vobiſcum in regno Patris mei. De cibo nihil ibi penitus invenitur.*

Bernard.

273\. *Baeça.*

Secundò. Maximè expendit Mag. Baëça tom. 1. de Chriſto figurato l.5, c.12. §. 32. Illud verbum *de hoc genimine vitis.* Ecce cum Dominus tradit Euchariſticum poculum ſimul aſſeverat ſe non ultra bibiturum de mundialis vitis fructu. *Non bibam amodo de hoc genimine vitis.* Et cur Domine inter tradendum cœleſte poculum ſimul aſſeveras abſtinendum à mundiali vita? Ea eſt excellentia, ac virtus hujus divini poculi, quæ nil mundiale ſibi aſſociari patitur, ſed omnibus mundialibus abrenuntiat; temporaliáque omnia reſpuit. Theophylact. in cap. 26. Matth. *Sumpto poculo, renunciat corporali potioni.* Non enim congruè conveniunt ac conjunguntur divina, & temporalia, æterna, & tranſitoria, ſed neceſſum eſt alia per alia excludi; ubi enim prævalet virtus cœleſtis convivii quæ principatum tenet, ac hominis animum occupat ſtatim mundialia abrenuntiantur, & excluduntur.

Theophyl. Cœleſtis cibum ſecum non admittit mundialem

274\. *Euchariſtia ſic accipienda, ac ſi ſtatim exeundum eſſet à ſæculo.*

Tertiò. Accipiens, & porrigens Chriſtus divinum calicem, ſtatim, ac indilatè aſſeverat, quod amplius de eo in hac vita non ſit bibiturus. *Non bibam amodo.* Cur domine cum in manibus habeas tantum calicem, hoc tam aſſeveranter affirmas? Hoc tantum aſſertum alta, & ſublimi ſapientia factum eſt, inde documentum haberemus, qua conſideratione, ac mente divinum calicem debemus guſtare, ac ſi amplius eum in hac vita non ſimus accepturi, nec ulterius in hoc ſæculo commemoraturi, ſed ſtatim evolaturi in cœlum ſimus.

275\.

Cum dormiret Parens Elias ſub junipero. *Ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi: Surge comede. Reſpexit, & ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis; & vas aquæ: comedit ergo & bibit & rurſum obdormivit. Reverſúſque eſt Angelus Domini ſecundo & tetigit eum, dixitque illi. Surge, comede, grandis enim tibi reſtat via. Qui, cum ſurrexiſſet, comedit, & bibit, & ambulavit in fortitudine ibi illis quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, uſque ad montem Dei Horeb.* 3.Reg. 19.n.5. Bis Elias excitatur, biſque comedit, ſed primo cibo ſumpto nil proficit, ſed iterum recumbens dormit; At verò guſtato ſecundo cibo multum proficit ac roboratur, ita ut per quadraginta dies continuos abſque ulla ceſſatione iter agit, ac pergit ad montem Dei. Unde tanta differentia? Ut in primo cibo deficiat? & ad ſomnum redeat, in ſecundo verò excuſſo ſomno ſic munitur, ut in tantum proficiat? Primum illum cibum comedit, ut nihil de profectione, ac diſceſſu ab illo loco cogitaret, & inde non totum panem, ſed partem comedit, ut notat Abulenſis citatus, alteram partem ad diem craſtinum relinquens, & ideò de fructu ſalutiferi pabuli non fit omninò particeps, ſed iterum recumbit, ac dormit: In ſecunda autem vice ſic ad cibum accedit, & illum guſtat audiens ab Angelo, & ſciens quod ulterius ſibi non liceat veſci illo pane nec amplius immorari in illo loco, ſed quod ſtatim ſit receſſurus ab illo ad montem Dei dirigens iter & cum hac mente, ac intentione ſumat panem, maxima fortitudine repletur ut per integros quadraginta dies iter arripiat, ut ad montem Dei, ejúſque divinum colloquium evolare poſſit. Abulenſ. q.6. *In primo, ait, non comedit totum panem nec bibit totam aquam, ſed ſumpto modico de illo rediit ad ſoporem; Deus autem volens quod Elias recederet inde juſſit quod Angelus excitaret eum, & quod comederet, & biberet fortiter, & non ſperaret, quod de eodem pane ſæpè comeſturus eſſet; ſed quod nunc totum comederet, quia ambulaturus erat per magnam viam, & tunc Elias ſurgens comedit ad ſaturitatem, & ambulavit.* Expende quod tunc vis fortitudinis, ac roboris panis ei communicatur, quando jam non ſperat ultra illum accipere. *Non ſperaret, quod de eodem pane ſæpe comeſturus eſſet.* Vide ſuprà n.124 125.126.127. Vide valdè opportuna infrà lib.8.c 9.q.5 n.47.48.49.

3.Reg. 19.

Euchariſtia ſic accipienda ac ſi amplius non eſſet ſumenda.

Abulenſ.

QUÆSTIO

Quæstio XLIII.

Quare cum de Reſurrectionis tempore ſit ſermo, in quo Chriſtus non indiguit potu, ait tamen ipſe, quod tunc illum bibet?

276. *Ratio difficultatis.* AIT Chriſtus in præſenti ſuis Apoſtolis. *Non bibam amodo de hoc genimine vitis, uſque in diem illum, cum illud bibam vobiſcum novum*, &c. Juxta multos Patres, ut dixi in Expoſitione, verba hæc ad tempus Reſurrectionis referuntur. Tunc Jesus glorioſus ex mortuis reſurgens amplius non indiguit cibo, & potu ſpirituali. Et Auctor de mirabilibus ſacræ Scripturæ lib. 3. cap. 14. apud D. Aug. tenet non fuiſſe veram comeſtionem, ſed apparentem, de quo modò non diſputo. Quando ergo reſurrectionis tempore pro indigentia non erat uſurus myſtico poculo, quomodò tunc temporis novum potavit?

277. Reſpondeo quod Chriſtus Dominus poſt reſurrectionem ſumpſit cibum ad oſtendendam veritatem ſui corporis, de modo autem hujus comeſtionis dicam infrà ſuo loco. Nunc moraliter ad quæſtionem reſpondet D. Paſchaſ. lib. de corpore, & ſanguine Domini, c. 21. *In regno adoptionis*, ait, *de genimine vitis bibit, & vinea Soreth, quæ interpretatur electa; Rubentia enim muſta in eo prælio crucis eliquantur, dum quotidie Chriſti ſanguinem de altari ſumimus, Idcirco quoties novum ex hoc vinum bibimus in regno Dei, Chriſtus illud ſe bibere fatetur cujus nos membra ſumus, & qui bibimus.* Et ſi poſt reſurrectionem myſtico poculo pro indigentia non erat uſurus, quia tamen Chriſti fideles tunc bibituri erant potum ſanguinis Chriſti, & carnem ejus corporis comeſturi, inde ipſe ait quod tunc bibet de ſe aſſeveranter affirmat quoties ſui bibunt divinum illud vinum, toties bonus Rex, ac Princeps noſter Chriſtus illud fatetur bibere. *Idcirco quoties novum ex hoc vinum bibimus in Regno Dei, & Chriſtus ipſe bibere fatetur.* Bonus enim Princeps tunc ſe reputat edere, ac bibere quando ſui edunt, & bibunt.

Paſchas.

Chriſtus ſuorum utilitatem propriam reputat.

278. *Matth. 25.* *Paſchaſ.* Quod confirmat Paſchaſius ex illo Matth. 25. n. 36 quod in extremo judicio Chriſtus dicet ſuis electis. *Eſurivi, & dediſtis mihi manducare; ſitivi & dediſtis mihi bibere*, ſic ſubjicit citatus Paſch. *Sicut Chriſtus patitur in ſuis, & eſurit, & ſitit, & veſtitur, ac ſuſcipitur; ſic quoque bibit illud novum in regno Patris, id eſt Eccleſia, quoties eum digne ſui, aut comedimus, aut potamus* præclarus Princeps tunc ſe reputat comedere, bibere, ac ſaturari, quando ſui comedunt, bibunt, ac ſaturantur,

279 Narrat Joſeph fratribus ſuis ſomnium dicens. *Putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi conſurgere manipulum meum, & ſtare, veſtroſque manipulos circumſtantes adorare manipulum meum.* Geneſ. 37. num. 7. Manipulus Joſeph conſurgit; & ſtat adorandus in venturi principatus ſignum. Et cur manipulus principatum deſignat, imò primum ſignum, quod datur Joſeph ſui principatus eſt hujuſmodi manipulus; Manipulus ille erat ſignũ principatus, qui à Deo veniebat in Joſephum. Manipulus iſte frumentum habebat, non tantum ipſi Joſeph, ſed etiam fratribus, ac toti Ægypto, ac univerſis hominibus. Sic ait D. Aug. ſerm. 81. de tempore. *Adorant manipulum, per quem de famis periculo liberandi erant.* Ecce ſignum principatus à Deo venientis, ut non tantum ſibi, ſed etiam aliis ſervaret frumenta. Et preme verbum. *Manipulum meum.* Manipulus ille cõmunis erat, cum omnibus triticum miniſtraret, ac proinde videbatur dicendum manipulum noſtrum; Joſeph ut princeps datus à Deo dicit *manipulum meum*, qui frumentum, quod manipulus aliis dabat, ut comederent, tunc ſuum Joſeph reputabat.

Geneſ. 37.

Optimus Princeps ſuorum etiam propriam alimoniam reputat.

Quæstio XLIV.

Quare Chriſtus promittit vinum novum bibendum in regno Patris ſui?

280. *Auguſt.* DIvus Auguſtinus quæ. in Evang. 43. videtur hæc verba referre ad æternam beatitudinem. *Quid enim aliud*, ait, *novum vinum, niſi immortalitatem renovandorũ corporũ intelligere debemus? Quod cum dicit vobiſcum bibam: etiam ipſis reſurrectionem corporũ ad induendam immortalitatẽ promittit.* Non qualecumque vinum promittit, ſed novum, quod nempe referat corporum reſurrectionem, ipſorúmque immortalitatem, quo vino novo ſignificatur illa perennis felicitas in æternitate.

281. Quià verò, juxta ipſum Auguſt. ac alios Patres ad tempus poſt Chriſti reſurrectionem referuntur hæc verba; ait Chriſtus, quod tunc bibet vinum novum, ut explicant Chryſ. Theoph. Cajet. quia tunc novo modo illud potavit, cum jam immortalis eſſet, nullo potu, nulló que cibo indigens. Sic ait Theophyl. *Novum quidem promittit id eſt novum quodam modo ſumptionis in regno, hoc eſt reſurrectione, cum enim ſurrexiſſet, comedit, ac bibit, novo quodam modo, non quaſi indigeret cibo.* Carthuſ. *Novum*, id eſt, *recens* Vatabl. *Novum*, id eſt *admirabile.* Tertiò ſanguis Chriſti poſt reſurrectionem dicitur novus, quia per reſurrectionem eſt renovatus: ſicut etiam renovatum eſt corpus, non quod aliud eſſet corpus, vel alius eſſet ſanguis, ſed quod novo, & immortali modo ſe haberet. Ita Lorinus cap. 1. in Acta n. 4.

Chryſ. Theoph. Cajet.

Carthuſ. Vatabl.

282. *Paſchaſ.* Quartò. D. Paſchaſ. lib. de corp. & ſang. Domini, cap. 21. datus ſuperiori quæſt. *Quoties novum ex hoc vinum bibimus in regno Dei Chriſtus illud ſe bibere fatetur, cujus nos membra ſumus.* Et poſt pauca ſubdit. *Ex quo enim, ait, renovati ſunt ſancti Apoſtoli per adventum ſancti Spiritus de cœlis, & inebriati muſto charitatis; ex eo ſanè credimus hunc calicem in Eccleſia conſecratum. Profectò ubi jam ſicut à Chriſto, ita ſanè ab eis, deinceps in novitate Spiritus ſancti conſecratur.* Ait Chriſtus quod cum ſuis bibet *vinum novum in regno Patris ſui*, in Eccleſia nempe militante, quæ frequenter in Scriptura dicitur regnum Dei: & ait *bibam vobiſcum*; quando nempe ipſi diſcipuli, qui ſunt membra Chriſti dignè bibunt, tunc etiam ipſe Chriſtus dicitur bibere. *Quoties novum ex hoc vinum bibimus in regno Dei, Chriſtus illud ſe bibere fatetur.* Et quando hoc cœleſte vinum in Eccleſia confectum eſt ab Apoſtolis ejus principibus, ut illud biberent, non tamen antequam renovati fuerint intrinſecus per Spiritum ſanctum. *Ex quo enim renovati ſunt ſancti Apoſtoli per adventum Spiritus ſancti, ex eo credimus hunc calicem in Eccleſia conſecratum.* Per ipſos nempe Apoſtolos.

Illi cœleſti pane paſcuntur, qui vita novantur.

283. *Innovantur Apoſtoli, ut novum vinum bibant* Quod etiam alio modo explicatur, *Non bibam de hoc genimine vitis uſque in diem illum cum illud bibam vobiſcum novum in regno Patris mei.* Hoc eſt

eſt poſt reſurrectionem, ut explicat D. Aug. & alij Patres relati in Expoſitione, & cur poſt reſurrectionem Euchariſtiam cum illis manducandam promittebat? Quia per reſurrectionem, non ſolum ipſe, ſed etiam diſcipuli ſpiritualiter reſurrexerunt, & innovati ſunt, ſic ait Apoſtolus ad Coloſſ. 3. n. 1. *Conſurrexiſtis cum Chriſto.* Et c. 2. n. 12. *In quo & reſurrexiſtis.* Ut ergo novo corpore, ac ſanguine ſuo, nos aleret, ac reficeret, conveniens erat, ut prius etiam nos renovaremur, non enim decebat, ut tam nova dona ſuſciperent, niſi qui innovati eſſent. D. Paſch. in c. 26. Matt. *Cum repromittit*, ait, *ſe biciturum in regno, non tantum ſine ipſis, ſed cum ipſis, ſe novum bibere in regno Patris ſui oſtendit. Quia novum utique vinum, non niſi in novati, ipſi ſunt bibere: veteres autem nova non capiunt.*

Coloſſ. 3.

Paſchas.

184 *Filij tui ſicut novellæ olivarum in circuitu menſæ tuæ.* Pſal. 127 n. 7. *Novellæ olivarum*: Legit D. Hier. *Germina*, alij apud Lorinum, *Plantationes*, ſeu *plantatæ olivæ*. Filij aſtantes ad menſam Domini, quibus comparantur, olivis nempe ob charitatis, ac omnium virtutum oleum; combinantur tamen olivis ſimpliciter, aut vetuſtis olivis? Minimè; ſed novellis olivarum, ſeu novellis olivis. Qui ad hanc menſam convenit, omnem vetuſtatem exuat, in novitate vitæ ambulet, recentibúſque vitæ luminibus fulgeat. D. Chryſ. in Epiſt. ad Epheſ. hom. ſic ponderat. *Filij enim tui, ait ſcriptura, ſicut novellæ olivarum in circuitu menſæ tuæ. Nihil hic vetuſtum, nihil immite, nihil acerbum. Tales enim novæ plantulæ ad proferendā novam frugem, & fructū ſanè quam admirabilem accommodæ ſunt. Sed & fortes, & vegetæ ſunt, ita ut omnes co ſiſtant in circuitu menſæ ſalutaris.* Pendendum verbum, *nihil hic vetuſtum.* Qui de hac menſa vult participare, nihil habet vetuſtum, ſed novitate filiorum Dei ſe accingat, & ſplendeat.

Pſal. 127. D. Hier. Lorin.

Qui ad Chriſti menſam accedit vetuſtatem exuat, & novitatem induat.

Chryſoſt.

185 Extremam miſeriam populi Iſraëlis deplorat Iſai. 64. n. 6. *Cecidimus quaſi folium univerſi, & iniquitates noſtræ, quaſi ventus abſtulerunt nos. Non eſt, qui invocet nomen tuum, qui conſurgat, & teneat te.* Seu ut legunt Septuaginta, *apprehendat te.* Valdè miſerum erat, quod in tota republica non eſſet inventus, qui nomen Dei poſſet invocare, ipſumque cœleſtem agnum manibus tenere, ac capere; & unde illis tam deplorata miſeria, mali origo declaratur, cùm dicitur, *Cecidimus quaſi folium univerſi nos.* Folia præ nimia vetuſtate hyemali tempore cadunt, cum ergo in eis eſſent tantùm cogitationes veterum, ut illis adhærerent, nihílque novum animo conceperunt, ut juvenili virtute vetera abolerent, in novóque fructu germinarent, ac florerent, non ergo mirum quod Deum non valeant habere, divinumque agnum tenere. Noſter D. Cyrill. Alex. *Tanquam folia, ait, cecidimus de arbore, nec quiſquam eſt, qui germanè, ac genuinè ſciat Deum invocare, aut qui meminerit, conjunctionem, quæ cum ipſo eſt, apprehendendam, & amplectendam promptè, & quaſi juveniliter.* Preme verbum, cadunt, quia non valent, *quaſi juveniliter ad amplectendum.*

Iſai. 64.

Septuag.

D. Cyril.

186 Poſtquam Dominus eduxit filios Iſraël de Ægypto, eos aluit in deſerto cœleſti manna, eóſque introduxit in terram promiſſionis fluentem lac, & mel; priùs tamen fuerunt in Ægypto ſub duriſſimo jugo Pharaonis, ita ut eis dicat Moyſes. *Vos autem tulit Dominus, & eduxit de fornace ferrea Ægypti.* Deut. 4. n. 20. Dicitur captivitas Ægyptiaca fornax ferrea ob duriſſimos labores, crudeliſſimáſque vexationes, ac moleſtias, quas ibi populus paſſus eſt. Cur tamen piiſſimus Deus dilectum populū ſuum in tam ſæva fornace tenuit, & incluſit, ut purgata vetuſtate in virtutibus innovaret. Oleaſt. ibi. *Voluit Deus, inquit, Iudæos novos homines facere, ideo in fornacem ferreā Ægypti incluſit, & immiſit.* Quodammodò in hoc negotio tanquam aurificus ſe habuit Deus; aurificus ut aurum, argentum, vel æs ab vetuſtatis incommodis expurget, atque innovet, in fornacem immittit; diſponebat Deus dare populo ſuo cœleſtem panem ſacræ Euchariſtiæ typum; ac etiam exhibere illis uberes fructus, ac botros terræ Chanaam, qui etiam divinum Sacramentum adumbrabant, eos tamen priùs incluſit in fornace ferrea, ut expurgata vetuſtate jam non cepis, ac alliis, præantiquis cibis alerentur, ſed novo, cœleſtíque edulio recrearentur. Vide ſuprà c. 4. n. 49. & 50.

Deut. 4.

Oleaſter. *Expurgetur à vetuſtate qui ad cœleſtem menſam accedit*

Innovandus eſt homo ad Euchariſtiam ſumendam per eximiam præparationem ac diſpoſitionem. Excipiens bonus Paſtor prodigum filium redeuntem, ait ſuis ſervis, *Adducite vitulum ſaginatum, & occidite.* Luc. 15. n. 23. Vitulus ſaginatus, id eſt vitulus præparatus; ut bene ait D. Athanaſ. Sinaita l. 8. Exam. à me relatus loco citando. Vitulus hic ſignificat Chriſtum Dominum in Euchariſtia, ut communiter docent Patres, quos allegavi t. 4. c. 24. q. 12. Chriſtus D. veniens in mundum figuratur cervo, *Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles.* Cant. 2. n. 8. Cùm dicitur ad crucis holocauſtum combinatur agno. *Quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet.* Iſai. 53. n. 7. Cùm reſurgit devicta morte, Leone denotatur. *Ecce vicit Leo de tribu Juda.* Apoc. 5. n. 5. Chriſtus Dominus repræſentatur in ſua nativitate, ſua morte, ac reſurrectione, Cervo, Agno, ac Leone tantùm; at in Euchariſtico Sacramento non ſolùm adumbratur vitulo, ſed vitulo ſaginato, ſeu præparato; tanta puritas, ac diſpoſitio requiritur ad Sacramentum altaris; ita ut figura quædam illius repræſentationem, ac umbram valeat recipere, & exprimere, neceſſe eſt ut intro ſit decorata, præparata, ac diſpoſita; ex quo cogita quanta diſpoſitio ſit neceſſaria in anima ad hoc venerabile Sacramentum ſuſcipiendum, in quo eſt vera, ac realis caro Chriſti veri Dei, & hominis. 187

Luc. 15. Athanaſ.

Cant. 2.

Iſai 53.

Apoc. 5.

Magna requiritur præparatio ad Euchariſtiæ Sacramentum.

QUÆSTIO XLV.

Quare cum de æterna beatitudine ſit ſermo, ait Chriſtus: non bibam illud niſi vobiſcum in regno Patris, cùm Chriſtus longè prior aſcenderit in cœlum?

IN præſenti ait Chriſtus ſuis Apoſtolis. *Non bibam amodo de hoc genimine vitis uſque in diem illum, cū illud bibam vobiſcum novum in regno Patris mei.* Ubi juxta multos Doctores datos in expoſitione ſermo eſt de illo vino æternæ felicitatis, quo in cœleſti patria beati inebriantur *ab ubertate domus Dei.* Quo Chriſtus ut comprehenſor tunc fruebatur, & ſi de glorificatione carnis ſit ſermo; non multos poſt dies, & plures per annos ante Apoſtolos erat bibiturus; ſi ergo Chriſtus multis annis ante Apoſtolos ad gloriam eſt aſſumptus; quomodo ergo ait, quod de illo cœleſti vino ſpirituali non bibet, nec guſtabit, niſi vobiſcum Apoſtolis meis. 188

Ratio difficultatis.

189. Theoph. Recte reſpondet Theoph. ibi. *Cæterum bibere dicitur Chriſtus nobiſcum, quod noſtram utilitatem, cibum,& potum ſuum exiſtimat.* Verba hæc. *Non bibam uſque in diem illum, quo bibam vobiſcum.* Eximiū affectum ac amorem indicant, ac ſi quodammodo dicere videatur Chriſtus quoad noſtrum modum dicendi. Vix capiam guſtum ex mea gloria, donec vos mecum ejus participes videam. Et hoc magis, ac magis explicat N. D. Cyr. Alex. l. 7. in Lev. qui benignè, & candidè eſt accipiendus. *Quandiu nos non ita agimus, ut aſcendamus ad regnum, non poteſt ille vinum bibere ſolus, quod nobiſcum ſe bibere promiſit. Eſt ergo tamdiu in mœrore, quamdiu nos perſiſtimus in iniquitate.* At poſt aliqua. *Expectat ergo ut convertamur, ut ſequamur veſtigia ejus, & lætetur nobiſcum, & bibat vinum nobiſcū in regno patris ſui,* &c. Et ſubdit: *Non vult ergo ſolus in regno Dei bibere vinum, nos expectat; ſic enim dixit, donec bibam illud vobiſcum: nos ſumus igitur, qui vitam noſtram negligimus, lætitiam illius demoramur. Expectat nos ut bibat de generatione vitis hujus.* Et plura de hac re differit hic Sanctus, qui methaphoricè loquimur ſecundū noſtrum dicendi modum, ut explicet quantum Chriſtus æſtimet noſtrum commodum, ut ſine illo quodammodo videatur de ſuo non lætari.

Chriſtus quodammodo de ſuo commodo non gaudet, niſi ſimul de noſtro gaudeat. Cyril.

190. Rom. 14. Ait Apoſtolus Rom. 14. n. 7. *Nemo enim noſtrum ſibi vivit, & nemo ſibi moritur, ſive enim vivimus, Domino vivimus; ſive morimur, Domino morimur.* Valdè mirum eſt, quod homo ſibi non vivat, & quod etiam ſibi non moriatur? Cùm veriſſimè dixerit Tertul. l. de Pallio c. 5. *Nemo aliis naſcitur moriturus ſibi.* Quomodo ergo ſtat illud aſſertum Apoſtolicū? *Nemo enim noſtrum ſibi vivit & nemo ſibi moritur* Quia tota noſtra vita, & mors ordināda eſt in laudem, & gloriā Dei. *Sive vivimus, Domino vivimus.* Qui vitam noſtrā ſuas divitias exiſtimat. *Sive morimur, Deo morimur.* Qui vitam noſtrā pro magno damno ſuo habet. In tanta æſtimatione eſt homo Deo, quod dum ipſe vivit in juſtitia, & ſanctitate, eum Deus tanquā amplū theſaurum, ac divitem ſupellectilem reputat; at ſi homo moritur in fide, & juſtitia, pro damno ſuo illud appendit. D. Chryſ. *Per hæc verba demonſtrat,* ait, *quod vitam noſtram divitias ſuas, & mortem damnum æſtimet. Non enim nobis ipſis tantummodo morimur: ſed ſi morimur, Domino morimur. Mortem vero hic eam quæ ex fide eſt, vocat.* Similiter Theophyl *Dominum habemus,* ait, *cui curæ nos ſumus, qui pro divitiis vitam hanc noſtram dicit, & mortem pro damno.* Ad hunc ſenſum ait Deus per Jeremiam 15. num. 8. *Multiplicatæ ſunt viduæ ejus ſuper arenam maris.* Non ait multiplicatæ ſunt eis, ſed mihi, ac ſi viduitas, & orbitas Deo contingeret.

Tertull. *Deus noſtrum commodum pro ſuis divitiis habet.* Chryſoſt. Theoph. Jerem. 51.

191. Jerem. 15. Septuag. Theodoſ. Maximè gemebundus ait Deus per Jer. 15. n. 10. *Væ mihi mater mea: non fœneravi, nec fœneravit mihi quiſquam.* Septuaginta legunt: *Non profui, nec profuit mihi quiſquam.* Theodoſ. *Nec debui, nec debuit mihi quiſquam* Conqueritur Deus quod cum ipſe copioſè largiretur dona ſua cœleſtia, nullus extitit, qui ea accipere vellet; & ideo ait: *non profui,* & ſubdit, *nec profuit mihi quiſquam:* id eſt nullus mihi lucratus eſt, quid eſt dum homo benè, ac meritoriè operatur, dolet Deus quod ſibi non datur profectus, fructus, ſeu lucrū, ſi noſtrum bonū ſuum reputat, ut noſtrum damnum ſuum judicet. D. Hier. *Quorum verborum,* ait, *hic ſenſus eſt perſona Chriſti* Non profui? *Nullus enim tantum voluit accipere, quantum ego tribuere deſideravi,* nec profuit mihi quiſquam, *Salus enim creaturæ lucrum eſt creatoris.* Maximè notandum, quod dum Chriſtus dolet ſuper duritiem populi in rejiciendis cœleſtibus donis, non ait væ illis, ſed *Væ mihi* Ob ſuam eximiam charitatem, ac pietatem tantum dolet Chriſtus, dum homo ad viam perditionis tendit ac ſi magis ipſi quàm homini ſit damnum. Ideo ſubdit D. Hier. *Quibus utitur hic Deus (cum revera nullius indigeat) ut ſuum in homines exprimat affectum, & benevolentiam.* D. Hieron.

Salus creaturæ lucrum creatoris. D. Hieron.

QUÆSTIO XLVI.

Quare ſi de Eccleſia militante eſt ſermo, ait Chriſtus quod non bibet illud cœleſte vinum niſi cum ſuis?

192. AIT Chriſtus Dominus: *Non bibam amodo de hoc genimine vitis uſque in diem illum, cum illud bibam vobiſcum novum in regno Patris mei.* Ubi juxta multos patres datos in Expoſitione, ſermo eſt de communione in Eccleſia militante, ait ergo Chriſtus non bibam ſeu non communicabo, aut recipiam corpus, & ſanguinem meum, iterum ante mortem uſque dum in Eccleſia militante recipientibus fidelibus ſimul ego recipiam. Et quare? Quia Chriſtus, ac fidelis dignè communicans unum ſunt; non enim poteſt fidelis recipere Euchariſtiam, quin Chriſtus cum illo, ob eandem receptionem unitus ſimul, recipiat, comedat, ac bibat. Pulchrè D Paſchaſ. lib. de Sacram. corporis & ſang. Domini. *Sic quoque,* ait, *bibit novum in regno Patris, id eſt in Eccleſia, quoties dignè ſui, aut comedimus, aut potamus.* Accedit etiam quod D. Luc. 22. referens verba Chriſti, ſic ſcribit: *Dico enim vobis, quia ex non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei.* Quæ verba ſic commentatur. Hugo, *id eſt, donec Sacramentum Dominici corporis, & ſanguinis ab Eccleſia celebretur.* Tunc enim cum meis fidelibus mihi per idem Sacramentum aſtrictè unitis neceſſariò manducabo, & bibam in regno Patris mei, ſeu in regno Dei hoc eſt in Eccleſia mea militante.

Per Euchariſtiam Chriſtus, ac fideles uniuntur. D. Paſchaſ. Luc. 22. Hugo.

193. Joan. 9. Ait Chriſtus Joan. 9. n. 57. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in illo.* Per Euchariſticū Sacramentum admirabilis quædam unio fit inter Deum & hominem, ita ut Deus ſit in homine, & homo maneat in Deo. Theoph. ibi. *Nam qui edit,* ait, *& bibit carnem, & ſanguinem Domini, in ipſo manet Domino, & Dominus in ipſo, contemperatio enim ſit nova, & ſuper rationem, ita ſit Deus in nobis & nos in Deo,*

Deus in homine & homo in Deo. Theoph.

194. Hinc Euchariſticum Sacramentum dicitur communicatio, imo & unio, quia revera fideles unit corpori Chriſti, ut interpretantur Divus Auguſt. D. Chryſ. Beda, & alii. Ait Apoſtolus 1. Cor. 10. n. 16. *Calix benedictionis, cui benedicimus nonne communicatio* (ſive communio) *corporis Chriſti eſt,* Non ait eſt participatio, ſed communicatio, ut magnam unionem fidelium cum Chriſto per Euchariſticam ſumptionem deſignet. Theophyl. *Non dixit,* inquit, *participatio: ſed communicatio, ut aliquid excellentius indicet, puta ſummam unionem. Hoc quod in calice eſt quod effluxit de latere Chriſti, & ex eo accipientes communicamus, id eſt unimur Chriſto.* Dicitur hoc Sacramentum unio Apocal. 2. n. 17. dicitur: *Vincenti dabo manna abſconditum; & dabo illi calculum candidum.* Per calculum ſacram Euchariſtiam interpretatur

1. Co. 10. *Magna unio fidelium cum Chriſto.* Theoph. Apoc. 2.

Ansbert. tur Cardinalis Hugo, & alij, per calculum Margaritam legunt. Ansbertus, & multi Margarita unio interpretatur, quia ſic habet hoc Sacramentum pro effectu nos unire cum Deo, & Deum nobiſcum, ut unio dicatur, ac appelletur.

295. Sapient. 19. De cœleſti manna dicitur Sap. 16. n. 20. *Angelorum eſca nutriviſti populum tuum, & paratum panem de cœlo præſtiti eis.* Et poſteà n. 21. ſubditur. *Subſtantia enim tua, dulcedinem tuam, quam in filios habet, oſtendebat.* Si ille panis erat manna confectum, & præparatum ab Angelis quare Dei ſubſtātia dicitur? Et ſi ab illis comedebatur, quomodò Dei ſubſtantia? Panis hic Euchariſticum denotabat, ac proinde ratione figuræ ſic comedentes uniebat cum Deo, ac ſi de ipſa Dei ſubſtantia alerentur, & quo jammodo quantū dici poteſt unius ſubſtantiæ cum Deo redderentur. Huc advoco id quod dixit S. Leo ſer 14. de Paſſione Domini. *Non aliud agit*, ait, *participatio corporis, & ſanguinis Chriſti, quam ut in id, quod ſumus transſeamus.* Et S. Aug. 7. Confeſſion. c. 10. *Cibus ſum grandium*, ait, *creſce, & manducabis me, nec tu me mutabis in te, ſicut cibum carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me.*

Euchariſtia unitur homo cum Dei ſubſtantia. Leo. Auguſt.

296. Ad ripas fluvij Dei videt Joannes mirabilem arborem, de qua ait, *Ex utraque parte fluminis lignū vitæ.* Apoc 22 n. 2. Hoc valdè mirum eſt, quod cum lignum vitæ eſſet unum, ex utraque parte fluminis ſtaret; ſi lignum unum erat, quomodò utraque oram fluminis tenebat? Lignum hoc Sacram adumbrabat Euchariſtiam, ut docent D. Chryſ. hom. 61. ad populum. & D. Vincent. Ferreira ſer. 3. de corpore Chriſti; lignum ergo cum eſſet unum, utramque partem tanquam cas inter ſe connectens amplectebatur, hoc enim divinum Sacramentum valde diverſa inter ſe unit, & copulat. D. Aug. tract. 26. in Joan. *Dominus noſter Ieſus Chriſtus corpus, & ſanguinem ſuum in eis rebus commendavit, quæ ad unum aliquid rediguntur: ex multis namque granis unus panis efficitur, & ex multis racemis vinum confluit.*

Apoc. 22. D. Chryſ. Vincent. Auguſt. *Per Euchariſtiam valde diverſa uniuntur.*

Matth. 26. n. 30. Et hymno dicto.

VERSIONES.

Græcus. Et hymno decantato.
Arabicus. Et laudem dederunt.
Pagninus. cum hymnum cecinissent.
Maldon. cum laudem Deo cecinissent.
Euthym. Dictis laudibus.
Syriacus. Et dixerunt hymnodiam.

EXPOSITIO. VII.

297. Græcus. ET hymno dicto, ſeu decantato, ut transfert Græcus, Chriſtus D. cum ſuis Apoſtolis alternatim hymnum dixit, ac decantavit poſt finem cænæ, ac inſtitutionem ſacræ Euchariſtiæ, antequam inciperet ſermonem, & orationem habitam in cœnaculo, ut docent D. Chryſ. hom. 83. & Joannes Soares Episcop. Conimb. in Matth. Cornel. à Lapide, & Gregorius Valentin. de hymnodia Sanctorum. Si verò D. Matth. ait quod hymno dicto exierunt in montem Oliveti, ex eo eſt, quia non ſcripſit ſermonem cœnaculi, quem recenſet Joannes à cap. 13. uſque 17. Hymno ergo dicto, ſeu decantato, Gratiis nempe Deo actis conſueto modo tam pro inſtitutione ſacræ Euchariſtiæ, quàm etiam pro ſua appropinquante paſſione; de quibus latiùs quæſt. ſequenti.

Gregor. Chryſoſt. Ioa. Soares. Cornel. Greg. Val.

QUÆSTIO XLVII.

Quare Chriſtus Dominus hymnum cantavit, & qualiſnam fuerit iſte hymnus?

298. MOs erat antiquorum Hebræorum, ut conſtat ex eorum libris ritualibus, ut referunt Paul. Burg. Baron. Franc. Lucas Tyrin. Menoch. & alij In nocte Paſchæ quando Agnus Paſchalis comedebatur, poſt ejus comeſtionem recumbentes ad menſam, hymnum ſolemniter dicere, & decantare, quod Chriſtus cum ſuis Apoſtolis facit poſt cœnam Agni Paſchalis, ac Agni Euchariſtici poſt nempe divinam Euchariſtiam inſtitutam. *Hymno dicto*, ſeu decantato. D. Chryſ. hom. 83. *Hymnum cecinit Chriſtus, ut nos ſimiliter faciamus.* Ad quod etiam nos exhortatur Apoſtolus. *Implemini Spiritu ſancto loquentes vobiſmetipſis in Pſalmis, & canticis ſpiritualibus in gratia cantātes in cordibus veſtris, gratias agentes Deo.* Ad Epheſ. 5. num. 16. Ex quo Conc. Tolet. 4. c. 13. de hymnis canendis in Sacro officio dicit nos exemplum Domini habere.

Burgenſ. Tirin. Menoch. Chryſoſt. Epheſ. Concil. Tolet.

299. Dubitabis tamen qualiſnam fuerit iſte hymnus quem cum Apoſtolis Dominus dixit D. Aug. Epiſt. 253. refert hymnum hunc Chriſti ſuo tempore circumferri ſolitum, ſed ipſe eum impoſturæ arguit, & à Priſcillianiſtis confictum dicit. Paulus Burg. Baron. Franc. Luc. Tyrin. exiſtimant hunc hymnum a Chriſto cum ſuis Apoſtolis decantatum fuiſſe ſex Pſalmos, quorum titulus eſt Alleluia, nempe à Pſal. 112. uſque ad Pſ. 117. Videlicet. *Laudate pueri Dominum: In exitu Iſraël: Dilexi, quoniam exaudiet Dominus, Credidi. Laudate Dominum omnes gentes. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in ſæculum miſericordia ejus.* Cornel. à Lapide ait quod fuerunt ſeptem Pſalmi, ſex ſupradicti, & inſuper Pſalm 118 *Beati immaculati.* Fundamentum eſt, quia ſoliti erant Judæi hos Pſalmos Deo canere poſt comeſtum Agnum Paſchalm. Hi Pſalmi, ſicut alij in Pſalterio, in quibus magna divinæ pietatis opera erga populum Iſrael continentur, habent, pro titulo *Alleluia*, quod idem valet, ac laudate Deum, ſic frequenter in Apocalypſi habetur c. 19. n. 3. *Dixerunt Alleluia.* De quo Dionyſius Areopagita de Eccleſiaſt. Hierarch. c. 4.

Auguſt. Burgenſ. Baron. Tyrin. *Qualis fuit hic hymnus.* Cornel. D. Dionyſ. Areop.

300. Fuerunt aliqui, quos tacito nomine citat Gregorius Valent. de hymnodia Sanctorum in apparatu pagina mihi 9. §. *Non deſunt.* Qui dixerunt Chriſtum Dominum novum aliquem compoſuiſſe hymnum, ſiquidem nova beneficia novis celebranda ſunt canticis; Moyſe enim, & Iſraelitæ novum cecinerunt canticum Pharaonis demerſo exercitu Exod. 15. n. 1. Debora Siſara devicto, Judic. 5. n. 1. Anna impetrato filio Samuele 1. Reg. 2. n. 1. Iudith Holoferne jugulato 16. n. 1 Zacharias nato Baptiſta canticum cecinit. Luc. 1. n. 68. & Virgo Mater Deo filio incarnato Luc 1. n. 47. & ita veriſimiliter putant Chriſtum Dominum pro nobis ac inauditis Euchariſtiæ, ac paſſionis beneficiis novum ediſſe canticum.

Gregor. Valent. *Canticum novum.* Exod. 15. Iudic. 5. 1. Reg. 1.

301. Veriſimilius tamen eſt, ut tradunt Epiſc Burg. Baronius, alij Auctores Chriſtum novum non compoſuiſſe canticum, ſed retento antiquo Hebræorum conſuetū canticum ſeu Pſal. cecinitſe. Deinde, quia ſi Chriſtus D. aliquod canticum novum

Veriſimilius quod fuerit hymnus uſitatus.

novum co npoſuiſſet, D. Joan. vel alius Evangeliſta illud literis mandaſſent, ſiquidem digniſſimum erat, ut poſteritati traderetur, & ſuperabat cætera ſcripturæ cantica, & novum canticum canticorum dici debebat.

302. *Quare Chriſtus cantavit.* Quare autem Dominus cum ſuis Apoſtolis hymnum cantaverit, præcipuè inquirit quæſtio. Reſpondeo primò, quod hymnum cantarunt gratias agentes Deo Patri, non tam pro ſumpto Agno Paſchali, ſed potiùs pro accepto corporis, & ſanguinis Chriſti Sacramento, nec tam pro liberatione ex Ægypto, quàm pro remiſſione peccatorum, & liberatione à Diaboli, ac peccati ſervitute, ac pro myſteriis regni Dei, quæ tunc agebantur. Ex his inſtruimur ſacra Euchariſtia communicata, ac divinis beneficiis acceptis, ut gratias Deo exhibeamus, De quo agunt Tertull. in Apolog. c. 39. D. Cyprian. Epiſt ad Donatum, unde ait D. Paſch. lib. 12. in Math. *Hymno dicto, hoc eſt quod in Pſalmo legimus: manducaverunt, & adoraverunt omnes pingues terræ, quoniam nemo hujus adipe frumenti ſatiatus, neque hujus dulcedine ſanguinis Chriſti ebrius, jam repletus ceſſat à laude Dei.* Vide ſuprà in hoc cap. 84. 85. 86. 87. & n. 263.

Gratias agit pro Euchariſtia inſtituta. Tertull. D. Cypr. Paſchaſ.

303. Secundò. Peracta cœna hymnum cum ſuis Apoſtolis decantat Dominus, docens nos à menſa non recedere, niſi gratiis Deo actis, & laudibus dictis; unde in eos, qui gratias agere Deo non curant graviter invehitur D. Chryſoſt. hom. 83. in Matth. porcos appellans, quia quemadmodum porci glande veſcuntur, neque oculos in arborem attollunt quæ illam profert, ſic hic homines Dei cibos edunt, neque tamen in Deum attollunt mentem, gratias bonorum creatori, ac largitori agentes. *Audiant omnes,* ait Chryſ. *qui quaſi porci, cum jam comederint everſa calcibus menſa, temulenti conſurgunt, cum agere gratias debeant, in hymnum à menſa devenire.* Vide ſuprà cap. 3. n. 30.

D. Chryſ. *Peracta menſa Deo gratiæ agendæ.*

304. Tertiò. *Hymno dicto.* Antequam Dominus ad ſævam crucem, ac mortem tendat in hortum, cantat, ut ſignificaret, quam ſpontaneus properaret ad mortem ſibi exoptatam, cœpit cantare, cantus tamen ille fuit velut Cygni jamjam moribundi, imminentis mortis præſagium; ſicut enim Cygnus non niſi ſemel, & cum morti proximus eſt, cantat, ut tradit Plato in Phædone de Cygno; ita Chriſtus Dominus nuſquam niſi jam mortem obiturus cantaſſe legitur; funeris ſui cantor dicitur candidus Cygnus, ut ſic oſtenderet Chriſtus quàm hilari, ac voluntario animo ad mortem pro nobis tenderet. Vide ſuprà c. 5. n. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. & ſæpè aliis in locis.

Chriſtus ſpontaneus cum gaudio tendit ad mortem. Plato.

305. Et ut etiam nobis daret exemplum, quod adverſa, ac acerba forti, ac læto animo ferenda ſunt. Eleganter canit Victor Antiochen. in Marc quod Magiſter Deus in extrema, vitæ periodo cantaverit. *Nos quoque admonens, ut adverſa grato patientique animo perferamus.* Inde ipſe cum duram crucem, & ſævam necem præ oculis habeat, canit. Ait anima Sancta: *Filij Matris meæ, pugnaverunt contra me.* Cant 1. n. 5. Dubitabis quonam animo hæc dicat virgo ſapiens, an ut queratur de re adverſa, an glorietur? Sic rectè ſe habebat anima pia in rebus adverſis, ut cùm fratres ſibi infeſtos dicat, gratuletur, ac Deo gratias agat: Magiſter adeſt D. Bernard. ſerm. 29. Hæc dixit: *Non quaſi gemens, aut querens; ſed quaſi gaudens, & gratias agens, inſuper & gratulans.*

Victor. Antioch. *Quidquid acerbum læto animo ferendum.* Cant. 1.

D. Bern.

306. Pangit Habacuc carmen c. 3. cujus titulus eſt, *Oratio pro ignorantiis.* Græcus habet, *Oratio cum Cantico.* Cantat Vates magnas calamitates, ac devaſtationes totius orbis n. 6. *Aſpexit, & diſſolvit gentes: & contriti ſunt mentes ſæculi.* Sævos corrupto cœlo morbos, & graſſantem ubiq; locorum mortem. *Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat,* n. 16. agrorum ſiccitates, extremaque rerum inopia etiam modulatur: *Arva non afferent cibum,* &c. Ovium peſtem, boú mque ultimam cladem, *Abſcindetur de ovili pecus,* n. 17. His tam ſævis, ac diris promiſſis ſubdit. *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Jeſu meo.* n. 17. tam acerba, ac dura argumentum eſt canendi, an deplorandi? Et ſi mundano illa ſint motiva ad gemendum, ac lachrymas effundendum, tamen patiendi occaſio: canendi ratio eſt viro bono. Et inde à Propheta fingitur titulus. *Oratio cum cantico.* Unde ait D. Cyprian. lib. contra Demetriam. *Viget apud nos inter ipſas ſæculi labentis minas erecta mens, & nunquam niſi læta patientia, ac de ſuo Deo anima ſemper ſecura.* Cum bonus quilibet non ſibi, ſed Deo præfidat, quidquid ærumnoſum eſt, aut tolerat, aut facilè vincit forti animo, ibi bene intelligens, quod parata ſit via gaudendi, & nata Deum laudandi occaſio.

Habac. 3. Græcus.

Vero bono patiendi occaſio eſt canendi ratio. Cyprian.

CAPUT VII.

Contentio Diſcipulorum.

Luc. 22. *n.* 24. Facta eſt autem contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe major.

VERSIONES.

Syriacus. Extitit autem etiam contentio inter eos, quiſnam inter eos eſſet major.

Vatablus. Orta eſt autem & contentio inter eos.

Franc. Luc. Contentio de hoc inter eos.

Arabicus. Quis eorum eſſet major.

FACTA *eſt autem contentio.* Sæpè Sancti Apoſtoli, cum nondum gratiâ Spiritus Sancti eſſent imbuti, in hanc quæſtionem, & contentionem inciderunt, quis eorum major videretur ut patet Matt. 18. n. 1. & Matth. 20. n. 24. Marc. 9. n. 33. & Luc. 9. n. 46. Tamen perpenſis omnibus circunſtantiis loci, temporis, occaſionis, ac reſponſionis Chriſti, præſens contentio eſt valdè diverſa à ſupradictis. Nam poſtquam Chriſtus inſtituit ſacram Euchariſtiam, ac magno dolore iterum repetivit Judæ proditionem, ut dixi cum D. Aug. c. 6 q. 1. n. 6. & ibidem Expoſit. 5. n. 71. & narrat D. Lucas c. 22. n. 21. *Verumtamen ecce manus tradentis me mecum eſt in menſa, & ipſi cœperunt quærere inter ſe quis eſſet ex eis hoc facturus.* Tunc ſcribit D. Luc. quod inciderunt in hanc quæſtionem, *Quis eorum videretur eſſe major?* 1.

Matth. 18. Matth. 20. Marc. 9. Luc. 9. *Series textus.*

Facta eſt autem contentio. Hæc contentio non facta eſt clamore, aut verborum pugna, ſed fuit diſceptatio quædam, quæ fiebat ſubmiſſis verbis, ac muſſitando. Nam altis verbis contendere in 2.

in menſa Chriſto præſente, & audiente, valdè diſtans erat à modeſtia Apoſtolica, & ad hoc minimè ipſi auderent ob reverentiam, quam in magiſtrum habebant. *Quis eorum videretur.* Hoc eſt quantum intelligi, ac capi poterat ex circunſtantiis præſentibus. Preme verbum *Videretur.* Non inquiunt quis eſſet, ſed quis videretur; pro morali documento, in mundo enim unus non eſt major alio, licèt alias major videatur, in oculis enim noſtris unus videtur major, cum ſecundum rei veritatem ſit parvus, pauper, & miſeriis plenus, quæ enim mundi ſunt magna, & ſublimia apparent, cum revera ſint parva, & humilia: *Major.* Sà, Menoch. interpretantur, *Maximus.* Quem nimirum Chriſtus plurimi faceret, ut in Eccleſia ſua poſt mortẽ ſuam cum cæteris eſſet præpoſiturus, de quo tantum crimen ſuſpicari non poterat, de his quæſt. ſequenti, ſi Chriſtus erat æqualis in omnes, ut quilibet putare poſſet cæteris ſe præferri.

In mundo unus non eſt major alio, ſed ſolum videtur.

Sà. Menoch.

QUÆSTIO I.

Quare hæc contentio orta fuit inter Apoſtolos?

3. Salmeir. SALMEIRON tom. 9. tract. 45. tenet non eſſe alienum à veriſimilitudine quæſtionem hanc excitatam fuiſſe ante pedum ablutionem, ac proinde ante inſtitutam Euchariſtiam, fortè propter excellentiora menſæ loca. Divus Luc. recapitulatione uſus eſt, ac ſeries textus Divi Luc. hoc loco contentionem factam indicat, nam dum quærerent quis eſſet proditor, in hanc quæſtionem inciderunt. Secundò. Beda ait. *Non eſt incredibile, quia honore ſe invicem præveniendo certaverint:* Ac proinde videtur hanc contentionem potius humilitati, quàm ſuperbiæ adſcribere.

Beda.

4. Brixian. Tertiò. Iſid. Clar. Brixian. *Conquiſitio illa, quis eorum videretur eſſe major, fortaſſe ſic orta eſt, cum audiſſent unum ex iis duodecim fore Magiſtri proditorem, arbitrati ſunt, hunc, qui id eſſet auſurus, patraturum hoc facinus, imperandi aliis gratia, atque ita quærebant quis eorum videretur eſſe major, ut aliquo pacto deprehendi proditor poſſet, alioqui quomodo in tam triſti nuntio potuit illis venire in mentem hæc cogitatio.* Orta hæc contentio ad cognoſcendum proditorem, ex hoc enim puncto prodiit quæſtio, *Cœperunt quærere inter ſe quis hoc eſſet facturus* Pro certo ſtatuentes, quod ille, qui præ ambitione cæteris major videri volebat, tantum facinus perpetrare non recuſaret. At ſolutio hæc non multum convenit cum Chriſti admonitione.

Ubi ambitio. ibi omne turpe amplectitur.

5. Theoph. Quartò. Theoph. *Inciderunt,* inquit, *Apoſtoli in hanc litem, quia veriſimile eſt, quod inter ſe dixerint, unus alteri: Tunc proditurus es: & alius alteri: & inde pervenerunt, ut dicerent, ego ſum melior, ego ſum major, & ſimilia,* &c. At hæc ſententia, niſi aliter modificetur non multum cohæret cum modeſtia Apoſtolorum; nam quamvis ipſi tunc non eſſent gratia Spiritus ſancti illuminati, ac expurgati, tamen ab eis alienum videtur, ut unus in alterum vellet culpam retorquere, præcipuè quia cum Dominus diceret: *Unus ex vobis tradet me.* Scribit Joan. 13. n. 22. *Aſpiciebant ergo ad invicem diſcipuli hæſitantes, de quo diceret.*

Vir modeſtus non retorquet in alios culpam.

6. D. Chryſ. Quintò. D. Chrys. homil 83. in Matth. *In ipſa cœna,* ait, *quiſnam inter eos major eſſet, diſceptabant. adeo inanis gloriæ paſſio animos adhuc eorũ turbabat.* In eadem ſententia ſunt D. Bonav. & Carthuſ. aliquid enim humanum inanis gloriæ, ac elationis paſſi ſunt, quæ animos eorum turbaverat, & hoc confirmatur ex increpatione, ac informatione eorum ſubjuncta à Chriſto.

Carthuſ. *Ambitio regnat.*

Sextò. Euthym. *Hac de cauſa contentio, ſive inquiſitio inter eos incidit, jam enim certiores facti de morte Magiſtri, inquirebant, quis eorum videretur eſſe major, ut cæteris fieret Magiſter.* Cum audiſſent Magiſtrum à diſcipulo tradendum eſſe, ac ab inimicis ſuis eſſe occidendum, ideo de primatu futuro contendunt, quiſnam major, ac aptior eſſet, ut poſt mortem Magiſtri, illius locum teneret, in hac ſententia ſunt Græcus, Anonymus in Catena D. Thomæ, D. Anton. Janſen. Carthuſ. etiam Sa, Menochius, & Lyran. in Gloſſa, & alii. 7.

Euthym. Anonym. D. Anton. Janſen. Carthuſ. Caietan. Sà. Menoch. Lyran.

Dices. Omnes diſcipuli ſciebant claves regni cœlorum promiſſas eſſe Petro, audientibus omnibus Apoſtolis ei dixit Chriſtus: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Matth. 17. ergo certò ſciebant Petrum cæteris eſſe majorem. Reſpondetur, tunc verba Chriſti non fuiſſe ab eis ſatis intellecta, & fortè aliqui pro Petro contendebant illum eſſe majorem. 8.

Dico. Quod contentio originata eſt ex his quæ geſta ſunt in cœnaculo, viderant omnes, quod Petrus, & Joan. habebant proximiora loca Chriſto in menſa, & quod prius cæteris, Chriſtus Dominus eis dederit panem, & calicem, proximè verò orta fuit contentio ex indagatione proditoris. Ut indicat. D. Lucas. *Et ipſi cœperunt quærere inter ſe; quis eſſet ex eis, qui hoc facturus eſſet: facta eſt autem contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe major.* Duobus modis in hanc quæſtionem delabi potuerunt. Primò dum de proditore diſcutiunt, & etiam maximè dolentes de morte Magiſtri agunt, & inde quærunt, quis poſt mortem Magiſtri ſit major, ac aptior, ut ejus vices gerat, ac aliis præſideat loco Chriſti, ut ait ſexta ſententia, & ideo ut inquit Chriſtus de hoc eos docuit videlicet, quod ille eſſet aptior, qui humilior exiſteret, *qui major eſt in nobis, fiat ſicut minor.* Quod per contrarium eſt ad tenendam dominationem. 9.

Objectio.

De primatu futuro contendebant.

Alio modo fieri potuit contentio, *Quis eorum videretur eſſe major.* Scilicet maximus, primus, quem Jeſus plurimi faceret, & quiſnam eſſet qui cæteris præcellere videretur virtute, probitate, nobilitate tribus, ac cognatorum prudentia, ac ſimilibus, & ita dum de proditore indagant, veluti per indictionem procedunt, cum hic vel ille tantis donis ſit ſublimatus à Magiſtro, ac proinde alienus eſt à proditorio crimine. Ita Barradas, Franc. Lucas, & in hac ſententia interpretandus eſt Theoph. *Et inde eò pervenerunt; ut dicerent ego ſum melior, & ego major.* Inde unuſquiſque ſuam fidem erga Magiſtrũ tuetur ex probitate morum, nobilitate generis, tribus, ac cognatorum, à viro enim nobili, ac ingenuo valdè longè abeſt dolus ac proditorium nefas. 10.

Barradas. Luc. Brg. Theoph. *Dolus alienus à viro nobili.*

Nobilis Raguel filiam habebat Saram, cujus ſeptem viri in nocte nuptiarum interfecti ſunt à Dæmone, cum ad eum diſcurreret junior Tob. filiam in uxorẽ petit quod audiens. Raguel, *Expavit ſciens quid evenerit illis ſeptem viris, qui ingreſſi ſunt ad eam: & timere cœpit, ne fortè & huic ſimiliter contingeret.* Tob. 7. n. 11. Cur expavit & timet bonus ſenex, cum filiam ſuam petitam in ma- 11.

Tob. 7.

trimoniũ,hoc erat potius magna ratio gaudẽdi, ipſe enim multum optabat filiam nuptui tradere, unde ergo iſta conturbatio? cum ipſe optimè agnoſceret ſponſis filiæ ſuæ calamitatem mortis imminere, pavet, & timet ne dolum, ac fallaciam faciat tanto juveni; ſi eminens periculum abſconderet, & ideò conſtituit aperire fatale connubium filiæ ſuæ prioribus ſeptem viris fuiſſe in limine nuptiarum, ut habent Græci codices, doctè notat M. Celada, eligens potius ut filia remaneret innupta, quàm quod ipſe alicui pertenderet fraudem, ac dolum. D. Ambroſ. lib. 3. Officior. cap. 14. *Raguel, ait, cum rogaretur filiam ſuam dare in conjugium, vitia quoque filiæ non tacebat, ne circumvenire petitorem videretur tacendo; dediſſe enim eam ſex viris, omnes eos eſſe mortuos: quam breviter abſolvit omnes quæſtiones Philoſophorum; illi de vitiis tractant domorum, tegenda, an prodenda à venditore videantur: hic noſter nec filiæ vitia celanda arbitratus eſt.* Cum eſſet vir magnus, & nobilis *vitia quoque filiæ non tacebat ne ci cumvenire petitorẽ videretur.*

Græcus. C. lada. *A viro ingenuo multum diſtat fraus, & dolus.*

Ambroſ.

12. At aliter accidit viro ignobili, & ſervo. Devaſtata Siceleg, cum multa præda recedebant Amalecitæ, & cum interioribus deſerti partibus latitarent feſtivè comedentes, ac bibentes, ita ut eos invenire non poſſet David; inventus eſt in agro homo quidam qui interrogatus à David quiſnam eſſet, de ſe reſpondit. *Puer Ægyptius ego ſum ſervus viri Amalecitæ*, &c. 1. Reg. 30. n. 13. Hic autem ducit David ad partem illam, in qua Dominus ſuus cum cæteris Amalecitis lætabundus cubabat, in quos omnes irruit David, & eos interfecit, ablatis omnibus ſpoliis, quinam erat homo, qui dominum ſuum prodit ad mortem, ac ad extremam cladem, ipſe de ſe teſtatur. *Puer Ægyptius ego ſum, & ſervus viri Amalecitæ.* Erat ſervus ignobilis, ac infimæ plebis, & inde in eo perfidia inventa eſt, ut poſtpoſita omni fide Dominum ſuum ad mortem, & extremam ruinam traderet. Hac ſanè mente ſacer Textus Jeroboamum cùm deficeret à Salomone ſemel, & iterum ſervum appellat. 3. Reg. 11. n. 26 *Jeroboam ſervus Salomonis, levavit manum ſuam contra regem.* Et iterum 2. Paral. c. 13 n. 6. *Surrexit Jeroboam, ſervus Salomonis, & rebellavit contra Dominum ſuum.* Ad quid tam iterata ſervitutis commemoratio? Niſi ut ſcias à ſervili ingenio defectionem ſervire; & ideo Jeroboamus vocari ſervum, ne mireris à ſervo fidem fractam eſſe.

1. Reg. 30.

Ignobilis, ac ſervus non ſervat fidem.

3. Reg. 11.

2. Par. 13.

13. Cum Ieroboam deficeret à Roboam rege Iuda, ne populus ad ſacrificandum tenderet in Jeruſalem, erexit in Samaria duos vitulos aureos. *Et fecit fana in excelſis, & ſacerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Levi.* 3. Reg cap. 12. n. 31. ſic conſtituit idola, ac Sacerdotes creat, ut populum ad ſe advocaret, cur non ex illuſtri ſe. natu, ac prima nobilitate? Certo ſciebat Jeroboamus, ad quid ſe projiciant viles homines ſpe lucri parvi objecta; ut fidei proditores à vero Deo ad vanos Deos transfugiant, quid enim à vili grege ſperari poteſt, niſi perfidia? Rupertus in Oſeam c. 4. *Ut quanto, ait, fuerant extremi, tanto magis avidi ad colendum mendacium, populumque decipiendum ſe accingerent.*

3. Reg. 12. *Homines infirmi nec Deo ſervant fidem.* Rupert.

Luc. 22. n. 25. Dixit autem eis: Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatẽ habent ſuper eos benefici vocantur,

Num. 26. Vos autem non ſic: ſed qui major eſt in vobis, fiat ſicut minor: & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator.

VERSIONES.

Syriacus. Ipſe autem Jesus dixit eis: Reges gentium ſunt domini earum: quique poteſtatem in eas habent.

Vatabl. Dominantur eis.

Origenes. Et majores eorum poteſtatem exercent in eis.

Pagninus. Super eas.

Arabicus. Benefici eorum vocantur.

Syriacus n. 26. Vos verò non itèm: ſed qui maximus eſt inter vos, ſit quaſi minimus: & qui Princeps eſt, ſit tanquam miniſter.

Vatabl. Vos autem non ſic: ſed qui major eſt inter vos, fiat æqualis juniori: & qui Princeps eſt, æqualis miniſtranti.

Theophyl. Euthym. Sed qui major eſt inter vos: fiat ſicut junior, & qui Princeps eſt, ſicut is, qui miniſtrat.

Arabicus. Major ex vobis fiat, ſicut minimus.

Caietan. Et qui dux eſt ſicut miniſtrator,

Franc. Luc. Et qui Dominus, ſeu rector, ſicut miniſtrator.

EXPOSITIO II.

DIXIT autem eis. Objecto humilitatis documento, eorum contentionem arguit, ac compeſcit Dominus. *Reges gentium*, id eſt Ethnicorum, qui fidei luce carent, *dominantur eorum*; Ethnicis dominantur, ac principantur, *& qui poteſtatem habent ſuper eos.* Super ipſas nempe gentes ſive tanquam reges, ſive ut magnates, Magiſtratus, ac principes, *Benefici vocantur.* Magnis ac magnificis titulis ornantur; Maximum, ac ampliſſimum regis nomen à beneficentia derivatur, & deducitur. Notatur hic quod dicuntur benefici, tanquam ſuprema regis nomenclatura Reges autem, ac Principes Ethnicorum, ut aliis majores ac priores habentur, eorum enim dominatus, totus in majoritate, excellentia quadam, ac arrogantia fundatur, & inde ad hoc notificandum magnis, ac glorioſis nominibus volunt dici, ac celebrari. Notat Mendoça tom. 3. in lib. 1. Reg. cap. 12. verſ. 15. num. 3. quod non dixit Reges Hebræorum, ut parcius cum illis ageret, & Hebræos in reverentia & obedientia ſuorum regum contineret; Dicam etiam, quod ait Reges gentium, quia in dignitate ſuperbire gentium vitium eſt. Noſter D. Cyrill. in Catena. *Gentilium meminit, ait, ut ex hoc rem vituperandam oſtendat.* 14.

Suprema regis nomenclatura beneficentia.

Mendoça

In dignitate ſuperbire gentium eſt. Cyril.

15. *Vos*

15. *Vos autem non ſic.* Ut Reges, ac Principes gentium, qui ad majoritatem, ac principatum ſuum oſtendendum, glorioſos titulos vana gloria plenos ſibi uſurpant, multum aliter vos debetis habere, ô diſcipuli mei, ait Chriſtus, mea doctrina, ac exemplo illuminati, in regno meo, ac Eccleſia mea, quam inſtituo, cujus præfectura quiſque fungitur, non ut dominetur, ſed ut miniſtret, & hæc præfectura meæ Eccleſiæ non nititur, ac fundatur in vana electione, ac ſuperbia ut gentiũ, ſed in humilitate, ac demiſſione animi, & ideo ipſe dicebat. *Diſcite a me; quia mitis ſum, & humilis corde.* Matth. 11. n. 29. & deteſtatur, *non veni miniſtrari, ſed miniſtrare*, Matth. 20. n. 28. Hinc Apoſtoli paſſim dicuntur miniſtri. *Et qui major*, Auctoritate ſcilicet, ac honore, *eſt in vobis:* filiis regni mei: *fiat ſicut minor* Syriacus *ſit quaſi minor.* Theoph. & alii Græci, *ſicut junior*, id eſt, minor, juniores enim minores ſunt, & miniſtri, Euthym explicat, *Juniorem dicit poſtremum.* His monet quanta modeſtia, ac animi demiſſione ſe debeant gerere. *Et qui præceſſor eſt* Seu ut legunt Syriacus Vatablus, *Princeps:* ſeu alii, *Dux, Rector, Dominus.* Sit ſicut miniſtrator; ſe exhibeat, ſicut ſi Dominus, ac Princeps non eſſet, ſed ac ſi miniſter, & aliorum ſervus eſſet.

Matth. 11.
Matth. 20.
Syriacus.
Theodor.
Euthym.
Vatabl.

Q u æ s t i o I I.

Quare diri, ac crudeles tyranni benefici vocantur?

16. Cum proponantur reges gentium, quod ſplendidiſſimis, ac valdè glorioſis nominibus appellentur, dicitur, quod benefici vocantur, ac ſi non aliunde melius, quàm à beneficentia, ac liberalitate principum nomina deſumantur, unde abſolutè reges potius à beneficentia, quàm à potentia ſibi nomen uſurpant. Pſal. 117. num. 9. *Bonum eſt*, ait David, *ſperare in Domino, quam ſperare in principibus.* Hebraicè, *quam ſperare in beneficis*, & Pſalm. 145. numero 3. *Nolite confidere in principibus* Hebraicè *in beneficis.* Iſaias 13. n. 1. *Principes in judicio præerunt.* Hebraicè, *Benefici in judicio:* pro ſplendido titulo, non dicuntur Reges potentes, maximi, & excelſi, ſed benefici, ac ſi magis de ſua beneficentia, quam de ſua potentia glorientur. Unde Tertullian. in Apologetico c. 34. laudat Cæſarem Auguſtum quod prohibuerit ſe Dominum apellari, volens potius dici patrem patriæ, *Qui*, ait, *pater patriæ eſt, quomodo Dominus eſt; ſed gratius eſt nomen pietatis, quam poteſtatis.*

Reges potius gloriantur de beneficentia, quam de poteſtate.
Pſal. 17.
Pſalm. 145.
Iſai. 13.
Tertull.

17. Quæſtio tamen principaliter inquirit, quare Reges gentium, qui orbi principabantur, non tam Reges dicantur, , quàm Domini, ſiquidem deſpoticum dominium in eos rigidè exercent, eoſque ut ſervos durè, ac acerbè tractant, & tamen qui hanc crudelem poteſtatem ſuper eos habent, *Benefici vocantur.* Præclarè quæſtionem ſolvit.

Difficultas quæſtionis.

18. Noſter D. Cyrill. in Catena: ſic ait. *Blandi ſermones eis offeruntur à ſubditis: unde ſequitur. & qui poteſtatem habent benefici vocantur.* Ipſi Domini ſubditos ſuos, aſpero ſervitutis jugo, rigida tributorum exactione, aliquando etiam filiorum ablatione valdè amarè premunt, & tamen ſubditi non queruntur de violenta tyrannidis, ſed cùm tam malè tractantur, blandis ſermonibus, adulationiſque obſequio, ipſi Domini benefici vocantur ab eis: ſicque ad placitum regis ſe componunt ſubditi, ut pro injuria illa oſtendant benevolentiam, & pro imperiali violentia, reddant ſermonem blandum, ac pro tyrannidis faſtu, humile deferant obſequium, unde qui duram poteſtatem in eos exercent, *benefici vocantur.* Preme verbum, Non ait benefici ſunt, ſed, *benefici vocantur.* Ac ſi beneficentia, & clementia principum non veritas ſit, ſed commenticia adulantium fictio. Favet D. Bern. ſerm. 3. de Aſcenſ. *Quum pauci evadunt*, ait, *quibus non dominandi libido dominetur; Hinc eſt, quod benefici vocantur, qui poteſtatem habent: hinc quod laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ. Poteſtatibus ſiquidem omnes adulantur.* Expende, in quo laudatur peccator ex adulantium vitio. *In deſideriis animæ ſuæ.* Carthuſ. ad hunc locum. *A ſubditis vanè laudantur, & bene agentes dicuntur, etiam dum agunt injuſtè.*

D. Cyril.
Tyrannus dum inique agit, laudatur ut beneficus.
D. Bernard.
Carthuſ.

119. Ait Oſeas 7. n. 3. quod Aulici regis Jeroboam, ut volunt D. Hier. & Ruffinus, velut alii contendunt Regis Jehu, *in malitia ſua lætificaverunt regem, & mendaciis ſuis Principes, omnes adulterantes* Et ſubdit. *Dies regis noſtri: cœperunt Principes furere a vino.* Quæ omnia maximè ſunt expendenda, ait textus. *Lætificaverunt regem.* Vatabl. *In malitia ſua exhilararunt regem.* Multis blandis, ac placidiſſimis verbis jucundarunt, ac lætitia affecerunt regem, in ejus laudes ſeſe diffundentes, multa mendacia accumularunt. ejus diem, ſeu regni tempus valdè feliciſſimum, ac lætiſſimum acclamantes; hoc enim ſignificat *Dies regis noſtri.* Quid inde *cœperunt Principes furere à vino*, id eſt, rex, ac filii ejus Principes tantis placentiis, ac adulationibus, ſic à mente alienati ſunt, tanquam ſi à vino ebrii facti eſſent, hoc eſt tantis encomiis jucundarunt regem, ut tanquam amens, & fatuus eſſet. Vide quid inde ſubſequutum eſt n. 6. *Tota nocte dormivit coquens eos: mane ipſe ſuccenſus quaſi ignis flammæ.* Noctem illis mendaciis, ac fallacis præterivit, mane verò ubi res apparent, & videntur, rex, & regnum tanquam à flamma abſumptum eſt. Ruffinus. Omnia deperduntur, ait, ipſe Rex cumulator illius dignitatis, & ſacrilegii fabricator erroris, extendit manum ſuam cum illuſoribus, profeſſa adulatione illum palpantibus Ex adulatione nil aliud pullulat, niſi interitus, & extrema devaſtatio.

Oſeæ. 7.
D. Hier.
Vatabl
Principem inique agentem laudant adulatores ut perdant.
Ruffinus.

120. De Joab regè Juda loquens textus 2. Paral. 24. n. 14. ait. *Poſtquam autem obiit Joiada, ingreſſi ſunt Principes Juda & adoraverunt regem, qui delinitus obſequiis eorum, acquievit eis.* Principes aulici, ac potentes viri Palatini ingreſſi ad Regem, cum ut hominem divinum prædicabant, ſupremiſque illum acclamationibus, ac laudibus extollebant, *qui delinitus, obſequiis eorum*; eorum adulationibus acquieſcens, in horrenda ſacrilegia, ac crimina prolabitur, quæ ut egregia facta approbantur à Palatinis. Quid inde narrat textus. *Surrexerunt autem contra eum ſervi ſui*, &c. *Occiderunt eum in lectulo ſuo; & mortuus eſt*, num 25. Sto à ſententia Salviani exiſtimantis hoc ſervos Joas, qui eum interfecerunt, fuiſſe Principes, & potentes viros illius aulæ, qui eum divinum prædicaverunt, & qui antea eum adoraverunt, ut fiat evidens, quod proclamationes indigno factæ, ſunt voces convocantes ad mortem, & adorationes exhibitæ immerito ſunt veluti gladioli requirentes ad interfectionem. unde dicebat David, *Oleum peccatoris*

2. Par. 24.
Extollunt improbum ut divinum.

non

Pſalm. 140. *non impinguet caput meum.* Pſalm. 140. num. 5. De adulatione eſt ſermo quæ oleo mollior, ac blandior eſt. Scholium Hebræum addit. *Oleum veneni non frangat caput meum.* Nam ut ait Tacitus 1. lib. Hiſtor. *Adulatio veri affectus venenum.*

Hebr. Tacitus.

QUÆSTIO III.

Quare Chriſtus ſuis diſcipulis mandat, ut non ſe habeant, tanquam reges, ſed ut Miniſtri?

21. AIT Chriſtus. *Reges gentium dominantur eorum,* &c. *Vos autem non ſic.* Sed multum ab eis diſtare debetis. *Sed qui major eſt in vobis, fiat ſicut minor.* Seu minimus ac poſtremus: *Et qui præceſſor eſt,* ſeu Princeps, Dux, ac Rector, *fit ſicut miniſtrator.* Dominus hoc ſtudium ſuæ humilitatis illis inculcat, ut ſuam dignitatem non oſtentent quidem imperando, ſed potius obediendo commendent. Eleganter D. Gregor. lib. 1. Dialogorum cap. 1. *Uſus quidem,* ait, *rectæ converſationis eſt, ut præeſſe non audeat, qui ſubeſſe non didicerit: nec obedientiam ſubjectis imperet, quam Prælatis non novit exhibere.*

Gregor. *Qui obedire non dicit, imperare neſcit.*

22. Hic etiam Chriſtus ſuæ Eccleſiæ Prælatis dat formam ut ſe habeant non tanquam Dominos, ſed ut miniſtros, ac ſervos, 1. Cor. 4. n. 1. *Sic nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei.* 2. Petr. 5. n. 3. *Neque ut dominantes in cleris, ſed forma facti gregis.* Hinc Chriſtus eos operarios vocat Matth. 9. n. 39. *Rogate Dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam.* Et rurſus Luc. 10. n. 7. *Dignus eſt operarius mercede ſua.* proinde ab Apoſtolo cum milite, cum vinitore, cum paſtore, ac etiam cum bove triturante comparantur. 1. Cor. 9. n. 7. & 9. quorum munera potius ſervi, quàm Imperatoris ſunt,

1. Cor. 4. 2. Petr. 5. Matth. 9. Luc. 10. 1. Cor. 9.

23. Cum Jeremias 1. num. 10. à Deo mittitur ad populum dicitur ei. *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes.* Cum audis Prophetam à Deo conſtitui ſuper gentes, & regna exiſtimabis eſſe ad dominationem, ac imperium, ut omnes perſolvant tributa, & dent obſequia? perpende, quod ei à Deo dicitur: *Ut evellas, & deſtruas, & diſperdas & diſſipes, & ædifices, & plantes.* Ut intelligas Prophetam non mitti ad honorem, ac requiem deliciarum, ſed ad laborem, ac ſervilem operationem. Divus Bernard. lib. 2. de Conſider. ad Eugenium. *Diſce,* ait, *exemplo prophetico præſidere, non tam ad imperitandum, quam ad factitandum; diſce ſarculo tibi opus eſſe, non ſceptro,* Preme verba, quod præſules ſuper gentes, & regna eliguntur, non ut fulgeant ſceptro, ſed ut ſarculo ſerviant.

Ierem. 1. *Prælatus non ad munera imperatoria, ſed ad ſervilia eligitur.* D. Bernard.

24. Bonus ille Pater familias, *Peregre proficiſcens vocavit ſervos ſuos; & tradidit illis bona ſua. Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum.* Matth. 25. num. 14. Senſus parabolæ eſt, quod iſte homo peregrè proficiſcens; Chriſtus eſt abiens in cœlum, vocavit ſervos ſuos Prælatos nempe Eccleſiæ & ideo hoc Evangelium decantatur in Pontificum ſolemnitatibus; cum tamen hi ſervi filii non dicuntur, cum revera ſunt filii. *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri:* Joann. 1. Optimo tamen jure ſervi nuncupantur. Magna differentia interjacet inter filios, & ſervos; nam filiis in paternis bonis ſuccedant tanquam Domini, & ut eis dominentur, ac pro libito ea expendant. At ſervi quando eis committuntur res Domini ſui ad hoc eſt, ut excolendo, ac laborando adminiſtrent. Dicuntur ergo præſules Eccleſiæ non filij, ſed ſervi, ut intelligant rationem qua ad Eccleſiaſtica bona advocantur, non ut tanquam Domini; nec ut filii Domini ſui illis indulgeant, ac delicientur, ſed ut tanquam ſervi alienam rem pertractantes ſe habeant, ut miniſtrorum functiones adimpleant, ac exequantur. Sic monet Divus Chryſoſt. homil. 11. in Epiſtol. 1. ad Corinth. *Magnam adeptus es dignitatem,* ait, *& Eccleſiaſticum accepiſti principatum. Noli ſuperbia efferri. Non tuam gloriam adeptus es, ſed ea te Deus ornavit. Abſtineas igitur tanquam à re aliena, neque eam uſurpes, neque abutaris in his, quæ non decent, neque tui juris facias, ſed pauperem te ipſum ducas, & inglorium.*

Matth. 25. Ioan. 1. *Prælatus bona Eccleſiæ non ut Dominus, ſed ut ſervus aliena tractet.* Chryſoſt.

Luc. 24. *n* 27. Nam quis major eſt, qui recumbit, an qui, miniſtrat, nonne qui recumbit? Ego autem in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat

Num. 28. Vos autem eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis.

VERSIONES.

Syriacus. n. 27. Uter enim major eſt ille qui accumbit, an ille, qui minſtirat? Nonne ille qui miniſtrat? At ego ſum inter vos, ſicut ille, qui miniſtrat.

Vatabl. n. 28. Vos autem eſtis.

D. Hilar. Vos eſtis, qui perſtitiſtis mecum in omnibus tentationibus meis.

Arias. Vos eſtis permanentes mecum in tentationibus.

EXPOSITIO III.

25. NAM *quis major eſt.* Seu ut Syriacus, Vatablus, Euthymius. *Uter major eſt,* dignior nempe ac excellentior conditione. *Qui recumbit.* Sedes ad menſam; *an qui miniſtrat.* recumbenti *nonne qui recumbit,* major, & dignior eſt miniſtrante ſecundum humanum judicium? Ut notarunt Carthuſianus, Hugo quamvis aliunde coram Deo, ſit major in donis gratiæ, qui miniſtrat. *Ego autem in medio veſtrum ſum:* denotat cum dicit in medio, ſuam æqualitatem, qua erga nos ſe gerebat, *ſicut qui miniſtrat.* Beda ait, poſſe verbo miniſtrandi intelligi omnia, quæ Chriſtus in carne geſſit, hiſque verbis declarat Chriſtus ſuam humilitatem, qua inter ſuos diſcipulos ſe habebat, ac ſi conditione non eſſet major, & Dominus, ſed tanquam minor, & ſervus.

Syriacus. Vatabl. Euthym. Carthuſ. Hugo. Beda.

Vos autem eſtis, prudentiſſimè hæc hic ſubjicit Dominus ex duplici cauſa, & prima tacitè 26.

eorum contentionem de majoratu arguit eos informans exemplo ſuæ humilitatis, *ſicut qui miniſtrat*, modò eos laudat de perſeverantia ut facilius deinde, ut ait Hugo, Dominus dixerat ſe miniſtrantem: nunc oſtendit eos recumbentes: & ſupponit cauſam, qui ſcilicet permanſerunt cum eo in tentationibus, ac proindè digni ſunt, ut ab ipſo miniſtrentur, ac honorentur, ait ergo. *Vos autem*, qui recumbitis, quibus ego miniſtro. *Qui permanſiſtis mecum*, perfectè, & conſtanter, *in tentationibus meis*, in perſecutionibus, ac tribulationibus, quas paſſus ſum, quibus adverſarij mei me tentarunt, multis, & variis modis, machinati ſunt mortem.

Hugo.

Quæstio IV.

Quare Chriſtus ait, quod ſit in medio eorum ſicut qui miniſtrat recumbentibus.

27 Alta, ac profunda locutione ſuum miniſterium, ac famulatum, ſive beneficentiam, ac liberalitatem in ſuos, in medio collocat Chriſtus D. *Ego autem in medio veſtri*: tanquam ſuprema juſtitiæ libra, quæ veluti centricum punctum, æquè omnes partes reſpicit, æquéque ab omnibus diſtat; qui locus optimè liberalitati incumbit, ut omnibus æqua, & in omnes æqualiter partibilis ſit. D. Aug. in idem Pſalm. 45. n. 6. *Deus in medio ejus*, ſic ait, *quid eſt Deus in medio ejus? Hoc ſignificat, quod æquus eſt omnibus Deus, & perſonas non accipit, quomodo enim illud quod in medio eſt, paria habet ſpatia ad omnes fines? ita Deus eſſe dicitur, æqualiter omnibus conſulens.* Ad quem eundem modum D. Bernard. ſerm. 1. de Purificatione interpretatur illud Pſal. 47. n. 8. *Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui.* Sic elucidat: *In medio enim templi miſericordia eſt, non in angulo, aut diverſorio, quia non eſt acceptio perſonarum apud Dominum, in communi poſita eſt. Offertur omnibus, & nemo illius expers, niſi qui renuit.*

Iuſtitia, ac beneficentia æqualis ſit ad omnes.

D. Auguſt. Pſal. 45.

D. Bernard. Pſal. 47.

28 Ait Chriſtus. *Ego autem, in medio veſtrum ſum ſicut qui miniſtrat.* Diſcipulorum contentionem de primatu, ac majoratu, maximè alienam, à diſcipulis magiſtri, qui non venerat miniſtrari, ſed miniſtrare, non diſſimulat Dominus, ſed valdè modeſtè, ac benevolè arguit, ſuæ humilitatis forma propoſita. Eleganter Cardinalis Hugo. *Debet autem Prælatus*, ait, *habere maternā pietatem & paternam feritatem: ne vel nimis auſterus ſit, vel nimis remiſſus.* Prælatus habeat maternam pietatem ut miniſtret, & paternam feritatem ne diſſimulet, ſed arguat, & increpet.

Prælatus habet pietatem cum rigore Hugo.

29 Propius ad quæſtionem accedamus: ait Chriſtus, Ego *in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat.* Titus Boſtrenſis, Euthym. Beda ad pedum ablutionem hoc miniſterium referunt. Theoph. ad ſacræ Euchariſtiæ adminiſtrationem, quam Chriſtus in Menſa Apoſtolis diſtribuit, ac miniſtravit; ejus verba ſtatim referam.

Boſtrenſ. Euthym. Beda. Theoph.

30 Tamen, ut dixi in expoſitione, hic indicat Dominus ſuam eximiam humilitatem, ac demiſſionē quâ ſe gerebat inter diſcipulos ſuos, non tanquā Dominus imperans, ſed tanquam minor miniſtrans. Miniſtravit autem cùm eorum pedes lavit, & fortè illis recumbentibus ipſe miniſtrare ſolebat, ut ex hoc loco conjecturari poteſt. *Major eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat; ego autem in medio veſtrū ſum, ſicut qui miniſtrat.* Et Mat. 20. n. 28. *Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare.* Ut humilitatis ſuæ exemplo exhiberet, humilia obſequia adimplebat.

Chriſtus declarat ſuam humilitatem.

Matth. 20.

31 Non prætereunda ſunt verba Theophylacti in hac re, quæ maximè inſerviunt pro morali theſi ait ipſe. *Videtur mihi non obiter hujus recubitus, ac miniſterij meminiſſe, ſed reducere illis in memoriā, qui de uno pane comediſtis, ac de uno calice bibiſtis, amicos, & unanimes una menſa fecerit.* Vidit Chriſtus Dominus ſuos diſcipulos diſſidentes de principatu, ac majoratu; *facta eſt contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe major* Tunc eos unanimes faceret, ac pacificaret, recubitus in menſa Euchariſtica meminit, ac ſi valdè abſurdum eſſet refici, ac recreari menſa Euchariſtica, & ſummo pacis vinculo non colligari.

Theoph. *Sacra Euchariſtia. diſſidentes unit.*

32 Altum ac mirabilem ſermonem de ſacra Euchariſtia edidit Chriſtus, ſubdit ſacer textus. *Litigabant ergo Judæi ad invicem dicentes: quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducadū?* Joan. 6. num. 53. Hic homines in varias partes diſtracti erant diſſidentes & magno conatu contendebant. Et quinam erant iſti homines? Erant renuentes panem de cœlo dari. Sic ait Textus n. 14. *Murmurabant de illo, quia dixiſſet, ego ſum panis vivus.* Ac ſi ratio diſſidendi, ac litigandi orta eſſet ex nauſea menſæ Euchariſticæ. D. Thomas, *Quoniam concordiæ cibum non ſumpſerunt, ideo ad invicem litigabant.* Quibus Sacramentum pacis erat in faſtidio, animorum unitas non poterat eſſe in affectu. Vide ſuprà cap. 7. quæſt. 46. n. 291. 292. 293. 294.

Joan. 8. *Qui Euchariſtiam rejiciunt, facilè diſſident.*

D. Thom.

Quæstio V.

Quare Chriſtus laudat Apoſtolorum perſeverantiam in tentationibus.

33 Laudat Chriſtus D. ſuorum Apoſtolorum perſeverantiam; qui cum ipſo perſtiterunt in adverſitatibus, laboribus, ac perſecutionibus, quas contra ipſum pertenderunt Judæi; nam in his fuerunt ei firmiter adhærentes, & non receſſerunt ut alij. *Ex hoc multi diſcipulorum abierant retro, & jam non cum illo ambulabant.* Joan. 6. n. 97. neque erubeſcebant confiteri illum palam, ut alij. *Veruntamen ex principibus multi crediderunt in eum, ſed propter Phariſæos non confitebantur, ut è ſynagoga non eijcerentur.* Joan. 12. n. 42. Et etiam perſeverarunt cum Chriſto, quando Judæi voluerunt eum interficere. *Duxerunt illum uſque ad ſupercilium montis, ſuper quem civitas illorum erat ædificata, ut præcipitarent eum.* Luc. 4. n. 29. Item quando Judæi ſemel, & iterum eum voluerunt lapidare. *Tulerunt lapides, ut jacerent in eum.* Joan. 8. n. 59. & c. 10. n. 32. In his hominibus, & aliis tentationibus Apoſtoli cum Chriſto permanſerunt ſequentes eum, eique adhærentes. Unde D. Thomas generosè dicebat. *Eamus & nos, & moriamur cum eo.* Joan. 12. n. 17.

Perſeverantia diſcipulorum.

Ioan. 6. Ioan. 12. Luc. 4. Ioan. 8. Ioan. 10. Ioan. 12.

34 Secundò Suorum conſtantiam laudat Chriſtus, quia cum eo permanſerunt in ſuis tentationibus, cum optimè ſciret, quod poſt paucas horas à ſuis in ingreſſu paſſionibus deſerendus eſſet. *Diſcipuli omnes relicto eo fugerunt.* Matth. 26. n. 56. Inde ergo laudantur, quia omnes adfuerunt in menſa, in qua Chriſtus corpus, & ſanguinem ſuum Judæ communicavit, & hoc appellat Dominus

Matth. 26. *Nullo durior tentatio quàm proditorem, ac ingratum ſuſtinere.*

tuas

ſuas tentationes, optimè ſanè? Nulla major tentatio ac labor quam tantum beneficium exhibere homini quem agnoſcebat ingratum futurum ac minimè tanto beneficio correſponſurum, & nulla ſanè vehementior tentatio, quàm proditorem ſecum habere in menſa.

35. Suorum perſeverantiam commendat Dominus? *Qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis.* Circa quæ verba ſapienter, ac eleganter ait Beda. *Non inchoatio patientiæ, ſed perſeverantia cœleſtis regni gloria donatur. Quia nimirum perſeverantia, quæ alio nomine conſtantia vocatur, robur quoddam & fortitudo mentis cunctarúmque eſt columna virtutum. Quæ cum bene recta & firma conſiſtit, nihil eſt certius, nihil tutius bonis moribus. Quod ſi aliquo dejicitur impulſa turbine, non ſola labitur, omnia enim prorſus animi bona ſimul corruunt.* Perſeverantia conſtantia eſt cui omnes virtutes innituntur, quæ ſi corruit, omnia labuntur. *Cunctarum eſt columna virtutum.* Et ita in omnia bona firmantur, ut ſi ipſa concutiatur ac dejiciatur, *Non ſola labitur, omnia enim prorſus animi bona ſimul corruunt.*

Beda.

Perſeverantia omnium virtutum columna, a fulcimenta.

36. Mandavit Deus Rationali ſummi Sacerdotis ſculptura inſcribi judicij doctrinam, & veritatem. *Pones autem in rationali judicij doctrinam, & veritatem.* Exod. 28. num. 30. Per judicij doctrinam intelligo legem; per veritatem, ipſammet veritatis virtutem, quæ in Prælato valdè neceſſaria eſt. Maximè tamen dubitandum, cur hæc mandantur ſcribi in Rationali, & non potius in thiara, vel ſuperhumerali, ſeu in alia parte veſtis Sacerdotalis? Rationale quadratæ figuræ erat. Quadragulum erit, & duplex: menſuram palmi habebit tam in longitudine, quàm latitudine, ibidem n. 16. quadrangulum firmitatis, ac conſtantiæ figura eſt, in tali ergo typo exaratur virtus, legis obſervatio, ac veritas quia omnis probitas in firmitate, ac perſiſtentia debet eſſe conſtituta, & valdè longè diſtans a quacunque mutabilitate. Philo lib. 3. de Moyſe. *Pulchre ſubindicans*, ait, *oportere rationem tum naturæ, tum hominis inconcuſſam eſſe, ac ſolidam.*

Exod. 28.

Omnis virtus in conſtantia innititur.

Philo.

37. In eadem Pontificis veſte aliud eſt conſiderandum. *Habebuntque nomina filiorum Iſraël: duodecim nominibus cælabuntur, ſinguli lapides nominibus ſingulorum per duodecim tribus.* Exod. 28. n. 21. cur tamen Patrum nomina mandantur in lapillis exarari? Cur non depinguntur penicillo, vel ſerico filo intexuntur? Sed in duriſſimis lapillis exſcribuntur? quia illa ſolùm nomina ſunt in pectore ſummi Sacerdotis, ac in Sancta Sanctorum ingrediuntur, quæ indelebiliter inſculpta ſunt & facilè expungi, ac extingui non valent. Arnoldus tract. de ſeptem verbis, ad illud verbum *Conſummatum eſt*, ſic ait. In lapide ſcribuntur nomina eorum omnium, *qui nomen ipſius*, ſcilicet Chriſti, *non aſſumunt in vanum, quos nulla tribulatio, vel adverſitas, cum inſculpti ſemel fuerint, eradere poterit, vel delere.*

Exod. 28.

Perſeverans ad magna aſſumitur.

Arnoldus.

Luc. 22. *n.* 29. Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum.

Num. 39. Vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo: & ſedeatis ſuper thronos, judicãtes duodecim Trib⁹ Iſraël.

VERSIONES.

Syriacus. n. 26. Et ego promitto vobis, prout promiſit mihi Pater meus Regnum.

Vatablus. Et ego decerno vobis, ſicut decrevit mihi Pater meus regnum.

Multi ex Græco. Ego delego, ſeu teſtamento ordino.

Arabicus. Sicut tradidit mihi Pater meus regnum.

Syriacus n. 30. Vt edatis & bibatis in menſa regni mei: & ſedeatis ſuper thronos, & judicetis duodecim Tribus Iſraël.

Vatabl. Et bibatis ad menſam meam in regno meo, & ſedeatis in ſoliis.

EXPOSITIO IV.

SVIS Apoſtolis perſeverantibus cum eo in tentationibus, magnum aſſignat Dominus præmium. *Ego diſpono.* Ait, ego, cui Pater dedit omnia in manibus diſpono, ordino, ſeu ex Græco, tanquam teſtamento lego, hoc eſt vadens ad mortem, tanquam per teſtamentum hoc vobis do legatum, quæ enim per teſtamentum delegantur tanquam firmiſſima habentur. *Vobis.* Non omnibus, ſed *vobis*, qui permanſiſtis mecum, ac tantum meruiſtis, hoc enim regnum ſolum iis, qui merentur, datur, ac ordinatur, *ſicut diſpoſuit mihi Pater meus.* Hoc eſt ſimili modo, quo Pater meus mihi ordinavit, ac conſtituit regnum per crucem, labores, ac humilitatem; ita etiam ego vobis conſtituo, ac propono regnum per crucem, labores, ac humilitatem, & ideo non debetis contendere, quis inter vos ſit major, ſed quis minor, humilior, & abjectior, & qui talis fuerit primus, ac maximus erit in meo cœleſti regno. 38.

Græcus.

Ut edatis, & bibatis: duplicem poſſunt habere ſenſum, vel ut referuntur ad Eccleſiam triumphantem, vel militantem. Si intelligantur de triumphanti, ac cœleſti beatitudine, ſenſus eſt, *ut edatis, & bibatis.* Metaphorica eſt locutio denotãs omnem ſuavitatem, dulcedinem, ac voluptatem, qua ſaturabuntur, in patria. Si de Eccleſia militante interpretentur, referuntur, quod in regno Dei, per quod frequenter intelligitur Eccleſia, ſupra Dei menſam edant corpus Chriſti, & bibant ejus ſanguinem, de quo latiùs quæſt. ſequenti. 39.

QUÆSTIO VI.

Quare Chriſtus D. ait ſuis Apoſtolis, quod diſponit eis regnum ut edatis, & bibatis, quod multiplici ſenſu explicatur?

PRimus ſenſus horum verborum eſt, ut de cœleſti patria intelligantur, cujus ſpirituales, ac cœleſtes deliciæ, voluptates cum ſub ſenſum non cadant, frequenter tamen metaphoricè 40.

Primus ſenſus de æterna patria.

per

Per cibum, & potum ſignificatur in Scriptura, carnei enim homines ſpiritualia prout in ſe ſunt, non ſapiunt, & capiunt, & ideo per has metaphoras aliqualiter denotantur, *ſuper menſam meam.* Sicut Rex ſuis principibus familiariſſimis ſuæ menſæ communionem concedit, aliis verò minoribus nobilibus aliam menſam apponit: hic ait Chriſtus; Vos ò diſcipuli mei tanquam primi regni mei Principes proximè apud me conſtituam tanquam regalis meæ menſæ intimos convivas per has metaphoras illa ſupremæ celſitudinis ineffabilis dulcedo declaratur. Titus Boſtrenſ. *Hoc,* ait, *non aſſerit, quaſi in cœlo eſculentis ullus locus futurus ſit, ſed quod res ſpirituales, rebus apud nos uſitatis exprimere voluerit. Tum rurſum, ut oſtendat quemadmodum ii, qui primas apud terrenos reges obtinent eadem cum illis domo, & menſa utuntur; ita ſanctos Apoſtolos quoque primis honoribus apud immortalem regem potituros.* Similiter Theophylactus & Euthym. Aliud aſſignat Dominus, præmium, & valde honorificum, ut ait D. Bonavent. *Et ſedeatis ſuper thronos judicantes duodecim tribus Iſrael.* In univerſali enim judicio judicabunt Sancti univerſum mundum. Ut latè explicavi tom. 4. c. 33. q. 13.

Boſtrenſ. — Theoph. Euthym.

41\. *Secundus ſenſus de Eccleſia militante.* Secundus ſenſus eſt. Ego diſpono vobis regnũ, Eccleſiam meam nempe militantē, quæ frequenter in Scriptura regnum dicitur, ut in hoc meo regno ſacrificantes edatis meũ corpus, & bibatis meum ſanguinem, ut explicant Euſebius Emiſſenus, & Carthuſianus, & ut ſitis Eccleſiæ meæ Principes, paſtores, ac gubernatores, ſedentes ſuper thronos duodecim judicantes, ac gubernantes veros Iſraelitas, Chriſtianos nempe.

Emiſſenus. Carthuſ.

42\. Alio modo; & moraliſſimè poteſt explicari. *Ego diſpono vobis regnum, ſicut diſpoſuit mihi Pater, ut edatis, & bibatis* per eſum, & potum ſignificantur virtutum exercitia juxta illud Joann. 4. n. 34. *Cibus meus eſt, ut faciam voluntatem Patris mei,* ſeu ut transfert Vatabl. *Ut exequar voluntatem,* &c. Sed quid conſequentiæ habet cœleſtis regni diſpoſitio, ac ordinatio oſtenſa, ad hoc ut virtutes edantur, & bibantur. An ullum regnum eſt unquam ad hoc diſpoſitum, & ordinatum, ut edatur, & bibatur? Cur ergo hoc de cœleſti regno aſſeritur? Magna tamen eſt illationis vis; ex eo quod regnum cœleſte ante oculos nobis proponitur, vehemens, juſtitiæ, ac virtutum fames in nobis generatur, ut ablato omni faſtidio virtutes arripiantur, ut ipſum regnum aſſequamur; ad hæc reſpiciens dixit D. Paſchaſ. lib. 3. in Matth. *Succenſus cœleſtis patriæ amore, non poteſt jam non eſurire juſtitiam, & ſitire.*

Ioan. 4. — *Ex conſiderato regno cœleſti nullum eſt virtutum faſtidium.* — D. Paſchaſ.

43\. Sic Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis. *Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri veſtro dare vobis regnum, vendite quæ poſſidetis.* Luc. 12. n. 32. Valdè durum, & acerbum eſt homini bonorum abnegatio; ad bona enim magno affectu rapiuntur homines, & in hoc maximè notandum eſt, quod cum ad rem tam arduam Chriſtus homines invitat, eos non gigantes, ſed puſillos vocat: *puſillus grex*; ſi puſillos appellat, cur ad tenera, ac debilia non vocat? Petrus quos parvulos dicit, tenuia, ac debilia eis proponit. *Quaſi modo geniti infantes lac concupiſcite.* 1. Petri 2. n. 2. Si ergo Chriſtus puſillos dicit, quomodo ad tam dura, ac ardua, abnegationem nempe omnium rerum excitat? objicitur eorum oculis cæleſte regnum, *quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum.* Cum autem cœleſte regnum eſt ante oculos omnium virtutum duriſſima ſuperantur, ac ſine ullo faſtidio appetuntur. Divus Petrus Chryſol. ſerm. 24. *Aufert pius anxias, omnem excindit timorem, quando in exordio ipſo regnum naſcentibus pollicetur.*

Luc. 12. — 1. Petr. 2. — *Si regnum cœlorum conſideratur, omnia ardua contemnuntur.* — Chryſ.

Ait Jeremias Thren. 4. numero 4. *Parvuli petierunt panem.* Parvuli afficiuntur ad verba, ut inde lactentur. Quomodo pro lacte panem ſuſpirant? D. Paſchaſ. lib. 4. in Thren. ait, *Parvuli cogitatus ſcilicet cum de Chriſto, & ſempiterna vita concipiuntur, mox requirunt panem illum, qui de cœlo deſcendent.* Cum parva, ac tenuis lux de æterna vita effulſit, inde non duritiem panis timent, ut ad debilia currant, ſed abſque faſtidio ſolidum cibum requirunt, & omnes virtutum eſcas fameſcunt. 44.

Thren. 4. — Paſchaſ. — *Si conſideratur æterna vita, nil durum timetur.*

QUÆSTIO VII.

Quare Chriſtus ſuis Apoſtolis ait: Diſpono vobis regnum, & quodnam regnum eſt hoc?

Superiori quæſtione duplicem ſenſum principalem horum verborum adduxi: primus ſenſus, ac communis Expoſitorum eſt, ut de regno æternæ beatitudinis in patria intelligantur; ſecundus ſenſus de Eccleſia militante, quæ frequenter regnum dicitur, & promittit Chriſtus ſuis fidelibus, ut edant, & bibant corpus, & ſanguinem ſuum. 45.

Sic hunc locum interpretatur Euſebius Emiſſenus. *Sic vobis,* ait, *Eccleſiæ regnum trado, & diſpono, ſicut & Pater meus mihi illud diſpoſuit, ut mea vice illud regatis, & ſuper menſam meam edatis panem verum, qui de cœlo deſcendit, & bibatis calicem novi teſtamenti.* Carthuſ. *Diſpoſuit regnum ut ederent, & biberent ſuper menſam ſuam; ſcilicet in menſa altaris Sacramentum corporis, & ſanguinem ſuum acciperent.* Diſponit regnum, ut edant, & bibant in regno meo, ut nempe in Eccleſia, quæ frequenter regnum Dei dicitur, ut edant, & bibant regnum, idest, Euchariſtiam, quæ reges creat, eam recipientes. Et nota ſingula verba, ait: *diſpono,* id eſt teſtamento lego: quæ enim teſtamento diſponuntur, firmiſſima habentur, nil enim jure ſolemnius, nil juſtius, nihil pro quo jura & leges acrius pugnent, quàm ut ultimæ teſtatorum voluntates adimpleantur. Et ait: *Diſpono vobis.* Diſcipulis nempe meis chariſſimis, *Comedite amici, & inebriamini chariſſimi.* Cant. 5. n. 1. Chariſſimos vocat, hæc enim menſa ſolum amicorum eſt. Paſchaſ. lib. de corp. & ſang. Domini. *Qui panis,* ait *non niſi ſolis amicis, & fratribus porrigitur. Unde ſponſus adhortatur in Canticis Canticorum. Comedite amici.* 46.

Euſeb. — Carthuſ. — *Sacra Euchariſtia reges creat.* — Cantic. 5. — *Euchariſtia panis amicorum.*

Ad principale intentum. Diſpono regnum, Euchariſtiam nempe, ut edatis, & bibatis ſuper menſam meam. Cibus Euchariſticus, cibus utique regius eſt, & reges efficit. Cum Joſeph dormiret, duo ſomnia ei objecta ſunt, ait: *Putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi conſurgere manipulum meum, & ſtare, veſtróſque manipulos circumſtantes adorare manipulum meum.* Quod cùm audiſſent fratres, reſponderunt ei, *Numquid rex noſter eris, ſubjiciemur ditioni tuæ.* Geneſ. 37. n. 8. Refert & ſecundum ſomnium dicens; *Vidi per* 47.

Geneſ. 37.

per ſomnium quaſi Solem, & Lunam, & Stellas undecim adorare me; quod cum Patri & fratribus ſuis retuliſſet: increpavit eum Pater ſuus. In his illud maximè ponderandum eſt, quod cum primum ſomnium audiunt de manipulis adorantibus manipulum Joſeph, de regno ſuſpicantur dicentes, *Numquid rex noſter eris?* At cùm eis proponitur, quod Sol, Luna, & Stellæ eum adorabant, nil de regno dicunt, cum tamen veriſimilius videretur regnum auſpicari in adoratione Solis Lunæ, ac Stellarum, quam in eo quod manipuli circunſtantes adorarent manipulum Joſeph, cur ergo tunc de regno ac dominatione in alios nil

Euchariſtia regalem dat dignitatem.

ſuſpicantur? Manipulus Joſeph adumbrabat manipulum, ac triticum veri Joſeph Chriſti Domini, ut Abbas Cellenſis, & alii dicunt ut retuli ſuperiori capite. Et cum in Joſeph apparuerit umbra quædam panis Euchariſtici ſtatim in eo regia dignitas ac principatus in alios enituit, & reſplenduit. *Numquid rex noſter eris, aut ſubjiciemur ditioni tuæ?* Huc advoco id, quod ait divus Chryſoſt. hom. 45. in Joan. *Qui hujuſmodi ſanguinis ſunt participes cum Angelis, & Archangelis, & ſupernis Virtutibus commorantur, ipſam regiam Chriſti ſtolam induti.*

D. Chryſ.

48. Apoc. 2. Dicitur Apocal. 2. num. 17. *Vincenti dabo manna abſconditum, & dabo illi calculum candidum,* ſeu ut alii legunt gemmam albam? Victoribus olim triumphali corona dabatur. *Unus accepit bravium* 1. Corinth. 9. numero 24. ſcilicet coronam,

1. Cor. 9.

Cur ergo non ait vincenti dabo coronam: optimè ſane dixit *Dabo manna abſconditum,* nempe Euchariſtiam, hæc enim nos vere coronat, ac reges facit, ita ut alia corona non fuerit explicanda. Obſervat Codinus Curop. de Offic. Conſt. cap. 17. num 43. quod Imperator ad Sacram Euchariſtiam accedens, deponebat à capite coronam quaſi alio diademate coronandus, Euchariſtico nempe: ſic enim ait: *Imperator depoſita corona de capite tradit eam Diaconis, & Patriarcha poſtquam pretioſum corpus Domini ſumpſit, tradidit quoque Imperatori Dominici corporis particulam.*

49. Zach. 9. Mandavit Deus Prophetæ Zachariæ 9. num. 11. *Facies coronas, & pones in capite Jeſu filii Joſedech.* Cur non una corona, ſed multiplex mandatur fieri, & poni in capite Jeſu, nonne una ſufficiebat, ad quid multæ coronæ? Multi participaturi

A ſanguine Chriſti corona in nos.

erant de corpore, ac ſanguine ejus, quo ſumpto regia corona, ac dignitate præfulgerent, inde tot coronæ in capite Jeſu apparebant, ut ad eos tranſeat. Rupertus. *Vere ergo,* ait, *Domine Dominus noſter admirabile eſt nomen tuum: quia gloria, & honore admirabili coronaſti hunc principem regum tot coronis, quot vel quantis ex regibus conſtat hoc regnum, in quo omnes, qui ejus ſanguine ſacrati ſunt ſplendidi reges ſunt.* Potus hujus ſanguinis reges creat. De Chriſto Jeſu dicitur Apocalypſ. numero 5. *Lavit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo: & fecit nos regnum.* Maximè ponderanda eſt conſequentia; quibus ſanguinem ſuum communicavit, ut eos lavaret, ſtatim regia dignitate ornatur. Rupertus. *Non ad ſervitutem nos emit tam caro pretio, ſanguine ſuo: ut faceret nos regnum.* Hinc olim baptizati ad altare elevabantur, Euchariſtiáque illi porrigebatur, & tandem coronabantur, Severus Alexandrinus lib. de Baptiz. *Elevant,* ait, *baptizatos ad altare eiſque dant myſticam Euchariſtiam, & ſertis eos coronat Sacerdos.* Quaſi coronari debeant, qui

Rupert. Apoc. 1. Rupert. Severus.

Euchariſtiam acceperint. Vide ſuprà capit. 7. numero 259.

QUÆSTIO VIII.

Quare Chriſtus ait, quod ſuis Apoſtolis diſponit regnum, ſicut Pater ei diſpoſuit?

AIt Chriſtus D. in præſenti ſuis Apoſtolis: *Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis. Et ego diſpono vobis regnum, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus* Verbum illud *Diſpono,* Syriacus legit, *Promitto:* alii *teſtamento delego.* In quibus verbis fit quædam comparatio inter Patrem, & Filium, ut denotat illa particula, *ſicut,* quæ ad labores, ac tentationes referenda. eſt. Tanquam ſi Chriſtus dicat, ſicut Pater hac mihi conditione regnum diſpoſuit & ordinavit, ut ad illud per labores, paſſiones, ac crucis mortem pervenirem, ita & ego meum regnum eadem lege, ac conditione vobis decerno, diſpono, ac promitto, ac proinde mei calicis, ac tribulationum vos ſocios facio, ut hujus mei regni participes ſitis. Beda ad hunc locum, quem ſic componit cum illo Pauli. *Propter quod & Deus exaltavit illum.* Sic ait: *Sicut ergo Pater diſpoſuit filio regnum, quem factum obedientem uſque ad mortem, mortem autem crucis, exaltavit, & donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ſic & filius idem permanentes ſecum in tentationibus æternum ducit ad regnum.* Similiter & Rupertus in cap. 5. Apocal. *Hoc jus,* ait, *legale eſt apud cœleſtem regem, ut ſicut ipſi diſpoſuit Pater regnum, ita nobis diſponat præmium permanentibus cum illo in tentationibus.* Cui cogitationi maximè favere videtur pervulgata juris regula. *Abſurdum eſt plus juris habere eum, cui fundus legatus eſt, quam hæredem, aut ipſum teſtatorem ſi viveret.* Chriſtus Dominus qui regnum nobis ſuo teſtamento deſtinavit, jus & locum ad ipſum obtinendum morte, ac paſſione ſua comparavit, ac ſubinde hoc ejus in nos tranſtulit, ex quo manifeſtè convincitur abſurdum eſſe, ut aliunde, quàm per crucem, ac labores nobis regnũ ſperemus. Sic enim teſtator hoc modo illud habuit, quomodo nos quibus legatum eſt, aliter illud intendere poſſumus. 50

Syriac. *Chriſtus obtinuit regnum per mortem illud aſſequi debemus.* Beda. Rupert. *Juris regula.*

Scribens Paulus ad Galat. 3. n. 1. ait: *O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinavit non obedire veritati, ante quorum oculos Jeſus Chriſtus præſcriptus eſt in vobis crucifixus.* Quæ ultima verba ſic transfert lectio Syriaca. *Quis vos faſcinavit? Ecce coram vobis quaſi pingendus depictus fuerat Jeſus Chriſtus crucifixus.* Arguit eos Apoſtolus ſtultitiæ, ac amentiæ, in qua decepti ſunt, ſed in quo extitit eorum amentia, ac ſtultitia? *Coram vobis, quaſi pingendus depictus fuerat Jeſus Chriſtus crucifixus.* Ac ſi dicat Chriſtus velut in Cruce pendens vobis depictus eſt, neque enim, ut ait Cornelius, apud Galatas vere crucifixus eſt, ſed per fidem, ac prædicationem crucifixus vobis repræſentatus, ac depictus eſt *quaſi pingendus:* tanquam pingendus ac inſculpendus à vobis in carne veſtra, ac operationibus veſtris, ut imaginem Chriſti crucifixi in vobiſmetipſis haberetis, cum ergo hæc reliquiſtis, & ad delicias, ac oblectamenta carnis oculos convertiſtis, faſcinatio, & ſtultitia extitit in vobis. Unde ait Origenes homil. 13. in Geneſ. *Quid enim mihi prodeſt,* ait, 51 Galat. 5.

Syriac. *Chriſtus crucifixus depingendus eſt in carne noſtra, ut in eo glorificemur.*

ait, *ſi in illa tantum carne, quam de Maria ſuſcepit, dicam veniſſe Chriſtum, & non oſtendam etiam in hac carne mea, quod venerit?* Et poſt pauca ait: *Oſtendo autem, ſi potuero dicere ſecundum Paulum,* quia Chriſto crucifixus ſum, vivo autem jam
Galat. 2. non ego, vivit vero Chriſtus in me. Ad Galat. 2. n. 20. *et ſi potuero dicere, ut ipſe dicebat* Ego ſtigmata Domini Jeſu Chriſti in corpore meo porto. Ad Galat. 6. n. 17.

52. 1. Petr. 2. Ait Petrus Epiſt. 1. c. 2. n. 20. *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus.* Ubi noſtra vulgata habet *exemplum* Vox Græca ſonat *exemplar.* Quod proprie ſignificat illud quod pueris proponitur, ut literis formare poſſint, vel illud quod incipientibus ſub pictoria arte ad prima lineamenta objicitur. Sic ad noſtræ prædeſtinationis, ac glorificationis ſumenda argumenta neceſſe eſt: *ut conformes ſimus imagini filii Dei,* Ut ait Paul. Rom. 9. n. 29. ejus patientiam, fortitudinem, mortem imitantes, ita ut nihil prætereundum ſit à nobis, quod viribus
1. Reg. 9. ſequi non curemus. Eleganter D. Greg. per allegoriam illa Samuelis verba ad Saul cum ungeretur in Reg. 1. Reg. 9. n. 24. *Ecce quod remanſit pone ante te, quia de induſtria ſervatum eſt tibi.* Ad præſens inſtitutum ſic refert; ac ſi illius ſignificaretur eo
Ad ſalutem reſervatur nobis, ut Chriſtum imitemur.
D. Gregor. modo Chriſtum D. noſtram redemptionem perfeciſſe, ac conſummaſſe, ut crucis, ac paſſionis ipſius imitatio nobis eſſet reſervata. Sic ait S. Doctor. *Remanſit quidem, ait, quia non omnia noſtra Chriſtus explevit, per crucem quidem ſuam nos redemit, ſed remanſit, ut qui redimit, & regnare cum eo nititur, crucifigatur. Hoc profecto reſiduum viderat, qui dicebat.* Si compatimur, & conregnabimus.

53. Rom. 8. Ait Paul. Rom. 8. n. 17. *Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti, ſi tamen compatimur. ut & glorificemur.* Perpende ſub qua conditione, ac lege
D. Chryſ. ſuperna hæreditas ad nos pertineat D. Chryſ. in titulum Pſal. 5. *Non enim reliquit nobis,* ait *hæreditatem, pure, ſed ſub quadam conditione: quænam autem ea eſt.* Qui me diligit præcepta mea ſervabit, & *rurſus*: qui non tollit crucem ſuam, & ſequitur me, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

54. Unde maximè arguendus eſt ille, qui cum Chriſto regnare affectat, & ejus crucem, ac mortem non intendit imitari. Hos recte pungit Salo-
Proverb. 13. Hieron. mon. Proverb. 13. n. 4. *Vult & non vult piger.* Pulchre D. Hier. ibi. *Recte pigri nomine denotatur, qui vult regnare cum Domino, & non vult pati pro eo*

CAPUT IX.

Mandatum novum.

Joan. 13. 33. Flioli, adhuc modicum vobiſcũ ſum, quæretis me: & ſicut dixi Iudæis, quò ego vado, vos non poteſtis venire; & vobis dico modo.

VERSONES.

D. Hilar. Filioli mei adhuc puſillum.
Clem. Alex. l. 1. c. 5. Puelli adhuc modicum.

Syriacus. Filioli mei pauliſper vobiſcum ſum, & quæretis me quemadmodum dixi Judæis.
Arabicus. Tempore modico vobiſcum ſum, & quæretis me ſicut dixi Iudæis: & ad locum, ad quem ego abeo vado.
Vatablus. Quò ego abeo, vos non poteſtis venire, ita & vobis dico nunc.

EXPOSITIO I.

POſtquam Chriſtus D. Contentionem diſcipulorum de majoratu arguit eos ad humilita- 1.
tem exhortans, eorumque perſeverantiam in tentationibus commendat, eiſque regnum promittit, ultimum eis vale dicens tenerrimo affectu loquens *filioli*, ex ingenti ardore charitatis hæc verba naſcuntur, ut eſt evidens, & dicam q. ſequenti. *Adhuc modicum vobiſcum ſum.* Exiguo nempe tempore ſum, ſeu ero, moreque mortalium converſabor vobiſcum D. Aug. tr. 46 in Joan. Beda, & Leontius: modicum tempus intelligunt uſque ad Aſcenſionem: Nam eo etiam tempore cum eis con-
verſatus eſt. Tamen omnes Græci Theodor. Hera- Theodor.
cleotes, D. Chryſ. D. Cyril. Theoph. Euth. ac etim D. Chriſ.
ex Latinis Rupert. ut veriſimilius docent, quod D. Cyrill.
Chriſtus de morte, ac paſſione ſua loquitur, vult Theoph. Rupert.
enim dicere paucis poſt horis à vobis eripiar, & me impiorum manus tenebit tradente me Juda ad mortem, poſt reſurrectionem, non ſic ut antea converſatus eſt. D. Cyril. lib. 9. c. 21. Sic loquitur,
cùm ait: *Non quia penitus ab eis receſſurus erat (nobiſcum enim eſt ſemper uſque ad conſummationem ſæculi) ſed quia non erat ſicut prius cum eis cõvicturus.* D. Cyril.

Quæretis me. Ego per mortem vado ad cælum, 2.
& vos præſentia mea deſtituti manebitis. Prædicit,
quæ tunc eventura ſunt D. Cyril. *quod ſalvatoris* Cyrill.
nomen prædicantes, tentationum fluctibus exagitandi eſſent. Ac proinde in ipſis tribulationibus, ac adverſitatibus quæretis me, ſeu optabitis me præſentem ad veſtram conſolationem, ac confortationem? *ſed quò ego vado, vos non poteſtis venire,* quia oportet vos in hoc ſæculo manere ad prædicationem mei Evangelii, ac meæ doctrinæ D. Chryſ.
hom. 71. in Joan. hæc à Chriſto putat dicta, ut ve- D. Chryſ.
hementius excitaret ſui deſiderium, quia nitimur
in vetitum. *Cum enim,* ait, *aliquem chariſſimorum diſ-* *Nitimur in*
cedentem videmus, & in eum maxime locum, quo no- *vetitum.*
bis non eſt accedere, majorem in modum movemur, atque incendimur. Tamen Chriſtus hæc ait: *quo ego vado, vos non poteſtis venire.* Quia nondũ mortem, ac paſſionem etant experti, per quam ordinatum erat à Patre ut in cælum abirent D. Aug. citato
tract. 64. *Quomodo,* inquit, *jam fuerant ſecuturi mo-* D. Auguſt.
riturum Dominum, adhuc martyrio non maturi.

Sicut dixi Iudæis. Joan. 7. num. 33. *Adhuc mo-* 3.
dicum tempus vobiſcum ſum, & vado ad eum, qui Joan. 7.
me miſit: quæretis me, & non invenietis, & ubi ego ſum, vos non poteſtis venire. Sicut ergo dixi Judæis diebus præteritis, ita & vobis modo dico. Quò ego vado, vos non poteſtis venire. Diverſa tamen modo verba habet cum diſcipulis, ac Iudæis; nam agens cum diſcipulis, ut notat Chry-
ſoſt. citat. ait, *Filioli* quod non dixit Judæis, ut di- Chryſoſt.
verſum animi affectum indicet; Deinde agens cum Judæis abſolutè dixit, *quò ego ſum, vos non poteſtis venire.* At diſcipulis ait, *vobis modo dico*, hoc eſt in præſenti dico, cum poſtea in futu-

tum aliter eveniet,nam ubi ego ſum;vos venietis. Notat etiam D.Cyril. l.9.c.22. quod Judeis additum eſt *quæretis , & non invenietis*. Non ſic dixit diſcipulis,quia ab eis erat inveniendus.Cur tamen Chriſtus hic meminit de his, quæ dicta erant Judæis. Reſpondet primò Chryſoſt citatus,ut indicet id non eſſe novum & recens, quia modò paſſurus eſt, ſed diu ante eſſe prævisum , ac prædictum. Secundò ait Tolet.ut oſtendat eos tribulationes, ac mortem eſſe paſſuros, ſicut Judæi paſſi ſunt , ex diſpari tamen cauſa,& fine : Judæi propter peccata ſua , ac in pœnam ſuorum delictorum;diſcipuli verò tormenta ſuſtinuerunt ex Dei, ac Chriſti dilectione , & ut æternam gloriam conſequerentur.

Cyril. Chryſoſt. Tolet.

Quæstio I.

Quare præter cōmunem conſuetudinē Chriſtus Dominus ſuos diſcipulos filios appellat?

4. Chryſoſt. Theoph. Reſpondet primò D. Chryſoſt. citatus, in expoſitione.& Theophyl. quia Dominus idem quod dixerat Judæis , *Quò ego vado vos non poteſtis venire* ; dicebat diſcipulis ſuis, ut ergo indicet diſcipulos apud illum eſſe diſtinctos à Judæis , ideò eos filiolos vocat. Subdit Chryſoſt. *Vt eos conſolaretur, his verbis uſus eſt.* Vocis teneritudine à Judæis dividens.

5. Cyril. Secundò:N.D. Cyril. Alex. lib.9.in Joan.c.21, *Diſcipulos,ait, appellavit Dominus filios , quaſi nuper natos infantes, oſtendens infantem eſſe apud Deum,& parvi momenti hominem, etſi perfectiſſimus eſſet.* Homines filioli appellantur quia homines ſi cum Deo conferantur,parvuli ſunt, tanquam infantes.

6. Rupert. Tertiò : Rectè,ac maximè ad rem , Rupert. in præſenti , *Vno , eodémque nomine,*ait *paternam ſui amoris gratiam,& infirmam tunc temporis Apoſtolorum deſignat infantiam.* Chriſtus D. ſuos Apoſtolos , ac fideles , non tantùm filios , ſed filiolos , ut eximiam teneritudinem amoris tanquam in recenter à ſe genitos oſtendat , & non tantùm dicit filioli , ſed *filioli mei* , Ut habent Syriacus, D. Hilar. ad magis paternum amoris affectum exprimendum. Et etiam *filioli* dicit,quia tunc Apoſtoli erant parvuli in Chriſti fide, ac amore, nam ejus plenitudinem ,ac virilem conſtantiam,& ætatem , acceperunt à Spiritu ſancto in die Pentecoſtes : *Et infirmam tunc temporis Apoſtolorum deſignat infantiam.*

Genuina ratio. Syriac. Hilar.

7. Clem. Alex. Quartò : Ait Chriſtus , filioli adhuc modicum vobiſcum, ſum.Clem.Alexandr.1.Prædagog.c.5. *Vt ipſum diligenter attendant incitans , quipe qui jam patrem properaret.* Admirabilem & profundum ſermonem incipit Magiſter ab his verbis texere , & prima vox ad auditores eſt *filioli adhuc modicum vobiſcum ſum.* Vt ex teneritudine vocis, ac ex vitæ exitu maximè auditorum animos excitaret , ac provocaret , ne ad verba torperent,ſed diligenter attenderent ,cum ad hoc eos evocaret temporis brevitas : *Vt ipſum diligenter attendant incitans , quippè qui jam ad Patrem properaret;* ac proinde etiam ipſe terminus vitæ ſtimulus erat Magiſtro , ut altè , & profundè ſuos admoneret, ac inſtrueret ; ſtimulus etiam erat diſcipulis , ut attenderent ad eorum inſtructionem.

Mors imminens excitat ad docendum.

8. Marc. 1. Longè ab urbe Chriſtus in deſertum locum abierat;ibique orabat. Marc.1.n.35.Advolant ad eum Apoſtoli,eúmque ad docendū hac voce invitant. *Omnes quærunt te.* Tunc Divinus Magiſter ſuis diſcipulis ait : *Eamus in proximos vicos,& civitates,ut ibi prædicem;ad hoc enim veni.* Ibid n.38. Erat in oratione, ut tamen hominum deſiderium audit,non immoratur,ſed ſtatim percurrit,ſciebat enim quod brevitas inſtabat vitæ , & ad docendum noluit prætermittere opportunitatem. Vict. Antioch. *Peregrinationis ſuæ* ait,*tempus breve futurum ſciens, doctrinæque ſuæ theſauros cum aliis communicare volens , ait eamus in proximos vicos.*

Brevitas vitæ inſtat ad docendum. Victor. Ant.

Joan. 13.*n.* 34. Mandatum novum do vobis:Ut diligatis invicem,ſicut dilexi vos, ut & vos diligatis invicem.

VERSIONES.

Mar. Mandatum de novo do vobis.

Syriacus. Præceptum novum do vobis. ut diligatis alius aliū,prout ego dilexi vos,vos quoque diligatis alius alium.

Vatabl. Pagnin. Ut diligatis vos mutuò : Sicut dilexi vos.Ut diligatis vos mutuò.

Arab. Diligat alter veſtrū alium,quemadmodum dilexi vos.

EXPOSITIO IV.

Quos ſuperiori Verſ.filiolos vocaverat,nunc paterno affectu admonet , qualiter ſe debeant gerere , & quomodo inter ſe mutuò fovere. *Mandatum novum* , quod hucuſque non dedi,ſed ad hanc extremam horam reſervavi, ut firmius ac tenacius inhæreret memoriæ , ac menti omnium veſtrum, quod tanquam meum valdè peculiare inter omnia mea præcepta volo haberi,& obſervari, *Vt diligatis invicem,*ut vero,ac ſincero amoris officio , ac affectu vos ſingulos tanquam diſcipulos meos invicem diligatis.*Non verbo,neque lingua,*ſed *opere,& veritate,* ut ipſe Evangeliſta docet ep. 1. c.3.n.18.*Sicut dilexi vos.*Proponit ſe in exemplum illius,quod jubet,ac proinde dilectionem commendat , quam ipſe exhibuit; non quod illius amorem in omnibus aſſequi valeamus,ſed ejus veſtigia ſequamur,ipſúmque imitemur , ad eundémque finem tendamus ordinare, ut ait Carthuſ.bonum proximi,præcipuè ſpirituale,ita ut ſi neceſſe fuerit pro bono ſpirituali proximi animam ponere , perfecta charitas eſt,*Vt & vos diligatis invicem* , ſeu *mutuo*. Iterum repetit,ut vehementiam ſui affectus ad hoc mandatum inſinuandum exprimat,& declaret.

9. 1.Joan. 3. Carthuſ.

Quæstio II.

Quare mandatum de diligendo proximo cum fuerit in lege,dicitur à Chriſto mandatum novum?

Quæſtio præſens eſt , quare mandatum de diligendo proximo fuerit antiquum, & expreſſum in lege veteri, Levit. 19.num.18. *Diliges amicum-* 10. Levit. 19.

Matth. 22.
Amicum tuum,ſicut teipſum. Et Matth. 22.n.39, *Diliges proximum tuum , ſicut te ipſum.* Tamen Chriſtus Dominus in præſenti illud appellat mandatum novum.

11. Auguſt. Beda.
Reſpondet primò D.Aug. tract.65.Beda,quod dicitur novum ab affectu, ſic ait: *Dilectio nos innovat, ut ſimus homines novi, & hæredes teſtamenti novi.* Charitas enim ſpoliat veterem hominem , ac peccati vetuſtatem,& novum facit; ut ait Paulus ad Galat.6.n.15. *Vt ſimus nova creatura.* Secundò,N.D. Cyril.lib.9 in Joan.cap.23.Chryſoſtom. hom.71. Leontius. Theophil.Euthym.Et ex Latinis, Rupertus. Novum interpretatur, quia in veteri lege mandatur proximum ſicut nos ipſos diligere:at nunc jubetur pluſquam nos ipſos diligere, ſicut Chriſtus dilexit nos pluſquam ſeipſum, qui pro nobis vitam ſuam dedit, *factus obediens uſque ad mortem , mortem autem crucis.* Ad Philip. 2. num.8. Vnde Iſidorus Peluſiota lib.3. epiſt. 410. poſtquam Joan. textum poſuit? ait: *Diligere quidem in veteri teſtamento ſitum eſt , hoc vero* ſicut dilexi vos , *adjecit eoque nomine mandatum novum ipſe appellavit; aliud enim eſt diligere proximum ſicut ſe ipſum, aliud ſua negligere; ut proximorum commodis conſulat;ut enim ipſe, non ſuam ſublimitatem , ſed hominum utilitatem ſibi ob oculos propoſuit, ut ſervos ad filiorum adoptionem duceret , eodem modo etiam unumquemque noſtrum non privatum commodum, ſed proximorum utilitatem ſpectare juſſit.*

Gala. 6. Cyril. Chryſoſt. Leont. Theophil. Euthym. Rupert. Philip. 2. Peluſiota.

12. D.Thom.
Tertiò D.Th. ait quod dicitur novum, quia hoc mandatum pertinet ad novum teſtamentum, erat autem in lege veteri,non tanquam proprium illius,ſed ut præparatorium novæ legis hoc enim mandatum cum eſſet amoris ad teſtamentum novum pertinet,quod eſt amoris teſtamentum.Omnis enim charitas eſt novi teſtamenti, quemadmodum & gratia, quoniam Chriſtus, qui novi teſtamenti eſt auctor, charitatem,& gratiam meritus eſt hominibus utriuſque teſtamenti,ac proinde mandatum poteſt dici novum , quia ad novum teſtamentum pertinet.

13. Lyranus.
Quartò:Lyran. Novum mandatum dicitur,ait, ob differentiam novi,& veteris teſtamenti: Nam vetus teſtamentum fuit timoris,& ſervorum , novum verò eſt amoris , & filiorũ. Lex vetus timoris. *Vt enim probaret vos, venit Deus,ut terror illius eſſet in vobis, ut non peccetis.* Exod.20.n.2. At lex gratiæ lex amoris. *Sic Deus dilexit mundum , ut filium ſuum unigenitum daret.* Joan.3.n.16. Deinde teſtamentum vetus , *in ſervitutem generans.* Ad Galat. 4. n.24. Teſtamentum verò novum, *ut adoptionem filiorum reciperemus.* ad Galat.4.n.5. dicitur novum ad differentiam veteris.

Exod. 20. Ioan. 3. Galat. 4.

14. Caiet.
Quintò :Caiet. arbitratur novum dici mandatum, quia novo modo traditur,videlicet de dilectione uſque ad ſuſtinendam mortem , ſi opus fuerit. Ita loquitur ipſe. Hæc eſt nova forma dilectionis, hoc mandatum novum, ut ſicut Chriſtus dilexit nos, non carnaliter, ſed ſpiritualiter, ponendo vitam pro nobis , volendo nobis bona æternæ vitæ ita diligamus invicem , parati ponere vitam pro ſpirituali ſalute proximorum & velimus proximi bona æternæ vitæ,pluſquam bona mundi hujus,& pluſquam vitam corporis. Hoc enim ad novi teſtamenti ſtatum pertinet? hoc nuſquam fuerat in veteri teſtamento explicatum, unde merito novum mandatum dicitur Chriſto.

15. Bonavent. Montan.
Sextò: D.Bonavent.Montanus in ſcholiis.Præcipit Chriſtus Dominus ut ſit dilectio ad exemplum dilectionis ejus, ferventiſſima , officioſiſſima erga omnes etiam inimicos ad exponendum ſanguinem, & animam pro ſalute fratrum. Septimò. Maldonat *Novum*, id eſt præſtans ; & excellens, ſicut Apocalyp. ſ. 14.num. 3. dicuntur Virgines cantare canticum novum,id eſt ſingulare , & excellens.

Maldon Apoc. 14.

16. Matth. 5.
Dico quod hoc mandatum novum refertur ad illud Matth.5.num43. 44. *Audiſti , quia dictum eſt , diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum? ego autem dico vobis diligite inimicos veſtros, benfacite his qui oderunt vos , & orate pro perſequentibus; & calumniantibus vos* Odium inimicorum numquam fuit traditum , ac permiſſum à lege , ab Scribis , ac Phariſæis falſo legem interpretantibus permiſſum, ac conceſſum erat , ut ex multis patribus dixi tom.2 c. 14. q. 1. num.6. Et ad hoc refertur Chriſti verbum : *Audiſtis quod dictum eſt.* Chriſtus autem tanquam novum ſingulare tradit ſuum mandatum, *Ego autem dico vobis,diligite inimicos veſtros?* quadam ſingulari , ac eximia & admirabili perfectione. Non enim dixit : *Non oderis fratrem tuum* , ut dicitur Levit 19.num. 17. Sed majus quid ponit ur ait Chryſoſtom homil 18. in Matth. *Diligite* , & non ait nolite nocere , ſed quid plus , *benefacite.* Non dixit nolite maledicere , ſed quid excellentius, ſupplicare bonum pro inimicis? & ita eorum bonorum velle,& procurare, ut ſi neceſſe fuerit vitam , pro eorum ſalute dare. Hoc enim mandatum , nunquam fuit anteà in lege veteri explicatum , & ideo merito mandatum novum dicitur à Chriſto,ut ad teſtamentum novum pertinens.

Mandatum novum dilectio inimicorum cum ſumma perfectione. Levit. 19. Chryſoſt.

17. *Mandatum dilectionis à Chriſto maxime commendatum, & explicatum.*
Dicitur ergo mandatum novum , quia proprium , ac præcipuum eſt novi teſtamenti , & à Chriſto verbis, ac exemplis maxime commendatum, explicatius, arctius , ac firmius,quàm anteà fuerat traditum, novóque ſpiritu promulgatum. novóque ſpiritu adimplendum , ad quod effudit Spiritum ſanctum in die Pentecoſtes , novóque excellentiſſimo modo mandatum implendum , indéque rectè mandatum novum appellatur.

QUÆSTIO III.

Quare mandatum dilectionis dicatur novum , moraliter expenditur.

18. Origen.
AD quæſtionem reſpondet Origen. hom. 9. in Numer. *Dicit,ait,mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, cum utique ſciret,olim datum eſſe in lege , ſed quoniam charitas nunquam cadit , nec mandatum charitatis aliquando veteraſcit , hoc quod nunquam veteraſcit ſemper novum eſſe prænuntiat ; ſemper enim obſervantes , & cuſtodientes in ſe charitatis mandatum , novos reddit in Spiritu.* Quomodo mandatum dilectionis erga fratres , ac proximos dicitur mandatum novum , cum hoc mandatum ab antiquo præceptum eſſet in lege. *Diliges amicum tuum ſicut te ipſum.* Levit.19.num.18. quomodo ergo nunc ut novum proponitur ac promulgatur ? Charitatis affectus ſemper noviter ferveſcere debet , & nunquam in ſenium abire , vehemens charitatis impulſus neſcit deficientes ſeniles vires , ſed novis ſemper ſtimulis animum

Levit. 19. *Charitas non ſeneſcit, ſed ſemper novo affectu viret.*

urget ut Deo proximè obſequia exhibeat, ac ut juvenili, recentique conatu repueraſcat, & ſemper innovetur, ac ſi tunc primò incepiſſet, & pullulaſſet. Ad quod tendit Gillibert. Abbas ſer. 19. in Cantic. Chriſtianos exhortans: *Mandatum hoc*, ait, *nobis ſemper, ſi novum, & novum eſt, niſi in veſtro dulcis Jeſus veteraverit affectu. Vtinam ſemper in vobis ille recens ſit, nec mora temporis aliquid imminuat gratiæ; ubique recens, in vobis veſter Jeſus eſt. Verè recens, in quem ſemper anxio inhiatis amore.* Perpende novitatis originem: *Verè recens, in quem ſemper anxio inhiatis amore.*

Gilibert.

19. Cum Apoſtoli divinum charitatis ſpiritum receperunt, ac pro hominum ſalute variis linguis loquerentur, quidam ex Judæis dicebant: *Quia muſto pleni ſunt iſti.* Actor. 2. n. 13. Cur muſto, & non vino dicuntur pleni, non enim ſolent homines muſtum bibere, ſed vinum: Deinde hoc dictum eſt in die Pentecoſtes, ſcilicet in menſe Maio, in quo non ſunt uvæ, ut ex eis exprimatur muſtum, ut notat Cornelius. Quomodo ergo vocantur pleni muſto? Hæc eſt differentia inter vinum & muſtum; quod muſtum quid recens ab uva expreſſum dicit, at vinum jam tempus interpoſitum denotat. Dicunt ergo alto divini Spiritus afflatu, quamvis neſcirent, quod dicerent, *Muſto pleni ſunt iſti.* Cùm Apoſtolorum charitatis opera denotarent, non antiquum ſed novum fervorem indicant, quod magis muſti ſimilitudine expreſſerunt, à cœleſti, ac ſpirituali vinea recenter accepto. Pulchrè Gillibertus proximè citato loco. *Muſti*, ait, *præfert amor inſigne, quod nativitatis ſuæ fervore quodam, & velut ætatis laſcivia excreſcit, & ſuperfluit, capi neſciens, & novo ſemper effervescit affectu.* Muſtum hoc habet, ut tanquam recenter productum, natura efferveſcat, inde in eo præfiguratur divinus amor, qui ut recens ſemper novis efferveſcit affectibus; perfecta charitas nunquam ſeneſcit, ſed ſemper novis proventibus refloreſcit. D. Cyril. catech. 17. *Novum enim*, ait, *erat illud vinum novi teſtamenti gratia? ſed novum hoc vinum eſt à ſpirituali vinea, quæ jam anteà ſæpè in Prophetis fructum ferebat, & in novo teſtamento refloruit.*

Actor 2.

Cornel.

Charitatis affectus ſemper recens in obſequio.

Gillibert.

Cyril.

20. Clamans ait Angelus Joanni in Apoc. 21. n. 9. *Veni oſtendam tibi ſponſam uxorem Agni.* Videtur quædam repugnantia ſub his terminis latere? nam ſponſa dicitur illa, quæ adhuc eſt in feſtivo, nuptiali convivio, recens in viri pacto, recénſque in domo, ac in thalamo. Vxor verò illa appellatur, quæ nuptiarum gaudio longè ab eſt, & jam diu perſeverans exiſtit in viri matrimonio. Quómodo ergo Angelus ſimul hæc conjungit vocans ſponſum uxorem Agni; Si enim uxor jam eſt, ad quid ultra dicitur ſponſa? Hoc ſingulare, ac proprium illarum animarum, quæ divino Agno conjunguntur, ut quamvis illis diu inhæreant, ſic tamen ſe habent, ac ſi ſingulis momentis ad illum conveniſſent, quæ in mundo copulantur, ſenio veteraſcunt, & ex ſponſa tranſeunt in uxorem. At quæ Deo adjunguntur, etiam poſt longa tempora, ſic ſunt, ac ſi tunc recenter illi acceſſiſent. Et inde merito ſimul ſponſæ, ac uxores dicuntur. Rupert. l. 12. in Apoc. *Quare*, ait, *utrumque dixi, ſponſam, & uxorem agni! Videlicet, quis etiam illic, ubi jam uxor erit, ſponſa nihil ominus permanebit, quia nimirum in illa beata copula ſemper uxor cum filiis, ſemper ſponſa erit permanentibus nuptiis, & ſponſalibus feſtis.*

Apoc. 21.

Charitatis ſpiritus neſcit ſenium, fulget in novitate.

21. Sic ſanè dici poteſt de noſtra Carmelitica Religione, quæ dici poteſt uxor, & ſponſa agni. Vxor quia ab antiquo addicta eſt Dei obſequio, ſponſa verò, quia quotidie novis magnorum virorum affectibus, ac fructibus adjungitur, ac copulatur Deo, & inde hac momentanea innovatione, ac prole, ſuam antiquam pulchritudinem à noſtris majoribus acceptam retinet; & conſervat. Divus Anſelmus in cap. 4. ad Epheſ. Renovamini ſpiritu, ſic ait: *Mens enim, quæ igne ſuperni amoris excoquitur, ſemper in ſe ſervat claritatem antiquæ pulchritudinis quotidiana innovatione fervoris.*

Religio Carmelitana ſponſa, & uxor Agni.

Anſelm.

QUÆSTIO IV

Quare Chriſtus præcipit ſuis diſcipulis, ut ſe diligant invicem, Sicut, *ait*, ego dilexi vos?

MAndat Chriſtus D. diſcipulis, *Vt diligatis invicem, ſicut dilexi vos.* In limine hujus quæſtionis expendendum eſt illud, *diligatis invicem*, quod Dominus mutuam dilectionem commendat tanquam ſi duo præcipiat, unum quilibet alterum diligat; deinde ut ita quis ſe habeat, ac alterum amet, ut ab eo quantum in ſe eſt, redametur; ac ſi dicitur, non ero contentus, ſi tantùm amaveris proximum, niſi etiam efficiaris, quantum in te eſt, ut alia mutua dilectione ameris. Audi Paulum ad Epheſ. 4. n. 3. *Soliciti ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis.* Vnitatem vinculo ſervari monet, ſive cum vinculo eam componit: Vt ſic alterum diligas, ut eum tanquàm in vinculo teneas, ut te diligat, te ſequatur, tibique effectu, ac amore adhæreat. Ibi C. Chryſoſt. homil. 9. *Te ipſum*, ait, *colliga cum fratre, te ipſum illiga, & illum tibi: amborum tu es Dominus, nam quem volo facere amicum, potero cum facilitate.* Et paulò poſt. *Quomodo enim ſi velis, te ipſum alteri alligare, non aliter poteris, niſi ipſum quoque tibi alliges.* Perpende verba ſancti Doctoris: *Amborum tu es Dominus.* Vt nempe tu cum fratre te amore alliges, & ut etiam facias, ut frater tibi amore alligetur, ac uniatur, dum de ejus bono multum ſolicitus es: ex quo ait Divus Chryſoſt. hom. 30. in illud Hebræor. Panem perſequimini cum omnibus. *Non enim comedere, & bibere facit amicitiam, talem enim habent latrones & Sicarij, ſed ſumus amici, ſi verè alter alterius curam gerimus, ad hæc alter alteri conferamus.* 22.

Sic ama ut merearis redamari.

Ephe. 4.

Chryſoſt.

Chryſoſt.

Quæſtio principaliter inquirit, cur Chriſtus D. non ſolùm præcepit ſuis diſcipulis, ut ſeipſos invicem diligant, ſed etiam addit, *Sicut dilexi vos*; Ad quod rectè reſpondet D. Cyrillus Alexandr. lib. 9. cap. 23. *Vides*, ait, *novum atque inauditum dilectionis modum. Lex enim fratrem diligendum ait, ſicut ſe ipſum, Chriſtus autem magis nos quam ſe ipſum amavit, non fuiſſet factus pauper, niſi nos magis quam ſe ipſum amaſſet. Novus, atque inauditus hujus dilectionis modus eſt, quo nos affici jubet, nihil omnium dilectioni fratrum anteponentes, non gloriam, non divitia.* Non tantùm præcipit diligi proximos utrumque, ſed ut eos diligamus eo modo quo Jeſus cum eſſet in hoc vitæ curſu viator dilexit nos. Qui quidem ſupra ſe ipſum dilexit impendens, & ſuperimpendens ſeipſum pro nobis, 23.

Cyril.

Ille verè amat, qui non ſua, ſed aliorum quærit.

nobis, ſibi dolores præripiens, ut nobis omnia præſtarentur utilia, hunc ergo effectum in ſuos aſſeclas transfundi vult Jeſus, cum ait, *ut diligatis ſicut dilexi vos*; ut in nullo ſe proximis antepo-nant, & quidquid eſt gloriæ, honoris, ac divitiarum proximis cedat, ita ut eorum bonum ſpirituale in omnibus intendatur. *Nihil omnino dilectioni fratrum anteponentes, non gloriam, non divitias.*

24. Marc. 9. Ad charitatem comparandam ſuos admonebat Chriſtus D. Marc. 9. n. 49. inquiens: *Habete in vobis ſalem, & pacem habete inter vos.* Ad quæ verba commune eſt dubium; ad quid hæc ſimilitudo portendat, quænam eſt combinatio inter ſalem, & pacem? Opportunè Theoph. *Qui, ait, conſtringit ſe vinculo dilectionis ad proximum: hic ſalem habet, & ex hoc pacem cum fratre ſuo.* In natura ſalis rationem ſpeculatur ipſe, quod humida exſiccat, atque reſtringat, ut eo modo quis ad amicum, ſeu amicitiam ſe componat, ut proprias commoditates, atq; utilitates amici cauſa coarctet, ac reſtringat. Aliam etiam rationem in ſale valdè aptã invenies; ſal in aliorũ ciborum condimentum, ac ſaporem, ſe totum impendit, ac imminuit, quamvis propriũ ſuum eſſe amittat, quaſi nõ quæ ſua, ſed quæ aliorum, quærat, imò verò in aliorum bono, & perfectione ſe ipſum totum impendit, ac expendit.

Theoph. *Vera charitas tota ſe impendit in aliorum ſalutem.*

25. Marc. 3. Scribit D. Marc. 3. n. 11 Et Spiritus immundi cum illum videbant, procidebant ei, & clamabãt, dicentes: *Tu es filius Dei. Et vehementer comminabatur eis, ne manifeſtarent illum.* Merito dubitabis, cur illis ejus divinitatem prædicantibus ſic præcipit & comminatur? Quidnam aptius, & juſtius, vel ſaltem pro temporis opportunitate magis cõveniens? Cum immediatè anteà retuliſſet Evangeliſta: *Exeuntes Phariſæi ſtatim cum Herodianis conſilium faciebant, quomodo eum prodèrent.* Quid enim tali tempore aptius, quam Phariſæorum linguas Dæmonum teſtimonio compeſcere, ac refrænare? Chriſto tamen aliter viſum eſt, imò ex ipſamet cauſa, ne Phariſæorum animi gravarentur ac inde in majora odia, graviorésque invidias inflammarentur, ſuæmet divinitatis prædicationem, atque manifeſtationem de induſtria voluit impedire, plus attendens in hoc proximorum commodo, quam ſuæ celſitudinis publicationi. Victor. Antioch. *Cur ait, Chriſtus immundis ſpiritibus: Tu es filius Dei, clamantibus, pœnáque, adoratione ſe Dominum agnoſcere teſtantibus, ne ſe manifeſtum faciant, imperat; Ne ejuſmodi vociferatione Scribarum, & Phariſæorum iram magis excitent, eorumque invidiam vehementius accendant.*

Plus proximi ſaluti, quam honori, ac auctoritati conſulendum

Victor Antioch.

Joan. 13. *n.* 35. In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad invicem.

VERSIONES.

Syriac. n. 35. In hoc noverit unuſquiſque diſcipulos meos vos eſſe; ſi dilectio fuerit in vobis unius ad alium.

D. Greg. Nyſſen. Ex hoc intelligent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi vos amore cõplectimini mutuo.

Vatabl. Pagnin. Per hoc cognoſcent omnes, diſcipulos meos eſſe vos, ſi charitatẽ habueritis inter vos mutuam.

Arabicus. Si dilectionem habueritis alterius in alterum.

Theophyl. Si dilectionem habueritis inter vos.

EXPOSITIO III.

IN *hoc*: Seu ut legit Nyſſenus, *ex hoc*, tanquam per ſignum, ac ſymbolum. Cognoſcent omnes, intelligent omnes homines; *quia diſcipuli mei eſtis*; quia nempè verè, ac propriè, mei Chriſtiani, ac fideles eſtis. *Si dilectionem habueritis ad invicem.* Ab hac enim charitate patefaciendũ eſt mundo; vos non humano, ſed divino ſpiritu inſtructos eſſe. D. Chryſoſt. hom. 71. in Ioan. *Dilectionis eos ſigno notat, quid tandem? Quoniam hæc maximè Sanctorum hominum eſt indicium, etenim omnis virtutis fundamentum eſt, propter hanc imprimis omnes obtinebitis ſalutem, hoc eſt inquit eſſe diſcipulum, ſic ab omnibus laudem conſequemini; cum viderint vos, meam imitantes dilectionem.* Per hanc enim mutuam inter omnes Chriſti diſcipuli cognoſcuntur. 26. Pagnin. Nyſſen.

Chryſoſt.

QUÆSTIO V.

Quare mutua dilectio deſignatur ut character, ac vexillum Diſcipulorum Chriſti?

RESpondet primò Rupert. l. 11. in Joan. *Non inquit in hoc cognoſcent, ſi exterminaveritis facies veſtras, vel ſi longas orationes feceritis, aut certè ſi tuba præcinente multam eleemoſynam dederitis, quæ & omnia iis ſimiliter facere poſſunt hypocritæ conſcia ſiniſtra ſua; ſed in hoc cognoſcent, quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad invicem: quod profecto non niſi bono poteſt corde fieri, nec enim aliquod malum, vel alicujus violatio præcepti poteſt in eodem corde cohabitare dilectioni.* Multæ erant virtutum obſervationes, quæ pro ſigno diſcipulorũ Chriſti aſſignari poterant, cur ergo illis rejectis ſola mutua dilectio conſtituitur? Quia etſi aliæ virtutes appareant, fictitiæ poſſunt eſſe, ut cernitur in hypocrita exterminãte faciem ſuam, vel eleemoſynam vanitatis cauſa expendente, & ſi cum una virtus ſe exhibeat, multæ aliæ deficere poſſunt; at vera dilectio ſic ſolida, & firma eſt, ut ſecum ſimul exiſtant omnes virtutes; vera enim dilectio nullum virtutis defectum ſecum patitur, ſed ſecum ſimul omnium virtutum nexum adducit. *Dilectio ad invicem, non niſi bono poteſt corde fieri, nec enim aliquod malum, vel alicujus violatio præcepti poteſt in eodem corde cohabitare dilectioni.* 27. Rupert.

Vbi eſt dilectio vera, nullus defectus admittitur.

Dilectio ſecum connexas habet omnes virtutes.

Secundò: Aſſignatur dilectio tanquam character militiæ Chriſtianæ, ac diſcipulorum Chriſti, cum hæc ſit caput, ac radix omnium virtutum. Euth. *Hic manifeſtus eſt, ait, Chriſtiani character, hoc planè inſigne, nam vera dilectio omnium caput eſt virtutum.* Quemadmodum vexillum, ac ſignaculum oſtendit principem; ſub quo milites pugnant. Ita multa charitas indicat Chriſtum eſſe principem eorum, qui ſe verè invicem diligunt. D. Thom. *Quicumque adnumeratur, ait, militiæ alicujus regis, ejus inſignia portare debet. Inſignia autem Chriſti, ſunt inſignia charitatis. Quicumque* 28.

Vexillum, character Chriſtianæ militiæ dilectio.

Euthym.

D. Thom.

ergo vult adnumerari militiæ Chriſti, debet charitatis charactere inſigniri. N. D. Cyril. lib. 9. c. 24. (Cyril.) *Contenderim*, inquit, *non alia corona, non alio torque, atque ſignaculo diſcipulos Chriſti cognoſci oportere quam à vinculo charitatis.* D. Greg. lib. 20. Moral. (Gregor.) c. 9. *Non*, ait, *in hoc cognoſcetur, quia mei diſcipuli eſtis, ſi ſigna feceritis, ſed ait: ſi dilectionem habueritis ad invicem, apertè indicans, quia ſ veros Dei famulos, non miracula, ſed ſola charitas probat.*

De Eccleſia Sancta celebrat Salo non, Cant. 2. n. 4. *Ordinavit in me charitatem.* Ex Hebræo legi- (19. Cantic. 2.) tur, *Vexillum ejus ſuper me charitas.* Super ipſam Eccleſiam, quæ eſt Chriſti ſponſa conſtituitur vexillum ejus, quod eſt charitas per quam Eccleſiæ filij, ac diſcipuli Chriſti fideles Chriſtiani à cæteris diſtincti agnoſcuntur. Vnde Celſus, aliàs impius ut Chriſtianis deſtraheret, ſic dicebat apud Origen. lib. 3. contra Celſum (Origen.) *Poſtquam*, ait, *late ſparſi ſunt* (ſcilicet Chriſtiani) *iterum, atque iterum ſingulis ſuas factiones ſibi parantibus, & ut in multitudine diſſona aliis alios redarguentibus, nec jam quidquam præter nomen eis commune ſupereſſe.* Sic iniquus ille dicebat apud Orig. & utinam falſo fuiſſet dictum.

Qui cum aliis unionem non habet, videtur ſolum nomine Chriſtianus.

Quid videbis in Sunamite, niſi choros Caſtrorum? (30. Cantic. 1.) Cantic. 7. n. 1. Quæ verba de anima Sancta interpretantur tres Patres apud Theodoric. D. Ambr. (Theodor. Ambroſ.) de obitu Valenti. Ghiſler. & alij. Et maximè notandum, quod Sunamitis ſignificat pacificam, ut omnes communiter interpretantur, ac ſi dicat quid aliud in anima juſta videndum eſt niſi pax, concordia ac unio, qua cum omnibus eſt colligata & hæc ejus pax tanquam acies caſtrorum adverſus hoſtes inſtructa eſt. Tertul. lib. ad Martyres de (Tertul.) ipſorum concordia, ac mutua dilectione ſic loquitur. *Pax veſtra bellum eſt illi*, ſcilicet diabolo.

Pax & dilectio juſti acies adverſus dæmones

CAPUT X.

Prædicitur Petrus negans, & ſcandalum Diſcipulorum.

Ioan. 13. *n.* 36. Dicit ei Simon Petrus: Domine: quò vadis; Reſpondit Jeſus, quò ego vado, non potes me modò ſequi: Sequeris autem poſteà.

Num. 37. Dicit ei Petrus, quare non poſſum te ſequi modò, animam meam pro te ponam.

Num. 38. Reſpondit ei Jeſus: animam tuam pro me pones; Amen, amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges.

VERSIONES.

Syriac. n. 36. Dixit ei Simon Petrus: Domine noſter, quò vadis Reſpondit Jeſus & dixit ei: quò vado nō potes nunc venire poſt me, tandem venies.

Euthym. Domine, quò abis; Reſpondit illi Jeſus, quò ego abeo non potes me nunc ſequi, poſtmodum verò ſequeris.

Arabicus. Sed venies poſteà.

Syriac. n. 37. Domine mi, quare non poſſum poſt te ire nunc?

Arabicus. Et nunc animam meam pro te ponam.

D. Aug. n. 38. Reſpondit ergo ei Jeſus.

Arab. Tu animam tuam pro me pones?

Vatablus. Amen, amen dico tibi, nequaquam cantet gallus, donec ter me abnegaveris.

Siriacus. Non cantabit gallus uſque quò me abnegaveris tribus vicibus.

EXPOSITIO I.

Dixit ſuprà Jeſus n. 33. *Quò ego vado, vos non poteſtis venire.* Petrus non tantùm attendens 1. ad dilectionem mutuam, de qua Dominus immediatè anteà fuerat locutus, ſed ad amorē ſuū erga Magiſtrum, à quo nolebat ſeparari, interrogat, *Domine, quo vadis?* quò ſcilicet ego non poſſum te ſequi; interrogavit autem Petrus, ut notarunt D. Chryſoſt hom 72. Euthym Theophylact. & alij. *Non tantum ſcire volens quàm ſequi cupiens.* Ait D. Auguſt tract. 66. oſtendens ſe paratum ad ſequendum Magiſtrum. N. D. Cyrillus lib. 6. in Joan. cap. 25. Laudat omnes Apoſtolos, quia non interrogant, ſed tacent, quia ſeniori, ac majori hoc committebant. Deinde laudat etiam Petrum, quia interrogare non erubuit, *Sciendique utilitatem omni tarditati præponi deberi.* Unde concludit ipſe Divus Cyrillus: *Nemini nem ergo interrogare pudeat, cum multo major interrogandi atque diſcendi utilitas ſit, quam falſa ſciendi opinio, exiſtimatioque inanis.* Tamen ut ait Toletus, hæc interrogatio Petro non eſt probanda, quia ſuis viribus plus æquo fidebat, & quod non poterat, præſumebat. *Reſpondit Jeſus, quò ego vado, non potes me modò ſequi;* quia ut ait Divus Auguſt. citatus *nondum te ſuo ſpiritu conſolidavit petra. Noli extolli præſumendo, non potes me modo ſequi.* Nondum expertus erat crucem, & mortem; ut ait Rupertus, quæ eſt via ad ſequendum Chriſtum euntem in cœlum. *Sequeris autem poſtea.* Expreſſa ſpe ſequendi, dat ſolamen ferventi Petri dilectioni, & crucis mortem hoc verbo ei prædicitur ait D. Cyrillus lib. 9. cap. 26.

(Chryſoſt. Euthym. Theoph. Auguſt. Cyril.)

(*Laudatur qui interrogare non erubeſcit.*)

(Toletus) (Auguſt.) (Rupert.) (Cyrill.)

Dicit ei Petrus: Vehemens fervor amoris Petri non quievit, cum his, quæ audivit: *Sequeris* 2. *autem poſteà*, ſed omnis ſeparationis etiam temporariæ à ſuo dilecto Jeſu eſt impatiens. Chryſ. (Chryſoſt.) homil. 72. *Neque ſic*, ait, *deſiderium cohibuit, quamvis bene ſibi ſperandum audiret, ſed ita impellitur fervore ut dicat*; & in hæc verba prorumpat: *Quare non poſſum te ſequi modo.* Id eſt, quid obſtat, quodnam eſt periculum vitæ, ac incommodum, ob quod ego te non ſequar? ſuſpicabatur Petrus, quod Dominus de morte ſua loquebatur, & tamen ad illam ut fidus, ac charus diſcipulus ſocium ſe offert, laudandus hic Petri affectus carens affectu cum nondum robur à Spiritu

Auguſt. Euthym. Spiritu ſancto accepiſſet ad crucem ſubeundam. D. Auguſt. *Quid, inquit, in animo ejus eſſet cupiditatis, videbat Petrus, quid virium non videbat.* Euthym. *Quid agis o Petre? Quum ille dicat, non potes, tu dicis, quare non poſſum? Proinde experientia te docebit, ne contradicas.*

3. *Primo prædicitur Petro ejus negatio.* *Reſpondit ei Jeſus, animam tuam pro me pones:* Ac ſi dicat, tantùm abeſt, ut animam tuam ſeu vitam tuam pro me in pœnas ac periculo exponas ad hoc ut me ſequaris, mihique adhæreas, ut me confiteri, quod minus eſt, non ſis præſtiturus, ſed intra proximum, ac breviſſimum tempus ter me negaturus es. Sic ait D. Auguſt. (D. Auguſt.) *Qui mihi promittis mortem tuam, ter mihi negabis vitam tuam.* Hic primò prædicitur Petro ejus negatio ante ſermonem de galli cantu, de quo multa dicam infrà in hoc capite.

Quæstio I.

Tripliciter prædicitur Petro ejus negatio, textúſque Evangeliſtarum explicatur.

4. Janſen. IAnſenius in ſua concordia ſemel tantùm à Chriſto prædictam fuiſſe Petro ejus negationem exiſtimat, remque ſic ordinat. Dixit Petrus, ut eſt apud Joannem. *Animam meam pro te ponam.* Reſpondit Chriſtus, ut eſt apud Lucam. Simō, *Ecce Satanas expetivit vos ut cribraret*, &c *Ego rogavi pro te, confirma fratres tuos.* Deinde adjunxit, ut eſt apud Matthæum, & Marcum. *Omnes vos ſcandalum patiemini in me iſta nocte.* Quo audito confidenter reſpondet Petrus. *Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te*, &c. Tunc poſt hæc omnia, illi Dominus ſe ſemel tantù ab eo eſſe negandum prædixit. *Antequam gallus cantet, ter me negabis.* Si verò objiciatur quod Joannes & Lucas indicant negationem fuiſſe prædictā in cœnaculo, Matthæus, & Marcus poſt egreſſum ab illo. *Exierunt in montem Oliveti. Tunc dixit omnes vos ſcandalum patiemini in me.* Reſpondet citatus Auctor, quod hi duo Evangeliſtæ recapitulatione uſi ſunt. Tacia. Ammon. In hac ſententia eſt Tacian. Alexand. in ſua harmonia, citatus etiam Ammonius, ſed ipſe ſolùm ait Chriſtum prædixiſſe Petro unam negationem, quoties verò prædixerit, non ſcribit.

5. Euthym. Secundò. Euthym. Ioan 13 ad hæc ultima verba, *antequam gallus cantet*, aſſeverat, quod Chriſtus bis à Petro proteſtatus eſt ſuam negationem, in qua ſententia eſt Franciſcus Lucas ad hunc locum. (Franc. Luc.) Semel prædixit in domo, ut narrant Joannes, & Lucas, ſemel in via verſus montem Oliveti, ut ſcribunt Matthæus, & Marcus, ac proinde ſic ordinant textum Joan. cum D. Luca. Dixit Chriſtus Petro: *Animam tuam pro me pones, Simon, Simon; Ecce Satanas expetivit vos ut cribraret*, &c. *Qui dixit illi: Domine, paratus ſum tecum ire in carcerem.* Tunc ait illi Jesus: *Dico tibi Petre, non cantabit gallus hodie, donec ter*, &c.

6. Auguſt. Maxim. Tertiò: D. Auguſt. l. 3. de conſenſ. Evangel. c. 2. docet, Chriſtum ter prædixiſſe Petro ejus negationem. Idem docet D. Maximus homil. 2. *de Latrone, & Petro.* Primò Ut eſt apud Joannem hoc loco, dixit Petrus: *Quare non poſſum te ſequi modò, animam meam pro te ponam.* Reſpondit Jesus, *Animam tuam pro me pones? non cantabit gallus, donec ter me abneges.* Secundò occaſione quorundam verborum, dixit Chriſtus Petro, *Simon, Simon*, ut ſcribit D. Lucas 22. *Ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret ſicut triticum*, &c. Petrus de ſe confidenter ait: *Domine tecum paratus ſum & in carcerem, & in mortem ire.* Ait illi Jesus: *Dico tibi Petre, non cantabit gallus, donec ter abneges noſſe me.* Tertiò: Vt indicant D. Matthæus, & D. Marcus, & ſcribit D. Matthæus. *Hymno dicto exierunt in montem Oliveti tunc dicit illis Jeſus, omnes vos ſcandalum patiemini in me.* Dixit Petrus: *Ego nunquam ſcandalizabo.* Dixit illi Jesus, *ter me negabis*, Hanc ſententiam ſequuntur Tolet. ad c. 13. Joan. annor. 31. & Barrad. tom. 4. lib. 3. c. 21. Tolet. Barrad.

Hæc tertia ſententia mihi eſt probabilior, ac plauſibilior, ter Petrum admonitū fuiſſe à Chriſto de ſua negatione. 7. Primò, in cœnaculo ante ſermonem, ut ſcribit D. Joan. Secundò, in eodem cœnaculo poſt ſermonem. Tertiò, in via cum pergerent ad montem Oliveti. *Suis fundamentis ſtabilitur hæc tertia ſententia.* Probatur hæc ſententia. Primò, ex auctoritate D. Aug. quæ multi ponderis eſt. Secundò, quia hac ſententia omnia optimè, ac facilè conſona ſunt narrationi Evangeliſtarum. Tertiò, quia tria motiva diſtincta ad has prædictiones aſſignant ſacri Evangeliſtæ. Primò, apud Joannem, ait Chriſtus, *quo ego vado, tu non potes me modò ſequi*; ille verò cum offert animam ſuam, *pro te ponam*, ait illi Divinus Magiſter, *ter me negabis*. Secundò, cum ei Chriſtus objicit Satanæ inſidias. *Ecce Satanas expetivit vos.* Ille verò cum ſe dicat paratum in mortem, in carcerem; ait illi Jesus, *ter abneges noſſe me.* Tertiò, cum Dominus denuntiat ſcandalum diſcipulorum: *Omnes vos ſcandalum patiemini in me.* Cum Petrus diceret, *ego non ſcandalizabor.* Ait illi Jesus: *ter me negabis*, ergo tres fuerunt prædictiones. Quartò, quia Petrus ter negavit, ergo conveniens fuit, ut ter à Divino Magiſtro eſſet admonitus.

Quæstio II.

Quare ex repræſentatione mortis anima Chriſti dicitur turbata, Petrus verò hic tam audenter animam ſuam morti offert?

POſtquam Chriſtus D. de morte ſua ſub ſimilitudine grani frumenti locutus eſt, ſtatim 8. adjecit, Joan. 12. n. 27. *Nunc anima mea turbata eſt*: ex conſideratione, ac aſpectu mortis (Ioan. 12. *Ratio difficultatis.*) imminentis permiſit Dominus in appetitu ſenſitivo, ac inferiori hunc naturalem ejuſdem mortis horrorem, ut ex D. Chryſ. Cyril. Euthym. ac aliis dixi tom. 4. cap. 42. expoſit. 3. n. 56. At verò Petrus cum intelligit ſibi objici mortis difficultates ad Chriſtum ſequendum confidenter ſine turbatione, ait: *Quare non poſſum te ſequi modò animam meam pro te ponam.* N. D. Cyril lib. 9 in Ioan. c. 27. (Cyril.) *Quid prohibere poteſt*, ait, *ne te ſequar, cum etiam ad mortem ita paratus pro te ſim, ut gloria id mihi videatur? omnium enim finis mors eſt, quam ſi ſubire pro te paratus ſim, quid me ne ſequatur prohibebit? Magni fervoris plena eſt hæc pollicitatio Petri.* Quæſtio ergo præſens eſt, cur anima Chriſti ex conſideratione mortis dicitur turbata in parte ſenſitiva & inferiori, non ſic verò Petrus in preſenti.

Quæſtionem luculenter proponit, & ſolvit 9.

D. Ambr.

D. Ambroſ.lib.2.de fide,cap.3.componens præfata Chriſti verba, *Anima mea turbata eſt* cum præſenti Petri aſſerto, *animam meam pro te ponam.* Sic ait S.Doctor: *Petrus dixit animam meam pro te ponam; & Chriſtus dixit,anima mea turbata eſt.Vtrunque verum eſt & plenum utrumque ratione, quod & ille qui eſt inferior non timet ,& ille qui ſuperior eſt, gerit timentis affectum.* Ecce ille, qui omnium ſuperior, ac fortiſſimus eſt, turbatur, ac timet; qui verò inferior eſt, ac infirmus, non timet , nec pavet, nam ille cum ſit ſuperior omnium infirmorum onera , ac imbecillitates ſuſtinet , quas in ſe tranſtulit; hoc enim proprium eſt ſuperioris munus, ut omnium infirmitates in ſe ſuſcipiat , ut pro omnibus doleat,timeat,ac patiatur: *qui eſt inferior non timet,& ille,qui eſt ſuperior, gerit timentis affectum.*

Ambroſ.

Superior inferiorum onera , ac imbecillitates ſuſtineat.

10. Auguſt.

Stabilitur præſens reſolutio perſimili conſideratione, quam tradit D.Auguſt.tract.52.in præcitatis Joan.verbis: *Anima mea turbata eſt*,cum illis, quæ Dominus dixerat eodem cap. 12 Joan. 26. *Qui mihi miniſtrat , me ſequatur.* Sic addubitat Auguſt. *Quid eſt, hoc* ait,*quomodo ſequi jubes animam meam,ſi turbari video animam tuam? Quomodo ſufferam quod grave tanta firmitas ſentit.Quale fundamentum quæram ſi petra ſucumbit.* Reſpondet ipſe. *Videor mihi audire in cogitatione mea reſpondentem mihi Dominum meum, ac quodammodo dicentem , magis ſequeris, quia ſic me interpono,audiſti ad vocem fortitudinis meæ audi in me vocem infirmitatis tuæ, vires ſuggero,ut curras, nec reprimo; quod aceleras ,ſed transfero in me , quod trepidas , & ſubſterno.* Ipſe cujus anima ſecundum partem inferiorem turbatur, tibi mandat, ut eum per mortem, & crucem expeditè ac promptè ſequaris , quia inde ipſe turbatur, quia in ſe ſuſcepit , ac tranſtulit imbecillitatem , ac infimitatem tuam , ut tibi viam præviam ſine ullo impedimento præpararet ,ac oſtenderet. *Transfero in me , quod trepidas , & ſubſterno, quo tranſeas.*

Joan. 12.

Superior in ſe transferat ſubditorum infirmitates.

11 Accedit Dominus , ut Lazarum à mortuis excitaret , ipſe omnia quæ ad miraculum ſpectant, propria virtute perfecit , tamen diſcipulis ſuis mandat, ut auferant appoſitum ſepulchro ſaxum *Tollite lapidem* Joan.11.n 39.Nónne poterat Dominus qui animam ab altero ſæculo revocabat,& fœtenti corpori priſtinas vires infundebat, & antiquum robur ſuggerebat lapidem uno ſuo nutu amovere cum majori tanti miraculi evidentia, ad quid hoc mandat diſcipulis? Et ſi ad excellentiorem miraculi applauſum conduceret,quod ad Domini vocem lapis per ſeipſum recederet , tamen ut Prælatos admoneret hoc diſcipulis mandat : lapis erat,ille quo Lazarus,qui ſubditi perſonam gerebat,premebatur, diſcipuli prælatorum vices gerebant, eis mandat Dominus auferre lapidem, ut fiat evidens , quod proprium prælatorum eſt , ſubditorum onera etiam cum ſuo ſudore , ac labore ſuſtinere,& ſufferre, ut inde ſubditi vitam, & ſalutem percipiant. D.Ambroſ.lib.2.de Pœnitent. c. 7. *Poterat tacita vi,* ait. *operationis occultæ transferre ſaxum ſepulchri , ſed hominibus juſſit, ut removerent lapidem in typo,quod nobis donaret,ut levaremus delictorum onera,moles quaſdam rerum.* Expende verbum, *Nobis donaret, ut levaremus onera.*

Ioan. 11.

Superior ſubditorum onera ſufferat.

D. Ambr.

12. Ait.D.Paulus ad Rom. 15.n.1.*Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum ſuſtinere,& non nobis placere.* Benè ibi ponderavit Caietanus Pauli verba non tantùm eſſe hortatoria conſilij , quam admonitoria debiti , ac obligationis qua firmiores , ac potentiores ſubditorum , ac inferiorum commodis conſulere tenentur,& ubi noſtra vulgata habet , *non nobis placere.* Græcus vertit. *non nobis indulgere.* Ac ſi dicat Apoſtolus ſuperioribus , ac majoribus datur poteſtas , ut minorum commodis proſpiciant , ac ut infirmornm onera portent, & minimè de ſuis commodis ſoliciti ſint. De his multa in ſuperioribus tomis, verbo. *Prælatus.*

Rom. 15.
Caietan.

Græcus.

Superior non ſuis commoditatibus indulgeat.

Luc.22.n.31. Ait autem Dominus:Simon, Simon,Ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret ſicut triticum.

VERSIONES.

Syriacus. Porro dicit Jesus : Simon , Simon, Ecce Satanas poſtulat , ut ventilet vos ſicut triticũ.

Tertull.lib.de fuga in perſecutione. Satanas poſtulavit,ut diſcerneret vos ſicut frumentum.

Arabicus. Ecce Satanas querit vos.

Caietanus. Depopoſcit vos.

D.*Ambr.lib.2.de interpretatione in Iob.c.5.* Expetivit vos ut ventilaret,

EXPOSITIO II.

A It *autem Dominus* , prædicit eis tentationes futuras , quia jacula præviſa minus 13. feriunt , & quia ut ait Hugo , ne gloriarentur , de his , quæ anteà audierant à Domino , quod ex tot millibus hominum ipſi ſoli cum eo permanſiſſent in tentationibus,de imminentibus Satanæ tentationibus eos admonet Dominus , in quarum procella, quantum erant ex ſe poterant concuti, niſi eos divina gratia protegeret *Simon , Simon* D.Bonav. ſpecialiter Simonem alloquitur tanquam principalem inter omnes Apoſtolos , & cum ſermo ad omnes Apoſtolos ordinetur,ut patet ex illis verbis, *expetivit vos*; tamen particulariter alloquitur Simonẽ,quia quod capiti dicitur, ad omnes dirigitur *Simon.Simon,* Non Petrum,ſed Simonem appellat , hoc eſt obediens,ut in omnibus præſtet obedientiam Domini verbis, & cum audit, *Ter me negabis* , non contradicat dicens : *Etiamſi oportuerit me mori tecum, non te negabo,* ut eſt apud Matthæum , eúmque proprio nomine appellat, *Simon.* Vt magis ſeipſum conſideret & quid ex ſe poſſit , duplicátque nomen, *Simon,Simon,* Vt etiam alibi, *Martha,Martha ſolicita es,* ut attentiorem Petrum reddat, & affectum ſuum Jesus erga eum magis declaret.

Hugo.

D. Bonav.

Ecce, rem grandem denotat , omnibus modis 14. excitatur Petrus, ut erigat mentem , & attendat. *Satanas,* adverſarius nempe humani generis , ac humanæ ſalutis. *Expetivit.* Syriacus. Tertullian. *Poſtulavit.* Caietan. *Depopoſcit,*qui in propria ſignificatione ſunt intelligenda Quod ſcilicet Dæmon poſtulaverit facultatem à Deo Patre meo (ſine cujus permiſſione nemini poteſt nocere ſive in corpore , ſive in anima) ad tentandum vos Apoſtolos meos , quemadmodum petivit, & obtinuit ad tentandum Iob. Et ideò ait D.Bonavent.

Syriacus.
Tertull.
Caietan.
Bonavent.

dicitur

dicitur expetere, quia aliter non poteſt perſequi viros juſtos, niſi prout eſt permiſſus à Deo. Ita Beda, Carthuſian. Hugo. Caietan. Maldonat. Barrad. & alij. *Vt cribraret*. id eſt ut affligeret ac agitaret tentationum impulſu, ac vexaret, & concuteret tribulationum impulſu. Nam, ut notat Euthymius, & cribraret deducitur à verbo Græco, quod idem eſt, ac cribro, vel concutio. *Sicut triticum*. Agitatur, ac concutitur in cribro, ut à paleis, ſeu vano ſeparetur. Hoc verbum cribrare ad tentationes refertur, ut notat Titus Boſtrenſ. ex quo ait Euthym. *Prædicit eis de futura tentatione quando omnes relicto eo fugerunt.*

Beda. Carthuſ. Hugo. Caietan. Maldon. Barrad.

Tit. Boſtr. Euthym.

QUÆSTIO III.

Quare Satanas expetivit, ut Apoſtolos cribraret?

15. SAtanas expetivit, ſeu petivit à Deo Patre facultatem, ut affligendo Apoſtolos tentaret, ac magna perſecutione agitaret, ut dixi in expoſitione, & factum eſt cum Job, ac ex parte obtinuit, dum excitavit Judæos, ut comprehenderent Jeſum, tunc Apoſtoli metu concuſſione comprehenderetur, diſperſi ſunt fugientes. Et merito tentatio cribrationi comparatur, ſeu agitationi, quæ fit, in cribro: paleæ, ut leves dum agitantur, cito avolant, ac in ventum diſperguntur, cum ab illis ſeparantur grana tritici in cribro, & ipſa in illo remanent: Sic ſancti in tentatione manent conſtantes, iniqui verò deficiunt, & avolant in perditionem: Amos 9. n. 9. *Concutiam in omnibus gentibus domum Iſraël, ſicut concutitur triticum in cribro.* Sic etiam explicat Carthuſ. *Satanas expetivit, ut cribraret tentationis impulſu, cribrantur enim in cribro, in quo palea remanent: farinaque tranſit; ſic Iudas ut furfur remanſit diabolo ad tormenta. Apoſtoli autem tranſierunt ad gloriam.*

Amos 9. Carthuſ.

16. Secundò. Sævam tentationum tempeſtatem, quæ ab adverſario in ſuos diſcipulos armantur, explicat Dominus per ſimilitudinem ad agitationem in cribro; in quo ſimul habentur triticum, & paleæ: non enim eſt hujus temporis ſic velle homines cribrare ut ſolum inveniantur grana tritici, ſine ulla fœni mixtura, hoc requirendum eſt, quando jam grana ſunt munda, ut ad cœleſtia horrea adducantur D. Auguſt. ſerm. 107. de tempore. *Modo corpus Chriſti ait, quod juſtis area eſt; poſtea erit horreum; tamen cum area eſt, non recuſat paleas ſuſtinere, cum tempus advenerit, reponat triticum, & à paleis ſegregabit.* Bonus agricola temporum differentias optime perpendit, nec gravatur, quod in area ſint ſimul triticum, & paleæ, nec ob paleas contemnit triticum, ſed expectat tempus, ut triticum à paleis expurgetur, & tunc paleæ ad ignem deſtinantur, triticum vero ad horreum; in area hujus ſæculi vix invenitur homo ſine paleis, hoc requirendum eſt ad tempus meſſis quando ad gloriam transfertur. *Cum tempus advenerit, reponet triticum, & à paleis ſegregabit.*

Auguſt. *In præſenti ſæculo non invenitur virtutum triticum ſine paleis.*

17. Tertiò D. Ambroſ. lib. 2. de interpellatione Iob. c. 5. *Injuſti, ait, ſicut palea ventilantur: non deficit, qui ad ſimilitudinem illius grani eſt, quod cecidit, & reſurrexit, plurimorum fructuum acceſſione cumulatum.* Ait Chriſtus D. ſuis diſcipulis, quod Satanas eos expetivit, ut cribraret ſicut triticum. In cribro, ſeu area hujus mundi agitantur, ſeu ventilantur triticum, & paleæ Iuſti, & impij ſub eadem malorum, ac tentationum agitatione premuntur. Impius dolet, ac gemit, & inde nullum fructum capit, ſed poſt longas vexationes, tanquam palea mittitur in ignem. Juſtus vero gaudet, & ex ipſis æruminis multum fructum percipit, & inde aſſervatur in vitam.

Ambroſ. *Ex ærumnis multum utilitatis.*

Quartò. *Vt cribraret vos.* Quia ſicut in cribro triticum à paleis ſecernitur, illud reconditur, illæ autem contemnuntur, ita Diabolus malos ſeparans à bonis, hoc invadit, illos non curat, ſed præterit, & contemnit D. Cyprian. l. 3. Epiſt. 1. *Non impugnat, ait, Chriſti adverſarius, niſi milites Chriſti. Hæreticos proſtratos ſemel, & ſuos factos contemnit, & præterit; eos quærit dejicere, quos videt ſtare.* D. Hieron. Epiſt. ad Euſtochium de cuſtodia Virginitatis ad initium. *Non quærit Diabolus, ait, homines infideles, non eos qui foris ſunt, & quorum carnes Rex Aſſyrius in olla ſuccendit. De Eccleſia Chriſti rapere feſtinat. Eſcæ ejus, ſecundum Abacuc, electæ ſunt. Iob ſubvertere cupit: & devorato Juda ad cribrandos Apoſtolos expetit poteſtatem.* 18.

Quo quis ſanctior plures vendicat oppugnatores. D. Cypr. D. Hier.

Canebant olim in Jeruſalem mulieres. *Percuſſit, Saül mille, & David decem millia.* 1. Reg. 18 n. 7. quæ verba ponderat D. Bernard. ſerm. in Pſalm. *Qui habitat.* David unum occidit Goliath, Saül verò multas glorioſas victorias obtinuit devaſtatis Ammonitis 1. Reg. 11. Cur ergo tantum mille dant Saüli, divino nutu ſic applaudunt, quia cum David majoribus ſanctitatis gradibus emineret, plures in conflictu occidebat, nam multo plures, quam Saül habebat oppugnatores, quanto enim qui perfectior eſt, eo validius à Dæmone impetitur, ac tentatur. Citatur D. Bernard. *Olim quidem, ait, David perfectiore virtute probata, nec dum vero propalata in Iſraël reprobatione Saülis; canebant in choro dicentes: percuſſit Saül mille, & David decem millia. Longe ſiquidem ampliori ſollicitudine, & calliditate multiplici pars adverſa vulnerare in nobis dexteram ſatagit, quam ſiniſtram.* Per dexteram juſtos per ſiniſtram injuſtos intelligit Sanctus, ut patet ex ejus contextu. 19.

1. Reg. 18. 1. Reg. 11. *Iuſtus validius impugnatur.* D. Bern.

Orabat David ad Dominum. *Cuſtodi animam meã, quoniam ſanctus ſum.* Pſ. 85. n. 2. non gloriantur confidenter de ſua probitate, ſed inde potius magis ſibi timet, majoreſque Satanæ tentationes formidabat, & inde altius à Deo auxilium deprecatur, intelligebat enim perfectiores majoribus præſidiis indigere, ne diabolicis machinationibus ſuccũbant D. Petrus Chryſol. ſer. 96. *Diabolus ait, non peccatores quærit capere, quos poſſidet ſubjugatos, ſed ut juſtos capiat ſic laborat.* Ex quo ipſemet David ſub nomine peccatoris diabolũ intelligens dicebat. *Conſiderat peccator juſtum & quærit mortificare eum.* Pſal. 39. n. 32. cum Diabolus videt juſtum, omni dolo, ac fraude eum aggreditur, omnibuſque ſuis juribus eum ſubvertere nititur D. Ambroſ. ad prædictum Pſalm. *Quo magis juſtus eſt quiſquam, eo magis illi inſidiatur inimicus.* 20.

Pſal. 85. *Iuſtus majoribus præſidiis indiget.* D. Chryſ. Pſal. 39. D. Ambr.

QUÆSTIO IV.

Quare ſicut triticum intendit Diabolus cribrare Diſcipulos.

DE ſenſu literali jam egi in expoſitione, Moralem nunc quæro. Ad quod reſpondet: 21.
Primo D. Macharius homil. 5. *Quemadmodum enim,* D. Mach.

enim, ait, triticum in cribro ejus qui tractat illud, alliditur, & agitatum in ipſo aſſiduè vertitur; ita princeps nequitiæ cunctos homines rebus terrenis occupatos tenet & ejuſmodi occupationibus eos agitat, turbat, & commovet, efficitque ut vanis cogitationibus allidantur, dum obſcœnis deſideriis, & terrenis atque ſæcularibus laqueis univerſum genus Adæ captivat.

Diabolus excitat homines, ut ſe terrenis dent, ut eos perdat

Ecce Satanæ ſtudiū, ut homines ad terrena deprimat, temporalibúſque curis irretitos teneat: ut dum illi inter terrena bona verſantur, nihil aliud reſpiciant quam triticum, ac eſcam ut eos in damnationem adducat, ac in perditioné demergat. Ananiæ, & Saphiræ, terrenis rebus cum ita eſſent dediti, ut quid parū de ſubſtantia Apoſtolis oblata abſconderent, ait Petrus Actor. 5. n. 3. *Cur tentavit Satanas cor tuum?* Syriac legit, *Cur ſic implevit Satanas cor tuum:* Radix infirmitatis exprimitur, cum enim hominis cor diabolo operante eſſet ad terrena inclinatum; minimè ad cœleſtia, ac ſpiritualia poterat reſpicere, ac attendere. *Act. 5.*

22. D. Auguſt. *Servi Diaboli multis laboribus ad ruinam tendunt.*

Secundò. D. Auguſt. in Pſal 100. *Quid eſt, ait, vexare ſicut triticum? quomodo ab homine triticum non manducatur, niſi primò attritum, ut panem faciat; ſic neminem manducat Diabolus niſi primò per tribulationem everterit, contriverit ut manducet.* Expetit Diabolus homines, ut eos in dulcedine, requie ac ſecuritate habeat, ſed ut eos multis, ac innumerabilibus moleſtiis, ac perſecutionibus exagitet, & verſet, ac ut multis amaritudinibus adimpleat, & tandem penitus perire faciat. Hæc eſt enim ſolemnis Satanæ conſuetudo erga ſuos, ut pluribus preſſuris affligat, & tandem funditus perdat.

23. Matth. 8. *Servi Diaboli multis calamitatibus ad perditionem tendunt.*

Cum veniſſet Ieſus trans fretum in regionem Geraſenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia de monumentis exeuntes. Matt. 8. n. 28. Hi duo miſeri à Dæmone erant poſſeſſi, eique tanquam duo mācipia obſequebantur, ſed qui Diaboli ita erant addicti, ad quem locum ab ipſo impellebantur, forſitan in præjucunda prata, an in prædelectabiles hortos floribus, ac arboribus conſitos, an in regum palatia mira pulchritudine, ac opulentia compoſita? Minimè ſed in monumenta mortuorum, ut ex vivis mortuos jam faceret, vivóſq; jam ſepeliret, & tanquam expertes communi aura, perpetuo fœtore torquerentur. D. Paſchaſ. lib. 5. in Matth. *Attende*, ait, *quæ ſævitia dæmonum quī vel furor, aut quæ rabies erga humanum genus, dum ferre nequeunt mori homines, qui vivos geſtiunt ſepelire, & ſeipſos ſepulchris mandant, ut homines redigant in ſepulchra. Digna quidem virorúmque conditio, ut qui cœlo præſidere nolunt, paſcantur cadaveribus & ſaginentur putredine, delicientur fœtore, quibus tota voluptas eſt vitiis deſervire.* Quæ major miſeria, ut relinquat homo præſidere, exultare, ac lætari in cœlo, ut cadaveribus, putredine, ac fœtore adimpleatur, ad hancque miſeriam toto nixu currat, avolet.

Luc. 22. *n.* 32. Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando converſus confirma fratres tuos.

VERSIONES.

Pagninus. Sed ego rogavi pro te.
Arabicus. Et ego interceſſi pro te, ut non deficiat fides tua, & tu quoque.
Syriacus. Quin & tu quo tempore converſus fueris, tum confirma fratres tuos.
S. Proſp. lib. de gratia, & libero arbitrio. Tandem converſus, confirma fratres tuos, ne intretis in tentationem.

EXPOSITIO. III.

EGo *autem rogavi pro te.* Oſtenderat Dominus, ait Maldonat. periculum ex inſidiis Satanæ. oſtendit nunc remedium ex ejus oratione. Docuerat unde timere, docet unde ſperare debat; ſe eundem, qui diabolo poſtulanti poteſtatem pugnandi conceſſerat, effecturum ut expugnare non poſſet. *Ego rogavi.* Ego qui ſum Dei filius, & homo. Vt homo rogavi Deum Patrem *pro te*, pro omnibus Apoſtolis oravi, & ſingulariter pro te, ô Petre, quem omnium in me credentium caput conſtituere decrevi. Sub Petro ejus ſucceſſores Romani Pontifices intelliguntur, ut docent ſanctiPatres, & dicam quæſt. ſequenti, pro his omnibus Chriſtus rogavit. *Vt non deficiat fides tua*: & impetravit Chriſtus hæc duo privilegia. Primò Petro, ejus fides non deficeret: nam licet ore negaverit, hócque permiſſum fuerit ob multas rationes, ſuo loco aſſignandas, & ad horam charitatem amiſerit; tamen corde ſemper fidem tenuit, ut docent Chryſoſt. homil. 83. in Matth. D. Auguſt. lib. de corrept. & gratia cap. 8. & alij ſuo loco citandi. Secundò, obtinuit privilegium Petri ſucceſſoribus, ut nunquam verè in corde à fide deficerent, ut ſtatim dicam. 24. Maldonat. Chryſoſt. Auguſt.

Et tu aliquando converſus à cribratione, ac tentatione Satanæ, qua paulò poſt, me negabis, quà, à me, meáque gratia, ac charitate averſus eris. Vt explicant Theophyl. Euthym. Ianſenius, & alij. *Converſus*, per pœnitentiam, ut docent citati Auctores. *Confirma fratres tuos*, non meos Apoſtolos tantū dixit, ſed etiam omnes in me credentes intelligit, ut notant Theophyl. & Euthym. Et fecit Petrus Actor. 1. num. 16. & c. 16. num. 7. & non ait, confirma tuos inferiores, ac ſubditos, ſed fratres, ut inſinuat quanta benignitate ſe debeat habere Prælatus Eccleſiaſticus in ſuas oves, cum eis enim debet agere tanquam cum ſuis fratribus. 25. Theoph. Euthym. Ianſen.

QUÆSTIO V.

Quare Chriſtus peculiariter oraverit pro Petro?

CHriſtus oravit pro Petro, ac pro omnibus Apoſtolis, *Pater mi, ſerva eos.* Ioan. 17. n. 11. Pro Petro obtinuit, quia licet ore negaverit, tamen fidem ſemper corde retinuit, ut ſuo loco latè dicam. Obtinuit etiam pro reliquis Apoſtolis, quia omnes, (Juda excepto,) in fide permanſerunt, ut exiſtimat Suar. tom. de fide, diſp. 9. ſect. 3. n. 8. Nulla eſt enim ratio, ob quam ſiniſtrum quid de ſanctis Apoſtolis judicemus. Quia ſi aliqui dubitarunt de Chriſti reſurrectione, fuit ex quadam ignorantia, quia non intelligebant tempus, & modum illius, quod non ſatis eſt ad perdendam fidem, ut ait citat Suar. 26. Ioan. 17. Suarez. *In Petro, nec in Apoſtolis non defecit fides.*

27. Hoc

27. *Chriſtus imperavit, ut non deficeret fides in Petri ſucceſſoribus.* D. Bern. Leo, Luc. Papa. Agatho. Innocent. Cypr.

Hoc quod dictum eſt Petro oravi pro te ut fides tua non deficeret, dictum etiam intelligitur Petri ſucceſſoribus, Romanis nempe Pontificibus, Cathedra Petri ſuper ejus fidem eſt fundata, & ita docent D. Leo ſerm. 3 de Aſſumptione, D. Bernard. epiſt. 190. ad Innocentium ſummum pontificem, Lucius Papa ad Epiſcopos Galliæ,& Hiſpaniæ tom. 1. Conc.& Agatho Papa in epiſt. ad Conſtant. Imperatorem extat in 6. Synodo, Act.4. Innocentius 3. cap. Majores cauſas, D. Cyprianus lib. 1. epiſt. 3. ad Cornel Obtinuit etiam Chriſtus orans pro Romanis Pontificibus, ut nunquam eorum fides omnino deficeret, & hucuſque nunquam accidit, ut ſummus Pontifex deficeret in fide, quia ſicut Deus providet, ut ipſe definiens nunquam erret, etiam providebit, ut ipſe nunquam ſit hæreticus. Ita Bellarm. lib. de Rom. Pontific Pighius lib.4. Eccleſiaſt Hierarc. c.8. Simancas in Inſtitutionibus Catholicis tit. 14. Suar. citat. diſp. 10. ſect. 5. n. 11.

Pighius. Simanc.

28. D. Leo.

Ad quæſtionem cur ſpecialiter pro Petro orat Chriſtus? Reſpondet primò D. Leo ſerm.2. de D. Petro. Quoniam diabolus, ait, omnes exagitare, omnes cupiebat elidere,& tamen ſpecialis à Domino Petri ſuſcipitur cura; & pro fide Petri propriè ſupplicatur; tanquam aliorum ſtatus certior ſit futurus, ſi mens principis victima non fuerit. Commune erat omnibus Apoſtolis diſcrimen, æqualiſque de tentatione formido, divinæque protectionis ſcuto pariter indigebant. Diabolus enim omnes expetiverat, omnéſque concutere, ac allidere intendebat; tamen Dominus ſpecialiter pro fide Petri curam ſuſcipit,pro illaque orat, ac ſi reliquis nullum eſſet periculum,ſi præſulis mens inconcuſſa præexiſteret. Petrus enim omnium erat caput, proindéque quod ille virtutis haberet, facilè cæteri in ſe reciperent. Sic ait Caietan. ad hunc locum: *Non dicit*,ait,*rogavi pro vobis, quum tamen pro eis rogaverit, dicendo*: Pater ſancte,ſerva eos à malo,*ſed pro ratione officii,quoniam rogaſſe pro te redundat in rogaſſe pro fratribus.* Ex quo ait Caſſiodorus lib 3. variar.cap.12. *Publici decoris mater eſt mens regentis, & quale fuerit dominantis arbitrium, talem parit libertatis aſpectum; facilius eſt quippe, ſi dicere fas eſt, errare naturam, quam diſſimilem ſui princeps poſſit formare rempublicam.*

Principis virtus in ſubditos derivatur.

Caiet.

Caſſiod.

29. Tertull.

Secundò: Tertul. lib. de fuga in perſecutione, *Poſtulavit Satanas ut diſcerneret vos ſicut frumentum,verum ego rogavi pro te.Quo oſtenditur, utrumque apud Deum eſſe, & concuſſionem fidei & protectionem.* Ecce ſimul Satanæ expetitio, ac concuſſio, & Chriſti petitio, ac oratio: illa pro afflictione; hæc verò pro protectione? ſi enim concuſſio permittitur à Deo, ſimul ab ipſo venit protectio & defenſio.

Noſtra afflictio protectionem Dei ſollicitat.

30. Chryſoſt.

Tertiò: D. Chryſoſt.hom.83.in Matth.ſic ait, *Ego, inquit Chriſtus, deprecatus ſum pro te,ne deficiat fides tua,hoc enim ut vehementius eum tangeret, dicebat, ſignificans ejus cauſam multo pejorem aliorum,cauſa diſcipulorum,atque ideo majori etiam patrocinio indigere.Duplex enim crimen erat, tum quia repugnavit,tum quia cæteris ſe ipſum præpoſuit.* Omnes Apoſtoli erant expetiti à Satana omneſque in magno periculo verſabantur, cur ergo peculiariter pro Petro Dominus exorat;ſolius Petri in reperditionis pejor erat cauſa.*Vehementius enim tangens & oſtendens multo pejorem ejus, quam aliorum cauſam eſſe.*Quia Petrus multum de ſe confidebat, cum enim Chriſtus ei dixiſſet,*Ter me negabis:* ille reſpondit; *Si oportuerit me mori tecum non te negabo.* Et nulla major ruina, quam illa, quæ de multa confidentia, ac præſumptione venit.

Magna ruina ex multa confidentia, ac præſumptione.

Quarto: Ad eadem Chryſoſtomi verba *ſignificans ejus cauſam multo pejorem aliorum cauſa diſcipulorum, atque ideo majori etiam patrocinio indigere, quia cæteris ſeipſum præpoſuit.* Satanæ machinæ ad omnes Apoſtolos ordinabantur, ut à fide Chriſti diſcederent, & tamen Chriſtus peculiariter pro Petro tuendo applicat ſuas preces: Petrus ſuper omnes ſe volebat erigere, dicebat enim: *Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor.* Qui autem cæteris ſe præponit in graviori, ac majori ſuper cæteros verſabatur periculo, magnáque protectione indigebat. 31. Chryſoſt.

Qui ſupra alios ſe erigit,in magno periculo verſatur.

De ſuperbo, ac arrogante ait Iſai.2.n.13. *Dies Domini exercituum ſuper omnem ſuperbum, & excelſum, & ſuper omnem arrogantem, & humiliabitur, & ſuper omnes cedros Libani ſublimes.* Cum arrogantibus, & ſuperbis miſcet Propheta cedros Libani ſublimes, nec immerito, ſunt enim arrogantes valdè ſimiles cedris Libani? nam cedrus non in depreſſa convalli, ſeu radice montis, ſed in cacumine maximè glorîabundus gaudet, ab altitudine enim loci ſuper alias arbores vult eminere, inde ſuper eum à Propheta denuntiatur: *Dies Domini exercituum*, dies nempe iræ,& furoris; nam qui ſupra alios ſe vult erigere, & extollere, in magnam iram, & indignationem deveniet. Procopius ibi: *Quid iſtos Libani cedros eſſe dixit; Quoniam quodammodo celſitudine attolli videntur montanæ arbores:* Ex quo ait D. Gregorius Thaumat. *Cavendum porrò eſt, ne iis, qui potentiam præſtant, majores eſſe videantur.Nam & ſi hoc acciderit, tamen ex horrendis cruciatibus in quos incidemus, nequaquam nos improbitas ipſa liberabit.* Ac ſi dicat: maxime ſtudeat homo; ne intentet majorem aliis videri, ac ſuper alios ſe erigere,& ſi hoc aliquando accidat juxta ſui animi judicium tamen multo crimine fit, quod ad magnos cruciatus homo deputatur. 32. Iſai. 2.

Qui ſupra alios ſe erigit, in magnam iram deveniet.

Procop.

Thaumat.

QUÆSTIO VI.

Quare dicitur Petro ut prius converſus poſteà confirmet?

QUod hæc verba, *Tu aliquando converſus confirma fratres tuos*, pertineant etiam ad Petrum prout eſt Eccleſiæ caput, docent D. Bernard. D. Leo, Lucius Agatho, Leo IX. & Nicolaus I. epiſt. ad Melchiadem. Titus Boſtrenſ. *Eſto*, ait, *poſthac Petre eorum Doctor, & firmamentum, qui mihi per fidem adjungentur.* Theophylact. *Quia*, ait, *Petre te habeo principem diſcipulorum, confirma cæteros. Hoc enim decet te, qui poſt me Eccleſiæ petra es & fundamentum.* Sub Petri ergo perſona, ejus ſucceſſoribus jubet Dominus fratres ſuos in fide firmare, ac confirmare. 33. Bernard. Leo. Lucius. Agatho. Leo IX.

De converſione per pœnitentiam locum interpretantur D. Ambroſ in Pſalm. 30. Beda, qui ait: *Infirmiores fratres exemplo ſuæ pœnitentiæ, ne de venia fortè diſperent, confortare memento.* Larè rem explicat Theophylactus: *Tu*, anquit, *converſus,hoc eſt pœnitentiam agens, & lacrymas profundens,& à negatione reſiliens,eſto etiam aliis pœnitentia* 34. D. Ambr. Beda.

Theop.

tiæ exemplar, nedeſperent, &c. Et poſteà ſubdit: *Tu Petre converſus hominum exemplum eris omnibus, ut nullus credentium in te reſpiciens deſpereret, qui cum Apoſtolus fuerit, & negaveris iterum tamen receperis primatum omnium, & præfecturam orbis per pœnitentiam*, Euthym. *Converſus*, ait, *poſt negationem, per fletum amarum, hoc eſt in priſtinum locum denuò reſtitutus.* Mirabar ſanè, quod negatur etiam ſi converſus jam fuerit, mandetur opera confirmandi fratres. Quomdo fieri poterat, ut toties ſcilicet ter lapſus immediatè poſt converſionem moneatur confirmare alios? Unde tanta firmitas in recenter converſo à lapſu: Ex pœnitentia nempe, & primò, quia aliis erat exemplum, quod ſi prolapſi eſſent, pœnitentia exhibita ad ſuum priſtinum honorem revocari poterant, *qui cum Apoſtolus fueris & negaveris, iterum tamen receperis primatum omnium, & præfecturam.* Secundò, ex lachrymarum imbre. Ubi enim fletus converſionem comitatur, ſic affectum roborat, ut etiam alios in Chriſti amore inflammet, *poſt negationem per fletum amarum.*

Euthym.

35. Tertiò: *Confirma fratres tuos*, Doctrina, admonitione, verbis, ac prædicatione, ut caput ac firmamentum Eccleſiæ, quod ſæpè feciſſe in actis Apoſtolorum legitur Actor. 2. n. 16. n. 15. & c. 3. n. 12. & ſæpè Videt Petrus cælum apertum, ex eóque linteum deſcendens in quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ, & volatilia cæli. *Et facta eſt vox ad eum: ſurge Petre, occide, & manduca.* Act. 10. n. 13. Occide nempe peccatores tua doctrina, ac prædicatione eorum peccata occide, & eos m nduca convertens, ac ingerens eos in meo Eccleſiæ corpore. D. Greg. lib. 18 Moral. c. 20. aliàs 22. *Ipſi*, ait, *primo paſtori* (Petro nempe.) *Quaſi hujus leanæ ori dicitur: macta, manduca. Quod mactatur quippè, à vita occiditur; id verò quod comeditur, in comedentis corpore commutatur. Macta ergo, & manduca dicitur, id eſt à peccato, eos qui vivunt interfice, & à ſe ipſis illos intra membra converte.* Hoc eſt, ut ait D. Aug. ſerm. 26. de Diverſis, c. 7. *In novam vitam ſocietatis Eccleſiæ.*

Petrus prædicatione comedit gentes, & convertit in corpus Eccleſiæ Act. 10.

Gregor.

Auguſt.

36. Quæſtio tamen principaliter inquirit, quare Petrus non jubetur ire ad orbis converſionem, niſi prius in ſe converſus fuerit? Quod benè notat Arnold. Carnot. tract. de Chriſti verbis ad illud, *Sitio.* Ubi ad Petrum ſic habet verba: *Exurge, & bibe*, ait, *de fonte miſericordiæ, & aliquando converſus confirma fratres tuos, & in eadem menſura, qua propinatum eſt tibi, remitte eis, & ad formam tuam, qui occiderit, adjiciat, ut reſurgat.* Mandatur Petro, ut prius per converſionem è fontibus miſercordiæ bibat, poſteà ad propinandum aliis exponat; quis enim totius orbis converſionem aggredi audebit, niſi ille qui prius converſus fuit? Valdè enim ineptus eſt ad Chriſti gratiam ſeminandam, ac diffundendam, qui in ſe nihil gratiæ retinet, nec toto animo ad Deum converſus eſt, ut mundo renuntians totis viribus Deo inſerviat.

Arnold.

Prius in ſe quis habeat id, quod aliis efficere curat.

37. Quod optimè ſtabilitur ex D. Ambroſ. l b 10. in Luc. *Ille*, ait, *confirmare jubetur fratres ſuos, qui dixit: Omnia dimiſimus, & ſecuti ſumus te.* Non enim Petrus aptus invenitur ad reducendos fratres in viam ſalutis, in vitáque ſpirituali eos confovendos, priuſquam ipſe omnia dimittens, carni, ac ſanguini mortuus ſit. Matth. 19.

Ambroſ.

38. Enarrans D. Lucas viſibilem Divini Spiritus adventum, ait: *Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ, tanquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum.* Actor. 2. num. 3. Valdè mira res, quod ſub ſpecie ſplendentium linguarum ſeſe Divinus Spiritus exhibeat? & cur Domine coruſcantis linguæ formam in te transfers? Veniebat ille ut Apoſtolorum linguas excitaret, inde linguarum ſpeciem in ſe exhibet. O quam admirabile, ac efficax eſt Divini Spiritus magiſterium, ubi enim nititur hominum linguas illuſtrare, illáſque in proximorum inflammatione, ac lucem informare, nil prius ipſe facit, quam ſeſe ſub lucentibus linguis oſtentare, formam enim in ſe præmonſtrat, quam in aliis excitare amat. Nicetas in oratione 42. D. Nazian. *Igneas linguas*, ait, *conſpicati ſunt non quod ſimilis linguæ divina figura ſit, ſed quia circa linguam futura erat Spiritus operatio.*

Act. 2.

A te factum oſtende quod ab aliis faciendum perſuades.

Nicetas.

Luc. 22. n. 23. Qui dixit ei: Domine, tecum paratus ſum, & in carcerem: & in mortem ire.

Num. 34. At ille dixit: Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges noſſe me, & dixit eis.

VERSIONES.

Theophyl. n. 33. Ait ille dixit ei.

Syriacus. Simon autem dixit ei: Domine mi, tecum paratus ſum, & ad domum vinctorũ, & ad mortem ire.

Vatabl. n. 34. At ille dixit: Dico tibi Petre, nequaquam canet hodie gallus priuſquam ter abnegaveris me.

Syriacus. Dixit ei Jeſus: Dico tibi Simon, non cantaturum hodie gallum uſque dum ter negaveris me, tibi haud notum eſſe. Item dixit eis.

EXPOSITIO IV.

QUi *dixit ei*, ſcilicet Petrus Domine, aliis verbis repetit ea, quæ ſuprà dixerat. Joan. 13 *Quomodo non poſſum te ſequi modò, animam meam* (id eſt vitam meam) *pro te ponam.* Sicque ſe oſtendit paratum ad ſequendum Chriſtum ſive in carcerem, ſive in mortem, in ſuóque propoſito perſiſtit. *Nam*, ut ait Theoph. *multa charitas animoſum reddidit Petrum*; & cum audit Petrus ſe à Satana oppugnandum, ac agitandum, & à fidei confeſſione defecturum, de ſuo amore in Chriſtum, hoc valdè alienum judicans, ſupra ſuas vires multa promiſit. 39.

Joan. 13.

Theoph.

Charitas animoſum facit.

Ait ille, ſcilicet Jeſus, *dixit*: hæc eſt ſecunda prædictio negationis Petri & poſt ſermonem cœnæ, Petri arrogantiam reprimit Dominus. *Dico tibi*, tecum particulariter loquor, ut maximè obſerves, ac conſideres, quomodo hæc quæ dico conveniunt cum tuis magnis promiſſionibus. D. Hieron. *Petrus ardore fidei promittebat, & Salvator quaſi Deus futura prædicebat.* Hanc prædictionem negationis Petri Matt. ſcribit 26. infra citandus, *Antequam gallus cantet ter me negabis.* D. Lucas in præſenti, *Non cantabit hodie gallus donec ter abneges noſſe me.* Joannes, *Non cantabit gallus donec ter me neges.* D. Marcus infrà referendus, *Priuſquam gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus.* 40.

Secunda prædictio negationis Petri.

D. Hier.

Matth. 26.

Luc. 22.

Joan. 13.

Marc. 14.

Circa

41. *Indulgentia germana Evangeliſtarum.* Circa hunc verborum textum multa dicunt Auctores; breviter dicam, & claritatis gratia nota: Quod gallus nocte bis cantat, primò poſt mediam noctem; ſecundò magis fortius ſub auroram cum jam præſentit Solem, & lucem advenire, inde hoc tempus gallicinium appellatur, ante hunc ſecundum gallicanium, ſeu ante auroram Petrus ter Chriſtum negavit. Quod ſignificat. D. Marc. 14. n. 30. *Priuſquam Gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus.* Opponit enim Chriſtus numerum numero; quaſi dicat, diligenior, ac ferventior tu eris in me negando, quam Gallus in cantando; nam antequam ille bis vocem det, ac cantet, tu ter me negabis. Ita rem explicant Maldon. Franc. Luc. Cornel. & alij.

Maldon. Franc. Luc. Cornel.

42. *Valdè emphatica Chriſti oratio.* Valdè emphatica eſt tota Chriſti oratio. Nam apud Matth. ex particula *Amen*: ad magis rem teſtificandam, & exprimendam. *In hac nocte.* In hac ipſa nocte, in qua promittis te eſſe paratum ire pro me ad mortem, & in carcerem, & potius mori, quam me negare. Antequam Gallus cantet bis, tu ter me negabis. Gallus dormientes excitat ad Deum laudandum, tu verò tua negatione aſtantes excitabis ad me vituperandum, *me negabis*, ſeu ut habet Lucas *Abnegabis*: imò & adjurabis, ac proinde Petre pejus facies, quam cæteri mei Apoſtoli, ſuper quos tua præſumptione te jactas. Nam alij Apoſtoli mei dumtaxat fugient; tu verò me adjurabis. Nota quod D. Lucas ait: *Non cantabit hodie Gallus.* Hodie dicitur, cum de Galli cantu ante auroram intelligantur, quia ille dies erat feſtus, & Hebræorum feſta incipiebant à veſpera pridiana, & durabant uſque ad veſperam poſtridianam. Vide ſupra cap. 5. expoſit. 1. num. 3. Cur Chriſtus dixit væ ſuper Judam, non verò ſuper Petrum negantem, dixi ſupra c. 6. q. 8.

Quæstio VII.

Quare tam nocivus Petri affectus dum ſe offert pro Domino paratum ire in mortem, & in carcerem?

43. Ait Petrus in præſenti: *Domine tecum paratus ſum ire in carcerem & in mortem.* Ex dilectionis fervore hoc dixit Petrus quamvis indiſcretè loqueretur, nimium de ſua virtute confidens: non enim decet hominem plus æquo confidere in ſeipſo, ſed tantum in Deo, qui operatur in nobis velle, & perficere; unde cum audiſſet à Chriſto juxta Joannem, Expoſ. 1. ter me negabis. Debebat Dominum inſtantiſſimè exorare, ut eum adjuvaret, ac auxilia præberet ad tentationes vincendas, quod dum non præſtitit, à verò ſcopo omnino declinavit.

44. D. Bonav. Ad quæſtionem reſpondet primò D. Bonav. *Hoc verbum, ait, fuit amoris, & fervoris, ſed tamen hoc erat cujuſdam præſumptionis, quia illud promittit, ad quod non ſufficit, ſcilicet quod paratus ſit pro Chriſto, & cum Chriſto mori, cum ſit opus perfectiſſimæ charitatis.* Valdè mirabile eſt, quod tam affectuoſam voluntatem Petri offerentis ſe ad carcerem, & mortem, non gratuletur Dominus, ſed potius illi ſuam objicit negationem: Ad crucis tropheum pervenire perfectorum Chriſti militum eſt. Petrus adhuc non erat divini ſpiritus gratia corroboratus, ideò adhuc immaturus ad crucis tormenta ſuſtinenda, ac ad Chriſtum per viam mortis ſequendum. Hoc enim cum ſit opus perfectiſſimæ charitatis, omnium virtutum decore indigebat, quo cum tunc Petrus non eſſet inſignitus, improportionatus erat ad tantam gloriam, ad quam devenire non poterat humanis viribus, ſed Chriſti gratia; ideo ſubdit D. Bonavent. *Hæc præſumptio compeſcenda erat, & propterea ſubditur: dico tibi non cantabit Gallus*, &c.

Vt magna intendas, perfectionem prius comparare debes.

Secundò D. Auguſtinus tract. 123. in Joannem D. Petrum annis plenum, ætate canum, cruci religatum contemplans ait: *Hunc invenit exitum ille negator, & amator negando proſtratus, flendo purgatus, patiendo coronatus: Hunc invenit exitum, ut pro ejus nomine perfecta dilectione moreretur, cum quo ſe moriturum perverſa feſtinatione promiſerat.* Fervidus Chriſti amator Petrus, qui nimia feſtinatione offenderat, tandem juvenili ardore correptus, & lachrymis redivivus, ac purificatus, longævique laboris continuatione maturus, mortis præmium, quod malè feſtinanter amiſerat in ſenectam dilatum, larga expectatione ad illud ſe componens glorioſè obtinuit, & aſſequitur, quod enim juvenilis feſtinatio perdidit, ſenilis cunctatio deprehendit. 45. D. Auguſt. *Non feſtinanter, ſed diuturna virtute ad magna eſt eundum.*

Duo legati deſtinantur à Deo, Moyſes ad Pharaonem, Iſaias ad populum Iſrael. Moyſes dum mittitur à Deo, multis obſiſtit dicens, *Quis ſum ego ut vadam ad Pharaonem*, Exod. 3. n. 11. & iterum: *Obſecro Domine, mitte quem miſſurus es.* Exod. 4. n. 13. At Iſai 6. n. 8. Cum ei dicitur à Deo. *Quem mittam, & quis ibit nobis.* Ipſe promptè, ac indilatè ſe offert: *Ecce ego, mitte me.* Inter utrumque magnum fuit diſcrimen, nam Moyſi dicitur. Ecce conſtitui te Deum Pharaonis. Exod. 7. n. 1. At verò Iſaias à maledictionibus incipit. *Excæca cor populi hujus, & aures ejus aggrava*, &c. Ibidem num. 9. & inde multa mala ſuſtinuit ab Iſraelitis, & tanquam amens à populo eſt habitus. Unde tanta differentia; Cum uterque juſta legatione mittatur? Dum Moyſes humiliter cunctatur, ac modeſtè ſe excuſat moras nectit, ad alta, ac ſublimia diſponitur; At Iſaias dum propterea feſtinatione ſe offert, magnis periculis ſe exponit, ut gravia incommoda patiatur; quæſtionem hanc inter Moyſem, & Iſaiam excitat Divus Hieronymus Epiſto. 142. & ait: *Qui Moyſis aſſertor eſt humilitatem ejus prædicat, ac manſuetudinem; quod ſe indignum judicans miniſterio Dei, major affectus ſit, Iſaias verò, quia ultro ſe obtulit incipiens prophetare, à maledictis cœpit, & ob quod inde multa mala perpeſſus; & ab omni populo pro inſano habitus.* Ut fiat documentum quod moroſa cunctatione ad magna, ac alta aſcenditur, propterea verò concitatione via ad magna pericula aperitur. 46. Exod. 3. Exod. 4. Iſai. 6. Exod. 7. *Qui feſtinanter vadit, periclitatur, qui cunctatur, ſecure magna habet.* D. Hieron.

47. Quis dubitat quanta pericula à multa feſtinatione veniant, Aſael vel ociſſimus curſor fuit, quaſi unus de capris, qui morantur in ſilvis, qui hac velocitate innixus vehementiſſimè perſequebatur Abner, à quo bis admonitus ut ab eo recederet, & à curſu ſuo deſiſteret, cum nollet. *Percuſſit eum Abner averſa haſta.* 2. Reg. 2. n. 23. Qui immaturam Aſaelis mortem vult declinare, à feſtinantium periculis maximè caveat D. Paſcaſius lib. 5. in Thren. *Aſael, ait, curſor erat velociſſimus tanquam unus ex capreis, quæ morantur in ſylvis, neſciens, veloces animi motus patientia* 2. Reg. 2. *Ex feſtinatione periculum mortis.* D. Paſchaſ.

& gravitate temperare; unde dum velocius ſequitur hoſtem, ictus vulnere deperiit.

Quæstio VIII.

Quare pro trinæ negationis nota datur potius cantus galli, quam aliud ſignum?

48. Maxim.

Niſi Deus ſtatuiſſet terminum nemo multo magis peccaret.

TRipliciter prædicitur Petro ejus negatio ante Galli cantum, quod ponderans S. Maximus homil. 2. de Latrone, & Petro, ait: *Denique fidem Petrus, nec admonitus potuit cuſtodire, toties lapſus eſt, quoties ne laberetur admonitus. Et niſi modum quendam tertio denegandi ei Dominus ſtatuiſſet; forſitan ſæpius interrogatus, ſæpius abnegaſſet.* Benevolè Petrus à Chriſto Domino fuerat admonitus, ut cautius ageret, tamen tentationis fluctibus eo naufragatur, ut toties impegerit, quoties ne impingeret, fuerat præmonitus, & niſi Chriſtus ſua clementia terminum præfixiſſet in trina negatione, forſitan in plures caderet. *Et niſi modum quendam tertio denegandi ei Dominus ſtatuiſſet, forſitan ſæpius interrogatus, ſæpius abnegaſſet.*

49. *Maxime intereſt ad ſalutem una vox clamans & excitans*

Pro negationis ſigno dat Dominus cantum galli, non ſat erat dicere Petro. In hac nocte ter me negabis, ad quid apponitur cantus galli? Nam ex prædictione Chriſti certus fiebat Petrus de ſua negatione, ad quid in ſignum datur galli cantus? Multum intereſt, ut peccator à ſua nequitia reſurgat, vox clamantis, ut hominem à ſomno ſuæ culpæ excitet; datur Petro Galli cantus, ut ipſo excitetur, auditaque galli voce, Chriſti prædictio, ac admonitio in memoriam revocetur, ut inde ipſe ad pœnitentiam, ac fletum promoveatur: ecce ſumma Chriſti benignitas, ac eximia cura, & ſollicitudo de Petri ſalute, ut anticipatam morbo medicinam adhibuerit; galli cantu negaturum Petrum præmonens, ut eo audito è peccati ſomno ſurgat, ac reſipiſcat, ad quod magnus ſtimulus eſt vox ipſa in aures reſonans.

50. Vidit Nabuchodonoſor arborem, cujus proceritas contingebat cœlum, & aſpectus illius erat uſque ad terminos univerſæ terræ. *Et ecce vigil & ſanctus de cœlo deſcendit, clamavitque fortiter, ſic ait: Succidite arborem, & præcidite ramos ejus.* Daniel. 4. num. 11. Arbor illa regem

Daniel. 4.

ipſum ſignificabat, ob cujus ſuperbiam ſanctus Angelus vigil de cœlo ſententiam Regi denuntians, eamque promulgans fortiter clamat, quod ab hominibus ſit præſcindendus, ac abjiciendus ad feras, ut inter illas tanquam bos fœnum comedat, ſed ſicut arbor regi repræſentatur, in qua ejus regnum fuerat adumbratum, cur etiam ipſa ſententia non exprimitur ad vivum per figuras bovem, & fœnum, ſed tantum ab Angelo fortiter proclamatur; Imagine objecta provocatur animus, ſed multò magis terrifica voce ſtimulatur. Dum ſanctus vigil tam fortiter vociferabatur, vehementer animum regis concutiebant, ut depoſita ſuperbia totus ad ſacrum, ac pœnitentiam converteretur. Huc reſpicit D. Paſchaſ. 2. lib. in Thren. *Fortiter clamat*, ait, *ſanctus vigil, ut dormientem excitaret.*

Paſchaſ.

Quæstio IX.

Quare Petro pro ſigno ſuæ negationis datur potius galli cantus, quam alterius avis?

REſpondeo ad quæſtionem. Primò; Gallus eſt valdè uſitatum, ac domeſticum animal, fortiter reſonat dum cantat, abeuntes tenebras, & advenientem ſolem denuntiat, dormientes, ac ſomnolentos, ut ait D. Ambr. excitat, leonem in fugam abire facit, ut ex Plinio, ac aliis habet Pierius lib. 1. Hieroglyph. inde pro ſigno ſuæ negationis datur Petro gallus, quia commune, & prævium erat animal in domibus, & dum canit, fortiter inſonat, ſuóque cantu Petrum excitabat ut peccati tenebras abjiceret, ad Chriſtique Solem conveniret, Leonémque Dæmonem circum quærentem quem devoret pœnitentia jam fugaret, & excluderet. 51.

Plin. Pierius.

Voce Galli admonetur Petrus, ut tenebras peccati, ac dæmonem fugiet.

Secundò P. Anton. Velaſqu. in epiſt. Ad Philip. tom. 2. c. 2. verſ. 12. ann. 12. n. 8. ſic quærit, cur Petro negaturo Chriſtus potius galli cantum, quam aliud ſignum dederit, opinor, ait Galli imagine vanam Petri animoſitatē quam carcerem, & mortem ſe libenter ſubiturum, ardenter pollicebatur à Chriſto deſcriptam. Ea enim eſt galli conditio, & natura ut ante pugnæ congreſſum victoriam canat, ac de ea glorianter exultet; unde Galli cantus proverbialiter aſſumitur ad exprimendam nimiam confidentiam, ac inanem jactantiam, qua quiſque ignavus, nondum certamine commiſſo, jam glorianter de hoſte triumphat, quem adhuc non proſtravit, jam ſe certum, ac ſecurum de præmio promittit. Sic in Thæteto dixit Plato. *Galli degeneris inſtar ante victoriam canit.* Ac proinde cum Petrus ſe jactaret paratum in carcerem, ac in mortem ob Chriſti ſequelam, objicit illi Chriſtus ejus fortitudinem ſimilem eſſe Gallo degeneri; qui ante victoriam ſæpius cantat, ac proinde quod Apoſtolus inani præſumptione, ac vana gloriatione ignaviam, ac puſillanimitatem galli degeneris ſuperet, dum priuſquam gallus bis vocem dederit, ter ipſe foret Chriſtum negaturus. Tantum malum parturit inanis jactantia, & præſumptio. D. Aug epiſt. 120. ad Honoratum: *Ex egregio præſumptore ait, de gratia novi teſtamenti, tam creber negator effectus eſt.* 52.

P. Velaſq.

Qui inaniter præſumit, maximè cadit.

Plato.

D. Aug.

Tertiò Orig. hom. 35. in Matth. *Forſitan autem*, ait, *& omnes homines quando denegant* JESUM, *ita ut peccatum denegationis eorum recipiat medicinam, ante galli cantum eum denegare videntur, nondum eis nato Sole juſtitiæ, nec appropinquante eis ortu ipſius. Si autem poſt ortum hujuſmodi ſolis ad animam, volentes peccaverimus, poſtquam accepimus ſcientiam veritatis, jam non relinquitur nobis ſacrificium pro peccato: ſed terribile judicium, & zelus ignis, qui conſumpturus eſt inimicos.* Cur Galli cantus, & non aliarum avium datur Petrò tanquam ſignum terminatæ negationis, imo etiam ſuæ ſalutis, nam cum Petrus audiſſet canentem gallum egreſſus foras flevit amarè. Cur ergo galli cantus tanquam hujuſmodi prognoſticum? Valdè differunt gallus, ac alij paſſerculi in deſignato cantandi tempore. Nam paſſerculi ad ortum ſolis canere ſolent, at verò ſolus gallus nocte cantat. Conſidera Dei clementiam erga Petrum, dat galli cantum tanquam ſignum negationis, & tanquam ſignum ſalutis, nam gallus nocte cantat, peccatum ergo Petri nocte erat, & peccator qui inter 53.

Origen.

Qui ex fragilitate delinquit miſericordiam invenit, qui ex malitia, ac ſcientia, judicium.

inter imbecillitatis humanæ, ac ignorantiæ tenebras delinquit, ſpem ſalutis habet, ut reſipiſcat, & exurgat: *Ita ut peccatum denegationis eorum recipiat medicinam, ante Galli cantum cum denegare videntur nondum ei nato Sole juſtitiæ.* At verò alij paſſerculi ad ortum Solis, & jam die clara canunt, ac proinde eorum cantus tantum inſervire valet ad ſignum eorum, qui in aperta, ac fulgente luce præcipitantur, qui ergo tam iniquus eſt corde qui in radiis Solis Chriſti doctrinæ, ac cognitionis divinæ juſtitiæ offendit, hic in ſuis deſideriis perditiſſimus eſt, & ſigna perditionis, ac terribilis judicij in ſe importat: *Si autem poſt hortum hujuſmodi ad animam, peccaverimus, poſtquam accepimus ſcientiam veritatis, relinquitur terribile judiciũ.*

54. Origen. Pergit Origen. citatus componens Petrum, ac Apoſtolos cum principibus Sacerdotum. Petrus nocte negat, ſic ei dicitur, *Hac nocte antequam gallus cantet ter me negabis.* Et tamen à tanto peccato mundatur, ac purificatur. Nocte etiam illa omnes Apoſtoli in Chriſto ſcandalizantur; ait illi Chriſtus: *Omnes vos ſcandalum patiemini in me, in iſta*
Matth. 26. *nocte.* Matth. 26. n. 31. in tantum ſublevantur ut principes, ac judices totius orbis conſtituantur. Negarunt Judæorum principes Jeſum eſſe ſuum Regem, tanto delicto ſunt damnati, in ipſo ſcandalizantur, & tanto crimine perierunt. Cur Petrus à negatione ſurgit, Apoſtoli ſcandalo depulſo in Chriſti fide permanent. At Jeroſolmitani Principes in peccato remanſerunt, Petrus nocte negat, Apoſtoli nocte ſcandalizantur, de magnatibus autem Jeroſolmitanis ait D. Matth. 27.
Matt. 27. num. 1 *Mane autem facto conſilium inierunt omnes Principes Sacerdotum, & ſeniores populi adverſus Jeſum, ut eum morti traderent.* Petrus negat nocte, Apoſtoli ſcandalizantur nocte, at Judæi in lucis claritate videntes, ac agnoſcentes malitiam ſuam, & inde irremiſſibiliter pereunt. Origenes proximè citata hom Qui in tenebris, & in nocte offendit, venia dignus eſt; qui autem in die clara offendit, nunquam poteſt culpare errorem, ſed incontinentiam ſuam. Chriſti diſcipuli quidem nocte ſcandalizantur, & Petrus ante Galli cantum ter negavit. Qui autem conſilium accipiunt contra Jeſum, manè facto, in lumine peccant, id eſt, ſcientes. Petrus negat timoris tenebris circunfuſus, & inde veniam impetrat? Apoſtoli ſcandalizantur nocturno pavoris ictu percuſſi, ac proinde Chriſti pietate, ac indulgentia fruuntur, Judæi vero delinquunt clara luce malitiam ſuam ſcientes ac cognoſcentes, ex quo perpetua damnatione detenti remanent.

Valde irreparabile peccatum illius, qui ſcienter peccat. Origen.

55. Peccata quæ fragilitate, ac imbecillitate committuntur, multam habent indulgentiam, non ſic verò quæ ex malitia, ac pravitate. Amnon filius primogenitus David ſororem ſuam Thamarem violaverat, quod nefas quamvis valdè acerbum fuerit Davidi: *Cum autem audiſſet David verba hæc, contriſtatus eſt valde, & noluit contriſtare ſpiritum*
1. Reg. 13. *Amnon filij ſui.* 2. Reg. 13. n. 21. Non poſt multum temporis cum inſidiis vocat Abſalon omnes filios regis ad convivium, & inter fercula ex ejus juſſione occiditur Amnon, ob cujus crimen maximè indignatur David, ſic durè perſequebatur Abſalon, ut eum à patria, ac civitate exulare, ac fugere coëgerit, & cur qui tanta benignitate, ac indulgentia diſſimulaverat Amnonis crimen, in Abſalonis fratricidium tam rigidus eſt inſectator; plus enim læſerat parentis auctoritatem, honorem, ac reverentiam Amnonis peccatum, quam

Peccatum ex infirmitate habet indulgentiam, non vero ex malitia, aut ſtudio.

Abſalonis ſcelus, cur ergo David in hoc tam ſeverus, in illud verò tam lenis? Amnonis peccatum provenerat ex juvenili infirmitate, qua maximè raptati ſolent adoleſcentes; Abſalonis verò nefas ex animi malignitate, ac ex longo ſtudio per duos annos machinato: inde pater, quæ ex imbecillitate erant, pepercit, quæ verò animi potentia, ac ſtudio naſcebantur, diuturno exilio mutavit, Theodoret. q. 29. in 2. Reg. *David Amnon,* ait, *nec exprobravit quidem, quod cum ſorore habuiſſet conſuetudinem, etiam ſi factum magno dolore illum affecerit. Abſalon autem, quo propter hoc ipſum eum interfecerat, & expulit, & fugitivum reddidit. Nam ille quidem erat primogenitus, etiamſi laboraverit morbo libidinis, & intemperantiæ: hic autem per multam crudelitatem, & inhumanitatem fratrem occidit.* Quod maximè confirmatur ex his, quæ ſupra dixi cap. 6. q. 8. Cur nempe Chriſtus ſuper peccatum Judæ dixit. *Væ homini illi?* non verò ſuper negationem Petri. Theodo.

Luc. 22. n. 35. Et dixit eis Quando miſi vos ſine ſacculo: & pera, & calceamentis: nunquid aliquid defuit vobis?

Num. 36. At illi dixerunt: nihil. Dixit ergo eis: ſed nunc, qui habet ſacculum, tollat ſimiliter, & peram: & qui non habet, vendat tunicam ſuam, & emat gladium.

VERSIONES.

Vatab. n. 35. Quando emiſi vos.

Syriacus. Quando miſi vos abſque marſupiis, &, peris, calceiſque, nunquid defuit vobis.

Arabicus. Sine ſacculo, ſine pera, ſine calceamentis.

Euthym. Quando miſi vos ſine loculis, & pera.

Arias: Nunquid aliquo defecti eſtis.

Syriacus. Dicunt ei: Sanè nihil. Dixit eis.

n. 36. Nunc qui habet marſupium, accipiat, itidem & peram: & qui non habet gladium, vendat pallium ſuum, & comparet ſibi gladium.

Arabicus. At illi dixerunt: nihil quidem: Dixit ergo eis: ſed nunc cuicumque eſt ſacculus, ſit cum eo: & ſimiliter etiam cui eſt pera & cui non eſt gladius.

Euthym. Sed nunc qui habet loculos.

EXPOSITIO V.

ET Dixit eis. Supra ad Petrum, ac ad ſuos Apoſtolos dixerat Chriſtus. *Ecce Satanas expetivit,* ſeu poſtulavit, *vos ut cribraret.* Uſque modo loquens Chriſtus cum Petro explicavit ei agitationem, ac tentationem Satanæ amaram in ipſum, 56.

Explicatur preſſura temporis mortis.

ut eum negare faceret, nunc verò verſo ſermone ad Apoſtolos explicat eis conditionem præſentis temporis, ac inſtantis mortis ſuæ, in quo variis tentationibus agitandi ſunt à Satana, ad quod explicandum confert, tempus hoc mortis ſuæ cum tempore præterito, quando eos miſit prædicare Evangelium per totam Judæam. Matth. 10. n. 9. Luc. 9. n. 3. *Sine ſacculo*, ſine marſupio, ſine pecunia, *pera*, hoc eſt ſine cibo, ac viatico, *& calceamentis*: quibus pedes muniuntur adverſus offendicula.

Matth. 10. Luc. 9.

57. *At illi dixerunt: nihil*; nulla res commoda ad iter agendum defuit, nam omnia neceſſaria ſuppeditabantur ab eis quibus Evangelium prædicabatur. Ex quo diſcipuli cum multo gaudio revertebantur. Luc. 10. n. 17. *Sed nunc*: in hoc tempore præſenti, ſeu maximè inſtanti in quo prædixi Petro me fore negaturum *Quis* ex vobis diſcipulis meis, *habet ſacculum*, marſupiũ ſeu pecuniam, *tollat* ſecum quocumque vadit: *Similiter & peram* cum cibo ſeu viatico: *Et qui non habet* ſcilicet gladium, *vendat tunicam ſuam*: pallium nempe ſuum. *& emat gladium.* Hoc Chriſtus non præcipit, ſed conſulit. Senſus ergo eſt: acerbiſſimam perſecutionem contra diſcipulos in hac nocte inchoandam explicat Chriſtus Dominus ex diverſa temporis conditione. Nam uſque modo cum vos mitterem ad prædicandum, & à me corpore eſſetis abſentes, vos mittebam ſine ſacculo, pera, & gladio, plurimique valdè benevole vos recipiebant, & ſuppeditabant omnia neceſſaria, vóſque valdè benignè protegebant, ac defendebant, ita ut nullius præparamenti indigeretis. At verò nunc tam dura, ac rigida temporis conditio inſtat, ſicque humanis præſidiis deſtituti eritis, tantiſque periculis commiſſi extabitis, ut ſecundùm humanam providentiam videatur vobis neceſſarium propriæ vitæ conſulere per ſacculum, & peram intelligens Dominus convenientia ad vitæ ſuſtentationem, gladiúmque etiam ad tuendam vitam. Tam dura calamitas imminet, ut homines non ſolum non providebunt in neceſſariis, ut uſque modo faciebant, ſed etiam vos capere, ac interficere conabuntur, ut more humano valdè opportunus ſit gladius ad defenſionem propriæ vitæ, ita Chryſ. hom. 85. in Matth. N. D. Cyrill. in Caten. Theoph. Hugo. Janſeu. Maldonat Barrad. Franc. Lucas, Cornel. & alij.

Luc. 10.

Genuinus ſenſus.

Chryſoſt. Cyril. Theoph. Hugo. Maldon. Janſen. Barrad. Franc. Luc. Cornel.

QUÆSTIO X.

Quare cum Apoſtoli mitterentur ad Evangelizandum ſine ulla corporalium rerum proviſione, nihil eis defuit?

58. *Quæ pro Chriſto relinquuntur melius poſſidentur.*

RESpondeo primò, quia pro Chriſto omnia reliquerunt, omnium rerum abandantia illis erat, tanta rerum affluentia eſt illis, qui pro Chriſto omnia dimiſerunt. *Quotquot poſſeſſores agrorum; aut domorum erant, vendentes afferebant prætia eorum, & ponebant ante pedes Apoſtolorum.* Actor. 4. n. 34. Quod ponderans D. Chry. hom. 7. in c. 3. ad Rom. ait: *Quid obſecro, ait, magnus Petrus dedit? Nonne rete confractum, & calamum, & hamum ſolùm; Sed tamen terræ illi univerſæ domos Deus aperuit, & terram, & mare expandit, ac nemo non illum in ſuas ædes vocavit atque adeo omnes bona ſua divendita ad illius pedes deferebant.* Unde ad hunc locum textus D. Luc alludens D. Hieron. ep. ad Heliodor. de laude vitæ ſolitariæ ait: *Non pera ſibi ſumenda eſt, non virga eſt, affatim dives eſt, qui cum Chriſto pauper eſt.*

Act. 4. Chyſoſt.

D. Hier.

59. Secundò reſpondet N. D. Cyril. in Catena. *Miſerat*, ait, *ſalvator ſanctos Apoſtolos prædicare civitatibus, & oppidis regnum cœlorum, præcipiens, ut euntes nullam corporalium curam gererent, ſed in eo totam ſpem vivendi reponerent.* Euthym. latius danduſque ſequenti. *Primum quidem ipſe tenebat eos non ſinens ut aliquo egerent. Tunc nullo indiguerunt, ut Dei potentiam, & gratiam agnoſcerent.* Nihil illis unquam defuit, quia ſe totos divinæ providentiæ commiſerunt; felix ſanè, & multum felix, qui ſe Deo credit, cui nihil unquam deerit neceſſarium. *Qui mane vigilaverint ad me, invenient me.* Prov. 8. n. 17. Quamvis homo valdè diluculo ſurgat, ſemper præparatam inveniet Dei providentiam in ſui auxilium, ita ut nunquam valeat Dei ſollicitudinem pro nobis vincere, ſed ſemper à Dei cura largè ſuperabitur. D. Bernard. ſer. 69. in Cantica. *Accelera quantumvis*, ait, *etiam ipſas anticipa vigilias, invenies eum, non prævenies. Temere in tali negotio, vel prius aliquid tribuis tibi, vel plus, cùm & magis ames, & ante.*

D. Cypr. Euthym. Prov. 8. D. Bern.

60. In primo molimine orbis, creavit Deus volatilia cœli, animantia terræ, piſces maris, arbores, & flores cum pomis, ac fructibus ſuis. *Germinet terra herbam virentem & facientem ſemen juxta genus ſuum, & lignum pomiferum, faciens fructum juxta genus ſuum*, Gen. 1. n. 11. Et poſtea hominem creavit; cur tamen non prius illis omnibus producitur homo, ut videret quantis indigeret, & inde magis recognoſceret benignitatem ſui auctoris; Non paſſa eſt divina Providentia, ut brevi etiam tempore homo eſſet ſine omnibus ſibi neceſſariis. Philo. lib. de Opific. *Volens*, ait, *ut recens natus homo, nulla re careret, quæ ad vitam, atque adeo ad bene vivendum conferat.* Nicet. in orat. 44. Nazaianz. *Ut mundum ingreſſus, inopia minime laboraret.*

Geneſ. 1. *Deus non patitur hominem brevi tempore ſine alimentis.* Philo. Nicetas

61. Iſai. 6. n. 5. Deum agnoſcit Dominum exercituũ. *Vidi Dominum exercituum.* Moyſes verò Patrem eum dicit, Deut. 32. n. 6. *Numquid non ipſe eſt Pater tuus, qui poſſedit te, & fecit te.* Cur dicitur Pater, & Dominus, ut agnoſcas quo jure homines paſcendos ſuſceperit tanquã Dominus, ut provideat eorum neceſſitatibus, quos regit, & etiam ut pater, quia erga eos, quos habet, talem affectum non deſeret. D. Chryſol. ſerm. 163. *Qui & juſtitia regnantis, & generantis affectu in ſe totam tui recipit ſollicitudinem.* Docet Chriſtus Dominus ſuos Diſcipulos ne de cibis neceſſariis agerent, vel cogitarent. *Et vos nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis.* Luc. 12. n. 29 & ut de hoc certos redderet diſcipulos ſubdit: *Pater autem veſter, ſcit, quoniam his indigetis*, Non dicit Dominum, vel Deum, ſed patrem. *Pater veſter.* Caietan. *Hæc ſola ratio ſufficit ad confitendum.* Ut ſignificaret, quod fieri non poterat, ut pater ſuam liberis curam, ac opem negaret. Mirabilis ſanè affectus eſt, quo Deus homines curat, & alit; Pater ſui generis eſt amans, & fieri non poteſt, ut negato cibo deſerat, quos ipſe fecit. D. Ambr. lib. 1. de offic. c. 13. *Quis ſui operis curã negligat? Quis deſerat, ac deſtituat, quod ipſe condendum putavit.* Undè ait Regius Vates Pſal. 22. n. 1. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit.* Græcus., *Dominus paſcit me* Et optimè qui regit paſcat, & qui leges imponit, cibo foveat.

Iſai. 6. Deut. 32. *Deus tanquam Pater nobis providet.* Chryſol. Luc. 12. Caietan. D. Ambroſ. *Qui regit paſcat.* Pſal. 22.

QUÆSTIO

Quæstio XI.

Quare Chriſtus Dominus, qui olim miſit diſcipulos ſuos ſine ſacculo, & pera, ac calceamentis, nunc mandat eis hæc portare?

62\. PRæcepit Dominus ſuis Apoſtolis, ut in via nec portarent peram, nec pecuniam, nec calceamenta Matth. 10. n. 10. Marc. 6. n. 8. Luc. 9. n. 9. an verò hoc mandatum ſecundum ſe conſideratum perpetuum, an temporale fuerit, tractavi latè tom. 3. c. 7. q. 3. Pro majori claritatis gratia quæſtio eſt, quomodo nunc Chriſtus Dominus mandat ſuis diſcipulis habere ſacculum, & peram; ſi olim hæc illis vetuit, quomodo nunc morti proximus hæc mandat portare, peram ad ferendam annonam, & pecuniæ ſacculos ad itineris ſubſidium, nunquid Dominus ſibi eſt contrarius, & idemmet, qui ſacculos interdixit, modò imperat ut ſacculos tollant, tunc juſſionem ſuam mutat. Variæ ſunt interpretum ſententiæ in hoc nodo ſolvendo.

Matth. 10. Marc. 6. Luc. 9.

63\. Reſpondet primò. D. Chryſ. hom. 83. in Matth. *In principio*, ait, *Chriſtus teneros Apoſtolos virtute ſua jovebat, nunc quaſi è nido pullos educens, ſuis etiam pennis uti hortatur.* Quod etiam hom. in Priſcam, & Aquilam ad Rom. 16. eodem modo explicat. *Quemadmodum*, ait, *qui natandi artem docent in principio multa diligentia diſcipulos geſtant: poſt unum autem, & alterum, tertium diem, ſubtracta dextera illis præcipiunt, ut ſeipſos adjuvent, & nonnunquam illos parumper mergi ſinunt.* Ita etiam cum diſcipulis ſuis ſe habuit Chriſtus, initio nihil eos pati ſinebat, ſed ubique aderat muniens, & circumvallans, facienſque ut omnia ubertim eis affluerent, Cum verò jam tempus eſſet, ut robuſtiores facti, & in virili ætate eſſent, ſubtraxit aliquantulum beneficium, relinquens eos ſuæ induſtriæ, ac conſilio. Virtus tenera maximè fovenda ne deficiat, ac ſubmergatur, at verò cum robuſta eſt, à nulla tempeſtate concutitur, ac opprimitur, ſed firma, & immobilis perſeverat.

Chryſoſt. *Virtus tenera fovenda ne deficiat.*

64\. Secundò. D. Chry. in Caten. D. Tho. *Dixit ergo eis*, ait, *ſed nunc qui habet ſacculū, quo ſcilicet portatur pecunia, tollat ſimiliter, & peram, qua ſcilicet portantur cibaria: Et quidem quando nec zonā habebant, neque æs. Nullius paſſi ſunt penuriam: Ut autem marſupium conceſſit eis, & peram, eſurire videntur, & nuditatem pati. Ac ſi eis diceret. Hactenus cuncta vobis uberrimè affluebant: nunc autem volo vos & inopiam experiri.* Quando diſpoſuit Chriſtus ut diſcipuli ſui abſque ullius rei penuria degerent, miſit eos ſine ſacculo, & pera, ac in extrema paupertate: quando autem voluit ut ſummam inopiam, ac miſeriam experirentur, mandat eos ut ſacculum, ac peram ſecum aſportent: ac ſi omniū copiam ab egeſtare ſit, penuria verò à marſupio? cum ſacculum habent, neceſſitate laborant, cum ſine illo degunt, omnibus abundant.

Chryſoſt. *Abundantia ab inopia, penuria à marſupio.*

65\. Tertiò. Ad eadem Chryſoſtomi verba. *Ac ſi eis diceret: Hactenus cuncta vobis uberrimè affluebant: Nunc autem volo vos inopiam experiri.* Quando Chriſtus eos mittebat ſine ulla artis induſtria, ſine ulla alimoniæ cura, ac abſque aliquo humano ſubſidio. *Cuncta vobis uberrime affluebant.* Ut ipſi hic dixerunt, quod nunquam eis quidquam defuiſſet. At poſtquam nunc mandatum habere ſacculum, & peram. *Nunc qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram.* Et etiam cum artis ope, ac induſtria. Ut teſtatur Apoſtolus 1. Cor. 4. n. 12. *Laboramus operantes manibus noſtris:* dabat enim Apoſtolus operam ſcenofactoriæ arti. Act. 14. n. 3. & tamen cum operam, ac induſtriam viri Apoſtolici appoſuerint ad cibos comparandos, de illis teſtatur Paulus. *In fame, ſiti, in jejuniis multis, in frigore, ac nuditate.* 2. Cor. 11. n. 27. Quare ergo omnia primo ſunt in promptu, poſtea verò omnia deſunt. Euthym. *Primum quidem*, ait, *ipſe tenebat illos, non ſinens, ut aliquo egerent; poſtmodum verò dimiſit ipſos, ut ſibi ipſis eſſent auxilio. Tunc nullo indiguerunt, ut Dei potentiam, & gratiam agnoſcerent, nunc & eſuriunt, & ſitiunt, & nuditatem paſſi ſunt.* Verèſimilia habet Theoph. Maximè ſeſe diſcernunt divina, & humana providentia, in copia, ac inopia rerum. Quando Chriſtus miſit ſuos diſcipulos per Judæam ſine ſacculo, & pera degentes tantum ſub divina ſua providentia, quæ erat illis pro panario, ac ærario, omnia illis abundanter, ac uberrimè affluebant, ut ait Chryſ. & Euthym. *Tunc nullo indiguerunt*; at verò quando nunc ſacculos, & peram portare permittuntur, & cum artis induſtria deſtinantur: ita ut de ſeipſis curam agant, *ut ſibi ipſis eſſent auxilio*, tunc frigore, ſiti, ac nuditate laborant. Nunc autem volo vos inopiam experiri. Euthym. Nunc & eſuriunt, & ſitiunt, & nuditatem paſſi ſunt. Quando homo committitur unicè divinæ providentiæ, omnibus copioſiſſimè abundat, cum verò ſuæ curæ, ac ſollicitudini ſe tradit, omnium egeſtatem patitur? feliciſſima rerum abundantia pendula à divina providentia, quæ certior, ac ſecurior eſt, quam pecunia in ſacculo, & annona in pera.

Chryſoſt. 1. Cor. 4. 2. Cor. 11. Euthym. Theoph. *Qui unicè degit ſub divina providentia omnibus abundat, ſub ſua cura multis eget.*

66\. Quartò. Beda. *Miſſis quidem*, ait, ad prædicandum diſcipulis præcipit, ne quid tollerent in via. videlicet ordinans, ut qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivant. Mortis verò inſtante tempore, & tota ſimul gente paſtorem pariter, gregémque perſequente congruam tempori regulam decernit, pecuniam ſcilicet victui neceſſariam, donec ſopita perſecutorum inſania, tempus evangelizandi redeat, tollere permittendo.

Qui Evangelium annuntiat, de Evangelio vivat.

67\. Quintò. Hugo. *Quando miſi vos ſine ſacculo*, &c. *Dominus miſit diſcipulos binos, & binos ad prædicandum ante faciem ſuam, præcipiens eis ne tollerent neceſſaria, ſed à ſubditis acciperent. Nunc autem aliter præcipit. In quo nos inſtruit: quia pro mutatione rerum, & temporum facienda eſt mutatio conſiliorum, & diſpoſitio negotiorum.* Sine ſacculo, & pera mittit Chriſtus ſuos diſcipulos prædicare per Judæam, quia Judæi, ut docet D. Thom. à me citatus tom. 3. c. 7. n. 20. exiſtimabant ſe teneri ſuos prædicatores alere; at verò gentiles putabant eſſe magnum nefas aliquid illis dare, & ideo cum ad gentes deſtinantur, ſacculum, & peram eis permittit; pro occaſione ergo temporum præcepta & conſilia danda, ac mitiganda.

Hugo.

68\. Sextò. Titus Boſtrenſ. *Noluit*, ait, *prioris illius ſanctionis rigorem urgere, ſed primævi illius inſtituti ſecuritatem nonnihil remittere, ac temperare: ne gravis planéque intoleranda vita illis eſſet, ſi omni externo præſidio ſæpè deſtituti, exactam illam abdicationis regulam perpetuo, & accuratè obſervare compellerentur.* Imperavit Dominus aliquando ſuis diſcipulis, ut ſine ſacculo, & pera pergerent annuntiantes regnum Dei, nunc autem permittit illis ſacculum, & peram, cur qui illa abſtulerat, modo

Boſtrenſ. *Prælatus à ſuo rigore aliquid remittat.*

modo concedit? id ſapientiſſimus Magiſter, ac bonus Paſtor maximè intendebat, ne nimis diſciplina rigeſceret, & ſic temperabat rigorem, ut de illo aliquantulum remitteret, ac aliis conceſſionibus obſervantia molliretur.

96. Ait Deus Adamo. *Ex omni ligno paradiſi comede; de ligno autem ſcientiæ boni & mali, ne comedas.* Gen. 2. n. 16. Vnam illi interdixit arborem, multas tamen largitur, hæc eſt optimi præſulis forma, ut rigorem ſuæ prohibitionis aliis conceſſionibus leniat, ſemper enim ſtricta præcepti coarctatio aliquorum ſpeciali providentia lenienda, ac mollienda eſt ut de ſuo rigore videatur aliquid remitti. D. Gregor. lib. 35. moral. c. 10. *Qui ab uno quolibet bono,* ait, *ſubjectos vetat, neceſſe eſt, ut multa concedat, ne obedientis mens funditus intereat, ſi à bonis omnibus penitus repulſa jejunet. Omnes autem parad ſi arbores ad eſum Dominus conceſſit, cum ab una prohibuit, ut creaturam ſuam quam nolebat extingui, ſed probet, tanto facilius ab uno reſtringeret, quanto ad cunctas latius relaxaret.* Et nota quod priuſquam prohibeat unam arborem, omnes concedit, ne rigore præcepti mens ipſa concutiatur, ac opprimatur. *Ne obedientis mens funditus intereat, ſi à bonis omnibus repulſa jejunet.*

Geneſ. 2.

D. Gregor. *Stricta prohibitio aliqua conceſſione lenienda.*

70. Ait Chriſtus Dominus animæ ſanctæ Cant. 4. n. 6. *Vulneraſti cor meum, ſoror mea ſponſa: Vulneraſti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui: quam pulchræ ſunt mammæ tuæ.* Si ab uno oculorum, ſi ab uno crine laudaverat, cur modo non unam mammillam laudat, ſed duas commemorat. Per unum oculorum intentum cœleſtiũ contemplationem intelligit, ut explicat Theodoretus, ſicut per unum crinem colli obſervantiam divinorum præceptorum. *Quatenus collum divinorum mandatorum jugum ferens;* ait ipſe: inde ergo ad duas mammas devenit, ac ſi illa divina contemplatio, ſtrictéque mandatorum obſervatio, multis conſolationibus ſubſidiſque ſpiritualibus tanquam lacte à mammillis emanante ſit lenienda, ac ſuavitate, & dulcedine mitiganda Gilliberus Abb. ſem. 31. in Cant. *His uberibus geminis,* ait, *erga ſubditos abundare debet, qui doctoris, & patris in Eccleſia locum occupat, his muniri mammis à dextris & ſiniſtris, ut qui ei commiſſi ſunt, putentur à lacte: & ſatietur ab uberibus conſolationis. Harum alteram reputat ſiniſtram, alteram dexteram. Siniſtram in temporalibus ſubſidiis, dexteram in ſpirituali conſolatione.*

Cantic. 4.

Theodor. *Rigor molliendus eſt.*

Gilibert.

Quæstio XII.

Quare pacis Auctor emere gladium mandat?

71. *Prædicitur tempeſtas futura.*

Ratio difficultatis eſt aperta. Cur Chriſtus Dominus qui ulciſci injurias vetat, qui aliquem offendere, ac lædere prohibet, qui percutienti unam maximam jubet alteram offerri, quique in noſtros adverſarios benigno animo nos eſſe vult, nunc mandat ſuis Apoſtolis gladios emere: *Non quod,* ait Euthym. *gladiis vim propelli vellet, nam Petrum ita ulciſci volentem poſtmodum prohibuit;* ſed per hæc intelligi innuit in proximo inſtare graviſſimam tempeſtatem, omnium perſecutionum, ac tentationum, ut more humano videretur opportunus gladius? Titus Boſtr. *Per gladij ænigma malum, quod impendebat, eaque à Judæis ſeſe perpeſſurum, quæ paulo poſt perpeſſus eſt, inſinuat.* Ut dixi in expoſit.

Euthym.

Boſtrenſ.

Secundò D. Chryſ. ſupra citatus eſt ferè in eadem ſententia. *Non ergo,* ait, *putemus Chriſtum juſſiſſe, ut gladios poſſiderent? ſed per gladios innuit imminentes inſidias.* Ad quid requiritur, ut Apoſtoli habeant gladios, imo ſi omnia armorum genera, ſcuta, lanceas, clypeos, ſecum ferant, quid perpetrare poſſunt, undecim homines, contra magnas, ac inſultantes Judæorum, ac Romanorum cohortes? *Per gladios innuit imminentes inſidias.* Ac ſi dicat, adeſt tempus, in quo latens, & abſcondita contubernalis Judæ proditio ſic manifeſtanda. Nihil enim tam exitiale eſt quam inimicus ſub inimicitiæ ſpecie latens: quia verò jam ejus ſupplicatur proditio, in poſterum vobis erit in cautela ab amicis, ne in adverſarios fide degeneres incidatis, adverſus inimicum acutiſſimus gladius eſt ejus inſidias ſagaciter cognoſcere, ac penetrare, inimicus ſæpè diſſimulatus amicitiæ gladio armatur, ejus exploratæ inſidiæ pro gladio tibi ſint, nec inde cuique hominum ſinas. Per gladios innuit imminentes inſidias. 72.

D. Chryſ.

Agnitio inſidiæ magnis gladiis adverſus hoſtes.

Tertiò D. Ambroſ. Proœmium in Luc. ad finem. *Acuamus,* ait, *ingenium, exerceamus affectum gladium illum quem vendita veſte emi Dominus jubet paratum, ſemper lucidum, tanquam in vagina mentis reconditum, habere poſſimus. Arma enim ſpiritualia, & fortia Deo deſtruendas munitiones militibus debent ſemper eſſe præſentia; ne cum venerit dux cœleſtis militiæ ſitu noſtrorum offenſus armorum, à regionum ſuarum nos ſocietate diſcernat.* Vendere veſtem mandat Dominus, & emere gladium ſtudium nempe virtutis ad diſſipandas omnium noſtrorum inimicorum machinationes, pro quo ſtudio comparando univerſa ſua debet homo à ſe dimittere, & abjicere, ut propriis virtutibus armatus carnis vitia amputet. Vnde qui lectulum Salomonis cuſtodiebant nulla facta mentione de veſte gladios tenebant. *Vniuſcujuſque enſis ſuper femur ſuum.* Cant. 3. n. 8. Quaſi prius vellent propriæ carnis illecebras, quam alienæ jugulare. Philo Carpathius expendens quomodo quilibet propriis virtutibus non alienis innitatur. *Hi ſunt,* ait, *qui inmanibus ſuis, hoc eſt rectis operibus propriæ conſcientiæ gladium ſuum tenent non alienum; non enim alienis principibus ſolum modo præfidunt, & ſanctis actionibus: iſi verò negligentes, ac pigri aliorum operibus adjuvari tenere præſumunt. Hi ſunt, qui carnem ſuam cum vitiis, & concupiſcentis vincunt, & mactunt, ob idque enſem ſuper femur ſuum tenere dicuntur.* 73.

D. Ambr. *Virtutis ſtudium comparandum.*

Cantic. 3.

Phil. Carp. *Propria non alienis virtutibus innitendum.*

Quartò. D. Ambroſ. lib. 10. in Luc. *O Domine,* ait, *cur emere me jubes gladium, qui ferire me prohibes? Cur haberi præcipis, quem vetas promi? Niſi forte ut ſit parata defenſio, non ultio neceſſaria, & videatur potuiſſe vindicari, ſed noluiſſe: Vt ſit in lege æquitatis conditio, in Evangelio bonitatis perfectio.* Cur tam ſollicitè parari gladios mandat, qui ferire prohibet? Vt nemo ambigat de glorioſo Chriſtianorum triumpho, armantur gladio, qui eum promere vetantur? ut parata ſit defenſio, non ultio neceſſaria: Ut fiat evidens, quod cum potuerint ſe vendicare, charitatis officio noluerint, nam etſi Chriſtianus percuti adverſarium prohibetur, à laude tamen victoriæ non defraudetur dum armata manus ſuſpendit ictum, & à vulnere ſeſe abſtinet. Inde mandantur gladij haberi, nam ſi defuiſſent, non ferire, neceſſitatis eſſet non voluntatis, at poſſe & abſtinere eximiæ virtutis eſt, *ut videantur poſſe vindicari, ſed noluiſſe.* Cum ergo eſſet parata defenſio, ac ultio, etiam armata dextera 74.

D. Ambroſ.

Glorioſa victoria ſuſpendere vindictam, cum armata ſit manus.

tera manifeſtam declarat virtutem, dum vulnus ſuſpendit. *Vt ſit in lege æquitatis eruditio, in Evangelio bonitatis perfectio.*

75. Matth. 10. Mandat Chriſtus Dominus ſuis Apoſtolis Matt. 10. n. 10. *Nolite poſſidere aurum neque virgã* Deinde virgam ipſe divinus Magiſter diſcipulis promittit, ut Marcus teſtatur 6. n. 8. *Præcepit eis, ne quid tollerent in via niſi virgam tantum.* Numquid Dominus ſibi eſt contrarius, ut virgam, quam denegaverat, modo cõmendat; habeant virgam ut poteſtas percutiendi nota ſit; non habeant virgam ut vulnus infligant, ac lædant, ut non offendere non neceſſitatis, ſed virtutis, ſit læſus non habens virgam impotens eſt ad vindictam, at cum in manu retineat virgam, ictum ſuſpendere inſignis patientiæ magnanimitas eſt. Datur ergo virga, ut poteſtas fulgeat, negant verò ut vindicta referatur. D. Ambroſ. lib. 7. in c. 10. Luc. *Vltionis ſtudia deponite, inſolentiam verberantium, non injuriam relatione, ſed patientiæ magnanimitate ſupportate.*

Marc. 6. *In præſule fulgeat poteſtas, neſciatur vindicta.*

D. Ambroſ.

76. Exod. 29. Sacerdos Maximus initiabatur antiquitus oleo, & ſanguine, ſic ait Deus ad Moyſem Exod. 29. n. 7. *Oleum fundes ſuper caput ejus.* Et hoſtia mactata jubet Deus n. 20. *Sumes de ſanguine ejus, & pones ſuper extremum auriculæ dexteræ.* Ad quid ergo ſanguis in ore oleum in capite; Cum Pontifex haberet virgam, ſeu poteſtatem in manu. Sanguis in aure ſignat auditam contumeliam, quæ à populo jactata adverſus Pontificem, quæ ad ultionem ſanguineam provocare poterat, oleum verò in capite animi benevolentiam deſignat, ut iram deliniat, & mitiget ut virga non ulciſcatur, ſed patientia injurias dimittat, ut magnanimitas præſulis oſtendatur, quod cum audiat jactatas iniquas voces, habens virgam in manu oleum benignitatis ac benevolentiæ ſit in mente, ut à ſe illatas injurias dimittit. Poterat Chriſtus Dominus omnium judex Joan. 6. n. 22. illatas ſibi injurias ulciſci, nec enim poteſtas nec ratio puniendi erat, ſed tantum Petri remittit. Sic ait Joan. 8. n. 50. *Non quæro gloriam meam, eſt qui quærat, & judicet.* Quod ponderans D. Gregor. hom. 18 in Evang. eleganter ait, *Illatas contumelias Patris judicio reſervat, ut nobis inſinuet quantum nos patientes eſſe debeamus dum ſe adhuc ulciſci non vult, ipſe qui judicat.*

Pontifex illatas ſibi injurias non ulciſcatur.

Joan. 8. D. Gregor.

Luc. 22. n. 37. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc, quod ſcriptum eſt, oportet impleri in me. Et cum iniquis deputatus eſt. Etenim ea, quæ ſunt de me, finem habent.

Num. 38. At illi dixerunt: Domine ecce duo gladij hic; At ille dixit eis: Satis eſt.

VERSIONES.

Syriacus. n. 37. Dico enim vobis etiam illud ſcriptum oportere adimpleri in me: cum ſceleratis numeratus eſt, nam omnia, quæ de me ſcripta fuerant, finem habent.

Vatabl. Euthym. Adhuc illud, quod ſcriptum eſt oportere perfici in me, nempe & cum iniquis deputatus eſt.

Arias. Et cum ex legibus deputatus eſt.

Arabicus. quod ſcriptum eſt de me, finis eſt.

Syriacus. n. 38. Domine noſter ecce hic ſunt duo gladij: dixit eis ſufficiunt.

EXPOSITIO VI.

Dico vobis Ut rem maximè credibilem vobis 77.
affirmo. *Quoniam adhuc*: valdè emphaticum eſt illud *adhuc*, & eſt ac ſi Dominus diceret, præter reliquas prophetias, quæ in me impletæ ſunt, adhuc quod eſt omnium caput de mea morte, ac paſſione reſtat implendum. Quod ſcriptum eſt in Iſai. 53. n. 12. *& cum iniquis*, ſeu *ſceleratis deputatus eſt.* Sic Dominus Jesus inter latrones crucifixus eſt, ſi tanquam reus condemnatus: *finem habeat*, finientur; & adimplebuntur, ſic Jesus antequam emitteret ſpiritum clamavit. *Conſummatum* eſt. Joan. 16. n. 30.

Iſai. 53. Joan. 19.

78. Ambroſ. *At illi dixerunt*; Præcipuè loquente Petro, ut exiſtimat D. Ambr. *Domine ecce duo gladij.* Apoſtoli genuinè, ac propriè Chriſti verba non intellexerunt, non enim ipſe eos perſuadebat, ut materiales gladios emerent, ſed metaphora illa declarare voluit inſtans periculum, & imminentem perſecutionem. Chriſtus tunc mentem ſuam eis non aperuit, ſed diſſimulavit, ad aliud tempus hoc deſtinans, ſicut & de multis aliis myſteriis fecit. Et ait *ſatis eſt.* Non dixit, ut notat Caietanus, ſatis ſunt; ſed ſatis eſt de hac re ſermo habitus. Humano enim more, quando imponimus ſilentium ſermoni de aliquo negotio, dicimus ſatis eſt. Vt notat Theoph. præcipuè quando non intelliguntur ea, quæ à nobis dicuntur terminamus ſermonem hoc verbo *ſatis eſt.*

Caietan. Theoph.

QUÆSTIO XIII.

Quare offerentibus Apoſtolis duos gladios, dixit illis Chriſtus ſatis eſt, & quorumnam eſſent gladij?

79.
Ab hoc ſecundo incipio, & quæro an diſcipuli ferrent illos duos gladios ſecum? Quæſtio hæc latè tractanda eſt cum de gladio Petri in Horto fuerit ſermo. Nunc breviter D. Cyrill. in Joan. exiſtimat diſcipulos tuliſſe gladios adverſus fueras cũ nocte ad hortos tenderent. Euthym. in Luc. Theoph. in Ioan. tenent eos portaſſe gladios ad uſum Agni Paſchalis, ſed ad Agnum Paſchalem ſecandum, præcipuè cum ejus oſſa non frangerentur, non gladij, ſed brevis cultri opus erat: Addit Theoph. ſecutus Chryſ. quod Petrus inſidias metuens geſtaſſet gladium: Et in hac ſententia, cujuſnam erat alter gladius? Forſitan Judæ, qui marſupium deferebat, & intentus in proditorium nefas illum in cœnaculo reliquit.

D. Cyril. Euthym. Theoph. *Vnus enſis Iudæ.*

80. Caietan. Probabilior mihi eſt ſententia Caietan. Diſcipulos demonſtraſſe non gladios, quos ferebant,

ſed qui erant in domo illa, in qua cœnaverant. Vnde Apoſtoli dixerunt *Ecce duo gladij hic:* Id eſt in hac domo; non dixerunt ecce habemus duos gladios, ac proinde ex illa domo accommodatum gladium detulit Petrus, quo aurem ſervi Pontificis amputavit.

81. Beda. Lyranus. *Omnia, quæ poſſumus, non facienda.* Obtulerunt Apoſtoli duos gladios, unus evaginatus eſt, ut notant Beda, Lyran. Alter non eſt evaginatus. Vnus evaginatus eſt in horto à Petro ad oſtendendam Apoſtolorum audaciam, Chriſti voluntariam paſſionem, qui uſum gladij prohibuit. Alter non eſt evaginatus, quia Apoſtoli non ſunt permiſſi facere quantum poterant, ut inquiunt Carthuſ. & Hugo.

82. Cum ergo Apoſtoli obtuliſſent duos gladios, dixit eis Chriſtus *ſatis eſt*: tanquam terminum imponens præſenti ſermoni, ut dixi in expoſit. Deinde moraliter locus expenditur à SS. patribus. Reſ-

D. Ambr. pondet primò D. Ambr ad hunc locum. *Movet*, ait, *quod duos gladios Diſcipuli protulerunt, fortè unum novi, alterũ veteris teſtamenti, quibus adverſus Diaboli armamur inſidias. Dicit Dominus*, ſatis eſt, *quaſi nihil deſit ei, quem utriuſque teſtamenti doctrina munierit.* Duo gladij duo teſtamenta novum, & vetus adumbrant, quibus pugnandũ eſt contra Diabolum, ad quod ſuo exemplo nos docuit Chriſtus, nam in deſerto ſcriptura Diabolum profligavit, ac in fugam abire fecit. Matth. 4.

83. D. Bernard. Secundò. D. Bern. 4 de conſiderat. ad Eugeniũ, c. 3. *Vterque*, ait, *Eccleſiæ gladius, & ſpiritualis, & materialis, ſed is quidem pro Eccleſia, ille verò ab Eccleſia exercendus eſt*, &c. Deinde ait; *ſi nullo modo gladius materialis ad te* (*ſcilicet Pontifex*) *pertineret, dicentibus Apoſtolis* Ecce duo gladij: *non reſpondiſſet* Dominus ſatis eſt: *Sed nimis eſt, uterque ergo gladius Eccleſiæ, & ſpiritualis, & materialis.*

Beda. *Duplex Eccleſiaſtica poteſtas.* Similiter Beda, & Bonif. VIII. in Extravag. *Vnam ſanctam de majoritate, & obedientia.* Duo ergo gladij ſignificant duplicem poteſtatem Eccleſiaſticam divinarum, humanarumque rerũ, ſive jus ſpirituale, & temporale. *Gladij ancipites in manibus eorum.*

Pſalm. 149. Apoc. 1. Pſal. 149. 6. *De ore ejus gladius ex utraque parte acutus exibat.* Apoc. 1. n. 16. Primò jure ſpirituali nempe utitur Eccleſia gladio verbi Dei, *Vivus eſt ſermo Dei, & efficax, penetrabilior omni gladio ancipiti.* Hebr. 4. n. 12. Secundò gladio mate-

Hebr. 4. riali, & ita interpretatur Hugo illud Pauli Rom.

Rom. 13. Bonifac. 13. n. 4. *Non ſine cauſa gladium portat.* De utroque gladio ſic ait Bonifacius citatus. *Vterque gladius eſt in poteſtate Eccleſiæ, ſpiritualis, & materialis, ſed is quidem pro Eccleſia, ille verò ab Eccleſia exercendus, ille Sacerdotis, is manu regum, & militum, ſed ad nutum, & potentiam Sacerdotis. Oportet autem gladium eſſe ſub gladio, & temporalem auctoritatem ſpirituali ſubjici poteſtati.*

84. D. Paſchaſ. *Sit gladius ad amputandum malum, ac tuendum bonum.* Tertiò. D. Paſchaſ. lib. 12. in Matth. *Diſcipulis Chriſti*, ait, *nec plus ſunt neceſſarij, quàm duo gladij, nec minus habere congruit. Vnum in verbo, quo feriatur quiſque ut vivificetur, alterum quo ulciſcatur omne ſcelus.* Cum duos gladios diſcipuli exhibent, ait, illis Jesus *ſatis eſt*: ac ſi unus gladius non eſſet ſatis, cur unus non ſufficit gladius; in duobus gladiis explicantur duo officia, quæ Chriſtus in ſuis Diſcipulis exoptat. Sit unus gladius ad reſecandum, ac ulciſcendum malum & ſit alius gladius ad plantandum, ac cuſtodiendum bonum. *Vnum in verbo, quo feriatur quiſque, ut vivificetur: alterum quo ulciſcatur omne ſcelus.* Inde maximè Deo placet Chriſtianus, quod ſit totus intentus ad amputandum malum, ac ad vivificandum bonum.

De Dei filio loquens Regius Vates ait. Pſ. 44. 85. Pſal. 44.
n. 3. *Speciosus forma præ filiis hominum, diffuſa eſt gratia in labiis tuis; propterea benedixit te Deus in æternum. Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime.* Ad quid Dei filius gladio mandatur accingi? Maximè enim extollitur elegantia ejus formæ, *ſpecioſus forma* totúſq; gratioſus prædicatur, *diffuſa eſt gratia in labiis tuis*: plenúſque benedictionibus dicitur. *Benedixitque te Deus in æternum.* Ad quid ergo gladius erat accingendus? Optimè ſanè, ut qui tanta pulchritudine, gratia, ac benedictione erat inſignitus; ut hæc pulchritudo, gratia ac benedictio ei non deeſſet, gladium ſuper femur habeat ad malum deſtruendum, ad bonúmque vivificandum, ac tuendum D. Paſchaſ. D. Paſchaſ.
ad prædictum Pſal. *Hunc quoque*, ait, *poſt egregiam formam decoris, poſt gratiam diffuſam in labiis, poſt benedictionem perceptam æternæ hæreditatis imperatur à Patre, ut accingatur gladio ſuæ fortitudinis, ad ultionem inimicorum, ad reprehenſionem contradicentium, ad conſervanda omnium rerum jura, ut in pace ſint omnia.* Filius, qui tantis gratiis, ac benedictionibus perfundebatur à Patre, hanc etiam illi concedit, ut gladio ſuper femur ad vindictam inimicorum procedat, ut omnium jura patrocinetur. *Imperatur à Patre, ut accingatur gladio ſuæ fortitudinis ad ultionem inimicorum ad conſervanda omnium jura.*

Hæc eſt eximia gratia rejecare malum, & cuſtodire bonum.

Matth. 26. *n.* 31. Tunc dicit illis Jeſus: omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte. Scriptum eſt enim, Percutiam paſtorem, & diſpergentur oves gregis.

Num. 32. Poſtquam autem reſurrexero, præcedam vos in Galilæam.

VERSIONES.

Vatabl. n. 32. Omnes vos offendemini mea cauſa nocte hac.

Franc. Luc. ex Græco. Omnes vos ſcandalizabimini in me.

Syriacus Vos omnes offendemini in me nocte hac, &c. diſpergentur oves gregis ipſius.

Vatabl. 32. Poſtquam autem ſuſcitatus fuero.

Syriacus. Præceſſurus vos in Galilæam.

Alter Textus.

Marc. 14. *n.* 27. Et ait Jeſus: Omnes ſcandalizabimini in me in iſta nocte: quia ſcriptum eſt: percutiam paſtorem, & diſpergentur oves.

Num. 28. Sed poſtquam reſurrexero, præcedam vos in Galilæam.

EXPOSITIO VII.

Egrediens Jesus de cœnaculo, ut patet ex ſuperiori verſu, Matth. 30. *Exierunt in montem Oliveti*, in itinere hæc dixit Jesus ſuis 86. *Tertia prædictio negationis Petri.*

ſuis

ſuis diſcipulis, & tertiò Petrum prædixit ipſum negaturum. *Tunc dixit illis Jeſus* inter eundum. *Omnes vos*, Apoſtoli mei, qui hactenus inoffenſi mecum fuiſtis, *ſcandalum patiemini in me* Syriacus. Syriac. *Offendemini in me*; id eſt, offendiculi lapsúſque in peccatum occaſionem accipietis ex iis, quæ videbitis fieri in me, puſillanimitate, ac timore, quo agitati me magiſtrum veſtrum deſeritis, ita ut me comprehenſo fugiatis, nec me Dominum veſtrum fateri audebitis, & aliqui etiam negabitis. De hoc Apoſtolorum timore ait D. Leo ſerm 9. de D. Leo. Paſſ. *Fuerit tunc*, ait, *Diſcipulorum excuſabilis pavor, nec deffidentiæ culpam Apoſtolicus mœror inciderit.* Aliqui exiſtimant, quod Apoſtoli paſſi ſunt ſcandalum, offendiculum, ſeu ruinam in Chriſto, quia defecerunt in fide ejus, cum eum capi, ac teneri à Judæis viderunt in horto, ita ex Recentioribus Franc. Lucas, Cornel. ſed de hoc agam cum Franc Luc. Cornel. infra de fuga Apoſtolorum fuerit ſermo.

87. Zach. 13. *Scriptum eſt.* In Zach. 13. n. 7. teſtimonio Prophetæ probat Chriſtus Dominus Apoſtolos ſcandalizandos, ac diſpergendos, hoc autem prædicit Chriſtus, ut oſtendat, quod non coactè, ſed voluntariè oblatus eſt ad mortem ob hominum redemptionem, cum mors ab eo optimè fuerit D. Chryſ. præſcita D. Chryſ. eo quod omnes Prophetæ diſpenſationem hanc futuram prædicarunt. Et etiam D. Hieron. ut ait D. Hieron. *Prædicit, quod paſſuri ſunt, ut cum paſſi fuerint non deſperent ſalutem, ſed agentes pœnitentiam liberarentur.*

88. Zachar. 13. *Percutiam paſtorem*, Ait Zacharias citato loco: *Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum, & ſuper virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituum. Percute paſtorem, & diſpergentur oves.* Hoc eſt framea, ſive enſis ſuper paſtorem meum, ſcilicet Chriſtum D. ſuper virum cohærentem mihi, quia humana Chriſti natura cohæret divinæ naturæ in eodem Chriſti ſuppoſito. Vatabl. legit. Vatabl. *ſuper virum coæqualem mihi*, Chriſtus enim ut Deus æqualis eſt Patri. Apud Prophetam legitur: *Percute Paſtorem*; apud Evangelium *percutiam.* Idem ſenſus. Idem tamen eſt ſenſus, nam Dei permiſſione gladius Chriſtum percuſſit, ideò dicitur Deus illum percutere; *& diſpergentur oves gregis.* Propheta non exprimit vocem *gregis*, tamen idem eſt ſenſus, cum Apoſtoli viderent Chriſtum in horto comprehendi à Judæis armatis huc, illúcque fugientes, cum non haberent, domos, nec amicos in Jeruſalem, ſe receperunt in cœnaculum; ubi paulo antea cum Chriſto Paſcha celebrarunt, eo quod herus domus illius, Chriſti, ac Apoſtolorum eſſet intimus amicus, ibíque poſt reſurrectionem Chriſtus eis apparuit, eóſque in gratia ſua ſolidavit, ac in fide confirmavit.

89. Hilar. *Poſtquam autem reſurrexero*, ait D. Hilar. infirmitatem illorum ſponſione reditus ſui conſolatur. In ea diſperſione, ac ſcandalo non vos deſeram, ſed poſtquam à mortuis reſurrexero. *Præcedam* Euthym. *vos.* Ut paſtor oves ſuas *Præcedam vos.* Euthym. id eſt, præveniam vos, ibi vos excepturus, & ait Dominus in Galilæam. Ut plus confidentiæ accipiant ex loco, qui ipſis gratiſſimus erat, utpote eorum patria, in qua tutius degere poterant. D. Chryſ. D. Chryſ. *Idcirco*, ait, *in Galilæam dixit, ut à timore Judæorum liberati, facilius verbis fidis, & attenderent, & crederent.* Prius in Judæa illis apparuit, tamen quia ibi nihil tutum putabant, ideò Galilæam commemorat, ut tutiorem locum, ut jam dixi, & quia diuturnius, ac familiarius, ac pluries in Galilæa erat appariturus.

QUÆSTIO XIV.

Quare poſtquam Chriſtus mandavit Apoſtolis, ut tollerent peram, & loculos, nunc ſubdit: Percutiam paſtorem, & diſpergentur oves?

Antequam Dominus prædiceret ſuis Apoſtolis eorum fugam, ac diſperſionem per Iſraël, prius juxta ſeriem textus, ut narrat D. Lucas ſupra relatus in hoc capite, cum ab eis interrogaret, Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, nunquid aliquid vobis defuit? *At illi dixerunt, nihil. Dixit ergo eis: ſed nunc qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram.* Quare Chriſtus Dominus à ſua illa prima juſſione, tanquam mutato conſilio, oppoſitum mandat? abſque dubio ex nova rerum circunſtantia hoc provenit. 90.

Reſpondet Beda in Lucam. *Miſſis*, ait, *itaque Diſcipulis ad prædicandum ne quid tollerent in via præcipit*, id eſt abſque ſacculo, & pera) *inſtante verò mortis articulo, & tota illa gente paſtorem ſimul & gregem perſequente, congruam tempori regulam decernit, ut tollant victui neceſſaria.* Tunc per varia loca diſpergendus erat grex, ut ergo Chriſtus Dominus verus Princeps, ac paſtor oſtendatur, alimoniam, quam olim vetaverat, nunc concedit, egregium enim Principis ſtigma eſt ſuis annonam congruentem providere illoſque fovere, & paſcere, ac proinde licet cum per Judæam, ac inter notos ſuos mitteret, negaret eis peram, nunc verò, quia per invia loca, ac inter extraneos ſit degendum, illam benignè indulget. *Congruam tempori regulam decernit, ut tollant victui neceſſaria.* 91. Beda. *Verus Paſtor, & Princeps ſuos paſcit, eiſque providet.*

Suos gregem appellat Chriſtus. *Nolite timere pusillus grex.* Luc. 12. n. 32. Cur non alio nomine ſuos ſignificat Chriſtus, Clemens Alexand. lib. 1. Strom. c. 14. ſic ait, *quod ſi grex à Domino dicitur allegoricè, idem erit bonus paſtor, & legiſlator.* Cum ſuos Chriſtus dicit gregem, ſe etiam paſtorem fatetur, ſi enim ipſe eſt bonus legiſlator, ut legibus regat, erit etiam bonus paſtor, ut cibo foveat. 92. Luc. 12. Clem. Alex. *Qui regit paſcat.*

Cum populus Hebræus incederet per deſertum, cœleſtis panis tædio affectus, concupiſcere cœpit vulgares Ægypti adipes, & omnes ſedentes per ſingulas ſuas familias magnis gemitibus flebant. *Quis dabit nobis ad veſcendum carnes.* Cum autem Moyſes audiſſet gemitus, & lachrymas populi, cúmque res ei intolerabilis videretur, totus ad Deum converſus ait, cur ſic Domine afflixiſti ſervum tuum, ut univerſi populi hujus pondus imponeres ſuper me. *Unde mihi carnes ut comedamus.* Num. 11. n. 13. Quomodo Moyſes ſic invertit ſermonem, & verè hoc dixit. *Flent contra me*, Nam populus obmurmurans, tantum abſolutè dicebat. *Quis dabit nobis ad veſcendum carnes?* Fletus populi contra nullum expreſſè ferebatur, ſolum dicebant: *Quis dabit nobis?* Quomodo ait: *Flent contra me?* Ingenium Carthuſiani dubium non effugit. Sic enim illud proponit. *Jam dictum eſt*, ait, *quod Hebræi dixerunt: Quis dabit nobis ad veſcendum carnes? In quibus verbis non videtur carnes petiiſſe à Moyſe. Quomodo ergo Moyſes, ait: Flent contra me dicentes: Da nobis carnes.* Optimè ſanè Moyſes, ut peritiſſimus gubernator, & omnium gubernatorum exemplar, cum audit lachrymas, ac gemitus populi alimoniam expoſcere, 93. Num. 11. Carthuſ. *Subditus cum petit panem à ſuperiore petit.*

ſcere, à nullo alio expeti interpretatur, niſi à ſe ipſo, cùm principale gubernatoris munus ſit in digenti populo ſubvenire, ſic pergit citatus Carthuſianus ex Paulo Rabbi, quod Moyſes illas voces excepit contra ſe, *Iſraëlitæ putabant ſibi providere de carnibus per humanam induſtriam, ſecundum quod duces providere ſolent exercitibus ſuis de cibis.* Ac proinde quamvis deſiderium eſſet intemperanter prolatum, illo tamen angitur Moyſes, timens pervicaces, ac querulos ſubditos de cibo, ac ſi non audeat obſequia expoſcere, à quibus de alimento querulas voces accipit.

Matth. 26.*n.*33 Reſpondens autem Petrus ait illi: etſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor.

VERSIONES.

Syriacus. Etiamſi omnis homo offendatur in te, ego nunquam offendar in te.

Euthym. Vatabl. Etſi omnes offendantur tui cauſa, ego tamen nunquam offendar.

Theophyl. Ego tamen nunquam ſcandalum patiar.

Arabic. Apud Marc. Etſi omnes ſcandalizati fuerint in te, non utique ego.

Alter Text.

Marc. 14.*n.*29. Petrus autem ait illi: etſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ſed non ego.

EXPOSITIO. VIII.

94. *Reſpondens autem Petrus*, non conſiderans Apoſtolus Chriſti verbum, quo dixerat, *omnes vos ſcandalum patiemini in me*, &c. nec conſiderans ſuam imbecillitatem, ſed amore Chriſti, quo ardebat inflammatus, reſpondet ac ſi diceret. Quidquid ſit de meis collegis, de me aſſeveranter promitto, nunquam offenſam, aut ſcandalum erga te periclitantem commiſſurum, valdè alienum à ſuo amore judicabat ſe poſſe à Jeſu alienari, ac deficere. D. Hilar. *Petrus ait, pro fidei ſuæ calore, reſpondit, nunquam ſe ſcandalizandum. In tantum enim & affectu, & charitate Chriſti efferebatur, ut & imbecillitatem carnis ſuæ, & fidem verborum Domini non contueretur.* D. Hier. *Non eſt*, inquit, *Petri temeritas, nec mendacium, ſed fides eſt Apoſtoli Petri, & ardens affectus erga Dominum.* Theophylactus ait: *Ex magno Chriſti amore cœpit Chriſto reluctari.* Similiter Chryſoſt. Paſch. Beda, Euthymius. *Ego nunquam ſcandalizabor*, nunquam in te ſcandalum, ac offendiculum patiar. Quantum autem ipſe in hac ſua præſumptione erraverit ſtatim in limine ſequentis quæſtionis dicam.

D. Hilar.

Hieron.

Theoph. Chryſoſt. D. Paſchaſ. Beda.

Quæstio XV.

Quantum Petrus erraverit in hac ſua præſumptione, cum potius deberet orare pro infirmitate, ac adjutorio Dei.

Si Petrus humilius de ſe ſenſiſſet, forſitan minus fœde lapſus fuiſſet, ſed dum tam arroganter ſe erigit, valdè miſerrimè cadit, ut ter Magiſtrum deneget. Orig. hom. 35. *Nec cogitans*, ait, *lubricam naturam humanam, magnum protulit verbum, ideò nec ad modicum eſt derelictus ut ſcilicet denegaret, ſed abundantius derelinquitur, ut ter denegaret, ut arguatur audacia promiſſionis ejus per unam ancillam.* Ex magna arrogantia, ac elatione ingens caſus, & ruina originatur, ac naſcitur. 95.

Origen. *Ex magna arrogantia magna ruina.*

Primò Chriſti verbis contradicit, ejúſque perſpicuæ prophetiæ. *Omnes vos ſcandalum patiemini in me.* Se poſſe cauſam reddere exiſtimat Chryſoſt. hom. 83. *Quid ais Petre? Propheta dicit, quod oves diſpergentur, & Chriſtus dictum confirmavit, & tu negas? idcirco permiſit, ut caderet, ut in omnibus diſceret Chriſto parere, vérioráque dicta illius crederet, quam quæ ſibi conſcientia teſtaretur.* 96.

D. Chryſ.

Secundò arroganter Petrus cæteris ſe prævoſuit. Citatus Chryſoſtomus expendens illud Luc. *Ego rogavi pro te.* Sic ait in Chriſti perſona. Ego, inquit, deprecatus ſum pro te, ne deficiat fides tua, hoc enim, ut vehementius eum tangeret, dicebat, ſignificans ejus cauſam multo pejorem aliorum cauſa diſcipulorum, atque ideò majori etiam patrocinio indigere. Duplex enim crimen erat, tum quia repugnavit, tum quia cæteris ſeipſum poſtpoſuit. Quia cæteris ſe prætulit, ejus cauſa multo pejor, ut in magna pericula cadat. 97.

Qui ſe cæteris antepoſuit in magno periculo verſatur.

Tertiò. Nimium Petrus præſumit, ac de ſuis viribus confidit, ac ſi gratia Chriſti opus non haberet, idcirco cadere permiſſus eſt, ut ſibi relictus videat ſe nihil eſſe. D. Aug. ſerm. 24. de tempor. *Petrus*, ait, *non addito adjutorio Dei, promſerat ſe pro Deo moriturum. Sed quid eſt homo ſine gratia Dei, niſi quod fuit Petrus cum negaret Chriſtum? Et ideo Petrum paululum Dominus ſubdeſeruit, ut in illo totum humanum genus poſſet agnoſcere, nihil ſe ſine Dei gratia prævalere.* Caveat homo ne ſibi confidat, ac ſalutem ſuam ſibi committat, ne in extremam ægritudinem, ac miſeriam deveniat ſimilia habent imitantes ſuum præceptorem, Divus Chryſoſt. Euthym. in Matth. Victor Antioch. in Marc. Theoph. in Luc. 98.

D. Auguſt. *Qui ſibi confidit, ruit.*

D. Chriſ. Euthym. Victor Theoph.

Ex quo obiter perpende, quod ſi tam gravis caſus oritur ex præſumptione, quæ amori annexa erat, quanto gravior erit ruina, quæ à ſuperbia tantum proficiſcitur. 99.

Cur ergo, inquirit quæſtio, in Petro tantus permittitur caſus, tantúſque lapſus, tam prava ruina? Audenter, ac indubitanter audet aſſerere de ſe in futurum non deficiendum. *Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor.* Cur Petre non recordaris de hominum imbecillitate, qui hodie cum fortiſſimi ſint, manè in futuris eventibus, ut valdè infirmi labuntur? Cur cum audis tam grave imminens periculum, non recurris ad poſtulanda Dei auxilia, & inſtantiſſima prece deprecari pro conſtantia futura? Sine dubio cum ibi eſſet tanta confidentia de futuris, tantáque negligentia in poſtulando Dei auxilio 100.

Deprecandum Dei auxilium non confidendum in futuris eventibus.

jam

D. Chryſ. jam ibi erat præparata diſpoſitio ad magnam Petri ruinam. Citatus D.Chryſ.hom.83.in Matt. *Cum dicendum eſſet*, ait, *opem nobis feras, ne ſcandalizemur, è contrario nimium ſibi arrogans inquit: non ſcandalizabor. Ita hæc res ſenſim ad terram, & inſolens crimen devehebat.*

101. Origen. *Si Petrus obnixe rogaret alius forſitan fuiſſet eventus.*

Similiter Orig. hom. 35. in Matth. *Debuerat*, ait, *poſtquam, audivit, quia omnes vos ſcandalum patiemini in me hac nocte; & poſtulaſſe Dominum, & dixiſſe: Etſi omnes ſcandalizati fuerint in te: eſto in me, ut non ego ſcandalizer, & dona mihi præcipuè gratiam hanc, ut in tempore cum omnes diſcipuli tui fuerint ſcandalum paſſi, ego in denegationem non cadam, nec ab initio ſcandalizer.* Quod ſi ipſe ſe gereret obnixè deprecans miſericordiam, quid inde? Reſpondet Origenes, alium forſitan rei eventum fuiſſe futurum, ut nimirum Chriſti gratia illi ſuccurrente negationis peccatum evaderet, & quomodonam illi ſuccurreret?

102. *Deus his ſuam opem confert, quos ab occaſionibus peccati removet.*

Audi quod ſubdit Origenes. *Si enim poſtulaſſet, forſitan amotis ab eo ancillis cæteriſq; miniſtris non denegaſſet.* Si oratio Petri interveniret, cum humilitate Deus illi opem conferret, conſtituens eum extra telorum jactum extraque ancillarum, ac miniſtrorum interrogantium voces ſubductis negationis occaſionibus, hanc enim peculiarem opem Deus conferre ſolet iis, quos benignè alit, ac fovet, ut à peccandi occaſionibus, remotéque eos elonginquet. *Si enim poſtulaſſet, forſitan amotis ab eo ancillis, cæteriſque miniſtris, non denegaſſet.* Diſtans poſitio ab occaſione peccati, illius certa victoria eſt.

103. Pſal. 33. *Angelus, ut mandatum Dei adimpleat, eripit ab occaſionibus.*

Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eos, & eripiet eos. Pſal. 33. n. 8. verbo noſtro Latino *eripiet*, reſpondet Hebraïcum verbum *Piel*, quod ſignificat tranſlocationem vi factâ, & magno impetu. Ad quid hujuſmodi tranſpoſitio, & tanto impetu? Nam ut Angelus ex Dei mandato magnas excubias exerceat erga juſtum, quem divina providentia cuſtodit, ad id vates totam rationem divini auxilij defert, ut illum à peccandi periculis magno impetu removeat, & quam longiſſimè ponat. D. Cyprian. lib. de ſingul. Clericor.

D. Cyprian. *Cuſtos, ait, nobis datus eſt ſpiritus, non ut contraria eligentibus faveat, nec ut voluntarios, & fortes in adverſa confortet, ſed ut ab adverſis nitentes ſeparari confirmet.* Expende ultima verba.

Quæstio XVI.

Quare Petrus modo tam arrogans, qui antea multum timebat?

104. Cum Chriſtus Dominus dixiſſet in cœnaculo ſuis Apoſtolis, unus ex vobis tradet me. *Contriſtati valdè cœperunt ſinguli dicere: Nunquid ego ſum Domine.* Matth. 26. n. 22. & ut ſcribit Joan. 13. n. 22. *Aſpiciebant ergo diſcipuli ad invicem hæſitantes de quo diceret.* Tanquam quilibet maximè metuens ne de ſeipſo illud diceretur, ac proinde Petrus tunc hæſitavit, ac maximè ſibi metuit, quomodo, qui tunc tantum timuit, modo tam arrogans eſt tantúmq; de ſe promittat? Quare ſicut cum audit, unus ex vobis tradet me, tremore concutitur, cur etiam quando audit omnes vos ſcandalum patiemini in me, timere non afficitur ſed cum audacia loquitur?

Matth. 26. Joan. 13.

105. Reſpondeo quod quando Chriſtus dixit, unus ex vobis me tradet, adhuc aliquod crimen non erat prædictum de Petro; At vero, cum modo Chriſtus dixiſſet, Omnes vos ſcandalum patiemini in me. Jam bis pronunciatum erat de Petro Juxta ordinem textus D. Joan. ac Luc. ut patet ex ſerie hujus capitis, *ter me negabis*, quod valdè alienum a ſuo amore putabat, cum ergo Petrus ſe vidiſſet notatum inter cæteros Apoſtolos, quodam fervoris impetu validiſſimum ſuum propoſitum exprimit ut à ſe omnem criminis ſuſpicionem depellat. *Petrus. quia ſe videat notatum audacter reſpondit.*

106. D. Chryſ. Secundò. Maximè ad quæſtionem reſpondet D. Chryſ. hom. 83. ſic eleganter differens. *Quid*, ait, *ô Petre? Quando dixit, unus ex vobis me tradet; timebas ne tu eſſes traditor, quamvis nihil tibi tale conſcius eras; nunc autem manifeſtè eo dicente, quia omnes ſcandalizabimini, contradicis.* Quando Chriſtus Dominus dixit: *Unus ex vobis tradet me*, tanquam è ſubito, ac ex improviſo illud dixit, cum tam impium ſcelus in mentem Petri, ac aliorum Apoſtolorum, Juda excepto, non veniſſet, ideo pavidè unuſquiſque pro ſe interrogat. *Nunquid ego ſum Domine.* At vero quando non dicitur *Omnes vos ſcandalum patiemini in me*; jam bis dictum erat Petro; *ter me negabis*, juxta ſeriem textus D. Joan. ac Luc. & liquet ex toto hoc capite. Cum ergo his auditis animus Petri validiſſimè eſſet armatus, ut potius mortem appeteret, periculáque omnia laceſſeret, quam a chari Magiſtri latere disjungi (licet poſtea ex infirmitate humana defecerit) ideo modo tam audacter reſpondit, *Ego nunquam ſcandalizabor.* Nam animus munitus firma, & conſtanti reſolutione intrepidè nil veretur, & citius putat poſſe Chriſti, ac Prophetarum oracula fruſtrari, quam ipſe à ſuo propoſito divelli, ac diſcedere. *Animus ſua reſolutione obfirmatus, exiſtimat nunquam ab ea poſſe divelli.*

107. D. Chryſ. Tertiò ad eadem Chryſ. verba. *Timebas ne tu eſſes traditor, quamvis nihil tibi tale conſcius. Nunc autem manifeſtè eo dicente, quia omnes ſcandalizabimini, contradicis.* Quando Petrus de ſe peccatum timet. *Nunquid ego ſum Domine*, tunc ſecurus, ac immunis ab illo invenitur. Tutius enim Petrus ſe peccatorem timebat, quam ſe prope impeccabilem præſumebat. Nam cum peccatum in ſe curabatur, cautione delicta declinabat? Cum ſe vero ferè impeccabilem jactabat, ſecuritate delictis anſam præbuit, & præſumptione prophetavit. Securitas ergo de præſumptione concepta ruinæ eſt argumentum, nam ſecuritas propinqua, ac affinis eſt delictis; At vero timor in ſecuritate munimen eſt virtutis ac fulcimentum felicitatis. Cum Petrus de ſe præſumebat traditionem, ſecuriſſimus eſt, cum vero ſe pluſquam cæteris ſecurum exiſtimat, tunc cadit, & ruit. *Securitas ruinæ argumentum, timor vero virtutis munimen.*

108. Tertull. Pulchrè ad rem Tertull. lib. de cultu fœmin. c. 2. *Qui præſumit*, ait, *minus veretur, minus præcavet, plus periclitatur; Timor fundamentum ſalutis, præſumptio impedimentum timoris.* Nota ſequentia verba. *Utilius ergo ſi ſperemus non poſſe delinquere: ſperando enim timebimus, timendo cavebimus, cavendo ſalvi erimus: contra ſi præſumamus, neque timendo, neque cavendo, difficile ſalvi erimus. Qui ſecurus agit non eſt ſollicitus, non poſſidet tutam ſecuritatem; at qui ſollicitus eſt, is verè poterit eſſe ſecurus.* Acutè, & ingenioſè ponderat ſecuritatis damna, timori utilia. Nam qui ex præſumptione ſecurum ſe exiſtimat nil veretur, nil præcavet, ac proinde maximè periclitatur, & inde difficile ſalvus erit cum de nulla re ſit ſollicitus in omni diſcrimine verſatur. *Qui ſecurus agit non eſt ſollicitus,* *Valdè utile ſi homo cogitat, ac timet ſe poſſe delinquere.*

tus, non poſſidet tutam ſecuritatem. At timor ſalutis eſt fundamentum, nam qui timet munitur cautela, ut fugiat malum, de cujus declinatione multum anxius eſt. *Vtilius ergo ſi ſperamus non poſſe delinquere.* Dum enim quis in hoc ſpei, ac timoris labore verſatur ſe poſſe cadere maxima circumſpectione agit, ut in ruinam non incidat.

109. Petrus cum timet ſecurus à delicto, at verò cum ſe præſumit ſecurum periclitatur, cúmque timorem abjicit, in ruinam cadit, ſic & propheta quidam, qui venit de Juda ad Jeroboam, cui oratione Prophetæ manus arida reſtituta eſt, ob cujus rei gratificationem obnixè rex rogat Prophetam, ut deſcenderet in domum ſuam ad comedendum panem, à quo ſe excuſat Propheta, *ſic enim mandatum eſt mihi in ſermone Domini præcipientis non comedas panem, nec bibas aquam.*

3. Reg. 13. *Qui timet, ſecurus; qui ſe reputat ſecurum, periclitatur.* 3. Reg. 13. n. 9. Poſtea verò cum ille reverteretur in domum ſuam, ei quidam propheta, qui habitavit ibi occurrit obviam, & ait illi. *Ego ſum Propheta ſimilis tui, Angelus locutus eſt mihi in ſermone Domini dicens: Reduc eum tecum in domum tuam, ut comedat panem, & bibat aquam.* Ibidem num. 18. quod cum feciſſet, qui regis oblata tam animosè contempſit, ut diceret, quod ſi ei dediſſet mediam partem domus regalis, minimè panem contra Domini mandatum comederet, dum illum in domo alterius Prophetæ deguſtat, mortem invenit. Dum loquitur cum rege, Dei mandatum timebat, & inde immunis, ac liber eſt ab omni periculo; at in domo alterius prophetæ, illius teſtimonio ſe ſecurè degere exiſtimabat, & inde in ora, ac dentes leonis incidit, ad quod reſpiciunt Eucherius, & Rabbanus apud Gloſſam. *Qui*, inquiunt, *apud ſe propter mali na gloriatus, ab interna mox ſoliditate eſt quaſſatus: & inde ei opere culpa ſurrepit, unde ſibi gloria in corde ſurrepit.*

110. Pſal. 56. Ait Regius Vates Pſalm. 56. n. 5. *Eripuit animam meam de medio catulorum leonum, dormivi conturbatus.* Cùm ſe liberatum videret à ferocibus inimicis ſuis tanquam leonibus, ait quod multo timore contuſbatus dormiverit. Compone hæc cum his, quæ ipſe Propheta de ſe teſtatur,

Pſalm. 29. Pſal. 29. num. 8. *Ego autem dixi in abundantia*

Græcus. *mea*, ſeu ut habet Græcus, *in proſperitate mea*,

Hebraicus. Hebraïcus, *in tranquillitate*, ſeu *felicitate mea non*

Lorinus. *movebor in æternum*, exiſtimabat, ut explicat Lorinus, ſe nullo unquam tempore de ſtatu illo tum juſtitiæ, tum felicitatis externæ dimovendum eſſe, tamen ſtatim ſubdit n. 8. *Avertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.* Hoc eſt avertiſti à me tuum favorem, & benignitatem, & totus factus ſum plenus timore, ac pavore, ita ut in multa pericula & mala inciderim.

Time ſecuritatem, quam ſi tibi promittes, rues. quid eſt quod quando inimici ab eo diſiunguntur, ac excluduntur, tunc tremore concutitur, cum potius maximè eſſet jucunditate, ac lætitia exultandum; at verò cum in ſua proſperitate multa ſibi promittebat tunc denudatus favore divino conturbatur? Cum excluſis inimicis ſe ſecurum videbat, inde maximè pavore angitur; At verò cum in felicitate, ac proſperitate ſua multam permanentiam, ac conſtantiam ſibi pro-

D. Ambroſ. mittebat inde ruit, ac cadit. D. Ambroſ. lib. 3. in Luc. cap. 3. *Si David*, ait, *præſumptione virtutis elatus dixerat*, non movebor in æternum: *ſtatim inſolentiæ hujus pœnam ſubiiſſe ſe memoravit, dicens*: Avertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus. *Si ipſe Dominici generis auctor inſolentiæ excepit offenſam; quantò magis nos peccatores, quibus nulla ſuffragatur prærogativa meritorum, inſolentiæ ſcopulum timere debemus; in quo naufragium ſit bonorum.*

Matth. 26. *n.* 34. Ait illi Jeſus: Amen dico tibi: quia in hac nocte antequam Gallus cantet ter me negabis.

Num. 35. Ait illi Petrus, etiamſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes diſcipuli dixerunt.

VERSIONES.

Euthym. n. 34. Priuſquam Gallus canat.

Arias. Ante Gallum vociferari.

Syriacus. n. 35. Si ſit mihi moriendum tecum, non abnegabo te. Et itidem etiam omnes diſcipuli dixerunt.

Arabic. Etſi coactus fuero mori tecum.

Vatabl. Neutiquam te negabo.

ALTER TEXTUS.

Marc. 14. *n.* 30. Et ait illi Jeſus: Amen dico tibi, quia tu hodie in hac nocte priuſquam Gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus.

Num. 31. At ille amplius loquebatur: Etſi oportuerit me ſimul commori tibi: non te negabo: Similiter autem & omnes dicebant.

EXPOSITIO IX.

Ait illi Jeſus. Tertiò prædicit Chriſtus Petro ſuam negationem, ut ejus arrogantiam reprimat. *Amen dico tibi*, aſſeveratione utitur Dominus, ut Petrus ſine ullo dubio credat negationem eventuram. *In hac nocte antequam Gallus cantet*, &c. Quod ſatis eſt explicatum in hoc capite ſupra expoſit 4. n. 40. 41. 42. & per ſequentes quæſtiones, una cum textu D. Marci, quod ibi vide: *ter me negabis.* Petrus dicebat. *Ego nunquam ſcandalizabor.* Chriſtus verò, *ter me negabis.* D. Hieron. *Petrus ardore fidei promittebat, & Salvator quaſi Deus futura prædicebat.* At Petrus non coactus fuit negare, quia Jeſus prædixerat, ſed Jeſus videns futura tanquam præſentia, Petro ſe inaniter jactanti illa objicit, ut de ſua fragilitate admoneatur, D. Ambroſ. in cap. 22. Luc. *Petrus inſtruitur ad cavendum, non cogitur ad negandum.* Profuit autem hæc prædictio multum Petro, illius enim memor eſt poſt peccatum cujus recordatione egreſſus foras flevit amarè. Matth. 26. n. 75. 111. Hieron. Ambroſ. Matth. 26.

Ait illi Petrus. D. Marcus. *At ille amplius loquebatur.* Euthymius *multò vehementius*, Arias, *Abundantius*, ſeu *multò amplius*, quæ conduplicatio vehementiſſimam Petri aſſertionem denotat. *Etiamſi oportuerit me mori tecum.* Bene intelligebat 112. Euthym. Arias.

gebat Petrus, quod Chriſtus dicebat negationem illius futuram metu mortis, ac pœnarum, ideò ad illa omnia ſe offert; at hæc fiducia extitit temeritatis plena, quia non in gratia Chriſti, ſed in teſtimonio ſuæ conſcientiæ confidebat, imò audacter Chriſti verbis contradicebat.

113. Dices: Petrus, ac cæteri Apoſtoli credebant Chriſtum eſſe verum filium Dei, ac proinde non poſſe fallere, nec mentiri, quomodo ipſum prædi-
Objectio. centi non crediderunt, ſed obſiſtunt? Reſpondeo, quod cum Apoſtoli, ac Petrus ex Chriſti ore au-
Solutio. diunt ſcādalum, ac negationem futurā, quæ erant valdè omnia aliena ab eorum animo, maximè ſunt turbati, & non plenè ad omnia attendentes in eximium affectum amoris prorumpunt ſe potius paratos eſſe ad mortem, quam ad offenſam in Chri-
Hilar. ſtum. D. Hilar jam datus loquens de D. Petro: *In tantum*, ait, *& affectu, & charitate Chriſti offerebatur, ut & imbecillitatem carnis ſuæ, & fidem verborum Domini non contueretur.* Vel etiam fortè Apoſtoli Chriſti verba interpretati ſunt, non continere prædictionem, ſed quandam comminationem conditionatam, ſi ipſi nempe fortiter, ac conſtanter non ſeſe habuerint, quod tunc nempè ſcanda-
Ionæ 3. lizabuntur, ac negabunt. Sicut illud Jonæ 3. n. 4. *Adhuc quadraginta dies Ninive ſubvertitur.* Quod intelligebatur, niſi cives pœnitentiam égiſſent; ſimiliter Apoſtoli, qui valdè obedientes erant Chriſti verbis forſitan ſic ea intellexerunt, niſi ipſi animosè ſe geſſiſſent, & ideò tam prompto animo omnes cum Petro dixerunt, *ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo.*

114. Lapſus autem Petri, ac Apoſtolorum eis fuit valdè utilis, nam eos humiliores, & cautiores red-
Chryſoſt. didit, ut habet Chryſoſt. hom. 83. Vnde de Petro
Victor. Ant. ſic ait Vict. Antioc. in c. 14. Marc. *Tu hic modo perpende, quam demiſſus, quamque modeſtus Apoſtolus Petrus poſt lapſum evaſerit, qui enim ante caſum, nihil non ſibi arrogare audebat, ut poſt lapſum contraria ſtudia ſectatus, nihil prorſus ſibi ſed omnia Chriſto D. tribuat.* De hoc latius cum de negatione Petri fuerit ſermo.

Quæstio XVII.

Quare Petri arrogantiam Christus aliquo verbo non corripit, ac reprehendit?

115. Textus Evangeliſtæ. Ait Chriſtus D. in præſenti ſuis Apoſtolis: *Omnes vos ſcandalum patiemini in me hac nocte. Scriptum eſt enim, percutiam paſtorem, & diſpergentur oves.* Ad quæ Petrus reſpondit: *Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor.* Iterum ait illi Jeſus: *Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis.* Cui Petrus audacter reſpondit: *Etiamſi oportuerit me mori tecum non te negabo.* Et ſubdit Evangeliſta: *Similiter & omnes diſcipuli dixerunt:*
Ratio difficultatis. *Tunc venit Ieſus in villam*, &c. Ecce Chriſtus D. ſuo, ac Prophetarum oraculo inſtruebat Petrum de ſcandalo, ac offenſione imminenti, quo Petrus correptus ipſum erat negaturus; & cum Petrus valdè arroganter, ac temeraria præſumptione multa ſupra ſuas vires promitteret, dicens: *Non te negabo*; nihil Jeſus ut illum corriperet, reſpondit, ſed ibat in villam. Cur Domine diſcipulum ſic arroganter ſe jactantem verbo aliquo non objurgas, ac reprimis? Cur illi ſuam ignorantem præ-

ſumptionem verbo aliquo non aperis ac manifeſtas; ſed tamen pergis in hortum

Reſpondet D. Chryſoſt. homil. 38. in Matth. 116. Chryſoſt.
Cum dicendum eſſet, ait, *à Petro, opem nobis feras, ne ſcandalizemus, è contrario nimium ſibi arrogans inquit: & ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, tamen ego non ſcandalizabor, quamvis omnes id patiamur, ego tamen ſolus non patiar. Ita hæc res ſenſim eum ad tetrum inſolentiæ crimen devehebat, quod reprimere Chriſtus volens, quoniam nec Prophetæ, nec ſibi obtemperavit, negationem fieri permiſit. Quare Petrus cum verbis non crederet, à rebus ipſis eruditur.* Erat Petrus magna confidentia de ſe mul- Præſumptuoſus non verbo, ſed facto corripiendus.
tum arrogans, ideò non tantum verbo, ſed potius facto corripiendus fuit, ut cum eſſet negator factus, de ipſamet negatione diſciplinam, ac correctionem caperet. *Quare Petrus cum verbis non crederet, à rebus ipſis eruditus.* Qui multa præſumptione eſt elatus, ac inflatus, verbis contradicit, & repugnat, facto verò inſtruitur, & experientia didicit, ut fiat ſapiens, & cautus, & ideò non verbo, ſed facto corripiendus eſt.

Maxima ambitione, ac præſumptione fereba- 117.
tur Adonias faciens ſibi currus, & equites. *Nec corripuit eum Pater ſuus aliquando, dicens: Quare hoc*
feciſti? 3. Reg. c. 1. n. 6. Valdè mirum ſapiens David 3. Reg. 1.
videns filium tanta inſolentia, ac elatione deferventem, quod cum nunquam emendaverit, ac reprehenderit, ſed omninò tacuerit; cur ſanctus David munus Patris non implet, ut filium ſuum arguat, ut eum ad tramitem juſtitiæ deducat. Sapien- *Ambitione ac præſumptione plenus, non verbis, ſed factis emendatur.*
ter Pater filium, quem tam ambitioſum, ac præſumptuoſum videbat verbis non coërcet, qui citò facto, ac excluſione à regno erat reprimendus, ac inſtruendus, admonitionis verba non reciperet, ſed illuderet; corripiatur ergo facto, ut factis flagellatus ſuam conditionem agnoſcat, & emen- Rupert.
dationem accipiat, Rupertus in libros Reg lib. 2. cap. 3. *Sapiens Rex*, ait, *gravi iram temperabat ſilentio, ſtultam præſumptionem opportunè ita correpturus facto ut non eſſet opus verbo.*

CAPUT XI.

Thomas, & Philippus interrogant de Sermone Domini in Cœna.

Joan. 14. *n.* 1. Non turbetur cor veſtrum: creditis in Deum, & in me credite.

Num. 2. In domo Patris mei, manſiones multæ ſunt: ſi quominus dixiſſem vobis, quia vado Parare vobis locum.

VERSIONES.

Vatabl. Pagnin. Et ait diſcipulis ſuis: Non turbetur.

Syriac. Arab. Credite in Deum & in me credite.

Aliqui codices Non turbetur cor veſtrum, neque formidet.

Arabic. n. 2. Quia in domo Patris mei.
D. Cypria. de hab. Virg. In domo Patris habitationes multæ ſunt.
Syriacus Alioqui dixiſſem vobis: Proficiſcor paraturus vobis locum.
Arias. Si non dixiſſem vobis.

EXPOSITIO I.

1. Non *turbetur cor veſtrum.* Continuatio eſt ſermonis, quem Dominus inchoavit in fine c. 13. & Petrus ſua obfirmata proteſtatione interruperat. Aliqui interpretes, ut D. Auguſt. Beda Rupert. Vatabl Pagnin. ſcribunt, *Dixit Jeſus diſcipulis ſuis*, quod poſitum eſt ad magis explicandam connexionem horum verborum cum ſuperioribus. *Ait non turbetur cor veſtrum.* Hoc verbo, ut notat D. Chryſoſt, homil. 72. ſe verum eſſe Deum declarat, qui intimas cordium cogitationes penetraverat.

Auguſt. Beda. Rupert. Vatabl. Pagnin. Chryſoſt.

2. Ait illis: *Non turbetur cor veſtrum.* Audierant Apoſtoli à Chriſto multa, quæ ipſis triſtitiam, timorem, ac perturbationem afferebant, nempè quod ab uno ex eis eſſet tradendus ad mortem, omnéſq; in eum in illa nocte eſſent ſcandalum, ac offenſam commiſſuri, Petrúmque negaturum, mortémque Magiſtri eſſe imminentem, ejúſque ab eis receſſum, ita ut eum non poſſent comitari ac ſequi: *Filioli adhuc modicum vobiſcum ſum, & quò ego vado, vos non poteſtis venire.* Joan. 13. n. 3. Et hæc erat magna ratio triſtitiæ; quia videbant ſe deſtitutos ſuo Magiſtro, cujus præſentia ubique erant ſecuri, & ſine eo erant diſpergendi tanquam oves, ſine paſtore, multis periculis expoſiti, quod Chriſtus ſignificavit dicens: *Qui non habet. vendat tunicam, & emat gladium,* ut dixi ſuprà c. 10. Expoſ. 5. Ita communiter D. Aug. D Chryſoſt. D. N. Cyril Euthym. Theophyl. D. Th. D. Bonav. ait ergo Chriſtus, tantis preſſuris, anxietatibus imminentibus, *Non turbetur cor veſtrum.* Rupert. *Idem eſt, ac ſi dixiſſet, non deficiat fides veſtra,* ſed conſtantes eſtote. *Creditis in Deum.* Græcè legitur in Imperativo in utroque loco, *& in me credite.* Si enim creditis in Deum, ait D. Aug conſequens eſt in me credatis, qui ſum verus Deus, ac proinde verax in meis verbis, ac preſſuris, quibus dixi vobis: *Nolite timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum.* Luc. 12. n. 33. & infrà in hoc c. 13. n. 18. *Non relinquam vos orphanos veniam ad vos.* Confidit ergo quod in his periculis non vos deſeram, ſed cuſtodiam, ac protegam, vóſque meæ præſentiæ faciam participes.

Turbationis cauſa multæ.

Ioan. 13.

Auguſt. Chryſoſt. Cyri. Euthym. Theophyl. D. Thom. Rupert. Auguſt.

Luc. 12.

3. *In domo patris mei.* Armavit Dominus diſcipulos ſuos fide: *Credite in Deum*; nunc verò ſpe æternæ beatitudinis eos armat, & munit. Unde ſubdit, *in domo Patris mei.* Inter cæteras tribulationes maximè Apoſtolos anxiaverat Domini abſentia, & quod ab eo ſepararentur, cúmque comitari non poſſent; his addit Chriſtus, quod non vereantur cœleſtia loca ab aliis prioribus ſive ſanctioribus poſſe præoccupari. *Manſiones multæ ſunt.* Sive domicilia, ſive habitationes, dicuntur manſiones à verbo Græco manere, quis ibi perpetuò ſancti regnantes manebunt, ita ut non ſolùm paucorum, ſed omnium quotquot mei fuerint, capaces ſint, & ideò dicuntur multæ, tum propter capacitatem loci, tum etiam propter veritatem pro differentia meritorum, ut latiùs dicam infrà quæſt. 3.

4. *Si quoniam dixiſſem vobis.* Si ita non eſſet, vel aliter ſe res haberet, quod in domo Patris mei non eſſent multæ manſiones, ſeu habitationes, *dixiſſem vobis*, ſeu vobis declaraſſem, quia (ſcilicet quod) *vado parare vobis locum*; dixiſſem nempè vobis, quod vado, ac abeo, ut pararem vobis hujuſmodi manſiones in cœlo, ſi ipſæ electis meis non eſſent paratæ, ſed quia jam ibi ſunt præparatæ; ideò non dico vobis, quod vado illas parare. Ita N. D. Cyril. Sà. & alij interpretantur. Secundò, in Græco, ac in Syro. Non habetur illa particula, *quia*, ideò Arias Montan. Ribeira, Franc. Lucas, Cornel. Menoch. Tirin. & alij ſic explicant. In domo patris mei manſiones multæ ſunt, & ſi ita non eſſet planè ego dicerem vobis nec vana ſpe vos deciperem, ut dicam, quod vado, & recedo à vobis cauſa parandi vobis locum, quomodo hoc dicam, aut decipi vobis patiar, cum vos multum diligam? Locus eſt difficilis, & multas alias habet interpretationes, ut videre eſt apud Maldonat. Barrad. & vario modo puncta fingunt, & terminant, quia tamen à rigore noſtræ vulgatæ, nunquam recedendum eſt, ideò.

Cyril. Sà. Arias. Ribeira. Franc. Luc. Cornel. Menoch. Tyrin.

Maldonat. Barrad.

5. Breviter ſic rem explico: *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt*, ab æterno prædeſtinatæ à Parente meo ſuis electis. *Si quoniam dixiſſem vobis.* Si ita non eſſet, planè ego dixiſſem vobis *quia vado parare vobis locum*, in exequutione nempè per medium meæ paſſionis, ac mortis, per meamque Aſcenſionem in cœlum, ut ejus januas clauſas aperiam, per adventúmq; Spiritus S. in vos, cujus gratia vos confortati, ac illuminati ad manſiones vobis ab æterno ordinatas veniatis. Et ſi ego abiero per mortem, ac aſcenſionem in cœlum, præparavero vobis locum mediis aſſignatis, *iterum venio*, in die judicij, *& accipiam vos,* &c. ſequenti verſu, & ita facilis eſt ſenſus.

Auctoris expoſitio.

QUÆSTIO I.

Quare cum tot adverſitates, ac tribulationes eſſent exortæ, cor diſcipulorum non erat turbandum?

6. Magna, & vehemens erat ratio tribulationis, ac triſtitiæ, ut dixi in expoſitione. Unde Apoſtolorum triſtitiam nec vituperat, nec eis objicit Dominus, nam humana natura cum non ſit lapidea in ſuos naturales affectus prodit. D. Auguſt. tract. 67. in Ioan. *Quia igitur,* ait, *diſcipuli metuebant cum Petro dictum eſſet fidentiori, atque promptiori; non cantabit gallus donec ter me neges, nec vituperat eorum conſternationem, & timorem, quis enim non timeret lapſum Petri conſiderans?* Quomodo non timerent juſti ſuæ infirmitatis bene conſcij, cum audiunt Petrum, qui fidentior, ac caput & princeps eorum erat negaturum, ſemper enim majorum caſus inferiorum ruina eſt. Theophylact. *Nam cum princeps, & qui tam illuſtris, priuſquam gallus caneret, ter me negaturus, erat, veriſſimile fuit magnum eos expectaſſe conflictum.*

Auguſt.

Majorum caſus, inferiorum ruina eſt.

7. Ob ergo eorum tantam triſtitiam, ac conturbationem eis occurit Divinus Magiſter, verbis conſolationem præbens, ut eorum mœſtitiam deliniret. Poſtquam civitas Sichem devaſtata,

ac

ac depopulata eſt à filiis Jacob, civéſque ejus in ore gladij ab eis ſunt occiſi, pueri, ac mulieres in captivitatem ducti; timénſque Jacob vicinas civitates, ne in ultionem conſpirarent adverſus eum ejúſque familiam, cum ſe videret viribus imparem, filiis ſuis dixit: *Turbaſtis me, & odioſum feciſtis me Chananæis, & habitatoribus terræ hujus; nos pauci ſumus, illi congregati percutient me, & delebor ego, & domus mea.* Gen. 34. num. 30. Statim ſubdit ſcriptura, Gen. 35. n. 1. *Interea locutus eſt Deus ad Iacob, ſurge & aſcende Bethel.* Maximè expendenda eſt illa particula *interea*, cum ſcilicet angeretur timore propter cædem Sichimitarum à filiis ſuis perpetratam, tunc illa apparuit Deus dans illi divinum præſidium, ut ejus mœſtum animum conſolaretur ac mitigaret. Lippom. *Formidantem Iacob, ait, vicinos ob filiorum crudelitatem irruituros conſolatur Dominus.* Et notandum quod non ad alium locum eum mandat aſcendere niſi in Bethel, ubi prius ei apparuit, quando timore, ac conturbatione correptus, fugiebat à facie Eſaü fratris ſui, ut ſicut tunc præſidio ſuo eum munivit, ſic etiam in præſenti ſua protectione corroboraret.

Geneſ. 34. Geneſ. 35. *Suos Deus in afflictione conſolatur.*

Lippom.

8. Ambroſ.

Secundò. D. Ambroſ. ſerm. 8. in pſal. 118. *Sciens Dominus, ait, cito nos frangi ſolere, ait etiam Apoſtolis, non turbetur cor veſtrum; neque formidet. Si te cupiditas tentaverit, dicat tibi Jeſus Chriſtus, non turbetur cor tuum, neque formidet. Si quæ tibi ſupplicia perſecutor inflixerit, dicat tibi Jeſus, non turbetur cor tuum. Si enim in mari naviganti gravis fluctus inſurgat, tempeſtas atra deſæviat, tibi dicat Jeſus, ego ſum, noli turbari.* Denunciatur Apoſtolis omnium tribulationum tempeſtas contra eos armata, & tamen eis mandatur ut nullo metu perturbentur, & qualénam remedium pro munimine adverſùs tantas tribulationes, *Creditis in Deum, & in me credite.* Ut nempe oculos erigant ad Jeſum, Jeſúmque præ oculis teneant, tunc nihil eis formidabile, ac timendum reſtat, ſed omnia ſunt tuta, ac ſecura.

Si Jeſus eſt præ oculis, nihil timendum.

9. Exod. 12.

Cum Iſraëlitæ proficiſcerentur in deſertum; juſſit eis Dominus ut calceatis pedibus incederent. *Calceamenta habebitis in pedibus veſtris.* Exod. 12. n. 11. Sic eis dixit Moyſes: *Nec calceamenta pedum veſtrorum vetuſtate conſumpta ſunt.* Deut. 29. num. 5. At cum Ieſus Nave promiſſionis terram ingreditur, ſtatim ei imperat Deus ut detractis calceis pedes nudos habeat. *Solve calceamentum de pedibus tuis.* Joſue 5. num. 16. Valdè mira eſt hæc diverſitas cur illi cum calceis, hic ſine illis mandatur eſſe, præcipuè cum Joſue intraret terram ad expugnandum eam, ac ad conflictum cum hoſtibus, ad quem maximè ſunt neceſſarij pedes calceati, & armati. In illis præfigurabantur ingredientes in deſertum hujus mundi, ut in vitiis, in concupiſcentiis ſuis errarent: *Quadraginta annis offenſus fui generationi huic, & dixi, ſemper hi errant corde.* Qui à tramite Dei declinant, & in mundo errant, pedes habeant calceatos, ut ſerpentum morſus effugiant. At verò Ieſus Nave in illa promiſſionis terra Chriſti humanitatem venerabatur; & cum huic ſanctiſſimæ humanitati firmiter adhæreret, habebat pedes nudos, ut potè nulla pericula timens, & beſtiarum morſus contemnens. D. Hieronymus in epiſtol. ad Epheſios, cap. 6. *Qui verò, ait, adhuc ambulat, calceaetur. Qui verò jam Iordane tranſmiſſo terram promiſſionis intravit, nudet pedem. Si quis non eſt Jeſus Nave, nec Apoſtolus, calceat pedes ſuos. Si quis autem Apoſtolus, &c.* Nequaquam tollat in via calceamentum ſuum, nec ad ſcorpiones, & colubros declinandos, calcaneum tegat, ſed jam conſummatus, atque perfectus ſtet in terra ſancta, & vivat in Chriſto, & ſequatur agnum quocumque vadit. Expende verbum, nec calcaneum tegat, ſed perfectus ſtet in terra ſancta, & vivat cum Chriſto.

Deut. 29. Joſuë. 5. Pſal. 94. *Qui adhæret Chriſto, nulla pericula timet.* Hieron.

Exiit Iacob à paterna domo, & cum ſolus pe- 10.
regrinaretur, & nocturnum tempus jam eſſet in vaſta ſolitudine manſit ſolus. *Tulit de lapidibus, qui jacebant, & ſupponens capiti ſuo, dormivit in eodem loco.* Gen. 28. n. 11. Res mira erat adoleſcens Jacob in ampliſſimo illo deſerto nocturnis tenebris circumſeptus, & capite inclinato ſuper lapidem ſecurus ſomno indulget. Cur non magis timet crudelium beſtiarum nocturnos aſſultus, leonum invaſiones, luporumque morſus; quomodo tam quietus inter hæc ſic dormit? In lapide illo præfigurabatur Jeſus, de cujus umbra, ac protectione inter eminentia pericula impertubabilis quieſcit, ac dormit. Rupertus lib. 2. in Joan. *Lapis autem, ille, ait, quem capiti ſuo ſuppoſuit, ut dormiret, hic Chriſtum ſignificat, lapidem angularem. Hunc enim quicumque ſupponit capiti, id eſt cordi ſuo, dormit ſecurus.*

Geneſ. 28. *Qui Chriſtum habet, ſeculi perturbatione non timeat.* Rupert.

QUÆSTIO II.

Quare Chriſtus D. ad ſedandum cor turbatum diſcipulorum, eis jubet ut credant in Deum, ac in ipſum?

IAm dixi in expoſit. quod Syriacus, ac Arabicus non legunt *Creditis* Sed utrumque in imperativo. *Credite in Deum, & in me credite*, fide enim eos armat adverſùs omnem tribulationem, pavorem, ac anxietatem, ac ſi dicat: aciem mentis per fidem, ſpem in Patrem, ac in me figite, qui ſum Deus conſubſtantialis Patri, & dejicite à vobis omnem timorem, ac terrorem, nam animus fide armatus omnia pericula conculcat, ac conterit. D. Chryſ. homil 72 in Joan. *Creditis in Deum, & in me credite, ait, Hæc eſt quo omnia mala tranſibunt, nam in me, & in Patre fiaes omnibus vos perſequentibus potentior eſt, & nihil vos ſuperabit.* N. D. Cyrillus lib. 9. in Joan cap. 30. *Quis ſuperabit divinis armis undique cataphractos? Arma verò, latuſque clypeus qui telis hoſtium frangi non poteſt fides eſt.*

11. Syriacus. Arab. Chryſoſt. *Fide armatus omnia pericula ſuperat.*

Hinc præcipit Deus Joſue duci populi ſui, 12.
cùm pugnaret contra reges Chananæorum, & Amorrhæorum, ut victor exiſtens de præda *equos eorum ſubnervabis; & currus igne combures.* Ioſue 11. num 6. Cur vetat Dominus ut glorioſus triumphator ſpoliis utatur, præcipuè cum tunc currus, & equites maximè neceſſarij eſſent ad bellum, cum ipſe hoſtibus undique eſſet obſeſſus? Ut inter hoſtes ſecuriùs degat, ideo mandatur ei currus, & equos diſſipare, *Fallax equus ad ſalutem.* Pſal. 32. num. 17 ut tota fiducia in Deo conſtituta nulla pericula timeat, hoſtes non formidet, ſed divino præſidio munitus, & majoribus trophæis ſublimetur. Origen. homil. 15. in Joſue. *Vt ultra, ait, non in equis, nec in armis, ſed in nomine Dei noſtri invocemus.* De hoc iterum in hoc tomo.

Ioſuë 11. *Deo fidendum ad pericula vincenda.* Pſal. 32. Origen.

Secundò. D. Auguſt. tract. 67. in Joan Ne mortem ait, Chriſti tanquam homines timerent, &

13. Auguſt.

ideo turbarentur, conſolatur eos Deum ſe eſſe conteſtans. Se eſſe Deum dicit, ut ei firmiter adhæreant, eique adjungantur, facit hic Chriſtus,
Ribeira. ait Rebeira, quod agricolæ ſolent facere, qui te-
Qui adhæret Chriſto, cuſtoditur. nuem, ac infirmam vitem ulmo adjungunt, ut inde firmitatem obtineat ad creſcendum, & ſcandendum, etiamſi ventorum, ac imbrium tempeſtates contra eam inſurgant, ac deſæviant. Ita Chriſtus D. ad ſe tanquam ad murum firmiſſimum Apoſtolos per fidem adjungit. Ut ſequatur
Pſal. 26. illud Pſal. 26. n. 1. *Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo.*

14. Auguſt. Tertiò, ad citata verba D. Auguſt. *Deum ſe eſſe conteſtans*; ac proinde quamvis corpore ab eis abiret, ſpiritu tamen, cura, ac protectione eis aderat, ut eos ab omni malo cuſtodiret, illiſque omnia neceſſaria provideret. Cum Jacob iter ageret in Meſopotamiam, in vaſta ſolitudine cum tenuit nox; unde ſaxum informe pro molli pulvino accepit, cúmq; ibi dormiret, cuſtodes Angelos nocturna in ſpecula contemplatur. *Vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen tangens cœlum, Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam*, Gen. 28. n. 12 Non ſtant, nec quie-
Geneſ. 28. ſcunt Angeli, ſed ad hominis miniſterium aſcendunt, & deſcendunt, ut teſtatur Philo l. de ſomn.
Philo. *Angelos, tanquam magni Regis aures, & oculos vocant ſacræ litteræ.* Quid inde ait ſacer textus. *Vidit*
Deus maximè vigilat ſedulus ad ſuis auxiliandum. *Dominum innixum ſcalæ* Nónne ſufficiebat ut miniſtri, qui aures & oculi ſupremi Regis dicuntur, quippe ad magna negotia mittuntur, ut ad cuſtodiendum Paradiſum, ad portandúmque propitiatorium advenirent, ac convolarent ad Jacob; ad quid ipſe ſupremus Dominus aſtat, & præſentem ſe exhibet? Fieri enim non poterat ut afflicto Iacobo tantùm adeſſent vigiles Angeli, & Deus tanquam quieti indulgens abeſſet, & ſi ad alia negotia Angeli mittantur, tamen cauſa unius juſti anxiati, ac ſub periculo verſantis non ſolùm Angelis committitur ſed etiam in ejus auxilium, ac tutamen adveniat Deus, ut protegat, & cuſto-
Rupert. diat. Rupert. lib. 7. in Gen. c. 21. *Quam veraciter dictum eſt: juxta eſt Dominus his qui tribulato ſunt corde; ex iſto caderet, quod continuò ſequitur, vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & Dominum innixum ſcalæ dicentem ſibi: Ego ſum Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac.*

15. Pſalm. 12. *Uſque quo Domine oblivisceris me in finem*, pſ 12.
Chryſoſt. Græcus. n. 1. *In finem*, legit Chryſoſt. *penitus*, Græcus, *omnino.* Admiratur David quod Deus ita eum habeat in oblivionem in tot, ac tantis adverſitatibus, quas patitur à Saül. vel Abſalon illatis, ſed quo-
Alienum à Deo non adeſſe ſuis. modo oblivio poteſt eſſe in Deo, in cujus intuitu omnia ſunt præſentia? Propheta cum dicit Dominum, ac Regem; cum ergo Dominum appellaret, inde tanquam minus reputavit inconveniens, ut in eo oblivionem diceret, qua aſtrueret, quod cum Dominus, ac Rex eſſet, ſuorum neceſſitatibus non ſubveniret, igitur congenitum eſt Domino ſuis ſubvenire, eiſque opem ferre.

Quæstio III.

Quare in cœleſti patria dicuntur multæ manſiones præparatæ?

16. IN *domo Patris mei*, ait Chriſtus, hoc eſt in cœlo Empyreo, nam licet Deus ubique adſit; tamen in cœlo Empyreo peculiariter, ſuis electis manifeſtatur, & inde per antonomaſiam Dei domus dicitur. *Manſiones multæ ſunt*, id eſt multæ habitationes, ſeu domicilia.

Et rectè ſupernæ ſedes, ac gaudia manſiones 17.
appellantur, ut aſtruatur quod cœleſtia gaudia permanentia, ac perpetua ſunt. Iſidor. Peluſiota Peluſiota.
l. 1. epiſt. 65. *Illic enim, ait, vere manſio eſt: nam præſens vita tentorium vile eſt, quod ſimul atque compactum, & fixum eſt, omne eodem temporis puncto ſolvitur.* Si æterna permanentia ſunt, ſæcularia verò minimè durant, ſed concitato fluxu labun- Sapient. 2.
tur. Dixerunt impij apud Sapientiam 2. n. 8. *Coronemus nos roſis antequam marceſcant, non pertranſeat nos flos temporis.* Vox Græca, *Coronemus nos roſis*, peculiarem habet in hac re emphaſim, ſignificat enim tumentes roſas, necdum foliis di- Græcus.
latatis. Ac ſi ex Græco legas: Coronemus nos ca- *Bona ſæculi*
liculis roſarum, ſive clauſa tumentéque roſa. Cur *citiſſime*
tamen impij coronari volunt roſis tumentibus, *tranſeunt*
& nondum foliis dilatatis? Ut explicent citiſſimam ſæcularium bonorum celeritatem, quæ prius pereunt, quam ad ſuam pulchritudinem, ac ele- Chryſoſt.
gantiam deveniant, ut ait Chryſoſtomus homil. 1. in Geneſ. *Talia ſunt humana, & carnalia, nondum rectè advenerunt, & avolarunt.* Deinde inquiunt: Non prætereat nos flos temporis: In Græco pro *temporis*, eſt *aëris*. Sic omnia, quæ florent in ſæculo tanquam flatus *aëris* diſſolvun- Seneca.
tur, ac evaneſcunt. Sic dicebat Seneca l. 3. Natur. in proœm. *Quantò ſatius, doceret eos, qui ſua permiſcere fortunæ, nihil ſtabile ab illa datum eſſe, ejus omnia fluere aurea mobilius.*

Multæ manſiones dicuntur ob diverſa Sancto- 18.
rum merita: *Stella ab ſtella differt in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum.* 1. Corinth. 15. num. 42.
D. Hilar. in Pſalm. 64. Plures manſiones, ait diver- Hilar.
ſæ dignitati habitantium præparantur. D. Aug. Auguſt.
l. de ſanctâ Virg. c. 26. *Quia, inquit, in vita æterna* Cyril.
diſtinctè fulgebunt lumina meritorum, multæ ſunt *Pro diverſi-*
manſiones apud Patrem. N. D. Cyrill. lib. 9. in *tate merito-*
Joan. cap. 31. *Manſionum multitudo differentiam* *rum.*
gloriæ ſignificat, omnes enim vitæ ſuæ congruentem honorem ſuſcipient. Similiter omnes Patres, & interpretes ad hunc locum, & ad epiſtolam Pauli citatam.

Latroni in cruce converſo ait Chriſtus D. *Ho-* 19.
die mecum eris in paradiſo. Luc. 23. num. 43. At Luc. 23.
D. Petro Matth. 16 num. 19. *Tibi dabo claves regni* Matth. 16.
cœlorum. Non idem defertur utrique honoris decus, uni paradiſi requies offertur, alteris ſuprema
promittitur poteſtas. D. Auguſt. epiſtol. 19. *Is, qui* Auguſt.
ſub ictu mortis convertitur, & confitetur Dominum Ieſum, mereatur incolatum paradiſi. Qui verò multò ante ſe exercuit, & Chriſto militavit acquiſivit populorum animas, pro Chriſto ſe obtulit, habet paratum ſtipendiis ſuis Dei regnum, cujus ſe remuneratione donatum gaudeat. Ideò Petro dicitur, tibi dabo claves regni cœlorum. Ex latrocinio converſus, requiem habet, in Apoſtolatu probatus accipit poteſtatem.

Cæleſtis manſionis excellentiam, ac ſupernæ 20.
gloriæ majeſtatem multis expendit Joannes Eu- Euſeb.
ſebius l. 4. c. 6 intérque hæc ſubjicit: *Tota hæc orbis venuſtas ad quam præ admiratione ſtupuerunt*
Philoſophi, horror eſt & deformitas? illius combi- *Celſitudo æ-*
natione, ſi cœlum, & natura quam Deus velut *ternæ beati-*
repentè fecit, & tam facile ac eſt dici talia *tudinis.*
ſunt, quale erit, quod præparavit ab æterno diligentibus ſe; In naturæ donis, ut Dominum ſe

ſe habuit Deus, imperando mundum fecit; at in gloria ut ſervus tranſiens, & diligens eſt miniſtrando quaſi placere cupiens. Univerſus orbis nullius ſumptus Deo fuit, niſi unius vocis, verbo fecit illum. At gloria ſervitio, & obſequio ſuo diligentiſſimum, & ſollicitum habuit; imò opprobriis, paſſione, & morte patientiſſimum. Hæc & alia multa ipſe ſatis eleganter, & pulchrè diſcurrit.

Gregor. *Beatus alterius beati felicitatem ſuam reputat.*

21. D. Greg. lib. 3. Moral. c. 31. *In ipſis manſionibus,* ait, *erit aliquo modo ipſa diverſitas concors, quia tanta vis amoris in illa pace nos ſociat, ut quod in ſe quiſque non acceperit, hoc ſe accepiſſe in alio exultet.* Diverſæ ſunt manſiones in cœleſti patria, & licet una ſit major aliâ, nulla tamen in cœleſtibus civibus eſt invidia, ſita omnes ſunt amore conſociati, ut quod unus accipit, alter ſe putat accepiſſe.

Geneſ. 24.

22. Poſtquam ſervus Abrahæ advenit in domum Laban quærens uxorem Iſaac filio Domini ſui, & ad hoc expoſtulaſſet Rebeccam, cumque ad petitionem ejus annuerent omnes, ait Textus: *Prolatiſque vaſis argenteis, & aureis, ac veſtibus dedit ea Rebeccæ pro te munere fratribus quoque ejus, & matri dona obtulit.* Geneſ. 24. n. 53. Cur non ſolùm Rebeccæ, quæ in matrimonium ducebat, dat munera, ſed etiam matri, ac fratribus? Tanto amoris vinculo colligabantur Rebecca, mater, ac fratres ejus, ut quod quiſque accipiebat, Rebecca ſe accepiſſe reputabat. Oleaſter: *Rebecca dedit vaſa aurea, & argentea matri, & fratribus dedit donaria, quoniam illa principalis erat in negotio, ex cujus conſenſu res præcipuè pendebat.* Si res tantùm ex ejus conſenſu pendeat, dat tamen aliis, qui aliorum dona ut ſua reputabat.

Oleaſter. *Rebecca bona data fratribus ſua reputabat.*

23. De illis ardentiſſimis Seraphinis, qui adſtabant ad Dei thronum, *Clamabat alter ad alterum, Sanctus, Sanctus, Sanctus,* Iſai. 6. n. 3. Cur unuſquiſque non inceſſabiliter clamabat, ſed locum alteri dabat Divinam acclamandi majeſtatem? Cœleſtes illi Spiritus in Deo laudando ſciunt comites, ſociósque honoris admittere, ne ſibi ſoli quiſque videatur cupere ſanctitatem, ſed de alterius ſanctitate ſic unuſquiſque gloriatur, ac ſi propria ſua eſſet. N. D. Cyril. Alexandr. lib. 1. in Iſai. *Os eorum,* ait, *plenum eſt fauſtis ominationibus, ac laudibus, gloriam enim decantant, idque alternis vocibus, ſed honore ſibi mutuo cedunt.*

Iſai. 6. *Unus beatus alteri beato beatitudinem cupit.*

Cyril.

Quæstio IV.

Quare Chriſtus ut turbationem Diſcipulorum depellat, in cœlo addidit multas eſſe manſiones?

24. Reſpondet primò Euthym. *Cum dixiſſet Dominus ad Petrum, poſtmodum me ſequeris, turbati ſunt timentes, ne quando ipſi ab eo amputarentur, ſolo Petro ſequente.* Quia à Chriſto dictum fuerat Petro, *Quò ego vado non potes me modò ſequi, ſequeris autem poſteà.* Joan. 13. n. 36. Ne ergo exinde Apoſtoli turbarentur quod cum, Chriſtus ab eis diſcederet ſolum Petro dictum eſſet, ut poſtea eum ſequeretur, ait ſuis Apoſtolis in domo Patris ſui eſſe multas manſiones, ac domicilia, non enim cœleſtia bona ad unum coarctantur, ſed ad multos ſe extendunt.

Euthym.

Ioan. 13. *Divina bona ad multos ſe extendunt.*

25. Secundò admonet Divinus Magiſter, *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt:* Quibus innuit finem laboris eſſe dandum, ſedes enim ad requiem parata eſt. Hoc ſignificans Chriſtus dixit, *Et in me credite*; hoc eſt, ut explicat Chryſoſt. homil. 72. *Quod mala tranſibunt.* Unde ſubdit idem Sanctus Pater: *Conſidera quomodo conſolatur.* Conſideratus laboris terminus magnum illius levamen eſt.

Chryſoſt. *Finis in labore conſolatio.*

26. Diviti avaro in inferno demerſo, ait Abrahamus: *Recordare quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala, nunc autem hic conſolatur.* Luc. 16. n. 25. Erat Lazarus adhuc apud inferos, adhuc ſub terra, & tanquam in carcere incluſus. Nam videns Zacharias c. 9. n. 11. Sanctos Patres in Abrahæ ſinu quieſcentes, eos vinctos, ac incarceratos appellat. *Tu quoque, ait, in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua. Convertimini ad munitionem vincti ſpei.* Si Zacharias ait Sanctos in limbo vinci, & incarcerari, quomodo Abraham teſtatur eos ibi conſolari? Hic autem conſolatur, quænam conſolatio eſſe poteſt in vinculis, ac in carcere; qualénam poteſt eſſe gaudium in catenis, ac carcere? Perpende quod ait Propheta: *Convertimini ad munitionem vincti ſpei.* Licet vinctos dicat, tamen eos certa ſpe repletos agnoſcit, & qui ſpe potiuntur quod à carcere ſint liberandi, & quod vinculis terminus ſit imponendus, multam conſolationem habent, & magno levamine exultant. Vide tom. 3. c. 8. n. 109. & tom. 4. c. 4. n. 30.

Luc. 16.

Zachar. 9.

Spes de termino laboris levamen eſt.

27. Tertiò Maldon. ait: quod triſtes erant Apoſtoli, exiſtimantes ſe excludi à Chriſti regno, quandoquidem euntem eum non ſequerentur. *Conſolatur ergo eos, non propterea excluſos eſſe ſi modò non ſequantur, ſecuturos poſteà ſuo tempore, nec ipſis locum defuturum, in domo enim Patris ſui, hoc eſt in regno manſiones multas eſſe; ſuam cuique ſervari, neque timendum eſſe ne ab alio occupetur.* Putabant enim poſt Chriſti aſcenſionem in cœlum tanto nixu, ac ardore homines laboraturos, ut in regnum cœlorum tranſirent, ut omnia illius domicilia, ab aliis interim, dum illi differunt occuparentur; ait ergo Chriſtus: *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.* Nullus ex vobis, ô diſcipuli mei excludetur, ſuus unicuique ſervabitur locus; tanta enim merendi ſolicitudine cœleſtis felicitas procuranda eſt, ut timeri quodammodo poſſit, ne alius locum præoccupet, & cœli felicitatem feſtinus præripiat. Ex quo admonet Euſeb. homil. 3. ad Monach. inertè deſides. *Quomodo hoc dicit, ait, cui præceptum eſt. Nolite quærere quæ veſtra ſunt.* Et iterum. *Non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes; à quo non hoc ſolùm expetitur, ut mercedem ſuam impleat, ſed ut alienas invadat, præoccupet, rapiat.* Tanta induſtria laborandum eſt pro cœleſti patria, támque ſtudioſe quiſque hanc felicitatem ambire debet. *Vt non ſolum mercedem ſuam impleat, ſed alienas invadat, præoccupet, rapiat.*

Maldon.

Maxima induſtria cœleſtis patria procuranda.

Euſeb.

28. Angelo, ſive Epiſcopo Philadelphiæ Eccleſiæ ait Dominus: *Ecce venio citò, tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.* Apocalip. 3. numero 11. Syriacus legit: *Cave ne quis accipiat coronam tuam.* Arabicus: *Ne quis auferat coronam tuam.* Non ait illi quod non ſit negligens de ſalute, ut quod bonis operibus jam aſſecutus fuerat, illud amittat, ac abjiciat? Sed conſulit illi, ne quis coronam ejus bonis operibus debitam accipiat. Cur non dixit ne quis eam habeat, vel ne alicui alteri eam concedat: Cur uſus eſt verbo accipere, ſeu ut

Apoc. 3. Syriacus. Arabicus.

habet Arabicus, *auferre*, quod prædari, vel furari, aliquando ſignificat? Magna cum emphaſi hoc dixit, ne alius eam accipiat, vel auferat, quia noſtræ coronæ piis quibuſdam furibus obnoxiæ ſunt. Ait Chriſtus D. *A diebus Joannis Baptiſtæ regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Matth. 11. n. 12. Quomodo cæleſtis beatitudo, quæ nulla temeritate, neque humana audacia invadi poteſt, raptu tenebitur? Imò beatitudinis ratio amittetur, ſi furtum intendatur, non enim aliena beatitudine beatus homo, ſed potiùs ex alienis bonis furto ablatis cruciatur. D. Hilar. Can. 11. in Matth. *Volenti rapiunt illud, quia gloria Iſraëlis Patribus debita, à Prophetis nunciata, à Chriſto oblata, fide gentium occupatur, & rapitur.* Ex quo inſtruimur, ut quis multa induſtria, ac cautela ſe habeat, ne beatitudo ſibi oblata, ac nunciata, ab aliis rapiatur, ac occupetur.

Matth. 11. *Corona alicujus aliquando à piis furibus præripitur* Hilar.

29\. Suis diſcipulis ait Chriſtus: *Si ſciret Pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret utique.* Luc. 12. num. 39. Per furem Chriſtus D. intelligitur juxta communem ſententiam, ſed quomodo Chriſtus D. qui eſt omnium judex, & unicuique reddit quod ſuum eſt, per furem intelligitur? Quia piis furibus ſuffragatur, deſideratam illis coronam tribuens. Corona regni videbatur diſpoſita Phariſæo, qui Chriſtum in domo ſua excepit convivio. At Magdalena humilitate & charitate videtur illam præripuiſſe ſibi. D. Paulin. epiſt. 4. *Si vel in domo Phariſæi audiam juſtum veniſſe, contendam præripere hoſpiti gratiam, præripere ſi poſſem regna cœlorum.* Quiſque caveat, & multum vigilet, ne in pios fures incidat, à quibus miſer corona ſua ſpolietur.

Luc. 12. *Quilibet vigilet, ne illius coronam alius accipiat.* Paulin.

30\. Impie ignorantes Judæi ut Chriſti reſurrectionem celarent, perſuaſerunt cuſtodes ſepulchri data pecunia: *Dicite quia diſcipuli ejus nocte venerunt, & furati ſunt eum, vobis dormientibus.* Matth. 28. num. 13. Vere Judæe dormiſti, quando cœleſtem theſaurum inter latrones poſuiſti, quid inde reliquum erat, niſi quod prius latro tibi coronam ſalutis præriperet. Eleganter D. Petrus Chryſolog. ſerm. 37. *Erras Iudæe, hoc diſcipuli non tulerunt, ſed ipſe ſe furatus eſt, qui videbatur occiſus. Sed miror, quod Judæus Chriſtum requirit quem inter duos latrones feraliter collocarat; committit malè, cuſtodit impiè, iniquius quærit.* Theſaurum Judæus inter latrones ponit, ac dormit, multum errat dum illum quærit, planum erat, quod à piis, ac ſanctis latronibus præripiendum erat.

Matth. 28. *Errat Judæus quærens theſaurum, quem inter latrones poſuit.* Chryſol.

Ioan. 14. *n.* 3. Et ſi abiero, & præparavero vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad me ipſum; ut ubi ſum ego, & vos ſitis.

Num. 4. Et quò ego vado, ſcitis & viam ſcitis.

Num. 5. Dicit ei Thomas: Domine, neſcimus quò vadis, & quomodo poſſumus viam ſcire?

VERSIONES.

Syriacus. Et ſi proficiſcor paratus vobis locum, rurſus veniam, & aſſumam vos ad me, ut ubi ego ſum & vos quoque ſitis.

Vatablus. Et ſi abiero ad parandum vobis locum, redibo, & aſſumam vos.

D. Ambr. l. de bono mortis 12. Iterum venio, & accerſam vos ad me ipſum.

Vatabl. n. 4. Et quò ego abeam noſtis, & viam noſtis.

Syriac. n. 5. Dixit ei Thomas: Domine noſter, neſcimus quo abeas.

Tertul. lib. adverſ. Praxeam. c. 24. Domine, non ſcimus quò eas, & quomodo viam novimus.

Arabicus. Quomodo poſſumus viam cognoſcere

Vatablus. Viam noſſe.

EXPOSITIO II.

Connectit Dominus hanc ſententiam cum ſuperioribus, & ait, *ſi abiero.* Illud, *ſi*, idem eſt, ac cum, ſeu *poſtquam abiero*, explicat Alcuin. *per carnis abſentiam.* Mortemque meam, ac aſcenſionem in cœlum. Et præparavero vobis locum per mortem meam, ac ſanguinem effuſum, dandóque etiam vobis, ſucceſſoribúſque veſtris per cuncta ſæcula uſque in finem mundi Spiritum ſanctum, ejúſque gratiam qua meritoriè operantes voſmetipſos præparetis, ac digni efficiamini cœleſtis regni. *Iterum venio.* In morte uniuſcujuſque veſtrum, vel in univerſali judicio. Utroque modo exponunt Albert. Magn. D. Thom. D. Bonav. Carthuſian. Hugo, & alij, & benè cum eis dicit ſe eis præparaturum locum in cœlo, ut ait D. Auguſt. *Manſiones in manſionibus*, de quo quæſt. ſequenti, eis memoriam impendentis mortis, ac judicij objicit, ut illa meliores fiant, ac maximè ad regnum diſponantur. Et non ait veniam de futuro, ſed venio de præſenti, ut ait Hugo, quia memoria judicis, ac mortis ſemper habenda eſt ante oculos. Vel quia in his, quæ ad ſalutem pertinent, nullum voluit exprimere futurum, oſtendens quæ in primum illa ſint facienda, ſaluti enim ſemper inſiſtendum eſt. Vel ut tertiò exponit Tolet. annot. 5. in fine, ſed *Venio*, ac ſi dicat jamjam in proximo eſt adventus meus. *Mille anni apud Dominum, ſicut dies unus*, 2. Petri 3. n. 8. 31.

Alcuin.

Alb. Magn. D. Thom. Bonavent. Carthuſ. Auguſt.

Hugo. *Memoriæ mortis, ac judicis ante oculos.*

Et accipiam vos. Eodem modo exponitur, tam de morte uniuſcujuſque, quam de extremo judicio, ac ſecundo Chriſti adventu, ut exponit N. D. Cyril. Tamen ſatis aptè Barrad. Luc. Burg. de adventu in morte, ac extremo judicio exponunt. In morte enim venit Dominus ad diſcipulos, ac ſuos fideles, & eorum animas accipit ad ſeipſum in gloriam; in extremo judicio adveniet, & animas corpori unitas accipiet ad ſeipſum. *Ad me ipſum.* Hoc eſt ad conſortium meum, ad cœleſtes manſiones. *Vt ubi ſum ego, & vos ſitis.* In cœlo nempe, ac æterna beatitudine. Et magnum levamen dat eis hac ſpe propoſita oſtendítque nullam eſſe rationem triſtitiæ ex ejus diſceſſu, qui tam neceſſarius, ac utilis eſt eis ad aperiendam viam in regnum cœlorum. *Et vos ſitis*: Aſſerit Chriſtus ſuos diſcipulos futuros eſſe cum ipſo, non tamen explicat, qua gloria, ac beatitudine, tamen ex eo quod dicitur futuros eſſe cum Chriſto, intelligitur 32.

Cyril. Barradas. Luc. Burg.

gitur ut participes ejuſdem beatitudinis, licet non æqualis.

Quo ego vado. Hæc adjicit Chriſtus ut alia ratione ei conſolationem præberet. Dixerat ſupra Dominus in domo patris ſui eſſe manſiones multas, & quod ad eas præparandas ibat; nunc ergo ex his præcedentibus infert, de meo receſſu non debetis eſſe ſolliciti, ſed illius terminum ſatis ſcire debetis quod ad Patrem tendo. *Et viam ſcitis.* Scilicet meam fidem, ac doctrinam eſſe viam ad cœlum. Euthym. *Ex his*, ait, *quæ frequenter dixi vobis, hoc & illud noctis ſi recordamni.* Sciebant Apoſtoli Chriſtum frequenter dixiſſe, ſed nondum illa intelligebant, nec etiam eorum meminerant, ſciebant ergo Apoſtoli habitu, non tamen actu. Sciebant obſcurè, & confuſè, non tamen diſtinctè, & in particulari, quod Chriſtus ſcilicet ſit via, Pater verò terminus viæ. Ita exponunt Ribeira, Maldonat. Toletus, Luc. Burg. Cornelius.

Euthym.

Ribeira. Maldonat. Toler. Luc. Burg. Cornel.

34. Cathuſ. *Cum unus ignorat aliquid, omnes id ignorare ſibi perſuadet.* Joan. 13.

Dicit ei Thomas: Loquens in ſua perſona, ac condiſcipulorum, ut ait Carthuſian. nam cum unus aliquid ignorat, omnes id ignorare ſibi perſuadet, & omnium ignorantiam facilè Thomas exiſtimavit, quia primum eorum Petrum interrogantem, *quo vadis.* Joan. 13. n. 36. non fuerat edoctus determinare de loco, ignorato termino viæ, via etiam planè ignota erat, & cum Petrus ignoraſſet eam cæteros etiam ignorare non dubitavit Thomas, *Domine, neſcimus quo vadis.* Chriſtus dixerat, ut ait D. Auguſt. utrumque eos ſcire, & quò eat, & qua via ire poſſit, utrumque ſe, & cæteros Apoſtolos ignorare dicit Thomas. Qui enim terminum viæ næſcit, viam quoque ad terminum neſcit; ac ſi diceret Thomas omnium nomine, audivimus te dicentem, quod tendas in domum Patris tui, ubi multæ ſunt manſiones, an verò hæc manſio Patris tui ſit in cœlo, ut ſuſpicamur vel in alio loco magis nobis eſt explicandum, ac aperiendum.

Auguſt.

QUÆSTIO V.

Quomodo Chriſtus vadit ad præparandum locum qui jam paratus eſt à conſtitutione mundi?

35. Ait Chriſtus D. in hoc c. 14. Joan. n. 2. *In domo Patris mei, manſiones multæ ſunt.* Nempè paratæ, ut ipſemet Chriſtus explicavit, Matth. 5. num. 34. paratæ à conditione mundi, & tamen mox in hoc capite ſubdit Chriſtus. *Ego vado parare vobis locum:* Iterum: *Si abiero, & præparavero vobis locum.* Quæ loca ſecum pugnare videtur ut notavit D. Auguſt. tract. 68. in Joan. *Quomodo vadit*, ait, *& parat locum, ſi jam multæ manſiones ſunt? Si quo minus dixiſſem, vado parare, aut ſi adhuc parandus eſt cur non merito dixiſſet, vado parare; An iſtæ manſiones & ſunt, & parandæ ſunt?* Si ergo manſiones paratæ ſunt in cœlis, quomodo ergo ait Chriſtus, quod eas vadit parare? quodnam decoris ornamentum ſupereſt, ut à Chriſto exornentur, ac componantur.

Matth. 25.

D. Auguſt.

36. Auguſt. Reſpondet D. Auguſt. citatus ſolvens nodum difficultatis, ait Chriſtum dixiſſe, quod ipſe ibat ad cœleſtes manſiones ornandas, ac præparandas, quin è cœlo miſſurus erat Spiritum ſanctum cujus gratia operante Apoſtolos omni virtutum genere adimpleret, eorúmque merita maximè augeret, & ſic manſiones præparantur, ac cælum ornatur. Sic ait citatus Auguſtinus: *Para autem quodammodo manſiones, manſionibus parando manſiones.* Et poſteà ſubdit: *Hæc domus Dei, hoc templum Dei, hoc regnum Dei, regnúmque cœlorum adhuc ædificatur, adhuc fabricatur, adhuc paratur. In illo erunt manſiones, ſicut eas adhuc parat Dominus: ſed quid eſt, quod ut præpararet, abiit, cum profecto nos ipſos præpararet.* Similiter Cardinalis Hugo: *Præparavero vobis locum in Spiritus ſancti miſſione, quia Spiritus ſanctus eos aptavit ad merendum; & ad parandum illam manſionem.* Cum ergo Chriſtus D. manſores ſeu ſuos electos meritis locupletat, ac exornat, cœli manſiones præparat, ac condecorat, beatorum enim merita, cœli, ſediliúmque cœleſtium decus eſt, quis enim dubitat, quod gloria, ac honor regni merita ſint regnantis? ſic etiam tunc auguſtior honos ac auctoritas ſedis, & purpuræ nitet, cum merita poſſidentis fulgent. *Vt præpararet abiit, cum profecto nos ipſos præpararet.* Hinc Chriſtus D. in ultimo die judicij beatorum merita latè recenſet, & exaggerat, ut eorum juſta merces pateat, cœleſteſque manſiones illuſtrius exornentur.

Hugo.

Beatorum merita, cœleſtium ſedilium ornatus.

3. De ſuo dilectiſſimo ſponſo decantat anima ſancta; *Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis Libani, columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum.* Cant. 3. n. 9. Totum illud ferculum ædificatur de lignis Libani, utpote illius tectum, ac partes in circuitu, columnæ verò ex argento componuntur. Reclinatorium verò ex præſtantiori materia, auro nempè fabricatur. Cur ergo non potius fiunt ex auro tectum, columnæ, ac cæteræ ferculi partes, quæ magis viſui objiciuntur, ac patent, quam reclinatorium, quod à recumbente corpore occultatur; Reclinatorium illud non erat ex ſe aureum, tamen cum caput Chriſti, quod ut dicitur Cantic. 5. num. 11. *Caput ejus aurum optimum*, adhæret reclinatorio, illud aureum reddidit, Gillibertus ſerm. 18. in Cant. *Caput tuum*, ait, *aurum optimum, reclinatorium aureum non invenit, ſed reddit? ubi ſe reclinat.* Expende, *non invenit, ſed reddit.* Reclinatorium illud aureum non erat, ubi tamen primum Chriſti caput aureis meritis fulgens, illud attigit, ſic nobilitavit, ſic condecoravit, ut totum in aurum tranſmutaret. Tam inſigniter à recumbente reclinatorium exornatur, ut ex auri excellentiſſima materia totum compoſitum inveniatur, cum aliàs ex illa non eſſet: *Reclinatorium aureum non invenit, ſed reddit.*

Cant. 5.

Cant. 5. Gilibert.

A meritis ſedentis nobilitatur ſides.

38. Vidit Joannes Dei thronum: *Et in circuitu ſedis ſedilia viginti quatuor, & ſuper thronos viginti quatuor ſeniores ſedentes, circumamicti veſtimentis albis, & in capitibus eorum corona aurea.* Apocal. 4. num. 4. Deſcribitur qualis eſſet veſtis, nempè alba, qualis, & coronæ referuntur aureæ ſcilicet, at nihil de materia throni dicitur, cur hæc non exprimitur, ſicut alias vidimus declarari; nam de antiquo dierum dicitur, *Thronus ejus flammæ ignis.* Dan. 7. num. 9. Sic & Salmonis thronus de ebore fabricatur. 3. Reg. 10. num. 18. Cur ergo & ſeniorum thronus ex quali materia eſſet compoſitus non narratur? Eorum coronæ aureæ commemoratur: per quas ipſorum merita denotantur, ut tenent Anſbertus, Gloſſa, Lyranus: & alij, cum merita eſſent aurea, aureos thronos reddiderunt, ab aureis meri-

Apoc 4.

Dan. 7. 3. Reg. 10. *A meritis condecoratur ſedes.*

Ansbert. Gloſſa. Lyran.

tis, aurea throni materia declaratur, ac ſignificatur.

39. Cum David fugeret ad Regem Achis, ſervi ejus dicunt ei: *Nunquid non iſte eſt David rex terræ? Nonne huic canebant per choros, dicentes, percuſſit Saul mille*.1.Reg.21.n.11. Nunquam regalia inſignia viderant in David, & tamen regem terræ, veluti univerſæ terræ dicunt & Saul, regali purpura fulgebat, ſine regis nota pronuntiat: Unde tanta differentia? In David apparebant merita, in Saül verò demerita? David cum meritis ſine corona regali tanquam regem agnoſcunt. *Iſte eſt David rex terræ.* Et contra verò Saül cum corona ſine meritis non ut regem reputant. *Percuſſit Saul mille*; non enim dignitas nobilitat perſonam, ſed perſona dignitatem; ab indigno corona devenuſtatur, à benemerente dignitas ſublimatur. Caſſiod.2. var. *Nemo corona extollitur, ſi à factis deprimitur.* Vide tom.1.2.3.& 4. verb. *Meritum*, ſeu *Dignitas*, in Indice.

Corona ab indigno devenuſtatur, à merente ſublimatur.

Caſſiod.

Quæstio VI.

Quare ex omnibus Apoſtolis ſolus Thomas Chriſtum interrogat de via, ac termino?

40. Multa cum reverentia loquitur D. Thom. ut notat D. Chryſoſt.homil.72. *Conſidera*, ait, *quam reverenter non dixit: Dic nobis locum, ſed neſcimus quo vadis.* D. Thomas cum cæteris Apoſtolis maximè optabat ſcire locum ad quem Chriſtus tendebat? tamen ob reverentiam in Magiſtrum interrogare non audet, ſed ſimpliciter ſuam, ac omnium ignorantiam fatetur ut Chriſtum commoveat, ut apertius loquatur, clariúſque eos doceat, & ſubdit ipſe Chryſoſt. quem ſequitur Theoph. *Quod Petrus quidem amoris gratia, quo iret, interrogavit.* Joan.13. n. 36. Thomas autem metu, ne fortè in locum aliquem eat, ipſi, ac diſcipulis periculoſum: Nam, ut ait Euthym. *Putabat ſenſibilem aliquem locum eſſe quò iret, & eodem modo viam eſſe ſimilem.* Ac proindein locum aliquem terrenum diſcedere. At cum Thomas interrogaret, à Chriſto meruit edoceri de via, quod non legimus factum cum Petro ſatis mihi eſt probabile, quod ex affectu amoris interrogaverit etiam.

Chryſoſt.

Modeſtia Apoſtolorum interrogare non audet.

Theoph.

41. Ad quæſtionem: dixerat Chriſtus quod Apoſtoli viam, ac terminum ſciebant, quo ipſe ibat, ad quæ Thomas reſpondit: *Neſcimus quo vadis, & quomodo poſſumus viam ſequi.* Satis inſinuans quanto ſtudio Magiſtrum ſequi vellet. Vehementer ſcire cupiunt Apoſtoli, ut placet Chryſoſtomo, quò Magiſter abeat, ut viam cum Magiſtro teneant, ab eóque non diſcedant. Unus tamen Thomas id interrogat, victus amore, ac compulſus affectu Magiſtri, quis enim diſcipulus à Chriſto procul eſſe velit, ac ſuſtineat? Saturatis turbis, cum Chriſtus à ſe emitteret Apoſtolos, ut altiſſimæ orationi nocturnæ vacaret, ait D. Marc.6.n.45. *Statim coegit diſcipulos ſuos aſcendere navim, ut præcederent eum trans fretum.* Cur diſcipuli qui valdè promptè erant obedientes; & ad minimum Magiſtri nutum mandata exequebantur, dicuntur nunc ab eo cogi, ac compelli ad traſfretandum? Opportunè Victor Antioch. *Quia ſe ab illo divelli non facilè paterentur.* Valdè durum erat diſcipulis ut à Magiſtro per breves horas diſiungerentur, & veluti quadam vi cogendi fuerunt. Rem etiam amplificat Matt. text. 14. n.22. *Statim compulit Jeſus diſcipulos aſcendere in naviculam.* Acerbum erat diſcipulorum cœtui, ut à Magiſtro digrederentur. D. Chryſoſtomus hom. 50. in Matth. *Cum dicit, compulit*, ait, *declarat, quod magno jure amore præſentiæ diſcipuli tenebantur.*

Thomas ex amore interrogat.

Amor Apoſtolorum non patitur à Magiſtro divelli. Marc. 6.

Antioch.

Math. 14.

Chryſoſt.

Si attentè expendas totam ſeriem Cantici canticorum, invenies quod modo dilectæ animæ adeſt ſponſus; Nunc tanquam præſens illi alloquitur, nunc tanquam abſens eloquium intermittit, cũ adeſt laudat ſponſam, *Pulchræ ſunt genæ tuæ.* Cantic. 1. n. 9. Abeſt tanquam ad venatum tranſiens per montes. *Saliens in montibus, tranſiliens colles.* Cant.2.n. 8. Ut præſens eam excitat ad negotium, *Surge, propera amica mea.* Ibidem.n.10. & alloquio intermiſſo, ac ſi in fugam ſe dediſſet, à fuga eum revocat virgo, *Revertere dilecte mi*, n. 17. Ipſum ut abſentem in lectulo per noctes quæſivit.3.n. 1. ipſóque invento gaudet. *Paululum cum pertranſiſſem eos, inveni quem diligit anima mea.* Et ſic ferè paſſim in toto cantico, ad quid tot rerum vices, modò ſponſam adit, modò abit, nunc accedit, nunc abſcedit, quo id conſilio? Præclarè D. Bernard. ſerm.74. *It, & redit*, ait, *pro beneplacito ſuo, quaſi viſitans diluculo, & ſubitò probans.* Divinus ſponſus toties ſe ſubtrahit colloquio caſtiſſimæ Virginis, ut ipſius dilectæ probetur amor, creſcátne illius ardor, an decreſcat ſponſi abſentia; ſic ait D. Paſch.lib.3.in Thren. *Frequenter abſens videtur, ut ſponſæ amor acrius inflammetur.* Iterum verò frequenter adeſt compulſus ab amore, nam vis amoris diuturnam abſentiam non patitur, ac ſuſtinet. Nam verus amor abſentem enecat amicum. 42.

Cant. 1.

Cant. 2.

Cant. 3.

Bernard.

Verus amor abſentia probatur, & hanc non ſuſtinet.

Quæstio VII.

Quare D. Thomas reſpondit, Apoſtolos neſcire, viam, ac terminum, quo Chriſtus vadit, cum ipſe dixiſſet utrumque eos ſcire?

Rogavit Chriſtum Petrus: *Domine, quò vadis?* Joan.13.n.36. ad quod Dominus directè non reſpondit, inſtruens eum de via ſua, inde inflammati ſunt diſcipuli deſiderio ſciendi Chriſti viam. Nunc in præſenti dixit Dominus: *Quo ego vado ſcitis, & viam ſcitis*, ad quod ex D. Chryſoſt. ait Theoph. *Quia ſciebat cogitationem eorum, quærentem diſcere quo vadat, dat eis occaſionem rogandi.* Ad quod D. Thom. reſpondit: *Domine neſcimus quò vadis, quomodo poſſimus viam ſcire.* Unde à Chriſto meruit edoceri de via ac termino, quod cum D. Petro non legimus factum; cum enim D. Thomas ſuam, ſuoúmque condiſcipulorum ignorantiam agnoſceret: *Domine, neſcimus quo vadis*; & fateretur, ad magna, ac alta ſublimatur; qui enim ſuam ignorantiam agnoſcit, magnarum rerum dignus invenitur. 43. Ioan. 13.

Theoph. D. Chryſ.

Qui ſuam ignorantiam agnoſcit, magnarum rerum dignus eſt.

Quæſtio tamen eſt: Chriſtus dixerat, *quo ego vado ſcitis, & viam ſcitis.* Ad quæ reſpondet D. Thomas, *Domine, neſcimus quò vadis, & quomodo poſſumus viam ſcire?* Ac ſi dicat Thomas, quo pacto ſcire poſſumus viam quò tendis quam neſcimus: Qui enim neſcit terminum, viam quoque ad 44.

Difficultas quæſtionis.

ad terminum neſcire oportet. Si enim locum in quem à nobis diſcedis, ignoramusque quonam modo viam, qua iter eſt facturus, ſcire poſſumus; Audivimus te dicentem, quod tendas in domum Patris tui, ubi manſiones multæ ſunt, nobis præparare locum, ubi autem hæc domus Patris tui ſit, certè ignoramus, ac proinde viam ad illam.

45. Reſpondetur primò: Juxta ea, quæ dixi in expoſitione quod Chriſtus dixerit, quod ipſi ſciebant viam, ac terminum obſcure, & confusè, ipſi verò neſciebant, ut ait Thomas, clarè, diſtinctè, & in particulari. Secundò, quod Apoſtoli ſciebant habitu, tamen mœrore, ac triſtitia ita ſunt conturbati, ut actu neſcirent, ac obliviſcerentur eorum quæ ſciebant.

46. Tertiò: Altè, ac proindè reſpondet D. Auguſt. tract. 96. in Joan. *Vtrumque*, ait, *illos Dominus dixerat ſcire utrumque dicit iſte neſcire, & locum quo itur, & viam qua itur. Sed neſcit ille mentiri? ergo iſti ſciebant, ſed ſe ſcire neſciebant. Convincit eos jam ſcire, quod ſe putabant ad huc uſque neſcire.* Nunquid Diſcipuli contradicunt Magiſtro; nam ipſe apertè ait eos ſcire, *quo ego vado ſcitis, & viam ſcitis*, at Diſcipuli diſertè fatentur ſe neſcire. *Domine, neſcimus quo vadis.* Auguſt. *Ergo iſti ſciebant, ſed ſcire ſe neſciebant.* Inde tamen convincitur eos ſcire, quia dicunt ſe neſcire; nam vera ſapientia inſipientiam ſapit, ac cujuſdam ignorantiæ ſpeciem præbet. Apoſtolorum ſcientia manifeſta erat divinis oculis. *Quò ego vado, ſcitis.* At ipſi ignorantiam prætendebant, docta inſipientia pollebant, quia ſciunt ſuum neſcire, & ab hac inſipientia, utpotè humiliores, ſapientiores, ac prudentiores evadunt. Vt dicat eis æterna Sapientia, *quò ego vado, ſcitis.*

diſcipuli ergo ſciebant, quia eum ſcire neſciebant.

47. Divina Benignitas dat cœleſtem panem filiis Iſraël, quod tanquam quid minutum apparuit, *quaſi pilo tuſum in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram quod cum vidiſſent filij Iſraël, dixerunt ad invicem: Manhu? quod ſignificat quid eſt hoc? Ignorabant quid enim eſſet.* Exod. 16. n. 15. Accipitur ille Divinus ros, qui experientia deprehenditur eſſe cœleſtis cibus à Deo promiſſus, & ut oculis conſpicitur mutuò ſe interrogant, quid eſt hoc; ignorabant enim quid eſſet; ab hac ergo ignorantia, ſeu ab interrogatione ex ignorantia poſteà illi nomen inditum eſt ut deinceps manna diceretur. Vt notavit Lippoman. ibi: *Quod cum vidiſſent*, ait, *filij Iſrael dixerunt ad invicem, Manhu, quod ſignificat, quid eſt hoc? Ignorabant enim quid eſſet. Cibum ergo à Domino datum, quoniam aliter non poterant, Manna appellabant. Veruntamen ratio impoſiti nominis ab ignorantia accepta eſt.* Quando illud magnum Dei donum, *Manna* ſcilicet, primò acceperunt, cum tunc ignoraſſent, ejus conditionem, quod ex ignorantia dicerent, *quid eſt hoc*, bene ſe res habet. At poſtquam illud oculis perſpexerunt, guſtu, & tactu perceperunt, ac manibus contrectaverunt; ita ut nihil magis notum eſſet in populo, quam manna? cur adhuc ab ignorantia nomen retinet; *Ratio impoſiti nominis ab ignorantia accepta eſt.* Vt oſtenderetur quod magnum illud Dei beneficium ab omnibus agnoſcebatur, ab ignorantia vocabulum imponunt, ignorantiáque celſitudinem doni venerantur tanquam ſi illius conditionem non penetrarent; ut proinde quanto magis fatentur illud ignorare, tanto apertius declarat, ſe illud agnoſcere, cujus magnitudinē non valent exprimere, nec aliquo vocabulo ſignificare, & inde illud appellant, *quid eſt hoc?*

Exod. 16.

Lipoman.

Ignorantia magnorum ſcientia declaratur.

In illa omnium ſplendidiſſima nocte, qua Chriſtus natus eſt in mundo aſtat Angelus paſtoribus feliciſſimus nati Salvatoris nuntias præferens: *Natus eſt vobis hodie Salvator, qui eſt Chriſtus Dominus.* Quæ poſtquam Angelus evulgavit ſubdit D. Lucas: *Et ſubito facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cœleſtis, laudantium Deum, & dicentium: Gloria in Altiſſimis Deo & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Luc. 2. num. 14. Cur cum primum natus eſt Chriſtus, hæc multitudo cœleſtium Angelorum Cantica, ac jubila non celebrat? Sed tantum hoc præſtat, choróſque agit, poſtquam uno Angelo Domini nativitas publicatur, Paſtoribúſque dicitur: *Natus eſt vobis hodie Salvator.* Venuſtè Gilibertus Abbas ſer. 12. in Cantic. *Vnus*, ait, *annuntiat, & tamen quaſi novum, & recens audiunt quod illis ignotum eſſe non poterat. O beata novitas, quæ Angelico gaudium præſtat auditui, & delectat illos ab alio audire, & quaſi diſcere, quod eos ab initio ipſa veritas edocuit.* Verum eſt quod Angeli ab initio altiſſimæ illuminati ſunt a Deo de celſitudine tanti myſterij; tamen in extrema apparentia, non ſe illius ſcientes exhibent, niſi poſtquam à primo Angelo audiunt dici, & publicari tanquam ſi veluti diſcipuli ab illo diſcerent, ac perciperent. Delectat illos ab alio audire, & quaſi diſcere, quod eos ab initio ipſa veritas edocuit. Notis, ac ſignis ignorantiæ diſcipulorum, qua veluti ab alio dicunt, declarant profundam ſcientiam, quam ab ipſa veritate acceperant, & ideò tanti Sacramenti non ſe inſpectores manifeſtant, niſi poſtquam à primo illo Angelo evulgatur: *Delectat illos ab alio audire, & quaſi diſcere.* 48.

Luc. 2.

Gilibert.

Vocis diſcipulorum declarant Angeli ſuam ſcientiam.

Joan. 14. *n.* 6. Dicit ei Jeſus: ego ſum via, & veritas, & vita; nemo venit ad Patrem niſi per me.

Num. 7. Si cognoviſſetis me, & Patrem meum utique cognoviſſetis: & amodo cognoſcetis eum, & vidiſtis eum.

VERSIONES.

Mari victor. Ego ſum janua vera, & recta, & quæ ducit ad vitam.

Tolet. Caet. ex Græco. Ego ſum illa via, & veritas, & illa vita.

Arabicus. Non venit quiſpiam ad Patrem meum, niſi per me.

S. Epiphan. Nemo ingreditur ad Patrem niſi per me.

Syriacus. n. 7. Si me noſſetis, etiam Patrem meum noſſetis, & jam nunc cognoſcitis eum, & eum vidiſtis.

Tertul. ad Praxeam lib. 4. *c.* 24. Sed abhinc noſtis illum, & vidiſtis illum.

Græc. & Arab. Et nunc cognoſcitis eum.

D. Hilar. lib. 7. *de Trinit.* Si ſcitis me, & Patrem meum ſcitis.

Caietan. Et amodo cognoſcite eum, & vidiſtis eum.

EXPO

EXPOSITIO III.

49. Chryſoſt. Dicit ei Jeſus: Notat D. Chryſoſt. homil. 72. quod quærenti Petro de via, Chriſtus Joan. 13. n. 16. ut jam ſæpè notavi, *non continuò reſpondit, ſed multo verborum ambitu uſus eſt.* Nunc verò apertius id revelat, ad magna, ac alta paulatim eos diſponebat *Ego ſum via.* In connexione horum verborum cũ antecedentibus multi interpretes multùm laborant, genuinus ſenſus eſt. Quod à me quæris Thoma, nempe viam meam ac ejus terminum, ſcilicet quò vadam, & qua via? *Ego ſum via,* ait Chriſtus, quam quæris, per quam ſcilicet ex hoc mundo ad Patrem. Jeſus ſibi ipſi ad patrem fuit via quia non per aliena merita, ſed per proprium ſanguinem introivit in ſancta. Hebr 9. n 12. Hanc ergo viam vos diſcipuli mei ſequi debetis, ut ex hoc mundo ad Patrem pervenire poſſitis. *Per ipſum acceſſum habemus ad Patrem.* Epheſ. 2. n. 18. *Et veritas:* Phraſis Hebraica eſt, & idem eſt, ac via vera; non inquam via fallax, ut terrena, ac mundana, ſed vera, & ita vera ut in abſtracto dicatur ipſa veritas, & vita; via nempe vera quæ ducit ad vitam, & ita via vera & recta, ut qui ab ea declinat, ſive ad dexteram, ſive ad ſiniſtram omnino erret; unde ſubdit: *nemo venit ad Patrem niſi per me.* Meam nempe doctrinam, ac fidem: *Non eſt enim aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri,* Act. 4. n. 12.

Paulatim ad magna diſponendum. — Hebr. 9. — Epheſ. 2. — Act. 4.

50. Caietan. Notat Caietan. quod in Græco dicitur, via, veritas, vita cum articulo: nempè *illa via, illa veritas, illa vita,* ut intelligamus quod Jesus non eſt quæcumque via ſed ſuprema via, ſuprema veritas, ſuprema vita.

51. *Si cognoviſſetis me.* Superiori verſu explicavit Chriſtus viam, & terminum, nunc verò eis aperit cauſam, ex qua provenit, quod ipſi neſciant terminum ad quem tendit, ſcilicet Patrem ſuum, *ſi me cognoviſſetis,* ſecundùm humanam, ac divinam naturam perfectè, & integra fide; de hac enim cognitione loquitur hic Chriſtus, ut notarunt D. Chryſoſt. hom. 72 N. D Cyril Alexand. lib. 6. c. 35. ait ergo Chriſtus, *Si me cognoviſſetis,* planè, ac perfectè, *& Patrem meum utique cognoviſſetis.* Sciretis enim quod ego cum Patre eandem numero habeo eſſentiam, naturam divinam, potentiam, ac voluntatem, cæteráque omnia attributa. D. Chriſoſt. citat. *Si meam noſſetis ſubſtantiam, dignitatem, noſſetis & Patris,* Euthym. *Si cognoviſſetis me ut oportet, quis ſim, quantum ad intellectum, & Patrem meum utique cognoviſſetis.* Apoſtoli tunc quidem cognoſcebant, & credebant Chriſtum eſſe Dei filium, ſed nondum tamen credebant eum eſſe conſubſtantialem Patri, eandémque cum eo habere naturam Divinam, id poſteà adventu Spiritus ſancti cognoverunt.

D. Chryſ. Cyril. — D. Chyſ. Euthym.

52. Hilar. Chryſoſt. *Et amodò cognoſcetis eum.* In futuro, & cum noſtra Vulgata legunt D. Hilar. D. Chryſoſt. qui & interpretantur de adventu Spiritus ſancti; cognoſcetis enim perfecta, & integra fide, cum Spiritus ſanctus in vos advenerit, mentéſque veſtras illuminaverit; interpretationem ſequuntur communiter recentiores, Maldonat Barrad. Luc. Burgenſ. Corn. & alii, Tertul. ac noſter D. Cyril. legunt in præſenti, *cognoſcitis,* fortè poſitum eſt præſens pro futuro, nam lectio noſtræ Vulgatæ præferenda eſt. Vel eodem modo explicatur ac dictio ſequens. *Vidiſtis eum* in præſenti tot virtutes, miracula, ac ſigna per me operantem. Quamvis enim non videritis eum nude in ſua ſubſtantia, ac deitate, vidiſtis tamen eum in me, meáque humanitate tanquam nube velatum; nam ex hac mea humanitate ſigna, & miracula, tanquam radios ſuæ divinitatis emittit. Ita D. Cyrill. D Chryſoſt. D. Thom. adducens illud: *Vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti à Patre.* Euthym. *Vidiſtis eum* ait, *id eſt potentiam ejus, per eam potentiam, per divina ſigna, quæ edidi, nam quæ ego poſſum hæc & ille.* Rectè ſubdit Tolet. in commentar. Qui ergo videbat Chriſtum, videbat Patrem tamen non cognoſcebat, niſi is qui perfectam fidem habebat, ſicut is, qui videt eum, qui Rex eſt, neſcit tamen Regem eſſe, videt Regem, ſed Regem non agnoſcit.

Maldonat. Luc. Burg. Barradas. Cornel. Tertull. Cyril. — D. Cyril. Chryſoſt. D. Thom.

QUÆSTIO VIII.

Quare Chriſtus Dominus dicitur via?

Reſpondent primo Janſenius, Maldonatus, & alii, quia ipſe per meritum paſſionis ſuæ nobis viam in cælum aperuit. Secundò, quia ipſe ſua doctrina nobis viam oſtendit, inſpirando nobis fidem, gratiam, & ſancta opera, & merita, quibus ut per certam viam tendamus in cœlum. Tertiò, quia ipſe hanc viam in cœlum ſua ſancta vita, ac paſſione præivit, primúſque per eam inceſſit, ut eum in eadem via ſequentes, ac imitantes, preſſuras, ac labores ſuſtinentes tendamus ad cœlum, quò ipſe aſcendit, & pervenit. D. Leo ſerm. 16. de paſſione. *Meritò,* ait, *Dominus ipſe factus eſt via, quia niſi per Chriſtum, non itur ad Chriſtum, per ipſum autem ad ipſum tendit, qui per ſemitam patientiæ, & humilitatis ejus incedit; in quo planè itinere, nec actus deeſt laboris, nec procella formidinis. Ibi ſunt inſidiæ, iniquorum perſecutiones infidelium, minæ potentium, quæ Dominus Rex gloriæ, ideo omni infirmitatis noſtræ forma percurrit, ut inter præſentis vitæ pericula, non tam optandum ſit nobis declinando iſta effugere; quam tolerando ſuperare.* Via ergo plena laboribus, plena inſidiis, plena certaminum difficultatibus. Chriſti exemplo terenda eſt, ut ad cœlum perveniamus, maximè fallitur, qui alio tramite cogitat incedendum. 53. Janſen. Maldon. — Leo. — *Via cœli ſudoribus plena.*

Ait Paulus Hebræor. 10. num. 6. *Habentes fiduciam introitu Sanctorum in ſanguine Chriſti, quam initiavit nobis viam novam, & viventem,* Pronomen *quam,* cohæret cum *viam novam,* refertque *introitum Sanctorum.* Cornelius. *Hic introitus non eſt aliud, quam via in cœlum. Via enim in cœlum, eſt initium introitus in cœlum, & introitus in cœlum, eſt complementum viæ in cœlum.* Chriſtus ergo primus viam in cœlum initiavit, qui illam primus ingreſſus eſt itaque ex invio viam fecit eámque nobis ſic ſtravit, complanavit, ac per viam reddidit, ut ipſa via ſit felix in cœlum introitus aut introitus initium, & valdè profundè hæc nova via in cœlum appellatur vivens, ut ibi ait Anſelmus. *Viventem id eſt durabilem, & manentem, atque nos ſanctificator expectantem, vel viventem, quia omnes qui in eam intrant vivere facit. Viventem, quia nullus per eam ingreditur, niſi quem vita ducit.* Vel potius dicam viventem, quia hæc via vivens, & animata eſt caro Chriſti, & Chriſtus ipſe, qui dicit: *Ego ſum via, veritas, & vita.* 54. Hebr. 10. — Cornel. — *Chriſtus nobis initiavit viam ad cœlum.* — Anſelm.

Apud

54 Iob. 27. D. Greg. *Chriſtus nobis oſtendit viam ad cœlum.*

Apud Job.27. n.11. dicitur, *Docebo vos per manum Dei.* Vbi D. Gregor.lib.18. Moral.cap.6.per manum Dei, filium Dei interpretatur, hac ergo manu veluti extenſa, brachióque extenſo indicante non ſolum nos vocat ad vitam, ſed etiam viam demonſtrat, ac oſtendit, qua ad ipſum venire, ac pervenire poſſimus.

55 Apparet Deus Abrahamo, aitque ei: *Ego ſum protector tuus, & merces tua magna nimis:* hoc eſt ego ſum omnium bonorum fons eróque præmium, ac beatitudo tua objectiva. Cur reſpondet Abrahamus. *Domine Deus quid dabis mihi? Ego vadam abſque liberis,* Gen.15. n.2. Quid eſt, quod dicis Abraham promittit tibi Deus ſe ipſum, tuámque gloriam futuram eſſe. Et hæc tanquam parvipendes, quia filium non habes: Abrahamus ex revelatione divina acceperat, mundi Salvatorem ex ſuo ſemine naſciturum, ſine cujus adventu ſciebat genus humanum non eſſe redimendum, nec æternam vitam conſecuturum. Rectè ergo Abrahamus Deo ſibi promittenti mercedem æternæ vitæ, ait: *Quid dabis mihi?* Ego vadam ſine liberis, ſine nempe Chriſto ex meo ſemine naſcituro, quomodo poſſum tantum præmium conſequi, cum nullus ſit alius, qui mihi viam in cœlum oſtendat, ad ipſúmque me adducere valeat. Carthuſian.ibi. *Admirando, ait, & piè conquerendo non diſcredendo locutus eſt, Domine Deus quid dabis mihi? quaſi diceret, æternam illam beatitudinem qualiter poſſem ſperare? Ego enim vadam abſque liberis, & ita Salvator mundi non orietur ex ſemine meo, nec per eum adepturus ſum maximum præmium illud.*

Geneſ. 15. — *Sine Chriſto non datur via ad cœlum.* — Carthuſ.

QUÆSTIO IX.

Quare Chriſtus hæc tria ſibi attribuit, quod ſit via, veritas, & vita?

56 DE genuino ſenſu horum verborum, ac de connexione cum antecedentibus jam dixi in expoſitione, quia tamen hæc Chriſti verba plena ſunt Sanctorum patrum ſententiis, quæ valdè elegantes ſunt, & inſerviunt ad morum inſtructionem, ideo altius examinanda ſunt.

57 D. Hilar. Primò D.Hilar.lib.7.de Trin. *Non nos ſeducit, ait, qui via eſt, nec illicit per falſa, qui veritas, nec in mortis relinquit horrore, qui vita eſt.* Similiter l. de eſſentia Patris, & Filij. *Nec ducit, inquit, per erratica, quia eſt via: nec illud per falſa, quia eſt veritas, nec in mortis horrore relinquit, quia eſt vita; ſi via, duce alio non indigetis? ſi veritas, non loquor falſa; ſi vita, etiam morientes ad me venietis.* Ac ſi dicatur: ego ſum via non fallax, ſed certa, quæ non ad mortem, ſed ad vitam ducit? in quo maximè diſcriminatur Chriſti via à ſæculi via, juxta illud Prov.16 n.25. *Et via, quæ videtur homini recta, & noviſſima ejus ducunt ad mortem.* Cum ergo juxta D.Hilar. ait Chriſt. *Ego ſum via, veritas, & vita.* Nos efficaciter perſuadet, ut nihil aliud præter ipſum quæramus, *Nam ſi via: duce alio non indigetis; ſi veritas; non loquor falſa: ſi vita, etiam morientes ad me venietis.*

Prov. 16. — *Nihil aliud præter Chriſtum quærendum.*

58 D. Cyrill. Secundò.D. Cyril Alexandrin. lib. 6. cap. 33. *Tribus rebus ait, ſuperiores conſequamur manſiones per actionem virtutis variam, per fidem rectam, per ſpem vitæ, quorum omnium nemo largitor eſt præter Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.* Egit Dominus ſupra de cœleſtibus manſionibus, ſubdit ergo, *Ego ſum via, veritas, & vita.* Tria hæc aſſignat, per quæ ad cœleſtes manſiones perveniendum ſit, via per actionem virtutis variam. Ideo nobis divinam legem dedit verbo, & exemplo nos docuit mundana deſpicere, piè, ac ſanctè vivere, & operari. *Et veritas per fidem rectam.* Ipſe enim eſt veritas, ac veriſſima, & rectiſſima regula fidei noſtræ, qui docuit nos veritates divinas. Vita eſt *per ſpem vitæ.* Vitam æternam, quam ſperamus, nemo nobis largiri poteſt, niſi ipſe. Senſus ergo eſt. *Nemo venit ad Patrem.* Qui eſt ipſa vera vita, beatitudo, *niſi per me,* niſi per charitatem ambulet in me, qui ſum via, ac per fidem credat in me, qui ſum veritas: & per ſpem confidat in me, qui ſum vita æterna.

In Chriſto ſunt nobis omnia.

Tertiò. D. Chryſoſt. homil. 72. in Joan. *Sum via, ait, quia per me venietis: ſum veritas, quia ſine dubio hæc erunt, quæ dixi: Sum vita, quia neque ipſa mors prohibere poterit, quominus ad me perveniatis.* Ac ſi dicat Chriſtus, ſum via ut explicat, quia per me à peccato ad juſtitiam, & ab hoc ſæculo ad æternam beatitudinem tranſeundum eſt. *Ego ſum veritas,* qui juſtitiam; & beatitudinem quam promitto, re ipſa præſto, & exhibeo. Ac proinde non dubitetis me venturum ad vos, ut volmetipſos aſſumam ad me in gloriam; ac proinde ne aliquando turbemini, cum vos occidi, necari pro me videatis, dicentes: quando ad te ibimus; qui dicis *ego ſum vita;* vos enim reſurgere à mortuis faciam: mors enim impedire non poterit quominus ad me veniatis, mecumque in via æterna regnetis. 59 Chriſoſt.

In Chriſto reſurrectio à mortuis.

Quartò D. Auguſt. ſerm.55. de verbis Domini ſecundum Joannem. *Quà vis ire; ait, ego ſum via? quo vis ire? Ego ſum veritas: ubi vis permanere? Ego ſum vita.* Sic explicat Albertus Magnus. Qua vis ire? cum ego ſim via quærentibus? Quo vis ire, cum ego ſim veritas invenientibus? ubi vis permanere. cum ego ſim vita ſine morte pervenientibus? Quintò, idem Albertus alio modo, via, ut ducam te per ſemitam rectam, veritas lucens ad ingrediendum. Vita paſcens in æterna beatitudine. 60 D. Aug. Albert.

Sextò. D. Ambroſius lib de bono mortis. c.12. ait Chriſtus, *Ego ſum via, veritas, & vita Nemo venit ad Patrem niſi per me. Ingrediamur hanc viam, teneamus veritatem, vitam ſequamur. Via eſt, quæ perducit; veritas, quæ confirmat; vita, quæ perſeverantibus redditur.* Et poſt pauca ſubdit. *Sequamur te Domine Jeſu, ſed ut ſequamur accerſi, quia ſine te nullus aſcendit. Tu enim via es, veritas, & vita, quia in via poſſibilitas, in veritate fides, in vita præmium. Suſcipe nos quaſi via; confirma quaſi veritas, vivifica, quaſi vita.* Omnia ſunt nobis in Chriſto, ſine ipſo nihil eſt in nobis Ipſe enim eſt via, in quo poſſibilitas: ſine Chriſto enim nihil poſſumus facere. In ipſóque eſt fides, quæ illuminat, vitæ præmium quod vivificat. 61 Ambroſ.

In Chriſto poſſibilitas via ad ipſum.

Septimò.D. Bernard. ſerm. 1.de Aſcenſione. *Sequamur, ait, Domine te per te, ad te, quia tu es via, veritas, & vita, via in exemplo, veritas in promiſſo, vita in præmio.* Idem D.Bernard. ſerm. 7. in cœna Domini. *Ego, ait, ſum via per quam eſt eundum, & veritas ad quam veniendum, & vita, in qua permanendum. Ego ſum via ſine errore, veritas ſine falſitate, vita ſine morte. Ego ſum via in exemplo, veritas in promiſſo, vita in præmio. Ego ſum via habilis, veritas irrevocabilis, vita interminabilis. Ego ſum via lata, ſpatioſa, veritas potens, & copioſa, vita* 62 D. Bern.

Chriſtus via in exemplo ſine errore.

vita delectabilis, & glorioſa. Quæ omnia elegantiſſimè ſunt dicta. Chriſtus via eſt in exemplo ſine errore, veritas invenientibus ſine falſitate, vita ſine morte permanentibus.

63 Octavò: Ait Chriſtus, *Ego ſum via, veritas, & vita, nemo venit ad Patrem, niſi per me.* Valdè mirum eſt quod Chriſtus D. hæc tria de ſe atteſtetur, quod ſit via, & via recta ſine errore ad vitam, & ſit ipſa vita, & quod ſit via ad Patrem. *Nemo venit ad Patrem, niſi per me.* Et quod Pater ſit in ipſo, unde ſubdit: *Si cognoviſſetis me, & Patrem meum utique cognoviſſetis, Philippe, qui videt me, videt & Patrem.* Quid eſt quod confundis viam cum termino? Permiſceſque ſolicitudinem viæ cum pacis ſtatione? Hinc indicavit Dominus adeò paratam, & promptam eſſe viam, quæ ducit ad vitam, ut idem ſit hanc viam ingredi, & portum jam tenere; ſi ſemel homo Chriſti ſemitam aggreditur, qua ad Patrem tendit, ibi Patrem repetit, jam terminum tenere videtur, de illóque jam poſſeſſo gaudere poterit.

Qui Chriſti viam ingreditur, portum jam tenet.

64 Joan. 8. Ait Chriſtus D. Joan. 8. n. 12. *Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ.* Videtur in his verbis ſublatere manifeſta quædam contradictio. Nam dicitur de præſenti, *non ambulat in tenebris.* Et ſtatim de futuro ſubditur, *habebit lumen vitæ.* Nam ſi non ambulat in tenebris mortis, jam habet lumen vitæ; & ſi non habet lumen vitæ, adhuc eſt in tenebris, privatio enim luminis tenebræ ſunt, & ſi non eſt forma privata neceſſe eſt, ut ſit illius privatio; aer enim neceſſario vel debet eſſe tenebris involutus, vel luce circumfuſus; quomodo dicitur ergo quod non ambulat in tenebris de præſenti, & quod in futuro habebit lumen vitæ. Qui ſequitur Chriſtum, eſt jam in via Chriſti, facilius ergo eſt credere aëris ſpatium lucem pariter ac tenebris eſſe deſtitutum, quam hominem incedentem in via Dei adhuc per opacas, & obſcuras tenebras incedere, & quod aliquid luminis vitæ ad quod tanquam terminum tendit, jam in ſe non habet, & participet. Aſtruitur ergo quod habebit lumen vitæ, quia ad ipſum, ut præmium, ac terminum pergit, & quod non ambulet in tenebris, quia jam ſic eſt expers tenebrarum caligine, ut jam ipſius luminis vitæ, quod illi eſt terminus præfixus viæ, aliqua portione fruatur, & gaudeat. D. Auguſt. tract. 34. in Joan. *Quod prævidit*, ait, *futuri temporis verbum poſuit, in eo quod facere debemus, præſens tempus poſuit.*

Qui Chriſti lumen ſequitur, jam in via ipſo lumine gaudet.

Auguſt.

65 Magno ardore iter agebat Saulus ad comprehendendos Chriſti diſcipulos: *Et cum iter faceret contigit; ut appropinquaret Damaſco, & ſubito circumfulſit eum lux de cœlo. Et cadens in terram, audivit vocem dicentem ſibi: Saule, Saule, quid me perſequeris?* Actor. 6. n. 3. & 4. cui ait Paulus. *Domine, quid me vis facere.* Cadit Paulus ab equo, in terra eliditur, oculorumq; lumine exuitur, & lux de cœlo coruſcans circumfulſit eum. Quid eſt, quod præcipitium conjungitur cum luce, cæcitas cum fulgore, eliſio corporis cum animæ ſanitate? Caſus Pauli ab equo ſtatum hominis converſi ad Deum, ac verè pœnitentis denotabat, ut docet D. Gregor Magn homil. 8. in Ezechiel. Cadit ab equo tanquam à faſtigio ſuperbiæ, ac vanitatis; excæcantur oculi, ac ſi ipſi mundanis claudantur, eliditur corpus in ſignum mortificationis, ac auſteritatis vitæ, jámque ibi denotabatur ingreſſus in viam Dei, quæ pergebat in cœlum, & tunc in ipſomet puncto, involvitur cœleſti lumine, ut noſcas, tam vicinam eſſe Divini Numinis claritatem incipienti, ac aggredienti viam Dominicam, ut ipſamet lux, cujus ope via munita fuit, et in ſignum beatitudinis, ad quam pergebat, illuxerit, ac effulſerit; & idem fuit via hanc inchoare, ac radiis termini perfrui, & magno ipſius termini pignore gaudere. Et notanter lux circunſtans non ſolùm dicitur lux, ſed exprimitur de cœlo. *Et circumfulſit ei lux de cœlo.* Cum inchoaſſet iter ad cæleſtem lucē jam in exordio itineris lux de cœlo circumfulſit ei, eáque fruitur, & potitur.

Act. 9.

Gregor.

Via Dominica vicina luminis claritati.

Quæstio X.

Quare Chriſtus in hoc ſermone multoties ac frequenter repetit Patris nomen?

In limine hujus quæſtionis nota, quod ait Chriſtus in præſenti *Nemo venit ad Patrem, niſi per me.* Et tamen Joan. 6. n. 44. ait Chriſtus: *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater qui miſit me, traxerit eum.* Cur qui trahendi ſunt ad Genitorem, vel gnatum, non unuſquiſque ad ſe trahit, ſed Pater ad Filium, & Filius ad Patrem? Attractio illa cujuſdam miniſterij ſpeciem aliquam præferre videri poterat. Hinc Pater trahit ad Filium, & Filius ad Patrem, ut ſumma æqualitas inter Divinas perſonas denotetur, & ut etiam earum multa charitas ſignificetur? nam ubi dignitas Patris erat ignota, ut manifeſtetur Filius dicitur ad Patrem trahere, & ubi excellentia Filij non agnoſcebatur, ut pateſiat, ſcribitur quod Pater ad Filium trahat. D. Chryſoſt. tom. 5. orat. de ſigillis. *Ante, ait, igitur fratres, Pater internum quidem in illo regio ſolio ſedens, eos qui ipſi adducuntur, ſuſcipit; interdum verò filio omni regio faſtigio per vices quaſi conceſſo, ipſe quaſi miniſter adoptat, & ad ipſum adducit? Minimè verò, quo modo ergo Filius ad Patrem, & Pater, ad Filium adducit; ubi Pater ignotus eſt Filius ipſum Evangelicis concionibus prædicat, veritatémque perſpicuè declarat? ubi verò Pater exiſtimabatur cognoſci, non item Filius, ille ipſe incogniti præco exiſtit.* 66

Joan. 9.

Chryſoſt.

Æqualitas ac mutua charitas inter divinas perſonas.

Quæſtio tamen principaliter inquirit, quare Chriſtus D. in hoc admirabili ſermone pluſquam quadrageſies ſexies Patrem nominat, ac vocat, totuſque in Patre laudando, colendóque eſt. Cur toties repetit Patris nomen, ſciebat Chiſtus Patrem dictis, & factis improbis hominum malè acceptum, ac proinde toties paternas excellentias dicit, ut paternum honorem curaret. Ad hæc etiam Chriſto ratio, ut veniret ad homines; Ait D. Cyril. Jeroſ. catech. 6. *Cognoſcis, ait, quid moverit à dextera throni deſcendere Vnigenitum: Pater ſpernebatur, erat ergo neceſſe ut Filius corrigeret errorem; oportebat, per quem omnia facta ſunt, deduceret omnia ad emendationem.* Filius per quem condita ſunt univerſa, eſſéque habuerunt, conveniens erat ut univerſa reſtauraret, ac reformaret, qui dedit eſſe, daret & reſtaurationem, ac reformationem. 67

Cyril.

Qui dat eſſe debet emendare, & reformare.

Secundò: Pater tam frequenter à Chriſto nominatur; tam in hoc ſacro ſermone, quam multis in locis apud Evangeliſtas, & nominatur tanquam omnium Dominus, ac gubernator, ut ſciant homines, quod Deus omnia gubernans Pater dicitur, paternoque affectu omnia diſponens, & regens, ut diſcerent Apoſtoli, qui omnium paſtores inſtituebantur utrumque populum paterno affectu, paterniſque viſceribus inſtruere, dirigere, 68

Prælati tanquam patres gubernent.

ac

D. Juſtin.

ac gubernare D. Juſtin. Martyr. dialog. cum Tryphone, *Vt intelligant populum veſtrum revocari paterne ad mentem meliorem.*

69. Tertiò. Sæpe ſæpius, ac iteratis verbis Chriſtus patrem ſuum dicit, & nominat, Chriſtus intimo amore Patrem habebat in corde, ideo vox aliud non ſonat niſi patrem. Neſcit enim affectus in lingua non verſare eum, quem intimè in animo tenet Pſalm. 66. n. 7. decantat Regius vates. *Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.* Non ſat erat dicere, Benedicat nos Deus, benedicat nos: ad quid toties repetit nomen Dei, cum alicui tanta iteratio ſuperflua videri poterat? intimo amore Deus erat in corde Prophetæ, & affectus charitatis non patitur abeſſe ab ore id, quod animus tenaci amoris propoſito tenet D. Philippus Abbas l. 2. in Cant. c. 13. *Videtis, ait, quia loqui ſemel, quod placet amantis, ſufficiens non putatur, ſed affectus tenerior, iterare, quod dixerat, gratulatur.*

Quod amatur, ſemper in ore habetur.

D. Philip.

70. Cum filij Jacob adducto Benjamin aſtarent coram Joſeph totius Ægypti gubernatore. *Tunc attollens Joſeph oculos vidit Benjamin fratrem ſuum uterinum, & ait, & an iſte frater veſter parvulus, de quo dixeratis mihi?* Gen. 43. num. 28. Vidit Benjamin, eumque agnoſcit eſſe fratrem uterinum, ad quid ergo ſuſcitatur an ſit frater eorum minimus, de quo dixerant, cum eum apprime cognoſceret? Si non dubitat eſſe fratrem ſuum, cur quærit an ſit ille? Eum intime diligebat, amans autem dilectum non ſolum oculis ſed etiam ore vult tenere, favos enim mellis in ore ſentit, qui quod amat loquitur, nec amanti eſt aliquid dulcius quam ut quem amat identidem nominet, crebroque perſonet D. Ambroſ. lib. de Joſeph. cap. 10. *Conſuetudo, & gratia charitatis eſt, ut dilectos nobis non ſolum oculis, ſed etiam ſermone teneamus. Agnoverat Ioſeph dilectum ſuum, ſed, ideo interrogabat, ut quem tenebat, vox ſonaret.*

Geneſ. 43.

Dulce amanti dilectum nominare.

D. Ambr.

71. Poſt diluvij caliginem, poſt ſerenatum cœlum, mittitur columba Noëmo nuntia ſerenitatis. *At illa veniet ad eum ad veſperam portans ramum olivæ virentibus foliis in ore ſuo.* Gen. 8. n. 11. Cur in ore Columbæ non alterius arboris, ſed tantum olivæ ramus defertur; & cur ramus olivæ non ab alia volucre, niſi à columba aſportatur? Columba iracundiæ felle caret, in viſceribus tantum habet pacem, ac lenitatem cum omnibus, hinc in ore ramum olivæ portat, *paci orbem annuntians.* Ut ait Divus Hieron. Epiſtol. 83, pacem, quam intimo affectu in corde habebat, in ore indicat, & oſtendit.

Geneſ. 8.

Hieron.

Joan. 14. *n.* 8. Dicit ei Philippus, Domine oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis.

Num. 9. Dicit ei JESUS: Tanto tempore vobiſcum ſum: & non cognoviſtis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Quomodo tu dicis: oſtende nobis Patrem.

VERSIONES.

Syriac. n. 8. Domine noſter oſtende nobis.

Epiphanius Oſtende nobis patrem tuum:

Syriac. n. 9. Dixit ei JESUS: hoc toto tempore vobiſcum ſum & non cognoviſtis me.

Tertull. adverſus Praxeam. Dixit ei Dominus tanto tempore.

Arabicus. Toto hoc tempore fui vobiſcum.

Origen. lib. 7. *contra Celſum.* Qui intellexerit filium: intelliget & Patrem.

EXPOSITIO IV.

DIcit ei Philippus. Cum audiſſet Chriſti verbum. *Cognoſcitis eum, & vidiſtis eum.* Scilicet patrem meum, non audet Philippus ob reverentiam in Magiſtrum, dicere non ita eſſe, ne contradicere præceptori videatur, ſed petit ab eo modeſtius, ut quod verbis dixerat patrem, ab eis viſum fuiſſe, id re ipſa comprobet, eumque eis demonſtret. *Domine*, Syriac. de ſuo more addit, *Noſter*; quod nomen eſt reverentiæ, benevolentiæ, *Patrem*, ſcilicet tuum. Quod petieritis Deum Patrem cerni corporalibus oculis docent Tertul. l. contra praxeam c. 24. D. Chryſ. hom. 73. in Joan. *Philippus, ait, carneis oculis videre volebat Patrem: Prophetarum forſitan recordatus, quod Deum viderint.* In eadem ſunt ſententia N. D. Cyril. Theophyl. Euſeb. Emiſſenus, Lyran. & alij: ac proinde juxta hos Doctores, hoc dixit Philippus immemor illius ſententiæ, Exod. 33. n. 20. *Non videbit me homo, & vivet* Cum homo ducitur appetitus affectu, ſtatim majoribus obliviſcitur D. Hilar. 7. de Trinit. tenet quod Philippus poſtulaverit à Chriſto apertius, ac clarius de patre doceri. Tertio dicam, ait Philippus *oſtende nobis Patrem eo modo,* quo cognoſci poteſt, volebat ipſum Patrem cernere ſive corporalibus, ſive ſpiritualibus oculis, forſitan nondum ſciebat Patrem corpore carere. *Et ſufficit nobis.* Hoc eſt te ſatis novimus, & vidimus, hoc ſolum nunc reſtat, ut Patrem, de quo frequenter loqueris, nobis oſtendat, ipſumque videamus, ut totum noſtrum deſiderium ſit expletum. 72.

Syriacus. Chryſoſt. Theoph. Euſeb. Lyran. Exod. 33. D. Hilar.

Dixit ei Ieſus. Noſter D. Cyrillus lib. 9. cap. 37. 73.
Inexcuſabilem Diſcipuli imperitiam oſtendit, dum Patrem exiſtimat cognoſci corporalibus oculis; ignorantiam diſcipuli non diſſimulat. Magiſter ſed arguit, leniter tamen, ac ſuaviter. *Tanto tempore.* Per tres annos nempe, & amplius, *& non cognoviſtis me.* Græcus, & Syriacus; *Non cognoviſti me Philippe.* In ſingulari adjuncto nomine Philipp. At noſtra vulgata, & communiter Latini in plurali, & idem eſt ſenſus, nam, ſæpe ponitur pluralis pro ſingulari, & in hac re cæteri Apoſtoli tunc non erant multum potiores Philippo. Ait ergo Chriſtus. *Non cognoviſtis me.* D. Chryſoſt. hom. 73. in Ioan. ſic interpretatur. *Philippe tantam accepiſti doctrinam, magna ſigna, & propria divinitatis, & non cognoviſti me.* Et maximè notandum, ut advertunt Theodorus Heracleot. D. Chryſoſtomus citat. Theophilactus, quod non dixit, non vidiſtis me, cum tamen de videndo potius, quam de cognoſcendo ageretur, ut diſcipulos præcipuè in ſolam corpoream cogitationem, ac viſionem intentos, ac ſpiritualem viſionem, quæ oculis animi fit traduceret, quæ magis propriè cognitio, quam viſio dicitur.

D. Cyril. Græcus. Syriacus. Chryſoſt. Theod. Theoph. Chryſoſt.

Philippe, eum nominat, ut attentiorem faciat, 74.
Qui videt me, Dei filium, *videt & Patrem meum.*

Nam ego, & Pater idem omnino ſumus, una eadem numero natura divina, ac proinde qui videt me, videt & patrem meum, quia ego & Pater idem ſumus. In Chriſto humanitas videbatur per ſe, Divinitas verò tanquam per accidens, quia non in ſe, ſed per humanitatem videbatur, ſicut modo in homine anima videtur per corpus, in quo movetur, & operatur. Unde qui oculo corporeo, de quo præcipuè loquebatur Philippus, videbat hunc hominem Jeſum, indirectè, & per accidens, videbat ejus divinitatem, quia hic homo revera erat Deus, ſub ejuſque humanitate latebat Divinitas, & hac ratione, qua videbat Deum filium videbat Deum patrem quia eadem numero eſt eſſentia Dei Patris, & Filij. Et ſimili modo, qui mentis oculo videbat, ac ex miraculis, ſignis, & oraculis ſcripturarum cognoſcebat hunc hominem Ieſum eſſe Dei filium, cognoſcebat etiam ex eiſdem principiis Deum eſſe patrem ejus: tum quia Deus filius non poteſt ab alio generari, niſi à Deo Patre, tum quia una eſt tantũ Divinitas, & eadem numero eſt in Patre, & in Filio. Ita N. D. Cyrill. Auguſt. Chryſ. Hilar. Toletus, Cornelius à Lapide.

Cyril. Auguſt. Chryſoſt. Hilar. Tolet. Cornel.

QUÆSTIO XI.

Quare Philippus ait, quod ſi oſtendatur Pater, ſufficit eis.

75. HÆc dixit Philippus, qui à Chriſto vocatus eſt in Concilium cum ageretur de providendo cibo quinque hominum millibus. Joan. 6. num. 7. & ſane aliis rationibus omiſſis, ut ſuo loco tractavi, inde præclarus conſiliarius inventus eſt, qui novit dicere *ſufficit*, hoc eſt, qui in habendi, ac acquirendi cupiditate novit terminum imponere, & ſiſtere pedem. Joan. 9.

76. *Ratio dubitandi.* Ad quæſtionem de ſenſu literali jam egi in expoſitione. Quæſtio ergo eſt, quod cum Chriſtus diceret, in domo patris ſui eſſe multas ſedes, ac manſiones, & quod ipſe erat via, veritas, ac vita, nihil horum poſtulat Philipus ſibi oſtendi, ſed tantum Patrem, quo eſtenſo ait, ſufficit nobis, ut nihil aliud quæramus.

77. D. Cyril. Reſpondet N. D. Cyrillus Alexand. lib. 1. Theſaur. c. 6. *Si patris nomen non eſſet dignius in Deo, quam ipſum nomen Deus, cur cum Diſcipulos ſalvator ad prædicandum mittit, non juſſit, ut in nomine Dei baptizarentur? Sed quaſi majorem divinæ naturæ oſtendens dignitatem, in nomine Patris, inquit, & Filij, & Spiritus ſancti: Philippus vero cum divinam curioſe ſcrutari naturam vellet, oſtende nobis Patrem dicebat, non oſtende nobis Deum.* Non tractat, ut oſtendantur ei cœleſtes ſedes, non ut oſtendatur ipſa via, veritas, ac vita, nec ut oſtendatur ipſa Deitas, ſed Pater, myſterij Trinitatis cognitionem anhelat, cujus pater eſt principium, ac origo. *Oſtende nobis Patrem dicebat, non oſtende nobis Deum.* Hinc Chriſtus non mittit ſuos diſcipulos ad baptizandum, in nomine Dei, ſed in nomine patris, *quaſi majorem Divinæ naturæ oſtendens dignitatem, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Tanta eſt gloria Trinitatis in ipſo Deo, ut ſit quaſi major Dignitas, quam ipſamet increata natura, ex quo Philippus dicebat: *Oſtende nobis Patrem, non oſtende nobis* Deum. Et Chriſtus mandat Baptiſmum conferri in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & non in nomine Dei, ut ipſa Deitas à Trinitate tanquam à majori dignitate cognoſcatur, potiuſquam ab ipſa natura. *Non juſſit ut in nomine Dei baptizentur; Sed quaſi majorem divinæ naturæ oſtendens dignitatem.*

Trinitas ſumma Divinitatis excellentia.

De nobis ait Joan. 1. n. 12. *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.* Et poſteà ſubdit: *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti à Patre.* Ibid. num. 14. Nos Evangeliſta filios Dei appellat, Chriſtum vero unigenitum Patris dicit, cur non potius unigenitum Dei, ſicut & non filius Dei vocat? Totus eſt Evangeliſta in explicanda Chriſti majeſtate, quod quamvis Verbum caro factum eſt, conſervat tamen etiam ſic integram Deitatis dignitatem Patris, ut ait N. D. Cyrill. lib. 1. in Joan. c. 17. & ibi Divus Auguſtinus, Chyſoſtomus, & alij. Ad hanc ergo ſupremam Chriſti dignitatem publicandam ſublimis Aquila Joannes, non unigenitum Dei, ſed patris intonat. Tanta eſt dignitas Trinitatis in Deo, ut ab ipſa Trinitate, cujus initium eſt Pater, magis exprimatur Chriſti excellentia; quam à quacunque alia Deitatis notione. *Non juſſit, ut in nomine Dei baptizarentur, ſed quaſi majorem Divinæ naturæ dignitatem oſtendens.* 78. Joan. 1.

Cyril. *Chriſti majeſtas explicatur per ordinem ad Trinitatem.*

Secundò ad quæſtionem non poſtulat Philippus ſibi oſtendi manſiones in cœlo, ſed patrem; tanto affectu rapiebatur Philippus ad Deitatis aſpectum, quia certo ſciebat, quod ad ſolius Patris præſentiam ſummam poſſet felicitatis acquirere cognitionem: fame, ac inedia confectus erat prodigus ille in regione longinqua, ait tamen, *ſurgam & ibo ad Patrem meum.* Luc. 15. n. 18. ſi fame, ac ſiti premebatur, cur non ait Surgam, & ibo ad domum Patris mei, in qua omnia abundant, cur non appetit domum paternam, ſed tantum Patrem: Optimè agnoverat ille, quod cum patre omnia habebat, ſine patre vero nihil poſſidebat, ex quo eleganter D. Hieron. Epiſt. 146. pungit filium ſeniorem, qui dolens ſuper feſtiva gaudia, ac epula fratris ſui, ſic conqueritur apud patrem *Nunquam dediſti mihi hædum, ut cum amicis meis epularer.* Luc. 15. n. 29. Pernicioſa ignorantia loquitur ſtultus iſte, non dixit; non dediſti mihi ut tecum epularer, ſed cum amicis meis, & quale gaudium, ac levamen tibi poterat eſſe, etiam ſi amicorum cunei circunſtarent, univerſaque bona afficerent, ſi unus pater tibi deeſſet. Sic ait Sanct. Hieron. *Erras Iſraël, dic potius ut tecum epularer, non poteſt eſſe tibi aliqua jucunditas, niſi Patre tecum celebrante convivium.* 79.

Luc. 15. *Solus Deus & non bonum creatum replet noſtrum cor.*

Luc. 15.

D. Hieron.

80. Cum percontaretur Philippus à Chriſto de terrenis panibus ad quinque mille homines ſaturandos: reſpondet, *Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis, ut unuſquiſque modicum quid accipiat.* Joan. 6. num. 7. At pertractans de ſpirituali animæ cibo, qui cor hominis reficit, ait: *Oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis:* Ita ut nihil amplius ſit deſiderabile, ut communiter interpretantur Doctores, ut dixi in expoſitione. Quid eſt, quod quamvis panes in magna multitudine adſint, ait Philippus quod non ſufficiunt eis, ut parvam offulam unuſquiſque accipiat; at verò cœleſtis cibus, Divinus nempè Pater, quamvis unus omnibus ſufficit, ſufficit vobis, ut nihil amplius optandum reſtet; In omni terrenorum copia fames, & eſuries, in Dei vero contemplatione ſaturitas, & abundantia

Joan. 6.

In terrenis penuria: in Deo ſaturitas.

D. Ant.

D. Anton. D. Antoninus p. 1. tit. 5. cap. 4. §. 3. *Nam*, ait, *ſiquid perfectè, & totaliter, & plerè poſſideatur, non ſufficit panis, id eſt refectio ejus ad ſufficientiam: & ſi aliquando reficiat, Pater perfectè reficit.*

Quæstio XII.

Quare Chriſtus Philippo interroganti eum arguendo reſpondit?

81. VNus tantum Philippus labitur, & ſchola univerſa notatur. *Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognoviſtis me?* Forſitan quia alij non erant potentiores in cognitione, ut jam dixi in expoſitione; deinde ne pudor Philippi gravior, ſi ſine reliquis notaretur; Ac proinde Magiſter Philippi lenit pudorem morſu communi: ægrius enim multo dolet, qui ſolus dolet. Vide cap. 1. Expoſit. 3. n. 72.

Reprehenſio in communi.

82. Ad quæſtionem, quid ſcire velit Philippus oſtendit? & quod neſcierit diſcipulus notat Magiſter, punitque, ne probare videretur errantem diſcipulum; Philippus cum reverentia, ac laude alloquitur Magiſtrum, Dominum appellans, *Domine oſtende nobis.* Non tamen laudi, ac reverentiæ aſſentitur Magiſter, ut errantem diſcipulum diſſimulet, ſed eum pungit, & arguit; *Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognoviſtis me?*

83. Admirabilem de Euchariſtia habuit Chriſtus ſermonem, cum multi ex diſcipulis ejus offenſi myſterium non caperent, abierunt retro. Tunc dixit Chriſtus ad duodecim. *Nunquid & vos vultis abire?* Ad quod reſpondit D. Petrus *Domine ad quem ibimus? verba æternæ vitæ habes. Et nos credimus, & cognovimus, quia tu es Chriſtus filius Dei,* Joan. 6. num 69. & 70. Omnium Apoſtolorum nomine loquitur Petrus, Chriſtum maximè venerans Dominum dicit, eumque multum laudat, quia verba æternæ vitæ habet, ipſumque verum filium Dei fatetur. Et tamen ad hæc Chriſtus maximè pungens reſpondit. *Nonne ego vos duodecim elegi? Et ex vobis unus diabolus eſt.* Quid eſt Domine, dum maximè Apoſtolorum nomine laudaris, dumque omnes fatentur, quod verba vitæ æternæ habeas, atque quod ſis verus filius Dei, omneſque ſe paratos profitentur, ut te in omnibus ſequantur, tibique adhæreant, cur tam acriter reſpondes, quod unus ex eis diabolus ſit, quod ſane multo dolore affecerat Chriſti diſcipulos? Hæc fecit bonus, ac prudens Magiſter, ut peccantes mordeat, & quamvis à ſchola eſſet laudatus, tantiſque encomiis ſublimatus, peccantibus tamen non blanditur, ſed rigide delinquentem carpit, & punit, cum unum ex eis diabolum dicat Divus Chryſoſtomus homil. 46. in Joan. *Ne aſſentationem*, ait, *quis ſuſpicaretur, ita locutus eſt: quaſi dicat. Nihil mihi perſuadet, ne malos arguam. Nolite putare, me laudum veſtrarum gratia, vobis adulaturum, vel ut me ſequamini, malos non reprehenſurum.*

Joan. 6.

Pungit bonus Magiſter, etſi laudetur à ſchola.

Chryſoſt.

84. Chriſto adhæret Magnus Baptiſta. Nam Herodes maximè venerabatur ac colebat Joannem, unuſque ex ejus auditoribus erat, qui valdè libenter Joannem audiebat, ac promptè ejus dictis obediebat. *Herodes enim metuebat Joannem, ſciens eum virum juſtum, ac ſanctum: & cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.* Marcus 6. n. 20. Ultima verba legit Arias *Prompte*, ac *ſuaviter audiebat eum?* & tamen Joannes in ſuis concionibus, acerbè, ac durè ipſum pugnebat; *dicens non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Res valdè mira, tanta benevolentia regis Herodis in Joannem, cur ipſum non retrahit ab Herode objurgando, à quo ſæpe laudabatur, ut probabile eſt: ſed magnus Joannes nec his blanditur, quominus regem admoneret, ac argueret, ne quis putaret Joannem blanditiis aſſentiri, & inde diſſimulare D. Bern. Sermon. de. S. Joanne Baptiſt. de Lucerna ardente. *Metuebat*, inquit, *Herodes Joannem, & audito eo multa faciebat & libenter eum audiebat. At ille nihil ob hoc parcens: non licet*, ait, *habere eam.* Scilicet uxorem fratris tui.

Marc. 6.

quamvis laudatus pungit Magiſter.

D. Bern.

Joan. 14. *n.* 10. Non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me eſt; verba, quæ ego loquor vobis à meipſo non loquor: Pater autem in me manens, ipſe facit opera.

Num. 11. Non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me eſt? Alioquin propter opera ipſa credite.

Num. 12. Amen Amen dico vobis qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipſe faciet, & majora horum faciet, quia ego ad Patrem vado.

VERSIONES.

Hilar. lib. 7. de Trinit. Non creditis mihi, quia ego in Patre.

Theophyl. Non cognoſcis quia.

Syriacus. Non credis me in Patre meo, & Patrem meum in me eſſe; Porro verba illa, quæ ego loquor, à me ipſo non loquor: Pater autem meus, qui in me manet, ipſe facit opera iſta.

Arabicus. Hic ſermo, quem loquor, non eſt meus, ſed pater meus, qui eſt manens in me, operatur hæc opera.

Vatab. Pagnin. n. 11. Credite mihi, quod ego in patre ſum, & pater in me, alioqui propter ipſa facta credite mihi.

D. Hilar. lib. 7. de Trinit. Non creditis mihi &c. Sin autem propter opera.

Arabicus. Propter opera credite in me.

Euthym. n. 12. Majora his faciet.

Syriacus. Nam ego ad patrem meum proficiſcor.

Vatablus. Ad patrem meum abeo.

EXPOSITIO I.

NOn creditis. Syriacus, ac Græcus legunt in Imperativo. *Credite mihi.* Noſtra tamen vulgata, & communiter Patres Latini cum ea. 85.

Non creditis? & Hilar. ac alij addunt *mihi.* Senſus omnium idem eſt. Credite mihi affirmanti, vel non creditis mihi affirmanti. Suavi, ac leni reprehenſione utitur Dominus; dum interrogando arguit. *Ego in Patre, & Pater in me eſt.* Indicant verba hæc, ac ſuperiora, duarum perſonarum Patris, & filij diſtinctionem adverſus Sabellianos: & unius ejuſdemque naturæ unitatem, ac identitatem contra Arianos: Aſſignatque Dominus rationem, cur is, qui videt filium, videat & Patrem: nimirum quia Pater eſt in filio, & filius in patre, inde neceſſe eſt eum, qui

Chryſoſt. videt unum, videre etiam alterum. Divus Chryſoſtomus homil. 73. in Joan. *Qui me videt*, ait, *videt & Patrem: ſi alterius eſſet Chriſtus ſubſtantiæ, non hoc dixiſſet. Nemo qui aurum ignorat, in argento auri ſubſtantiam videre poteſt: Non enim alia per aliam apparet natura. Non credis Philippe, quia ego in Patre, hoc eſt in illius ſubſtantia*

D. Cyrill. Fulgent. Euthym. Theoph. Auguſt. *appareo.* Idem habent N. Divus Cyrillus, Divus Fulgentius, Euthymius Theoplylactus, & cæteri Patres communiter. Unde benigne veluti pungit Philippum, quod Patrem velit videre tanquam ſeparatim Divus Auguſt. tract. 70. in Joan. *Cur in ſimilibus*, inquit, *diſtantiam cupis cernere? Cur inſeparabiles ſeparatim deſideras noſſe?*

86. Tolet. *Verba, quæ ego loquor:* ab affectu, ut ait Toletus probat Chriſtus id, quod dixerat ſe eſſe in patre, & patrem in ſe, ex doctrina nempe, ac miraculis. Doctrinam verbis ſignificat, opera miraculis, *verba quæ ego loquor*, ut homo per humanam meam naturam. *A meipſo non loquor*, ſubaudi cum Euthymio, ſed à patre meo accepi,

Euthym. Ex quo pondera, quod Deitas communis Patri, & Filio erat cauſa efficiens verborum; quæ Chriſtus promebat, nam opera Trinitatis ad extra ſunt indiviſa, & tribus Divinis perſonis communia. Res tamen per verba Chriſti ſignificata, ſæpe erat propria ipſius Chriſti, & non patris, ut cum dicebat, *Ego lavi pedes veſtros, ego ad hoc natus ſum in mundo*: hæc & ſimilia dicebat de ſe ipſo, & non de Patre. *Pater autem in me*, qua Deus ſum, *manens* inſeparabiliter à me ſcilicet, *facit opera*, quia Pater generando filium, ſicut communicat ei ſuam naturam, ſic & ſuam omni-

D. Chryſ. potentiam. D. Chryſoſtomus homil. 73. notat quod cum Chriſtus dixiſſet verba, quæ ego loquor à meipſo non loquor, ſe Pater in me manens ipſe facit opera, dicendum videbatur, ipſe loquitur verba, tamen ait opera, Hebraiſmus eſt. brevitatis cauſa ſic dictum, & refertur ad verba, & opera, & eſt ſenſus, Pater in me manens, ipſe

Dei verba opera. loquitur, & ipſe mecum operatur. Ac proinde opera ponuntur etiam pro verbis, nam divina verba idem valent, ac opera, & ait Chriſtus, quod ipſe pater *facit opera.* D. Chryſoſt. citata homil. *Pinguior verborum ſignificantia humilitatem arguit, ne admireris* Significat Chryſoſt. Chriſtum ea verborum forma locutum, ut nullam de ſignis patratis gloriam ſibi optaret, ſed omnem gloriã ad patrem referret.

87. *Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me eſt.* Concludit, quod probare intendit, & iterum repetit, unionem ſuam cum patre, ut rem magni

Auguſt. ponderis. *Ego in Patre, & Pater in me.* D. Auguſt. *Neque enim*, ait, *ſi ſeparati eſſemus, inſeparabiliter operari ulla ratione poſſemus.* Et ſubdit. *Alioquin*, ſi verba mea ab omni errore alieniſſima apud vos minus fidei habent, quam ſi eſſent Patris,

Propter opera ipſa credite, miraculis, ſignis plena opera, omnem virtutem creatam excedentia, & evidenter teſtimonium perhibentia à ſolo Deo eſſe perfecta. N. Divus Cyrillus Alexandrinus Cyril. lib. 9. in Joan. cap. 41. *Quippe*, ait, *qui eiſdem operibus, quibus Pater ſumma cum poteſtate pollere ipſum conſideraverit, is intelliget naturalem characterem, atque imaginem Patris filium eſſe. Nunquam enim qui ex Dei natura non eſt, æqualiter operabitur Deo: nunquam creatura, quæ infinitæ naturæ ſunt, ſuſcipiet: nunquam bona ejus naturæ, quæ ſemper eſt, iis quæ ſunt producta ex nihilo, proprie attribui poterunt.*

Amen Amen dico vobis. Veriſſimè ac certiſſimè, prædico, quod futurum eſt. *Qui credit me* 88. eſſe in patre, & Patrem in me, neque eſſe filium Dei, patri conſubſtantialem, *opera quæ ego facio*, ſeu hactenus facere conſuevi; de miraculis eſt ſermo, de quibus locutus fuerat ſuperiori verſu. 11. *Propter opera ipſa credite*, & ipſe faciet, in confirmationem hujus fidei, *& majora horum faciet.* Petrus ſuſcitavit: *faciet.* Non quilibet fidelis, qui credit in me, ſed aliqui ex illis, ut Apoſtoli, ac viri Apoſtolici. De quo infrà.

Vis hujus argumenti hæc eſt & valdè magna. 89. probat Chriſtus Patris naturam in ſe habere, Deumque ſe eſſe æqualem Patri, quod non ſolum miracula operetur: ſed etiam poteſtatem daturus ſit ſuis diſcipulis, ut per fidem in eum virtuteque fidei nominis ejus, miracula operentur non ſolum ſimilia, ſed etiam majora illis, quæ ipſe eſt operatus, quod ſolus Deus poteſt facere. Ego cum per hanc fidem, qua creditur, quod ego ſim in Patre, & pater in me tam magna miracula, ac divina opera fiant, certiſſima, & veriſſima eſt hæc fides, & Pater tot miracula operans in ejus confirmationem teſtimonium perhibet illius veritati, alioqui ipſe, qui eſt prima veritas, eſſet teſtis, & approbator falſitatis, ac mendacij, *Genuinus* quod omnino repugnat; *Quia ego ad Patrem va-* *ſenſus.* *do.* Aſſignat Chriſtus rationem, cur ſuis fidelibus det tantam poteſtatem ad facienda tam magna miracula, quia abit ex hoc mundo, & quia fideles meos relinquo ad prædicandum meum Evangelium, & quia ego abeo ad Patrem, tempus enim meæ humilitatis, & abjectionis completum eſt; & inde mea gloria multis, & magnis ſignis declaranda eſt.

QUÆSTIO XIII.

Quare Chriſtus voluit per Apoſtolos majora miracula fieri, quam per ſe?

NOtat Divus Cyrillus Alexand. lib. 9. in 90. Joannem cap. 41. Chriſtum Dominum po- Cyril. tuiſſe multo majora miracula facere, ſed non feciſſe, quia nil majus occaſio obtulit; At verò poſt ejus mortem, multa fuit occaſio oblata viris Apoſtolicis per totum orbem; & ut etiam quod ille, qui erat mortuus non crederetur infirmus, ſed agnoſceretur reſurgens cum multa gloria ad dexteram Dei Patris ſedens. Theophylactus. *In* Theoph. *tantum*, ait, *non apparebo infirmus, etiam ſi moriar, ut aliis ad majora opera facienda vires daturus ſim.*

Secundò. Chriſtus voluit majora opera fieri per

Res ſenſim durabilis. per Apoſtolos ſuos, quam per ſe, voluit enim fidem ſuam ſenſim ſeminari, ac creſcere, & ut ad illam paulatim aſſuefierent homines & quod ſenſim creſcit, ac ſenſim ſui finem acquirit, magis creſcit, & durabilius eſt quod enim cito fit, cito perit.

92. Tertiò. Quia conveniens erat, ut prius Chriſtus pateretur, ac per paſſionem ſuam nobis mereretur virtutem ad tanta mirabilia operanda, ac inde ut ipſe reſurgeret, ac aſcenderet in cœlum, Spiritumque Sanctum in nos mitteret, quia tanta mirabilia operatur; nam converſio totius orbis tantis miraculis facta fuit effectus mortis, reſurrectionis, ac aſcenſionis Chriſti in Cœlum, miſſioniſque Spiritus Sancti, & hanc cauſam ſubdit Chriſtus, *Majora faciet quia ego ad Patrem vado.* Vt per ipſa magna ſigna agnoſceretur Chriſti gloria, in ſuis Apoſtolis, qui tanta mirabilia operabantur in confirmationem fidei nominis ejus.

Chriſti gloria agnoſcitur per ſigna

93. Quartò Ut maximè Chriſti magnificentia, poteſtas, ac æquanimitas commendaretur, utpote qui non tantum in ſe tam potens fuerit, ad tanta mirabilia operanda, ſed etiam vim, ac efficaciam ſuis Apoſtolis conceſſit, ut auctoritate, & poteſtate ab eo accepta, ſimilia, imo & majora facerent; ut Miniſtri ejus tanto honore condecorati, ac inſigniti in ſuo opere ferventiores, ac diligentiores redderentur, & ob eorum tam eminentem auctoritatem, magnus honor, & cultus eis ab omnibus populis impenderetur.

Miniſter ſublimatus diligentior, ac venerabilior.

94. Deſcendebat columna nubis, & ſtabat ad oſtium, *loquebaturque cum Moyſe cernentibus univerſis, quod columna nubis ſtabat ad oſtium tabernaculi: Loquebatur autem Dominus ad Moyſem, facie ad faciem, ſicut homo ſolet loqui ad amicum.*

Exod, 33. Exod. 33 n. 10. & 11. Deſcendens Dominus in columna nubis ad oſtium tabernaculi tanquam cum amico loquebatur cum Moyſe, aſpicienti bus cunctis Iſraëlitis, ad quid tanta familiaritas Domini cum ſervo? Videbitur valdè indecens ſupremæ, & excelſæ majeſtati divinæ, ita frequenter agere cum homine, quod Deus tantam familiaritatem cum Moyſe declaraſſet in receſſu, ac abdito montis Sinai, res bene ſe habet, at quod modo exprimatur, cum Dominus deſcenderet ad oſtium tabernaculi, cernentibus cunctis, res eſt valde admiratione digna? O ſuprema divini gubernatoris ſcientia, ipſe ex tantis hominum millibus unum elegit miniſtrum Moyſem ipſum cernentibus cunctis inſigni honore exaltat, ut facie ad faciem, tanquam cum amico loquatur, ut inde ipſe tanto decore aſtrictus ferventior, ac diligentior reddatur in ſuo miniſterio, populuſque erga ipſum, quem tam ſublimatum agnoverat multa obedientia, ac veuerantione ſe exhibeat. Lippoman. in Catena. *Teſtabatur enim Dominus, ait, coram populo, & aſpiciente tota Eccleſia dignitatem Moyſi, viſibili ſpectro ſe illi inſinuans, quo eſſet auctoritate gravior.*

Honorandus eſt miniſter ut ſit ferventior, & in reverentia populi

Lippoman.

95. *Surgens autem Jeſus de Synagoga introivit in domum Simonis, Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus.* Luc. 4. n. 38. Non tam mirabile mihi eſt, quod ſanet infirmam quam mirabile, quod domum Petri intret, ſicut etiam quod eſſet ingreſſus in domum Matthæi. Mat. 9. n. 10. *Factum eſt ut diſcumbente eo*, &c. Quid unigenito Dei cum piſcatoris tugurio? Ac cum publicani domo? Cur Domine ſic dejiceris ut ad pauperculi hominis habitaculum te recipias? Cur publicani domos inviſis? Manifeſtum tibi erat Domine, quod inde multi anſam arriperent, ut contra te obmurmurarent *cum publicanis, & peccatoribus manducat Magiſter veſter.* Bonus, ac divinus omnium Magiſter, & gubernator omni modo quos elegerat in miniſtros ſuos, ut Petrum, & Matthæum, maximè condecorat, ut honore excitati nullo parcant labori pro implendo munere ſuo, nihilque inde populus omittat, quod eos in cultu, ac reverentia habeat D. Chryſoſt. hom. 28. in Matth. Chryſoſt. *Cujus rei gratia, ait, domum Petri Dominus petiit? Mihi quidem videtur ut cibum aſſumat: Non enim ignoramus diſcipulorum diverſorium illud eſſe, nam ad Mathæum divertit, quando eum vocavit, quod faciebat, ut hoc ab eo affecti honore diligentiores ad omnia fierent.* Quæ ultima verba ad noſtrum ſcopum valdè præclara ſunt.

Luc. 4.

Matth. 9.

Miniſter honore ſtimulatur ad obſequium.

QUÆSTIO XIV.

Quænam ſint majora opera facienda ab Apoſtolicis viris?

ORigenes hom 7. in Numer. interpretatur ſpirituales victorias, quas juſti contra mundum, Dæmonem ac carnem propriam reportant. *Verè*, ait, *majus mihi videtur quid homo in carne poſitus ſuperet Dæmonum legiones. Quamvis Chriſtus ſit, qui vincit in nobis, plus tamen eſt, quod per nos quam quod per ſe vincit.* 96. Origen. Victoria per debile inſtrumentum glorioſior.

Secundò Idem Origen. hom. 9. in Iſai. aliter Chriſti verba ſic explicat. *Hæc, inquit, quæ ego feci corporaliter, vos majora facietis: ego feci reſurgere ex mortuis corporaliter vos reſurgere facietis ſpiritualiter: ego cæcis ſenſibile hoc lumen infundi; vos ſpiritualem lucem non videntibus dabitis.* Ad hunc ſenſum D. Aug. tract. 72. in Joann majora hæc eſſe ſentit converſionem omnium gentium totius mundi factam per duodecim Apoſtolos, Chriſtus enim longè pauciores convertit, non ſolum in gentibus, ſed etiam in ipſiſmet Judæis, nam Chriſtus Dominus, ut vult Cornelius à Lapide in præſenti convertit quingentos duntaxat, aut circiter tot enim numerantur, 1. Corinth. 15. n. 9. 97. Origen. Apoſtoli multos reduxerunt ad fidem. Auguſt. Cornel. 1. Cor. 15.

Tertiò D. Chryſ. in Acta Apoſtolorum homil. 12. interpretatur majora hæc, quod Petrus ſua umbra ſanaverit quoſlibet infirmos. Act. 5. n. 15. id enim non fecit Chriſtus D. cui conſentit D. Auguſt. tract. 72. in Joan. *Majus fuit*, ait, *umbra tranſitu, quod Petrus fecit, quam fimbria tactu ſanare languentes*; Hæc ſententia mihi probabilior, Chriſtus in præſenti de miraculis loquitur, ut etiam tenent Barrad. Franc. Lucas; de miraculis enim immediatè anteà locutus eſt. *Propter opera ipſa creditis* Miracula nempe, ut eſt communis omnium Patrum ſententia, de operibus nempè ejuſdem generis, miraculis ſcilicet hic loquitur. 98. Chryſoſt. Act. 5. Auguſt. Barradas. Franc. Luc.

Quod luculenter, & doctè explicat Lyranus ad illa verba Actor. 5. num. 15. *Ut veniente Petro ſaltem umbra illius obumbraret quenquam illorum* Sic ait ille. *Ponitur differentia Petri ad alios Apoſtolos in operibus miraculorum: Nam alij Apoſtoli curabant infirmos per tactum manuum, ſicut dicitur ſupra. per manus Apoſtolorum. Petrus autem non ſolum per tactus, ſed etiam per umbram quod eſt majus. Quod fiebat ad oſtendendum, quod erat principalis Apoſtolus Sciendum tamen quod ſi conſiderentur miracula ex parte virtutis activa* 99. Lyran.

actiuæ, unum non eſt majus alio, quia omnia fiunt virtute divina infinita, cum ſint opera totam naturam creatam tranſcendentia. Si autem conſiderentur, quantum ad rem factam, ſic unum eſt majus alio, ſicut ſuſcitatio mortui, quam curatio leproſi. Similiter ſi conſiderentur, quantum ad modum faciendi, ſic majus eſt curare leproſum ſolo verbo, quam tactu, & per umbram, quam per verbum. Verbum enim eſt aliquid procedens ex homine: ſed umbra nihil eſt ipſius, ſed tantum privatio lucis ex interpoſitione corporis. Et *quia Chriſtus non legitur curaſſe per umbram, ſicut Petrus: ideo videtur impletum eſſe, quod dixit.* Joan. 14. *Qui credit in me, opera, quæ ego facio, ipſe facit, & majora horum faciet.*

Vnde miraculi magnitudo.

100. Tantam poteſtatem dat Chriſtus D. ſuis Apoſtolis, ac fidelibus miniſtris ad præparanda tam magna miracula, majora, quam ea quæ ipſe fecit, dum eſſet in terris, ut per alia opera ipſe, qui tunc regnabat in cœlis, in ſuis miniſtris honorificaretur, ac glorificaretur, Dominus enim in ſuis miniſtris honoratur. Apparuerant Abrahamo tres viri, quos ille lauto, & amplo convivio excepit, & cum tres exiſterent, ſic cum eis loquitur, ac ſi unus tantum eſſet, dixit: *Domine ſi inveni gratiam in oculis tuis.* Gen. 18. n. 3. Similiter & Lot cum duos Angelos hoſpitio ſuſcepiſſet, ſic loquitur, ac ſi cum uno tantum ageret. *Quæſo Domine mi, quia invenit ſervus tuus gratiā coram te*, Gen. 19. n. 19. quod præclare notavit D. Auguſt. lib. 16. de Civit. Dei cap. 29. *Abraham*, ait, *in tribus, Lot in duobus viris Dominum cognoſcebant, cui per ſingularem numerum loquebantur, neque enim aliam ob cauſam, ſic eos ſuſceperunt, ut tanquam mortalibus, & humana refectione indigentibus miniſtrarent, ſed erat profecto aliquid, quo ita excellebant, licet tanquam homines, ut in eis eſſe Dominum, dubitare non poſſent.* Alloquuntur ergo eos Patriarchæ ſingulari numero, quia non ſolùm eos venerabantur tanquā creaturas, ac miniſtros, ſed in eis recognoſcebant, ac colebant Dominum, è quo miſſi fuerant. *Vt in eis eſſe Dominum dubitare non poſſent.* Miniſtri enim in multa reverentia habendi ſunt, non tam ob eorum perſonas, quam ob Dominum à quo deſtinantur, cujus perſonam agunt, & repræſentant.

Geneſ. 18.

Geneſ. 19.
D. Aug.
In miniſtro Dominus ſuus honoratur.

Quæstio XV.

Quare Chriſtus ait, quod à ſuis diſcipulis ſint facienda majora miracula, quia ipſe ad Patrem vadit?

101. Quid eſt quod Chriſtus D. promittit ſuis Apoſtolis, quod non tantum facient opera ſimilia, quæ ipſe fecit, ſed etiam majora, & rationem reddit Chriſtus, *quia ego ad, Patrem vado.* Quæ ratio ſententiæ valdè obſcuras tenebras diffundit. An Chriſti abſentia futura erat in cauſa, ut præclariora miracula diſcipuli in toto orbe patrarent; Forte Chriſti præſentia quæ erat diſcipulorum vigor, eos debilitabat, ne portentoſiora miracula ederent, & quæ Chriſti prodigia excellerent; De Chriſti receſſu majorem gloriam mutuabant Apoſtoli; Perpende, quod non tantum de ſuo receſſu loquitur Chriſtus, ſed etiam ſubdit? *qui ad patrem vado* Quæ ratio in præſenti expendenda eſt.

Ratio dubitandi.

Reſpondetur primo ex Chryſoſt. homil. 73. cum Toleto in commentatio, cum Chriſtus dicit, *quia ad Patrem vado.* Idem eſt, ac ſi diceret tempus humilitatis meæ, & abjectionis jam completum eſt, non eſt jam amplius cur me abſcondam in paupertate, ac humilitate ſicut hucuſque feci, quia paſſurus eram, ut morti locum darem, & ideo tunc mira opera feci, quibus homines credere potuiſſent ſi volent; at nunc quia ad Patrem glorioſus vado, ut ad dexteram ejus ſedeam, nomen meum manifeſtandum eſt gentibus, & populis: & ideo majora ſigna, quam ea, quæ ego feci, facienda diſcipulis, ac fidelibus meis committo. Divinus, ac ſupremus Magiſter, tempori, ac occaſioni ſe accommodat, cum eſſe, in hac via mortali, ut redemptioni, ac morti locum daret, fecit ſigna, quæ ſufficerent, ut homines crederent; at vero cum ad gloriam tranſit regnaturus cum Patre, tunc ſuis dat poteſtatem ad majora miracula in virtute nominis ejus edenda tanquam ſigna, ac teſtimonia ipſius regnantis. 101.

D. Chryſ.
Tolet.

Tempori, ac occaſioni accommodandum.

Secundò Ex eodem Chryſoſt. Hugo. Hoc dicit, ait, conſolant eos, quia triſtabantur de ejus morte; oſtendit, quoniàm manet ſemper cum eis, non ſolum manet, ſed & majorem per eos oſtendit virtutem: eos enim relinquebat in mundo ad converſionem totius orbis. Tertio Majora facient, *quia ad Patrem vado.* Cum ergo fuero in cœlo, vos ad facienda miracula me, & Patrem meum orabitis, adhibebitiſque preces in nomine meo, & tunc majora perpetrabitis, quæ ipſe ego feci orationis interventu. Tanta eſt orationis efficacia, & excellentia, de quo altius infrà in hoc capite. 103.

Chryſoſt.
Hugo.

Conſolatur ſuos Dominus.

Quarto D. Baſilius Seleucus orat. 41. *Quænam illa majora*, ait, *umbra illorum mortuos excitarunt, ac ea ratione potentia deprecabitur. Nec enim paris eſt admirabilitatis miracula viventem patrare, & eo mortuo plus poſſe ceteros in ejus nomine: Atque ejus ſolo mero nomine majora miracula pervenire videbat, quam ab ipſo in carne mortali agente, non poterat non credere.* Chriſtus D. ſe ſubtrahit ab hominum oculis, ut ad Patrem vadat, & ideo tunc evidentiora opera ſunt facienda, quæ Divinitatis virtutem oſtendat. Et quomodo hæc evidentiora Divinitatis teſtimonia ejus diſceſſu fiant? Abit Chriſtus carne, & præſentia in cœlum, tamen nobis relinquit virtutem ſui ſanctiſſimi nominus Jesu, & ſolo hujus divini nominis ſono majora ſigna, ac miracula fient, quam præſentia, & carne majeſtatis ipſius Domini; *Atque ejus ſolo mero nomine majora miracula provenire videbat, quam ab ipſo in carne inter mortales agente.* 104.

Seleuc.

Efficacius nomen Jeſu, quam Domini præſentia.

Quinto. Cum Chriſtus recedit, ac abſens fit, tunc ſuis diſcipulis illuſtriorem tribuit gratiam miraculorum, ut majora faciant, quam ea, quæ ipſe fecit, ex receſſu largitatis benefaciendi non minuitur, ſe opulentior fit, & ampliora concedit, nam in receſſu creſcit amoris affectus, paritèrque dandi liberalitas creſcit, cum ego Chriſtus à ſuis abſens fieret, majora concedit, cœleſtium more, qui ampliorem gloriam ex receſſu mutuant. Sicut Luna, quæ ut ait Apuleius lib. de Deo Socratis, *quanto longius abit à ſole, tanto largius illuminatur, pari incremento itineris.* Sic diſcipuli, Chriſto Eccleſiæ ſole recedente, præluſtriori miraculorum virtute fulgent. *Et majora eorum facient, quia ego vado.* 105.

Ex receſſu largior beneficentia.

109.
Apuleius.

Sextò D. Chryſoſt. *Opera, quæ ego facio, &* 107.

Chryſoſt.

ipſo

ipſe faciet, & majora horũ faciet, quia ego ad Patrem vado. Vt diſcipuli ejus corporalem receſſum facilius ſuſtinerent, præparat eos promittens, quod ejus receſſus magnorum eis eſſet futurus cauſa bonorum. Abeunte Chriſto, ob ejúſque abſentiam majora miracula facient, ea eſt humana imbecillitas, ubi ab inſ. pectoris præſentia, & præpoſiti humani vices ſumat, ac oculis Domini ſui ſæpè miniſter ſtimuletur ad opus, & tota vis frequenter ab inſpectoris, ac præpoſiti abſentia haberetur. Quid eſt ergo, quod Chriſti receſſus magnorum eis, ſcilicet diſcipulis, eſſet futurus cauſa bonorum, ut majora miracula patrarent? Num abſceſſu adſtantis olim magiſtri operantem virtutem extendent; quæ ſunt Origenis verba, majoráque edent miracula: Adverte, quod ingens virtus adſtante præſide non indiget, imo aliquando defectus patitur, & ex adſtante præſide imbecillior fit, & præpoſiti abſentia, ex confidentia credita vehementius ſtimulatur ad opus; præclara virtus oculis Domini aliquando habeatur, quæ illorum carentia ſæpe ex re credita ad magna pignoratur, ac impellitur.

Ex confidentia facta virtus ad magna pignoratur.

108. De Leæna quadam, ſub qua juxta Maldonat. Lyran. & alios intelligitur Hieroſolyma, vel ut volunt Vatablus, Hugo, Cornel. Synagoga. *Tulit unum de leunculis ſuis, Leonem conſtituit eum; qui incedebat inter Leones, & factus eſt Leo.* Ezec. 19. num. 5. Iſte Leo non erat magnus, ſed exiguus, & exunguis catulus, & Leunculus exarmatus, & tenellus: qua arte ergo, quáve induſtria Leo factus eſt? ubi noſtra Vulgata habet *Tulit unum.* Hebraïcus legit *Extulit unum.* Leæna extulit eum magnifica opinione, ac regia dignitate credita, ille, qui prius catulus erat, tanta confidentia animatus, transformatur in Leonem: quia Leæna, quæ *extulit illum*, Leonem conſtituit eum, & Leo factus eſt; proindéq; catulus imbecillus, quia extollitur tanta confidentia ſibi facta, quia *Leo conſtituitur*, quia *inter Leones incedebat*, & *Leo factus eſt*, virtute, ac generoſitate Leonem prodit. Non ab ætate roboratur, non ab annis armatur aduncis unguibus, & ritu feroci, & horrentibus jubis, ſed ab re credita excreſcit, & à confidentia coronatur, quoniam cum eſſet Leunculus Leo conſtitutus eſt.

Ezech. 19.

Hebraïcus.

Ex re tanta ſibi credita ad magna impellitur.

109. Promulgatum eſt edictum à Rege Aſſuero, ut omnes Iudæi uno die perirent, quod cum cognoviſſet Mardochæus indicavit Reginæ Eſther, obnixéque rogans eam, ut ad regem ingrediatur, ſimúlque pro populi ſalute loquatur, à quo Regina multis ſe excuſat, nam lex conſtita erat, *quod ſive vir, ſive mulier non vocatus, interiùs atrium regis intraverit, abſque ulla cunctatione ſtatim interficiatur, & quomodo ad regem intrare potero, quæ triginta jam diebus, non ſum vocata ad eum.* Eſther. 4. n. 11. Deinde erat alia magna difficultas, nam apud Perſas Regis decretum erat immutabile. *Lex Medorum, ac Perſarum eſt, ut omne decretum, quod conſtituerit Rex, non liceat immutari.* Daniel. 6. n. 15. His omnibus difficultatibus contemptis inſtat Mardochæus, ut ingrediatur ad Regem, & verba pro populo ſuo faciat, dicens. Et qui novit, utrum idcirco ad regnum veneris, ut in tali tempore parareris? Eſther 4. n. 14. clarius legunt Septuaginta. *Et quis novit, ſi ad tempus hoc facta es regina.* Explicat Vatablus, quod, ad regnum vocata es, *ut hoc tempore calamitoſo lib rares populum tuum.* Quod cum audiſſet Eſther ſtatim conſtituit ad Regem intrare; unde illi tantus ſtimulus, ut tot Perſarum legem parvipendat; creditum eſt ei, ut tali tempore calamitoſo pro populo loqueretur, Regalis dignitas ei data eſt, ut animum ſumeret ad procurandam populi libertatem, & cum agnoviſſet rem tantam ſibi commiſſam, ſuper fœmineas vires audet, & non vocata ad regem ingreditur, ut imperiale decretum immutetur.

Eſther. 4.

Dan. 6.

Eſther. 4.

Vatabl.

Ex confidentia ſibi facta ſuper vires audet.

Ioan. 14. *n.* 13. Et quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur Pater in Filio.

Num. 14. Et ſi quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.

VERSIONES.

Syriac. n. 13. Et quidquid petieritis in nomine meo faciã vobis: ut glorificetur Pater in Filio ſuo.

Vatab. Pagnin. Et quidquid petieritis, nomine meo, hoc faciã, ut glorificetur Pater per Filium.

Caietan. Patrem in nomine meo, hoc ego faciam.

Chryſoſt. Ut in me glorificetur Pater.

Syriac. n. 14. Quod ſi petieritis à me in nomine meo, ego faciam.

Vatabl. Pagnin. Si quid petieritis per nomen meum.

Arabicus. Faciam vobis quod volueritis

EXPOSITO. VI.

ET *quodcumque petieritis*: fidei profeſſione, de qua ſupra dixerat: *Qui credit in me, majora horum faciet.* Subnectit ſui nominis invocationem, ac petitionem majorum operum: & quia ipſe dixerat: *Ego ad Patrem vado*, ut ibi cum eo corregnem in gloria, ne quis cogitaret, quod ipſe hominum more, ab opere vacaret ſubveniendi eis, vel quod de illis non recordaretur, ait *quodcumque*, ſive ut alij legunt, *quidquid*, ſive ſit opus, ſignum, ſive miraculum, majus quam ego feci: *Petieritis*, vos, aliique mei fideles oratione veſtra juſta, & recta, tunc enim rectè petitur, quando aliquid pro illuſtranda Dei gloria neceſſariũ petitur: *Patrem.* Omittunt Græc. Syriac. & Arabic. & alia exemplaria Latina, at noſtra Vulga habet *Patrem*, & eſt vera lectio. Et ita legunt D. Chryſ. hom. 72. D. Cyril. lib 9. c. 41. qui ait: *Nec enim aliquis mentis compos ſeorſum quidquam à Patre dari, & ſeorſum à Filio putabit. Vna enim, eadémque eſt gratia, quæ ab utriſque proficiſcitur: gratiarum quippe diſtributio, ſicut cætera omnia, ex Patre per Filium eſt, ſed ut coauctorem, ut ita dicam, & vere collargitorem.* 110.

Chriſtus in gloria noſtri recordatur.

Græcus. Syriac. Arabicus. D. Chryſoſt. Cyril.

In nomine meo. Invocato nomine meo, & ut pietatis per mea merita, meámque virtutem, ac fidem, ut facit Eccleſia, terminans omnes collecta: *Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum*, &c. Et addit Chriſtus *hoc faciam.* Ego una cum Patre, poteſtate, una cum natura mihi à Patre communicata. Duo hic notanda ſunt. Primum cum 111.

Chryſoſt. Theoph. Euthym. Chryſoſt. Theophyl. Euthym. quod non dixit: *Quodcumque petieritis in nomine meo.* Pater faciet, vel ego rogabo Patrem, ut faciat, ſed ego faciam, ſuam poteſtatem æqualem patris poteſtati declarans. D. Auguſt. Secundum, ut advertit D. Aug. tract. 72. in Ioan. quod cùm dixiſſet ſupra Chriſtus *majora eorum faciet.* Nunc ait: *Ego faciam*, ut gloria ipſorum omnium operum Chriſto tribuatur D. Chryſoſt. (Chryſoſt.) *Quæ per alios fiunt*, ait, *ipſe facit: quæcumque enim ipſi operabantur, eorum auctor erat Chriſtus.* Et ſubditur in textu: *Vt glorificetur Pater in filio.* Solet Chriſtus modeſtiæ cauſa omnem ſuam gloriam ad patrem referre, & ut etiam nos doceat, quod finis, & ſcopus noſtrorum operum ſit ſemper Dei gloria, ut Dei Pater glorificetur in nobis.

112. *Si quid petieritis me.* Hoc ſecundo dicit, ut promiſſionem magni ponderis iterum repetat, & confirmet, ut ait Hugo, & ut etiam valde eis ſit in mente defixa, vel ut ait Eſtius confundit hæreticos dicentes non Chriſtum à nobis, ſed ſolum patrem orandum eſſe, & ideo ait, *quidquid petieritis me:* oraveritis. In nomine meo, ne ejus abſentia turbarentur Apoſtoli, loco præſentiæ ſuæ dat eis nomen ſuum, ut illo poſſent ubique eſſe ſecuri, & tuti in omni loco. (Hugo. Eſtius.)

QUÆSTIO XVI.

Quare Chriſtus ait ſuis Apoſtolis, quod quidquid illi petierint in nomine ejus ipſe faciet?

113. AIt Chriſtus D. quod quidquid diſcipuli ejus petierint Patrem in nomine ejus, ipſe enim præſtat ut Pater noſtras orationes exaudiat, ac petita concedat: *Qui in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationeſq; ad eum, qui poſſit illum ſalvum facere à morte, cum clamore valido & lacrymis offerens exauditus eſt pro ſua reverentia.* Hebr. 5. n. 7. Vehementer oravit Jeſus, ſupplicationes cum lachrymis, ac clamore valido offerens, nunquid ipſe oratione egebat? Ad quid ergo cum clamore, ac lachrymis orat? Vt voce ſua Patris aures nobis redderet apertas. Orationes noſtræ ad divinas aures perveniunt, ſi Chriſtus præcedit, ex cujus halitu aures Patris fiunt propitiæ, ut verba noſtra capiat, & illis annuat D. Cyril. Alexand. lib. de recta fide ad Reginas. D. Chriſto ſic ait: *Valido clamore, & ſupplicatione tanquam unus è nobis ad Deum acceſſit, à quo etiam tanquam verus naturaliſque filius, qui repulſam pati non poſſit, exauditus eſt. Vt enim noſtras preces Deo redderet acceptas: ipſe primus rem exorſus eſt paternas aures hac ratione humanæ naturæ, quodammodo apariens, dilatánſque, & illorum votis, qui illius cauſa aliquando periclitentur, faciles, promptáſque efficiens.*

(Hebr. 5. — *Ex Ieſu halitu noſtræ orationes fiunt acceptæ Patri.* — Cyril.)

114. Quæſtio præſens eſt, quare Chriſtus ait, *quodcunque petieritis Patrem in nomine meo hoc faciam.* Ipſe ſuprà dixerat: *Opera, quæ ego facio, & ipſe faciet, & majora horum faciet.* Nunc aſſignat modum quomodo homo poſſit iſta majora facere, ut explicat ibi Theophylact. (Theoph.) *Per orationem & invocationem ſui nominis poteſt quis exercere prodigia.* O magna excellentia, nominis ipſius invocatio quodammodo omnipotens Chriſti prodigia ſuperat, & vincit. *Per invocationem ſui nominis.* De Chriſti abſentia, ac receſſu maximè triſtabantur, Apoſtoli, conſolatur eos nunc Dominus, ac ſi dicat, ego, ô Apoſtoli mei, abeo, & vado ad patrem, ſed loco præſentiæ meæ relinquo, & do vobis invocationem nominis mei, invocatio enim nominis mei vices meæ præſentiæ habebit, per hanc enim poſtulabitis & impetrabitis majora his, quæ ego feci. (*Chriſtus loco ſuæ præſentiæ relinquit nomen Jeſus.*)

Cum de eligendo unum Apoſtolum in locum Iudæ ageretur cæteris condiſcipulis ait Petrus: *Oportet ergo ex his viris, qui nobiſcum ſunt congregati, in omni tempore, quo intravit, & exivit inter nobis Dominus Jeſus: teſte reſurrectionis, ejus vobiſcū fieri unum ex iſtis.* Actor. 1. n. 21. Inter cæteros articulos fidei articulum reſurrectionis exprimit tanquam primum, quo perſuaſo cætero articuli facile perſuadebantur. Ut ait Lorin. Cum ergo teſtificatio Dominicæ reſurrectionis tanti ponderis eſſet ad oſtendendam Chriſti Divinitatem, cur non omnium oculis facta eſt, ſicut Lazari ſuſcitatio ad Dei gloriam manifeſtandam peracta eſt. Joan. 11. n. 43. Cur ergo Chriſtus ſurgens à mortuis oſtentat Divinatem ſuam, & tamen ſurgit occultè? Cur non publicè in teſtimonium ſuæ Divinitatis? Diſponebat nobis aliud certius teſtimonium relinquere, quam ejus reſurrectionem, invocationem nempe ſui ſanctiſſimi nominis Jeſu ad depellenda omnia mala contraria, qua tanta efficacia ejus natura Divina pateſieret, nam de reſurrectione, ab iniquo poterat dici eſſe ſpectrum, vel phantaſma? At agnita efficacia nominis Jeſu, qua adverſarias poteſtates confringit, ſolum eam venerari, ad illámque intellectum ſubjicere quilibet impellebatur D. Baſilius Seleuc. orat. 41. ſuprà citata, *Reſurrectio*, ait, *nunquam ſibi tantum fidei conciliaſſet, ſi in oculis hominum Chriſtus fuiſſet, illi enim potuiſſent obtrudere ſpectrum eſſe; atqui ab ejus ſolo mero nomine majora miracula provenire videbat, quam ab ipſo in carne inter mortales agente, non poſſe non credere, niſi forte mente eſſet extenſa.* 115.

(Act. 1. — Lorin. — Joan. 11. — *Efficacius nomen Jeſu oſtendit Divinitatem, quam reſurrectio.* — D. Baſil. Seleuc.)

Secundò veniat iterum Theoph. ſuprà datus: *Opera, quæ ego facio, & ipſe faciet. & majora horum faciet: per orationem poteſt quis exercere prodigia.* Oratio precaria pie quodammodo omnipotens, ut per eam fiant majora prodigia, quam ea quæ Chriſtus fecit, dum in terris degeret. Sic ait Chriſtus in præſenti. *Quodcunque petieritis Patrem in nomine meo hoc faciam.* Expende illud. *Quodcumque*: Seu ut legunt Syriac. Vatabl. *Quicquid*: Nihil excluditur à divina promiſſione, ſed omnia valet oratio impetrare, ac obtinere, ſi rectè in fide fiat, de hac loquimur. 116.

(Theoph. — *Oratio precaria pie omnipotens.* — Syriac. Vat.)

Ait Moyſes Deut. 4. n. 7. *Nec eſt alia ratio tam grandis, quæ Deos habeat appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris.* Quæ ultima verba alij legunt. *Sicut Dominus Deus noſter in omnibus, in quibus invocaverimus eū.* Chal. *In omni tempore, quo nos orantes ſumus.* Magna, & excellens nobilitas populi Chriſtiani, cui adeſt Deus in omnibus, ac in cunctis obſecrationibus Lorin. ibi: *Valde magna liberalitas adeſſe cunctis obſecrationibus, nullam rejicere, quidquid orantes petamus audire, & accipere, ac fieri nobis.* In quo oratio divinā omnipotentiā imitatur; divina omnipotētia ea eſt, quæ valet efficere quidquid naturæ rerum non repugnat, ſic & illi aſſimilatur oratio fervida: ut potens ſit ad impetrandum, ac obtinendum, quidquid oranti, cum rectè petat, non repugnat: *Nullam rejicere, quidquid orantes petimus exaudiri.* 117.

(Deut. 4. — Chald. — Lorin. — *Oratio aſſimilatur divinæ omnipotentiæ.*)

CAPUT

CAPUT. XII.

Non relinquendi orphani.

Joan. 14.*n.* 15. Si diligitis me: madata mea ſervate.

VERSIONES.

Arabic. Et ſi diligitis me.
S. Epiphan. Si enim diligitis me.
Euthym. Vatabl. Si diligitis me, præcepta mea ſervate.

EXPOSITIO I.

1\. CHriſtus D. in hoc ſuo diſceſſu ſuis diſcipulis dicit ultimum vale, inculcans eis ſalutaria monita, eóſque informat in tribus virtutibus Theologicis, ſcilicet fide, ſpe & charitate, quæ ſunt præcipuæ virtutes; de fide dixi in hoc. c. 14. n. 1. *Creditis in Deũ, & in me credite.* D. ſpe, n. 1. *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.* Et iterum, n. 13. *Quodcunque petieritis Patrem in nomine meo hoc faciam.* Petitio, ſive oratio actus eſt ſpei. Nunc vero de charitate agit. Si *diligitis Deũ, mandata mea ſervate.* Sunt enim hæ virtutes maximè connexæ. Nam fides generat ſpem, ſpes verò charitatem. Senſus ergo eſt. Si intenditis obtinere mea promiſſa, & impetrare ea, quæ poſtulatis, & ut ergo tanquam vos diligens ea impetrem à Patre meo, vos me diligite, ac redamate. Et ſic connectunt hæc verba cum ſuperioribus D. Chryſoſt. D. Cyrillus, Theophylact. Euthym. ut poſſint impetrare poſtulata in nomine ejus, de quo immediatè antea egerat; ac ſi diceret, faciam ſi faciatis; faciam quod petieritis, ſi me dilexeritis, & mandata mea ſervaveritis. Non enim valet oratio ſine operibus. Chryſoſtom. etiam quod approbant Maldonatus, & Hugo. Viderat Dominus ſuos Apoſtolos turbatos ex ejus diſceſſu, ait ergo quod amor erga ipſum non oſtenditur turbatione, ſed obſervatione mandatorum D. Auguſt. Leont. Theodorus, Mopſuetus, Beda & alij hæc verba referunt ad ſequentia ad promiſſionem nempe Spiritus ſancti. Prima interpretatio magis mihi arridet.

Amans debet redamari. — Chryſoſt. Theoph. Euthym. — Maldon. Hugo. — Auguſt. Leont. Theodor. Beda.

2\. Si diligitis me, benevolo animi affectu, *me*: poſtquam nempe abiero à vobis, ſi perſeveravetitis in dilectione mea, amor enim in abſentia probatur. *Mandata mea*: non dicit unum, vel alterum, ſed omnia, non enim unius obſervatione juſtificatur homo, ſed omnium. *Servate*: operibus adimplete. Amantis eſt conformare ſe ad voluntatem, multo magis ad præceptum ejus, quem amat. Ut ait D. Joan. 1. epiſt. cap. 5. num. 3. *Hæc eſt charitas Dei, ut mandata ejus cuſtodiamus.* Unde ait Euthym. Mandata mea ſervate, quia ſignum dilectionis impletio mandatorum. D. Chryſoſt. homil. 74. *Dicere enim & permittere, omnino facile eſt: operari autem non ita: quorſum hæc? Quoniam multi ſunt, qui ſe Deum timere, & diligere profitentur, re autem contra omnino faciunt: Deus autem per opera diligi quærit.*

Amantis eſt conformare ſe ad voluntatem amati. — 1. Joan. 5. — Euthym. Chryſoſt.

Joan. 14.*n.* 16. Et ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum.

Num. 17. Spiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere, quia non videt eum, nec ſcit eum: vos autem cognoſcetis eum; quia apud vos manebit, & in vobis erit.

VERSIONES.

*Syriac.n.*16. Et ego poſtulabo à Patre meo & alium conſolatorem dabit vobis, ut ſit vobiſcum in æternum.

D. Ambr. lib. 1. *de Spiritu ſancto, c.* 14. Rogabo Patrem meum, & alium Paraclitum dabit vobis, qui vobiſcum ſit in æternum.

Tertul. & Novatian. l. de Trin. c. 28 Alium advocatum dabit vobiſcum.

D. Hilar. lib. de Trinit. Alium advocatum mittet vobis Spiritum Paracletum, ut ſit vobiſcum.

Arabic. n. 17. Quem mundus non poteſt recipere, quia non viderunt, nec cognoverunt eum: Vos autẽ cognoſcetis eum, quia apud vos ſtans erit permanens.

Syriac. Propterea, quod non videt eum, nec eum novit: Vos autem cognoſcitis eum, quoniam apud vos manet, & in vobis eſt.

EXPOSITIO II.

3\. ET *ego rogabo*, Si in mea dilectione, in meorúmque mandatorum obſervatione perſeveraveritis. *Rogabo Patrem.* Meis precibus impetrabo vobis Spiritum ſanctum. Loquitur hic Chriſtus, ut homo ut notarunt Divus Cyrillus, Divus Auguſtinus, Leontius, & poſteà verò cap. 16. num. 7. cum ait: *Mittam eum ad vos.* Agit de ſe ſecundum divinitatem; nam ut notant citati Patres Chriſtus loquitur de ſe modo, ut homo, modo ut Deus ut utramque ſuam naturam nobis explicet, Et notat, quod Chriſtus hic prius oſtendit humilitatem humanæ naturæ, cum ait: *Rogabo Patrem*; poſtea celſitudinem Divinitatis cum ait; Mittam eum. D. Chryſoſtomus, Euthym. Theophylact. inquiunt, quòd Chriſtus dixit: *Rogabo Patrem*; facilius enim credituros Apoſtolos fuiſſe, Spiritum ſanctum mittendum ſibi fore, ſi Patrem, quam ſi ſe miſſurum diceret. At ratio non videtur multum urgens, quia citato cap. 16 ait: *Mittam eum.* Dixit ergo: *Rogabo Patrem* Nam ſicut ipſe miſſus eſt à Patre, ſic miſſionem Spiritus ſancti ad Patrem refert: deinde ut ſe explicet noſtrum mediatorem in cælis erga Patrem, in cælis enim pro nobis orat, non tamen ut in diebus carnis ſuæ cum lachrymis, ac ſervili proſtratione, ut loquitur D. Gregor. Nazianz. orat. 36.

Cyril. Auguſt. Leont. — Chryſoſt. Euthym. Theoph. — Nazianz.

orat. 36. ſed Patri aſſiſtens pretium noſtræ re-
4. demptionis oſtendens.
D. Chryſ. *Alium Paracletum.* hoc eſt alium à me, *ſed qualis ego ſum.* Addit, Chryſoſt. hom. 74. qui ait: *dicendo alium, perſonæ differentiam, dicendo Paracletum, ſubſtantiæ cognationem demonſtrat.* Unoque verbo multos hæreticos interficit Dominus Sabellianos, nam cum dicit alium, perſonarum diſtinctionem indicat, contra Arrianos. Cum dicit Paracletum denotans unitatem eſſentiæ, nam Chriſtus etiam Paracletus dicitur, ut ſtatim dicam *Paracletum:* id eſt advocatum, ſeu exhortatorem, vel conſolatorem, hæc enim omnia ſignificat, vox Græca ex his conſtat, quod etiam Chriſtus dicitur Paracletus. *Advocatũ habemus apud Patrem Jeſum Chriſ-*
1. Joan. 2. *tum.* Joan. 1. c. 2. n. 1. *Dabit vobis:* infundet in corda veſtra copiosè, & abundanter in die Pentecoſtes. *Vt maneat vobiſcum in æternum;* non per tres, vel quatuor annos, ſed quandiu vixeritis in hoc ſæ-
Theophyl. culo. Theoph. *Non enim*, ait, *ita temporaria erit ejus conſuetudo ut mea.* Dubitabis, quia Chriſtus ſolum à ſuis diſcipulis ſe ſubtraxit ſecundum præſentiam corporalem, nam ſecundum naturam divinam, quæ ei communis eſt cum Spiritu ſancto, ſemper eis adfuit. Quomodo ergo dicitur, quod Spiritus ſanctus manebit in æternum? Reſpondemus, quod promittitur permanentia in æternum, non ob naturam tantum Spiritus ſancti, ſed ob illius effectus ſpirituales interioris conſolationis, confirmationis, unctionis, ac gubernationis, &c.

5. *Spiritum veritatis.* Spiritus nempe verax, qui vos veritatem docebit, & dicitur ſpiritus verax, prout diſtinguitur ab ſpiritu erroris, mendacij.
Chryſoſt. *Quem mundus.* D. Chryſoſtomus cum Euthym.
Euthym. Theoph. Theoph. *Mundum hoc loco malos appellat.* D. Aug.
Auguſt. Beda. cum Beda: *Mundum dicit mundi dilectores*, Et ſubditur: *Non poteſt accipere.* Qui enim terrenis deliciis, ac voluptatibus incumbunt, non ſunt capaces divini Spiritus, qui totus cœleſtis, ac ſpiritualis eſt: *Quia non videt eum, nec ſcit eum.* Quia habet oculos mentis obcæcatos terrenis cupiditatibus, unde nec ſcit, nec cognoſcit eum: *Lippitudine oculorum animi laborantes, divinæ naturæ ſplen-*
Cyril. *dorem non adſpiciunt;* ut N. Cyrillus l. 9 c. 45. in Joan. Vos autem à mundo, ac rebus mundanis
Græcus. ſegregati *Cognoſcetis eum.* Græcus habet, *Cognoſ-*
Euthym. *citis:* in præſenti Euthym. *Propemodum illum cognoſcitis: nam poſt breve tempus deſcendet, ac docebit vos.* Vos enim cognoſcitis ejus vim, efficaciam, ac cœleſtem operationem, *in vobis manebit, ac erit.* Exercendo ſuam gratiam, ac cooperationem per miros, ac eximios effectus, per multáque opera miraculorum.

Quæstio I.

Quare Spiritus ſanctus dicitur Paracletus?

6. PAracletus, ut jam dixi in expoſitione, ex Græco idem eſt, ac advocatus & orator. Secundò, idem valet, ac exhortator, & incitator. Tertiò, idem eſt, ac conſolator. Hæc omnia vox Græca, paracletus ſignificat. Cum ergo Chriſtus
Chriſtus etiam dicitur Paracletus. ait, quod *Pater alium Paracletum dabit vobis*, ſe ipſum paracletum appellat, ut obſervarunt
Auguſt. D. Auguſt. D. Chryſoſtomus D. Cyrillus, Leont.
Chryſoſt. Theodoret. Heracleot. Theophylact. Euthym. D. Thom. D. Bonav. nam Chriſtus D. eſt noſter Advocatus, orator, ac interceſſor. Juxta illud Apoſtoli: *Advocatum habemus apud Patrem Jeſum Chriſtum.* 2. Cor. 5.
Ipſe eſt etiam noſter exhortator, ac incitator ad omne opus bonum. 2. Corint. 5. n. 20. *Pro Chriſto legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos.* Ipſe eſt enim noſter conſolator in omni tribulatione, & preſſura.

Abeunte ergo Chriſto in cœlum Pater miſit 7.
Spiritum Paracletum, qui in illis tribus Chriſto *Quomodo Spiritus advocatus dicatur.*
ſucceſſit. Dicitur primo Advocatus effectivè, quia nos ad orandum Deum Patrem impellit juxta Rom. 8.
Rom. 8. n. 26. Ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, id eſt poſtulare facit, & orare nos maximis cum gemitibus.

Secundo. Spiritus ſanctus dicitur excitator, ad- 8.
hortator, ac impulſor. Ipſe enim Apoſtolos exci- *Spiritus corroborat ad labores.*
tabat, ac promovebat ad ardua, ac difficilia virtutum opera pro Dei gloria exercenda, ut audacter, ac libere in toto orbe evangelizarent, contemnentes tyrannos, eorúmque aculeos, ac ignes, & magno affectu ambientes crudeliſſimam mortem, ac martyrij palmam pro Chriſto. Hinc canit Eccleſia. *Veni lumen cordium:* mentes illuminat, ac voluntates inflammat ad virtutum magnalia. Eu- Euthym.
thym. *Alium*, inquit, *Paracletum, tanquam me admonitorem, ac præceptorem in certaminibus virtutum, ſolatium, ac ſubſidium in afflictionibus.*

Tertiò. Dicitur Spiritus ſanctus Paracletus; id 9.
eſt conſolator, ac ſi dicat Chriſtus, vos ô diſcipuli mei ob inſtantem meum diſceſſum, non contriſtemini, nec turbemini, ſed animos erigite, ego enim mei loco vobis mittam alium Paracletum, qui vos non ad modicum tempus, ſed uſque ad finem ſæculi, doceat, conſoletur ac protegat in ærumnis, adverſitatibus, ac laboribus. Nam Spiri- *Spiritus nos conſolatur in omni tribulatione.*
tus ſanctus eſt quaſi ignis lucens, & ardens, ideò omnem animi torporem, caliginem, ac timorem diſpellit, ac conſumit. D. Bernard. ſerm. 2. de Pentec. *Paracletus*, ait, *donat pignus ſalutis, ſcientiæ lumen, & robur vitæ, ut quod per naturam eſt impoſſibile, per ejus gratiam fiat poſſibile, imo facile.*

Nomen ergo Conſolator quamvis ſit commune 10.
Filio Dei cum Spiritu ſancto, ut jam dixi, & Patri etiam conveniat. 2. Cor. 1. n. 3. *Pater miſericor-* 2. Cor. 1.
diarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Quamvis ergo nomen commune ſit tribus perſonis divinis, tamen communi uſu appropriatur Spiritui ſancto, ſicut ei qui charitas eſt, attribuitur infuſio gratiarum, cæterorúmque donorum quibus corda noſtra inflammat, lætificat, ac recreat, hinc ipſe dicitur Paracletus, id eſt, Conſolator. Actor. 9. n. 31. *Ec-* Act. 9.
cleſia conſolatione ſancti Spiritus replebatur. Syriac. Syriacus.
Conſolatio Spiritus ſanctitatis multa erat.

De adventu Spiritus Paracleti, ac conſolatio- 11.
ne, quam effudit in corda noſtra interpretatur Toletus Ann. 17. locum Iſai. 40. n. 1. *Conſolamini,* Tolet.
conſolamini populε meus, dicit Deus veſter loquimini ad cor Jeruſalem, & advocate eam: quoniam completa eſt malitia ejus, dimiſſa eſt iniquitas illius: ſuſcepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis. Quæ verba profunde ſic expendo. Non ſemel ait *conſolamini*, ſed repetit vocem, ut ingentem multitudinem conſolationis ſignificet, quæ una voce exprimi non poteſt. *Loquimini ad cor:* valde frequenter Dicitur loqui ad aures Iſa. 2. num. 1. & 10. Hierem. 5. num. 21. At hic di- Iſai. 1.
citur loqui ad cor, ut notat D. Hieron. ut blan- Hierem. 5.
diſſimam conſolationem inſinuet, quæ cor re- Hieron.
creat,

creat, & lætificat: *Et advocate eam.* Septuaginta legunt: *Et ſolemni eam,* quos Spiritus ſanctus advocat, conſolatur: *Quoniam completa eſt malitia*
Septuag. *ejus.* Septuaginta, *humilitas ejus*, alij, *iniquitas*
Multiplex conſolatio à Spiritu S. quos Spiritus ſanctus replet, in eis malitia, iniquitas, ac humilitas tribulationum, ac laborum extinguitur, & perit, *ſuſcepit de manu Domini duplicia.* Id eſt multiplicata bona, charismata, gratias & conſolationes, ex immenſa Dei pietate.

12. Apoc. 2. Epiſcopo Pergami ait Angelus: *Vincenti dabo manna abſconditum.* Apocal. 2. num. 17. quodnam manna eſt hoc, quod nec ab Angelo valet explicari, ſpirituales conſolationes provenientes à Divino Spiritu in medio tribulationum, ac perſecutionum, quæ communicantur fidelibus, interpre-
Cornel. tatur Cornelius, quæ tot tam magnæ ſunt, ut nec ab Angelo valeant exprimi; & inde rectè di-
Conſolationes quæ communicantur à Spiritu ſancto non poſſunt ab Angelo explicari. cuntur Manna abſconditum eo quod interius in anima fidei ſentiantur, exterius vero verbis, ac ſignis minimè enucleentur, ex quo ait Paulus ad Coloſſenſ. 3. n. 3. *Vita veſtra abſcondita eſt cum*
Coloſſ. 3. *Chriſto in Deo.* Et merito conſolationes vocantur manna, quia miræ ſunt, & ingentes, ut qui eas recipiunt, mirentur, & ſtupeant, dicántque *Manhu* quid eſt hoc? *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te*; Eſt enim hæc conſolatio prægustus quidem æternæ beatitudinis, in qua perfectiſſimum erit hoc manna. Vide cap. 13. quæſt. 10.

QUÆSTIO II.

Quare in lege veteri Spiritus ſanctus non dicitur Paracletus, ſed tantum peculiariter in lege gratiæ?

13. D. Athan. QUæſtionem hanc excitat D. Athanaſ. in orat. contra Arrianos, quæ incipit: *Ex Deo Deus eſt verbum,* Advertit quod Spiritus ſanctus in veteri teſtamento, nunquam appellatur Paracletus, ſed Spiritus Domini, Spiritus principalis.
Pſal. 50. Pſam. 50. n. 14. *Spiritu principali confirma me.*
Iſai. 11. Spiritus fortitudinis, Iſai. 11. n. 15. *In fortitudine*
Iſai. 25. *Spiritus ſui*, &, *Spiritus robuſtorum,* Iſai. 25. n. 4. aliiſque ſimilibus nominibus dicitur, nunquam vero Paracletus appellatur, ut in novo teſtamento. Quamvis quæſtionem excitet, ſolutionem non exprimit Athanaſius.

14. Tolet. *Ubi tribulatio, ac perſecutio, ibi conſolatio.* Reſpondet Tolet. Annot. 17. quia lex vetus data fuit à Deo, & per Moyſem promulgata & introducta, ac recepta à Judæis ſine effuſione ſanguinis, ſine perſecutione, ac contradictione; neque enim Moyſes propter legis promulgationem occiſus, nec Judæi propter acceptationem interfecti. At Evangelium multo ſanguine ſeminatum eſt in orbe, & propter ipſum Chriſtus omnium caput occiſus: & propter etiam ipſum Apoſtoli, Diſcipuli, verbi prædicatores, ac fideles crudeliſſimas perſecutiones, tribulationes, ac mortes paſſi ſunt, inde in Evangelio Apoſtolis, ac fidelibus promittitur Spiritus Paracletus, hoc eſt conſolator ad fidelium corda lætificanda, ac corroboranda inter tot, ac tantas preſſuras.

15. Reſpondeo: quod ratio differentiæ ſumenda eſt ex conditione utriuſque legis, Lex vetus, lex timoris, ac ſervorum; lex vero gratiæ, amoris ac filiorum; hanc differentiam colligunt communiter Doctores; D. Hieron. D. Chryſoſt. Theodoret. D. Anſelmus, D. Thomas ex verbis Pauli ad Galat. 4. n. 24. *Hæc enim ſunt duo teſtamenta. Unum quidem in monte Sina in ſervitutem generans: quæ eſt Agar. Illa autem, quæ ſurſum eſt ſeruſalem libera eſt*, &c. inde ergo Spiritus ſanctus in lege veteri, dicitur Spiritus principalis, Spiritus fortitudinis, ardoris, ac robuſtorum, nam illi tanquam ſervi trahendi, ac complendi erant timore præexcellsæ majeſtatis. At in lege gratiæ dicitur Paracletus, id eſt Conſolator, quia illius fideles tanquam filij amore, ac benevolentia alliciendi erant. Hieron. D. Chryſ. Theodor. Anſelm. D. Thom. Galat. 4. *Lex vetus timoris, lex nova amoris.*

De nova ſua Eccleſia loquens Deus per Oſe 2. 16.
n. 16. ait: *Vocabit me vir meus, & non vocabitur ultra Baali.* Ut locum perfectè intelligas ad verte ex Commentatoribus, quod apud Hebræos ſponſa duplici vocabulo ſolebat appellare ſuum maritum; uno dicebatur: *Vir meus.* Altero Baali, id eſt, *Dominus meus*, ſeu *poſſeſſor meus.* Ait ergo Deus futurum eſſe, ut à nova ſua ſponſa, ſeu ab Eccleſia appellaretur *Vir meus:* non autem *Dominus*, ſeu *poſſeſſor meus.* Cujus differentiam aſſignat ibi Lyranus. *Prior*, ſcilicet appellatio, *Vir meus*, erat amoris poſterior autem *Dominus*, ſeu *poſſeſſor meus*, timoris, & inde hæc ad legem veterem ſpectabat, illa verò novæ congruebat; nam ut ex D. Aug. ibi refert Lyran. *Brevis differentia legis*, *& Evangelij timor, & amor.* Oſeæ. 2. *In lege veteri timor, in lege nova amor.* Lyranus. D. Auguſt.

Ait Paulus ſuis diſcipulis; 2. Corinth. 3. n. 3. 17.
Epiſtola eſtis Chriſti miniſtrata à nobis, & ſcripta non atramento, ſed Spiritu Dei vivi: non in tabulis cordis carnalibus, diſcrimen pulſat. Apoſtolus, ut ait D. Ambroſ. inter legem Moſaïcam, & Evangelicam, lex vetus ſcripta eſt in tabulis lapideis, lex Evangelica per Scriptum. ſanctum in cordibus carnalibus. Et cur alta Dei ſapientia ſic diſpoſuit, ac ordinavit; Secundum noſtram tenuitatem dicam: lex Moſaica, in tabulis lapideis valde duris exaratur, quia homines ſub illa tanquam ſervi duro jugo erant trahendi; at verò lex Evangelica Spiritu Dei vivo ſcribitur in corde carnali molli, ac docili, quia in illa homines ſuaviter ac dulciter erant promovendi, ac alliciendi. Vide tom. 1. lib. 3. cap. 2. q. 26. num. 93. & tom. 2. cap. 10. q. 8. n. 50. & tom. 3. cap. 20. q. 13. num. 97. 98. tom. 4. cap. 11. n. 69. 2. Cor. 3. D. Ambroſ.

QUÆSTIO III.

Quare Spiritus ſanctus dicitur Spiritus Veritatis?

HActenus Ieſus Dei Patris, Deique filij ſuf- 18.
ficientem, parciorem vero Dei Spiritus ſancti notitiam ſuis tradiderat; nunc vero in hoc ſermone, poſt ultimam cœnam, ſub diſceſſum ſuum Spiritus ſancti perſonam clarius cognoſcendam dedit D. Cyrill. Alex lib. 9. in Ioan. c. 45 Cyril.
Oportebat, ait, *ad hæc rectam etiam nobis de Spiritu fidem tradere, ut Chriſtiani dogmatis integritas haberetur.* Et Euthym *Hic itaque*, ita, *incipit diſcipulis notitiam dare de Spiritu ſancto, ſcilicet claram, & diſtinctam.* Euthym.

Quæſtio præſens eſt, quare ipſum divinum 19.
Spiritum appellat Spiritum veritatis? Primo reſpondet N. D. Cyril. lib. 9. in Ioann. cap. 44. quia D. Cyrill.
ipſe eſt Spiritus filij, ſive procedens à filio per Spirationem,

rationem, cui appropriatur Sapientia, & Veritas, ut Chriſtus Jeſus de ſe dixit: *Ego ſum via, veritas, & vita*, ſuprà hoc cap. 14. n. 6. Secundo
D. Baſil. Baſilius lib. 2. de Spiritu ſancto, cap. 18. idem ſentit cum D. Cyrillo, & addidit, quia Chriſtum verum Salvatorem mundo manifeſtavit. Juxta illud. *Ille me clarificavit.*

20. Origen. Chryſoſt. Theoph. Tertiò. Origen. lib. 2. contra Celſum D. Chryſoſtom. homil. 74. in Joan. Theophylactus, Spiritum veritatis dictum exponunt, ad diſtinguendum novum teſtamentum à veteri: nam in Veteri teſtamento fuerunt umbræ, & figuræ, in novo verò eſt veritas, quæ umbras, ac figuras complevit. Quarto idem D. Chryſoſtomus homil. 76. in Joan. ait, quod dicitur Spiritus veritatis, quia nimirum dignus eſt fide, & quia vera docet.
Euthym. Quinto. Euthym. ait, quod Spiritus ſanctus dicitur Spiritus veritatis, id eſt veriſſimus, ut opponitur Angelo, animæ, vento, qui analogicè, & participativè etiam Spiritus dicuntur, Spiritus autem Sanctus per eſſentiam eſt puriſſimus, ac præſtantiſſimus Spiritus.

21. Germana expoſitio. Septimo Pleniſſime, ac propriiſſime Spiritus ſanctus, Spiritus veritatis eſt, ac dicitur quia ipſe omnis veritatis eſt auctor, ac ipſe ſolus puræ, & integræ, ac perfectæ veritatis doctor, & illuminator, eámque cordibus noſtris effundit. Ipſe nos docet, & inſtituit in omni veritate neceſſaria ad ſalutem, ab omnibus erroribus, ac falſitatibus liberat, & ſegregat, quod nobis apertè declarat Chriſtus hoc ſermone. Joan. 16. num. 13. *Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Inde ipſe divinus Spiritus apud
Iſai. 11. Iſai. 11. num. 2. vocatur Spiritus ſapientiæ, ſcientiæ, conſilij, pietatis, fortitudinis, ipſe inſpirat, docet omnem ſapientiam, ſcientiam, conſilium, pietatem, fortitudinem, omnémque veritatem
Tolet. Evangelicam, quæ ut notat Toletus triplex eſt. Prima cognitio rerum divinarum, ac myſteriorum fidei. Secunda agnitio complementi omnium promiſſionum Dei; tertia cognitio Dei præceptorum ac rerum, quæ neceſſariæ ſunt ad ſalutem, ut hæc ſequamur, & ab his contrariis declinemus.

22. *Cum autem tradent vos*, ait Chriſtus diſcipulis, *nolite cogitare quomodo, aut quid loquimini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri,*
Matth. 10. Spiritus ſanctus nos dirigit, ac munit in conflictu. *qui loquitur in vobis*, Matth. 10. n. 19. & 20. peculiariter non promittitur Spiritus ſanctus Chriſtianis Doctoribus cum è pulpito fidem prædicant, vel cum verba cogitant ad corripienda ſcelera, ſed cum aſtant coram regibus, tyrannis, ac carnificibus. Cur eo tempore præcipuè promittitur Spiritus Divini Patris, quod inter ignes, aculeos, gladios, ac alia acerba tormenta in fide conſtanter perſeverent, & ad infidelium errores non declinent, non provenit halitu humano, ſed ex afflatu divini Spiritus, qui ſuorum corda munit, ac roborat, & illuminat, ac dirigit, ut à nulla poteſtate humana poſſint vinci, obſcurari, ac perturbari? D. Chryſoſt. homil. 34. in Matt. *Habebant,*
D. Chryſoſt. ait, *in medio ſui populi reges, ac principes duodecim homines in vinculis, flagellis, carceribus, nec potuerunt ora eorum obſtruere, ſed veluti nemo ſolares radios vincere poteſt, ſic nullus linguam eorum potuit compeſcere. Quoniam non hominis, ſed Spiritus ſancti virtus loquebatur: qua etiam Paulus Agrippam, & Agrippæ miniſtros, Neronémque omnium hominum pernicioſiſſimum facile ſuperavit.*

QUÆSTIO IV.

Quare mandatur Apoſtolis diligere, ac obſervare mandata, ut accipiant Spiritum ſanctum, quem ſi non habeant, illa non poſſunt præſtare?

Excitat D. Auguſt. tract. 74. ut Chriſtus ametur, ejuſque mandata ſerventur, opus eſt Spiritu ſancto, ergo qui amat, & mandata ſervat, Spiritum ſanctum jam habet? Cur ergo Chriſtus ait: *Si diligitis me mandata mea ſervate, & ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis.* Indicans dandum Spiritum ſanctum poſtquam Apoſtoli dilexerint, & mandata ſervaverint? Quomodo diligimus, ait D. Auguſt. *Ut Spiritum ſanctum accipiamus, quem niſi habeamus, mandata ſervare non poſſumus;* 23. D. Auguſt. Ratio dubitandi.

Reſpondet S. Doctor ad quæſtionem: *Reſtat ergo*, inquit, *ut intelligamus Spiritum ſanctum habere, qui diligit, & habendo mereri, ut plus habeat, & plus habendo, diligat.* Et poſt pauca ſubdit *Habebant ergo, & non habebant. & qui quantum habendus fuerat, nondũ habebant Habebant itaque minus, dandus erat eis amplius: habebant occultè, accepturi erant manifeſtè, quia & hoc ad majus donum ſancti Spiritus pertinebat, ut in eis innoteſceret quod habebant.* Magnus magni Doctoris commentarius: habebant jam divinum Spiritum, ſed ſic habebant, ut plus diligendo, ac mandata obſervando, plus mereantur ipſum habere, majoribuſque meritis inſigniri, nec enim in via virtutis ſiſtendum eſt, ſed ſemper ad majora, ac majora prodeundum. Vide 1. 2. 3. 4. tom. in Indice verbum *Virtus*. 24. D. Auguſt. In virtute ad majora procedendum.

Sed dandus eis erat amplius, habebant occulte, accepturi erant manifeſtè. Verum eſt quod Apoſtoli jam Spiritum ſanctum habebant: aliàs nec Chriſtum diligere, nec mandata ejus hactenus poſſent obſervare, ergo habebant quidem, ſed occultè, poſtea verò *dandus eis erat manifeſte*, cum apparentibus linguis tanquam ignis ſubdit Chriſtus, *ut maneat vobiſcum in æternum.* Nam Apoſtoli tam manifeſto, & notorio ſigno Spiritum Sanctum accipientes, ſe Chriſti aſſeclas publicarunt, ac manifeſtarunt, & ipſa publicatio, ac declaratio virtutis, ac ſcholæ Chriſti quædam permanentia, ac perſiſtentia in ea erat, *habebant occultè accepturi erant manifeſte*, ut ipſa publicata acceptatio eſſet quædam permanentia virtute, *ut maneat vobiſcum.* 25. Publicatio in virtute ſectanda eſt permanentia in illa.

Ait anima ſancta, *Quis mihi det te fratrem meum, ut inveniam te foris;* alij legunt *in foro;* alij *in agro*, & deoſculer te, & jam nemo me deſpiciat. Cant. 8. n. 1. Syrus pro deoſculer te, habet *Laudabo te*, Quid eſt quod tanto affectu anima ſancta deſiderat habere ſuum dilectum, non in ſecreto, & abdito, ſed in foro vel agro? D. Ambroſ. ibi *foris factus eſt, qui erat intus.* Cum quem habebat intus, vult foris habere ſeu in foro, ſeu agro, ut ſic valeat eum oſculari, ac laudari, ut à nemine deſpiciatur, tanquam aliena à ſuo dilecto, nam cum ipſum foris inveniat deoſculetur, ac laudet, publicatus, & notus cunctis erit ejus amor, & ipſa publicatio amoris permanentia in eo erit, nam ipſa manifeſtatio deſpectum declinabit, & amoris conſtantiam indicabit. 26. Cantic. 8. Syrus. D. Ambroſ. Publicatio amoris conſtantiam in illo declarat.

Tertio. *Accepturi erant manifeſte, ut in eis innoteſceret, quod habebant.* Habebant occultè, adveniat 27.

Si alius non ſcit, tuum ſcire nihil reputabitur.

veniat Spiritus ſanctus, ut in eis innoteſcat, quod habebat, nam dona ſcientiæ, ſapientiæ, conſilij, ſi non foris innoteſcant, ſic externa reputabuntur (moraliter dico,) ac ſi non habeantur.

28. Quartò. *Accepturi fuerant manifeſte*, &c. verum eſt quod jam Spiritum ſanctum occultè habebant, accepturi erant manifeſtè, ut manifeſtè ad ſuperiora, & alta myſteria intelligenda, percipienda, ac publicanda eſſent idonei, ut viventes in terra jam cœleſtibus fruerentur, quæ per adventum Spiritus ſancti in die Pentecoſt. obtinuerunt.

29. Poſt ſacram Reſurrectionem apparens Chriſtus Magdalenæ, ait illi: *Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad Patrem meum.* Joan.20.n.17. Tamē poſtea ait Thomæ. *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum*, Ibid. Joan.20.n. 26. quæ graviter ponderat N.D Cyril.Alex.l.12.in Joan.c.58. *Recordentur ſtudioſi*, ait, *Magdalenā à tactu Chriſti prohibitam. Thomam autem hortatur, ut & latus, & clavorum fixuras diligentius tangendo perquirat. Quare ſic?* Reſpondet. *Illi enim nondum gratiæ Spiritus ſanctificatæ, tangere non licebat. Nam antequam Dominus in cœlum aſcendiſſet, deſcenſus Spiritus in omnes non fuit. Thomæ autem hoc licebat, quia unà cum a iis Spiritum fuit conſecutus: ad univerſum namque diſcipulorum conſortium liberalitate dantis vox illa tranſivit: Accipite Spiritum ſanctum.* Magdalena verum eſt, quod cum eſſet in Chriſti gratia, & charitate, jam interius ſpiritum ſanctum habebat, tamen adhuc viſibiliter ſuper eam non deſcenderat, hoc enim factum eſt in die Pentecoſtes, quando ſuper omnes Apoſtolos, ac proinde ſuper omnes fideles viſibilibus ſignis deſcendit, at Thomas, jam receperat Spiritum ſanctum. Nam cum diſcipuli eſſent congregati poſt reſurrectionem, illis apparens Jeſus *Inſufflavit: & dixit eis: Accipite Spiritum ſanctum.* Ioan. 20. n. 22. Inſufflatu, ac ſigno hoc viſibili communicaverit Chriſtus omnibus Apoſtolis, ac proinde Thomæ Spiritum S. Magdalena ergo quæ viſibiliter S.Spiritum adhuc non acceperat, ad magna, & alta myſteria non erat admittenda? At D.Thom. qui tam aperto ſigno divinum flamen receperat, inde ad magna dignus inventus eſt, ut ad Chriſtum accederet, carnem ejus tangeret, manum in latus mitteret, ac ut ſacratiſſima ejus præſentia, & carne foveretur, de tantiſque donis gauderet, *Thomæ autem licebat, quia una cum aliis Spiritum fuit conſecutus.*

Joan. 20.

Joan. 20. D. Cyrill. *Per Spiritum ſanctum ad carnem Chriſti fruendam invenimur digni.*

QUÆSTIO V.

Quare dicitur de Spiritu ſancto, primò quod manebit *apud Apoſtolos, & poſtmodum* erit, *cum prius ſit eſſe, quam manere?*

30. D. Auguſt.

QUæſtione hanc excitat D. Auguſtinus, tract. 74. in Joan. Ait Chriſtus ſuis Apoſtolis, quod Spiritus Sanctus *apud vos manebit, & in vobis erit*, inquit Sanctus Doctor: *In eis erit, ut maneat, non manebit, ut ſit; prius eſt enim eſſe alicubi, quam manere.* Valdè perſpicuum eſt prius eſſe alicubi, quam ibi permanenter manere, Non poteſt enim quis permanere, quin ibi ſit, cum ergo prius ſit, *eſſe*, quam *manere.* Quomodo de Spiritu ſancto dicitur prius apud *vos manebit*, & poſtmodum in *vobis erit*?

Reſpondet D. Auguſt. *Expoſuit quod dixerat, apud vos manebit, cum adjunxit, & dixit, in vobis erit.* In vobis manebit, & inde in vobis erit per dona ſua ipſe manebit in vobis, & ex ejus manſione erunt in vobis dona Spiritus ſancti, ſcilicet ſcientiæ, ſapientiæ, linguarum, ac miraculorum, &c. Secundò: Apoſtoli vehementer quærebant, ac deſiderabant Spiritum ſanctum, & ex eo quod ipſum deſiderabant, jam eum in ſe manentem habebant, niſi ipſum in ſe manentem haberent, eum deſiderare non poſſent? In vobis manebit, & ex veſtro deſiderio, veſtráque diſpoſitione; in vobis erit in die Pentecoſtes igneis linguis apparentibus, viſibilibuſque ſignis. 31.

D. Auguſt. *Spiritus nos præparat; ut per dona ſua in nobis fulgeat.*

Actor.2.n.1.dicitur: *Cum complerentur dies Pentecoſtes; erant omnes pariter in eodem loco, & factus eſt repentè de cœlo ſonus, tanquam advenientis Spiritus vehementis & replevit totam domum*, &c. Quare in die Pentecoſtes Spiritus ſanctus plenè in Apoſtos deſcendit. Oecumenius. *Cum complerentur dies*, ait, *Pentecoſtes hoc eſt circa Pentecoſten, circa ipſum jam feſtum, cum tempus eſſet maturæ meſſi ſpirituali falcem immittere.* Cum jam meſſis ſpiritualis matureſcit, tunc divinus Spiritus adeſt; Nonne ipſe Spiritus ſpiritualem meſſem ab ipſa ſementre uſque ad maturitatem deduxit? Maximè quidem. Quomodo ergo de Spiritu ſancto dicitur, *apud vos manebit, & in vobis erit.* Apud diſcipulos diu manſit, ſpiritualem meſſem uſque ad maturitatem perducens, & quando matura meſſis jam erat, tunc per ſua dona refulgens in eis apparet, ut fructus meſſis colligatur, & congregetur. *Cum tempus eſſet maturæ meſſi ſpirituali falcem immittere.* Spiritus ſanctus præparat, ut per dona ſua fulgeat, ac illuminet. 32. Act. 2.

Oecumen.

Cur in die Pentecoſtes venit Spiritus ſanctus.

Joan. 14.*n.*18. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos.

Num. 19. Adhuc modicum: & mundus me jam non videt, vos autem videtis me quia ego vivo, & vos vivetis.

VERSIONES.

Arabic. n. 18. Non relinquo vos: quia veniam ad vos.

Syriacus. Venturus ſum enim ad vos.

Philo Carpat. in Cantic. Sed vado & venio ad vos.

Syriacus n. 19. Paulò poſt, & mundus non videbit me: Vos autem videbitis.

Pagnin. Adhuc puſillum, & mundus me jam non videt.

D.Hilar. Hic mundus me jam non videt.

Arabicus. Vos autem vidiſtis me; quia ego vivus ſum, & vos vivetis propter me.

EXPOSITIO III.

NOn *relinquam vos orphanos.* Proſequitur Chriſtus magis explicans promiſſionem, quam immediatè ante fecerat de Spiritu ſancto. 33.

Auguſt. Beda. D. Chryſ. Euthym.

Non relinquam vos orphanos: hoc eſt orbatos, ac deſtitutos me patre veſtro, & dum eo abſente orphanos dicti filios appellat, ut notarunt D. Aug. & Beda, nam ut advertunt D. Chryſoſt. Euthym. Theoph. cap 13. n. 33. Dum filiolos appellaſſet, *ideò orphanos non relicturum ſe pollicetur*: ut ait Chryſoſt. *Non relinquam ego vos orphanos.* Nam licet à vobis abeam per mortem, tamen mors mea non eſt ut aliorum hominum in perpetuum, uſque ad diem judicij, ſed per triduum tantum, quo expleto iterum redibo ad vos, & licet poſtea ad patrem meum abeam, alium paracletum vice mei vobis miſſurus ſum, *ut maneat vobis cum in æternum*. Suprà n. 16. Ita ſequentia verba *veniam ad vos*, explicant D. Cyrill. D. Aug. Euthym Janſen. Toletus, & alij. Vel aliter Maldonat. Cornel. hoc referunt ad diem judicij. Tunc enim in ipſo judicio viſibiliter Apoſtolos faciet ſibi aſſeſſores eoſque ſecum multo triumpho in cœlum adducet. *Veniam ad vos.* Syriacus, *venturus ſum enim ad vos*, tanquam aſſignans conſolationis rationem ex ſuo adventu, tanquam Pater veniam ad vos filios meos chariſſimos, ac gaudio replebo.

D. Cyrill. Auguſt. Euthym. Ianſen. Tolet. Maldonat. Cornel. Syriac.

34. *Adhuc modicum.* Illa dictio *adhuc* magis explicat ſuperiorem ſententiam, ne diſcipuli cogitarent, quod viſibili præſentia eſſet ad eos redituris, ut advertit Chryſoſt. *Adhuc modicum*, ſcilicet tempus eſt vitæ meæ, quo mundus, ac impij homines me vident, nam breves horæ vitæ meæ reſtant, poſt quas moriar in cruce. *Et mundus me jam non videt.* Elapſo vitæ meæ tempore, quod fortaſſe viginti tantum horarum erant, *jam non videt*; ſeu amplius me non videbit mundus, ac mundani homines? ab eorum enim aſpectu me ſubtraham, nam ut ait D Auguſt. tract. 75. *Poſt reſurrectionem carnem ſuam, quam non ſolum videndam, ſed etiam tractandam, demonſtravit; noluit demonſtrare non ſuis.* Et ideo ſubdit. *Vos autem* filioli mei *: videtis me.* Sic cum Græco legit noſtra vulgata. At Syriac. D. Auguſt. D. Chryſoſt. Theophylactus, Euthym. legunt videbitis. Arabicus. *Vidiſtis*: ſed præſens de more ponitur pro futuro inſtanti, id eſt breviter poſt mortem videbitis me. *Quia ego vivo*: id eſt vivam, moxque à morte tertia die *reſurgam & vos vivetis*. Et mea præſentia, magno veſtro ſolatio, poſt tot adverſitates fruemini, ut meam mortem ac reſurrectionem univerſo mundo annuntietis. Theophylactus. *Vos quoque, ait, vivetis, hoc eſt quum videbitis me, lætabimini, & quaſi occiſi vivetis in mea manifeſtatione.* Sicut Jacob audiens filium ſuum Joſeph vivere, quem exiſtimabat eſſe mortuum, quaſi de gravi ſomno evigilans reviviſcit. Geneſ. 45. num. 29.

D. Chryſ. D. Auguſt. Syriacus. Auguſt. D. Chryſ. Theoph. Euthym. Theoph. Geneſ. 45.

Joan. 14. *n.* 20. In illo die vos cognoſcetis, quia ego ſum in patre meo, & vos in me & ego in vobis.

Num 21. Qui habet mandata mea, & ſervat ea; ille eſt, qui diligit me: qui autem diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum: & manifeſtabo ei meipſum.

Num. 22. Dicit ei Judas, non ille Iſcariotes: Domine quid factum eſt quia manifeſtaturus es nobis teipſum, & non mundo.

VERSIONES.

Syriac. Arabic. n. 22. In illo die ſcietis me eſſe in Patre meo, & vos in me, & me in vobis.

Vatablus. Illo die vos cognoſcetis.

Syriac. v. 21. Apud quem ſint præcepta mea, & qui cuſtodit ea, is ille eſt, qui diligit: me is autē qui diligit me diligetur à Patre meo: & ego diligam eum, ac oſtendam ei meipſum.

Lucifer Caralita. Qui audit præcepta mea oſtendam illi meipſum.

Vatablus. Qui habet præcepta mea, & ſervat ea: aperiam ei meipſum.

Syriacus n. 22. Quæ eſt ſignificatio ſermonis tui, quia manifeſtabis teipſum.

Vatabl. Domine quid accidit, quod palam facturus es nobis teipſum, & non mundo.

EXPOSITIO IV.

35. *IN illo die*: in illo nempe tempore, ad tempus reſurrectionis referunt D. Chryſoſtomus. Euthymius, Theophylactus, de futuro vero tempore cœleſtis gloriæ interpretantur D. Cyrillus, D. Auguſtinus Leontius, Beda, Rupertus, & alij. Tamen utroque modo intelligi mihi placet. Ac ſi dicat Chriſtus in illo tempore poſtquam reſurrexero, ac etiam poſtquam in cœlum aſcenderim, in voſque miſerim Spiritum ſanctum, illius illuminatione, clarè, ac perfectè cognoſcetis, quod *ego ſum in Patre meo*, per unitatem eſſentiæ quod ego, & Pater ſumus ejuſdem naturæ, & unus Deus. Secundo cognoſcetis, *& vos in me.* Scietis per amorem, benevolentiam, ac cuſtodiam vos eſſe in me. Nam poſtquam glorioſus reſurrexero, ac deinde aſcendens in cœlum fuero, multis, & apertis ſignis cognoſcetis, quod ego ſingulariter vos amo, & cuſtodio, protego. N. D. Cyril interpretatur *vos in me*, per unionē naturæ humanæ percipietis enim tunc divinæ meæ incarnationis myſterium, per quod factum eſt, ut natura humana ſit unita divinæ, proindéque ratione ipſius humanæ naturæ, quodammodo omnes homines mihi copulavi. Tertiò quod *ego ſum in vobis.* Vos ſcilicet inhabitans per gratiam, per donáque Spiritus ſancti eos illuminans, dirigénſque ad omne bonum, ac vitam æternam; ex quo patet quod Chriſtus aliter eſt in Patre, aliter in nobis. In Patre per unionem ejuſdem naturæ, in nobis verò ratione gratiæ, & Spiritus.

D. Chryſ. Eutym. Theoph. Cyril. D. Auguſt. Beda. Leont. Rupert. D. Cyril.

Qui habet. Ne forte cogitarent Apoſtoli ipſis ſolum undecim Chriſtum eſſe appariturum, in eoſque tantum Spiritum ſanctum emiſſurum ad omnes ampliat Dominus ſuam promiſſionem, ut ait Gloſſa. *Qui*, id eſt, quicumque *habet mandata mea*, mente, ac memoria tenet, recipit, 36.

Gloſſa.

recipit, ac audivit à me, meiſque prædicatoribus, Chryſoſt. *& ſervat ea.* Ut opere adimpleat. D. Chryſ. *Non enim habere ſatis eſt, niſi diligenter ſerventur.* D. Auguſt. D. Aug. *qui habet in memoria, & ſervat in vita, Qui habet in memoria, & ſervat in moribus; qui habet audiendo, & ſervat faciendo.* Subdit, *dilige me.* Obſervatione mandatorum meorum amorem ſuũ erga me declarat. *Et Pater meus diliget eum*: Quia mandata mea ſunt mandata Patris, ego enim illa à patre accepi: qui ergo ea ſervat Patrem revereretur, & rem gratiſſimam illi exhibebit; & ideò Pater meus ſuum amorem erga Deum declara-
Theoph bit, viciſſimq; à Patre meo redamabitur. *Et quale præmium diligetur à Patre meo*, ait Theophyl. *Et ego diligam eum*: non tantum qua Deus, ſic enim eadem dilectione, qua Pater diligit, diligam eum, ſed etiam qua homo diligam, multiſque donis, ac gratiis eum afficiam, *Et manifeſta-*
Theophyl. Tolet. *bo ei me ipſum.* Theophylactus, & Tolet. de manifeſtatione poſt reſurrectionem intelligunt. Secundò alij interpretantur. Manifeſtabo per majorem cognitionem, ac illuminationes. Tunc qui mandata ſervant, & Deum diligunt, videbunt eum manifeſtè ſicuti eſt.

37. Hebraiſm. *Dicit ei Judas.* Non ille Iſcariotes, ſed Thadæus, frater S. Jacobi minoris, & Auctor Epiſtolæ Canonicæ, & ait: *Domine quod factum eſt.* Hebraïſmus eſt, & idem valet, quæ eſt ratio vel quæ cauſa eſt, *quia manifeſtaturus es nobis te ipſum.* Nobis Apoſtolis tuis. Dixerat Dominus ſupra. *Adhuc modicum, & mundus me jam non videt, vos autem videtis me.* Ex his Thadæus colligit Chriſtum ſe manifeſtaturum Apoſtolis & non mundo, rogavitque hujus rei cauſam; non intelligebat perfectum ſenſum verborum Chriſti, & ideò interrogat cauſam diſtinctionis Apoſtolorum à mundo.

Quæstio VI.

Quare Iudas Thadæus interrogat admirans, quod Chriſtus ſe eſſet manifeſtaturus Apoſtolis tantum, & non mundo?

38. D. Chryſ. Euthym. Divus Chryſoſt. hom. 74. Euthym. & alij aſſerunt Diſcipulum hunc exiſtimaſſe hanc manifeſtationem futuram in ſomniis, ſicut mortui apparere ſolent vivis, ideò graviter hoc ferens dicit, quæ cauſa eſt, cur diligentibus, & mandata ſervantibus te manifeſtabis in ſomniis, ut mortui ſolent, & non mundo? id eſt, conſueto more, ut ſolent homines aliis ſe manifeſtare. Hæc expoſitio non multum conformis textui mihi videtur, nam Thadæus intendit conſtituere differentiam inter cæteros Apoſtolos, ac mundum.

39. Barrad. *Rex omnibus ſit manifeſtus.* Secundò. Barradas, & alij inquiunt forſitan Iudas Thadæus Magiſtrum rogavit, cur non eſſet ſe manifeſtaturus mundo? Quia credebat illum eſſe Meſſiam, & regem mundi; regem autem oportebat mundo manifeſtari non paucis ſolum hominibus. Rogabat ergo, Domine cum tu ſis Meſſias, & Rex Mundi, regem autem toti regno oporteat manifeſtari, cur paucis tantum hominibus, id eſt nobis, manifeſtandum te dicis, non autem toti mundo?

40. D. Cyril. Tertiò. Et valdè aptè N. D. Cyrill. lib. 10. in Ioan. cap. 2. Laude dignus, ait, eſt quippe ſolis

more, per totum terrarum orbem Chriſti gloriam ſplendere deſiderat: nec ſibi ſufficit, ſi cum paucis ipſe Chriſtum agnoſceret. Audit noſter Apoſtolus ex Chriſti ore. *Qui diligit me, ego diligam eum, & manifeſtabo ei me ipſum.* Inde ambigit, quomodo fieri poſſit, ut Chriſti gloria ipſis Apoſtolis manifeſtata mundo non manifeſtetur, *Apoſtolus Chriſti non ſibi tantum ſed toti mundo bona deſiderat.* valdè durum illi videbatur Chriſti gloriam Apoſtolis notam, à toto mundo non agnoſci; Sic æſtuabant Apoſtoli Jeſuanæ gloriæ ardore amoroſo, & ut omnes illius cognitione, ac manifeſtatione eſſent participes, ut mens ejus, ac affectus non quieſceret, ſi ipſis cum paucis, & non toti mundo Chriſtus manifeſtaretur. *Nec ſibi ſufficit, ſi cum paucis Chriſtum agnoſceret.*

Ex Chriſti inſtitutione ſolemnis oratio Eccleſiæ eſt: *Pater noſter, qui es in cœlis: Sanctificetur nomen tuum.* Mirus eſt hic modus orandi; nunquid Deus erit Sanctus, ſi à me non dicatur, quam ſanctitatem noſtra precatio Deo valet fenerare, & cur etiam non quilibet precatur, ut ſuis bonis operibus Deum ſanctificet, ac ipſum glorificet. Ad quid abſolutè dicitur: *Sanctificetur nomen tuum?* Quod enim indifferenter à me poſcitur; tanta charitate fertur in Deum ac proximum verus exorator, ut non ſolum Deus à ſe; ſed etiam ut ab aliis glorificetur, deprecatur, & ideo verbo imperſonali, ut inquiunt, utitur: *Sanctificetur* ſeu *glorificetur nomen tuum.* Tantum abeſt ut ſibi velit omnes laudes divinæ gloriæ arripere, & quod ipſe ſit ſolus in Deo laudando, ut prius deprecetur, ut ab aliis laudetur, & glorificetur, tam ſtudioſus aliorum boni: ut non ſolum à ſe, ſed etiam ab aliis Deum ſanctificari intendat, aliorumque laudes cum ſuis aſſociari exoptet. Divus Chryſoſt. homil. 20. in Matth. *Sanctificetur nomen tuum, ait, rogare jubeo orantem, Deum per noſtram glorificari vitam, ac ſi dicat: ita fac nos vivere, ut per nos univerſa te glorificent.* Non rogat pro ſe tantum, ſed etiam pro omnibus. *Ut per nos univerſa te glorificent.* Univerſa vult quod ſint in Deo laudando, & ut tantis meritis inde provenientibus ſublimentur. 41. Matt. 9. n. 9. *Iuſti volunt ut alij ſuorum bonorum ſint participes.* D. Chryſoſt.

Mittens Dominus alios ſeptuaginta duos diſcipulos, dicebat illis: *Meſſis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum meſſis ut mittat operarios in meſſem ſuam.* Luc. 10. n. 2. An Dominus meſſis meſſem ſuam negligit, cum ad mittendos operarios ſufficientes rogari expetit? Et cur ipſis diſcipulis mandatur rogari pro augendis operariis, glorioſus enim videri poterat, quod ipſi tantum eſſent operarij Doctores, prædicatores, ac magiſtri, cur ergo ipſi pro aliis accumulãdis deprecabuntur? Ut eorũ eximia charitas innoteſceret. Sic enim ipſi operarij eſſe volebant, ut ſimul alij, & operarij eſſent, ut meritum, gloria, & honor ex operatione meſſis proveniens, cum aliis communicaretur, & ut tantus honos ab eis reputaretur maximè gratus, & perfectus, alios volunt habere ſocios & commilitones. Cardinal. Hugo. *Quare, ait, ſe vult rogari Dominus, ut mittat operarios in meſſem ſuam, imò rogat, ut rogetur, & rogat operarios ut rogent eum?* Reſpondet. *Per hoc oſtendit deſiderium prædicatorum, circa ſalutem animarum.* Non mandat Dominus, ut alij pro mittendis operariis rogent, ſed hoc dicat ipſis operariis conſtitutis. *Per hoc oſtendit deſiderium prædicatorum circa ſalutem animarum.* Vide tom. 2. c. 10. q. 32. n. 255. 256. & c. 27. q. 12. n. 72. & 73. 42. Luc. 10. Hugo. *Iuſti volunt, ut ſuæ dignitates aliis communicentur.*

CAPUT XII.

Diligens ſervat mandata.

Ioan. 14. *n.* 23. Reſpondit Jeſus, & dixit ei: Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.

VERSIONES.

Syriacus. Qui diligit me, ſermonem meum ſervat.

Arabicus. Si quis diligit me, verba mea ſervabit.

Dydim. *Alexand. in epiſt. Joan.* 1. *c* 2. Si quis diligit verbum meum cuſtodit illud.

S. Dionyſ. Alexandr. in prolog. contra Samoſaten. Mandata mea ſervabit.

*Lucifer Caralitan. lib.*2.*pro. S. Anaſtaſio.* Si quis me diligit, ſermonem meum cuſtodiet: & ad illum veniemus, & apud illum manebimus.

S. Macar. ſenior. hom. 18. Veniemus ego, & Pater meus.

S. Gregor. Nyſſen. Et manſionem in ipſo faciemus.

EXPOSITIO I.

1.
D. Chryſ. Euthym. Theoph.

REſpondit Jesus Judæo Thadæ, ut exponunt Chryſoſt. Euthym. Theoph. quorum ſententiam, ut minus probabilem retuli, ſuperiori cap. quæſt. 6. Ne putes ô Iuda quod ego poſt reſurrectionem, ut mortuus in ſomnis apparebo, ſed una cum Patre meo ad me diligentem veniemus, & apud eum commorabimur. Probabilius reſpondent D. Cyril. D. Auguſt Beda, Rupertus; non æſtimes ô Juda! quod quamvis ego poſt reſurrectionem tibi, Apoſtoliſque meis, ac aliis pauci viſibiliter appariturus ſim, quod proinde fructus meæ mortis, ac paſſionis ad paucos ſit coarctandus, mundúſque à tam ſalutifero bono, meáque cognitione ſit privandus. Nam quamvis viſibili modo parvo tempore paucis ſit communicandus, tamen inviſibili, ac excellentiſſimo modo per gratiam, ac dona Spiritus ſancti ſe manifeſtaturus eſt cuivis homini ipſum diligenti, mandatáque ipſius ſervanti.

Cyrill. D. Auguſt. Beda Rupert.

2.
Albertus. *Pauci ſervant mandata.*

Ait Chriſtus: *Si quis diligit me*: annuntiatum à vobis, meiſque prædicatoribus. *Si quis:* Albertus Magnus raritatem oſtendit, eorum, qui Deum diligunt, ac mandata ejus ſervant: *Sermonem meum* Hactenus in toto hoc cap. 14. Evangelica præcepta, mandata plurali numero appellavit, nunc verò dicit *ſermonem,* ſive ut alij legunt *verbum.* Qui diligit, non neceſſe eſt, quod præceptis impellatur, ſed ſufficit ut uno levi verbo inſinuetur; nam ut notat Carthuſ. in præſenti. Amator voluntati dilecti ſeipſum conformat. *Servabit*: Effectus dilectionis mandatorum obſervatio. Beda: *Ecce expoſita eſt cauſa quare ſuis ſe manifeſtaturus eſt, non alienis, quos mundi nomine appellat, & ipſa cauſa eſt quod hi diligent, illi non diligent.* Cardinalis Hugo. *Servabit.* Corde, ore, & opere. *Et Pater meus,* & ego ſcilicet, ſubauditur, ut patet ex ſequẽtibus *veniemus apud eum.* Nam antea eum diliximus inſpirando, menti ejus fidem, charitatem, mandatoeúmque obſervantiam, ad eum ergo his excitatum, ac perſeverantem veniemus, non per corporeum acceſſum, ſed inviſibili modo per dilectionis incrementum, gratiæ augmentum, ac omnium bonorum ſpiritualium multiplicationem. *Et manſionem apud eum faciemus.* Non venit Deus ut cito abeat, ſed firmam, ac ſtabilem manſionem in nobis conſtituit perenniter ac continue in nobis ſua bona diffundendo, & ut quotidie, ac per momenta, magis gratiis, ac donis augeamur.

Carthuſ. *Diligenti ſufficit unum verbum.*
Beda.
Hugo.

QUÆSTIO I.

Quare cum prius Deus dilexerit nos, Chriſtus hic tamen prius commemorat amorem ex parte hominis. Si quis diligit me?

3.
1. Ioan. 4.

AIt Chriſtus in præſenti. *Si quis diligit me,* Difficultas eſt. Deus prius nos amat, quam nos ipſum amemus; ſic ait Joan. epiſt. 1. c. 4. *Ipſe prior dilexit nos.* Et hoc eſt certum de fide Catholica, nam Deus per ſuum eximium amorem erga nos prævenit, intellectum illuminando, voluntati piam affectionem inſpirando, ipſéque per auxilium ſuum nos excitat, ac promovet ad fidem, charitatem, pœnitentiam, ac contritionem, ipſéq; ad eliciendum actum fidei, charitatis, pœnitentiæ, ac contritionis nos adjuvat, nobiſcúmque cooperatur. Hinc ait Chriſtus Joan. 6. num. 44. *Nemo poteſt venire ad me; niſi Pater qui miſit me, traxerit eum.* Cum ergo prior ſit amor divinus, noſtrúmque omnem affectum antecedat, quare Chriſtus Dominus inſtituens ſermonem de amore divino, ac humano; amorem divinum, qui eſt prior, quo nos illuminat, ac excitat, ſilentio involvit, & ſolum in prima fronte commemorat noſtrum amorem erga ſe. *Si quis diligit me.* Si ipſe prior nos dilexit, quare hic prius de noſtro amore facit mentionem.

Ioan. 6. *Difficultas quæſtionis.*

4.
Magnus Dominus noſtra obſequia memorat, & ſua gratuita beneficia.

Reſpondeo. Quod ille Dei prior amore erga nos ſupponitur, ut jam dixi in expoſitione. Cur tamen hic Chriſtus Dominus non exprimit, ſed prius noſtrum apponit? Morali ratione reſpondeo. Ille primus Dei amor eſt donum merè gratuitum ex ſumma ejus liberalitate, ac pietate in nos deſcendens, *Ipſe gratis diligit me.* At noſter amor erga ipſum obſequij, ac famulatus rationem induit; & Deus ſic magnus, ac magnificus eſt, ut ingentia dona ſua, quæ gratis in nos confert, ſilentio prætereat, parva verò noſtra obſequia, ſic æſtimat, ut ea in omnium capite evulget, & referat, *Si quis diligit me.*

5. Nec

5. *Solvitur objectio*

Nec obſtat, quod Chriſtus Dominus ſtatim commemorat paternum amorem, *& Pater meus diliget eum.* Quia illa divinus amor, qui ſubſequitur ad noſtrum amorem, ad noſtróſque actus, eſt quædam divina redamatio, ſeu ut humano more loquar, quædam amoris correſpondentia, ex debito fidelitatis, ut inquiunt Theologi, proveniens. Nam ipſe promiſit, *diligo diligentes me.* Proverb. 8. n. 17. & Chriſtus ſupra hoc in ſermone dixit: *Qui autem diligit me diligetur à Patre meo.* Joan. 14. n. 21. At ille primus amor, qui formaliter eſt mere gratuitus, quo nos prævenit, illuminat, excitat, ac adjuvat, hunc ſilentio involvit, & noſtrum commemorat, *ſi quis diligit*: quæ liberaliter donat tacet, quæ ei offerimus in obſequium primo dicit, & publicat.

Prov. 8. — *Ioan. 14.*

6. *Pſa. 115. Divinus ſpiritus tacet ſua dona, ut celebrentur noſtra obſequia.*

Ait Regius Vates Pſalm. 115. n. 12. *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi.* Propheta divino afflatu ſolum meminit, quæ retribuit Dominus, *quæ retribuit mihi*, non quæ retribuit, ac prius dedit, cum ſint multa, & magna; cur ergo ſilentur Dei exhibita beneficias merè gratis, & ſolùm retributiones ejus manifeſtantur; tam magnificus eſt Deus, ut innumera priora beneficia in nos profecta ſilentio occludat, ut noſtra obſequia magis celebrentur, ac decantentur; non multum abeſt ab hac conſideratione D. Baſil. hom. in Martyrem Julitiam *Etenim*, ait, *magnificus dator dominus, haudquaquam dictus eſt tribuiſſe, ſed retribuiſſe, ac ſi ipſe non cœpiſſet prior in nos gratiam conferre.*

D. Baſil.

7. Apparet Deus Moyſi in rubo, & ait illi: *Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Jacob; deſcendi ut liberarem populum meum de manu Ægyptiorum.* Exod. 3. n. 6. Quare Deus potenti legatione deſtinans Moyſem ad Pharaonem, ait illi, quod eſt Deus Abraham, Iſaac, & Jacob, cur non potius ait, ego ſum Deus, qui creavit cœlum, & terram, in cujus manu univerſa ſunt poſita? hoc magis videbatur conveniens ad propoſitam legationem, hoc tamen omiſſo tantum ait, quod ſit Deus illorum Patriarcharum. Si Dominus diceret, quod ipſe erat omnium creator & opifex commemorare videretur ingens beneficium humano generi collatum, quo ipſum è nihilo creavit ac produxit, quo ei tantarum rerum dominiũ conceſſit; at vero cum ait ego ſum Deus Abrahã Iſaac, & Iacob, innuit ſe habere ante oculos eorum obſequia, & famulatus quo ipſum coluerunt ac venerati ſunt ob quæ eis pollicitus eſt terram Chanaan, ut notarunt Abulenſ. Carthuſ. Cajetan. & alij; non ait ergo quod eſt Deus Creator cœli, & terræ, ne beneficia nobis elargita repetere videatur, ſed tantum quod eſt Deus illorum Patriarcharum, quorum obſequia erant illi maximè menti defixa, ut ea vulgaret ac publicaret. At hoc reſpicit Iſidor Peluſiota lib. 4. epiſt. 222. *Quod apud homines celebratur, & apud Deum ſempiterna memoria ſervatur qui ait ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Jacob, in tanto habentur apud ipſum honore, etiam vita functi, quibus vir ſtudium cordi eſt.*

Exod. 3. — *Occultat Dominus ſua dona à noſtris obſequiis.* — *Abulenſ. Carthuſ. Caietan.* — *Peluſiota*

8. Legationem ferentes ad Pharaonẽ ingrediuntur Moyſes, & Aaron, ſicque ei loquuntur: *Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, dimitte populum meum, ut ſacrificet mihi in deſerto* Exod. 5. n. 1. cur clarius non petitur, dimitte populum meum, ne ſub tuo duriſſimo ſervitutis jugo pereat? Vel dimitte populum meum, quia eum volo introducere in terram Chanaan fluentem lac, & mel quam promiſi Patribus eorum, ſed his dimiſſis, ſolum dicitur, dimitte populum, ut ſacrificet. Quod notavit Abulenſ. in præſenti. *Licet Deus*, ait, *intenderet educere populum ſuum ex Ægypto, & introducere in terram Chanaan, tamen ſolum petebat à Pharaone per Moyſem ut permitteret eum ire ad ſacrificandum.* Quod populus exiret, introduceretur in terram promiſſionis, ac jugo ſervitutis eximeretur, magnum, & ſingulare erat Dei beneficium quod autem Deo ſacrificaret, obſequium illi exhibebat, Magnus autem Dominus ſolum repetit, & memorat obſequia à populo impenſa, non verò eximia beneficia ab eo elargienda. Vide tom. 1. lib. 1. cap. 2. q. 6. n. 16.

Exod. 5. — *Abulenſ.* — *Deus evulgat noſtra obſequia, tacet ſua dona.*

QUÆSTIO II.

Quare diligens dicitur de futuro ſervabit mandata, & non potius de præſenti, ſervat?

6. *Odium amore acceleratius ad contemnendum.*

Ait Chriſtus Dominus: *Si quis diligit me ſermonem meum ſervabit*, de futuro dicitur *ſervabit*; cur non potius ſervat, cum de non diligente ita dicatur: *Qui non diligit me ſermones meos non ſervat.* Obiter nota, quod de diligente aſſeritur *ſervabit* in futuro, & de non diligente in præſenti, *non ſervat*; forſitan acceleratius eſt odium ad violanda præcepta, quam amor ad illa implenda; acceleratiuſque odium ad te contemnendum, quam amor ad te benigno affectu proſequendum. Vide tom. 3. cap. 13.

10. Ad quæſtionem cur de diligente dicitur *ſervabit*, & *non ſervat* ſermonem meum? Reſpondeo, quod ipſe amor non manifeſtabatur tantum obſervatione præceptorum in Chriſti præſentia, ut declarandus erat in illius abſentia & ideò non ait ſervat ſed ſervabit me abſente ac recedente. Cum pulcherrima Judith ſe præpararet ut deſcenderet in exercitu Aſſyriorum ut ſe Holoferni præſentaret, *Exuit ſe veſtimentis viduitatis ſuæ, & induit ſe veſtimentis jucunditatis ſuæ, aſſumpſit dextraliola, & lilia, & inaures, & annulos*, &c. Iudith. 10. n. 3. Caſtiſſima Judith, hæc eſt eximia tua puritas, ac caſtitas, ut viro tuo abſente, ac demortuo deponas veſtimenta viduitatis, & reaſſumas tibi ſplendida indumenta, ac pretioſa monilia, quæ à vivente viro in pignus amoris tui tibi elargita erant? Eleganter D. Ambroſ. lib. de viduis relatus in Gloſſa. *Bene*, ait, *conjugales pugnatura reſumpſit ornatus, qui monumenta conjugij arma ſunt caſtitatis.* Prudenter intellexit, quod ejus caſtitas nullo majori munimine circumcingi poterat quam exuviis ac monumentis mariti demortui, ac abſentis nam cùm ſecum ferret ea, quæ vivente marito acceperat, valido ſcuto accingebant, ne quid contra ejus fidem perpetraret, nil enim magis in æſtimatione eſt, nilque fortius amantem impellit, quam relicta monumenta à dilecto, cum abſens fieret.

Iudith. 10. — *D. Ambroſ.* — *Magis amor declaratur in abſentia, quam in præſentia dilecti.*

11. Mortuo Jacobo convenerunt filij ejus ad Joſeph fratrem ſuum dicuntq; ei: *Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur, ut hæc tibi verbis illius diceremus, obſecro obliviſcaris ſceleris fratrum tuorum.* Geneſ. 50. num. 16. & 17. Cur Jacob cum adhuc viveret, hoc filio ſuo non dixit, ſed diſponit, eo mortuo, ac ſepulto hæc ejus nomine-

Geneſ. 50.

Dilecti recordatio cor inflammat. nomine filio ſuo dicantur? ſic prudentiſſimus Jacob ſecum ratiocinavit ; Joſeph eximio amore me diligit , inde ſine dubio mei gratia majora exhibet me mortuo , & abſente , quam me præſente , & ideò cum illud eſſet negotium tanti ponderis ut pax, ac concordia inter fratres conſervaretur , ac perſeveraret, idcò hoc vivens illi non commendavit , ſed ſuo teſtamento delegavit ut hæc ejus nomine illi referantur, ut inde vehementius ad benevolentiam , & pietatem erga fratres inclinetur : favet Lyranus , *Hoc dicunt* , ait, *ut amore Patris citius ad miſericordiam inclinetur.* Ut ita Patris recordatione , ac nomine facilius ad veniam cor ejus flecteretur. Vide tom. 3. cap. 13. quæſt. 10. n. 60. 61. & cap. 33. expoſit. 22. num. 176. Lyran.

QUÆSTIO III.

Quare Chriſtus Dominus ſuam legem primo vocat ſermonem, ſecundo vero ſermones?

12. Gregor. AIt Chriſtus Dominus : *Si quis diligit me ſermonem meum ſervabit.* Quæ verba ſic præclarè commentatur Divus Gregorius Magnus apud Caten. D. Thom. *Probatio*, ait, *dilectionis exhibitio eſt operis. Numquam amor Dei eſt otioſus; operatur enim magna ſi eſt : Si verò operari renueris, amor non eſt.* Inter tot præclara verba Patris, maximè expende illud: *Nunquam amor Dei eſt otioſus.* Vehementi amore Magdalena ardens, ſtans devolvitur ad Jesu pedes , eóſque lachrymis cœpit rigare , & capillis capitis ſui tergere , eóſque oſculabatur ; ac unguento ungebat , ita ut dicat Chriſtus , *ex quo intravit non ceſſavit oſculari pedes meos.* Luc. 7. num. 45. Ex quonam principio hæc mulier inceſſabiliter obſequia præſtat, rigando , tergendo , oſculando ; unde illi tantus ardor , ut ab opere non quieſcat ; de illa teſtatur Chriſtus Dominus ſtatim. *Dilexit multum.* Cum amor eſſet multus , nequivit eſſe otioſus , ab operibus juſtis non potuit ceſſare. D. Ambroſ. lib. 6. in Luc. *Non ceſſavit oſculari pedes meos , ut aliud niſi juſtitiam diligere neſciat.*

Amor nunquam otioſus.

Luc. 7.

D. Ambroſ.

13. *Amanti tota, lex una non diligenti multiplex.* Quæſtio tamen eſt quare Chriſtus Dominus ait : *Si quis diligit me , ſermonem meum ſervabit* ? & poſtea : *Qui non diligit me ſermones meos non ſervat.* Primò dicit ſermonem in ſingulari , deinde non ſermonem ſed ſermones in plurali , cum utrobiq; de eadem Dei lege loqueretur. Cur in primis eam vocat ſermonem , poſtmodum verò ſermones? In primis agit de lege reſpectu diligentis , *qui diligit me ſermonem meum ſervabit* , Diligenti non mirum , ſi plures leges quaſi una videantur. At poſtmodum agit reſpectu non diligentis, *qui non diligit me*; huic autem non mirum quod unica ſyllaba ſic appareat quaſi multiplices leges longiſſimique ſermones. Diligenti Deum, quæcumque à Deo præcipiuntur , parva & minima videntur : at non diligenti unum mandatum ut plura, & quaſi mille apparet. Oleaſter in cap. 3. Geneſ. *Sermones meos leges iis , qui non diligunt ; qui vero diligit ſermonem meum ſervabit, id eſt, multos ſermones unum ſermonem , & levem putabit.*

Oleaſter.

Diabolus ſub ſerpentis figura aggreditur mulierem ad tentandum dicens : *Cur præcepit vobis Deus, ut non comederetis de omni ligno paradiſi* ; Cui reſpondit mulier. De fructu lignorum , quæ ſunt in paradiſo veſcimur. *De fructu verò ligni , quod eſt in medio Paradiſi, præcepit nobis Deus ne comederemus , & ne tangeremus illud.* Geneſ 3. num. 3. Quæ verba luculenter expendit Rupertus lib. 3. Gene. c. 5. *Hæc verba*, ait, *jam vitiatæ mentis indicia ſunt; nam quantum in ſe erat, depravavit mulier verba præceptoris Domini.* Poſt pauca ait : *Appoſuit namque dicendo : Ne tangeremus illud ; quia videlicet Dominus Deus hoc tantum dixerat: de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas. Mutatione autem , quia cum dixerit Dominus ex omni ligno paradiſi comede , & unum ſolum interdixerit lignum , ſcientiæ boni , & mali , hæc ait ; De ligno autem quod eſt in medio paradiſi præcepit nobis , mentita eſt. Nam & lignum vitæ erat in medio paradiſi, quod Dominus Deus non interdixit.* Largius ipſe doctor rem expendens procedit. Deus unum tantum lignum ſcientiæ boni ac mali primis parentibus prohibuit. Mulier verò ſic multiplicat , ut tria præcepta ſibi impoſita juxta Rupertum dicat. Primum ait ſibi interdictum lignum ſcientiæ boni, & mali , ſecundum lignum vitæ, quod erat in medio paradiſi Geneſ. 2. num 9. etiam ſibi interclusum commemorat , quod Deus non prohibuerat. Tertium ne illud tangerent ; & Deus tantum mandavit ut de fructu arboris ſcientiæ boni , & mali ne comederent. E contra verò Regius Vates Pſalm. 118. num. 105. *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Seu ut alij ex Græco legunt *mandatum tuum* : quod de Dei lege communiter exponunt Patres Origenes, D. Hieronymus , Ambroſ. & alij , quid eſt quod mulier unum præceptum in tria, ac multa multiplicat ; David verò omnia præcepta legis unum verbum , unum dicit mandatum. Mulier jam frigu erat in charitate , in qua David ferventiſſimus erat, inde illa unum præceptum in plura dilatavit , hic verò multa totius legis tanquam unum leve , ac breve judicavit. 14.

Geneſ. 3. Rupert.

Geneſ. 2.

Pſalm. 118. Græcus.

Origen. Hieron. D. Ambroſ.

Si charitas friget , unum mandatum, multiplex , ſi æſtuat multiplex unum.

15. Geneſ. 26. De Abrahamo obedientiæ typo ait Deus. *Eo quod obedierit Abraham voci meæ.* Geneſ. 26. n. 5. Quomodo dicitur una vox & multa precepta difficillima, quæ Deus Abrahamo mandavit , ut nempe terram , ac parentes relinqueret , circumciſionis dolorem ſubiret, filium unigenitum offerret in holocauſtum, hæc omnia ſub hac voce intelliguntur, ut explicant Expoſitores Abulenſ. Pereira, Cornel. P. Lahay , & alij communiter imò omnium legis præceptorum compendium ; & ideo ſtatim ſubdit Deus , *& cuſtodierit præcepta mea, & mandata mea, & cæremonias, legéſque ſervaverit.* E contra verò Judæi apoſtatarent à Dei fide , ac religione, *libros legis Dei combuſſerunt igni, ſcindentes eos : & apud quemcumque inveniebantur libri teſtamenti Domini trucidabant eum.* 1. Machab. 1. n. 59. 60. Abrahamo tot , ac tanta mandata eſt una vox, Judæis verò ut tot voces ſunt ut libros, & libros adimpleant Abrahamus erat plenus charitate, qua Judæi erant vacui ; charitatis plenitudo in unum colligavit præcepta , illius verò vacuitas ſic mandata diſperſit ut per libros & multos libros extenderentur.

Abulenſ. Pereira. Conel. Lahay.

1. Mach.

Quæ amor colligit, illius defectus multiplicat.

QUÆSTIO

QUÆSTIO IV.

Quare cum beatitudinibus varia præmia aſſignentur, charitati nullum aliud deſignatur, niſi amor?

16. *Magnus debitum acceptat in meritum.* IN limine quæſtionis quæro, quare pro noſtro exiguo amore tam ingens præmium apponitur; *Pater meus diliget eum.* Nam quod creatura diligat ſuum creatorem naturale debitum eſt, pro re ergo naturaliter debita, quomodo tam ingens præmium. Hæc eſt magnanimi, ac magnifici conditio, ut, illud quod eſt debitum ex obligatione, ac natura eliciat motivum ad præmia, ac beneficia condenda. Imponit Dominus præceptum Adamo Ne comedat de ligno ſcientiæ boni, & mali. Gen. 2. num. 12 deſignans illi in præmium juſtitiam originalem, illiúſque conſervationem, aliáque multa dona ſpiritualia. Hoc præceptum juxta Patrum, ac Theologorum ſententiam impoſitum eſt primis parentibus, ut ſe ipſos cognoſcerent ſubjectos ſuo creatori, hoc evidens jus naturæ erat, ut in promptu eſt omnibus, cur ergo obſervantibus tam ingens præmiũ illis pollicetur? Magnus & magnificus Dominus, rem ſummè debitam in meritum accipiat, ut magna, & alta dona largiatur, & tribuat. *Gen. 2.*

17. Quæſtio præſens eſt, quare pro noſtro exiguo amore Chriſtus in præmium aſſignat dilectionem ſui Patris, *& Pater meus diliget eum.* Chriſtus habuit largum ſermonem de beatitudinibus, & unicuique aſſignat ſuum præmium Regnum Cœlorum pauperibus. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.* Matth. 5. n. 3. Terra poſſidenda mitibus datur. *Beati mites quoniam ipſi poſſidebunt terram.* At verò charitati, quæ omnium virtutum major eſt, non aliud præmium deſignatur, niſi ipſe amor. *Et Pater meus diliget eum.* Cur Domine non aliud præmium charitati eſt? Paupertas remuneratur regno, & manſuetudo totius terræ dominio; at verò amor non alio, niſi ipſo amore remuneratur: Diligenti, quamvis multa, & ampla dones ad plenum, quæ ei debentur, non ſatisfacis, niſi ipſum amore proſequaris. *Matth. 5. Amor amore compenſatur.*

18. *Hierem. Chryſoſt. Euthym.* Juxta D. Hieron. in epiſtola ad Heliodorum de vita Eremitica, & in epiſtola ad Principiam in Epitaphio Marcellæ. D. Chryſoſt. hom. 71. in Joan. Euthym. in c. 13. Joan. Joannes Evangeliſta ex cæteris Apoſtolis plus diligebat Dominum, nam inter cæteros magis dilectus erat à Chriſto; Chriſti amor cum non cæcus, ſed valdè perſpicax exiſteret, juxta uniuſcujuſque meritum diligebat, ſi ergo Joannes plus cæteris diligebat; cur Pontificia dignitas Petro confertur, præcipue cum ejus collatio in amore inniteretur? *Simon Joannis diligis me plus his.* Ioan. 21. n. 15. & tamen pontificalis dignitas Petro conceditur, nam amor Petri totius Eccleſiæ pontificatu compenſabatur? Ioannis amor, quem præ omnibus magis diligebat, non pontificatu, ſed amore planè retribuebatur, ideò inter cæteros magis dilectus. *Joan. 21. Ioannis amor non pontificatu, ſed amore retribuitur.*

19. Cum filius ſenior rediret ex agro, appropinquaret domum, ac audiſſet choros, & voces canentes, indignatus nolebat introire; Ait illi Pater: *Fili omnia mea tua ſunt.* Luc. 15. n. 31. Omnia mea, totáque mea familia, ac res tua eſt. Nonne benè Pater habet duos filios, quomodo omnia tua uni filio tantum tradis? Cur aliquid non reſervas traditurus juniori redeunti? D. Petrus Chryſologus ſerm. 4. *Nec ille aliud, ait, quam Patrem quæſivit; qui veniens non filij, ſed loco mercenarij voluit collocari. Sint alteri omnia, illi ſufficit Pater.* Tota res deferatur ſeniori hoc enim & planè compenſatur, ac ſatisfit, at filius junior, qui Patris amore vulneratus eſt, ita ut nihil aliud æſtimaret, ac vellet, niſi cujus ſic amat præſentiam, ut dimiſſa filiorum hæreditate loco mercenarij vellet eſſe apud illum. Non illi familiæ bona placebat, ſed tantum Patris amor, quo planè quieſcebat, & ſolum exoptabat. *Luc. 15. Chryſoſt.*

20. Omnium veterum Patriarcharum catalogum conſcribit Apoſtolus. Abraham ſcilicet Iſaac, & Iacob. Concluditque. *Defuncti ſunt omnes iſti, non acceptis repromiſſionibus.* Hebræor. 11. num. 13. Ad quæ verba D. Thomas excitat quæſtionem quandam, quomodo hæc dici poſſunt de Abraham. *nam unus Abrahamus,* ait, *hereditate poſſedit terram.* Quod de aliis patribus aſtruatur, quod defuncti ſunt non acceptis promiſſionibus benè intelligitur, ac quodamodo hoc aſſeverari poteſt de Abraham, cum de ipſo dicat Apoſtolus citato loco, n. 9. *Fide Abraham demoratus eſt in terra promiſſionis?* Si ergo Abrahamus in terra illa habitaverit, quomodo ſcribitur; quod in ea non habitavit, nec acceperit ſuam promiſſionem. Terra Chanaan: terra promiſſionis erat aliis, qui terra ipſa delectabantur, ac conquieſcebant. At Abrahamus, qui Deum diligebat pluſquam filium ſuum, non complacet, nec quieſcit cum terra, ſed tantum cum ipſo Deo, quem ſummè diligebat, & quandiu ipſum Deum non habet, nulla alia promiſſione ſatisfit. Vide tom. 4. c. 27. n. 198. 199. & 200. cap. 40. n. 29. & 30. *Hebr. 11. D. Thom. Amans Deum cum ſolo Deo quieſcit.*

QUÆSTIO V.

Quare Chriſtus ait, qui diligit me, diliget eum Pater meus, & non potius diligam ego eum.

21. IN limine quæſtionis noto. Quod ait Chriſtus. *Si quis diligit me, Pater meus diliget eum.* Et quomodo Domine tam facilis es in amicorum electione, ut ſi quis tuus fuerit amicus, tu ſtatim illius eris. Et ſi ipſe tuus inimicus, traditor, ac blaſphemator extitiſſet, quia tamen te ipſum diligit, ſtatim tu illius amicus eris? Ea eſt divina bonitas, quod ſolum conſiderat hominem, prout eſt in præſentiarum, non verò prout antea extiterat: Homines verò è contra, non cogitant, qualis nunc ſis, ſed qualis antea fuiſti. Ait Dominus Ananiæ, quod vadat in domum Iuda, & inveniet Saülem, jam Sanctum, orantem, quoniam vas electionis eſt. Reſpondit Ananias. *Domine audivi à multis de viro hoc, quanta mala fecerit ſanctis tuis in Ieruſalem.* Act. 9 n. 13. Teſtatur Deus, quod quamvis Saül antea peccator extitiſſet, tamen quod jam Sanctus, ac juſtus erat; tamen cum Ananias audiſſet ſupremum teſtimonium ex Dei ore de probitate Saüli, adhuc eum Sanctum non judicabat, ſed tantum peccatorem reputabat. Divina bonitas oculos conjiciebat in Saülem non ſecundùm præteritam, ſed tantum præſentem conditionem; At Ananias Saülem recogitabat, non ut erat, ſed ut fuerat; & inde eum peccatorem dicebat. *Homines cogitant qualis quiſque fuerit, & non qualis eſt. Act. 9.*

22. Secundò notandus eſt etiam modus locutio-

nis: *diliget eum*. Videbatur dicendum in præſenti : diligit, ac ſi eſſet ſenſus, qui diligit me diligit eum Pater meus, at in futuro dicit diliget. Solutionem colligo ex his, quæ docet D. Thomas in hoc c. 14. Ioan. ad illa verba immediatè antecedentia. *Qui autem diligit me diligetur à Patre meo, & ego diligam eum.* Ait Angelicus Doctor, *Cum Pater, & filius omnia diligant ab æterno, quare dicit in futuro diligam? Reſpondetur, quod dilectio Dei poteſt conſiderari prout eſt in voluntate, & ſic eſt æterna, vel etiam conſideratur ſecundum quod manifeſtatur in exercitio operis, & effectus eſt temporalis, ideò ſenſus eſt,* diligam eum, *id eſt effectum dilectionis oſtendam illi, manifeſtabo ei me ipſum*, Sic nunc in futuro ait, *Pater meus diliget eum*, quia in futurum oſtendet effectum ipſius dilectionis dans illi beatitudinem ; exhibitione operis oſtenditur amor. Vide tom. 4. c. 35. n. 18. 19 & 20.

Quare diliget & non potius diligit. D. Thom.

Effectus amoris oſtenditur operis exhibitione.

23. Quæſtio præ ens eſt, quare Chriſtus ait, *qui diligit me, diliget eum Pater meus*, cur non potius diligam ego eum? Vis Domine, quod tibi deferatur obſequium, & tamen quod illius recompenſatio ad aliam perſonam deferatur, hoc ad homines hujus ſæculi ſpectat, volunt enim, ut ſibimetipſis famulatus exhibeatur, & tamen quod totum obſequium ab aliis perſolvatur. Cur ergo ait Dominus, ſi quis me diligit, diliget eum Pater meus?

Difficultas quæſtionis.

24. Reſpondeo ad quæſtionem primò. Quod Chriſtus ait: *Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum*; ait quod Pater diliget, ut ſic oſtendat ſermonem ſuum, non eſſe ſuum, ſed Patris, ut ipſe dixit. Joan. 7. n. 16. *Mea doctrina non eſt mea, ſed ejus, qui miſit me.* Et in hoc c. 14. ſtatim Dominus ſubdit n. 24. *Et ſermonem, quem audiſtis, non eſt meus, ſed ejus qui miſit me Patris.* In me ſcilicet manentis, ſimiliter & præcepta mea patris mei ſunt Nam natura mea divina, natura Patris eſt. Et quemadmodum Patris eſt natura, ſic etiam ſermo, & præcepta, nec ab aliqua natura divina à natura Patris diverſa emanant, ſed ſunt patris, quoniam, à Patris natura, quæ eadem mea eſt, emanant.

Ioan. 7. *Sermo Chriſti, ſermo Patris eſt.*

25. Secundò ait Chriſtus. *Qui diligit me, diliget eum Pater meus.* Dixerat Dominus injurias in ipſum illatas à Patre ſuo eſſe judicandas, ac puniendas. *Eſt qui quærat, & judicet.* Joa. 8. n. 50. inde etiam ait, obſequia ei exhibita à patre ſuo eſſe ſatisfacienda, ac remuneranda ejus amore. Æquum eſt enim, ut qui habet manum ad ſupplicia infligenda, habeat & manum ad præmia largienda. Pater caſtigat injurias contra eum commiſſas, Pater etiam diligat, ac recompenſationem præbeat ei, qui eum diligit, ac mandata ejus ſervat.

Joan. 8. *Qui punit, delicta, remuneret & merita.*

26. Cum Joſeph teneretur in vinculis, conveniunt ad eum duo viri, ut eorum ſomnia interpretaretur, quod ipſe præclariſſimè egit, explanans quomodo unus reſtituendus erat in ſuum gradum priſtinum, ut regi miniſtraret juxta ſuum officium. Gen. 40. n. 13. Alteri etiam prædixit quod *poſt tres dies Pharao auferet caput tuum, & ſuſpendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas.* Ibid. n. 19. Cur hæc duo ſomnia adducuntur Joſeph, in quorum uno oſtenditur regis ſeveritas ad puniendum, in altero verò clementia ad hominem in ſuo munere collocandum, cur hæc ſomnia non ſunt ejuſdem ſpeciei, ut vel ſimul pertineant ad rigorem, vel ad clementiam, ſed ex utroque mixtim ſe habent? Alto divino afflatu factum eſt, ut hæc ſomnia adducerentur ad Ioſeph, quem Deus ad præclaram gubernationem totius Ægypti ordinabat, ut his conformaretur, quod optimus gubernator habeat, & manum ſeveritatis ad puniendos iniquos, habeat & manum juſtitiæ remunerativæ ad ſublevandos benemeritos ad honores, & dignitates, Rupertus lib. 8. in Gen cap. 37. *In alterum, ait, iram, in alterum clementiam oſtendit. Nam ſicut clementiam honor eſt principis, ſic honor regis judicium diligit*, Pſalm. 98. n. 3.

Gen. 40.

In rege ſit juſtitia ad puniendum, ac præmiandum.

Rupert.

Pſalm. 98.

27. Cum Dominus vellet tollere controverſias in populo ſuo circa Pontificiam dignitatem mandavit, ut ex ſingulis tribubus ſingulæ Virgæ amygdalinæ in tabernaculo conſtituerentur. *Erumpentes flores, qui foliis dilatatis, in amygdalas deformati ſunt.* Num 17. n. 8. Cur tamen pro deſignando Præſule amygdalinus fructus eligitur. Nonne erant alij fructus pulchriores viſui, ſuaviores guſtui, ac delectabiliores olfactui, cur potius ille aſſumitur? D. Gregor. Nyſſenus. lib. de vita Moyſis circa finem. *Hoc fructu, quem Aaronis virga ediderat, qualis debeat eſſe Sacerdotis vita, monemur, aſpera enim, & continens, duráque decet exterius eſſe: intus autem & in occulto ſuave quoddam edulium continere.* Hoc fructu oſtenditur qualitas ſummi Sacerdotis. Nam in amygdalino, eſt durities ac rigor corticis, & ſuavitas, ac dulcedo fructus; nam in uno, eo ſemper zelato eſt auſteritas ad puniendum, & ſuavitas, ac lenitas ad remunerandum ac præmia concedenda.

Num. 17.

Gregor. D. Nyſſen. *Fructus amygdalinus perfectum prælatum indicat.*

28. In Arca veteris Teſtamenti ait Paulus Heb. 9. num. 4. *Vrna aurea habens manna, & virga Aaron fronduerat.* Quæ verba præclarè commentatur D. Gregorius Magnus 2. part. paſtor cap. 11. *Ita placere, ait, in boni rectoris pectore ſi eſt Virga diſtrictionis ſit & manna dulcedinis.* Typicè præfigurabatur ibi probatus Sacerdos, & miniſter, ut habeat virgam rigoris, & manna dulcedinis. Hinc hodie divinus ſpiritus ſe oſtendit in columbina, ac ignea ſpecie. Matth. 3. num. 16. Actor. 2. num. 3. D. Gregorius Magnus 3. part. paſtor. admonit. 17. *Quia omnes, ait, quos implet, & columbæ ſimplicitate manſuetos: & igne zeli ardentes exhibet.* Utroque ſpiritu temperatores repellebat divinus ſpiritus ardore nempè, ac benignitate.

Hebr. 9.

D. Greg.

Matth. 3. Act. 2. *Cur divinus ſpiritus in ſpecie colũbæ ac ignis apparuerit*

Quæstio VI.

Quare cum Deus ſit in omni loco, ait hic in adventu Spiritus Sancti ad eum veniemus?

29. Ad eum veniemus, ait Chriſtus, ſuis dilectoribus nihil aliud promittitur, niſi ipſemet Deus, non regnum, non cælum, non gloria, verus Dei amor nihil aliud quærit præter Deum, cætera omnia illi vileſcunt, & cum Deo omnia habet: ex quo nota, quod Chriſtus ait, ego & Pater ad eum veniemus; & non explicat quid ſint allaturi, quia ex quo Deus venit ad animam, cum ipſo veniunt omnia.

Diligens Deum, nihil aliud quærit, niſi ipſum Deum.

30. Ait Chriſtus quod ad diligentem ſe *ad eum veniemus*, quomodo hoc fieri poteſt, nam Deus omnem locum occupat, & ad nullum ſe movere poteſt, in quo ipſe non adſit, *Cœlum & terram ego impleo*; In omni enim loco Deus eſt tribus modis, ut inquiunt Theologi, per eſſentiam, præſentiam, & potentiam. Quæ ita ipſi explicant

Deus tribus modis eſt in rebus.

cant? Per eſſentiam Omnem enim locum ipſa implet, & occupat: per præſentiam omnibus rebus aſſiſtit cuncta videns, & intuens per potentiam omnia ſubſtentans, dánſque illis eſſe,eáque conſervans, cum hæc omnia ita ſint, & omnes viæ viderentur interclusiæ.

31. *Spiritu ſancto per gratiam & amorem Deus eſt in homine.* Tamen divinus amor novas vias invenit,ut per gratiam,ac fletum divini Spiritus ad animam veniret eámque ditans, replens ſua divina gratia, ad hócque venit divinus Spiritus hodie, ut quos ipſe creverat gratia, ac ſanctificatione repleret, ut loquitur ſanctus Gregorius papa, hom. 30.in Evangelia. Ex quo præclara ait D. Auguſt ſerm. 185. de tempore. *Quanta eſt auctori cura pro inſtauratione facturæ ſuæ;ecce iterum nova de ſupernis medicina mittitur, ecce iterum infirmos ſuos per ſeipſum majeſtas viſitare dignatur.Ecce iterum humanis divina miſcentur, id eſt vicarius ſucceſſor Redemptoris,ut beneficia,quæ ſalvator inchoavit peculiari Spiritus ſancti virtute conſummet,& quod ille redemit, iſte ſanctificet, quod ille acquiſivit,iſte cuſtodiat.* Ex quo perpende quam ingens beneficium adventus Spiritus ſancti, *ut beneficia quæ ſalvator inchoavit, peculiaris Spiritus ſanctus virtute conſummet.*Vide tom.1. 2. & 3. Verbum *Conſervare.* — Gregor. D. Auguſt.

32. *Majus donum videri poteſt miſſio Spiritus ſancti; quam filij.* Deinde maximè ad noſtrum intentum, oſtenditur excellentia doni in adventu Spiritus ſancti. Nam incarnatione Verbi Divini Æternus Pater nobis dedit ſuam ſapientiam. Verbum enim ſapientia eſt Dei Patris, at in adventu Spiritus S. nobis dat ſuum amorem, Spiritus enim ſanctus charitas, & amor, in majori autem æſtimatione videtur reputari amoris conceſſio, quam ſapientiæ exhibitio Ex quo poteſt conjecturari majus donum generi humano conceſſum fuiſſe ab æterno Parente in Spiritus ſancti, quam in ſui divini Filij miſſione.

33. Admirabiliter Petrus apud portas Cæſareæ Chriſtum filium Dei fatetur, ita ut ei dicatur.*Caro & ſanguis non revelavit tibi,ſed Pater meus, qui eſt in Cœlis.* Tunc promittit illi Chriſtus ſupremum Eccleſiæ Pontificatum. *Tu es Petrus; & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Matth. 16. num. 18. At poſt reſurrectionem, in-
Matth. 16. terrogatur Petrus à Chriſto de amore erga ſeipſum *Petre amas me*; cum reſpondiſſet, *etiam Domine tu ſcis, quia amo te*: actualem poſſeſſionem, ac collationem ſupremæ dignitatis ei con-
Ioan. 21. *In majori æſtimatione eſt declaratio amoris, quam ſcientia.* ceſſit Dominus dicens. *Paſce oves meas.* Joan. 21. num. 17. Cum Petrus oſtendit ſapientiam,ſuprema ſacerdotalis dignitas ei promittitur, cum verò ſuum amorem erga Chriſtum declarat: *tu ſcis quia amo te*, ad ipſius dignitatis poſſeſſionem admittitur, ſine dubio Chriſtus in majori æſtimatione reputavit amoris exhibitionem, quam ſcientiæ oſtentationem. inde huic datur pontificatus promiſſio, illi verò ejus collatio. Cum Pater filium mittit, æternam ſapientiam nobis dat, in die verò Pentecoſtes ſuum amorem nobis concedit, ex his hujus doni celſitudinem profunde conjecturare licet.

QUÆSTIO VII.

Quare cum Chriſtus Dominus ait. Ad eum veniemus, *nullam videtur facere mentionem de Spiritu ſancto?*

Ait Chriſtus Dominus, *Ad eum veniemus*, nam cum dixiſſet Dominus. *Si quis diligit me ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus* Videtur hoc dicendi modo indicari, quod ſit ſenſus, Ego, & Pater ad eum veniemus,cur de Spiritu ſancto nulla fit hic mentio? Opera enim Trinitatis ſunt indiviſa, ac proinde quo veniunt pater & filius, venit etiam Spiritus ſanctus. 34. *Ratio difficultatis.*

Reſpondet primò Maldonatus. *Quia de manſione in domo Patris loquebatur* ubi tota patri tanquam domus Domino; & ſibi tanquam hæredi auctoritas erat tribuenda, & quia diſcipuli patrem tantum, & filium videre optabant. Vnde Philippus hoc c. 14. n. 8 dixerat: *Domine oſtende nobis Patrem* Et hic Juda de ipſius Chriſti manifeſtatione interrogaverat. *Domine quid eſt*,&c. 35. Maldon. Ioan. 14.

Secundò reſpondeo ad quæſtionem ſuperius & paulo ante in hoc c. 14. n. 16. jam. Dominus adventum, ac manſionem Spiritus ſancti expreſſerat,*Alium Paracletum dabit vobis,ut maneat vobiſcum in æternum ſpiritus veritatis*. Et iterum in tam paucis repetenda Spiritus ſancti manſio.Hæc expoſitio eſt de mente D.Aug.Apud D.Thom. *An forte, ait, putatis manſionem in dilectore ſuo facientibus patre, & filio excluſus eſſe ab hac manſione Spiritus S.* Reſpondet. *Quia eſt quod ſuperius ait, de Spiritu ſancto apud vos manebit, & in vobis erit? Niſi forte quiſque ſic abſurdus eſt, ut arbitretur, cum Pater,& Filius venerint, diſceſſurum inde Spiritum ſanctum, tanquam locum daturum majoribus? Sed huic carnali cogitationi occurrit ſcriptura cum dicit.* Vt maneat in æternum vobiſcum. *In eadem ergo manſione cum ipſis erit in æternum quia nec ille ſine ipſis venit, nec illi ſine eo.* 39. *Adventus Spiritus ſancti hic ſupponitur.* Auguſt.

Tertiò reſpondet D.Paſchaſ. lib de Sacramento corporis Chriſti,cap. 12.expendens hæc verba Joan. *Ad eum veniemus.Non quaſi,ait, prætermiſſo Spiritu ſancto,ſed ſignanter non oſtendit,quod ad vos tantum Pater,& ipſe veniat,quos idem ſuæ præventu aſpirationis ſanctificaverit ſpiritus.*Cum Dominus ſui, Patriſque adventum in eum diligentibus meminit, ſupponit Spiritus ſancti adventum, qui jam prævenit ſanctificator humana corda præparans ſua gratia, ad habitaculum Patris & filij, & hoc indicavit Chriſtus in hoc ſermone, num. 16. *Ego rogabo Patrem & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum*, Et poſtea hic in præſenti ſubdit *Ego & Pater ad eum veniemus.* Vt enim pater & Filius veniant, prius divinus Spiritus ut ſanctificator ſua gratia prævenit, ac præcurrit, præparans humana pectora. 37. D. Paſchaſ. *Spiritus ſanctus prævenit ad præparandum habitaculum Patri & Filio.*

In Annunciationis arcano interrogat Virgo. *Quomodo fiet iſtud?* Cui Angelus. *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Luc.1.n. 34. Cur Angelus non ait prius *virtus Altiſſimi*, ſcilicet Patris,vel Filij juxta varias expoſitiones. *Obumbrabit tibi* ſeu proteget te. Deinde. *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te.* Cur prius commemorat ſuperventionem Spiritus ſancti, 38. Luc. 1. *Spiritus S. in Virgine præcurrit.*

ſancti, deinde obumbrationem Patris vel filij, quia Spiritus ſanctus prævenit cooperans, ac præparans dignum habitaculū filio ſuſcipiendo. D. Ildephonſus ſer. 2. de Aſſumptione. *Spiritu ſancto Maria pervenit ad eas nuptias, quæ in utero ejus ſunt dedicatæ.*

39. Luc. 2. De ſancto ſene Simeone ait D. Lucas 2. n. 25. *Ecce homo in Jeruſalem, cui nomen Simeon, & homo iſte juſtus & timoratus, expectans conſolationem Iſraël, & Spiritus ſanctus erat in eo.* Ad quid Evangeliſta tot, ac tantas virtutes de ſancto Simeone prædicat, ipſúmque commendat de juſtitia, ſanctitate, ac innocentia, & quod Spiritus ſanctus in eo eſſet, dicturus erat Evangeliſta quod ipſe Chriſtum in manibus ſuſceperit, inde indicat, quod Spiritus ſanctus prævenerit, ipſum purificans, ac mundans, multiſque virtutibus, innocentia, juſtitia, ac timore perficiens, ac præparans, ut Verbum Incarnatum manibus teneret, ac ſuſciperet. Ita Bartholomæus de Piſis lib. de vita, & laud. B. Mariæ fruct. 13. hunc locum expendit: *Commendat Evangeliſta eum*, ait *de innocentia & purgatione, quia Ieſum accepit in ulnas, qui cum ſit innocentiſſimus, & inhabitare dedignetur in corpore ſubdito peccatis; ſignum eſt ſi permiſit à ſancto ſene ſe in ulnas accipi, ſuæ innocentiæ, purgationis à peccato, & puritatis; quod Spiritus ſanctus purgaverat eum.*

Spiritus ſanctus præparavit Simeonem ad Chriſtum ſuſcipiendum.

Barthol. de Piſis.

40. Antequam manna deſcenderet, prius ròs deſcendebat: *Manè ros jacuit per circuitum caſtrorum; cùmque operuiſſet ſuperficiem terræ, apparuit in ſimilitudine minutum, quaſi pilo tuſum.* Exod. 18. num. 13. Ad quid ut manna deſcenderet, terra rore operitur, ad quid ad manna recipiendum neceſſarium erat roris cooperimentum? Ratione ſui nullum ſanè, maximè verò ex eo quod præfigurabat, nam manna Chriſtum ſignificabat, ros verò Spiritum ſanctum, ac proinde niſi terra à Spiritu ſancto eſſet præventa, cœleſte manna, Chriſtum Dominum ſcilicet, non poterat recipere. Rupert. l. 5. in Exod. c. 15. Ros, ait, qui cum manna deſcendit, Spiritum ſanctum ſignificat. Et meritò divinus Spiritus ſub typo roris denotatur, nam ros calorem terræ extinguit, ipſámque maximè fœcundat; ſic gratia divini Spiritus calorem, quem concupiſcentia acceperat, in corde extinguit, ipſúmque omnium, cœleſtium donorum pinguedine replet.

Exod. 18.

Rupert. *Præparatio Spiritus ſancti ad Chriſtum in manu figuratum recipiendum.*

41. Geneſ. 1. In ipſo rerum veſtibulo, ait ſacer textus: *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, Geneſ. 1. num. 2. Creavit Deus cœlum, terram, & elementa aëris, & ignis, tamen non legimus Domini ſpiritum ſupra illa ferri, ſed tantùm ſuper aquas, & cur ſuper aquas ſpiritus Domini ſedet? Eligebatur aqua ad Sacramentum Baptiſmatis, per quod anima ſanctificatur, ac fidei fit habitatio: ideò ab exordio Spiritus ſanctus prævenit, aquas præparando, ac diſponendo ad tantum Sacramentum, ut per illud homo ſanctificaretur, ac totius Trinitatis fieret habitaculum. Tertull. lib. de Baptiſmo, c. 4. *Satis eſt ea, ait, præcepiſſe, in quibus ratio Baptiſmi recognoſcitur prima illa, quæ jam tunc etiam ipſo habitu prænotabatur ad Baptiſmi figuram, Dei ſpiritum, qui ab initio ſupervectabatur ſuper aquas intinctos reformaturum.*

Per Spiritum ſanctum in baptiſmo præparamur ad habitaculum Trinitatis.

Tertul.

42. Cum Dominus Jesus eſſet cum diſcipulis ſuis in monte Thabor, ait Petrus: *Domine, bonum eſt nos hic eſſe: ſi vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moyſi unum, Eliæ unum; adhuc eo loquente ecce nubes lucida obumbravit eos,* Matth. 17. num. 4. In quibus verbis cum Petrus ait, *faciamus hic tria tabernacula* Maximè erravit, volens facere tabernacula Deo homini. D. Hieronymus. *Erras Petre. Noli tria tabernacula quærere, cum unum ſit tabernaculum Evangelij. Si autem quæris tria, fac tria tabernacula, imo unum Patri, Filio, Spiritui ſancto: Ut quorum eſt una divinitas, unum ſit in pectore tuo tabernaculum.* Cum Petrus ſic errat, in Deo præparet tabernaculum, tunc venit nubes lucida, gratia ſcilicet Spiritus ſancti, umbraculum præbens, ut diſponat domicilium. D. Chryſoſtomus hom. 10. in Marcum. *Mihi videtur,* ait, *iſta nubes eſſe gratia Spiritus ſancti.* Ubi Primum Petrus errat, intendens facere tria tabernacula Deo, & hominibus, cum deberet facere unum tantum Deo in pectore ſuo: tunc venit nubes, gratia ſcilicet Spiritus ſancti, ut Petrus omittat ſuum errorem, & dignum Deo faciat tabernaculum, tunc prævenit Spiritus ſanctus gratia ſua, qua ſolum hæc decens Deo præparatur domus. De hac gratia ſpiritus præveniente, vide ſupra c. 12. q. 4. n. 29.

Matth. 17.

Hieron.

Nubes Spiritus ſanctus præparans Apoſtolos ad Dei domicilium.

QUÆSTIO VIII.

Quare Pater dicitur trahere nos ad ſe, Spiritus ſanctus verò venire ad nos.

43. *Difficultas quæſtionis.*

Cum divina gratia datur in nomine Patris, ſeu cum divino parenti attribuitur dare nobis gratiam, dicitur Pater trahere nos ad ſe, juxta illud, quod ait Chriſtus Joan. 6 n. 44. *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me traxerit eum:* Suaviter, ac leniter abſque ulla læſione liberi arbitrij, ut ſuo loco explicavi tom. 3. c. 35. expoſit. 8. num. 132. At verò Spiritus ſanctus dicitur mitti ad nos, venire ad nos. *Quem mittet in nomine meo,* & hic in præſenti, *ad eum veniemus*, per gratiam nempe Spiritus ſancti. Quæſtio ergo eſt cur Pater dicitur trahere nos ad ſe, Spiritus verò ſanctus venire ad nos?

44. Joan. 6. Reſpondeo, quod Pater prima Trinitatis perſona dicit potentiam, & majeſtatem; at vero divinus Spiritus amorem denotat; inde Pater cum ſit nomen majeſtatis, ac potentiæ nos ad ſe trahit, divinus autem Spiritus cum ſit amor, ad nos venit, nos quærit, ut repleat & ditet ſuis donis. Stephanus cùm lapidaretur, *intendens ad cœlum vidit gloriam Dei, & JESUM ſtantem à dextris Dei.* Actor. 7. num. 55. dicitur, quod viderit Chriſtum à dextris Dei ad ſignificandum ejus regiam poteſtatem, dignitatem, ac majeſtatem, ut ibi docent D. Chryſoſt. Oecumen. Beda, D. Gregorius hom. 29. in Evang. S. Auguſt. quæſt. 88. inter quæſtiones novi teſtamenti, ut ait D. Ambroſ. epiſt. 4. Stabat quaſi paratus ut exciperet, ac coronaret ſuum martyrem. Apparent Pater, & Filius in majeſtate, ut exciperent ſuum athletam, ſed cur nulla fit ibi mentio de Spiritu ſancto. *Stephanus autem plenus Spiritu ſancto.* Pater, & Filius ſe exhibent in multa gloria, ac majeſtate ad excipiendum Stephanum. At divinus Spiritus cum eſſet amor, ad Stephanum venit, cum ipſóque erat, ut eum corroboraret, ac confortaret, maximéque conſolaretur, vires illi miniſtrans ad triumphi lauream. *Stephanus autem plenus Spiritu ſancto*

Pater æternus oſtenditur in ſede majeſtatis, Spiritus ſanctus ut amor ad nos venit.

Actor. 7.

D. Chryſ. Oecumen. Beda. Gregor. D. Aug. Ambroſ.

45. Ai

45. Iſai 6. Ait Iſaias 6. num. 1. *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & elevatum : & ea quæ ſub ipſo erant, replebant templum.* Dominus ſedens in ſolio excelſo eſt Pater Æternus, vel Chriſtus Dominus juxta varias expoſitiones, aliter in dedicatione templi Salomonis dicitur, *Sed & omnes filij Iſrael videbant deſcendentem ignem; & gloriam Domini ſuper domum.* 2. Paralip. 7. n. 3. Ignis hic figuram gerebat Spiritus ſancti, ut auctor eſt ibi Lyranus. Pater cum omnipotentiam denotet, oſtendetur in throno excelſo, & elevato, at divinus Spiritus cum ſit amor, ſe exhibet deſcendentem, ut ſuos cœleſtibus donis repleat, & adimpleat.

2. Paralip. 7. — Lyran.

46. In magno, ac ſublimi arcano cum baptizatur ſalvator à Joanne Præcurſore, ut oſtendatur magnifica gloria, cœli aperti ſunt, vox Patris intonuit. *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Id eſt filius meus dilectus mihi maximè placens, apparétque Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ deſcendens ſuper Chriſtum. *Et vidit ſpiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe.* Matth. 3. num. 16. Ideò Spiritus ſanctus deſcendit. D. Chryſoſt. hom. 12. in cap. 8. Matth. *Nam & columba, ait, tunc ideò apparuit ut extenti quodammodo digiti vice, Dei filium Joanni monſtraret.* Sed cur in tam feſtivo gaudio, in quo Chriſtus oſtenditur Joanni, ac univerſo orbi, ut filius Dei, & tunc aquæ ſanctificantur ad Baptiſmum, ipſe Pater ſicut vocem dat ex cæleſti gloria, cur etiam ipſe non deſcendit, ut Chriſtum digiti vice oſtendat, ſed hoc præſtat Spiritus ſanctus? Pater nunquam legitur de cœlis deſcendiſſe, ſed tantum hoc de Dei filio, ac Spiritu ſancto ſcribitur; ut rectè notavit D. Bernard. de gradibus humilitatis propè finem. *Pater, ait licet Filio, & Spiritui ſancto ſemper cooperetur, nunquam tamen aut de cœlo deſcendiſſe, aut ad terras legitur miſſus fuiſſe, lego de filio: poſtquam venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum: lego de Spiritu ſancto, Paracletus autem, quem mittet Pater in nomine meo: Patrem autem in ſua perſona licet nuſquam non ſit, nuſquam invenio niſi in cœlis, ut in Evangelio Pater meus, qui eſt in cœlis, & in oratione, Pater noſter qui es in cœlis.* Pater apparet in cœlorum gloria, ex qua dat teſtimonium de filio, Spiritus verò ſanctus manifeſtatur veniens, & deſcendens, tanquam vice digiti Chriſtum oſtendens. Sicut enim ad majeſtatem pertinet, quæ ſuæ celſitudinis ſunt retinere, ac conſervare, ſic proprium amoris eſt, ſe declarare deſcendentem, ac venientem ad dilectum, in quo conquieſcit, & delectatur. Inde Pater apparet in cœlis, Spiritus verò veniens, ac deſcendens.

Math. 3. — Chryſoſt. — *Pater in gloria ſpiritus ut amor deſcendens apparet.* — D. Bern.

Quæstio IX.

Quare tres perſonæ Trinitatis non ſolum dicuntur venire ad animam juſti, ſed etiam in ea manſionem facere?

47. Ait Chriſtus Dominus, *& ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* Veniemus ad eum non ut mox receſſuri, ſed quantum eſt ex parte Dei firmam, ac ſtabilem manſionem facientes in intimis ejus tanquam in templo, ita ut perenniter, ac continuo, tanquam benefici, ac liberales hoſpites, ut explicat D. Auguſt. tract. 76. in Joan. omnia cœleſtia dona ei communicantes, ac largientes; ſicut beatis realiter eſt præſens Deus cum illis ſuam eſſentiam oſtendit, eamque fruendam, & poſſidendam communicat; ſic etiam hic eſt Deus præſens in anima ſancta, per ſummam unionem inter Deum, & ipſam, qua nulla puræ creaturæ poteſt dari major. Nam ut ait Petrus 2. c. 1. n. 4. *per eam ſimus divinæ naturæ conſortes.* Et ſic eſt Deus in anima ſancta, ut mox in ea ſuam gratiam, charitatem aliáque divina dona diffundat, uti Sol oritur, mox ſuam lucem & calorem ſpargit per aërem. Poſita ergo ultima diſpoſitione ad juſtitiam, verbi gratia, contritione ſtatim ſubintrat in animam Deus, & S. Trinitas, eique ſuam gratiam, & charitatem communicat: ita D. Bonavent. in 2. diſtinct. 14. à num. 2. quæſt. 1. Ibidem Magiſter Scot. Gabriel, Marſilius, Noſter Joan. Bachonus Divus Thomas 1. p. q. 43. art. 3. & 6. Suarez lib. 12. de Deo Trino, & uno cap. 5. Cornel. in acta Apoſtol. cap. 2. §. Dico 4.

Auguſt. — 2. Petri. 1. — *Maxima unio Dei cum pura creatura.* — Bonav. Magiſter, Scotus. Gabriel. Marſil. Bachon. D. Thom. Suarez.

48. Suar. citat hanc moralem adjungit rationem; Plena, & perfecta amicitia exigit præſentiam amici, juſtitia autem, & charitas eſt amicitia Dei plena: ergo Deus animæ ſanctæ quaſi amico ſuo eſt præſens, in eaque habitat quaſi in templo ſuo, ut anima eum præſentem colat, amet, & veneretur. D. Baſil. lib. 5. contra Eunom. *Sicut, ait, ferrum, quod in medio ignis jacet, ferri naturam non amiſit, vehementi tamen igni actione ignitum, cum univerſam ignis naturam in ſemetipſum acceperit, & colore & calore & actione ad ignem tranſit; ſic ſanctæ virtutes ex communicatione, quam cum illo habent, qui natura ſanctus eſt, per totam ſubſtantiam receptam, jam quaſi innatam ſanctificationem habent; diverſitas verò ipſi à Spiritu Sancto, hæc eſt quod Spiritus natura ſanctitas eſt, illis verò participatione ineſt ſanctificatio.*

Suar. — Baſil. — *Spiritus ſanctus intimè unitur cum anima.*

49. *Manſionem faciemus.* De Spiritus ſancti adventu agitur, ideo manſio commemoratur, quia cum ipſe ſit amor in homine quem diligit facit manſionem. Adveniente Spiritu ſancto. *Apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum.* Actor. 2. num. 3. Non legitur alibi Spiritum ſanctum ſedere niſi hic qui cum ipſe ſit amor, non ſedens quieſcit, niſi in homine, quem diligit. Huc reſpicit D. Gregor. Nazianz. orat. 44. de Pentecoſt. *Seſſio hæc, ait, regium in Spiritu ſancto dignitatis excellentiam deſignat, ejuſque ſuper ſancto requiem.*

Spiritus ſanctus cum ſit amor, quieſcit in homine. — Actor 2. — Gregor. Nazianz.

50. In exordio creationis mundi dicitur *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Geneſ. 1. n. 2. Lyppoman. *Spiritus Dei volabat, ſeu volitabat ſuper aquas,* Procopius. *Spiritus Dei movebat ſe ſuper faciem aquarum.* Ad aquarum motum Spiritus Dei movebatur, ac ferebatur ſuper aquas. Quomodo cui propria eſt immutabilitas, ita movebatur? Nam moveri dicit acquiſitionem novi loci divinæ immenſitati repugnantem? Homo nondum erat conditus, quem divinus Spiritus ita diligit ut quando homo non eſſet, inquietus oſtendatur, cum non haberet ubi requieſceret. Rupertus ibi. *Spiritus Domini, ait ferebatur ſuper aquas, quia inquietus erat quo uſque vidit hominem creatum, ſuper quem requieſcere poſſet.*

Geneſ. 1. — Lippoman. — Procop. — *Spiritus [illegible] requiem habet in homine.* — Rupert.

Joan. 14.

Joan. 24. *n.* 24. Qui nondiligit me ſermones meos non ſervat, & ſermonem, quem audiſtis, non eſt meus ſed ejus qui mſit me, Patris.

Num. 25. Hæc locutus ſum vobis apud vos manens.

VERSIONES.

Syriacus. Is autem, qui non diligit me, ſermonem meum non ſervat. Et ſermo ille quem audiſtis, meus non eſt.

Arabicus. Et qui non diligit verba mea non ſervat: & verbum illud quod audiſtis non eſt meum.

Lucifer Caralit. citat Non cuſtodit.

Arias. Non diligens me ſermones meos non ſervat, & ſermo, quem audiſtis, non eſt meus, ſed mittentis me patris.

Syriac. n. 25. Hæ locutus ſum vobiſcum, cum apud vos eſſem.

Arabicus. Quia apud vos ſtans ſum.

EXPOSITIO II.

51. Cyril. Alexand. QVI *non diligit me* Notat. N. D. Cyrillus Alexand. lib. 10. in Ioan. c. 4. *Vniverſalius intelligitur quod ſic de uno dici videtur.* Dixerat Dominus ſupra: *Qui diligit me ſermonem meum ſervabit*; & nunc ſubdit, *Qui non diligit me, ſermones meos non ſervat.* Sicut cauſa ac ſignum dilectionis eſt ſervare mandata; ſic cauſa, ac ſignum non diligendi eſt non ſervare mandata. *Et ſermonem quem audiſtis*, hactenus à me prædicatum, *non eſt meus*, ſolius; *Sed ejus qui miſit me Patris.* Deus Pater illum ſermonem mihi dedit, & ad hoc me miſit, ut eum prædicarem ac promulgarem: *Omnia quæ audivi à Patre meo, nota feci vobis.* Chryſoſt. D. Chryſ. hom. 74. in Joan. *Significat*, ait, *ſe nihil extra Patrem loqui, nec præter id, quod illi videtur.* Sed ſicut diligentis præmium hic explicatur; cur etiam pœna non diligentis non exprimitur: Bernard. *Tam grande malum* (ait D. Bernard.) *eſt ſummum bonum non diligere, ut hoc gehenna ipſa ſit gravius*: tam gandis pœna eſt Deum non diligere ut ipſa nulla alia gravior poſſit aſſignari.

52. D. Chryſ. Theoph. Euthym. *Hæc*: & alia myſteria valdè obſcura, ac intellectu difficilia; ut inquit Chryſoſt. Theoph. Euthym. locutus ſum in auribus veſtris apud vos manens his tribus annis, quibus mea præſentia corporali, ac morali converſatus ſum vobiſcum mortalibus Auguſt D. Auguſt. *Utique*, ait, *præſentia corporali, qua cum illis viſibilis loquebatur, quod paulo poſt ad Patrem.* D. Chryſoſt. illam particulam: *Apud vos manens*, à ſuperiori ſeparat, & cum ſubſequentibus connectit hoc modo, *apud vos manens Paracletus docebit vos omnia.* At noſter D. Cyrill. D. Cyrillus, reliqui omnes ſeparant, & cum antecedenti conjungunt, ita ut Chriſto conveniat. *Hæc locutus ſum vobis manens*: Quod colligitur ex textu: *Paracletus autem ſpiritus* illa particula *autem*, ſententiam dividit.

Joan. 14. *n* 26. Paracletus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis.

VERSIONES.

Syriacus. Ipſe verò conſolator Spiritus ille Sanctitatem miſſurus eſt Pater meus in nomine meo, ſuggeret vobis quæcumque dico vobis.

Tertull. lib. de Trinit. cap. 228. Advocatus autem ille Spiritus ſanctus, quem miſſurus eſt pater, ille vos docebit, & commemorabit omnia quæcuuque dixero

Pagnin. Quem mittet pater nomine meo

Marin. Quem mittet Pater loco mei.

S. Gaudentius. tract. 14. Ille vos docebit omnia, & admonebit vos omnia, quæ ego dixi vobis,

Arabicus. Ipſe memoriæ reducet vobis quodcumque dixi.

Origenes. Ipſe commonebit vobis omnia.

EXPOSITIO III.

PARACLETVS *autem* id eſt inſtructor, ſeu conſolator, ut habet Syriacus, ſeu advocatus ut legit Tertullian. hæc tria ex radice Græca ſignificat Paracletus, ut ſuperiori n. 6. notavi *Spiritus ſanctus.* Unaquæque divina perſona Spiritus ſanctus eſt, tamen tertia perſona, ut ait Carthuſian. proprio hoc nomine communiter ſignificatur, & tunc Spiritus ſanctus tanquam pro una dilectione accipitur Et dicitur Sanctus, quia ipſa per eſſentiam eſt increata, & perfecta ſanctitas, à qua omnis ſanctitas hominum, ac Angelorum velut radius à ſole emanat, & profluit. Vide quæ dixi tom. 1. lib. c. 5. quæſt. 47. 53. Tertul. Cathuſ.

Quem mittet. Non miſſione locali, vel motu corporali cum Spiritus ſanctus ſit Deus immenſus, omnia implens, nec loco, nec tempore, nec actione mutabilis, ſed miſſione ſpirituali per infuſionem donorum, ac gratiarum. *Mittet*, at aliquando viſibiliter, ut in die Pentecoſtes ſub ſpecie linguarum ignearum. Act. 2. n. 2. Aliquando inviſibiliter, cum opus eſt, ut quotidie in corda noſtra. *Mittet Pater*, Spiritus ſanctus, à Patre, & Filio mittitur, à Patre, Filióque procedit & verbum mittendi inter divinas perſonas adfert ſecum quandam originis ſignificationem; ut docent Theologi in 1. diſt. 15. ibi D. Thom. Scotus Noſter Bachonus Tamen Filius potius Patri, quam ſibi tribuit mittere, quia Pater fons eſt divinitatis, & principium ſine principio. *In nomine meo*: hoc eſt pro me, ac mei loco, ut opus quod ego cœpi, perficiat, ac proſequatur. 54. Act. 2. D. Thom. Magiſter. Scotus. Bachonus.

Ille vos docebit omnia, à me dicta quamvis valdè obſcura, & difficilia ſint. Theophylact. *Obſcura, & intellectu difficilia, cognita vobis faciet.* 55. Theoph.

At

Ac proinde docebit vos omnia myſteria, quæ ad meum adventum, Incarnationem, & Paſſionem pertinent. Et etiam omnia, quæ ad inſtructionem, ac gubernationem, ac fundationem meæ Eccleſiæ ſpectant. *Et ſuggeret vobis omnia.* Hoc eſt, ut

Arabicus. Cyril. D. Aug.

legunt Arabic. D. Cyril. D. Auguſt. in memoriam revocabit, eáque vobis intelligere faciet, quæ à me dicta ſunt, nam multorum eorum obliti erant Apoſtoli; tum quia ea non intellexerunt perfectè; tum quia firmiter memoriæ non impreſſerunt, variis afflictionibus impediti; veniens verò Spiritus ſanctus oblita reduxit in memoriam, præbens eorum luculentam intelligentiam. *Quæcumque dixero vobis.* Græcus, *dixi vobis.* Arab. Syriac. *dico.* Ac proinde omnia quæ à me dicta, ſive dicenda ſunt ille in memoriam revocabit.

Græcus. Arab.

QUÆSTIO X.

Quare non ſolum dicitur Spiritus ſanctus, ſed etiam Paracletus?

56. Dicitur in præſenti, *Paracletus autem Spiritus ſanctus.* Dicitur ſanctus, quia ipſe per eſſentiam eſt increata ſanctitas, & à quo eſt omnis ſanctitas hominum, ac Angelorum. Dicitur *Paracletus*, ut ex radice Græca, id eſt advocatus, exhortator, ac conſolator; ut laté explicavi c. 12. q. 1. c. 78. ac 9.

57. Iterum redeo ad id quod Spiritus Sanctus dicitur Paracletus, id eſt conſolator propter continuas, & frequentes Apoſtolorum afflictiones. D. Chryſ. *Frequenter eum Paracletum vocat, propter eorum triſtitiam.* Gloſſa. *Cum ſit conſolari Trinitatis opus, ad Spiritum ſanctum tamen pertinet, quia is in ſcriptura bonitatis, per quam nos Deus conſolatur, nomine deſignatur.* Tolet. in commentario de utroque nomine ſic ait: *Spiritus ſanctus Paracletus nominatur, quia eos conſolabitur, & confortabit* Sanctus quidem, *Quia perfectionem ſanctitatis operabitur, & docebit, & illuſtrabit omnia.*

Chryſoſt. Gloſſa. Tolet. *Spiritus S. conſolatur nos in tribulatione.*

58. Multa triſtitia, ac moleſtia affligebatur Moyſes, eo quod populus gemens ſub tyrannico jugo in luto, ac latere, ſerviret Pharaoni, ab ejuſque miniſtris crudeliter opprimeretur: *Tunc apparet ei Dominus in flamma ignis,* Exod. 3. n. 2. Septuaginta legunt, *Apparuit ei Angelus Domini.* Circa quæ verba meritò ait D. Aug. l. 2. de Trinit. c. 13. *Unde non poteſt hic intelligi quod Deus Pater ei apparuit, ſed aut filius, aut Spiritus ſanctus.* Non erat Deus Pater, quia apparuit ſub forma Angeli, nam Deus Pater nunquam legitur de cœlis deſcendiſſe, ut ex D. Bern. dixi ſuprà q. 8. Angelici vocabulum ſæpè filio appropriatur, juxta illud: *Ecce ego mitto Angelum meum.* Tamen ait D. Auguſt. quod licet Angeli appellatio Spiritui ſancto non attribuatur; tamen exiſtimat, quod ille qui apparuit in flamma ignis, Spiritus ſanctus erat: Quamquam Spiritum ſanctum alicubi Angelum dictum non recolam, at ex opere poteſt intelligi. Spiritus ſanctus erat, qui ſub forma Angeli apparuit, quod ex ipſo opere colligitur; nam Angelus veniebat ut conſolator, ac confortator, ut triſtitiam, ac afflictionem Moyſis, ac populi deliniret, eique levamen daret, ac tanta oppreſſione eximere, quod Spiritum ſanctum ut ad conſolatorem ſpectat. *Quamquam Spiritum ſanctum alicubi Angelum dictum non recolam, at ex opere poteſt intelligi.*

Exod. 3. Septuag. D. Aug. *Ex conſolationis opere præſentia Spiritus S. colligitur.*

59. Cum Iſraëlitæ proficiſcerentur de Ægypto, maximè timentes itineris difficultates, ac inſolitas vias, tunc ut dicitur Exod. 13. n. 21. *Dominus præcedebat eos ad oſtendendam viam per diem in columna nubis & per noctem in columna ignis.* Columna nubis per diem non ſolum oſtendebat viam, ſed etiam ab æſtu Solis cuſtodiebat, & columna ignis per noctem eos illuminabat ac calefaciebat; & cum etiam juxta mare rubrum Iſraelitæ eſſent in multa anguſtia conſtituti, magnóque pavore, ac terrore conſternati ob inſequentes exercitus, currus, & equites Pharaonis, ait textus, Exod. 14. n. 24. *Iamque venerat vigilia matutina, & ecce reſpiciens Dominus ſuper caſtra Ægyptiorum, per columnam ignis, & nubis, interfecit exercitum eorum.* Quænam tam mirabilis eſſet hæc columna, quæ ſic Iſraelitas recreabat in mari, & in terra per ſpatium quadraginta annorum, eóſque ab omni preſſura, ac anguſtia liberabat, in illiſque omnibus levamen erat; columna hæc typum gerebat Spiritus ſancti, ut Auctor eſt D. Ambroſius lib. 1. de Sacri. cap. 6. *Columna nubis, ait, eſt Spiritus ſanctus. In mari erat populus, & ſequebatur columna nubis, quaſi obumbratio Spiritus ſancti.* Cum columna Spiritum ſanctum exprimeret, erat totius populi obumbratio, conſolatio, ac lavamen.

Exod. 13. Exod. 14. *A Spiritu S. levamen, & conſolatio.* Ambroſ.

60. *Cum invocarem exaudivit me Deus juſtitiæ meæ, in tribulatione dilataſti mihi.* Pſalm. 4. n. 1. Multas gratias agit David, quod fuerit exauditus à Deo, *In tribulatione dilataſti mihi.* Et quod in tribulatione dediſſet ei Dominus magnanimitatem, ut exponunt D. Chryſoſt. Didimus, Euthym. & alij; ſeu quod in ipſa tribulatione dederit ei conſolationem, fortitudinem, lætitiam, ut interpretantur D. Auguſt. D. Thomas; ſed unde tot ac tanta bona advenerunt ei, explicat ipſe. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, dediſti lætitiam in corde meo.* Elevatum, ſeu impoſitum eſt ſuper nos lumen vultus tui, ſcilicet Divinus Spiritus in die Pentecoſtes, ut ibi interpretatur Rupertus, & etiam ait D. Anaſtaſius Sinaita lib. 1. de recta fide. *Lumen Divini vultus, ait, Spiritus ſanctus recta via ſanctos deducens.* Cum ergo ei adfuiſſet Divinus Spiritus, ſtatim ſequitur, *dediſti lætitiam in corde.* Mœſtitia procul abiit, exultatio, conſolatio magnanimitas, ac fortitudo ei advenerunt, cunctáque bona deſiderabilia. Nam ut ait D. Athanaſ. epiſt. ad Seraph. *Ipſe Spiritus ſanctus ſigillum eſt, in quo omnia ſigillat Deus.* Vide ſuprà cap. 12. quæſt. 1. n. 10. 11. & 12.

Pſal. 4. Chryſoſt. Dydim. Euthym. Auguſt. D. Thom. Rupert: Anaſtaſ. *A Spiritu S. omnis conſolatio, & lætitia.*

QUÆSTIO XI.

In adventu Spiritus ſancti mirificè totius Sanctiſſimæ Trinitatis eximius amor declaratur.

61. In adventu Spiritus ſancti omnes tres divinæ perſonæ cooperatæ ſunt. Pater mittit, Filius ut homo impetrat. *Rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis.* Hoc cap. 14. num. 16. Et ut Deus etiam mittit. *Si autem abiero mittam eum ad vos.* Joan. 16. num. 7. Nam miſſio in perſonis divinis dicit ordinem ad originariam proceſſionem; Spiritus ſanctus à Patre, Filioque procedit. In hac die Spiritus ſanctus mittitur.

Ratio difficultatis. Ioan. 16.

62\. In hac ergo miſſione omnes tres divinæ perſonæ ſanctiſſimæ Trinitatis intervenerunt, & ita ut conjecturari poſſit, quod in nullo alio opere Totius Trinitatis amor erga homines magis ſe manifeſtaverit, ac declaraverit. Quod magis explicabitur per ſingulas perſonas diſcurrendo.

63\. *In miſſione Spiritus S. declaratur amor æterni Patris.*

Eximius Æterni Parentis amor maximè ſeſe declaravit in ſancti Spiritus miſſione; mirificus Æterni Parentis amor maximè ſeſe aperuit, cum filium ſuum miſit in mundum, tamen adhuc experimento non ſeſe prodiderat hominum crudelitas, ac inhumanitas; at verò poſtquam experientia notum eſt, quomodo homines dirè, ac ſeverè ſe in filium Dei habuerunt, quem ſui non receperunt, ad eos mittere Spiritum ſanctum ſummi amoris opus extitit, ſupra omne aliud negotium. Et quod omnem exaggerationem excedit. Sententia eſt Lorini in cap. 16. Sapient. n. 20. & R. Patris Joannis de La Haye in cap. 16. Exod. num. 197. quod inter illuſtriora beneficia quibus Deus populum Hebræum nobilitavit, primum ac principem locum obtineat Mannæ largitio; & ideo appellatur Angelorum eſca, panis cœleſtis, cibus totius delectamenti, ac ſuavitatis, & ſexcentis aliis encomiis celebratur. Cur non potius primum, ac præcipuum beneficium dicitur eductio populi Iſraëlis de Ægypto, ac tyrannica Pharaonis ſervitute? nam ab hac Deus liberavit populum ſuum in manu potenti, & brachio excelſo, ita ut de Pharaone dicat Deus; *Poſui te, ut oſtendam in te fortitudinem meam & narretur nomen tuum in omni terra.* Exod. 9. n. 16. Indéque in omnibus elementis multæ plagæ prodierunt ſuper Ægyptum. Aquæ converſæ ſunt in ſanguinem, innumerabiléſque ranas genuerunt. Aër obtenebratus eſt, grandinémque ſuper agros, ac campos immiſit? terráq; multitudine ſciniphum, ac muſcarum repleta, peſte animantium infecta eſt, ac morte primogenitorum ingemuit? cum Deus tot, ac tanta fecerit pro eductione populi ſui; cur tamen Mannæ largitio dicitur primum beneficium illius populi? Eduxit Dominus Iſraël de Ægypto tot, ac tantis mirabilibus, cum adhuc nullam rebellionem, & inobedientiam populi eſſet expertus. Manna verò è cœlo effudit, jam murmur, ingratitudinem, ac rebellionem populi expertus ſemel juxta aquas maris. Exod. 15. n. 11. & iterum in deſerto ſin. *Utinam mortui eſſemus in Ægypto per manum Domini in terra Ægypti; cur eduxiſti nos in deſertum iſtud, ut occideretis omnem multitudinem fame?* Exod. 16. n. 3. Dona hominibus concedere non experta eorum ingratitudine, malitia, ac demerito, eximia liberalitas magnáque magnificentia eſt; at adhuc illis benefacere, eorum protervia, & obduratione experimento cognita ſummæ liberalitatis, pietatis, ac amoris eſt exaggeratio, omnéſque illius terminos tranſcendens. Æternus Pater dedit filium ſuum non experta hominum crudelitate in ipſum, qua benè viſa miſit Spiritum ſanctum, quod eſt ſupremus amoris apex.

Lorin. La Haye. Exod. 9. Exod. 15. Exod. 6.

64\. Contra hæc tamen objici poteſt, quod maximè ſcriptura extollit, & decantat amorem Æterni Parentis in filii ſui miſſione, 1. Joan. 4. n. 9. dicitur: *In hoc apparuit charitas Dei, quoniam unigenitum filium ſuum miſit Deus in mundum.* Ait in hoc apparuit charitas Dei Patris, in hoc ſcilicet ſe declaravit, & manifeſtavit, & multis aliis locis. Et tamen tanquam ſupremus amoris actus non ita decantatur, ac celebratur Spiritus ſancti miſſio in ſcriptura. Reſpondeo: Celebris modus Rhetoricæ artis eſt, magna maximè extollere, ac multis encomiis efferre? at verò illa, quæ omnem magnitudinis mundum, excedunt, ſilentio ſupprimere, ac venerari. Egreſſi Magi ab Jeruſalem, *Videntes ſtellam gaviſi ſunt gaudio magno valde.* Matth. 2. num. 10. At verò cum ad ſpeluncam accedunt, & Verbum Incarnatum adorant, *& intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, & procidentes adoraverunt eum.* Cur tantus eſt Evangeliſta in explicando Magorum gaudio cùm vident ſtellam, nihil verò de eorum lætitia ſcribit cum Chriſtum natum adorant, cum ſine dubio major fuerit hic eorum exultatio, quam ex illa, quam ex ſtella viſa acceperunt? Gaudium acceptum ex conſpecta ſtella potuit vobis exprimi, ac illud quod perceperunt ex nato verbo adorato ita totius lætitiæ terminos excedit, ut nulla ſuperſint verba quibus valeas declarari, & ideò ſilentio fuit involvendum, ac venerandum, noſtræque tantum conſiderationi exponendum.

1. Joan. 4. Matth. 2. *Eximius Patris amor in adventu Spiritus S. non valet explicari.*

Æternus Filius ſuum amorem declaravit; nam cum eſſet abſens, & ad ſublimem beatitudinis gloriam elevatus apud patrem pro Spiritus ſancti miſſione rogavit, ac inſtitit. Acceſſit ad Jeſum mater filiorum Zebedæi, & ait illi *Dic ut ſedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad ſiniſtram in regno tuo.* Matth. 20. num. 20. Cur mulier tam anticipatè primas ſedes poſtulat in regno? Mulier ſibi perſuaſit Chriſtum tantum eſſe hominem, ac proinde timuit, ne cum ipſe eſſet abſens, ac in ſortem regni aſſumptus de aliis oblivîſceretur. Huc reſpicit D. Paſchaſius lib. 9. in Matth. *Prævenit petens antequam ſederet in regno.* Sed ſua opinio fefellit mulierem; nam ipſe non purus homo, ſed Deus etiam eſt, ac proinde in regno de ſuis non obliviſcitur, ſed potius ibi de eis recordatur. *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis.* Joan. 14. num 16. 65.

Æterni filii amor declaratur in adventu Spiritus S. Matth. 20. Paſchaſ. Joan. 14.

Divinus Spiritus ſuum eximium amorem manifeſtavit, quod cum eſſet omnimodè æqualis Patri, ac Filio, tamen non recuſavit mitti ob hominum ſalutem. Omitto rationem Theologicam, quòd hæc miſſio non repugnat cum perſonarum æqualitate, ſed dicit ordinem ad originariam proceſſionem. Divus Auguſtin. ſive Auctor quæſtionum ex novo teſtam. q. 97. excitat hanc quæſtionem, quomodo Spiritus ſanctus cum ſit ſummè æqualis Patri, ac filio, non tamen refugit tertius prædicari in Trinitate? præcipuè cum ex illa voce Hæretici homines, malum omne acceperint contra ejus æqualitatem? Cur contra hos errores non magis cavet Spiritus ſanctus, volens Tertius vocari; *Solent*, ait, *iterum præjudicare Spiritui ſancto, quod ideo degener intelligatur, quia in ordine tertius ponitur; nullis enim injuria eſt, quia una eorum Divinitas eſt.* Non repugnat Divinitati Spiritus ſancti, quod tertia perſona dicatur. Nam Spiritus ſanctus eſt amor, amor autem non curat de nominibus, ac titulis, ſed tantùm intendit cognoſci, manifeſtari, ac communicari ſuis dilectoribus. 66.

Spiritus S. amor manifeſtatur. Auguſt. *Amor ſolum intendit ſe manifeſtari, ac communicari.*

Ex eo quod Spiritus ſanctus ſit amor. Optimè D. Chryſoſt. ſerm. de Spiritu ſancto tom. 2. *Spiritus ſanctus eſt regnum cœlorum, quod intra nos eſt.* Et poſt pauca ſubdit: *Vidit Deus olim Abraham, ſed extrinſecus apud quercum Mambre. Vidit & Job, ſed extra per turbinem. Vidit & Moyſes Deum,* 67.

Chryſoſt.

ſed

ſed extra in petra. Vidit Iſaias, ſed extra in throno excelſo. Vidit Ezechiel, ſed extra in annalibus occultis. Vidit Daniel ſed in viſione noctis. Priſtini Patres Deum, ſeu Dei filium juxta varias ſententias extrinſecus videbant; at Spiritus ſanctus veniens, non in extrinſeco loco ſiſtit, ſed cum ſit amor, ad amoris ſedem, hoc eſt ad cor, ac animam penetrat, eámque quærit, ut ibi quieſcat, requieſcat.

Spiritus S. non extrinſece, ſed intus nobis. eſt.

68. Obiter expende prima verba ſancti Patris: *Spiritus ſanctus eſt regnum cœlorum, quod intra vos eſt.* Explicat ſanct. Pater illud Luc. 17. n. 21. *Ecce enim regnum Dei intra vos eſt.* Quodnam ſit hoc regnum ait, ipſe Spiritus ſanctus eſt: ac proinde qui parat in ſe domicilium Spiritui ſancto, ipſumque in ſe recipit, jam fruitur, ac gaudet regno cœlorum, cœleſtique beatitudine.

Luc. 17. *Spiritus ſanctus eſt in nobis regnum cœlorum*

QUÆSTIO XII.

Quomodo Pater miſit Spiritum ſanctum?

69. REm latè narrat D. Lucas Actor. 2. à n. 1. breviter hic rem attingam, de quo forte alibi latius erit ſermo. *Cum complerentur dies Pentecoſtes erant omnes pariter in eodem loco.* Ubi nos habemus *Pariter*, Græcus habet *unanimiter.* Quod innuitur maximè neceſſariam eſſe fratrum unionem ac concordiam, tanquam diſpoſitionem ad recipiendum Spiritum ſanctum, quod etiam exprimitur in illa particula, *In eodem loco.* Nam ſicut tunc omnium fidelium erat cor unum, & anima una, ita etiam erant unanimes, ac uniti inter ſe, ut ſpiritualiter eſſent veluti in eodem loco, in eadémque ubicatione. Ex quo ait D. Chryſoſt. ſerm. de Spiritu ſancto: *Illud conſidera, cum charitatem inter ſe habent, tunc advenit Spiritus ſanctus.* Ait Regius Vates, Pſal. 132. num. 1. *Ecce quam bonum, & quam jucundum, habitare fratres in unum.* Poſtquam hanc fratrum unionem inter ſe prædicat, & dicit, quid inde infert. *Qui deſcendit in montem Sion. Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem.* Quænam benedictio eſt hæc, quæ illic, ſeu in montem Sion deſcendit? Res nempe Divini Spiritus. Theodoret. *Non in Hermon*, ait, *ſed in Sione, in quo vitalis ros ſancti Spiritus in ſacros Apoſtolos miſſus eſt.* Quos unanimes invenit ſua gratia divinus Spiritus adimplevit.

Græcus. *Vnitas diſpoſitio ad recipiendum Spiritum S.* Chryſoſt. Pſal. 132. Theodor.

70. D. Cypr. *Factus eſt repente de cœlo ſonus, tanquam advenientis Spiritus vehementis.* Legit Divus Cyprianus lib. 3. teſtim. contra Judæos. *Quaſi fertur flatus vehemens.* Vatablus *Simili flatui violento, qui refertur.* Pagnin. *Tanquam impetus venientis.* Ex Græco legitur. *Flatus vehementis.* id eſt venti. Unde ait Divus Auguſt. ſermon. 288. de tempore. *Flatus ille à carnali palea corda purgabat, ignis ille fœnum veteris concupiſcentiæ conſumebat.*

Vatabl. D. Aug.

71. Gregor. D. Gregor. lib. 5. Moral. cap. 15. excitat quandam quæſtionem. Dupliciter Spiritum ſanctum legimus datum, ac communicatum. Primò, in cœnaculo poſt reſurrectionem, quando leniter, ac ſuaviter Jeſus *Inſufflavit, & dixit, Accipite Spiritum ſanctum.* Joan. 20. num. 21. Secundò hodie cum impetu vehementi, unde tanta differentia? Primò, cum tanta ſuavitate, ac amoris benevolentia, nunc verò cum tanta vehementia. Reſpondet citatus D. Gregorius. *Veniens*, ait, *vehemens, & lenis eſt. Lenis, quia notitiam ſuam quatenus cognoſcit, ut cumque va eat, noſtris ſenſibus temperat. Vehemens, quia quantumlibet hanc temperet, adventu tamen ſuo infirmitatis noſtræ cæcitatem illuminando perturbat.* Lenis, quia ſe accommodat noſtræ tenuitati: vehemens, quia fortiter cæcitatem noſtræ ignorantiæ illuminando expellit, vel etiam dicam. Poſt Paſcha leni flatu ſe habet: dabatur enim ad dimittenda peccata: *Vt quorum remiſeritis peccata*, &c. Nunc verò vehementi impetu venit, quia ad peragenda negotia regni Dei inſtigabat: nam cum peccatoribus contritis leniter, ac affabiliter ſe habeat miniſter, at in negotio regni Dei exequendo, & adimplendo vehementi impetu, ac conatu ſe exhibeat.

Ioan. 20. *Spiritus S. cum peccatoribus lenis, in negotio regni Dei vehemens.*

72. Cum Parens Elias eſſet in monte Horeb mirabili viſione ſe Deus illi oſtentat: *Spiritus grandis, & fortis ſubvertens montes & conterens petras.* 3. Reg. 17. num. 11. Aliter Iſai. 62. num. 2. de ipſo Spiritu loquitur: *Spiritus Domini ſuper me, eo quod unxerit Dominus me, ad annunciandum manſuetis miſit me, ut mederer contritis corde.* Hic datur Spiritus cum ſuavitate, ac lenitate, ut medicamentum contritis corde adhiberet, illic verò Spiritus grandis, & fortis, ut conculcaret, ac ſubverteret, ſublimes montes, & petras iniquorum ac ſuperborum, ut cœleſtia munera obiret, ac adimpleret, ut multa vi, ac vehementia homines rapiant cœlum; & ideò in die Pentecoſtes factus eſt ſonus tanquam advenientis Spiritus vehementis. D. Cyril. Ieroſolym. catech. 17. *Spiritus vehemens*, ait, *oſtendit præſentiam illius, qui id concedit hominibus, ut vi rapiant regnum cœlorum.*

3. Reg. 17. Iſai 62. *Ad conculcandos ſuperbos fortis.* Cyril.

73. *Et replevit totam domum ubi erant ſedentes.* D. Cyprianus lib. 3. Teſtim. cap. 101. *Et implevit totum illum locum.* Nempe omnes Apoſtolos, ac fideles, qui erant in illo loco. Decantat Regius Vates: *Etenim cœli diſtillaverunt à facie Dei Sinaï, à facie Dei Iſraël.* Pſalm. 67. num. 9. Spiritus S. Dei facies dicitur. Noſter D. Cyrill. lib. 3. Theſaur. *Dei facies*, ait, *Spiritus ſanctus appellatur, quoniam oſtendit ipſam eſſentiam Dei.* Adveniente Spiritu ſancto cœli diſtillaverunt innumera bona in homines; quæ verò dona fuerint, ipſe Regius Vates explicat: *A facie Dei Sinai, à facie Dei Iſraël.* Ut multis placet, *Sinaï*, remiſſio peccatorum interpretatur, Iſraël Dei benedictionem importat, ut ibi notat Lorinus. Adveniente ergo Spiritu ſancto cœli diſtillaverunt multa divina bona cum remiſſione peccatorum, ac omnibus cœleſtibus benedictionibus. Divus Bernardus ſerm. 2. de Pentecoſt. *Hodie dilectiſſimi*, ait, *cœli diſtillaverunt à faci Dei Iſraël, & pluvia voluntaria ſegregata eſt hæreditati Chriſti* Et ſtatim ſubdit: *Et cœli muneribus cœleſtes homines impleverunt.*

Cyprian. Pſal. 67. Cyrill. *Innumera bona a Spiritu ſancto manarunt.* Lorin. D. Bern.

74. Ait Chriſtus D. *Spiritus ubi vult ſpirat & nemo ſcit unde veniat, aut quò vadat.* Ioan. 3. n. 8. Senſum literalem ſuo loco dixi, nunc moralem ſequor. Spiritus ſanctus ſic ſuis donis totum orbem adimplet, ut nemo dignoſcere valeat, *unde veniat, aut quo vadat.* Sic Spiritus ſanctus eſt amans creaturarum, eáſque ſuis muneribus replere intendit, ut nullus valeat inveſtigare; unde in eis exhibendis incipiat, aut quò vadat, aut in eis largendis finem ponat.

Ioan 9. *Nullus valet inveſtigare quanta ſint bona, quæ à Spiritu ſancto veniunt.*

75. Ait cœleſtis Paranymphus, Virgini Mariæ, *Spi-*

ritus

ritus ſanctus superveniet in te , & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Luc. 1. num. 35. Nunquid Spiritus ſanctus tantum adhærebit uni ſoli ſacratiſſimæ virgini ; Adjecit Angelus: *Et quod ex te naſcetur Sanctum vocabitur filius Dei.* quod ex te orietur, erit omnium ſalvator. Spiritus ſanctus superveniens Virgini non illi ſoli ſiſtit, ſed in omnes homines per Chriſtum redundavit, ut omnes ſanctificaret, ac ſuis donis adimpleret D. Chryſ. ſerm. de Spiritu ſancto. *Et tu Domine Deus virtutum,* ait, *Deus Iſrael, intende ut viſites omnes gentes. Igitur non ad unam tantum animam hodie dicitur , Spiritus ſanctus ſuperveniet in te , ſed omni creaturæ dicit Deus, effundam.* Joel. 2. n. 26. *De Spiritu meo ſuper omnem carnem , & erunt mihi in filios , & filias , & matres , & fratres.*

Luc. 1. — *Spiritus. S. dona ad plures ſe extendunt.* — D. Chryſoſt. — Joel. 2.

76\. *Apparuerunt illis diſpertitæ linguæ* : In linguis apparuit Spiritus ſanctus , quia eos totius orbis prædicatores conſtituebat , linguæ diſpertitæ , quia non uni tantùm adhæſit donum linguarum , ſed pluribus ſe communicavit. *Seditque ſuper ſingulis eorum* , ſuper caput nempe eorum , ut eſt communis ſententia. Non in ore, ſed in capite ponitur lingua data ab Spiritu ſancto ; nam lingua ſit conformis intellectui , ac juxta illum dicat , ac loquatur.

Lingua adhæreat menti.

77\. *Tanquam ignis.* Linguæ apparuerunt in forma ignis ? Nam Spiritus ſanctus cum ſit amor , ſub forma ignis apparet, qui amoris typus eſt. Secundò quia promulgabatur lex quæ ignis, id eſt zeli, ac charitatis eſt, *in dextera ejus ignea lex.* Deu. 33. n. 2. Tertiò, ut ſignificaretur effectus , quem Spiritus ſanctus erat operaturus in animis fidelium, quia nimirum in eis torporem , timorem , concupiſcentias & vitia conſumeret , & combureret quaſi ignis, eóſque igneos, zeloſos, ac agiles ad omne bonum opus efficeret D. Chriſoſt. hom. 4. in acta Apoſtol. *Hic ignis* , ait , *mundi peccata , quaſi ſylvam exuſſit.*

Deu. 33. — *Spiritus igni extinguit vitia , ac peccata* — Chryſoſt.

78\. Quartò, aliam rationem inſinuat D. Chryſoſt. ſerm. de Pentecoſte : *Hodie,* ait , *nobis terra facta eſt cœlum , non ſtellis de cœlo deſcendentibus in terram , ſed Apoſtolis ad cœlum aſcendentibus , quia effuſa eſt gratia Spiritus ſancti. Qui in igne apparuit, propter velocem mentis ſuſceptionem.* Perpende , quod adveniente Spiritu ſancto terra facta eſt cœlum. Sub forma ignis venit , qui magno impetu ſurſum aſcendit., ut denotaretur , quod Divinus Spiritus illam efficaciam , ac vim mentibus ingerebat , ut relicta terra velociter ſurſum aſcenderent , ac in cœlum evolarent.

Chryſoſt. — *Spiritu S. rapimur in cœlum.*

79\. Denique venit ſub forma ignis ut mentes Apoſtolorum illuminaret in omni doctrina , & veritate, ut poſteà ipſi alios docendo illuminarent. D. Auguſt. ſerm. 185. de tempore. *Apoſtolos ſuos,* ait, *viva lucis fonte perfudit, qua ipſi poſtmodum univerſum mundum , tanquam duodecim ſolis radii, ac totidem lampades veritatis illuminent , & inebriati novo vino repleant , atque irrigent ſitientia corda populorum.*

Spiritus S. igne illuminamur.

80\. Ait Oſeas 10. num. 12. *Seminate vobis in juſtitia , & metite in ore miſericordiæ, tempus autem requirendi Dominum , cum venerit , qui docebit vos juſtitiam.* D. Bernard. ſerm. 2. de Pentecoſt. ultima verba legit: *Illuminate vobis lumen ſcientiæ* , Et quodnam eſt hoc ſcientiæ lumen: Sine dubio Spiritus ſanctus , qui facit nos latibula cordis noſtri , ac tenebras peccatorum penetrare , ac dignoſcere , hæc omnia ab illius illuſtratione habemus. Sic ait citatus D. Bernardus : *Vnde Spiritus iſte ſuper Apoſtolos igne apparuit propter lumen ; quos enim repleverit , in veritate cognoſcere facit.*

Oſeæ. 10. — *Spiritus S. lumine cognoſcimus latibula cordis.*

81\. Actor. 7. num. 55. dicitur de S. Staphano: *Cum autem eſſet plenus Spiritu ſancto intendens in cœlum, vidit gloriam Dei, & Jeſum ſtantem à dextris Dei.* Magna viſio valdéque perſpicaces oculi, qui cœlum penetrarunt , & univerſa uſque ad Patris thronum conſpexerunt. Unde tantam efficaciam habuerunt oculi Stephani ? An ex propria ſua naturali vi ? Abſit , ſed ex Spiritu ſancto in eo inhabitante ſic potuerunt illuminari , ut ſuprà naturæ metas ad ſublimia , ac alta ſecreta cœleſtia evolarent. Divus Cyrillus Hieroſolmitan. catech. 17. *Vidit cœlos apertos* , ait , *vidit , & filium hominis ſtantem ad dexteram Patris. Vidit autem non ſua virtute, ſed ut inquit ſcriptura ; cum eſſet plenus Spiritu ſancto , ſuſpiciens cœlum vidit gloriam Dei.*

Actor. 7 — *Spiritu S. ad alta myſteria penetranda elevamur.* — Cyril.

82\. *Fecit Moyſes & candelabrum ductile , fecit & lucernas ſeptem.* Exod. 37. num. 17. Quid in candelabro , quod eſt in templo ante Sancta Sanctorum ſeptem lucernæ , & cur non plures , vel pauciores erant ? Quia ſeptem lampades ſeptiformis Spiritus lumina denotabant , ſcilicet donum ſapientiæ , ſcientiæ , intellectus , conſilij , timoris , quibus tota ſancta Eccleſia illuminatur , ad alta myſteria ſupernæ curiæ Sanctæ ſanctorum cœleſtis agnoſcenda , ac intelligenda. Divus Iſidorus : *Candelabrum iſtud* , ait , *ſeptem ramorum Spiritus ſancti gerebat imaginem , qui ſeptiformi gratia illuſtrat Eccleſiam.*

Exod. 37. — *Spiritu S. illuſtratur Eccleſia.* — Iſidor.

Quæstio XIII.

Quare Paracletus dicitur mitti in nomine Chriſti ?

83\. Ratio difficultatis eſt , quomodo miſſionem Spiritus ſancti tribuit Chriſtus Patri , cum Patri , ac Filio conveniat , utporè perſonis , à quibus procedit , ut docent Theologi cum D. Thoma 1. p. q. 88. art. 3. in corpore, & etiam Chriſtus de ſe dixit , *Expedit vobis , ut ego vadam , ſi enim non abiero , Paracletus non veniet ad vos, Si autem abiero mittam eum ad vos.* Joan. 16. num. 7. Et opera ad extra ſunt communia toti Trinitati. Cur ergo miſſio Spiritus ſancti , tantum Patri adſcribitur, ut dicat Chriſtus , quem mittet Pater in nomine meo , quam particulam modo explicamus, & inde cætera patebunt.

D. Thom. — *Ratio difficultatis.* — Joan. 16.

84\. Reſpondet primò N. Divus Cyrillus Alexandrinus lib. 10. in Joann. cap. 6. Quia Pater per Chriſtum , cui totius Eccleſiæ gubernatio commiſſa eſt , miſſurus ſit Spiritum ſanctum Secundo Theophylactus ſic interpretatur. Quia Spiritus ſanctus mittitur nomine Chriſti , id eſt cum nomine paracleti , nam Chriſtus etiam paracletus vocatur , ut jam notavi ſuperiori cap. quæſt. 1. n. 6.

Cyril. Alex. — Theoph.

85\. Tertiò: Idem Theophyl. Gloſſa Inter: *In nomine meo veniet,* ait, *id eſt in gloriam nominis mei* Merito Divinus Magiſter , ut ſuis aperiat , quam neceſſaria ſit ejus in cœlum aſcenſio ait : *Cum abiero , mittam eum ad vos.* Quando vero expli-

Theoph. — Interlin. — *Nullus ſuas laudes decantet.*

explicat, quod Spiritus ſanctus ad ſuas laudes atque glorias publicandas ſit adventurus non ſibi ſed Patri, tanquam perſonæ diſtinctæ. hujuſmodi miſſionem refert, ne ipſe ad ſuas laudes decantandas Spiritum mittere videretur, cum eas divulgare ad alium ſpectet. De quo multa dixi tom. 3. cap. 2. q. 10. n. 83 85. & c. 20. q. 4. n. 24. 25. & 26. & tom. 4. cap. 5. n. 138. 139. & num. 23. cap. 30.

56. Emiſſen. Quartò: Euſebius Emiſſenus homil. de Pentecoſte: *Doletis*, ait, *quia non ſemper vobiſcum corporaliter maneo, & quia hæc mea verba, meaque carnis præſentiam ſubtraho vobis, ſed nolite contriſtari, quia mea vice, & in meo nomine magnus conſolator, & doctor ſapientiſſimus dabitur vobis. Ille vos conſolabitur, ille vos docebit, ille vobis omnia ſuggeret, & miniſtrabit quæcumque dixero vobis.* Euthym. Similiter Euthym. *Nomine meo*, ait, *id eſt, ut hic me referat, & meis fungatur vicibus.* Quam ſententiam ſequuntur communiter recentiores, Maldon. Tolet. Barradas. Franc. Luc. Cornel. Eſcobar. Maldonat. Toletus, Barradas, Franc. Lucas, Cornelius, Antonius Eſcobar. Quoniam Chriſtus ad Patrem aſcendit; diſcipulos reliquit, in nomine illius, id eſt vice illius miſſus eſt Spiritus ſanctus ad exequenda ea, quæ per Chriſtum facta ſunt. Chriſtus hominum redemptionem perfecit. Venit Spiritus ſanctus, ut ſanctificaret, & doceret, eáque denique ad complementum perduceret. Mittere namque aliquem in nomine alterius, eſt mittere ad illius negotium obeundum. Ioan. 5. Ait Chriſtus, Joan. 5 num. 43. *Ego veni in nomine patris mei*, id eſt ad agendum negotium, & rem mei patris; ſic in nomine regis legatus dicitur mitti, ut perſonam regis agat, illiuſque negotia pertractet.

57. *Qui habet aurem audiendi audiat, quid Spiritus dicat Eccleſiis: Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei mei.* Apocal. 2. n. 7. Hæc, & Apoc. 2. ſimilia dicuntur in fine cujuſlibet Epiſtolæ quæ ad Epiſcopos Aſiæ mittuntur. Ex quo grande inſurgit dubium in qualibet Epiſtola, ſtatim in exordio loquitur Chriſtus: *Hæc dicit, qui tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua, qui ambulat in medio ſeptem candelabrorum aureorum.* Apoc. 2. n. 1. & ſic ferè ſimilia in aliis Epiſtolis. Si Chriſtus incipit Epiſtolas, cur etiam ipſe non confirmat, ac terminat? Anne minoris fidei, & veritatis in fine, quam in principio cujuſlibet Epiſtolæ reperiatur, cur primo loquitur Chriſtus, Spiritus vero ſanctus concludit. Quia quod Chriſtus dixit, Divinus Spiritus confirmat, & ea nobis prævia, ac intelligibilia facit; & quæ Chriſtus docuit, Spiritus ſanctus ad exequutionem, ac ad complementum perduxit. *Quod Chriſtus docuit, Spiritus S. confirmat, & ad executionem perduxit.* Non alienus eſt ab hac mente Ioach. Abb. Joachimus Abbas: *Bene in principio*, ait, *cujuſlibet capituli loquitur Chriſtus, in fine vero Spiritus ſanctus; quia primo miſſus eſt Chriſtus qui docet Apoſtolos. Secundò Spiritus ſanctus, qui omnibus fidelibus loqueretur, nec alia tamen quam ea, quæ locutus eſt Chriſtus.*

58. Apoc. 5. Ait Joannes Apocalypſ. 5. num. 6. *Ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio ſeniorum Agnum ſtantem tanquam occiſum habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem.* Per ſeptem cornua, ſeptemque oculos, Primaſ. Beda. Primaſius, Beda, & alii, ſeptem dona Spiritus ſancti intelligunt; quæ in Chriſto fuerunt præeminentia; at quomodo ſimul oculi, & cornua, cum inter utraque tantum ſit diſcrimen, & nulla proportio? Rectè tamen bona Spiritus ſancti, & cornua, & oculi; ea enim non ſolum ſunt illuminativa, ſed & roborativa quia quæ Chriſtus docuit ſuos Apoſtolos, Spiritus ſanctus per ſua dona, eos illuminavit, ac corroboravit. Patrocinatur Rupert. *Septiformis Spiritus*, ait, *in Chriſto, vel ſuper Chriſtiano requieſcens, qui ſupra ſeptem lampadibus hic propter eminentiam poteſtatis, & fortitudinis ſeptem cornibus, & propter illuminationem gratiæ vel ſapientiæ ſeptem oculis comparatur.* Rupert.

Quæstio XIV.

Quare dicitur quod Spiritus ſanctus docebit, & ſuggeret omnia?

Ait Chriſtus: *Spiritus ſanctus docebit vos omnia*, quæ ad inſtructionem meæ Eccleſiæ pertinent, *& ſuggeret*, hoc eſt in memoriam revocabit; ita Arabic. D. Cyril. D. Auguſt. Euthym. qui ait: *Perfectius ad memoriam reducet: nam veriſimile eſt, eos quædam oblivioni tradidiſſe.* Et ſubdit, *Quæcumque dixero vobis*; ſive ut habet Arabicus, *dixi*, ſive ut vertit Syriacus *Dico*. Quæcumque ergo à Chriſto dicta ſive inſinuata ſunt, ſive apertè, ſive obſcurè, omnia docuit, explanavit, ac cognita fecit Spiritus ſanctus. Ita D. Auguſt. Rupert. Beda, D. Thom. D. Bonav. & alii. 89. Arab. Cyril. D. Auguſt. Euthym. Syriacus. Arab. Auguſt. Rupert. Beda. D. Thom. Bonavent.

Ait Salomon, Sapient. 9. num. 16. *Difficile æſtimamus quæ in terra ſunt: & quæ in proſpectu ſunt, inveniemus cum labore. Quæ autem in cœlis ſunt quis inveſtigabit? Senſum autem tuum quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris ſpiritum ſanctum tuum de altiſſimis.* Maximè explicatur, quam neceſſaria nobis ſit ſancti Spiritus aſſiſtentia, ut cœleſtis, ac divina percipiantur, ſi enim nos circa hæc terrena, quæ in manibus habemus, ac in proſpectu noſtro ſunt, cæcutimus; quomodo oculi noſtri, & mens noſtra quantumvis exacuatur, exacuatur penetrare cœleſtia, & ea quæ ad ſenſum verborum Dei ſpectant, niſi adſit Spiritus ſancti lux, quæ remota à ſenſibus nobis aperiat, ac pervia faciat; ſolus enim Spiritus ſanctus, eſt verus Doctor, qui mentem noſtram illuminat. Divus Gregorius homil. 3. in Evangelia: *Niſi Spiritus ſanctus, ait, cordi adſit audientis, otioſus eſt ſermo Doctoris; nemo ergo docenti homini tribuat, quod ex ore docentis intelligit; niſi intus ſit, qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuum laborat.* 90. Sapien. 9. *Spiritus S. illuminat ad ſuperna intelligenda.* Gregor.

Ait Regius Vates Pſalm. 4. num. 6. *Multi dicunt: Quis oſtendit nobis bona, tanquam per inſultationem multi dicunt.* Ut explicant Divus Hieronymus & Didymus. Quis, id eſt, nullus eſt, qui nobis oſtendat, ſeu cognoſcere faciat bona cœleſtia, quæ ſimpliciter ſunt bona, cui impugnationi adverſariorum ſtatim occurrit: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* Datum eſt, & impoſitum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, & quodnam hoc lumen? Spiritus ſanctus, Divus Anaſtaſius Sinaita de recta fide, lib. 1. ſuprà datus: *Lumen divini vultus*, ait *Spiritus ſanctus rectâ via ſanctos deducens*. nobis datus eſt Spiritus ſanctus, qui nobis oſtendat, ac intelligere faciat ſuperna, ac cœleſtia, ut ſancti recta via gradientes ad ſublimia volent. 91. Pſal. 4. D. Hiero. Didym. Anaſtaſ. *Spiritus nos docet viam rectam ad cælum.*

62. Dan. 4. Ait Nabuchodonoſor Danieli c.4.n.6. *Ego ſcio quod Spiritum Sanctorum Deorum habeas in te, & omne ſacramentum non eſt impoſſibile tibi; Viſiones ſomniorum tuorum, quam vidi, & ſolutionem eorum narra.* Valdè mirum poſtulat, ut ſibi explicentur

Spiritus S. lumine alta manifeſtantur.

res, ut ipſe ſubdit, *quas vidi*; Si tu ô Rex ea vidiſti, oculiſque tuis percepiſti, cur poſtulas, ut tibi explicentur ab eo, qui illas minimè vidit; Si tu vidiſti, & ignoras, quomodo poſſunt penetrari ab eo qui eas nullo modo vidit? Rex inſinuat cauſam. *Scio quod Spiritum ſanctorum Deorum ha-*

Septuag. *beas*, Septuaginta legunt, *Novi quod Spiritus Dei ſanctus in te.* Cum crederet quod Daniel in ſe habebat Spiritum Dei ſanctum, inde merito ſibi perſuadebat poſſe explicare ſacramenta à ſe non viſa, majori perſpicuitate, ac ceritudine, quam explicaret ille, qui præ oculis ea habuit, ac vidit.

Cyril. Ieroſol. D. Cyril. Hier. catec. 19. *Ipſe vidit viſionem*, ait, *& neſciebat. Dic, inquit, mihi viſionem, quam ego vidi, & quæ ſit neſcio. Cernis vim Spiritus ſancti; Videntes neſciunt, non videntes agnoſcunt, & interpretantur.* Vide ſuprà q. 12.

Quæstio XV.

Quare Chriſtus toties ſuis prædixit adventum Spiritus ſancti?

93. Hugo. Directe ad quæſtionem reſpondet Hugo: *Hoc autem dicit*, ait, *ut præparent animas eorum, ut ferant generoſe receſſionem, ut magnorum cauſam futuram eis bonorum.* Quod jam ſæpè notavi; dicam etiam ac noſtram moralem eruditionem, quod hæc dicuntur, ut fideles animum ſuum diſponerent ad recipiendum Spiritum ſanctum, ad cujus adventum multa & alta præparatione animus eſt adoptandus. Hinc priuſquam Chriſtus D. Spiritum ſanctum promittat, ac ſuis emittat, docet legem ſuam eſſe ſervandam parata morum probitate, *ſermonem meum ſervabit.* Admonens invitari ſanctum Dei Spiritum vita hominum ſancta.

94. Cum aquæ diluvij eſſent imminutæ, *Miſit Noe columbam, ut videret ſi jam ceſſaſſent aquæ ſuper faciem terræ. Quæ cum non inveniſſet ubi requieſce-*

Geneſ. 8. *ret pes ejus, reverſa eſt ad eum in arcam*, Geneſ. 8. n. 8. & 9. Emiſſus eſt corvus & non eſt reverſus: cur ſimiliter non requievit columba ſuper aquas diluvij, vel ſuper cadavera, ſed ad Noe in arcam revertitur? Aquæ, ac cadavera peccatores adumbrabant, columba verò typum gerebat Spiritus ſancti, qui minimè apud animos impiorum facit manſionem, ſed ad juſtorum remeat domicilia?

Ad recipiendum Spiritum ſanctum in anima, multa præparatio neceſſaria.

D. Ambr. adeſt patronus D. Ambroſ. de Noe c. 18. *Virtus redit amans juſtorum conſortium.*

95. Iſai 32. Ait Iſai. 32. num. 5. *Hæc dicit Dominus Deus creans cœlos, & extendens eos, firmans terram, & quæ germinant ex ea: dans flatum populo, qui eſt ſuper eam, & Spiritum calcantibus eam.* Duo dona dicuntur à Deo perfecta in homines, nimirum flatus, & Spiritus. D. Baſil. lib. de Spirit. ſanct. c. 21.

D. Baſil. Irenæus. Hieron. D. Thom. Haymon. Procop. D. Irenæus. lib. 1. D. Hieronym. D. Thom. Haymon, Procopius & alij. Per afflatum, animam rationalem, quæ infuſa fuit per ſpiraculum Dei. Per Spiritum, Spiritum ſanctum per dona ſupernaturalia communicatum interpretantur. Sed cum magno diſcrimine hæc à Deo dari dicuntur à Propheta. Nam afflatus, ſeu anima rationalis omnibus datur qui ſunt ſuper terram, licet terrenis ſint, ſed tantùm illis qui valent terrena conculcare, omnéſque terrenos affectus reſpuere. *Spiritum calcantibus eam.* D. Irenæus lib. 5. cap. 12. *Aliud eſt afflatus vitæ*, ait, *qui & animalem efficit hominem, & aliud eſt ſpiritus vivificans, qui & ſpiritualem efficit eum. Et ideo Iſaias, afflatum communiter omni qui ſuper terram eſt, populo dicens datum; Spiritum autem proprie his qui conculcant terrenas cupiditates.*

Contemnentibus terrena divinus Spiritus communicatur. Irenæus.

Ait Deus per Prophetam Joelem 2. n. 28. & 29. 96. Ioel. 1.
Effundam Spiritum meum ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ: Senes veſtri ſomnia ſomniabunt, & juvenes veſtri viſiones videbunt. Sed & ſuper ſervos meos, & ancillas in diebus illis effundam Spiritum meum. Explicat Propheta advenientis Spiritus effectus, filij & filiæ prophetant, ſenes ſomnia vident, juvenes viſionibus ſublimantur; at ſolummodò ſervi, & ancillæ muneribus Spiritus ſancti videntur præteriri, tantummodo dicitur ſuper eos Spiritum effundendum, cur non etiam ſervi, ancillæ prophetant? vel cur etiam ſomniis, ac viſionibus non decorantur? Forſitan ſervilis conditio a donis Spiritus ſancti eſt excluſa? Minimè quidem Spiritum ſanctum ſuper ſervos, & ancillas effundi idem Propheta teſtatur. Spiritus ſanctus ſuis donis juxta uniuſcujuſque diſpoſitionem communicatur: qui timore filiali accedunt tanquam filij, & filiæ muneribus Spiritus ſancti ſic illuſtrantur, ut prophetali dono fulgeant? qui vero ſervili timore tanquam ſervi & ancillæ ſe præparant, etſi primario ſalutis affectu Spiritum ſanctum accipiant, tamen prophetiæ radiis non fulgent, ac itent. D. Hieronym. *Alij conſequuntur*, ait, *prophetiam*, (dato Spiritu ſancto ſuper homines) *ut filij, & filiæ, qui majoris ſunt meriti, alij ſomnia ut ſenes jam provectioris ætatis: alij viſiones, ut juvenes, qui vicerunt malignum. Servi verò & ancillæ, qui adhuc Spiritum timoris habent, & non dico, quia perfecta dilectio foras mittit timorem, non habebunt prophetiam non ſomnia, non viſiones? ſed Spiritus ſancti effuſione contenti, non fidei tantum ſed ſalutis gratiam, poſſidebunt.*

Divinus Spiritus communicatur, juxta noſtram diſpoſitionem. D. Hier.

97. Hinc David ut alta, ac ſuperna aſcenderet, clamans dicebat: *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ*, Pſalm. 54. num. 7. exoptabat à terrenis, ac carnalibus laqueis expediri, ac volare, non tamen petebat alas aquilæ ſed columbæ, quæ Spiritum ſanctum adumbrabat, optimè enim ſciebat, quod de divini Spiritus munere venit, ut carnalia ſuperes, & ad alta conſcendas. D. Ambroſ. lib. 1. de Virg. *Sume igitur*, ait, *alas virgo ut ſupervoles vitia, ſi contingere cupis Chriſtum.*

Pſalm. 64. *Spiritus S. ad volandum in cœlum ponitur.* Ambroſ.

98. Clauſo oſtio veniunt fatuæ virgines, & clamant ad ſponſum: *Domine; Domine aperi nobis.* Matth 25. num. 11. At ille intus reſpondet, *Neſcio vos*, Cur ſi ingeminant vocem, non exaudiuntur, & janua illis aperitur? Dixerunt bis *Domine*, non vero tertio, id eſt, in nomine Spiritus ſancti, Cardinalis Hugo. Tertium Domino deeſt, de quo Apoſtolis 1. Corinth. 12. num. 3. *Nemo poteſt dicere Domine Jeſu, niſi in Spiritu Dei.* Solum qui clamant, & orant, in gratia Divini Spiritus, exaudiuntur, eiſque janua cœlorum aperitur, ad aliud ingrediuntur æterna fœlicitate fruentes.

Qui orat in Spiritus S. gratia, exauditur. Hugo. 1. Cor. 22.

*Joan.*14.*n.*27. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor veſtrum, neque formidet.

VERSIONES.

D. Cyprian. lib. 3. *ad Quir.* Pacem dimitto, vel remitto.

Arabicus. Meam propriam pacem do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis, commoveatur cor veſtrum.

Origenes. Non quomodo hic mundus dat pacem ego do vobis.

Syriacus. Non prout dat mundus, ego do vobis. Ne turbetur cor veſtrum nec expaveſcat.

S. *Hilarius.* Ne turbetur cor veſtrum, neque trepidet.

EXPOSITO. IV.

99. IDem conſolationis argumentum proſequitur Dominus: *Pacem relinquo.* Relinquo ad hæreditatem pertinet, ut mox dicam. *Pacem*, nomine pacis intelligit omne bonum, quod dicit pacem, & amicitiam cum Deo, ſerenitatem, & quietem conſcientiæ in omni ærumna, ac perſecutione, & mutuam concordiam inter ipſos fratres, ac homines, *pacem meam*, ſententiæ repetitione clarius, & expreſſius magnam commendationem inculcat, & ait *meam:* ſive ut legit Arabicus, *Meam propriam*, quam ego maximè prædico, valdè conſentaneam meæ legi, quam cum omnibus haberet meos diſcipulos maximè volo. *Do vobis*, id eſt *Dabo vobis*, Ita D. Greg. homil. 30. in Evangelia, relinquo in præſenti, dabo in futurum, ſic ait: *Hic relinquo, illic do. Sequentibus relinquo pervenientibus do.* D. Auguſt. tract. 76. *Pacem*, ait, *nobis relinquit Chriſtus iterum, pacem ſuam nobis dabit in fine venturas: pacem nobis relinquit in hoc ſæculo, pacem ſuam nobis dabit futuro ſæculo.* Tamen cum noſtra vulgata habeat *Do* in præſenti, in præſentiarum utrumque verbum refero; ac ſi dicat, diſcedens à vobis, pacem vobis relinquo, eámque do vobis, eámque vobis maximè commendo. Quomodo hic ait, *Pacem do vobis*, cum dixerit Matthæus 10. n. 34. *Non veni pacem mittere in terram*, dixi tom. 3. c. 9. q. 1.

Arab. Gregor. Auguſt. *Quæſtio incidens.*

100. *Non quomodo mundus dat, ego do vobis.* Mundus enim fictis, ac doloſis verbis dat pacem temporalem, quam non habet, & quæ eſt defectibilis, & minimè ſtabilis; at Chriſtus D. dat pacem cœleſtem; & ſpiritualem, quam habet, cum ipſe ſit auctor pacis, & hanc dat nudis, ac veris verbis ſtabiliter, atque firmiter; quæ in æternum durabit. D. Chryſoſt. homil. adverſ. gentes: *Pacem meam do vobis*, ait, *non ſicut mundus dat pacem; hominum enim pax ſtatim diſſolvitur, & varias habet viciſſitudines: verum quæ à Chriſto datur, ſtabilis eſt, imò firma, ſolida, immortalis, fine carens, licet millia bellorum, undequaque ingruant.*

Chryſoſt.

101. *Non turbetur cor veſtrum.* Hæc iterum dicit Chriſtus D. quia cum ultimum vale diceret ſuis diſcipulis, dixerat enim iterum relinquo eos ex ſuo diſceſſu valde mœſtos, & turbatos videbat, *Cum iterum dixiſſet relinquo, quod verbum diſcedentis eſt, & par eſſet eos turbari, ideò rurſus dixit: non turbetur cor veſtrum.* Ait D. Chryſoſt. homil. 74 Chryſoſt. *Neque formidet*, ob odia Judæorum ac prælia imminentia, ut ait D. Auguſt. cujus rei conſolationem ſtatim adhibet ſequenti verſu. Auguſt.

QUÆSTIO XVI.

Quid nomine pacis ſignificetur hic, ſub qua etiam juxta aliquos intelligitur Spiritus ſanctus?

AIt Chriſtus, pacem relinquo vobis. Verbum relinquo hæreditatem indicat, ut videtur exponere D. Cyprian. de unitat. Eccleſ. legens *pacem dimitto*, & lib. 3. ad Quirin. cap. 3. legit, *pacem remitto.* Diſcedens Dominus ex hoc mundo ſuis pacem tanquam propriam hæreditatem delegavit. D. Auguſt. ſerm. 166. de temp. *Proficiſcens*, ait, *voluit dare quæ deſiderabat rediens in omnibus invenire. Hanc ſuis hæreditatem dedit; dona omnia ſua pollicitationis, & præmia in pacis converſatione promiſit; atque ideò fratres ſi hæredes Chriſti eſſe volumus, in ejus pace eſſe, & manere debemus.* Hancque nobis dedit, ut vexillum militare, ac ſignum diſtinctum ſuæ ſcholæ, ac doctrinæ. D. Hieron comm. in Pſal. 75. *Chriſtus D. noſter pax eſt, vadens in cœlum nobis vexillum dimiſit, dicens, pacem meam do vobis.* Hanc pacem in ultimo vale ſuis dedit, tanquam rem valdè pretioſam, & maximè commendabilem. D. Bonavent. in Dieta ſalutis, titul. 7. cap. 61. *Pax eſt*, ait *encœnium Chriſti, & pretioſius inter omnia jocalia, cujus cauſa eſt, quia iſtud pretioſum jocale legavit Chriſtus Apoſtolis in morte, amici namque amicis dant, & legant magis pretioſa in fine.* 102. Cypr. Auguſt. *Pax hæreditas relicta à Chriſto.* Hieron. *Pax vexillum Chriſtianæ militiæ.* Bonav. *Pax ut valde pretioſa relicta à Chriſto.*

Quæſtio inquirit quid nomine pacis intelligitur, pro quo ſupponendum eſt, quid apud Hebræos ſub nomine pacis ſignificabatur, nam apud illos imprecabatur pax. Dicebant enim, *Pax tecum*, vel *pax vobiſcum.* Communiter recentiores tenent, quod per pacem ſignificabant omne bonum, ſalutem, tranquillum hominis ſtatum, & proſperitatem, 2. Reg. 18. n. 32. *Eſt ne pax puero Abſalon?* Hoc eſt, bene ſe habet, ſalvus eſt, & vivit? Et Joſeph, ait: *Deus reſpondebit proſpera Pharaoni*, 41. Geneſ. n. 16. Hebræi legunt, *Deus reſpondebit pacem Pharaoni.* Pax conſtat ex abundantia bonorum; qui enim bonis caret optatis, non fruitur pace. Judæi ergo cum à ſuis amicis diſcedebant, pacem in ſenſu explicato eis imprecabantur. 103. *Quid pax ſignificaret apud Hebræos.* 2. Reg. 18. Geneſ. 41.

Chriſtus Jeſus auctor gratiæ, ac totius vitæ ſpiritualis, cum à ſuis diſcipulis diſcedit, etiam Judæorum more, dat pacem, non tamen eo ſenſu, quo homines terreni dabant, ſed valdè ſupernaturali, ac ſublimi, de quo loquitur Apoſtolus ad Philipp. 4. num. 7. *Pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodit corda veſtra, & intelligentias veſtras.* Et hæc pax tria includit, intimam amicitiam, ac unionem cum Deo. Secundò, animi tranquillitatem, ac ſerenitatem in omni tentatione, ac perſecutione. Tertio, mutuam inter ipſos concordiam, ac dilectionem in Dei gloriam. Hanc Dominus ſuis relinquit non temporarias poſſeſſiones; ſuper enim omnes hujus ſæculi 104. Philipp. 4. *Chriſtus dat pacem ſublimi modo.*

Tolet. Cornel. Eſcobar. divitias, ac gazas hæc cœleſtis pax eminet. Ita Toletus, Cornelius, Antonius Eſcobar.

105. Euthym. Theoph. Alij pacis nomine concordiam intelligunt. Euthymius *pacem relinquo vobis*, ait, *ut pacifici erga vos mutuo ſitis, & erga me*, &c. Theophylact. *Talem pacem*, ait, *ego do ut inter vos pacem habeatis, & unum corpus ſitis*. Chryſoſt. D. Auguſt. Chryſoſtom. etiam de pace mutua inter fratres, ac proximos interpretantur. D. Auguſt. citato tract. 76. de pace interna, quæ eſt in homine, & de externa etiam cum aliis locum exponit.

106. D. Cyril. *Spiritus S. pax noſtra.* N. D. Cyrillus Alexandr. lib. 10. in Joan. cap. 9. exiſtimat in præſenti Spiritum Sanctum pacem appellati. *Nunc vero*, ait, *pacem non ſimpliciter, neque quamlibet, ſed meam do vobis. Id autem nihil aliud eſt, quam Spiritum eis dare, & per eum in eis habitare. Pax enim Chriſti Spiritus, ejus eſt.* Juxta illud Apoſtoli citati. *Pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum*, &c. Spiritus ſanctus pax noſtra eſt, qui nobis pacem annuntiat, noſque pacificos facit. Cum Jeſus venit ad Joan. prope Jordanis undas. *Vidit Spiritum ſanctum deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe.* Matth. 4. num. 16. Matth. 3. Cur Spiritus ſanctus apparet in ſpecie columbæ potius, quam aquilæ, vel alterius volucris? columba valde pacifica, felle amaritudinis caret, pacem, & tranquillitatem habet cum omnibus avibus. D. Paſchaſ. D. Paſch. lib. 2. ſuper Matth. *Apparuit*, ait, *in columba Spiritus, quia columba fel non habet, patenter inſinuat quod in felle amaritudinis eſſe non debet quiſquis ad hanc gratiam venire optat, ſiquidem columba tantæ benignitatis à natura fertur, ut omnium avium pullos quaſi proprios dicatur ſuſcipere, atque ſuis laboribus enutrire.*

107. Cum fugeret David iram Saulis, & ſe ad Samuelem recepiſſet, ait textus. *Miſit ergo Saul lictores, ut raperent David. Qui cum vidiſſent cuneum Prophetarum vaticinantium, & Samuelem ſtantem ſuper eos, factus eſt etiam Spiritus Domini ſuper Saulem, & ambulabat ingrediens, & prophetabat.* 1. Reg. 18. à n. 20. 1. Reg. 18. *Spiritus S. nos pacificos & quietos reddit.* Res maxime admiratione digna, Saulē, miniſtroſque ejus currentes adverſùs Davidem Spiritus Domini implet, ita ut prophetare faciat, *Factus eſt Spiritus Domini in illis, & prophetare cœperunt*, & etiam Saulem dono prophetiæ divinus Spiritus ditavit. *Factus eſt Spiritus Domini ſuper Saulem, & prophetabat.* Cur tamen diſponit, ac ordinat Deus, ut homines crudeles furentes adverſùs juſtum divino Spiritu nobilitentur? Ut manſuetudinem, ac lenitatem induant, & à furore concepto in Davidem deſiſtant. Procop. Procopius relatus in Gloſſa. *Illos autem*, ait, *per propheticam gratiam Davidem interficere prohibuit. Saul etiam, qui poſt alios omnes venit humanitatis vinculis irretitus eſt, prophetabat enim.* Hauſto verorum Prophetarum ſpiritu humanitatis vinculis tenentur, ut lenes, ac manſueti efficiantur.

QUÆSTIO XVII.

Quare Chriſtus, cum dicit, do pacem, ſuam appellat, non verò cum ait, eam relinquo?

108. AIt Chriſtus. *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.* Preme illud verbum *relinquo*, tam pretioſa eſt pax quod quaſi reliquiarum inſtar eam ſuis diſcipulis Dominus communicaret, cum diſcipuli in hoc ſæculo inter tot pericula, perſecutiones, ac tyrannos manerent ad pugnam, non poterant habere integram pacem, ſed tantum ejus reliquias, & tanta vis eſt pacis ad omnia hoſtilia debellanda, ut ſi quædam reliquia cæleſtis pacis in animo ſervetur, nil ultra timendum eſt D. Anſelm. in cap. 5. Matt. *Pacem meam*, ait, *do vobis, pacem relinquo vobis, bis in cœlo do, hic reliquiæ, quia illa pax* (ſcilicet pleniſſima) *non poteſt haberi, niſi in futuro: ſed tamen aliquæ reliquiæ dantur in præſenti, quod poteſt videri in illis, qui ita habent ſedatos illicitos motus corporis, quod nullum civile bellum patiuntur in ſe, ſed habet anima requiem ſuam nec etiam conturbari poſſet quolibet modo, vel quantuncumque verberetur, ſed etiam quieti ſunt.* Expende. *Pax veluti quædam reliquia.* D. Anſelm.

Quæſtio præſens eſt. Quare Chriſtus D. cum dicit: *Pacem relinquo*, non apponit, *meam*. Cum vero ait: *pacem do*, tunc addidit *meam*; quodnam diſcrimen eſt, inter utramque pacem, cur pacem non relictam, ſed datam, ſuam appellat, quod dubium ſubtiliſſime excitavit D. Auguſt. tract. 77. in Joan. *Quid eſt*, ait, *quod ubi dicit: pacem relinquo vobis, non addit meam: ubi vero ait: Do vobis dixit meam? Verum ſubaudiendum eſt meam, ubi dictum non eſt, forte, & hic aliquid latet.* 109. D. Auguſt.

Reſpondet primo Maldonatus. *Quid diſtat*, ait, *inter relinquere, & dare pacem? Vix fortaſſe quidquam; ſed ſi quid tamen intereſt, hoc intereſt quod relinquere ſit abituri, dare autem manſuri, aut relinquere precantis, dare etiam, quod à Deo precetur, concedentis.* Secundo ſapientiſſimus Mag. Celada tom de Benedíction. Benedic. 4. §. 23. n. 2. juxta D. Aug. duplicem agnoſcit pacem, alteram in hoc ſæculo, in futuro alteram. Pacem pacatiſſimam, & beatam, quam habituri ſunt diſcipuli in futuro beatitudinis ſæculo, *Suam* Chriſtus appellat: unde ait, *pacem meam do vobis*. At vero pax, quæ in hoc ſæculo eſt, & concordia non tantum cum inimicis, ſed etiam cum amicis, condiſcipulis, familiaribus, ac cum extraneis tam ardua res eſt, tamque ſervatu difficilis, tantaque devoranda ſunt, quæ concordiam perturbant, & pacem inquietant, ut etiam ſi ad illam cœleſti opitulatione opus ſit, non tam ſua, quam noſtra ab Auguſtino dicatur. *Pax iſta*, ait *quam nobis reliquit in hoc ſæculo, noſtra potius dicenda eſt, quam ipſius.* Pax, quam habemus in hoc ſæculo, noſtra potius dicenda, quam ſua, ut noſtra prudentia, patientia, ac labor in ea retinenda, ac conſervanda impenſus, multum honoretur, ac condecoretur, quamvis ſine ejus ope nihil habere poſſumus. 110. Maldon. *Relinquere abituri, dare manſuri.* M. Clado. *Multus impenditur labor humanus in concordia retinenda.*

Tertio. Reſpondet citat. D. Auguſt. *Pacem nobis Chriſtus relinquit in hoc ſæculo, in qua manentes hoſtem vincimus: pacem ſuam nobis dabit in futuro ſæculo: quando ſine hoſte regnabimus, ubi nunquam diſſentire poſſimus.* Altè inveſtigat Auguſt. quod Sacramentum lateat inter relinquere, & dare pacem; Chriſtus D. illam appellat pacem ſuam, qua beati in cælo ſine hoſte, ſine amiſſione periculo gaudent; Pacem vero in hoc ſæculo, ubi maxime oppugnatur, ac hoſtes intus, & foris inſultant, magno concordiæ detrimento, ac ſæpe unionis jactura, ſuam non appellat; Chriſtus ergo D. pacem dicit ſuam, quæ perenniter perſeverat, & ſine amiſſionis nocumento perdurat in patria; Ad pacem hujus ſæculi, quæ multis alternationibus eſt obnoxia, ut ſæpe diſſenſionibus 111. D. Auguſt. *Sola dona æterna ſunt æſtimanda.*

bus

bus amittatur, & ſi quandiu durat, ex Chriſti dono vigeat; tamen ſuam non dicit, cum aliquando in diſcordiam degeneret peritura; ergo dona, & ſi verè dona ſua ſint, tamen diſſimulat ſua nominare; illáque ſola dona ſua publicat, ac evulgat, quæ perennant in ævum, nullúſque amiſſionis caſus excedit, ac arrodit.

112. Rom. 5. Scribens Paulus ad Rom. 5. n. 5. *Spes autem non confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis.* Ait Apoſtolus, quod ſpes noſtra ita ſit firma, ut minimè fruſtretur, aut defraudetur à ſuo deſiderio; ſed unde colligit Apoſtolus tantam plenitudinem noſtræ ſpei, ut ita ſit firma, ac ſtabilis? quia charitas à Deo in nos venit, non per Angelum, vel Archangelum, ſed per Spiritum ſanctum; quia Spiritus ſanctus ſit verus Deus, ejus dona non fluxu labuntur, ſed firma perpetuitate perdurant, ac perennantur in hominibus. D. Ambroſ. lib. 1. de Spiritu ſancto c. 7. *Charitas Dei*, ait, *effuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum ut intelligamus non eſſe opus Spiritum ſanctum, qui divinæ arbiter, & fons profluus charitatis eſt.* Ex quo colligit, quod Spiritus ſanctus non ſit creatura, ſed Deus, qui indeficiens, & perennis eſt charitatis fons, cujus vena nunquam ſiccatur, ac marceſcit.

Dei dona perpetuitate perennantur. Ambroſ.

113. Cum Jacob benediceret filium ſuum Dan, ait: *Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita mordens ungulas equi, ut cadat aſcenſor ejus retro. Salutare tuum expectabo Domine*, Gen. 49. num. 17. Prævidet Jacob ex Dan naſcituros fortiſſimos duces Gedeon, Sanſon, & alios, qui adverſarios ſuos debellarent, & populum in ſalutem, libertatem, ac felicitatem evocarent; tamen illis relictis oculos ad expectatum Meſſiam convertit, in quo ſolo totam ſuam ſpem conſtituit. *Salutare tuum expectabo Domine*; & cur non ſperat in illis, qui inſtar draconum hoſtes erant voraturi? Sciebat ſanctus ſenex, quòd omnis ſalus, ac libertas per illos validiſſimos duces introducta, ut temporalis, breviſſimè erat tranſitura, ac finitura, ideò mentem ad Chriſtum divertit, à quo ſolo bona æterna, & indefectibilia ſperat. Sic Chaldæus exprimit prædicta verba. *Dixit pater noſter Jacob, non expecto ſalutare Gedeon, quæ eſt ſalus temporalis, neque ſalutare Sanſon, quæ eſt ſalus tranſitoria, ſed expecto redemptionem Chriſti filii David* Vide tom. 2. c. 5. q. 7. n. 122. & tom. 4. c. 27. n. 8. 9. 10. & ſuprà c. 7. n. 244.

Geneſ. 49.

A ſolo Deo bona firma, ac perpetua.

Chald.

Joan. 14. n. 28. Audiſtis, quia ego dixi vobis: vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem, quia Pater major me eſt.

Num. 29. Et nunc dixi vobis, priuſquam fiat, ut cum factum fuerit credatis.

VERSIONES.

Arabic. n. 28. Jam audiſtis quia ego dixi vobis, quia vadens ſum, & veniens: Si diligeretis me, gauderetis utique de progreſſu meo.

Syriacus. Audiſtis me dixiſſe vobis: abeo, & redeo ad vos, ſi diligeretis me gauderetis abire ad Patrem meum, quia Pater meus major me eſt.

Tertull. lib. de Trinit. cap. 28. Quia eo ad Patrem.

Pagnin. Quod dixerim vobis, quia vado ad Patrem.

Syriacus num. 29. Nunc autem ecce dixi vobis.

Arias. Antequam fieri.

Græcus. Antequam factum ſit.

EXPOSITIO V.

Audiſtis, aliud magnum conſolationis genus apponit Dominus, ne diſcipuli turbentur, ac triſtentur. *Audiſtis* ne ope à me, Hebraiſmus eſt, ut vult Toletus id eſt recordamini, memoria repetite, quia ego dixi vobis, ſeu promiſi ſuprà hoc cap. 14. n. 18. & 19. quæ iterum repeto ut firmius credatis, & quia jacula præviſa minus feriunt. *Vado* quidem ego ad mortem, ſed mox die tertia reſurgam, *& venio ad vos*, id eſt illico veniam, ut vos conſoler, ac confirmem. Et dixit de præſenti venio, quia breviſſimè ad eos erat venturus, vel quia licèt recederet corpore, animo, & affectu ſemper ad eos veniebat, ac proinde multa & magna erat conſolationis cauſa. Noſter D. Cyril. lib. in Joan. c. 7. *Quoniam* ait, *non abiturum ſolum, ſed rediturum me affirmavi, cur quod mœrorem adferre poteſt, animo volvitis; & quod lætitiæ cauſa eſt, non recordamini.* 114.

Toletus.

Cyril.

Si diligeretis me; aliud conſolationis argumentum adducit Dominus, ut bonus pater, ſuorum mœrorem multis volens depellere. *Si diligeretis me gauderetis utique.* Non loquitur hoc modo, ac ſi Apoſtoli eum non diligerent; optimè enim ſciebat, quod ipſi ex intimo amore erga eum ob illius diſceſſum triſtabantur. Sed loquitur cõmuni hominum more; cum amicus cum amicis loquitur diſcedens ait: ſi verè me diligitis, de meo diſceſſu nõ debetis triſtari, ac dolere, ſed potius multum gaudere, cum mihi ac etiam vobis, ſit valdè utilis, & commodus. Amicus de amici bono delectatur, ac gaudet. D. Cyril. *Oportet illos qui verè aliquem diligunt, non ſolum modo ſuum, verum etiam amici commodum quærere.* At hic diſceſſus, non ſolùm Domini, ſed etiam diſcipulorum commodum erat, *quia vado ad Patrem*; quia ex hominum conſortio vado ad Deum, ex miſeria, ac anguſtia humana tranſeo ad perennem felicitatem, gloriam, & honorem; quia Pater major me eſt, ſecundùm hanc humanam naturam quam vos cernitis. De quo latiùs quæſt 19. 115.

Amicus de bono amici gaudet.

Cyrill.

Hæc nunc dixi vobis priuſquam fiat Explicat Dominus cauſam, cur ſuis diſcipulis aperuerit ſuum diſceſſum, & mortem, non ut ipſi triſtentur, & condoleant, ſed ut firmius credant, ut ſtatim ait: *Ut cum factum fuerit credatis.* Quid ſibi vult Dominus in hac ſententia, cum fides ſit earum rerum quæ non videntur, id eſt, cum hæc completa videretis, credatis me omnia præſciviſſe, & prædinaſſe; ac proinde libere, & non ex neceſſitate mortem ſubiiſſe pro hominum ſalute, ſicque credatis me eſſe verum filium Dei, verúmque Meſſiam. D. Auguſt. tract. 79. in Joan. 116.

Auguſt.

Qui

Quo viſo, ait, *illud fuerant credituri, quod ipſe eſſet filius Dei vivi, qui potuit hoc facere cum prædixiſſet, & prædicere, antequam hoc faceret.* Iterum repende illud *Credatis*, hoc eſt firmius, perfectius, ac conſtantius, & efficacius, magnáque fidei confirmatione Citatus D. Auguſt. *Non fide nova, ſed aucta, aut certè, cum mortuus eſſet defecta, cum reſurrexiſſet refecta, neque enim eum Dei filium non anteà credebant, ſed cum in illo factum eſſet, quod anteà prædixit, fides illa, quæ tunc quando illis loquebatur, fuit parva, & cum moreretur pene jam nulla, & revixit, & crevit.*

QUÆSTIO XVIII.

Quare Chriſtus expellit à ſuis turbationem, ac metum, quia licet vadat, venit tamen ad eos, agitur de Spiritus S. protectione?

117. AIt Chriſtus D. ſuis diſcipulis, *Non turbetur cor veſtrum* mœſtitia, ac triſtitia, quia licet vado per mortem: illicò poſt reſurrectionem meam veniam ad vos, ut dixi in expoſitione, vel etiam veniam miſſo Spiritu, ut vos muniat, ac corroboret adverſus omnem inimicorum impetum, ac nequitiam. Antequam diſcipuli ad pugnam procederent cum Regibus, ac Tyrannis, prius tamen divini Spiritus virtute communivit, ut eorum tormenta, machinationes, ac infeſtationes non timerent, ſed ſuperarent. D. Chryſ. homil. 1. in acta: *Quemadmodum*, ait, *milites in multitudine erupturos, nemo patitur exire, priuſquam armati fuerint, ita nec Chriſtus diſcipulos ſuos paſſus eſt in acie conſpici, priuſquam deſcenderet Spiritus, ne facilè caperentur, & abducerentur à multitudine.*

Spiritu S. munimur adverſus poteſtates ſæculi. — Chryſoſt.

118. Ait Chriſtus D. ſuis diſcipulis: *Ecce ego mitto vos ſicut oves in medio luporum.* Matth. 10. n. 16. Sed cum agni inter voraces lupos, ac feroces leones mittuntur, quibus armis, quove gladio, ſeu clypeo muniuntur? nullo ſane, quod ut apertè eis diceretur, mandatur, ut de verbis dicendis nulla ſit illis cura: *Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini*, id eſt de veſtra defenſione nil agatis, ita ut de verbis dicendis nil cogitetis. Et cur ita ab hac cura erunt alieni? Statim ſubdit: *Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis.* Ac ſi dicat, nulla ſolicitudo vos premat, nec etiam ad minimum verbum dicendum; quia vobis adeſt Spiritus ſanctus ut vos corroboret, linguas veſtras dirigat, ad inimicorum impetus conculcandos; ſi enim gladio, vel lancea pugnandum eſſet, vobis aliqua poterat eſſe formido de rei eventu? at cum in vobis ſit S. Spiritus præſidium, certiſſima eſt victoria, & indubitatum triophæum, inde nulla ſit vobis cura de pugna. D. Chryſoſt hom. 34. *Habebant*, ait, *in medio ſui populi Reges, ac principes duodecim homines vinculis, flagellis, carceribus, quibuſcumque poterant, ut ſilerent, comminabantur, nec potuerunt ora eorum obſtruere; ſed veluti nemo ſolares radios vincere poteſt, ſic nullus linguam eorum potuit compeſcere. Quoniam non homines, ſed Spiritus S. virtus loquebatur.*

Matth. 10. — *Cum juſti Spiritu S. ſint muniti, nulla ſit eis cura adverſus reges.* — Chryſoſt.

119. Decantant victoriam cœleſtes Spiritus: *Ecce vicit Leo de tribu Iuda.* Et ſtatim ſubdit Evangeliſta: *Vidi agnum ſtantem tanquam occiſum habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem Spiritus Dei miſſi in omnem terram.* Apoc. 5. num. 6. Apoc. 5.
Si agnus erat, quomodo leo decantatur, ac celebratur? erant illi ſeptem cornua, quæ ſunt ſeptem Spiritus Dei, hoc eſt ſeptem dona Spiritus ſancti, quibus ſic corroboratus eſt, ut totam adverſariorum vim, ac fortitudinem proſterneret, ac conculcaret; & ideò ſeptem dona per ſeptem cornua denotantur ad indicandam eximiam poteſtatis excellentiam, qua valuit tam glorioſe hoſtes ſuperare. Rupert. ſuprà datus: *Unus, idémque Chriſtus, qui agnus eſt innocenter moriendo, leo quoque factus eſt mortem fortiter evincendo. Nam poteſtatem ejus, & ſapientiam, qua dominatur, & imperat, exprimit dicendo habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem. Septiformis namque Spiritus in Chriſto, ſeptem lampadibus, hic propter eminentiam poteſtatis, & fortitudinis ſeptem cornibus, & propter illuminationem gratiæ, vel ſapientiam, ſeptem oculis comparatur.*

Donis Spiritus S. conculcantur adverſarii. — Rupert.

QUÆSTIO XIX.

Quomodo intelligenda ſit illa Chriſti ſententia, quia Pater major me eſt?

HIc erat Achilles Arrianorum, quo probabant filium non eſſe Deum, ſed primam Dei creaturam. At filium eſſe verum Deum omninò æqualem Patri multis in locis Scriptura teſtatur, & ſæpè Paulus docuit: *Non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo.* Philip. 2. n. 6. qua ergo ratione Chriſtus in præſenti ait: *Pater major me eſt*, inquirendum eſt. 120.

Philip. 2.

121. Prima ergo interpretatio, *Pater major me eſt*, ſecundùm veſtram exiſtimationem; putabant enim diſcipuli Patrem eſſe majorem filio ſuo Chriſto Jeſu, Ita D. Chryſoſt. Theoph. Euthym. qui ait: *Debetis gaudere quod dixerim vado ad Patrem, qui poteſt vos ab omnibus inſidiis eripere, cognoſcentes quod legatione fungor pro vobis, major eſt Pater, ut vos putatis.* Hæc tamen expoſitio non placet, Chriſtus enim Dominus loquitur ſecundùm rem ipſam, non verò ſecundùm diſcipulorum opinionem.

1. *Interp.* — Chryſoſt. Theoph. Euthym.

122. Secunda expoſitio: *Pater major me eſt*, ſecundùm divinitatem, quia eſt principium à quo procedo, & eſt genitor meus. D. Athanaſ. orat. 2. contra Arrian. *Pater major me eſt*, ait, *non magnitudine, aut ætate, ſed quia ex illo ortum habeo.* D. Hilar. lib. 9. de Trinit. *Pater major me eſt*, ait, *dum Pater eſt. Nativitas filii Patrem conſtituit majorem.* In hac etiam ſententia ſunt D. Baſil. lib. 4. contra Eunomium. D. Gregor Nazianz. orat. 3. & 4. de Theolog. D. Chryſoſt hom. 74. in Joan. Euthym. etiam, & alij. Itaque Pater major eſt, non magnitudine, tempore, aut virtute, ſed ratione honoris, hoc eſt ratione originis.

2. *Expoſitio.* — Athanaſ. — Hilar. — Baſil. — Nazian. — Chryſoſt. — Euthym.

123. Tertia expoſitio: *Pater major me eſt*, ſecundum hanc humanitatem quam cernitis. Hanc expreſsè tradit D. Auguſtinus tract. 78 in Joann. quæ interpretatio ex eo comprobatur, quia Chriſtus hic dat cauſam cur ad Patrem vadat, quia *Pater major me eſt.* Atqui Chriſtus vadit ad Patrem, qua homo eſt conſcendens in cœlum. Nam qua Deus ſemper eſt in cœlo cum Patre. Ex quo ait D. Auguſt. *Ergo ibat per id, quod uno loco erat, & manebat*

3. *Expoſitio.* — Auguſt.

bat per id quod ubique erat, id eſt, ibat per humanitatem,quæ uno loco circumſcribitur, manebat per Deitatem quæ ubiq; erat, ergo quoad humanitatem, non quoad Deitatem Pater erat illo major. In hac ſententia eſt N. D. Cyril. Alexandr. lib.10. in Joann.c.9.D.Leo ſerm. 3. de Pœnitent. D.etiam Baſil. citat.D.Th.D. Bonav. Ab.Magn.& alij. Et hæc interpretatio multum mihi placet.

Cyril. Leo. Baſil. D. Thom. D. Bonav. Al. Magn.

114. *4. Expoſitio.* Cyril. Tolet. Eſcobar.

Quarta etiam expoſitio eſt valdè probabilis, quæ eſt etiam N.D. Cyril.citati, eamque ſequuntur Cardinalis Toletus, Anton. Eſcobar, & alij, Chriſtum locutum fuiſſe ratione ſuæ humanitatis, aitque Patrem appellatum eſſe majorem ratione ſuæ majeſtatis, & gloriæ comparatæ cum ſua exinanitione,ac humilitate: Filius enim carne aſſumpta humiliavit ſe, ac proinde ratione ſuæ humilitatis minor eſt Patre comparatione facta cum ejus gloria, & majeſtate. Vadit ergo Chriſtus nunc exaltandus, & glorificandus, in hac natura aſſumpta,ut decet filium Dei. Ire igitur ad Patrem, quia major eſt, denotat gloriam, & majeſtatem dignam filio Dei, accipere in ea natura, in qua ſe humiliaverat, ut adimpleretur illud Apoſtoli ad Philip. 2. n.8. *Humiliavit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem, propter quod Deus exaltavit illum* &c. Ac proinde ſi me diligitis,gaudete, quia vado ad Patrem majorem me, meæ humilitatis exaltatorem. De hoc puncto latè Theologi; de quo videndus eſt Suar. lib. 2.de Trinit. c. 4 Noſter Mag.Petr. Cornejo tom.1. tract.3.q.47. diſp. 2.

Philipp. 2. Suarez. Cornejo.

QUÆSTIO XX.

Quare filius ex forma hominis aſſumpta dicitur minor Patre, non ſic verò legitur Spiritus ſanctus dictus minor ex forma columbæ; linguarúmque ignearum?

115. Filius Dei formam ſervi accepit, & habitu inventus eſt ut homo; cujus rei ratione, ait ipſe. *Pater major me eſt.* Spiritus ſanctus tamen in Jordane apparuit, in forma columbæ veniens, ac manens ſuper Jeſum. Matth.3. Et in die Pentec. ſuper Apoſtolos in forma linguarum ignearum, & tamen Spiritus S. nunquam legitur dictus minor Patre, nec Pater dictus major eo. Si ergo filius ex forma hominis aſſumpta dicitur minor Patre, cur etiam Spiritus S. ex forma columbæ, ſive ex forma linguarum ignearum non dicitur Patre minor?

Matth, 3. *Ratio difficultatis.*

116. Auguſt. Quæſtionem proponit, & reſolvit D. Auguſt. lib.2.de Trinitate c. 7. *Miſſus dicitur etiam Spiritus ſanctus* (quando ſcilicet apparuit forma columbæ, vel linguarum ignearum) *non tamen minor Patre dictus eſt, ſicut filius propter formam ſervi, quia illa forma ſervi inhæſit ad unitatem perſonæ; illa verò corporalis ſpecies ad demonſtrandum quod opus fuit, ad tempus apparuerunt, & ecce poſteà deſierunt.* Forma hominis, ſeu ſervi ſic aſſumpta fuit,ut nunquam eſſet relinquenda, ſed in æternum conſervanda, *quod ſemel aſſumpſit, nunquam dimiſit.* At verò forma columbæ, ſeu ignis ſic aſſumpta fuit à Spiritu ſancto ut ſtatim eſſet relinquenda. Non ergo mirum, ut filius Dei dicatur minor ex iis, quæ ſibi ſunt æterna, non verò Spiritus ſanctus ex forma aſſumpta prætereunte ad tempus apparuerunt, & eſſe poſteà deſierunt. Quæ enim ſic relinquuntur, & prætereunt, veluti parvi reputantur, & nullam dominationem præbent Deo; ex quo nobis ſit documentum, quod ea quæ citiſſimè tranſeunt, & deſinunt eſſe, nullum nobis ſint negotium, ea ſolum pro magno habenda, quæ ſunt perpetua, & æterna.

Solum id, quod ad æternitatem conducit, præ oculis habendum.

Ait Iſaias 41 n.14. *Tacui, ſemper ſilui.* Quomodo dicis te ſemper tacuiſſe. Nonne de ipſo ait Regius Vates: *Intonuit de cœlo Dominus, & Altiſſimus dedit vocem ſuam.* Pſal. 17.n.14.& de vehementia ipſius ait: *Vox Domini confringentis cedros*, potentes nempe Pſ. 28.n.5.& de magna ejus voce dicitur: *Sapientia clamat, & in plateis dat vocem ſuam.* Prover. 1. n. 20. Cumque Deus deſcenderet ut legem Moyſi daret, totus mons Sinai concrepantibus buccinis reſonabat, lampades, & fulgura micabant, & inter tonitrua præceptorum voces mugiebant. *Cunctus autem populus videbat voces, & lampades, & ſonitum buccinæ, montémque fumantem.* Exod. 20 n.18. Quando ergo ait, *tacui, & ſemper ſilui.* Et ſi Dei vox ſonet in tot præceptis, mandatis, ac cæremoniis, & ſi Dei vox perſonet in ſuis prædicatoribus, ac doctoribus rerum temporalium contemptum annuntiantibus, adhuc ſilentium eſt, adhuc nulla vox Dei creditur audiri, adhuc Deus & creaturæ taciturnitate videntur, donec audiatur vox illa Dei extrema, quæ electos æternis præmiis coronet, impios æternis ignibus adſtringat, quamdiu enim Deus ultimam æternitatis ſententiam non pronuntiat, adhuc ſe in ſilentio eſſe exiſtimat. Eleganter D. Aug. t. 9. lib.ſeu homil. de ovibus c. 3. *Quomodo tacuit, ait, cum hoc ipſum loquendo dixerit? Audio te loquentem in tot præceptis, in tot Sacramentis, in tot paginis, in tot libris. Audio denique in hoc ipſo quod dicis: Tacui. Quomodo ergo tacuiſti? Quia nondum dico, venite benedicti Patris mei, percipite regnum; & nondum dico aliis: Ite maledicti in ignem æternum.* Quandiu non profertur vox æternitatem denuntians, adhuc ſilentium creditur. Vide ſuprà n. 111. 112. & 113. 127. Iſai. 41. Pſal. 17. Pſalm. 28. Prov. 1. Exod. 20. Auguſt.

Sola æterna non verò tranſitoria reputanda.

Joan.14.n. 30. Jam non multa loquar vobiſcum: venit enim princeps hujus mundi, & in me non habet quidquam.

Num. 31. Sed ut cognoſcat mundus, quia diligo Patrem, & ſicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio. Surgite eamus hinc.

VERSIONES.

Syriac. n. 30. Amplius non loquar vobiſcum.

Pagnin.Vatabl. Poſt hac non multa loquar.

Arabicus. Non enim multa loquor vobis, quia venit princeps mundi, & in me.

D. Ambroſ. lib. de fuga ſæculi c. 4. Et in me inveniet nihil.

D.Hilar. Et in me nihil habet.

D. Gregor. Nyſſen. Et in me nihil invenit ex propriis.

Origen.

Origen. Et in me non invenit quidquam.

Syriac.n. 31. Sed ut ſciat mundus me diligere Patrem meum, & prout præcipit mihi Pater meus, ſimiliter facio. Surgite abeamus hinc.

Arabic. Quia ego diligo Patrem.

Theophyl. Sicut præceptum dedit mihi Pater.

EXPOSITIO VI.

128. Syriac. IAM *non multa loquar*, ſeu ut habet Syriac. *Amplius non loquar.* In hac mea carne mortali ante paſſionem, tempus eſt jam finiendi, ac terminandi ſermonem. Et ait: *Non loquar vobiſcum.* Quod premens Rupert. Et ait: *Notandum quod non dixerit, jam non multa loquar vobis, ſed non multum loquar vobiſcum, inquit; vobiſcum enim cum dicit, ſubaudiendum eſt manens præſentia corporali; multa quippe, & illis tunc loquutus eſt, & nobis nunc loquitur* Nam poſt reſurrectionem multa illis locutus eſt, & nobis nunc loquitur Spiritu ſancto dictante. (Rupert.)

129. Joan. 12. Joan. 16. *Venit enim princeps hujus mundi*, id eſt Diabolus, ſic ſæpe appellatur in Scriptura. Joan. 12. num. 31. *Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras.* Joan. 16. n. 11. *Princeps hujus mundi jam judicatus eſt.* Ad Epheſ. 6. num. 12. *Eſt nobis colluctatio adverſus principes, & poteſtates, adverſus mundi rectores tenebrarum harum.* Dicitur autem Diabolus princeps hujus mundi, non quia, ut ait N. D. Cyril. *Ejus verè Dominus ſit*, ſed quia princeps eſt hominum mundialium, ac iniquorum, qui peccatis mortalibus ſe ſe tanquam ſervos illi manciparunt, ut jam dixi ad citatum c. 12. Joan. *Venit enim*, Jamjam per Judam, ſatellites ac ſuos miniſtros adventat, ut me comprehendat. *Sed in me non habet quidquam*; ſeu ut legit D. Ambroſ. *In me invenit nihil.* Suum, ſeu quod ipſius ſit, quod ipſe ſuum agnoſcit, nempe peccatum. Noſtra lectio, *In me non habet quidquam* ſuum: quia Chriſtus nullo peccato fuerat contaminatus In eo Satanas habet aliquid ſuum, in quo peccatum eſt, in eo nihil habet, in quo nullum peccatum eſt. Peccatum, & peccati origo, ait D. Cyril. Diaboli ſunt, Chriſtus vero natura Deus peccare non poterat. Ac proinde ait Chriſtus, nihil in me habet, quia in Chriſto nulla erat culpa, ob quam cum comprehendere, ac morti tradere ſatageret. Ita D. Auguſt. Beda, Rupert. D. Thom. D. Bonavent. (Epheſ. 6. Cyril. Ambroſ. Auguſt. Beda. Rupert. D. Thom. Bonav.)

130. *Sed ut cognoſcat mundus.* Tacitæ objectioni occurrit Chriſtus, ac ſi ei diceretur: Domine, ſi in te nullum eſt crimen, nullamque culpam invenit Satanas, mortem cur es paſſurus? Reſpondet Dominus mortis cauſam aſſignans Patri dilectionem, & mandatum, ut nempe mundus, credentiumq; multitudo cognoſcat, quod ego morior, non ut mortis reus, nec ut Satanæ violentia coactus, nec ut infirmitati ſuccumbens invitus, ſed præſcius, ac volens ex Patris dilectione, ac obedientia D. Auguſt. in Pſal. n. 137. *Non ex neceſſitate, ſed ex voluntate patior.* Et ait: *Sicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio.* Chriſtus D. habuit præceptum à Patre moriendi pro hominum ſalute. Joan. 12. *Qui miſit me Pater, ipſe mandatum mihi dedit.* Joan. 15. num. 10. *Ego præcepta Patris mei ſervavi.* Sic ait Paulus ad Philip. 2. num. 8. *Factus obediens mandatis Patris uſque ad mortem*, hoc eſt toto vitæ tempore uſque ad crucem. (*Præoccupatur objectio.* Auguſt. Joan. 12. Joan. 15. Philipp. 2.)

Surgite, eamus hinc: Hæc verba ſunt connexa cum antecedentibus, ut mundus nempe cognoſcat me Patrem meum diligere, ejúſque mandata ſervare etiam in morte capeſſenda, ſurgite, abeamus ex hoc loco in hortum Gethſemani, ubi ſum comprehendendus à Judæis, ut me cruci affigant, ac occidant, ita D. Auguſt. tract. 79. D. Hilar. lib. 9. de Trinit. & alij. 131. (Auguſt. Hilar.)

QUÆSTIO XXI.

Quare in Chriſto omnium divitiarum abundantiſſimo nihil invenit princeps hujus mundi?

SEnſum litteralem jam dixi in expoſitione, *Venit enim princeps hujus mundi*, ſcilicet Diabolus, ut jam dixi, *Et in me non habet quidquam*, ſui juris, ut iniurere valeat in me, ait Chriſtus, in eo nulla erat culpa, ob quam diabolus excitaret Judæos ad ipſum comprehendendum D. Aug. de peccat. merit. & remiſſ. c. 31. *Qui*, ait, *ſine ullo peccato vel originali, vel proprio moriebatur; dixit, venit princeps hujus mundi, id eſt Diabolus, qui poteſtatem habet mortis, & in me nihil inveniet, id eſt peccati, quod homines mori fecit.* 132. (Auguſt.)

Ex quo maximè Chriſti laudes extollit D. Paſchaſius, cum princeps omnium malorum valde perſpicax, & qui aſtutia, & potentia ſagaciſſimus in calumniis inveniendis, & confingendis, nil mali potuit in Chriſto demonſtrare. Sic ait Paſchaſ. lib. 11. in Matth. *In omnibus, ait, major laus Chriſti prædicatur. Qui ſic omnia irreprehenſibiliter fecit, & docuit, ut in eo nihil invenirent malo ſimile multi mendaces, callidi, & aſtuti principes.* Omnem laudem ſuperat vita, adverſus quam nulla contraria poteſtas poteſt veriſimiliter aliquid mutire, ac dicere. 133. (Paſchaſ. *Magna eſt laus illius, adverſus quem nullus contrarius poteſt mutire.*)

Ad quæſtionem, & ſenſum moralem quæro. De Principe tenebrarum, ait Chriſtus: *Et in me non habet quidquam.* Seu ut legit D. Ambroſ. *Et in me invenit nihil.* Quomodo fieri potuit, ut in omnium bonorum immenſo pelago nihil inveniatur? In Jeſu omnium divitiarum plenitudo inhabitat corporaliter eique data eſt poteſtas in cœlo, & in terra, in cujus etiam veſtimenti fimbria mulier ſalutem perfectam reperit; quomodo ergo in tam ditiſſimo theſauro omnium bonorum fonte, nihil hujus mundi princeps invenit? 134. (Ambroſ. *Difficultas quæſtionis.*)

Reſpondet primo eleganter D. Ambroſ. lib. de fuga ſæculi cap. 4. *Quomodo*, ait, *nihil inveniri potuit in eo, in quo plenitudo Divinitatis habitabat corporaliter, de quo virtus exibat, & ſanabat omnes? Quomodo nihil invenire potuit in ſoliditate virtutis, ubertate ſapientiæ, integritate juſtitiæ? Non ergo tu vacuus, ſed ille cæcus, & inanis princeps iſtius mundi, qui neſcit niſi ſua cernere, neſcit niſi ſua invenire, ea quæ Chriſti ſunt, neſcit agnoſcere.* Non erat in Jeſu umbra peccati, nec iniquitatis, non erat illi pars aliqua cum Diabolo, & quandonec peccati veſtigium invenitur in viro juſto; ſic à ſpiritu maligno cenſetur, ac ſi nihil ſit, nihilque valeat, cum rectum, ac probum videt tanquam inutile judicat, ſi iniquum, ac perverſum, ut magnum ducit, & prædicat: à diabolo hanc conditionem ebibunt impij, ut juſtos, ac 135. (Ambroſ. *Mundani inutiles dicunt, quos juſtos vident.*)

ac ſanctos tanquam inutiles , ac inanes putent. Horum impudentiam depingit Job. 22.num. 17. *Quare dicebant Deo , Recede à nobis ; & quaſi nihil poſſet facere omnipotens , æſtimabant eum.* Excellentiam divinæ omnipotentiæ , ejuſque præclariſſima facta, iniqui homines, ac ſi nihil eſſet reputant , dum prorſus alienam à ſuis impietatibus vident. Iob. 22.

136. Ambroſ. Secundo. Iterum ad ultima verba D. Ambroſ. *Non ergo tu vacuus,ſed ille cæcus,& inanis,princeps iſtius mundi qui neſcit , niſi ſua cernere , neſcit niſi ſua invenire.* Sic clauſis oculis ambulat princeps hujus mundi, ſicque ſui corporis dotes animique cogitatus ut magnos , ac amplos contemplatur , ut etiam in ipſo Dei filio nihil inveniat,nihilque ei apparet , quod probet , & laudet non quod iſte vacuus , ſed quòd ille cæcus ſit. Iactabat ſe ille Phariſæus orator Luc.18. num. 11. *Non ſum ſicut cæteri hominum , raptores , injuſti, adulteri,* in aliis amores perditos , & nullam virtutem videbat, ſed ſolum eam in ſe agnoſcebat. Audiens Aman ex ore Regis quomodo aliquis eſſet honore ſublimandus. *Reputans , quod nullum aliam Rex, niſi ſe vellet honorare,* Eſther.6.n.6. alios omnes indignos ? & ſe tantum tanti honoris benemeritum judicabat. Sennacheribus imperat miniſtro ſuo Rabſace. *Loquimini Ezechiæ : hæc dicit Rex Magnus* 4.Reg18.n. 19. Solum ſe magnum dicit, & ſic reliquos homines contemneb et , ut etiam ipſum regem Iſraël tanquam minimum,& parvum exiſtimaret.

Princeps mundi ſolum ſe magnum judicat , alios parvos. Luc. 18. Eſther.5. 4. Reg. 18.

137. Ambroſ. Tertio.D.Ambroſ l.4 in Luc. *Avaritiæ damno,* ait,*dives urgetur,Pater diſpendio filiorum, homo doloribus ; corpus ulceribus. Quanta hæc diaboli tela ; Unde Dominus noluit habere,quod perderet, & ideo pauper huc venit, ne haberet diabolus , quid auferret.Ipſum Dominum dicentem audi.Venit princeps hujus mundi , & in me invenit nihil.* In pugnam exiit Chriſtus Jeſus cum principe hujus mundi , & quibus armis occurrit ; nam adverſus principem tenebrarum multa arma enumerat Apoſtol. ad Epheſ.6.num.12.*Non eſt nobis colluctatio adverſus carnem , & ſanguinem : ſed adverſus principes , & poteſtates,adverſus mundi rectores tenebrarum harũ.* Et poſteà ſubdit. *Propterea accipite armaturã Dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo : ſtate ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate , & induti loricam juſtitiæ , & calceati pedes in præparationem Evangelij pacis,in omnibus ſumentes ſcutum fidei.* Cum Jeſus exurgit in pugnam adverſus mundi principem , nulla in eo commemorantur hujuſmodi arma , non lorica, non ſcutum , non gladius : quomodo in te nihil habet princeps mundi ,ſi in te nulla videntur arma, quibus cadat. Apparuit Jeſus in extrema mundialium rerum abnegatione , ſummoque omnium rerum contemptũ , & hæc validiſſima ſunt arma , ut princeps mundi corruat , quibuſque glorioſiſſimus , ac triumphus certiſſimus eſt Jeſu.Multa Diablo ſunt arma , adverſus quæ omnia venit Jeſus pauper , & humilis, nihil mundi in ſe habens, & in hoc loco habet, quod glorioſiſſime Diabolum peſſundet , omniaque ejus tela floccifaciat.

Epheſ. 6. *Abnegatione temporalium vincitur diabolus.*

138. Quarto. Ait Chriſtus Dominus. *Venit princeps hujus mundi , & in me non habet quidquam.* Culpæ, ac criminis , ob quod morti tradat. Hoc dicit Chriſtus pro magna conſolatione ſuis diſcipulis, qui valdè intime eum diligebant. Quod non pro criminibus , ſed ſponte ſua ibat ad mortem ; in hoc ſuo diſceſſu multas ; & magnas conſolationes dat Chriſtus ſuis diſcipulis, ut docent ſancti Patres, D. Cyrill. D. Auguſtinus D. Chryſoſt. & alij. *Non relinquam vos orphanos.* Et iterum *alium paracletum dabit vobis,* Pater , *ut maneat vobiſcum in æternum.* Iterum. *vado* per mortem , *& venio ad vos* ; poſt Reſurrectionem meam ; & alia multa. Nunc apponit ultimum conſolatorium ; *princeps hujus mundi in me non habet quidquam* , quod ipſe nempe puriſſima innocentia ſine ullo crimine , ſed tantum ſponte mortem ſubibat : & nulla ſane major conſolatio in vita effundenda , quam ipſa innocentia , ac proinde tanquam extremum levamen , hoc dicit Dominus ſuis diſcipulis.

Pati mortem cum innocentia magnum levamen. D. Cyril. D. Auguſt. Chryſoſt.

Poſtquam Joſeph pincernarum Magiſtro expoſuit illius ſomnium: ait ei, *Memento mei , cum bene tibi fuerit : ut ſuggeras Pharaoni , ut educat me de iſto carcere , quia furto ſublatus ſum de terra Hebræorum:& hic innocens in lacum miſſus ſum.* Gen. 40. num. 14. Valde mirum; quod cum pro ſe loquatur,ut res ſua , Pharaoni exponantur, tantum ait, quod innocens in lacum miſſus eſt ; cur non narrat quomodo à propriis fratribus fuerit venditus, cur etiam non aperit , quod à Domina ſua fuerit ad libidinem provocatus : & quia ipſe renuit , & non conſenſit , ab ea injuſte eſt accuſatus, cui nimium credulus maritus eam non agnoſcens impudicam , illum carceri mancipavit ; ſed tantum ait, *hic innocens in lacum miſſus ſum.* Ut notat D. Baſil, Seleucus orat. 8. *Quæ lingua , ait , pro dignitate eam dilaudet orationem ? qui verborum quoque humanitate cum inimicis uſus eſt , non invidentiæ recordatus , non fraternam incuſans crudelitatem , non vero ditionem recenſens , non mortem meditantem exponens , non mulieris immoderatum amorem , non illius importunitatem : Sed tantum hic innocens miſſus ſum.* Divina providentia ordinante , maxime ſua innocentia erat ei defixa in mente , ut nihil aliud niſi eam haberet in ore , ut ipſa innocentia eſſet ei magna conſolatio . multumque levamen in vinculis, ac laboribus illius carceris. Animus depreſſus, ſuam innocentiam recolens maximè placidus conquieſcit. 139.

Gen. 40. D. Baſil. Seleuc. *Innocentia in vinculum magna conſolatio.*

Hugo de ſancto Victore Expendens illud Pauli. *Mihi abſit gloriari , niſi in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti,* duplicem differentiam crucis conſtituit, juxta crucem Chriſti, ac latronum. Tunc ait , *Dicunt homines quando pœnam ſuſtinent , ſi meruiſſemus , non erubeſceremus : nunc autem injuſte pati ignominioſum eſt nobis. Obloquium videtur, imo ſi pro culpa pateris , erubeſce , ſi ſine culpa , gloriare , latro magis eſſe vis , quam Chriſtus.* Qui crucem cum culpa ſuſtinet , latronum crucem excipit : qui verò cum innocentia Chriſtum imitatur ; & quæ major conſolatio in laboribus, quam Chriſti veſtigia ? 140. Hugo.

QUÆSTIO XXII.

An his verbis dictis , Chriſtus ſurrexit à menſa , & exierit à domo , & quare hoc dixerit ?

MYſtice hanc ſententiam N.D Cyril. l. 10. in Joan. cap. 12. Gregor. Nazianzen. orat.de amore pauperum. D. Ambroſ.l. de bono 141. D.Cyril. D. Nazianz. Ambroſ.

mortis cap. 5. Cardinalis Hugo ſic exponunt, id Hugo. eſt animos erigite à terra in cœlum, ut animo exeuntes à terra, toto affectu verſemini in cœleſtibus. Ac proinde nullum metum de temporali morte, temporalibuſque rebus habeatis. Myſticus tamen eſt hic ſenſus, literalem inquiro.

142. Chryſoſt. Euthym. D. Thom. Carthuſ. Primo dicunt D. Chryſoſt. hom. 75. Euthym. D. Thom. Carthuſ. & alij quod Chriſtus ſurgere præcipit diſcipulis ſuis à menſa, duxitque eos in locum alium magis abditum, eo quod timore correpti, quæ dicebat, minus attento animo audiebant. Euthym. *Sequidem*, ait, *maximum illis angorem inducebat tum locus publicus, tum nox, & præcipue quod dixiſſet, veniet princeps hujus mundi: transfert illos in locum alium tutiorem quo exiſtimantes in tuto eſſe, abſque ullo metu audirent.* Ut animus audiat ea, quæ dicuntur, expedit, ut ſit placatus & quietus, liber ab omni metu. Tamen cum locus ille eſſet in eadem domo, non eo in quo erant, tutior eſſe poterat.

143. Beda. Tolet. Carthuſ. Secundo, Beda, Toletus, Carthuſianus, & alij tenent, quod Chriſtus hic ſurrexerit à menſa, domoque exierit verſus hortum Gethſemani in viaque pergendo locutus eſt ea, quæ narrat D. Joannes tribus capitibus ſequentibus; quibus finitis tranſiit torrentem Cedron, & Hortum ingreſſus eſt, in quo oravit. Fundatur hæc ſententia in ipſo textu, ait Chriſtus *ſurgite eamus hinc*. Ergo ſurrexit à menſa, & abiit ab illo loco.

144. Veriſimilius tamen eſt totum hunc ſermonem in cœnaculo habitum fuiſſe; non enim par eſt exiſtimare in via nocte intempeſta tam illuſtriſſimum ſermonem peractum fuiſſe. Chriſtus enim commodè in via non poterat dicere ea, quæ ſequuntur uſque ad c. 18. ita ut Apoſtoli omnes, cum magno agmine ſequentes omnia illa audirent, & intelligerent; deinde quia Joan. poſt abſolutum ſermonem ſubjungit cap. 18. num. 1. *Hæc cum dixiſſet Jeſus; egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron, &c.* A quonam loco egreſſus eſt; Sane ex cœnaculo, Joannes enim alterius domus non facit mentionem, unde poſſet Chriſtus cum diſcipulis ſuis egredi. Quo vero tempore egreſſus ſit, indicant illa verba. *Hæc cum dixiſſet.* Hoc eſt poſtquam hunc ſermonem, & orationem abſolvit. Tertio, & ultimo D. Matth. 29. n. 30. & D. Marcus 14. n. 27. affirmant Chriſtum domo egredientem non concionatum fuiſſe, ſed hymnum cantaſſe. (Joan. 18. Matth. 26. Marc. 14.)

145. Lyran. Ianſen. Maldon. Barrad. Cornel. Ideo dicendum mihi videtur, ut docent Lyranus, Janſen. Maldon. Barradas, & alij, quod totus hic ſermo uſque ad cap. 18. num. 1. habitus eſt in cœnaculo; dixit ergo Jeſus. *Surgite*, quia vere è menſa Chriſtus ſurrexit, & pedibus ſtans juſſit Apoſtolis idem facere, ut ſecum abirent in montem Oliveti, ubi præcipiebat à Judæis eſſe comprehendendum, ut oſtenderet ſuum paratiſſimum animum ad ſubeundam mortem Patris præcepto, ad pugnandumq; cum principe mundi. Et ut ſolent intimi, ac chari amici, dum extremum vale dicunt ſuis, quos ſumme amant, & ab eis ægrè avelluntur, ſermonem abruptum reſumere, & prolongare. Sic Chriſtus ſtando novum, ac longiorem ſermonem hic reſumpſit, eumque protraxit à cap. 15. Uſque ad cap. 18. num. 1. Ubi ſermonem terminavit, & abiit trans torrentem Cedron in Montem Oliveti; hic autem eſt amantium mos, dum ſibi extremum vale dicunt, ut depinxit Ovidius vale dicens ſuis, abiturus in exilium lib. 2. Triſtium Elegia 3. (Ovid.)

Ter limen tetigi, ter ſum revocatus. & ipſe
Indulgens animo, pes mihi tardus erat.
Sæpe vale dicto rurſus ſum multa locutus,
Et quaſi diſcedens oſcula ſumma dedi.

146. Rupert. Secunda pars quæſtionis inquirit quare hoc Chriſtus dixerit. Solutio jam patet ex dictis, ut promptitudinem ſuam in exequendis mandatis paternis oſtenderet Deinde, ut ait Rupert. *Eamus hinc ne iſti cujus diverſorio fruiti ſumus, ullam propter nos inquietudinem patiantur.* Pati, ac mortem ſubire ſumma erat gloria Chriſto, ex ipſaque morte magna exaltatio, ac ſublimatio ei proventura erat, hac tamen aliorum diſpendio, ac damno non vult comparare, & acquirere; Inde ait *Eamus hinc*, ne gloria propria alienis inquietudinibus empta videretur, pro quo præclarè ait, D. Ambroſ. lib. 3. officior. c. 4. *Non videtur, quod uti ſapiens, & juſtus quærere ſibi viam aliena morte debeat.* De hoc latius infra ſequenti lib. 8. (*Cum alieno damno non eſt comparanda loria propria.* D. Ambroſ.)

CAPUT XIV.

Vitis, & Palmites.

Joan. 15. *n.* 1. Ego ſum vitis vera: & Pater meus agricola eſt.

Num. 2. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum & omnem, qui fert fructum purgabit eum, ut fructũ plus afferat.

VERSIONES.

Syriac. n. 1. Ego ſum vitis illa veritatis.
Pagn. Vatabl. aiet. Ego ſum vitis illa vera.
Marius. Ego ſum vitis præcipua.
S. Pacian. Ep. 3. *contra Novat.* Ego ſum vitis vera, & Pater meus agricultor.
D. Chryſ. ſer. de Pentecoſt. Ego ſum vinea.
Syriacus n. 2. Omnem palmitem, qui in me fructus non edit; eum autem qui edit fructus, purgat, ut fructus plurimos adferat.
S. Hilar. Pſ. 51. Omnis propago in me manens, neque ferens fructum, eradicatur: & omnem propaginem in me manentem, ferentem fructum, emundabit, ut fructum ampliorem ferat.
S. *Pacian. Epiſt.* 3. *contra Novatian.* Omne ſermentum in me, quod non affert fructum, tollet illud, & omne fructiferum purgabit illud.
Pagnin. Vatabl. Ut fructum copioſiorem afferat.
Arabicus. Ut fructum afferat.

EXPO

EXPOSITIO I.

1. EGo ſum vitis vera. Surrexit Chriſtus è menſa, & tanquam rem magnam, & maximè neceſſariam dicturus, ſuos ad altiorem, ac remotiorem locum deduxit, volunt D. Chryſ. Euthym. Theophyl. citati ſuperiori cap. quæſt. ultima, ut ipſi ab omni metu, ac perturbatione liberi maximè attenderent: & hoc ſcopo, ac fine hanc parabolam vitis, & palmitum proponit, ut diſcedens Apoſtolos ſuos adhortetur, ne ob inſtantem paſſionem, & mortem à fide, ac dilectione ejus diſcedant, ſed ut magiſtro ſuo adhæreant, ut palmites viti, ut fructum uberrimum vitæ æternæ proferant, alioquin nullum producent fructum, ſed excidentur ad ignem æternum.

Chryſoſt. Euthym. Theoph. *Parabolæ Scopus*

2. *Ego ſum vitis vera.* Chriſtus ſe vitem appellat, quia credentes veluti palmites habeat, nutriat, ac fructu ſuo compleat. Et ait *vera.* Ribeira explicat; quia ei competunt proprietates vitis. Secundò Euthym. Vera, dicitur, quia veritas fructum producit. Tertiò etiam idem Euthym. quia eximia ſpiritualis, ac incorruptibilis eſt Q. artò & propriiſſime dicitur vera, quia ipſe verus Chriſtus, veruſque Meſſias, & non falſus, ut aliqui ſe finxerunt; ipſe enim tanquam palmites, veros fideles, veraſque virtutes progignit per gratiam ſuam, eiſque velut ſuccum viv.fi..m inſtillat. Dicitur ergo vera pro ut opponitur falſæ ac fallaci. *Et Pater meus agricola eſt*; qui ſcilicet me tanquam vitem plantavit in terra, meoſque palmites, id eſt Apoſtolos, cæteroſque fideles excolit: ut ſtatim explicat in parabola, de quo latius in quæſtionibus.

Ribeira. Euthym. *Quare vera vitis.*

3. *Omnem palmitem.* Significationem parabolæ exponit, ac proſequitur Dominus; & non radici, ſeu palmitibus cura divini agricolæ adhibetur, ut notavit D. Chryſoſt. & dicam infr q 5 *Omnem palmitem*: Seu propaginem id eſt omnem hominem. *In me.* Quid eſt in me, qui mihi adhæret an quam palmes viti; qui ſcilicet fide, ac baptiſmi Sacramento mihi inſitus, ac unitus eſt: Euthym *Qui mihi per fidem unitus eſt.* Theoph; *Qui per fidem factus eſt pars radicis, & unitus Domino: & incorporatus eſt.* Nam de aliis hominibus à Chriſto alienis nullus eſt hic ſermo *Non ferentem fructũ* bonorum operum. *Tollet eum:* Id eſt velut infructiferum, & inutilem palmitem Pater meus tanquam agricola abſcindet à vite, hoc eſt à conſortio juſtorum, ipſumq; æterno igni deputabit Noſter Cyrillus Alexand. *Qui ergo per fidem ſolummodo Chriſto conjunguntur, ſola ei confeſſione inhærentes, nec charitas vimine ſe colligantes, palmites quidem ſunt, ſed infructuoſi: nam fides abſq; operibus mortua quædam res eſt. Hujuſmodi autem palmites agricolæ falx ſeveriſſime amputat, & igni tradit.* Et nota quod ait de futuro. *tollet:* minatur pœnam, ut quis cavens eam fugiat, ait Carthuſian. Si ſterilitas condemnatur, quid erit iniquitas?

Chryſoſt. Euthym. Theoph. Cyril. Carthuſ.

4. *Et omnem, qui fert fructum.* Iuſtitiæ ſcilicet, ac bonorum operum: *purgabit eum* reſecabit ſuperflua & maximè à ſordibus mundabit: Æternus Pater ſuos palmites, hoc eſt Chriſtianos, ac fideles, purgabit, ſeu mundabit, doctrina, ac verbo ſuo, tribulationibus, laboribus, ac afflictionibus paupertatis, ac famis, & etiam purgabit illuſtrationibus, ac increpationibus immiſſis in fidelium mentes; *ut fructum plus afferant*: hoc eſt copioſiorem, ac majorem fructum. Ferus in præſenti. *Manifeſte vides, ait, quod Dominus non affligit ut perdat, ſed ut ſanet, quemadmodum agricola putat palmites, non ut totum abſcindat, ſed ut purget ad copioſiorem fructum ferendum.* De his vide quæſtiones.

Ferus.

QUÆSTIO I.

Quare Chriſtus Dominus ſe viti comparat?

CHriſtus Dominus dicitur vitis non per proprietatem, ſed per ſimilitudinem, ſicut dicitur Leo, agnus, petra. & dicitur, vitis ſecundum humanam naturam, ut dicam quæſt. 3. & dicitur Chriſtus vitis vera, ut dixi in expoſitione, ut dicitur ſemen vineæ verum. *Plantavi te vineam electam, omne ſemen verum.* Jerem. 2. n. 21. Semen verum dicitur, id eſt germanum, & non falſum, ſic etiam Dominus apellatur vitis, vera, id eſt germana, ac perfecta. Vites falſæ, falſi ſunt prophetæ, qui falſos palmites producunt, id eſt falſos diſcipulos, alienos à vera, ac germana fide; Chriſtus autem Dominus vera, & germana vitis, veruſque Meſſias, qui veros palmites, veroſque diſcipulos veræ fidei habet. Præterea quamvis Chriſtus metaphorice dicatur vitis, appellatur vitis vera, quia illi vere conveniunt proprietates vitis ut diſſerit D. Athanaſ. in diſp. contra Arium.

5. Jerem. 2. *Quare vitis vera* D. Athanaſ.

6. Primo Reſpondeo; quod ex ipſa parabola colligitur germana ratio ob quam Chriſtus dicitur vitis, quia ſuos fideles veluti palmites nutrit, ac reficit: Sicut enim vitis lignum debile, & abjectum videtur è radice ſua; tamen per ſtipem, ſed truncũ nobilem illum humorem, ſeu ſuccum inſtillat palmitibus, quo refecti uvas proferunt, excellentiſſimoſque fructus, & hominibus gratiſſimos: Ita Chriſtus Jeſus, vili ſcilicet ſervi forma indutus merito ſuæ incarnationis, ac mortis inſtillat in animis eorum, qui ipſi adunantur, ſuccum divinæ gratiæ, ut valeant edere inſignia virtutum opera, Deo grata, aliiſque hominibus, ad gratiam, & vitam utiliſſima.

Chriſtus in vili forma ſervi nobis inſtillat vim ad magnos fructus.

7. Secundo. Ibat Chriſtus Dominus ad mortem ac paſſionem, & crucem, quam optime vitis per ſuas uvas ſignificat, ſicut enim è calcata uva ſub ligno in torculari, exprimitur vinum excellens & generoſum quo hominum vires reficiuntur; Sic ex calcato Chriſto in torculari crucis expreſſus eſt ſanguis pretioſiſſimus, quo mundus redemptus, & animæ refectæ ſunt ad æternam ſatietatem. Videtur hic Chriſtus alludere ad illud, quod prædictum eſt à Jacob Geneſ. 49. n. 11, *Ligans ad vineã pullum ſuum, & ad vitem ô fili mi aſinam ſuam Lavabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine uvæ pallium ſuum*, &c. Et Iſai. 6. n. 3. *Torcular calcavi ſolus.* &c.

Ob ſimilitudinem Paſſionis. Geneſ. 49. Iſai. 6.

8. Tertio, quia Chriſtus modo in hac nocte Sacram Euchariſtiam inſtituerat, ac tanquam vera vitis protulit ſuaviſſimum, ac pretioſiſſimum vinum, ſub ſpecie enim vini Apoſtolis ſanguinem ſuum bibendum dedit, & fidelibus omnibus per omnia tempora bibendum relinquit, ut eo quaſi divino muſto in amore ejus exardeſcerent, & tentationes

Chriſtus vino Euchariſtico nos reficit.

tationes omnes devincerent, Ac etiam Evangelium ut ſuaviſſimum vinum ad reficiendas animas dedit Euthym. *ſe ipſum, ait, vocat Chriſtus vitem, utpote præbentem dulcedinem, at humani cordis lætitiam, ipſam videlicet prædicationem.*

Euthym.

9. Quartò. paulo antea commonuerat Chriſtus Apoſtolos ſuos ut in ejus dilectione perſiſterent, quamvis viderent enim à Juda prodi, capi, crucifigi, ac occidi à Judæis; ſub vitis parabola idem his eis inſinuat, & repetit, nam ſicut palmes ſemper inhæret viti, nec ulla tempeſtate, frigore, vento, fulmine, ab ea divelli patitur, ut fructum ferat: Sic & vos Apoſtoli, in mea dilectione perſiſtite, nec ob meam paſſionem, & mortem à mea fide, & amore diſcedite, ut ſic fructum magnum, & copioſum proferatis.

In tentatione ac perſecutione perſiſtendum in Chriſto.

10. Quintò. Vitis inter omnes plantas, ramos ſuos longiſſime extendit, ac expandit, proportione ſervata, cum trunci quantitate, in quo Eccleſiæ extenſio per totum mundum maxime denotatur Pſalm. 79. n. 12. *Extendit palmites ſuos uſque ad mare, & uſque ad flumen propagines ejus.*

Eccleſia extenſa. Pſalm. 79.

Sexto. Viti comparatur Chriſtus propter fructuum copiam, & abundantiam: eſt enim fœcundiſſima inter omnes plantas. Pſalm. 127. n. 3. *Vxor tua ſicut vitis abundans*

Pſal. 127.

11. Septimò. D. Zeno in Pſalm. 79. *Palmes, ait, in Scrobē dimittitur, ut animatus ibidem nutriatur; auxiliare illi neceſſario jungitur lignum: cujus tutela defenſus ſeſe ſuſtollat. At ubi adoleverit in vitem perfectam, ejus omnes crines luxurioſi tondurtur, nodis adſtringitur, nec à ligno, quo portatur, vel cujus ducatu in ubere longius invitata producitur, vi aliqua ſeperatur.* Chriſtus Dominus vitis apellatur, & quomodo vitis ſuos parturit, & ſervat fructus ex adhibito ſibi ligno, cui innixa à terra extollitur; aureoſq; fœcundatur in fructus: Chriſtus Jeſus vitis vera, & admodum fœcunda, ac dives, cum adhibito crucis ligno exaltatur, à terra. Quiſquis etjam hujus vitis palmes eſt, ut promoveatur, ac glorioſius extollatur, auxiliare illi lignum neceſſario jungendum eſt, ut ſic excellentiſſimè glorioſos pariat fructus.

D. Zeno.

Præſtantiſſimi fructus cruce Chriſti.

12. Octavò. Clemens Alexandr, lib. 1. Stromat. *Dicitur autem, ait, Dominus vitis allegorice, quæ cum diligentia, & agricolandi arte, qua ſit ratione, & ſermone, fructus eſt vindemiandus. Putare oportet, fodere, & ligare, & reliqua facere, falce ut jentio, & ligone, & aliis ruſticis inſtrumentis ad vitis curam opus eſt, ut nobis fructum producat eſculentum.* Chriſtus cum ſe vitem nominat, valde ſolertes, ac ſapientes, requirit cultores, ac miniſtros ſuos ſcientes uti variis, & diverſis inſtrumentis pro temporum varietate, ligone ut fodiant, falce ut reſecent luxuriantes pampinos, & etiam totum negotium providentia, ac torcularibus exequantur ad exprimendum ſuccum, ne ignorent ligaturas. Ut ergo ille erit optimus vitis cultor, qui ligone, qui falce, qui ligaminibus qui prælis ſciat uti pro vitis cultura: ſic in Eccleſia Dei ille erit miniſter, ac cultor, qui pro temporum varietate variis inſtrumentis agnovit, uti falce ut luxuriantes amputet, ligamine, ut bonos, & optimos palmites conſervet, & foveat ad exprimendum ſuaviſſimum ſuccum bonorum operum, *à quo cum diligentia, & agricolandi arte quæ ſit ratione, & ſermone fructus vindemiandus.*

Clem. Alex.

Multa ſapientia pro temporum varietate utendum.

13. Nono. D. Chryſoſt. tom. 3. ſerm. de Pentecoſte expendens illud Pauli. 1. Cor. 9. num. 22. *Omnibus omnia factus ſum.* Sic ait Chryſoſtom. *Cum eſſet unus omnia faciebat, Dominum ſuum imitans: etenim cum ſit Divinitas unius ſubſtantiæ, & immutabilis, pro noſtra ſalute omnia fit. Tu palmes factus es, & ipſe tibi vinea; ſicut ipſe dicit* Joan. 15. Ego ſum vinea, & vos palmites: *promovere* greſſum voluiſti? *Factus eſt tibi via dicens.* Ego ſum via, per me ſi quis introverit, exit, & paſcua invenit: *Ovis factus; Factus eſt tibi agnus.* Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi *Bibere voluiſti; Factus eſt tibi poculum.* Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo, &c. & multa proſequitur Sanctus Pater oſtendens, quomodo Deus omnia nobis ſit, ne quid aliud extra eum aut præter eum velimus, aut optemus. De ſemetipſo teſtatur Deus Prov. 8. n. 35. *Qui me invenerit inveniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino.* Ex Hebræo legit Vatabl. *Hauriet voluntatem à Domino*, ut ipſe explicat, aſſequetur, *quidquid volet*, Pagninus legit. *Et educes quod volueris à Domino*, cum in Deo ſint omnia bona & præter ipſum nihil ſit in eo cumulatiſſime homo, quidquid poteſt velle, an optare inveniet.

D. Chryſ. 1. Cor 9.

Ioan. 15. Ioan. 1. Ioan. 6.

In Deo invenite homo omne, quod poteſt optare.

Prov. 8.

Vatabl.

Pagnin.

14. Decimo. Viti, non vero Cedro, nec Pino, nec Alamo, nec Amygdalæ ſe comparat Dominus, nam hujuſmodi arbores totum ſuccum terræ eo trahunt, ut in altum ſe erigant, magnamque ſui oſtentationem exhibeant, multiſque coloribus exornentur, ut Amygdala. At vero vitis valde depreſſa humi repit, nec ſuccum à terra, nec cultoris ſui induſtriam ad id transfert, ut ſe in altum extollat, ſuique oſtentationem præbeat, vel ut coloribus varietur, ſed tantum quod optimos fructus proferat, quibus alij nutriantur. In quo depingitur præclarum ingenium optimi principalis à Deo dati, qui bona reipublicæ, non ſibi ſed aliis habet, ad eorumq; utilitatem applicat. Quod nobis hic Chriſti exemplo proponitur, qui hac de cauſa ſe vitem nominat. Æternus Pater ait filio ſuo *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam:* Pſal. 2. num. 8. Et quale ſit hoc regnum, qualis hæc hæreditas diſce ab Iſaia 11. n. 10. *Erit radix Jeſſe, & qui exurget regere gentes, in eum gentes ſperabunt.* Cur tantum dicitur, quod *gentes ſperabunt in eum?* Quia regnum datum eſt, non ut ſibi, ſed ut nobis provideat, & inde in eum ſperabunt. Clemens Alexandr. lib. 4. Stromat. c. 7. *Petitio maxime regia, ait, quæ docet hominum ſalutem peti ſine mercede.*

Principis eſt non de ſuo. ſed de aliorum commodo agere.

Pſalm. 2. Iſai. 11.

Clem. Alex.

15. Sponſus, & ſponſa ſe mutuo laudantes dicunt. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna ſylvarum, ſic dilectus meus inter filio.* Cantic. 2. num. 2. Sponſus ſponſam lilio, ſive roſæ confert, ſponſa vero ſponſum malo comparat; ſi ſe intimè diligebant, cur tam diverſimode ſit combinatio, ut ſponſa lilio; ſponſus verò malo proportionetur? Ut innoteſcat diſcrimen principatus, qui ab hominibus, vel qui à Deo venit; qui ab hominibus erat, conſiderabatur in ſponſa comparatione facta cum lilio; qui vero à Deo proponitur in ſponſo ſimilitudine facta cum malo; inter lilium, & malum hæc eſt differentia, quod lilium totum humorem à terra, quo alitur, totamque hortulani curam, eo transfert, ut ſe coloribus condo

Cantic. 2.

Princeps à Deo non totus ſibi ſed aliis.

condonaret, miramque pulchritudinem ſuam proferat, ac oſtenteret: malus autem ad id præcipuè, ac ultimatè tendit, ut poma producat, quibus non ſe, ſed homines ſuſtentet, ac ditet, princeps à Deo datus nihil de ſuo curat, ſed totam ſuam ſollicitudinem in aliorum utilitatem impendit; qui vero de mundo eſt, totam culturam ad ſui pompam & pulchritudinem oſtendendam reducit. D. Gregor Nyſſenus homil. 4. in Cantic. *Rectè ergo*, ait, *vivit ſponſa, quæ ſit ſui à Domino differentia, quoniam ille quidem, & nobis ſit lætitia oculorum, & vita comedentibus: Humana autem natura perfecta per virtutes ſola fit flos, non agricolam nutriens ſed ſe ipſam exornat*, quæ à Domino eſt non ſibi, ſed aliis conſulit. *Quæ ſit ſui à Domino differentia, quoniam ille quidem vita ſit comedentibus.* At vero flos qui à natura eſt, non in aliorum nutrimentum, ſed tantum in ſui ornatum ſe impendit. *Sola fit flos, non agricolam nutriens, ſed ſeipſam exornat.*

D. Nyſſen.

16. Ait Joſeph fratribus ſuis. *Putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi conſurgere manipulum meum, & ſtare*, Geneſ. 37. num. 7. Manipulus Joſeph in ſignum futuri principatus conſurgit, & ſtat adorandus, & cur manipulus Joſeph principatum deſignat, cur non potius, ut Nabuchodonoſor arboris magna, & alta *proceritas ejus tangens cœlum: & aſpectus illius erat uſque ad terminos univerſæ terræ*, Daniel. 4. n. 8. Principatus veniebat à Deo, inde manipulo denotatur? Nabuchodonoſor vero à mundo, inde in arbore alta, & extenſa exprimebatur; manipulus frumentũ habet non ſibi, ſed aliis. At arbor totum humorem extrahebat à terra, ut ad ſui pompam, ac oſtentationem uſque ad cælum ſe erigeret, & uſque ad terminos terræ ſe extenderet, nec obſtat id, quod dicitur *Eſcam univerſorum in ea*, ſcilicet arbore quia ut explicat Cornelius à Lapide, per hoc denotatur tantas fuiſſe opes Nabuchodonoſoris, ut ex eis omnes homines poſſent vivere, & alii; & tamen totum hoc ſibi copulatum retinebat. Qui eſt princeps à Deo conſtitutus ut Joſeph, in hoc auguratur, ut habeat coronam non ſibi, ſed aliis: qui autem à mundo creatur, totum ſibi transfert, & adunit. De optimo principe Cæſare, ait Seneca ad Polyb. c. 26. *Ex quo ſe orbi terrarum Cæſar dicavit, ſibi eripuit*, &c. tanquam aliis, non ſibi intentus.

Geneſ. 37.

Dan. 4.

Princeps communi bono, non ſuo ſtudeat.

Cornel.

Seneca.

QUÆSTIO II.

Quare Chriſtus Dominus tam diſtrictè, & apertè ſe dicit vitem?

17. SEmel, atque iterum ſe Chriſtus in hoc c. 14. vitem vocat, nunc hic: *Ego ſum vitis vera, & Pater meus agricola eſt.* Et iterum num. 5. *Ego ſum vitis, vos palmites*, ut ſub ſchemate curandæ vineæ nobis innuat multum laborem colendæ virtuti impendendum ad fructum ex ea colligendum, ut ait Clem. Alexandr. lib. 1. Stromat. c. 4. *Dicitur*, ait, *Dominus allegoricè vitis: à quo vindemiandus eſt fructus, cum diligentia, & agricolandus arte.* Ut ex vite fructus habeas, multiplex, & aſſidua cultura adhibenda eſt. Oportet eam fodere, plantare, ſtatuminare, alligare, paſtinare, ablaqueare, ſtercorare, putare, defrondere, ſic etiam ex hac cæleſti vite Chriſto Domino, ut gloriæ fructus colligant homines, multum debent ſudare, ac laborare, & pertinaci virtutum cura incumbere, ut ex illa bibant vinum in æterna felicitate. Ait Paulus Rom. 8. num. 29. *Quos præſcivit, & prædeſtinavit conformes fieri imaginis filii ſui, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædeſtinavit, hos & vocavit, & quos vocavit, hos & juſtificavit: quos autem juſtificavit; illos & glorificavit.* Audis homines à Deo prædeſtinatos, vocatos, juſtificatos, & glorificatos, ſed abſque ullo labore, aut operum pretio exhibito ad gloriam pervenient; Minimè, ait prædeſtinavit, *conformes fieri imaginis filii ſui* in gloria, & etiam laborum tolerantia, patientia, morte, & cruce.

Clemens. Alexandr.

Laborandum ut præmii fructus aſſequamur.

Rom. 8.

18. Dicebat Paulus Rom. 8. num. 1. *Obſecro vos per miſericordiam Dei ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam vivam.* Duo maximè contraria inter ſe ponuntur, nempe hoſtiam vivam, quid habet vita cum hoſtia? Hoſtia in ſacrificio mactabatur vulnere, ac perſecutionis ictibus, in fruſta cædebatur; quomodo ergo poteſt conjungi vita cum hoſtia; cum hoſtia privationem vitæ importet? Sermo eſt de vita virtutum, gratiæ, ac gloriæ; & hæc vita carnis, perſecutione, flagellorumque ictibus, ac corporis preſſura, afflictione gignitur, creſcit, & nutritur? favet D. Anſelmus in præſenti. *Hoſtia occiditur*, ait, *ut offeratur? ſed hoſtia vivens eſt corpus pro Domino afflictum. Quod & hoſtia dicitur, & vivens, quia vivit in virtutibus.*

Rom. 8.

Labore, ac preſſura obtinetur juſtitia.

D. Anſelm.

19. Profecti filii Iſraël de Ægypto, *Venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara, eo quod eſſent amaræ: unde & congruum loco nomen impoſuit vocans illam Mara, id eſt amaritudinem*, Exod. 15. num. 23. & tamen ſtatim ſubdit textu num. 25. *Ibi conſtituit ei præcepta, atque judicia.* In loco ubi erant aquæ amaræ, & qui dicebatur amaritudo, dantur judicia, ac præcepta Domini, dabantur illa præcepta ad juſtitiam, ac virtutem tenendam, ad beatitudinémque aſſequendam, inde in loco, qui amaritudinem denotat, dantur, quia amaritudine alitur juſtitia, & illa præparatur via ad perennem felicitatem, ſudore, ac labore largiter impenſo, quæ ſunt ſuperiora, aſſequimur. Philo lib. de eruditione grat. *Hanc ob cauſam*, ait, *in loco amaritudinis lex data eſt: nam laborioſum eſt juſtè agere.* De hoc vide tom. 2. cap. 16. quæſt. 12. num. 66. 67. 68. tom. 3. c. 9. quæſt. 8. num. 48. & tom. 4. cap. 4. num 87. 88. 89. & cap. 37. num. 79. & 85. 86. 87. 88. & aliis in locis.

Exod. 15.

Amaritudine deguſtatur dulcedo juſtitiæ.

Philo.

QUÆSTIO III.

Quare divinum Verbum ante incarnationem dicitur quaſi vitis? Incarnatione vero facta, vitis vera appellatur?

20. CHriſtus Dominus dicitur vera vitis ſecundum humanitatem, ut communiter docent ſancti Patres D. Hilar. lib. 9. de Trinit. Noſter. D. Cyrillus Alexandr. lib. 10. in Joan. cap. 15. Divus Auguſtinus tract. 80. in Joan. *Unius*, ait, *naturæ ſunt vitis, & palmites: propter quod cum eſſet Deus, factus eſt homo, ut in illo eſſet vitis*

D. Hilar.
Cyril.
D. Auguſt.

humana natura, cujus & nos homines palmites eſſe poſſemus. Hoc poſito.

21. Eccleſ. 24.

Quæſtio inquirit, quare ante Incarnationem Divinum verbum dicitur quaſi vitis. *Ego quaſi vitis fructificavi ſuavitatem odoris.* Eccleſiaſt. 24. n. 23. Nunc vero Incarnatione facta de ſe ait, *Ego ſum,* non quaſi vitis, ſed *vitis vera.* Quid myſterij in hoc latet. Recole ſuprà citata verba Divi Auguſtini. *Unius quippe naturæ ſunt vitis, & palmites.* &c. Quia divinum verbum ante ineffabile Incarnationis myſterium non erat noſtræ naturæ, non dicebatur vitis vera, *ſed quaſi vitis fructificavi ſuavitatem odoris.* Ob enim præviſa merita in humanitate aſſumenda dabantur dona gratiæ veluti in dotem, ac tenuem exhibitionem. Et ideo dicitur *quaſi vitis;* nunc vero cum ſit noſtræ ejuſdem naturæ humanæ, cujus nos homines palmites eſſe poſſumus dicitur vera vitis, propter veram ſimilitudinem, quam habet cum naturali vite, non vero quod ejus proprietatem habeat; vitis in multa copia ac abundantia transfundit humorem ſuum in palmites, ut multos fructus faciat. Sic Chriſtus in multa copia, ac abundantia in nos homines palmites ſuos infundit dona gratiæ ſuæ, eaque nobis communicat ad uberes virtutum fructus producendos. *Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant.* Joan. 10. num. 10.

Ex verbo Incarnato magna bonorum abundantia.

Ioan. 10.

22. Pſal. 71.

Decantat Regius vates Pſal. 71. num. 7. *Orietur in diebus ejus juſtitia, & abundantia pacis donec auferatur Luna,* ſeu donec non ſit Luna, hoc eſt quandiu Luna lumine ſuo illuminabit ad uſque nempe finem mundi. Et ait quod *orietur in diebus ejus abundantia pacis.* Sub nomine pacis omnia bona intelliguntur, quæ cum ea connectuntur; & ait pſalmiſta quod Chriſto apparente, erit *abundantia pacis,* ſeu ut ex Græco legitur, *multitudo pacis,* quia, in Chriſto omnia bona in nobis abundant, in magnaque multitudine conferuntur. Gillibertus Abbas ſerm. 16. in Cant. *Vere,* ait, *abundans pax, quæ non eſt data ad menſuram. Quomodo non abundans pax, quæ remiſit offenſam, & priorem cumulavit gratiam?* Et poſt pauca ſubdit. *Modo pax uberior in gratia Chriſti, quæ poſt iteratos exceſſus ultro affertur, & pœnitentes non repudiat, ſed revocat. Bene pax abundans, quæ nulla poteſt exhauriri injuria, paratior ad veniam, quam ad vindictam.*

Græcus. *A Ieſu omnium bonorum abundantia.* Gilibert.

23. Galat. 4.

Ait Paulus ad Galat. 4. num. 4. *Ubi venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum.* Cum venit Jeſus, tunc cum eo venit temporum plenitudo, ſeu cum eo tempora fuerunt plena, ſiquidem ante Jeſum tot, tantiſque carebat mundus ad ſalutem utiliſſimis, ac neceſſariis, ut totus vacuus videretur; at ubi venit Jeſus, cum illo pariter venit omnium plenitudo, ut nihil poſſit exoptari, quod totum cumulatiſſime in eo non inveniatur, etſi omnia mandata deficiant, in uno Jeſu omnium ſalutarium plenitudo, ac abundantia largiter habetur. D. Thom. Archiepiſc. Valenti ſerm. 5. in Natali Domin. *Plenitudo temporum illa eſt, in qua oſtenſo omnium fine Jeſu conſummatus eſt mundus, nam uſque tunc vacuus erat, & imperfectus.*

In Chriſto omnium plenitudo D. Thom. Valent.

24. Pſal. 134. *Cum Ieſu omnia cœleſtia ad nos veniunt.*

Inſtanter clamat David Pſal. 143. num. 5. *Domine inclina cœlos tuos, & deſcende.* Ad quid ut deſcendat inclinabuntur cæli? Ad quid hæc duo conjunguntur, ut ipſe deſcendat inclinentur cœli, optime fieri poterat, ut ipſe deſcenderet, & ut cæli in ſua ſublimitate defixi remanerent; ad quid ergo ſunt inclinandi, ut deſcendat? Maxime tamen connexa ſunt hæc duo, ubi enim Dei filius ad homines deſcendit, jam omnia cœleſtia ſe ſe ad nos inclinant, imo & effunduntur, cum Dei filius deſcenderet, conſequens erat, ut cæli inclinarentur, ſiquidem omnia cœleſtia maxime feſtinant ad nos venire, cum inter nos apparet Dei filius. Divus Bernardus ſerm. 5. de Dedicatione Eccleſiæ. *Quid, ait, ſi pro eis inclinet cælos, pro quibus quoque cœlorum Rex inclinavit ſe, ita ut digito in terram ſcriberet: Domine inclina cælos tuos. Parum eſt, deſcende.* D. Bernard.

Quæstio IV.

Quare Æternus Pater dicitur Agricola?

Ait Chriſtus Dominus & *Pater meus agricola eſt,* qui me quaſi vitem plantavit in terra meoſque palmites, id eſt Apoſtolos, cæteroſque fideles excolit, inutiles reſecando, utiles excolendo ac purgando, ut fructum majorem afferant, ut ſtatim explicat ſequenti verſu. Et cum dicit Pater meus agricola eſt, multam conſolationis materiam nobis præbet; Cum enim ſit pater, & pater miſericordiarum, quidquid circa nos palmites fuerit operatus, ſane paterno amore, paternaque charitate faciet, ut palmites in vite manentes expurget, ut fructum plus afferant, ut ſtatim dicitur in textu. 25. *Pater expurgat, ut uberiores ſint palmites.*

Reſpondeo ad quæſtionem quod Chriſtus ait: Pater eſt agricola, id eſt cultor; & quamvis Chriſtus Dominus quatenus Deus agricola ſit, tamen hic loquitur de ſe ut homo, ut jam ex ſanctis Patribus notavi in limine ſuperioris quæſtionis, & quia etiam vitis non ſolet eſſe Agricola, ſed quid diſtinctum, ideo cum ſe vitem dicat, patrem nominat agricolam ſervato decore loquendi, ut ita omnia Patris providentiæ referat, & tribuat. D. Laurentius Juſtinian. in faſciculo amoris c. 8. *Cum dixiſſet,* ait, *ego ſum vitis vera: addidit; & Pater meus agricola eſt. Nunquam fructificaret taliter, niſi à tam probatiſſimo excoleretur agricola. Quod vero fructus illius ipſe ſit author, agricola vocem ad filium per Prophetam agnoſce. Poſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Ipſe plane cæleſtis Pater vitis hujus cultor extitit, & diligentiſſime nutrit, ut ſanctitatis proferat fructum.* Quod vitis ſe extendat, quod fructus ferat; agricolæ illam colentis, labor, ac induſtria eſt; ſic quod excellentiſſima vitis Chriſtus Jeſus in immenſum creſceret, & mundum fructibus ſuis repleret, ſpecialiſſimè à Dei Patris cultura venit: quidquid enim habemus filio, totum Patri debemus; Pater enim illum, ut veram vitem dedit, quando pro nobis omnibus tradidit illum, ut eos nos homines palmites naſceremur. 26.

Laurent. Iuſtin. *Omnia Deo Patri referenda.*

In perſona Chriſti ait Regius Vates ad Patrem Pſal. 72. num. 24. *Tenuiſti manum dexteram meam: & in voluntate tua deduxiſti me.* Totus Pſalmus eſt de Chriſti Paſſione. *Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum.* iterum. *Et fuit flagellatus tota die, & caſtigatio mea in matutinis.* Quid eſt quod Deus Pater in ipſa paſſione tenuerit manum dexteram ejus, per quam omnia præclariſſima opera interpretantur Euthym. Seu quod dum compre 27. Pſal. 72. Euthym.

comprehenſus eſt, dúmque manus ejus ligarentur, ac cum ſpinis coronatus eſſet, dumque manus & pedes clavis foderentur, ac ipſe ſub prælo crucis premeretur, copioſiſſimam redemptionem nobis operans; tunc Pater manus ejus dexteram tenuerit, hoc eſt, ut explicant Ruffinus, Gregor. Nazianz. ejus Scholiaſtes Nicetas, quod Pater ei tanquam homini in ſuis laboribus in adjuvamen adeſſet, Pater tanquam nobilis agricola in paſſione manuum ejus dexteram tenebat & in augmentum gloriæ deducebat, ut hoc modo omnia, omnémque copioſam redemptionem Patri attribuat, nam quotquot labores hæc vitis in paſſione pertulit, quotquot gloriæ fructus dedit, Patri debemus, qui faciebat ne filius ſibi parceret, ſed ut bona ſua nobis traderet univerſa. Rupertus lib. 13. de gloria & honore filii hominis ſtatim in principio. *Interim*, ait, *pro cauſa valde neceſſaria, dexteram ejus Pater tenebat, id eſt, fortitudinem ejus differri volebat, ut ea non tunc, ſed opportuno tempore uteretur, juxta quod in Pſalmo dicitur.* Tenuiſti manum dexteram meam, & cum gloria ſuſcepiſti me. *Nam revera Deus Pater manum dexteram ejus tenuit: Deus Pater voluntate ſua illum repreſſit fremitum Leonis. Euſque tenuit dexteram illam, ut non ſaltem deſcenderet de cruce, petentibus Judæis. Poſtquam ergo tenuit manum dexteram ejus, & in voluntate ſua deduxit eum, fecit & illud, & cum gloria ſuſcepiſti me, id eſt, à morte glorioſè ſuſcitaſti me.*

Ruffinus. Gregor. Nazianz. Nicetas.

Spiritus. S. Fructus vitis Chriſti Patri tribuendus.

Rupert.

28\. A Chriſto diſcant omnes omnia ſua bona Deo referre, & tribuere, qui omnium bonorum eſt author. Cum tres pueri ſanctiſſimi nollent adorare Nabuchodonoſoris ſtatuam, ipſe Rex *viris fortiſſimis de exercitu ſuo juſſit, ut ligatis pedibus Sidrach, Miſach, Abdenago mitterent eos in fornacem ignis ardentis.* Daniel, 3. num. 20. Hi tres pueri intimi, ac inſeparabiles ſocij erant Danielis, eique pares in religione, ac cultus unius veri Dei, ſub eodémque magiſtro conſtituti, eodémque cibo, & potu utebabtur Daniel. 1. num. 6. Imo ut facilè colligitur ex textu in jejunio, & abſtinentia Daniel erat eorum dux; ſi ergo tres pueri mittuntur in fornace ignis ardentis, cur ab eis hic ſeparatur eorum ſocius, ac dux in religione, pietate, & obſervantia? Cur tantus ſocius in flamma, ac damnatione etiam non agit ſocietatem? timuitne Daniel voraces flammas? minimè, qui non timuit voraces leones. Alta divina providentia res diſponebatur, Daniel apud Babylonios Balthaſar vocabatur, quod nomen idoli Babylonis erat, ut dicitur Daniel. 4. n. 5. *Balthaſar ſecundum nomen Dei mei.* Inde cavit alta Dei Sapientia, ne Daniel tali nomine inſignitus cum cæteris pueris vaderet in flammas ne ab aliquo rudi, & imperito ſalus pueris data tribueretur Idoli nomini, non autem vero, ac omnipotenti Deo, ſic Deus præcavet, ut illuſtriſſima opera alteri valeant referri, niſi tantum ipſi, qui omnia illa operatur. D. Iſidor. Peluſiota Epiſtol. 19. *Hoc divino conſilio, ait, ne impij homines flammæ oppreſſionem Dei Babylonici nomini adſcriberent, Baltha arum enim Danielem appellabant.* Vide tom. 1. lib. 3. c. 6. quæſt. 3. n. 22. & tom. 2. c. 3. q 45. num. 256. 257. & cap. 5. quæſt. 23. num. 153. & tom. 3. cap. 26. quæſt. 4. num. 85. & c. 27. quæſt. 9. num. 56. 57. 58. & tom. 4. cap. 16. num. 84. 85. & cap. 34. num. 22.

Daniel. 3.

Daniel. 1.

Daniel. 4.

Opera bona Deo, non alteri attribuenda.

D. Iſidor. Peluſiota.

QUÆSTIO V.

Quare Palmes expurgandus, ut fructum plus afferat?

Recte notarunt D. Chryſ. hom. 75. Theophyl. Euthym. *Circa quæ autem*, ait, *occupatus eſt Pater? Nunquid circa radicem? Non, inquit, ſed circa palmites.* Nulla cura, ac ſollicitudo divini agricolæ exprimitur circa vitem; ſed circa palmites, quia Chriſtus vitis eſt qui ſibi ſufficit, diſcipuli autem palmites, qui multo egent auxilio, & cultura Dei, & divina manus ibi applicatur, ubi neceſſitas, & indigentia declaratur. 29.

Chryſoſt. Theoph. Euthym.

Providendum ubi eſt neceſſitas.

Ait Chriſtus in præſenti, quod cœleſtis agricola? *Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum.* Hoc eſt omnes Chriſtiani, ac fideles (nam de infidelibus hic non eſt ſermo, ut eſt conſtans Patrum, ac interpretum ſententia) nam hujuſmodi fideles Chriſto veræ viti ſunt uniti per fidem, & baptiſmum, quia tamen non ferunt fructum (nam fides ſine operibus mortua eſt) ſunt nempe ſine charitate, & in peccato mortifero: *tollet eum*, ſeparabit nempe à Chriſto, & eum excidet in ignem æternum. *Et omnem, qui fert fructum purgabit eum.* Non ſignificat hic purgationem ab aliquo mortifero crimine, nam fructuoſus palmes hac purgatione non indiget, ſiquidem charitatem habet. De qua ergo purgatione hic ſit ſermo, eſt præſens quæſtio. 30.

Totus textus explicatur.

Reſpondeo, quod primò purgat Deus doctrina, ac verbo ſuo, hoc enim tanquam falce utitur ad expoliandos, ac perficiendos electos ſuos. *Vivus eſt ſermo Dei, & efficax, penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens uſque ad diviſionem animæ ac ſpiritus*, &c Hebræor. 4. num. 12. Unde ſtatim hic ſubdit Chriſtus num. 3. *Iam vos mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis.* Secundò. Illuſtrationibus, inſpirationibus, terroribus, increpationibus in fidelium mentes immiſſis à Deo, quibus vitiorum ſarmenta expurgantur, ut factum legimus cum D. Hieronymo, dum Spiritu raptus eſt ad tribunal judicis, ubi flagellatus eo quod Ciceroni multum incumberet, quo maximè eſt emendatus, ipſe de ſe dicat ad Euſtochium Epiſtol. 22. ubi rem narrat: *Tanto dehinc ſtudio divina legiſſe, quanto non antea mortalia legeram.* 31.

Dei verbo expurgatur mens.

Hebr. 4.

Hieron.

Tertiò Ab egregio vineæ cultore expurgantur palmites in vite, cum ibi juſtitiam colant adverſitatibus, tribulationibus, perſecutionibus, paupertate, fame ſiti, morbo, rerumque corporalium jactura, ut his eorum virtus exculta majores in dies fructus ferat. Ita communiter Sancti patres N. D. Cyrill. Alexand. lib. 10. in Joan. D. Chryſ. homil. 75. Euthym. Theophylact. Albert Magn. D. Thom. D. Bonavent. conſentiente D. Gregorio Magno lib. 2. Epiſtol. 32. *Palmes, ait, fructuoſus purgari dicitur: quia per diſciplinam reciditur, ut ad uberiorem gratiam perducatur. Sic enim ſpicarum grana tribulis attrita, ariſtis, & paleis nudantur: ſic olivæ prælo preſſæ in olei pinguedinem deſtruunt. Sic botri vinearum tunc calcibus in vinum liqueſcunt.* Theophylact. *Oſtendit diſcipulis Dominus quod per afflictiones fertiliores erunt, ſicut per putationem palmites, tentationes enim eos fortiores declarabunt.* 32.

Tentatio purgat, & reddit hominem fortiorem.

D. Cyrill. D. Chryſ. Euthym. Theoph. Beda. Albertus. D. Thom. Bonavent. D. Gregor.

Confirmatur maximè hæc interpretatio ex his

Iſai. 5. his, quæ dominus ait de vinea perfida, & dereli-ctа. Iſai. 5. num. 6. *Ponam eam deſertam: non putabitur, & fodietur.* In extremum ſupplicium illuminatur: *Non putabitur.* Seu non expurgabitur; jam enim nec à falce, nec à ligone petetur, ſed luxurians ſarmentis in ambitioſum foliorum apparatum diffluet, ad explendas nempe carnis voluptates, mundanáſque in cupiditates abire permittitur, ut in æternam damnationem ruat, at vero vinea electa à Domino vomere, ac falce laborum premitur, ut vitiorum ſarmenta amputentur. D. Ambroſ. lib. de interpellat. Iob. c. 2. opportunè: *Bonus huic, ait, ſemper eſt Deus: qui novit quo tempore metat: & ideo quaſi bonus agricola hic arat agrum ſuum quodam rigidioris abſtinentiæ vomere, hic exſtirpat quadam falce virtutum, amputatrice vitiorum, hic ſtercorat humiliando uſque ad terram, ſciens quia Deus de terra ſuſcitat inopem, & de ſtercore erigit pauperem.*

Extrema damnatio, quod homo non purgatur laboribus. Ambroſ.

44. 2. Cor. 12. De ſe teſtatur Paulus 2. Cor. 12. n. 7. *Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ; Angelus Satanæ, qui me colaphizet. Propter quod, ter Dominum rogavi, ut diſcederet à me, & dixit mihi: ſufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur*, Quæ verba, ut docent ibi D. Chryſ. Theoph. Theod. Oecu. Anſelm. Beda. D. Aug. in Pſal. 130. Salvian. lib. 1. de provid. D. Cyprian. de Mortali. D. Baſil. in regulis fuſius diſp. cap. ultimo. D. Hieron. in cap 4. ad Galat. de Pauli tribulationibus, ac adverſitatibus accipienda ſunt. Et poſtulat ſemel, atque iterum, & tertio, ut auferatur ab eo ſtimulus carnis, quo premebatur, & non eſt exauditus inquam, ut Spiritus Satanæ ab eo auferretur, exauditus eſt tamen ut ejus virtutes creſcerent. Pauli enim fortitudo, ac interiores vires tribulationibus, ac laboribus magis, ac magis firmabantur, & ideo minimè expediens eſt illi, ut ejus carni impactus ſtimulus, quo majores in virtute faciebat progreſſus, auferetur: Deus enim tanquam medicus, tribulatione, ac preſſura, tanquam medicamento utitur ad majorem animæ ſanitatem. Eleganter D. Auguſt. in Pſalm. 21. ad illa verba num. 3. *Non ad inſipientiam mihi*, ſic ait, *clamavit, Paulus, ut auferretur ab eo ſtimulus carnis, & non eſt exauditus, ut auferretur, & dictum eſt ei.* Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. *Ergo non eſt exauditus, ſed non ad inſipientiam, ſed ad ſapientiam, ut intelligat homo Medicum eſſe Deum, & tribulationem medicamentum eſſe ad ſalutem, non ad pœnam: ſub medicamento poſitus ureris, ſecaris, clamas, non audit medicus ad voluntatem, ſed audit ad ſanitatem.*

Chryſo. Theoph. Theodor. O Ecumen. Anſelm. Beda. D. Auguſt. Salvian. Cyprian.

Auguſt.

Preſſura tanquam medicamentum ad magnos fructus

35. Valdè manifeſta eſt ira Dei, qua diluvio totum mundum perdidit; *cumque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam, omnis quippe caro corruperat viã ſuam.* Geneſ. 6. n. 12. & dum omnes homines internecioni tradit, dicit ad Noë. *Ingredere tu, & omnis domus tua in arcam.* Geneſ. 7. num. 1. Omnes pereunt, & tamen ex eis octo animæ ſervantur in arca? Ad quid hi octo ſervantur? Cur non potius ad majorem ſupplicii oſtentationem omnes pereunt, & extincto peſſimorum hominum ſemine, alij denuo creantur; ut repleant terram? O alta Dei providentia! voluit ipſa nobis declarare; quam efficax medicamentum ſint ærumnæ, & labores, ut idem hominum ſemen, quod in delicijs depulit, ac repulſum eſt à Deo, & à Paradiſo ejectum, ſic longo exilio, labore, ac caſtigatione confractum eſt, ut ex illo prodiret ſemen valdè Deo placens, ut ipſi Deo in Chriſto intimè aduniretur. Maximè ad rem cecinit D. Proſper in opuſculo de Providentia Dei.

Geneſ. 9. Geneſ. 7.

Ex ſeminis cogitatione medicatur genus electorum.

Illæſa mundo pereunte ſuperfuit arca.
Non quia non alios populos Deus edere poſſet,
Sed multis fractus morbis, ut ſemine ab ipſo
Idem homo in Chriſti corpus naſcendo veniret.

Nota verbum. *Sed multis fractus morbis.* Ac proinde ex ipſo ſemine quod ceciderat, veluti morbis fractum, ac caſtigatione medicatum, tanquam aptiſſimum elegit, ut ex eo novum genus electorum in Chriſto aſſumeret, quam ex alio novo procrearet.

QUÆSTIO VI.

Quare arbor apud Daniel ex falce adhibita deperditur, palmites vitis Chriſti ex appoſita falce magnos fructus producunt.

Apud Dan. c. 4. n. 8. refertur viſa *Magna arbor, & fortis: & proceritas ejus contingens cœlum: aſpectus illius erat uſque ad terminos univerſæ terræ: folia ejus pulcherrima, & fructus ejus nimius.* Tamen contra eam ſanct. Angelus de cœlo promulgavit ſententiam. *Ecce Vigil, & Sanctus de cœlo deſcendit, & clamavit fortiter, & ſic ait: Succidite arborem, præcidite ramos ejus excutite folia ejus & diſpergite fructus ejus*, Ibid. n. 19. Aliter videmus factum in palmitibus hujus noſtræ vitis, de illis ait Chiſtus. *Pater meus agricola eſt. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat*, ex falce appoſita ad purgandum magni fructus prodierunt. 39. Dan. 4.

R.P. Didacus de Baëça tom. 3. in Evang. lib. 14. c. 29. §. 7. componit arborem illam Danielis cum his palmitibus Chriſti, Arbor ſublimis, & alta erat, ac fortis, elegans foliis, & multum fructibus locupletata. palmes verò humilis, debilis, ac deformis, & humi repens; ad arborem & palmitem accedit divinus agricola, utrique falcem adhibet. De arbore clamat; *Succidite arborem, & præcidite ramos ejus.* De palmite vero utili, ac fructuoſo, ait: *purgabit eum.* Ecce arbor, & palmes ſub falce cultoris eſt; tamen utrique valde diverſus eventus contigit; nam arbor ex falce abiit in perditionem, & ruinam omnium fructuum, *excutite folia ejus, & diſpergite fructus ejus*: at vero palmes ex amputatione, ac falce habuit magnam fructuum multiplicationem; *purgabit eum ut fructum plus afferat.* Cur ergo arbor regia, & fortis ad primum ictum falcis decidit? 37. Baeça.

Difficultas quæſtionis.

In arbore denotabantur omnia mundialia decora dignitatum, divitiarum, ac bonorum hujus ſæculi? in vite, & palmite intimæ animi virtutes; & ideo arbor cum omnibus fructibus, ac foliis mundialiũ ex uno ictu laboris, ac preſſuræ cadit, & ruit: at vero palmes, in quo virtutes exprimebantur, ex gladio, ac falce ærumnæ, ac perſecutionis expurgatus à luxuriante viriditate, multum creſcit, & augetur. Nam ſi ex laboribus mũdialia pereunt, quæ verò virtutis ſunt, creſcunt. 38.

Labore impii deficiunt, juſti augentur.

Ait Chriſtus D. Luc. 12. num. 49. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi ut accendatur*, Seu ut legunt Arabicus, Perſicus. *Quid volo, niſi accenſionem ejus.* Per ignem, perſecutiones, adverſitates 39. Luc. 12. Arab.

Tertull. Maldonar. Franc. Luc.

Igne tribulationis iniquus perimitur, juſtus vivit.

ſitates,ac tribulationes intelligunt Tertull.lib.4. contra Marcion.c.29.Maldon.Franc.Luc.& alij, & ad quid Chriſtus venit mittere in terrã ignem tribulationum,ac ærumnarum;ut hoc nempe igne impij & injuſti pereant,& conſumantur,juſti vero purificentur, & augeantur in virtute, ac perfectione. D. Ambr. lib. 7. in Lucam. *Ignem veni mittere in terram, qui aurea Dominicæ domus vaſa meliorat, fœnum verò conſumit, & ſtipulam.*

40. Maximè ponderandum eſt diſcrimen inter pueros Hebræos in medio fornacis, ac inter Chaldæos, à foris ſtantes, Daniel.3.num.47. *Effundebatur flamma ſuper fornacem cubitis quadraginta novem:& erupit & incendit,quos reperit juxta fornacem de Chaldæis. Angelus autem Domini deſcendit cum Azaria, & ſociis ejus in fornacem, & excuſſit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque contriſtavit.* Ecce pueri ingreſſi inter voraces flammas,nec læſionem, nec triſtitiam ſibi inveniunt, ſed lætiſſimum ventum roris flantem,Chaldæi autem, qui foris ſtant,miſere ab ipſis flammis erumpentibus perimuntur. Unde tanta differentia? Pueri erant conſtantes in fide,ac virtute, Chaldæi ut miniſtri regis, conſtantes,ut ſervirent regiæ tyrannidi, ac impietati; ſapiens ignis quos fortes in virtute invenit cuſtodit, puriores facit, & ad magnum augmentum virtutum producit, quos vero in mundi obſequio occupatos invenit, perimit, ac in cineres redigit. Eleganter D.Hilar.ſerm.2.de nuptiis. *Quantum*,ait, *lætitia in præſenti obtinent merita religionis, & privilegia ſanctitatis? Ecce horrendum neſcio quid anhelantes globi, & per quadraginta cubitos ebullientes extrinſecus ſæviunt, intrinſecus parcunt: extra fornacem ſapiens ignis iraſcitur, & intus in fornace famulatur.*

Dan. 3.

Sapiens ignis impios conſumit, juſtos reſervat.

Hilar.

41. Duæ mulieres referuntur in Scriptura, quæ partus doloribus premebantur. Una nurus Heli, quæ peperit filium,& mortua eſt. *Irruerant in eam dolores ſubiti. In ipſo autem momento mortis ejus dixerunt ei,qui ſtabant circa eam, ne timeas; quia peperiſti filium.* 1. Reg. 4.num.20. Altera mulier in Apocalyp. *In utero habens, clamabat parturiens,& cruciabatur, ut pareret.* Et poſtea ſubditur, peperit filium,qui raptus eſt ad thronum Dei,*& mulier fugit in ſolitudinem, ubi habebat locum paratum à Deo, ut ibi paſcant eam.* Apocal. 12. num. 6. Cur Nurus Heli partus dolores effudit animam,altera vero mulier glorioſè vivit in loco parato, & conſtituto à Deo; Nurus Heli peperit filium mundo, alia vero Deo, *raptus eſt filius ejus ad thronum Dei*, quæ peperit mundo, dolore premitur;quæ vero Deo,ex dolore glorioſè triumphat, ut magnificè cœlitus enutrita vivat.

1. Reg. 4.

Apoc. 12.

Qui ſervit mundo perit, qui Deo vivit.

Ioan. 15. *n.* 3. Jam vos mundi eſtis propter ſermonem,quem locutus ſum vobis.

Num. 4. Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite, ſic nec vos, niſi in me manſeritis.

VERSIONES.

Arabicus Vos mundi eſtis propter hunc ſermonem, quem locutus ſum.

Græcus. Jam vos purgati eſtis.

Syriacus. Quem locutus ſum vobiſcum.

Arabic. Firmi eſtote in me;& ego in vobis. Sicut enim palmes non poteſt ferre fructum à ſeipſo niſi firmatus fuerit in vite,ſic nec vos non poteritis, niſi firmi fueritis in me.

Syriacus. Quemadmodum palmes non poteſt edere fructus à ſemetipſo,niſi permanſerit in vite: ita nec vos niſi permanſeritis in me.

Theophyl. Sicut palmes nequit ferre fructum de ſe, niſi maneat in vite:ita neque vos poteritis.

EXPOSITIO II.

JAM *vos mundi eſtis.* Accepta ex antecedenti verbo purgationis occaſione,ut ſuos diſcipulos conſoletur, eos dicit mundos, & purgatos, ut ſtudeant, ne iterum coinquinentur; & quamvis eos dicit mundos, cum eſſent inhærentes in vera vite Chriſti,tamen Spiritus ſancti adventu magis erant purificandi,& mundandi.D.Aug.tract.80.in Ioan. *Mundi erant*, ait,*Apoſtoli:atque mundandi. Neque enim niſi mundi eſſent, fructum ferre potuiſſent;& tamen omnem palmitem,qui fert fructum purgat Agricola, ut fructũ plus afferat:fert fructũ,quia mundus eſt, atque ut plus afferat, purgatur adhuc.* Maximè incipit eſſe immundus, qui mundationem ſe cogitat non indigere, amputanda multa ſunt ab eo, qui nihil ſe putat habere, quod amputetur; ſemper enim homo ad majorem munditiem, ac purgationem tendat unde dicitur. Apoc. 22.n.11. *Qui juſtus eſt juſtificetur adhuc:& ſanctus ſanctificetur adhuc* Et abſolutè ad undecim Apoſtolos hic ait Chriſtus. *Vos mundi eſtis.* Quia Judas diſceſſerat.& cap. 13.n. 10. aliter ait. *Vos mundi eſtis, ſed non omnes*; quia aderat Iudas. 42.

Auguſt.

Ad majorem perfectionem tendendum.

Apoc. 22.

Propter ſermonem quem locutus ſum vobis. Sermo Dei maximè mundat, & purificat animos noſtros. D. Ambr. in Pſal. 45. poſt adducta hæc præſentia verba ſic ait, *Domine Ieſu, verbum tuum medicina eſt; verbum tuum lumen eſt: verbum tuum noſtræ colluvionis ablutio eſt: verbum tuum fons eſt: tu loqueris, & culpa lavatur.* D.Bernard.Epiſt.107. ad Thomam. *Qui hunc ſermonem*, ſcilicet Chriſti, *non audiunt, immundi ſunt.* De quo tamen ſermone hic agit Chriſtus. Rupertus ad paſſionem refert, qua mundandi erant diſcipuli, ſed Chriſtus.D.de præſenti eos mundos dicit.N.D.Cyrill. lib. 10.in Ioan.c.13.de tota doctrina Evangelica intelligit. *Propter Evangelicam doctrinam quam acceperant.* Et hanc interpretationem ſequuntur Ianſen.Maldonat. Barrad. & alij, ex quo ſolvitur dubium, quod movet D. Auguſt. Cur dixerit mundi eſtis propter ſermonem, & non propter baptiſmum. Nam ſub doctrina evangelica includitur baptiſmus. Toletus, Cornelius à Lapide de ſermone Chriſti, qui poſt ultimam cœnam præceſſit à c. 13. uſque nunc interpretantur, quæ ſententia inde veriſimilior videtur,quia Apoſtoli,quamvis eſſent firmi in fide, tamen hoc Chriſti ſermone purgati 43.

Sermo Dei mundat.

D. Ambr.

D. Bern.

Rupert.

D. Cyrill.

Ianſen. Maldon. Barradas.

Toletus. Cornel.

purgati ſunt ab aliquibus ignorantiis, Nam Petrus neſciebat, quò Jesus vaderet. Ioan. 13. n. 36. Thomas viam ignorabat. Joan. 14. n. 5. Philippus quærebat videre Patrem. ibidem n. 8. Judas Thadæus interrogabat quomodo illis, & non mundo erat manifeſtandus, ibid. num. 22. ab his ignorantiis hoc Chriſti ſermone ſunt purgati, ac etiam à multa confidentia, unde dictum eſt Petro: *ter me negabis.*

Joan. 13. Ioan. 14.

44. Obſervant hic D. Auguſt. D. Chryſ. Theoph. Euthym. Beda, D. Bonav. D. Thomas, Chriſtum, qui modo ſe vitem nominaverat, etiam nunc ſe agricolam appellare, cum diſcipulos ſuos ſuo ſermone diceret mundatos.

Auguſt. Chryſoſt. Theoph. Euthym. Beda. D. Bonav. D. Thom.

Manete in me. Ecce ſcopus totius parabolæ, quod cum ipſi ſint purgati vi ſermonis Chriſti, hortatur eos, ut in ipſo conſtantes permaneant.
45. Noſter. D. Cyrill. *Ne præ timore ſeparentur ab eo.* D. Chryſoſt. *Ne præ trepidatione abſcindantur ab eo*, tempore nempè tentationis, ſeu paſſionis, nam virtus in tentatione declaratur, & ait. *Manete in me*, tanquam palmites in vite frugiferi, ſic vos per fidem vivam manete in me ſtudio bonorum operum. *Et ego in vobis* Euthym. interpretatur hæc verba, quod contineant promiſſionem, ſi manſeritis in me, ego promitto, quod in vobis maneam. Tamen quod ſit præceptum, ſeu exhortatio, communior eſt ſententia cũ Ribeira, Franc. Luc. Hoc eſt ut palmites frugiferi manent in vite; ſic & vos manere in me credendo, bene operando *& ego in vobis* maneam, hoc eſt adhærebo, ſicut vitis adhæret palmitibus vivificum humorem eis communicans, ſic & ego vobis adhæream ſalutiferam gratiam infundens: ſimus ergo invicem conjuncti, vos mihi adhærete, & ego vobis. Tamen diſpari modo adhærent palmites viti ac vitis adhæret palmitibus; nam palmites à vite accipiunt alimentum; non vero vitis à palmitibus, ſic nos à Chriſto accipimus omne bonum, Chriſtus vero à nobis nil ſibi utile, ut ponderat D. Auguſt. de quo quæſt. 8.

D. Cyril. D. Chryſ. Euthym. Ribeira. Franc. Luc.

46. *Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo.* Rationem aſſignat Dominus, cur neceſſarium ſit diſcipulis in ipſo manere: quia ſi in ipſo non permaneant, fructum producere non poterunt: ſi maneant, uberrimum germinabunt: quemadmodum palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, ſi à vite ſit ſeparatus: ita vos nullum poteritis fructum ferre à vobiſmetipſis, ſi à me fueritis ſeparati. Euthymius. *Si à mei conjunctione diſtrahimini.*

Euthym.

QUÆSTIO VII.

Quare Chriſtus Dominus à ſuis diſcipulis petit ut ipſe in eis permaneat?

47. AIt Chriſtus Dominus. *Manete in me, & ego in vobis.* Valdè mira eſt hæc ſententia, non ſolum adhortatur Chriſtus ſuos diſcipulos, ut illi in eo maneant, ſed etiam ut ipſe Chriſtus in ipſis diſcipulis ſit. Nam quod diſcipuli in Chriſto manerent, hoc diſcipulorum erat. At Chriſtum in diſcipulis manere, non videtur opus diſcipulorum, ſed Chriſti, cur ergo à diſcipulis hoc poſtulat, quod diſcipulorum non videbatur eſſe?

Ratio difficultatis.

48. Rectè ad quæſtionem reſpondet Caietan. *Manete*, inquit, *in me, & ego in vobis, non eſt ſenſus: manete in me, & ego manebo in vobis: ſed ſtudete, ut vos maneatis in me, & ego in vobis. Ita quod utrumque mandatur eorum ſtudio.* Vtrumque opere, ac ſtudio eorum, adjuvante Dei gratia, mandatur, ut ipſi maneant in Chriſto, & Chriſtus in eis. Si enim diſcipuli fidem, & charitatem abjeciſſent, ipſi non manerent in Chriſto, nec Chriſtus in eis: quia autem diſcipuli fidem, & charitatem tenuerunt, ipſi manſerunt in Chriſto, & Chriſtus in eis. Effecerunt ergo diſcipuli Deo adjuvante, ut inter ipſos & Chriſtum, eſſet hæc mutua connexio. Ait ergo *manete in me, & ego in vobis*, id eſt ea omnia agite, ut hæc unio permaneat, & perſeveret, veſtri mecum, & mei vobiſcum. O ſumma Dei bonitas; ipſe ſupremus omnium Dominus eſt, homines vero valdè viles, & deſpicati, & ipſe eorum amicitiam, ac familiaritatem perpetuam non reſpuit, ſed quærit, ac petit. Hugo. *Manete in me, & ego in vobis. Quaſi dicat: feci quod in me eſt: facite ergo quod in vobis.*

Homo bene operando facit ut Deus in eo maneat. Caietan. Hugo.

Ait Chriſtus. *Manete in me, & ego in vobis*: id eſt conſtantes, & firmi manete in me, & ego etiam in vobis perpetuam faciam manſionem. *Ego in vobis.* Conjunctum ſemper eſt cum eo, quod præcedit, *Manete in me*, ſi enim manemus in Chriſto per fidem, & charitatem; etiam abſque dubio ille in nobis manet, per ſuam gratiam, & charitatem; abundantiſſimè ditans animam noſtram, promiſſaque ſua adimplens. Talem ſe nobis Deus præbet, quales noſmetipſos erga eum exhibemus. Seneca Epiſt. 41. *Sacer intra nos, ait, Spiritus ſedet bonorum, malorumque noſtrorum obſervator, & cuſtos, hic prout à nobis tractatus eſt, ita ipſe nos tractat.* In quæ verba optimus Scholiaſtes Iuſtus Lipſius ſic ait: *Si bene, honeſtéque habuimus, habet, ſi æſtimavimus, ſubſtulimus, attollit, negligit etiam neglectus.* 49.

Quales nos ſumus Deo, talis ille nobis. Seneca. Lipſius.

Decantat anima ſancta Cant. 6. n. 2. *Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi*: id eſt qualis ego ſum dilecto meo, talis & ille mihi: quod optimè explicat D. Gregorius Nyſſenus homil. ultima in Cantic. Speculi propoſita ſimilitudine. *Sicut ſpeculum, ait, ad uſum aptè comparatum pura in ſuperficie inſedentis faciei accuratè reddit characterem, ſic poſteaquam anima ſeipſam rectè comparavit, omnémque ejus vitæ labem abjecit, puram incorruptæ pulchritudinis ſibimetipſi imprimit ſpeciem, dicens: meus eſt cognatus, & ipſius ego ſum.* Dum accedis ad ſpeculum, quid aliud illud monſtrat, niſi teipſum? Quem vides in ſpeculo niſi te? ſi accedis gratioſa, vel horrenda facie, te gratioſum vel horrendum præbet. Nil aliud præſtat, quam te ipſum objicere. Deus Optimus Maximus ſpeculum eſt, & mirè prælucidum, in quo tibi refertur vultus, qui tibi fuerit; qualis acceſſeris Deo talis tibi Deus exhibetur, nil in Deo acerbum, moleſtum invenies niſi tuum. Si te erga eum oſtendis peccatorem, ipſe erga te ſe declarat horrenda punientis judicis facie, ſi tu erga eum te monſtras hilarem datorem, ipſe tibi eſt perjucundiſſimus remunerator, ſi eum honoras, ille te ipſum honorat; ſi eum contemnis, te contemnit, ut ait citatus Lipſius, *ſuſtulimus, attollit, negligit etiam neglectus.* 50.

Cant. 6. Gregor. Nyſſen. *Vt nos Deo ſic ille ſe nobis exhibet.*

Divinus Sponſus de ſe teſtatur Cantic. 2. n. 1. 51.
Ego flos campi. Cur modo ſe dicit campi florem? Cant. 2.
quod nomen in toto Canticorum libro tantum hic ſibi appropriat, cur non potius de ſe teſtatur quod ſit candidus, rubicundus, electus ex millibus, caput aureum, oculi columbarũ, & alia, quæ

de

Cantic. 5. D. Anſelm. Deus nobis, ut nos illi. D. Bernard.

de eo decantantur toto cap. 5. Cur ergo modo ſe florem campi appellat? Antea finiet ſuum ſermonem ipſa: *lectulus noſter floridus*. Cantic. 1. n. 16. hoc eſt ut explicat D. Anſelm. anima juſti ſeipſam oſtendit omnibus virtutum floribus adornatam, ut Chriſtus in ea recipiatur, ac in ea requieſcat. Inde ipſe ſe exhibet ac ſi ſuaviſſimum florem, ut animam juſti omni ſuavitate, ac bono odore recreet, ac delectet, ſi anima illi ſe floridam oſtendit, ita ipſe ſe illi floridum declarat ut de ſe teſtatur, quod ſit ipſemet flos. D. Bern. ſerm. 47. in Cant. *Ego flos campi, ad hoc reſpicere puto, quod ſponſa de reſperſis lectulum floribus commendaret.* Vide tom. 4. c. 29. n. 108.

QUÆSTIO VIII.

Quare dicitur, quod ſicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite, ita & Apoſtoli niſi manſerint in Chriſto?

52. MUltis argumentis probat Dominus in eo eſſe manendum, & primo hic ex ſterilitate bonorum operum, ſicut palmes à vite, ac à trunco ſeparatus, nullum fructum facere poteſt, quia non fructificat ex ſemetipſo, ſeu ex ſe, ſed ex vite, à qua participant humorem, & fœcunditatem, ſic & vos, ô diſcipuli mei, ait Chriſtus, niſi in me manſeritis, & ego in vobis, non valetis uberes fructus producere, ſimiles enim vos eſtis palmitibus, quos inſtar vitis gratia mea, tanquam vivifico ſucco fructificare facio, ac proinde ſicut palmites ſteriles ſunt à vite ſeparati, ita vos ſimiles eritis, ac ſine fruge juſtitiæ à me ſejuncti. D. Proſper Epiſt. 84. *Non convincitur palmes elatus, quod omni fertilitate vacuatur, ſi vitis ubertate non alitur? Quis enim ſine auxilio gratiæ fructus poteſt afferre juſtitiæ, aut quis audet dicere ſe à Chriſto non dividi, qui Chriſtum in ſe diffitetur operari?*

Totus juſtitiæ fructus ex Dei gratia eſt. D. Proſper.

53. Ait anima Sancta: *Veniat dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructus pomorum ſuorum.* Cantic. 5. num. 1. Invitat anima ut comedat dilectus fructus ſuos, *ut comedat fructus pomorum ſuorum.* Anima ſancta habebat vineam ſuam. *Vinea mea coram me eſt.* Cantic. 8. num. 12. habebat & hortos. Ibidem: *Quæ habitas in hortis*, num. 13. Cur ergo non petit à dilecto. Veni & comede fructus de vinea mea, de horto meo; ſed tantum petit, ut comedat fructus pomorum ſuorum? Optimè ſciebat Anima Sancta, quod Deo optimo Maximo tantum illi fructus placent, & ſuaves ſunt ad guſtum, qui ſunt de horto, ac pomario illius irrigati è ſupernis aquis divinæ gratiæ. Philo Carpatius. *Propterea, ait, in hortum ſuum vocatur ſponſus à ſponſa ad ſuos fructus edendos, ut oſtendat nihil inter ſe habere disjunctum nihil ſeparatum, nihil diſſonum, utque illud nos ſalutariter admoneat omnia bona noſtra ex ipſius gratia provenire, nihilque boni ſponſæ ineſſe, quod non ab ipſius ſponſi largiſſimo bonorum omnium fonte emanavit id, quod ipſe teſtatur, ſine me nihil poteſtis facere.*

Cantic. 5. Cantic. 8. *Omne noſtrum bonum ex Deo eſt.* Phil. Carp.

54. Ait Paulus ad Galatas 6. num. 8. *Qui ſeminat in carne ſua de carne & metet corruptionem, qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam.* Ubi maximè ponderanda eſt arguta Apoſtoli locutio, magnúmque diſcrimen, quod conſtituit inter carnis, ſpiritúſque ſemen; nam cum de carne eſt ſermo, ait; *qui ſeminat in carne ſua*: ſuam appellat eam. At verò cum ad ſpiritum convenit ſermonem, ſolum ait, *qui ſeminat in ſpiritu.* Et non addit ſuum, ut in carne; Cur ergo ait in carne ſua, non vero in ſpiritu ſuo, ſed tantum in ſpiritu? Opera iniqua, & parva, quæ quilibet operando ſeminat, à carne ſua, ab appetitu ſuo prodeunt, & exeunt; at opera ſancta quæ ad vitam æternam conducunt, non à ſpiritu hominis, ſed Dei proveniunt, & naſcuntur, à cujus flatu, ac inſpiratione omne opus bonum eſt in nobis. D. Hieronymus: *Illud etiam, ait, pariter obſervandum, quod qui ſeminat in carne, cum additamento ſuæ carnis ponitur, qui autem ſeminat in ſpiritu, non dicitur in ſpiritu ſuo, ſed ſimpliciter in ſpiritu, qui enim bona ſeminat, non in ſuo quippiam, ſed in Dei ſpiritu ſeminat, de quo & vitam æternam eſt meſſurus.*

Galat. 6. *A Dei ſpiritu, & gratia omnis bona operatio.* Hieron.

55. Decantat ſponſa. Cantic. 1. num. 16. *Lectulus noſter floridus.* Cui ſtatim reſpondet ſponſus. *Ego flos campi.* Quid eſt, quod dum ſponſa dicit, quod ejus lectulus, ſeu anima ſit floribus plena, ipſe reſpondet quod ſit flos campi, veluti ejus ſententiam corrigens, quod nempe ſi lectulus, ſeu anima ejus eſſet virtutum floribus reſperſa, hoc tantum naſci, & pullulare non ab ipſa anima ſancta, ſed à ſponſo, qui eſt flos campi floſque omnium univerſorum, qui per ſuaviſſimum ſuæ gratiæ odorem cuncta ditat, & replet. D. Bernardus proximè datus ſermone 47. in Cantic. *Ad hoc reſpicere puto, ait, quod ſponſa de reſperſis lectulum floribus commendarat. Ne enim ſibi flores adſcriberet illos, quibus lectulus decoratus, & venuſtatus thalamus videbatur, infert ſponſus deeſſe florem campi, nec de thalamo ſanè prodire flores, ſed de campo, & ſuo munere, & participationi fieri, quod renidet, & quod redolet.*

Cantic. 1. *Nullus ſibi, ſed Deo bona attribuat.* D. Bernard.

Joan. 15 *n.* 15. Ego ſum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum quia ſine me nihil poteſtis facere.

Num. 6. Si quis in me non manſerit mittetur foras, ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.

VERSIONES.

Franc. Luc. n. 5. Ego enim ſum vitis.

D. Chryſoſt. ſer. de Pentec. Ego ſum vinea, vos palmites.

D. Hilar. in Pſal. 51. Ego ſum vitis, vos eſtis propagines.

Syriacus. Qui permanet in me, & ego in eo, iſte adfert fructus quamplurimos.

Arabic. Et qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum plurimum, & ſine me non poteſtis quicquam facere.

Origen.

Origenes. Extra me nihil poteſtis facere.

Syriacus. n. 6. Niſi vero quis in me permanſerit, projicitur foras inſtar palmitis areſcentis, & collectores conjiciunt eum in ignem, ut comburatur.

Arabicus. Si non manſerit aliquis in me expellitur, & ſicut palmes, qui areſcit, accipient enim illum: & in ignem mittent, & ardebit.

Euthym. Niſi quis in me manſerit, ejicietur foras ſicut palmes, & exareſcet, & colligent eos, & in ignem conjicient, & ardebunt.

Græcus. In ignem ejectus eſt.

EXPOSITIO. III.

56. EGo *ſum vitis.* Apertè nunc accommodat Dominus ſimilitudinem parabolæ ad ſe diſcipulóſque ſuos, ideóque cùm ſe antea vitem dixiſſet, nunc ſe iterum vocat. Rupertus. *Idcirco repetivit, quod jam antea dixerat*: ut clarè, & manifeſtè exprimat, quod per palmites intelligeret, quod nondum fecerat; *vos palmites.* Similes palmitibus, qui vivificantur à ſucco vitis, à qua ſi ſeparati, omnino ſunt ſteriles, *Qui manet in me, & ego in eo.* Ut fructum afferas, neceſſe eſt ut detur hæc mutua conjunctio, ac unio, ut tu maneas in Chriſto, & Chriſtus in te, tu in Chriſto fide, ac dilectione, & Chriſtus in te communicatione ſuæ gratiæ, ut explicat Franc. Lucas. *Hic fert fructum multum.* Primum argumentum poſuit Dominus à ſterilitate operum, nunc hic ſecundum ponit à fœcunditate, quod ſcilicet qui in eo ſunt, multum fructum bonorum operum, ac meritorum edent.

Rupert.

Franc. Luc.

57. *Quia.* Aſſignat cauſam: quare ſolus ille, qui manet in Chriſto, & Chriſtus in eo fert fructum. *Sine me nihil poteſtis facere.* Non ait Chriſtus, ſine me nihil facile, nihil magnum poteſtis facere, ſed ſimpliciter nihil nec magnum, nec parvum, nec facilè, nec difficilè poteſtis facere, ut rectè notavit hic D. Auguſt. tract. 81. in Joan. & lib. 1. de gratia Chriſti, cap. 29. unde juſtiſſimè Concilium Milevit. & Arauſican. damnant Pelagianos aſſerentes: à Deo habemus, quod homines ſimus; ſed à nobis quod juſti ſimus. Hoc impium aſſertum repugnat cum tota Sacra Scriptura 1. Cor. 4. num. 7. *Quid autem habes, quod non accepiſti.* Ad Philippenſ. 2. num. 13. *Deus eſt enim, qui operatur in vobis velle, & perficere,* & multis aliis. Unde rectè contra Pelagian. concludit D. Auguſtinus tract. 21. *Qui à ſemetipſo ſe ferre fructum exiſtimat, in vite non eſt; qui in vite non eſt, in Chriſto non eſt, qui in Chriſto non eſt, Chriſtianus non eſt.*

D. Auguſt.

Conc. Mil. & Arauſ.

1. Cor. 4. Philip. 2.

D. Aug.

58. *Si quis in me non manſerit.* Tertium argumentum ponit Dominus à gravitate pœnæ. *Si quis in me non manſerit,* ait per fidem ſcilicet Charitate formatam, *Mittetur foras ſicut palmes*, inutilis. & frugifer. *Et areſcet.* Siccus erit, & omnem ſuum vigorem perdet. Ait Chriſtus, quod ea evenient iis, qui in illo non manent, quæ palmiti infructuoſo contingunt. Palmes infructuoſus foras mittitur, & areſcit omni ſucco vitis privatus, hominéſque colligunt eum, & in ignem conjiciunt, idem evenit homini Chriſtiano, qui Chriſto per fidem, & charitatem non adhæret; foras mittitur, areſcit, flammiſque tartareis traditur, in ignem mittitur, & ardet æterna pœna. Arabicus habet: *Ardebit*; ponitur præſens pro futuro: ſicut etiam *mittetur foras*: aliqua exemplaria Græca habent *Ejectus eſt foras*, de hoc tamen latius quæſt. 10.

Arab.

Græcus.

QUÆSTIO IX.

Quare Dominus ſe viti comparat, ſuos verò fideles, palmitibus?

IAm latè explicavi quæſt. 1. Cur Dominus ſe viti aſſimilaverit, quæ videnda ſunt; nunc verò exactius de hac combinatione eſt præſens quæſtio, ad quam nobis Dominus præbet motivum, ſe iterum vitem appellando. 59.

Reſpondet primò Divus Auguſtinus tract. 81. 60.
in Joannem, hic ait. *Manete in me, & ego in vobis. Non eo modo illi in ipſo, ſicut ipſe in illis: utrumque autem prodeſt, non ipſi, ſed illis; ita quippe in vite ſunt palmites, ut viti non conferant, ſed inde accipiant, unde vivant; ita vero vitis eſt palmitibus, ut vitale alimentum ſubminiſtret eis, non ſumat ab eis, ac per hoc, & manentem in ſe habere Chriſtum, & manere in Chriſto diſcipulis prodeſt utrumque, in Chriſto.* Palmes à vite magnum habet emolumentum, ab ea enim ſumit alimentum, quo vivit, & fructificat; at verò ſi præſcinditur à vite, in ignem projicitur. Sed vitis qualiſnam ſine palmite ſua radice viret, ac floret, & ſuccreſcit? amiſſi palmitis loco alius generoſior emergit. Homo veluti palmes eſt; ſi Deo adhæret, in uberes gratiæ fructus germinat, ſi ab eo abſcinditur ad gehennæ ignem vadit? At Deus qui in vite ſignificatur, illo abſciſſo nullum habet damnum, imo ſua ineffabili providentia ad implendam ruinam alium ſublimiorem in illius loco vendicat. Ad ſponſæ pulſans oſtium clamat dilectus. *Aperi mihi ſoror mea, quia caput meum plenum eſt rore.* Canticor. 5. num. 4. per rorem Dei gratia, ac cœleſtia bona communiter interpretantur Doctores, pulſat Chriſtus ad oſtium ſponſæ Synagogæ, & noluit aperire, ac ipſum recipere; cui damnum Synagogæ nempe, nam ſine Chriſto in omni malo detenta manſit: at Chriſto nullum damnum, nam inde abiit, & converſus ad gentes, ibi copulavit ſibi novam Eccleſiam puram, & ſanctam, non habentem rugam, nec maculam, ubi in millibus Sanctorum exultat. Gilibertus ſerm. 42. in Cantic. alludens ad Judæorum defectionem. *Aperi mihi, ait, quia caput meum plenum eſt rore, &c. Refrigeſcet in Judæa charitas, jam tranſmigratio ſit juxta Scripturam ad gentes; illi miſſum eſt verbum ſalutis, ſed repulit illud, indignum ſe judicans æternæ vitæ; excluſus ſum ab ea, tu aperi mihi; quia caput meum plenum eſt rore.*

Auguſt.

Multum malum habet homo ſi à Deo recedit, Deus verò nullum

Cant. 5.

Gilibert.

Secundò, Chriſtus viti, diſcipuli palmitibus aſſimilantur. Magna differentia eſt inter vitem, & 61.

& palmites. Nam vitis valdè humilis, ac deformis jacet humi; at palmes omni viriditate creſcit, & exurgit, foliis veſtitur, germinat in flores parturit in fructus, omnique divitiæ elegantia exornatur; inde Chriſtus vitis, diſcipuli palmites, nam Chriſtus ſibi omnem humilitatem reſervavit, nobis verò omnem honoris, ac dignitatis pulchritudinem, ac elegantiam conceſſit. De Chri-

Matth. 4.

ſto ſubdit Matth. 4. n. 2. *Cum jejunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit.* Jejunarunt Moyſes, & Elias quadraginta diebus, & non ſcribitur de eis quod eſurierint, quam quæſtionem tractavi tom 1.lib. 5.c.3.q.9. Cur fame laborat filius Dei jejunans, non verò Moyſes, & Elias; fame premi, humilitas, ac miſeria naturæ humanæ, à penuria verò alimenti eſſe immunem, magna nobilitas, ac excellentia, quod ergo erat excellentiæ famis anguſtia non vexari, ſuis ſervis conceſſit Jesus; eſurire verò quod humilitatem ferebat, ſibi aſſumpſit.

Jeſus nobis dat magna, ſibi humilia retinet.

Eodem tempore, quo Herodes occidebat pueros in Bethleem, Matth. 2. num. 16. Chriſtus fugiebat in Ægyptum, quod ponderans Divus Leo ſerm. de Epiphania, ait: *Innocentes aſportantur per manus Angelorum in ſinum Abrahæ, ipſe verò humili aſello deſcendit in Ægyptum.* Cur eodem tempore pueri aſcendunt per manus Angelorum, ipſe verò deſcendit in tam abjecto animali; celſitudinem aſcendendi magno applauſu, ac triumpho per manus Angelorum ſuis concedit, humilitatem verò deſcendendi tam vili animali ſibi retinet.

Matth. 2. Leo.

62. *Innovandum in vita ad fructus gratiæ faciendos.*

Tertiò: Palmes ut germinet, ac producat pingues fructus, neceſſe eſt ut antiquis amputetur, ac expurgetur, & tunc loco illius alius generoſior exurgit, & magnos parturit fœtus; ſic & illi veræ viti Chriſto adhærent, in præclaroſque virtutum fructus prodeunt, qui depoſita antiqui hominis vetuſtate, in novitate vitæ ambulant. De filiis Eccleſiæ canit Regius Vates, Pſalm. 127. num. 3. *Filij tui ſicut novellæ olivarum,* Non combinantur filii Eccleſiæ olivis, ſed novellis olivarum, qui exuta vetuſtate novis vitæ luminibus fulgent. D. Chryſoſtomus homil 4. in epiſt. ad Epheſ. *Filii enim tui*, ait Scriptura, *ſicut novellæ olivarum in circuitu menſæ tuæ. Nihil hic vetuſtum, nihil immite, nihil acerbum. Tales novæ plantulæ ad proferendam bonam frugem, fructúmque ſanè quàm admirabilem accommodæ ſunt.*

Pſal. 127. Chryſoſt.

63 Præpoſitus pincernarum ſic Joſeph narrat ſuum ſomnium: *Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines, creſcere paulatim in gemmas, & poſt flores uvas matureſcere, calicémque Pharaonis in manu mea. Tuli ergo uvas, & expreſſi in calicem quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni.* Geneſ. 40. num. 10. & 11. Quod audiens Joſeph ait illi eſſe vitæ augurium, reſtitutionis in ſuum priſtinum officium indicium, Regibus, ac principibus vetera, & antiqua vina ſolent exhiberi, quomodo ergo hic miniſter uvas accipit, in poculo exprimit, & ad propinandum Pharaoni præbet, quomodo hoc poculum ex turbido, ac ferventi muſto, quod ſæpè mortem hominibus generat; potuit hic eſſe auſpicium vitæ? D. Antonin. 1.p.tit. 5.de tribus noviſſimis cap.1. §. 9. exiſtimat, quod tres propagines ſignificant tres ordines in Eccleſia, qui Chriſto tanquam palmites adhærent, & hi ſunt Prælati activi, & contemplativi. Ad myſterium Eccleſiæ Chriſti hoc referebatur; inde vinum novum profertur, quia in Eccleſia illi vivificantur, ac auſpicium vitæ habent, ut novos fructus faciant, qui abjecta omni vetuſtate, novitatem amplectuntur ut novo greſſu, novóque modo in Chriſto vivant.

Geneſ. 40. D. Anton.

In novitate vitæ ambulandum.

64. Ait Deus Jeremiæ 1 n.18. *Dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum.* At Iſai. 16.n.11. *Venter meus ad Moab quaſi cythara ſonabit, & viſcera mea ad murum cocti lateris.* Quæ ultima verba legit Nicetas in Nazianz. orat. 43. *Et præcordia mea quaſi murus, quem innovaſti.* Explicatur fortitudo Jeremiæ, explicatur & fortitudo Iſaiæ: Jeremiæ exprimitur muro æneo, Iſaiæ verò latere cocto; nunquid fortior erit Jeremias? minimè; quomodo ergo murus cocti lateris? poterit adæquari cum muro æneo? Perpende, quod pro muro cocti lateris, legitur innovatus; ita fortis eſt ad reprimendum impetum hoſtium inviſibilium, ac murus æneus. D. Nazianz. orat. 43. *Innovatur*, ait *etiam apud alium Prophetam murus æneus, hoc eſt, ni fallor, anima firma, & aurea, recénſque ad pietatem compacta.*

Jerem. 1. Iſai. 16. Nicetas.

Cum vitæ novitate omnis fortitudo.

Nazianz.

Quæstio X.

Quare dicitur, quod palmes mittendus foras ac in ignem ardet, cum potius videbatur dicendum de futuro ardebit?

Ait Chriſtus Dominus: *Si quis in me non manſerit* (per fidem charitate formatam) *mittitur foras ſicut palmes* (inutilis ac infrugiferus) *& areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.* Ubi quinque pœnæ aſſignantur eorum, qui in Chriſto vite non manſerint. 65.

66. Prima pœna: *Mittetur foras*, hoc eſt à Deo, Chriſto, à cœlo, & conſortio Angelorum, ac Sanctorum ſeparabitur. Secunda, *Areſcet*; nam peccator omninò à Chriſto ſeparatus, areſcit totaliter, & amittit omnem virorem, humorem fidei, & gratiæ. Tertia. *Colligent eum*, denotatur reprobos in faſces colligendos, ut in ignem projiciantur, ut dicitur in parabola, Matt. 13. num. 41. Quo etiam innuitur in eis ligandam fore voluntatem, rationem, & libertatem humani arbitrij, exinde nil boni velle, aut facere valeant. Quarta, *In ignem mittent*, id eſt in gehennam igne, & ſulphure ardentem, ubi in perpetuum durat caliginoſus tormentorum fumus. Apoc. 14. n. 11. Quinta, *Ardet* in perpetuum.

Quinque pœnæ aſſignantur non manenti in Chriſto.

Matth. 13. Apoc. 14.

67. Quæſtio præſens eſt, cur, *ardet*, in præſenti: nam tota hujus verſiculi periodus eſt in futuro. *Si quis in me non manſerit*, in futuro *Mittetur foras*, in futuro, *Areſcet*, in futuro. *Et colligent eum*, in futuro. *Et in ignem mittent*, in futuro *Et ardet*, in præſenti. Nam juxta totius ſententiæ contextum, neceſſario videbatur dicendum in futuro, *ardebit*. Cur hic mutatur ſtylus, & non dicitur, ardebit conſequenter ad reliqua verba ibi poſita, ſed, *ardet*, in præſenti?

Difficultas quæſtionis.

68. Reſpondet hic primo Cardinalis Toletus in comment. *Ardet*, ait, unico verbo duo exprimuntur. Unum eſt vehementia ignis hujus, ut enim palmes poſtquam aruit, igni immiſſus, citiſſimè ardet, ut non tam verè dixeris, ardebit, quam ardet; ita mali immiſſi ardent. Tanta eſt enim vehementia illius ignis,

Tolet. *Vehementia ignis inferni denotatur.*

ut ſine mora ardeat, nam ſolet ignis lentus ca-
lefacere ligna prius, quam inflammare, ut ardeat:
at quando vehementiſſimus eſt, ſtatim ardent,
ſicut & ſicca ardere ſtatim etiam ſolent: hæc ve-
hementia ſignificatur verbo præſenti; Alterum
eſt duratio; ardet ſine fine, non ad tempus, ſed in
Iſai. 66. perpetuum Iſai. 66 n. 24. *ignis eorum non extingue-
tur. Hæc ille. Secundò communiter expoſitores
Janſen. Maldon. Barradas. Arab. Janſen. Maldonat. Barradas dicunt quod ponitur
præſens pro futuro. Ardebit, ut legit Arabicus,
lectio noſtræ vulgatæ præferenda eſt. Idcò ter-
tiò. Ponitur verbum temporis præſentis, ut indi-
cetur ignis æternitas, in quo ſemper miſer pal-
mes ardet.

69. Quartò & moraliter, dicitur ardet de præ-
ſenti, ut tenaci impreſſione hæreat memoriæ
horror illius ſuſtinendæ pœnæ, ut quæ poteſt ar-
dere, jam ardere videatur; idcirco variatur ſtylus,
ut homo peccator pro alta cogitatione pœna-
rum, de gehennæ minis jam horrore concepto
præmaturè ardeat, ut ex ipſa cogitatione tam fixa
in mente purificetur conſcientia, ut ex tali appre-
henſione emendatus homo pœnas tartareas eva-
dat *Dominus deducit ad inferos, & reducit*. 1. Reg.
1. Reg. 2. 2. n. 6. Dominus deducit ad inferos per quandam
deductionem imaginariam, ſeu per conſideratio-
nem pœnarum, quæ ibi in damnatis infliguntur,
& inde ex hac cogitatione reducit, ac liberat ho-
Gregor. minum animas. D. Gregor. ibi *Deum ad inferos
ducere: ait, eſt peccatorum corda æternorum crucia-
tuum conſideratione terrere: reducere, eſt terreas pœ-
nitentium mentes ſpe vitæ indeficientis attollere. Tunc
quippe peccare deſinimus, cum futura tormenta for-
midamus.*

70. Thren. 1. Ait Jeremias Threnor. 1. n. 13. *De excelſo miſit
ignem in oſſibus meis, & erudivit me: expandit rete
pedibus meis, convertit me retrorſum: poſuit me
deſolatam: tota de mœrore confectam.* Ubi nos ha-
Chaldæus. bemus. *Convertit me retrorſum.* Chaldæus vertit.
Vertere me fecit deorſum. Quiſnam eſt iſte ignis,
Conſideratio ignis inferni gymnaſium virtutis. per quem eruditur Propheta, ac convertitur re-
trorſum? Per hunc ignem cælitus miſſum in oſſa
myſticè intelligitur gehennæ ignis, per cujus
aſſiduam meditationem, ac pium horrorem con-
ceptum, in viſceribus animę impreſſum, homo
mentem vertit retrorſum, ac deorſum: & ſic
ſcintillat, ac illuminat, ut hominum ad pœni-
tentiam, ac ad omnes ſanctitatis fructus erudiat.
Paſchaſ. D. Paſchaſius ibi: *de excelſo miſit ignem in oſſibus
meis, & erudivit me*, &c. *Porro anima*, ait, *peccatis
obnoxia dum pro ſuis iniquitatibus à Domino non-
nunquam corripitur ad ſe interius rediens, dum
ſalubri dolore compungitur, quaſi de excelſo in
ſuis oſſibus, ac ſi medullarum cogitationibus, ignem
veniſſe non dubitatur, pro quo divinitus attracta ca-
ſtigatur, & eruditur diſciplinis divinis. Et quia
ſentit retia doctrinarum Dei coram pedibus expanſa,
vadit retrorſum abſtinendo ſe ab illicitis, luxum
voluptatum priſtinum, & concupiſcentias in lachry-
mas convertit.*

Joan. 15. *n.* 7. Si manſeritis in me, & verba
mea in vobis manſerint: quod-
cumque volueritis petetis, &
fiet vobis.

Num. 8. In hoc clarificatus eſt Pater
meus ut fructum plurimum
afferatis, & efficiamini mei
diſcipuli.

VERSIONES.

Syriacus n. 6. Sed ſi manſeritis in me, &
ſermones mei permaſerint in
vobis: quidquid volueritis
poſtulare, fiet vobis.

Arabic. Si vos manſeritis in me, & ſermo
meus manſerit in vobis,
quodcumque petieritis fiet.

Vatablus. Quicquid volueritis, petetis,
& obtinget vobis.

Arabicus n. 8. Et in hoc glorificabitur Pa-
ter meus.

Syriacus, Pagnin. In hoc glorificatus eſt
Pater, ut fructus multos adfe-
ratis, & eritis diſcipuli mei.

Euthym. Theoph. Ut fructum copioſum
afferatis.

EXPOSITIO IV.

QUARTO utitur Dominus argumento ex
magna promiſſione facta. *Si manſeritis in* 71.
me, per fidem meam, *& verba mea in vobis
manſerint*, dilectione ac eorum operatione,
nam ut notat D. Cyrillus lib. 10. in Joan. c. 18. Cyrill.
*Fieri poteſt ut in Chriſto maneas, & verba ejus in te
non habeas*: Nam homo adhæret, & manet in
Chriſto fide, ſi non habet charitatem, & ope-
rum adimpletionem, verba Chriſti in eo non
manent, quod etiam docet D. Auguſt. tract. 81. Auguſt.
in Joan. & ſubdit. *Quando autem verba ejus ma-
nent in memoria, nec inveniuntur in vita, non com-
putatur palmes in vite, quia vitam non trahit ex ra-
dice.* Nota quod ait, *ſi manſeritis in me.* Seu ut
legit Syriacus: *Si permanſeritis.* Verbum perma-
nendi quandam perſeverantiam dicit in mandato- Syriacus.
rum cuſtodia. *Quodcumque volueritis.* Vox hæc
Dei bonitatem, ac potentiam maximè commen-
dat, quia omnia petita ſuis dare poteſt, & vult;
reſtringenda tamen eſt, ut petant juxta Dei vo-
luntatem, ac formam præſcriptam Matth. 6.
num. 9. *fiat voluntas tua*: ut nihil petant, niſi Matth. 6.
id quod Deo eſt gratum, ac id quod ad ſuam &
proximorum ſalutem ſpectat. D. Cyrill. citat.
Non eſt enim par, ait, *ut qui manet in Chriſto*, D. Cyrill.
*& mandata ejus ſervat, ei quidquam petat quod
Deo non placet.* Et D. Auguſt. *Manendo quippe
in Chriſto, quid velle poſſunt, niſi quod conve-* Auguſt.
nit Chriſto, Palmes enim in vite exiſtens, ſi
quid petere poſſet, nihil aliud peteret, niſi
conſervari in vite, ejuſque fluxu uvas pro-
ducere; talia ſi juſti petant conſervari in
Chriſti gratia, ac bona opera efficere, impetra-
bunt.

In hoc clarificatus eſt: ſeu glorificatus. Po- 72.
nitur præteritum pro futuro, ſeu præſenti, ut
notant Euthym. Janſen. Maldonat. Barradas, Euthym. Janſen. Maldon.
quia tam certo dicit futura, ac ſi eſſent præ-
terita, vel præſentia. Rupertus, Hugo ſic Rupert.
hæc connectunt cum ſuperioribus. Si fructifi- Hugo.
catio pertinet ad gloriam Patris: non contem-
net Pater gloriam ſuam, ſed faciet quod peti-
tis utile ad fructum hunc multum aſſequen-
dum. Tamen communiter interpretantur Tolet. Tolet.
Franc.

Franc. Luc. Cornel. Franc. Lucas, Cornel. dicunt eſſe quintum argumentum quo Chriſtus ſuadet ſeu ut ait Euthym. exhortatur ſuos Apoſtolos; ut in ejus dilectione maneant, cum hoc maximè ceſſurum ſit ad magnam Dei gloriam, & ait: *In hoc*, ut maneatis in me per fidem, & charitatem, qui eſt totus ſcopus hujus parabolæ: *clarificatus eſt Pater meus.* Seu glorificabitur, qui natura ſua ſemper eſt glorioſus; in hoc ejus laus & gloria celebrabitur, prædicabitur, ac manifeſtabitur, *ut fructum plurimum afferatis*, tanquam palmites fœcundi, ac fructus pleni bonis operibus, ac converſione gentium, & populorum; *Et efficiamini mei diſcipuli.* Syriac.
Syriacus. Pagnin. Pagnin. *Et eritis diſcipuli mei.* Si permaneatis in mea fide ac dilectione, ac prædicatione totius univerſi deſtruentes idololatriam, & omnes ad verum cultum adducentes, in hoc erit magna Deo gloria, & Diabolo multa ignominia.

QUÆSTIO XI.

Quare Pater dicitur glorificatus, cum plurimus fructus affertur?

73. AIt Chriſtus Dominus: *In hoc clarificatus, ſeu glorificatus eſt Pater meus, ut fructum plurimum afferatis.* Quæ verba interpretatur N. D.
Cyrill. Cyril. Alexand. lib. 10. in Joan. c. 19 quod Pater dicatur glorificatus in filij ſui Incarnatione, ac morte, ex quo factum eſt, ut homines fierent ejus diſcipuli, & ampliorem redderent fructum quam
Chryſoſt. ij, qui in lege erant. D. verò Chriſoſt hom. 75. nempe in hoc lætatur Pater meus, quod fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei diſcipuli.

74. At genuinus, & germanus ſenſus eſt; ut hæc glorficatio ſit fides, cultus, & honor exhibitus à tot, ac tantis gentibus converſis ad verum Deum,
D. Auguſt. ejúſque fidem. Ita D. Auguſt. tract. 81. in Joan.
Alb. Mag. Albert. Magn. *Glorificatur non in ſe, ſed in membris*
Theoph. *ſuis.* Deus Pater pro gloria ſua habet converſio-
Deus pro gloria habet converſionem gentium. nem gentium. Theophyl. *Fructus enim*, ait, *Apoſtolorum ſunt gentes, quæ per doctrinam illorum ad fidem ſunt adductæ, factæque ad gloriam Dei.*

75. Deus noſtris bonis operibus laudatur, glorifi-
Matth. 5. catur, ac benedicitur. Matth. 5. num. 16: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra, & glorificent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt.*:
1. Petr. 4. 1. Petr. 4. num. 11. *Si quis loquitur quaſi ſermones Dei: ſiquis miniſtrat tanquam ex virtute quam adminiſtrat Deus, ut in omnibus honorificetur Deus*
Zac. 10. *per Ieſum Chriſtum.* Et per Zachariam dicitur 10. num. 3. *Poſuit eos, quaſi equum gloriæ in prælio.* Hinc
Cyrill. Alex. ait Clem. Alexand. lib. Stromat. *Vna eſt omnibus præcipua gratia relatio, ea facere quæ Deo ſunt optima. Nam tanquam proprij fœtus, & in aliquo cognati effectus magiſter, & ſervator accipit utilitates, & correctiones hominum ad propriam gratiam, & honorem.*

76. Ait Apoſtolus 1. Corinth. 6. num. 20. *Glorifica-*
1. Cor. 6. *te, & portate Deum in corpore veſtro.* Quid eſt glo-
Qui rectè operatur Deum glorificat. rificare, & portare Deum in corpore? Quomodo hæc duo conjunguntur? Miro ſanè modo. Nam ille portat Deum in corpore ſuo, qui in ſuis actionibus oſtendit Deum, & ſe vivere ſecundùm Dei legem, & tunc Deum glorificat, & exaltat, & omnes allicit ad Dei laudem, & gloriam decantandam.
Theodor. Theodoret. *Oportet ergo vos*, ait, *& per corpus, & per animam ipſum glorificare, illa facientes, & dicentes, quæ omnes linguas ad laudandum, boniſque verbis proſequendum moneant.*

Decantat Regius Vates Pſal. 29. n. 1. *Exaltabo* 77.
te Domine quoniam ſuſcepiſti me Quomodo homo Pſal. 29.
miſer, & humilis poteſt Deum exaltare, qui excelſus eſt ſuper omnes gentes, & ita immenſus ut omnem locum impleat. quomodo ergo exaltandus? *Quoniam ſuſcepiſti me.* Gratia, & auxilio tuo *Deus noſtris operibus exaltatur in oculis hominum.*
ut rectè viverem ſecundùm tuam legem, ut à multis tentationibus, ac periculis immunis, & liber exirem; ut cuncti hæc videntes decantent, prædicent, ac laudent gloriam tuam. D. Baſil. ibi D. Baſil.
Quomodo is, ait, *qui in altiſſimis habitat, exaltatur ab iis, qui humilem ſortiti ſunt locum? Si enim Deus in cœlo ſurſum, & in terra deorſum, quonam pacto queas exaltare?* Reſpondet ipſe: *An quod fortè ab iis dicitur exaltari, quia quæ magna, & quæ nihil Deum dedecent intellectu, & cogitatione apprehendunt, & vitam omnem ad unius Dei gloriam componunt, hi Deum exaltant.*

Ait Deus per Ezechielem 20. num. 40. *In ter-* 78.
ra in qua placebunt mihi, ibi quæram primitias ve- Ezech. 20.
ſtras, in odorem ſuavitatis ſuſcipiam vos. Et ſubdit num. 41. *Sanctificabor in vobis in oculis nationum:* Deus ipſe ſanctus eſt per eſſentiam: Quomodo ergo dicitur, quod ſanctificabitur in eis; in oculis nationum, cum hoc non legamus dictum, cum tot tantaque portenta operatus fuiſſet in Ægypto. Cur ergo hic quod ſanctificabitur in eis in oculis nationum? Vide quod ait: In terra in qua placebunt mihi, in qua rectè operabunt viventes juxta legem meam offerentes ſacrificia; tunc ſanctificabor in vobis in oculis omnium nationũ, ut ibi explicat Prado. Nam veſtra viven- Prado.
di ratio, & inſtitutum pluſquam humanum meam *Noſtra bona vivendi ratio Dei ſanctitatem prædicat.*
bonitatem, & ſanctitatem prædicabunt apud omnes nationes, magis quam egregia illa portenta Ægyptiacæ redemptionis tranſitus maris rubri, & alia. Divus Gregor. Nyſſenus lib. de orat. Do- Nyſſen.
minica, orat. 3. *Quis autem adeò eſt ferus*, ait, *& rationis expers, quiſi inter eos, qui Deo crediderant, videat vitam puram, quæ per virtutem exigitur, ab omnibus peccati inquinamentis vacuam, atque puram, ab omni ſuſpicione mali alienam, temperantia claram, prudentia gravem, fortem, & firmam adverſus affectuum, & perturbationum impetus, & incurſus; quis igitur ſi talem videat, nomen quod ab ejuſmodi vita invocetur, non glorificet?*

E contra verò per peccatores nomen Dei in- 79.
honoratur, quod probat Paulus Roman. 2. n. 24. Rom. 2.
adducens illud Iſai. 52. num. 5. *Dominatores ejus* Iſai. 52.
inique agunt, & jugiter tota die nomen Dei blaſphe- Nyſſen.
matur. Divus Gregorius Nyſſen. citata orat. 3. Vltimum verbum, *blaſphematur*, legit. *Malè audit* Chryſoſt.
inter gentes. Quem locum expendit D. Chryſoſt. homilia 14. cum eſſet Presbyter deſignatus. *Mala beſtia*, ait, *eſt peccatum non quidem in conſerva corpora malum proferens. ſed in ipſam Dei gloriam effundens malitiam.* Propter vos, inquit, nomen meum convitiis afficitur inter gentes.

QUÆSTIO XII.

Quare Apoſtolis, qui jam diſcipuli Chriſti erant, dicitur, ut efficiantur ejus diſcipuli?

80. Euthym. *Diſcipulus imitator magiſtri.*

APoſtoli jam erant affecti Chriſti diſcipuli, cur ergo eis dicitur à Domino *efficiamini mei diſcipuli.* Quaſi nondum eſſent effecti? Communis ſolutio eſt quod ipſi jam erant Chriſti diſcipuli, veluti Novitij, ac imperfecti credendo, & amando efficiendi erant conſummata, & ultimata perfectione afferens multum fructum in converſione gentium, ac populorum ad fidem Chriſti, ac cultum Dei. Euthymius *Qui fructum,* ait, *affert copioſum hic perfectus efficitur Chriſti diſcipulus.* Secundò, *efficiamini mei diſcipuli,* id eſt imitatores mearum virtutum, qui enim alium imitatur, diſcipulus ejus efficitur per imitationem, nam diſcipuli eſt magiſtrum imitari. Apoſtoli autem zelo animarum perfectè Chriſtum ſunt imitati, dum pro Evangelio vitam effuderunt uſque ad mortem.

81. Caietan. Tertiò, Caietan. *Benè nota,* ait, *quod de exiſtentibus jam diſcipulis ſuis, dicit: & efficiamini mei diſcipuli, ut intelligamus perſeverantiam manendi in IESV conſiſtere in continuò effici ejus diſcipulum, hoc eſt continuo profectus ſub diſciplina ejus.* Apoſtoli jam à multo tempore diſcipuli Chriſti ſub ejus ſchola erant, tamen ac ſi extranei à diſcipulatu eſſent, eos adhortatur, ut quod jam diu habebant, non tantum conſervent, ſed veluti novo virtutum augmento acquirant. Illi primi erant in Chriſtiana militia, tanquam ſi noviſſimi eſſent, eos adhortatur, ut ſemper ad majorem celſitudinem ſolerti quadam virtutis ambitione hient. In

Perfectionis ſtudioſus, denuo ambit incipere.

hac ſchola non ille, qui veteranus eſt, ſuper ſedeat, tanquam ſi jam ..ctum habeat, ſed ſi perfectionis diſciplinam auſpicetur ac ſi tunc viam incepiſſet; ut ſic in novo virtutis augmento incumbat, *hoc eſt in continuo profectu ſub diſciplina ejus.*

82. Eccleſ. 39. *Iuſtus in nullo virtutis opere quieſcit.*

Ait Eccleſiaſticus 39. n. 17. *Obaudite me divini fructus.* Et ſtatim addit. *Florete flores quaſi lilium.* Ad fructus dirigit ſermonem, ab eiſque petit ut germinent flores ſuos. Si ordo naturæ ſervetur, quælibet arbor producit flores, flores parturiunt fructus, & in ipſo edito fructu tota productio ſiſtit, & in hoc etiam ordine naturæ cernitur, quod fructus ita maureſcunt, ut etiam in putredinem deſinant. Hinc divinus Spiritus alto conſilio cum juſtis, ſeu virtutum fructibus loquens ab eis petit, ut à nova productione non abſtineant, ſed ſemper tendant ad novos fructus producendos, timentes ne ſi ceſſent in putredinem abeant. Ri-

Richard. chard. Victorin. lib. 2. de erudit. p. 1. c. 1. *Nonne,* ait, *ille, tibi in palatio ſuo florere videtur, qui de die in diem renovatur. In palatio ſuo ſedet, & floret, qui inter magna opera ſua, quæ libenter facit, adhuc majora, & meliora in corde proponit.*

83. Ezech. 47. *Ad nova ſemper iuſtus properat.*

Vidit Ezechiel. 47. n. 12. flumen. *In ripis ejus ex utraque parte omne lignum pomiferum, non defluet folium ex eo & non deficiet fructus ejus: per ſingulos menſes afferet primitiva.* Nota verbum, *per ſingulos menſes offert primitiva.* Virtutum arbor non ſeneſcit, ſed per ſingulos menſes primitiva, ac nova affert, & producit. D. Gregor. 22. moral. c. 2.

D. Greg. *Dum igne amoris,* ait, *excoquitur, ſemper in ſe ſervat claritatem pulchritudinis, quotidiana innovatione ferworis. Neſcit enim mens juſti per torporem veteraſcere, quæ ſtudet per deſiderium ſemper inchoare.* De quo plura tam in hoc tomo, quam ſuperioribus. Verb. *Virtus.*

Joan. 15. *n.* 9. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea.

Num. 30. Si præcepta mea ſervaveritis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego Patris mei præcepta ſervavi, & maneo in ejus dilectione.

Num. 11. Hæc locutus ſum vobis, ut gaudium meum in vobis ſit, & gaudium veſtrum impleatur.

VERSIONES.

Syriac. n. 9. Prout dilexit me Pater meus, ego quoque dilexi vos, permanete in charitate mea.

Arabicus, Pagninus. Sic ego dilexi vos.

Arabicus n. 10. Si enim præcepta mea.

Syriacus. Si præcepta mea cuſtodieritis, manebitis in mei ipſius dilectione, quemadmodum ego cuſtodivi præcepta Patris & permaneo in dilectione ejus.

S. Cyrill. Hieron. Sicut mandata Patris mei cuſtodivi, & obedio illi.

Arabic. n. 11. Hæc locutus ſum vobis.

Syriacus. Hæc locutus ſum vobiſcum.

Euthymius. Ut gaudium meum in vobis maneat, & gaudium veſtrum compleatur.

EXPOSITIO V.

SExtum proponit Dominus argumentum perſuadendi, ut in eo maneant. *Sicut* non 84.
æqualitatem dilectionis, ſed ſimilitudinem ſignificat. *Dilexit me Pater, ita ego diligo vos.* Noſter D. Cyrill. lib. 10. cap. 20. Dilexit me Pater dans D. Cyril.
poteſtatem faciendi miracula, ita ego vos diligo eandem poteſtatem communicans. Euthymius, dilexit me pater facientem voluntatem ſuam, Euthym.
ita ego vos diligo facientes voluntatem meam. At genuino ſenſu dicendum eſt cum D. Auguſt. tract. 82. in Joan. quod ſenſus eſt ſicut Pater dile- Auguſt.
xit me hominem, & meam humanitatem nullis præcedentibus ejus meritis, adunivitque perſonæ filij ſui, qui fuit ſummus amor, ſummáque dilectio erga illam ſanctiſſimam humanitatem præ aliis omnibus, ſine ullis ejus meritis, ut docet D. Auguſt. lib. 2. de peccatorum meritis, & remiſſi. Auguſt.
cap. 17. & lib. de corrept. & gratia, c. 11. Sic ſimili modo, ego vos, ait Chriſtus, Apoſtoli mei præ aliis omnibus hominibus gratis ſine ullis veſtris meritis dilexi, mihique, ac Eccleſiæ meæ univi; vóſque mihi veræ viti tanquam palmites copulati eſtis, ut ſalutiferum fructum in gentium converſione extendatis per totum mundum.

Manete

85. Auguſt. Cyril. Beda. *Manete in dilectione mea*, id eſt, date operam omni ſtudio, ut ſemper mea dilectione digni ſitis, ut explicant D. Auguſt. D. Cyril. Beda, ut quemadmodum hactenus vos dilexi, ita vos ſemper diligam. D. Auguſt. *Quid eſt ergo manere in dilectione mea, niſi manere in mea gratia.* Exhortatur ergo eos ne culpa, ac vitio ſuo ab ejus amicitia

Chryſoſt. excidant. D. Chryſoſt. *Hoc enim*, ait, *in veſtra eſt poteſtate.*

86. *Si præcepta mea ſervaveritis.* Hactenus hortatus eſt diſcipulos ſuos ad manendum in eo, nunc quid ad hanc manſionem neceſſarium ſit, & quid eam efficiat, explicat: *Manebitis in dilectione mea.* Diligatis me, ut eſt dictum. Obſervatio enim mandatorum cauſa eſt, cur in eo amore permaneatis, & vos etiam me diligentes oſtendatis. D.

Auguſt. Auguſt. *Vnde monſtratur, ut nemo ſe fallat docendo, quod eum diligat, ſi præcepta ejus non ſervat.* Et ait: *Sicut ego Patris mei præcepta ſervavi.* Sicut, non dicit æqualitatem, ſed quandam ſimilitudinem, ut

Rupert. notat Rupert. & alij communiter. *Patris mei præcepta ſervavi.* Se ipſum proponit eis in exemplum (nam hoc valdè efficax eſt) nam Patris præceptum uſque ad mortem ſervavi. *Et maneo in ejus dilectione.* Hoc eſt diligor ab illo; & illum diligo; ſic & vos præcepta mea ſervate, & manebitis in dilectione mea.

87. *Hæc*, quæ hactenus dixi, ad perſuadendum, ut vos maneatis in me, & ego in vobis, ad quod hoc eſt ſeptimum argumentum ex mutuo gaudio, *Vt gaudium meum*, quo ego gaudeo &, dele-

Auguſt. ctor, *in vobis ſit.* D. Aug. *Quid gaudium Chriſti in nobis, niſi quod dignatur habere de nobis.* Quid autem habere dignatur de nobis, niſi fidem & charitatem, ac alia bona opera, *& gaudium veſtrum.* Quo vos in me, & de me gaudetis, quòd ſcilicet mihi filio Dei, ac Salvatori mundi adhæreatis, ac conjungamini. *Impleatur* magis, ac magis augeatur, ac tandem perficiatur.

QUÆSTIO XIII.

Qualenam ſit hoc gaudium, de quo Chriſtus hic loquitur?

88. Ianſen. PRimo Janſenius in concordia c. 131. ſic explicat, *Hæc dixi vobis*, ut ſemper in vobis ſit gaudium, ſimile meo gaudio, quo ego gaudeo meâ Patre diligi; ita & vos mandata mea obſervantes gaudeatis, quod ſemper à Patre meo diligemini, & hoc gaudium veſtrum impleatur per meam reſurrectionem, ac miſſionem Spiritus ſancti; & deinceps cùm alia Dei dona amoris indicia videritis, & hic locus combinat cum eo,

Ioan. 17. quod Chriſtus dixit Joan. 17. *Hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in ſeipſis.*

89. Cyril. Alexand. *Mors, ac crux Chriſti gaudium ejus.* Secundò: Noſter D. Cyrillus Alexandrinus lib. 10. in Joan. cap. 21. de Chriſto, ſic ait: *Illa opprobria*, ſcilicet Crucis, *delicias ſibi eſſe putabat.* Et poſtea ſubdit: *quis ergo dubitabit delicias illi fuiſſe ſalutem hominum? Hanc enim voluntatem patris appellat. Hæc*, inquit, *vobis locutus ſum, ut gaudium meum in vobis ſit, ut illis ſolummodo lætari rebus velitis, quibus ego gaudeo.* Laboribus, periculis, ac morte pro hominum ſalute. Et deinde ait: *Veram enim, ſolidámque lætitiam illam tantummodo, quæ in Deo, eſt appellamus, qua etiam Jeſus gaviſus eſt. Hæc verò mundana umbra ſolummodò eſt, more ſomni devolvens.*

Tertiò: D. Chryſoſt. hom. 76. *Vt gaudium meum in vobis ſit, & gaudium veſtrum impleatur, hoc eſt, ne diſcedatis à me, néve à curſu deſiſtatis. Gaviſi eſtis in me, & quidem vehementer; ſed incidit triſtitia hanc eximiam, ut ad finem uſque lætitiæ perduret.* Exhortatur eos Chriſtus, ut in ipſo permaneant; nàm etſi incidat triſtitia ex ejus diſceſſu, hanc ipſe reſurgens, & ad eos veniens aufert. 90. Chryſoſt. *Triſtitia incidens auferetur à Deo.*

Quartò: D. Auguſt tract. 83. ita exponit: *Hæc locutus ſum vobis*, ait *ut id de quo ego ab æterno gaviſus ſum, ſit in vobis, nempè gratia, & ſalus gaudium autem veſtrum quod habetis de meo conſortio impleatur paulatim perficiendo uſque ad æternam beatitudinem.* interpretatur enim de gaudio quod Deus habuit ab æterno de noſtra ſalute, ac gratia nobis conceſſa. 91. Auguſt. *Deus gaudet de noſtra ſalute.*

Quintò, & valdè genuinè: Duplex hic proponitur gaudium, unum Chriſti, alterum diſcipulorum. Et ſic ait: *Hæc locutus ſum vobis*, ut vos ea adimplentes me gaudio afficiatis; communiter enim ſolent gaudere parentes, ac magiſtri, cum filios, ac diſcipulos ſuos vident obedientes, & adimplentes eorum mandata, quantò magis Chriſtus, qui pluſquam Pater, ac Magiſter humanos nos diligebat; & hoc ipſe denotat, cum ait, *ut gaudium meum in vobis ſit*, id eſt de vobis, ut ſcilicet propter vos mihi obtemperantes gaudeam. D. Auguſt. *Quid eſt*, ait, *gaudium Chriſti in nobis, niſi quo dignatur gaudere de nobis?* Secundum gaudium diſcipulorum erat, *Et gaudium veſtrum impleatur.* Et hujuſmodi gaudium in hoc conſiſtebat, ut diſcipuli gauderent de Chriſto, quod eſſent ejus diſcipuli, & ſequaces, eique adhærentes, ejúſque Miniſtri, ſicut Chriſtus gaudebat de eis tanquam de bonis diſcipulis; ſic ipſi viciſſim gaudebant de Chriſto tanquam de divino, ac cœleſti parente, & magiſtro, cujus conſortio exultabant, ac lætabántur. D. Aug. *Quid eſt gaudium noſtrum, quod dicit implendum, niſi ejus habere conſortium* 92. Auguſt. *Solum in Chriſto lætandum.*

Cum Sara peperiſſet filium ſuum, vocavit eum Iſaac, dicens. *Riſum mihi fecit Deus.* Gen. 21. n. 6. Sic & Iſaac riſus interpretatur, cur ex priſtinis Patriarchis, unus Iſaac riſus, & lætitia vocabatur? Naſcebatur ille, ut tanquam in figuram Chriſtum exprimeret, ac repræſentaret, ut patet in multis, & communiter docent Patres, inde ipſe riſus, & lætitia eſt dictus, quia ſolum in Chriſto ejuſque conſortio eſt vera lætitia, & exultatio. Eucher. Rabban. *Vocatus eſt puer, ait, Iſaac, qui riſus interpretatur, & Dominus quoque Jeſus Chriſtus riſus eſt, & gaudium omnium electorum, quoniam ipſe eſt deſideratus cunctis gentibus, ideò nato illo gaviſi ſunt Angeli, & Paſtores.* 93. Geneſ. 21. *Chriſtus noſtra lætitia, & gaudium.* Eucher.

Lætamini in Domino, & exultate juſti. Decantat Regius Vates Pſal. 96. n. 6. Exhortatur nos lætari, exultare, in quo? nempe in Chriſto Jeſu. N. Incognitus. *Quia in mundo ſolum preſſura eſt, & labor, ideò non in mundo, ſed in Chriſto lætari debemus, in quo vera pax mentis habetur.* Et rationem lætandi ſubdit Regius Vates: *Confitemini memoriæ ſanctificationis ejus.* Laudare eum, & lætari debemus in eo, quia memor fuit nos ſanctificare ſibi tanquam veræ viti nos ut palmites aduniendo, ut ex eo ſuccum divinæ gratiæ hauriremus. Sic pergit citat. Incognit. *Et quid ſit in Domino lætari ſubdit:* Confitemini memoriæ ſanctificationis ejus, *id eſt laudate eum, qui memor fuit ſanctificare vos.* 94. Pſal. 96. Incogn. *Lætandum in Chriſto, qui nos ſanctificat.*

CAPUT XV.

Præceptum invicem diligendi.

Joan. 15.*n.*12. Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos.

VERSIONES.

Syriacus. Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis alius alium, prout ergo dilexi vos.

Lucifer Caralit.l.2.pro S. Anathaſio. Hoc. eſt mandatum meum.

Arabic. Ut diligat alter veſtrûm alterum.

Theoph.Euthym. Ut vos invicem diligatis.

Radix Græca. Hoc eſt illud mandatum meum, ut vos mutuò diligatis.

EXPOSITIO I.

1. DIXERAT ſuprà Dominus, *ut gaudium meum, & veſtrum impleatur.* Si ſe ne pè invicem diligant, tunc in eis gaudebit Chriſtus, & ipſi gaudebunt in Chriſto; & quia anteà num. 10. Chriſtus, exhortatus fuerat ſuos diſcipulos ad ſuam dilectionem: *Si præcepta mea ſervaveritis, manebitis in dilectione mea.* Nunc conſequens eſt, ut eos ſuaderet ad mutuam dilectionem inter ſe. *Hoc eſt præceptum meum.* Hoc ad proximè dicta refertur. *Mandata mea ſervate.* Græcus habet. *Hoc*
Græcus. *eſt illud mandatum meum.* Hoc eſt enim inter cætera præcepta, illud maximum, præcipuum, ac inſigne, *ut vos invicem diligatis.* Voluit Chriſtus Dominus per Apoſtolos, ejúſque ſucceſſores totum mundum convertere, omnéſque nationes ad ſuam fidem reducere, quod maximè ſpectabat ad ſalvatoris officium; jubet ergo, ut ſic ſe omnes diligant ut pro omnium ſalute omnia pericula ſubeant, omnes labores ſuſtineant; ita ut etiam proprium ſanguinem, ac vitam effundant, *ſicut dilexi vos.* Ita enim ego dilexi vos, ut pro vobis vitam darem, nihil enim vobis jubeo, quod ego prior ipſe non fecerim, ac proinde exemplo ſuo eos ad talem, & tam ardentem dilectionem perſuadet.

QUÆSTIO I.

Quare Chriſtus hic vocat præceptum, cum anteà præcepta dixiſſet.

2. SÆpè Chriſtus Dominus in hoc ſermone Cœnæ ſuos ad mutuam charitatem eſt exhortatus, & ab ipſa mutua charitate hunc ſer-
Joan. 13. monem initiavit Ioan.13.n.34. *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos, ut & vos diligatis invicem* Nunc autem ad eandem charitatem Dominus convertit ſermonem, iterúmque inculcando eam maximè commendat D.
Auguſt. tract. 83. *Hæc autem ejuſdem mandati repetitio, mandati commendatio eſt.* Euthymius. *Frequenter*, inquit, *Chriſtus talia dicit, ut cordibus diſcipulorum charitatem indelebiliter inſculpat.* Unde D. Chryſoſtomus hom. 76. Quærens cur Dominus ſæpè mutuam dilectionem extollat, ſic reſpondet: *Quoniam hoc eſt diſcipulorum argumentum, hoc virtutem corroborat.* Hanc mutuam charitatem voluit Chriſtus Dominus eſſe characterem, & ſignum diſtinctum ſuorum diſcipulorum, Chriſtianæ militiæ; ut dixi ſuprà hoc libro, c. 9. quæſt. 5. August. Euthym. Chryſoſt.

Quæſtio præſens, quare cum Chriſtus in hoc cap. 15. Joan. n. 10. tanquam de multis præceptis eſſet locutus. *Si præcepta mea ſervaveritis*: hîc verò ac ſi tantū eſſet unum illius præceptum, ait: *Hoc eſt præceptum meum*; ſi præcepta, cur unum tantum dicit? 2. Ioan. 15.

Ad quæſtionem reſpondet D. Gregor. hom. 27. in Evangel. *Cum cuncta, ait: ſacra eloquia divina plena ſint præceptis, quid eſt quod de dilectione quaſi de ſingulari mandato Dominus dicit*: Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis invicem; *niſi quia omne mandatum de ſola dilectione eſt; & omnia unum præceptum ſunt, quia quidquid præcipitur, in ſola charitate ſolidatur? Vt enim multi rami ex una radice prodeunt; ſic multæ virtutes ex una charitate generantur, nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, ſi non manet in radice charitatis. Præcepta ergo Dominica, & multa ſunt, & unum; multa per diverſitatem operis, & unum in radice dilectionis.* Quæ eadem verba habet Rupertus. Hîc unum præceptum dicitur, alibi verò multa, quia omnia præcepta unum ſunt, in una dilectionis radice; charitas enim una in ſe eſt, multa ſecum involvens præcepta, ad multa ac varia opera extendens. 4. Gregor. Rupert. *Charitas cum ſit unum mandatum, omnia in ſe involvit.*

Ad dilectam animam clamat divinus ſponſus: *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in uno crine colli tui.* Cantic. 4. num. 9. duo vulnera meminit, bis repetit; *vulneraſti*: & tamen unum crinem colli commemorat; ſi unum crinem, quomodo duo vulnera? Unus crinis charitatis vinculum denotat, ut interpretantur Theodoret. Aponius in divinis mandatis; & ideo dicitur unus crinis colli, quod fert jugum divinorum mandatorum, & tamen multa ſunt vulnera, quia licet charitas denotata in crine in ſe ſit una, tamen multa infert vulnera, divina nempè mandata, ad multa & diverſa opera quæ implet Huc reſpicit D. Bernard. ſer. de vite: *Bis poſitum, ait, vulneraſti. Vtriuſque vulneris ipſa ſponſa cauſa eſt, ac ſi diceret, quia zelo amoris tui vulneraſti me.* 5. Cant. 4. Theodor. Aponius. Bernard.

De ſuo curru teſtatur Ezech. 1. n. 15. *Apparuit rota una ſuper terram juxta animalia, habens quatuor facies.* Res omni admiratione digna, quod una rota appareat in terra habens quatuor facies. Prado in comment. de prima viſione, part. 2. ſect. 7. exiſtimat per rotam illam denotari mutuã dilectionem, quæ ſemper movetur, ac ubi eſt impetus ſpiritus illuc fertur. Cur tamen charitatis rota quatuor habet facies, bovis nempè Leonis, Aquilæ, & hominis? Decantat Regius Vates, Pſalm. 11. n. 7. *Eloquia Domini, eloquia caſta*, à viro peritiſſimo Hebraïcæ ling æ audivi, ab Hebraïca radice legi poſſe *eloquia Domini, eloquia unius faciei.* Charitas Dei eloquium eſt, quomodo ergo quadruplici induitur facie? charitas ob ſimplicitatem, ac candorem unam habet faciem 6. Ezech. 1. Prado. Pſal. 11. *Chriſtus varias formas induit ad ſerviendum.*

in

in affectu verò operandi, ac laborandi quadruplicem gerit, Bovis ut laboret in ſalute ſpirituali aliorum? Leonis ut fortiter pro eis decertet, Aquilæ, ut per omnem terram volitet; Hominis, ut intelligat ſuper egenum, & pauperem.

QUÆSTIO II.

Quare cum Dominus multa præcepta tradiderit, hoc de mutua charitate peculiariter dicit præceptum ſuum?

7. *Difficultas quæſtionis.*

PRæcepta legis tradidit Dominus, tradidit etiam mandata de Baptiſmo, Confeſſione, ac etiam de ſacra Euchariſtia, & alia ſimilia dedit mandata. Cur ergo hoc præceptum de mutua charitate appellat ſuum? *Hoc eſt præceptum meum?* ac ſi reliqua ipſius non eſſent.

8. Auguſt. — Theophyl. — D. Thom. — Caietan. — *In charitate omnes virtutes continentur.* — Galat. 5.

Reſpondet primò D. Aug. tract. 83. *Nunquid ſolum Chriſti mandatum eſt de dilectione, qua diligimus invicem?* Reſpondeo ipſe. *Hoc præceptum Domini teneamus, ut nos invicem diligamus, & quidquid aliud præcipit, faciamus.* Theophyl. *Ideò*, inquit, *Chriſtus ait? Hoc eſt præceptum meum, quia dilectio omnia mandata complectitur, & caput eſt.* D. Thomas, *quia à charitate omnia procedunt, ſicut à principio, & ad charitatem omnia ordinantur ſicut in finem.* Caietanus. *Quamvis pluraliter dixiſſet præcepta mea, omnia tamen ad unum redegit, dicendo, Hoc eſt præceptum meum.* Mutuam charitatem appellavit Chriſtus præceptum ſuum, quia proximi dilectio continet omnia præcepta, ac ſi diceret hoc eſt præceptum meum unicum, ut diligatis invicem: quia in hoc uno cætera omnia continentur juxta illud Apoſtoli ad Gal. 5. n. 14. *Omnis lex in uno ſermone impletur, diliges proximum tuum ſicut te ipſum.* Omnia enim opera noſtra in charitate continentur, ad charitatémque ordinantur.

9. Pſal. 89. — *Charitas omnium virtutum epilogus,* D. Auguſt.

Ait Regius Vates Pſal. 89. n. 17 *Et ſit ſplendor Domini Dei ſuper nos: & opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos: & opera manuum noſtrarum dirige.* Maximè notandum, quod opera, quæ prius plura dixerat, *opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos.* Et omnia poſtmodum unum tantum opus appellavit ſubdens, *& opus manuum noſtrarum dirige.* Et quodnam eſt opus quod omnibus operibus æquivalet? Charitas nempè. Nam ipſa omnia opera in ſe continet, ad ipſámque omnia ordinantur, D. Auguſt *id mihi videtur,* ait, *habere ſententiæ, quod omnia opera noſtra, unum opus eſt charitatis.* Plenitudo enim legis eſt charitas. *Nam in ſuperiori verſu cum dixiſſet.* Opera manuum noſtrarum dirige, *tanquam ultimo verſu volens oſtendere, ipſa opera unum opus eſſe, id eſt, ad unum opus dirigi,* & opus manuum noſtrarum dirige: tunc enim rectæ ſunt opera, cum ad hunc unum finem diriguntur, finis enim præcepti charitas eſt, de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta.

10. Ioan. 15. — Ioan. 13. *Charitas ſumma eſt maximè Deo placens.*

Secundò & valdè genuinus. Chriſtus Dominus ſupra hoc cap. 15. Joan. n. 10. commendavit, ut præcepta ſua ſervarent; nunc autem mutuam dilectionem præceptum ſuum peculiariter appellat, ſicut & cap. 13. Ioan. 34. vocavit mandatum novum: dicens, *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem ſicut dilexi vos.* Quod latè explicavi cap. 9. Nunc verò peculiariter præceptum ſuum dicit, ut hac loquendi forma oſtendat, quam vehementer diligat charitatem, eáque oblectetur; ſicque appellavit charitatis præceptum, præceptum ſuum tanquam præcipuum, ac maximè ſibi gratum, ac perjucundum. Sicut ſi Pater qui plures habet filios, de uno vero aliquo illorum, qui ſibi obſequentiſſimus, ac chariſſimus eſt, dicat: Hic eſt filius meus, non negat alios eſſe, ſed ſignificat illum ſibi maximè placere, maximéq; à ſe eſſe dilectum. Ita Chriſtus Dominus licet multa præcepta dederit, de charitatis tamen præcepto ait. *Hoc eſt præceptum meum.* Non negat alia eſſe ſua præcepta, ſed indicat hoc ſibi vehementer placere, vehementérque ſibi cordi eſſe, & inter omnia quæ ad proximum pertinent, præcellens exiſtere. Ita Maldonatus, Baradas. Maldonat. Barrad.

11. Matth. 13. — Syriac. *Charitas margarita omnium virtutum* Auguſt. — Chryſoſt.

Ait Chriſtus Dominus Matth. 13. n. 45. *Simile eſt regnum cælorũ homini negotiatori quærenti bonas margaritas.* Statim ſubdit: *Inventa una pretioſa margarita, vadit & vendit omnia, quæ habuit, & emit eam.* Si ille homo quærebat plures margaritas, cur una tantum inventa contentus eſt, quid habuit in illa inventa, ſiquidem illam pro omnibus reputavit? Illa pretioſa margarita, ſeu ut habet Syriacus, *pretioſiſſimi pretij* charitatem ſignificat; quærebat homo bonas margaritas, bona nempè virtutum opera, inventa una pretioſa, charitate nempè maximè contentus eſt, & quievit, in illa omnia pretioſiſſima habens, & eam unam pro omnibus reputans D. Aug. tract. 5. in epiſt. Joan. *Vendit omnia, quæ habuit, & emit eam. Hæc eſt charitas*, ait, *ſine qua nihil tibi prodeſt quodcumque habueris. Quam ſi ſolum habeas ſufficit tibi.* Ex quo optimè inquit D. Chryſoſt. hom. 33. in epiſt. 1. ad Corinth. *Charitas velut frugis quædam apicula, bona omnia undique collecta in amantis animam importat.*

12. Rom. 13. — Ambroſ. *Charitas virtutum conſummatio.* — D. Gregor.

Ait Paulus Rom. 13. num. 10. *Qui enim diligit proximum legem implevit, nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falſum teſtimonium dices, non concupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo inſtauratur, Diliges proximum tuum, ſicut te ipſum.* D. Ambroſ. ibi pro *inſtauratur*, legit *conſummatur*, hoc perficitur, ibique mandatum omnibus numeris abſolutum redditur, ipſáque dilectio omnibus aliis virtutibus perfectionem, ac complementum dat, ultimámque illis manum apponit. D. Gregor. Magn. ſupra citatus hom. 27. in Evangelia. *Omne mandatum,* ait, *de ſola dilectione eſt, & omnia unum præceptum ſunt, quia quidquid præcipitur, in ſola charitate ſolidatur.*

13. Coloſſ. 3. — *Charitas virtutes, perficit ac conſervat.*

Ait Paulus ad Coloſſ. 3. n. 12. *Induite vos, ſicut electi Dei ſancti, & dilecti, viſcera miſericordiæ benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, ſuper omnia autem hæc charitatem habete quod eſt vinculum perfectionis.* Commendat Apoſtolus, ut virtutes teneamus; deinde etiam ut charitatem tanquam vinculum perfectionis teneamus, non eam dicit ſupremum perfectionis apicem, ſed illius vinculum, nam ſine ſupremo gradu, ac celſitudine res poteſt conſiſtere, minimè verò ſine ſuo vinculo, ac unione, nam res ſine ſuo vinculo ſtatim diſſolvitur, & in perditionem abit, corpus humanum quamvis non habeat eximiam pulchritudinem, quandiu tamen unitum eſt animæ, ſuam ſubſtantiam conſervat, at verò ſi ab illa diſſolvitur ſtatim perit, & deſinit eſſe; ſic & omnes virtutes cum charitate conſervantur, ſi verò ab ea divulſæ ſunt ſtatim pereunt, & in ruinam abeunt,

Chryſoſt. abeunt. D. Chryſoſt. ad prædictum locum. *Non dixit faſtigium, ait, ſed quod eſt majus vinculum; hoc enim eſt magis neceſſarium, quam illud; nam faſtigium quidem eſt intentio perfectionis, vinculum autem eſt complexus, & comprehenſio eorum, quæ perfectionem efficiunt, tanquam radix.*

QUÆSTIO III.

Quare Chriſtus dominus de dilectione Dei quæ eſt excellentior, hic non agit?

14 Matth. 22. IN dilectione Dei, ac proximi tota lex pendet, ut dicitur Matth. 22. num. 39. & inter hæc duo mandata dilectio Dei eſt primum, & maximum mandatum Cur ergo de illo Chriſtus hic non agit, ſed tantùm dilectione proximi.

15 Reſpondeo primò. Quod de dilectione Dei jam Chriſtꝰ egerat in parabola de vite immediatè anteà propoſita, qua perſuaſit diſcipulis fidem per charitatem formatam, dicens: *Manete in dilectione mea.* Joan. 15. n. 6. Secundò, ut ait D. Thom. *quia unum præceptum includitur in alio; qui enim diligit proximum, neceſſe eſt ut diligat Deum, licet enim objecta ſint diverſa; tamen ipſi actus ſecundum conſequentiam ſunt unum.*

Joan. 15. *Unum mandatum in altero includitur.* D. Thom.

16 Tertiò: Cur autem magis dilectione proximi, quam Dei fecit mentionem quod præſens quæſtio inquirit? Rationem etiam aſſignat D. Th. *Quia, ait, in hoc intendit eos inſtruere, & inducere quomodo proximos ædificent, quomodo fortiores fierent ad tribulationes perſecutionum perferendas, ad utramque charitas proximi neceſſaria eſt.* Charitatis, ac unionis exemplo multum alios ædificant, maximéque ipſa adverſus omnes tribulationes armantur, ac muniuntur.

D. Thom. *Charitas ad ædificationem.*

17 Quartò: Satis manifeſtum erat Deum eſſe diligendum, illámque dilectionem ei maximè placere, non erat autem tam evidens dilectionem mutuam inter homines tantæ eſſe æſtimationis apud Chriſtum, tantoperéque illi gratam eſſe: Ideò illam diſcipulis vehementer commendat, quos maximè oportebat arctiſſimo dilectionis vinculo conſtrictos eſſe, ut toti mundo Chriſti fidem prædicarent, ac promulgarent.

Dilectio proximi maximè Deo placet.

18 Mandavit Deus Moyſi, *facies propitiatorium, duos quoque Cherubin ex utraque parte oraculi, utrumque latus propitiatorij tegant expandentes alas ſuas, reſpicientque ſe mutuò verſis vultibus in propitiatorium.* Exod. 25. n. 20. in prædictis latet quædam implicatio, quomodo fieri poteſt ut Cherubini mutuò ſe reſpiciant, & defixum in propitiatorium habeant intuitum; ſi enim verſo vultu propitiatorium intuentur, quomodo ſemutuò reſpiciunt; quia ſe mutuò benigno amoris affectu reſpiciunt; inde præ mira dilectione oculis defixis propitiatorium intuentur; fieri enim non poteſt, ut una creatura amoris impulſu aliam reſpiciat, quinetiam eodem ipſo amore in Deum tendat, ipſúmque reſpiciat. Petrus Abb. 1. part Tabernac. *Brevi clauſula concludi, ait, quomodo Angelicæ poteſtates ſe in Deo diligant, dicens ſe mutuò reſpiciunt; & quomodo Deum in ſe magnificent, ſubjungens verſis vultibus in propitiatorium, non enim vultus vertunt in propitiatorium, qui ſeſe mutuò non reſpiciunt, quia qui proximũ quem videt non diligit, Deum quem non videt, quomodo diligere poteſt? in mutuo reſpectu fraterna dilectio, inverſo vultu in propitiatorium, humilis reverentia ad creatorem noſtrum intelligitur.*

Exod. 25. *Qui proximum diligit, & Deum.* Petr. Abb.

Accepta lege deſcendebat Moyſes de monte: 19
Cumq; appropinquaſſet ad caſtra, vidit vitulum & choros, iratúſque valde projecit de manu tabulas, & confregit ad radices montis. Exod. 32. num. 19. duas portabat ille tabulas, in una erãt ſcripta præcepta quæ ad Dei honorem ſpectant, in alia verò quæ ad proximum pertinent. Quodnam motivum habuit Moyſes frangendi has tabulas quia vidit, quod populus idololatraret, adorans vitulum, & quod ſimul debitam Deo vero adorationem denegaret, deficiens in amore tantæ majeſtati exhibendo. Ex hoc videbatur conſequens ut ille frangeret tabulã, in qua ſcripta erant præcepta ad Dei honorem ſpectantia. Ad quid rumpit, ac confringit etiam eam, in qua exarata erant mandata ad proximum pertinentia? Intellexit legiſlator quod minimè poterat conſiſtere proximi dilectio, ſine Dei dilectione, ac proinde quod cum infringeret tabulam, quæ Deum reſpiciebat, etiam infringenda eſſet illa, quæ ad proximum ordinabatur. D. Aug. tract. 87. in Joan. *Charitate, ait, diligimus invicem, hac diligimus Deum; neq; enim vera dilectione diligimus invicem, niſi diligentes Deum, diligit enim unuſquiſque proximum tanquam ſeipſum, ſi diligit Deum; nam ſi non diligit Deum, non diligit ſeipſum.* Vide de hac re tom. 4. c. 49. q. 8. & 9.

Exod. 32. *Non datur amor proximi ſine Dei amore.* Auguſt.

QUÆSTIO IV.

Quare Chriſtus Dominus ait: Hoc præceptum meum ut invicem diligatis, & non potius ut voſmetipſos diligatis?

PRofunda, & infinita ſua ſapientia loquitur Chriſtus Dominus in hoc ſuo mandato imponendo, ait enim tantùm: *Hoc eſt præceptum meum ut invicem diligatis.* Cur non potius ait, voſmetipſos invicem diligatis; hoc enim modo magis videtur exprimi præceptum, ac perſonæ, quæ in illo mandabantur diligi. 20

Reſpondeo: Quod ſi Chriſtus Dominus diceret, ut voſmetipſos diligatis, perſonas diligendas mandabat ſpectare, at dum valdè abſtractè & præciſè ait ut diligatis invicem, ſolum amoris objectum, rationémq; diligendi attendi mandat; nam ſi perſona conſideretur, aliquando odio digna, & ut faſtidioſè fugienda invenietur, ut pote ut pravus hoſtis, crudelis inſectator; at verò ſi motivum amoris ſpectetur, utpotè Dei factura, noſtræ naturæ particeps ab eadẽ radice emanãs, ſemper diligenda conſiſtit, igitur Chriſtus D. inſtruẽs diſcipulos ſuos, & in eis fideles omnes ad amoris diſciplinã hanc amoris abſtractionem docet, ut non à perſona, ſed à reipſa, ac ratione amãdi fiat amoris cenſus, ideò non ait ut voſmetipſos diligatis, ſed tantùm ut diligatis invicem, non habentes ante oculos perſonas, ſed rationem amandi. 21

Amor conſiderat bonum & abſtrahit à perſona, ut eam faſtidiat.

Dicebat Apoſtolus Rom. 9. n. 3. *Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundum carnem.* Qui maximè perſecutores, & adverſarios habebat, fratres vocant. Eleganter D. Chryſoſt. hom. de Paulo, ait *Nemo ita dilexit inimicos, nemo inſidiatoribus ſuis ita beneficus fuit, nullus pro afflictoribus ſuis tanta perpeſſus eſt; non illa, quæ patiebatur, ſed naturæ copulam cogitabat.* Quis magis crudelis, & infeſtus hoſtis in Chriſtianos, quam Nero, Domitianus, 22 Rom. 9.

Chryſoſt. *Amor non reſpicit in fratribus improbitatem, ſed amoris motiva.*

Diocletianus

Diocletianus,& alij ſimiles ; & tamen Primitivi Chriſtiani ſic affecti erant,ut cæcutientes ad hoſtiles Imperatorum animos, aliquid tamen in eis videbant quod ſummo ſtudio amabant. Pulchrè
Tertull. Tertull. lib.ad Scapul.c.2. *Chriſtianus*, ait, *nullius eſt hoſtis , nec dum Imperatoris; quem ſciens à Deo ſuo conſtitui , neceſſe eſt ut illum diligat* , In hac Chriſtiana pace maximè reſplendet Prima Martyrum fax Stephanus rabidiſſimos inter hoſtes
Act. 7. poſitus dicebat : *Viri fratres , & Patres audite.* Act.7.n.2.Non eos dicit judices, accuſatores, ac
Euſeb. perſecutores , ſed fratres & Patres , naturæ vinculum in eis recognoſcens Euſebius Emiſſenus hom. de Protomar. Ecce Martyr quo ſe muniat, ut amet perſecutores *Memor fratrum , immemor perſecutoram recordans de qua radice proceſſerit.*

23. *Perfecti viri tanquam in unum copulantur.* Secundo reſpondeo. Si Chriſtus diceret , ut vosmetipſos diligatis , tanquam in perſonas diſtinctas ferebatur ſermo ut , ſeipſos nempè diligerent tanquam perſonæ diſtinctæ , at cum tantum ait abſtractè ut invicem diligatis , amoris unitatem indicat , ut ita ſeipſos diligerent , ac ſi eſſent, unum, & non plura. Ad audienda divina eloquia convocat David *Simul in unum dives &*
Pſalm. 48. *pauper*. pſalm.48 . n. 3. Quomodo fieri poteſt ut pauper & dives, qui valde diſſimiles ſunt conditione, ac fortuna conveniant in unam; charitate ,
Ambroſ. ac dilectione , nempè qua in eandem Spiritus unitatem valeant conſpirare. D.Ambroſ. in prædictum pſalm. *Simul*,ait,*in unum divitis, & pauperis facta vocatio in quandam humilitatem , æqualitatémque nos provocat , ut neque dives faſtidiat inopem, neque diviti pauper invideat ; ſed utrumque ſibi gratia una connectat.*

24. Pſal. 127. Decantat Regius Vates. *Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis ejus.* pſal. 127.n.1. Et ſtatim ſubdit *Labores manuum tuarum , quia manducabis, beatus es* , &c. Maximè dubitandum cur tam cito vertat ſtylum , ac ſermonem à pluribus inceptum , *Beati omnes , qui timent Dominum.* Ita ut ad unum in ſingulari tota oratio ter-
Iuſti etſi plures, tanquam unus reputantur. minetur: *Labores manuum tuarum quia manducabis.* Si à pluribus inchoavit ;cur ſtatim ad unum tota oratio terminatur ? Quia ipſa ambulatio in viis Domini , in viis virtutum. *Qui ambulant in viis ejus*,eos ſic adunavit ,ac copulavit in Chriſto, ut jam non plures cenſeantur ,ſed tanquam unum quid ,licet enim multi ſint , cum perfectionis guſtum accipiunt , unum tantum ſint
D. Hilar. D. Hilar. ibi. *Sermo ad plures ceptus ad unum refertur , docens nos omnes, qui in Chriſto crediderimus unum eſſe, Apoſtolo ita confirmante.* Omnes enim vos, unum eſtis in Chriſto JESU ? ad Galat. num. 28.

25. Benedicens Bilaam Vates populum Iſraeliti-
Num. 23. *Animorum unitas auget fortitudinem.* cum, ait: *Deus eduxit illum de Ægypto , ejus fortitudo ſimilis eſt rhinocerotis.* Num. 23.n. 22. ſeu *Vnicornis*, ut alij legunt, cur tam numeroſus populus cum Vnicorneo confertur, ſi ejus fortitudo decantatur, cur potius non comparatur cum Leone , vel Aquila , ut eſt communis combinatio In rhinocerote omnes vires , ac virtutes in uno cornu coadunantur , ſic omnes juſti in uno ſpiritu codunantur ; & uniuntur ut inde ejus fortitudo inexpugnabilis reddatur. Origanes hom. 19. in Numer. *Quia*, ait, *ſicut vires , quibus*
Origen. *pollet rhinoceros ,unum in cornu coaleſcunt, ita omnes animæ, quæ Deo militant, in charitatem ſeu unitatem ſpiritus copulantur.*

QUÆSTIO V.

Quare Chriſtus non ſolum præcipit ſuis, ut ſeipſos diligant, ſed addit , ſicut ego dilexi vos ?

AIt Chriſtus Dominus ſuis Apoſtolis : *Hoc eſt præceptum meum , ut invicem diligatis ,* 26. *Iubet facere , quod ipſe prior fecit.*
ſicut dilexi vos. Ac ſi diceret , ego veſter Magiſter, ac Dominus, nihil vos facere jubeo , quod ipſe prior non adimpleverim,ac fecerim,ego vos dilexi,ac quidem unicè: multò magis æquum eſt, ut vos meo exemplo ſimiliter diligatis vos invicem N.D.Cyrillus Alexandrinus lib.10. in Joan D. Cyril.
cap.22. *Jubens*,ait, *talem inter ſe dilectionem habere, qualem ipſe re , atque opere conſummavit.* Ad quæſtionem, ac ſenſum verborum.

Primò. D August. tract.83 .ſic verba interpre- 17.
tatur,ut contineant, ac reſpiciant finem,in quem Auguſt.
mutua charitas tendit,hoc ſenſu diligite, ait,ſicut dilexi vos, in beatitudinem D. Auguſt. ſic ait : *Vt quid enim diligit nos Chriſtus , niſi ut regnare poſſimus cum Chriſto. Ad hoc ergo nos invicem diligamus,ut dilectionem noſtram diſcernamus à cæteris , qui non ad hoc ſe invicem diligunt quia nec diligunt. Qui autem propter habendum Deum diligunt , ipſi ſe diligunt.* In hac ſententia D. Greg. Magn. Gregor.
hom.27.in Evang.ait. *Ad hoc amate,ad quod amavi vos* Similiter Carthuſian. Sicut dilexi vos or- Carthuſ.
dinare ad adipiſcendam vitam æternam.

Secunda ſententia ſic explicat ut diligatis in- 18.
vicem ſicut dilexi vos,ut pro gentium ſalute vitam effundatis, ſicut ego pro vobis vitam dedi. Rupertus in præſenti modum definiens, ait, *Deo* Rupert.
placitæ,& merito coronandæ dilectionis, adjecit ſta- *Vera dilectio*
tim,ſicut dilexi vos : ac ſi diceret uſque ad mortem *vitam pro*
diligite invicem , quia ego uſque ad mortem dilexi *aliis exponit*
vos. Albertus Magnus ſicut dilexi vos. *Hæc eſt* Albert.
forma, qua mandatum debet ſervari,hæc autem forma ſic intelligenda eſt , ut diligamus gratuito munere charitatis,in quo nos Chriſtus dilexit,& eſt ſalus noſtra , & vita noſtra.

Tertiò Vtramque ſententiam connectit D. 29.
Thomas: *Chriſtus*,ait, *dilexit nos ordinate, & effi-* D. Thom.
caciter ? ordinate quia nihil in nobis dilexit niſi *Amor opere*
Deum;& in ordine ad Deum;efficaciter quia in tan- *oſtenditur*
tum dilexit , ut ſemetipſum pro nobis traderet : Nos ergo debemus proximos diligere ſancte , & ad bonum efficaciter , ſcilicet ut dilectionem opere oſtendamus. Quæ ultima verba pondera ; nam amor opere
oſtenditur. Similiter Lyran. *Sicut dilexi vos gra-* Lyran.
tuitè: quia prior dilexi recte : & ordinate, quia dilexi in ultimum finem in beatitudinem,& efficaciter, quia animam meam pro vobis poſui. In eadem etiam
interpretatione eſt Caietan. Caietan.

Quartò & valdè genuine ad ſenſum quæſtio- 30.
nis mihi placet ſecunda ſententia Ruperti, ut di- *Genuina*
ligatis invicem, ſicut dilexi vos; Ego dilexi vos *interpretatio.*
uſque ad mortem: Similiter & vos diligite invicem uſque ad mortem, ut dixi in expoſitione ; quæ interpretatio maximè corroboratur ex ſubſequentibus verbis *Majorem hac dilectionem nemo habet*. Sic ait Jo n.1.cap.5 .v.6. *In hoc cognovi-*
mus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro 1. Ioan. 3.
nobis poſuit : & nos debemus pro fratribus animas Hugo.
ponere. Ita Cardinalis Hugo , Maldon. Barrad. Maldon. Barrad.
Franc. Lucas, Cornelius, & alij. Franc Luc. Cornel.

Moraliter, quinto. D. Auguſt. tract. 83. *Hoc* 31.
eſt Auguſt.

eſt præceptum meum,ut diligatis invicem ,ſicut dilexi vos. Diſcernitur,ait,*iſta dilectio ab ea , qua ſe invicè diligunt homines ſicut homines ; unde dictum eſt , ſicut dilexi vos.* Mandat Chriſtus ut ſe invicem diligant , non ut homines ſe diligunt , ſed ut ipſe dilexit eos. Et quodnam eſt diſcrimen inter utramque dilectionem ? Homines ut homines cognationis ac amicitiæ vinculo valdè delicato , ac humano politico fœdere ſe diligunt ac ex multiplici, & levi cauſa ex qualibet diffidentia , aut ex minima concepta injuria amicitiam rumpunt, & frangunt. Ait Chriſtus Dominus dilexit nos

Multum laboris impendendum eſt ad conſervandam amicitiam cum hominibus. magno pacis ſtudio multa , & gravia ſubſtinens, rudes, & imperfectos tulit diſcipulos,infidum aliquando Thomam , negatorem Petrum , Judam proditorem Hunc. ſuavi amici nomine compellavit,illum benignè reſpexit,alteri ſe palpandum, exhibuit , & omnes diu patienter toleravit, docens quod pro pace, ac amicitia conſervanda , multa generosè ſupportanda ſunt. *Diſcernitur iſta dilectio ab ea qua ſe invicem diligunt homines ut homines, unde dictum eſt ſicut dilexi vos.* Vide ſuprà cap. 13. q. 17. n. 110.

Sextò. Sicut dilexit vos Chriſti amor infinitus,

32. noſter verò finitus, & limitatus , quomodo ergo non poſſumus diligere ſicut ipſe dilexit ? Mandat quod diligamus ut ipſe dilexit, non ad æqualitatem , ſed ad ejus exemplar , ac imitationem,nam ipſe dilexit eos , qui eum hoſtili odio perſequebantur, ſic & nos diligamus eos qui nos non diligunt , ſed in multo odio habent. Ait Chriſtus Dominus de ſe. *Ego flos campi , & lilium convallium. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter*

Cantic.2. *filias.* Cant.2.n.1. Jam quæſtio animum pulſat,cur inter multa præclara encomia ſuæ ſponſæ;maximè de ea decantet, quod ſit inter filias , ſicut lilium inter ſpinas?Et cur cum ipſe ſe lilio aſſimilaverit,deinde etiam ei dilectam comparat? Ipſe dicitur lilium convallium; ipſa lilium inter ſpinas;lilium convallium à tranſeuntibus conculcatur,& tamen tranſeuntium pedes miro,ac ſuaviſſimo odore replet ? lilium verò inter ſpinas , à ſpinis punctiones ac dilacerationes accipit , & tamen pungentes ſpinæ maximè ſub lilij candore illuſtrantur,ab eóque mira honoris pulchritudine

Aponius. D. Gregor. Ambroſ. condecorantur. Chriſtus lilium convallium ob ſui humilitatem , ut interpretantur Aponius, D. Gregor. D. Ambroſ. ſerm.5. in Pſal.118. licet enim conculcatus eſſet ab hominibus , *conculcavit me homo;* tamen eos mirabili odore ſalutiferæ redemptionis, ac cœleſtium donorum replevit , quam etiam conditionem imitata fuit anima ſancta , à ſuo ſponſo Chriſto Jesu edocta , ſicut lilium inter ſpinas, ut multis donis pietatis miſericordiæ, ac charitatis condecoraret eos , à quibus pun-

D. Bern. ctiones acceperat D. Bernard ſerm. 48 in Cantic *Non mediocris titulus virtutis , ait, inter malignantes innocentiæ retinere candorem , magis autem ſi his , qui oderunt pacem , pacificum , & amicum ipſis te exhibeas inimicis. Id plane tibi ſimilitudinem de lilio vindicabit , quod ipſas utique pungentes ſe ſpinas candore proprio illuſtrare non ceſſat. An non lilium tibi videtur implere perfectionem Evangelij, qua orare jubemur pro calumniantibus , & perſequentibus nos ; ergo tu fac ſimiliter , & laudabit te Dominus , dicens : Sicut lilium inter ſpinas ſic amica mea , &c.*

Septimò. None ſufficiebat dicere. *Hoc eſt*

33. *præceptum meum ut diligatis invicem* , ad quid addidit, *ſicut dilexi vos.* Valdè tritum , ac vulgare , ut clientes, ac ſubditi eum diligant , quem Rex diligit:eumque odio habeant, quem Rex deteſtatur. Imperat ergo Chriſtus, ut nos invicem diligamus, ſicut ipſe dilexit nos. Nam videntes homines, quod cum ipſe eſſet Rex , Magiſter noſter , & tamen nos dilexit ; nos ejus amorem, ac benevolentiam amantes , ac ſequentes , noſmetipſos diligamus. ut noſtro principi , ac regi aſſimilemur, ac conformes ſimus. *Odium, & amorem regis ſequuntur ſubditi.*

Benedicens Iacob filium ſuum Joſeph, ait: *Filius accreſcens Joſeph , filius accreſcens , & decorus* 34.
aſpectu. Gen.49. n. 22. Quæ ultima verba ſcribit D. Chryſ. *Filius amabilis.* Quomodo Joſeph dicitur filius amabilis , multo enim odio eum perſecuti ſunt fratres ejus, ita ut eum venderent Iſmaëlitis; eumque in odio habuit Putiphar, ita ut eum traderet in carcerem. Gen. 39. n. 20. Quomodo ergo filius amabilis? Quan diu ergo Joſeph non erat agnitus à Pharaone, multis erat in odio , at poſtquam Rex in eum vertit oculos , ipsumque dilexit ut animam ſuam, univerſæq ; terræ Ægypti præpoſuit , *Filius amabilis* , ab omnibus fuit eximio amore dilectus, ita ut eorum ſalutē in manibus ejus eſſe poſitam faterentur, Gen.47 n. 15. *Geneſ.49. Amorem regis erga aliquem ſequuntur populi. Chryſoſt. Geneſ. 39. Geneſ. 47.*

At è contra in quem regis odium fertur, & in 35.
eum inferiorum odium pervolat. Defuncto Herode Angelus Domini apparuit Joſeph in ſomnis,& ait ei,ut accipiat puerum, & matrem ejus , & vadat in terram Iſraël. *Defuncti ſunt, qui quærebant animam pueri.* Matth.2. n.20. Vnus tantum Herodes mortuus erat, ut exprimit Evangeliſta , *defuncto Herode.* Quomodo , ergo ait *defuncti ſunt*, qui quærebant pueri vitam auferre , unus mortuus erat Herodes rex , & cum ipſo mortuo ſepultum eſt odium multorum, quo ut regi Applauderent , puerum inſequebantur. D. Paſchaſ. lib.2. in Matth. *Recte*,ait, *innuitur, quod Rege crudeli extincto , complices ejus illico periere, qui pariter in necem Chriſti, invidiæ, aut timoris adulationiſve gratia tractaverunt.* *Matth. 2. Quem Rex odit odiunt ſubditi. D. Paſchaſ.*

Quæstio VI.

Quare Chriſtus Dominus non dixit: Hoc eſt præceptum meum , ut me dligatis , ſicut Ego dilexi vos , ut videbatur conſequens ?

Ait Chriſtus Dominus : *Hoc eſt præceptum meum,ut diligatis invicem,ſicut ego dilexi vos.* 36. *Ratio difficultatis.*
Videbatur potius conſequenter dicendum , ut me diligatis ſicut ego dilexi vos.Sed tantum jubet ut invicem diligant , ut eos dilexit.

Reſpondeo, quod Chriſtus Dominus de dile- 37.
ctione erga ſe jam,ſupra egit. *Manete in dilectione mea.* Vt jã dixi q. 3. Secundò moraliter Chriſtus Dominus de amore erga ſe non ponit hic peculiare præceptum, non enim dixit:hoc eſt mandatum meum , ut me diligatis. Multum confidebat ſanctorum Apoſtolorum prudentia , ac bona urbanitate , pro certo enim habebat, ut ipſi non deficerent in ſuo munere , ſed ſuum magiſtrum tam intimè eos amantem redamarent Cum Lazarus infirmaretur,ſcribunt ſorores ejus Martha & Maria Chriſto Domino : *Ecce quem amas infirmatur.* Ioan. 11.n. 3. unde intellexerunt , quod Chriſtus eum diligebat; nam ut ait Theophyl. *Mirum videtur , qualiter virum dilectum infirmitas* *Joan. 11. Theoph.*

Trident. *Prudentia, ac urbanitas amoris diligit diligentes ſe.* *infirmitas potuerit occupare.* Et ut ait Trid. ſeſſ. 6. c. 9. Nullus eſt certus ſe gratiam Dei fuiſſe conſecutum. Unde ergo inferunt, quod Chriſtus eum amabat; agnoverat ille, quod Lazarus Chriſtum intimè diligebat; inde bene deducunt, quod à Chriſto amabatur, fieri enim non poterat, ut tantus Dominus ſuum amorem denegaret illi tam eximiè eum diligenti, ac ſequenti.

38. Tota ſacra Scriptura maximè extollit amorem Jonathæ ergo Davidem. *Anima Jonathæ conglutinata eſt animæ David, dilexit eum Jonathas quaſi animam ſuam.* 1. Reg. 18. n. 1. Et cum hæc ita ſint, nunquam verbis exprimitur amor Davidis erga Jonatham. Præpondera; Scriptura ait de Davide. *Sedens in Cathedra ſapientiſſimus princeps.* 2. Reg. 23. n. 8. David prudentiſſimus, ac ſapientiſſimus erat, inde ſcriptor Canonicus judicavit neceſſarium non eſſe exprimere, quod Jonatham diligebat; nam cum David eſſet ſapiens, & prudens, evidens, ac manifeſtum erat, quod cum cognoſceret amorem Jonathæ erga ſe, ſimili etiam eum proſequeretur, ut amaret redamantem ſe.

1. Reg. 18.

2. Reg. 23. *David cum eſſet prudens ſupponitur quod amabat Jonatham.*

39. Geneſ. 25. Caiet. *Quem tu magis diligis, te magis diligit.* Mortuo Abrahamo ſepelierunt eum Iſaac, & Iſmaël filij ſui. Gen. 25. n. 9. Meritò addubitat ibi Caietan. *Nihil de filiis Ceturæ dicitur.* Cur ergo tantum illi duo communem parentem ſepeliunt, & non alij. Illos duos Iſaac, & Iſmaëlem præ cæteris Abraham dilexit, tanquam ſuos priores filios; inde hi duo præ cæteris magis eum dilexerunt? ut ultimum officium erga eum præſtarent, quem enim tu diligis etiam diligis, & quem tu maximè amas, maximè ab eo redamaris.

Joan. 15. *n.* 13. Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.

Num. 14. Vos amici mei eſtis ſi feceritis quæ præcipio vobis.

VERSIONES.

Syriac. n. 13. Charitas major iſta nulla eſt, qua quis animam ſuam.

Arab. Inter dilectiones major hac non eſt.

Philo Carpat. Majorem hac charitatem nullus habet, quam animam quis ponit pro amicis ſuis.

Arab. n. 14 Et vos amici mei eſtis, ſi feceritis quodcumque præceperim vobis.

Vatabl. Si feceritis quæcumque ego præcipio vobis

Lucifer Caral. Mando vobis.

EXPOSITIO II.

40. *Magnum beneficium non obiiciendum, ſed diſſimulandum.* Dixit Dominus immediatè ſuprà, ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos, nunc verò, explicat hanc ſuam dilectionem, quæ in tantum fuit, ut pro ipſis ſequenti die vitam daturus, eſſet, *Majorem hac dilectionem nemo habet*, id eſt inter omnia amoris ſigna, nullum poteſt eſſe majus opus exterius, nilque majus poteſt fieri, *ut animam ſuam*, vitam ſuam nempè temporalem ponat quis coactus amore, *pro amicis ſuis*; pro amicis dixi, quia Chriſtus loquebatur cum Apoſtolis, ad Apoſtoloſque dirigebat ſermonem, erga quos ſuam dilectionem oſtendebat, & ideo dixit pro amicis quia cum Apoſtolis loquebatur quos ut intimos amicos habebat, ut latius dicam quæſtione ſeq ſuó que exemplo exhortatur eos, ut ſimili modo animam ponant. Et loquitur in tertia perſona, *Majorem hac dilectionem nemo habet.* Ne magnum beneficium, quod exhibebat in vita ſua effundenda objicerent, ſed aliquantulum diſſimulare videretur.

41. Maldon. Tolet. *Vos amici mei eſtis.* Occaſione illius verbi, animam ponit pro amicis, ut notarunt Maldon. Toletus, docet diſcipulos, quomodo illius amici eſſe poſſint, & hoc etiam modo ad mutuam dilectionem eos allicit, ut ejus præcepta ſervent. *Si feceritis quæ præcipio vobis*, ut talia facientes, parati ſint pro ſe invicem vitam dare: *Vos amici mei eſtis.* D. Auguſt. tract. 85. *Magna dignatio, ut Dominus quos novit ſervos ſuos, dignetur dicere amicos ſuos.* Et ait, *eſtis.* Euthym. *eritis.* Si feceritis, Græcus habet, ſi facitis, ut etiam amici mei eſtis in præſenti. Et cum ait ſi feceritis, non dubitat quod faciant, ſed oſtendit amicos ſuos eſſe, eo quod faciant. Vel ne cum ſe videant à Chriſto electos extollantur, & ſe ſecuros exſtiment, quod inde ad cæteros traducatur, ut per bona opera unuſquiſque certam vocationem faciat. *Quæ ego præcipio vobis.* Nam abſque mandatorum obedientia, non poteſt conſiſtere amicitia inter me, & vos, & hoc jam ſuprà dixerat: *Si præcepta mea ſervaveritis, manebitis in dilectione mea.*

Auguſt.

Euthym. Græcus. *Nullus ſe ſecurum præſumat.*

QUÆSTIO VII.

Quare Chriſtus in exponenda vita meminit tantum dilectionis amicorum, non verò inimicorum?

42. *Difficultas quæſtionis.* Chriſtus Dominus Tanquam aſſignans ſupremum charitatis apicem: ait: *Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Major autem videtur dilectio, qua vita pro inimicis profunditur. Quod probatur ex D. Bernard. ſerm. Feriæ 4. hebdomadæ ſanct. *Tu, ait, Domine majorem habuiſti charitatem, ponens animam tuam etiam pro inimicis.* D. Gregorius hom. 27. in Evang. *Una*, inquit, *& ſumma eſt probatio charitatis, ſi & ipſe diligitur qui adverſatur.* Et Paulus Rom. 5. n. 6. *Ut quid*, ait, *Chriſtus pro impiis mortuus eſt? Vix enim pro juſto quis moritur. Nam pro bono forſitan quis audeat mori? Commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* Qui autem impius, & peccator inimicus eſt Dei, & tamen pro ipſis mortuus eſt Chriſtus.

Bernard.

Gregor.

Rom. 5.

43. Reſpondent aliqui primò quod Chriſtus Dominus hic loquitur, de dilectione inter homines, inter quos nulla eſt major dilectio, quam mori pro amico, hanc autem noſtram charitatem Chriſtus ſuperavit, dum etiam pro inimicis mortuus eſt. Dixerat Dominus: *Hoc eſt præceptum meum ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos.* Suam dilectionem nobis propoſuit in exemplum, ut eam diſcipuli imitarentur, ac ab ea excitamenta capeſſerent. Nunc verò ſubdit: Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis, Ac ſi præceptum, quod dederat de ſequenda ſua dilectione quodammodo mitiget, retrahat ſtylum, ac temperet ſententiam ſ nequit enim

Pro inimicis vitam dare non hominis, ſed Dei eſt.

enim humana fragilitas ad totum dilectionis divinæ currere ſtadium, pro inimicis mori, Dei, non hominis eſt; ergo explicuit ſententiam, inter homines hæc major dilectio eſt, occumbere pro amico. Caietan. *Ac ſi*, ait, *apertum ſubjunxiſſet, non exigo à vobis, ut modum meæ erga vos dilectionis imitemini, quantum ad hoc quod dilexi vos, ponendo animam meam pro vobis, cum inimici eſſetis? ſed ſufficit quoad hoc quod diligatis invicem, ponendo animas veſtras pro amicis, quia inter homines majorem hac dilectionem nemo habet.*

Caietan.

44. *Non conferuntur actus amici cum inimicis.* Secundò & maximè genuine ad ſenſum. Dixerat Chriſtus, *ut diligatis invicem ſicut dilexi vos*, agitque de ſua dilectione, qua ipſe diſcipulos proſecutus fuerat intendebatque oſtendere ſe non potuiſſe eos magis diligere quam dilexerat, cum animam ſuam pro ipſis poneret? ideò de amicis, & non inimicis facit mentionem, non enim conveniebat eos inimicos dicere, quo oſtendere volebat ſibi maximè charos, & amicos eſſe? ac proinde hic non conferuntur amici cum inimicis? ſed actus inimicitiæ inter ſe, inter autem omnes actus, & officia amicitiæ nullus major eſt illo, quo quis vitam ponit pro amico ſuo, quod Chriſtus facturus erat pro illis, ut potè qui amici, ac diſcipuli illius erant. Ita Maldonat. Tolet. Ribeira Franc. Lucas, Barrad. Cornel. à Lapide, & alij.

Maldonat. Tolet. Ribeira. Franc. Luc. Barrad. Cornel.

45. *Pro quibus moritur, amicos reputat.* Tertio: Chriſtus de amicis ſolùm fecit mentionem? quicumque pro aliis vitam profundit, pro amicis moritur; quamvis revera inimici exiſtant, tamen ab eo qui pro eis mortem ſubit, maximè diliguntur, & amici reputantur. Chriſtus ergo Dominus quamvis pro inimicis crucem aſcenderet, pro amicis tamen mortuus dicitur, quoniam eos pro quibus vitam dabat, diligebat. D. Bernar. ſerm. 9. in Pſalm. *Qui habitat*, non aliter ait. *Pro amicis mortuus eſt Chriſtus, niſi pro acquirendis, videlicet, ut amicos faceret ex inimicis. Cum enim adhuc inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per ſanguinem filij ſui, Aut potius pro jam amicis, & ſi nondum quidem amantibus, ſed tamen jam amatis.* D. Thom. ait, *pro quibus Chriſtus animam poſuit, licet non eſſent amici; quaſi amantes, erant tamen amici, ut amati.*

Bernard.

D. Thom.

46. Gregor. *Tanta eſt utilitas ex perſecutionibus, ut amici reputentur.* Quartò: ſubtiliter D. Greg. hom. 27. in Evang. *Majorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Mori pro inimicis*, ait, *Dominus venerat, & tamen poſiturum ſe animam pro amicis dicebat, ut nobis oſtenderet, quia cum lucrum facere de inimicis poſſemus, etiam ipſi amici ſunt, qui perſequuntur.* Multum eſt vitam pro amico profundere, cum nihil vita pretioſius habeat homo quod dare poſſit; at excellentius eſt vitam morti objicere pro inimicis; nam amicorum dilectio homini cognata eſt, amor verò inimicorum peregrinatur ab homine, cum hæc ita ſint, *& mori pro inimicis Dominus venerat* Cur tantùm meminit de morte pro amicis, *ut animam ponat pro amicis ſuis.* Tanta eſt excellentia, ac magnitudo gratiarum ex hoſtili adverſariorum perſecutione, tamque magnificum cœleſtis gloriæ lucrum, ut crudeliter inſectator, ac perſecutor, qui in cauſa eſt tanti lucri acquirendi, non in inimicorum catalogo, ſed potius amicorum reputandus ſit; fortè antequam perſecutor ſæviret, inimicus cenſeri poterat? at dum perſecutionem infert, tantùm gloriæ pignus miniſtrat, tantámque perſequendo gratiam fœneratur, ut non videatur opus inimici, ſed amici ideò non ut inimicus, ſed tanquam amicus agnoſcitur. *Ut nobis oſtenderet, quia cum lucrum facere de inimicis poſſemus, etiam ipſi amici ſunt qui perſequuntur.*

Totis viribus cupiebat Satanas Jobi perditionem, & ut impleret ſuum deſiderium, dicebat ad Deum 2. n. 5. *Mitte manum tuam, & tange os ejus, & carnem, & tunc videbis quod in faciem benedicat tibi.* Videtur quod Satanas totam ſuam aſtutiam hic perdiderit, intendat ipſe in extremam ruinam adducere Job, cur non petit à Deo ut ei permittatur, ut ipſe extendat manum ſuam, & percutiat eum; cur hoc quærit è manu Dei? *Mitte manum tuam, & tange os ejus.* Valdè notorium eſt, quod è manu Dei omne bonum deſcendit. Sic decantat Regius Vates: *Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.* Pſ. 144. n. 6. Cur ergo petit ad perdendum Job, quod Deus mittat manum ſuam? Alto Dei conſilio decipitur Diabolus, petens afflictiones, ac calamitates Iob; è manu Dei omne bonum ei procurat; nam ſolicitans Job labores, ac perſecutiones, omnia bona ei comparabat; cum ergo peteret ei omnia bona, non aliter poterat petere niſi è manu Dei, à qua univerſa bona profluunt. D. Ambroſ. in pſal. 36. ad illa verba: *Confirmat autem juſtos Dominus*, ait, *Diabolus ſuo ſermone deceptus eſt, qui dixit: Mitte manum tuam in eum, & videamus ſi in faciem te non benedicat. Miſit Deus manum ſuam, & confirmatus eſt Job. Cæpit benedicere, qui maledicere credebatur; ſanat enim juſtos, cum tangit manus divina, non vulnerat.*

47. Job. 2.

Perſecutiones, non mala, ſed bona ſunt.

Pſalm. 144.

Ambroſ.

48. Rapitur D. Stephanus ad conſilium, in quo falſi teſtes, accuſatores, ac iniqui judices aderant, *Tunc intuentes eum omnes qui ſedebant in concilio, viderunt faciem ejus tanquam faciem Angeli.* Act. 6. n. 15. In concilio malignantium conſtitutus, Martyr, angelicam faciem radiantem, ac fulgurantem exhibet, cur non potius in cœnaculos quando erat orans, vel quando viduis, ac egenis miniſtrabat bona, ac eleemoſynas, ſeu quandò in publicis locis prædicabat, ſed modo in ſuorum adverſariorum conſcientias radios fulgoris vibrat, ut tanto ſplendore eos illuminaret, ac illuſtraret; ut factum eſt cum Saule, ut beneficium, quod ex eorum perſecutione, ac condemnatione acceperat, illuſtratione veritatis recompenſaret, perverſos adſtantes in concilio non ut adverſarios reputabat, ſed tanquam beneficos lucrum ſibi comparantes, ideò ut gratiam perſolveret, radios lucis effudit, ut tanquam cereis accenſis ad depellendas tenebras ſuorum errorum illuminentur. Euſeb. Gallican. ſerm. de S. Stephano. *Aſpectu*, ait, *Angeli facies impiorum cæduntur & lapidantium conſcientiæ, lapidati lumine percuſſæ agnitionis cereis lapidantur.* Prælucente Angelica facie Stephani cereæ faces proſiliebant, quæ hoſtes in agnitionem veritatis illuminarent.

Act. 6.

Juſtus ſuis perſecutionibus veluti gratiam perſolvit.

Euſeb. Gal.

Quæstio VIII.

Quare Chriſtus Dominus eos vocat non ſervos, ſed amicos dicens: Amici mei eſtis *de præſenti*, ſi feceritis *de futuro*?

49. Amicos eos vocat, ſi adimpleverint præcepta ſua, quæ ipſe mandat, unde in hæc verba ait D. Chryſoſt. *Proponitur familiaris ſublimitas officiorum fœnore comparanda, ad amicitiarum cœleſtium potentiam ſervitutis obſequio pervenitur.* Familiaritatis ſublimitas in adimplendis mandatis viſitur, nam ut ait Alb. Magn. dilectionis

Chryſoſt.

Divina amicitia ſuprema ſublimitas.

Alb. Magn.

ſignum impletio mandatorum exbihitio operis, probatio eſt amoris, & ſervitutis obſequio cœleſtes mentes capiuntur, ac pignorantur, ut tali obſequio ad ſui amicitiam perveniant.

50. *Objecto præmio ad magna animantur diſcipuli.* D. Chryſ. D. Auguſt.

Ait Chriſtus, quod primo quæſtio inquirit. *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ ego præcipio vobis* ait, *amici eſtis* de præſenti. *Si feceritis* de futuro. Conſequenter dicendum videbatur. Vos amici mei eritis, ſi feceritis. Vel eſtis ſi facitis; utrumq; in eodem tempore connectendum erat; de quo egi in expoſitione Moraliter vero ait, *eſtis*, de præſenti. *Si feceritis* de futuro. Quia noſter Jeſus ſuam amicitiam, quæ eſt ſuprema dignitas, ut ponderant Chryſ. & Aug actualiter confert, ut tanto beneficio obligati, ac aſtricti ad omnia gravia ſubſtinenda pignorarentur, omnibus obtemperarent, omnia mandata adimplerent, pro quo vide multa in Indice rerum, verbo *Præmium* in hoc tomo, & aliis quatuor.

51. August.

Quæſtio tamen principaliter inquirit, cur Chriſtus eos dicit amicos, & non ſervos, *ſi feceritis quæ ego præcipio vobis.* Quod dubium hic excitat D. Aug. tract. 87. Nam mandatis Domini obtemperare, proprium eſt ſervorum. Reſpondet idem D. Aug. non ſolum ſervorum Chriſti, ſed etiam amicorum proprium eſſe præcepta obſervare; unde Chriſtus dixit. *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ præcipio vobis*: Servitus & amicitia Dei mandatorum importat obedientiam; nam probatio dilectionis exhibitio eſt operis. Ex quo inquit. D. Aug. *Magna dignatio, cum ſervus bonus eſſe non poſſit, niſi præcepta Domini ſui fecerit; hinc amicos ſuos voluit intelligi, unde ſervi boni poſſunt probari. Sed iſta dignatio eſt, ut Dominus quos novit ſervos ſuos, dignetur dicere amicos ſuos.*

52. *Non vincitur, nec vita datur rigore ſed benevolentia.* 4. Reg. 6. Rupert.

Perpende verba, ut *Dominus, quos novit ſervos ſuos, dignetur dicere amicos ſuos.* Agnoſcit eos ſervos eſſe, tamen cum eis ut amicis agit, ſervus timore impellitur: Sic ait D. Aug. citat. *Omnis ſervitus ex timore naſcitur.* amicus benignitate, ac affabilitate allicitur, volens eos magis lenitate, quam rigore adducere, illa enim potentior ad inclinandum, ac devinciendum. Cum accepiſſet Parens Eliſæus filium mulieris Sunamitidis mortuum. Mittit puerum ſuum Giezi cum baculo ſuo, ut imponeret ſuper puerum, quod cum ille feciſſet minime mortuus revixit. *Poſuerat baculum ſuper faciem, pueri, non erat vox, neque ſenſus.* 4. Reg. 6. n. 31. Quod videns Eliſæus acceſſit componens ſe cum puero, inſufflavit in eum. *Oſcitavit puer ſepties, aperuitque oculos.* Cur Giezi ex mandato Eliſæi cum ejus baculo non ſuſcitat puerum, ſed tantum hoc præſtat Eliſæus cum inſufflatione? Baculum, ac virga ſervilem rigorem indicabat, halitus verò oris benignitatem parentis, ac amici innuebat, & non revocat in vitã ſervilis auſteritas, ſed amica benevolentia, cum minaci virga nihil obtinetur, cum affabili manſuetudine omnia impetrantur. Rupert. l. 5. in libros Reg. c. 25. *Puer ait, ab Eliſæo miſſus cum baculo non ſuſcitavit, per ſemetipſum verò Eliſæus veniens, & in ore mortui ſepties aſpirans, hunc ad redivivam lucem protinus per miniſterium compaſſionis animavit.* Et poſtea ſubdit, & maximè notat. *A morte igitur timor ſuſcitare non valuit, ſed ad ſtatum vitæ aſpirata manſuetudinis gratia erexit.*

53. Geneſ. 26. *Non aſperitas, ſed lenitas ruſticas feras devincit.* Ambroſ.

Cum Iſaac vellet benedicere filium ſuum primogenitũ, dicit ad Eſau, ut egrederetur foras aſſumptis armis ſuis, ut ex apprehenſo venatu pararet ei pulmentum, cumque eſſet profectus in campum; tunc ex conſilio matris Jacob pergit ad gregem, & attulit duos hœdos. *Abiit, & attulit, deditq; matri, paravit illa cibos ſicut velle noverat patrem ejus.* Gen. 28. n. 14. Res valdè mira: Eſau erat homo ferox ac peritiſſimus in venatione, & multo prius quam Jacob egreſſus eſt in cãpum Jacob è contra homo erat lenis, quietus, habitans in tabernaculis, & tamen ipſe prior quã Eſau invenit prædam, & attulit, ac dedit Patri. Unde hoc factum eſt. Etiam feroces, ac ſylveſtres beſtiæ magis domantur, ac vincuntur à lenitate Jacob, quam à ferocitate, ac ruſticitate Eſau D. Ambr. l. 2. de Jacob. c. 2. *Dum Eſau, ait, venatu aſpero prædam quærit agreſtem, hic mitium cibos morum, hic domeſticam gratiam, hic teneræ manſuetudinis, atque pietatis pio patri dulces epulas miniſtravit.* Vide multa in hoc, & ſuperioribus tomis, verbo *Benignitas.*

Joan. 15. n. 15. Jam non dicam vos ſervos: quia ſervus neſcit quid faciat Dominus ejus. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunque audivi à Patre meo, nota feci vobis.

Num. 16. Non vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos, & poſui vos, ut eatis, & fructum afferatis: & fructus veſter maneat, ut quodcunque petieritis Patrem in nomine meo det vobis.

VERSIONES.

Syriacus n. 51. Non amplius vocaturus ſum vos ſervos: quandoquidem ſervus neſcit quid faciat herus ipſius. Amicos autem meos vocavi vos; quoniam quidquid audivi à patre meo, notum feci vobis.

Theophy. Vat. Non poſthac vos dico ſervos

Græcus. Non amplius dico.

Arab. Et nunc non nominabo vos ſervos: quia ſervus non ſcit, quid faciat Dominus ejus, vos autem nominavi amicos meos, quia quodcunque audivi.

Lucifer Caral. l. 2 pro S. Athanaſ. Jam non dicam vos ſervos, ſed amicos: quia ſervus, &c.

D. Hilar. Quia ſervus neſcit, quid velit Dominus ejus.

Origenes. Quia ſervus neſcit, quæ ſit voluntas Domini ſui, ſed vos dico amicos.

Syriacus n. 16. Nos vos elegiſtis me: ſed ego ipſe elegi vos, atq; poſui vos, ut & vos abeuntes afferatis fructus: & fructus veſtri permaneant, ut quicquid rogaveritis Patrem meum in nomine meo det vobis.

Vatab. Elegi vos, & cõſtitui vos, ut abeatis:

Lucifer Caral. Et fructificetis,& quod cũque à Patre meo petieritis.
Euthym. Ut quicquid petieritis Patrem nomine meo, det vobis.
Theophy. Ut quidquid petieritis Patrem ſub nomine meo, dem vobis.

EXPOSITIO III.

54. *JAM non dicam vos ſervos.* Dixerat Dominus ſupra *amici mei eſtis, ſi feceritis.* Intelligendum dabatur, quod amici ſui erant, quo non eſt contentus Dominus, ſed manifeſtè, & apertè oſtendit eos amicos ſuos eſſe, nam amicitia erga aliquem apertè declaranda eſt. *Jam non dicam vos ſervos.* Licet natura, ac conditione ſervi mei ſitis, & optimo jure vos vocare poteram ſervos, tamen ex eo quod vos elegi tanta dignitate, ac honore vos afficio, ut tanquam meos intimos, ac fideliſſimos amicos meos habeam, ut omnia, quæ à Patre meo accepi, vobis communicaverim. Preme illud *jam:* id eſt jam ſeu modo abiens, multa eis revelavit, quæ antea tacuerat: *Quia ſervus neſcit quid faciat Dominus ejus.* Communiter ita accidit, aliquando tamen, & raro herus habet ſervos fideliſſimos, & cum eis communicat ſua ſecreta, ſed tunc eos habet non tantum ut ſervos, ſed etiam ut amicos fidos. — *Germinus ſenſus.*

55. Luc. Burg. *Vos autem dixi amicos.* Verbum *dixi* reſpicit omne tempus, ut notat Luc.Burg. *Dixi* ex quo vos vocavi ad meum Apoſtolatum, ad meámq; legem Evangelicam. *Quia omnia.* Rectè ait D. Chryſ. hom.76.in Joan. non tantum eos dicit amicos nomine, ſed multis ſignis, & apertis beneficiis ſuam amicitiam erga eos oſtendit. *Omnia quæcumque audivi à Patre meo.* Carthuſ. *Non intelligitur abſolutè de omnibus, quæ Chriſtus, ſive ut homo à Patre audivit, ſed de illis, quæ manifeſtata ſunt diſcipulis ſecundum exigentiam ſtatus eorum & ſecundum utilitatem Eccleſiæ juxta* illud 1. Joan. 2. n. 27. *Non neceſſe habetis, ut aliquis doceat vos: ſed ſicut unctio ejus docet vos de omnibus.* Et ait Dominus. *Nota feci vobis:* non per umbras, ac figuras, ut in lege veteri, de quo glorianter dicebat David. *Nõ fecit taliter omni nationi, & judicia ſua non manifeſtavit eis.* Pſal. 147. n. 20. At in lege gratiæ, nõ per umbras, & figuras, ſed clarè, & diſtinctè per ſemetipſum nota fecit. Quomodo hoc cohæret cum his, quæ dicuntur c. 16. n. 12. *Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo.* Reſpondent D. Chryſ. Euthym. Theoph. explicant nota feciſſe omnia, quæ illis conveniebat dicere, ſed hoc modo quilibet Dominus ſervis communicat ſua ſecreta prout illis convenit dicere. Melius D. Aug. Beda: *Nota feci* accipi pro mox nota faciam, ſeu ut ait. Maldonat. decrevi nota facere in die Pentecoſtes per miſſum Spiritum ſanctum. — Chryſoſt. *Amicitia operibus declaratur.* Carthuſ. 1. Joan. 2. Pſalm. 147. D. Chryſ. Euthym. Theoph. D. Auguſt. Beda.

56. Chryſoſt. *Non vos me elegiſtis.* Alterũ eximium benevolentiæ ſignum erga eos, ut ait D. Chryſ. Oſtendit Dominus, quo manifeſtat ſuã ſupremam amicitiã cum eis. *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.* D. Aug. hic & lib. 1. de Prædeſt. Sanct. c. 17. & Beda, D. Proſper. lib. contra Collatorem, intelligunt Dei prædeſtinationem, quã ſine ullis meritis nos elegit ad gloriam, Chriſtus tamen ait. *Non vos me elegiſtis.* Apoſtoli non poterant Chriſtum eligere ad cœleſtem gloriam; & ideo aptius N. D. Cyrill. D. Chryſ. Leont. Theoph. Euthym. & alij de electione ad Apoſtolatum interpretantur, ut ſenſus ſit. Non vos priores me elegiſtis in Magiſtrum, Dominũ, ac amicum; ſed ego prior nullis veſtris meritis præcedentibus vos vocavi, ac elegi in meos Apoſtolos, ac diſcipulos. *Et poſui.* D. Chryſ. cum ſuis diſcipulis. Euthym. Theoph. explicant. *Plantavi*, perſiſtunt in parabola vitis plantavi quaſi vites fructiferas. Maldonat. Declaravi, quia dignitas debet eſſe aliis manifeſtata, propriiſſimè: *poſui*, id eſt conſtitui, ac collocavi ut meos Apoſtolos, ac Legatos, *ut eatis* per totum mundũ, & fructum afferatis in converſione gentiũ. Quod maximè pertinet ad commendationem charitatis Apoſtolorum erga ipſas gentes, atque ad perfectionem functionis officij eorum, ut notarunt D. Chryſ. ac Theodor. Mopſueſt. — D. Auguſt. Beda. D. Proſper. Chryſoſt. Leont. Theoph. Euthym. Chryſoſt. Theodor.

Et fructus veſter maneat. N. D. Cyril. Alex. hoc refert ad Evangelium, quod manet non ſicut lex vetus, quæ pertranſivit. Aptius tamen Carthuſ. Et fructus veſter maneat in Eccleſia per vos converſa, atque in Chriſto renata uſque in finem ſæculi perſeveret, & deinde ad æternam hæreditatem pertingat in certitudine. *Ut quodcunque petieritis Patrem.* Aliud magnum amicitiæ ſignum aſſignat Chriſtus ſuis Apoſtolis, ut valeant impetrare quidquid petierint à Patre, & ait *nomine meo:* hoc eſt meis meritis. *Sine me nihil poteſtis facere.* Joan. 15. n. 5. vel *in nomine meo:* hoc eſt ex parte mea, ut eſt phraſis uſitata ſcripturæ. Exod. 5. num. 23. Deut. 18. n. 19. & 1. Reg. 25. n. 5. *Salutabitis eum nomine meo.* Et addit, det, ut ſupra explicavi cap. 11. expoſit. 6. n. 111. *Det vobis.* Græcè anceps eſt, vel in tertia perſona ut habet noſtra vulgata, vel in prima, ut legunt D. Chryſ. Theophyl. Euthym. *Dem vobis.* Sicut c. 11. n. 13. *Quodcunque petieritis Patrem in nomine meo hoc faciam.* Quod oſtenditur, ut ait Theophylactus æqualitas perſonarum patris, ac filij, cum filius æqualiter, ac Pater poſtulata concedat. — 57. D. Cyrill. Carthuſ. Joan. 15. Exod. 5. Deut. 18. 1. Reg. 25. Chryſoſt. Theoph. Euthym.

QUÆSTIO IX.

Quare Chriſtus ait quod Apoſtoli non ſunt amplius ſervi vocandi, quia eis communicaturus eſt ſua ſecreta?

AIt Chriſtus ſuis Apoſtolis: *Jam non dicam vos ſervos* Seu ut habet Græcus *non amplius vos dico ſervos.* Rupert. exiſtimat hoc loco ſervos appellari, id eſt inimicos, hoc eſt jam non dicam vos ſervos, ſeu inimicos (nam ſervi multoties ſunt inimici Domini ſui) ſed amicos; licet enim olim fuerint peccatores, ac inimici, tamen vos jam per baptiſmum, ac gratiam meam, juſtos, ac amicos meos, effeci. Secundò D. Aug. D. Thomas, & alij putant, hic denotari ſervos timore ſervili, hoc modo jam non dicam vos ſervos timore ſervili Tertiò. Caietan, ſic exponit. Jam non dicam vos ſervos tantummodo, ſed ſervos & amicos. Quartò. D. Irenæus lib. 4. cap. 27. D. Thomas, Cardinalis Hugo, & Toletus. *Jam non dicam vos ſervos.* Scilicet, eo modo ait, quo Judæos vocavi ſervos, quia feci eos ſervire ſervitutem dum ſub lege veteri, à qua ego vos per Evangelium meum libero, tamen hoc videtur valdè generale, & remotum. — 58. *Quare dicuntur ſervi.* Rupert. *Servus aliquando inimicus Domini.* D. Auguſt. D. Thom. Caiet. D. Irenæus. D. Thom. Hugo. Tolet.

Quintò & genuinè, ut dixi in expoſitione. 59.

Jam

Germana ratio.

Iam non dicam vos ſervos. licet natura, & conditione ſervi ſitis, tamen tantum gratia mea vos ſublimavi, ut vos tanquam amicos meos intimos efficiam; Non negat Chriſtus eos manere ſervos, ſed aſtruit ipſos ſervos elevare in amicos ſingulares, eóſque hoc nomine, ac prærogativa inſigniri, ut ſervi fiant amici. Ita Janſen. Ribeira, Luc Burg. Cornel. à Lapide, & alij, & ante eos D. Irenæus citato loco

Janſen. Ribeira. Luc Burg. Cornel.

60. Maximè ad quæſtionem. Ait Chriſtus D. *Jam non dicam vos ſervos, quia ſervus neſcit, quid faciat Dominus ejus: Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumq; audivi à Patre meo, nota feci vobis.* Quia ſecretorum ſuorum ſunt conſcij, inde ſubjicit amicos ejus eſſe habitos, amicorum enim proprium eſt amico ſuo ſecreta ſua revelare. Vnde D. Greg. 27. moral. c. 8. *Amicus*, ait, *animæ cuſtos dicitur.* Sicut enim res cuſtoditæ ſuum nequeunt latere cuſtodem: ita neque amici arcana ſuum amicum, quod ſymbolica figura denotabant Antiqui, nam ut teſtatur Nicolaus Caſſianus lib. 2. n. 11 depingebant juvenem qui amicitiæ referebat naturam, habentem latus apertum uſque ad cor, & brachium inclinatum digito cor oſtendens, ut hoc ſigno denotaretur inter veros amicos cor debere eſſe patens, & manifeſtum.

Amicus novit ſecreta ſui amici. D. Gregor. Caſſian.

61. Ait Iſai. 24. n. 16. *Secretum meum mihi, ſecretum meum mihi.* In multis codicibus habetur ut referunt ſcholia Sixtiana: *Myſteriũ mihi & meis.* Idem eſt enim, quod ſecretum, ſeu myſterium ſit mihi, ac etiam ſit meis intimis amicis, nullum enim ſecretum ego habeo mihi, quod etiam non ſit prævium, ac manifeſtum amicis meis: peculiarem amicum deſcribens Regius Vates ait Pſ. 54. n. 14. *Tu vero homo unanimis, dux meus, & notus meus* Illud verbum: *Homo unanimis.* Seu ut alii vertunt *juxta æſtimationem meam,* ſeu *juxta pretium meum,* quem in æſtimationem, ac pretio habeam ferè æqualem mihi: *Dux meus.* Symmachus *familiaris meus:* Et addit, *qui ſimul mecum dulces capiebas cibos.* D. Hieron. *Qui ſimul habuimus dulce ſecretum* Aquila. *Qui ſimul dulce faciebamus ſecretum.* Qui eum habebat ut familiarem, ac ſibi unanimem, ac alterum ſe amore, & affectu, cum eo communicat dulce ſecretum, ut nihil de eo abſconderet, ſed omnia ei aperiret, ac manifeſtaret. Senec. epiſt. 3. *Diu cogita,* ait, *an tibi in amicitia aliquis recipiendus ſit: cum placuerit fieri; toto illum pectore admitte, tam audacter cum illo loqvere, quam tecum.*

Iſa. 24. Sixtiana. *Amicus fidus Idem cum amicò.* Pſal. 54. Symmach. D. Hieron. Aquila, Seneca.

62. Ait ſponſus ſuæ dilectæ: *Equitatui meo in curribus Pharaonis, aſſimilavi te amica mea.* Cant. 1. n. 8. ſæpè eam vocat ſponſam, ſororem, dilectam, nunc verò eam dicit amicam: *Aſſimilavi te amica mea.* Poſtulaverat ipſa; ut indicaret ei locum accubitus ejus: *Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi paſcas, ubi cubes in meridie?* locus habitationis ejus eſt valde ſecretus, & abſconditus, de quo ait Paul. 1. Timoth. 6. num. 16. *Qui lucem habitat inacceſſibilem.* Seu ut ex Græco legitur abſconditam, ut ergo ſecretum accubitum ejus indicet, eam amicam vocat: nam ſecretum magis aperiendum fideliſſimo amico, quam conſanguineo, ac propinquo, ſcilicet ſponſæ, ſorori, ac dilectæ; amico enim nihil debet eſſe abſconditum. Aëlredus Abbas lib. 1 de amicitia. *Porro amicus,* ait, *quaſi amoris, vel ut quiſquam placuit, [illegible] animi cuſtos dicitur, quoniam amicum cum amoris mutui, vel ipſius animi mei oportet eſſe cuſtodem, ut omnia ejus ſecreta fidei ſilentio ſervet.* Vide tom. 4, cap. 5. num. 9. 10. & 11.

Cantic. 1. 1. Tim. 6. *Magis aperiendum ſecretum amico quàm conſanguineo.* Aëlred.

QUÆSTIO X.

Quare Chriſtus ait ſuis Apoſtolis prò eorum commendatione, quod ipſe eos elegerit abſque eo, quod ille prius eſſet electus ab eis.

63. Reſpondet primò D. Chryſoſt. hom. 76. in Joan. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. Hoc eſt in amore præcurri. Theoph. *Ego qui* inquit, *elegi vos, hoc eſt non vos meam accepiſtis amici iam, ſed ego veſtram* Hoc modo declarat Chriſtus ſuum eximium amorem in Apoſtolos; quod nempe ex omnibus hominibus, qui nobiliores, eloquentiores, ac doctiores erant, eos tantum elegerit in ſuos Apoſtolos, ac principes Eccleſiæ, & eximios amicos ſuos, quo tacitè eos monet Chriſtus, ut viciſſim eum redament, nam quanto magis beneficium ſingularius eſt, tanto magis æſtimandum, ac venerandum.

D. Chryſ. Theoph. *Beneficium; quo magis ſingulare, eò æſtimabilius.*

64. Secundò. D. Cyrill. Alexandr. lib. 10. in Joan. c. 24. *Ego elegi vos, ac ſi diceret; imitari me debetis, o diſcipuli! quæ ipſe in vobis feci, ea in aliis facienda vobis ſunt. Ego me notum vobis ignorantibus feci, humanitate, clementiaque commotus: Quare non debetis vos, qui mei diſcipuli eſtis, ſedentes expectare, ut ultro ad fidem homines veniant, ſed errantibus manus porrigendas & audire nolentibus, ſalutaris ſermo à vobis eſt prædicandus, etiam ſi vos acerbiſſimè perſequantur.* Similiter Leontius Exhortatur Chriſtus ſuos Apoſtolos, ut ejus exemplum imitentur, ut quemadmodum ipſe prior eos vocavit ad ſuam fidem, & Apoſtolatum, ſic & ipſi priores præveniant omnes gentes, ut prædicando eas ad Chriſtum adducant, non enim eſt diſcipulus ſupra magiſtrum.

Cyril. Leont. *Diſcipulus magiſtrum imitetur.*

65. Tertiò. Sunt graves Auctores, qui aſtruant? Chriſtum Dominum voluiſſe ſuis Apoſtolis præſtare humilitatis motivum, licet enim vos vocaverim ut meos amicos, ac meorum ſecretorum conſcios, tamen ex hoc nolite ſuperbire; non enim vos hoc meruiſtis, ſed ego gratis vos ad tantam dignitatem exaltavi, ac ſublimavi. *Quid habes, quod non accepiſti,* &c.

Ad humilitatem exhortantur Apoſtoli.

66. Quartò Rupert. hoc loco eleganter: *Non,* inquit, *idcirco vos dicit amicos, quod vos me elegeritis, ſi ut Reges gentium, & qui poteſtatem habent ſuper eos, a ſuis eliguntur amicis: quibus perinde debitores ſunt, quia cupitum, non niſi per ipſos poterant obtinere imperium.* Apud homines illi vocantur amici, qui aliquem ad dignitatem, ac imperium eligunt; at diverſa ratione, ut rectè putat Maldon. *Chriſtus ſuum erga diſcipulos amorem declarare; interpretans, non vos me elegiſtis, ſicut populus regem ſuum ſolet eligere: non vos mihi, ſed ego vobis auctoritatem dedi.* Ac ſi dicat Chriſtus Apoſtolis à ſe electis, ego non ſum electus à vobis, nec mea ſuprema dignitas ullis electoribus eſt aſtricta gratitudinis vinculo, ac neceſſario rependendæ gratiæ ſuffragiò, ut ſolent electi reges, ſed quando vos elegi libertate judicij mei uſus ſum. Ex quo *Non vos mihi, ſed ego vobis auctoritatem dedi.* Et ampliſſimam; dum ſuprema mea cenſura nulli gratiæ rependendæ obnoxia electi eſtis. Ut eligatur Matthias in Apoſtolum non utitur Petrus jure Pontificio, ſed hoc totum

Rupert. Maldon. *Commendatur electio Apoſtolorum. quia non ipſi prius Chriſtum elegerunt.*

Actor. 1. committit Divino judicio. *Dederunt ei ſortes, & cecidit ſors ſuper Matthiam.* Actor. 1. n. 26. Ut ita maximè nobilitaretur electus, cum non ab homine qui ab aliquo depravato, ex aliquo capite pignoratus poterat ſuſpicari, ſed à Divina providentia omnino impendente aſſumebatur.

67. Quintò. Ait Chriſtus ſuis Apoſtolis pro ſingulari eorum gloria, *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.* Ipſi Ieſu miniſtri non ſe ingerunt muneribus, nec miniſteria ambiunt, nec ad regem conveniunt, ut eligantur, ſed ipſe omnium Princeps, ac verus Deus Jeſus eos introſpexit, vocavit, ac in ſupremo chlamyde Apoſtolico eos conſtituit, à ſolo enim Jeſu, ac ab halitu ejus venit proborum miniſtrorum electio.

68. Exod. 17. *Dixit Moyſes ad Joſuë: elige tibi viros, & egreſſus pugna contra Amalech.* Exod. 17 n. 9. Nunc primum nominatur Joſuë, núncq; primum ejus facinora publicantur ac dicuntur, & qui antea ſub nomine Oſee abſcondebatur, cur nunc Joſuë dicitur, cur omiſſo ſuo antiquo nomine, nunc ſub hoc novo publicatur, & ſcribitur, nonne ſub ſuo antiquo nomine munus hoc ſibi commiſſum poterat exercere, cur jam non Oſee ſed Jeſus dicitur? Deſignabatur ipſe à Moyſe, ut eligeret viros ad pugnam, Moyſes autem optimè agnoverat, quod non valebat ipſe eligere viros probos, ac bonos niſi ex halitu, ac ſub nomine Jeſu, ideo depoſito perantiquo nomine Oſee, novo appellatur, quod ſacratiſſimum nomen Jeſus adumbret, à ſolo enim Jeſu poteſt venire, ut apti, & idonei miniſtri in ſuis muneribus, ac dignitatibus eligantur. Theod. q. 34. in Exod. *Jeſus ait, cum ſalvatore noſtro cognominis trophæum ſervavit, tum in eo, quod appellationem hanc ſortitus eſt, quam ob id, quòd unus eſt opera delectorum virorum; ſicut Chriſtus ſacrorum Apoſtolorum uſus eſt miniſterio.*

A Ieſu halitu venit, ut boni miniſtri eligantur.

Theodor.

69. At verò ſi electio fit ab homine, frequenter indignus, ac immeritus aſſumitur fictam calumniam contra Dominum ſuum Miphiboſeth detulit Siba ad Davidem de eo teſtificans. *Remanſit in Jeruſalem dicens: Hodie reſtituet mihi domus Iſrael regnum Patris mei.* 2. Reg 16. n. 3 Unde potuit venire in mentem, qui Miphiboſeth eſſet regnaturus? Nam univerſus Iſraël toto corde ſequebatur Abſalon; deinde Miphiboſeth homo erat valdè ineptus ad regnum, erat enim elumbis. utroque pede claudus, ſedens domi, alienus ab omni commercio, unde ergo ſpes regni credi potuit in eo, ſatis prudenter effinxit Siba, quod ipſe diceret: *Hodie reſtituet mihi domus Iſrael regnum* Nota aliud *reſtituet domus Iſrael.* non dixit: Reſtituet Deus, ſed domus Iſraël, quomodo non divinis, ſed popularibus, ac mundanis affectibus res videbatur fieri, non mirum, quod indignus ac immeritus ſperaret ſibi regnum, ac dignitatem; ſicut enim alienum eſt à Deo indignum ad honores deſignare, ita proprium mundani affectus talem ſumere, & exaltare.

2. Reg. 16.

Mundus indignos eligit.

Joan. 15. *n.* 18. Hæc mando vobis, ut diligatis invicem.

VERSIONES.

Syriacus. Hæc præcipio vobis, ut diligat alius alium.

Arabicus. Hoc mando vobis, ut diligat alter alterum.

Euthym. Hæc annuntio vobis, ut diligatis vos invicem.

Pagnin. Ut diligatis vos mutuo.

Goth. Ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos.

EXPOSITIO IV.

Hæc *mando vobis*: ſeu ut vertit Arabicus. *Hoc mando vobis.* Seu ut legit Euthym. *Hæc annuntio vobis.* Quæ vobis hactenus dixi de amore meo, quod nempe pro vobis poſiturus ſim animam meam, & vos non ut ſervos, ſed ut amicos habeam, & quod vobis myſteria à Patre meo accepta revelarim & quod vos gratis elegerim, ac meos legatos, & prædicatores per univerſum orbem deſtinaverim. *Ut*, quæ conjunctio, ut exponunt Divus Chryſoſtomus Euthymius, Theophylactus, Ribeira, Franciſcus Lucas ſignificat finem, ut ſenſus ſit: Hæc de amore meo erga vos commemoravi, ac vobis inculcavi, non exprobrandi, ac objiciendi, quæ pro vobis feci, ſed tantum ob eam cauſam, *ut diligatis invicem.* Subintelligitur: *Ut dilexi vos*, ut nempe exemplum meum ſciatis, quomodo vos mutuo diligere debetis, tantis enim documentis declaravit eis, quomodo eos diligeret, cujus exemplum ſequentes ſe mutuo diligere debent. Ita D. Chryſoſtomus, Euthymius, Theophylact. qui ait: *Ut ne opinentur Apoſtoli, quod Dominus reprobans proferat eis quod animam ſuam pro illis ponat, & quod delecti ſint, ideo dixit hæc mando vobis non ut exprobrem, neque ut de bono quodam opere arroganter loquar, ſed ut animas veſtras firmiores faciam, in charitate mutua, idcirco enumero mea erga vos charitatis opera.* Nam, ut ait D. Auguſtinus tract. 87. *De charitate ergo mandat, merito dilectionem ſanè commendat tanquam ſola præcipienda ſit, ut ſine qua non poſſunt prodeſſe cætera bona, & quæ non poteſt haberi ſine cæteris bonis, quibus homo efficitur bonus.* Aliter exponit Theodorus Heracleotes, ut ſtatim dicam in limine ſequentis quæſtionis.

70. Arabic. Euthym.

Chryſoſt. Euthym. Theoph. Ribeira. Franc. Luc.

Chryſoſt. *Refert opera à ſe facta non ut exprobret ſed ut ad ſimilia exhortetur.*

D. Aug.

QUÆSTIO XI.

Quare Chriſtus Dominus hic iterum repetit præceptum de mutua dilectione.

Repetit hic dominus præceptum de charitate, tanquam rem à ſe maximè commendatam, vel etiam præter interpretationem datam in expoſitione ad ſequentia refert Theodor. Heracleotes apud Maldonat. *Si vultis, ait, mundo reſiſtere, qui odio vos habiturus eſt, hæc mando vobis, ut mutuam habeatis charitatem.* Ipſa concors unitas fratres maximè munit, & cuſtodit. Prove b. 18. n. 19. *Frater qui adjuvantur à fratre, quaſi civitas firma.* Unde Ageſil. Lacedæmonum Rex interrogatus cur Sparta mœnia non haberet? Cives oſtendens unanimes, ait, *Hi ſunt Spartæ Civitatis mœnia.* 71.

Theodor.

Prov. 18. Ageſil.

Scribit D. Luc. Actor. 2. n. 1. *Cum complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes pariter in eodem loco; & factus eſt repente de cœlo ſonus tanquam advenientis Spiritus vehementis.* Spiritus Dei lenis ad quid venit cum ſono vehementi? Divinus 72.

Act. 2.

nus Spiritus ſuavis, ac omnium conſolator, ad quid cum tanta vehementia? Cum eſſent omnes pariter unanimes, ac concordes, factus eſt ſonus vehemenead deſtruenda omnia hoſtilia, ac adverſaria. Ubi adeſt mutua concordia, ſtatim omnia contrária deſtruuntur, ac diſſipantur. Origen. homil.7. in Ioſuë. *Si univerſus populus compos, & unanimis maneat, fiet illud quod ſcriptum eſt in Actibus Apoſtolorum, quia terræ motus factus eſt magnus, ubi tunc unanimes orabant Apoſtoli; & terræ motu facto deſtruentur, & cadent omnia quæ terrena ſunt, ac mundus ipſe ſubverteretur.*

Vbi concordia regnat, adverſaria. deſtruuntur. Origen.

73\. *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilavi te amica mea.* Cant.1.n.8. ſub nomine amicæ intelligitur Eccleſia Catolica, *equitatui meo*, ſeu equis meis, ſub tali nomine denotantur Apoſtoli, Prædicatores, ac Doctores diſcurrentes per totum orbem ad ſeminandum Evangelium, ac deſtruendam idololatriam, ut interpretantur Gatena trium Patrum, Iuſtus Orgelitanus, Philo Carpathius, & alij, & combinantur cum equis in curribus Pharaonis, qui erant valdè veloces, & celeres; cur tamen non comparantur tantùm equis, vel equitatui Pharonis, ſed equitatui in curribus; Equi per ſe ſolùm in diverſas partes tendunt, ac diſcurrũt, unus in hanc, alter in illam; at equi in curru juncti concorditer trahunt jugum, ac in unam partem ſimul pergunt; ſic & Apoſtoli, ac Prædicatores Evangelici, ut Chriſti fidem plantarent, ac gentium errores deſtruerent, ac conculcarent, unanimes, ac concordes incedebant quorum unanimi doctrina, ac prædicatione Eccleſia Catholica ſublimata, ac exaltata eſt. D. Ambroſ. ſer.2. in Pſalm.118. *Vbi cœpit*, ait, *ſponſa Chriſti concordia, & manſuetudine populorum eſſe ſublimis, & toto circumferri orbe tanquam currus equis velocibus ſupra mundum rapta, aſcendit ad ſponſum.*

Cantic. 1. *Catena trium Patrum.* Orgelitan Carpath. *Concordia ſeminatur Evãgelium, & deſtruitur idololatria.* Ambroſ.

QUÆSTIO XII.

Quare Chriſtus Dominus ait in plurali: Hæc mando vobis, cum unum ſit tantum præceptum charitatis?

74\. AIt Chriſtus D. in plurali, *Hæc mando vobis*, id eſt. *hæc* multa quidem ſignificat, cum tamen unum tantum ſit charitatis præceptum, quomodo ergo ait, *hæc*, ſeu multa, vel multas res mando vobis; verum eſt quod dum jubet ut ſe invicem diligant, unum tantum præceptum eſt, at in præcepto multa alia includuntur v. g. non furtum facies, non falſum teſtimonium dices, non maculabis alterius honorem, hæc omnia in proximi amore clauduntur.

Amor multa præcepta involvit.

75\. Secundò: Cum ſit unum charitatis mandatum, tamen tanquam ſi eſſent plura, ait: *Hæc mando*, Divina bonitas unum imponit mandatum, tamen ſic computatur, ut præmia conferat, ac ſi multa eſſent, multáque homo adimpleret reputatur. Ait Regius Vates pſ. 115. n. 5. *Vota mea Domino reddam.* Et tamen ut ibi exiſtimat Lyran. David cum fugeret Abſalon, votum fecit, quod ſi rediret in urbem, ut Deo ſacrificia offerret niſi ergo unum tantum votum erat, quomodo ait vota mea; ſciebat, quod divina bonitas unum votum noſtrum tanquam multa appendit, ut magna, & ampla præmia largiatur.

Dei bonitas unum mandatum ad præmiandum tanquam multa reputat. Pſal. 115. Lyran.

At contra Reges, ac Principes ſæculi illuſtria, ac glorioſa ſuorum clientum facinora, cum de remuneratione agunt, ea tanquam rem parvam, & exiguam dicunt, & æſtimant. Cum legerentur Regi Aſſuero Antiqui Annales, *Ventum eſt ad illum locum, ubi ſcriptum erat quomodo nuntiaſſet Mardochæus inſidias Bagathan, & Thanes Eunuchorum Regem Aſſuerum jugulare cupientium.* Eſth. 6.n.3. Quod cum audiſſet Rex ait: *Quid pro hac fide honoris, ac præmii Mardochæus conſecutus eſt?* Pagn. legit: *Quid factum eſt honoris, & magnificentiæ ipſi Mardochæo propter hoc?* Vatabl. *Qualis magnificentia exhibita eſt hujus rei gratia?* Græcus *Pro hac re.* Obſequia Mardochæi in regem multa & magna fuerunt, *quomodo nuntiaſſet inſidias*, ac proditiones inimicorum regis; at rex ſic breviter refert, tanquam ſi unum tantum eſſet, *propter hoc* ſeu, *pro hac re.* Ad remunerationem deveniebat, inde magna obſequia ſic ſtrictè refert, ac ſi unum tantum quid exiſteret. 76

Reges ſæculi multa obſequia tanquam unum parum ducunt. Eſther. 6. Vatabl. Græcus.

Tertiò: *Hæc mando vobis.* Arabicus habet: *Hoc mando vobis*, ſingulare eſt mandatum, *ut invicem diligatis.* Hoc eſt præceptum meum ut invicem diligatis, ſi in ipſo charitatis mandato multa præcepta includuntur; cur in ſingulari tantùm dicitur: *Hoc mando vobis*, Et ſupra; *Hoc eſt præceptum meum*, quia amor ſtrictus in ſermone, largus in opere, unum verbum habet tantum, & multa facta exhibet. *Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit.* Joan. 14.n. 23. Divinus amor multa involvit præcepta, & tamen ait: *Sermonem meum ſervabit.* Nam amor pauca dicit verba, multa verò perſolvit opera, ejus verba ſtricta ſunt, larga verò opera. *Sermonem meum.* Cum multa ſint opera. 77.

Arab. *Amor ſtrictus in verbis, largus in operibus.* Ioan. 14.

In principio creavit Deus cœlum & terram. Geneſ. 1. n. 1. ſeu ut Origen. & alij legunt: *In verbo creavit Deus.* Maximè ponderandum *in verbo.* Uno tantum verbo omnia condidit, Deus amore humani generis univerſum fabricavit; ut docent communiter Patres, D. Chryſoſt. hom. 1. in Gen. D. Ambroſ. lib. 1. Hexamer D. Baſil. Seleuc. orat. 1. inde rectè dicitur: *In verbo creavit.* Cum amore condidiſſet, in verbo creavit; nam amor unum tantum habet verbum, opera verò tot, & tanta quanta ſunt omnia, quę in toto orbe apparent, & videntur. 78.

Geneſ. 1. Orien. Chryſoſt. Ambroſ. Baſil. Seleu. *Amor habet unum verbum, multa opera.*

QUÆSTIO XIII.

Quare cum Chriſtus D. hic præcipit mutuam dilectionem, non adducit aliquas rationes, ad eam perſuadendam?

AIt Chriſtus D. *Hæc mando vobis, ut diligatis invicem.* Quæſtio eſt, quare hujus mandati 79
non interponit aliquas rationes ad illud perſuadendum, cur non explicat emolumenta, quæ mutua dilectio ſecum affert, ſed nulla ratione appoſita tantum ait, *Ut invicem diligatis.*

Reſpondeo primo: Quod ſupra hujus mandati rationem ad illud perſuadendum appoſuit 80
Chriſtus Dominus, dicens: *Ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos.* Sui principis, ac ducis exẽplo valdè excitantur, ac provocantur milites ad ſimilia perpetranda. Secundò, nullam hîc dat Dominus rationem: *Hæc mando vobis ut diligatis invicem.* Magna interjacet differentia inter eum, qui cum juſtitia imperat, ac illum, qui ſine juſtitia

Iuſtitia per ſe imperat, injuſtitia nequitiam rationibus diſſimulat.

 jubet

jubet. Nam primus ſat eſt, quod mandat, ipſa juſtitia, ac ratio valde efficax ad perſuadendum, at ſecundus ut injuſtitiam, & iniquitatem diſſimulet, & abſcondat, totus in plures rationes adhibendas diffunditur, ac dilatatur.

81. Cum Rex Aſſuerus vellet interficere populum Hebræum ſcripſit Epiſtolam quandam univerſis ſuis populis, ac regnis, *In toto orbe terrarum populum eſſe diſperſum, qui novis uteretur legibus, & contra omnium gentium conſuetudinem faciens, regum juſſa contemneret, & univerſarum concordiam nationum, ſua defenſione violaret.* Eſth. 12. n. 4. Ad quid in ſuo decreto tot, ac tantas rationes interponit Rex? Ut ſuam tyrannicam malitiam tegeret, ac obumbraret. (Eſther. 12.)

82. Mandavit Deus Abrahamo. *Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis; atque ibi offeres eum in holocauſtum.* Gen. 22. n. 2. Mandavit etiam Diabolus cultoribus ſuis, ac idololatris ſuis, ut ſacrificarent ei filios & filias juxta illud Pſal. 105. n. 37. *Et immolaverunt filios ſuos, & filias ſuas dæmoniis.* Ut ibi explicant D. Auguſt. Proſper. Orig. lib. 5. contra Celſum, Serarius quæſt. ultim. in Judices. Et ad prædictum Pſal. Noſter Incognitus, Genebrard. Lyran. Lorinus, & alij. Inviderunt dæmonia Deo tantam Abrahæ obedientiam, qua obtulit filium ſuum, paratus mactare, niſi præparatione mentis Deus contentus fuiſſet: Cum dæmones ſint crudeles, ac ſævi inimici generis humani, exegerunt ſimilem interfectionem, ac mactationem, ut eorum ultores ſimilem immolationem eis facerent, ut Abrahamus obtulit Deo vero. Cur tamen Deus imperans Abrahamo ſacrificium nullam patrationem: *Offeres eum in holocauſtum.* At Diabolus ſimilem cultum exquirens, motivum apponit, ut ſui adoratores ſimilem exhibeant cultum, ac Abrahamus? Deus imperabat cum altiſſima juſtitia, cum habeat ſupremum dominium in omnium vitam, ac bona, ex quo volebat ut Abrahamus holocauſto filij ſui oſtenderet obedientiam ſuam erga illum; At Dæmon malignè, & iniquè inferat parentibus ſuorum filiorum immolationem, cum nullum in vita eorum haberet jus; Deus imperat cum juſtitia, nullam aſſignat rationem, quia ipſe juſtitia ſuadebat, ac impellebat ad obedientiam, Dæmon verò iniquè flagitat filiorum immolationem, rationes profert, quibus ſuam malitiam colorare, ac obtegere valeat.

(Gene. 22. — Pſal. 105. D. Auguſt. D. Proſper. Origen. Serarius. Incognit. Genebrard. Lorin. — *Juſtitia per ſe ſolum imperat; injuſtitia rationes adhibet.*)

Num. 15. *n.* 18. Si mundus vos odit; ſcitote quia me priorem vobis odio habuit.

Num. 19. Si de mundo fuiſſetis: mundus quod ſuum erat diligeret: quia vero de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.

VERSIONES.

Syriacus n. 18. Quod ſi mundus oderit vos, ſcitote quod priuſquam vos, me odio habuerit.

D. Cyprian. Epiſt. 56. Si ſæculum vos odit memorate, quia me priorem vobis odit.

Græcus. Me primum veſtrûm odio habuit.

Caietan. Quod me priuſquam vos odio habuit.

Syriacus n. 19. At ſi ex mundo fuiſſetis: mundus quod ſuum erat amaret: ſed non eſtis ex mundo, ego enim elegi vos ex mundo.

Arabicus. Si ex mundo eſſetis, mundus quod ex eo erat, diligeret? ſed quia, &c.

Arias. Si ex mundo hoc fuiſſetis, mundus quod proprium erat, diligeret: quia verò, &c. propter hoc odit vos mundus.

Vatablus, Pagninus. Sed ego ſelegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.

EXPOSITIO V.

83. SI *mundus vos odit.* Poſtquam Chriſtus ſuos diſcipulos adhortatus eſt ut in ipſo maneant, & ſe mutuo diligant, nunc eos ad patientiam excitat; adverſus mundi odia, & perſecutiones, nam hæc tolerantia maximè neceſſaria eſt, ut in Chriſto maneant, & mutuam dilectionem conſervent, præcipuè erga ſuos inimicos, & adverſarios. Rupert. perbelle hoc loco. *Præmiſſo dilectionis mandato; de quo primo diſſeruit; rectè nunc demum preſſuras prænunciat electis, & dilectis ſuis. Propoſita namq; velut in fundamento, dilectionis firmitas pondus preſſurarum portas, ita ut euntes, à conſpectu concilij gaudere poſſint, quod digni habeantur pro nomine* JESU *contumeliam pati.* Si charitas eſt in fundamento: facilè pondus preſſurarum ſuſtinent. *Si mundus;* id eſt ſi impij homines, mundi honoribus, ac voluptatibus deditì, ut interpretantur N. D. Cyrillus, D. Chriſoſt. *Vos odit;* odio nempe proſequitur. (Rupert. — *Charitas patientiæ fundamentum.* — Cyril. D. Chryſ.)

84. *Scitote*, multis, & magnis argumentis ſuos Dominus inducit ad hanc patientiam, & tolerantiam. Quorum primum eſt à ſuo exemplo, *Scitote*: memoria recolite, ac tenete, *quia me priorem*, ſeu ut ex Græco legi poteſt, ut advertunt Barradas, Luc. Burgen. Cornelius: *Me primum veſtrum* oderunt: me, qui ſum primus ex vobis, ac ex omnibus, & omnium Dominus, ac magiſter. Secundò & melius per adverbium; *priuſquam vos*, ut legunt Syriacus, & Arabicus, conſonat cum noſtra vulgata, *me priorem vobis odio habuit.* Et eſt ſenſus patienter ſuſtinere illorum odia, nam me prius odio inſectati ſunt, me ait, qui ſum innocens, Deníque filius, qui tot beneficiis eos cumulavi. Ergo cum ego tantus ſim, prius odij viam calcavi, ſtravi, ac complanavi vobis, ut per eam, me ducem veſtrum ſequentes, incedatis. (Barrad. Luc. Burg. Cornel. — Syriac. Arabicus.)

85. *Si de mundo fuiſſetis.* Secundum argumentum ad odium ſuſtinendum ponit Chriſtus Dominus ſumptum ab iniqua odij cauſa, quia ob juſtitiam patiantur. *Beati eritis cum vos oderint homines, & exprobraverint, & ejecerint nomen veſtrum tanquam malum propter filium hominis. Gaudete, & exultate*, Luc. 6. n. 22. *Si de mundo fuiſſetis.* Vitâ & moribus ſimiles hominibus depravatis. *Mundus* (Luc. 6.)

dus quod ſuum erat diligeret. Mundani homines diligerent ſuos errores, ſuaſque nequitias in vobis, ait Euthym. *Gaudet namque ſimuli ſimile.* Quilibet enim in alio ſolet diligere, quod in ſe diligit: ſimilitudo enim cauſa amoris eſt. *Quia vero de mundo non eſtis.* De numero nempe mundanorum hominum, qui ſerviant vitiis, ac concupiſcentiis carnis ſuæ. *Sed ego elegi vos de mundo,* Seu, ut legunt Vatabl. Pagnin *Selegi,* voſq; ad me voacvi: ſeparavique vos à moribus, ac conſuetudinibus hominnm iniquorum, voſque illuſtravi mea cæleſti doctrina, ut me verum Meſſiam ſequeremini. *Propterea odit vos mundus.* Cum vos videat diſſimiles, ac repugnantes ſuis ſtudiis, ac operibus.

Euthym.

Vatab. Pagnin.

QUÆSTIO XIV.

Quare Chriſtus ait ſuis diſcipulis, quod prius eum mundus odit, quam ipſi diſcipuli fuerint habiti odio.

89. Auguſt.

RESpondet primo D. Aug. tract. 87. *Cur ergo ait, ſe membrum ſuper verticem extollit? Recuſat eſſe in corpore, ſi non vult odium mundi ſuſtinere cum capite.* Suo exemplo nos munivit Dominus ut viam mundanorum odij non timeamus, ſic dux noſter cruce, ac labore præceſſit, non debemus nos crucem, ac laborem timere. Tertull. lib. de fuga in perſecutione cap. 14. *Non poteſt,* ait, *qui pati timet, ejus eſſe, qui paſſus eſt.* D. Cyprian. lib. 4. Epiſt. 6. *Si odio ſæculi laboramus, odium ſæculi ſuſtinuit prior Chriſtus. Si contumelias in hoc mundo, ſi fugam, ſi tormenta toleramus, graviora expertus eſt mundi factor, & Dominus, qui ad monet dicens: ſi ſæculum inquit vos odit, momentote quoniam me primò odit.*

Tertull.

D. Cyprian. *Exemplo capiis membra ſubſtinent perſecutiones.*

87. D. Paul.

Secundo. D. Paulinus Epiſtol. 27. *Vide,* ait, *nunc ſi licet ut ſervi pro Domino recuſemus pati, quæ pro nobis ſervis ſuis Dominus ante ſubſtinuit O beata injuria diſplicere cum Chriſto Magis nobis timendus eſt amor talium, quibus ſine Chriſto placetur.* Non ægrè ferant diſcipuli, quod odio habiti ſint, nam prius Jeſus odio habitus eſt, magnũ quidem ſolatium debet eſſe diſcipulis talem ſocium odij ſui prænoſcere: cum mundus odio proſecutus fuerit Jeſum, inde maxime mundialia odia ſuaviſantur diſcipulis. Deus prophetæ afflicto ſe ſocium teſtatus eſt dicens. *Cum ipſo ſum in tribulatione.* Pſalm. 90. num. 15. D. Bernard. ſerm. 17. *Et ego aliud interim requiram, quam tribulationem:* Nulla eſt tribulationis tam dira ſeveritas, quam hujus communis ſuavitas non emolliat, ac mitiget.

Ex ſocietate ipſum laboribus magnum ſolatium.

D. Bernard.

88. Cap. 9.

Sapientiæ 6. n. 10. poſtulat Salomon. *Mitte illam* ſcilicet ſapientiam, *de cœlis ſanctis tuis, & à ſede magnitudinis tuæ, ut mecum ſit, & mecum laboret.* Cur non delitias, ac delectamenta in hac ſua petitione exquirit, ſed tantum labores; unde labor illi tam pretioſus, ut nihil aliud exoptet niſi illum, ipſumque poſtulet? Non ſpectat labores ſolitarie? ſed labores ſibi ac filio Dei communes, & tanto ſocio ſimul ſecum laborante nulla gravis preſſura, nec moleſtia poterat eſſe, ſed omnia valde ſuavia, apponenda. Quis enim non æſtimet fortem ſubire communem ſibi, & Deo; D. Gregor. Nazian. orat. 14. cum ab Arianis maledicerentur, magnis opprobriis dicebat. *In quo maximum aliquid, atque in primis magnificum habet hæc maledicentia, iſtud eſt, quod una cum Deo maledictis impetimur. Idem enim Deitatem ejiciunt, & cum qui de Deo diſſerit contumeliis afficiunt. Quare nihil horum grave, ac moleſtum eſt.*

Ex conſortio filii Dei ſuaviſſantur labores.

D. Nazian.

Dicebat Paulus ad Coloſſ. 1. n. 24 *Gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adimpleo, quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea.* Non ſolum tolerat paſſiones, ſed etiam in illis gaudet, & cur in paſſionibus tanta erat ratio gaudendi; Rationem ſubjicit. *Adimpleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti.* Non quidem ad meritum, aut vim ſatis faciendi (quid enim deſit infinito;) Sed quantum ad hoc ut præficiatur corpus Chriſti myſticum, quod eſt Eccleſia, docendo, prædicando, ac promulgando Evangelium, ac Chriſti paſſionem, & mortem, in quo multi labores fuerint ab Apoſtolo tolerandi, multa particula ſubeunda, graviáque incommoda perferenda. Inde gaudet Paulus: nam ſicut Chriſtus pro aliis paſſus eſt, ut eos redimeret; ſic etiam Paulus ut in ſe adimpleret promulgationem, ac prædicationem tam copioſæ redemptionis, ac mortis, pro aliis multa paſſus eſt. Ut explicant Benedict. Juſtin. & alij. Et ſi multa deerant Paulinæ paſſioni ex iis, quæ Jeſus paſſus fuerat, tamen ad illa feſtinanda gaudens progrediebatur, eo quod illa ſibi, & Jeſu communia eſſent pro hominum ſalute: Jeſu ut redemptori, ac perſolventi prætium redemptionis; ac ſibi vero, ut prædicatori, ac promulgatori. Ad hoc reſpicit D. Hieron. *Uſque adeo,* ait, *non terreor perſecutionibus præſentibus; ut mihi parvum eſſe videatur, quod patior, quoadusque in me paſſio adimpleatur.*

89. Gloſ.

Labor communis cum Chriſto valde ſuavis.

Benedict. Juſtin.

D. Hieron.

Benedicens Jacob filium ſuum Joſeph, ait, *diſſoluta ſunt vincula brachiorum ejus.* Geneſ. 49. n. 24. Ex Hæbreo transferri poteſt: *Deaurata ſunt brachia illius.* Unde tamen brachia Joſeph, quæ vinculis ferreis ſunt alligata, dicuntur deaurata. De ipſo decantat Salomon Sapient. 10. n. 13. *Deſcenditque* ſcilicet Deus *cum illo in foveam, & in vinculis non dereliquit eum.* Illa jucundiſſima ſocietas cum Deo, quam Joſeph habuit in carcere, ferrum in aurum, & ignominioſos compedes in glorioſos torques commutavit. D. Ambroſ. lib. de Joſeph cap. 5. cæteros juſtos ad præferendas carceris injurias excitans ait. Non turbentur innocentes, cum falſis criminibus appetuntur. *Viſitat Deus, & in carcere ſuo, & ideo ibi eſt plus auxilij, ubi eſt plus periculi: ſed quid mirum, ſi viſitat Deus in carcere poſitos, qui ſe ipſum in ſuis in carcere incluſum memoravit; In carcere inquit eram, & non veniſtis ad me,* Matth. 25. n. 44.

90. Geneſ. 40. Hebræus.

Sap. 10.

Chriſto comite catenæ vertuntur in aurum.

D. Ambroſ.

Matth.

QUÆSTIO XV.

Quare tantum mundialium odia in Apoſtolos armantur?

MULTA mundi odia adverſùs Apoſtolos eis denuntiat Chriſtus. *Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret,* &c. Ad quid tot, ac tanta mala eis explicantur à Chriſto; Quia difficultas prœcognita facilius tolerantur. ut ait Seneca Marcion. cap. 6. *Quæ multo ante præviſa ſunt, languidius irruunt.* Cur Apoſtolo Paulo explicata eſt malorum tempeſtas, antequam in eam incideret? *Ego enim* 91.

Seneca *Præviſa mala facilius tolerantur.*

oſtendam illi quanta oportet eum pro nomine meo
Act.9. *pati.* Actor. 9.n.16. Hac promiſſa notitia voluit Chriſtus laborem, ac dolorem Paulo mitigare, ac delinire, *ut ea prævidendo promptior eſſet.* Vt ibi notant interpretes.

92. Ad quæſtionem. Mundus Apoſtolos crudeli odio proſequitur, quia invidet in eis electionem à Chriſto factam qua ſublimati ſunt ad ſupremas dignitates pontificatus ac principatus totius Eccleſiæ, hoc in eis invidet mundus, non vero generoſitatem, conſtantiam, fortitudinem, ac patientiam, qua martyrium ſuſtinuerunt. Mundus invidet dignitates, non vero illuſtriſſima merita. Percuſſo Philiſthæo per choros cantabant mulieres: *Percuſſit David decem millia. Iratus eſt autem Saül nimis, & diſplicuit in oculis ejus ſermo iſte.* 1. Reg.18. num. 8. Præ nimio livore, ut explicant Lyran. Abulenſ. Carthuſian. iraſcitur Saül adverſus Davidem, invidens ei applauſum, ac gloriam decantatam à mulieribus, minimeque ei invidet, quando proceſſit adverſus Philiſthæum, infixitque lapidem in fronte, ipſúmque proſtravit, ac evaginato gladio amputavit caput ejus, quæ erant gloriæ exoptavit, non vero quæ meriti, ac operis.

Mundus invidet dignitates, non merita

1. Reg.18. Lyran. Abulenſ. Carthuſ.

93. Cyrill. Secundo & valde genuine ad quæſtionem noſter D. Cyrill. Alexandr. lib. 10. in Ioan. cap.27. *Quamobrem*, ait, *neceſſe eſt ut ſtudioſus à vitioſis minimè diligatur.* Et ſubdit ſapientis teſtimonium: *Omnis caro ad ſibi ſimilem conjungitur; & omnis homo ſimili ſuo ſociatur. Si communicabit lupus agno aliquando, ſic peccator juſto. Quæ communicatio ſancto homini ad canem; aut quæ pars diviti ad pauperem.* Diligunt impij ſimiles, oderunt eos qui ſunt diſſimiles, quia ergo Apoſtoli moribus erant valde diſſimiles hominibus mundanis, ideo ipſi mundani eos non diligebant, ſed odio habebant. Vnde ait Cyprian. lib.2. Epiſt.2. ad Donatum, *Malos offendi, quiſque non imitatur.* Nam in bono, ac probo viro quiſquis malus teſtem, ac cenſorem ſuæ improbitatis agnoſcit. Inde nata malis occaſio eſt ſæviendi in bonos homines, cum eos licet videant in mundo, alieni tamen omnino ſunt à mundo. Tertullian. ad Martyres cap. 2. *Nihil intereſt*, ait, *ubi ſitis in ſæculo, qui extra ſæculum eſtis.*

Diſſimilitudo inter bonos, & malos cauſat odium, Cyprian.

Tertull.

94. Ex Dei mandato Abrahamus abiit à Chaldæa in Chananæam, *& pertranſivit uſque ad convallem illuſtrem.* Gen. 12. nu.6. inibique aras Deo ſacras excitat, preces fundit, pecudes mactat, & inde tranſgrediens ad montem, qui erat contra Orientem Bethel *Ædificavit quoque ibi altare Domino, & invocavit nomen ejus.* Ibidem n.8. Quid eſt quod Abrahamus à Chaldæis, ac Chananæis fugiens, ad convalles, ac montes tendit, ut ibi ſacrificia Deo offerat: Abrahamus vita caſtus, & ſanctus bene agnoverat rationem ſuam vivendi, moreſque ſuos eſſe valdè alienos ab illarum gentium conſuetudinibus, ſacrificiáque ſua, quæ vero Deo exhibebat eſſe multum diſſimilia tribubus habitatorum Chanaam, inde ergo ad montes, ac convalles transfugit, ne barbararum gentium odia in ſe excitaret à quibus in cultu veri Dei, ac ratione vivendi maximè diſcrepabat nec bene conveniunt, nec in una ſede morantur bonus, & malus homo: D. Chryſoſt. homil. 32. quare illinc diſceſſit? *Forte, ait, videbat quibuſdam incolis non placere ſuum adventum, proinde eximiam ſuam manſuetudinem declarans, & ne cum ullo aliquid haberet negotij ſollicitudinem apprehendit,*

Gen. 12.

Fugit Abrahamus impios, ut pacem haberet.

Chryſoſt.

Cum populus Iſraëliticus ſerviret Pharaoni, 95.
regem placatum, ac quietum habuit; cum verò cum hoc renuntiare voluit, ut Deo ſacrificaret, ſtatim iratum ipſum ſenſit, & Moyſi, ac Aaroni ait: *Quare Moyſes, & Aaron ſollicitatis populum ab operibus ſuis* Exod.5. num. 4. Septuaginta legunt. *Vt quid pervertis populum?* Et inde eis graviſſima onera imponite per plures annos populus ſerviebat Pharaoni, & nunquam eum perverſum, ac corruptum dicit, modo. Quid nunc videt in eo ut talem cenſuram ferat quòd depravatus ſit populus? Audierat; quod volebat ire, & offerre ſacrificia Deo vero, quod valdè alienum erat ab eo, qui idolis immolabat, & cum audit populum addictum ad actum juſtum, & ſanctum religionis, ac divini cultus, à ſua prophanitate ac malignitate multum diverſum; depravatum, ac corruptum affirmat, & judicat. Origenes hom.3. *Pharao*, ait, *donec ſecum eſt populus non putat eſſe perverſum, ſi vero dicat volo ire, & ſervire Domino, perverti populum dicit.*

Exod. 5. Septuag.

Qui Deo ſervit ſtatim hominibus diſplicet.

Origen.

96.
Ioſaphat Rex maximè divinam clementiam ſibi conciliavit, dum Deo multa præſtitit obſequia, ut conſtat ex 2. Paralip. 19. num 1. ſtatim tamen in hominum odium, ac iram incidit. Ut videre eſt ſequenti cap. 20. num. 1. *Poſthæc congregati ſunt filij Moab, & filij Ammon, & cum eis de Ammonitis ad Ioſaphat, ut pugnarent contra eum:* Maximè notandum eſt illud verbum. *Poſthæc.* Ac ſi poſt amicitias initas cum Deo, ſtatim hominum inimicitiæ convolarint, ex pace cum Deo bellum cum hominibus gerendum inſurgit. Lyran. In morali. *Poſthæc congregatis*, &c. ſecundum quod ſcribitur. 1. Tit. 3. omnes qui piè volunt vivere in Chriſto perſecutionem patientur. *Et ideo poſtquam Ioſaphat ad verbum Prophetæ ſe correxerat, & populum ſuum ad Domini ſervitutem revocare ſtuduerat, Dominus permiſit malos homines in magna multitudine contra eum inſurgere ad probationem ſuæ patientiæ.*

2. Paral. 19.

Lyran. Tit. 1.

Ioan. 15. *n.* 20. Mementote ſermonis mei, quem ego dixi vobis: non eſt ſervus major Domino ſuo. Si me perſequuti ſunt, & vos perſequentur: ſi ſermonem meum ſervaverunt, & veſtrum ſervabunt.

Num. 21. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum: quia ſciunt eum, qui miſit me.

Num. 22. Si non veniſſem, & loquutus fuiſſem eis, peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.

VERSIONES.

Syriac. n. 20. Non eſt ſervus major hero ſuo. Si me inſectati ſunt, & vos inſectabuntur.

Arabicus. Non eſt ſervus major præfecto ſuo.

Vatablus. Si me perſequuti ſunt, vos quoque perſequentur.

Arabic.

Arabi. n. 21 Hoc totum non faciens vobis niſi propter nomen meum, quia non agnoſcunt eum, qui miſit me.

Syriacus. Sed hæc omnia agent in vos propter nomen meum, quippe qui non noverint eum qui miſit me.

Arias. Neſciunt mittentem me.

Syriacus n. 21. Niſi ego veniſſem, & allocutus eſſem eos, non haberent peccatum: nunc autem nullus eſt ipſis prætextus pro peccatis ſuis.

Arabicus. Et locutus fuiſſem, non eſſet eis peccatum: nunc autem non eſt eis excuſatio de peccato eorum.

Pagninus. Nunc autem non habent prætextum de peccato ſuo.

Vatablus. Nunc autem non habent, quod prætexant peccato ſuo.

EXPOSITIO. VI.

97. Theoph. MEmentote *ſermonis mei.* Nunc ut ait Theoph. majorem conſolationem eis affert, Mementote ſermonis mei, ac mei verbi, ſeu Proverbij, quod dixi ſuprà c. 13. num. 16. Poſtquam ſuorum diſcipulorum lavit pedes, ait, *Non eſt ſervus major Domino ſuo*, ut recuſet agere, aut pati id quod Dominus egit, & paſſus eſt. Un-
1. Petr. 4. de ait Petrus 1. c. 4. n. 1. *Chriſto paſſo in carne, & vos eadem cogitatione armamini.* Similiter c. 2. n. 21. *Chriſtus paſſus eſt vobis relinquens exemplum*, &c. Et ſubdit. *Si me perſecuti ſunt*, verbis, & factis meam doctrinam irridentes, ac non recipientes, & me uſque ad mortem, & crucem perducentes: & tamen Chriſtus non deſtitit prædicare, & facere ea, quæ ex parte ſua neceſſaria erant ad eorum ſalutem: *Et vos perſequentur.* Verbis & factis, & vos meo exemplo de eorum ſalute debetis agere. *Si ſermonem meum ſervaverunt, & veſtrum ſervabunt.* Ac proinde à contrario ſenſu, ut notat D.
D. Cyril. Cyrill. Alex. lib. 10. c. 28. Si meum non ſervaverunt, nec veſtrum ſervabunt.

98. Auguſt. *Sed hæc omnia* Ut exponit D. Aug. *Quæ omnia, niſi quæ dixit, odio habebunt ſcilicet, & perſequentur ſermonémque contemnent.* Odia nempè, & perſecutiones: *faciam vobis.* Non propter aliquod crimen veſtrum, *propter nomen meum.* Propter me à vobis prædicatum veſtrum Filium Dei miſſum de cœlo, ab ipſis reprobatum, eiſque multum in odio
Rupert. habitum. Rupert. hoc loco. *Ecce quanta eſt conſolatio dicentis: ſed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, id eſt propter nominis mei odium. Magna plane. Nam dilectorum Chriſti angunt quidem hominum odia, fatigant opprobria, &c. Sed hæc omnia & levia reddit feſtina præmiorum ſecuritas; glorioſa namque nominis Chriſti dignitas præter quod hæc patiuntur, opprobria condecorat, maledicta ſanctificat, damna in lucra, tormenta in magnas ſpei vertit delicias.* Valdè dulce, & ſuave, dura quæque Chriſti cauſa pati. Dignitas nominis Chriſti maledicta ſanctificat, opprobria condecorat, damna

Pati pro Chriſto omnia opprobria condecorat.

in lucra vertit. *Quia neſciunt eum, qui miſit me.* Scire & credere nolunt Deum Patrem mittentem me. N. D. Cyril. *Mittendi verbo*, ait, *totum incarnationis myſterium ſignificavit.* Cyrill.

Si non veniſſem: ad eos nempe, ut Prophetæ 99.
prædixerunt Chriſtum venturum; ad Judæos hic ſermo præcipuè dirigitur, ut notarunt D. Auguſt. Auguſt. D. Cyril. & alij: *Locutus fuiſſem eis.* Intelligitur, ut Cyril. notavit Luc. Burg. Nec locutus fuiſſem eis, me veniſſe verum Filium Dei miſſum à Patre. *Peccatum non haberent.* Non imputaretur eis peccatum. D. Aug. tract. 89. *Nunquid, ait, ſine peccato erant* Auguſt. *Judæi, antequam Chriſtus ad eos in carne veniſſet? Quis hoc vel ſtultiſſimus dixerit.* Habebant multa peccata, ſed non odij, & incredulitatis, ſubdit D. Aug. *Hoc eſt enim peccatum, quo tenentur cuncta peccata.* Incredulitas omnia peccata in ſe continet. Judæi antequam Chriſtus veniret, fidem habebant, non in Deum tantum, ſed etiam in Chriſtum venturum, & ubi ipſe venit, & voluerunt eum cognoſcere, increduli facti fidem perdiderunt. *Nunc autem*: poſtquam ego veni, eiſque nunciavi, ac multis teſtimonia etiam Joannis Baptiſtæ eis declaravi me verum eſſe Meſſiam, *excuſationem non habent de peccato ſuo.* Seu ut alij legunt ex Græco *prætextum non habent.* Theoph. *prætextu caret malitia eorum.* Eo quod in me coram eis poſitum credere noluerunt; ſed me, meoſque Apoſtolos perſequuti ſunt.

Incredulitas omnia peccata continet.

Græcus. Theoph.

QUÆSTIO XVI.

Quare Chriſtus hic agens de malitia Judæorum potiùs facit mentionem de excuſatione, quàm de peccato eorum?

AIt Chriſtus Dominus, *Si non veniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent,* 100.
nunc autem excuſationem non habent. quæſtionem hanc excitat D. Aug. tract. 89. Utrum hi ad quos Chriſtus non venit, nec eis locutus eſt, habeant de peccato ſuo excuſationem: ſi enim iſti non habent, cur hic dictum eſt, propterea iſtos non habere, quia venit, & locutus eſt eis? ſi autem habent, an ad hoc habeant ut à pœnis alienentur, aut mitius puniantur? Ad id ait D. Aug. pro meo captu, Domino donante reſpõdeo. *Habere illos excuſationem non de omni peccato ſuo, ſed de hoc peccato, quo in Chriſtum non crediderunt, ad quos non venit, & quibus non eſt locutus.* Qui notitiam de nomine Chriſti non habent, ut ſunt multæ barbaræ gentes, licet excuſationem habeant, quod non credant. *Quomodo audient ſine prædicante.* Tamen excuſationem non habent de omni peccato, quo legem naturalem violant, quam ſi obſervarent, & omni impedimento ablato, à Deo opportuno tempore illuminarentur, ac vocarentur ad fidem. Ut docet D. Thomas q. 14. de veritate, art. 11. ad 5. & multis aliis in locis. D. Proſper. Abulenſ. Adrian. & alij, quos citat, ac ſequitur Suarez lib. de Deo Trino tract. de prædeſtinat. lib. 4. c. 3. n. 20.

Auguſt. *An habeant excuſationem qui de Chriſti nomine non habent notitiam.*

D. Thom. Proſper Abulenſ. Adrian Suarez.

Difficultas quæſtionis eſt; quia Chriſtus ait, 101.
Si non veniſſem, & locutus eis fuiſſem peccatum non haberent, nunc autem excuſationem non habent. Videtur quod poſterior pars hujus ſententiæ non rectè cohæret cum priori. Nam prior eſt ſi non veniſſem ad Judæos, & eos docuiſſem cœleſtem

Difficultas quæſtionis.

ſtem doctrinam peccatam non habent. Secunda vero pars. Nunc autem excuſationem non habent, conſequenter ad priorem partem dicens dum erat; nunc autem peccatum habent. Quare non dixit peccatum habent, ſed excuſationem non habent?

102. Caiet. Ad reſolutionem quæſtionis verba Caietani objicio. *Si non veniſſem, & locutus eis fuiſſem peccatum non haberent, nunc autem excuſationem* (pro prætextum, *qui plus eſt, quam excuſatio*: *ſonat enim palliationem quandam*) *non habent de peccato ſuo. Significatur quod non habent colorem, ſeu apparentiam excuſandi peccatum ſuum, poſt manifeſtam meam prædicationem.* Ac ſi idem ſit in externo judicio peccatum non habere, ac habere *prætextum, aut colorem, aut apparentiam excuſandi peccatum ſuum.* Non probabilis delicti excuſatio idem eſt ac criminis abſolutio Ecoutra ergo æquivaler excuſationem non habere, ac peccatum habere, unde ut declararet Chriſtus Dominus quam manifeſtum erat peccatum Iudæorum, ait: *quod excuſationem non haberent.* Nam apud homines in tantum qui judicatur habet peccatum, in quantum excuſationem non habet de peccato ſuo.

Probabilis excuſatio, criminis abſolutio.

103. De mandato Patris ſui Davidis imperat Salomon, ut occidatur Ioab etiamſi ſanguine junctiſſimus eſſet. Et cauſam infligendæ mortis aſſignat. *Reddet Dominus ſanguinem ejus ſuper caput ejus, quia interf cit duos viros juſtos, meliores ſe: & occidit eos gladio, Abner filium Ner principem militiæ Iſrael, & Amaſam filium Ner principem exercitus Juda.* 3. Reg. 2. n. 32. Pereat Joab ob interfectos ſtrenuiſſimos duces, at ipſe non ſolum horum eſt homicida, ſed etiam Abſalonis, cujus mors parentis animum maximè ſauciavit. Quare ergo Salomon recenſet cædes Abneris, & Amaſæ, fratris ſui vero Abſalonis necem omiſit, cum ipsũ occiderit contra præceptum patris ſui Davidis. *Cuſtodite mihi puerum Abſalon.* Abulenſ. q. 10. *Quæritur,* ait, *quare non dicitur hic, quod etiam effudit Ioab ſanguinem Abſalon? Aliquis dicet, quod Ioab licet occidit Abſalon, ideo pro morte ejus non erat puniendus. Sed dicendum, quod non ſtat, quia Ioab peccavit occidendo illum, cum occiderit contra præceptum David.* Quare ergo Salomon in ſui regni auſpicio dum ſe maximè juſtum declarare vult, ſolum mortem infert ob ſanguinem effuſum Abneris, & Amaſæ, non vero Abſalonis fratris ſui? Satis prudenter ſe habuit, ne apparentei aliqua veroſimilis ratio reum defendere, ac excuſare videretur, nam ſententia lata in Ioabum ob cædem Abneris, & Amaſæ juſtiſſima apparebat, & nulla erat ratio reum patrocinandi; at ſi ſubnecteretur ſcelus Abſalonis, contra illum multis poterat Joab cum ſuis ſucclamare, quod ipſum nempè Abſalonem impiè rebellem patri, ac patriæ occiderit, non in pace, ſed in bello, ac jure belli, tanquam generalis dux totius militiæ ob bonum commune reipublicæ, pacem ac conſervationem illius, muniménque vitæ regis, quę omnia Abſalone ſuperſtite in magno diſcrimine, ac periculo verſabantur; mandatum autem patris fuit ex paterno affectu, cui autem bonum commune maximè pręferendum erat. Ut ergo Salomonis ſententia undique juſtiſſima videretur, ac nullis querelis, ac excuſationibus eſſet appoſita; non illi ſubnectit necem Abſalonis, ſed tantum cędes Abneris, & Amaſæ, quæ nullo prætextu colorari, ac palliari poterant, Citatus Abulenſ. *Item Joab habuit colorem occidendi Abſalon, quia pugnabat in acie contra eum, & tamen non habuit aliquem colorem occidendi Amaſam, & Abner, quia non erat bellum.* Et ſi mors Abſalonis valdè flagitioſa fuerit, quia tamen multis excuſationibus poterat obrumbrari, & ab aliquibus non pro criminoſa reputaretur, ne ergo ſententia eſſet ſub lite, prudentiſſimè talem necem ſubtacet, & non exprimit.

3. Reg. 2.

Abulenſ.

Non ponendum in ſententia aliquid quod excuſationibus ſit implicitum.

Joan. 15. *n.* 23. Qui me odit, & Patrem meum odit.

Num. 24. Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit peccatum non haberent: nunc autem viderunt, & oderunt me, & Patrem meum.

Num. 25. Sed ut adimpleatur ſermo, qui in lege eorum ſcriptus eſt, quia odio habuerunt me gratis.

VERSIONES.

Vatabl. n. 23. Qui me odit, etiam Patrem meum odit.

Syriacus. Is, qui me odit.

D. Gregor. Nyſſen. Qui me dedecorat, & Patrem meum dedecorat.

Syriac. n. 24. Quod ſi opera non feciſſem ante oculos eorum, quæ nemo alius fecit.

Arabicus. Quæ alius non fecit, peccatum non eſſet eis, nunc autem ipſi viderunt me, & oderunt Patrem.

Pagninus. Nunc autem viderunt, & oderunt non ſolum, me, verum etiam Patrem.

Vatablus. Si opera non feciſſem inter eos, quæ nemo alius fecit: &c. nunc autem & viderunt, & oderunt tum me, tum etiam Patrem meum.

Syriacus n. 25. Ut impleatur ſermo ille, qui ſcriptus eſt in lege ipſorum, oderunt me immerito.

Vatablus. Sed hoc accidit, ut compleatur ſermo.

Marc. Quia odio habuerunt me ſine cauſa.

EXPOSITIO VII.

Qui me odit. Dixerat Dominus immediatè antea; excuſationem de peccato non habent, quod eo majus eſt, cum redundat in Deum Patrem meum, qui enim me odit, & ipſum Patrem odit, ego enim & Pater unum ſumus, eandémque numero eſſentiam habemus, ac proinde qui me odit & Patrem meum odit. Euthym. *explanat*, ait, *& auget peccatum eorum, dicens, quod filii injuria, Patris eſt injuria.* Quærit D. Auguſt. tract. 89. Quomodo Judæi poterant Patrem, quem neſciebant, habere in odio? Facile reſpondetur, quod Judæi non habebant odio Deum, 104.

Euthym.

Auguſt.

Patrem

Patrem in ſe, ſed in Chriſto, & per Chriſtum, ac proinde cum in odio haberent Chriſtum in odio etiam habebant Patrem manentem in Chriſto.

105. *Si opera non feciſſem.* Confirmat Dominus id, quod ſupra dixerat, *excuſationem non habet de peccato ſuo.* Et etiam id, quod ibi dixerat. *Veniſſem, & locutus fuiſſem eis.* Si locutus eſt ut ſuam doctrinam multis, & magnis miraculis confirmaſſet, *in eis*,
Auguſt. Explicat D. Auguſt. tract. 91. in eorum beneficentiam, ac utilitatem. *Quæ nemo alius fecit.* Nec Moæſes, nec Elias, nec Eliſeus, nec alij Prophetæ à ſæculo tam multitudine, quam magnitudine. Multitudine tanta erant Chriſti opera, ut ab ipſo tanquam à perenni fonte perpetuo manarent.
Marc. 6. Nam ut ait D. Marc. 6. n. 56. *In plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, ut vel fimbriam veſtimenti ejus tangerent, & quotquot tangebant eum, ſalvi fiebant.* Et tanta fuerunt hæc miracula ut dicat
Ioan. 2. Joan. 21. n. 25. *Quæ ſi ſcriberentur per ſingula, neque ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt libros.* Et etiam magnitudine Nullus alius fecit; ut notat
Cyril. N. D. Cyrill. Alex. lib. 10. cap. 32. Nam Chriſtus Dominus non ſolum mortuos revocavit in vitam, ſed etiam Lazarum quatriduanum, & jam fœtidum ſuſcitavit, cœco à nativitate lucem conceſſit, Dæmonia habentes curavit, paucis panibus multa millia hominum ſatiavit. *Peccatum non haberent*: Non imputaretur eis peccatum incredulitatis tam grave.

106. *Nunc autem.* Poſtquam verba mea tot, ac tantis miraculis confirmavi. *Et viderunt me* clare, ac ex tot, tantiſque miraculis intellexerunt me eſſe verum Meſſiam, ac verum filium Dei,
Athanaſ. D. Athanaſ. lib. 1. de Incarnat. *Opera, ait, clamant, & aptius indicant quid ſponte abnegant; Quantumlibet enim cæcati ſint vel exterioribus ſenſibus irrefragabilem Chriſti virtutem, atque Deitatem agnoſcent.* Et ſubdit. *Et oderunt me, & Patrem meum,* qui ejuſdem naturæ mecum eſt, reduplicata conjunctio magnam emphaſim habet ad exaggerandum eorum peccatum, & malitiam
Chryſoſt. D. Chryſoſtom. *Ex quo, ait, non parvum, etiam prædicit ſupplicium.*

107. Vatabl. *Sed ut impleatur ſermo.* Vatablus legit *ſed hoc accidit.* Illa particula, *Ut*, non cauſam, ſed eventum
Euthym. ſignificat; ut notavit Euthym. *Dictio, ut non eſt cauſalis, ſed ſignificativa eventus.* Et dicitur: *qui in lege eorum*, quæ ipſis nempe data fuit; aliquando enim ſub nomine legis tota Scriptura, ac proinde Pſalmi, & cæteri libri complectuntur. *Nonne*
Ioan. 10. *ſcriptum eſt in lege veſtra Ego dixi dii eſtis.* Joan 10. num. 34. ſimiliter & Paulus 1. Corinth. 14. n. 21.
Pſal. 34. *Qui ſcriptus eſt.* Pſalm. 34. num. 19. *Qui oderunt*
Pſal. 68. *me gratis, annuunt oculis.* Et Pſal. 98. n. 5. *Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.* Et dicitur; *Odio habuerunt me gratis* Id eſt ut alij legunt. *Immerito,* & ſine ulla cauſa, ſed ex pura malitia, ac malevolentia eorum. Nam in Chriſto nihil erat odio dignum, ſed omnia
Lorin. ejus ſummo amore, ac benevolentia erant proſequenda. Vide Lorin. ad citat Pſal 34.

QUÆSTIO XVII.

Quo argumennto probat Chriſtus ſe odio haberi gratis?

Ait Chriſtus Dominus, ſi opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, nunc autem viderunt, & oderunt me, & patrem meum, & ſubdit: *Sed ut impleatur ſermo, qui in lege eorum ſcriptus eſt, quia odio habuerunt me gratis.* Expende illud, opera, quæ ego feci, ait Chriſtus, ipſi viderunt, & inde oderunt me, ac etiam patrem meum. Noſt. D. Cyrill. lib. 10. cap. 32. *Nihil prætermiſſum fuit, ait, quo poſſent Judæi ad fidem adduci: Nam & verbis monuit, & miraculis, quæ nullus unquam Sanctorum tanta fecit, cum poteſtate ad finem trahebat: illi autem tantum à diligendo eum aberant, ut etiam odio proſequerentur.* 108. Cyril.

Secundò Satis arguit Judaici odij malitiam exaggerat. D. Auguſtin. tract. 92. in Joan. *Tanti ſanguinis, ait, tam impie, ac immaniter fuſi, indulgentiam perceperunt, ipſo redempti ſanguine, quem fuderunt Chriſti enim ſanguis ſic in remiſſionem peccatorum omnium fuſus eſt ut ipſum etiam peccatum poſſet delere, quo fuſus eſt, hoc ergo intuens Dominus dicebat. Odio me habuerunt gratis,* profunde conſidera quo argumentò probat Chriſtus ſe odio gratis haberi: Nimirum valde benefice illis præſtitit tot virtutes, ſanitates, miracula: quin etiam ipſe ſanguis, quem impie, ac immaniter per ſummam injuriam effuderunt, non ſolum omnibus peccatoribus profuit, ſed etiam illis ipſis immaniſſimis tortoribus, qui illum inimice effuderunt, eximie proficuus fuit. O rara, & admirablis beneficentia effuſo ſanguine non vindictam in hoſtes poſtu avit, ſed potius ipſomet effuſo ſanguine ſuorum inimicorum offenſas redemit, ut ſi ipſi vellent, cæleſtibus donis large cumularentur *Si in remiſſionem peccatorum omnium fuſus eſt ſanguis; ut ipſum etiam peccatum poſſet delere, quo fuſus eſt.* Ex effuſo ſanguine non ad ultionem proceſſit, ſed potius ad miſericordiam, & pietatem erga etiam ſuos hoſtes, ac crucifixores. 109. Auguſt. *In Chriſto offenſarum ſufferentia offenſoribus ſuis benefica.*

In perſona Chriſti ait Regius Vates. *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus, cum loquebar illis impugnabant me gratis.* Pſ. 119. n. 6. Hebraicus legit. *Ego pax, & cum loquebar illis ad bellum,* Maximè ponderandum, quod dupliciter ex parte Judæorum, ac iniquorum bellum commemoratur. *Cum illis, qui oderunt pacē:* dictis ac verbis ſe armabant contra pacem, & iterum. *impugnabant me gratis, ſeu illi ad bellum:* bellū gerebāt gratis, immerito ac ſine cauſa. At ille, *eram pacificus;* ſeu magnam emphaſim habet phraſis Hebraica. *Ego pax,* id eſt corde, verbo, facto, totus addictus paci, nihil niſi pacem volens, pacatus intra me, & cum illis pacem habens; *loquebar illis,* ut explicat D. Hieron. *Annunciabam illis pacem.* Valdè mirum, quod illi toto affectu ad bellum ferebantur ſemel & iterum. *Cum his qui oderunt pacem* Secundò. *Impugnabant me.* At ipſe erat pacificus, imo & pax, & loquebatur pacem. Tantum abeſt, quod ex eorum bello hoſtiliter machinato multipliciter contra eum ipſe adverſus ſuos hoſtes armaretur ad bellum, quod inde potius elicuit motivum; ut eis eſſet ipſamet pax, & loqueretur pacem, cum illiſque de pace 110. Pſal. 119. Hebræus. Hieron. *Ex offenſa illa ſumit Jeſus occaſionem ad benefaciendum.*

pace habere verba ut eos ad pacem, ac amicitiam reduceret & reconciliaret. Lorinus: *Loquens pacem impugnabatur*, ait, *ſed tamen pugnatus erat pacificus, nec inſanientes ceſſans reprehendere, nec reprehenſos negligens amare.* Lorin.

III. in hoc maximè declaratur Chriſtianus ſpiritus, quod dum hoſtium jaculis magis impugnatur, magis in eorum bonum excitatur. Cum Stephanus annuntiat Evangelicam pacem rigidis verbis Judæ in Judæos invehitur. *Dura cervice, & incircuncisis cordibus, & auribus vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis.* Act.7.n. 51. Intra quæ verba ad mortem rapitur, & lapidum percuſſiones flexis genibus excipiens orabat; *Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum.* Tanta, ac talis mutatio maximè admiratione digna, cum Evangelium annuntiat, in adverſarios iraſcitur, aſperiſque verbis eos inſectatur, qui non obtemperantes Spiritui ſancto reſiſtebant, à lapidum ictibus impetitur, totus Charitatis oleo perfuſus apparet. Evangelizat, ardenti zelo inflammatur, ut in terrenis Judæorum cordibus Evangelicæ pacis grana ſeminare valeat. At dum lapidibus feritur, & totus ſanguine ſuo perfunditur, ſic tanquam oleo emolleſcit, ut pro perſecutoribus exoret. Unde tanta hæc pietas? Erat ille totus plenus Chriſtiano Spiritu charitatis, pacis, ac manſuetudinis, qui lapidum ictibus non provocabatur in iram, ſed potius in clementiam, ac commiſerationem, & quanto plus in illos amicum & manſuetum ſe probabat, & manifeſtabat. D. Auguſt. in Pſalm. 132. *Quando*, ait, *debuit plus iraſci Stephanus quando lapidabatur, aut quando audiebatur; ecce mitis factus eſt cum lapidaretur, & ſæviebat, cum audiretur. Quare ſæviebat cum auditeretur? Quia mutare volebat eos, à quibus audiebatur, venientibus in ſe lapidibus, non victa eſt Charitas, quia unguentum à capite veniebat in barbam, & audierat ab ipſo capite: Diligite inimicos veſtros.*

Act. 7. — *Chriſtianus ſpiritus inter furentes hoſtes illis commiſeretur.* — Auguſt.

CAPUT XVI.

Cum venerit Paracletus.

Joan. 15. *n.* 26. Cum autem venerit paracletus, quem ego mittam vobis à Patre: Spiritum veritatis qui à Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me

Num. 27. Et vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis.

VERSIONES.

Syriacus. Cum autem venerit conſolator ille, quem ego miſſurus ſum vobis à Patre meo: Spiritus ille veritatis, qui à Patre meo procedit, ille teſtabitur de me.

D. Hilarius. Ille teſtificabitur de me.

Pagnin. n. 27. Quin & vos teſtes eſtis.

Caietanus. Et vos teſtimonium perhibete.

Syriacus. Sed & vos teſtamini, quippe qui à principio mecum ſitis.

Arabicus. A principio mecum fuiſtis.

EXPOSITIO I.

CVM *autem venerit.* Quamvis Chriſtus Dominus jam abundantiſſimè Judæis demonſtraſſet ſuam divinitatem, ſeque verum eſſe Meſſiam promiſſum in lege, ita ut ſint jam omnino inexecuſabiles, tamen adhuc magis demonſtrabitur, ait per adventum Spiritus ſancti venientis de cœlo, qui teſtimonium perhibebit de me. Et ſic ait, *Cum venerit.* Ait Carthuſ. non locum mutando, ſed ſigno viſibili, denuo operando & maximam gratiam infundendo. Vbi enim Deus denuo aliquid facit, eo Deus venire dicitur, ut notat Toletus. *Quem ego* Dei Filius, *mittam vobis* in auxilium, ac ſolatium meæ præſentiæ corporalis. *Mittam* ait ut rectè notavit Noſter D. Cyrill. lib. 10. c. 13. Non ut miniſtrum, ſed ut mihi conſubſtantialem *à Patre.* Ego mittam vobis à Patre, Patre conſentiente, & facultatem mittendi mihi communicant. Nam Pater eſt caput, fons, ac prima origo miſſionis; à quo filius habet communicatam eſſentiam divinam, & conſequenter vim ſpirandi, ac mittendi Spiritum ſanctum, ut nempè cum Patre eadem actione, & ſpiratione ſpiret, & eadem miſſione mittat Spiritum ſanctum; ſic dicitur Gen. 18. num. 24. *Pluit Dominus à Domino*: id eſt pluit Filius à Patre, quia licèt una ſit utriuſque actio creandi, eam tamen habet filius à Patre. Ita D. Hilar. lib. de Synod. D. Cyril. citat. loco, & lib. 11. cap. 1. D. Auguſt. lib. 15. de Trin. c. 18. Concil. Sirmienſ. in hiſtoria Tripar. lib. 5. cap. 3. 1.

Carthuſ. — Tolet. — D. Cyril. — Geneſ. 19. — D. Hilar. Cyril. D. Auguſt.

2. *Spiritum veritatis.* Quia Spiritus verax eſt, & veritatis Auctor, & Doctor, *Qui à Patre procedit.* Euthym. *Ex ſubſtantia Patris*: de natura nempè Patris. Chriſtus hic ſolum Patrem exprimit, & ſe ipſum ſubjacet. primo, quia Pater eſt primum caput, ac primum principium ſi rationis Spiritus ſancti. Secundo, ex humilitate ac reverentiæ cauſa erga Patrem ut nobis præbeat exemplum, ut omnia noſtra quæ auctoritatis ſunt, ad Patrem referenda ſint. Tertiò, quia ſi Chriſtus dixiſſet, qui à me procedit Non apte adjungeret, ille teſtimonium perhibebit de me, nam teſtis, qui ab aliquo procedit, dum teſtimonium de illo reddjt, videretur apud homines malignos, & peſſimos fide ſuſpectus, ut notat Cornelius à Lapide. Cum inimicis valdè circumſpectè agendum ac loquendum. Vide quæ dixi tom. 1. lib. 1. c. 1. q. 5. n. 13. & q. 6. n. 23. *Ille teſtimonium perhibebit* quo ad magnam Apoſtolorum conſolationem dictum eſt. Theophylact. Dicere poterant Apoſtoli. *Nunc ô Domine quo mittis nos. Quomodo digni fide erimus; Ideo ſubdit. Cum autem venerit Paracletus, ille teſtabitur de me, fidelis inquit teſtis eſt ille.* Nam Spiritus veritatis eſt, & à Patre procedit, ac proinde, ut ait D. Chryſoſtom. homil. 76. novit omnia quæ Patris ſunt. *De me.* Euthym. *De mea Divinitate*, & quod ego ſim verus Filius Dei, veruſque Meſſias.

Euthym. — *Cum inimicis circunſpecte agendum.* — Cornel. — Theoph. — Chryſoſt. Euthym.

3. *Et vos teſtimonium perhibebitis.* Græcus legi poteſt tam in modo imperativo ut Syriacus. *Teſtamini.* Caietanus, *Perhibete.* Vel in modo indicativo futuri temporis, ut habet noſtra Vulgata.

Syriac. Caietan.

Et

Et vos teſtes eritis ſermonum, ac operum meorum, meæque divinæ potentiæ, *quia ab initio mecum eſtis.* Quia præſentes fuiſtis,vidiſtis, palpaſtis omnia, quæ ab exordio meæ prædicationis cœpi Euthym. dicere,docere, ac facere. Euthym.*Teſtes eritis ſermonum, & operum meorum ac meæ divinæ potentiæ fide digni quia ab initio prædicationis, meorúmque mi-* 1. Ioan. 1. *raculorum mecum eſtis.*Et ſic ait Ioan.1.c.1.n.1.*Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis noſtris & manus noſtræ contrectaverunt de verbo vi-* Actor. 10. *tæ,& vidimus,& teſtamur.*Et Petrus Act. 10. n.41. *Nobis qui manducavimus,& bibimus cum illo.*

Quæstio I.

Quare Chriſtus Dominus hîc facit mentionem de Spiritus Paracleti adventu?

4. Cur Spiritus ſanctus dicitur Paracletus? latè tractavi ſuprà c.12.q.1.& 2.Nunc verò in limine quæſtionis notandũ eſt, quod promittitur à Chriſto adventus Spiritus ſancti, donorúmque in Apoſtolos,& tamen per quinquaginta dies differtur, ut eorum deſiderium in ipſiſmet Apoſtolis merita augeat.Ad Chriſti monumentum pergit Maria,*Maria Magdalene venit manè,cum adhuc tenebræ eſſent ad monumentum,* Joan. 20. *& vidit lapidem ſublatum,*&c.Ioan. 20.n.1.Deinde Petro, & Ioanne à Chriſti tumulo, non invento *Ex deſiderio dilato merita augentur.* corpore Dominico recedentibus, *Maria ſtabat ad monumentum foris plorans, dum ergo fleret, inclinavit ſe,*&c.ibid.n. 11. Si Chriſtus Dóminus diſponebat ſe gloria reſurrectionis micantem Magdalenæ (Virgine Matre excepta) primum exhibere, cur ſic moras nectit, ut ipſe veniat ad monumentum, & non inveniat, & ut per aliquod temporis ſpatium ſtet foris plorans? Ut deſideria dilata creſcerent,& ſic frequenti inquiſitione inflammaretur,ut nutritis deſideriis ad tantam dignitatem perveniret, ut Chriſti gloria reſurgentis prima frueretur. Gregor. D.Greg.hom.25.in Evang *Actum eſt,ait,ut deſideria dilata creſcerent,& creſcentia caperent,quod inve-* Ioan. 11. *niſſent.* Sic & audita morte Lazari: *Manſit in eodem loco duobus diebus.* Ioan.11. num.5.Cur differt Dominus, ut dilata ſororum Marthæ, & Mariæ deſideria aditum miraculoſæ &,ſtupendæ reſurrectionis aperiat, & valdè mirabiliter reſuſcitato fratre lætentur, & ſublimentur.

5. Cajet. Ad quæſtionem reſpondet primò Cajet. *Ad cumulum inexcuſabilitatis perſecutorum nominis mei accedet multiplicatio teſtium, nam ultra prædicationem meam, & opera mea ſuperveniet Spiritus ſanctus teſtis; adjungemini,& vos teſtes.*Demonſtravit Chriſtus Dominus ſuam Divinitatem,ut patet ex n.22. *Magna malitia, quæ tantis clamantibus non emendatur.* & 24.ſua admirabili prædicatione: multis, ac magnis operibus,& miraculis, quæ nullus alius fecit, inſuper nunc adhibet teſtimonium ex Spiritu ſancto adveniente,ac ex ipſiſmet Apoſtolis, ut omnino eſſet inexcuſabilis malitia Iudæorum. Ex quo etiam inexcuſabilis redditur malitia multorum, qui tot prædicatoribus, ac magiſtris clamantibus nolunt reſipiſcere, ac emendari.

6. Secundò: Dixerat Chriſtus Dominus immediatè anteà, *Oderunt me,& Patrem meum,ſed ut impleatur ſermo, qui in lege eorum ſcriptus eſt,* ſcilicet in Pſalmis, *quia odio habuerunt me gratis.* Nunc Tolet. verò ait Tolet. *Adjungit ſe diſcedente, venturum Spiritum Paracletum, & teſtimonium redditurum de* eo: *non enim ſub odio iniquo latere veritas permittenda eſt, ſed manifeſtanda.* Odio negotiante Iudæi Chriſtum, quem viderunt cum tot tantiſque ſignis, noluerunt recipere, ideò adveniet Spiritus ſanctus, qui eſt Doctor & Magiſter veritatis, ut veritatem detegat,ac manifeſtet, non enim odium poteſt prævalere contra veritatem, nec ſub tegumentis, ac palliationibus odij veritatem abſcondi permittendum eſt. *Odium non valet ſuffocare veritatem ſed ipſa manifeſtabitur.* Ad hoc tendunt verba Prophetæ, Pſal.34.n.19.*Non ſupergaudeant mihi, qui ad-* Pſalm. 43. *verſantur mihi iniquè, qui oderunt me gratis, & annuunt oculis.* D. Hieron. prima verba: Non ſuper- Hieron. gaudeant mihi qui adverſantur mihi iniquè. Legit,Non lætentur ſuper me inimici mei mendaces. Seu ex Hebræo legitur, *Qui adverſantur mihi in* Hebræus. *mendacio, ſeu in falſo*; ac ſi dicat Chriſtus, poſt mortem meam non ſupergaudebunt inimici mei, & qui oderunt me gratis, & annuunt oculis ſigna irriſionis ſibi facientes, ac conniventes. Nam ut ibi ſubdit Pſalmiſta n. 22. *Vidiſti Domine, ne ſileas, ne diſcedas à me.* Veniet Spiritus ſanctus, & non diſcedet à vobis, & non ſilebit, ſed me, veritatémque meam manifeſtabit, odiúmque contrariorum,quod erat in mendacio, diſſipabit.

7. Chryſoſt. Tertiò: D.Chryſ.hom.74.in Ioan.*Poſſunt diſcipuli Domini dicere, ſi verba à te audierunt, quæ ullus dixit, ſi opera viderunt, quæ nullus alius fecit,& tamen non profuerunt: ſi oderunt & Patrem tuum, & te cum eo, cujus gratia nos mittis, qualiter nos fide digni ſumus: Ne igitur hæc cogitantes turbentur, conſolationem inducit dicens, cum autem venerit Paracletus.* Mittebat Dominus diſcipulos ſuos ad prædicandum per totum mundum, dicebátque eis, *ut fructum plurimum afferatis.* Suprà in hoc c. 15.n.8. Ex quo maximè turbari poterant diſcipuli, Domine ſi te non audierunt, qui feciſti tot & tanta ſigna, quæ nemo alius fecit, quomodò nos audient qui ſumus te multo inferiores? *Ne igitur hæc cogitantes turbentur, conſolationem inducit dicens, cum venerit Paracletus.*Ne tot adverſitatibus agitarentur eis promittit adventum Spiritus Paracleti, *Deo comite nulla adverſitas formidanda* qui eſt conſolator, & in omni preſſura dat magnam conſolationem,& quia ipſo comite ac adjuvante nulla adverſitas timenda eſt.

8. Dicente Iob.17.n.2.*Pone me juxta te,& cujuſvis* Iob. 17. *manus pugnet contra me.* Pſal.22.n.3. *Si ambulavero* Pſalm. 22. *in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Suæ dilectæ ſponſæ ait Chriſtus Dominus Cant.4.n.8.*Veni de Libano ſponſa mea, veni de* Cantic. 4. *Libano veni; coronaberis de capite Amana,de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.* Quomodo tenera virgo audebit incedere per aſperos montes Amana, Sanir, Hermon, *Deo comite nulla aſperitas timenda.* ac inter feroces & ſævos leones,& pardos verſari; in Hebræo eſt,*Mecum de Libano ſponſa, mecum de Libano.*Nulla enim aſperitas montium, nulláque rabies ferocium beſtiarum timenda erat ab illa, quæ ſecum Deum comitem habebat. D. Bernard. Bernard. ſerm.85.*Audit ſecum pariter ſponſum venturum:quid enim difficile ſibi illo comite reputet.*

9. Daniel in aula regia educatus magnis jejunijs invigilabat, rigidáque in abſtinentia verſabatur, ac tandem ob multorum invidiam in leonum lacum mittitur, ibi cum eſſet inter fameſcentes leones Habacuc aſportatus ab Angelo offert ei prandium. *Surgens Daniel comedit.* De quo multum admiratur D.Zeno ſerm.de timore: *Leonibus objectus* Zeno. *Daniel & in periculo conſtitutus prandet, qui ſolet extra periculum jejunare.* Quis non miretur quod ille inter regales dapes, inter lautiſſima convi-

via, ac perjucundiſſima vina impranſus verſetur, & tamen ferociſſimis leonibus objectus, ac in magno periculo conſtitutus, ibi valdè quieto animo prandet. Unde tanta rei differentia? Quando Propheta obtulit prandium ait illi, c. 14. n. 36. *Daniel* Dan. 1. Hebraizan. *ſerve Dei, tolle prandium.* Hebraizantes, *Daniel, Dominus tecum, tolle prandium.* Et qui in aula regis timebat, modo inter rugientes leones, cum audiat Dominum eſſe cum illo, omnes periculorum æſtus ab ejus corde expelluntur, & tanquam magno ſcuto protectus, ac munimine circumſeptus, valdè quietus, & ſecurus prandit, ac comedit panem, D. Cyprian. pulmentum, & carnes. D. Cyprian. tract. de tract. *Cum Dei, ait, ſint omnia, habenti Deum nihil deerit, ſi Deo ipſe non deſit: Sic Danieli in leonum lacu juſſu regis incluſo prandium divinitus procuratur, & inter feras eſurientes, & parcentes, homo Dei paſcitur.* Vide ſuperiori c. q. 14. n. 87. 88. 89. 90.

QUÆSTIO II.

Quare ſuperius miſſio Spiritus ſancti tribuitur Patri, nunc verò Chriſto Domino quem ego mittam?

10. Joan. 14. *Difficultas quæſtionis.* DIFFICULTAS quæſtionis eſt, quia Chriſtus Dominus Joan. c. 14. n. 26. agens de adventu Spiritus ſancti, ait: *Paracletus autem Spiritus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia.* Nunc ergo in præſentiarum, hanc eandem miſſionem ſibi refert. *Quem ego mittam vobis*; cujus rei rationem modò inveſtigamus.

11. Caiet. Tolet. Reſpondent primò Interpretes, ut Cardinalis Cajetan. & Tolet. quod ſuprà dixit, *Quem pater mittet*, nunc verò ait, *Quem ego mittam*, ut una, eademque miſſio, ac operatio Patris & Filij intelligatur, ſic una eſt productio, quia Spiritum ſanctum producunt, & ut ſe ejuſdem cum Patre naturæ ſignificet, quod de Patre prius affirmavit, id ipſum etiam ſibi tribuit: ſolius enim Dei eſt mittere Spiritum ſanctum, & miſſio in divinis productionem connotat, ut jam dixi ſuprà c. 14. *Spiritus ſanctus à Patre, & Filio.*

12 Secundò: Apertè ait nunc Chriſtus Dominus ſe miſſurum in ſuos fideles Spiritum ſanctum, ut ex tanto dono hominibus conceſſo, homines habeat maximè ſibi devinctos, ac obligatos. Clamat Iſai. 51. Iſai. 51. n. 9. *Conſurge, conſurge, induere fortitudinem brachium Domini: conſurge, ſicut in diebus antiquis, in generationibus ſæculorum.* Per brachium Domini intelligitur filius Dei homo factus, cum quo Forer. loquitur Propheta, ut interpretatur Forerius cum alijs. Expoſtulat à Deo, ut Chriſtus Dominus veniens induat antiquam fortitudinem, ſicut in generationibus ſæculorum, hoc eſt in primo rerum molimine, ſed in exordio, ac creatione mundi, nihil apparuit in Deo, niſi ſumma clementia, ac benignitas, eximiáque amoris, ac charitatis effuſio, nam cœlum mirificè Sole, Luna, ac ſtellis condecoravit, terram floribus ac arboribus ditavit, hominémque è limo terræ condidit, inſpiravítque *Beneficentia, fortiſſima ad capiendos animos.* in faciem ejus ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viventem, volucres cœli, piſces maris, ac animalia terræ, omnia ſubjecit ſub pedibus ejus, ubi eſt ergo robuſta fortitudo quam tantis deprecationibus Propheta petit? *Sicut in diebus antiquis in generationibus ſæculorum.* Ipſa ſumma amoris effuſio, admirabiliſque divinæ charitatis oſtentatio, quia immeritos ditabat, extitit eximia Divinæ potentiæ fortitudo ad inimicos hominum capiendos, ad ſe alliciendos. Rupertus Rupert. lib. 2. in Iſai. cap. 13. *Quid tandem, ait, te contines in ſinu Patris, ô brachium Domini? Conſurge, & induere fortitudinem, induere fortem, & pulchram dilectionem. Ita conſurge, ſicut in diebus antiquis in generationibus ſæculorum.* Nunc verò altius conſurgit brachium Domini, nempe Chriſtus verus Dei filius, & induit ſuam fortitudinem, ſuam nempe pulchram dilectionem ad homines capiendos, quæ eſt Divinus Spiritus, qui eſt amor Patris, ac Filij.

Tertiò: In toto hoc cap. 15. denuntiat Chriſtus Dominus ſuis Apoſtolis, quod multa odia, 13. multæque perſecutiones ab eis ſunt ſuſtinendæ ob nomen ſuum. *Si mundus vos odit*, n. 18. *& vos perſequentur*, n. 20. & ſubdit n. 21. *Hæc omnia facient vobis propter nomen meum.* Ideo ſtatim annectit ſermonem, eis promittens à ſe mittendum Spiritum Paracletum. *Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis.* *Qui te conſtituit in periculo, tenetur cuſtodire, & librare,* Cùm enim ob ejus nomen in tot ac tanta pericula inciderint, inde eis pollicetur Divinum Spiritum, qui eos adjuvet, corroboret, ac cuſtodiat: & ideo cum ſupra ſermo eſſet de Spiritu ſancto docente, ac illuminante, ejus miſſionem Patri tribuit, *Paracletus autem Spiritus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia.* Pater, ut Auctor Eccleſiæ, eam illuminat. At verò modo ejus miſſionem ad ſe refert Chriſtus: *Quem ego mittam vobis*, Nam cum hîc ſermo eſſet, quod Spiritus ſanctus adveniet, ut eos conſolaretur, ac communiret inter tyrannos, ac carnifices, ad quos ipſe eos deſtinabat tanquam agnos inter lupos. Nunc ait, *quem ego mittam vobis*, ſuam providentiam erga eos declarans; quod minimè deſeret illos, qui ſui cauſa in tanto diſcrimine verſabantur, ſi ad tyrannos, ac carnifices deſtinabantur ab eo, eis miſſo Spiritu ſancto dabat tutamen.

Cùm nunciatum eſſet Laban quod Jacob fugeret è domo ejus, aſſumptis multis è familia ſua, 14. perſecutus eſt eum ſeptem diebus; cumque eum jam teneret in monte Galaad, *Viditque in ſomnis dicentem ſibi Deum: cave ne quidquam aſperè loquaris contra Jacob*, Gen. 31. n. 24. Cur Deus La- Geneſ. 31. ban homini idololatriæ, & maximè avaritiæ dedito ſemetipſum exhibet? Multa alia media repræſentabantur Divinæ providentiæ, quibus Laban impediri poterat, ne quid acerbum contra Jacob ageret, cur ad hoc negotium peragendum, quidam Angelus non deſtinatur, ſicut ipſi Jacob miſſi fuerunt Angeli ad eum corroborandum ne fratrem ſuum Eſau timeret. *Fuerunt ei obviam Angeli Dei, quos cùm vidiſſet ait, caſtra Dei ſunt hæc*, Geneſ. 32. Gen. 32. n. 1. Cur ergo non veniunt Angeli, ſeu ipſemet Deus apparet Laban homini improbo? Deus ipſe mandavit Iacob, ut egrederetur de Meſopotamia, & pergeret in terram ſuam. *Maximè ſibi dicente Domino: Revertere in terram patrum tuorum*, Gen. 31. n. 3. Ipſemet ergo adeſt, ut eum cuſtodiat, & liberet. Iacob ex nutu Dei in diſcrimine *Jacob ex Dei nutu ingreditur periculum. Deo cuſtode ſervatur.* poſitus eſt, ut à Laban rigidè, ac aſperè moleſtaretur, inde ipſemet advenit in tutamen, & cuſtodiam, ut ab omni Labani gravamine eximat, & Chryſoſt. ſervet. D. Chryſ. ibi hom. 57. *Deus qui dixerat, ait: Revertere in terram tuam, & ero tecum: ille etiam nunc ſuam declarat providentiam, quia enim vidit Laban cum multa indignatione perſequi juſtum.*

Iraſcitur Rex Syriæ contra Eliſæum Prophetã, 15. eo quod intelligeret, quod omnia ſecreta conſilij ſui

ſui indicabat Regi Iſraëlis, miſit equos, currus, ac robur exercitus ſui, qui venerunt nocte, & circumdederunt civitatem, & locum, in quo erat Eliſæus, cum puer Eliſæi diluculo conſurgeret, & vidiſſet tam copioſum exercitum in circuitu civitatis, valdè timore perterritus cucurrit ad ſuum magiſtrum, nunciavitque ei robuſtam aciem, quam viderat, ad orationem Prophetæ *Aperuit Dominus oculos pueri & vidit: & ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum in circuitu*, 4. Reg. 6, num. 18. Cur tot currus, & equi ignei circa Eliſæum? Cur non potius adveniunt Angeli, tanquam armato exercitu, ut in Apocal. 9. n. 17. habentes gladios, & loricas igneas, & hyacintheas, & ſulphureas, & hoc magis videbatur proportionatum ad Prophetæ defenſionem, præcipuè cum juxta multorum opinionem illi currus ignei, & equi ignei, eſſent Angeli ſub tali forma; cur ergo non armati veniunt gladio, & lorica, ſed currus ignei, & equi ignei? Recole 4. Reg. 2. num. 11. Quod illi iidem Angeli, qui magiſtrum, ac Parentem Eliam ſui diſcipuli cuſtodem in cœlum rapuerunt ſpecie curruum, ac equorum igneorum, relinquentes diſcipulum à ſuo parente orbatum, inde eum derelictum ſub tali forma tueri tenebantur; nam ſi ſcutum, & tutamen abſtulerunt, nunc auxilium, & adjuvamen deferunt, D. Ambroſ. ſerm. 8. *Ergo Eliam, ait, Angeli ad cœlum perferunt, Eliſeum Angeli, qui Magiſtrum portaverant, diſcipulum tuebantur.* Vide t. 3. c. 34. q. 8. n. 40. 41. 42. 43.

4. Reg. 6. — Apoc. 9. *Qui fuit occaſio ut in periculo ſis, tenetur te cuſtodire.* — 4. Reg. 2. — D. Ambr.

QUÆSTIO III.

Quare Spiritus ſanctus hîc dicitur Spiritus veritatis?

16. SPIRITUM *veritatis*, ait Chriſtus, ſeu ex Græco verti poteſt nominandi cauſa, *qui eſt Spiritus veritatis*; Cur autem Spiritus ſanctus Spiritus veritatis dicatur, jam dixi ſuprà, c. 12. q. 3. Vide ibi dicta; dicitur Spiritus veritatis, quia ipſe eſt Magiſter, ac Doctor veritatis. Altius tamen inquirit quæſtio, cur hîc potius dicitur Spiritus veritatis, quàm Spiritus ſanctus?

17. Reſpondeo primò: quod dicitur Spiritus veritatis, quia eos in Prædicatores totius orbis deſtinabat, valdè enim alienum eſt, ut veritatis Doctor, falſitatis periculo ſe exponat, & deceptionem inducat, qui omnem de medio tollere deceptionem tenetur, ait D. Baſil. in regulis brevioribus interrog. 245. *Erudiens, ait, ut ſerpens, id eſt, qui in doctrina tradenda ita ſe moderatur, ut adhibita circumſpectione, conſiderationeque omnia faciat.* Juxta illud: *Aurum tuum, & argentum tuum confla, & verbis tuis facito ſtateram, & frænos ori tuo rectos*, Eccleſ. 28. n. 29. Eſt parabola, aurum tuum, & argentum tuum confla, ut ex eis facias ſtateram, qua libres, & expendas verba tua in omni veritate; ex eis facias frænos ori tuo, ut in eo nullum ſit mendacium, vel falſitas, qui alios docet à falſitate fugiat, & integra veritate omnia appendat.

D. Baſil. *Veritas prædicatori maximè neceſſaria.* — Eccleſ. 28.

18. Secundò: Cardinalis Hugo, *Spiritus veritatis*, ait, *hoc dicit, ut ſit fiducia prædicationis.* Non dicitur Spiritus ſcientiæ, conſilii, ſeu fortitudinis, ſed Spiritus veritatis, ut ex ipſa multam fiduciam habeant in docendo, ac prædicando coram Regibus, Principibus, ac mundi magnatibus: nil magis virs, animóſque miniſtrat, quam ipſa veritatis aſſertio. Vt gratiam inirent Imperatoris Juliani Apoſtatæ multi magni Præſules, ac Epiſcopi inſurgebant contra virum ſanctiſſimum Euſebium, qui à populo creatus erat Epiſcopus Cæſareæ; quod cum accepiſſet D. Gregor Nazianz. orat. 19. ſic ad potentiſſimos Præſules ſcribit: *Vos autem, ait, alia quidem aliqua in re nobis, ſi animus ita tulerit, vim afferre per facile poteſtis; id autem nemo unquam nobis adimet, quin ea, quæ facta ſunt, ut rectè, ac juſtè facta defendamus.* Hoc exiguæ urbis Epiſcopi opus, & Cathedræ ſecundas tenentis. Unus homuncio exiguæ urbis Epiſcopus veritate interveniente, imperatoriæ tyrannidi audet fortiter obſiſtere. Nemo autem id nobis adimet, quin eà quæ facta ſunt, ut ea rectè, ac juſtè facta defendamus.

D. Nazianz. — *Veritas dat multam confidentiam, ac animos.*

Cum Balthaſar eſſet in grandi convivio cum ſuis optimatibus, apparuerunt digiti quaſi manus hominis ſcribentis in pariete: Tunc Rex valdè anxius pro ſcripturæ intelligentia, adducitur Daniel coram Rege, c. 5. n. 25. qui ait: *Hæc eſt ſcriptura, quæ digeſta eſt*, Mane Techel Phares. *Hæc eſt interpretatio ſermonum*: Mane, *Numeravit Deus Regnum tuum, & complevit illud.* Techel, *Appenſus es in ſtatera, & inventus es minus habens.* Phares *Diviſum eſt regnum tuum, & datum eſt Medis, & Perſis.* Nullus unquam moleſtius quid annunciavit homini, quam Daniel annunciavit Balthaſari potentiſſimo Principi, cum prædixit ei, ſuiſque magnatibus, & vitæ, & familiæ ac regni inſtantem perditionem Cur non timet Daniel iram Regis! Cur etiam non timet quod aliqui ſapientes poterant ei contradicere literas interpretantes ad Regis voluntatem, ac beneplacitum; ut fecerunt falſi vates cum Michæa Propheta adverſa denuncianti Achab Regi, 3. Reg. 22. n. 24. Cur ergo Daniel tam apertè ac claris verbis audet tam horribilia potentiſſimo Regi Balthaſari denunciare? Armatus erat Propheta veritatis ſcuto, & cùm vera diceret nec Regem, nec Principes, nec magnates timet, ſed ita quietus, ac placatus animo illa valde funeſta exponit, ac ſi jucundiſſima, & læta prædiceret. Sic in ſimili caſu, de parente ſuo qui deſtinatus eſt lagatus ad Attilam, loquitur Caſſiodorus lib. 1. varia. c. 4. *Vidit, ait, intrepidus quem timebat imperium, faces illas terribiles, & minaces fretus veritate deſpexit.* 19.

Dan. 5. — 3. Reg. 2. *Veritatis ſcuto armatus nullũ favorem timet.* — Caſſiod.

Cum terra ſileret in conſpectu Holofernis, admiratus ipſe quod Iſraëlitæ auderent ei reſiſtere, & ſe præpararent ad bellum, quærit quænam gens eſſet illa? Tunc Achior Dux omnium filiorum Ammon, magna, & valde ſubilmia enarrat de filiis Iſraël, & quomodo verus Deus eorum in multis mirabilibus pugnabat pro eis. Quomodo Achior homo peregrinus ab Aſſyriis non timet tam excelſa dicere de filiis Iſraël coram iniquiſſimo, ac ſuperbiſſimo Holoferne, qui totum orbem ſibi parvum reputabat, qui paſſim dicebat non eſſe alium Deum præter Nabuchodonoſorem, Judith 5. n. 2. & quòd Iſraëlitas in tam parvo, ac exiguo aprehendebat, ut eos paſſim mures appellaret; *Egreſſi mures de cavernis ſuis*, cap. 14. num. 12. Quomodo ergo Achior confidit, ut tam illuſtria de populo Iſraëlitico proferat, ac dicat? Audi quod ipſe loquatur ad Holofernem: *Si digneris audire Domine, dicam veritatem in conſpectu tuo, de populo iſto, qui in montanis habitat, & non egredietur verbum falſum de ore meo*, Judith. 5. num. 5. Cum ergo munimine veritatis eſſet 20.

Judith. 5. — Judith. 14. *Quia veritate munitur, omnium iram contemnit.* — Judith. 5.

circunſeptus,veritatis ſcuto protectus, nec ſuperbiam ducis, nec ejus principum arrogantiam timet,ſed diſtrictè, ac apertè fatur, & loquitur.

QUÆSTIO IV.

Quare dicitur quod Spiritus ſanctus teſtimonium perhibebit de Chriſto?

21\. Syriac. *Spiritus ſanctus teſtimonium perhibet.* D. Cyril. D. Aug. Euthym. Theoph. D. Bonav. D. Thom.

ILLE *teſtimonium perhibebit.* Seu ut habet Syriac. *Ille teſtabitur de me*, quod ſum verus filius Dei, verúſque Meſſias. Et teſtimonium perhibebit, non voce aliqua externa ſed in vos illapſus teſtimonium dabit, tum per internam inſpirationem,& illuminationem tum etiam per externa miracula,prodigia & ſigna. Ita D.Cyrill.D.Auguſt. Euthym. Theoph.D. Bonav.D.Th. & alii.

22\. D. Chryſ. Theoph. Euthym. D. Cyril. D. Aug.

Et ait Chriſtus Dominus, teſtimonium perhibebit, veriſſimum,certiſſimum,ac efficaciſſimum. Veriſſimum, quia Spiritus veritatis eſt,D. Chriſ. homil.76. *Ille dignus fide erit, veritatis enim eſt Spiritus propterea non Spiritum ſanctum, ſed veritatis appellavit.* Certiſſimum,ut notarunt Theophil. & Euthym. quia me intimè perſpicit, & omnia mea exactiſſimè agnoſcit: Spiritus eſt, qui procedit à Patre,qui omnia novit.Efficaciſſimum,quia ſuum teſtimonium magnis ſignis,virtutibus,ac miraculis corroborabit,N.D.Cyril.lib.10. c.33. *Quomodo autem teſtimonium perhibebit*, ait,*magna in vobis, & per vos miracula faciens, divinæ meæ poteſtatis, atque virtutis teſtis erit graviſſimus.* Et tam magnum, & efficax erit hoc teſtimonium Spiritus ſancti, ut in perſona Chriſti, ait D. Auguſt.tract.93.in Joan. *Odio me habuerunt, & occiderunt videntes, ſed tale de me teſtimonium Paraclitus perhibebit, ut eos faciat in me credere non videntes.*

23\. *Tota tres divinæ perſonæ dant de Chriſto teſtimonium.* Euthym. Matth. 3. Joan. 8. 1. Joan. 5.

Ad quæſtionem, validè conveniens erat ut Spiritus ſanctus de Chriſto daret teſtimonium: Primò,quia ipſe eſt Doctor,& Magiſter veritatis, ut dixi ſuperiori q.Secundò,ut ait Euthym. Pater de Chriſto dedit teſtimonium, *Hic eſt filius meus dilectus*, in Jordane,ac Thabore. Matth.3.num.17. &c.17.nu. 5. Filius de ſeipſo dedit teſtimonium, *Ego teſtimonium perhibeo de me ipſo*, Joan. 8.n.14. Ergo conſentaneum erat ut Spiritus ſanctus ſuo teſtimonio adeſſet, juxta illud, quod ſcribit Joan. ſua Epiſt 1.c.5.n.7. *Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo,Pater,Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres unum ſunt.*

24\. Actor. 10.

Secundò: Spiritus Sanctus per Prophetas pronuntiavit mundo Chriſti adventum: in ipſo Incarnationis myſterio mirabiliter operatus eſt,*Spiritus ſanctus ſuperveniet in te.* Unde Chriſtus dicitur de Spiritu ſancto conceptus, ipſúmque advenientem in carne ſuſcepta unxit, Actor.10.n.38. *Unxit eum Spiritu ſancto.* Tum gratia unionis,tum gratia habituali, debuit ergo de ipſo poſt ejus adventum reddere teſtimonium. Ex quo elicio documentum morale ad noſtram eruditionem, qui te ſuo teſtimonio cœpit ſublimare,& exaltare non deſiſtat, ſed proſequatur, ut de te magna,& glorioſa dicat, & evulget.

25\. Tertiò: ait Chriſtus Dominus,cum venerit Paracletus; poſtquam Chriſtus abiit in cœlum,tunc venit Paracletus, cur non ipſo præſente venit?ut det teſtimonium,in abſentia efficacior eſt magnalium aſſertio,eorúmque teſtificatio.*Illis abeuntibus cœpit dicere de Joanne*,Matth. 11. n. 7. Deinde Divinus Spiritus omnia diſponit valdè ſuaviter,& ut faciliori modo fiant,& quia apud homines abſentia venerationem, ac amoris affectum alit;Divinus Spiritus, ut moraliſſimè dicam condeſcendens ad hominum conditionem, ac infirmitatem, cum Chriſtus abiit in cœlum, tunc ipſe venit, ut teſtimonium daret; homines enim valdè propenſi ſunt, non ut præſentia,ſed ut abſentia multâ veneratione proſequantur: nam apud eos præſentia minuit famam, & auctoritatem, quam tuetur abſentia,quod ſenſit Tiberius,ex Auguſti aula Rhodum petiit. *Ut vitato aſſiduitatis faſtidio auctoritatem abſentia tueretur, atque etiam augeret*, ut refert Sueton.c.10.Probatque Clem. Alex.orat.8.homines mortuos ab hominibus Deos haberi, eo quod è longinquo major ſit majeſtatis reverentia. *Solent*, ait, *neſcio quomodo quæ ſunt præſentia, deſpici propter conſuetudinem: quæ autem ſunt præterita, ſeparata ad ea quæ nunc ſunt, probatione propter incertudinem temporis in honore eſſe.*

Matth.11. *Abſentia venerationem inducit & generat.* Sueto. Clem. Alex.

26\. Jerem. 23. Clem. Alex. *Dominus ex abſentia eminet majeſtate.* Actor. 17. 3. Reg. 8. Pſalm. 17. Chaldæus

Ait Deus per Ierem. 23. num. 23. *Putaſne Deus è vicino ego ſum, dicit Dominus? Et non Deus de longe.* Quæ verba commentans Clem. Alex. lib.2. Stromat. c. 1. ait: *Deus appropinquans ego, inquit Dominus, procul eſſentia.* Quæ iterum magis explicat ipſe Clem.Alexand. *Putaſne Deus è vicino ego ſum.&c.* ſic ait: *Proximus eſt poteſtate, qua ſuo ſinu omnia complectitur.* Deus poteſtate è proximo eſt; eſſentia ſua tanquam è longinquo. Nam ſicut neceſſe eſt ut ipſe ſit è proximo poteſtate, ac concurſu,ut ſimus,ac vivamus: *In ipſo enim vivimus, movemur, & ſumus*,Actor.17.num.28.ut teſtatur Apoſtolus.Sic etiam expediens eſt, ut eſſentia ſua ſit abſcondita,ac ſeparata ab hominum oculis, ac ſi veluti quodammodo eſſet è longinquo, ut venerationem, & majorem auctoritatem apud homines vindicaret; nam dum Divinitas obſcuritatis nebula occultatur, majorem ſibi conciliat auctoritatem, pro quo ait Salomon: *Dominus dixit, ut habitaret in nebula*, 3.Reg.8.n.12. Nam quamvis Deus ſua eſſentia repleat omnem locum,tamen erga hominum oculos pro ſua ſuprema majeſtate ita ſe gerit, ac ſi in nebula lateret. Canit Regius vates, *Poſuit tenebras latibulum ſuum*, Pſalm.17.n.13. Chald. *Collocavit majeſtatem ſuam in caligine.* Nam quæ ſunt proxima,uſu vileſcunt; quæ procul abſunt, abſentia præexcelſa videntur, latet Deus cæca ſub nebula, ut quominus patet altius colatur.Claritas numinis eminet tenebris, auctoritas nominis latebris.

27\. Cantic. 8. *Ab hominibus abeundum, ut tua fulgeat auctoritas.*

Magnis vocibus urget pia virgo dilectum ſuum ſponſum *Fuge dilecte mi*, Cantic. 8. n. 14. Qualenam hoc votum tuum, ſapiſne virgo, an deciperis? Mones ut fugiat ſponſus forma ſpecioſus præ filiis hominum? Saperes potius, ſi ipſum, cujus præſentia fruebaris, adhuc tecum retineres, minimè eum abire permitteres; tamen inſtanter ait, *Fuge dilecte mi.* Sciebat fortaſsè virgo rerum ſapiens à Chriſto augendam eſſe ſui nominis auctoritatem, ſi abiret à communi hominum converſatione; inde rogat, ut fuga ſui nominis ſublimitatem adaugeat, *Fuge dilecte mi.* Sapiens rerum virgo potius attendebat ad ſponſi auctoritatem, quam ad ſuum gaudium, & beneplacitum: nam& ſi ejus voluntas tota ferebatur, ut ſponſus ſemper ei præſens adeſſet, tamen ad auctoritatem ſponſi expediebat, ut fuga longius abiret, ut fuga ſibi conſuleret,ex fugáque majorem venerationem obtineret.

Majeſtatis

Tacit. *Majeſtatis major ex longinquo reverentia*, ait Tacitus l.1.vide t. 1. l.3.c.4.q.2.n. 11.& t.4.c.5.q.5.n. 44.& c.14. q.11.n.107.108.

Quæstio V.

Quare Chriſtus ait ſuis Apoſtolis: Vos teſtimonium perhibebitis, cum ipſe dicat? Ego teſtimonium ab homine non accipio?

28. Ait Chriſtus Dominus in præſenti ſuis Apoſtolis, *Vos teſtimonium perhibebitis.* Vos qui participes eſtis mecum in odio meorum adverſariorum, ut ait in hoc c.15.n.18. *Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit.* Etiam qui eſtis participes in perſecutionibus, *Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur*, n.20. Valde eminens eſt teſtimonium alicujus qui particeps eſt laborum illius pro quo teſtimonium fert, ait Joan. Apoc.1.n.9. *Ego Joannes frater veſter, & particeps in tribulatione, & regno, & patientia Chriſti Jeſu.* Nónne ſufficiebat, ut ipſe teſtaretur, quod illa Apocalypſis myſteria ei miſſa ſunt per Angelum, ut quilibet convinceretur, ut ei fides adhiberetur. Ad quid inſuper ipſe addit, quod fuit particeps in Chriſto Jeſu, in patientia, in tribulatione, & regno? Quia omnino fide dignus eſt, qui eorumdem particeps eſt, ac ille, pro quo teſtimonium fert. Favet Aretas Cæſar. Epiſ. *Quemadmodum*, ait. *in afflictionibus particeps fuit, ita & in regno, quod toleratur nunc pro Chriſto tribulationes conciliat; ſi igitur in omnibus ſe ipſum eſſe participem oſtendit, æquum eſt, ut etiam fide dignus habeatur in his, quæ à ſe viſa ſunt, & audita.*

Apoc. 1.

Teſtis fide dignus, qui particeps eorum, ac ille, pro quo dat teſtimonium.

29. Quæſtio præſens eſt, quomodo Chriſtus hic ait ſuis Apoſtolis, *Et vos teſtimonium perhibebitis*, cum ipſe dicat Joan.5.n.34. Ego non ab homine teſtimonium accipio? Reſpondeo dupliciter juxta ea, quæ t.3.c.2. Expoſit.9.n.87. explicans citatum locum Joan.5. Et primò, cum D. Chryſoſtom. Euth. Rupert. quod Apoſtoli divino Spiritu afflati loquebantur, & Chriſtus non accipiebat teſtimonium ab homine proveniens, ſed à Deo emanans, ac proinde illud teſtimonium erat Divinum, & ſuperexcellens. Secundò, cum N. D Cyril. Theophyl. Albert. Magn. D. Thom. & aliis. Quod Chriſtus nullius teſtimonio indigebat, nam cum eſſet Deus, poterat ſe hominibus abſque hominis teſtimonio manifeſtare. Voluit tamen teſtimonio hominumu uti propter homines, ut per homines, ac media ordinaria fides promulgaretur; ipſe ut verus Deus, quæ erant propria Dei per ſe ipſum præſtitit, venit in mundum, ut omnium redemptor, tot, ac tanta miracula fecit, quæ nullus alius fecit ſuprà, n.22. pro humano genere de rigore juſtitiæ ſatisfecit; promulgatio Evangelii, quæ per homines fieri poterat, hominibus facienda committit.

Joan. 5. Theoph. Euthym. Rupert.

D. Cyril. D. Chryſ. Albert. D. Thom. *Quando res obtineri poteſt via communi extraordinaria non requirenda.*

30. Cum ex concepto Divino verbo, uterus Virginis tumeſceret, B. Joſeph cogitabat Virginem dimittere. Huic autem eo cogitante apparuit Angelus in ſomnis & ait ei: *Joſeph fili David noli timere accipere Mariam conjugem tuam, quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt; Pariet autem filium, & vocabis nomen ejus Jeſum*, Matth.2.n.20. Audit Joſeph Marianum fœtum à Spiritu ſancto efformatum, audit nomen divina virtute imponendum, & tamen ei dicitur, *Noli timere accipere.* Hoc eſt non dimittas eam, ſed eā accipe, ut illi miniſteria, ac obſequia exhibeas, ut dixi ſuo loco, & ibi præclarè notavit Theoph. *Non ſuſpiceris*, ait, *quod quia à Spiritu ſancto eſt conceptio, Virginem ideo dimittere debeas adjutorio deſtitutam, ſed miniſtrabis ei in omnibus.* Conceptio verbi, ac nominis impoſitio eſt à Spiritu ſancto, miniſtratio verò erit à te deferenda, ô Joſeph. Sed ſicut conceptio eſt à Spiritu ſancto, ac nominis impoſitio, cur etiam ille, ut Deus omnipotens, non ſuppeditabit omnia neceſſaria immediatè per ſemetipſum, ſed hoc committitur Joſeph? Quod erat proprium Dei, cooperari nempe in unione hypoſtatica ineffabilis compoſiti, eique nomen dare. Hoc præſtat Spiritus ſanctus, miniſtrare verò in puero nutriendo, ipſumque cuſtodiendo, ac in matre fovenda, quod cura hominis ſuppleri poterat, exactè & diligenter adimpleat Joſeph, *Non ſuſpiceris quod Virginem ideo dimittere debeas adjutorio deſtitutam, ſed miniſtrabis ei in omnibus.*

Matth. 2.

Theoph. *Dei auxilium ſolum ad neceſſaria, non vero quando humana induſtria ſufficit.*

Diviniſſimus Parens Eliſæus hoſpitæ ſuæ Sunamitidi ſic ſuam operam promittebat: *Nunquid habes negotium, & vis ut loquar regi, ſive principi militiæ?* 4.Reg.4.n.13. Cur magnus Propheta pro negotio mulieris adimplendo juxta ejus votum pollicetur ſe verba facturum Regi, ſeu duci, cur non potius ait, ut pro tuo negotio Deum exorem, illudque tibi à Deo impetrem? Nónne ipſe Propheta, cum demortuus eſſet filius hujus mulieris, fuſa oratione à Deo ejus vitam obtinuit? Ibid. n. 36. Cur etiam expeditionem negotii mulieris à Deo non petit? Vita pueri defuncti, quæ a ſolo Deo concedi poterat, ab eo tantum petit; at verò negotii reſolutionem, quæ cum Rege, vel duc agi poterat, cum ipſo pertractare, ac complere promittit. in 4. Reg. q. 14. *Propheta*, ait, *eam rogavit, an eſſet aliquid quod vellet dici regi, aut duci exercitus: & cum poſſet ei divinum exhibere auxilium, vult eam etiam humanam aſſequi curationem.* In his, quæ interventu hominis fieri poterant, non Dei opem, ſed humanum requirit patrocinium. *Et cum poſſet ei divinum exhibere auxilium, vult eam etiam humanam aſſequi curationem.* Vide t.2.c.7.q.5. n.58.39. 40.& t.3.c.9.q.4.n.20.& t.4.c.31.q.2.n.14.15.16. 31.

4.Reg.4.

Ad Deum recurrendum, ubi humana deſunt. Theodor.

Joan. 16.*n.* 1. Hæc locutus ſum vobis, ut non ſcandalizemini.

Num. 2. Abſque Synagogis facient vos: ſed venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur ſe obſequium præſtare Deo.

VERSIONES.

Arab.n. 1. Hoc locutus ſum

Syriac.Euth. Hæc locutus ſum vobiſcum, ut non offendamini.

Vatablus. Ne quid offendamini.

Franc.Luc. Vt ne impingatis.

Syriac.n. 2. Ejicient enim vos ex Synagogis ſuis, veniétque hora, quum quiſquis interficiet vos, putabit oblationem ſe offerre Deo.

Arabic. Quoniam expellent vos à Synagogis ſuis, & venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur ſe offerre ſacrificium Deo.

Vatablus. A Synagoga excludent vos, ſed

ſed veniet tempus, ut quiſquis interficiat vos, videatur cultum præſtare Deo.

Matt. A Synagogis ſuis anathematizabunt vos.

Euthym. Extra Synagogas ejicient.

EXPOSITIO II.

32. Syriac. HÆC *locutus ſum vobis, ut non ſcandalizemini*, ſeu ut habet Syriacus, non offendamini; ſcandalizari autem dicitur, qui in offendiculum occurrens impingit, & cadit. *Hæc locutus ſum.* Variè, & diverſimode exponitur. Rupert. refert ad id, quod Chriſtus dixerat Matth. 26. n. 31. *Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte.* Veluti reddens rationem, cur ſcandalum prædixerit, ne offenderentur. Secundò N. D. Cyril. 10. in Joan. cap. 34. Leont. Theodorus Heracleotes, Cajetan. Maldonat. ad odium, incredulitatem, ac perſecutionem Judæorum, & gentium, de quibus egi toto c. 15. *Nam*, ut ait D. Cyrill. *quod non expectatum præter opinionem ſubitò irruit, magnos plerumque etiam animos turbat, quod autem prævidimus, quamvis gravius inferatur, levius tamen propter præmeditationem videtur.* Tela prævifa minus feriunt. Tertiò, D. Auguſt. tract. 93. Euthym. Beda, Hugo, de Spiritu ſancto dicta intelligunt, ac ſi dicatur: Hæc de Spiritu ſancto dixi, nam cum videritis totum mundū in vos odiis, ac perſecutionibus inſurgere, non ſcandalizemini, ſed bono ſitis animo, ſcientes vobiſcum habere Spiritum ſanctum, adjutorem, Paracletum, id eſt conſolatorē. Quartò, Ribeira. Toletus, Cornel. & alii referunt ad perſecutiones, ac ad Spiritus ſancti adventum. Unde fit ſenſus: Cum videritis odia, ac perſecutiones mundi inſurgere in vos, non ſcadalizemini, ac offendamini in me, ne recedatis à me, tum quia præmoneo vos de periculo, tum quia promitto vobis auxilium Spiritus ſancti, quo muniti nihil timendum eſt.

Rupert. Matth. 26. — D. Cyril. Leont. Theodor. Cajet. Maldonat. — D. Aug. Euthym. Beda. Hugo. — Ribeira. Toler. Cornel.

33. *Abſque Synagogis facient vos.* Præmiſſa jam admonitione, & tanto auxilio Spiritus ſancti promiſſo, clarius refert Chriſtus futuras perſecutiones. *Abſque Synagogis facient vos.* Hoc eſt ejicient vos, ſeu expellent vos à ſuis Synagogis, ut habent Syriacus, Arabic. Synagoga Græcè propriè idem eſt, quod Latinè congregatio, ſeu cœtus, ſicut enim Chriſtianorum cætus vocatur Eccleſia; ſic & cætus Judæorum Synagoga vocabatur, ibi Judæi conveniebant orationis, & legis audiendæ cauſa, ac proinde extra Synagogas fieri idem erat, ac cum aliis Judæis non communicare in doctrina, oratione, ac religione, ſed connumerari cum Ethnicis, ac impiis; ac proinde extra Synagogas fieri reputabatur tanquam excommunicatum haberi. Et pro magna ignominia erat apud Judæos, Joan. 9. num. 22. *Jam conſpiraverant Judæi, ut ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtum, extra Synagogam fieret.* Joan. 12. n. 42. *Propter Phariſæos non confitebantur, ut è Synagoga non ejicerentur.* D. Aug. tract. 93. à Synagogis ejicient vos, hoc exiſtimat dictum ad conſolationem Apoſtolorum, ac ſi diceretur, Judæi vos ejicient, ſed ego vos colligam in novum populum mihi electum. Hæc eſt divina bonitas, ut ex malis, quæ impii contra juſtos machinantur, præclara bona in eorum gloriam, & exaltationem eiiciat.

Syriac. Arabic. — Joan. 9. — Joan. 12. D. Aug. — *Ex malis illata ab impiis Deus deducit bona.*

Sed venit hora Illa particula *ſed*, idem eſt, ac Imò, ſeu quo etiam, eſt modus loquendi, ad augendam, & amplificandam injuriam, ut notarunt N. D. Cyrill. Euth. Rupert. *Venit hora*, Syriac. Vat. in futuro legunt, *Veniet hora*. Et noſtra vulgata habet, *Venit hora*. Id eſt, inſtat tempus, ponitur præſens pro futuro. Vel quia tam vehemens erat odium, ut jam actualiter in affectu interficeret. Et ait: *Venit hora.* Et non dicitur tempus, quia ſanctis Martyribus præ nimia charitate ad Chriſti exemplum totum paſſionis tempus, videbatur eis brevis hora, *ut omnis*, ſive ſit Judæus, ut interpretantur D. Aug. D. Cyrill. Beda, ſive Ethnicus, ut exponunt Albert. Magn. D. Thom. D. Bonav. de utraque perſecutione loquitur Chriſtus, tam Judæorum, quàm gentium, præcipuè Principum, ac Imperatorum Romanorum, qui à Nerone, uſque ad Conſtantinum per 300. annos crudeliter Apoſtolos, ac Chriſtianos perſecuti ſunt, ut Romæ duntaxat martyrio affecerint pluſquam ducenta millia Chriſtianorum. 34.

D. Cyril. Euthym. Rupert. Syriac. Vatabl. — *Tempus Martyrii brevis hora.* — D. Aug. D. Cyril. Beda. D. Thom. D. Bonav. — *Magnus Martyrum numerus Romæ.*

Arbitretur ſe obſequium præſtare Deo. Syriac. *Putabit oblationem ſe offerre Deo.* Arabic. *Sacrificium ſe offerre Deo.* Adeò vos reputabunt tanquam homines perverſos, & inviſos Deo, ut ſibi perſuadeant ſe rem valdè piam, ac Deo gratiſſimam facere, veluti qui ſacrificium Deo offert, qui vos occiderit. Euthym. *Tanto ſtudio veſtram affectabunt mortem ut eum qui vos occiderit, putent ſacrificium, ac victimam obtuliſſe Deo, & optinentur coluiſſe eum magis, eique placuiſſe, ut qui ſeductores, ac peſtiferos occiderint.* 35.

Syriac. Arab. — Euthym.

QUÆSTIO VI.

Quare dicitur quod impii tyranni in morte Chriſtianis infligenda putabant ſe obſequium præſtare Deo?

IN limine quæſtionis maximè notandus ordo verborum Chriſti D. *Abſque Synagogis facient vos*; hoc eſt à ſuis Synagogis expellent vos, quod pro magna ignominia, ac injuria reputabatur; nam taliter ejecti, ut excommunicati habebantur, ut dixi in expoſitione, deinde ſubdit, ut omnis qui interficit vos. Primum poſuit à Synagoga ejici, quod ignominioſum, ac indecorum erat; deinde eorum mortem denunciat; *interficit vos.* Illud graviſſimum damnum reputatur, quod honorem, ac auctoritatem lædit, potiuſquam illud, quod vitæ, ac corpori perniciem infert. 36.

Majus damnum quod honorem, quam vitam lædit.

Ad quæſtionem, ait Chriſtus: *Ut omnis, qui interficit vos, arbitretur ſe obſequium præſtare Deo*, ſeu ſacrificium, ſeu oblationem offerre Deo juxta varias verſiones. Interficiemini tanquam Deo adverſarii, & legis, ac religionis deſtructores. Duo mala imminentia denunciantur, mors, quia occidendi ſunt, & mortis cauſa tanquam execrabiles, ac inviſi Deo, religioniſque divinæ perverſores. D. Cyrill. 10. cap. 35. *Ad tantum ait, atrocitatis prorumpent, ut ſacrificii vim in cæde veſtra poſitam putent.* Sic interficient vos, ait Chriſtus, tanquam rem valdè praviſſimam Deo exhibentes, quia magnum præmium propoſitum eſt. Quemadmodum Moyſes dixit ad eos qui idololatras occiderunt: *Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino, unuſquiſque in filio, & in fratre ſuo, ut detur vobis benedictio.* Exod. 32. num. 29. 37.

D. Cyril. — Exod. 32.

Item

38. D. Cyril. Item D.Cyrill.citatus, ſic ait: *Chriſtum prædixiſſe Apoſtolis ſummum periculorum omnium.* Et quod nam hoc maximum periculorum omnium, an mors, carnifex, vel perſecutio? Minime. Cauſa ipſa mortis, quia tam impii, ac flagitioſi æſtimabimini ab eis, ut ſe valdè religioſos æſtiment, qui vos perſequuntur, ac interficiunt, & ita ſimul dolore pœnæ, ac infamia delicti mulctabimini, quod *eſt ſummum periculorum omnium*, cum virtutis colore contra vos inſurgant, vitæque veſtræ inſidientur. Putipharis mulier cum eſſet rejecta à Joſeph, ait Textus: *Dum vidiſſet mulier veſtem in manibus ſuis, & ſe eſſe contemptam, vocavit ad ſe homines domus ſuæ. Et ait ad eos: en introduxit virum Hebræum, ut illuderet nobis; eſt ingreſſus ad me, ut coiret mecum; cùmque ego ſubclamaſſem,* Gen. 39. n. 13. 14. Crudeli furore mulier in deluſorem iraſcitur. Et cur non intentat ipſum occidere dato veneno, vel manu alicujus ſervi, ut multæ fecerunt Matronæ; ſed tanquam pudica ex parte caſtitatis veluti contra adultrum inſurgit; parum judicavit mulier perdere Joſephum, ut ſolent impii ſævire in juſtos, ſed larva continentiæ ad ſpeciem virtutis confugit, ut crudelius, ac nefarius juſtum perſequeretur, ut ſolet adulter perſequi à zelotypo viro, ut non ſolum ille perderet vitam, ſed etiam honorem, & famam. Chryſoſt. ibi: *Hoc modo, ait, ſe habet malitia, adoleſcentem, quaſi intemperantem criminans, & ſe continentiæ larva induit.*

Fictus virtutis prætextus crudeliores mentes alit.

Geneſ. 39.

D. Chryſ.

39. Actor. 25. Vehementer accuſabatur Paulus apud Feſtum Præſidem Cæſareæ, cui ait Præſes: *Vis Hieroſolymam aſcendere, & ibi de his judicari apud me.* Act. 25. n. 9. Quod videri poterat magnus favor erga Paulum, ut homo Judæus in Hieroſolyma, quæ erat Metropolis Judæorum, & omnium Civitatum ſanctiſſima, in qua univerſæ legis virtutes cum religione, ac ſapientia florebant, tamen alto conſilio Paulus clamat. *Dixit autem Paulus: ad Tribunal Cæſaris ſto, ibi me oportet judicari.* Ibidem n. 10. Quis non mirabitur, quod Tribunal Hieroſolymitanum fugiat, & Romanum exquirat. Hieroſolymitanum pietatis, ac doctrinæ famâ illuſtre erat. At Roma Gentilitatis caput, Magiſtra errorum, domicilium idololatriæ, & Cæſares ſævi tyranni vitiis pleni ſine Deo, ac lege. Cur ergo Paulus reſpuit ſuæ gentis judicium, & ad crudele tyrannorum confugit; *Cæſarem appello.* Noverat Paulus Hieroſolymis non juſtitiam, ſed coloratam ſimulationem regnare, qua nihil crudelius ſævit. Hinc Ethnicum tribunal exquirit eligens magis ſubire judicium extraneum Romanæ tyrannidis, quam patricium palliatæ ſimulationis, in quo ſub probitatis prætextu juſtitia corrumpebatur. Philipp. Abbas Epiſt. 9. *Vis, ait, ad civitatem regiam Hieroſolymam proficiſci, ut ibi merearis quod juſtum æſtimas, plenius adipiſci, ubi lex tua viget, ubi ſedes juſtitiæ reperitur. At ille ſciens in Hieruſalem tale quid non haberi, eámque legis vinculo, miſericordiæ affectu ceu perpendiculo non teneri, exhorret: & recuſat illius judicio præſentari prudenti conſilio magis eligens apud exteros judicari. Ad tribunal, inquiens, Cæſaris ſto.*

Palliata virtus crudeliſſima ad malum inferendum.

Philipp.

40. Cùm populus urgeretur magna fame ejus peccatum exquiritur. *Conſuluit David oraculum Domini, dixitque Dominus propter Saul, & domum ejus ſanguinum, qui occidit Gabaonitas.* 2. Reg. 21. num. 1. populus rigida fame per tres annos premebatur, & cauſa erat reſpondit oraculum, quia iratus erat Dominus in domum Saül ob Gabaonitarum occiſionem. Cur Divinus furor ſic inardeſcit ob Gabaonitas occiſos, & non potius ob octoginta quinque Sacerdotes interfectos, totámque illorum urbem Nobe devaſtatam à Saule, 1. Reg. 22. num. 17. Cur potius mors Gabaonitarum, quam Sacerdotum, qui Deo erant conſecrati, exprimitur? textus aſſignat rationem. *Voluit Saül percutere eos, ſcilicet Gabaonitas zelo quaſi pro filiis Iſraël, & Juda.* Saül agitatus furore, & ita interfecit Sacerdotes Domini, at palliato zelo, coloréque juſtitiæ inſurrexit contra Gabaonitas, qui erant ex genere Amorrhæorum, quos mandavit Moyſes perdere, in quo egit contra juramentum, Joſuë cap. 9. num. 16. cum Gabaonitis, quo poſteri tenebantur, Diſſimulat Deus mortem ſuorum Sacerdotum; at colore juſtitiæ, ſimulata religione, nefaria hypocriſi proximum perdere, adeò abominabile eſt Deo, ut etiam poſt longum tempus ſupplicium ab illa extorqueat, & tantum nefas impunitum non permittat. Carthuſianus ibi: *Gabaonitas percuſſit fingens, & ſimulans ſe hoc facere zelo legis, in quo Moyſes dixit Amorrhæos omnino exterminari ad utilitatem undecim tribuum. Veruntamen zelus Saülis fuit indiſcretus, & magis creditur motus avaritia, quam juſtitia.* Vide tom. 2. cap. 5. q. 3. n. 21. 22. 23. tom. 4. cap. 36. q. 7. n. 36. 37. 38.

2. Reg. 21.

1. Reg. 22.

Joſuë 9.

Malum, quod infertur zelo juſtitiæ abominabile Deo.

QUÆSTIO VII.

Quare poſt promiſſum Spiritum ſanctum, tot ac tantæ perſecutiones, ac adverſitates, predicuntur Apoſtolis?

PRÆDIXIT Dominus ſupra immediaté ante adventum Spiritus ſancti: *Cum venerit Paracletus Spiritus, quem ego mittam vobis.* Et ſtatim ſubnectit magnas perſecutiones Apoſtolis venturas, quod eos tanquam excommunicatos ejiciant in ſuis Synagogis, quod in eorum morte infligenda magnum obſequium ſe exiſtiment præſtare Deo: quis non miretur poſt datum Spiritum tantas perſecutiones armari contra Apoſtolos? 41.

Primò: Reſpondet Toletus in Commentar. *Abſque Synagogis* dubium excitat, & ſolvit. *Quis non expectaſſet, ait, poſt promiſſum Spiritum tantæ patientiæ, atque ſcientiæ, dicturum Chriſtum in Synagogas vos recipient, omnes benevolentia, & obſequio vos afficient; ſed majus beneficium, majus opus fuit diſcipulos fortes facere in morte ſubeunda, & lætos agredi pericula, quam impedire ne occiderentur.* &c. Majus enim beneficium fuit, quod morte afficerentur pro Chriſto, quàm quod vita liberarentur à tormentis. Nam ex vita in multa pericula inciderent, ex morte verò glorioſus triumphus reportatur. 42. Tolet.

Majus beneficium morte affici pro Chriſto quam liberari.

Ad Philipp. ſcribit. Paulus cap. 1. num. 29. *Vobis, ait, donatum eſt pro Chriſto, non ſolum ut in eum credatis, ſed etiam ut pro illo patiamini.* Magnum Dei donum, quod homo habeat cognitionem de Deo, & quod homo fide in eum credat, magnum etiam donum quod pro illo patiatur. Unde illud Verbum: *Patiamini*, per hyperbaton multi Auctores exponunt. Ut advertit ibi P. Velaſquez, D. Anſelmus *Vobis donatum eſt, ait, quaſi præmium pro Chriſto, quem diligitis, non ſolum, ut in eum credatis, ſed etiam ut pro illo patiamini* 43. Philip. 1.

Summa gloria ac dignitas pati pro Chriſto.

D. Anſelm.

D. Chryſ. *ad cumulum gloriæ.* D. Chriſoſtom. ibi : *Gratuitum enim*, inquit, *munus eſt , ac majoris admirationis, quam ſi revera mortuos excitare. , & ſigna miranda pararet.*

44 Epheſ. Idemmet Apoſtolus ad Epheſ.4. num. 1. *obſecro itaque vos , ego vinctus in Domino , ut dignè ambuletis vocatione , qua vocati eſtis.* Maximè commendat ſuis diſcipulis , ut perſiſtant in ſua vocatione , & ait : *Ego vinctus in Domino.* Cur non ait: Ego Apoſtolus , ego qui ſum vas electionis. qui raptus ſum uſque ad tertium cœlum, ſed vinctus in Domino ; pro majori dignitate , ac honore reputabat vincula pro Chriſto , quàm Apoſtolatum,ac ſui raptum uſque ad tertium cœlum.

Pati pro Chriſto omnium major excellentia.

D. Chryſ. D. Chryſoſtom. ibi homil. 8. *Magna dignitas* , ait, *regno quovis , & conſulatu longè major ; nihil ita ſplendidum , ut vinctum eſſe pro Chriſto. Vinctum eſſe propter Chriſtum , illuſtrius eſt , quàm ſive Apoſtolum , ſive Doctorem , ſive Evangeliſtam eſſe. Si quis erga Dominum ardet , is novit , quæ ſit vinculorum virtus. Hic utique prius habebit , optione data , vincula ferre propter chriſtum , quàm cœlos intrare. Quovis auro ſplendidiores quovis diademate regali illuſtriores manus illis oſtendit. Non enim caput ita ſplendidum reddit impoſita corona margaritis conſpicua,ut catena ferrea , quæ propter Chriſtum fertur. Tum videlicet ipſis regiis illuſtrior erat carcer , ipſo etiam cœlo.*

45. *Si virtus nitet , labores irruunt.* Secundò : Prænuntiavit Chriſtus ſuis diſcipulis Spiritus ſancti adventum , cujus gratia ad omnia virtutum,ac donorum genera erant evehendi, ſtatim illis adjungit labores , ac mortem ſuſtinendam ; ſi virtutes , ac dona reſplendent , ſtatim laborum tempeſtates inſurgunt , & magno impetu facto irruunt , inſeparabiles enim virtutum , ac donorum comites , & aſſeclæ ſunt labores , ac moleſtiæ.

46. Geneſ. 3. Hugo. Poſt peccatum primorum parentum , mulieri ait Deus : *In dolore paries filios*, Geneſ. 3. num. 16. Ad quæ verba ait Hugo de S.victore : *Non videtur hic eſſe maledictio , ſed potius benedictio.* In ſenſu myſtico præclarum eſt vaticinium ſolemnes virtutum fœtus reſpiciens. Nam ait Paulus ad

Epheſ. 5. Epheſ. 5. num. 32. *Sacramentum hoc magnum eſt , ego autem dico in Chriſto , & Eccleſia.* Denotatur ibi ſpirituale conjugium Chriſti cum Eccleſia , dum Eccleſia valdè fœcunda doloribus coarctata emittit ſuos filios ex myſterio mortis Chriſti in Baptiſmo cum Chriſto commortuos, ac conſepultos , ſed quomodo Eccleſiæ filii , qui naſcuntur regenerati in gratia , virtutibus , ac donis Spiritus ſancti , naſcuntur vulnerati , ac emortui, typum mortis , crucis , ac paſſionis ſecum gerentes. Naſcuntur illi , virtutibus , ac donis pleni , conſequens eſt, ut extent ad paſſionum paleſtram multis cruciatibus, ac perſecutionibus afficiendi. Schola cruciatuum alvus Eccleſiæ , & ſi filii ejus donis condecorantur , carnifices non effugient , quibus premantur.

Labor virtutum comes.

Procop. Procopius. *Hoc myſterium magnum eſt* , ait , *in Chriſto , & Eccleſia. Eccleſia quoque magna dolorum ſævitia generat. Labor enim ſemper virtutis ante ambulo eſt ; unde Eccleſia ſuos liberos parit , interventu regenerationis lavacri , comes ſi quidem virtutis eſt labor.*

Eucher. Iſid. Faciunt etiam Eucherius , & Iſidorus apud Lyppoman. Vide tom. 4. cap. 17. quæſtio 12, num. 72. & cap. 22. quæſt. 1. num. 11. 12. 13.

Joan. 26. n. 3. Et hæc facient vobis , quia non noverunt patrem , neque me.

Num. 4. Sed hæc locutus ſum vobis:ut cùm venerit hora,eorum reminiſcamini,quia ego dixi vobis.

VERSIONES.

Syriac. n. 3. Hæc autem facient,quia non noverunt , neque Patrem meum neque me.

Arabicus. Et tantummodo faciunt hoc, quia non noverunt Patrem , neque me.

Lucifer Caral. lib. 2. Sed hoc faciunt , quia neſciunt neque Patrem , neque unicum Filium ejus.

Syriac. n. 4. Hæc locutus ſum vobiſcum, ut cùm venerit tempus eorum , revocetis in memoriam ea,quæ dixi vobis.

Vatablus. Sed hæc locutus ſum vobis,ut cùm venerit tempus illud, reminiſcamini eorum, quæ ego dixerim vobis.

D. Cyprian. epiſt. 56. Eorum memores ſitis , quæ ego dixi vobis.

EXPOSITIO III.

SED *hæc facient.* Ne diſcipuli turbarentur,cùm audirent eis mortem ab impiis infligendam tanquam obſequium Deo exhibentibus,cauſam mortis,ac tam ſævæ perſecutionis aſſignat ? Hæc tam dura *& acerba facient vobis*,quia nō noverunt Patrem Syriac. habet. *Patrem meum*;etiam me Lucif. Caralitan. Neque unicum filium ejus. Tam crudeliter Judæi,ac gentes vos perſequentur , ea cauſa eſt,quia neſciunt,ſeu potius ſcire noluerunt Patrē meum eſſe Deum,méque etiam noluerunt ſcire eſſe filium Dei,quod tantis miraculis,ac Prophetarū vaticiniis,ac rationibus probavi , ac demonſtravi, quare ignorantia hæc,ut notant omnes Patres, & Interpretes,non minuit,ſed aggravat eorum peccatum,cum fuerit ignorantia craſſa,ac affectata,quia intelligere noluerunt. Euthym. *Non noverunt voluntariè , ſponte videlicet deteriora ſectantes.* 47. Syriac. Caralit. Euthym.

Sed hæc locutus ſum vobis. Seu prædixi vobis tot, ac tantas perſecutiones uſque ad mortem , *ut cum venerit hora* ; ſeu ut habet Græcus , *hora illa*, ſeu Vatablus, *tempus illud.* Quo revera hæc vobis accident. *Eorum.* Hoc genitivum. *Eorum.* D. Auguſtinus , Beda , Rupertus jungunt cum nomine hora,id eſt , *cum venerit hora eorum.* Aptius tamen conjungit cum verbo , *Reminiſcamini* , ut faciunt Græci. D. Chryſoſtomus,Euthymius , Theophylactus, & conſtat ex Græco , *Reminiſcamini eorum.* Cum tot perſecutiones contra vos exortæ fuerunt , revocetis in memoriam , quod omnia illa, ego qui ſum verus Deus prædixi vobis , ac proinde confidite in me , quod ego vobis præſens adero , ut vos corroborem ac fortiter faciam , ut omnia illa tormenta ſuperetis , ita ut glo- 48. Græcus. Vatabl. D. Aug. Rupert. D. Chriſ.

rioſa

rioſa martirij corona, ac laurea, vos glorioſos efficiam.

Quæstio VIII.

Quare Chriſtus ait : Hæc facient vobis, *& non explicat, quinam ſint hi qui facient ?*

49. In præſenti ait Chriſtus ſuis Apoſtolis, *Et hæc facient vobis.* Et qui ſunt hi, qui facient abſque Synagogis, ſeu expellent à Synagogis ? Et qui ſunt hi, qui interficient Apoſtolos? Cur non exprimuntur, quia peccatores ſine nomine. Vide tom. 3. c. 15. q. 3. n. 22. ſeu quia nulli cum ſint impij, ac peccatores; peccator enim tanquam ſtipula, & pro nihilo
Eſther. 14. *Peccatores quaſi nihil reputantur.* reputatur à Deo. Orat Eſther 14. n. 11. *Ne tradas Domine ſceptrum tuum his, qui non ſunt.* Valdè anxia Eſther timebat Imperatoris poteſtatem, qui in toto ferè orbe dominabatur, & tamen appellat *qui non ſunt*, quia cum à Deo eſſet averſus & peccator, idem erat, tanquam ſi non eſſet. Sic ait Ier.
Jerem. 4. 4. n. 23. deplorans peccata Ieroſolymitanæ Civitatis, *Aſpexi terram, & ecce vacua erat, & nihil*, & n. 25. *Intuitus ſum, & non erat homo.* Quomodo Civitas, quæ erat plena populo, ampliſſimis palatiis, ac domibus repleta, dicitur vacua, & quod nihil eſſet in ea nec homo ? Explicat Card.
Hugo. Hugo, *In valore*, quia omnis caro corruperat viam ſuam, & nihil erat.

50. Petrus rogatus ab ancilla negavit Ieſum. Quid tunc, *& poſt puſillum alius videns eum dixit : Et tu*
Luc. 22. *Qui à Chriſto recedit, non eſt.* *de illis es. Petrus verò ait, homo, non ſum*, Luc. 22. n. 58. Præponderà Petri verba abſolutè ait, *Non ſum.* Non ait non ſum diſcipulus Ieſu, non fui, cum illo in, horto Sed ait, *Non ſum.* Cum Ieſum negaret, etiam ſe ipſum negat, de ſeque affirmat, quod non ſit. D. Ambr. lib. 10. in Lucam. *Quia vi-*
D. Ambr. *debatur*, inquit, *negare Chriſti ſocietatem, utique ſe negavit.*

51. Ait Propheta Abdias n. 18. *Et erit domus Iacob*
Abdias. *ignis & domus Ioſeph flamma, & Domus Eſaü ſtipula, & ſuccendentur in eis, & devorabunt eos, & non erunt reliquiæ domus Eſaü.* Textus multam habet
D. Hieron. Theodor. *Peccatores, quaſi ſtipula.* difficultatem, ita vt D. Hieron. Theodoret. ad myſticos ſenſus confugiant; in domo Iacob Patres veteris legis intelliguntur, in domo Ioſeph Illuſtriſſimi viri novæ legis, in Eſaü peccatores etiam potentiſſimi. Quomodo fieri poteſt, quod juſti dicantur tanquam ignis, & flamma, quæ nitet, & reſplendet; peccatores verò cum multa rerum abundantia, tanquam tenuis ſtipula apponuntur? Merito quidem, quia omnes juſti fulgent, ſed ſicut flamma ignem in decore vincit, ſic juſti novæ legis antiquos patres ſanctitatis ſplendore ſuperant; at peccatores cum vniverſa gazarum copia veluti minutiſſima ſtipula ſunt quæ in momento diſparet, & inaneſcit. Sic Abdiam commentatur Ruper-
Rupert. tus. *Nam quia ignis flammam generat; Iacob, qui generavit, ignis, & Ioſeph qui ab illo generatus eſt, flamma dicitur; ipſe autem Eſaü, qui in terra radicatus eſt, ſecundum infimam partem benedictionis dicente patre : in pinguedine terræ & in rore cœli deſuper erit benedictio tua, ſtipulæ comparatur, cujus viror omnis pertranſit, & ſpecies emarcuit.* Vide tom. 2. c. 16. q. 5. n. 29. 30.

Quæstio IX.

Quare aſſignatur cauſa tantæ perſecutionis in Apoſtolos ? quia ipſi perſecutores non agnoverunt neque Patrem, neque Filium.

Ait Chriſtus, *hæc facient vobis*, tam cru- 52.
deli, & immani perſecutione ſævient in vos, *Qui non noverunt Patrem; neque me.* Reſpondet primò D. Chryſ. hom. 76. *Hoc vos ſatis* D. Chriſ.
conſoletur, ait, *quod propter me, & Patrem hæc patiamini.* Et quæ major conſolatio dari poteſt in tormentis, quam pro filio Dei dare vitam? Ait Chriſtus D. Matth. 5. n. 11. *Beati eſtis cum maledixerint* Matth. 5. *Magna conſolatio, ac gloria pati pro Chriſto.*
vobis, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adverſum vos, mentientes propter me. Gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Nam, vt ait D. Aug. tract. 93. ſi pro patria, & D. Aug.
parentibus, & amicis mori glorioſum eſt, quanto glorioſius erit pro Deo mortem oppetere ?

Secundò : Cardinalis Hugo ex Chryſoſtomo, 53.
Quia non noverunt Patrem; hoc dicit, vt minus Hugo. *Injuria illata ab ignorante levior.*
lædat eos perſecutio illata ab ignorantibus. Cum non agnoverint Patrem, neque Filium, qui vos mittit, etiam nec vos nec veſtram dignitatem, ac excellentiam agnoſcunt; ab ignorantibus autem injuriam, ac gravamen ſuſtinere, multo minus malum eſt, imò & ratio extat ipſas injurias contemnendi, quod explicat D. Chriſoſt. appoſito D. Chryſ.
exemplo, ſicut Princeps, vel legatus Principis, ait, ſi relicto à tergo comitatu ſolus urbem ingrediatur, indéque non cognoſcatur, ac indignè tractetur à nonnullis quaſi peregrinus irrideatur, parvi hæc omnia facit, quia paulò poſt adventante ſuo comitatu faciet ſe cognoſci, & irriſores ſuos pudefaciet.

Tertiò : *Hæc facient vobis.* Sic perſequentur, & 54.
occident, *quia non noverunt Patrem, neque me*; id eſt, quia non noverunt Deum eſſe patrem meum, méque eſſe ejus filium incarnatum, & Deum Patri ipſi æqualem ? Meſſiamque verum promiſſum, & inde vos perſequentur, quia fidem in me prædicabitis, quam illi cognoſcere nolunt. De Iudæis ait Paulus Rom. 10. n. 2. *Teſtimonium perhibeo illis, quod æmulationem*, id eſt *zelum Dei habent, ſed non* Rom. 10.
ſecundum ſcientiam. Iudæi zelum Dei habebant, non ſecundùm ſcientiam, ſed ſecundùm malevolentiam, ac ignorantiam affectatam, quia Chriſtum cognoſcere nolebant, & inde tam crudeliter *Magna crudelitas ex peſſimo zelo.*
ſæviebant in Apoſtolos, quia Iudæorum zelus non erat ſecundùm ſcientiam, ſed malevolentiam.

Quartò : *Hæc facient vobis*, tam inhumana, & 55.
dura perſecutione, *quia non noverunt Patrem neque me.* Non ob culpam veſtram, tot, tantiſque cruciatibus vos afficient, ſed *quia non noverunt Patrem meum, neque me*; quia ignorant divinitatem Patris mei, ac meam, qui vos meos legatos, ac prædicatores ad eos mitto, ac proinde malevolentia eorum, non verò culpa veſtra cauſa eſt *Pati cum innocentia grandis conſolatio.*
mortis infligendæ, quodnam majus poterat eſſe argumentum conſolationis diſcipulorum quam innocenter, ac ſine culpa interfici ? Hoc ſibi levamen adſcribit Hildebertus. Nam conjectus in Hildebert.
carcerem Antiſtes de ſua lætus injuria dicebat : *Feliciter ſunt miſeri, quos certò conſtat, non meruiſſe. Hinc eſt, quod gloriantur in vinculis, quorum cauſa*

nobiliſ

nobis eſt pro ſolatio, non conſcientia pro flagello. Sic habet epiſt.39. Nulla major felicitas eſt in cruciatibus quàm dum certò conſtat non meruiſſe. Ex hoc provenit quod gloriamur in vinculis, *quorum cauſa*, ſcilicet innocentia noſtra, *nobis eſt pro ſolatio, non conſcientia pro flagello.* Cùm non aliquibus illius ſtimulis, qui ſint pro flagello vexemur.

56. 2.Cor.11. In acerbiſſimis rerum difficultatibus verſatur Paulus, vt ipſe commemorat 2.Cor.11.n.11. *In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas, vna minus accepi. Ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragiũ feci nocte, & die in profundo maris fui. In itineribus ſæpè, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gẽtibus, &c.* Et multas alias ærumnas, quas ipſe ibi, & aliis locis refert, & tamen ipſe inter tot labores, ac adverſitates maximè gaudens, & perjucundus erat, vt ipſe de ſe teſtatur in epiſtolis ſuis paſſim, ad Coloſſ. n. 24. *Gaudeo in paſſionibus.* Ad Philiph 1.n.18. *In hoc gaudeo, & gaudebo.* Vnde illi inter tot pericula, preſſuras, ac calamitates irruentes tam vehemens gaudium, ac exultatio? Vide quid ipſe de ſe teſtatur, Cor.1.c.4.n.4. *Nihil mihi conſcius ſum.* Nullum crimen, nullámque culpam in ſe agnoſcebat, puritas, ac integritas conſcientiæ, & quod pro Deo patiebatur, magnam illi cõſolationem adhibebat, mœrorem minuebat ac gaudium miniſtrabat. D. Ambr. ad citata verba: Nihil mihi conſcius ſum ſic ait: *Apertum eſt, quia conſcientiam puram habens ſolicitus de ſe non erat.* Puritate conſcientiæ ſic ab omni labore alleviatus erat, vt de ſe nihil eſſet ſolicitus.

Coloſſ. 1. Philip. 1.

1.Cor. 4. *Innocentia in laboribus magnum levamen.* D. Ambr.

57. Iob multis adverſis jactatur, ac percutitur. Pereunt tacti de cœlo greges: camelos rapit Chaldæus latro, domo quaſſata ventus liberos opprimit omni morbo graviſſimè afficitur, ac vexatur, & tamen inter hæc valdè placidus totus eſt decantans Deo laudes, *Sicut Domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum*, Iob. 1.n.21. & tanquam ſi eſſet liber ab omni moleſtia, diſputat de cœli tractu, de monſtris Oceani, de terrarum ſitu, ac firmitate, de aſtrorum curſu, & de choro Angelico, de Deo ſummo. Quomodo inter tot adverſa animus non turbatur, mens obſtupeſcit, intellectus obruitur, ac memoria fugit, ſed de tam altiſſimis, ac profundiſſimis rebus ſic diſſerit, ac diſcurrit, tanquam ſi eſſet animo valde quietus, & ab omni moleſtia alienus? De quo multum miratur D. Greg. Naz. or. 16. *In calamitatibus philoſophans, eam noſtri partem, quæ in aſpectum non cadit, elevans, ac deſpuens.* Vis ſcire vnde inter tantas calamitates habuit tantam animi quietem de ſe ipſo ait: *Neque reprehendit me cor meum in omni vita mea*, Iob. 27.n.6. Cum de nullo crimine accuſaretur à conſcientia ſua, ſic ejus puritate animus quietus, & placidus erat, vt omnis dolor eſſet in eo delinitus, ac ſopitus, vt tanquam ſi nullo premeretur, mens eſſet expedita, vt de magnis ac ſublimibus diſcurreret, & ageret.

Iob. 1. D. Nazian. Iob. 27. *Innocentia delinit omnem dolorem, & dat animum.*

QUÆSTIO X.

Quare Chriſtus mandat ſuis Apoſtolis, vt in cruciatibus recordentur eorum, quæ ipſe eis prædixit?

58. D. Cyril. RESPONDET primò N. D. Cyril. lib. 10.c.37. *Non hac, ait, ea de cauſa dixi, ut vigor veſtræ mentis everteatur, & antequam pericula veniant formidetis, ſed ut recordati hæc vobis à me prædicta fuiſſe, magis admiremini, & in ipſo tempore periculorum certior ab eventu rerum, ſtabiliorque in me fides efficiatur.* In ipſo tempore periculorum certiores ab eventu rerum fiebant de divina Chriſti præſcientia, ne cogitarent illa non fuiſſe ab eo præviſa, antequam evenirent, & cum illa irruerent, ne turbarentur, tanquam de non præviſis, cum illa omnia jam eſſent ab eis præcognita. D. Chryſ. homil. 76. *Propter hoc prædixit, ne in non expectata incidentes perturbarentur.* Nam ut ait Seneca lib. de tranquillit. animi c. 10. *Res adverſas inſ egit quiſquis prior vidit.* Decantat Pſalmiſta, Pſalm. 118.n 60. *Paratus ſum, & non ſum turbatus.* Vide ſuprà c. 15. q. 15.n. 91.

Mala præviſa minus perturbant. D. Chryſ. Seneca. Pſal. 118.

59. D. Chryſ. Theoph. Secundò: Ex. D. Chryſ. Theophil. *Hæc locutus ſum vobis*, ait, *vt quando videritis moleſta iſta eveniſſe, credatis de reliquis. Non enim poteritis dicere, quod jucunda prædixerim vobis, decipere vos cupiẽs: verum ſicut annuntians triſtia non decepi, ita neque læta dicens, indignus fide fuerim.* Perſuadebantur Apoſtoli, vt ſicut eum veracem in prædicendis perſecutionibus agnoverant, ita etiam veracem eum in magnis promiſſionibus crederent: vt enim prædixit eos morte afficiendos, ita etiam prædixit magna gloria coronandos, in regnóque cœlorum ſeſſuros, ſuper ſedes iudicantes quæ conſideratio in illa hora magnam afferret conſolationem.

Qui verax eſt in prædicendis laboribus, etiam in præmiis.

60. Tolet. Tertiò: Toletus annotat, 6. *Scietis quia ego dixi*: Cognoſcetis ergo me ſciente & permittente vos pati, quod ingenti vos lætitia afficiet, valde enim laborantibus perjucundum eſt eóſque multum lætificat, quando eorum labores notos ſciunt iis, pro quibus patiuntur. Quartò, fiebant etiam certiores de divina Chriſti potentia, quia facilè poſſet ipſos ab his malis liberare, ſi, convenieus judicaret; nam qui potuit prædicere, potuerat etiam impedire, ſi voluiſſet, ergo non impedivit, quia cognovit illud eſſe valdè bonum, & utile.

Lætificat ſi labores tuos agnoſcat ille, pro quo laboras.

61. Rupert. Quintò: Rupert. *Hæc*, ait, *facient vobis, ſed vos conſolamini. Nam idcirco nunc ea prædico vobis, vt cum venerit hora eorum reminiſcamini, quia ego dixi vobis, & reminiſcentes illud quoque non obliviſcamini, quod pollicitus ſum, quia in omnibus preſſuris, nec capillus de capite veſtro peribit, & inimicis occidentibus corpora, in patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.* In paſſionibus, ac cruciatibus veſtris magnum vobis exhibeo antidotum, vt memineritis de meis promiſſionibus, de magniſque præmiis, quæ vobis pollicitus ſum. Et ut etiam in me confidatis, quod ego vobis ut Deus adero vt vos corroborem, ac cuſtodiam, *Nec capillus de capite veſtro peribit.* Sed magnis donis vos ſublevabo, ac exaltabo.

Spes certa de æterna beatitudine mitigat, labores.

62. Dum Abrahamo repræſentarentur labores, captivitates, ac perſecutiones ſuorum filiorum in Ægypto, *Horror magnus & tenebroſus invaſit eum*, Gen.15.num.12. Et dum tanto terrore, ac horrore conturbatus Abrahamus, dicitur ei: *Tu autem ibis ad patres tuos in pace*, Ibid.num.15. hoc eſt morieris in pace, ut eſt communis vox interpretum, quid eſt dum ille viſis tot laboribus ac preſſuris ſuorum nepotum maximè anxiatur, ac affligitur, mors futura ei objicitur, mors non minuit labores, ac horrores hujus vitæ, ſed potius maximè uaget quid horribilius ipſa morte? Vide quod dicitur, *Ibis in pace.* Hoc eſt ibis cum Deo, ejúſque gratia, ſpes mortis cum Deo, ejúſque gratia, omnes

Geneſ. 15. *Spes de Deo videndo lenit omnes horrores ſeculi.*

nes horrores, ac labores mundi mitigat, levitat, ac ſuaves reddit. Congerie omnium laborum premebatur Job, & pro magno ſolatio dicebat: *Scio quod Redemptor meus vivit*, &c. *Quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius, repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo*, 19. *n.* 25. quaſi hac una ſpe de Chriſto videndo, omnis de malis præſentibus triſtitia penitus tolleretur. Et nota cum Pineda, hanc ſpem in ſinu repoſitam habuiſſe, quo in loco laborum præmia, & mercedes reponuntur, juxta illud Chriſti D. *Menſuram bonam & confertam, & coagitatam, & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum*, Luc. 6. n. 38.

Job. 19. Pineda. Luc. 6. 63.

Decantat David. Pſ. 121. n. *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi in domum Domini ibimus.* Adhuc laboribus mundi premebatur, & necdum domum Dei intraverat, & tamen jam ſe totũ lætitia exultare fatetur, *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi.* Aliter verò ipſe decantat de filijs Iſraël proficiſcentibus in Babyloniã, ut in ſenſu literali interpretantur Hieron. N. Incognit. Lyran. ait: *Euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua: venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos.* Pſalm. 125. n. 6. dum illis inter agendum erat, nihil aliud, niſi lacrimas, ac ſuſpiria fundebant, & David adhuc in via, *in domum Domini ibimus*, jam lætatur, & mira jucunditate parfunditur. Unde tanta diverſitas? Filij Iſraël pergebant in Babiloniam; per quæ mundana denotantur, in quibus nihil aliud eſt niſi gemitus, & fletus; at David ſpe certa tendebat in domum Dei, in æternam nempe beatitudinem ad Deum videndum, & quamvis adhuc inter mundi vexationes, & moleſtias verſaretur, jam ibi de certa ſpe gaudebat, & exultatur, *lætatus ſum.* Ubi maximè ponderandum, quod non ſibi promittit lætitiam de futuro, non ait lætaturus ſum, ſed in præſenti de certa ſpe permanentium bonorum jam lætatur, Pulchrè D. Bern. ſerm. 37. in Cant. *David non lætaturum, ſed lætatum ſe dixit, ait, quod in domum Domini ſe ſperaret iturum; nondum vitam tenebat, ſed in ſpem vitæ meſſuerat; atque in ſemetipſo experiebatur veritatem ſcripturæ perhibentis quia non modo remuneratio, ſed ipſa quoque expectatio juſtorum, lætitia eſt.* Expende verbum; *ſpem vitæ meſſuerat.* Ex qua tanta erat illi lætitia. Vide tom. 1. lib. 3. c. 3. q. 22. n. 109. 110. & tom. 3. c. 1. q. 14. n. 95. 96. 97.

Pſal. 121. D. Hieron. Incognit. Lyran. Pſal. 125. *Spes vitæ æternæ ab omni moleſtia liberat animum.* D. Bern.

CAP. XVII.

Vado ad eum, qui miſit me.

Ioan. 16. *n.* 5. Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiſcum eram: & nunc vado ad eum, qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me quò vadis?

Num. 6. Sed quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia implevit cor veſtrum.

VERSIONES.

Syriac. n. 5. Hæc autem à principio non dixi, quia vobiſcum eram.

Arabic. Et hoc prius vobis non nuntiavi, quia vobiſcum eram: & nunc pergens ſum ad eum, qui miſit me, & non aliquis ex vobis interrogat me quò vadam.

Vatablus. Abeo ad eum qui miſit me.

Arias Mont. Vado ad mittentem me.

Euthym. Et nemo interrogat, quò abis

Syriac. n. 6. Hæc enim dixi vobis, & venit ægritudo, implevítque corda veſtra.

Arabicus. Quia hoc locutus ſum vobis, venit triſtia.

Theophil. Pagnin. Mœſtitudo implevit cor veſtrum.

Vatablus. Mœſtitia implevit cor veſtrum.

Quidam apud Mari. Quia de meo diſceſſu dixi vobis, præ triſtitia nihil loquimini vos.

EXPOSITIO I.

HÆC *autem* Tacitæ objectioni Apoſtolorum occurrit Chriſtus; ut advertit Tolet. nam ipſi dicere poterant, ſi tam dura nobis eventura annuntias, cur hæc non dixiſti ab initio, quando nos vocaſti? tum quia ille ſua præſentia eos protegebat, ac tuebatur, *quia vobiſcum eram*, tum quia poſt ejus diſceſſum omnia illa erant eventura. *Hæc autem*, tam adverſa, & dura, quod vos ejicient à Synagogis ut excommunicatos, & quod ille, qui vos interficit exiſtimet ſe obſequium præſtare Deo, *Vobis ab initio non dixi.* Clarè, & diſtinctè vobis non dixi, quando vocavi ad mei ſequelam, ac ad meum Apoſtolatum, quia vobiſcum eram, mea præſentia corporali, ac ſpirituali, curamque de vobis gerebam, nec enim me præſente hæc erant eventura; & ideò fuit expediens, ut ante tempus hæc vobis non dicerem, vóſque perterrefacerem; ſuo tempore debito res dicenda, quoniam ad patrem vadit, opportunè eis omnia, explicavit, antea verò ſilentij tempus erat, cum nihil opus eſſet ut hæc cognoſcerent, ut ſcribit N. D. Cyril. lib. 10. c. 38. *Et nunc*; id eſt, nunc autem vado per mortem, ac crucem meam, Reſurrectionem, Aſcenſionem, ita ut amplius hac mortali præſentia non ſim appariturus in terra. *Ad eum qui miſit me*, id eſt ad Deum Patrem meum. Modeſtiæ cauſa ſubjacet eum dicere, Deum Patrem, ne ſe jactare videretur; *qui miſit me*, expletis, & abſolutis omnibus quæ mihi facienda commiſit, & ideò quia à vobis ſubtraho meam corporalem præſentiam ideò utile, ac conveniens eſt vos ea præſcire, quæ vobis eventura erant. *Ne*, ut ait, Carthuſ. *veluti inopinata, & improviſa vos obruant, ſed tanquam diu præcognita æquanimiter tolerentur.* Theoph. *Nunc, ait, vadens ad patrem meum, & vos relicturus prædico ea, ut vos muniatis.*

1. Toler. D. Cyril. *Res tempori debito dicenda.* Carthuſ. Theoph.

Sed Maldonatus hanc particulam exponit per *nam*, ut aſſignet cauſam cur diſcipuli non interrogant Jeſum. Toletus per *imo*, Cornelius ut adverſativum interrogationis interpretatur, ut ſit ſenſus, non me interrogatis, ſed triſtitia abſorpti ſiletis. Simplicius dicam, ut idem valeat, ac ita, ſeu tamen, *quia hæc locutus ſum vobis*: de meo diſceſſu, ac de graviſſimis perſecutionibus, ac malis, quæ poſt illum vobis accident, *triſtitia implevit cor veſtrum.* D. Aug. tract. 94. ex verbis meis auditis,

2. Maldonat. Tolet. Cornel. D. Aug.

auditis, ita triſtitiæ traditi eſtis, ut obliti ſitis interrogare, quod ſatis interrogatione dignum erat,
Chryſ. quorſum, & qua de cauſa abeam. D. Chryſoſtom. hom. 28. *Præ anxietate multa tum ob illius diſceſſum, tum ob mala ipſis obventura (neſciebant enim an ſatis conſtanter illa ferre poſſent) attoniti erant.*

QUÆSTIO I.

Quænam ſint hæc, quæ Chriſtus ab initio non dixit Apoſtolis?

3 AIT Chriſtus D. *Hæc vobis ab initio non dixi*, Hoc eſt, ut communis vox Interpretum ab exordio meæ vocationis ad Apoſtolatum? Quæſtio inquirit quæ ſint hæc nova, quæ à Chriſto modò dicta ſunt, quæ anteà eis non dixerit; nam perſecutiones jam
Matth. 10. prædixerat eis, Matth. 10. n. 17. *Tradent vos in Conciliis, & in Synagogis ſuis flagellabunt vos, & ad præſides, & reges ducemini propter me, in teſtimonium illis, & gentibus.* Et n. 21. ſubdit: *Tradet autem*
Luc. 12. *frater fratrem in mortem, & pater filium, & inſurgent filij in parentes, & morte eos afficient, & eritis odio omnibus propter nomen meum.* Similiter dicitur, Luc. 12. num. 11. Quænam ſunt hæc nova, quæ Chriſtus hîc modo dicit?

4. Janſen Maldonta. Primò: Janſen. & Maldon. exiſtimant verba illa de perſecutionibus, quæ citato Math. 10. habentur, non tunc fuiſſe dicta, ſed poſterius, ibi autem per anticipationem ob loci opportunitatem ſcribi, & probant ſuam ſententiam, quia tunc primum Apoſtoli fuerunt miſſi ad prædicandum per Judæam, & nullam tunc ſuſtinuerunt perſecutionem, ita non erat conveniens ea illo tunc tẽpore dicere. Secundò, in illis verbis, *Ecce ego mitto vos* D. Marc. & D. Luc. hæc commemorant diverſis in locis: ergo alio tempore fuerunt dicta. Hæc ſententia mihi non placet, quia verba illa Matth. 10. non fuerunt dicta hic in cænaculo. Chriſtus de his quæ dixit in cænaculo, ait: *Hæc vobis ab initio non dixi.*

5. D. Aug. Beda. Rupert. Secundò: D. Aug. tr. 94. quem ſequuntur Beda, Rupert. Carth. Chriſti verba referunt ad adventum Spiritus S. ut ſit ſenſus hæc quæ vobis hic dixi de adventu Spiritus S. prius vobis non aperui, quia ego ipſe vobis aderam, ut Paracletus, id eſt conſolator, ac exhortator, nunc verò abiens ad Patrem meum vobis alium Paracletum promitto, de quo ſæpe in hoc ſermone cœnaculi facit Chriſtus mentionem, Joan. 14. n. 6. & n. 26. & c. 15. n. 26. & ſtatim in hoc c. 16. n. 7. ut ejus afflatu diſcipuli corroborentur, ac muniantur; at illa particula *Hæc*, poſita à Chriſto non ſolùm videtur reſpicere adventum Spiritus S. ſed etiam perſecutiones prædictas, præcipuè cum de illis hic proximè fuiſſet ſermo.

6. Gloſſa. Tertiò: Gloſſa ordinaria ſic habet; eſt etiam alia interpretatio, verba Domini, *Hæc vobis ab initio non dixi*, referenda eſſe ad verba, quibus diſcipulos poſt cœnam conſolatus eſt, hoc pacto: hæc quibus vos conſolatus ſum, in ſermone hoc extremo, ab initio vobis non dixi, quia vobiſcum eram conſolator. Hæc Gloſſa. Ac proinde hæc referuntur ad verba conſolatoria, quæ Chriſtus dixit ſuis diſcipulis in hoc ſermone. *Non relinquam vos orphanos,*
Joan. 14. *veniam ad vos*, Joan. 14. n. 18. ut fructum plurimum
Joan. 15. afferatis Joan. 15. n. 8. Hoc tamen eſt valdè genera-
Lyran. le. In hac ſententia eſt Lyranus.

7 Chryſoſt. Cyril. Quarto: & appoſitè ad litteralem ſenſum. D. Chriſ. hom. 78. N. D. Cyril. lib. 10. c. 38. Theodorus, Heracleotes, Leont. Theoph. Euthimy. Cajet. Tolet. & alij qui referunt verba Chriſti ad ea, quæ ipſe dixerat de perſecutionibus, de quibus immediatè antea egit; nam licet de his dixiſſet jam Math. 10. Luc. 12. Non tamen dixit ab initio tanto rigore, ac atrocitate, ut modo hîc expreſſit, nunquam enim prædixit eos à Judæis, ut excommunicatos habendos, *abſque Synagogis facient vos.* Et licet jam denunciaſſet eos mortem, ac martyrium paſſuros, *& morte afficient ex vobis.* Non tamen tanta malignitate, ac perverſitate ut diceretur, *omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo.* Euthym. *Venit*, ait, *ſeu appropinquat tempus, ut quiſquis interfecerit vos, videatur cultum præſtare Deo, hæc dixi nunc, quæ præcedentibus erant formidabiliora.* Et licet antea carceres, flagella, cruces, mortes ut futuras prædixiſſet, hîc verò illa omnia dicit ut imminentia, & jam quaſi præſentia, & tam crudeli perſecutioni, antidotum adhibuit, auxilium nempe Spiritus ſancti, ut ait D. Auguſt. quod antea eis non dixerat.

Theodor. Leont. Theoph. Euthym. Cajet. Toletus Euthym. Auguſt.

Ait Albert. Magn. *A principio enim leviora, & molliora apponenda ſunt.* In exordio aperuit Chriſtus ſuis apoſtolis ſeviores perſecutiones, nunc verò quando jam provectiores erant, eis dixit duriores, & formidabiliores, ait Apoſtolus 1. Cor. 3. n. 1. *Ego fratres non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, tanquam parvulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam.* 8. Alb. Magn. *Paulatim ad ſuperiora virtutitis. eundum.* 1. Cor. 3.

Illa Dei amatrix ſic ait: *Botrus Cypri dilectus meus mihi.* Cant. 1. n. 3. In prima facie non exquirit in dilecto ſuo uvam, ſeu muſtum, ſive vinum optimum, ac perfectum, ſed tantum botrum, ac gemmulam, & florem, cur non illa magna, & valdè perfecta in eo requirit, ſed tantũ minora? botrum, gemmulam: patienter ſuſtinet, quod per temporis incrementa liceat maturum, & tempeſtivum fructum capere in eo, non enim vult ſubito ſuprema ſapere, ſed per ima aſcendit ad ſublimia, per inferiora exoptat ad ſuperiora devenire, prius congaudet in botris, & poſtmodum aſpirat ad novum illud regni cœleſtis vinum, ut per infantiam creſcat in virum perfectum plenitudinis Chriſti. Origen. hom. 2. *In quibus*, ait, *verbum Dei vitis vera efficitur, non eis ad ſummam maturos botros, producit, & dulces, nec repentè eis efficitur vinum ſuave, & lætificans cor hominis, ſed prius producit eis ſuavitatem odoris in florem.* Vide multa tom. 1. 2. 3. ac 4. in Indice Syllabarum, verbum, *Paulatim.* 9. Cantic. 1. *Non repente ad virtutis faſti gium evolandum.* Origen.

QUÆSTIO II.

Quare Chriſtus ait, quod nemo interrogat eum quò vadit, cum Petrus, & Thomas id interrogaverint?

AIT Chriſtus D. *Nunc vado ad eum qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me, quò vadis?* Statim occurrit difficultas, quia Petrus jam antea interrogaverat. Joan. 13. n. 36. *Domine quò vadis?* & Thom. cum audiſſet Domini diſceſſum interrogando, ait: *Domine, neſcimus quò vadis, & quomodo poſſumus viam ſcire?* Joan. 14. n. 5. Quomodo ergo Chriſtus ait: nemo ex vobis interrogat me quò vadis? 10. Ioan. 13. Joan. 14.

Reſpondet primò Rupertus, quod antequam Chriſtus dixiſſet ſe ad mortem ire, interrogatus fuit à diſcipulis quò vaderet, at poſtquam ipſe aperuit ſe ad crucem, & mortem pergere, ac ſi tunc non de eo ſequendo, ſed de eo deſerendo, ac fugiendo 11. Rupert.

fugiendo cogitaſſent. At hæc ſententia non cohæret cum generoſitate Petri, qui dicebat. *Domine paratus ſum tecum ire in mortem, & in carcerem.* Luc. 22. n. 33. Luc. 22.

12. D.Auguſt. Secundò D. Aug. tract. 94. Sententiam ſolvit de Aſcenſione Chriſti in hunc mundum. Nunc vado ad eum, qui miſit me. Ideſt paucos poſt dies aſcendam in cœlum, & nemo ex vobis interrogat me: pro futuro ponitur interrogabit me, quò vadis? Palam enim in conſpectu omnium veſtrum aſcendam, & inde non erit opus, ut quis me interroget quò vadis? cum id apertè oculis veſtris ſitis viſuri. Hanc ſententiam ſequuntur Haymon, Beda, Gloſſa Ordinaria, Cartuſ. quæ manifeſta, inquirenda non ſunt. Tertiò Tolet. ſic explicat, ut illud, quò vadis, non ſignificet terminum ad quem, ſed cauſam, nempè qua de cauſa, ſeu quid facturus, ad Patrem vadis? Nemo quærit, Quarto Euth. contendit verbum illud, *quò vadis* ſignificare quid agis Domine? Cur nos relinquis, & mortem vis perpeti? At hæ tres ſententiæ non bene cohærent literæ, & verba à ſua propria ſignificatione extorquent.

Haymon. Beda Gloſſa. Cartuſ. Tolet. Euthym.

13. Euthym. Quintò. Citatus Euth. ſecundam adhibet ſolutionem, *Poteſt quoque, ait, alio modo dici, quod quum Petro interrogante non reſpondiſſet quò abiret, oportuit eos rurſum interrogare.* Verum eſt quod Petrus interrogavit, tamen ex Domini reſponſione non ſatis intellexit, quò pergeret, ac proinde debebat iterum, ac iterum inſtare benevolentiæque gratia, debebat amplius interrogare de via, loco, ac itinere, donec perfectè interrogata diſceret, ac intelligeret. Hanc ſententiam prius docuit Noſter D. Cyril. l. 10. cap. 38. ſequuntur Janſen. Maldonat. Barrad. Franciſc. Lucas, & alij.

D. Cyrill. Janſenius Maldonat. Barrad. Fran. Lucas.

14. Euthym. Ait Euth. *Oportuit eos iterum rogaſſe.* Apoſtoli ſemel rogarunt à Chriſto, *quò vadis*, tamen Chriſtus ſic eos arguit, ac ſi minimè interrogaſſent. *Et nemo ex vobis interrogat me quò vadis?* Cum reſponſa Domini nō caperēt, neceſſarium erat, ut ipſi iterum ac iterum interrogaſſent, nam qui incipit aliquid quærere, & deſiſtit quoadusque quæſitum perfectè teneat, idem eſt ac ſi nihil quæſiſſet, & qui incipit aliquid facere, & manū amovet quoadusque ad complementum perducat, nihil feciſſe dicitur, & ideo neceſſe eſt ut perſæpe faciat. Pergit Magdalena ad Magiſtri ſepulchrum mane ſummo: pie accedit, oculos demittit, ut inſpiciat, quid intus lateat, & cum Magiſtrum non videat, abſque mora ait ad Petrum mulier. *Tulerunt Dominum meum de monumento.* Joan. 20. n. 2. Iterum mulier redit ad ſepulchrum, & Domini præſentia fruitur, unde illi tantum bonum? Quia non ſemel quæſivit, ſed etiam ſecundo flens inſtavit. *Dum ergo fleret inclinavit ſe & proſpexit in monumentum* n. 11. D. Auguſt. in Medit. c. 36. *Sed nimium amanti ſatis non erat, virtus enim boni operis perſeverantia eſt.*

Ab incepto opere non deſiſtendum.

Joan. 20. D. Auguſt.

15. Mulier illa Chananæa in multis pro ſalute filiæ Dominum deprecatur, & duram repulſam patitur, dum eam ſimilem cani Chriſtus dicit. *Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus.* Hoc audito mulier non abiit, ſed magna perſeverantia clamat. *Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa Dominorum ſuorum.* Math. 15. n. 27. Cui reſpondit Dominus: *O mulier magna eſt fides tua? fiat tibi ſicut vis: & ſanata eſt filia ejus ex illa hora:* non ſolūm filiæ ſanitatem impetrat, ſed etiam mirificè eam laudat Chriſtus. *O mulier magna eſt fides tua.* Et quid tam mirabile, ut Mater pro filia quærat ſalvatorem; Quæ mater filio infirmanti, precibus, ac ſolicitudine non quærat curatorem? Quid ergo in hac peculiariter laudabile, ac tam admirabile? Id crediderim præcipuè placuiſſe in hac fœmina, quod quamvis aſperis verbis eſſet repulſa, tamen à quærenda filiæ ſanitate non deſtitit, ſed vehementius magno fidei conatu inſtitit, ac fortius clamat, rogat D. Chryſ. hom. 17. ex variis locis in Mat. *Quid ergo? Qui abnegabat, qui repellebat, qui non reſpondebat, qui dicebat non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus: in laudes mulieris ſubito erumpit: dicens; O mulier. Propterea,* inquit, *laudo conſtantiam ejus, laudo fidem: quia injuriata permanſit.*

Matth. 15.

A ſalute filiæ impetranda non deſiſtit Chananæa.

D.Chryſ.

Annæ Sanſonis matri apparet Angelus monens eam de filio habendo, & ait, *Concipies, & paries filium, cujus non tanget caput novacula: erit enim Nazaræus Dei ab infantia ſua, & ex matris utero, & ipſe incipiet liberare Iſraël de manu Philiſtinorum.* Jud. c. 13. n. 5. Valde diminuta videbitur hæc ab Angelo annuntiatio de puero, dicitur enim quod *ipſe incipiet liberare Iſraël de manu Philiſthinorum.* Cur non dicitur abſolutè, quod liberabit, quod in conſummatam ſalutem adducet populum ſuum, ſed tantum, quod incipiet liberare? Aſſeritur de eo, quod erit Nazaræus, ac conſecratus Deo ab infantia ſua, cùm ergo tam magnus ſit, idem eſt quod ipſe incipiat liberare, ac quod perficiat, vir tam magnus non poterat incipere, & ab incepto deſiſtere, ſed planum erat, quod ad conſummationem perduceret. Ait D. Anaſtaſ. Sinaita l. 4. de directis fidei dogmatibus. *Salus, ait, cœpti operis erat conſummatio.* Vide tom. 3. p. 26. q. 12. n. 71. 72. & tom. 4. c. 8. n. 175. & aliis locis ibi citatis. 16.

Judic. 13.

Vir magnus ſi incipit, perficit.

D. Anaſt.

Quæstio III.

Quare Chriſtus D. dixit de præſenti. Vado *& non potiùs de futuro* Vadam?

Christus D. ait. *Vado ad eum qui miſit me.* Id eſt vadam per meam mortem, Reſurrectionem, Aſcenſionem, quæ futura erant, cur ergo non dixit de futuro vadam, ſed tantum de præſenti, ait: vado. Inquirit præſens quæſtio. 17.

Difficultas quæſtionis.

Reſpondeo primò. Quod ait: Vado ad Patrem, ut quilibet ex hoc diſcat, ut apud ſe ſtatuat, & dicat vado. Ut ſemper preſens hæc vita, ſit quædam continua ad Deum itio, in ejuſque præſentia ſe unuſquiſque recogitet. Benedicens Iacob ſuos nepotes, ait: *Deus in cujus conſpectu ambulaverunt Patres mei.* Geneſ. 48. num. 15. Nonne Deus eſt immenſus, & ubique, quid ergo de novo nobis annuntiat Iacob Patres ſuos in conſpectu Dei ambulaſſe; Ipſe enim omnes intuetur, ejuſque conſpectum minimè quis fugere poteſt, quid ergo novi profert Iacob Patres ſuos in conſpectu Dei degiſſe, ut eos dicat juſtos, & ſanctos qui ſic ſemper in viis Dei degebant, ac ambulabant tanquam ad ipſum tendentes. *Deus in cujus conſpectu ambulaverunt Patres mei.* Chaldæus: *Deus in cujus conſpectu ſervierunt patres mei.* Septuaginta. *Deus, cui placuerunt Patres mei.* 18.

Hominis vita ſemper ſit repræſentata via ad Deum.

Geneſ. 48.

Chaldæus Septuaginta.

Secundò, *Vado ad eum*, ait, quod paulo poſt erat exhibiturus, ut ex hoc diſcamus, quod unuſquiſque apud ſe dicat, Vado, & non vadam, id eſt jam nunc ad mortem me præparo, ac diſpono, nec enim dicere debet, me præparabo, aut diſponam. Dicebat Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis. *Filioli adhuc modicum vobiſcum ſum,* 19.

Homo ſemper ſit præparatus ad mortem.

Ioan. 13. *ſum.* Ioan. 13. n.32 Non ait vobiſcum ero,ſed de præſenti *vobiſcum ſum.* Noſter divinus Magiſter, mortem non ut futuram, ſed ut præſentem habebat ante oculos, ut nos magiſtrum imitantes, in illius ſemper conſideratione verſemur.

20. Geneſ. 24. Ait Scriptura de Abrahamo. *Dominus in cunctis benedixerat ei.* Gen. 24. n.1.Cum Abrahamus cogitat de quærenda uxore filio ſuo Iſaac. Dicitur quòd Dominus in cunctis benedixit ei, eúmque in univerſis benedictum fecit.Cur ad hunc locum hoc magnum Abrahæ encomium reſervatur? Abrahamus hic agit de uxore copulanda cum filio ſuo Iſaac,tanquam homo,qui de diſceſſu hujus vitæ, ac morte cogitabat, in ejúſque conſideratione totus verſabatur, & inde res domus ſuæ ita diſponit, ac ſi jam mors illi adeſſet, & qui tali mente degit, ut non de præparatione futura, ſed de præſenti cogitat, nec dicit in alio temporepræparabo ſed jam in præſenti præparabo,hic mirificè in cunctis ſuis rebus habet peculiarem Dei benedictionem. Cajet. *in Hebræo nomen eſt tetragrammaton congruens divinæ affluentiæ erga Abraham.*

Valdè benedictus, qui ſe præparat ad mortem. Cajet.

21. Num. 4. Levit. 6. Multus eſt in ſacris literis cinerum uſus N. 4. n. 13. *Altare mundabitur cinere.* Et Levit. 6.n.10. Cineres propè aram collocatos lego. *Tollétque*, ſcilicet Sacerdos, *Cineres quos verax ignis exuſſit.* Sacerdóſque aqua, & cinere expurgabitur priuſquam ſacris Iudaïcis operaretur. *Colliget vir mundus cineres vaccæ in aquam aſperſionis.*Num.19.n.9. De qua re meminit Apoſtolus ad Hebr. c.9.n.13. *Cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat.* Ad quid tot & tantus cinerum uſus? Ut homo ex luto factus, ante oculos habens mortis cineres ſemper ſecum in præſentiarum habeat mortis diſpoſitionem, ac præparationem, ut ſicut quotidie Sacerdos ad aram debebat accedere, ſic quotidie ſecum involveret mortis meditationem, ad illámque quotidie ſe aptandum, ac componendum ageret. Philo lib. de victimis offerendis.*Hac*, ait,*aſperſione excitamur, & tangimur.* Et iterum, *quando hoc*, ait, *ipſum creditur utiliſſimum ad purgandum, noſſe ſeipſum; nam hæc reputatio confeſtim inſidiatricem animo arrogantiam eximit.* Vide tom.2.cap.16.q.4. n.22.23.24.25.& tom.3.cap.11.q.21.n.150.151. 152. 153.& c.29.q.16.n.110.111.112.& tom.4. cap. 18. n. 90. 91. 92. 93.

Hebr.9. Philo.

QUÆSTIO IV.

Quare cùm Chriſtus arguat Apoſtolos ex eo quod non interrogent, ſimul addit quod triſtitia corda eorum implevit?

22. *Si res deviat à ſuo ſolito notatur.* DIXERAT Chriſtus D. *Vado ad eum,qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me, quò vadis.* Tanquam maximè res notatu digna,quod Apoſtoli, qui ſoliti erant interrogare, ut ſtatim adnotabo ex D.Chryſ.modo ab interrogationibus deſiſtant, ſemper res cùm à ſuo ſolito viant, maximè notantur; & ſubdit. *Quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia implevit cor veſtrum.* Cur hæc addit Dominus inquirit præſens quæſtio.

22. D.Chryſ. *Nimia triſtitia memoriam aufert.* Reſpondet primò D.Chryſ.epiſt.ad Olympiam, *Apoſtoli*, ait, *triennio cum fuiſſent cùm IESV: & ſemper eum interrogantes, quò vadis?ita extincti ſunt triſtitiæ tyrannide, & toti mœrore confecti ſunt, ut ab eo hæc ultra non quærerent & ob hoc increpans eos Chriſtus dicebat: Audiſtis,quia vado ad eum,qui miſit me, & venio ad vos: & nullus ex vobis interrogat me, quò vadis.Sed quoniam iſta locutus ſum vobis,triſtitia implevit cor veſtrum.* Apoſtoli cum eſſent enutriti in Chriſti ſchola, ſæpè eum interrogabant, & cum loqueretur de ſua abſentia interrogavit eum Petrus. *Domine quò vadis?* At verò nunc cum Dominus proponit proximam, ac imminentem eſſe ſuam profectionem,nec Petrus, nec alius ex Apoſtolis aliquid interrogat, unde illis tam profundum ſilentium, cauſam ipſe Dominus indicat. *Quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia implevit cor veſtrum.* Quando Chriſti profectio diſtabat, & triſtitia non occupaverat Apoſtolos, interrogant ipſi, *Domine quò vadis?* At inſtante Chriſti paſſione, muti triſtitia, ac mœrore redduntur, voxque illorum faucibus hæſit.

Secundò. Arguit Chriſtus D. ſuos diſcipulos, *nemo ex vobis interrogat me quò vadis?* Statim tamen ſubdit. *Quia hæc locutus ſum vobis triſtitia implevit cor veſtrum.* Si eos arguit de aliquali defectu, quod non interrogant, tamen ipſum non exaggerat, ſed potius minuit, ac excuſat: *triſtitia implevit cor veſtrum.* Sic enim triſtitia mentem eorum occupaverat, ut eos aliquid loqui, ac dicere non ſineret, inde ex ſua benignitate excuſationem invenit, ac profert. *Triſtitia implevit cor veſtrum.* 24.

Aliorum defectus ſi propenuntur, excuſandi ſunt.

Intravit Abrahamus Gararis dicens Saram eſſe ſororem ſuam, Abimelech illius gentis Rex tulit Saram in domum ſuam, *Venit Deus ad Abimelech per ſomnium nocte, & ait illi: en morieris propter mulierem, quam tuliſti.* Gen. 20. num.3.Subdit tamen Deus. *Ego ſcio quod ſimplici corde feceris.* Quare Deus ſic opponit criminis gravitatem.*En morieris.* Hoc eſt ut explicant Abulenſ. Perer. Cornel. tale crimen commiſiſti, ut ſi ſciens conjugatam marito eam non reddas, morte dignus eris, & ſtatim connectit illius ſimplicitatem. Scio quod ſimplici corde feceris. *Nunc ergo redde viro ſuo uxorem, quia Propheta eſt, & orabit pro te.* Criminis magnitudinem aperit Deus; *En morieris propter mulierem, quam tuliſti.* Ut ipſe à delicto fugiat, & illius remedium quærat D. Chryſ. Eripere eum volens ab iniquitate, dedit menti ejus ſcientiam, multúmque metum auxit, mortem interminando. Deinde ejus ſimplicitatem declarat, ut eum à culpa excuſet,ac à pœna liberet; ſi de culpa recordatur,innocentiæ,ac ſimplicitatis etiam meminit, ut à caſtigatione eum ſervet, & eximat. 25.

Gen. 20. Abulenſ. Pereira. Cornel. D. Chryſ. *Dicitur crimen ut regia ſimplifetur.*

Ait Deus Ezech.4. 1.*Et tu fili hominis ſume tibi laterem, & pones eum coram te: & deſcribes in eo civitatem Ieruſalem, & ordinabis adverſus eam obſidionem.* Valdè mirabile quod cum civitas Ieruſalem eſſet ex diſpoſitione divina depingenda, hoc mandatur fieri in latere, & non coctò,ut vult Lyran. cur non potius in ſilice, ferro ſeu ære, ſed in tam fragili materia, in latere nempè, in luto deſcribatur Ieruſalem peccatis plena? nam ſi deſcripta peccata eam accuſant, ac arguunt, lutum, in quo ſunt exarata, aliqualiter excuſat: Si peccata iram ſollicitabant, naturæ fragilis conditio illius furorem mitigabat, & ideò in luto ex quo homo compoſitus eſt, depinguntur. Theod. *Ipſius Ieruſalem*, ait, *obſidionem deſcribere jubetur:in latere autem fit deſcriptio propter incolarum debilitatem.* Vide & opportunè tom.3.cap.27.q.3.n.18.19.20. 26. Ezech. 4.

Lyran. *Si peccata arguunt,luti materia excuſat.* Theodor.

*Ioan.16.n.7.*Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis ut ego vadam: Si enim non abiero, Paracletus

cletus non veniet ad vos: Si autem abiero, mittam eum ad vos *Num.* 8. Et cùm venerit ille, arguet mundum de peccato, & de juſtitia, & de judicio.

VERSIONES.

Arab. n. 67. Veritatem dico vobis, quia bonum eſt vobis, ut ego vadam.

Syriacus. Satius vobis fuerit, ut ego abeam; niſi enim abiero, conſolator ille non veniet ad vos.

Philo Charpath. Niſi abiens fuero, ſpiritus Paracletus non veniet.

D. Hilar. Si iero mittam vobis advocatum.

Arias Montan. n. 8. Et veniens ille.

Arabicus. Et ipſe arguet mundum.

Franc. Luc. ex Græco. Convincet mundum.

EXPOSITIO II.

27. SED *ego veritatem dico vobis.* Ac ſi dicat Dominus, vos diſcipuli mei multa triſtitia eſtis affecti, quia ego dixi vobis me abire. *Sed ego.* Attamen ego, qui ſum veritas increata, veritatem dico vobis maximè expedientem, & neceſſariam, ut ſit ſenſus, vos multum contriſtati eſtis de meo diſceſſu, ſed in veritate ſcitote maximè vobis expedire, ut ego vadam, nam diſceſſus meus ad Patrem erit vobis valdè utilis, nam inde Spiritum S. in vos mittam, qui vos omni dono, virtute, ac gaudio adimplebit. Ac proinde triſtitiam ex ſuo diſceſſu conceptam eorum utilitate levare aggreditur: *Si enim non abiero*: à vobis per mortem, ac aſcenſionem meam, *Paracletus*, ſcilicet Spiritus S. conſolator, ac exhortator veſter, *non veniet ad vos.* Carebitis magnitudine ſpiritualium donorum illius. Euthym. *Nam ſi non venerit ad vos nequaquam proficiemini.* Et appoſitè ut notant D. Aug. tract. 94. Greg. l. 2. mor. c. 33. Spiritus S. hic vocatur Paracletus, id eſt conſolator, quia cum Apoſtoli eſſent multum triſtes ob Chriſti diſceſſum, ipſe ſpiritus veniens eos erat omni gaudio conſolaturus. *Si autem abiero.* Redivivus devicta morte & in cælum aſcendam *Mittam eum vobis.* Non ait veniet ſpiritus, ut ſeries orationis exigi videbatur, ſed mittam, *Non quod*, ait Luc. Burgenſ. *Spiritus ſanctus ſponte non eſſet venturus: ſed ne dubitarent diſcipuli quin eſſet venturus.* Nam de amore Chriſti, cum quo erant converſati per tot annos multam habebant experientiam. Deinde ait mittam, ut ſignificaret Spiritum ſanctum à filio æquè ac à Patre procedere, nam miſſio in Trinitate dicit ordinem ad proceſſionis originem.

Euthym.
D. Aug.
D. Gregor.
Luc. Burg.

28. *Cum autem venerit ille.* Ex Spiritus ſancti adventu explicat Chriſtus D. utilitatem provenientem, ut notarunt Chryſoſt. ac Theoph. quia non ſolum Apoſtolos donis, ac virtutibus cumulabit, ſed etiam totum orbem terrarum ſua illuſtratione replebit. *Mundum.* Per mundum intelligit Judæos, ac gentiles per orbem diſperſos, infideles, & in Chriſtum non credentes. *Arguet:* hoc verbum, ut ait Toletus annot. 13. Latinè, Græcè, Hebraicè, in ſacra Scriptura duas habet ſignificationes. Prima eſt; arguet, id eſt increpabit, objurgabit; ſecunda convincet, ita Spiritus ſanctus veniens efficacibus rationibus, ac probationibus docebit, ut obſtinati in ſua infidelitate nullam tergiverſationem poſſint pertendere. Ex D. Chryſ. Euthym. *Arguet id eſt inexcuſabiles penitus demonſtrabit.* Ea, quæ ſequuntur de peccato, juſtitia, & judicio, expoſitione ſequenti clarius explicabuntur.

D. Chryſoſt.
Theoph.
Toletus
D. Chryſ.
Euthym.

QUÆSTIO V.

Quare poſt commemoratam triſtitiam Apoſtolorum, ait eis Dominus: Veritatem dico vobis?

AIT Chriſtus D. in præſenti. *Ego veritatem dico vobis.* Ego qui ſum veritas, increata veritatem dico. Unuſquiſque loquitur prout eſt, verax veritatem dicit, at mendax mendacium eructat. Sic de Diabolo ait Chriſtus *D. Ille in veritate non ſtetit: quia non eſt veritas in eo; cum lo uitur mendacium, ex propriis loquitur, quia men ax eſt, & pater ejus.* Joan. 8. n. 44. Quilibet juxta ſuum loquitur ingenium. Vide tom. 1, lib. 3. cap. 3. q. 27. n. 129. tom. 3. c. 8. q. 13. n. 102. & 103. 29. *Quilibet loquitur prout eſt.*

Joan. 8.

Quæſtio præſens eſt. Dixit D. Deus, *quia hæc locutus ſum vobis de meo*, nempè diſceſſu, *triſtitia implevit cor veſtrum, ſed ego veritatem dico vobis.* Cur commemorata eorum triſtitia, ſe verum dicere ſtatim aſſeverat. Senſum literalem jam dixi in expoſitione, vos nempè de meo diſceſſu contriſtati eſtis, tamen nunc verum percipite, & audite, Expedit vobis, ut ego vadam, Alios ſenſus nunc inquiro. 30. *Difficultas quæſtionis.*

Reſpondet primò D. Chryſ. hom. 77. ſic in perſona Chriſti ait *Non ad gratiam loquor, ſed licet majorem in modum contriſtemini, quod expedit audiendum eſt; vos quidem, ut adeſſem, velletis, ujus aliud poſtulat: Diligentis autem eſt, cum utilitatem cognoſcit non permittere, ut ea dilecti priventur.* O magnum documentum, triſtitia diſcipuli erant affecti, tamen Dominus ſe veritatem dicturum teſtatur, quæ maximè erat eis expediens & neceſſaria. Qui verè diligit, non agit de eo quod dilectus exoptat; ſed de eo quod ei maximè convenit, ac neceſſarium eſt, à ſuo bono, ac utilitate privetur. *Diligentis eſt, cum utilitate cognoſcit non permittere, ut ea dilecti priventur.* 31. D. Chryſ.

Agendum non de eo, quod deſideratur, ſed de eo, quod eſt utile.

Secundò N. D. Cyrill. lib. 10. c. 39. *Magno*, inquit, *vos dolore moveri ſentio, quia ego abire conſinui: nec id injuria, præſertim cum magnas vobis futuras tentationes audieritis: Verum quoniam jucundis utilitas præponenda eſt, veritatem vobis aperiam*, verè gens potius dilecti intendit utilitatem, quam jucunditatem, de eóque potius agit, quod eſt utile, ac neceſſarium, quam de eo quod delectat, ac perjucundat. *Quoniam jucundis utilitas præponenda eſt.* Vide tom. 4. c. 14. n. 146. 32. D. Cyril. *Diligens potius intendit dilecti utilitatem, quam jucunditatem.*

Tertiò Immediatè antea dixerat JESUS. *Quia hæc locutus ſum vobis.* De meo nempè diſceſſu. *Triſtitia implevit cor veſtrum.* Et ſtatim ſubdit. *Sed ego veritatem dico vobis.* Cur non ait ego dolorem veſtrum præmulcebo, veſtramque mœſtitiam excludam? Sed tantum, *veritatem dico.* Quia veritas maximè animum recreat; cúmque multa lætitia, ac jucunditate perfundit, veritas enim maximè animum lætificat, eumque magno gaudio, ac exultatione adimplet. 33. *Veritas præjucundat animum.*

Poſtquam judicatum eſt de meretrice magna, ſanguiſque ſanctorum vindicatus eſt, datur Deo gloria: *Et ceciderunt ſeniores vigintiquatuor, & quatuor animalia, & adoraverunt Deum ſedentem ſuper thronum dicentes: Amen, Alleluja.* Apoc. 19. n. 4. 34.

Apoc. 19.

Dicunt

Dicunt ſeniores: *Amen*: deinde decantant *Alleluya.* Quod ſine dubio magno cum myſterio factum eſt. *Amen* habet ſuum ſignificatum, quod idem valet, ac verum eſt. *Alleluya* verò vox eſt lætitiam, ac jucunditatem denotans. Quid eſt poſtquam dicunt *Amen*, hoc eſt verum, ſtatim connectunt *Alleluya*, lætitiam, & jucunditatem annuntiantes; cum veritas apparet, ac clareſcit, ſtatim omni gaudio, ac lætitia animus noſter cumulatur, miraque jucunditate afficitur, D. Auguſt. ſerm. 121. de diverſis. *Non ſonis circunſonantibus dicemus Amen, & Alleluya, ſed affectu animi. Quid eſt enim Amen; Quid eſt Alleluya? Amen eſt verum, Alleluya laudate Deum: quia ergo Deus veritas eſt incommutabilis ſine defectu, ſine profectu, manens ſemper incomprehenſibilis, exultantes enim ſe apud parilem laudem flagrantiſſima charitate invicem in Deum omnes cives illius civitatis dicent Alleluia, quia dicet Amen.* Quia dicunt *Amen*, quod ſonat verũ, decantant *All.*, quod lætitiam, & exultationem denotat.

Veritas lætitia perfundit animum. — D. Aug.

QUÆSTIO VI.

Quare Chriſtus Dominus non dixit, expedit mihi, ſed expedit vobis?

35. *Chriſtus magis ſollicitus de noſtra utilitate, quam de ſuo commodo.*

AIt Chriſtus D. *Expedit vobis, ut vadam.* Quæſtio præſens eſt, cur non dixit expedit mihi, maximè videbatur ei expedire, ut ad Patrem iret, ut poſt tam largam tormentorum paſſionem in cœlum aſcenderet, ad dexterámque Patris ſederet, cum eo perpetuò regnaturus: expediebat etiam cœleſtibus ſpiritibus, quos ſua præſentia mirificè recreare debebat, & tamen tantum ait, expedit vobis, ut non tam ſuæ gloriæ, quàm noſtræ utilitati totus intentus appareat, non tam ſuæ majeſtatis, quàm noſtri commodi omnia diſpoſuiſſe intelligamus. Sic de Chriſti juſtitia loquitur D. Amb. ſup. Pſ. 35. verſ. 1. *Advertimus*, ait, *quia juſtitia alijs potius eſt nata, quàm ſibi, commune commodum non ſuum expectat, aliorum bonum pro ſuo ducit emolumento.* (D. Ambr.)

36. (Iſai. 53.) De Chriſto D. ait Iſaias cap. 53. n. 10. *Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longævum, & voluntas Domini in manu ejus dirigetur. Pro eo quod laboravit anima ejus videbit, & ſaturabitur*, Loquitur Propheta de Chriſto, quod ſi poſuerit pro peccatis vitam ſuam in hoſtiam, & ſacrificium, videbit filios quamplurimos per totum orbem in fide regeneratos, & voluntas Domini, ſeu beneplacitum Domini circa hominum ſalutem conſtitutum ejus meritis adimplebitur, ſeu executioni dabitur, ut explicat D. Hierom. (D. Hieron.) Videbit, & ſaturabitur tanta animarum ſalute. Maximè ponderandum, quod bis ait Propheta. *Videbit.* Et in utroque loco Gloſſa Interlinealis explicans illud, quod Dominus ad ſaturitatem videbit, apponit. *Videbit fideles in perpetuum regnare.* Valdè planum eſt omnibus celſitudinem gloriæ, ac beatitudinis in viſione conſtitutam eſſe, tunc erit ſaturitas, ac affluentia omnium bonorum, cum mens noſtra Deum viderit. Pſ. 16. n. 15. (Pſalm. 16.) *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Latini, ac Complutenſes legunt. *Cum apparuerit mihi.* D. Aug. D. Greg. (D. Aug. D. Gregor.) *Cũ manifeſtabitur gloria tua.* Nunquid alia eſt forma gloriæ in IESV, & alia in cæteris beatis? Abſit hoc. Sed IESVS in tantum æſtimat ſuorum fidelium gloriam, & quod *videbit fideles in perpetuum regnare.* Quod tunc reputat ſuam gloriam ſuúmque regnum, ac ſaturitatem, cum eos ad gloriam transfert, eámque eis miniſtrat. Ad hanc immenſam Chriſti charitatem exprimendam, dicitur. *Anima ejus videbit, & ſaturabitur.* Non tantum quando eſt ſermo de gloria ejus, ſed quando *videbit fideles in perpetuum regnare.* O eximia divini amoris exaggeratio. Forerius. *Vbi IESVS viderit*, ait, *ſemen longævum ſaturabitur: id eſt, plenè ſibi ſatisfactum putabit: hoc vno ſui laboris præmio affatim contentus erit. Hæc ſunt viſcera Dei noſtri, ut tunc bene habere dicatur, cum res noſtræ bene habent: tunc comedat, tunc quieſcat, tunc deliciis affluat.*

Chriſtus illam æſtimat ſuam gloriam, quam dat aliis. — Forer.

Hinc IESVS maximè triſtabatur, non de ſua morte, ſed de hominum interitu, ac ruina, ſuam mortem, ac crucem præ gaudio vehementer deſiderabat, ſic dicebat. Luc. 12. n. 50. *Baptiſmo habeo baptizari: & quomodo coarctor vſque dum perficiatur?* Sic de eo ait Paul. ad Hebr. 12. n. 2. *Propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem.* At verò du orat. in Horto, multa triſtitia afficitur, *Cœpit pavere, & tædere, & mœſtus eſſe, & ait: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.* Math. 25. n. 37. Si mors erat illi tantum in optatis, ac gaudio, cur in limine mortis ſic triſtatur, & anxiatur: vnde illi tanta triſtitia, qui ſic de morte gaudebat? Triſtatur non de ſua morte, ac paſſione, ſed de peccatis, ac ruina ſuorum, quos elegerat, ac nutriverat, mortem ſuam contemnebat, tamen ſuper ſuorum jacturam, ac caſum anxiabatur, & dolebat D. Amb. l. 10. in Lucam. *Triſtis erat*, ait *non pro ſua (tantum) paſſione, ſed pro noſtra diſperſione. Triſtis erat pro perſecutoribus ſuis, quos ſciebat immanis ſacrilegij pœnas daturos.* Vide de hac re tom. 1. l. 2. c. 10. q. 16. n. 52. tom. 2. c. 1. q. 7. n. 24. & c. 3. q. 10. n. 57. 58. tom. 3. c. 12. q. 12. n. 62. & c. 26. q. 3. n. 22. 23. 24. & tom. 4. c. 23. n. 38. 39. 37.

(Luc. 12. — Hebr. 12. — Matth. 25. — D. Ambr.)

QUÆSTIO VII.

Quare oportuit Chriſtum abire, antequam Spiritus mitteretur?

AIt Chriſtus D. *Expedit vobis, ut ego vadam, ſi enim non abiero Paracletus non veniet.* 38.
Non ex impotentia hoc factum eſt, ut D. Auguſt. tract. 94. (D. Auguſt.) Nam benè poterat fieri, ut Chriſto præſente Spiritus ſanctus veniret, antequam ipſe ad Patrem aſcenderet, ſed hoc ex divino Conſilio, ac ordinatione factum eſt, cujus rei rationem inquirimus.

Reſpondet primò. Valdè conveniens fuit, ut 39.
poſt Chriſti Aſcenſionem Spiritus ſanctus mitteretur, ut de cœlo Spiritus ſanctus deſcendens manifeſtaret Chriſtum aſcendiſſe in cœlum. Nam ſpiritus è cœlo mittebatur à Chriſto, ergo oſtendebat Chriſtum, à quo mittebatur, in cœlum aſcendiſſe, in cœloque exiſtere. Iuxta illud D. Petri Act. 2. n. 33. (Actor. 2.) *Dextera igitur Dei exaltatus, & promiſſione Spiritus Sancti accepta à Patre effudit hunc, quem vos videtis & auditis.* Ut ergo demonſtraretur illum, quem Iudæi affixerant Cruci, in cœlo habere divinam, ac ſupremam poteſtatem, miſit Spiritum ſanctum è cœlo, Hæc ratio eſt de mente D. Leonis Papæ ſerm. 2. de Pentecoſt. (D. Leo.) *Domini Aſcenſio*, ait, *dandi ſpiritus fuit ratio.*

Literalis ratio.

Secundò. Theophylact. *Si non abiero*, ait, *per* 40.
mortem ad Patrem, Spiritus ſanctus non veniet. (Theoph.) *Nam ſi Chriſtus, non fuiſſet cruci ſuffixus, Spiritus ſanctus non fuiſſet datus. Quia autẽ abiit per mortem ad Patrem, & in cruce emiſit ſpiritum: propterea ad Apoſtolos miſit ſpiritum, cujus miſſionem per*

ſummos

Rupert. *ſummos meritus eſt cruciatus.* Similiter Rupertus. Apoſtolis, ac toti mundo expediebat, ut Chriſtus per crucem, ac mortem abiret ad Patrem, & miſſionem Spiritus ſancti mitteret, poſteaque ipſum Spiritum mitteret, ut ex tanto dono dato fructum paſſionis, ac excellentiam meritorum Chriſti intelligeremus.

41. D. Aug. Tertiò D. Auguſt. cit. *Expedit vobis*, ait, *ô diſcipuli, ut hæc forma ſervi auferatur à vobis, nolo me carnaliter adhuc diligatis, & iſto lacte contenti, ſemper infantes eſſe cupitis. Si alimenta tenera, quibus vos alui, non ſubtraxero, ſolidum cibum non eſurietis: ſi carni carnaliter hæſeritis, capaces ſpiritus non eritis. Non poteſtis capere ſpiritum, quamdiu ſecundum carnem perſiſtitis noſſe Chriſtum.* Similiter D. Bernard. ſerm. 3. de Aſcenſ. *Apoſtoli*, ait, *adhuc carni Dominicæ inhærentes, Spiritu ſancto repleri nequiverunt.* Et ſerm. 6. *Quid eſt*, ait, *niſi ego abiero, Paracletus non veniet, niſi carnis præſentia veſtris ſubtrahatur aſpectibus, ſpiritualis gratiæ plenitudinem occupata mens non admittit*, &c. Idem ferè docent D. Gregor. lib. 8. moral. c. 53. Haymon. Adveniente Spiritu ſancto homines perfectiſſimi futuri erant, magnâque ſpirituali perfectione adimplendi: debuerunt ergo ab hac ſenſibili, & corporali converſatione Chriſti ſeparari, quæ quamvis ſanctiſſima, & utiliſſima, tamen cum ſpiritu eſſent perficiendi, oportebat illud, quod ſenſibile erat, totum ad ſpiritum convertere, ut Chriſto non tam ſenſibus, quam toto ſpiritus, & mentis conatu adhærerent.

D. Bernard.

D. Gregor. Haymon. *Chriſto non ſenſibus, ſed potiùs ſpiritu adhærendum.*

42. Janſen. Quartò. Ianſenius in cap. 7. Ioan. ad illa verba, num. 39. *Hoc autem dixi de ſpiritu, quem accepturi erant.* Sic ait. Quia diſcipuli ante Aſcenſionem Chriſti non erant capaces tam ſpiritualis doni, nimis carnaliter enim ſentiebant de Chriſto, conveniens fuit, ut cum abſens eſſet Chriſtus, de deſiderio ejus, exque deſiderio divini doni accipiendi, quod quotidie exoptabant vehementer, ad ipſum condignè recipiendum præpararentur, ac diſponerentur.

Maximè præparandum ad divina dona recipienda.

43. Illa Dei amatrix multum diligenter perquirit dilectum ſuum. *In lectulo meo per noctes quæſivi, quem diligit anima mea: quæſivi illum, & non inveni.* Et ſtatim ſurgens per vias, & plateas ipſum quærit; & ait, *quæſivi illum, & non inveni*: tantóque illius deſiderio flagrabat, ut incidens in cuſtodes civitatis, ab illis quæreret; *Num quem diligit anima mea vidiſtis?* Et ſtatim ſubdit. *Paululum cum pertranſiſſem eos, inveni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam: donec introducam illum in domum matris meæ.* Cant. 3. n. 4. Divinus ſponſus vehementer delectatur, ac jucundatur cum ſua ſponſa anima ſancta, ut dicatur: *Dilectus meus mihi & ego illi.* Cant. 1. n. 16. Quomodo ita ſe abſcondit, ut quæſitus in lectulo, ac per vicos, & plateas, ac etiam conſultos cuſtodes, minimè inveniatur, ut dum deſiderio flagrat, operam præſtat, multam inquiſitionem adhibet, ipſum mereatur invenire, ut in domum ſuam introducat, nec enim tantus Dominus habetur, niſi alta data opera, & magna præparatoria inquiſitione præmiſſa. Richard. de S. Victore. *Quæſivit ſponſa dilectum*, ait, *per vicos, & plateas, & non invenit illum ad votum: Nondum enim præſentiam ejus ſenſit: nondum deſideratam gratiam accepit. Nec mihi ambigendum, quin circuitu ſuo multum acquiſierit, multámque gratiam in ſe auxerit. Siquidem ex agnitione bonorum, & virtutum eorum, non parum accenſum eſt in ea deſiderium juſtitiæ.* Vt ipſe latè diſcurrit.

Cantic. 3.

Cantic. 1. *Deſiderii affectu præparatur homo ad Dei dona.*

QUÆSTIO VIII.

Quare dicitur, quod adveniens Spiritus ſanctus arguet mundum?

AIT Chriſtus D. quod adveniens Spiritus ſanctus: *arguet mundum de peccato.* Ex radice Græca arguere ſignificat convincere. Sic legit Victorinus lib. 4. adverſus Arium. *Convincet mundum de peccato*, &c. Significat etiam increpare, ſeu reprehendere. *Ego quos amo, arguo.* Apoc. 3. n. 19. Græcè, *quos amo, reprehendo.* Alia loca omitto. Res eſt enim vulgaris. 44.

Quid ſignificat arguet. Victor.

Apoc. 3.

Ad quæſtionem dicitur, quod veniens Spiritus ſanctus arguet, ſeu increpabit, ſeu reprehendet mundum de peccato. Et rectè dicitur quod ille veniens reprehendet: cum ipſe ſit ſanctus, & irreprehenſibilis, alios arguere, ac reprehendere poteſt. Ait Paulus 1. Timoth. 3. n. 2. *Oportet ergo Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe.* Circa quod eleganter diſſerit D. Anſelm. in epiſt. ad Titum, c. 1. *Qua libertate alienos filios corripere & docere poſſumus, quæ recta ſunt, cum nobis ſtatim poſſit, qui fuerit correptus, ingerere, ante doce filios tuos; Aut qua fronte extraneum corripio fornicatorem, cum mihi conſcientia mea ipſa reſpondeat, exhæreda ergo filium fornicantem, abjice filios tuos vitiis ſervientes? Cum autem nequam filius in una tecum domo maneat, tu audes de alterius oculo feſtucam detrahere, in tuo trabem non videns.* 45.

Solus, qui eſt irreprehenſibilis, arguere. Tim. 3. D. Anſelm.

Epiſcopo Laodiciæ Eccleſiæ ſcribitur. *Hæc dicit Amen, teſtis fidelis & verus.* Apoc. 3. n. 14. Cur ille qui hunc præſulem objurgaturus erat, talia Epitheta ſibi aſſumit ut dicatur *Amen*, id eſt, *veritas, fidelis & verus.* Cur non ſicut in cæteris epiſtolis ad alios Epiſcopos ſcribens nominatur? *Hæc dicit, qui habet ſeptem ſtellas*, vel *qui habet ſeptem ſpiritus*, vel *qui habet romphæam ex utraque parte acutam*; ſed tantum *Hæc dicit veritas, fidelis, & verus.* Cur hæc nomina potiùs hîc ſcribuntur, quam in aliis? arguendus erat hîc Epiſcopus de mendacio, quod cum eſſet pauper, miſer, & miſerabilis, ſe jactabat, ut divitem, locupletem, nullius indigentem. Ecce cur eum reprehenſurus, dicitur Amen, hoc eſt veritas, fidelis, & verus, ut fieret evidens, quod qui alios reprehenſurus eſt, omnino immunis ſit ab eo, de quo increpat, ſi de mendacio arguit, ita ſit verax, ut ſi fieri poſſit ipſamet veritas dicatur, & ita ſit alienus à mendacio, ut multis nominibus explicetur, ut dicatur veritas, fidelis, verus. Favet Albertus Magnus. *Multus erat reprehenſibilis hîc Epiſcopus, debebat reprehendi ab Angelo, qui gerebat perſonam Chriſti, qui eſt veritas, & ideò non arguit eum niſi de veris.* 46.

Apoc. 3.

Qui de mendacio arguit, valdè verus exiſtat.

Albertus.

Poſtquam Iacob fugit è domo Laban, ipſúmque comprehendit in monte Galaad, pro idolis ſuis quæ exiſtimabat Laban furatam fuiſſe à Iacob, inveſtigavit Laban omnem illius domum. Tunc Iacob iraſcens ait: *Scrutatus es omnem ſupellectilem meam, quid inveniſti de cuncta ſubſtantia domus tuæ; pone hîc coram fratribus meis, & fratribus tuis, & judicent inter me, & te.* Gen. 31. n. 37. Hoc eſt ut communiter interpretantur expoſitores, profer in medium, ſi aliquid contra me habes, ut cognati utriuſque innocentiæ meæ teſtes ſint, ſe tanquam reos condemnent, me ut innocentem declarent: quomodo ergo Iacob, cùm ſit ætate minor, ſocerũ tuum audes ut injuſtũ dicere, ac acclamare? Verba 47.

Geneſ. 31. *Qui irreprehenſibilis eſt, alios arguere valet.*

enim tua nil aliud ſonant; unde ergo tam audax? quia ſine crimine ſe agnoſcebat, & qui irreprehenſibilis eſt, alios cum reos agnoſcit, valdè animosè arguit, & increpat. Huc advoco D. Ambroſ. lib. 2. de Pœnitent. cap. 8. dum docet, quod ille, qui nullius criminis conſcius eſt, alios increpare audeat. *Incuſamus*, ait, *alicujus avaritiam, recordemur, ſi nihil ipſi avarè fecimus, ne dicat nobis Dominus IESVS, aut aliquis ex diſcipulis ejus, feſtucam in oculo fratris tui vides, trabem autem, quæ eſt in oculo tuo non vides: hypocrita ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis ejicere feſtucam de oculo fratris tui.*

D. Ambr.

48 Quo ſitu, ac habitu Iſraëlitæ eſſent agnum manducaturi, exprimit Dominus Exod. 12. n. 11. *Sic autem comedetis illum, renes veſtros accingetis, & calceamenta habebitis pedibus, baculos in manibus tenentes.* Maximè ponderandum, quod prius jubentur, *Renes veſtros accingetis*: deinde, ac ſecundo loco *baculos in manibus tenentes*, Per renes accinctos virtutes denotantur. *Sint lumbi veſtri præcincti.* Per baculos in manibus poteſtas ad imperandum innuitur; quo ſignificatur, quod illi, qui poteſtate debent in alios eminere, eóſque fuſte percutere, non ſint moribus diſſoluti, ſed virtutibus præcincti. Rupert. lib. 2. in Exod. c. 13. *Prius præcipimur renes accingere, poſtmodum baculos tenere, quia illi debent curam paſtoralem ſuſcipere, qui jam ſuo corpore ſciunt fluxa luxuriæ domare, ut cum aliis fortia prædicant, ipſi deſideriis mollibus eneviter non ſuccumbant.* Vide tom. 1. lib. 1. cap. 4. q. 5. n. 8. & tom. 4. cap. 15. n. 58. 59. & 60.

Exod. 12.

Careat culpa, qui alios arguere vult.

Rupert.

Ioan. 19. *n.* 9. De peccato quidem: quia non crediderunt in me.

Num. 10. De juſtitia verò: qui ad Patrem vado: & jam non videbitis me.

Num. 11. De judicio autem: quia Princeps hujus mundi jam judicatus eſt.

VERSIONES.

Arab. n. 9. De peccato autem.
Theophylact. Quia non credunt in me.
Pagnin. n. 10. Quia abeo ad Patrem meum.
Arabicus. Quia ad Patrem pergens ſum, jam non videbitis.
Syriacus. Nec amplius videbitis me.
Theophylact. Poſt hac non me videbitis.
Euthym. n. 11. De judicio verò.

EXPOSITIO III.

49 DE *peccato quidem.* Explicat Chriſtus Dominus primam redargutionem cur nempè mundus ſit arguendus, ac convincendus de peccato. Arguet nempe mundum de peccato, ſe ab omni delicto, ac crimine immunem præſumentem. *Quia non crediderunt in me.* Græcus, Arabicus, Syrus legunt in præſenti. *Quia non credunt in me.* Tamen noſtra vulgata habet in præterito, *non crediderunt.* Fortè, quia Dominus omnia noſtra peccata habet in præterito, ut de illis obliviſcatur, ut promptius miſereatur. *Arguet*, ac convincet, tam Iudæos, quam gentes, tum de peccato infidelitatis, ut docent D. Chryſoſt homil. 77. D. Aug. tract. 95. in Ioan. Beda. Theophyl. Euthym. tum etiam de quovis alio peccato, ut intelligit N. D. Cyrill. lib. 10. c. 40. Sequuntur Toletus, & alij, radix omnium peccatorum eſt infidelitas. Spiritus ſanctus adveniens arguet, & convincet, quia auditis tot Scripturarum teſtimoniis, ac tam efficacibus rationibus, tantiſque miraculis viſis in Chriſto noluerunt credere, à ſuíſque peccatis ſe emendare; Ipſéque ſpiritus demonſtrabit non eſſe alium Salvatorem, qui poſſit nos à peccatis expiare, nóſque à peccatis liberare, niſi Chriſtum IESUM. *Nec enim eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri.* Actor. 4. n. 11. Similiter Rom. 3. n. 9. 23 24.

Græcus, Arabic, Syrus.

D. Chryſ. D. Aug. Beda. Theoph. Euthym. D. Cyril. Toler.

Act. 4. Rom. 3.

50 *De juſtitia.* Explicat Chriſtus Dominus ſecundam redargutionem, convincet Spiritus ſanctus mundum de juſtitia, mundum nempe exiſtimantem ſe juſtum, Iudæos quidem ex operibus, ac cæremoniis legis, Gentiles verò ex operibus naturaliter, ac moraliter honeſtis, Chriſtum verò hac de cauſa ab utriſque contemptum, & injuſtum reputatum, intérque latrones cruxifixum oſtendet juſtum, ac ſanctiſſimum. Sic interpretantur D. Chryſoſtom. Euthym. Theophyl. In hacque etiam ſententia eſt D. Cyrill. Si recte expendatur. *Quia ego ad Patrem*, ut habent Græcus, & Pagnin. *meum*, totius juſtitiæ, ac ſanctitatis, fontem. *Quia ego irreprehenſibiliter vixi, cujus ſignum eſt, quod vado ad Patrem.* Ut in perſona Chriſti, ait D. Chryſoſt. *Et jam*, id eſt poſthac, ſeu amplius, ut legit Syriacus: *Non videbitis me.* In hac infirmitate carnis. Euthym. *Non videbitis me cum hac ignominia, & abjectione: Siquidem viſuri eum erant, ſed non ut prius.* Sed cum multa gloria, ac majeſtate. Theophylactus. *Quod dicit poſthac non videtis me, æternam ejus apud Patrem converſationem manifeſtas.*

D. Chriſ. Euthym. Theoph. D. Cyril. Græcus. Pagnin. D. Chryſ.

Euthym.

Theoph.

51 *De judicio autem.* Ponitur tertia redargutio. Primò convincitur mundus de peccato, à quo ſe putabat immunem, & liberum. Secundò convincitur de juſtitia, qua ſe reputabat juſtum cùm ſit valdè iniquus. Tertiò ergo ſequitur, ut convincatur de judicio, ipſum nempè mundum eſſe judicio obnoxium, æternámque damnationem, ac condemnationem mereri, quo oſtenditur Chriſtum Dominum judicaturum eſſe impios homines, qui Diaboli ſeductionibus obtemperant, *quia princeps hujus mundi jam judicatus eſt.* Damnatus eſt nempè, ac æterno igni deſtinatus; nam ſi princeps, & caput impiorum damnatus eſt, conſequens eſt, ut illi obtemperantes ſuum principem ſequantur, ſiniléque judicium ſubeant æternis flammis addicti. D. Auguſt. tract. 95. in Ioan. *Princeps*, ait, *mundi hujus, judicatus eſt, quoniam judicio ignis æterni irrevocabiliter deſtinatus eſt: & de hoc judicio, quo princeps hujus mundi judicatus eſt, arguitur à Spiritu ſancto mundus, quoniam cum ſuo Principe judicatur, quem imitatur.*

D. Aug.

QUÆSTIO IX.

Quare de peccato mundus erat arguendus à Spiritu ſancto?

52 DE tribus dicitur arguendus mundus à divino Spiritu de peccato, juſtitia, ac judicio. De quo eleganter D. Bernard. in parvis ſermoni-

bus

bus 21. *Spiritus ſanctus,* ait,*arguit mundum de peccato quod diſſimulat : de juſtitia , quam non ordinat , dum ſibi, non Deo eam dat: de judicio , quod vſurpat, dum tam de ſe , quam de alijs temerè judicat.* Maximè redarguendus erat mundus de peccato , quod diſſimulat , valdè execrabile eſt , quod ille , qui tenetur delicta punire , ipſa diſſimulet. De juſtitia , quia non Deo , ſed ſibi ordinat , cum omnia Deo referenda ſint. Vide tom. 4. cap. 16. num. 84. 85. & cap.34.num.22.& alijs locis ibi citatis. De judicio verò , quia temerè de proximo judicas,dum quodlibet illius opus temerè , & ſine ulla ratione damnat , & condemnat. Vide tom.2. cap. 18. q. 4. n. 17. 18. 19.

53. Ad quæſtionem, Spiritus ſanctus adveniens tam per internam inſpirationem , quam per externam Apoſtolorum ardentem prædicationem convincet mundum ſe immunem ab omni peccato opinantem , ſervum eſſe peccati , ac omni peccato obnoxium,ac fœdatum, ut latius ex ſanctis Patribus dixi in expoſitione. Ioſeph. *Accuſavit fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo.* Geneſ. 37.num.3. Multiplex eſt Patrum ſententia , quodnam hoc crimen peſſimum fuerit. Richardus de ſancto Victore citatus apud Tilm. exiſtimat fuiſſe hypocriſim , quia cum ipſi peſſimi eſſent , valdè probos , & juſtos ſe apud Patrem oſtendebant , eorum ergo malitiam , ac nequitiam Ioſeph convincit , & demonſtrat. Sic ait citatus Richardus. *Vitium , quod Deus ſingulariter deteſtatur nullum aliud , quam hypocriſis rectius intelligitur , ſimulata enim æquitas non eſt æquitas, ſed duplex iniquitas, hoc vitium per Ioſeph detegitur , quando inſidians malum per deſectionem deprehenditur & arguitur.* Cùm in filijs Iacob eſſet ſimulata , ac exiſtimata probitas, in eis erat crimen peſſimum ; de quo cum arguerentur à Ioſeph , de eóque convincerentur ab eo, vehementi dolore vulnerati ſunt , ſicque in Ioſeph ira , ac furore citati ſunt , ut eum cogitarent interficere, ipsúmque Iſmaëlitis in Ægyptum venderint.

Geneſ. 37. Richard. Richard.

Iniquus, qui ſe volebat juſtum reputari dolet; ſi de ſua malitia convincitur.

54. Monet Eccleſiaſticus cap. 1. num. 37. *Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum , & non ſcandalizeris in labijs tuis. Attende in illis ne fortè cadas , & adducas animæ tuæ inhonorationem. Et revelet Deus abſcondita tua, & in medio Synagogæ elidat te.* Verbum illud : *Ne fueris hypocrita* , legit Vatablus : *Ne te conformes ad ſermones hominum.* Cornelius ex Græco : *Ne ſis actor tragœdiæ , ſeu comœdiæ.* Qui enim unum exhibet in opere , & aliud in facie oſtendit , diverſam perſonam gerit , ſe accommodans hominum ſermonibus , minatur illi. *Revelet Deus abſcondita tua , & in medio Synagogæ elidat te.* Hoc eſt te dejiciat , & proſternat. Maximè expendendum , quod hujuſmodi ſimulator , ac impoſitor projiciendus , ac elidendus ſit in medio Synagogæ , in cœtu hominum. Cur non magis in ſolitario loco , ac ſecreto, ubi nullus appareat , qui poſſit illi auxiliari. Sic David ut graviſſimum malum expavet , quod ſolitariè invaditur. Ait enim : *Ne quando rapiat ut leo animam meam , dum non eſt , qui redimat , neque qui ſalvum faciat.* Pſalm. 7. num. 3. In medio Synagogæ , in cœtu populorum , multi ſunt , qui redimant , & qui auxilientur , ut ſalvum faciant. Cur ergo hic impoſitor non rapitur ad ſupplicium ſolitariè , dum non eſt qui redimat ? Pro ingenti pœna ad medium populorum adducitur , ut ibi convincatur de ſua malitia , de ſuáque nequitia projiciatur cum dedecore , ac infamia in majorem confuſionem, ac ignominiam , cùm coram toto orbe dejectus remaneat , & *adducas in animam tuam inhonorationem* , ut interpretatur Palatius , Ianſenius , & alij.

Eccleſ. 1. Vatabl. Græcus. Pſalm. 7.

Pro dedecore convincitur ſimulator in cœtu populorum.

Palatius. Janſenius.

Quæstio X.

Quare mundus arguendus dicitur de juſtitia ?

55. Genuinus ſenſus litteralis , ut dixi in expoſitione , eſt quod veniens Spiritus ſanctus arguet,ac convincet mundum ſe opinantem juſtum , ac Deo gratum, è contra verò me,ait Chriſtus Dominus , ut injuſtum, ac populi ſeductorem condemnantem , cùm verus Dei filius ſolus ſit verus juſtus, ac juſtitiæ auctor; ipſi autem homines iniqui , & injuſti , ac perverſi; & ſic frequenter contingit, quod malignus , ac depravatus ſe erigat ; & opponat contra juſtum , adversúſque eum multa loquatur , & dicat ; ut factum eſt à falſis Prophetis cum Michæa vero Dei Propheta 3. Reg. 22. n. 24.

Iniquus loquitur , ac ſe erigit contra juſtum.

56. Aliter exponit D. Auguſt. tract. 95. *Arguitur* , ait , *mundus de peccato ſcilicet , qui in Chriſtum non credit , & arguitur de juſtitia eorum , qui credunt. Ipſa quippe fidelium comparatio infidelium eſt vituperatio.* Deinde ſubdit : *Quantum malum ſit eorum, qui non credunt , ex bono poteſt eorum apparere, qui credunt.* Arguet mundum Spiritus ſanctus de juſtitia Apoſtolorum , atque credentium; & quod mundus eorum juſtitiam, virtutes,ac opera imitari nolit,viſóque tanto eorum exemplo virtutum,illud ſequi contempſit , inde maximè damnandus eſt mundus.

3.Reg.22. D. Aug.

Magna miſeria viſo exemplo illud non imitari.

57. Dignè , ac juſtè mundus fuit arguendus , infideléſque damnandi, quod cum ante oculos haberent , ac inſpicerent juſtitiam , virtutes nempè , opera , miracula , ac prædicationes Apoſtolorum ad illa non aperuerint cor ſuum,ac mentem ſuam, ut in Chriſtum crederent , ipsúmque ut verum Deum adorarent , ac recognoſcerent , multa ſanè æquitate , ac juſtitia mundus cum ſuis amatoribus mortis ſupplicio puniendus erat , cùm naufragaret inter Apoſtolorum virtutes , ac prædicationes , & in quibus alijs parabatur ſalutis remedium , ipſe ſibi ruinam , ac præcipitium compararet. Deplorato , ac perfido homini imprecatur illud David Pſalm. 108. num. 7. *Oratio ejus fiat in peccatum.* Oratio , quæ eſt fidelium remedium , erit illi in caſum,& ruinam , ô magnæ, & inſuetæ miſeriæ argumentum ? ut inde pullulent peccata , unde auxilij remedium ſperatur. Divus Ambroſ. lib.1.de Abel,cap.9. *An neſcis* , ait , *quam grave ſit in oratione contrahere peccatum , ubi ſperatur remedium ? Certè Dominus per Prophetam docuit hoc grave eſſe maledictum , dicens : & oratio ejus fiat in peccatum.*

Magna miſeria ibi perire, ubi remedium parabatur.

Pſal. 108. D. Ambr.

58. Ob pretium agri defraudatum arguitur Ananias ab Apoſtolo Petro, qui ſtatim cecidit, & expiravit , poſt ſpatium trium horarum ad Apoſtolum ingreditur uxor ejus Saphira , quæ interrogata à Petro de agri pretio , in occultanda, ac abneganda veritate perſiſtit , ab Eccleſiaſtico Principe redarguitur , quibus auditis. *Confeſtim cecidit ante pedes ejus, & expiravit.* Actor. 5. num. 10. Maximè notandum , quod mulier peccatrix , & mortis ſententia percutienda permittatur à Pe-

Actor. 5.

Moritur Saphira ubi erat mortis antidotum.

tro ante pedes ſuos cadere? Cur non magis Petre illam à te removes? Cur tantum te exhibes illi proximum, ut poſſit cadere juxta pedes tuos? Erat ad pedes Petri remedium peccatoris, ſi velit ſua peccata confiteri: pro criminis gravitate, ibi Apoſtolus intulit mortis ſententiam, ubi præparatum erat remedium, ſi vellet; & quæ magis deplorata miſeria, quam ibi damnabiliter perire, ubi erat confeſſionis locus, vitæ remedium, ac

OEcumen. mortis antidotum. Eleganter OEcumenius. *Quomodo ad pedes ejus?* ait, *quia juxta eum ſtabat: Petrus verò ſtetit juxta eam, ut ſi reſipiſcere vellet, ac confiteri, non vereretur alios, qui audirent.*

59. Dominicam reſurrectionem ſcribens Divus

Matth. 28. Matth. 28. num. 4. ait: *Et ecce terræ motus factus eſt magnus, Angelus enim* Domini *deſcendit de cœlo: & accedens revolvit lapidem, & ſedebat ſuper eum. Præ timore autem ejus exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui.* Hæc ſanè eſt ultima, & ſuprema omnium miſeria, quod à fulgore Dominicæ Reſurrectionis, cuſtodes reddantur tanquam mortui, à Chriſti reſurrectione omnium vita emanavit. Ut teſtatur Apoſtolus 2. Cor. 15.

2. Cor. 15. num. 22. *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vivificabuntur. Vnuſquiſque autem in ſuo ordine primitiæ, Chriſtus.* Si ergo à Chriſti reſurrectione omnium reſurrectio, ac vitæ ſecuritas effulget, quomodo illa apparente cuſtodes ſepulchri fiunt tanquam mortui? Sine dubio, ut eorum deplorata miſeria maximè cunctis appareat, & declaretur cum radiante vitæ fulgore in mortis tenebras cadant; & ubi erat vitæ lux ab horribili mortis caligine deprehendantur.

Extrema miſeria fulgente luce tenebris mortis involvi.

D. Paſchaſ. Divus Paſchaſius lib. 12. ad hunc locum, de his cuſtodibus, ait: *O quam miſeri ſunt, quos tunc perculit timor mortis, quando ſecuritas credentibus reddita eſt vita.* Et poſtea ſubdit. *Facti ſunt velut mortui, quia niſi eſſent pluſquam mortui, debuiſſent ſuſcitari ad vitam, reſurrectio Chriſti, & viſio Angelica oculos eorum illuminaret, ut crederent reſurgentem.*

QUÆSTIO XI.

Quare mundus arguendus dicitur de judicio?

60. ADVENIENS Spiritus ſanctus arguet mundum de judicio extremæ condemnationis, & hoc valdè mirum, ut ipſe divinus Spiritus, qui eximij amoris, ac pietatis eſt fons, adveniat ut arguat de judicio extremæ damnationis, ſic in eo ineſt amor, ut etiam in eo adſit rigor juſtitiæ. Dormienti Iacob apparet Deus in ſummitate ſcalæ, & ait ei. *Ego ſum Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac.* Geneſ. 28. n. 13. In Hebræo eſt. *Iehova, Elohim.* Inter utrumque magna eſt differentia, *Iehova* eſt nomen denotans beneficentiam. *Elohim*, juſtitiam, & ſeveritatem judicis. Cur hic dicitur *Elohim*, Deus Iudex. Quod dicatur *Iehova*, Deus beneficus, benè intelligitur, quia multam beneficentiam exhibebat erga Iacob, multa & magna dona ei promittens, *dilatabitur ſemen tuum ad orientem, & occidentem, & benedicentur in te, & in ſemine tuo cunctæ tribus terræ*, Ad quid inter tot beneficia, dicitur *Elohim*, hoc eſt Deus judex, utrumque tamen conjungitur, ut ſciret Iacob, quod quem benefactorem revereri tenebatur, judicem etiam timere debebat.

Geneſ. 28.
Hebræus.

Deus ut benefactor. venerandus, & ut judex timendus.

Favet Cajetan. *Manifeſtat*, ait, Deus *ſtans ſupra ſcalam in cœlis ſeipſum eſſe* Deum, *qui dat eſſe omnibus, & cui ſpecialiter cultus adoratúſque ſummus judex, tum ab Iſaac, tum Abraham.* Cajet.

Ad quæſtionem. Et primò De Chryſ. hom. 77. 61.
Euthym. Theophylact. adveniens Spiritus ſanctus arguet, & convincet falſum fuiſſe mundi judicium, quo judicabat magna Chriſti miracula fieri virtute Dæmonis, hoc falſum eſſe apparebit, cum Diabolus oſtenderetur victus, ac ejectus à ſuo principatu à Chriſto. Secundò, Noſter D. Cyrill. lib. 10. cap. 40. Spiritus ſanctus redarguet mundum tanquam ſeductum, eo quod in Dæmone à me damnato ſpem ſuam, tanquam in Deo collocaverit. Tertiò, Toletus. Spiritus ſanctus veniens arguet, hoc eſt convincet mundum, ut Chriſtum agnoſcat verum eſſe judicem vivorum, ac mortuorum, cum videat principem ipſius mundi, Diabolum nempè à Chriſto judicari, damnari, ac expelli foras.

D. Chryſ.
Eeuthym.
Theoph.
D. Cyrill.
Tolet.

Quartò, & propriiſſimè ad litteram, ut dixi in 62.
expoſitione, arguet de judicio, faciet nempè ut mundus videat ſuum judicium, ac extremam damnationem, cum ſe videat jam cum ſuo principe, quem colebat judicatum, & condemnatum; efficiet Spiritus ſanctus, ut Apoſtoli invocato IESUS nomine, Diabolum, qui in orbe propinabatur, ejiciatur ex templis, mentibus, ac corporibus hominum, quæ ab eo poſſeſſa erant, ejúſque totum regnum deſtruatur, ac evertatur. Et ſi Deus non pepercit capiti, ac principi, Diabolo ſcilicet, etiam non parcet membris, ac ſubditis ejus. Ita D. Auguſt. Beda, Rupertus, Maldonatus, Barradas, Ribeira, & alij.

D. Auguſt.
Beda
Rupert.
Maldonat.
Barrad.
Ribeira.

Ex quo eleganter ait Rupertus l. 1. in Nahum. 63.
Quomodo ergo, ait, *de judicio mundum arguebat, niſi quia mundo vidente, & admirante ſingula Draconis capita, ita condemnabat, ut in quandam ſimilitudinem judicandi principis mundi Pharaonem obrueret mare, canes comederent Iezabel: Nabuchodonoſor quaſi bos fieret, Aman in patibulo, quod alteri paraverat, ipſe penderet, Antiochus Epiphanes ſine manu interitus periret? Ita nimirum de judicio mundus jam tunc arguebatur, quin videns prodigioſas vindictas impiorum ab impietate non recedebat, ſecundum exemplum eorum, locum & gentem infeſtare non deſinebat.* Vbi Deus principem mundi, ubi Pharaonem, Iezabel, Nabuchodonoſorem, Amanum, Antiochum ſpectante mundo puniebat; jam etiam omnem mundum in impietate remanentem condemnabat, qui ſub illorum judicio, ac ſententia comprehendebantur; quælibet enim ſententia adverſus unum peccatorem prolata, non ſolum illum, ſed univerſos illi ſimiles percutit, in qua omnium aliorum delinquentium apparens judicatæ, & damnatæ, ac proinde in damnatione unius quilibet, qui ejuſdem criminis particeps eſt, timeat ſui ruinam, & calamitatem.

In aliorum ſupplicie timeat homo ſua peccata, ut in re judicata.

Poſtquam Iſraëlitæ inceſſerunt per mare Rubrum, etiam Ægyptij per medium maris ingreſſi ſunt, quod regrediens ad ſuum locum eos operuit, & ibi omnes perierunt. Iſraëlitæ *viderunt Ægyptios mortuos ſuper littus maris, & manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos, timuitque populus* Dominum. Exod. 14. n. 31. Vides Iſraël Deum eſſe tui protectorem, ab ipſóque tuum adverſarium eſſe deſtructum, ac interfectum, cur times? Hoc tibi magna erat ratio gaudendi, 64.

Exod. 14.

in aliorum ſupplicio timendum.

dendi, ac exultandi, nullus eſt, qui devaſtato inimico, ac ablata timoris cauſa, timeat, ſed maximè lætetur, ac jucundetur, ſi Ægyptios, qui vivi tam crudeliter te perſequebantur, interfectos, ac maris fluctibus ſuffocatos vides, unde tibi tantus timor? In ſupplicio Ægyptiorum ſua cauſa judicata apparebat Iſraëlitis; Nam Ægyptij fuerunt maris fluctibus obruti ob ſuam rebellionem adverſus Deum, & cum Iſraëlitæ multoties Deo rebelles extitiſſent, inde ex paritate delicti parem pœnam ſibi timebant; tanquam ſi dicerent, ait Oleaſt. *Qui propter nos deſtruit inimicos, nos etiam ſuffocabit, ſi ex amicis inimici fiamus.* Oleaſter.

65. Mortuo, Anania, ac Saphira uxore ejus; ob defraudatum pretium agri. *Ingreſſi juvenes invenerunt illam mortuam, & extulerunt, & ſepelierunt ad virum ſuum. Et factus eſt timor magnus in univerſa Eccleſia, & in omnes qui audierunt hæc.* Actor. 5. n. 10. Cur in univerſa Eccleſia factus eſt timor magnus, nullus erat in tota congregatione reus culpæ alicujus, nullus qui fuiſſet Deo mentitus, nullus dignus increpatione Apoſtolica, nullus, qui aliquod crimen in ſe cognoſceret, & tamen ſuper omnes factus eſt timor maximus; Quia ruina unius, cunctis illam videntibus timor eſt, & in ſententia alterius prolata, alij prudenter rem ſuam judicatam verentur. OEcumenius ibi. *Ex facto*, ait, *quod circa Saphiram accidit, oritur in alijs ſalutaris timor, quemadmodum, & in ultione Ozæ, hujus namque ſupplicium multis timori fuit.* Vulgaris eſt hiſtoria, quod cum boves aſportaſſent arcam Domini, ac calcitrarent, extendit Oza manum ad arcam, & tenuit eam. *Iratúſque eſt indignatione Dominus contra Ozam, qui & mortuus eſt ibi juxta arcam Dei.* Et ſtatim ſubditur. *Extimuit David Dominum in die illa* 2. Reg. 6. n. 9. Alienus erat David à tali crimine, & tamen viſa illa pœna timet, quia vix datur alicujus ruina, ex qua in viro juſto, ac prudenti non oriatur timor, ne & ipſe ex aliqua ſua, ſimili ſententia judicetur. Vide tom. 4. c. 3. num. 17. 18. 19. &c. 150. n. 32. 33. 34.

Actor. 5. *In ruina alterius quælibet creatura paveat.* OEcumen. 2. Reg. 6.

cumento tanquam in re propria, veluti ipſe abſtinet, & illam in Spiritum ſanctum rejicit. Sic cum ipſe à Iudæis eſſet appellatus Samaritanus, ac dæmoniacus, ait eis: *Ego non quæro gloriam meam, eſt qui quærat, & judicet.* Ioan. 8. n. 50. Eſt qui quærat nempè Pater meus, ut eſt communis interpretum vox, ad obturanda iniquorum ora injuriam illam ad tribunal Patris remittit. Joan. 8.

Secundò. Arguere hoc loco idem eſt, ac redarguere, increpare, objurgare. Spiritus ſanctus ex proprio charactere amor eſt, amantéſque animos occupat, ut ergo reprehenſio fructu viduata non ſit, in ſpiritu amoris, ac lenitatis fiat, ne acerbitatis rigore emendandum ad obſtinationem exaſperet, ac pro correctione pertinaciam negotietur. *Reprehenſio fiat cum lenitate, ac amore.*

Scribens Paulus ad Galatas 6. n. 1. ait. *Fratres, etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, hujuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis.* Maximè ponderandum eſt quod non ait Apoſtolus inſtruite eum in lenitate, ſed in ſpiritu lenitatis, nam redargutio in lenitate, ac manſuetudine maximè congrua eſt ſpiritui, maximéque ei placet, ab eóque provenit, unde cum lenitas fuit commendanda, de ſpiritu facienda fuit mentio, D. Chryſoſtom. ibi. *Non dixit manſuetudine, ſed in ſpiritu manſuetudinis, declarans hæc etiam ſpiritui placere, quippè cum hoc ipſum poſſe cum humanitate peccantes inſtruere doni ſit ſpiritualis* Deinde pondera, quod ait Apoſtolus: *Vos qui ſpirituales eſtis*; hoc eſt divino ſpiritu ſuperfuſi hanc redargutionem non quibuſcumque, ſed his tantum, qui ſunt divino ſpiritu profuſi, committit, in quibus divinus Spiritus habitat, non poteſt eſſe aliquid acerbum, ac durum in reprehenſione, ſed omnia cum ſuavitate, ac benignitate amoris. Idem Chryſoſtomus apud Iuſtinian. *Nam, ait, qui divino ſpiritu perfunduntur, acerbos, ac rigidos eſſe nequaquam decet: Ipſe namque ſpiritus amor eſt, & amantes animos occupat: quis igitur acerbitati in eo poteſt eſſe locus, quem tanta vis amoris obſidet.* Vide tom. 1. lib. 3. cap. 1. q. 28. num. 58. 68.

Galat. 6. D. Chryſ. *Argue in amore, & lenitate.* D. Chryſ.

Quæstio XII.

Quare Chriſtus Dominus qui eſt ſapientia Patris, arguendi munus per ſe non obiit, ſed illud remittit Spiritui ſancto?

66. *Dificultas quæſtionis.* Ait Chriſtus Dominus, *cum venerit*, ſcilicet *ille Spiritus Paracletus, arguet mundum de peccato, juſtitia, & judicio.* Quæſtio præſens inquirit, cur Chriſtus Dominus, qui eſt Patris ſapientia, ipſum mundum non arguit, ſeu increpat, ſeu objurgat, ſed tantum hoc Spiritui ſancto adſcribit; proprium enim ſapientiæ munus eſt arguere, ſeu increpare, ac objurgare, potius hoc videtur ad illam ſpectare, quam ad amorem?

67. *Offenſus alteri ſuas injurias judicandas remittat.* Reſpondeo primò. Quod Chriſtus dixerat, *arguet mundum de peccato, quia non crediderunt in me*: tanquam verum filium Dei, ac Meſſiam in lege promiſſum; *arguet de juſtitia*, quia mundus ſe putabat juſtum, Chriſtum verò ut injuſtum, ac ſeductorem damnavit; *arguet de judicio*: quo judicabat Diabolum mundi principem; qui ſimul cum ipſo mundo damnatus eſt, cum ergo mundus eſſet arguendus ob crimina, ac delicta in Chriſtum commiſſa, inde à tali redargutione pro noſtro do-

Ioan. 16. *n.* 12. Adhuc multa habeo vobis dicere; ſed non poteſtis portare modò.

Num. 13. Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audiet, loquetur, & quæ ventura ſunt annunciabit vobis.

VERSIONES.

Arabic. n. 12. Multa verba ſunt mihi, quæ volo dicere vobis, ſed portare ea modò non poteſtis.

Syriacus. Adhuc multa ſunt mihi vobis dicenda, ſed non poteſtis capere nunc.

Vatablus. Ad hæc multa habeo, quæ vobis dicam, ſed non poteſtis ferre nunc.

Tertullian. lib. advers. Hæretic. cap. 22. Multa habeo adhuc vobis loqui, ſed non

non poteſtis modò ea ſuſtinere, ſeu bajulare.

Syriac. n. 13. Cùm autem venerit ſpiritus ille veritatis deducet vos in omnem veritatem; non enim loquetur ex mente ſui ipſius, ſed quicquid audierit ipſe loquetur, & quæ futura ſunt nota faciet vobis.

Euthym. Cùm autem venerit ille Paracletus, qui eſt ſpiritus veritatis, ducet vos in omnem veritatem.

S. Leo. Diriget vos in omnem veritatem.

Marius Victor. Præibit vobis in veritate omni.

Arabic. Quæ venient, nunciabit vobis.

Vatabl. Pagn. Quæ futura ſunt, nunciabit vobis.

EXPOSITIO IV.

69. ADHUC *multa.* Hactenus multa & alta myſteria vobis dixi, & aperui, *habeo vobis dicere.* Multa tamen alia ſacramenta reſtant dicenda; quæ ſunt credenda, obſervanda, ac retinenda in Eccleſia, quæ vobis totius meæ Eccleſiæ magiſtris dicenda ſunt, ut poſſitis alios informare. *Sed non poteſtis portare modo.* Sed omnia illa non poteſtis corde, & animo capere, intelligere, ac retinere; tum quia adhuc imperfecti erant, & imbecilles rudibus ac carnalibus Judæorum ritibus aſſueti ſublimia, & alta capere non valebant; tum quia eorum mens, triſtitia, ac mœſtitia occupata erat, & ad tam grandia non ſinebat ſurgere, & attendere. Quæritur an JESUS aliquando hæc aperuerit ſuis Apoſtolis, quæ reſtabant dicenda? Reſpondeo affirmativè, per Spiritum ſanctum nempè, loquentem ea, quæ à JESU audierat, & acceperat.

70 *Cum autem venerit.* In die Pentecoſtes illapſus in corda veſtra: *Ille ſpiritus veritatis*, qui eſt auctor, & doctor veritatis, *docebit vos omnem veritatem.* Non ſimpliciter omnem, ſed omnem, de qua nunc loquor, & omnia etiam, quæ vobis habeo dicere ad veſtram ſalutem, ad Eccleſiæ meæ inſtructionem, & utilitatem. Nam in cœlo multa alia eis dicturus, ac manifeſtaturus eſt. Ita N. D. Cyrill. D. Aug. Theophylact. Euthym. Beda, & alij. Syrus habet: *deducet vos in omnem veritatem*, hoc eſt in cognitionen, ac intelligentiam ſcripturarum. Ac proinde expectandus erat quinquageſimus dies à reſurrectione, ut Apoſtoli illo divino Magiſtro in omni veritate docerentur, & tamen Chriſtus D. in prima reſurrectionis die apparens diſcipulis euntibus in Emmaus, *interpretabatur illis in omnibus ſcripturis.* Luc. 24. n. 27. hoc eſt omnem veritatem in ſacris litteris incluſam, & poſtea à Spiritu ſancto referandam, moræ quodammodo impatiens, illis manifeſtatur, ut citius quam promiſerat, ſuam promiſſionem adimpleret.

D. Cyril. D. Auguſt. Theoph. Euthym. Beda. Syrus.

Luc. 24. *Deus valdè velox in ſuis promiſſis.*

71. *Non enim loquetur à ſemetipſo.* Primò exponunt Chryſoſt. D. Cyrill. Theophylact. Rupert. Maldonat. Non loquetur contraria iis, quæ ego locutus ſum, ac vos docui, ſed omnia cohærentia, ac conformia. Didymus, *Non loquetur à ſemetipſo ſolo, ſine me.* Aptiſſimè D. Ambroſ. lib. 2. de Spiritu ſancto, c. 12. D. Auguſt. tract. 94. D. Thom. D. Bonavent. Non loquetur ſine Patris, ac mea communicatione. Nam Spiritus ſanctus à Patre, & Filio procedit, & per proceſſionem infinitam, eſſentiam, & ſapientiam accipit, qui omnem continet veritatem. Cum ergo loquitur, à ſemetipſo, non loquitur, ſed quæ à Patre, & Filio accipit, ſimul cum Patre, & Filio docet. *Sed quæcunque audiet loquetur.* Hoc eſt, quæ ab æterno audivit, audit, & audiet ea, nempè quæ cum ipſa eſſentia divina haurit à Patre, & Filio. In hoc ſenſu D. Auguſt. tract. 99. exponit illud, quod Chriſtus dixit. *Non poſſum à me ipſo facere quidquam ſicut audio, judico.* Joan. 5. num. 3. Unde ait citatus Auguſt. *Audire illi ſcire eſt, ſcire vero eſſe. Ab illo, a quo procedit, illi eſt eſſentia, ſcientia, & audientia. Semper audit Spiritus ſanctus, quia ſemper ſcit.* Pergit S. Doctor explicans cur dicitur *audiet* in futuro. *Non moveat*, ait, *quod verbum futuri temporis poſitum eſt: illa quippè audientia ſempiterna eſt, quia ſempiterna ſcientia. In eo quod ſempiternum eſt, ſine initio, & ſine fine, cujuſlibet temporis verbum ponatur, ſive præteriti, ſive præſentis, ſive futuri, non mendaciter ponitur.* Et cum Spiritus ſanctus ſit amor, dicitur, quod non loquetur a ſemetipſo. Nam apud homines teſtimonium vehementer diligentis in negotio dilecti non multum ponderis eſt. Ergo ne aliquis depravatus aliquid mali ſuſpicaretur, dicitur, quod ſpiritus, qui eſt amor, non à ſemetipſo loquetur, ſed quæ audiet, loquetur.

71. Chryſoſt. D. Cyril. Theoph. Rupert. Maldonat.

Didymus. D. Ambr. D. Aug. D. Thom. D. Bonav.

D. Aug.

Ioan. 5. *Teſtimonium diligentis apud homines ſuſpectũ.*

Et quæ ventura ſunt, annuntiabit vobis. Ex utilitate proveniente maximè provocat ad deſiderandum Spiritus ſancti adventum; maximè enim excitatur appetitus ad ſciendum, ac cognoſcendum futura, & *Spiritus ſanctus docebit vos omnem veritatem*, quæ ad veſtrum officium pertinet, ſive præteritum, ſive præſentem, ſive futurum, non tantum vos conſtituet Apoſtolos, Evangeliſtas, Doctore, ſed etiam Prophetas. Et cum dicitur, *quæ ventura ſunt annuntiabit vobis*, Subdit Divus Chryſoſt. *Hic maximè dignitatem ſpiritus oſtendit, cum Deo maximè proprium ſit futura prædere.* 72.

Appetitus futura ſcire deſiderat.

D. Chriſ.

QUÆSTIO XIII.

Quare Chriſtus Dominus non explicat Apoſtolis multa myſteria, quæ eis dicenda erant?

AIT Chriſtus. *Multa habeo vobis dicere, quæ non poteſtis portare modò.* Ad quæ verba ait Didymus citandus. *Quæcumque ſufferre poterant, tradens eis in futurum temporis reliqua diſtulit.* Cujus rei rationem inquirit præſens quæſtio, & principalis inſinuatur in littera. *Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis docebit vos omnem veritatem.* Nam adventu Spiritus ſancti facti ſunt capaciores, & eruditiores, confortatis, & illuſtratis eorum cordibus per infuſa dona ſcientiæ, ſapientiæ, ad percipienda cœleſtia myſteria. N. D. Cyrillus libro 10. cap. 41. *Quando, ait, a ſpiritu meo reformati in alios viros evadetis, tunc myſterij de me vim omnem cognoſcetis.* D. Leo ſerm. 2. de Pentecoſt. *Oportebat enim capacitatem eorum, qui docebantur augeri,* 73.

Didymus.

Noſtra capacitas augeatur ad cœleſtia intelligenda.

D. Cyril.

D. Leo.

geri. Niſi capacitas noſtra augeatur non valet homo cœleſtia,ac divina capere.Similiter D.Auguſt. citand.

74. D.Chryſ. Secundò D.Chryſ.hom.77.ſic loquitur in perſona Chriſti: *Non eſt ignorantiæ meæ adſcribendum, quod non dicam, quæ dicere oportet, ſed auditorum imbecillitati.* Vnde laudatur *fidelis ſervus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam.* Matth. 24. *Vt det illis cibum in tempore*, Matt. 24. n. 45. Hoc eſt doctrinam in optima,ac proportionata occaſione, D. Thom. ſeu diſpoſitione.Ait ibi D. Thom. *Si enim vult dicere verba, quando non competit, perdit.*Neque ſolum in tempore doctrina præbenda eſt, ſed etiam ad menſuram, juxta alium Evangeliſtam: D. Luc. 12. *Vt det illis in tempore tritici menſuram.* Luc. 12. n. 42. Ut non ſolum commoditas temporis, ſed etiam capacitas auditoris attendatur: ne ſi prædicator plura ingerat; quàm auditor capiat, inutiliter refundantur.

75. Didymus. Tertiò Didymus lib. de Spiritu ſancto. *Hæc dicit, ait, quod auditores verborum ejus nondum fuerant omnia conſecuti, ſed aliqua tradens eis, ea,quæ majora erant, in poſterum diſtulit, quæ tunc non poterant, niſi primitus in capite noſtro magiſterium, & forma crucis præiret.* *Crux illuminat ad alta myſteria intelligenda.* Multa,& ſublimia myſteria Chriſtus in cœna ſuis manifeſtavit Apoſtolis, multo tamen majora reſervantur in poſterum cum crucis myſterium fulgeret, cujus radiis illuſtrandi, ac illuminandi erant,ut magna intelligerent, ac perciperent. Vide tom.4.cap.6.num.12.13.14.& cap.26. n.96.& cap.42.n.105.106.& cap.50.n.90.91 92. Deinde illud quod ait citatus Didymus: *In poſterum diſtulit, quæ tunc non poterant.* Non ſtatim eis omnia dixit, ſed paulatim eos diſponit, ut magna capiant, & intelligant. Pro quo multa vide in Ind. ſyllab. in hoc tom. & ſuperioribus. Verbum *Paulatim.*

76. Carthuſ. *Triſtitia intelligentiam impedit.* Job. 9. Quartò. Carthuſianus, Ait Chriſtus non poteſtis omnia illa in corde veſtro capere, & intelligere modò, quoniam triſtes, & pavidi eſtis. Paſſiones enim cum fuerint vehementes actum mentis multùm impediunt, unde anima quieſcendo fit prudens; ſic dicebat Iob. 9. num. 39. *Neque enim poſſum metuens reſpondere* ſenſu acerbiſſimo dolorum, & divinis terroribus, vix mei ſum & verborum compos,ut aliquid percipiam,& intelligam.

77. D. Leo. *Dimitte terrena,ut percipias cœleſtia.* Quintò D. Leo ſerm. 2. de Pentecoſt. *Vtique*, ait, *Apoſtoli poſteaquam Spiritus ſancti abundantia ſunt repleti, ardentius velle, & efficacius poſſe cœperunt proficientes à præceptorum ſcientia, ad tolerantiam paſſionum, ut ſub nulla jam tempeſtate trepidantes fluctus ſæculi, & elationes mundi fide ſupergredieute calcarent, & morte contempta omnibus gentibus Evangelium veritatis inferrent.* Apoſtoli quandiu cum Chriſto erant, non poterant portare omnes ſolidas veritates doctrinæ, ad has enim portandas requirebatur Spiritus ſancti adventus.Dum enim cum Chriſto verſabantur, nondum conſummati,ac perfecti erant, ut ait Euthym. Euthym. *Adhuc imperfecti eſtis.* Adhuc enim extabant mundialibus curis immerſi, à quibus igne Spiritus ſancti erant purificandi,ut aptiores invenirentur ad ſolidas veritates excipiendas.

78. Exod. 3. *Comburenda terrena, ut cœleſtia rapias.* *Moyſi apparuit Dominus in flamma ignis de medio rubi.* Exod. 3. num. 2.Cur in igne ſeſe.ei manifeſtat Dominus, & non potius in aliqua ſplendente nube, vel inter Cherubim, ſeu Seraphim, ſed in igne? Apparebat Deus,ut cum alta & ſublimia myſteria doceret, inde in igne ſe exhibet, ut illis conſumptis, quæ in eo terrena erant, ad cœleſtium cognitionem deveniret, ut ea agnoſceret, & intelligeret D. Ambroſ. lib.1.de Spiritu ſancto D. Ambr. c. 15.*Vox ergo*,ait,*de flamma,& in rubo flamma, & flamma non noxia, urebatur enim rubus, & non exurebatur eo quod illo myſterio Dominus figuraret, quia illuminaturus ſpinas noſtri corporis adveniet.* Vide tom.2.cap.6.q.15.n.108.109.110.tom.3.cap. 26. q. 14. n. 86,87.88.89.tom.4.c. 6. n. 34.

Ioan. 16. *n.* 14. Ille me clarificabit, qui de meo accipiet, & annuntiabit vobis.

Num. 15. Omnia quæcumque habet Pater,mea ſunt;propterea dixi: quia de meo accipiet,& annuntiabit vobis.

VERSIONES.

Arabic. n. 14. Ipſe me glorificabit, quia de eo quod eſt mihi,accipiet, & nunciabit vobis ea,quæ venient.

D. Hilarius. Ille me honorificabit,quia de meo ſumet.

Syriacus. Quippe, qui de meo accipiet.

*Franc. Luc.ex Græc.*Quia de meo accipiet.

S. Epipham. Omnia nunciabit vobis.

Arabicus n. 15. Omnia, quæ ſunt Patri, ſunt mihi: propterea dixi: de eo quod eſt mihi accipiet, & nunciabit vobis.

Syriacus. Quidquid habet Pater meus, meum eſt: propterea dixi vobis: Ex meo accipiet, & nunciabit vobis.

Text. advers. Praxeam, v. 17.Omnia Patris mea ſunt.

EXPOSITIO V.

EX adventu Spiritus Sancti tres effectus nunc explicavit Chriſtus. Primus effectus: *Arguet mundum de peccato, juſtitia, ac judicio*; ut expurgatis vitiis mundus eſſet purificatus. Secundus effectus, *ille vos docebit omnem veritatem.* Nunc tertius commemoratur. *Ille me clarificabit.* Hoc eſt *glorificabit.* Prius poſuit duos priores effectus, qui erant ad noſtram utilitatem; tandem nunc tertium,qui ad ſe ſpectabat,ac ſi quæ noſtri erant; in primo loco ei eſſent. *Ille me clarificabit.* Arabicus *glorificabit.* D. Hilar. *Honorificabit.* Manifeſtabit nempè mundo per Apoſtolorum prædicationem, ut exponit D. Auguſt. tract. 100. mei adventum, meàmque divinitatem, meque eſſe Dei filium in carne aſſumpta pro mundi redemptione, ut ait D. Cyrill. lib. 11. cap. 1. & etiam in hoc, ut ait Toletus,vos illuſtriores,& glorioſiores efficiat, ſiquidem gloria Magiſtri, gloria eſt diſcipulorum, gloria Domini,gloria ſervorum,honor patris, honor filiorum. 79. *Maximè æſtimat Chriſtus, quæ noſtri ſunt.* D. Hilar. D. Aug. D. Cyril.

80. Græcus. *Quia de meo accipiet.* Seu ut habet Græcus, *de illo*

Didymus. D.Nazianz. *illo meo accipiet.* Didym.lib.2.de Spiritu ſancto,D. Nazian.orat.de fide ad Divinitatem referunt,quam Spiritus ſanctus accipit à filio,in qua unum eſt cum D. Cyril. D. Chryſ. Euthym. Theoph. eo.N.D.Cyrill.citatus,D.Chryſ. hom.77.Euhym. Theophyl. ad ſcientiam, & voluntatem referunt. Ut ſit ſenſus,non alia nuntiabit,quam ea,quæ ego volo , & docui. Legitimus ſenſus eſt , *quia de meo* Franc. Luc. *accipiet.* Id eſt ut ex Græco legit Franc. Lucas , quod *ex meo.*Ex mea natura divina,ſcientia,ac ſa- Theoph. pientia.Ita explicat Theophylact.de meo accipiet, ſcilicet theſauro divinitatis , quæ eſt in me Et dicitur *de meo accipiet,* non meum accipiet,ut expli- Cajet. Janſen. Cornel. cant Cajet. Ianſenius,Cornel.à Lapide,nam meum dicit totum,quod eſt in me accipiet, non ſic verò ſignificat de meo accipiet ; nam Spiritus ſanctus à Filio non accipit totum,quod eſt in filio,non enim accipit filiationem,ſed eſſentiam, ex qua,& eſſen- Tolet. Franc. Luc. tia ſecundùm noſtrum modum concipiendi conſtituitur filius. Velut exponunt Tolet Franch.Lucas.Non dicitur meum accipit, ſed *de meo accipiet, & annuntiabit.* Nam meum accipiet , dicit totum, de meo verò quodammodo veluti partem habito reſpectu ad effectum nuntiandi,quia Spiritus ſanctus non omnia , quæ ſunt ſcientiæ,ac naturæ filij Dei annuntiavit Apoſtolis,ac aliis hominibus,non enim ea omnia poteſt homo capere , ſed tantum quædam nuntiavit , quæ ſpectabant ad ſtatum Eccleſiæ.

81. *Accipiet.* Id ab æterno accipit,accipit,& ſemper accipiet. Æternitas enim omne tempus amplectitur , præſens, præteritum,& futurum,& in futuro dicitur accipiet, nam futurum aptè convenit æternitati, quia hæc ſemper ſpatio durat. Vel appoſitè dicitur in futuro.Accipiet,ut ſe accommodet tempori,quando annuntiaturus eſt,dicitur enim in futuro annuntiabit vobis.

82. *Omnia,quæcumque habet Pater.* Tacitæ objectioni occurrit Dominus,nam cùm eſſentia,quam Spiritus ſanctus accipit ſit Patris, nam à Patre proce- Joan.15. dere dictus eſt. Ioan.15.n.26.Cur filius nunc eam dicit ſuam ? *De meo accipiet.*Reſpondet Dominus. *Omnia quæcumque habet Pater , mea ſunt.* Eadem enim eſt eſſentia Patris, & mea, omniaque Patris ſunt,mea ſunt, ac proinde quando dico *de meo accipiet,* non excludo Patrem,nam eſſentiam , quam habet Pater,& ego habeo, una enim eſt utriuſque natura. *Propterea dixi quia de meo accipiet.* Habeo igitur ego , ut producendo , dem Spiritui ſancto de meo , hoc eſt ſimul cum Patre ſpirando, communicem Spiritui ſancto naturam,& perfectionem Didymus D.Hilar. D. Cyrill. omnem quam à Patre gignendo accepi.Ita Didymus lib.2. de Spiritu ſancto.D.Hilar.lib.8.de Trinit. N. D. Cyrill. lib. 11. cap. 2.

CAP. XVIII.

Modicum non videbitis me.

Ioan. 16. *n.* 16. Modicum , & jam non videbitis me:& iterum modicum videbitis me, quia vado ad Patrem.

Num. 17.Dixerunt ergo ex diſcipulis ejus ad invicem:quid eſt hoc,quod dicit nobis: modicum & non videbitis me:& iterum modicum,& videbitis me,quia vado ad Patrem.

VERSIONES.

Syriacus n. 16. Pauliſper & non videbitis me & iterum pauliſper,& videbitis me: quippè qui abeam ad Patrem.

Euthym. Puſillo tempore & non videbitis me,& rurſum puſillo tempore, & videbitis me,quia ego abeo ad Patrem.

Vatabl. Puſillum & non videbitis me , & rurſum puſillum videbitis me.

Mar. Modicum & tunc non videbitis me.

Arabic. Quia ego pergens ſum ad Patrem.

Syriac. n. 17. Dicebant itaque diſcipuli alius ad alium:quid eſt hoc,quod dicit nobis:pauliſper,& non videbitis me,&iterum pauliſper, & videbitis me, quia vado ad Patrem meum.

Theoph. Dixerunt ergo quidam ex diſcipulis ejus inter ſe.

Arabic. Dixerunt ergo ex diſcipulis ejus alter ad alterum.

Euthym. Tagnin. Quid dicit nobis,puſillo tempore, & non videbitis me, rurſum puſillo tempore videbitis me.

EXPOSITIO. I.

MODICUM, ſeu *pauliſper*,ut legit Syriacus. Seu puſillo tempo- 1. Syriac. Euthym. re,ut habet Euth.Parvo tempore tollar à veſtro conſpectu,breviſſimas poſt horas comprehendendus ſum à Iudæis , ac morte afficiendus,& ſtatim ſepeliendus,& tunc uſque ad diem meæ reſurrectionis,in quo vobis iterum apparebo. *Non videbitis me.* Vatabl.legit.*Non videtis* Vatabl. *me.* Eſt præſens pro futuro proximè imminenti.*Et iterum modicum.* Nam completo mortis triduo reſurgam , & tunc modico tempore ero vobiſcum corporali præſentia à die reſurrectionis meæ uſque ad Aſcenſionem,unde ſubdit,*quia vado ad Patrem:* quia modo abibo, ex hoc mundo ad gloriā Patris, ex hac vita mortali ad immortalem.Ita D.Chryſ. D.Chryſoſt. D. Cyril. hom.78.D.Cyrill.l.11.in Ioan.Leontius,Theophyl. Leont. Theoph. Euthym.Toletus,& alij,& ait:*Vado,*uſus præſentis Euthym. temporis ſignificat rē in proximo eſſe,& duo com- Tolet. plectitur mortem,ac paſſionem,& reſurrectionem.

Dixerunt ergo ex diſcipulis ejus ad invicem. Seu 2. ut habet Syriac. *alius ad alium.* Arab. *alter ad alte-* Syrus. Arabic. *rum.*Carthuſ. ait , quod per hoc quod Evangeliſta Carthuſ. inquit , ex diſcipulis ejus, videtur innuere, quod non omnes Apoſtoli , ſed quidam eorum dixerunt, quæ ſubſequuntur , & ſubdit Carthuſ.quod erant rudiores ; nam Chriſti verba erant multum facilia;tamen communiter interpretes ſupponunt, quod cùm nemo eorum intellexiſſet ea , quæ diceban

dicebantur omnes inter ſe ſubmiſſè ob Magiſtri reverentiam quæſierunt, nondum erant à Spiritu ſancto illuſtrati, nec ab eo ſcientiam acceperant, & in Chriſti verbis duo non perceperunt, primum, *modicum non videbitis me, & iterum modicum videbitis me*. Nam hoc viſum eſt eis, tanquam ænigma, ut ex Chryſoſt. ac Theoph. dicam q. 7. Alterum illud: *Vado ad Patrem*: quod exactè non intelligebant, de quo ſæpè interrogarunt, ut dicam quæſt. 6.

Quæstio I.

Quare poſt datum ſermonem de adventu ſpiritus ſancti, Chriſtus hic connectit, Modicum non videbitis me, *&c.*

3. *Difficultas quæſtionis.*

IMMEDIATE antea habuit Chriſtus Dominus ſermonem de adventu Spiritus ſancti. *Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Et iterum: *Propterea dixi: quia de meo accipiet & annuntiabit vobis.* Et ſtatim adjungit: *Modicum non videbitis me, & iterum modicum*, &c. De cohærentia, ac connexione omnium horum verborum eſt præſens quæſtio.

4. *Conſolatio ex brevitate doloris.*

Reſpondeo primò. Quod Chriſtus D. de diſceſſu ſuo conſolatus eſt diſcipulos ex ratione deſumpta ab utilitate adventus Spiritus ſancti, Nunc verò alii nova ratione idem facit. Oſtendens tempus ſuæ mortis, ac paſſionis, modicum eſſe uno triduo concludetur & ſtatim celeriter erit reſurrectio, ut brevitate doloris, & gaudii longitudine conſolationem, ac levamen recipiant.

5. *Adverſa, & proſpera æquo animo ſuſtinenda.*

Secundò. Antea promiſſio de Spiritu ſancto, eos erexerat, ac ſublimaverat, hunc iterum eorum animos dejicit, ut eorum virtutem experiatur, ac probationem reddat, nam ſi magno animo promiſſionem de divino Spiritu acceperant, æquo etiam animo ejus diſceſſum eis valde doloriferum proferant, adverſa enim, & proſpera æquo animo ſubſtinenda ac ferenda ſunt. Magnus ille Aſſyriorum Monarcha, hoc ſibi nomen dedit quod Nabuchodonoſor diceretur. Ait enim Richardus Victor l. 1. de eruditione p. 1. c. 1. *Nabuchodonoſor interpretatur ſeſſio in agnitione anguſtiæ.* Quaſi inde velit ſoperbiſſimus totum ſibi attribuere ſplendorem regium, quod nulla anguſtia, nullaque calamitate a quiete ſua diſcedat; agnito, ac accepto nuntio de victoria ſuorum militum glorioſè triumphantium, ac de eorum dejectione, ac proſtratione, in utroque caſu æquo animo ſe habebat ac quietus ſedebat; ut ita ſuum regium animum declaret, ac oſtenderet. *Seſſio in agnitione anguſtiæ.*

Richard. *Regius animus equalẽ ſe prabet in proſperis, & adverſis.*

6. Geneſ. 20.

Urgente fame, *profectus inde Abraham in terram Auſtralem habitavit inter Cades & Sur.* Gen. 20. num. 1. Abrahamus baculo in manu aſſumpto ipſe cum uxore ſua, neceſſitate compellente cogitur ad Gerar deſcendere, ibique fortaſſe etiam mendicare, nonne ipſe antea erat opulentiſſimus, qui cum trecentis vernaculis quinque reges debellavit, lautiſſimo convivio Angelos excepit, tamque ampla erat illius res, ut de eo, ac Lot dicatur: *Nec poterat eos capere terra, ut habitarent ſimul: erat quippe ſubſtantia eorum multa.* Gen. 13. n. 6. Quomodo ergo redactus in tanquã paupertatem, non impatienter ſe habet in illa, nec animi dolorem, quo à tanto divitiarum culmine ceciderat, oſtendit. In Græco habetur. *Profectus inde illic Abraham*, expende *illic Abraham*: Ac ſi dicatur, idem erat Abraham divitiis, ac paupertate eſt exaſperatus, ut impatientiam oſtenderet, ac exhiberet, ſed valde æqualis æquo animo utramque ſuſtinuit fortunam. Oleaſter ibi. *Mirandus valde, ait, fuit æquitas, & patientia viri ſancti Abrahæ, qui ex ſummis divitiis ad ſummam paupertatem dejectus, nihil fuit propterea mutatus, nuper armaverat 300. vernaculos Domus ſuæ, quibus Reges Syriæ debellaverat, & nunc bello in manus aſſumpto, ipſe & uxor ejus cogitur ad Gerar deſcendere: ibique mendicare: ubi ſunt illi, qui ablatis ſibi à Deo divitiis, quas à Deo multas acceperant, murmurant, conqueruntur, blaſpemant, ac deſperant? Diſcant a ſene, qualiter utramque fortunam tolerare debeant.*

Gen. 31.

Æquè ſerena fer tura ad verſa, ac proſpera. Oleaſter.

7. Apocal. 3.

Epiſcopo Philadelphiæ dicitur: *qui vicerit faciam illum columnam in templo Dei mei.* Apocal. 3. n. 12. unam columnam dicitur conſtituendam à Deo in templo; & tamen Salomon duas in porticu templi collocavit 3. Reg. 7. n. 13. & 2. Paral. 3. n. 17. *Et fixit duas columnas æreas.* Deus unam columnam ponit in ſuo templo, at Salomon duas, per quas Eucharius, Angelom. ad cit. 3. Reg. intelligunt conſtantiam in proſperis, & adverſis, *Ideo factæ ſunt duæ columnæ, atque ita diſpoſitæ in proſperis & in adverſis* Columnæ, quas erigit Salomon duæ ſunt, una in proſperis altera, in adverſis. Conſtantia enim hominis duplex eſt, una in proſperis, altera in adverſis: *qui vicerit, faciam eum columnam in templo Dei mei.* Columna poſita à Deo in templo ſuo una eſt, juſtus enim, quem Deus ponit in Eccleſia ſua, unam & eandem conſtantiam habet & ſic communiter homo valde diverſus ſit in proſperis, & in adverſis, tamen juſtus à Deo datus hanc generoſitatem vendicet, ut æquo animo ſit in proſpero, & adverſo caſu, alternante fortuna, nulla in eo alternatio, ac diverſitas viſitur, ac agnoſcitur. Albert. Magn. *Faciam eum columnam, ut ſit rectus in judiciis fortis in adverſis.* Et etiam proſperis.

3. Reg. 7. 2. Paral. 3. Angelom. *Juſtus in adverſis & proſperis idem.* Albertus.

Quæsito II.

Quodnam ſit hoc modicum, quo dominus non videbitur, ac videbitur?

8. D. Chryſ.

DIVERSIS ſententiis hoc modicum explicatur, ad duas tamen capitales reducitur Prima & mihi probabilior, quam ſecutus ſum in expoſitione quàm apertè ſic explicat, N. D. Cyrill. l. 11. cap. 2. in paſſione dixit Chriſtus, *Modicum & videbitis me* Gloſ. ord. *Parvum tempus eſt, id eſt triduum, quo clauſus ſepulchro non videbor; & iterum parvum tempus, id eſt, quadraginta dies, quo reſuſcitatus videbor.* Modicum non videbitis tempus paſſionis, cum mortis triduo intelligit *& iterum modicum videbitis*, id eſt quadraginta dies à Reſurrectione, uſque ad Aſcenſionem. Et quomodo Dominus dicit modicum tempus illud, quo ſub mortis umbris abſcondetur. Et quomodo ſanguineus ſudor, ſalivarum nubes, & opprobriorum jacula, & verbera, & ſpinæ, & irriſiores, & crux & clavi, & lancea, irruerunt contra Dominũ, quomodo hoc modicum dicit, hæc omnia amanti Domine valdè facilia, ac brevia apparuerunt. Vide ſup. c. 5. q. 5. n. 32. 33. 34. & q. 6. n. 39. 40. 41. 42.

Gloſſa. *Amanti tormentorum tempus breve.*

9. Bernard. D. Bernad. ſerm. 74. in Cantica. Valde admirans ait : *O modicum longum ! Pie Domine, modicum dicis, quod non vidimus te ? Salvum ſit verbum Domini : longum eſt, & multum valdè nimis.* Statim difficultatem ſolvit ille: *Verumtamen utrumque verum & modicum meritis, & non modicum votis.* Qui Iesu præſentia cœpit recreari, quælibet mora, qua ab eo ſperatur illi longiſſima, ac intolerabilis eſt. Quomodo ergo tempus abſentiæ Jesu dicitur modicum : *Cum ait longum, & multum valde nimis* : Perpende difficultatis ſolutionem : *Verumtamen utrumque verum & modicum meritis, & non modicum votis.* Ac ſi diceret : Si conſiderentur exigua diſcipulorum merita, qui in longum tempus à Chriſto Domino exultare merebantur, modicum & breve fuit illud triduum ? ſi verò ſpectentur vota tam diſcipulorum, quàm ſui Magiſtri, ſe invincem videre cupientium, longiſſimum, ac largiſſimum, fuit illud tempus. Ad hoc alludit Propheta Habacuc. 2. num. 3. *Si moram fecerit, expecta illum : quia veniens veniet & , non tardabit.* Maximè miratur D. Bernard. ſuprà citatus, quomodo illa duo conjungantur, nimirum, & moram facere, & non tardare. Quomodo non tardabit, ſi moram facit vel quomodo moram facit, ſi non tardabit. Sic ait S. Pater : *Quomodo non tardabit, ſi moram fecerit : niſi quod ad meritum ſatis eſt ſed non ſatis ad votum.* Conſideratis meritis non tardat, ſi moram faciat, nam merita poſtulant, ut in multum tempus differatur, at per reſpectum ad votum, ac deſiderium, quælibet mora gravis eſt, quælibet celeritas in redeundo moroſa.

Amanti qualibet eſt Jesu ſeparatio valde difficilis. — Habac. 2. — Bernard.

10. Auguſt. Beda. Maldon. Secunda ſententia eſt D. Auguſtini tract. 100. & cum eo Beda, Maldonatus, & alii, ſentiunt, qui ſic explicant Modicum tempus erit, quo me videbitis, ſcilicet ab hac hora uſque ad meam Aſcenſionem, nam poſt ipſam Aſcenſionem amplius non videbitis corporalibus oculis in terris degentem, quia vado ad patrem ; & tunc iterum modicum tempus erit, quo non me videbitis ; ſcilicet totum hoc tempus, quod eſt ab Aſcenſione mea uſque ad diem judicii, me videbitis. Quamvis enim corporali ſubſtantia, ait Albertus Magn. in perſona Chriſti vobiſcum ſim in Sacramento Altaris, non tamen, apta ſpecie, ut corporalibus oculis à vobis videar, ac ut me videatis.

Albert.

11. Iuxta hanc ſententiam Magni Auguſt. modicùm tempus dicit illud, quod interjecit à Chriſti Aſcenſione uſque ad diem judicij, cùm hoc tempus multa millia annorum amplectatur, ut videamus, & intelligamus, quod omne tempus hujus ſeculi, modicum & breve ſit. Sub altari clamant Sancti Martyres *uſquequo Domine non vindicas ſanguinem noſtrum* ? Poſtulant impiorum punitionem non ex vindicta, ſed ex charitate, ut ita emendentur : *Et dictum eſt illis ut requieſcerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conſervi eorum.* Apocal. 6. n. 11. Dicitur ut quieſcant adhuc modicum tempus, nempè uſque ad diem judicij, donec tunc compleatur numerus futurorum Martyrum, ut ibi interpretantur Viegas, Ribeira, Cornelius, P. Ioannes de la Haye, ſed quomodo curriculus tot millium annorum dicitur modicum tempus, cùm jam ab eo, quo hæc prolata ſunt, fluxerint, pluſquam 1640. anni, quomodo ergo modicum, & uſque ad diem judicij tam breve, & exiguum eſt omne tempus hujus ſeculi, ut modicum ſimpliciter, & abſolutè dicatur reſpectu futuri ſeculi ? Cælius Panonius.

Tempus hujus ſeculi modicum. Apoc. 6. — Viegas. Pereira. Cornel. P. Ioan. de la Haye. — Panonius.

Adhuc modicum, ait, *quia breve eſt omne tempus vitæ beatis ; inſtans & momentaneum ob delectationem ſummam, quæ in Deo eſt.*

12. Sophon. 1. Ait Sophonias 1. n. 14. *Juxta eſt dies Domini magnus, juxta eſt & velox nimis.* De die judicij loquens Propheta non ſemel ait, ſed etiam bis, & ter, ut notat Rupert. quod in proximo eſt, *juxta eſt, & velox nimis*, cum tamen multis annis à Prophetæ tempore diſtaret, unde in Evangelio dicitur, *Poſt multum verò temporis venit Dominus ſervorum illorum.* Math. 25. num. 19. ſi ergo multum tempus interpoſitum eſt, quomodo *juxta eſt dies Domini & velox nimis.* Conſiderato Domini deſiderio ad remunerandos ſuos, eóſque præmiis afficiendos, longum erat tempus. *Poſt multum vero temporis* : at attenta brevitate hujus vitæ, quæ citiſſimè tranſit, & volat, *juxta eſt dies domini, & velox nimis.* Cartuſian. *Hoc de die noviſſimo dicitur.* Ioan. in 1. ſua canon. 2. *noviſſima eſt.* Et Paul. Hebræor. 10. *Adhuc modicum, quia venturus eſt, veniet.*

Rupert. — Matth. 25. — *Tempus hujus ſeculi breviſſimum* — 1. Ioan. 2. Hebr. 10.

13. Apoc. 13. Vatabl. Tygurin. Draconi qui aparuit in Apoc. 13. n. 5. *Datum eſt ei os loquens blaſphemias, & data eſt ei poteſtas facere menſes quadraginta duos.* Vatabl. ac Tygur. *& data eſt ei poteſtas vivendi, ſeu tranſigendi menſes quadraginta duos.* Expende illud *vivendi, ſeu tranſigendi*, idem eſt vivere, ac tranſire, tam brevis eſt præſens vita, ut nequaquam cenſenda ſit vita ſed perpetuus fluxus, ac curſus. D. Auguſt. tract. 19. ſuper Ioann. *Iſta vita, non eſt nominanda vita quia non eſt vera vita : nam vera vita non eſt, niſi quæ æterna,* Et ſubdit : *Quia præſens mortalis eſt, nec diuturna, quia tota brevis eſt, nec de ipſo brevi ſpatio ſui ſecura, quia ſemper ſui incerta eſt.* Vide tom. 4. c. 18. n. 51. 52. 53. & 54.

Vita præſens non vita, ſed fluxus. Auguſt.

Quæstio III.

Quare ait Chriſtus, Modicum non videbitis me, & modicum videbitis me ?

14. Rationem literalem jam dedi quæſt. ſuperiori. Moralem inquiro. Et primo ait Chriſtus *Modicum non videbitis me, & iterum modicum videbitis me.* Chriſtus Dominus ſic ſe ſubtrahit, ut iterum redeat : nec enim patitur ut quis prematur gravius, quàm par eſt, ac continuo labore, ſi eſt moleſtia, ac anguſtia ex abſentia. *Modicum non videbitis me.* Chriſtus Dominus ſit levamen, ac recreatio ex redeunte præſentia. *Iterum modicum videbitis me.* D. Bernard. ſermone ad Cant. Ezech. *In ſcholâ, ait, virtutum proficiens, faciente viſitatione, ne deficiat ; tentatione, ne ſuperbiat* Proficiens in virtute, aliquando premitur tentatione, ne ſuperbiat, & ne ipſa deficiat viſitatione Dei benigna, ejuſque favoribus recreatur, ac animatur, ut ad magna tendat.

Ne ſemper homo prematur labore. Bernard.

15. Mich. 5. Ait Michæas c. 5. n. 2. *Et tu Bethelehem Ephrata parvulus es in millibus Juda. Ex te mihi egredietur, quaſi ſit Dominator in Iſraël.* Magno myſterio venerantur omnes, quod domus, quæ eligitur. ad Chriſti nativitatem ? dicitur Bethlehem Ephrata. Nam *Bethlehem*, idem eſt ac domus panis *Ephrata*, idem valet ac videns frorem. Ex quo magna quæſtio excitatur. Quomodo poteſt domus furoris eſſe, ubi domus eſt panis, ubique Chriſtus natus eſt ? Quid panis, cum furore ? Quid afflictio cum pane ? Panis, & furor ſuas

Furor temperatur miſericordia. ſuas habeant alternativas, nec ſemper ſit ſuavitas panis, nec ſemper furoris rigor, ſed viciſſim ſe habeant, ſit aliquando præjucunditas panis, ut recreet, ſit & etiam aliquando domum videntis furorem, ut conturbet, & affligat, nec ſemper ſit delectatio panis, ne nimio favore virtus tabeſcat, nec ſemper ſit acerbitas furoris, ut pungat, ac cruciet, ſed ſuas habeant viciſſitudines. Ad hoc
D. Ambr. tendit D. Ambroſ. epiſt. 18. *Nemo*, ait, *de remedio diffidat. Ecce tibi ubi domus furorem videntis erat, ibi domus panis eſt: ubi crudelitas, ibi pietas; ubi pœna innocentium, ibi univerſorum redemptio, ſicut ſcriptum eſt: Et tu Bethlehem domus Ephrata, non es minima inter principes Iuda. Ex te enim exibit princeps Iſrael. Bethleem domus panis eſt, Ephrata domus furorem videntis.*

16. Pſal. 74. Ait Regius vates Pſal. 74 num. 9. *Calix in manu Domini vini meri plenus miſto. Et inclinavit ex hoc in hoc, verumtamen fæx ejus non eſt exinanita*. Quid eſt quod calix ſit ſimul plenus vini meri, ac miſti, nam hæ duæ portiones vini videntur inter ſe ſimul repugnare? Per calicem in manu
Incognit. Domini interpretatur Noſter Incognitus Divinam legem divinámque gubernationem, ac di-
Lorinus. Bellarmin. ſpoſitionem, per vinum merum intelligunt Lorinus, Bellarmin. & alij ſeveritatem divinæ juſti-
De juſtitia ac rigore declinandum in miſericordiam. tiæ; per mixtum vero temperamentum, ſeu moderationem divinæ miſericordiæ; *& inclinavit ex hoc in hoc*. Ex nempè vino mero divinæ juſtitiæ inclinavit in hoc, ſcilicet in vinum mixtum, ac temperatum divinæ clementiæ, nec ſemper totum ſit juſtitia, nec ſemper totum ſit miſericordia, ſed inclinetur de una in alteram, prout occaſio exigit, ac merita hominum poſtulant. *Verumtamen fæx ejus non eſt exinanita*. Ideſt vltima pars, & graviſſima juſtitiæ vindicativæ, adhuc remanet, & ſervatur uſque ad ultimum diem judicij, ut explicat Bellarminus.

17. Matth. 13. Ait Chriſtus D. Matth. 13. n. 31. *Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis: quod minimum eſt omnibus oleribus*. Sed cùm ſit tam minimum, quomodo habet tantam acritudinem, ac amaritudinem ad condimentum? Inde alta providentia Au-
Auctoritas mitiganda. ctoris naturæ tam minimum eſt, ut parvitate ſui grani, ſuæ quantitatis acerbitas, acredo illius temperetur, mitigetur ad condimentum ſaporis.
D. Chryſ. D. Chryſolog. ſer. 125. *Amara enim nimietas*, ait. *quod menſura condire poteſt*. Nam ſi granum magnum eſſet, perderet, & non condiret alimentum illius, ergo acerbitas parvitate temperetur.

Quæstio IV.

Quare tam diſtricte Chriſtus D. ait ſuis Apoſtolis. Modicum non videbitis me, & iterum modicum videbitis me?

18. NON turbis, ſed ſuis Apoſtolis ait Chriſtus. *Modicum non videbitis me: & iterum modicum videbitis me*. Rationem literalem jam dedi in expoſitione; quid in hoc myſticè vult ſignificare Chriſtus Dominus magnū ſanè documentum cunctis paſtoribus Eccleſiæ dat: ſuos Apoſtolos
Princebs ſua dona non uni ſed multis communic. inſtituerat Chriſtus, D. totius orbis principes, inde ut eos inſtruat, ac informet; ait: *Modicum non videbitis me: & iterum modicum videbitis me*. Sic enim principes, ac prælati ſe habeant, ut modo quibuſdam ſe exhibeant, modóque ſe ab illis ſubtrahant, ſe aliquando illis præbeant benefica viſitatione, eis ſua dona impendendo; aliquando etiam ab eis declinent, ac recedant, ut munera ſua aliis communicent, ac largiantur. Nam, ut ait Caſſiod.
Caſſiodor. 3. Vari. *Si uni tantum cubando faveas, & alteri te deneges, nomine principis vacuus eris*. Modicum ergo ſe his præbeant, modicumque ab eis declinent, ut alij habeant locum ad eos conveniendum, nec enim omnia ad unum ſunt reſtringenda, & coarctanda.

Bonus ille centurio de ſuis militibus dicebat. 19.
Ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic vade, & vadit; & alij veni, & venit. Math. 8. n. 9. Non uni & eidem, ait Matth. 8.
Vade & Veni ſed hæc officia inter varios dividit, ita ut huic dicat; *vade*, quia tuum munus jam tibi eſt conceſſum, & alteri ait, *veni*. Ut dona tua accipias Dividantur ergo officia uni dicatur vade, *Officia per multos dividenda.*
& alteri veni, ne omnia ad unum convolare videantur, ut eidem dicatur veni & vade, tanquam ſi in gyrum verſetur. Ex quo maximè D. Hieron. D. Hieron.
in Epiſtola ad Salvian. extolli Nebridium virum præſtantiſſimum, & maximè Imperatoribus gratum. *Quidquid*, ait, *ab Imperatoribus poſcebat, eleemoſyna in pauperes, pretium captivorum, miſericordia in afflictos erat. Vide & ipſi principes libenter præſtabant, quod ſciebant non uni, ſed pluribus indulgeri*. Quæ illi erant non ad unum confluebant, ſed ad plures extendebantur.

Ex Dei mandato magna portenta, ac ſigna cum 20.
virga edidit Aaron in Ægypto. *Dices ad Aaron, tolle virgam tuam*, & c. 7. n. 9. *& devoravit virga* Exod. 7.
Aaron virgas eorum, c. 12. n. 19. & c. 8. n. 16 & aliis locis, tamen cùm populus deveniſſet ad oram maris, & à tergo eſſent Ægyptij eum inſequentes, Exod. 14.
ait Deus Moyſi, Exod. 14 num. 16. *Tu autem eleva virgam tuam, & extende manum tuam ſuper mare, & divide illud*. Cur etiam Aaron hic non elevat virgam, & facit hoc ingens miraculum dividens mare, ſicut alia multa ſigna in Ægypto edidit? Res ex alto dictamine dirigebatur. Nam Deus ſic diſponit, ac ordinat res, ut non ſemper unus habeat *Munera dividẽda ſunt per multos.*
virgam elevatam, ſed ut hoc etiam ad alios defluat, nec ſemper virga ſit in manu unius, ſed modo cùm poteſtate illam habeat Aaron, modo etiam, & per ſuas vices Moyſes, ut non tantum ſit virga unius, ſed unius & alterius, & utrique ſit communis, ut ait D. Auguſt. q. 20. in Exod. Huc D. Auguſt.
veniat id, quod ſuperiori quæſt. dixi ex Pſalmiſta. *Inclinavit ex hoc, in hoc verumtamen fæx ejus non eſt exinanita*. Pſ. 74. n. 9. Calix poteſtatis inclinandus Pſalm. 74.
eſt de uno in alterum: *Verumtamen fæx ejus non eſt exinanita*. Hoc eſt ultima pars, ſeu portio ejus non eſt ibi evacuata, ſed adhuc aliis ſervatur, ut omnes de illo participent. Vide ſupra c. 12. n. 40. 41. 42. & c. 4. c. 3. n. 10. 11. 12. & c. 16. n. 15. 16. 17. & c. 49. n. 82. 83. & aliis multis in locis.

Quæstio V.

Quare Chriſtus Dominus prius ait: Non videbitis me; deinde ſecundo loco iterum videbitis me?

IN præſenti prius ait Chriſtus Dominus 21.
Non videbitis me, deinde ſecundo ait: *Iterum videbitis me*. Prius proponit quod ipſum non videbunt

videbunt; deinde ſecundò quod ipſum videbunt; cujus rei rationem inquirit præſens quæſtio.

22. Reſpondeo. Quod prius dicuntur triſtia, & quæ dolorem ingerunt, ut ex Chriſti abſentia proveniebat; *Modicum non videbitis me.* Ut inde veniant præjucundiora, cum ejus præſentia. *Et iterum videbitis me:* nam tranſacto mœrore, quæ veniunt majoris lætitiæ ſunt. Miſerum ſtatum Ieruſalem deplorat Ierem. 30. n. 5. *Hæc dicit Dominus: vocem terroris audivimus: formido & non eſt pax. Interrogate, & videte, ſi generat maſculus: quoniam ego vidi omnis viri manum ſuper lumbum meum, quaſi parturientis.* Valdè lamentabilis deſcribitur ſtatus Iſraël; undique erat formido abſque pace, maſculus ſterilis redactus, omnes ad malum convolabant, & totum erat tempus tribulationis. Poſtea tamen Propheta ſubdit. n. 8. *Conteram jugum ejus de collo tuo, & vincula ejus dirumpam, & non dominabuntur ei amplius alieni: & ſervient Domino Deo ſuo, & David Regi ſuo, quem ſuſcitabo eis.* Valdè perjucunda ſunt hæc, quæ prædicuntur, quod excutient jugum ſuorum adverſariorum, qui amplius eis non dominabuntur, ſed toto corde ſuo Deo ſervient, ac optimo ſuo regi, quem eis dabit; ſi tam læta prædicenda erant, ad quid illa tam funeſta, ac triſtia præmittuntur? Ut mœſtis excluſis, quæ felicia adveniebant, gratiora, ac jucundiora fierent. Ut præclarè ibi divus Hieron. *Prædicit, Propheta, ait, tempus miſeriæ ingentis, ut lætioris gaudij tempus inferret.* Si poſt infauſta proſpera ſuccedunt, inde plauſibiliora, ac majoris æſtimationis redduntur.

Jerem. 30.
Poſt funeſta majus apparet gaudium.
Hieron.

23. Ait Deus Ieremiæ 1. n. 10. *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes.* Valdè mœſta dicuntur Prophetæ, & ſuper quæ multum ejus charitas vehementer dolebat, ut Dei hoſtes, eos interimendo, ut communiter exponitur, evelleret, deſtrueret, ac diſperderet. Tamen ſtatim connectuntur quæ prophetæ erant gratiſſima, ac perjucundiſſima, ut *ædifices, & plantes*, novam prolem, novumque populum, qui Deo tota mente, & corde inſerviat, ſuper quod maximè gaudebat, & exultabat propheta; ſed ad quid prius illa, quæ ei valdè amara, ac dolorifera erant intimantur; *Ut evellas, & deſtruas:* ut abjectis triſtibus, læta, quæ veniunt, magis effulgeant, ex uberiorique gaudio corde perfundant; ut inde etiam cum novo populo, novâque prole magis creſceret Prophetæ gaudium. Origen. ibi hom. 1. *A triſtibus ſemper, ſed neceſſariis incheat Deus, veluti ego occidam, & vivificabo. Ipſe dolorem facit, & iterum reſtituit lætitiam. Similiter & in præſenti Dominus ait, conſtitui te hodie ſuper gentes, & regna eradicare, & ſuffodere, & diſperdere, & ædificare, & plantare.*

Jerem. 1.
Poſt triſtia gratior lætitia.
Origen.

24. Reſpondeo ſecundò ad quæſtionem. Prius ait Chriſtus D. *Modicum non videbitis me.* Quod erat eximiæ triſtitiæ, ac doloris, cùm dilectiſſimi ſui Magiſtri præſentia carerent Apoſtoli. Deinde ſecundo loco ait: *Iterum videbitis me:* quod erat eis valdè ſuave, & gratum, cum ejus deſideratiſſimo conſpectu fruerentur, ut mereantur ipſum videre, *Iterum videbitis me.* Expediens fuit, ut mœſtitia ex ejus abſentia affligerentur, ut ipſo dolore, ipſaque moleſtia præpararentur ad ejus præſentiam fruendam.

Per labores ad Dei conſpectum devenitur.

25. Cùm Iacob vellet ingredi terram Promiſſionis ut inde aſcenderet Bethel, quæ interpretatur domus Dei. *Ecce vir luctabatur cum eo uſque mane*, Gen. 32. n. 24. Quam luctam exponit Oſe. 12. n. 4. de fletu ac lacrymis cum oratione. *Flevit & rogavit eum: & in Bethel rogavit eum.* Magnum myſterium hic latet. Cur hoc tempore in hâcque occaſione, potiuſquam in alia luctatur Iacob, in fletúſque erumpit, ac rogat, cur non potius luctatur, ac lachrymatur, cùm ſolus exiit à domo patris, peregrinus in terram Meſopotamiæ, vel cùm per deſerta, cuſtodit oves ſoceri ſui Laban diu noctúque, æſtu, gelúque urebatur, tunc quod ipſe, qui nutritus erat, in tabernaculis fleret, magis conveniens videri poterat; ſed modo illi reſervatur lucta, fletus cum lachrymis? Modo ingrediebatur terram promiſſionis, ut aſcenderet Bethel: ſignificans quod ad ingrediendum terram promiſſionis, ac domum Dei cœleſtis patriæ, ut Dei præſentia fruatur, neceſſe eſt ut prius luctamine, lachrymis, ac oratione exerceatur, ac diſponatur ad poſſeſſionem tam eximij, ac ſingularis boni. D. Alred. citat. à Tilm. in Allegoriis. *Incipit Iacob, ait, luctari cum Deo ſuo tranſiens de Meſopotamia in Bethel, de inferioribus ad ſpiritualia: ſic & tu ô anima! inſta importunè, opportunè, ut videas faciem ejus, & deſcendat ad te, vel te trahat ad ſe, ut guſtes quam dulcis eſt.*

Gen. 32.
Oſe. 12.
Luctamine, ac lachrymis preparatur homo ad Dei viſionem.

26. *Cùm oriretur ſeditio, & tumultus increſceret, Moyſes, & Aaron fugerant ad tabernaculum fœderis. Quod poſtquam ingreſſi ſunt, operuit nubes, & apparuit gloria* Dei, Numer. 16. n. 43. Magnus tumultus populi concitatur contra Moyſen, & Aaron eos accuſantes, quod ipſi interficiebant Dei populum, ex quo ipſi tanta perſecutione anguſtiati, ac afflicti ad Dei tabernaculum confugiunt. *Quod poſtquam ingreſſi ſunt, operuit nubes, & apparuit gloria Dei.* Magni meriti erant Moyſes, & Aaron, tamen modo ſe illis duobus exhibet gloria Dei, cur ad tantam celſitudinem modo evehuntur, quod non facile legimus in aliis eventibus contigiſſe? Modo enim triſtibus, lachrimis, ac afflictionibus fuerunt præparati, increſcebat populi perſecutio contra eos, ut tanto modo fruerentur, nec enim alia via ad ipſam Dei viſionem devenitur. Origenes ibi homil. 11. *Quamvis, ait, magni ſint vitæ merito Moyſes, & Aaron, quamvis animi virtutibus polleant, apparere tamen eis Dei gloria non potuiſſet, niſi in perſecutionibus, in tribulationibus, in periculis, in ipſa penè morte conſtituti's. Et tu ergo, ne putes tibi dormienti, & otioſo apparere poſſe gloriam Dei.* Vide tom. 4. cap. 7. num. 24. & cap. 8. num. 184.

Num. 16.
Perſecutione diſponitur ad Dei gloriam intuendam.
Origen.

Quæstio VI.

Quare Chriſtus Dominus, ait ſuis diſcipulis quod vadat ad Patrem.

27. Maxime dolebant Diſcipuli, quod ab eis abiret, & recederet, & tamen hoc eis frequenter Chriſtus repetit, Ioan. 14. n. 1. *vado parare vobis locum.* Et iterum n. 12. *Ego ad Patrem vado:* Et cap. 16. n. 5. *Nunc vado ad eum, qui miſit me.* Et num. 7. *Expedit vobis, ut ego vadam.* Et multis aliis in locis, ſi dilectiſſimi ſui Magiſtri diſceſſus magnum dolorem diſcipulis ingerebat, cur hoc eis tam frequenter repetit ut ait Chryſ. hom. 78. *Dolentem, & triſtitia affectum animum*

Ioan. 14.
Ioan. 16.
Ratio difficultatis.

mum nihil adeo dejicere ſolet, quam anxii ſermones cum frequenter agentes.

28. Chryſoſt. Reſpondet citatus Chryſ., *Quid ergo*, ait, *Chriſtus. Cum dixerit, vado, & jam non loquar vobiſcum: eadem repetit, modicum & jam non videbitis me, & vado ad eum, qui miſit me; cur hoc facit? Eorum animum experitur, & probatiorem reddit, ut & in calamitatibus æquo animo diſceſſum ſuum, & generosè præferant, aſſuefacit.* Quæ verba majori ex parte jam ſunt data. Nunc ad quæſtionem toties repetit diſceſſum ſuum, ut non ſit ei ſubitaneus, ac improviſus, ſed jam diu cognitus, ut inde ipſum tolerabilius ferant, minus enim feriunt jacula præviſa, & tam frequenti ſui diſceſſus repetitione paulatim eos diſponit, ac aſſuefacit, ut æquo animo ejus abſentiam perferant, ac ſuſtineant.

Paulatim animus diſponendus ad ſuſtinendum.

29. Chryſoſt. Secundò Idem Chryſ. *Quod ſi quis diligentius*, ait, *inveſtigaret hoc ipſum conſolatio eſt, quod dicat ad Patrem ire: erat enim argumentum, quo non periret, ſed mors ejus tranſlatio eſſet ad Patrem.* Cum ait, vado ad Patrem, ut in ejus gloria, ad dexteram ejus ſedeam, magnam dat ſuis Diſcipulis conſolationem, nam ejus exaltatio ac ſublimatio ipſum diligentibus magna erat ratio gaudendi. Nam verè diligens ſui dilecti bono maximè lætatur. Sic ait Chriſtus. *Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem?* Joan. 14. num. 28. ſi ipſe eſſet purus homo in ſui gloria, ac majeſtate de aliis obliviſceretur, at cum ſit verus filius Dei, ſic eſt in gloria Dei Patris, ut ſit noſter Advocatus *ad interpellandum pro nobis.* Hebr. 7. num. 25.

Diligens de dilecti bono gaudet.

Joan. 14.

Hebr. 7.

30. Cyril. Tertiò D. Cyrill. Alexand. l. 11. cap. 3. *Sic enim*, ait, *plena miſericordia oſtenditur, ſi enim non ſolum vivis in hoc mundo, verum etiam morte oppreſſis, & in tenebroſis abyſſi receſſibus ſedentibus dimiſſionem prædicaveri.* Antequam Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis dicat, *ad Patrem vado* prius tamen præmiſit, *modicum non videbitis me.* Et cur neceſſe fuit, antequam ad Patrem vaderet, ut per modicum à viventium corporalibus oculis ſubtraheretur. Ad quid hoc fuit requiſitum? Ut dum in illo triduo corpus eſſet clauſum in ſepulchro, ejus ſanctiſſima anima ad limbum juſtorum penetraret, & cur talis deſcenſus neceſſarius fuit, antequam ad Patrem aſcenderet? Nonne poterat ire ad Patrem antequam hæc infima loca viſitaret? Ut igens Dei filii miſericordia oſtenderetur, expediens erat, ut antequam ad thronos gloriæ ſublimaretur, univerſa loca pervaderet, in quibus egentes ejus auxilio detinebantur. Inde filius Dei maximè ſe exhibet ſimilem ſuo Patri, dum nulli loco ſe negat, à nullis tenebris ſe ſubtrahit, in quibus benefacere poſſit egentibus. *Verum etiam morte oppreſſis, & in tenebroſis abyſſi receſſibus ſedentibus dimiſſionem prædicavit.*

Dei filii eſt omnia loca inviſere, ac penetrare, ut egentibus benefaciat.

31. Nato Baptiſta decantat Zacharias. *Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitavit nos, oriens ex alto illuminare his; qui in tenebris, & in umbra mortis ſedent.* Luc. 2. num. 79. Celebrat Propheta viſcera miſericordiæ Dei noſtri, ſeu ut legit Vatabl. *per intimam miſericordiam*: Decantat eximiam, ac magnam Dei miſericordiam, qua viſitavit nos ex ſummo cœlorum egreſſus. *Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis ſedent,* ſeu ut legit Tertull. *detinebantur.* Per quos Patres in limbo intelligunt aliqui cum Dionyſ. Carthuſ. qui ait: *Aliqui per ſedentes in tenebris accipiunt Patres in limbo detentos, qui fuerunt in tenebris, hoc eſt carentia lucis gloriæ, & loco obſcuro, ad quorum illuminatione Chriſtus poſt mortem deſcendit.* In quo oſtenditur ſuprema, intima miſericordia Dei? Quod oriens ex alto, ac veniens in hunc mundum, antequam ad Patrem regrederetur, ad univerſa, ac infima loca pervadit, ut ejus auxilio egentibus benefaciat, eoſque lumine gloriæ ſuæ viſitet, ac condecoret; in hoc ſeſe oſtentat ſuprema miſericordia, ut quanto quis eſt magis in neceſſitate, tanto magis ei ſubveniat, ut ei dona ſua impartiatur.

Luc. 2.

Vatabl.

Dei filii eſt inviſere ac recreare ſedentes in tenebris.

Tertull.

Carthuſ.

Cùm Deus diſpoſuiſſet, ut parens meus Elias per turbinem aſcenderet, quaſdam urbes, quædamque loca ex divino afflatu prius ipſe viſitavit, unde ad ſuum diſcipulum Heliſæum ait: *Dominus miſit me uſque in Bethel.* 4. Reg. 2. num. 2. Qua diligenter perluſtrata, rurſus ait ad Heliſæum. *Dominus miſit me in Jericho.* Ibidem num. 4. qua pariter inſpecta, tertiò ait ad ſuum diſcipulum: *Dominus miſit me uſque ad Jordanem*, num. 6. Ubi erant aliena tuguria, ſeu exiguæ domus, quibus omnibus locis peragratis, igneo ſublimi in curru ad cœlum transfertur. Quorſum verò antequam reciperetur in cœlum tam multa loca peragravit; Quid habet talis viſitatio cum aſcenſu in cœlum. Non humano ductus arbitrio, ſed divino actus imperio diverſa loca peragravit, crediderim, quia maximè præparat ac conducit ad aſcenſum in cœlum non ſolum magnas & amplas urbes, Bethel, ac Jericho, ſed etiam parva, & humilia loca apud Jordanem inviſere, ut magnis, ac parvis, ſublimibus ac infimis provideat ad pietatem, ſalutiferaque dona largiatur 32.

4. Reg. 2.

Elias ut feratur in cœlum, multa loca viſitando præparatur.

Joſeph adepto ſalvatoris nomine, cum ad Ægyptium imperium acceſſiſſet, præ cæteris illud prius habuit valdè fixum in mente, ut ſibi totam delegatam provinciam, omniaque illius loca parva, & magna viſitaret, ut omnibus dona ſua, cunctaque neceſſaria provideret Geneſ. 41. num. 16. *Egreſſus eſt itaque Joſeph ad terram Ægypti, & circuivit omnes regiones Ægypti.* De quo mirificè eum commendat Philo lib. de Joſeph. *Regius Vicarius*, ait, *aſſumpta Ægypti procuratione obibat ejus regionis præfecturas, & oppida: omnibus novum magiſtratum officiosè, & hilariter excipientibus: quos tum beneficiis, tum comitate ſibi devinciebat, elucente in ipſo vultu hominis eximia quadam gratia.* 33.

Geneſ. 14.

Joſeph cuncta viſitat.

Philo.

Ioan. 16. Dicebant ergo: quid eſt hoc quod
n. 16. dicit modicum? Neſcimus quid loquitur.

Num. 19. Cognovit autem Jeſus, quia vo-
n. 18. lebant eum interrogare, & dixit eis; de hoc quæritis inter vos, quia dixi modicum, & non videbitis me: & iterum, modicum, & videbitis me.

VERSIONES.

Syriacus. Quid illud eſt, pauliſper quod
n. 18. dicit? Neſcimus quid loquatur.

Pagnin. Vatabl. Quid eſt hoc quod dicit puſillum?

Euthym. Puſillo tempore?

Arabic. Non intelligimus quid loquitur.

Syriacus n. 19. Ieſus verò ſciens eos velle ipſum interrogare, dixit eis: de hoc quæritis inter vos, quod dixerim vobis: Pauliſper & non videbitis me, & iterùm pauliſper, & videbitis me.

Origenes. Cùm intellexiſſet ergo Ieſus, quid vellent.

Arabicus. Dixit eis de hoc, contenditis alter cum altero.

Arias Montan. Alij cum aliis.

EXPOSITIO II.

34. DICEBANT *ergo.* Præ magna admiratione ingeminant ſententiam, ſtimulati vehementi deſiderio myſteriorum intelligendi; *Quid eſt hoc, quod dicit modicum.* Duo dixerat Chriſtus: *Modicum non videbitis me, & iterum modicum videbitis me.* Secundò, *quia vado ad Patrem.* Utrumque perfectè diſcipuli non intelligebant, ut jam dixi: tam hoc ſecundum, *Vado ad Patrem,* ſæpè repetitum fuerat, ut patet ex locis repetitis in quæſtionibus, ſed ſolum ingeminant illud modicum, *quia modicum non videbitis me, & iterum modicum videbitis me.* Denuò protulerat Dominus, & ſemper nova majorem admirationem, ac dubitationem faciunt. *Neſcimus quid loquitur,* non intelligimus quid velit dicere, ac ſignificare. D. Aug. *Hæc Domini verba, ita obſcura erant diſcipulis antequam id, quod dicit, impletum eſſet, ut quærentes inter ſe quid eſſet, quod diceret, omnino ſe fatentur neſcire.* Dionyſius Carthuſ. ad hunc locum expendens hoc verbum, *Neſcimus quid loquitur.* Forſitan ex reverentia Chriſti vel timore, non audebant Chriſtum interrogare, ſed inter ſe quaſi ſecretè conferebant, & conquirebant, ſi fortè unus eorum poſſet ſatisfacere alteri, & cùm non poſſent, decreverunt interrogare magiſtrum.

Nova admirationem faciunt. — D. Aug. — Carthuſ.

35. *Cognovit autem Ieſus*, non ſolùm ut Deus, ſed etiam ut homo per ſcientiam infuſam, qua univerſorum cordium abdita cognovit, & ut notat Franc. Luc. adeò ſubmiſſa voce inter ſe collocuti fuerant, ut naturaliter à Chriſto audiri non poſſent. Cognovit ergo ut docent N. D. Cyrill. Alexandr. Theodor. Heracleotes, Leont. & alij non ex vocibus, nec ex vultu, nec ex geſtibus, nec ex nutibus; ſed ſua divina, ac ſupernaturali cognitione. *Quia volebant.* Deſiderabant nempè, præ verecundia autem, & reverentia, non audebant, ne interrumperent ſermonem ejus, interrogare ſenſum prædictæ propoſitionis. *Et dixit eis.* Benignè prævenit eorum interrogationem; D. Cyrill. *Prævenit Chriſtus interrogationem eorum; opportuniſſimè, oſtendens corda ſe hominum, ut Deum cognoſcere.* O ingens Dei bonitas! ſemper noſtra deſideria prævenit, & ſemper ſe anticipat, ut antequam interrogemus, ac poſtulemus, deſiderata concedat. *De hoc quæritis inter vos*; anxij, & dubij de hoc confertis, ac conſulitis. *Quia dixi modicum & non videbitis me.* Non repetit totam ſententiam; obmittit enim illud, *quia vado ad Patrem,* Quia in hoc non erat tanta difficultas, & facile intelligi poterat ex priori parte intellecta, & ideo illam repetit. *Modicum non videbitis me.* Quæ ſui difficultate, ac novitate multam anxietatem induxerat,

Franc. Luc. — D. Cyril. Theodor. Leont. — D. Cyril. — *Deus prævenit, noſtra deſideria, ac preces.*

QUÆSTIO VII.

Quare diſcipuli non intellexerunt hæc Chriſti verba, Modicum non videbitis me, *&c. cùm ſæpe videantur ab ipſo iterata?*

36. VALDE mirum eſt, quod Apoſtoli hæc Chriſti verba, *Modicum non videbitis me, & iterum modicum videbitis me.* Non intelligerent, cùm ſæpè ab ipſo Chriſto eſſent iterata & repetita, ut patet ex limine ſuperioris quæſtionis, & Ioan. 7. n. 33. *Dixit ergo eis* IESUS: *Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum.* Ioan. 8. n. 21. 22. & 12. num. 33. 36. & Ioan. 14. n. 2. 4. 12. 28. & hoc. c. 16. n. 5. 7. ſi res tam repetita erat à Domino, quomodo non intelligunt, ac ſenſum capiunt?

Ratio difficultatis. — Joan. 7.

37. Reſpondeo primò, ut dixi in expoſitione. Quia hæc verba, *Modicum non videbitis me, & iterum modicum videbitis me.* Denotabant altiſſima myſteria paſſionis, mortis ac reſurrectionis, & aſcenſionis Chriſti, in ſacra Scriptura declaratæ, quæ alta myſteria ipſi pleuè, ac perfectè non intelligebant, quia nondum Spiritus ſancti lux aderat, quæ poſtea data eſt, & ideo dicunt: *Neſcimus quid loquitur.* Quia nondum à Spiritu ſancto ſcientiam acceperant. Sic eis dixit Chriſtus. Ioan. 14. n. 26. *Paracletus autem Spiritus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis.* Ipſe eſt noſter Doctor & Magiſter D. Chriſoſt. hom. 11. in 1. epiſt. ad Theſſal. *Quoniam,* ait, *ſuper terram nox eſt, & in eam noctem nos incidimus, tradit nobis Deus lampadem illuſtrem, incenſam Spiritus ſancti gratiam in cordibus noſtris.*

Spiritus ſanctus noſter Doctor, & illuminator. — Joan. 14. — D. Chryſ.

38. Secundò. D. Aug. tract. 101. in Joan. Beda, & alij textum interpretantur non de tota ſententia, ſed de tempore, quod ſignificabat; nam cum antea ſolitus eſſet dicere vado ad Patrem, non adjecit modicum; nunc verò illud adjecit; de quo tota extorta eſt quæſtio, quid eſt *quod dicit nobis modicum.* Ac proinde illud *modicum* repetitum, & inverſum, turbavit diſcipulos. Tertiò. Rupertus; aliam cauſam aſſignat, quia ſcilicet ejus reſurrectionem, unde cætera pendebant, nunquam ſatis intellexiſſent, & ideo non capiebant *Modicum non videbitis me, & modicum videbitis.* Qui enim non capit unum fidei myſterium, nec alia percipit, ac intelligit.

D. Aug. Beda. — Rupert.

39. Quartò. Toletus. Tanquam ſub ænigmate loquitur Chriſtus, bene ſciebat ipſe diſcipulos non aſſequuturos hujuſmodi verba, tamen ita voluit proferre, ut dubitantes, & inquirentes attentius reſponſionem conſiderarent, & firmius obſervarent: quod enim laborioſè inquirimus, inventum conſervamus, & quod interrogamus, ſeu de quo dubitamus, expoſitum libentius, & attentius audimus, & retinemus.

Toletus — *Quod laborioſè inquiritur, dulcius inventum habetur.*

40. Quintò. D. Chryſ. hom. 78. & cum eo Euthym. Theophylact. duplicem aſſignant rationem. Primam ait Chryſoſt. *Quare ergo non intellexerunt? Aut propter triſtitiam, ut arbitror: ipſa enim omnium, quæ audierunt, oblivionem adduxerat.* Ita enim ſacri Apoſtoli mæſtitia gravati, ac oppreſſi erant, ut ea quæ dicebantur, licèt aliàs eſſent facilia, tamen ea non intelligerent. Vide ſuperiori cap. 17. n. 23. & 26.

D. Chriſ. Euthym. Theoph. — *Triſtitia impedit, mentis diſcurſum.*

41. Sextò. Citatus idem D. Chriſ. *Non intellexerunt,* ait, propter verborum obſcuritatem, ut contraria

D. Chriſ.

locutum

locutum arbitrantur. *Si videbimus te, inquiunt, quomodo vadis; ſi vadis quomodo videbimus, ideò dixerunt, ſe qiud loqueretur ignorare.* Theophylactus. *Nam ſi quidem videbimus te, quo vadis? ſi autem vadis, quomodo videbimus te? videntur enim hæc ænigmata eſſe.* Hoc Chriſti dictum Apoſtolis videbatur valdè obſcurum, imò tanquam ænigma: & hoc non mirum, cùm etiam multis Chriſtianis tale appareat; & hoc ex induſtria fecit Chriſtus Dominus, ut mœſtos diſcipulorum animos, novitate loquutionis involuta erigeret, ac curioſitate acueret & excitaret, ut ejus explicationem interrogarent, ut inde ipſe reſpondens eorum triſtitiam deliniret.

Theoph.

Curioſitate excitatur mens ad inveſtiganda divina myſteria.

42 De ſua dilecta decantat Sponſus. *Hortus concluſus, fons ſignatus.* Cantic. 4. num. 12. per hunc fontem ſignatum, ac clauſum intelligunt graves Auctores, ut D. Auguſtin. lib. 2. contra Creſconium cap. 14 Rupertus lib. 2. in Exod. cap. 20. Sacram Scripturam, divinaque fidei myſteria in ea contenta. Nam hæc ſicut fons paradiſi irrigat totam Eccleſiam, ſed cur hic fons divinarum literarum dicitur ſignatus, Cur non potius omnibus patens? Cur tot difficultatum ſigillis ſignatur? Scio D. Auguſt. citato loco reſpondentem, ut ad hunc fontem nullus extraneus accedat, id eſt ne indignis, ac contemptoribus pareat. Veneranda eſt etiam ratio Procopij in cap. 7. Iſai. dicentis: *Fons ſignatus eſt lex ipſa per ſe verborum obſcuritate ad exercendas ingenij vires, velut ſigillata, & obſignata*, Ac ſi diceret: ſignatus eſt fons ſacrarum litterarum, ut ingenij vires multa curioſitate ob earum obſcuritatem exerceantur, ne nimis divina lex vileſceret, ſi nimis eſſet cunctis obvia.

Cantic. 4.

D. Aug.
Rupert.

Sacra Scriptura fons ſignatus ad exercendas ingenii vires.

Procop.

43. Dum alta, & profunda myſteria revelantur Joanni in ſua Apocalypſi, dicitur ei. *Apocalypſis Jeſu Chriſti, quam dedit illi Deus palam facere ſervis ſuis.* Apocal. 1. num. 1. Quomodo dicitur hujuſmodi revelationes fieri, ut ſervis Dei manifeſtentur, cum ipſe liber Apocalypſis totus ſit ænigmatibus, figuríſque obſcuriſſimis plenus, ita ut magnus Dionyſius Alexandrin. Epiſcop. libro de repromiſſione, referente Euſebio lib. 7. Hiſtoriar. cap. 23. de hoc lib. Apocalypſ. ita ſcripſit. *Reconditus, ac admirandus omnibus eſt ſenſus, quem & ego admiror, & veneror, etiamſi non intelligo.* Et doctiſſimus, ac ſubtiliſſimus Cardinalis Cajetanus, poſtquam utrumque teſtamentum commentariis illuſtravit, tandem in fine ſuorum operum ait, *Apocalypſim fateor me neſcire exponere juxta ſenſum literalem.* Quomodo hic liber datur, ut palam fiat ſervis Dei; ut quanto magis, in eo apparent difficultates, ac ænigmata, tanto magis omni ſtudio ingenij vires exerceantur, maximè enim appetit intellectus ſcire, ac penetrare obſcura, & quando id tenet, ac aſſequitur, tunc dulcius ſapiunt, & delectant, non enim ita ſuavis eſſet divina ſcriptura, ſi non eſſet obſcura, eo magis in deliciis eſt, quo magis involuta, atque difficilis. D. Gregorius homil. 6. in Ezech. *Magnæ utilitatis ipſa obſcuritas eloquiorum Dei, quia exercet ſenſum, ut exercitatus capiat, quod capere non poteſt otioſus; habet quoque aliud majus: quia Scripturæ ſacra intelligentia, ſi cunctis eſſet aperta, vileſceret, in quibuſdam locis obſcurioribus tanto majori dulcedine inventa reficit, quanto majori labore fatigat animum quæſita.*

Apoc. 1.

Didymus.
Euſebius.

Cajet.

Sacra Scriptura clauditur, ut magis ſapiat, & magis iniquiratur.

D. Gregor.

Joan. 16. n. 20. Amen amen dico vobis: quia plorabitis, & flebitis, mundus autem gaudebit: Vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.

VERSIONES.

Syriacus. Amen, amen dico vobis; flebitis vos, & lamentabimini, mundus autem lætabitur: vóſque ægritudine afficiemini; ſed ægritudo veſtra in gaudium evadet.

Arabicus. Flebitis vos, & ululabitis, & mundus gaudebit, &c. Sed triſtitia veſtra reſultabit in gaudium.

D. Cyprianus in immortalitate, Amen amen dico, vobis, quoniam vos plorabitis, & plangetis, ſæculum autem gaudebit: vos triſtes eritis: ſed triſtitia veſtra in lætitiam veniet.

Pagninus. Mundus contra gaudebit, vos autem mœſtitia afficiemini.

Vatablus. Vos autem mœrore afficiemini, ſed mœror veſter vertetur in gaudium.

EXPOSITIO III.

AMEN, *amen dico vobis*, id eſt rem certiſſimam ac veriſſimam futuram vobis prædico, ſcilicet mortem, & reſurrectionem meam? moraliter verò: *Amen amen?* tanta aſſeveratione utitur, agebat de obſequiis ſervorum, ac præmiis à ſe conferendis. Et quod princeps de his recordetur, adeo rarum, & mirabile, ut Dominus tanta aſſeveratione uſus eſſet. *Quia plorabitis*, ſeu ut ex Græco legitur *Lamentabimini.* Exterius voces lamentationis, ac gemitus dabitis, *& flebitis*: effuſis lachrymis. Repetito verbo utitur ad maximè exprimendum dolorem, quem de ſua ſacratiſſima paſſione habebunt. *Mundus autem gaudebit.* Pagninus, *mundus è contra gaudebit.* Mundi nomine ſignificantur Judæi, ac mundani omnes. D. Cyrillus Alexandr. *Significat ſordidam Judæorum multitudinem.* Hunc ſenſum tanquam literalem ſequitur Theophyl. adhibet alium, & minus probabilem referens ad gaudium totius mundi, quia mea paſſio totius mundi erit gaudium, redemptio, ac ſalus totius mundi. 44.

Valde mirum, quod ſæculi principes de ſuorũ obſequio recordentur.

Pagnin.

D. Cyril.

Theoph.

Vos autem contriſtabimini: adauget, & amplificat, quod dixerat. Et ſenſus totius ſententiæ eſt, explicans illud modicum non videbitis me, & iterum modicum videbitis, de quo erat quæſtio, ait Dominus. *Plorabitis, & flebitis, & contriſtabimini* vos meæ paſſionis, & ſepulturæ tempore modico: mundus autem gaudebit, id eſt, Judæi exultabunt, quod me vita privaverint: ſed poſt hoc modicum paſſionis, triſtitia veſtra vertetur in gaudium, cùm poſt meam reſurrectionem iterum me magno cum gaudio videbitis redivivum, atque immortalem. Ita D. Chryſoſt. homil. 78. Euthym, Theophylact. D. Thomas, D. Bo- 45.

D. Chryſ.
Euthym.
Theoph.
D. Thom.
D. Bonav.

navent, & alij. Ad majorem explicationem textus notandum eſt,quod triplici verbo utitur dominus ad ſignificandum dolorem diſcipulorum circa ſuam paſſionem. *Plorabitis, flebitis, contriſtabimini,* uno tantum verbo ad denotandum eorum gaudium. Nam dolor de paſſione habebat rationem obſequij, ac meriti, gaudium verò remunerationem,ac præmium importabat;inde obſequium triplici verbo ponitur, præmium verò uno,ut innuatur, quod Dominus magis recordatur noſtri obſequij,quod ei deferimus, quam præmij, quod largitur,magis habet ante oculos,magiſque commemorat noſtrum,obſequium,quàm donum, ac præmium à ſe collatum.

Deus magis recordatur noſtri obſequii, quam præmii, quod confert.

46. D. Aug. Beda. Maldonat.

Secundò.Iuxta D. Auguſtin. Bedam, Maldonatum datos, quæſt.2.num.10.qui modicum exponunt de præſenti vita; ſic explicant? Vos ô Apoſtoli mei poſt meum aſcenſum in cœlum, meum Evangelium prædicantes, multis perſecutionibus, ac ærumnis vexati plorabitis,& flebitis; mundani verò gaudebunt,eo quod vos affligant & crucient, ac occidant, ſed in fine hujus ſæculi,ego veniam, vóſque adducam,ut mecum in æterna beatitudine gaudeatis.

QUÆSTIO VIII.

Quare Chriſtus D. aperto ſermone ſuis diſcipulis non reſpondit ad quæſtionem, moriar, & reſurgam, ſed triſtabimini, & triſtitia veſtra vertetur in gaudium?

47. IN limine hujus quæſtionis notandum eſt, quod poſtquam Chriſtus D. dixit: *Modicum non videbitis me,& iterum modicum videbitis me.*Quo audito ipſi diſcipuli fatentes ſuam ignorantiam *dicebant: Quid eſt hoc, quod dicit modicum, neſcimus quid loquitur.* Statim ſubjungit Dominus. *Amen dico vobis, plorabitis, & flebitis vos.* Et merito quidem, quia veræ lacrymæ acuunt oculos, ut divina videamus. Illa mulier peccatrix. Luc. 7. num. 37. *Vt cognovit quod accubuiſſet Ieſus in domo? Phariſæi, attulit alabaſtrum unguenti, & ſtans retro ſecus pedes ejus, lacrymis cœpit rigare pedes ejus, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes ejus, & unguento ungebat: videns autem Phariſæus, qui invitaverat eum, ait intra ſe, hic ſi eſſet propheta,* &c. Compone modo inter peccatricem illam, & Phariſæum iſtum, uterque Ieſu adeſt, ſed peccatrix Ieſum, & noſcit, & æſtimat ſuæ infirmitatis remedium, ſuæque authorem ſalutis, quam ab illo tot officiis obtinere nititur; Phariſæus autem non noſcit Ieſum, imo de illo dubitat, an Propheta ſit. Vnde ergo hic Phariſæus cæcutit circa Ieſum, circa quem peccatrix mulier eſt oculatiſſima? cauſa ipſa videtur innui à Ieſu, cum Phariſæo ait, *Aquam pedibus meis non dediſti, hæc autem lacrymis rigavit pedes meos*: pœnitentiæ lacrymæ fecerunt peccatricem oculatiſſimam erga Ieſum, quibus quia caruit Phariſæus, adeo cæcutivit, ut nec præſentem videret Chriſtum. D. Ambroſ. Epiſtol. 89.*Ergo Simon Phariſæus, ait, quia aquam non habebat, non habebat pœnitentiæ lacrymas; nam ſi habuiſſet, laviſſet oculos, ut Chriſtum videret, quem adhuc cum ſimul accumberet, non videbat, eum ſi vidiſſet,non utique de ejus poteſtate dubitaſſet.*

Luc. 7.

Lacrymæ acuunt mentem ad intelligenda divina.

D. Ambr.

48. Ad quæſtionem, quæ inquirit. *Quare cum Chriſtus Dominus dixiſſet modicum non videbitis me, & iterum modicum videbitis me.* Diſcipuli quid modicum illud ſignificet, quærunt, & apertè profitentur ſuam ignorantiam. *Dicebant: Neſcimus quid loquitur.* Et cùm Ieſus cognoviſſet, quod eum volebant interrogare circa id quod modicum illud ſignificaret:Reſpondens Ieſus ait illis, *Plorabitis, & flebitis, ac triſtabimini*, modicum tempus ſuæ paſſionis intelligens, quo eum non erant viſuri, quod denotabatur ſub illud *Modicum non videbitis me.* Et ſubdit: *Triſtitia veſtra vertetur in gaudium.*Innuens modicum tempus reſurrectionis uſque ad Aſcenſionem,quo eum erant viſuri, de quo dixerat. *Iterum modicum videbitis me.* Quæſtio præſens eſt, cur tam obſcurè, ac involutè reſpondet Chriſtus, & cur apertè non explicat,quid ſit *modicum,*quo eum non videbunt, & iterum quid ſit aliud modicum, quo eum videbunt?

Difficultas quæſtionis.

49. Theodor.

Reſpondet primo Theodorus Heracleotes Non reſpondet apertè Chriſtus, quid ſit illud *modicum*, malebat enim ut quod utrumque modicum ſignificaret, ex ipſo potius rerum eventu, quam ex verbis ejus diſcerent. Quæ enim dicebat, potius volebat oſtendere rebus, quam verbis tantum.Secundò Toletus annotat.25.Intendebat Chriſtus D.ſuorum diſcipulorum dolori medicinam adhibere, propterea illis verbis uſus eſt, *Contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium*, ut præmoniti de triſtitia, & fletu, minus præſentem ſentirent dolorem ſperantes futurum gaudium,dictum enim erat brevi in gaudium vertendum.

Dominus oſtendit ſuã veritatem potius re, quam verbis.

50. Tertiò. Apoſtoli maximè contriſtati, ac conturbati erant de his, quæ audierant in Cœnaculo, de proditione Iudæ, qua Ieſus tradendus erat in manibus ſuorum inimicorum, de morteque ipſius Domini, quam ex multis cognoverant, quamvis non intelligerent,quod eſſet in tam proximo, ac inſtanti tempore, ad quod cognoſcendum Dominus paulatim eos diſponebat, ideo noluit ſignificatione ſuæ mortis tam proximæ,ac inſtantis eos amplius vulnerare, ac ejus acutiſſimo dolore ſauciare, ſed hoc verbis obſcuris diſſimulat; maximè quia in proximo erat ejus paſſio, & tunc apertè omnia intelligerent.

Dolloro non eſt addendus ſuper dorem.

51. Abſtinet ergo Dominus à declaratione tam proximæ ſuæ mortis, ne dolor dolore augeretur. Cùm miſer epulo apud inferos damnatus detinetur piiſſimum Abrahamum alloquitur, ut miſſo Lazaro gutta aquæ lingua ejus refrigeraretur, cui ait Abrahamus, *fili recepiſti bona in vita tua.* Luc.16.num.25.Cur non crudelem, impium, ac inhumanum dicit, ſed filium vocat, quid affabilius, ac honorificentius. Cur miſerum damnatum, tormentis addictum tanta benignitate proſequitur; Equidem renuit piiſſimus Abrahamus afflicto ſuam afflictionem augere, ſufficiebat miſero horribilis damnatio; cur aliunde illi erant deneganda ſuavia, ac honorabilia verba D.Chryſoſtom. ibi, *Vide Philoſophiam, vide humanitatem juſti. Non dixit, inhumanè, crudelis, ſceleſtiſſime, cùm tamen multa commiſeris in hominem, nunc mentionem nobis facis humanitatis, miſericordiæ, & veniæ? Non te pudet? Non erubeſcis? Sed quid dicit fili, inquit, recepiſti bona in vita tua. Nam animæ, ait, dejectæ non addes perturbationem.* Expende vltima verba: *Animæ dejectæ non addes perturbationem.*

Luc. 16.

Afflicto non eſt danda afflictio.

D.Chryſ.

Ob

52. Ob fratrem Abel occiſum magnis ſuppliciis afficitur Cain à Deo, dicitur ei, *maledictus eris ſuper terram, cum operatus fueris eam non dabit tibi fructus ſuos. Vagus, & profugus eris ſuper terram*; ſeu ut legunt Septuaginta. *Gemens, & tremens*: tum animo, túmque corpore hoc, illuc vagaberis tanquam ejectus à facie terræ; unde ipſe cùm ſe tantis pœnis circumdatum videret, infert, *omnis ergo qui invenerit me, occidet me*, aitque ei Deus; nequaquam ita fiet, ut explicant Abulenſ. Perer. Cornelius, vitæ fidem accepit à Deo, & tanquam in vitæ munimine, *Poſuitque Dominus in Cain ſignum, ut non interficeret eum omnis, qui invenisset eum.* Geneſ. 4. num. 15. Cur tam execrabilis homicida, qui totius homicidij fuit caput, vitæ fidem accepit à Deo, ac etiam illius ſignum, ut non eſſet interficiendus? erat ille miſer, maxime cruciatus, ac afflictus, cum tantis pœnis eſſet affectus, maledictus nempe, & vagus ſuper terram, & cùm etiam perturbatus exiſteret, quod à quolibet eſſet occidendus, noluit Dominus in hoc afflictionem ſuper afflictionem addere, ut ſi vexabatur maledictione, nec etiam torqueretur timore proximæ mortis irruentis. D. Thomas ibi. *Ut ſciretur*, ait, *à Domino punitus & judicatus, & ita non occideretur ab aliquo: & inhumanum enim eſt afflicto afflictionem addere.*

Septuaginta. Abulenſ. Pereira. Cornel. Geneſ. 4. Super afflictionem nova afflictio non eſt addenda. D. Thom.

Quæstio IX.

Quare Apoſtolis dicitur, quod eorum triſtitia vertetur in gaudium, moraliter diſcutitur?

53. Notandum in limine hujus quæſtionis quod hic dicitur Apoſtolis *Plorabitis, & flebitis*, & non dicitur eis, ut à lacrymis temperent, ut filialibus Ieruſalem, dominum crucem bajulantem flentibus dictum eſt, *nolite flere ſuper me.* Quam quæſtionem ibidem diſcutiam. Secundò notandum eſt, *mundus gaudebit, vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.* Conſequenter videbatur dicendum, ſicut triſtitia veſtra vertetur in gaudium, ſic & gaudium mundi in triſtitiam, & pœnam, ab hoc ſecundo abſtinet Dominus, nam quod triſtitia Apoſtolorum verteretur in gaudium, bonum eorum erat, at quod gaudium mundi in triſtitiam, & dolorem, pœna ingentis cruciatus erat. Cùm de noſtro commodo Dominus maxime gaudeat, illud evulgat, ac publicat; at cùm de pœna, & ſupplicio agendum eſſet, illud ſupprimit, ac præterit; nam Deus maximè gaudet in bono noſtro, triſtatur, ac diſplicet in pœna.

Deus de noſtro bono gaudet, de pœna dolet.

54. Ad quæſtionem reſpondet. Primo Alcuinus. *Cunctis fidelibus*, ait, *convenit hic ſermo Domini, qui per lacrymas, preſſuráſque præſentes ad gaudia æterna commendunt.* Lachrymis, ac preſſuris æterna vita comparatur. Magno affectu Rachelem in ſponſam ducere nitiur Iacob, tamen Laban prius tradidit ei Liam, quæ lippis erat oculis; dicens: *Non eſt in loco conſuetudinis, ut minores antea tradamus ad nuptias.* Geneſ. 29. num. 25. valdè pulcherrima erat Rachel, & in dotibus corporis facile ſororem ſuperabat, eámque vehementiſſimo amore diligebat Iacob: Cur ex conſuetudine Lia prior ducenda erat, ob oculorum lippitudinem exoſa? Magno myſterio res diſponebatur, valdè frequens eſt apud Doctores, per Liam, vitam præſentem lachrymis plenam, ſicut & per Rachelem vitam futuram, ac beatam denotari. Bene ergo, *Non eſt in loco conſuetudinis*, ut prius detur Rachel, quam Lia, ut enim quis tranſeat ad poſſeſſionem pulcherrimæ Rachelis, hoc eſt vitæ beatæ, prius neceſſe eſt, ut copuletur, ac habeat Liam, vitam nempe laborioſam, cum lachrymis; per lachrymas enim, ac preſſuras diſponitur homo ad deſponſationem cum Rachele, ac vita beata. Robertus Holkot lectione 131. in ſapient. cap. 10. verſ. 11. *Cœleſtia patria juniorem illam Rachelem, id eſt beatitudinem pulchram & decoram, dare ante laborem præſentis vitæ nos non eſt, & ideo prius oportet accipere Liam lippam, ut poſtea habeamus Rachelem decoram*: ſic enim Deus dat coronam pro cinere, oleum gaudij pro fletu, pallium laudis dabit pro ſpiritu mœroris. Iſai. 61. n. 3. vide ſupra in hoc cap. n. 24. 25. 26. & tom. 4. cap. 19. n. 12. & 13. & cap. 37. n. 79. 80.

Alcuin. Geneſ. 29. Beatitudo per labores & lachrymas comparatur. Robertus. Iſai. 61.

55. Secundò Tertullianus lib. de ſpectaculis c. 28. poſt adducta hæc Chriſti Verba. Vos contriſtabimini, mundus autem gaudebit, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium, ſic Tertullianus. *Vicibus, diſpoſita res eſt: nunc illi, lætantur, nos conflictamur.* & paulo poſt *Lugeamus ergo dum Ethnici gaudent, ut cum lugere cœperint, gaudeamus.* Hæc alterna viciſſitudo clare patet in divite avaro, & mendico Lazaro Luc. 16. num. 19. Lazarus in præſenti vita fame cruciatur, dives verò ſplendidè, ac oppiparè epulabatur; poſtea tamen mutatis vicibus, eſuriebat dives, ſaturabatur Lazarus Ad hæc D. Chryſolog. ſerm. 1. 4. *Immutatio*, ait, *quanta rerum, quo deſcendit dives? quo pauper aſcendit? Reſpicit ibi ſurſum, quem deſpexerat hic deorſum.* Et eleganter D. Auguſt. ſerm. 227. de tempore, *Pauper*, inquit, *beatitudinem emit mendicitate: dives ſupplicium facultate.*

Tertul. Labor juſtorum viciſſitudinem habet cum gaudio iniquorum. Luc. 16. D. Chryſ. D. Aug.

56. Unde Ioannes Apocalyp. 17. num. 3. mulierem ſedentem ſuper beſtiam coccineam, cum omnes Reges terræ fornicati ſunt, mercatores, ac nautæ lætitiæ, ac deliciis affluentes luxuriabantur, tamen ſemel, & iterum audit lamentationis carmina ſupra hos omnes. *Væ, væ civitas illa magna, quæ amicta erat byſſo.* cap. 18. num. 16. Et iterum. *Væ, væ civitas illa magna: in qua divites facti ſunt omnes, qui habebant naves in mari.* Ibidem num. 19. Tamen ſtatim ſequitur cap. 19. num. 1. *Poſt hæc audivi vocem turbarum multarum in cœlo dicentium: Alleluya.* Nota quod dicit, *poſt hæc* poſtquam omnia mundana in lachrymas ſolvuntur, poſt mortem, paſſionem, ac perſecutionem juſtorum in anguſtiis, in carceribus, ut interpretes communiter exponunt, ſancti Angeli Iuſtorum ſocij dicunt Deo *Alleluya*, cantantes feſtiva carmina jubilationis. Quid eſt, quod ad delicias, ac luxurias Babyloniæ gemitus, ac lamentationes inſonant, *Væ, væ*; ad perſecutiones, ac mortes juſtorum, applauſus, ac jubila exultationis reſonant; niſi quia omnia gaudia mundana, lamentationes lugubres parturiunt; perſecutiones verò juſtorum in feſtiva, ac læta ſolvuntur. Rupertus ad citat. cap. 19. *Hic eſt auditus conſolationis*, inquit, *hoc eſt carmen exultationis carmen veſtrum, non peregrini cives cœleſtis patriæ, qui in hoc mundo peregrini, & lamentamini, quando flebunt, & lugebunt Reges illi, mercatores illi, gubernatores, & nautæ illi videntes perire vanitates, & inſanias falſas, in quibus ſunt confiſi, & dicent. Væ, væ tunc vos Alleluya cantabitis.*

Apoc. 17. Apoc. 18. Apoc. 19. Triſtitia juſtorum vertitur in gaudium; impiorum gaudium in ſummam triſtitiam. Rupert.

Hinc

57. D. Paulin. *Melior eſt ærumna juſtorum, quam iniquorum majeſtas.* Hinc merito D. Paulin. Epiſtola 4. flenti Magdalenæ ad pedes Chriſti invidet, eique aſſociari ardentius exoptat, quam Phariſæo, inter vina ac convivia lætanti, imo Chriſtum invitanti; ad Phariſæum ſic alloquitur, *Interim malo*, ait, *peccatricis, & pauperis noſtræ divitias in lacrymis, affectu, quam tuas in impietate. Illius jejunium, quam tuum convivium. Malo inter capillos illius Chriſti pedibus alligari, quam inter dapes tuas tecum juxta Chriſtum ſine Chriſto diſcumbere.* Nam Phariſæi divitiæ, convivium, ac diſcubitus in menſa cum Chriſto, ſine Chriſto eum accuſabant; at mulieris lacrymæ, jejunium, ac capilli ad pedes Chriſti, ei peccatorum indulgentiam impetrabant.

Quæstio X.

Quare non explicatur, quantum, & quale erit hoc gaudium?

58. *Omnis labor habet finem.* Ait Chriſtus D. in præſenti *Plorabitis, & flebitis, vos autem contriſtamini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.* Triſtitiæ, ac labori ex hoc ſæculo emergenti aſſignatur terminus, *triſtitia veſtra vertetur in gaudium.* At lætitia à Deo proveniens nullo termino circumſcribitur: ſemper labori Deus dat finem. Vide tom. 3. c. 8. n. 109. & tom. 4. c. 4. n. 40.

59. Pſalm. 92. Triſtitia juſtorum habet terminum, non vero eorum gaudium. Ait David ad Deum: *Conſcidiſti ſaccum meum; & circumdediſti me letitia.* Pſal. 29. num. 12. *Conſcidiſti ſaccum meum*: ſeu ut legit D. Hieron. *Solviſti*, ſeu ut alii ex Hebræo, *Dirupiſti ſaccum.* Per ſaccum Noſter Incognitus, Lorinus, & ali interpretantur corpus, tanta fuit lætitia à Deo data, ut non ſolum intra animum retineretur, ſed etiam exterius in totum corpus reſtagnaret. At de oppreſſione, ac afflictione aliter ipſe loquitur. *Potum dabis nobis in lachrymis in menſura.* Pſalm. 79. num. 6. In menſura, hoc eſt tenuiter, ac parcè, ut iterpretatur Cardin. Hugo juxta illud Ezech. 4. num. 11. *Aquam in menſura bibes*, id eſt in parcitate, ac tenuitate. Quid eſt quod lætitia in tanta affluentia communicatur, anguſtia vero in tanta tenuitate, ac parcitate? Quia Deus valdè parcus eſt, in laborum preſſura ſuis danda, valde magnus, & largus in gaudio, ac lætitia communicanda. Unde David decantabat: *Cor meum, & caro mea exultaverunt in Deum vivum.* Pſalm. 83. num. 3. Ad quod tendit D. Cyprian. Epiſtol. ad Donatum. *Non*, ait, *in capeſſendo munere cœleſtis menſura ulla, vel modus eſt: profluens largiter ſpiritus nullis finibus premitur, nec coërcentibus clauſtris intra certa metarum ſpatia refrænatur. Manat jugiter exuberat afluenter.*

D. Hieron. Hebraicus. Incognitus. Lorinus.

Pſalm. 79. Hugo. Ezech. 4.

Triſtia dat Deus parcè, gaudia largiter.

Pſalm. 83. D. Cyprian.

60. 2. Cor. 6. De juſtis ac ſanctis ſcribit D. Paulus 2. Corinth. 6. num. 10. *Quaſi triſtes*, ait, *ſemper autem gaudentes: ſicut egentes, multos autem locupletantes; nunquam nihil habentes, & omnia poſſidentes.* De laboribus, ac exultationibus Juſtorum diſſerit Apoſtolus; magno tamen diſcrimine ſe habet in una, & altera re pertractanda, nam cum de preſſuris eſt ſermo, ſemper ponit aliquod verbum diminutivum. *Quaſi triſtes; ſicut egnentes; tanquam nihil habentes.* At verò cum de eorum gaudio eſt ſermo ponit præpoſitionem abſolutam & numquam dicat quaſi Nam triſtitia ſanctorum hic *quaſi* habet, nam brevi, & quaſi in ſomnis tranſit, non enim eſt triſtitia, ſed quaſi triſtitia, & umbra; gaudium autem ſanctorum, non habet quaſi, quia ſolidum, ac firmum eſt, ideo abſolute, & ſimpliciter profertur. D. Anſelmus ibi. Notandum autem, ait, quia in his, quæ ſunt adverſa dictum eſt quaſi, ut, ſicut, tanquam: in his, quæ ſunt proſpera, non eſt dictum; ait enim quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes, &c. Triſtitia noſtra habet quaſi, gaudium autem noſtrum noſtra habet quaſi, quia ſpes, qua gaudemus certa eſt. Triſtitia vero noſtra, quaſi habet, quia in ſomnis tranſit. Qui ſomnium indicat, addit qua ſi ſedebam, quaſi loquebar. Totum, quaſi, quia cum evigilaverit, non invenit, quod videbat. Quod deſumptum videtur ex D. Auguſtin. in Pſal. 48. conc. 2.

Brevis juſtorum afflictio in præſenti vita, æternum vero gaudium.

D. Anſelm.

Secundò inquirit quæſtio, quare non explicatur quale ſit hoc juſtorum gaudium quia plures ſunt juſtis gaudendi materiæ, innumeráque ſunt beatorum gaudia, quæ explicari, ac enarrari non poſſunt; illa nempe celſitudo cognitionis, qua videbimus Deum facie ad faciem; ille Charitatis fervor, jucunditas exultationis, fiducia ſecuritatis, fraterna unitas, honor dignitatis, & alia multa, de quibus latè agit Cardinalis Jacob. de Vitri. Dominic. 4. Quadrageſ. quæ tot, & tanta ſunt, ut explicari non poſſint. 1. Petri cap. 1. n. 8. *In quem nunc quoque non videntes creditis: credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili.* Syriacus *Ineffabili.* 61. *Æterna beatitudo inenarrabilis.*

1. Petri 1.

Syriac.

Ait Ioannes Apocal. 10. num. 7. *In diebus vocis ſeptimi Angeli, cum cœperit tuba canere, conſummabitur myſterium Dei.* Primaſ. *finietur Sacramentum Dei*: Quid eſt, quod cum ſeptimus Angelus dederit ſignum tubâ, tunc conſummabitur, ſeu adimplebitur myſterium, ſeu ſacramentum regni Dei; quodnam eſt hoc myſterium, ſeu Sacramentum? glorificatio nempe ſanctorum in regno Dei, ut communis eſt vox interpretum, ſed cur hujuſmodi glorificatio dicitur arcanum, ſeu Sacramentum? D. Thomas, *quia ineffabilis, ac inenarrabilis eſt.* Myſterium, ſeu Sacramentum ilud eſt, quod unum exterius apparet, & multa ſub ſe, quæ inenarrabilia ſunt continet. Sic cum dicitur, beatitudo, ſeu glorificatio ſanctorum, unum quid concipitur; tamen tot, ac tanta ſecum involvit, ut nec leviter ab intellectu noſtro valeant attingi. Vide tom. 1. lib. 3. c. 6. q 5. num. 35. 36. & tom. 4. cap. 22. quæſt 41. n. 101. 102. 103. 62. Apoc. 10. Primaſ.

D. Thom. *Celſitudo beatitudinis non poteſt attingi ab intellectu.*

Joan. 16. n. 21. Mulier cum parit, triſtitiam habet, quia venit hora ejus: cum autem peperit puerum, jam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum.

Num. 22. Et vos igitur tunc quidem triſtitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum: & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.

VERSIONES.

Syriacus n. 21. Mulier cum parit, ægritudine afficitur, quia venit dies partus ejus: cum autem peperit filium, non meminit angoris ſui

ſui, propter gaudium illud: quod natus ſit homo in mundo.

Vatabl. Pagnin. Mulier cùm parit dolorem habet: quia venit hora ejus: cùm autem peperit puellum, non amplius meminit anxietatis propter gaudium.

D. Gregor. Niſſ. Appropinquante partus cruciatu, mulier eſt in dolore; poſtea verò cùm peperit.

Euthimius. Cùm autem peperit puerulum, jam non meminit anguſtiæ propter gaudiũ hic ortũ, quod natus ſit homo in mundum.

Theophylactus. Non meminit anxietatis, propterea quod gaudeat hominem natum eſſe in mundo.

Arias. Non meminit tribulationis propter gaudium, quia genitus eſt homo in mundo.

D. Ambros. in Pſal. 47. Quia natus eſt puer

Syriac. n. 22. Et vos quidem nunc ægritudine eſtis affecti, ſed iterum videbo vos, & lætabitur cor veſtrum.

Arabicus. Vos autem nunc triſtes eſtis, ſed iterum videbo vos, & gaudebunt corda veſtra, & gaudium veſtrum non tollet aliquis à vobis.

Vatablus. Et vos igitur nunc quidem in mœrore eſtis.

Cajetanus. Et gaudium veſtrum nemo tollit à vobis.

EXPOSITIO. I.

63. Theoph. Carthuſ. MVLIER *cum parit.* Morte Prophetarum, ut notant. Theophylact. & Carthuſian. parabola quadam explicat Chriſtus D. in ſuis Apoſtolis viciſſitudinem doloris, ac gaudij, brevitatémque doloris, magnitudinem, ac perpetuitatem gaudij (ut notat D. Chryſoſt.) *Quod* [D. Chriſ.] *triſtitia gaudium pariat, quodque illa brevis ſit, hoc verum perpetuum.* Triſtitia mulieris parturientis brevis eſt, gaudium vero ex filio nato valde diuturnum *Mulier cum parit triſtitiam habet.* Maximè enim affligitur, ac graviſſimis diſcruciatur doloribus. Hinc frequenter in Scriptura vehementes, dolores parturientium doloribus comparantur, Pſal. 47.n. 7. Eccleſiaſt. 34.n.7. Iſai. 13. n.8.& 21.n.3. Ierem.4.n.31.& 6.n.24. *Quia venit hora ejus.* Syriacus *dies ejus*: tempus nempè pariendi à natura conſtitutum, quod ſemper ſecum involvit dolores. Moraliter non dicitur tempus, ſed hora ejus, quâ ſignificatur brevitas laborum in hac vita, ut adnotarunt Tertullian. lib de ſpectacul. D. Cyprian. lib. de Immortalitate. *Cum autem peperit puerum.* Non puellam, ſed puerum dicit, ut notarunt D. Auguſtin. tract. 101. Beda, quia majus communiter reſultat gaudium ex puero, quam ex puella nata. Seu myſticè, quia fideles debent eſſe maſculo, ac virili animo ad

[Pſal. 47. Eccleſ. 34. Syriac. — Tertul. D. Cyprian. — D. Aug. Beda.]

fortia. Interl. Vocati ſunt ad cœli expugnationem, non ad mollitiem hujus ſæculi, vel quia major eſt dolor ex puero nato, ut notat ipſe Auguſtinus, jam non meminit preſſuræ toleratæ propter gaudium ex puero nato, quem ſperat ſibi fore auxilium, & adjuvamen. Et rectè notat D. Chryſoſt. expendens illud verbum, *meminit.* Ita ſcribens: *Et non dixit, quia non erit tribulatio, ſed neque meminit ejus.* Mulier penè mortua jacet partus difficultate laſſata, unde non dicitur: *Non erit ei tribulatio.* Sed conſultiſſimè, *non meminit preſſuræ*: quia acerbior tribulationis angor erat ab imaginatione mali imminentis, non timebat, vel quia ex gaudio pueri nati omnis præſens tribulatio abſorbetur.

[Interlin. — D. Chryſ. — *Gravior dolor ab imminenti malo*]

Quia natus eſt homo in mundo; Ecce ratio ob quam omnis doloris memoria abit, ac abolita eſt. *Quia natus eſt homo in mundo.* Antea dicebatur puer; *Cum autem peperit puerum*, jam dicitur homo, quamvis aliquando fidelis videatur parvulus tanquam puer, tamen ex gaudio, quod confert ex ſui miniſterio, ac obſequio eſt homo. Et non dicitur natus in mundo, ſed in mundum, quia non naſcitur ſibi, ſed aliis. 64.

[*Vir & ſi parvulus videatur magnus ſit in obſequio.*]

Sub hac parabola magnum myſterium contineri docent D. Chryſoſtom. homil. 78. Noſter D. Cyrill lib. 11. cap. 6 Theophylactus, Euthym. Albertus Magnus, D. Bonavent. Chriſtus tempus mortis, ac paſſionis ſuæ comparat parturitioni; reſurrectionem verò confert gaudio poſt partum. Chriſtus in paſſione ſua doloribus, ac cruciatibus affectus eſt inſtar mulieris parturientis. At tranſacto partu, & doloris tempore, cum merito mortis, ac paſſionis ſuæ, ſe reſurgentem vidit, omnéſque fideles ſimiliter reſurrecturos prævidit, ſummopere lætatus eſt, magnóque gaudio Apoſtolos, ac fideles omnes replevit, quos moriens in cruce tanquam infantulos ſuos parturivit. Ad hunc ſenſum explicat Chryſoſtom. cur dicitur prius puer, *cum peperit puerum*: poſtea verò homo: *Natus eſt homo.* Vt denotetur Chriſti reſurrectio. Chriſtus enim per reſurrectionem quaſi denuo natus non puer, ſed homo vir perfectus. Et dicitur natus in mundum, non mundo: quia Chriſtus, ait Maldonatus, non ſibi, ſed nobis, id eſt mundo univerſo natus eſt. 65.

[D. Chriſ. D. Cyril. Theoph. Euthym. Albert. D. Bonav. — D. Chryſ. Maldonat. *Chriſtus non ſibi, ſed nobis.* — Maldonat.]

Et vos igitur. Explicat Dominus, & accommodat ſuperiorem ſimilitudinem, ut notarunt D. Cyrillus lib. 11. cap. 6. D. Auguſt. tract. 101. *Triſtitiam habebitis* jam in proximo imminet nobis tempus ſummæ triſtitiæ, ac lamentationis, quando ſimiles eritis in doloribus, ac afflictionibus mulieris parturientis, quia me morte, ac ſepultura detentum non videbitis; & hoc eſt modicum, quod dixerat me non videbitis. *Iterum autem*, id eſt poſt aliud modicum, ſeu breve tempus à morte mea. *Videbo vos*, me vobis præſentem, ac redivivum exhibens. Non ait, *videbitis me*, ut ſupra num. 16. *Poſt modicum videbitis me.* Sed ait. *Videbo vos*, quia niſi ipſe ſe exhiberet præſentem, eum videre non poterant, & quia ipſe nos miſericorditer videt, nos eum poſſumus videre. *Et gaudebit cor veſtrum.* Sicut gaudet mulier hora partus tranſacta, ſic & vos gaudebitis de mea reſurrectione, ac egreſſu à ſepulchro devicta morte, ſicut de puero nato gaudet mulier & ſicut gaudium mulieris non adæquatur ejus triſtitiæ, hæc enim brevis eſt, illud autem diuturnum: ſic & veſtra triſtitia brevis erit, gaudium verò veſtrum permanens, & diuturnum. 66.

[D. Cyrill. D. Aug. — *Si nos Deus videt in miſericordia, ipſum videbimus.*]

D.Chryſ. Theoph. Euthym.

Ita cùm D. Chryſoſtom. Theophylact. ait Euthymius. *Quemadmodum brevis ille mœror, qui mulieri in partu laboranti provenit a partus doloribus magnum parit de edita prole gaudium: ita vobis temporalis de morte mea mœror, perpetuum generabit de reſurrectione mea gaudium.* Et tam permanens, ac fixum erit hoc gaudium, *ut nemo tollet a vobis,* nec à vobis poterit auferre.

Quæstio XI.

Quare dolor diſcipulorum in Chriſti morte comparatur dolori mulieris parturientis?

67. Alcuin.

MVLIEREM hanc ſanctam Eccleſiam interpretatur Alcuinus in Catena D. Thomæ dicens. *Mulier Eccleſia ſancta eſt propter fœcunditatem bonorum operum, & quia ſpirituales filios Deo generat. Hæc mulier dum parit, id eſt dum in mundo virtutum profectibus inſiſtit, dum undique tentatur, & affligitur, triſtitiam habet de hoc, quia venit hora ejus ut pariatur, cum verò pepererit, non meminit preſſuræ propter gaudium.* Anima fidelis quandiu eſt in hoc ſæculo, valdè adverſa tolerat, ut ſpirituali gaudio perfruatur. Cùm veniſſet Rebecca ex Meſopotamia, Iſaac *introduxit eam in tabernaculum matris ſuæ Saræ, & accepit eam uxorem.* Geneſ. 24. num. 67. quid eſt quod in matrimonio copulantur. Iſaac, & Rebecca? Iſaac interpretatur riſus, Rebecca patientia. Quia ut quis ſocietur riſui, ac lætitiæ ſpiritualis dulcedinis, prius patientiam habeat in tribulatione, ac adverſitate hujus ſæculi. Rabbanus. *Quamvis*, ait, *ſancta Eccleſia cœleſtis ſit gaudij contemplatio ſuſpenſa, habet tamen adhuc, quod triſte de mortalis corporis pondere toleret; Iſaac verò, & Rebecca conjungitur; id eſt riſus, & patientia permiſcetur, quia fit in ſancta Eccleſia hoc quod eſt ſcriptum, ſpe autem gaudentes, in tribulatione patientes, ut hanc, & proſpera de contemplatione lætificent, & adhuc adverſa de tribulatione perturbent.*

Anima fidelis ut fruatur gaudio ſpiritualis dulcedinis adverſa tolerat. Geneſ. 24. Rabbanus.

68. Ad Quæſtionem. Quàre dolor diſcipulorum in paſſione comparatur doloribus mulieris parturientis? Reſpondet primo D. Ambroſ. in Pſal. 47. *Quia*: ait, *teſtificatur Dominus in Evangelio dolores parturientis eſſe graves*, & adducit hunc Ioannis locum, & ideo ait D. Auguſtinus tract. 101. fit mentio de pueri partu: *Cùm peperit puerum*: quia maſculi partus majorem infligit dolorem, quam fœminæ, ut his declaretur, quàm vehementiſſimus fuerit dolor diſcipulorum in morte Domini. Secundo, D. Chryſoſtom. homil. 78. propter doloris brevitatem. Brevis extitit dolor diſcipulorum de morte Domini, ſicut partus dolor brevis eſt, breviterque tranſit.

D. Ambr. D.Auguſt. Chryſoſt.

69. Toletus

Tertiò, Cardinalis Toletus. Annotat. 26. propter cauſæ identitatem. Idem enim puer, eſt cauſa doloris dum paritur, idémque etiam cauſa gaudij dum natus eſt. Sic idemmet Chriſtus ſua morte magnum dolorem intulit diſcipulis, ſua vero reſurrectione magnam lætitiam generavit: reſurrectio enim generationi cuidam ſimilis eſt: illud Pſalm. 2. num. 7. *Ego hodie genui te.* De reſurrectione exponitur Actor. 13. n. 33 Quarto utriuſque gaudium eſt mirificum, & ſummum quod omnem præcedentem dolorem abſorbet.

Pſalm. 2. Actor. 13.

70. D.Cyril.

Quintò N. D. Cyrillus lib. 11. cap. 6. *Conſolationis vim varia ratione ante oculos ponit, perſpicuáque ſimilitudine ad ferendos illos hortatur labores, quorum exitus ingens, & perpetuum erit gaudium.* Inter utrúmque fit comparatio propter ordinem, uterque enim vertitur in gaudium magnum. Nam nativitas pueri magnum gaudium eſt parturienti. Reſurrectio verò Chriſti, magnum gaudium extitit diſcipulis. Ad animam fidelem loquitur Deus per Michæam 4. num. 9. *Nunc quare mœrere contraheris? Quia comprehendit te dolor ſicut parturientem? Dole, & ſatage filia Sion quaſi parturiens, quia nunc egredieris de civitate, & habitabis in regione, venies uſque ad Babylonem: ibi liberaberis, ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum.* Deſcribitur anima circundata doloribus immiſſis à Deo, ſed qualeſnam ſunt dolores, quos Deus immittit in animam? tales ſunt, ut aſſimilentur doloribus parturientium. *Dole, & ſatage filia Sion quaſi parturiens.* Et cur tales dolores partus referunt, cauſa inſinuatur in textu. *Ibi liberaberis, ibi redimet te Dominus.* Inde dolores Dei cauſa ſuſcepti, dolores partus vocantur, quia brevi tranſeunt, & magnum adducunt gaudium, magnámque lætitiam generant; quia eſto ſint dolores, in vicino habent gaudia libertatis, exultationéſque redemptionis excuſſo omni inimicorum timore. D. Cyrill. Alexandr. ibi, *O bona filia patiens eſto ad dolores, dura ad moleſtias, appropinqua ad partum: hoc eſt non longe ab iis, quæ expetuntur. Venies enim in Babylonem ipſam, ſed enim non penitus te conſolatione deſtitutam relinquit.* Expende illud *apropinqua ad partum: non longe ab iis, quæ expetuntur.* Cùm dolores partus in te irruerint, jam in proximo eſt, ut fruaris gaudio eorum, quæ deſiderantur.

Dolor Dei cauſa ſuſceptus breviter tranſit, & infert gaudium. Mich. 4. D. Cyril.

71. Alcuinus.

Sexto Alcuinus citat. in catena D. Thomæ, *Cùm peperit mulier, id eſt cùm devicto laborum certamine ad palmam pervenerit, jam non meminit preſſuræ præcedentis propter gaudium perceptæ retributionis.* Aptè quidem fidelium dolor in ſtadio hujus ſæculi confertur cùm dolore parturientis, nam tranſacto partu jam mulier non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum, ſic tantum eſt gaudium æternæ regenerationis, ut omnem antiquorum laborum recordationem abſorbeat, & non ſinat nos meminiſſe ærumnarum, quas in hoc ſæculo ſuſtinuimus.

Gaudium cœleſtis patriæ generat oblivionem omnium laborum.

72. Iſai. 65.

Deſcribens Iſaias 65. num. 17. cœleſtem patriam, ait. *Ecce ego creo cœlos novos, & terram novam: & non erunt in memoria priora, & non aſcendent ſuper cor.* Quæ verba ſic transferunt Septuaginta. *Erit enim cœlum novum & terra nova. Et non recordabuntur priorum, nec venient ſuper cor eorum, ſed gaudium, & exultationem invenient in ea.* Ubi maximè notandum, quod dicitur. *Et non erunt in memoria priora*: ſeu non recordabuntur priorum, ſcilicet laborum, ac ærumnarum ſed cur tantum priorum dicitur? Cur etiam non exprimitur priorum laborum, ſed tantum priora dicuntur, & labores tacentur. Tanta lætitia, ac exultatione erunt profuſi cœleſtes Spiritus, ut etiam nomen laboris, vocabula ærumnarum à memoria eorum exciderint, ut etiam preſſuræ, ac moleſtiæ nominis non recordentur. Abbas Cellenſis lib. de panibus c. 7. *Nomen mortis, ait, nomen languoris, nomen pauperis, nomen doloris, nec nominatur apud vos, cives cœli, domeſtici Dei; quid autem? vita, jucunditas, jubilatio, exultatio, glorificatio.*

Septuaginta. *In beatitudine rerum memoria erit nominis laboris.* Abbas Cell.

QUÆSTIO

QUÆSTIO XII.

Quare Chriſtus ait, quod Apoſtolorum gaudium à nemine auferri poterit.

73. GERMANUS ſenſus eſt: *Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis*: quia gaudium ipſorum eſt Chriſtus, qui jam non moritur. Ac ſi diceret Ne vobis ſit timor incidendi amplius in ſimilem triſtitiam, gaudium enim veſtrum de me erit perpetuum, quod nulla adverſitate turbari poterit, quia ego jam amplius miſeriis hujus vitæ, ac morti non ero obnoxius, cùm ſim jam reſuſcitatus ad vitam beatam, & immortalem. D. Aug. tract. 101. *Quod ait, gaudium veſtrum nemo tollet à vobis, quia gaudium eorum eſt ipſe Jeſus, ſignificatum eſt, quod ait Apoſtolus.* Chriſtus reſurgens à mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Rom. 6. n. 9. In hàcque expoſitione ſunt communiter Patres. D. Chryſ. D. Cyrill. Theod. Heracleotes, & etiam Mopſueſt. Leont. Theoph. Euthym. Beda, & alij communiter, ut ſequuntur ferè omnes recentiores, Toletus, Cornelius, Franc. Luc.

D. Aug. Rom. 6. Chryſoſt. D. Cyrill. Thoedor. Leont. Thoeph. Toler. Cornel. Franc. Luc.

74. Maldonat. Aliter interpretatur Maldonatus; nemo tollet à vobis, ita ut gaudium veſtrum nullum finem ſit habiturum; opponit enim futurum in cœlo Apoſtolorum gaudium, gaudio mundi, quod hac vita terminatur. Ac proinde non dixit ſimpliciter gaudium veſtrum perpetuum erit; *ſed gaudium veſtrum nemo tollet à vobis*: ut ad gaudium alluderet hujus vitæ, quod multa tollunt, multa perturbant: At verò illud Beatorum nullus caſus, nulla infirmitas humana, nullaque vis, nulla mors illam perpetuam felicitatem poteſt ab eis tollere, aut in aliquo etiam minutiſſimo eis nocere. Poſtquam Joannes numerat beatos ex omni mundi parte, ſubdit. *Agnus, qui in medio throni eſt, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum* Apoc. 7. n. 17. ſicut etiam dicitur. *Sitienti dabo de fonte aquæ vitæ.* Apoc. 21. num. 6. ſeu ut legunt Syriacus, Pagninus, *de fonte aquæ vivæ*, Nonne ſat erat ducere eos ad fontem aquæ, ut ibi deſiderium ſitientium expleretur, cur ergo addit hanc aquam eſſe vitæ, ſeu vivam? Quia illa gloria non eſt quælibet poſſeſſio, ſed vivæ vitæ, quæ nullum habet terminum; & caret omni moleſtia, D. Thom. c. 21. *Dicitur, ait, aqua viva, quia jucunditas gloriæ poſſeſſori ſuo tribuit jucunditatem interminabilis vitæ.*

Gloria eſt interminabilis vita ſine moleſtia. Apoc. 7. Apoc. 21. Syriac. Pagnin. D. Thom.

75. Deſcribens Joannes quomodo ei oſtenſa fuit cœleſtis beatitudo ab Angelo, ait: *Oſtendit mihi fluvium aquæ vitæ, ſplendidum tanquam cryſtallum.* Apoc. 22. num. 1. Arabicus legis *fluvium purum aquæ vitæ rutilantem, ut adamantem defluentem.* Cur hic fluvius cœleſtis comparatur adamanti? Quid fluvius cum adamante? Fluvius nulla firmitate conſtat, Adamas firmiſſimus. Notandum eſt, in adamante eſſe claritatem, & firmitatem, quæ etiam inveniuntur in cryſtallo, licet diverſa excellentia. At cur hic fluvius beatitudinis dicitur eſſe ad inſtar ſplendidi cryſtalli, ſive adamantis? Quia in beatitudine per fluvium exprimitur ſumma exuberantia cum perfectiſſima claritate, ac ſplendore, & cum ſtabiliſſima firmitate, quæ denotatur per cryſtallum; ſive adamantem. Annuit Rupertus. *Quia, ait, talis aqua vivificando illuminat, atque confirmat, bene ait ſplendidum addendo cryſtallum: in cryſtallo namque eſt claritas, & firmitas, quæ, ſunt pulchra vitæ illius beatæ inſignia.*

Apoc. 22. Arabicus. *Claritas beatitudinis cum ſumma firmitate.* Rupert.

De cœleſti Jeruſalem teſtatur Joannes Apoc. 21. n. 25. *Et portæ ejus non claudentur per diem.* Aliter verò Eſdras clamat lib. 2. c. 7. n. 3. *Non aperiantur portæ Jeruſalem.* Cur portæ Jeroſolymæ à Propheta claudi jubentur, quæ ab Evangeliſta non recludendæ denotantur; quia hic temporalis Jeroſolyma inter tenebras, ac inſidias latentes commoratur, quibus latro inductus poteſt clauſtra irrumpere, at cœleſtis Ieroſolima perenni luce fulget, lucerna ejus eſt agnus, qui eminentiſſimo ſuo ſplendore eam totam illuſtrat, ac cuſtodit, ut nullus adverſariis pateat aditus, nullúſque ſit adverſarius qui tantum ſplendorem valeat perturbare. Strabus. *Non aperientur, ait, portæ tempore noctis, ne in tenebris hoſtis irrumpat: clareſcente autem luce beatitudinis, jam non erit opus clauſtris, quia nec adverſariis datur ultra facultas impugnandi: portæ non claudentur, quia nox non erit illis: imò lux perpetua, quæ nunquam deficiet* 67.

Apoc. 21. Eſd. 2. 7. *In beatitudine perpetuus dies, nullus adverſarius timetur.* Strabus.

CAP. XIX.

Si quid petieritis Patrem.

Ioan. 16. *n.* 23. In illo die me non rogabitis quidquam. Amen, amen, dico vobis. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.

Num. 24. Uſque modo non petiſtis quidquam in nomine meo: petite, & accipietis, ut gaudium veſtrum ſit plenum.

VERSIONES.

Syriac. n. 23. In die illo me non interrogabitis quidquam. Amen, amen dico vobis: quicquid rogabitis Patrem meum.

Vatablus. Quæcunque petieritis à Patre nomine meo dabit vobis.

Arabic. Quodcunque petieritis.

Theoph. Quæcumque petieritis ſub nomine meo.

Arabic. n. 24. Et uſque modo non petiſtis quicquam, petite, & donabimini.

Syriac. Adhuc uſque nihil petiſtis.

Euthym. Hactenus nihil petiſtis.

Theophylact. Ut gaudium veſtrum ſit perfectum.

EXPOSITIO I.

IN die illo non interrogabitis quidquam. 1.
Hoc verbum, duo habet ſignificata. Primò idem eſt ac inter rogare. Ut vertit Syriac. Secundò idem & orare. D. Aug. tract. 101. Utrumque ſignificatum complectitur,

Syriac. D. Aug.

complectitur, ad ſtatum gloriæ ſententiam refe-
rens, quia tunc nec opus erit interrogare, nec
D. Cyril. precari. Secundò D. Cyrill. lib 11. c 7. rog. bitis,
exponit interrogabitis, denotans tempus poſt
adventum Spiritus ſancti, quia tunc non erit opus
D. Chryſ. vobis interrogare, quia ipſe erit veſter Doctor
& Magiſter. Tertiò D. Chryſoſtomus homil 78.
exponens rogare pro precari, ſeu orare. Hoc eſt
poſt adventum Spiritus ſancti non indigebitis
me in veſtris neceſſitatibus precari, quia ſufficit
vobis nominis mei invocatio apud Patrem. Quartò
genuinè. Reſtringenda eſt ſententia ad ma etiam
præſentem. In illo die gaudij veſtri poſtquam
reſurrexero, me non interrogabitis quidquam
de hac, re qua modo quæritis inter vos. *Quid*
Rupertus, *ſit modicum n n videbitis, & iterum modicum*
Cajet. *vid bitis me.* Quia tunc planè quid hæc verba
Barradas. ſignificent, intelligetis. Ita Rupertus, Cajetan.
Franc. Luc. Barrad. Franc. Luc.

2.
D. Aug. *Amen amen*, id eſt certiſſimè, ac in veritate vo-
bis promitto. D. Aug. cenſet, Amen valere idem
ac juramentum. *Dico vobis.* Apoſtolis, ac diſcipu-
lis meis, intimè, ac veraciter mihi adhærentibus.
Secundario omnibus fidelibus cujuſcunque gra-
dus, ac conditionis, meorum Apoſtolorum verè
imitatoribus, his enim facit ſponſionem, ac
præbet fiduciam ad petendum, & dat ſpem ad
obtinendum: *accipietis, ſi quid petieritis*: quod
Interlin. ſit ad Dei gloriam, ac veſtram ſalutem con-
Divina bo- ducens. Sic ait Interlinealis. Solidum, & Deo
na ad mul- gratum, nam hoc ſolum ſimpliciter, & abſolutè
tos ſe dif- aliquid eſt, quod verò mundanum omnino nihil
fundunt. eſt. Et non ait ſi quid quis petierit, ſed in plura-
li. *Quid petie itis*, nam Dei dona ſingularitatem
neſciunt, multitudinem amant, & in multos dif-
funduntur. *Petieritis*, oraveritis, imploraveritis, ut
decet; unde *Patrem*: ut tanquam ejus filios nos
exhibeamus, ac proinde multam fidem, ſpem, ac
charitatem habeamus in petendo; fidem, & ſpem
cùm à patre poſtulamus. Charitatem, qua unuſ-
quiſque tenetur diligere ſuum parentem, quanto
magis cœleſtem. Non ait, ſi quid petieritis me, ſed
Patrem, omnia referens Patri, ut diſcamus omnia
Deo eſſe referenda. *In nomine meo*, id eſt per me,
ac mea merita.

3.
D. Aug. *Dabit vobis.* Certiſſimè ſi petatis ut oportet,
non enim deficit Deus in promiſſionibus ſuis.
Vobis, ait. Hinc D. Auguſt. tract. 102. exiſtimat
promitti orationis effectum, ſi pro nobis ipſis
oremus: ait *dabit vobis.* Aptius tamen, ac libera-
D. Baſil. lius D. Baſil. in regulis brevioribus 261. & com-
Toletus, muniter recentiores, Toletus, Barrad. Luc. Burg.
Juſti de alio- Cornel. cenſent id etiam promitti, ſive pro nobis,
rum bonis, ſive pro aliis oremus, nobis enim dat Deus quod
tanquam de aliis dat pro quibus oramus; hoc magis congruit
propriis beneficentiæ divinæ, ac ſanctorum charitati: quæ
gaudent. enim aliis dantur, tanquam propria ipſi æſtimant.
Vide tom. 4. c. 14. n. 129. 130.

4.
Uſque modo. Seu ut alij legunt, Hactenus, ſeu
uſque modo *non petiſtis quidquam.* Seu non oraſtis
Rupert. quidquam; non ſimpliciter negat eos Deus oraſſe,
ſed addit *in nomine meo.* Nam ut ait Rupertus,
ignorabant virtutem nominis Christi, & quia
confiſi præſentiæ Chriſti ab ipſo præſente pete-
bant, ut ipſe à Patre impetraret. Hortatur eos
Chriſtus ut petant, & oſtendit viam, per quam faciliter
oſtendit obtinere valeant omnia. O quantum diſtat Divi-
modum, quo nus Princeps à terrenis. Terrenus Princeps fati-
petamus, re- gatur ſuorum poſtulationibus. oſtiumque claudit,
ges terreni ad illorum petitiones, at cæleſtis illis delecta-
claudunt. tur, aperit viam, indicàtque modum ad illas. *Peti-
te, & accipietis.* Hoc enim meis meritis à Patre
meo id vobis impetravi, ac proinde non eſt, quod
contriſtemini de meo diſceſſu, nam me abſente
eſt vobis virtus nominis mei, per quam omnia
obtinebitis. Ita Euthym. Ribeira, & alij. *Ut gau-* Euthym. Ribeira.
dium veſtrum ſit plenum, perfectum, ac adimple-
tum, obtentis enim gratiis omnibus à Patre qui-
bus vobis opus eſt, fiet ut gaudium plenum ha-
beatis, adeptis omnibus, quæ deſideratis, etiam in
hac vita. De quo latius infra.

Quæstio I.

Quare hic Chriſtus D. ſuos Apoſtolos hortatur, ut in nomine ejus petant à Patre?

De connexione textus cum antecedentibus 5.
excitatur quæſtio ſupra n. 20. prædixit Do-
minus ſuis Apoſtolis, quod plorabunt, & flebunt.
Et n. 21. eorum dolores parturientium moleſtiis
comparavit *Mulier cùm parit.* Magnam tamen
conſolationem eis promittit, *Iterum videbo vos, &
gaudebit cor veſtrum*, & ſtatim ſubnectit ſuos ex-
hortans. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo.*
Reſpondeo; quod in hoc magnam aliam con- 6.
ſolationem, magnúmque documentum Chriſtus
dat ſuis Apoſtolis, ut eo abſente utantur ad impe-
tranda omnia, quibus egent à Patre ſuo. Ac ſi di-
ceret Chriſtus. Ego non ſemper hac mea præſen-
tia corporali vobis ero præſens, tempus eſt enim,
ut revertar ad eum, qui miſit me. Nolite ò diſci-
puli mei contriſtari de meo diſceſſu, & abſentia, *Oratio ſub-*
quia certiſſimè vobis promitto, Patrem meum *ſtituitur*
vobis daturum, quidquid ab eo poſtulaveritis *tanquam*
virtute nominis mei. Me præſente vobis erat *Chriſti vi-*
conſuetudo à me petere, quia verò modo abeo, *caria.*
non timeatis, quod vobis aliquid deerit, quodque
dolores parturientium in vos irruent, quia perſe-
cutiones contra vos inſurgent. Pro mea enim
præſentia orationem in virtute nominis mei,
tanquam mei vicariam, ac vices gerentem vobis
ſubſtituo, ut quemadmodum Chriſtus ſua præ-
ſentia ſive in proſperis, ſive in adverſis advoca-
tus, patronus, ſcutum, requies, & ſolatium ſuorum
erat, ita hæc omnia in oratione cunctis adſint.
Ita Divus Gregorius Nyſſen. lib. de oratione Do- D. Nyſſen.
minica orat. 1. ſic ait: *Oratio reorum, & cauſam
dicentium patrona, noxiorum, ac vinctorum relaxatio,
atque ſolutio; fatigatorum requies, mæſtorum con-
ſolatio, gaudentium animi delectatio, lugentium
conſolatio.*
Ait Apoſtolus Paulus ad Philip. 4. n. 5. *Mo-* 7. Philip. 4.
*deſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus, Dominus
propè eſt. Nihil ſolicitii ſitis, ſed in omni oratione, &
obſecratione, cùm gratiarum actione petitiones veſtræ
innoteſcant apud Deum.* Exhortatur nos Apoſto-
lus, ut cunctis modeſtia, ac humilitas noſtræ
converſationis ſit nota, & manifeſta. *Dominus
enim*, ut aliqui Codices addunt, *propè eſt*; Domi-
nus appropinquat, ut nobis ſuccurrat, ac adju-
vet, ut explicat D. Anſelmus, & ſi adjuvamen D. Anſelm.
aliquantulum videatur morari, ac non adeſſe, *in
omni oratione, ac obſecratione*, cùm inſtanti, ac fer-
vida oratione, petitiones noſtras notas faciamus,
ac exponamus Deo, ut illius opem flagitantes,
optata impetremus. Quid eſt, quod ſi Domi-
nus aliquando ſuo auxilio videatur immorari,

ut vos ex alta providentia ſinat tribulatione, ac moleſtia vexari, ex conſilio Apoſtoli in omni re, in omni negotio, ut communiter exponitur cùm oratione, & obſecratione, tanquam ad certam conſolationis anchoram recurramus, ut petitiones noſtras Deo Patri exponamus. Nam levamen, ac adjuvamen, quod ex Domini adventu ſperabamus, hoc nobis conferat, & tribuat ejus vicaria oratio, tanquam illius vices gerens, & ideo pro magna conſolatione, poſtquam Apoſtolus dixit, *Nihil ſoliciti ſitis*, addit nos ad orationem debere confugere, ut ejus efficacia omnia impetremus; opportunè D. Chryſ. hom. 14. ad prædictam Epiſt. ſic ait: *Unum ergo ſolatium hoc eſt, quod Dominus prope eſt: Ecce & aliud ſolatium, quod iſtar eſt pharmaci, quo reſolvitur quicquid uſpiam eſt triſtitiæ, & incommodi & quæcumque fuerint moleſtiæ. Quod autem eſt iſtud; Precari & in omnibus gratias agere.*

Oratio vices Domini agit.

Chryſoſt.

8. Ex juſſione regis mittuntur tres pueri Sidrach, Miſach, & Abdenago colligati in medium camini ardentis. Cùm Nabuchodonoſor ad oſtium fornacis acceſſiſſet, clamans ait. *Ecce video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis eſt, ſpecies quarti ſimilis filio Dei.* Daniel 3. n. 92. Ut pueri à ligaturis ſolverentur, deſcendit Angelus Domini ſub forma filij Dei, & vincula dirupit, & excuſſit flammam ignis. Tamen cùm Paulus, & Silas eſſent miſſi in interiorem carceris partem & pedes eorum ſtricti ligno, *Media autem nocte Paulus, & Silas orantes laudabant Deum. Subito vero terræ motus factus eſt magnus, ita ut moverentur fundamenta carceris. Et ſtatim aperta ſunt omnia oſtia, & univerſorum vincula ſoluta ſunt.* Actor. 16. num. 25. & 26. Quid eſt, quod ut pueri in fornace ignis à vinculis liberentur, venit Angelus ſub forma filij Dei, at verò cùm Paulus, & Silas ſunt in carcere, abſque alicujus perſonæ interventu vincula rumpuntur & oſtia aperiuntur, unde? In fornace deſcendit Angelus in forma filij Dei, at verò in carcere *erant Paulus, & Silas media nocte orantes.* Et quod in fornace præſtitit Angelus cùm forma filij Dei, præſtitit & in carcere oratio utpote vicaria ipſius filij Dei, Ut pueri liberentur adeſt Angelus in figura filij Dei, at ut Paulus & Silas ſerventur in carcere, una ſufficit oratio vices ipſius filij Dei gerens. Divus Chryſoſtomus homil. 8. in Epiſtol. ad Epheſios: *Mox ab initio*, ait, *oſtendit*, ſcilicet Angelus *illos non arſuros, ſed velut carcerem ingreſſuros. Quid enim vincires arſuros. Vincti erant etiam non minore furore. Nam in interiorem ille cuſtodiam ipſos conjecit, & hic caminum vehementer incendi juſſit. Sed videamus, quæ ſubinde ſequuntur: pſallentibus illis motus eſt carcer, aperteque ſunt januæ illius.*

Daniel. 3.

Actor. 16.

Oratio ſubſtituitur pro Angelo agente filii Dei perſonam.

D.Chryſoſt.

9. Inſtanter clamabat Cananæa pro filiæ ſalute; cui ait Chriſtus. *Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus; at illa reſpondit, & dixit illi, etiam Domine, nam & catelli edunt de micis*, &c. Matthæi 15. n. 26. & 27. Res valdè mira! Deus dicebat *non*; mulier è contra affirmat, *etiam*: Unde tanta mulieris fiducia, quod ſibi audeat aſſerere, quod à Deo negatum ſibi viderat? Ex quo ſanè mulier ad orationem confugit, inde tantam fiduciam habuit, nam licet Dominus denegare videretur, cùm oratio vices ejus agat, illud impetrabit ac obtinebit. Vide de hac Cananæa tom. 4. c. 4. q. 18. n. 160. 161. 162. 163.

Matth. 15.

Quæstio II.

Quare Chriſtus D. hic bis repetit Amen, quod eſt veluti quoddam juramentum?

Hujus dictionis *Amen* repetitio veluti cujuſdam juramenti habet formam, & hac utitur hic Chriſtus, ut de promiſſione certiſſimus; dubitatio enim orationis efficaciam in impetrando impedit. Unde Jacob. c. 1. n. 6. ait *Poſtulet autem in fide nihil hæſitans.* Fides autem hic ſumitur pro vera fide, ſeu fiducia, qua credit Deum eſſe fidelem in ſuis promiſſis, ut exponunt D. Cyrillus Catecheſ. 5. D. Hieron. in Dialogo contra Luciferian. Unde de hæſitatione ſubdit Jacobus *Non æſtimet autem homo ille quod aliquod accipiat à Domino.* Acceſſit ad Chriſtum Archyſynagogus deprecans pro filia ſua, quæ mortua erat, cùm veniſſet Chriſtus in domum, & vidiſſet tibicines, ac turbam plorantem, illis dixit Chriſtus: *Recedite, non eſt mortua puella, ſed dormit, & deridebant eum* Matth. 9. n. 25. ejecti ſunt omnes, ut docent D. Chryſ. hom. 32. D. Hieron. ibi; *quia indigni erant, ut reſurrectionis myſterium viderent.* Cùm autem ſurrexiſſet puella, ut colligitur ex Marc. 5. n. 55. eam tradidit ſuis parentibus, cur non etiam turbæ aſtanti? Quia turba deridens diffidebat de Domini poteſtate, de qua multum parentes erant confiſi ad Chriſtum convenientes, & inde tantum donum meruerunt accipere. 10.

Jacob. 1.

D.Cyril.
D. Hieron.

Oratio ut impetret, ſit cum multa fide.

Matth. 9.
D. Chryſ.
D. Marc. 5.

Ad quæſtionem cur hic Dominus duplicat *Amen.* Cardinalis Hugo. *Bis dicitur Amen*, ait, *propter duplicem certitudinem. Homines enim in promiſſis ſolent dupliciter decipere. Aut omnino non reddendo promiſſum, aut diminuendo. At Deus quod promittit, ſolvit, & etiam ultra promiſſum reddit.* Homines in promiſſis, aut non ſolvunt, aut diminuunt. Ait Jacob ad Laban. *Serviam tibi pro Rachel filia tua minore ſeptem annis. Reſpondit Laban: Melius eſt ut tibi eam dem, quam alteri viro: mane apud me.* Geneſ. 29. num. 18. 19. tamen tranſactis ſeptem annis, uxorem ſuam Rachelem poſtulat Jacob. At verò Laban veſpere Lyam filiam ſuam introduxit ad eum. Ibid n. 23. In quo apertè mentitus eſt, ut notant Abulenſ. Lyran. & alij, nam pro Rachele dedit Lyam, & licet unam filiam ſuam ei tradiderit in matrimonium, tamen diminuit in pacto, ac promiſſo, nam pro pulchra & decora facie, dedit ei aliam turpem, lippis oculis. 11.

Hugo.
Homines vel promiſſa non reddunt, vel minuunt.

Geneſ. 29.

Abulenſ.
Lyranus.

At Deus exactiſſimè adimplet promiſſum. *Quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita*, Pſal. 88. n. 35. Ipſe enim eſt ſumma veritas, & minimè fallere poteſt. Inſuper ultra promiſſum multa reddit, & ſolvit. Per Iſai. 37. num. 33. *Dicit Dominus de Rege Aſſyriorum: non intrabit civitatem hanc, & non jaciet ibi ſagittam.* Et ſuper hæc addidit Dominus, quod hoſtilis exercitus fuerit omnino devaſtatus, ac deletus *Venit Angelus Domini & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia.* 4. Reg. 19. n. 15. & tamen hoſtis non ſolum civitatem non eſt ingreſſus, nec in eam miſit ſagittam, ſed etiam deleto hoſte civitas ab ejus timore omnino eſt libera, & immunis. Similiter ut cohiberentur querimoniæ filiorum Iſraël contra Moyſen, & Aaron, ad deſignandum ſummum ſacerdotium, præcepit Deus ut ex cunctis principibus filiorum Iſraël virgæ 12.

Pſalm. 88.

Deus dat ſuper promiſſa.

4. Reg. 19.

Dd 2 accipe

acciperentur. *Poneſque eas in tabernaculo fœderis : quam ex his elegero, germinabit virga ejus.* Num.17. n. 4. & tamen virga Aaron ad judicandam ejus excellentiam ſuper cæteros, non ſolùm fronduit, ſed floruit, ac fructum fecit. *Invenit germinaſſe virgam Aaron in domo Levi : & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati ſunt.* Ibid. n. 8. ſimiliter Salomon petit à Deo ſapientiam : *Dabis Domine ſervo tuo cor docile.* Et non ſolùm dedit ei ſapientiam, ſed etiam divitias, & glorias. *Sed hæc, quæ non poſtulaſti dedi tibi divitias ſcilicet & gloriam, ut nemo fuerit ſimilis tui in regibus cunctis retro diebus.* 3. Reg.3.n.13.

Num. 17. 3. Reg. 3. 13.

Cum Abrahamus peregrinaretur in Geraris, dicebat Saram uxorem ſuam eſſe ſuam, ſororem, unde ſublata eſt mulier in domum regis Abimelech, quem Deus, ejúſque uxorem, & ancillas gravi morbo, ac immedicabili, ut tradit Joſeph, percuſſit, omniúmque vulvam concluſit, ut ſteriles factæ eſſent. Tamen ex Dei conſilio dicitur Abimelech : *Nunc ergo redde viro ſuo uxorem, quia Propheta eſt : & orabit pro te, & vives* Gen. 20 n. 7. Et tamen poſtea ſubditur. *O ante autem Abraham ſanavit Deus Abimelech, & uxorem, ancilláſque ejus, & pepererunt ; concluſerat enim Dominus omnem vulvam domus Abimelech propter Saram uxorem Abrahæ.* Ibid. n. 17. & 18. Deus tamen promiſit, quod ſi Abrahamus fudiſſet preces pro Abimelech, quod ipſe recepiſſet ſanitatem; & tamen hæc non ſolùm reſtituta eſt regi, ſed etiam reginæ, ac ancillis, quæ ex ſua ſterilitate omnes ſunt liberatæ ; hæc eſt enim magnifica divina liberalitas, ut plura concedat, quàm promittit, ac etiam ab eo poſtulantur : non Abrahamus, juxta divinum conſilium tantum videtur oraſſe pro Abimelech. D. Nil. c. 18. de oratione. *Suorum vota Deus ſemper excedit, nec unum ſed plura largitur.* Vide t. 1. l. 1. c. 6. n. 53. 1. 2. c. 20. q. 8. n. 52 53. & t. 3. c. 11. n 61. & c. 33. n. 35. & t. 4. c. 8. n. 198. & cap. 9. num. 73. c. 12. n. 39. & c. 20. n. 50, 51.

Joſeph. Geneſ. 20. *Deus plura dat, quam promittit.* D. Nilus.

Quæstio III.

Quare Chriſtus ait : Si quid petieritis.

14. *Benemeritus tantum valet ſperare.*

Ait Chriſtus D. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* In quibus verbis quatuor ſunt notanda. Quales debent petere : quid, à quo & quomodo. Cùm ait : *Dico vobis*, Apoſtolis nempè, ac eorum imitatoribus oſtendit quales debeant petere ; nam benemeritus, qui eſt veluti Apoſtolus, ac ejus imitator, hic tamen poteſt habere ſpem, ac fiduciam, ut petat, ac ut petendo impetret, & obtineat. Unde ſubditur : *Et accipietis.* Vide t. 1. l. 2. c. 5. q. 20. n. 71. t. 3. c. 1. q. 4. n. 30. 31. 32. & t. 4. c. 5. n. 119. &c. 22. n. 69.

15. Secundò ait. *Si quid* ; oſtendit quid ſit petendum. Tertiò, à quo ſit petendum, cùm ait: *Patrem.* Quartò quomodo *in nomine meo.* De quibus poſtea erit dicendum. Nunc verò quæſtio eſt. *Si quid petieritis.* Id eſt, ſi aliquid, ut explicant Beda, Haymon. Interlin. D. Bonav. Hugo, quod ſit verum, ac ſolidum, ac proinde conducens ad vitam æternam, ac ad bonum ſpirituale animæ; nam temporalia, tanquam nihil ſunt, ac pro nihilo reputanda. Hæc ſententia tota deſumpta eſt ex D. Aug. tract. 102. *Hoc quod ait, ſi quid, non quodlibet intelligitur, ſed aliquid, quod non in beata vita comparatione ſit nihil.* Et poſtea ſubdit. *In iſto enim bono petendo perſeverantes, ſanctos ſuos nequaquam miſericordia divina defraudabit, quicquid autem aliud petitur, nihil petitur : non quia nulla res eſt, ſed quia in tantæ rei comparatione, quicquid aliud concupiſcitur, nihil eſt.*

Beda Haymon. Interlin. Hugo. *Solum ſpiritualia ſunt vera bona.* D. Aug.

Solùm ſpiritualia ſunt vera bona, temporalia verò omnino nihil. De hæſitante in fide, ac oratione ait Jacob. 1. n. 7. *Non ergo exiſtimet homo ille, quod accipiat aliud à Domino.* Nonne omnes homines multa bona recipiunt à Deo, vitam, alimentum, conſervationem, honorem, ac divitias; quomodo ergo tam apertè ait Jacobus, quod non exiſtimet homo ille, quod accipiat aliquid à Domino? D. Thom. Charthuſ Lyran. qui ait: *accipiat aliquid de pertinentibus ad bona gratiæ.* Quamvis multa bona terrena, ac temporalia recipiat, cùm non accipiat aliquid de bonis gratiæ, idem valet, ac ſi nihil accepiſſet. 16.

Jacob. 1. *Bona temporalia nihi reputantur.* D. Thom. Cartuſ. Lyran.

Magna poteſtate, militum copia, ac navium multitudine contra obſidionem Tyrum tetendit Nabuchodonoſor, ac tandem ipſam tenuit, ac ingreſſus eſt ; ait tamen Deus per Ezech. 29. n. 18. *Et merces non eſt reddita ei, neque exercitui ejus.* Et ſtatim n. 19. ſubditur. *Erit merces exercitui illius, & operi, quo ſervivit adverſus eam.* Manifeſtè in eis videtur apparere quædam contradictio; nam ſi merces eſt data, quomodo dicitur, quod non fuerit reddita pro opere illo, ac impugnatione Tyri ; Carthuſ. ad hunc locum. *Iuxta Hieronymum*, ait, *opera extra charitatem facta per terrena munera recompenſat Deus.* Cùm merces data eſſet divitiis Ægypti, ac de bonis terrenis, ſic reputata eſt à Deo, ac ſi nulla eſſet data. 17.

Ezech. 29. *Merces data temporalibus, nulla reputatur.* Carthuſ.

Ad hunc ſenſum moralem revoca id, quod cùm Aſſuerus nocte quadam eſſet inſomnis, & antiqui annales ejus in præſentia legerentur, deventum eſt ad eum locum, in quo referebatur, quomodo Mardochæus iniquorum in regem inſidias aperuiſſet. *Tunc rex ait: quid pro hac fide honoris, ac præmij Mardochæus conſecutus eſt? Dixerunt ei ſervi illius, nihil omnino mercedis accepit* Eſth. 6. n. 3. Qua tamen veritate dicitur *nihil omnino*, ut notant Carthuſ. R. M. Didacus de Celada cùm c. 12. n. 5. Eſth. ubi hæc narratur hiſtoria, dicitur : *Præcepit. que ei Rex, ut in aula palatij moraretur : datis ei pro delatione muneribus ?* Quomodo ergo dicitur nihil omnino? Ex alto afflatu res diſponebatur, inde optimo jure dicitur, nihil omnino nam cùm munera data eſſent terrena, nihil omnino erant, ac proinde circunſtantes ſervi neſcientes, nec intelligentes, quod dicunt, verum fatentur. 18.

Eſther. 6. Eſther. 11. *Mundana tanquam nihilum æſtimantur.*

Venit Deus ad Salomonem, multa, & magna munera ei concedens 3. Reg. 3. n. 13. *Et hæc, quæ non poſtulaſti, dedi tibi divitias ſcilicet, & gloriam, ut nemo fuerit ſimilis tui in regibus cunctis retro diebus. Si autem ambulaveris in viis meis, & cuſtodieris præcepta mea, & mandata mea : ſicut ambulavit pater tuus, longos faciam dies tuos. Igitur evigilavit Salomon, & intellexit, quod eſſet ſomnium.* Salomon cùm has promiſſiones tantorum bonorum temporalium à Deo accepiſſet, de earum veritate certiſſimus factus, pro tantis donis gratias egit, & Deo obtulit ſacrificia, & haulocauſta, ut patet, ibidem n. 15. Cur ergo cùm accepiſſet tam magnifica dona & intellexit quod eſſet ſomnium : ſi ergo veriſſimas, ac certiſſimas tantorum bonorum promiſſiones, ac largitiones recipis, quomodo illa ut ſomnia intelligis? Sapienter P. Baëca t. 1. de Chriſto figurat. lib. 4. cap. 1. §. 41. *Unde æſtimas*, ait, *ſomnia* 19.

3. Reg. 3.

ſomnia eſſe, quæ tibi obvenire in veritate cernis? Erant bona illa omnia temporalia, erant ex his bonis, quæ in principio ſplendent, aureum quid fulgent, ſed tandem in favillas evaneſcunt; ex qua parte ſapiens homo, dum illa recipit, merito intelligit ſomnia eſſe: Cùm Salomon jam divina ſapientia eſſet illuſtratus, omnia illa magna dona divitiarum, gloriæ, ac pompæ hujus ſæculi tanquam umbram, & ſomnium reputat, quia omnia illa ſic tranſeunt, & evaneſcunt veluti ſomnium. Vide multat. 4. in indice verbo *Bona temporalia.*

Omnia ſplendida temporalia ut ſomnium ſunt.

Quæstio IV.

Quare Chriſtus docet ut id quod petendum eſt, ſit in nomine ejus?

20. Ait Chriſtus. *Si petieritis Patrem in nomine meo.* Petere in nomine Chriſti, eſt petere aliquid ſpectans ad Dei gloriam, ac noſtram ſalutem, ut docent D. Aug. tract. 102. D. Greg. hom. 27. Beda, D. Thom. D. Bonav. Theoph. qui ait: *Nullus ex iis qui mundana petunt, ac animabus damnoſa, in nomine Chriſti petit; nomen enim Chriſti divinum, ac ſalutare eſt. Quando autem quis petit, quæ ad perditionem animæ pertinent, quomodo dicemus illum in ſalutaris nomine petere.*

D. Aug. D. Gregor. Beda D. Thom. D. Bonav. Theoph.

21. Ribeira. Quid verò ſit petere in nomine Chriſti, eſt tota quæſtio. Primò Ribeira. Petere in nomine Chriſti, hoc eſt petere tanquam legati, ac miſſi à Chriſto; ſolent enim legati loqui, & petere nomine illius, à quo miſſi ſunt; ut non tantum illis ſit donandum, ac illius ſub cujus nomine petunt. Secundò, D. Cyrill. Alex. l. 11. in Ioan. c. 7. ſic ait. *In nomine meo addit, ut mediatorem ſe, & collargitorem oſtendat. Nam in quantum filius & Deus eſt, una cùm Patre nobis bona largitur: in quantum verò mediator eſt, & Pontifex, noſtras preces audit.* Ipſe enim nobis præbet fiduciam ad petendum. Ita Ianſenius, & alij.

D. Cyril.

Janſenius.

22. Theoph. Tolet. Tertiò, & valdè appoſitè, Theoph. Toletus, & alij. Petere in nomine Chriſti, eſt petere per Chriſtum, ſive per merita Chriſti, & dignitatem ejus, Chriſtus enim ſua morte, ac paſſione promeruit, ut quod ejus nomine petimus, à Deo impetremus, nomen ejus eſt vehiculum noſtrarum orationum; unde Eccleſia ſub ejus nomine petere ſolet. *Per Chriſtum Dominum noſtrum.* Et quod hac oratione impetramus reſpectu noſtri eſt gratia, reſpectu Chriſti veluti juſtitia. Rupert. l. 12. in Ioan. *Salutaris mos, ait, & Catholica hæc more Sanctæ Eccleſiæ orandi regula eſt, ut in omni oratione, quam ad Patrem dirigit, ſubjungat:* Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: *Quia videlicet præter hanc nulla via, nullúmque eſt aliud oſtium, ad quod reſpiciens efficaciter dicat.* Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo. Pſ. 140. n. 2. *Solum hujus unigeniti filij Dei nomen, quod eſt Ieſus Chriſtus, neceſſarium univerſæ orationis eſt vehiculum, quo in cœlum directo curſu perlata conſiſtat ante Patris conſpectum: Salutémque de ſinu ejus, & gratiam ſugere valeat remiſſionis peccatorum.*

Rupert.

Pſal. 140.

23. Apoc. 8. Ait Ioannes in ſua Apocalypſi c. 8. n. 4. *Aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum.* Ad aures nempè divinas, ut communiter interpretatur; quid eſt, quod orationes cùm incenſo comparantur; quænam combinatio inter unum, & alterum. Incenſum non ſpirat odorem, nec immittit fumum, niſi igni approximetur. Chriſtus ignis dicitur. *Ipſe eſt quaſi ignis conflans.* Malach. 3. n. 2. *Comedat ignis Cedros tuas.* Zachar. 11. n. 1. Incenſum veluti mortuum reputatur, quandiu ad ignem non accedat, at cùm in ignem injicitur, ſtatim odorem exhalat, & fumigans ſurſum aſcendit, ſic & orationes ſanctorum tanquam mortuæ reputantur, niſi cum Chriſti igne uniantur, ac copulentur, ex cujus meritis vivificantur, ac valorem habent, ut ad Deum Patrem aſcendant. D. Bernard. Senenſ. t. 4. Dominica 5. poſt Paſcha. *Quia ut incenſum, ait, antequam appropinquet igni, quaſi mortuum videtur: & igne contactum, quaſi ſpirituale ſit, & in altum aſcendit: Sic meritum orationum quaſi mortuum eſt & nihil valet, niſi in quantum illius dilectioni igne, quo pro nobis Chriſtus meruit, vivificetur.*

Oratio noſtra niſi vivificetur igne dilectionis Chriſti mortua.

Malach. 3. Zachar. 11.

Bernard.

24. Apoc. 8. Ait Ioannes Apoc. 8. n. 3. *Et alius Angelus venit, & ſtetit ante altare habens thuribulum aureum: & data ſunt illi incenſa multa, ut daret de orationibus ſanctorum omnium ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum Dei.* Hic Angelus, eſt magni conſilij Angelus Chriſtus Dominus, ut exponunt Anſbertus, Rupert. Viegas, & alij, ſtetit ante altare, ut ait Rupert. præſto ſe oſtendens ad ſubveniendum, & de igne thuribuli ſui miſit in terram, cùm Spiritum ſanctum in Pentecoſtes die miſit in Apoſtolos, data ſunt ei incenſa multa, orationes nempe ſanctorum; ſic ait Rupert. *Quia per incenſa vult intelligi, ipſe expoſuit dicendo ut daret de orationibus ſanctorum omnium ſuper altare aureum. Ergo incenſa, quæ illi data ſunt, ſanctorum orationes ſunt.* Accepit ergo Chriſtus orationes ſanctorum ut daret ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum Dei: ſed cur ipſæ orationes per ſe non accedunt ad Dei thronum, ſed neceſſe eſt, ut Chriſtus eas accipiat, ut ipſe eas deferat, ac det ante thronum Dei, quia noſtræ orationes, ac preces non valent ad Deum Patrem pervenire, niſi per Chriſti manus, ejúſque merita offerantur, nam per talia merita vivificantur, & ſunt gratæ, & acceptæ Deo Patri.

Rupert. Anſbertus. Viegas.

A Chriſto habemus, quod noſtræ orationes ſint acceptæ.

25. Hebr. 5. De Chriſto D. loquens Paulus ad Hebr. 5. n. 7. ait: *Qui in diebus carnis ſuæ preces, ſupplicationéſque ad eum qui poſſit illum ſalvum facere à morte cum clamore valido, & lacrymis offerens exauditus eſt pro ſua reverentia.* Ad quid Chriſtus cum tanta efficacia orat, ut Patrem ſupplicaverit cùm lacrymis, ac clamore valido, an quia ipſe hoc agebat? Abſit, ſed ſic orat, ut voce, ac clamore ſuo aures Patris nobis reddat apertas, orationes enim noſtræ de Chriſti halitu divinas aures tenent, nunquam enim vota noſtra, ac orationes ad divinas aures pervenirent, ſi Chriſtus non præcederet, cujus halitus, ac meritorum efficacia Patris aures aperit, dilatátque ut captent humana verba; Chriſto enim debemus, quod divinæ aures noſtris precibus ſint apertæ. D. Cyrill. Alex. l. de recta fide ad Regin. ubi de Chriſti ſacerdotio ſic agit. *Cùm igitur neceſſarium eſſet, ut ipſemet Chriſtus ad quodvis bonum opus ducem ſe nobis, præceptorémque exhiberet, valido clamore, & ſupplicatione tanquam unus è nobis ad Deum acceſſit, à quo etiam tanquam verus naturaliſque filius, qui repulſam pati non poſſit, exauditus eſt: ut enim noſtras preces Deo redderet acceptas, ipſe primus rem exorſus eſt, paternas aures hac ratione humanæ naturæ quodammodo aperiens, dilatanſque; & illorum votis, qui illius cauſa aliquando periclitarentur, faciles, promptáſque efficiens.*

Ex Jeſu halitu, ac meritis noſtra orationes ſunt Deo acceptæ.

D. Cyril.

QUÆSTIO V.

Quare cùm Apoſtoli multa petierint à Chriſto, dicitur tamen eis, uſque modò non petiſtis quidquam?

26. *Ratio difficultatis.* Matth. 20. LIQUET ex ipſo textu Evangelico quod
Apoſtoli multa poſtulaverint à Chriſto,
nam Jacobus, & Joannes per matrem petierunt
primas ſedes. Matth. 20. num. 20. Chriſtus docuit
ſuos diſcipulos dicere orationem dominicam.
Matth. 6. Luc. 17. *Pater noſter, qui es in cœlis.* Matth. 6. n. 9. Diſcipuli
à Chriſto petierunt, ut eis adaugeret fidem
Luc. 17. n. 5. In nominéque Chriſti ejecerunt dæmonia.
*Domine etiam dæmonia ſubjiciuntur nobis in
nomine tuo*, Luc. 10. n. 17. Cùm ergo tot ac tanta
Luc. 10. poſtulaverint, quomodo eis dicitur à Chriſto. *Uſque
modo non petiſtis quidquam.*

27. Primò reſpondent aliqui, quod dicitur Apoſtolis,
quod non petierant, quia uſque ad illud tempus
nihil petierant ſpirituale, & ad ſalutem animæ
pertinens, ſed temporale, ideo non petebant
in nomine Chriſti, hoc eſt Salvatoris. Hanc ſententiam
Maldon. D. Aug. D. Gregor. Beda. tenent aliquid, ut Maldon. D. Aug t. 73.
& 102 in Ioan D. Gregor. homil. 27. in Evang.
Theoph. Beda. Hæc ſententia non ſubſiſtit, quia
Apoſtoli petierunt à Chriſto dicentes? *Domine
adauge nobis fidem.* Semper ſpiritualia primò, &
principaliter ſunt petenda. Sic Iacobus ſuum votum
facit Deo. *Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit*
Geneſ. 28. *me in via, per quam ambulo, & dederit mihi panem
ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum.* Geneſ.
28. n. 20. Cur non ab his ultimis incipit ſuam
orationem. *Si dederit mihi panem ad veſcendum.*
Sed in primo loco ſic deprecatur. *Si fuerit Dominus*
Spiritualia primo petenda à Deo. *nus mecum* gratia ſua. *Si cuſtodierit me* ab omni
peccato, & malitia. Et tunc ſubnectit. *Dederit mihi
panem*, &c. Bene ab illis primis verbis initium
ſumit in ſua oratione, quia primum ſpiritualia à
D. Chriſ. Deo petenda, deinde temporalia, D. Chryſoſt. ad
citatum locum Geneſ. *Credamus ei admonenti*, ait
*& dicenti, quærite primum regnum Dei & hæc omnia
adjicientur vobis: ne igitur ea, quæ ſunt acceſſoria
quaſi primaria petas.*

28. D. Aug. Secundò. D. Aug. tract. 102. *Uſque modo non
petiſtis quidquam, quia in comparatione rei, quam
petere debuiſtis, pro nihilo habendum eſt, quod petiſtis*
&c. ac ſi verum eſſet, quod Apoſtoli in Chriſti
nomine aliquid ſpirituale, ac ſalutare petierant,
ſed in comparatione vitæ æternæ, ac illius ſpiritualis
gaudij, quod modo petere jubentur, nihil
erat. Tamen Apoſtoli edocti à Chriſto dicebant
orationem Dominicam, in qua multa, & magna
petebant ſpectantia ad Dei gloriam, ac ſalutem
animæ.

29. D. Chryſ. Leont. Euthym. Maldonat. Barrad. Luc. Burg. Tertia, & vera ſententia eſt, quam docent
N. D. Cyrillus lib. 11. cap. 7. Leontius, Euthym.
& communiter Recentiores, Maldonat. Barrad.
Lucas Burgenſ. quod Apoſtoli à pueritia conſueverunt
orare more conſentaneo legi Moyſis.
Iudæi autem Deum orabant, ab eoque poſtulabant,
quæ opus erant, ſed non poſtulabant in
nomine Chriſti, nec de Chriſto in ſuis petitionibus,
mentionem faciebant, latebat enim illos
antiquos homines (ſi paucos, & ſanctiſſimos excipiamus)
tum Trinitatis myſterium, verbique Incarnatio,
tum petitio in Chriſti nomine, nam fides
horum myſteriorum propria eſt Chriſtiano- D. Baſil.
rum, ut docent D. Baſil. lib. 2. contra Eunomium, D. Cyril.
& D. Cyrill. l. 9. in Ioannem c. 30. D. Auguſt. de D. Aug.
fide ad Petrum c. 1. Cùm ergo illi antiqui homines
neſcirent myſterium Trinitatis, verbique Divini
Incarnationem, conſequenter ut ait Rupert.
*Non ſciebant Chriſtum legationem ſuſcepiſſe noſtræ
pacis & mediatorem datum eſſe ad impetrandum hominibus
gratiam Dei Patris.* Et inde in Chriſti
nomine non petebant.

Novus modus orandi Patrem in nomine Chri- 30.
ſti, hic ab ipſo Chriſto inſtituitur, à quo omnia D. Cyrill.
nobis bona emanarunt. D. Cyrill. l. 11. in Ioan. c. 7.
Hic orandi modus, ait, *priſcis omnino fuit ignotus:
conſtituitur autem modo a Chriſto, quando emendationis
tempora effulſerunt, & omne nobis bonum per* *Hunc novũ modum orationis Chriſtus docuit.*
*ipſum abſolute conceſſum eſt. Nam ſicut nihil à lege
conſummatum fuit, ſicut juſtitia ejus imperfecta, ſic
& orandi modus mancus in ea inveniebatur.* Orabant
ergo Apoſtoli Patrem cùm dicebant orationem
Dominicam, non tamen petebant in nomine
Chriſti, à Chriſtóque præſente multa petebant,
ut notant Cornel. a Lapide, ut ipſe à Patre impe- Cornel.
traret, multáque dicebant, & faciebant, ac dæmonia
expellebant in nomine Chriſti, nunquam
tamen illud nomen uſurpabant ad petendum aliquid
à Deo Patre; hoc enim modo orandi nunquam
uſi fuerunt; niſi poſtquam in cœnaculo Rupert.
edocti ſunt à Chriſto. Rupertus. *Siquidem*, ait;
*nec Chriſtus iis ipſis ante hanc horam ſuæ paſſionis
mandaſſe invenitur: quamquam multa in pleriſque
locis de orationis inſtanti ſit locutus.* Hic autem
modus orandi inſtitutus eſt, ut virtus nominis Euthym.
Chriſti manifeſtaretur. Euthym. *Chriſtus de petitione
in nomine ſuo loquitur*, ait, *certiores reddens
diſcipulos de ipſius virtute, & fiduciam injiciens*
Hæc ad litteram.

Quartò & moraliter. Ait Chriſtus. *Non peti-* 31.
ſtis quidquam. Multa petierant Apoſtoli, ut patet
ex limine quæſtionis, & tamen ait illis Chriſtus, *A ſalutis negotio non deſiſtendum, ſed ſemper orandum.*
Non petiſtis quidquam. Quia ſic ſemper debemus à
Deo petere, petitionibus inſtare, ac ab illis nunquam
ceſſare, ac ſi nihil eſſet petitum à nobis, ſed
ſemper magis & magis petendum eſt, quoadúſque
plenitudinem gaudij habeamus, *petite, & accipietis,
ut gaudium veſtrum ſit plenum.* Non una
parte contentus ſit homo, ſed ſatagendum eſt ad
totum tenendum, merito reprehenditur, qui non
totum, ſed unam partem tantum apprehendere, ac
tenere cogitat.

Suis diſcipulis ait Paulus 1. Cor. 9. n. 24. *Sic* 32.
currite, ut comprehendatis. Quomodo magne Ec- 1. Cyril.
cleſiæ Doctor, ita admones, ut toto affectu currant
ad comprehendendum incomprehenſibilem?
Deus incomprehenſibilis eſt, illa infinita Deitatis
natura nullum terminum, ac fundum habet: quo *In re virtutis magis, ac magis operandum.*
magis ſe beatus in illum immenſum claritatis pelagus
immittit, magis invenit multa, quæ ad inquirendum
ſuperſunt. Quo ergo fundamento
Doctor gentium dicis. *Currite ut comprehendatis.*
Cùm ipſe ſit incomprehenſibilis? Imò quia ipſe
incomprehenſibilis, ſtudioſè currendum, ut comprehendatur,
ut nunquam ſibi ſatisfaciat in curſu;
ne ergo ſequi ceſſet, currat comprehendere incomprehenſibilem,
nec unquam ſatis dicat, cùm
nunquam eum poſſit prendere ſatis; ad hunc
modum ait ipſe Apoſtolus ad Philip. 3. num. 12. Philipp. 3.
*Sequor autem ſi quomodo comprehendam, in quo
& comprehenſus ſum à Chriſto Ieſu.* Comprehenſus
erat à Chriſto ſua infinita ſcientia, ut
explicat

explicat D. Thomas tamen ſequebatur ipſe, ut comprehenderet, cum impoſſibile ſit comprehendere incomprehenſibilem, à quo comprehenſus eſt, ſend ita ſequebatur, ut nunquam ſuo curſu ſibi ſatisfaceret, ſed ita ſtudioſè ad ulteriora tendebat, ut nunquam à ſua ſedula inquiſitione ceſſaret.

33. Eccleſ. 18.

In virtutis negotio nunquam homo ponas terminum.

Dicitur Eccleſiaſt. 18. n. 6. *Cum conſummaverit homo, tunc incipiet.* Quid eſt quod pro magna felicitate de juſto, hoc aſtruitur, quod nunquam attingat ultimum virtutis finem, ſed ultima ſint illa prima, quomodo poteſt connecti finis, & Principium, ſi eſt in conſummatione, ac termino; quomodo tunc erit in principio? *tunc incipiet.* Sic ſe debet habere juſtus, ut cum ad ſummum virtutis devenerit, ita ſtudioſè virtutis viam ſequatur tanquam ſi tunc inchoaſſet, ut nunquam in ea tenenda finem, ſed tantum principium recognoſcat, D. Gregor. apud Cardinalem Hugonem. *Neſcit mens*, ait, *per torpo em veteraſcere, quæ ſemper ſtudet per deſideria inchoare.* Vide ſupra hoc cap. 14. n. 81. 82. & tom 2. c. 6. q. 11. n. 76. tom. 3. c. 15. q. 14. n. 109. tom 4. n. 25. 26. 27. & c. 31. n. 9. & 10. & c. 19. n. 43 44. & 45.

D. Gregor.

Quæstio VI.

Quare Chriſtus immediatè conjungit Petite & accipietis, *nihil inter unum & alterum interponens?*

34. Ait Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis in præſenti. *Petite, & accipietis.* Nihil medium adſtat inter petitionem, & acceptionem, non precum repetitio, non temporis expectatio, non aliqua diuturna mora, ut ſæpe ſit apud homines, ſed apud Deum, cum noſtra petitio profertur, immediatè ei correſpondet impetratio. Una prima ſyllaba in oratione impetrat, ut non ſit neceſſe ſecundam addiſcere. Ob ſublatam Saram percuſſit Deus Abimelch. Tunc ait textus: *Orante autem Abraham ſanavit Deus Abimelech.* Gen. 20. nu. 17. Non poſtquam ceſſavit Abraham ab oratione, tunc à Deo ſanitas reſtituta eſt Abimelech, ſed notanter dicitur, quod eo orante incolumitatem recuperaverit, ut denotetur, quam efficax ſit oratio juſti apud Deum, ut illius finis, ac terminus non expectetur, ſed antequam abſoluta ſit oratio, donum acceptum eſt à Deo Haymon in Pſal. 4. ad illa verba: *Cùm invocarem exaudivit me Deus.* Sic ait: *Nota ſimul eſſe vocationem, & exauditionem.* Ac ſi dicat, cùm vocamus, exauditi ſumus à Deo, nihil inter unum, & aliud eſt medium.

Deus citò exaudit ſuorum preces.

Geneſ. 20.

Haymon.

35. Matth. 6.

Docens Chriſtus Dominus ſuos diſcipulos orare, ait eis: *Orantes autem nolite multum loqui.* Matth. 6. n. 9. Taxat Dominus homines qui longiores ſunt orantes; & formam breviter deprecandi inducit. Quid eſt quod ipſe docet nos breves eſſe in oratione, cum ipſe fuiſſet valde diuturnus? *Erat pernoctans in oratione Dei.* Luc. 6. n. 12. Ipſe orans noctes pertranſibat, & tamen nobis tradit formam, ut breves ſimus? Ad loquendum cum Deo, ad fruendúmque divinis colloquiis longa ſit oratio; at ad impetrandum, ac obtinendum, quod deſideratur, ſat eſt quod ſit brevis, ſufficit unum illius verbum, & ut manifeſtaretur hæc divina promptitudo erga noſtras orationes, inde tu ſint breves docet D. P. Chryſol. ſerm. 67. *breviter*, ait. *Chriſtus orare docuit, qui cito vult poſtulata præſtare.*

Luc. 6.

Ad primum verbum noſtræ orationis Deus exaudit.

Chryſol.

36. De ſancto, & juſto decantat Regius Vates Pſal. 20. n. 4. *Prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis.* D. Hieron. legit *in benedictionibus bonitatis* Locus interpretatur à multis cum D. Bernardo ſerm. 60. in cantico, Lorino, & aliis de juſto orante, quid eſt quod Deus ſuum juſtum in orationibus, ac precibus prævenit, & anticipatè ſe habet ad illum, ita ut antequam orationem finiat, jam exoptatum impetrat, & hoc *benedictionibus dulcedinis*; & quænam ſunt iſtæ benedictiones dulcedinis? ſunt divina dona, ac beneficia, & hæc dicuntur benedictiones dulcedinis, nil enim dulcius contingere poteſt homini, quam quod ad primum ſui deſiderii affectum, ad primùmque ſuæ poſtulationis verbum, jam poſtulatum habeat, illóque donetur. D. Chryſoſt. homil. 27 in Geneſ. *Nam, ait, ubi viderit Deus voluntatis noſtræ firmum propoſitum, ac fervens deſiderio nos ad ſe accedere, non tardat, nec differt: ſed accelerat, ſuamque ſolidam liberalitatem exhibens, dicit, adhuc, te loquente dicam: ecce adſum* Iſai. 65. n. 24.

Pſalm. 20. Hieron. Bernard. Lorin.

Dulce exaudiri ad primum verbum cordis.

Chryſoſt.

Iſai. 65.

37. Ingrediebantur in templum Petrus, & Joannes ad horam orationis nonam, vir quidam claudus ſedebat ad portam templi, ut eleemoſynam peteret ab introeuntibus, is cum vidiſſet Petrum, & Joannem incipientes introire in templum, intendebat in eos ſperans eleemoſynam ab eis accepturum. Tunc Petrus dixit ei: *Argentum, & aurum non eſt mihi: quod autem habeo hoc tibi do: in nomine Jeſu Chriſti Nazareni, ſurge, & ambula. Et apprehenſa manu ejus dextera, allevavit eum, & protinus conſolidatæ ſunt baſes ejus, & plantæ.* Actor. 3. n. 6. & 7. Maximè notandum, quod Apoſtoli ingrediebantur templum, ut orarent, & in ipſo limine templi ante orationem, jam claudo impetrant ſanitatem, ſanitas ipſa conferenda videbatur, ut effectus orationis, ac proinde expediebat, ut oratio præmitteretur, & inde ſanitas claudo impenderetur, tamen ante orationem conſolidantur baſes, & plantæ pedis; tanta eſt orationis vis, ut non ſolùm ipſa oratio, nec ſolum primum verbum, ſed affectus ad orationem valet effectum impetrare, diſpoſitio ad orationem, antequam ipſa proferatur jam obtinet, & aſſequitur totum quod optatur. D. Chryſoſtomus ſerm. in c. 3. Sapient. ad ea verba: *Juſtorum animæ* tom. 1. poſtquam claudi ſalutem ab Apoſtolis datam tractat, ſic ſubdit: *Ante operantur, quam ipſi Dominum deprecentur, ante virtus oſtenditur, quàm oratio ad Dominum præmittatur, effectus preces præveniunt, virtutes deſideria antecedunt, nec expectatur ut vota ad Dominum præmittantur, quin Dominus ipſe ante efficit, quàm oretur.* D. Baſil. Seleu. orat. 21. ſic ait: *Orationis appendix erat claudi curatio & captus ad orationem curſus jacenti claudo inopinatum curſum attulit.*

Act. 3.

Effectus orationis ante orationem impetrat.

Chryſoſt.

Baſil. Sel.

38. In 1. Cantic. 1. Introducitur Sponſa abſentem ſponſum alloquuta dicens: *Oſculetur me oſculo oris ſui*; hoc eſt mecum loquatur facie ad faciem, & ſtatim convertit ſermonem ad ipſum tanquam præſentem, illico dicit: *quia meliora ſunt ubera tua vino.* Cùm potius videbatur dicendum, quia meliora ſunt ubera ſua vino, ut acutè notavit Origenes; quænam hæc mutatio fuerit, ut Spiritus ſanctus indicaret vim ferventis orationis; nam cum ſponſa ex intimo cor-

Cantic. 1.

Origen.

de effunderet animam ſuam ad ſponſum abſentem, quem oſculantem, ac præſentem deſiderabat, dicebat: *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Tamen vix intra ſe verba compleverat; Ecce ſponſus Deus adeſt tali modo, ut à ſponſa videretur, quem præſentem intuita, incœptam orationem, tanquam ad præſentem Dominum convertit, dicens: *quia meliora ſunt ubera tua vino*, Vide tom. 3. cap. 26. q. 4. n. 30. 31. tom. 4. c. 54. n. 19. & 20.

Oratio antequam finiatur, impetrat.

Quæstio VII.

Quare multi petunt à Deo dona, & non accipiunt?

39. Iacob. 4. RATIONEM aſſignat S. Apoſt. Iacob. in Canonic. c. 4. n. 3. *Petitis, & non accipitis, eo quod malè petatis, ut in concupiſcentiis veſtris inſumatis.* Græcus. *In cupiditatibus inſumatis*, id eſt, expendatis in complemento cupiditatum veſtrarum: inde Deus, quia agnoſcit poſtulata futura eſſe nobis noxia, ea non concedit. D. Bernard. ſerm. contra vitium ingratitud. *Miſericordia*, ait, *res eſt, hac in parte ſubtrahere miſericordiam, quemadmodum iræ, & indignationis miſericordiam exhibere.* Ex quo monet. D. Chryſoſt. homil. 5. in Geneſ. ut Deo ſemper gratias agamus, ſive conſequamur, quod petimus, ſive non. *Cùm Deus*, ait *aliquid nobis negat, non minus eſt, quàm ſi conceſſiſſet negat enim aliquando quia neſcimus, quod petamus.*

Græcus. Bernard. D. Chryſ.

40. 2. Cor. 12. Apoſtolus Paulus 2. Corinth. 12. num. 7. de ſe teſtatur. *Ne magnitudo revelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Sathanæ, qui me colaphizet, propter quod ter Dominum rogavi, ut diſcederet à me, & dixit mihi: ſufficit tibi gratia mea.* Negatur Paulo, quod petebat, aliter tamen ſe geſſit Deus, cùm dæmonibus ab eo flagitantibus, ut in porcos ſe intromittere liceret. Matth. 8. *Ite in porcos.* Matth. 8. n. 31. Cur iis optata conceſſit, Paulo verò carnis ſtimulum à ſe amoveri cupientem, id pernegaverit; unde tanta differentia? quia nimirum cùm Paulo, ut cùm filio dilecto; cùm dæmone verò, ut cùm damnato agebat. Dæmoni conceditur, ut ingrediatur in porcos animalia immunda, quæ reprobos, ac damnatos porcorum more viventes denotabant; at Paulo non conceditur, ut ſit immunis à carnis ſtimulo, ad magnum præmium, ac gloriam præparabatur, quæ carnis luctamine, ac victoria conſequenda erat; Diabolo conceditur ex ira in damnationem: Paulo ex amore denegatur in gloriæ augmentum. Auguſt. Pulchrè D. Auguſt. in Pſal. 21. *Non eſt*, ait, *exauditus Paulus, ad damnationem, exauditus eſt Diabolus: petiit Iob ad tentandum, & conceſſum eſt; dæmones petierunt ſe ire in porcos, & exauditi ſunt: dæmones exaudiuntur; Apoſtolus non exauditur: illi exaudiuntur ad damnationem, Apoſtolus non exauditur ad ſalutem.*

Ex indulgentia negatur ac ira conceditur.

41. Cùm filius David ex Bethſabee natus graviſſimo morbo laboraſſet, *Deprecatus eſt David Dominum pro parvulo: & jejunavit David jejunio, & ingreſſus ſeorſum jacuit ſuper terra.* 2. Reg. 12. n. 17. 2. Reg. 12. & mortuus eſt puer. Cùm iter populus ageret per Num. 11. deſertum, carnium deſiderio flagravit, dicens: *Quis dabit nobis ad veſcendum carnes? Recordamur piſcium, quos comedebamus in Ægypto.* Num. 11. n. 5. Conceſſit Dominus ea, quæ populus vitioſè petierat, ventúſque egrediens à Domino, arreptas trans mare coturnices dimiſit in caſtra, volabantque in aëre duobus cubitis altitudine ſuper terram. Surgénſque populus toto die illo, & nocte, ac die altera congregavit coturnicum multitudinem, qui parum decem coros. Unus corus continebat 30. modios, ac proinde decem cori, 300. modios. Quid eſt quod David tam inſtanter petens cùm jejunio, cinere, ac cilicio non exauditur, & populus concupiſcens magno portento, ac miraculo optatis fruitur? Davidi ex indulgentia non conceditur, ut morte pueri ſepeliatur peccatum, ut ait Theodoretus, doloréque ex ejus obitu expurgetur; At ex indignatione conceditur populo. *Adhuc eſcæ erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos.* Pſalm. 77. n. 31. Indéque velox, & atrox ſupplicium in eos irruit. D. Aug. tr. 73. in Joan. dictum Numer. locum tractans. *Malè uſurus eo*, ait, *quod vult accipere, Deo potius miſerante non accipit. Proinde quæ ſi hoc ab illo petitur, unde homo lædatur exauditus, magis metuendum eſt, ne quod poſſet non dare propitius, det iratus. Faſtidiebant, quod habebant, & quod non habebant impudenter petebant, quaſi non melius peterent, non ut cibus qui deerat, in decenti deſiderio præſtaretur, ſed ut ille, qui aderat, ſanato faſtidio ſumeretur.* Similiter D. Gregor. lib. 15. Moral. c. 12. eundem Numer. locùm expendens, ait: *Majoris iracundiæ eſt, cum hoc tribuit, quod malè deſideratur, atque inde repentina ultio ſequitur; nam quantò citius malum votum impleri permittitur, tanto celerius punitur.*

Ex indignatione datur, ex amore denegatur.

Theodor. Pſal. 77. D. Auguſt. Gregor.

Quæstio VIII.

Expenduntur aliquæ conditiones rectæ orationis.

UT oratio ſit recta, ac ut oportet, multas requirit conditiones, quas ſcriptura variis in locis aſſignat, & prima eſt., ut ſit cùm magna ſide, ac ſpe, ſeu cùm magna fiducia impetrandi per merita Chriſti, ut jam dixi hoc cap. ſupra n. 10. Secundo cùm multa perſeverantia, ut dixi tom. 4. cap. 20. num. 41. 44. 45. 46. & 47. Requiritur tertio, ut ipſa oratio ſit cùm multa humilitate. Valdè metuebat Jacob fratrem ſuum Eſau venientem ei obviam, negabatque Deum dicens: *Minor ſum cunctis miſerationibus tuis, & veritate tua*, &c. *Erue me de manu fratris mei Eſau, quia valdè eum timeo*, Gen. 32. n. 10. Prima verba ſic legit Chaldæus: *Minora ſunt merita mea omnibus miſericordiis, & beneficiis, quæ feciſti cum ſervo tuo.* Cur ita ſe deprimit, ac ſe indignum judicat acceptis à Deo beneficiis? Cur non potius commemorat ſua obſequia erga Deum? votum, quod ei vovit; lapidem, quem erexit in titulum; oleum inde effuſum, labores perpeſſos in domo Laban, quando gelu, æſtúque urebatur, ſed tantum ad humilitatem totus intentus eſt; ex afflatu divini Spiritus orabat Iacob, ut liberaretur ab Eſau, quæ oratio ut eſſet efficax, & effectum obtineret, ex humilitate adjuvatur, oratio humilis valdè efficax. D. Chryſoſtom. homil. 4. de incomprehenſ. Dei natura, de efficacia orationis agens ſubdit. *Modo illud unum perſuaſum tibi ſit te omnium eſſe minimum, mirificè tibi animus fidendi, audendique apud Deum præſtabitur.* Sic Abraham Deum deprecans 42.

Geneſ. 32. Chaldæus

Oratio humilis valde efficax. D. Chriſ.

Geneſ. 18. Matth. 15. precans ſe dicebat pulverem, & cinerem. Gen. 18. n. 27. & Chananæa ſe catellis conferebat. Matth. 15. n. 22.

43. Quartò. Requiritur dolor, ac contritio peccatorum, ut orans, ac pro quo oratur ſit amicus Dei, ac capax beneficiorum Dei. Sic dicebat Deus per Iſai. Iſai. 1. n. 15. *Cum multiplicaverint orationem non exaudiam: manus enim veſtræ plenæ ſunt ſanguine*, Dan. 10. Cùm populus eſſet captivus in Babylonia, pro ejus libertate orabat Dan. 10. n. 12. apparens Angelus ei dicens: *Noli timere Daniel, quia ex die primo, quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum, ut te affligeres in conſpectu* Dei, *exaudita ſunt verba tua; & ego veni propter ſermones tuos. Princeps autem regni Perſarum reſtitit mihi viginti & uno diebus.* Si primo die, quo Daniel effudit ſuas preces coram Deo, exaudita eſt ejus oratio: *ex primo die quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum, exaudita ſunt verba tua.* *Peccata noſtra impediunt effectum orationis.* Quomodo potuit Princeps ſcilicet Angelus cuſtos Perſarum reſiſtere illi, ne ei reſponſum de libertate populi veniret à Deo, ſed differretur uſque ad diem vigeſimum primum; unde tanta dilatio? unde tanta reſiſtentia, cum Danielis oratio eſſet exaudita? Oſtendebat, ac referebat Angelus cuſtos Perſarum peccata populi Iſraëlis, & inde ipſis peccatis oſtenſis, & appoſitis retardabatur effectus orationis Danielis pro illo, ne Prophetæ Hieron. exoptatum reſponſum de libertate populi daretur D. Hier. Ibi. *Idcirco*, ait, *non ſtatim miſſus eſt Angelus, qui ei Dei indulgentiam nuntiaret: quia viginti & uno duobus reſtitit ei Princeps Perſarum, enumerans peccata populi Iudæorum, quod juſtè tenerentur captivi; & dimitti non deberent.*

44. Quintò. Requiritur, ut in oratione poſtulemus ea quæ conducunt ad Dei gloriam, ac noſtram ſalutem, & non intenti ſimus in bonis Pſalm. 26. temporalibus exigendis. Dicebat David Pſal. 26. num. 4. *Unam petij à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.* *Oratio requirat animæ ſalutem.* Valdè mirabile eſt, quod tantus Rex tot hoſtibus inſidiantibus circundatus, de eis victoriam non petierat, & quod tantus Rex tanta filiorum caterva plenus, illis non ſalutem poſtulet; nec quod ſibi vitam, vel regni ſui dilatationem flagitet, ſed tantum unam petij à Domino, hanc requiram, &c. Cur non plura alia veniunt ei in mentem petenda? Bonus orator omnia prætermittit, ut tantum requirat, *ut inhabitem in domo Domini.* Ut æterna beatitudine fruatur, perpetuo Deum laudans; & glorificans, cætera ei viD. Ambr. leſcunt, & tanquam ſuperflua reputantur. D. Ambroſ. lib. 1 de Jacob. cap. 7. *Abundat*, ait, *hujuſmodi viro ad beatitudinem, & ad poſſeſſionem boni, & ideo nihil aliud deſiderat: nihil enim quaſi novum expetit, qui omnia habet, nec ſuperfluis delectatur, ſed neceſſariis.*

45. Quod verò temporalia non ſint in oratione duntaxat petenda, ſed præcipuè ſpiritualia intendenD. Gregor. da, rectè diſſerit D. Gregor. pertractans verba noſtri textus hom. 27. in Evang. *Penſate*, ait, *quæſo, petitiones veſtras videte, ſi in nomine Ieſu petitis ſi gaudia ſalutis æternæ poſtulatis. In domo enim* Jesu, Jesum *non quæritis ſi in æternitatis templo importunè pro temporalibus oratis. Ecce alius in oratione quærit uxorem, alius petit villam, alius poſtulat veſtem, alius dari ſibi deprecatur alimentum.* *Execranda eſt oratio temporalibus contenta.*

46. Pſal. 52. Decantat Regius Vates Pſalm. 52. n. 3. dicens: *Deus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, ut videat ſi eſt intelligens, aut requirens* Deum. Et quamvis multa malitia, ac nequitia graſſata eſſet hominum perverſitas, valdè difficilè eſt creditu, Deum neminem tunc quæſiiſſe, ejúſque opem imploraſſe, & tamen ſubdit n. 6. *Deum non invocaverunt, illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.* Quomodo Deum non invocaverunt, cùm ſæpè videamus, quod impij ſuas preces fundunt ad Deum, nec enim hominum malitia ſic ſuarum neceſſitatum obliviſcitur, ut perſæpè non cogatur auxiliarem Deum implorare, ut ærumnas avertat, & optata vota adimpleat, imò hi, de quibus agitur in Pſalmo, ut autumat D. Auguſtinus Deum invocaverunt. Quomodo ergo dicitur. *Deum non invocaverunt*? Abutebantur oratione ad mundialia obtinenda; exorabant; dicebant quod invocabant Deum, & tamen Deum non invocabant, ſed rem noxiam cupitam, invocabant Deum, *Ut auditorem cupiditatum.* *Qui terrena petit, Deum invocat adjutorem cupiditatum.* Pulchrè D. Auguſt. in Pſalm. 85. *Deum non invocaverunt, Invocant, ſed non Deum. Invocas quicquid in te vocas, invocas quicquid vis, ut veniat ad te. Porro ſi Deum propterea invocas ut veniat ad te pecunia, ut veniat ad te hæreditas, ut veniat ad te ſæcularis dignitas, illa invocas, quæ vis veniant ad te: ſed Deum tibi adjutorem ponis cupiditatum, non exauditorem deſideriorum*: Expende verbum: *Deum tibi adjutorem ponis cupiditatum.* Auguſt.

Quæstio IX.

Quare Chriſtus ait, Petite, & accipietis, ut gaudium veſtrum ſit plenum?

Hoc quod dicit gaudium plenum, variè interpretari ſolet. Primò, D. Aug. tract. 102. Beda, Rupertus, illud verbum, *petite*, referunt ad hoc gaudium plenum, ut ſenſus ſit, petite, ut gaudium veſtrum ſit plenum in cœlo, petite, gaudium cœleſte, quod verè plenum eſt, & perfectum, cui nihil deeſt. Secundò. N. D. Cyrillus lib. 11. in Joann. cap. 7. refert gaudium plenum ad illud verbum, *accipietis*, ut ſenſus ſit, ſi petatis, & exoretis Deum Patrem, ab eo accipietis plenum gaudium, *mœſtitia conſcientiæ criminum depulſa*: omni gaudio gratiarum replebimini in Chriſto. 47. Auguſt. Beda. Rupert. Cyril.

Tertiò. Euthymius, *ut gaudium veſtrum ſit plenum*, ait, *ut poſtquam cognoveris, quanta poſſit nomen meum gaudium habeatis perfectum ſive multum aut copioſius*, ait, quod erit eis gaudium perfectum, cùm ex multitudine ſignorum, operatione miraculorum, ac converſione gentium cognoverint, quanta ſit virtus, ac majeſtas nominis Chriſti: diſcipuli de bono magiſtri, amici de gloria amici, ſervi de ſublimitate, ac relaxatione Domini ſui gaudere ſolent. In Apocal. lib. multoties apparent Angeli, aliquando tenentes quatuor ventos. Alius habebat pedem in terra, pedem in mari, alius metiebatur templum, alius mittebat ſtellam in terram, alius erat in ſole. Et tamen non legimus eos feſtivè lætantes, niſi quoties publicatur Dei gloria. *Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem, & divinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem.* Apoc. 5. n. 12. hoc eſt publicati de eo virtus, divinitas, ſapientia. Et cap. 7. num. 10. tunc manifeſtantur ſeniores, cùm cytharis, Angeli canentes. Andr. Cæſareæ Epiſcopus, *tanquam boni famuli.* De gloria Domini exultant, & choros agunt. 48. Euthym. *Famuli de gloria Domini lætantur.* Apoc. 5. Andreas.

49. Qnarta ſententia & communis eſt, quæ non cauſam, vel finem,ſed conſequutiouem rei ſignificare autumat, ac proinde petite à Patre in nomine meo, ut veſtrum gaudium ſit integrum, copioſum, ac perfectum, ut impleatur, ac perficiatur in omni re petita,& deſiderata,dum ſcilicet omnium votorum veſtrorum compotes ſitis effecti. Theophylactus, *Gadium veſtrum*, ait, *tunc erit pleniſſimum, cum acceperitis omnes petitiones.* Hæc autem gaudi plenitudo, non ſolum pertinet ad futuram vitam in æterna beatitudine, ſed etiam ad præſentem vitam; cum omni gratia, & dono, Apoſtolo teſte ad Philipp. 2. num. 2. *Implete gaudium meum,ut inde ſapiatis.*Et etiam ex 2. epiſt Joan. 2. n.12. *Spero me futurum apud vos, & os ad os loqui, ut gaudium veſtrum plenum ſit.* Magna accepta lætitia ex meo adventu ac collocutione. Hæc ſententia elt de mente D.Cyril. Euthym.eam ſequuntur Recentiores Janſen.Barrad. Franc. Lucas.

Theoph.

Philip. 2. 2. Joan. 2.

D. Cyrill. Euthym. Janſen. Barrad.

50. Scribens Paulus ad Philipp. 4.*n.*4.ait; *Gaudete in Domino ſemper.* Valdè mirabile eſt quod Apoſtolus mandet nobis adhuc in hac lachrymarum valle exiſtentibus, undique miſeris circunſtantibus, ut ſemper gaudeamus,quomodo fieri poteſt, ut gaudia ſemper ſine intermiſſione in promptu ſint, cum ex omni parte calamitates irruant, ait ipſe. *Gaudete in Domino.* Tunc gaudium in nos diffunditur,cum Domino ſumus corde, & animo adhærentes, & qui adhæret Domino, eique unitur, nullis ſæculi malis irruentibus perturbatur,ſed valdè quietus, conſcientia perſiſtit,ut in æternum poſſit in gaudio perdurare. D. Chryſoſtomus homil 18. ad Populum, poſt numeratas multas triſtitiæ,ac mœroris cauſas ſic ait: *Tot enim regibus triſtitiæ cauſæ ſunt, quot mari undæ. Cum igitur nec regum vitam ſine triſtitia præſtare poſſit*, ſcilicet hoc ſæculum, *quid aliud hoc præſtare poterit Humanum quidem nihil ſed ſolum verbum Pauli; nec enim ſimpliciter dixit, gaudete ſemper, ſed addidit continuæ voluptatis cauſam, cum dixerit*, Gaudete in Domino ſemper: *In Domino gaudens ex accidenti nullo voluptate hac excidere poteſt, Deum enim, ſicut oportet, timens, & in ipſo confidens, voluptatis radicem lucratus eſt, & omnem habet lætitiæ fontem.*

Philipp.4.

Gaudium in Domino durans, & perſverans. D. Chryſ.

51. De juſtis decantat Regius Vates Pſalm. 118. n. 165. *Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum.* Hæc ultima verba legit Agell. *Non eſt illis ſingultus, aut ſcrupulus cordis.* De iniquis ait Iſaias 57.num.21. *Non eſt pax impiis, dicit Dominus.* Septuaginta vertunt. *Non eſt gaudere impiis dixit Deus.* O quanta è contrario apud mundiales hæc apparent, nam de diligente legem Domini, ait Propheta, quod non eſt in eo ſingultus, ſeu aliquod triſtitiæ ſignum, nec ſcrupulus cordis, ſed ſumma pax & quies conſcientiæ, cùm tamen in mundo juſtus appareat, in vinculis, in carceribus,fame, ſiti,ac nuditate afflictus,& vexatus. At de impio ait Iſaias: *Non eſt gaudere impiis*, hoc eſt quod impius non poſſit gaudere,cum undique videatur divitiis, voluptatibus, ac gaudiis plenus; Quomodo ergo hæc ſe habent? Rectè quidem. Qui diligit Deum, ejúſque legem, quamvis videatur in ſæculi preſſura, tamen in corde eſt in ſumma lætitia, ac exultatione cum Domino,multa quiete, ac ſecuritate conſcientiæ. At impius non poteſt gaudere. Nam quamvis deliciis videatur defluere, at intus eſt ſtimulus, & cruciatus conſcientiæ, multæque moleſtæ cogitationes,quæ eum quieſcere,ac gaudere non ſinunt. de hac re latè diſſerit D.Chryſoſt.hom.9.in ep. 2. ad Corinth. *Utrine quæſo,ait,in voluptate ſunt, qui præſenti vita ad luxum, & delitias abuſi ſunt,an qui Chriſtiana Philoſophiæ præceptis vitam ſuam moderati ſunt? Tu forſan illos dices, ego autem hos eſſe oſtendam, & quidem eos ipſos teſtes citans quibus præſentibus bonis frui contingit.*

Pſalm. 118. Agellius.

Iſai. 57. Septuaginta.

Juſti gaudium, & quies conſcientiæ impiis moleſtia, & perturbatio. D. Chryſ.

Ioan. 16. Hæc in proverbiis locutus ſum
n. 25. vobis.Venit hora,cùm jam non
in proverbiis loquar vobis,ſed
palam de Patre annuntiabo
vobis.
Num. 26. In illo die in nomine meo petetis:& non dico vobis,quia ego
rogabo Patrem de vobis.

VERSIONES.

Syriacus. Hæc in parabolis locutus ſum
*n.*25. vobiſcum: Venit autem hora
quando non loquar vobiſcum
in parabolis,ſed apertè renunciabo vobis de Patre.

Arabic. Euth. Hæc per proverbia locutus ſum vobis.

Theophyl. Hæc per parœmias locutus ſum vobis,veniet tempus cùm jam non per proverbia loquar vobis,ſed palam de Patre.

Mar. Hæc obſcurè locutus ſum vobis,venit hora,cùm jam non obſcurè loquar vobis, ſed apertè.

Cajetan. Manifeſtè de Patre annuntiabo vobis.

Vatablus. In illo die, nomine meo pete-
*n.*26. tis: & non dico vobis, quod
ego rogaturus ſim ad Patrem
pro vobis:

Syriacus. Et non dico vobis me poſtulaturum à Patre pro vobis.

EXPOSITIO II.

HÆc *in proverbiis.* Aliam conſolationem de ſuo diſceſſu aſſignat Chriſtus diſcipulis promittens eis apertam, & claram locutionem. *Hæc in proverbiis locutus ſũ vobis.* Cum quadam nempe obſcuritate,ac ſimilitudine parabolica, ut ait Carthuſ.particula, *Hæc* refertur ad ea, quæ Dominus dixerat in hoc ſermone, de ſuo abitu, de Spiritu ſancto,de Patre,de modico,de orationéque nomine ſuo effundenda,& quamvis multa ex his eſſent à Dño ſatis clarè dicta;tamen cùm Apoſtoli eſſent adhuc rudes,& animales,ut ait Hugo,ac metu turbati, ut inquit Lyran, eis hæc tanquam parabolæ, ac ænigmata videbantur,ut notavit Maldon. *Venit hora.* Hebraïco more hora non ſumitur præciſè pro ſpatio unius horæ ſed pro quovis longo tempore. *Venit* juxta radicem Hebraïcam eſt in præſenti: & ponitur pro tempere proximo, ac imminenti. Moraliter dicitur *hora*, quia Dominus tam 52.

Carthuſ.

Hugo. Lyran. Maldonat.

tam largus eſt in benefaciendo, ut tempus, quo hominibus ſua dona communicat, videatur ei breve, veluti una hora.

53. *Cùm jam non in proverbiis loquar vobis.* Sermone obſcuro, & ænigmatico, ſed palam de Patre annuntiabo, & dicam vobis, ad quod tempus hoc referatur, valdè diverſimodè exponunt Patres, D. Gregorius lib 30. Moral. cap. 5. ad ſtatum beatitudinis, ac gloriæ. D. Auguſtinus tract. 102. Beda, Haymon ad tempus adventus Spiritus ſancti, quia tunc noverunt myſteria omnia. D. Chryſoſtomus homil. 78. Theophylactus, Euthym. ad tempus poſt Reſurrectionem, quando Dominus diſcipulos docuit, & aperuit illis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas, Luc. vltim. N. D. Cyrillus lib. 11. cap. 8. ſubſcribit primis duabus ſententiis. Genuina interpretatio ad omnia prædicta refert. *Apertè annunciabo vobis.* Tum per meipſum poſtquam reſurrexero per quadraginta dies uſque ad meam Aſcenſionem vobiſcum verſans, tum etiam per adventum Spiritus ſancti, quem in vos mittam in die Pentecoſtes, ipſe vos clarè, & apertè docebit omnia myſteria fidei, & pleniſſimè cognoſcetis omnia in cælo videntes Deum facie ad faciem. Ita Ianſenius, Toletus, Barradas, Cornelius, Lucas Burgenſ.

Gregor. Auguſt. Beda. Haymon. Chryſoſt. Theoph. Euthym. Cyrill. Janſen. Tolet. Barrad. Cornel. Luc. Burg.

54. *In illo die*; ſeu tempore, quod immediatè antea appellaverat horam, nunc diem dicit, quo de Patre manifeſtè, ac clarè annunciabo vobis. *In nomine meo.* Hoc eſt per merita mea; meamque dignitatem; petetis, orabitis Patrem nova, & magna beneficia petentes: tunc enim me docente, ſive per memetipſum, ſive per Spiritum ſanctum, ac etiam per ipſos effectus conſequutos intelligetis quid ſit petere in nomine meo, quantaque ſit vis meorum meritorum, ita ut ad impetrandum à Patre, ſufficiat veſtra oratio virtute nominis mei, & non erit opus, ut ego rogem pro vobis. Vnde ſubdit. *Non dico vobis*, quod ego tunc rogabo, ſeu orabo Patrem, de vobis ſeu pro vobis, tunc enim mea rogatione, meiſque precibus non indigebitis, ſatiſque eſt meum nomen, meaque merita ad omnia petita obtinenda. Ita docent D. Cyrillus lib. 11 in Ioan. c. 9. Leontius, Maldonat & alij, nec cùm his obſtat, quod Chriſtus dixit cap. 14. ſupra num. 16. *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis.* Agit enim hìc de novo Paracleto, quem ipſe ſuis precibus erat impetraturus à Patre, Apoſtolis nihil tale petentibus, nec cogitantibus; in noſtro verò textu agit de iis, quæ Apoſtoli ſuis fuſis precibus erant impetraturi à Deo Patre.

Cyrill. Leontius. Maldonat. Joan. 14.

55. Diſputant hìc Recentiores, Maldonatus, Toletus, Barradas, Chriſtus pro nobis oret in cœlo oratione propriè dicta, an tantum ſuorum vulnerum repræſentatione. Affirmativa ſententia de propria oratione eſt longè probabilior. Et ſufficiunt pro hac re aperta teſtimonia Pauli Rom. 8. num. 34. *Chriſtus Ieſus, qui etiam interpellat pro nobis.* Hebr. 7. n. 25. *Semper vivens ad interpellandum pro nobis.* Seu ut ex Græco habetur. Intercedit pro nobis 1. Ioan. 2. num. 1. *Advocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum juſtum.*

Maldonat. Tolet. Barradas. Rom. 8. Hebr. 7. 1. Ioan. 2.

* * *

QUÆSTIO X.

Quare cùm uſque modo Chriſtus multa locutus ſit in proverbiis, promittit horam, in qua non in proverbiis, ſed palam loquatur.

56. Baſil.
ADVERTENDVM eſt ex D. Baſilio homil. 12. Quod *apud nos proverbium eſt ſermo utilis ſub umbra, figuráque idonea expreſſus, multum & uſus, & gravitatis complectens, in receſſu quoque multum altæ ſententiæ contegens.* Ex quo Dominus Ioan. 16. Hæc, inquit, in parœmiis, ſive proverbiis, idem enim eſt, locutus ſum vobis: tempus venit, ut non in parœmiis, ſed palam vobis loquar; *quaſi ſermo proverbialis apertam, ac liberam dicendi viam non habeat, ſed operimento quodam, & ænigmate, ac verbis aliis mentem, atque ſententiam narret.* Proverbium ergo ſignificat ſermonem obſcurum, latentem ſub involucris, qualis ſolet eſſe parabolicus.

Quid ſit proverbium.

57. Ait in præſenti Chriſtus Dominus ſuis Apoſtolis: *hæc in proverbiis locutus ſum vobis; venit hora, cùm jam non in proverbiis loquar vobis: ſed palam de Patre meo annuntiabo vobis* Ad quæ verba rectè ait Lyra. *Hic reddit cauſam ſui dicti, videlicet quare diſcipuli habeant talem acceſſum, & familiaritatem ad Patrem poſt reſurrectionem: Duo faciunt familiaritatem cum aliquo, ſcilicet ejus notitia, & amor; Poſt reſurrectionem autem, & Spiritus ſancti receptionem, Apoſtoli fuerunt perfecti in notitia, & amore Dei. Et hoc eſt cauſa, quare fuerunt magis familiares ei, quam ante, & hoc eſt quod dicitur.* Hæc in proverbiis locutus ſum vobis. *Quaſi dicat ante paſſionem meam parabolicè, & obſcurè locutus ſum vobis, ſicut patet ex diſcurſu Evangelij.* Venit hora cùm jam non in proverbiis, id eſt, *obſcurè.* Sed palam loquar vobis de Patre meo, *quia poſt reſurrectionem ſuam clarius, & expreſſius docuit Apoſtolos de regno Dei, quàm ante. Ipſi enim erant magis capaces, quia habebant ſenſum apertum ad intellectum ſcripturarum.* Vt patet Lucæ vltimo.

Lyranus.

58. In quibus verbis præcitatus Auctor aſſignat rationem, cur ante paſſionem locutus eſt eis Chriſtus Dominus obſcurè ac in proverbiis, poſt verò reſurrectionem, ac Spiritus ſancti adventum palam, & apertè. Ante paſſionem intellectus diſcipulorum hebetior erat, & metu obrigebat, amoriſque affectu tepebat, minus apti inveniebantur ad magna capeſſenda, & ideo Chriſtus Dominus in proverbiis obſcurè, & non perſpicuè locutus eſt eis. At poſt reſurrectionem ſuam, cùm intellectus capacior effectus eſt, & eorum amor vires reſumpſit, tunc jam non in proverbiis, ſed palam loquitur, ut decet intimos amicos, & familiares. *Poſt reſurrectionem autem, & Spiritus ſancti receptionẽ, Apoſtoli fuerunt perfecti in notitia, & amore Dei: & hæc eſt cauſa, quare fuerunt magis familiares ei, quàm ante.* Perpende quomodo gradus claritatis, ac manifeſtationis in loquendo gradum ſequitur charitatis, cùm Chriſtus in docendo non omnino oſtendat totum ſuum amorem erga diſcipulos, quia ipſi minus diligunt, & rudiores ſunt in proverbiis, ac operto ſermone cùm eis agit. At verò cùm flamma accenditur amoris, *& fuerunt ei magis familiares quàm ante*, & ipſorum intellectus magis evadit idoneus; tunc manifeſto, & aperto ſermone

Clarè, & apertè revelare ſecreta eximium amoris ſignum.

cum

cum eis Chriſtus pertractat. Ait Chriſtus Domi-
nus: *Jam non dicam vos ſervos, quia ſervus neſcit,
quid faciat Dominus ejus, vos autem dixi amicos,
quia omnia quæcunque audivi à Patre meo, nota feci
vobis.* Joan. 15. n. 15.
Joan. 15. Ineffabile Sanctiſſimæ Trinitatis myſterium
59. tempore antiquæ legis fuit abſconditum, ut jam
hoc c. 19. ſupra q. 5. n. 29. ex ſanctis Patribus no-
tavi; at verò apertè, & clarè hoc magnum noſtræ
fidei Sacramentum manifeſtatur, & apparet in
Math. 3. Baptiſmo, ac transfiguratione. De Baptiſmo di-
citur, Matth. 3. n. 16. *Baptizatus autem Jeſus con-
feſtim aſcendit de aqua. Et ecce aperti ſunt cœli: &
vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, &
venientem ſuper ſe: & ecce vox de cœlis dicens: Hic
eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* De
Matth. 17. Transfiguratione vero habetur Matth. 17. num. 5.
*Ecce nubes lucida obumbravit eos: & ecce vox de nu-
be dicens: Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi be-
ne complacui, ipſum audite.* Cur Trinitatis indici-
bile myſterium ab æternitate reconditum, nunc
in Baptiſmo, ac Transfiguratione annunciatur,
in hacque gemina actione ab antiquiſſimis tene-
bris vindicat nunc manifeſtari? Baptiſmus ami-
corum eſt prima regeneratio, per quam homo
amicus Dei naſcitur, ſtola innocentiæ indutus,
dono perfuſus charitatis. Transfiguratio autem
exemplar conſummationis amicitiæ, & prototy-
pus ſecundæ regenerationis, per quam naſcuntur
juſti indumentis gloriæ amicti, & ad ſublimio-
rem charitatis, ac familiaritatis gradum evehun-
Celebrata amicitia ſecretorum manifeſtationem impetrat. tur. Cum ergo in Baptiſmo oſtenderetur prima
regeneratio, exordiúmque amicitiæ hominis cum
Deo, in Transfiguratione illius conſummatio
denotaretur, expediens erat, ut maximè ſecre-
tum Dei arcanum uberiori lumine fulgeret, ac
pateſceret; cùm enim ſolemne amoris pignus ſit
ſecretorum manifeſtatio, quod ſolet proficiſci à
diligentibus erga dilectos, ſic in Baptiſmo ac
Transfiguratione initium, ac inchoatio noſtræ
amicitiæ cum Deo deſignatur. Deus in ſignum
ſui amoris tam abditum Sacramentum homini
D. Thom. declarat, & aperit. D. Thom. 3. p. q. 45. art. 4. ad 2.
*In Baptiſmo, ubi declaratum fuit myſterium primæ
regenerationis, oſtenſa eſt operatio totius Trinitatis,
per hoc quod fuit ibi filius incarnatus, Spiritus ſan-
ctus in ſpecie columbæ, & Pater fuit declaratus in
voce: Ita etiam in Transfiguratione, quæ eſt Sacra-
mentum regenerationis, tota Trinitas apparuit, Pa-
ter in voce, Filius in homine, Spiritus ſanctus in
nube clara: quia ſicut in Baptiſmo dat innocen-
tiam, quæ per ſimplicitatem columbæ deſignatur,
ita etiam in reſurrectione dabit electis claritatem
gloriæ.*
60. Mandat Deus Abrahæ, ut egrediatur de terra
ſua, & è domo Patris ſui, & ait ei, *faciámque te
in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnifica-
bo nomen tuum, eriſque benedictus; in te benedicen-
Geneſ. 12. tur univerſæ cognationes terræ.* Geneſ. 12. num. 2.
Poſtquam Abraham mirandum illud immolatio-
nis filij facinus aggreſſus eſt, clamans ad eum ſic
fatur Angelus: *Per memetipſum juravi, dicit Do-
minus, quia feciſti hanc rem, & non pepercifti filio
tuo unigenito propter me: benedicam tibi, & multi-
plicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli. Poſſidebit ſe-
men tuum portas inimicorum tuorum, & benedicentur
in ſemine tuo omnes gentes terræ.* Geneſ. 22. num. 16.
Geneſ. 22. ſi rectè expendatur, nil novi pollicitum reperi-
tur pro remunerando præclariſſimo Abrahæ fa-
cto in immolatione filij ſui; nam ſeminis illius
fœcunda propagatio, ſplendidúſque illius nu-
merus, ac in eo benedicendæ omnes gentes, per
Chriſtum, jam hæc ei primò adſtipulata fuerant,
ut adnotarunt Origenes, Lyranus, & alij; & certè Origen. Lyran.
ſtricta, ac humilis eſt liberalitas, quæ alias jam
promiſſis, & debitis ſubſequentia facinora neri-
tur munerare; exhauſta ſanè videbitur divina lar-
gitas, ſi poſt præmia injuncta Abrahæ non ha-
beat, quibus filij holocauſtum remuneret, niſi ad
eadem recurrat, eadémque inculcet. Cajetanus. Cajet.
Adverte, ait, *quod illud idem promiſſum Abrahæ fa-
ctum in prima viſione ſcripta c. 12. modo reperit, cla-
rius tamen, quia ibi implicitè dicitur, & benedicentur
in te; hic explicatur dicendo in ſemine tuo.* In prima *In expreſſa revelatione ſecretorum maximè monſtratur amor.*
vice, cum Abrahamus exiit de terra ſua promit-
titur ei numeroſa proles, fructúſque benedictus,
id eſt, Chriſtus, cum revelatione arcani Incarna-
tionis abſconditi à ſæculis, tamen obſcuris, &
abditis verbis; At in ſecundo facto in immola-
tione filij ſui repetitur eadem promiſſio, idémque
Incarnationis Sacramentum reſeratur, ſed clario-
ribus, ac apertioribus vocibus. *Modo repetit clarius
tamen.* Magna, & apta polliceri, altáque myſteria
revelare reconditis, ac ænigmaticis vocabulis fa-
vor, ac benevolentia eſt; at illa præſtare, altáque
myſteria reſerare, clarè, & apertè, perlucidiſque
verbis ſummus favor ſupremúſque amoris apex.
Cum Abrahamus exiit de terra ſua magnum ha-
buit meritum, inde ei magnum revelatur myſte-
rium, ſed obſcurè, at verò cum filium offert in
holocauſtum, multum crevit meritum, crevit &
divina benevolentia erga eum, ut lucidius, ac cla-
rius myſterium ei propalaretur. Vide de hoc c. ſeq.
20. ad illa verba: *Claritatem, quam dediſti mihi.* Joan.
17. n. 22. ſatis opportuna.

Joan. 16. Ipſe enim Pater amat vos, quia
n. 27. vos me amaſtis, & crediſtis,
quia ego à Deo exivi.
Num. 28. Exivi à Patre, & veni in mun-
dum, iterum relinquo mun-
dum, & vado ad Patrem.

VERSIONES.

Syriacus. Ipſe enim Pater diligit vos, quip-
n. 26. pe qui dilexeritis me, & credi-
deritis me à Patre exiiſſe.
D. Hilar. Quia vos me amatis, & creditis.
Syriacus Prodij à Patre, & veni in mun-
n. 25. dum, & iterum relinquo mun-
dum, & proficiſcor ad Pa-
trem.
D. Hilar. Ex Patre, & à Patre veni in mun-
dum.
Arabicus. Et ego relinquo mundum.

EXPOSITIO III.

IPSE *enim Pater amat vos.* Confir- 61.
mat Chriſtus id quod ſupra dixerat,
ac ſi dicat, non eſt neceſſe ut ego
orem pro vobis; ſed orantibus vo-
bis in nomine meo, omnia concedet Pater,
ipſe enim amat vos, ac proinde propenſiſſimus eſt
in vos. *Quia.* Ratio cur amat vos, eſt; *Vos me
amaſtis;*

amaſtis ; hoc præteritum comprehendit omne tempus ſeu amatis, ac in amore meo perſeveratis. Nam amor ſive perſeverãtia nihil eſt. Dubitat hic
D. Aug. 1. Ioan. 4. D. Auguſt. quia hæc verba videntur repugnare cùm his quæ dicuntur 1. Ioan 4. *Ipſe prior dilexit nos*. Nam ſi hic dicitur, *amat vos, quia vos me amaſtis*; ſupponitur quod noſter amor ſit prior , reſpondetur juxta mentem D. Auguſt. tract. 102. D.
Cyril. Cyril. lib. 11. in c. 9. quod duplex amor in Deo erga nos eſt conſiderandus, unus antecedens, alter concomitans, ſeu conſequens.

62. Deus amore antecedenti nos prævenit, & prior amat nos , cùm nos peccatores ad pœnitentiam , ac ſui amorem vocat , & excitat ; tunc incipimus Deum amare , & Deus tunc nos amat amore concomitanti , nobíſque gratiam juſtificantem , ac charitatem infundit , qua nos facit filios, & amicos, ſuos; & tunc majori amore nos redamat , tanquam filios , & amicos ſuos. Ex quo patet charitatem conſtituere amicitiam inter Deum & homines ; facit enim ipſa, ut nos Deum amemus, ac viciſſim , ut nos Deus amet , ſicut amicus amat amicum , ac viciſſim ab eo redametur *Et credidiſtis*, vera fide , ac formata , quia à Deo exivi, quia ſum verus filius Dei , ab eo in carne miſſus in mundum ad veſtram ſalutem.

Duplex Dei amor.

63. *Exivi a Patre*. Compendioſa concluſione ſermoni finem imponit Dominus , Apoſtolorum fidem confirmans, de qua immediatè anteà dixerat, *Credidiſtis quia a Deo exivi*. Nunc ait , ita verè & certiſſimum eſt à Deo Patre exivi, non tantum per exitum , ac generationem humanam in tempore
Ianſen. natus ex Virgine , ut interpretatur Ianſenius; ſed etiam per exitum , ac generationem æternam, quà à Patre ut conſubſtantialis ejus filius natus ſum ,
D. Cyril. ſic exponunt Patres , N. D. Cyril. lib. 11 c. 9. *Exiviſſe a Deo nihil aliud eſt , niſi natum eſſe , effluxiſſéque ex ſubſtantia Patris ; eòque proceſſu , quo eſt & in propria intelligitur ſubſtantia.* Similiter D. Aug. tract. 102. D. Hilar. lib. 6. de Trinit. D. Athanaſ. epiſt. ad Epictet. Sic etiam Theopylact. Euthym. D. Thom. hoc enim propriè ſignificat exire à Patre , hoc eſt gigni , & eſſe ex ſubſtantia Patris. Hebræor. 7 n. 5. de filiis dicitur, *Et ipſi exierunt de lumbis Abrahæ*. Iſaiæ 39. n. 7. *De filiis tuis, qui exibunt de te.*

D. Aug. Hilar. Athanaſ. Theoph. Euthym. D. Thom. Hebr. 7. Iſai. 39.

64. *Et venit in mundum.* In temporis nempè plenitudine , non mutando locum ; Deus enim omnem locum replet, ſed aſſumpta humana carne, qua factus homo , huic mundo viſibilis apparuit. *Iterum relinquo mundum*. Per mortem meam , ut amplius in forma viſibili in eo non appaream. Particula illa *iterum* , non referenda eſt ad terminum, quaſi ſemel reliquerit mundum , & nunc iterum illum relinquat , non enim bis Chriſtus cœlos aſcendit : Sed ſignificat *iterum* , idem iteraſſe iter, ſemel veniendo , iterum redeundo : ut ſi dux aliquis veniat Olyſſiponem , & diſcedat , rectè dicitur dux venit Olyſſiponem , & iterum abiit , ut
Tolet. Barrad. notarunt Tolet. Barrad. *Et vado ad Patrem* , à morte ſuſcitatus , ut ſedeam ad ejus dexteram in glo-
Auguſt. ria. D. Aug. *Exiit à Patre , quia de Patre eſt , in mundum venit , quia mundo ſuum corpus oſtendit. Reliquit mundum , corporali diſceſſione , perrexit ad Patrem , hominis aſcenſione , nec mundum deſeruit præſentiæ gubernatione.*

Quæsito XI.

Quare Chriſtus non ſolùm dixit me amaſtis , ſed etiam addidit & credidiſtis ?

AIT Chriſtus in præſenti , *Pater amat vos, quia vos me amaſtis*: non ait, quia 65.
amaſtis eum, ſed quia me amaſtis. Nam ſicut illata filio infertur Patri, juxta id quod ipſe Chriſtus Dominus dixit Ioan. 5. num. 23. *Vt omnes honorificent Filium, ſicut honorificant Patrem, qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem qui miſit illum.* Ita obſequium amoris filio exhibitum, defertur & Patri, quia idem in eadem natura ſunt ; & ſicut injuriam illatam filio Pater judicat ut puniat ; juxta illud Ioan. 8. num. 50. *Eſt qui quærat , & judicet.* Ita etiam obſequia præſtita filio , Pater acceptat , ut remuneret , *Pater amat vos , quia vos me amaſtis.* Ex quo habet documentum , ut qui punit delicta , remuneret & merita.

Ioan. 1. *Obſequium amoris exhibitum filii defertur Patri.*

Ioan. 8.

Quæſtio inquirit quare Chriſtus ait , *Quia me amaſtis , & credidiſtis.* Quid ſi ſolùm credidiſſent te à Patre exiviſſe , te verum Deum eſſe , & hoc fide eminentiſſima, nónne ſufficeret? Nequaquam ſanè , quia fides licet excellentiſſima , niſi bonis operibus ſit plena ad ſalutem non ſufficit. Sic ait D. Paulus. Hebræor. 10. num. 22. *Accedamus cùm verò corde in plenitudine fidei*. Vbi D. Thomas, *Accedentem ad Deum* , ait , *oportet credere. Nec ſufficit qualiſcumque fides , ſed requiritur fides plena , quod fit duobus modis ſcilicet & quantum ad materiam fidei , ut credantur omnia quæ proponuntur ad credendum , & quod ſit fides formata , quod eſt per charitatem.* 66.

Fides ſine operibus non ſufficit ad ſalutem.

Hebr. 10. D. Thom.

Poſtquam Draco ſuperatus eſt à muliere , quæ apparuit amicta Sole , & Luna ſub pedibus ejus : *Iratus Draco in mulierem abiit facere bellum cùm reliquis de ſemine ejus , qui cuſtodierunt mandata Dei, & habent teſtimonium Ieſu*, Apoc. 12. num. 17. Cur duo illa ſimul conjunxit Apoſtolus ? Nónne ſatis eſſet dicere , abiit facere bellum cum reliquis de ſemine ejus , qui habent teſtimonium Ieſu , ut intelligeremus contra ſervos Chriſti perſecutionem excitaſſe. Ad quid utrumque conjunxit , cuſtodire mandata Dei , & habere teſtimonium Ieſu : Meritò quidem , quorum primum ad bona opera , ſecundum verò ad fidem ſpectat. Quia non datur habere teſtimonium Ieſu , id eſt fidem Ieſu , niſi & ſimul bona opera connectantur , hoc eſt cuſtodire mandata Dei. Qui fidem habent denudatam bonis operibus , Dæmonibus comparantur à Salviano lib. 4. de gubernatione Dei , expendente verba illa Iacobi cap. 2. ſuæ epiſtolæ. Dæmones credunt , & contremiſcunt. *Nunquid* , ait , *erravit Apoſtolus , ut hominis Chriſtiani fidem Dæmoni compararet ? Non utique , ſed oſtendere illud volens ; quia ſine operibus bonis nihil ſibi per fidei ſupercilium uſurpare deberet ; idcirco autem à Dæmonibus Deum credi , ut ſicut Dæmones eum eſſe Deum , tamen in perverſitate perdurant ; ita & quoſdam homines quaſi credulitatem dæmoniacam habere ; qui cùm ſe Deum credere aſſerunt ; tamen à malo opere non ceſſant.* 67.

Apoc. 12.

Fides bonis operibus jungenda. Salvian.

In illa admirabili figura quatuor animalium 68

E e quæ

quæ vidit Ezechiel cap. 1. n. 6. *Quatuor facies uni.*
Ezechiel. 1. Et ſtatim ſubdit : *Pedes eorum pedes recti , & planta pedis eorum , quaſi planta pedis vituli.* Nónne plura inter faciem , & pedes membra interjacent? Cur ergo quaſi immediatè faciem pedes ſequuntur , poſtquam enim dixit ſe vidiſſe quatuor facies uni , illico introduxit eorum pedes rectos conſpectos fuiſſe ? D. Gregor. hom. 3. ait, quod per faciem fides denotatur ; nam ſicut homo cognoſcitur per faciem , ſic ab omnipotenti Deo per fidem agnoſcimur ; per pedes verò operum greſſus ſignificantur ; ecce cur poſt faciem pedes refert ? Quia licet in homine fides ſit excellentiſſima , niſi pedibus rectis ſocietur , ad ſalutem aſſequendam non ſufficit. Citatus ſanctus pontifex. *Quæ virtus eſſet* , ait , *ſi fidem , atque contemplationem Domini habentes prædicatores , illius ſancta opera non haberent ? Vnde ſequitur , & pedes eorum recti , quid per pedes niſi greſſus actuum deſignatur ? Quia ſanctorum Evangeliſtarum , atque omnium perfectorum opera ad ſequendam iniquitatem non ſunt retorti.*

Fides multa ſine operibus non ſufficit ad ſalutem.

D. Gregor.

69. Clamat Angelus ad Ioannem , ut metiatur templum , & altare , & ait : *Atrium autem , quod eſt foris templum , ejice foras.* Apoc. 11. n. 2. Valdè admiratione digna eſt locutio , quod illud foras ejici præcipitur , quod jam foris eſſe oſtenditur : quomodo atrium hoc foras templum ejici jubetur , quod intus non invenitur ; Quod enim non intra , ſed jam foris eſt , utique unde foras mittatur , non eſt ? Richardus Victorinus per atrium intelligit falſos Chriſtianos , quia quandiu in fide permanſerint , ad Eccleſiam pertinent , ut etiam atrium ad illam ſpectat , quia verò non ſunt intra Eccleſiam ; cùm verò cultu Dei , ac mandatorum obſervatione extra Eccleſiam eliminandi ſunt , quia licet nomine adjungantur cum filiis Eccleſiæ , operibus tamen maximè ab eis diſcrepant. Richardus Victorinus : *Atrium* , ait , *falſi Chriſtiani ſunt , qui videntur conſecrati , eo quod ſunt baptizati : ſed pleni ſunt cadaveribus , id eſt vitiis , & pravis operibus , qui quamvis fidelibus juncti ſint nomine , longè tamen ab eis ſunt actione , iſti non comprehenduntur ſub menſura calami , quia ſubduntur verbo Dei.*

Apoc. 11. *Chriſtiani ſolum fide , & non operibus ejicientur extra Eccleſiam.*

Rich. Vict.

Quæstio XII.

Quare de Spiritu ſancto dicitur de præſenti quod procedit à Patre , de Chriſto verò , quod exiverit , de præterito ?

70. AIT Chriſtus Dominus in noſtro textu, quem explicamus , *Exivi à Patre , & veni in mundum.* At ipſe de Spiritu ſancto agens , Ioan. 15. n. 26. ait : *Spiritus, qui à Patre procedit* , Filius dicitur exiviſſe de præterito , Spiritus ſanctus dicitur procedere de præſenti , cùm in rei veritate filius , & Spiritus ſemper ſunt, fuerunt, & erunt in actuali emanatione à Patre.

Joan. 15. *Difficultas quæſtionis.*

71. Ad quæſtionem reſpondet Rupertus , lib. 1. de operibus Spiritus ſancti cap. 4. *Aliter* , ait , *Dei filius à Deo proceſſit , naſcendo , videlicet ante ſæcula , de ſecreta ſubſtantia Patris , ut conderet mundum , quod ſemel factum eſt , ſive aſſumendo carnem ut qui inviſibilis erat , viſibilis fieret , quod itidem ſemel factum eſt. Aliter ſpiritus iſte procedit , cùm ſubjectæ naturæ gratiam impendit , quod toties fit , quoties vivificat ea , quæ mortua erant , & replet ea quæ vacua fuerant.* Semel Dei filius cùm Patre ad hoc univerſum creandum accinctus eſt , ſemel interveniente morte reparationem hominis adimplevit, & inde opera ejus ut ſemel facta, & veluti præterita repræſentantur. At verò Spiritus ſanctus , qui meliorationem , & perfectionem , ſeu conſummationem naturæ lapſæ infundendo gratiam ſuſcepit , non ſemel operans dicitur , ſed millies , imò nunquam ab opere ceſſat , quin potius ſic præſens incumbens operi eſt , quaſi illud nunquam prætereat quoadusque conſummationem perducat. Quod maximè debet eſſe mente fixum omnibus , qui meliorationem hominis ſuſcipiunt : iis labor debet eſſe indefeſſus , ut nunquam ab illo quieſcant imitantes , ac exemplum ſumentes à ſupremo omnium artifice , ſcilicet Spiritu ſancto.

Rupert.

Qui virtutes aliorum intentat perficere , nunquam debet ceſſare à labore.

Geneſ. 2. num. 2. dicitur : *Complevitque die ſeptimo opus ſuum quod fecerat , & requievit die ſeptimo ab univerſo opere , quod patrarat.* Paulus verò ait. 2. Corinth. 5. num. 17. *Si qua ergo in Chriſto nova creatura vetera tranſierunt.* Perpende , in primo textu deſcribitur Deum quieviſſe ab omni creationis opere , in ſecundo verò textu nova adhuc alia creatura declaratur. Ex quo jam inſurgit difficultas , ſi nova creatura datur , quomodo creatorem quieviſſe narratur ? Aut ſi Creator quievit , quis eſt , qui novas creaturas producit? In Deo eſt Pater creans , & Spiritus ſanctus mundans , purificans , ac perficiens animas , eáſque multis donis , ac virtutibus replens. Qui ergo creator eſt Pater , is ceſſat , ac quieſcit ab univerſo creationis opere : at Spiritus ſanctus , cujus eſt proprium perficere , & meliorare naturam , eámque ſua gratia ad conſummatam perfectionem deducere , ut extinctis peccatorum maculis lucidior, ac perfectior effulgeat, is non ceſſat ab opere, nec quieſcit , ſed inceſſanter ſatagit , ut homo melioretur , Rupertus citato lib. 2. de operibus Spiritus ſancti , cap. 2. ſic ait: *Et ſi ceſſavit Pater, cujus erat proprium condere rerum naturam , non ceſſavit Spiritus ſanctus , cujus eſt opus proprium meliorare naturam.* 72.

Geneſ. 2.

2. Cor. 5.

Non ceſſat Spiritus ſanctus ut hominem perficiat.

Rupert.

Iterùm redeo ad illa verba Geneſ. 2. *Complevitque die ſeptimo opus ſuum quod fecerat , & requievit die ſeptimo ab univerſo opere , quod patrarat.* Compone hæc cum his quæ Chriſtus Dominus de ſuo æterno parente. Ioan. 5. num. 17. *Pater meus uſque modo operatur , & ego operor.* Si Pater requievit ab univerſo opere ſuo quod fecerat , quomodo ait Chriſtus *uſque modo* , ſeu uſque ad præſens tempus operatur ? operari , & quieſcere ab opere , manifeſtam contradictionem involvunt, ſi quievit , quomodo uſque modo operatur ? quievit ab univerſo opere creationis , ut nullam amplius ſpeciem , vel genus denuò produceret ; tamen uſque modo operatur cooperante Spiritu ſancto per gratiam infuſam , ut hominem gubernet , perficiat , ac dirigat in viam ſalutis æternæ. D. Auguſt. tract. 17. *Quapropter ſic accipimus,* ait, *Deum requieviſſe ab omnibus operibus ſuis , quæ fecit , ut jam novam naturam ulterius nullam conderet ; non utique ut quod condiderat , contemneret , & gubernare ceſſaret.* Similiter Theophylactus , Euthym. D. Thomas , D. Bonavent. & alij, Nunquam quidem ceſſare debet ab opere is , penes quem eſt cura perficiendi , & meliorandi hominum mentes. 73.

Ioan. 5. *Nunquam debet ceſſare ab opere , qui aliorum virtutes perficere curat.*

D. Auguſt.

Theoph. Euthym. D. Thom. D. Bonav.

Ioan. 16.

Ioan. 16.*n.*29.Dicunt ei diſcipuli ejus:Ecce nunc palam loqueris, & proverbium nullum dicis.

Num. 30. Nunc ſcimus,quia ſcis omnia,& non opus eſt tibi,ut quis te interroget: in hoc credimus,quia à Deo exiiſti.

VERSIONES.

Vatabl. Euthym. n. 29.Dicunt ei diſcipuli ejus:Ecce nunc apertè loqueris.

Arabicus. Dixerunt ei diſcipuli ejus,ecce nunc palam loqueris, neque quidem proverbium unũ dicit.

Syriacus. Et nunc apertè loqueris,nec parabolam ullam dicis.

Arabic. n. 30. Certè ſcimus, quia ſciens es omnia,& non es indigens.

D. Hilar. Ergo ſcimus,quia ſcis omnia,& non habes neceſſitatem, ut aliquis te interroger.

Arias Mont. Non uſum habes, ut quis te interroget.

Syriac. Pagnin. Per hoc credimus te à Deo exiviſſe.

EXPOSITIO IV.

74. *Favore animatus magna intelligit.*

DICUNT *ei diſcipuli ejus* Maximè erant recreati magno Domini favore,dixerat eis:*Vos me amaſtis,& credidiſtis*.Magniſque etiam Domini promiſſionibus, ut quidquid petierint a Patre in nomine ejus exaudiendi eſſent:his tantis favoribus animati, ac corroborati magna, & alta intelligunt,ac penetrant. *Ecce nunc palam loqueris.* Nam diſcipuli,cum his,quæ Dominus immediatè dixerat:*Exivi à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.* Quibus ſignificat Dominus ſuum exitum à Patre per generationem æternam, & per diſceſſum, ſuam mortem,quo audito intellexerunt illud, de quo maximè ſolliciti erant:*Modicum videbitis me, & iterum modicum non videbitis.* Nam dum exivit à Patre, & venit in mundum, viderunt eum, dum autem regreditur ad Patrem, non videbunt: *Et proverbium nullum dicis*, id eſt nullam parabolam, nullum ænigma,& quamvis magna,& alta ſub illo modo, ſub ipsóque Domini ſermone continerentur,quæ poſt reſurrectionem eos docuit Chriſtus; cum illis aperuit intellectum, ut intelligerent ſcripturas,modo verò ſic lætantur diſcipuli,ut ſæpè fit, cùm quis expulſis ignorantiæ tenebris aliquam veritatem aſſequitur, ita exultat, ut ſibi perſuadeat,jam nihil poſſe augeri:& ſic & diſcipuli primordiis lucis novæ perfuſi exultant, quaſi nihil amplius ipſis deeſſet, quin Domini verba apertiſſimè intelligerent.

75. *Nunc ſcimus quia ſcis omnia.* Ex hoc quód palam,ac clarè abſque proverbiis loqueris,experientia tenemus, ac cognoſcimus, quod omnia noveris. Videmus enim, quod intelligis intima arcana, ac cogitationes cordium, quod proprium ſolius Dei eſt. Non enim eſt opus, ut quis te interroget. Cum enim penetres ſecreta cordium, ut explicant D.Aug. Beda, Euthym. & nobis in animo eſſe, te de modico illo interrogare, tu id agnoſcens noſtram interrogationem prævenisti, quæſitionem verbis tuis aperuiſti, & omnem dubitationem ſuſtuliſti. *In hoc credimus, quia à Deo exiſti.* Per hoc enim firmius credimus,ac in noſtra fide confirmamur te eſſe verum Dei filium. Supra enim n.27.de eis dictum eſt. *Vos me amaſtis, & credidiſtis, quia à Deo exivi.* Noſtra expoſitio eſt D. Cyril. lib.11. c.11. *Non quod credere cœperint, quando hæc audientes omnia ſcire Dominum perſpexerunt, ſed quia tunc ampliores fidei radices jacere cœperunt.* Aliter explicat Tolet. *In hoc credimus*, &c. hoc ſatis abundans eſt nobis,quamvis nullum eſt argumentum ut credamus te à Deo exiiſſe, ab eóque eſſe genitum,cùm cordium ſecreta penetres,ac reveles. August, Beda Euthym. Cyrill. Tolet.

QUÆSTIO XIII.

Quare diſcipuli aſtruunt Chriſtum ſcire omnia, ex eo quia palam loquitur?

DICUNT *ei diſcipuli ejus:Ecce nunc palam loqueris, & proverbium nullum dicis: nunc ſcimus, quia ſcis omnia.* Valde mirabile eſt, quod quando diſcipuli audiunt ex Chriſti ore valdè ſublimia, de cœleſti beatitudine, de divinique myſteriis præclara annuntiat,multaque futura ut de ſignis judicij prædicit, cogitationéſque cordium manifeſtat & aperit,quæ ſunt præclariſſimæ notæ ſupremæ ſcientiæ ac cognitionis non dicunt diſcipuli,*Nunc ſcimus,quia ſcis omnia* Sed modo hæc aſtruunt, & affirmant,cum clariſſimè abſque ullo ænigmate,& proverbio,ejus verba percipiunt.Optimè quidem,nullum enim ſublimis ſcientiæ evidentius ſignum, quàm clara, & aperta verborum eructatio, diſtinctaque, ac facilis ſermocinatio. Euthym. *Nunc manifeſtè loqueris,ait,& nihil objectum dicis: intelligimus enim, quæ nunc dixiſti, nunc ſcimus, quod ſcis omnia.* 76. *Glara locutio index altiſſimæ cognitionis.* Euthym.

Ait Paulus de ſe 1. Cor.1. n 16. *Nos autem ſenſum Chriſti habemus.* Et ſtatim ſubdit c.3.n.2.*Tanquam parvulis in Chriſto, lac vobis potum dedi, non eſcam.* Ait Paulus de ſe,quod habeat ſupereminentem ſenſum Chriſti, hoc eſt, ut explicant Chryſ. D. Thom. intelligentiam, ac ſapientiam ſpiritualem, & divinam. Et in quo oſtendit in ſe tantam ſapientiam, ac intelligentiam? Vide quod ſubdit: *tanquam parvulis in Chriſto, lac vobis potum dedi.* Loquitur de ſua doctrina, quam in tyrocinio orientis Eccleſiæ ſuis diſcipulis præbebat, & cur eam cum lacte comparat, lac potus eſt ſuavis,& candidus; Apoſtolus ergo ut oſtenderet ſe habere ſenſum Chriſti, ſcientiam,ac intelligentiam divinam, ſic dabat ſuam doctrinam tam candidam, ſuavem, ac facilem, veluti lac quæ tantam illud perfectam lætitiam in corde ingerebat. Clem. Alexand. lib. Pædag. cap.6. *Quocirca dicit etiã lac, inquit,potum dedi: cognitionem dicit, vobis infundi, quæ ex Catecheſi data eſt, quæ ducit ad vitam æternam. Quin etiam hoc verbum potum dedi, eſt ſymbolum & ſignum perfectæ participationis. Qui enim ſunt perfecti, dicuntur bibere, infantes autem ſurgere: ſanguis enim meus, inquit Dominus, verè eſt potus. Nunc ergo cum dixit lac potum dedi, ſignificavit perfectam in verbo lacte lætitiam.* 77. 1.Cor. 1. Chryſoſt. D. Thom. *Doctrina clara, & facilis ſignũ divinæ ſapientiæ.* Clem. Alex.

Scribens Paulus ad Corinth. epiſt. 2. c.11.n.6. 78.

1.Cor. 11.

ait: *Nam etſi imperitus ſermone, ſed non ſcientia.* Quid eſt, quod Paulus ſe ſermone pronuntiet, imperitum, & cultus verborum ignarum; unde in maximo gentium Doctore, qui altiſſima myſteria penetrabat, potuit imperitia reperiri? Erat ille Hebræus, & ſcribebat Græco idiomate, & aliquos profundos ſenſus lingua non exprimebat, nec puto ſermone loquebatur, unde ſtylus aliquantulum obſcurior erat, & aliqua abditè, & implicitè pronunciabat. Cùm verò gentium Doctor in ſuo Græco idiomate, aliquam obſcuritatem agnoſceret, inde ſe imperitum dicit ſermone. Obſcuritas enim verborum, & ſermonis imperitia ſynonyma ſunt D. Hier. q. 10. ad Algaſiam. *Illud*, ait, *quod crebro diximus, etſi imperitus ſermone, non tamen ſcientia, nequaquam Paulum de humilitate, ſed de conſcientiæ veritate dixiſſe, etiam nunc approbamus. Profundos enim ſenſus lingua non explicat: & cùm ipſe ſentiat, quod loquatur, in alienas aures puro non poteſt transferre ſermone: quem cùm in vernacula lingua habeat diſertiſſimum, quippe Hebræus ex Hebræis, & eruditus ad pedes Gamalielis ſeipſum interpretari cupiens involvitur.* Similiter habet ipſe in c. 1. epiſt. ad Titum circa principium. Quod ſatis latè explicat D. Hieron. de Guevara, tom. 1. in Matth. verſ. 1. obſervat. 10. n. 16. Vide quæ dixi tom. 2. c. 7. q. 4. num. 26. 27. 28. 29. & tom. 3. c. 8. q. 8. n. 63. 64. 65.

Obſcuritas verborum imperitiam ſermonis denotat.

Guevara.

Ioan. 16. *n.* 31. Reſpondit eis Jeſus: modò creditis.

Num. 32. Ecce venit hora, & jam venit, ut diſpergamini unuſquiſque in propria, & me ſolùm relinquatis: & non ſum ſolus, quia Pater mecum eſt.

Num. 33. Hæc loquutus ſum vobis, ut in me pacem habeatis. In mundo preſſuram habebitis: ſed confidite, ego vici mundum.

VERSIONES.

Syriac. n. 31. Dixit eis Jeſus, credite.

Syriacus. Reſpondit eis, modò credite.

Syriac. n. 32. Ecce enim venit hora, & jam venit, cùm diſpergamini unuſquiſque ad locum ſuum.

Vatabl. Theophyl. Ecce inſtat tempus, & jam venit, ut diſpergamini unuſquiſque in ſua.

Arabicus. Ut diſpergatur unuſquiſque ex vobis in locum ſuum.

D. Epiphan. Ego autem non ſum ſolus, ſed eſt mecũ, qui genuit me, Pater.

Arabic. n. 33. Hoc locutus ſum vobis, ut in me ſit vobis pax; in mundo erit vobis preſſura, ſed fortes eſtote, ego vici mundum.

Syriacus. In mundo vobis futura eſt oppreſſio, ſed bono animo eſtote.

Vatablus. In mundo afflictionem habebitis, ſed bono animo ſitis.

Arias. In mundo tribulationem habebitis.

D. Cyprian. Quoniam ego vici ſæculum.

EXPOSITIO V.

Chryſoſt. Cyrill. Cyprian. Leontius. Theodor. Theoph. Euthym. Alb. Magn.

RESPONDIT *eis Ieſus, modò creditis:* D. Chryſ. D. Cyril. Leontius, uterque Theod. Theoph. Euthym. Alb. Magn. D. Thom. Bonav. docēt voluiſſe Chriſtum diſcipulorum jactantiam de fide reprimere, immediatè antea dixerunt, *In hoc credimus, quod a Deo exiſti.* Gloriari enim videbantur, quod jam perfectam haberent fidem, quod crederent eum à Deo exiiſſe, oſtendit Dominus eorum fidem, non eſſe tam firmam ac ipſi exiſtimant, quia in proximo eſt hora, in qua ipſi fugientes eum relicturi ſunt inter inimicos, & in hoc ſenſu explicanda eſt lectio Syriaca, & Arabica, quæ legunt in interpretativo. *modò credite:* Hoc eſt habete fidem in me, quæ longè debilior eſt quàm putatis. Aliter etiam explicant Maldonat. Lucas Burgenſ. & ſatis probabiliter, *modò creditis* rebus ſecundis, ac in hoc tranquillo ſtatu. at tempore adverſitatis, quod jam inſtat, multum eritis tentatione turbandi.

Maldonat. Lucas Burg.

Rebus ſecundis fortes adverſis turbati.

Ecce venit. Ad præcedentem ſententiam hæc 80.
pertinent, ut jam dixi *Ecce venit,* in præſenti *hora*, jam inſtat tempus, ac in proximo eſt. *Et jam venit,* in præterito: hoc eſt, jam adeſt nox, in qua eveniet, *ut diſpergamini unuſquiſque;* omnes fugatis ſeorſum, quò vos impetus, & timor tulerit, & diſpergatur unuſquiſque veſtrum, fit alluſio ad Propheriam, quam Dominus ſuis memoravit, Matth. 26. num. 31. *Percutiam paſtorem, & diſpergentur oves.* Et ſubdit, in propria, hoc eſt in varia loca, ac latibula, ubi cuique tutius viſum fuerit, *Et me ſolum relinquetis:* ipſo deſerto inter hoſtium manus; *tunc diſcipuli relicto eo fugerunt,* Matth. 26. n. 56. *Et non ſum ſolus.* Quamvis enim ab hominibus ſit derelictus, non tamen à Patre; ac proinde, quod ſim ſolus, non dico mei cauſa, ego enim veſtro auxilio non egeo, mecum enim habeo Patrem, ejuſque omnipotentiam, *quia Pater mecum eſt;* nam Pater in me eſt, & ego & Pater unum ſumus. Poterat Chriſtus Dominus apertè dicere, ego veſtra ope, ac protectione non egeo, cùm ſim verus Deus, filius Dei Patris, ſed noluit adeò apertè ſuam divinitatem publicare, ac laudare, ubi de paſſione, & morte erat ſermo, eam tamen intelligendam dedit, cùm tam apertè futura prædicit.

Matth. 26.

Hæc locutus ſum vobis. Clauſula totius ſermo- 81.
nis eſt: particula hæc ad omnia ſupradicta in hoc ſermone refertur, ut notarunt D. Cyrill. D. Chryſ. Theoph. Euthym. & alij, ac proinde hæc dixi de odio, ac perſecutione mundi in me, ac in vos, *ut in me pacem habeatis;* ut in ipſis adverſitatibus, & perſecutionibus non ſcandalizemini, nec offendatis in me, ſed in me confidentes, & vos tanquam palmites mihi, ut viti adhærentes, in me certam ſpem reponite, ut non turbetur cor veſtrum, neque formidet, & ita animo eſtote tranquillo, & quieto inter perſecutionum fluctus. *In mundo preſſuram habebitis,* ſeu ut alij legunt, perturbationem, afflictionem. Explicat D. Chryſ. *Non cùm trador ſolùm, ſed & poſtmodum.* Ac proinde ne deſpondeatis animum, ſed ſequamini veluti milites animoſi me ducem veſtrum. *Confidite.* ſeu ut alij legunt, *eſtote fortes, bono ſitis animo. Ego vici mundum.* Ego dux veſter vici mundum, vos quoque me ſequentes illum vincite, perſundate, victus à me non vincet vos. Certate ergo

Cyrill. Chryſoſt. Theoph. Euthym.

Auguſt. ergo generoſè, quia ego certabo in vobis, & vincam in vobis, dum vos victores efficiam. D.Aug. tract. 102. *non viciſſet ille mundum, ſi ejus membra vinceret mundus.*

Quæstio XIV.

Quare dicitur, quod diſcipuli diſperſi ſunt in propria, cùm propria non haberent?

82. *Difficultas quæſtionis.*

AIT Chriſtus in præſenti ſuis diſcipulis *diſpergamini in propria.* Diſcipuli non habebant propria, ſiquidem in Judæa non habebant domos proprias, erant enim ex Provincia Galileæ? Deinde ipſi reliquerant omnia propter Chriſtum, juxta illud Math. 19. *Ecce nos reliquimus omnia.* In quæ ergo propria diſperſi ſunt?

83. D.Cyril. Hugo. Lyran. Carthuſ.

Reſpondet primò D. Cyrillus lib 11. cap. 12. *Metu percuſſi propria petetis, ut unuſquiſque ſaluti ſuæ conſulat* Cardinalis Hugo *in propriam infidelitatem.* Ropertus *ad propriam ſalutem quærendam*; Lyran. Carthuſian. *in propria commoda, ut poſſit ſalvare ſeipſum.* Germana ſolutio eſt. Diſcipulos diſpergendos eſſe non in proprias domos, ſed in propria latibula. Diſperſi enim ſunt per varia loca, & unuſquiſque proprium ſibi latibulum quæſivit, in quo ſecurus eſſe poſſet. Hæc ad litteram dicta ſunt.

84. S. Sixtus. *Chriſti ſervus nil habet propriũ, niſi Chriſtum.*

Moraliter ſanctus Sixtus Papa lib. de Divitiis. *Ad ſua redire non poſſunt, ait, niſi cum Dominum deſerere inquiunt: unde intelligi datur, ſequentium eſſe ſua contemnere, ad ſuum revocare velle deſerentium.* Ille ſe exiſtimet eſſe cum Chriſto, innumeraque ſuorum diſcipulorum, ac prælatorum, qui nihil ſuum habere agnoſcit, qui autem aliquid proprium habet, jam Chriſtum non habet; *méque ſolum relinquetis*; ipsúmque deſerit, ex eo quod ad propria tendit, & proprium ſe habere dicit: *Sequentium eſſe ſua contemnere, ad ſua remeare velle deſerentium.* Decantat Regius Vates Pſ. 72. n. 26.
Pſalm. 72. *Pars mea Deus*, ita ut præter Deum nullam habeam partem, qui enim præter Deum vult partem
Hieron. aliquam habere, Deum non habet. D. Hieron. epiſt. ad Nepotianum. *Qui Dominum poſſidet, ait, & cum Propheta dicit, pars mea Dominus, nihil extra Dominum habere poteſt. Quod ſi quidpiam aliud habuerit præter Dominum, pars ejus non erit Dominus* Vide tom. 3. cap. 29. q. 5. n. 36. 37. 38. & tom. 4. cap. 22. n. 40. 41. 42. & cap. 33. n. 29. 30. 31. 32. & aliis locis ibi citatis.

85. Secundò ad mores alto ſapientiæ dictamine aſſertum eſt. *Ut diſpergamini unuſquiſque in propria.* Ubi enim quilibet ſuum proprium quærit, ſuúmque proprium lucrum intervenit, ſtatim neceſſum eſt, ut diſperſio ac diviſio animorum intercedat Act. 4. n. 32. dicitur. *Multitudinis autem*

Act. 4. *Ubi eſt propry abnegatio, ibi & unitas eſt.*

credentium erat cor unum, & anima una, nec quiſquam eorum, quæ poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. Unde illis tanta unitas, ut eſſet cor unum, & anima una? Erat in eis propriorum abnegatio, *nec quiſquam eorum quæ poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat.* Quæ neceſſario ſolvit ſtudium propriæ utilitatis, & lucri, & inde conſequens erat ut eſſet in eis ſumma unanimitas, & nulla diviſio, ac diſperſio. Petrus Damian. lib. 1.
Damian. Epiſt. 16. *Ecce ubi non erat diverſitas rerum, vigebat unitas voluntatum: nimirum ubi non eſt diviſio cenſus in unione charitatis plurimarum mentium conflatur affectus: illic enim mens à mente dividitur; ubi facultatum communio non tenetur, ubi poſſeſſionum diverſa proprietas, ibi mens poſſidentium non eſt una.*

Tranſacto diluvio benedixit Deus filiis Noë, 86.
tradidit eis univerſum orbem, ut illum ſub ſua poſſeſſione, ac ditione tenerent. *Terror veſter, ac timor ſit ſuper cuncta animalia terræ, & ſuper omnes volucres cœli, cum univerſis, quæ moventur ſuper terram: omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt.* Statim tamen addit Deus. *Sanguinem animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum: & de manu hominis, de manu viri, & fratris ejus, requiram animam hominis.* Gen. 9. n. 5. Quid eſt Gen. 9.
Domine, quod tam citò homini times necem è *Bonorum diviſio lites, ac neces excitat.* manu fratris? Cur id tam citò timet, nonne ſicut inter fratres ineſt intimum jus ſanguinis, debet etiam intervenire intimum amoris, ac amicitiæ fœdus? Cur ergo inter eos tam cito times ſanguinis effuſionem? Introducebantur homines ad poſſidendum totum univerſum. *Omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt.* Et ut omnia mundialia bona inter ſe dividerent, & ubi datur, ut unuſquiſque de ſuo agat, ſibique proprium acquirat, nullum poteſt eſſe fœdus amicitiæ, nec inter fratres, cognatos, ac amicos, ſed amor proprius omnia rumpit, & conculcat, & nihil pacificum permittit meditari D.Ambroſ. lib. de Noë c. 26. *Ideò Dominus*, ait, *fratrem appellavit, & eum a quo anguiſtum alterum requiritur, ſignificans magis ab his periculum pertimeſcendum, qui fraterno jure ſibi ſociantur. Hinc etenim inſidiæ, hinc pericula frequentia hominibus comparantur: fratribus in hæreditatum diviſione frequenter odia ſuccreſcunt.* Expende ultima verba. D. Ambr.

Gen. 2. n. 11. Ubi quatuor flumina, quæ à paradiſo egrediuntur, ibi commemorantur, & dicitur: 87. Gen. 2.
Nomen uni Phiſon, ipſe eſt, qui circuit omnem terram Hevilath, ubi naſcitur aurum, & aurum terræ illius optimum eſt. Ad quæ verba D.Severian. in Catena D.Severian.
Lyppom. quæſtionem excitat. Cur de tribus aliis fluviis in ſcriptura non commemorantur fructus terræ, quæ ab eis irrigatur, ſed tantum de terra circuita à fluvio Phiſon dicitur, quod producat aurum optimum? Quænam hujus rei ratio maximè eſt inveſtiganda, & ſanè ab Etymologia ejus nominis petenda eſt. Phyſon enim idem eſt ac oris commutatio, ſive alteratio. Ubi terra habet aurum proprium, propriúmque lucrum ſpectat, ſanè omnia flumina mutantur, & alterantur; non poteſt enim eſſe ſtatus tranquillus aqua placida, & quieta, ubi proprium aurum, ejúſque lucrum arridet. *Proprium lucrum diſcordias generat.*
Unde ſapienter dixit D.Gregor, Nazianz. orat. 3. D. Nazianz
de Pace. *Nobis ait, nec finis nec medius eſt ullus inferendorum partim accipiendorum vulnerum: & quæ hujus rei cauſa? Dominandi amor fortaſſe, vel opum cupiditas.* Unde Pſalm. 75. n. 6. ubi noſtra vulgata habet. *Viri divitiarum.* Hebraïcus legit: *Viri exercitus.* Divitiæ, bella, & exercitus excitant. Pſalm. 75.
Vide tom. 4. c. 10. n. 23. 24. 25. & c. 25. n 24. 25.

Quæstio XV.

Quatuor quæſtiunculæ breviter reſolvuntur.

QUæſtio prima. Quare Chriſtus ait? *Ego vici mundum.* Cur ſolum de victoria mundi facit mentionem; cur non etiam de victoria diaboli, & carnis? Elegãter D. Leo ſerm. 2. de Reſur. Domini, c. 4. *Adeſt nobis, ait, quæ Chriſti victoria, ut impleatur quod ait, Nolite timere* 88. *Oratio. 1. Cur de ſolo mundo facit mentionem.*
quia ego vici mundum; *ſive nos contra ambitionem jacum, ſive contra concupiſcentias carnis, ſive contra* D. Leo.

hæreticorum jacula dimicamus , dominica cruce ſemper armamur. Commemoratur quod Chriſtus in cruce ſolum devicerit mundum, nam tam crudeli hoſte ſuperato , conſequens erat , ut à crucis trophæo haberemus arma ad cæteros hoſtes ſuperandos.Seu qui virtute Chriſti vicit mundanas vanitates , etiam devincet diaboli machinationes , ac carnis concupiſcentias.

89. Quæſt. 2. *Quare pax denunciatur in Chriſto , & bellum in mundo.* Laurent.

Quæſtio 2. Quare ait Chriſtus. *Vt in me pacem habeatis, in mundo preſſuram habebitis.* Si in mundo preſſuram,tribulationem, ac bellum dicit,quomodo pacem denuntiat.Perbellè D.Laurent. Juſtin.in faſciculo amoris,cap.16.*Si pacis victoria placet*,ait, *nequaquam diſplicеat mundi conflictus. Vtrumque neceſſarium eſt. Arma ergo certaminis ſpiritualia arripite, & viriliter contra mundum, & vitia præliamini.* Pax in Deo , *Vt in me pacem habeatis.* Mille parit bella in mundo, milléque adducit hoſtiles impugnationes, quem cœleſtis pacis poſſeſſio tenet, nulla deterreat pugna. Ait Chriſtus Dominus Matth. 5.num.9.*Beati pacifici,quoniam filij Dei vocabuntur.*

Matth. 5. *Pax Chriſtiana bellum eſt cum vitiis.*

Quinam ſunt hi pacifici, qui felices,ac beati nuncupantur, forſitan illi, qui habent pacem,ac quietem cum mundo ? minimè, ſed illi,qui habent pacem cum Deo,ac conſcientia,tenentes gladium in manibus adversùs mundum,Diabolum,& carnem; nam cum his pugnare,pacem eſt habere cum Deo. D.Laur.Iuſt.lib.de humilit. c. 10. *Pacifici*, ait, *non incongruè cenſendi ſunt illi , qui omnes cordis ſui inordinatos affectus , ſeu motus rationis ſubjiciant ſervituti : ſemper gladium ſpiritus evaginatum tenentes adverſus aëreas poteſtates : minimè templum Dei maculare permittentes.*

Laur. Iuſt.

90. Quæſt. 3. *Mundi gloria foris aurea , intus ſpurcitia plena.*

Quæſtio 3. Quare Chriſtus Dominus dixit , *In mundo preſſuram habebitis.* Nonne ſatis erat dixiſſe eis, preſſuram habebitis? Cur addidit in mundo? Meritò quidem , quia mundus quamplurimis videtur amœniſſimus,ac jucundiſſimus; cùm tamen totum in eo ſit labor , ac preſſura , mundi enim gloria foris aurea , ſed intus plena abominationibus. Ait Ioan.Apoc.17. num.4. *quod viſa eſt ab eo mulier , quæ erat circundata purpura , & coccino, & inaurata auro , & lapide pretioſo , & margaritis habens poculum aureum in manu ſua plenum abominatione, & immunditia fornicationis.* Mulier miro cultu ornata ſe exhibet , geſtat in manibus poculum aureum , plenum immunditia , & abominatióne. In quo rectè depingitur mundana gloria, quæ foris videatur aurea, intus verò eſt omnis immunditia,ac ſpurcitia. D. Anton. Olyſſip. in fragment. ſuper Apocal. *Poculum, & Calix*, ait, *aureus in manu Babylonis eſt mundi gloria , foris aurea , ſed intus omni ſpurcitia, & abominatione plena.*

Apoc. 17.

Anton.

91. Quæſt. 4. Chryſoſt. *Preſſura pro magno bono datur à Deo.*

Quæſtio 4. Quare Chriſtus Dominus ſuis Apoſtolis annuntiat, quod in mundo preſſuram habebunt ? Hoc eis annuntiat , tanquam fauſtiſſimum, ac fœliciſſimum D.Chryſ.homil.66.ad Populum? poſt medium. *Quod ignis*, ait,*ex auro hoc & animis tribulatio ſordem abſtergens , faciens mundos , clariores reddens, & ſplendidos.* Propter hoc ipſe dicebat, Ioan. 16. *In mundo tribulationem habebitis tanquam magnum bonum relinquens.*

92. Murmuravit multitudo filiorum Iſraël contra Moyſem, & Aaron,dicens : *Vos interficitis populum, Domini. Cumque oriretur ſeditio , & tumultus increſceret , Moyſes, & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis , quod poſtquam ingreſſi ſunt , operuit nubes, & apparuit gloria Domini* , Num. 16. num.41. Vſque modo non legitur , quod gloria Domini apparuiſſet ſuper tabernaculum , Moysémque , & Aaron ad ſe recepiſſet,niſi modo;cur in hac occaſione magis quàm in alia , quia nunc magna tribulatio , ac perſecutio exorta eſt contra Moyſem, & Aaron , ipsáque tribulatione, tanquam in conflatorio purificati ſunt,ut ad tantam gloriam aſſumerentur. Origén.hom.9. in Numer. *Non legimus antea*, ait, *quia obtexerit nubes tabernaculum, & apparuerit majeſtas Domini , & receperit intra nubem Moyſem, & Aaron, niſi nunc cùm inſurrexerit in eos populus , & voluit lapidare. Diſcamus ex hoc quanta ſit utilitas in perſecutionibus Chriſtianis , quantum gratiæ conferatur quomodo propugnator eis fiat Deus , quomodo abundanter Spiritus ſanctus infundatur. Tunc enim maximè gratia Dei adeſt , cùm hominum ſævitia concitatur.*

Num. 16.

Origen.

CAPVT. XX.

Chriſti oratio in Cœnaculo.

Ioan. 17.*n.* 1. Hæc locutus eſt Ieſus,& ſublevatis oculis in cœlum dixit:Pater venit hora,clarifica filium tuum,ut filius tuus clarificet te.

Num. 2. Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis,ut omne,quod dediſti ei, det eis vitam æternã.

VERSIONES.

Arabic.n. 1. Hoc locutus eſt Ieſus,& elevavit oculos ſuos in cœlũ,& dixit:Pater jam præſens eſt hora,glorifica filium tuum.

Syriacus. Et ſuſtulit oculos ſuos in cœlum, dixitque:Pater mi,venit hora illa, glorifica filium tuum, ut filius tuus glorificet te.

Lucas Burgens.ex Græco. Adeſt illa hora.

Syriac.n. 2. Quemadmodum dediſti ei poteſtatem ſuper omnem carnem, ut quotquot dediſti ei , det eis vitam æternam.

Arias Mont. Sicut dediſti ei auctoritatem.

Arabicus. Dediſti ei poteſtatem ſuper omne corporeum,&c.donet unicuique vitam æternam.

EXPOSITIO I.

HÆC locutus eſt Ieſus. Hactenus Chriſtus mellifluo ore cum diſcipulis eſt allocutus more amantiſſimi Patris , qui morti proximus dilectiſſimis filiis vale dixit, dataque profunda, & alta exaltatione,magnaque conſolatione à cap.13.hucuſque producta, nunc ad orationem ſe convertit , & orat primo pro ſua, & Patris glorificatione.Secundò,pro diſcipulorum cuſtodia. Tertiò , pro eis , qui prædicationi Apoſtolorum credituri ſunt. 1.

2. *Sublevatis*

2. *Sublevatis oculis in cœlum.* Chriſti mens ſemper in cœlum, cœleſtiaque elevata fuit, nunc oculos elevat, diſpoſitione, & geſtu, docens orantis mentem in cœlo figendam eſſe, terram terrenaque relinquenda. D. Chryſoſt. homil. 79. *Per iſta,* ait, *erudimur attentionem in orationibus eſſe adhibendam.* Et Dominus morti proximus orat in cœnaculo coram diſcipulis, ut ſuo exemplo nos doceat, ut adnotarunt N. D. Cyrill. D. Chryſoſtom. D. Auguſt. Leont. Euthym. Theophylact. in omni preſſura, ac periculo ad orationem recurrendum. D. Auguſt. tract. 104. *Poterat,* ait, *orare ſilentio Dominus, ſed ita ſe Patri præbuit precatorem, ut meminerit noſtrum eſſe Doctorem. Proinde eam, quam fecit orationem pro nobis, notam fecit, & vobis, quoniam tanti magiſtri non ſolum ad ipſos ſermocinatio, ſed etiam pro ipſis ad Patrem oratio, diſcipulorum eſt ædificatio.* Rupertus exiſtimat hanc orationem habitam fuiſſe in horto. Hæc ſententia aperte refellitur in initio capitis 18. ubi dicitur: *Hæc cùm dixiſſet Ieſus, egreſſus eſt cùm diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron.*

Chryſoſt. — Cyrill. Chryſoſt. Auguſt. Leont. Euthym. Theoph. Auguſt. — Rupert.

3. *Pater*, ſingula verba magnam habent emphaſim. Oſtentat ſe Chriſtus hîc ut verum Deum, & hominem, orat ut homo, hominis eſt & non Dei orare. Et loquitur ut Deus ut verus Deus Deum vocat Patrem, qui genuit filium, quà Deus eſt, ipſique humanam naturam aſſumptam hypoſtaticè univit. Et non dixit Pater noſter, ut nos orare docuit, *Pater noſter, qui es in cœlis,* ut notat D. Auguſt. tract. 21 in Joan. *Sed Pater clarifica filium tuum;* quoniam aliter ille, aliter nos filij ſumus. Ille naturalis filius eſt, nos verò adoptivi; & cùm dicit Patrem, fiduciam, ac amorem indicat. Quid enim neget Pater? Supremamque majeſtatem in eo denotat. Nam ut rectè ait N. D. Cyrill. lib. 1. Theſaurorum, cap. 6. In Deo majus eſt Patrem eſſe, quam Dominum, quia Pater genuit filium ſibi conſubſtantialem, ut Dominus verò creavit creaturas, quæ in infinitum minores ſunt filio.

Auguſt. — Cyrill.

4. *Venit*, Græcè in præterito eſt *hora*, à te mecum præfinita. De qua ſæpè dictum fuerat, *Nondum venerat hora ejus.* D. Hilar. l. 3. de Trinit. Euthym. de hora paſſionis, ac mortis interpretantur. Noſter D. Cyrill. D. Aug de tempore Reſurrectionis, ac Aſcenſionis exponunt. Utraque ſententia vera eſt, id eſt jam mihi inſtat ultima hora, quando paſſio mors, & crux me tenebunt, & tanta ignominia, ut cum iniquis reputatus cruci ſuffigar, & tunc Pater maximè protectione tua egeo, ut à tanta ignominia me abſtergas, divinitatemque meam cunctis oſtendas, méque ut filium tuum clarifices *Clarifica*, Syriacus, Arabicus, *Glorifica* filium tuum morte, paſſione, reſurrectione, aſcenſione, ac ſeſſione ad dexteram tuam, miſſionéque Spiritus ſancti, converſionéque gentium.

Hilar. Euthym. Cyrill. Auguſt. — Syriac. Arabicus.

5. *Ut filius tuus*, qui & filius hominis eſt, *clarificet te*, ſeu *glorificet te*, Deum Patrem ſuum, gloria ad te tanquam fontem redeunte. Nam converſione gentium facta per diſcipulos Chriſti, gloria, majeſtas, ac divinitas Patris toti orbi manifeſtata eſt; ita D. Auguſt. tract. 105. D. Cyrill. D. Chryſ. D. Theophil. Euthym. ſic ait in perſona Chriſti. *Nam credentibus gentibus, & tu glorificaberis Pater: Siquidem credent in te, & glorificabunt te, qui proprio filio pro eis non peperceris, meáque gloria erit, & tua.* Ex quo D. Hilar. lib. 3. de Trinit. maximè extollit divinitatem filij. *Non ergo,* ait, *infirmus eſt filius, vicem clarificationis ipſe, cùm clarificandus ſit, redditurus.* Maximè oſtenditur filius Dei liber ab infirmitate humanæ naturæ, qui vicem reddere amat clarificatori ſuo, gratus enim animus ſuperat, & excedit omnes infirmitates humanæ conditionis, ac ſuperioris excellentiæ vindex eſt. Unde tom. 4. c. 13. n. 64.

Auguſt. Cyrill. Theoph. Euthym. — Hilar. — Gratitudo excedit infirmitatem humanæ naturæ.

6. *Sicut.* Primò quandam ſimilitudinem dicit. Secundò cauſam, ut interpretantur Euthym. & Ribeira. Tertiò, quandam proportionem, ac æqualitatem, ut vult Toletus. Et eſt ſenſus: *Sicut dediſti poteſtatem.* Da Pater tantam claritatem, ac glorificationem, ſicut dediſti poteſtatem, & auctoritatem ſupremam, & pontificiam, ut ipſa claritas, ſeu glorificatio ſit proportionata tantæ poteſtati, *omnis carnis*, in omnes nempè homines. Arabicus, *ſuper omne corporeum.* Nomine autem carnis homo ſignificatur: *Omnis quippe caro corruperat viam ſuam.* Ait ergo Chriſtus: Sicut dediſti mihi poteſtatem ad omnes homines redimendos, ſic me glorioſè notifica, ac notum fac, quantum celſitudo muneris ac officij mei exigit, ut ab omnibus ut verus filius tuus, ac omnium redemptor agnoſcatur, ac adoretur. Sicut ſi legatus dicat Principi, da mihi expenſas, ut dediſti dignitatem. Hæc autem poteſtas, imperium, & auctoritas Chriſti non ſolùm eſt qua Deus, ſed etiam qua homo. Pater enim homini Chriſto tanquam ſuo principi, ac ſalvatori homines omnes ſubjecit.

Euthym. Ribeira. Toletus. — Arabicus:

Ut omne. Aſſignat Chriſtus cauſam ſuæ clarificationis, ac glorificationis, ut ipſe ſic glorificatus agnoſcatur ab omnibus, & ut illi fructum ſuæ ſacratiſſimæ mortis in vita æterna conſequantur. *Ut omne*: In neutro genere ponitur, ut univerſalius comprehendat omne humanum genus. *Quòd dediſti ei*, tanquam vero filio tuo in hæreditatem. *Poſtula à me, & dabo tibi gentes in hæreditatem tuam*, Pſalm. 2. Et eſt ſenſus, ut ait Lucas Burg. Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis, ita omni carni, quam dediſti ei, det vitam æternam, *ut eis.* Suprà dixerat in ſingulari omne, nunc mutat in numerum pluralem *eis*, ut indicet in hac univerſitate non eſſe unum, ſed multos. Dices: Chriſtus non dat omnibus vitam æternam; reſpondetur cum Chryſ. Theophylact. Euthym. dat omnibus, quantum eſt ex parte ſua, ſua merita, ac neceſſaria ad ſalutem, quia tamen plures eis uti nolunt, hinc ſua ignavia, & culpa damnantur, ut ſunt reprobi.

Pſalm. 2. Luc. Burg. — Chryſoſt. Theoph. Euthym.

Quæstio I.

Quænam ſit hæc Chriſti glorificatio, quam hic à Patre poſtulat?

8. Prima ſententia glorificationem, quam hic Chriſtus Dominus petit à Patre, aſtruit eſſe ejus paſſionem, crucem, & mortem, ob ingentes divitias ejus amoris: hæc fuit Chriſto ingens gloria, dum per ſuam mortem Diabolum ſuperavit, peccatum deſtruxit, homines Deo Patri reconciliavit, eiſque vitam, & gloriam promeruit. Origenes homil. 6. in Exod. ad illa verba Cantic. Moyſis, *glorioſè glorificatus eſt*, ſic ait: *Glorificatus eſt cùm ad crucem venit, & pertulit mortem. Vis ſcire, quia glorificatus eſt?* Ipſe dicebat: *Pater venit hora, clarifica filium tuum. Erat ergo ei gloria, etiam ipſa paſſio crucis.* Similiter D. Ambroſ. lib. 4. Hexameron, cap. 2. Procopius in cap. 11. Iſai. D. Thom. D. Bonavent. Euthym. hic: *Glorifica,* ait, *hic filium tuum*

Chriſti glorificatio ejus mors, & paſſio. — Origenes. — Ambroſ. Procop. D. Thom. Bonavent. Euthym.

tuum afflictionibus, quas pro mundo perpetiar. Nam mihi, qui ſum Dominus, gloria eſt pati pro ſervis: Ut hinc hominibus innoteſcat, quo affectus ſim hominum amore, ut accurrant gentes omnes, & me Deum eſſe cognoſcant.

9. Chryſoſt. Hic ſpectat, quod eleganter dixit D. Chryſ. hom. 5. de patientia Job. *Glorifica me Pater. Quid dicis? ad crucem duceris cum latronibus, maledictam ſufferre mortem, conſpuendus, cædendus colaphis, & hæc gloriam apellas? Itaque pro dilectis ipſe patior, meritóque hæc eadem gloriam exiſtimo. Si enim Dominus meus miſeros, & ærumnoſos amans gloriam rem vocat, etiam id patrio throno magis adjicit gloriæ: multo ipſe magis hanc gloriam exiſtimare debeo.* Expendenda ſunt illa verba. *Etiam id patrio throno magis adjicit gloriæ.* Sicut Pater glorificatus eſt filium, ſic & filius glorificabit Patrem: quomodo tamen gloria Patris, incrementum admittere valeat? Ibi enim eſt felix illa, & immenſa plenitudo, quæ exuperat omnem ſenſum; cui ſicut nihil deeſt ad cumulum, ita nihil adjici poteſt. Et ibi divinitas inexhaſta, atque infinita. Quid ergo tantis divitiis filius eſt additurus.

Hilar. *Ex patientia ac humilitate amplificatur divinitatis thronus.* D Hilar. lib. 3. de Trinit. *Quomodo igitur clarificabitur, quod ſuo non eget, neque à ſe deficit, neque quidquam ſit, quod in ſe recipiat, neque amiſerit, ut reſumat.* Scio infinitam eſſe divinam majeſtatem, tamen tanta eſt celſitudo humilitatis, ac patientiæ, ut dum ipſe filius Dei ignominioſam mortem, eximia patientia inter homicidas, latrunculos paſſurus ſit, ex tanta patientia, ac humilitate ipſa divinitas novis radiis, novóque fulgore quoad ſpeciem, & quoad nos videatur ſplendeſcere. *Etiam id patrio throno magis adjicit gloriæ.* Ut ex ipſa humilitate divinitatis thronus videatur magis amplificari, ac dilatari in ſuorum ſervorum oculis.

10. Secunda ſententia affirmat, quod petit Chriſtus à Patre, ut in ſumma paſſionis ignominia, ipſum filium declaret miraculorum gloria; ſic tempore paſſionis Sol obſcuratus eſt, terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta.

Euthym. Euthym. *Glorifica me Pater*, ait, *edens tempore paſſionis prodigia, ac terribilia, admirandáque ſigna, & ex his oſtendens, quod naturalis ſim filius tuus.*

Hilar. D. Hilar. lib. de Trinit. *Pater clarifica filium tuum, ergo*, ait, *poſt clarificationem ejus veritatis confeſſio ſecuta eſt. Nam verum Dei filium Centurio confitetur, ne quis credentium ambigeret.* Profundè ſunt

Teſtimonium ab alieno, ac adverſario valde efficax. examinanda ultima verba, *Ne quis credentium ambigeret.* Erat Centurio homo gentilis, & profanus, qui reputabatur ut adverſarius populo Dei, & nemo credentium ambigere poteſt, dùm ipſe de Chriſto dat magnum teſtimonium. Si prophanus, & Ethnicus tam aſſeveranter confitetur filium Dei, quomodo fidelis? qui inſtructus tanto ſcripturarum teſtimonio, ac tam magnis, & altis rationibus ambigere poteſt?

11. Tertia aſſeverat glorificationem, quam Chriſtus hic petit eſſe ſuam Reſurrectionem, Aſcenſionem in cœlum, & ſeſſionem ad dexteram Patris, ac miſſionem Spiritus ſancti. Ac ſi diceret Chriſtus. Ego pro gloria tua, ac hominum ſalute diræ, ac crudeli morti me offero. Tu ergo Pater me glorifica, ut glorioſè reſurgens à mortuis, ac in cœlos

Auguſt. aſcendens, filius tuus appaream. D. Aug. tract. 104. *Ait ergo clarifica Pater, venit hora ſeminandæ humilitatis, fructum ne differas claritatis.* Ac ſi diceret: venit hora ignominioſæ mortis, non differas gloriam Reſurrectionis, quæ pro tanta humilitate debita eſt. In hacque ſententia eſt D. Baſil. lib. 4. adverſùs Eunomium, in fine. Rupertus, Beda, Albert. Magn. Ribeira, & alij. Baſil. Rupert. Beda. Alb. Magn.

12. *Communior ſententia.* Quarta ſententia, omnes tres ſuperiores in unam redigit. Exiſtimo ergo Chriſtum in hac oratione petere omnem glorificationem, & exaltationem, quam poſt hanc orationem adeptus eſt; tam in ſua paſſione, quàm Reſurrectione, Aſcenſione, ac Evangelij promulgatione in toto orbe Senſus eſt ergo; Pater glorifica me in paſſione, miraculis; glorifica me Reſurrectionis claritate, Aſcenſionis in cœlum majeſtate; glorifica etiam me Evangelij promulgatione per univerſum orbem, hominúmque etiam converſione in unam Eccleſiam, quæ ſit regnum meum perpetuum, in quo ego continuo glorificer cultu, ac adoratione, & ut his omnibus agnoſcar, ut filius tuus naturalis, qui ex decreto a te ab æterno conſtituto me miſiſti in mundum. Ita Cyrill. lib. 11. c. 14. D. Cyprianus lib. de duplic. Martyr. D. Hilar. D. Baſil. citat. Cyrill. Cyprian. Hilar. Baſil.

13. *Ex humilitate erigimur ad ſublimia.* Ex hoc magnum morale documentum habemus, quod Deus humilitàtem, ac ignominiam nomine meo ſuſceptam, in magnam claritatem, & gloriam erigat, & vertat. Juxta illud ad Philipp. 2. num. 8. *Factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis, &c. propter quod & Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, &c.*

14. Soph. 1. *Per humilitatem magna ſublevatio.* Ait Propheta Sophonias, cap. 1. num. 1. *Verbum Domini quod factum eſt ad Sophoniam filium Chuſi filij Godoliæ, in diebus Ioſiæ filij Amon regis Iudæ.* Alto divino dictamine Chuſi filius eſt Godoliæ, & regnat in diebus Joſiæ; nam Chuſi, id eſt humilitas, Godolias magnitudo Domini, Joſias elevatio Domini, quia humilitas ſemper defert ſecum magnitudinem, ac elevationem Domini.

Remig. Remigius Altiſiodorenſ. *Hic ergo*, ait, *ſpeculator filius Chuſi, qui interpretatur humilitas, habebat avum Godoliam, qui dicitur magnitudo Domini, de magnitudine Domini generatur humilitas. Hic talis ac tantus bene dicitur fuiſſe in diebus Joſiæ Regis ſanctiſſimi, qui interpretatur elevatio Domini. Tempore ergo elevationis extitit filius humilitatis, quia per humilitatem elevamur ad cœleſtem elevationem.*

QUÆSTIO II.

Quare dicitur quod ſit data Chriſto poteſtas, ut omnes ducat in vitam æternam?

15. POSTULAT Chriſtus à ſuo æterno Parente, ut ipſum clarificet, ſicut dedit poteſtatem ſuper omnem carnem, ut dixi in expoſitione D. Cyrill. Alexandr. lib. 11. c. 15. *Animadvertendum autem eſt, non de Judæis ſolùm, ſed de toto humano genere omnis carnis dixiſſe.* Neminem excludit, ſed ad omnes extendit ſua ſacratiſſima dona, ut etiam ait D. Chryſoſt. Cyrill. Chryſoſt.

16. Ait Chriſtus, *ut omne quod dediſti mihi, det eis vitam æternam.* Ex quibus verbis latrabant perfidi Ariani conantes probare inæqualitatem Filij cum Patre, ſiquidem Filius con[t]ratur ſe donum à Patre accepiſſe; qui autem donum ab alio accipit, minor eſt illo.

Hilar. *Sola divina poteſtas communicat firma, & æterna.* Rectè occurit D. Hilar. lib. 9. de Trinit. *Sed fortè, ait, in eo imbecillis eſt, quod poteſtatem omnis carnis accipit; ſit quoque acceptio poteſtatis imbecilla, niſi potens eſt illis, quos accipit, vitæ*

vitæ tribuere æternitatem. Cogitent Arriani, quod in filio Dei Chriſto Jeſu aliquid ſit minus Deo, nempè humana natura, quæ accipit ex Deo munus. Cogitent etiam, & videant quod aliquid ſit æquale Deo, nimirum perſona filij, quæ acceptis donis æternitatem donare poſſit, ſola enim divina manus æternare poteſt bona; imbecillis, & creata poteſtas non valet aliquid firmum, & æternum communicare, hoc totum reſervatum eſt divinæ poteſtati, quæ dum illud præſtat, evidenter ſuam divinitatem manifeſtat. *Niſi potens eſt illis, quos accipit vitæ tribuere poteſtatem.* Idem etiam ferè ha-
Athanaſ. bet D. Athanaſ. ſerm. 4. contra Arrian.

17. *Jeſu gloria ſuis dare vitam æternam.* Secundò ait Chriſtus: *Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis, ut omne quod dediſti ei, det eis vitam æternam.* Petit poteſtatem ſicut ei dedit claritatem, & glorificationem, & ſtatim ingens charitas Chriſti explicat, quæ ſit hæc claritas, & glorificatio. *Pater clarifica, ſeu glorifica filium tuum.* Subdit, *ut det eis vitam æternam.* Hoc modo ſe petit glorificari à Patre, & hanc gloriam ſuam fore reputat, ſi omnibus, quos ſub ſuo commiſſo munere habet, Pater det vitam æternam; gloriam ſuam reputat vitam æternam, aliis dare & communicare, eóſque beare.

18. Ecce ad quid data ſunt omnia in Jeſu manibus, ut omnes adducat in vitam, & ſalutem, pro quo
Imperfect. eleganter dicebat D. Chryſoſtom. in Imperfecto, hom. 28. in Matth. *Ieſu tradita eſt vita,* ait, *& mors ut nec vita ad peccatum ſit homini, nec mors ad pœnam, ſed ut qui vivunt, lucrum juſtitiæ benè viventes faciant, & qui mortui fuerint, melius vivant, regnantes in cœlo. Ieſu traditæ ſunt divitiæ, & paupertas: uſque nunc paupertas blaſphemare cogebat,*
Per Jeſu manus omnia tranſeunt in melius. *furtum committere ſuadebat: divitiæ autem inſtabant, nocendi virtutem præſtabant. Nunc autem Ieſu traditæ ſunt, ut paupertas dum magnanimiter ſuſtinetur, ad gloriam* Dei *proficiat, & divitiæ dum miſericorditer diſpenſantur, ad gloriam Dei proficiant.* Per Jeſu manus omnia tranſeunt, & mutantur in melius.

19. Promulgans Deus ſententiam contra Adamum
Geneſ. 3. peccatorem ait ei: *Maledicta terra in opere tuo in*
Septuag. *laboribus comedes ex ea,* Gen. 3. n. 17. Septuaginta
Cypr. tranſtulerunt, *In triſtitiis edes ex illa.* D. Cypr. *In*
Vatabl. *triſtitia, & gemitu edes.* Vatabl. *in dolore comedes.* Cùm ergo omnis terra repleta ſit maledictione, ac proinde omnia circundata ſint triſtitia, gemitu, ac
Iſai. 12. dolore. Quomodo Iſaias 12. num. 3. canit, *Haurietis*
Bona, quæ è mundo veniunt triſtitiam: quæ verò à Jeſu, gaudium communicant. *aquas in gaudio de fontibus ſalvatoris?* Septuaginta, *Haurite aquam cum lætitia.* Si in primo loco exhibetur cibus cum triſtitia, & gemitu, quomodo in ſecundo offertur potus cum tanto gaudio, & lætitia, cùm omnis terra undequaque abundans ſit triſtitia, gemitu, & dolore? Unde ergo gaudium poteſt devenire, ait Propheta, *de fontibus ſalvatoris.* Manifeſtum eſt, quod aquæ hauriunt conditiones venarum, per quas diffunduntur; ſi per terram ſalſam, & ſulphuream defluunt valdè nocivas inde aſportant qualitates; atque per auri venas decurrunt, ſalutem ac dulcedinem referunt, ſi cuncta mundi bona, cùm à terra maledicta pullulant, nocivum, & peſtilens malum diffundunt; at in Jeſu ſancta, ac benedicta terra, in quo eſt gaudium, lætitia, ac ſanctitas. *Exultabo in Ieſu*
Habac. 3. *meo*, Habac. 3. n. 18. *Et ſanitas in pennis ejus,* Ma-
Malach. 4. lach. 4. n. 2. bona quæ per manus ejus veniunt, ab ipſis ſacratiſſimis manibus hauriunt conditiones, ut gaudium, & ſalutem in nobis generent, & præbeant.

Ioan. 17. *n.* 3. Hæc eſt autem vita æterna: Ut cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.

Num. 4. Ego te clarificavi ſuper terram: opus conſummavi, quod dediſti mihi, ut faciam.

VERSIONES.

Tertul. lib. de Trinit c. 21. Eſt autem in æterna vita, ut cognoſcant te unum & verum Deum quem miſiſti Jeſum Chriſtum.

Syriacus. Vt cognoſcant te eſſe Deum veritatis ſolum, & quem miſiſti Jeſum Meſſiam.

Franc. Luc. ex Græco. Vt cognoſcant te illum ſolum verum Deum.

D. Epiphan. n. 4. Ego nomen tuum glorificavi in terra.

Syriacus. Ego te glorificavi in terra, opus quod mihi dederas faciendum abſolvi.

D. Hilar. Ego te honorificavi ſuper terram, opere conſummato.

Arabicus. Ego te jã glorificavi ſuper terrã, opus illud jam conſũmavi.

Tertull. Opus jam perfeci, quod dediſti mihi.

EXPOSITIO II.

OPTIME cohæret hæc ſententia cum ſuperioribus. Immediatè anteà dixerat Chriſtus ſibi datam eſſe poteſtatẽ, & imperium in omnes homines, ut illis paret vitam æternam. Nunc verò explicat, in quo hæc vita æterna conſiſtat. *Hæc eſt vita æterna:* Accipienda ſunt verba in ſenſu cauſali, ut notarunt Janſenius, Toletus, Barradas, Luc. 20.
Burg. Cornel. ut ſit ſenſus: hæc eſt ratio, & cauſa Janſen.
conſequendæ vitæ æternæ; hoc eſt ratione, & hac Tolet. Barrad.
via comparatur vita æterna per cognitionem, ac Lucas Burg.
fidem veram, bonis operibus plenam. *Qui ſe dicit* Cornel.
noſſe Deum, & mandata ejus non cuſtodit, mendax eſt. Joan. in ſua Canon. *Vt cognoſcant*, omnis ſcilicet caro, omne quod dediſti ei, omnes nempè homines, Judæi, ac Gentiles, *te*, ô Pater, *Solum Deum verum.* Illa particula, *ſolum*, non excludit filium, & Spiritum ſanctum ſed tantùm excludit falſos, ac commentitios Deos, & gentium idola. Unde ait D. Chryſoſt.
Chriſoſtom. *Solum Deum, dicit Chriſtus ad eorum, qui dij non ſunt, differentiam.* Excludit ergo illa particula ea, quæ ſunt extra naturam Patris, non verò ea, quæ ſunt in eadem numero natura cum Patre, ut eſt filius, & Spiritus ſanctus. Ita D. Cyrill. lib. 11. Cyrill.
cap. 16. D. Greg. Nazian. orat. 36. D. Epiphan. hæreſi Nazian.
69. D. Ambroſ. lib 5 de fide, cap. 1. D. Auguſt. lib. Epiphan. Ambroſ.
contra ſermon. Arrian. c. 1. epiſt. 174. Auguſt.

Alius ſenſus eſt, *Vt cognoſcant te, ô Pater, ſolum* 21.
Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. verum filium tuum, mediatorem Dei, & hominum. D. Athanaſ. in diſputat. contra Arrianum Athanaſ.

in

in Concilio Nicæno. *Illud*, inquit, *& quem miſiſti Ieſum Chriſtum, conjunctum eſt cum præcedenti membro, te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum, ut cognoſcant filium tuum verum Deum, quemadmodum te Patrem*, &c. Sic & D. Hilar. lib. 9. de Trinit. D. Ambroſ. proximè citatus, Tertulian lib. de Trinit. Hilar. Ambroſ. Tolet.

22. D. Auguſt. *Ego te clarificavi.* Dubium excitat D. Auguſt. tract. 105. quod hæc verba videntur repugnare cum illis, quæ ſunt in exordio capitis. *Pater clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te.* Ubi apertè denotatur, quod prius pater allaturus eſt claritatem, ſeu glorificationem filio, deinde filius Patri. In hoc autem loco ſignificatur, quod prius filius attulerit claritatem, ſeu gloriam Patri, ait: *Ego te clarificavi.* Optimè tamen ſolvitur difficul-
Hilar. Tolet. tas cum D. Hilar. lib. 9. de Trinit. Tolet. annotat. 6. conſideratis diverſis clarificationibus per diverſa, ac diſtincta loca in præſenti: *Ego te clarificavi.* Vita mea ſanctiſſima, miraculis, ac doctrina, cunctiſque declarando tuam potentiam, bonitatem, ac conſilia de reparando hominum genere, omnia
Euthym. tibi attribuendo, ac referendo. Euthym. *Glorificavit eum, omnia ei adſcribendo tam doctrinas, quam*
D. Cyril. *ſigna.* D. Cyril. lib. 11. c. 15. *Non quia*, ait, *gloriam attulit non habenti (plena enim gloriæ Deitas) ſed quia operibus alios ad glorificandum adduxit.* Et additur ac exprimitur *ſuper terram*; hoc eſt quandiu egi in terra adimplendo meæ diſpenſationis curſum, Judæam perambulando. In primo verò loco, *Vt filius tuus clarificet te*, loquitur de glorificatione facta gentium converſione per totum orbem. *Opus* de hominum ſalute, ac redemptione, *quod dediſti mihi*, adimplendum mihi commiſiſti, *Conſummavi.* Jam perfeci, & abſolvi factus obediens uſque ad mortem. Et quamvis mors adhuc eſſet in futuro, loquitur de præterito, tum propter rei certitudinem, tum etiam quia inter breves horas illud opus perfecturus erat.

Quæstio III.

An Chriſtus in præſenti loquatur de cognitione beatifica an de cognitione fidei in hoc ſæculo?

23. *Ratio difficultatis.* Ait Chriſtus in præſenti, *Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum* Deum verum. Quæſtio præſens eſt, an hæc verba ſint exponenda de cognitione beata, hoc ſenſu: Vita æterna, ſeu beatitudo conſiſtit in cognitione ipſius Dei, an exponenda ſint de cognitione fidei vivæ, quæ in hoc ſæculo habetur?

24. D. Aug. Prima ſententia noſtrum textum de cognitione beatifica interpretatur. Ita D. Auguſt. lib. 2. de libero arbitrio, cap. 2. *Cum*, ait, *loqueretur Dominus de ipſo dono, quod erat daturus credentibus, non ait; hæc eſt vita æterna, ut credant, ſed hæc, inquit, eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* Similiter aliis in locis, lib. de Spiritu, & litera, cap. 24. & lib. ſoliloquiorum, cap. 36. ita D. Thom. Carthuſ. Hugo, Lyran. & alij. Ex quo loco D. Thomas, 1. p. q. 12. art. 4. & 6. & 1. 2. q. 13. art. 4. & lib. contra Gent. cap. 61. & aliis locis. Ex his verbis probat eſſentiam Beatitudinis poſitam eſſe in actu intellectus, non voluntatis. Sicque interpretatur, *Clarifica me.* Ut per hanc claritatem fideles in me aſſequantur vitam æternam, quæ conſiſtit in cognitione, ſeu viſione Dei Patris, & Filij, ac Spiritus ſancti. D. Thom. Carthuſ. Hugo. Lyran. D. Thom.

Secunda ſententia eſt Cajetani, Titelmani, 25.
Janſenij, qui aſtruunt cognitionem hoc loco accipi, prout communis cognitioni viæ, & patriæ. Cajet. Titelm. Janſen. Unde non dictum eſt, ut videant te, quod eſt proprium beatorum, ſed *ut cognoſcant te*, quod etiam ad viatores ſpectat: ac ſi dicat, ego daturus ſum illis vitam æternam; hæc autem vita æterna hîc inchoatur per fidem, & conſummabitur in patria, viſione beatifica.

Tertia ſententia, quam ſecutus ſum in expoſi- 26.
tione, præfata verba, *Hæc eſt vita æterna*, exponi non in ſenſu formali, ſed caſuali, ac ſi diceretur, *Hæc eſt vita æterna*, id eſt hæc eſt cauſa, ac radix vitæ æternæ, ut homines fide viva te cognoſcant ſolum Deum verum, & Jeſum Chriſtum filium tuum à te miſſum ad eorum ſalutem, & redem- D. Cyrill.
ptionem. Ita N. D. Cyril. lib. 11. in Joan. cap. 16. *Radicem*, ait, *atque originem æternæ vitæ fidem, & veræ pietatis virtutem eſſe affirmat Dominus. Item,*
cum origo, & quaſi pronuba dictorum bonorum, co- Hilar.
gnitio Dei veri eſſe inveniatur, rectè vita æterna eſt apellata quaſi mater, & radix ſuâ virtute, naturâq; vitam æternam pariens. Idem lib. 1. de recta fide ad Reginas. D. Hilar. lib. 9. de Trinit. *Vita æterna eſt Deum ſolum verum credidiſſe, & non ſine Chriſto.* Et lib. de Patris, & Filij unitate. D. Cyprian. epiſt. 73. ad Jubajanum. Euthymius, *Vero vita æterna eſt Dei cognitio fide ac operibus conjunctis.* Sequuntur communiter omnes Recentiores Barradas, Toletus, Luc. Burg. Cornelius à Lapide, & alij multi. Cyprian. Euthym. Barradas. Tolet. Lucas Burg. Cornel.

Fides enim in Deum, ac in Chriſtum filium 27.
ejus eſt vera cauſa, rectâque via ducens in vitam æternam, ſeu ut explanat D. Cyril. Hæc eſt radix, & origo vitæ æternæ. Rom. 6. n. 23. *Gratia autem Dei vita æterna.* Hoc eſt, gratia Dei, eſt cauſa vitæ æternæ. Joan. 3. n. 36. *Qui credit in Filium habet vitam æternam.* Et Joan. 12. n. 50. *Scio quia mandatum ejus vita æterna eſt.* Qui ergo fidem vivam habet, jam vitam æternam habet, non re ſed ſpe, cauſa, ac radice. Fides enim parit ſpem, ſpes charitatem, charitas autem bona opera, quibus meremur æternam vitam. D. Cyrill. Rom. 6. Ioan. 3. Joan. 12.

Hinc Paulus maximè commendat ſcientiam 28.
& agnitionem Dei in nobis tanquam fontem, ac originem omnium bonorum. Sic ait ad Philip. 3. n. 7. *Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta, propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti; propter quam omnia detrimentum feci, & arbitror ut ſtercora.* Unde Paulus tam vehementer affectus eſt ad hanc Chriſti ſcientiam, & cognitionem; ut quæ antea lucrum reputabat, nunc illius comparatione omnia detrimenta, ac ut ſtercora dicat; cùm enim agnoviſſet ingentes divitias ſcientiæ Chriſti, quibus anima ſupra modum ditatur, ac locupletatur, omnia alia, ut nihilum reputar. Tertul. lib. 5. contra Marcion. cap. ultimo, ad præfata verba Apoſtoli, ſic ait: *Quæ autem retro lucra dixerat, hæc ac ſi eſſent ſtercora exiſtimat præ comparatione agnitionis Chriſti.* D. Thom. ad citatum locum Pauli, *Quia hæc*, ſcilicet ſcientia, *ſuperat omnes alias ſcientias, nihil enim melius poteſt ſcire, quàm verbum Dei, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi.* Philip. 3. *Dei ſcientia, ac cognitio ſuper omnia utiliſſima.* Toletus, D. Thom.

Ait Eccleſiaſtes cap. 12. n. 1. *Memento creatoris* 29.
tui Eccleſ. 15.

A Dei cognitione proſpicit homo. *tui in diebus juventutis tuæ.* Maximè commendat, ut homo habeat memoriam, & cognitionem de ſuo creatore in diebus juventutis; non in diebus ſenectutis, ſed juventutis ait, ut tali ſcientia creſcat, ac proficiat in omni bono; nam abſque tali cognitione nihil felix, ac bonum poteſt ei obvenire. D. Athanaſ. orat. de Incarnat. *Miſertus noſtri generis*, ait, *quia bonus eſt, non reliquit hominum genus vacum, deſtitutúmque ſui intelligentia, ne illis ſua exiſtendi natura inutilis redderetur. Quid enim quæſo, commodi rebus creatis, ſi non cognoſcant ſuum creatorem?* Athanaſ.

Quæstio IV.

Quare cùm hic exprimatur cognitio æternæ vitæ, nulla ſit mentio de Spiritu ſancto?

30. *Difficultas quæſtionis.* Ait Chriſtus D. in præſenti, *Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* Agitur hic de cognitione ſive per fidem, ſive per viſionem beatam, juxta varias ſententias, ut dixi ſuperiori q. de Patre, ac Filio, dumtaxat exprimitur cognitio, *Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* Cur non etiam de Spiritu ſancto; nam cognitio Trinitatis, ſive trium divinarum perſonarum Patris, & Filij, ac Spiritus ſancti neceſſario ſpectat, ſive ad viſionem beatam, ſive ad fidem. Ad quæſtionem.

31. Euthym. Reſpondet primò Euthym. *Quia nondum*, ait, *tempus erat, ut de eo doceret: primum enim oportebat filij cognitionem mentibus diſcipulorum inſinuari, deinde etiam illis ea revelari, quæ ſunt Spiritus ſancti.* Cum hac tamen ſententia pugnat, quod Chriſtus multoties in hoc ſermone promiſit Spiritum S. de illóque dixit, quod à Patre, ac ab eo procederet.

32. Ribeira. Secundò: Ribeira exiſtimat hæc fieri propter auctoritatem, ac rationem originis: ſicut enim filius omnia tribuere ſolet Patri, quia ab eo procedit, ita etiam in præſenti cognitione Patris, ac Filij tribuitur vita æterna; ſubintelligitur tamen ſemper Spiritus ſanctus, non verò nominatur, quia Pater, & Filius ſunt principium ejus, ipſe verò nullius perſonæ divinæ principium eſt, à Patre, & Filio habet totam ſuam naturam.

32. *Germana expoſitio.* Tertiò, & plenè ad quæſtionem; Chriſtus in præſentiarum orabat Patrem, ut ipſum Filium ſuum à ſe miſſum clarificaret, ac glorificaret Reſurrectione, Aſcenſione, ac ſeſſione ad dexteram ſuam, & converſione omnium gentium, quæ datæ ſunt ei, ut eas redimeret ab omni peccato, ac eis daret vitam æternam. *Vt det eis vitam æternam.* Explicat verò quænam ſit hæc vita æterna, *ut cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* Quia ergo ſermo erat de Patre mittente, ac de Filio ab eo miſſo, ideò dumtaxat Patrem, & Filium nominavit.

34. Tum etiam quia tota hæc oratio ad hoc tendebat, ut ipſe Chriſtus verus filius Dei crederetur, ſic dixit n. 5. *Clarifica me tu Pater apud temetipſum claritate quam habui, priuſquam mundus fieret.* Hæc enim fides Chriſti, ac divinitatis ejus maximè erat neceſſaria, ut reliquorum credendorum baſis, & quia hoc credito, credebatur etiam Spiritus ſanctus; cùm enim à ſe procedere, & à ſe mittendum jam dixerat Chriſtus, ſubintelligitur ergo Spiritus ſanctus, quia ut ait S. Auguſtinus, Auguſt. ipſe eſt Spiritus Patris, & Filij, tanquam charitas ſubſtantialis amborum. Ita Cornelius à Lapide. Cornel.

Quæstio V.

Quare Chriſtus ait: Opus conſummavi, cùm adhuc mors reſtaret?

Ait Chriſtus in præſenti, *Opus conſummavi*. Opus nempè illud, de quo Joan. 4. n. 34. dicitur, *Cibus meus eſt, ut perficiam opus ejus*, nempè redemptionem humani generis per mortem. Sed quomodo ait, *Conſummavi*, cùm adhuc reſtaret mors ſubeunda, quæ erat totius operis caput? Reſpondet D. Aug. tract. 104. *Conſummaſſe ſe dicit, quod ſe conſummaturum eſſe certiſſimè novit.* Ac ergo de præterito conſummavi, tum propter certitudinem, tum quia mors futura intra breviſſimas horas ſubeũda erat, ut opus redemptionis ſibi à Patre commiſſum, adimpleret. 35. Joan. 4. Auguſt.

36. Chryſoſt. Secundò, ad quæſtionem reſpondet D. Chryſ. hom. 80. *Quia futurum tanquam factum dicit, vel quod verius eſt, quod omnia jam erant perfecta, cùm radix bonorũ plantata eſſet, per quam omnino fructus producendi.* Clarius ejus diſcipulus Theoph. *Quomodo autem*, ait, *conſummavit hoc, cùm nondum inceperit?* Reſpõdet, *Quia fecit, quod maximum omnium, & radicem bonorum omnium nobis ſubminiſtravit Dæmone victo, & ſe objecto voraciſſimæ beſtiæ.* Ait Chriſtus nunc in Cœnaculo, *opus conſummavi.* Nondum opus redemptionis perfecerat, ſiquidem adhuc reſtabat mors totius operis ſumma, & morti proximus cùm pẽderet in cruce, dixit: *Conſummatum eſt.* Quo ergo ſenſu ante paſſionem ait ſe omnia conſummaſſe? *Dæmone victo, & ſe objecto voraciſſimæ beſtiæ.* Morti nempè objecit ſe Chriſtus, illiuſque flagrantiſſimo deſiderio, idem eſt ergo quaſi mortem jam obiiſſet; unde aptiſſimè ait, *Opus conſummavi.* Et cùm tanto deſiderio ſe morti objecerit, eodem utitur verbo, quo pendens in cruce, & animam jamjam exhalans dixit: *Conſummatum eſt.* Operis inchoatio cum magno affectu idem reputatur, ac operis conſummatio, & perfectio. Theoph. *Magni ingenii idem eſt opus inchoare ac perficere.*

37. Pſalm. 73. De Chriſto noſtro ſalvatore, ut eſt communis Patrum vox, canit Regius Vates, Pſal. 73. n. 12. *Deus autem Rex noſter ante ſæcula, operatus eſt ſalutem in medio terræ.* Hoc eſt Deus noſter, qui eſt ante ſæcula, ut explicant N. Incognit. Lyran. & alij operatus eſt ſalutem morte, ac paſſione ſua, ut interpretantur D. Aug. D. Remig. Hugo, & alij. Quomodo canit Vates, *Operatus eſt* in præterito, cur nondum mortem, ac paſſionem ſubiverit. Dixerat Spiritus ſanctus per Prophetam, Habac. 3. n. 13. *Egreſſus eſt in ſalutem populi tui.* Decreto nempè prædeſtinationis, ac eximio affectu, vehementíque deſiderio, & idem fuit decreto prædeſtinationis, ac fervido deſiderio ad opus noſtræ ſalutis egredi, illudque inchoatè, ac jam dici, & publicari, quod illud perfeciſſet, & abſolviſſet, inde decantatur in præterito, *Operatus eſt ſalutem*, cùm jam eſſet in votis, ac deſiderio. Incognitus. Lyran. Auguſt. Remig. Hugo. Habac. 3.

Ioan. 17. *n.* 5. Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipſum claritate quam habui, priuſquam mundus eſſet apud te.

Num. 6. Manifeſtavi nomen tuum hominibus,

bus, quos dediſti mihi de mundo: tui erant, & mihi eos dediſti: & ſermonem tuum ſervaverunt.

Num. 7. Nunc cognoverunt, quia quæ dediſti mihi, abs te ſunt

VERSIONES.

*Syriac.n.*5. Nunc itaque glorifica me tu Pater apud temetipſum ea gloria, quam habui apud te, priuſquam fieret mundus.

*Tertul.lib.de Trinit.c.*13. Pater clarifica me eo honore, quo fui apud te, antequam mundus eſſet.

Arabicus. Quæ erat mihi apud te ante mundum.

D.Cyrill. Hieroſol.Cathec. 11. Gloria, quam habui ante hujus mundi conſtitutionem apud me.

*D.Hilar.n.*6. Pater manifeſtavi nomen tuũ.

Syriacus. Patefeci nomen tuum hominibus illis, quos dediſti mihi è mundo.

Arabic. Ipſi erant tibi.

Mar.Victor. Ipſi tui erant, & verbum tuum cuſtodierunt.

Quidam Codices. Et ſermonem meum ſervaverunt.

*Syriac.n.*7. Nunc novi quicquid dediſti mihi, à te eſſe.

Vatablus. Omnia quæcunque dediſti mihi, abs te eſſe.

Mar.Victor. A te proficiſcuntur.

EXPOSITIO III.

38. ET *nunc clarifica.* Maximè connectitur hæc ſententia cum ſuperioribus: Immediatè antea dixerat Chriſtus Dominus, *Ego te clarificavi ſuper terram.* Ac ſi tunc dicat: Cùm igitur ego te clarificaverim, ac honoraverim, & manifeſtaverim nomen tuum ſuper terram, opúſque conſummaverim, quod mihi faciendum commiſiſti, reſtat ut tu Pater me clarifices.

39. *Et nunc*: illa particula *&*, habet vim inferendi tanquam æquum, & juſtum eſt. *Nunc*, non tantum denotat præſens tempus, ſed etiam ut ait Euthym. ſequens, ſeu deinceps, ſeu in poſterum. *Tu*, ô Pater, viſſicim *clarifica me.* Primò, D. Auguſt. ait, quod Chriſtus hic petit à Patre, ut tanquam homo glorificetur gloria Reſurrectionis, Aſcenſionis, ad quam ab æterno prædeſtinatus eſt; ſecunda ſententia, & probabilior eſt Divi Hilarij, quod Chriſtus, qui agit de gloria Divinitatis, quam habuit ab æterno apud Patrem, ſecundò ad dexteram ejus, prout eſt illi coæqualis in gloria, ac dignitate; poſtulat ergo à Patre, ut ipſe agnoſcatur ab hominibus, non tantùm ut homo, ſed etiam ut verus Deus, veruſque filius Dei. De quo quæſt. ſequenti. Ait ergo Chriſtus, *Clarifica me*, ſeu *glorifica*, me totum fac, ſeu fac ut in toto orbe terrarum agnoſcar, *ea claritate*, ſeu gloria, non aliena, aut adventitia, ſed propria, ac naturali; ait N.D.Cyrill. apud temetipſum, ſeu apud te ut filius tuus tibi coæqualis. Verbum erat apud Deum, *priuſquam mundus eſſet*, ſcilicet conditus, ſeu ab æterno. Ita communiter Recentiores, de quo quæſt. ſequenti.

Euthym. August. Hilar. Cyrill.

40. *Manifeſtavi.* Hactenus ſuam clarificationem ſibi poſtulavit Chriſtus, nunc pro diſcipulis orare incipit, ut notat D.Aug.tract.106. *Manifeſtavi nomen tuum.* Non quod Deus ſis, hoc notum erat, ſed quod Pater ſis, & voceris, qui me miſiſti Filium tuum tibi conſubſtantialem. Ita D.Cyril. D.Hilar. & alij Patres citandi q. 7. *Hominibus*, præcipuè hic eſt ſermo de Apoſtolis, ac diſcipulis, ut adnotarunt D.Aug Euthym. & alij. *Quos dediſti mihi*, ut Chriſto homini eos ad me traxiſti per vocationem, ac gratiam tuam, non tantum ſufficientem, ſed etiam efficacem. *Tui erant*, quia nimirum eos ab æterno amaſti, elegiſti, & de numero mundanorum per tuam gratiam ſepararentur, ac ſalvarentur. *Et mihi eos dediſti*; mihi ut homini, ac ſalvatori, & redemptori, ut eos adducerem in vitam æternam, & non ſic mihi eos dediſti, quaſi providentia tua ſubtrahendo, ſed ut redemptori, ut pro eis morte ſatisfaciens eos perducerem in vitam æternam; ut explicant D.Aug. ac D.Cyril. *Et ſermonem tuum ſervaverunt.* Non inanis fuit in eis gratia tua, & mea opera; ſic ait Theophylact. *Sermonem tuum ſervaverunt per hoc, quod credunt mihi, & non attendunt Iudæis; qui enim credunt Chriſto, ſermonem Dei ſervant.*

August. Cyrill. Hilar. August. Euthym. August. Cyrill. Theoph.

41. *Et nunc.* Poſtquam à me ſunt edocti, ac inſtructi, & ſermonem meum ſervaverunt. Obſervatio legis Dei mentem aperit, & acuit ad alta, & ſublimia intelligenda. *Cognoverunt*, omnia mea ſcilicèt facta, & opera, *quæ dediſti mihi*, ut homini, ut facerem, ac docerem, *abs te ſunt*, à te primitus ſunt profecta, & dictata; unde *doctrina mea non eſt mea, ſed ejus qui miſit me.* Ioan. 7. n. 16. *Verba quæ ego loquor vobis, à me ipſo non loquor: Pater autem in me manens ipſe opera facit.* Ioan. 14. num. 10. Unde cùm D. Chryſ. ait Euthym. *Omnia*, ait, *quæ dediſti mihi, hoc eſt quæcunque dico, ac doceo, abs te ſunt, & tua præcepta ſunt, & nihil mihi proprium eſt, aut alienum abs te.*

Ioan.7. Ioan.14. Chryſoſt. Euthym.

QUÆSTIO VI.

Quare Chriſtus à Patre petit ſui clarificationem?

42. CIRCA clarificationem, ſeu glorificationem, quam Chriſtus hic petit à Pa re, ſunt variæ ſententiæ in explicanda hac diffcultate. Et primò D.Aug. tract. 105. D.Thom. interpr tantur hanc claritatem, quam Chriſtus ut homo habuit ab æterno, non actu, ſed decreto, c prædeſtinatione Dei; ut ſenſus ſit, ait Suar. *Clarific a me* gloria Reſurrectionis, Aſcenſionis, ad quam ante mundum me prædeſtinaſti.

August. D. Thom.

43. Secunda ſent ntia, & mihi probabilior eſt Noſtri D. Cyrill. D. Chryſoſt. D. Hilar. lib. 3. de Trinit. Leontij, Euthym. Theophylact. & etiam D. Auguſt. & S. Thomæ, qui claritatem, ac gloriam interpretantur eam, quam Chriſtus ab æterno habuit apud Patrem, ut ejus naturalis filius, ita ut ſenſus ſit. Petit Chriſtus, ut ablata mortis ignominia, Pater ipſum clarificet, ſeu glorificet, ut nempè eum notum faciat, quod ipſe, qui mortuus eſt morte turpiſſima, ut Patri obediret, ſit

Cyrill. Chryſoſt. Hilar. Leontius Euthym. Theoph. August. D. Thom.

ſit ejus filius naturalis, ac coæqualis à morte reſuſcitatus in cœlum receptus, ad dexteram Patris ſedens, & ſuper omnem creaturam exaltatus, ut ita ſua divinitas in humanitate latens ab omnibus agnoſcatur, ut dixi in expoſitione. Ita Janſen. Maldonat. Tolet. Barrad. Lucas Burgenſ. Cornelius à Lapide, & alij. Alias ſententias, & morales ſubjicio.

Janſenius. Maldonat. Toletus. Barradas. Luc. Burg. Cornel.

44. Tertio. D. Chriſ homil. in Job. ſupra datus. *Quid dicis? ait, ad crucem duceris cum latronibus, tumulorúmque effoſſoribus maledictam ſufferre mortem conſpuendus, cædendus colaphis, & hæc gloriam appellas? Ita inquit pro dilectis ipſe patior, meritoque hæc eadem gloriam exiſtimo.* Ad ignominioſam crucem pergit, ad acerbam mortem ducitur, & tamen ait, clarifica, ſeu glorifica me Pater, præ amoris vi, cum pro dilectis pateretur ipſa contumelioſa crucis mors ab eo tanquam ingens gloria appretiabatur. Poſtulat ergo ut clarificetur apud te ipſum, apud Patrem nempe. Ut acutè ait Cajetan. *Gloria crucis, & ignominiarum pro redemptione humana, gloria eſt apud Deum, quamvis apud homines ignominia reputetur.*

D. Chryſ. — *Mors Chriſti glorificatio eius.* — Cajet.

45. Ait Paulus ad Hebr. 2. n. 9. *Videmus Ieſum propter paſſionem mortis gloria, & honore coronatum.* Et quanam corona coronatus erat gloria, & honore? Corona nempe paſſionis, hæc erat ei pretioſa corona gloriæ, & honoris. Oecumen. ibi ſic ait: *Gloriam, & honorem vocat crucem: neque tantum dignum erat, tanquam glorioſum feciſſe cœlum, & terram, ac hominem, ſupernáſque virtutes, ſicut quod propter nos dignatus ſit crucifigi.* Ignominioſam crucis mortem pro tam ingenti gloria reputabat, ut ei glorioſius eſſet mortem ſubire, quàm cœlum & terram, ac homines creare. Unde dixit Chriſtus Dominus Joan. 13. num. 31 imminente paſſione, cum Judas egreſſus eſt ad Judæos. *Nunc clarificatus eſt filius hominis.* Cajetan. *tempus proditionis, paſſionis, mortiſque ſuæ tempus glorificationis apellat.* Vide ſupra in hoc lib. c. 6. quæſt 18.

Hebr. 2. — Oecumen. *Glorioſius filio Dei mortem ſubire quàm cœlos creare.* — Joan. 13. — Cajet.

46. Quartò. N. D. Cyril. Alex. lib. 10. Theſau. c. 9. *Hic à Patre, opinionem, exiſtimationémque de ſe petit.* Chriſtus Dominus paſſioni proximus, in ipſaque paſſione multis injuriis, alapis, ſputíſque humiliandus, præclaram ſui opinionem, illuſtrémque exiſtimationem petit. *Clarifica me tu Pater.* Id eſt, ingere ac induc bonam opinionem de me hominibus. Sed cur Chriſtus tam ſolicitè de ſe petit bonam opinionem, ac exiſtimationem? Valdè profundè rem attigit Mag. Cyril. Ac ſic Chriſtus paſſionem ingrediens pro noſtra magna eruditione carnis ſuæ imbecillitatem corroborare affectat, non ſolum orationis armis, ſed etiam bonæ opinionis adjumento, hæc enim multum roborat noſtræ humanitatis infirmitatem; frequenter etenim bona fama multum juvat ad virtutem, magnúmque illi ſubſidium, ac fulcimentum præbet, ut in ea homo perſiſtat, & ad altiora progrediatur.

Cyrill. — *Chriſtus bona fama ſe armat ad paſſionis luctamen.*

47. Decantat Regius Vates Pſal. 92. *Dominus regnavit decorem indutus eſt, indutus eſt Dominus fortitudinem.* Duo veſtimentorum genera in indumento Domini adaptat, unum fortitudinis, aliud decoris, nonne ſat erat indumentum fortitudinis, vel decoris, ad quid utrumque? In fortitudine denotantur virtutum operationes, in decore verò fulgor, ac decor bonæ famæ, ac opinionis: his duobus componitur gloria juſti animi, virtutum fortitudine, ut illa exornetur; decore bonæ opinionis, ut in virtute animus corroboretur; nam ſua bona fama homo aſtrictus, ac pignoratus magna perpetrat, in virtute progreditur, & ab illa non recedit, ac proinde bona fama munimen virtutis eſt. D. Bern. lib. 3. de conſiderat. *Tu quoque, ait, eſto fortis in fide, decorus in gloria & probaſti te imitatorem Dei. Fortitudo tua fiducia bonæ conſcientiæ: decor tuus, ſplendor bonæ opinionis. Ita quæſo induere fortitudinem: induere veſtimentis gloriæ tuæ: veſtire duplicibus, quibus domeſticos ſuos fortis illa mulier induere conſuevit. Non ſit in conſcientia mutans infirmitas modicæ fidei, non ſit in fama nævus malæ ſpeciei.* Sapiens mulier duplicibus veſtiebat domeſticos, virtute nempe, ac bona fama, ut his animus eſſet firmus, ac communitus. Vide tom. 4. c. 15. n. 22. 23. 24. c. 17. n. 15. & c. 35. n. 176. & 177.

Pſalm. 92. — *Bona opinio conducit ad virtutem, eamque munit.* — Bernard.

Quæstio VII.

Quare Chriſtus ait, manifeſtavi nomen tuum hominibus, *cùm valdè notum eſſet, quod ipſe Deus diceretur, & quod Moyſi dixerit*, ego ſum qui ſum!

48. Modo explicat Chriſtus Dominus quod ſupra dixerat. *Ego te clarificavi, opus conſummavi.* Per hoc nempe, quod *manifeſtavi nomen tuum hominibus.* Hoc erat opus ei à Patre commiſſum, ut explicat D. Chryſoſt. non quod Deus eſſes, & vocareris. Et quod apud Moyſem te interrogantem de nomine tuo dixiſſes. *Ego ſum qui ſum*, Exod. 3 n. 14. hoc enim valdè vulgare, & notum erat apud omnes.

Chryſoſt. — *Ratio difficultatis.* — Exod. 3.

49. Manifeſtavi ergo, ait Chriſtus, nomen tuum, quod Pater eſſes, & vocareris, qui me filium tuum tibi conſubſtantialem genuiſti, quod uſque ad mea tempora latuerat, & tale nomen Patris in Deo ignotum erat. Ita communiter S. P. D. Hilar. D. Chryſoſt. D. Cyrill. D. Aug. Theoph. Euthym. Leontius Rupertus. Albert. Magn. D Thom. D. Bonav. & alij communiter ex N. Cyrillo, Interlineal. *Nomen tuum, non quod diceteris Deus, quod erat notum Iudæis, ſed quod diceteris Pater meus, quod ſine filio non neſcitur.* D. Auguſt. tract. 106. *Nam quod Deus dicitur, nec gentibus incognitum: In hoc quod fecit mundum, notus in omnibus Deus, in hoc quod non cùm Diis falſis colendus, notus in Iudæa Deus, in hoc quod Pater Chriſti, nunc per Chriſtum manifeſtatus.* Tert. lib. de orat. c. 2. *Nomen Dei Patris, ait, nemini proditum fuerat, etiam qui de ipſo interrogaverat Moyſes, aliud quidem nomen audierat; nobis revelatum eſt in filio. Iam enim filius novum Patris nomen eſt, & apertius.*

Manifeſtavit Chriſtus quod Deus eſſet Pater. — Hilar. Chryſoſt. D. Cyril. Theoph. Euthym. Auguſt. Leontius. Rupertus. Albertus. D. Thom. D. Bonav. — Tertul.

50. Licet ergo ſupremum nomen ante adventum filij Deus diceretur, Pater tamen non vocabatur. Hoc nomen ſcilicet *Pater* manifeſtavit filius, & hoc quaſi antonomaſticè nomen ſe manifeſtaviſſe gloriatur. Cur ergo hoc nomen antonomaſticè Pater, tanquam quid valdè glorioſum de Deo dicitur.

Quare antonomaſticè Deus dicitur Pater.

51. Reſpondet primo D. Cyrill. Alex. l. 11. in Joan. c. 18. *Manifeſtavit, ait, Patris nomen filius, non ſolùm quia certiores nos fecit de perfectionibus Dei quæ vel apud priſcos prædicabantur, verùm etiam, quia verè Patrem eſſe Deum, nec falſo ita nominè appellari nobis aſſeruit. Genuit enim non in tempore creatorem ſæculorum filium conſubſtantialem ſibi, ac*

D. Cyrill.

ac coæternum. Maximè perpende quæ ſequuntur. *Nomen autem Patris magis ei convenit, quàm nomen Dei, hoc enim dignitatis, illud ſubſtantialis ſignificativum eſt proprietatis; Deum enim ſi dixeris, rerum omnium Dominum oſtendiſti; Patrem verò ſi appellaveris, proprietatem tetigiſti. Manifeſtavit igitur Chriſtus, quia Pater filium genuit.* Deus nomen dignitatis, Pater verò nomen conſubſtantialitatis, cùm Deus dicitur, creator omnium rerum oſtenditur, cùm Pater verò appellatur, apertè denotatur quod ſibi filium æqualem, ac conſubſtantialem genuerit, majúſque, & excellentius eſt, quod Deus genuerit filium ſibi conſubſtantialem, quàm quod univerſa creaverit. Cùm ergo Chriſtus declaraverit; quod Deus eſſet Pater: *Manifeſtavit igitur Chriſtus, quia Pater filium genuit*, quia excellentiſſimum in Deo declaravit.

Exedentius in Deo, quod habeat, filiũ ſibi conſubſtantialem, quam quod creaverit univerſa.

52. Toler. Secundò: ad citata Tertull. verba; *Qui de ipſo interrogaverat Moyſes, aliud quidem nomen audierat. Nobis revelatum eſt in filio: jam enim filius novum Patris nomen eſt,* &c. Inter ipſum nomen Patris, ac nomen illud indicatum Moyſi, *Ego ſum qui ſum.* Magnum eſt diſcrimen; nam puriſſimum Patris nomen æternam generationem indicat, illud verò nomen *ego ſum, qui ſum,* eſſentiam denotat, & licet utrumque ſit æquè magnum, & glorioſum, ad noſtram tamen eruditionem vocabulum operationem indicans, nomen præ reliquis antonomaſticà appellatur, de eóque dicitur, *Manifeſtavi nomen tuum hominibus.* Ut ait Tert. *Iam enim filius novum Patris nomen eſt, & apertius. Manifeſtavi nomen tuum hominibus.* Illud nomen *ego ſum qui ſum*: eſſentiam prodit, at cum à Chriſto Pater vocatur, æternæ generationis occultum arcanum patefecit. & adeo glorioſum eſt nomen, quod operationem connotat, ac includit, ut Deus qui naturæ felicitate dicitur *ego ſum qui ſum.* Et proprietate generationis pater appellatur, de hoc nomine productionem indicante, ſimpliciter, & abſolutè dicitur à Chriſto. *Manifeſtavi nomen tuum hominibus.* Quaſi alia nomina, non ita manifeſtè, ut Patris nomen, nobis divinam indicent excellentiam, ac oſtendant præſtantiam.

Illuſtrius nomen ab operatione, quam à natura.

52. Uno partu duos geminos parit Rebecca; qui prior egreſſus eſt totus rufus, & ſanguineus erat, à corporis colore, ac naturæ ingenio Eſau nomine appellatus eſt. *Primus egreſſus fuit rufus, & in modum pellis hiſpidus, vocatúmque eſt nomen ejus Eſau.* Gen. 25. n. 25. Juxta D. Hieron. ſic dictum eſt à rubore. *Eſau* enim rubum interpretatur. Alter verò non à corporis habitu, ſed ab operatione nomen adeptus eſt, *Protinus alter egrediens tenebat plantam fratris manu, & idcirco appellavit eum Iacob.* Nam Jacob idem eſt ac ſupplantare, quod idem valet, quod tenebat plantam Eſau, quaſi obſtans, ne prior egrederetur ex utero; ut explicant Abulenſ. Pereira, P. Joan. de la Haye, & alij: nomina impoſita futurorum extiterunt præſagia, & Jacob fratre ſuo excellentiorem fore prænuntiabant. D. Chryſoſt. apud Lyppom. *Quaſi jam ab initio*, ait, *monſtraret Deus, quod prædicabatur. Major ſerviet minori. Rebecca appellatione ei indita Iacob vocavit, quod ſcilicet ſupplantationem interpretari poteſt.* Nomina ipſa rerum eventum indicabant Eſau major erat, Jacob minor; At Eſau nomen à natura mutuavit, ruber ac ſanguineus erat: *rufus, & in modum pellis hiſpidus.* At Jacob ab operatione, ac generoſitate virtutis nomen uſurpavit, inde nomen quod ab actione ſortitur, clariorem indicat fratrem illo, qui ab habitu naturæ vocabulum accepit, ſemper enim quæ ab operatione illuſtriora, ac excellentiora ſunt. *Quaſi jam ab initio monſtravit, quod prædicabatur. Major ſerviet minori. Rebecca appellatione ei indita Iacob vocavit, quod ſcilicet ſupplantationem interpretari poteſt.*

Geneſ. 25. Hieron.

Abulenſ. Pereira. Ioan. de la Haye. Chryſoſt.

Excellentius nomen ab actu virtutis, quam à conditione natura.

Ioan. 17. *n.* 8. Quia verba, quæ dediſti mihi, dedi eis: & ipſi acceperunt, & cognoverunt verè, quia à te exivi; & crediderunt, quia tu me miſiſti.

Num. 9. Ego pro eis rogo: non pro mundo rogo; ſed pro his, quos dediſti mihi, quia tui ſunt.

Num. 10. Et mea omnia tua ſunt, & tua mea ſunt: & clarificatus ſum in eis.

VERSIONES.

Vatabl. n. 8. Verba, quæ dediſti mihi tradidi eis.

Syriacus. Ipſique receperunt, & verè noverunt me à te exiiſſe, & crediderunt me à te miſſum fuiſſe.

Arabic. Cognoverunt verè, quia à te veni.

Syriac. n. 9. Ego verò pro eis rogo.

Marius. Non pro mundanis rogo.

Arabicus. n. 10. Et omnia, quæ ſunt mihi, ſunt tibi, & quæ ſunt tibi, ſunt mihi: & ego glorificatus ſum in eis.

Pagnin. Vatabl. Glorificatus ſum in eis.

EXPOSITIO IV.

Q*VIA verba,* intelligitur ex ſuperiori verſu, quia *cognoverunt*; verba, quæ dediſti mihi, ut hominum mediatori, ac tuæ legi promulgatori, *dedi eis,* prout abs te eſt mihi data fideliter, ac ſincerè dedi eis nihil addendo, vel diminuendo, ut explicant D. Auguſt. D. N. Cyrill. *Et ipſi acceperunt.* Hoc eſt fide receperunt, & opere compleverunt, *& cognoverunt verè.* Indubitanter ait Albertus Magnus, *quia à te exivi.* Secundùm naturam Divinam per penetrationem æternam, ut naturalis, ac conſubſtantialis filius tuus. *Et crediderunt.* Etiam verè, ut ait D. Auguſt. *quia tu me miſiſti in mundum.* Aſſumpta humanitate homo factus, pro omnium ſalute, ac redemptione, ac proinde firma fide tenuerunt, ac crediderunt, ut ego eis tradidi, me eſſe verum Deum, & hominem. 54.

Auguſt. Cyrill. Alb. Magn. Auguſt.

Ego pro eis rogo. Chriſtus Dominus ut notat Cardinalis Hugo primo oravit pro ſe; nunc verò incipit orare pro ſuis diſcipulis præſentibus; deinde orat pro futuris. *Ego pro eis rogo.* Et antequam pro diſcipulis præſentibus deprecationem aggrederetur, eorum fidem, ac merita propoſuit, verſu antecedenti. *Et ipſi acceperunt, & cognoverunt.* Quod nempe Chriſti ſermoni crediderunt ipſúmque ſervaverunt, quod maximè ad reconciliandam Patris gratiam valebat, ac ad deprecationem pro ipſis exaudiendam; ut notat Maldon. & ait: *Rogo*, id eſt, oro nempe tanquam homo. 55.

Hugo. *Incipit Chriſtus orare pro diſcipulis* Maldonat.

Ut

Euthym. D. Thom. Carthuſ. D. Cyril.

Ut inquiunt Euthym. D. Thom. Carthuſ. & alij. Eleganter N.C. Cyrill.lib.11.in Joan.c.19.*Rogat quidem pro nobis ut homo, liberaliter autem una cum Deo Patre dona diſtribuit.* Et ſubdit Chriſtus: *Non pro mundo rogo.* Hoc eſt non rogo pro quibuſcunque hominibus in hoc ſæculo degentibus, nec enim pro omnibus omnia petenda ſunt, ut verbi gratia pro impœnitentibus, ac in iniquitate perſiſtentibus non petenda eſt gratia, ac proinde *non rogo pro mundo*; pro hominibus nempe iniquis, & depravatis, qui tua benignitate ô Pater, indigni ſint, *Sed pro iis*, Apoſtolos ſuos intelligit, *quos dediſti mihi.* Utpote à te electos dediſti mihi trahendo eos ad meam fidem, meamque doctrinam, ſeu *dediſti mihi*, meæ curæ commiſiſti, ut eruditos, ac efformatos in mea fide cuſtodirem; *quia tui ſunt.* Creatione, electione, ac ſingulari benignitate, ac proinde pro talibus juſta eſt petitio filij ad Patrem. Ita D.Cyrill.citat.D.Chryſ.hom.80.D.Aug. tract. 107.

D. Cyrill. Chryſoſt. Auguſt.

56. *Et mea omnia.* Duplici veluti dubitationi occurrit Chriſtus. Nam ſi ipſe dixiſſet, *eos mihi dediſti.* Et quia etiam dixerat tui erant, ne quis cogitaret, quod ipſi Apoſtoli aliquando filij non fuiſſent, ideo totam rem explicat, quia licèt uſquè modo ob diſpenſationem divini conſilij locutus eſſet, ut homo; tamen frequenter in his myſteriis loquitur, ut filius Dei, ut poſt D. Cyrill. notat Tolet. ut oſtendat ſe eſſe verum Deum, verumque Dei filium, ait ergo. *Omnia mea tua ſunt.* Quia licèt mihi ſint dati, adhuc tui ſunt, quia omnia mea tua ſunt. *Et tua mea ſunt.* Licet dixerim, meos Apoſtolos à te mihi fuiſſe datos, ſemper etiam ab initio mei fuerunt, quia omnia tua mea ſunt propter ejuſdem eſſentiæ unitatem. Ita D. Cyrill. D. Chryſoſt. D. Auguſtinus, Theophyl. Euthym.

Tolet. D. Cyril. Chryſoſt. D. Aug. Theoph. Euthym.

57. *Et clarificatus*, ſeu *glorificatus ſum in eis*, quia me credunt, ac prædicant verum filium Dei, verumque Meſſiam miſſum in mundum pro omnium ſalute. Ita Divus Cyrillus, D. Chryſoſtom. D. Thom. D. Bonavent. Ac proinde quod ego pro eis orem, una cauſa eſt, quia tui ſunt; altera verò eſt, quia me glorificant fide, ac prædicatione ſua, æquum enim eſt, ut ego pro ſalute, ac conſervatione eorum orem, qui ad meam gloriam exaltandam toti conſecrati ſunt. *Clarificatus ſum in eis.* D. Auguſtin. tract. 107. ad futuros fideles hoc refert, præteritum pro futuro interpretatur ob magnam rei certitudinem. Aptius tamen Noſter D.Cyrill. lib.11. c. 19.D.Chryſoſt. homil. 80. ad præſentes diſcipulos hæc pertinere docent, nam pro eis hîc orat modo Chriſtus, nam pro futuris fidelibus exorare incipit à n. 20. infrà: *Non pro eis tantum rogo, ſed pro eis, qui credituri ſunt*, &c.

D. Cyrill. D. Chryſ. D. Thom. D. Bonav. Auguſt. D. Cyril. D. Chryſ.

QUÆSTIO VIII.

Quare Chriſtus dixit quod pro ſuis diſcipulis orat, non verò pro mundo?

58. OB hæc præſentia verba, quidam fuerunt Hæretici ſcripturam malè intelligentes tempore D. Auguſt. (contra quos ipſe agit, lib. de prædeſtinatione, & gratia, qui dicebant Chriſtum Dominum ſolùm pro prædeſtinatis oraſſe, natum, ac mortuum eſſe, ex quo aſtruebant prædeſtinatis nulla peccata eorum ſalutem impedire, nec reprobis ulla bona opera prodeſſe ad ſalutem, hanc impiam hæreſim his ſæculis renovarunt. Matth. Luther. Ioan. Hus, & alij Hæretici.

Auguſt.

59. Tamen ſacra Scriptura apertè, & clarè docet Chriſtum Dominum oraſſe, & natum eſſe, ac paſſum pro omnibus hominibus etiam reprobis, quod ob ſua ſcelera, & peccata reprobantur, ac damnantur: 1. Ioan. 2. n. 2. *Qui eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi.* Et pendens in cruce pro ſuis crucifixoribus oravit. Luc. 23. n. 34. *Pater dimitte illis: non enim ſciunt, quid faciunt.* Quod vaticinatum eſt à David Pſalm. 108. num. 4. *Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi: ego autem orabam.* Et Iſai 23. num. 12. *Ipſe peccata multorum tulit: & pro tranſgreſſoribus rogavit.* Quod verò Chriſtus ſit natus, paſſus, & mortuus pro omnibus, tota ſacra Scriptura, ac fides Catholica profitetur. Nunc ſufficiat locus Pauli 2. Corinth. 5. num. 14. *Quoniam ſi unus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt. Et pro omnibus mortuus eſt Chriſtus.* Nam ut dicitur 1. ad Timoth. 2. num. 4. *Deus vult omnes ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Chriſtus Dominus quantum eſt ex parte ſua omnibus providet media ſufficientia ad ſalutem, pro omnibus inſtituit Sacramenta, omnibuſque gentibus præcepit prædicari Evangelium. Ac proinde qui damnantur, ſuo vitio, ac culpa damnantur, qui nolunt ad Chriſtum venire, ac pœnitentiam agere; & hoc eſt quod communiter dicunt Theologi, merita Chriſti quantum ad efficaciam non profuiſſe omnibus, quantum autem ad ſufficientiam fuiſſe abundantiſſima omnibus, nam quoad efficaciam pro ſolis electis, ac prædeſtinatis fuerunt applicata, ut multis in locis cum D. Thoma explicant Theologi, & nos ſæpè diximus.

Chriſtus pro omnibus oravit. 1. Ioan. 2. Luc. 23. Pſalm. 108. Iſai. 23. 2. Cor. 5. 1. Tim. 2.

60. Ait Chriſtus in præſenti; *pro eis rogo non pro mundo*, nomine mundi intelliguntur homines contenti in mundo, ſenſus eſt, ac ſi dicat Chriſtus, non rogo modo pro omnibus hominibus, nec enim ſemper, & ubique pro omnibus omnia petenda ſunt, ſed modo rogo peculiariter pro his meis Apoſtolis utpote meis peculiaribus amicis, ac ſectatoribus, quibus ultimum vale dico; relinquens eos inter multas perſecutiones, ac adverſitates, mei cauſa, ac proinde multam confidentiam, ac conſolationem eis præbeo, dum ipſi præſentes audiunt me hac oratione mea eos Patri meo commendare, ut eos cuſtodiat & ſervet. Deinde etiam nunc peculiariter orat pro eis, quia eos inſtituerat fundamenta, ac columnas ſuæ Eccleſiæ, ſic etiam peculiariter pro Petro oravit, quia ſuæ Eccleſiæ futurus erat caput. Luca 22. Sic ait: *Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.* Sicut ergo peculiariter pro ſolo Petro oravit, quia inter reliquos Pontificium ei tradiderat, ſic etiam inter cæteros peculiariter orat, pro undecim Apoſtolis, quia eos Eccleſiæ ſuæ fundamenta deſignaverat.

Chriſti peculiariter orat pro ſuis Apoſtolis.

61. Pro cæteris crediturіs infra in hoc cap. oravit. n. 20. *Non pro eis autem rogo tantum, ſed pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me.* Et pendens in cruce pro perſecutoribus oravit. *Ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.* Luc. 23. quas preces tunc non fundebat pro diſcipulis, ſed pro perſecutoribus, ex quibus multi fuerunt reprobi, & damnati; ita etiam modo in cœnaculo orat pro diſcipulis, non verò pro perſecutoribus.

Luc. 23.

Ioan. 17. Et jam non ſum in mundo,& hi
n. 11. in mundo ſunt, & ego ad te venio.Pater ſancte ſerva eos in nomine tuo,quos dediſti mihi:Vt ſint unum ſicut & nos.
*Num.*12.Cùm eſſem cum eis,ego ſervabam eos in nomine tuo,quos dediſti mihi,cuſtodivi:& nemo ex eis periit, niſi filius perditionis,ut ſcriptura impleatur.
Num. 13. Nunc autem ad te venio:& hæc loquor in mũdo,ut habeãt gaudium meũ impletum in ſeipſis.

VERSIONES.

Syriacus Amplius non ſum in mundo; illi
n. 11. autem in mundo ſunt : & ego ad te venio.Pater ſancte ſerva eos in nomine tuo,quos dediſti mihi.
Vatablus. Ego autem ad te venio , Pater ſancte ſerva eos per nomen tuum, quos donaſti me.
Marius. Cito non ero in mundo, & hi in mundo ſunt.
Brixian. Pater juſte ſerva eos.
D. Epiph. Pater Domine cœli , & terræ.
D. Epiph. Cùm eram cum ipſis in mun-
n. 12. do.
D. Hilar. Ego cuſtodiebam eos.
Euth. Ego ſervabam eos per nomen tuum.
Pagnin. Servabam eos nomine tuo.
Marius. Quos dediſti mihi,cuſtodivi nomine meo.
Arabicus. Non unus ex eis periit , niſi filius perditionis.
Theoph. Niſi filius ille perditus,ut compleretur ſcriptura.
Arabic Et nunc autem ad te venio , &
n. 13. hoc loquor in mundo, & illos relinquo in mundo.
Syriac. Vt ſit gaudium meũ plenum in eis.
Quidem Codic. Impletum in ſemetipſum.

EXPOSITIO V.

62. I*AM non ſum.*Hæc eſt tertia ratio,ob quam fundens preces ad Patrem pro diſcipulis ſuis ab eo ſit exaudiendus. Prima ratio fuit , *quia acceperunt , & cognoverunt.* Secunda , *quia tui ſunt.* Tertia , nunc quia ab eis diſcedo , eos mea præſentia deſtitutos relinquo, & ait : *Iam non ſum in mundo.*Syriac. *amplius non ero*,id eſt mox,ac breviter non ero hac mea viſibili præſentia in hoc mundo,ut exponunt D.Aug.D.Cyrill.Euthym. *Et hi in mundo ſunt.* Iſti mei Apoſtoli mea præſentia orbati , multis expoſiti adverſitatibus remanent in hoc ſæculo. *Et ego ad te venio* ; per mortem , ac reſurrectionem meam. Conſummato redemptionis opere ; ait Euthym. ex quo oſtenditur quanta ratione eos Patri commendet ; ejuſque curæ , ut ab eo ſerventur , committat ; *nam diſcipuli ipſius* , ſcilicèt Chriſti , *præſentia ſe tutos arbitrabantur* : à qua nunc manent orbati. Et nota quod Chriſtus non loquitur de futuro. Iam non ero , ſeu ad te vadam : ſed de præſenti. *Non ſum , vado* ; ut oſtendat ſuam promptam obedientiam erga Patrem , ſuumque eximium affectum erga mortem.

Syriac.
Auguſt. Cyrill. Euthym.
Euthym.

62. *Pater ſancte.* O Pater qui es fons ! origo totius ſanctitatis, in ſanctitate conſerva hos meos diſcipulos. *In nomine tuo* , Theod. Mopſueſt. Communica illis nomen tuum paternum , ut te Patrem erga eos declares. D. Cyril. *In nomine tuo* ; hoc eſt in me,qui nomen tuum gero. Hugo, ad honorem nominis tui , Theodor. Heracleot. *In nomine tuo.* Communica illis nomen tuum , ſcilicèt nomen Dei, fac illos Deo;non natura,ſed participationes Euth. Genebrard. Pſalm. 53.Serva eos in nomine tuo , hoc eſt propter nomen tuum. Theophylact. Maldonat. Tolet. & alij , & aptior eſt interpretatio. *In nomine tuo,* hoc eſt auxilio, potentia,ac virtute tua : *Turris fortiſſima nomen Domini , ad ipſam currit juſtus,& ſalvabitur* , Prov. 18.n.10.ſub nomine Dei omnis potentia, virtus,auxilium,& protectio intelligitur. *Quos dediſti mihi* ; hoc repetit , tanquam ſi dicat : eos mihi dediſti in meos diſcipulos, conſerva eos in mea ſchola, ac doctrina, ex Richardo quandam magnam ponderationem dedi ad hæc verba ſupra c. 5. q.5.n.34.*Vt ſint unum, ſicut nos.* Valdè nempe concordes , ac unanimes charitate, concordia , ac doctrina , de quo latius in q.10.N.D.Cyrill.de Sacra Euchariſtia interpretatur , ut dicam q. 13.

Mopſueſt.
Cyrill.
Hugo.
Heracleot.
Euthym.
Genebr.
Theoph.
Maldonat.
Tolet.
Prov. 18.
Sub nomine Dei omnis potentia , ac virtus intelligitur.

64. *Cùm eſſem cum eis.* Græcus, ac D. Epiphan. addunt in mundo , & hæc eſt quædam confirmatio ſuperioris rationis. *Iam non ſum in mundo* ; id eſt *cùm eſſem cum eis , ego ſervabam eos.* Adhibita omni cura , ac officio invigilandi , docendi , admonendi, ac exemplis præeundi,ego ſervabam eos in omni bono, ac juſtitia. *In nomine tuo* ; hoc eſt potentia , virtute,ac auxilio , & auſpiciis divinitatis tuæ , quaſi tuus ad eos legatus miſſus. Ita Noſter D.Cyrill. Theoph.Ac proinde tota vis argumenti juxta D.Auguſt. tract. 107. Toletum,& alios hæc eſt ; ſi in mea præſentia , hoc tuo nomine, ac tua virtute ſervati ſunt, decet etiam ut in mea abſentia , tuo nomine , tuáque virtute ſerventur , cum major ſubveniendi , auxiliandíque ſit ratio. *Quos dediſti mihi.* Ut quandiu vivens eram , eos illæſos ſervarem , ac efformarem tanquam meos vicarios futuros *cuſtodivi*, fideli officio Magiſtri, ac parentis uſque ad finem meæ vitæ ſervavi , utpote tuos à te mihi commiſſos , nunc enim hos tuos à me tibi commiſſos cuſtodi,& ſerva. *Et nemo ex eis periit niſi filius perditionis.* Iuda dicitur filius perditionis , ſicut & Antichriſtus vocatur à Paulo 2. Theſſ.2.num.2.& eſt phraſis Hebraïc. Sic dicitur filius perditionis , ſicut filius gehennæ , & mortis: hoc eſt reus perditionis , gehennæ, & mortis , ſeu deſtinatus ad perditionem , gehennam , & mortem , *ut ſcriptura impleatur.* Illa particula , *ut* non indicat cauſam, ſed eventum;non enim ideo Iudas periit, quia ſcriptura hoc prædixit, ſed quia Deus ab æterno præſcivit ipſum ſua malitia,ac nequitia periturum, ideo per os ſuorum Prophetarum prædixit ipſum periturum, & ita ait Maldonat. *Oſtendit Chriſtus , quod omnes quos ei Pater tradidit , ſervaverit , ita ut non periret ex eis nemo,niſi ille , quem cum eum tradiderit , Pater ſcribit ab æterno periturum , ob ſuam obſtinatam malitiam.*

Græcus.
Epiphan.
Cyrill.
Theoph.
Auguſt.
Tolet.
2.Theſſ.2.
Maldon.

65. *Nunc*

65. *Nunc autem ad te venio.* Hæc pertinent ad ſuperiorem ſententiam verſu antecedenti, *cum eſſem cum eis, ego ſervabam eos in nomine tuo.* Corporali mea præſentia, *nunc autem quia ad te venio*, per mortem, ac reſurrectionem meam, ab eiſque ſeparor, maximè à te peto, ut tua jura tueantur, ac conſerventur. *Et hæc loquor in mundo.* Et eos tuæ curæ ſic commendo, quandiu ſum in mundo, antequam à mundo diſcedam. Ut ipſi Apoſtoli, qui præſentes erant, dum hanc meam tibi commendationem audiunt, maximè corroborentur, ac animentur. *Ut ipſi habeant gaudium meum impletum in ſe ipſis.* D. Auguſt. Beda, Rupertus, Toletus, Barradas ita interpretantur, ut hoc referatur ad id, quod dixerat n.11. *Ut ſint unum, ſicut nos.* Ac ſi Chriſtus petat à Patre, ut ſuis diſcipulis concedat idem ſapere, eandem mutuam charitatem habere, ut ſint inter ſe unanimes, ac concordes, & ita in ſe ipſis impleatur gaudium Chriſti, quæ eſt mutua charitas, & ſic loquitur Paulus ad Philip. 2. n. 2. *Implete gaudium meum, ut idem ſapiatis, eandem charitatem habentes.* Aliter interpretantur noſter D. Cyrill. Leont. Maldonat. quæ ſic breviter dico, & valde conſonè ad text. petit Chriſtus à Patre, ut in ejus abſentia ſuos diſcipulos omni auxilio, ac protectione cuſtodiat, & conſervet, ut ita eorum protectio, ac ſalus, quæ eſt materia gaudij Chriſto in ipſiſmet diſcipulis adimpleatur.

Auguſt. Beda. Toler. Rupertus. Barrad.

Philipp. 2.

D. Cyrill. Leont. Maldonat Lucas Burg.

Quæstio IX.

Quare Chriſtus Dominus ſuum æternum Parentem hic vocat ſanctum potius, quàm omnipotentem, ſeu immenſum?

66. IN hac oratione maximè commendat Chriſtus ſuos diſcipulos, quos in hoc ſæculo relinquebat ſuo æterno Parenti, ut ejus virtute, auxilio, ac omnipotentia ſerventur, & cuſtodiantur ab omni malo, & ut ſemper in ipſo Chriſto, ejuſque amore, ac cultu perſiſtant, quæ oratio fuit valdè efficax, & exaudita à Patre; nam poſt adventum Spiritus ſancti, Apoſtoli numquam mortaliter peccarunt, ſed ſemper in Chriſti gratia, ac amore perſeverarunt, ex quo patet quod Chriſtus hic non oravit pro Juda, illum enim excipit ut patet n. 12. dicens: *Nemo ex iis perit, niſi filius perditionis.* Ut ibi notat Cornel. à Lapide, ipſe enim jam perditus, & alienatus erat tam à Chriſto, quàm ab Apoſtolorum cœtu, ac conſortio; jam à cœnaculo receſſerat, ut Chriſtum Judæis proderet; & quia Judas non erat ex eis, qui erant Patris, & à Patre electi, & ut ſic Chriſto dati, ſed ipſe ſua avaritia ſe perdidit, & à Chriſto in numerum damnatorum tranſiit.

Apoſtoli in gratia confirmati.

Cornel.

67. Diſceſſurus Chriſtus ex hoc mundo ſuos diſcipulos commendat Patri tanquam potentiſſimo tutori, ut ſolent ſub mortem boni parentes chariſſimos filios ſuos. *Hominis more ſecundum eorum mentem loquitur,* ut ait Euthym. ut eos conſoletur, nec ipſo abſente diffidant ſe ſervandos eſſe, qui ipſius præſentia ſe tutos arbitrantur. Ut ait Divus Chryſoſt. & hæc dicit, non quod ipſe abſens non ſit eos ſervaturus, aut quod ipſo præſente Pater non ſervaverit eos hactenus, ſed ut ita ſuum amorem, curam, ac ſollicitudinem erga eos demonſtret.

Euthym.

D. Chryſ.

Ad quæſtionem, quæ inquirit cur Chriſtus, 68. hic Patrem potius vocat ſanctum, quàm omnipotentem. Reſpondet primo Maldonat. quod Patris benevolentiam captat, dum ſanctum appellat. *Quod Deum, ait, non ſolum Patrem, ſed etiam ſanctum appellat, eo pertinet, ut blandis gratioſiſque vocabulis Patris benevolentiam eliciat.* Non quod opus ſit ullo artificio, ulliſque blandimentis ad Patris benevolentiam obtinendam, ſed ut oſtendat, quod inter cætera nomina, quæ Patri attribui ſolent hoc eſt valdè magnum, maximéque ei gratum, ab ipsàque ſanctitate maximè Pater magnificatur, ac glorificatur. Vide quæ dixi, tom. 1. lib. 1. c. 5. q. 50. n. 150. & 151.

Maldonat. *Pater æternus à ſua ſanctitate maximè glorificatur.*

Secundò, Deum Patrem ſanctum appellat, 69. quia ipſe eſt fons, & origo ſanctitatis, & quia ea, quæ ſunt ſanctitatis, orat; ipſe enim petebat, ut Pater ſuos Apoſtolos in ſanctitate conſervaret, ac retineret, frequenter ab effectu tribuitur Deo Patri epithetum, ſic Deus conſolans Paulum in tribulatione, ab eo vocatur. *Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis.* 2. Corinth. 1. num. 4. Idémque Deus Davidem in prælio corroborans, ac victorem conſtituens, ab eodem appellatur, *Diligam te Domine fortitudo mea: Deus firmamentum meum & refugium meum.* Pſalm. 17. n. 2. Ita D. Auguſt. Rupertus, D. Thom. D. Bonav. Cajetanus, Janſenius, Barradas, Lucas Burgenſ. & alij.

2. Cor. 1. Pſalm. 17. D. Auguſt. D. Thom. Rupertus. D. Bonav. Cajet. 2. Janſen.

Tertiò N. D. Cyrill. lib. 11. in Joan. c.29. *Pater* 70. *dicebat ſancte, ait, qui ineffabili virtute animas noſtras reformat per Spiritum ſanctum nos invicto robore Dominus firmans, ad curſum virtutis omni labore contempto, invitat. Per quem Diaboli artes, & voluntatem mundanam ſuperare nos facit. Qui enim ſignati ſemel Spiritu ſunt, qui arrababonem gratiæ in animo acceperunt, virtutem ex alto induti fortiſſimi ſunt. Ut igitur hæc bona acquirere, adipiſcique poſſemus, ſanctificationem à Patre nobis petebat.* Magnopere deſiderabat Chriſtus, ut ſui Apoſtoli nulli preſſuræ, nullique difficultati cederent, ſed ut per omnia ardua, ac difficilia infracti, ac victorioſi procederent, & inde ad Patris ſanctitatem confugit; cur magis recurrit ad ſanctitatem, quam ad omnipotentiam, cur potius magis vocat Patrem ſanctum, quàm omnipotentem? Optimè prænoſcebat Divinus Magiſter, quod ſi parva gutta ſanctitatis à Patre in nos veniat, quod ipſa fortiſſimi, ac audaciſſimi ad magna ſuperanda reddemur; petit ergo à Patre non quod ut ſuæ omnipotentiæ, ſed quod ſuæ ſanctitatis nobis aliqualem communicet effectum, ut ita ſanctitate, ac virtute omnia ſuperemus. Sic ait Peluſiota lib. 1. Epiſt. 294. *Juſtitia hoc affert, ut quis ſtrenuè, ac feliciter pugnet.*

D. Cyrill.

Juſtitia, ac ſanctitate fortis ad magna redditur homo.

Peluſiot.

71. Militem Chriſtianum armat Paulus. *In virtute Dei per arma juſtitiæ à dextris, & à ſiniſtris.* 2. Cor. 6. n. 7. quid eſt quod ipſe Apoſtolus in Dei virtute agnoſcit arma à dextris, & à ſiniſtris? Ut undique munitus ſit homo, ſic virtus Dei protegit, ut ex omni parte homo ſit cuſtoditus ab univerſo hoſtili impetu, & ut univerſa adverſantia valeat ſuperare. Divus Gregor. ſecunda parte Paſtoralis curæ c. 3. *Ut in nullo delectationis infimæ latere flectatur.*

2. Cor. 6. *Virtus Dei arma fortiſſima.*

D. Gregor.

Poſtquam duodecim exploratores Iſraël luſtraverunt terram Promiſſionis, referunt coram univerſo populo, quod in terra illa erant multi 72.

gigantes quibus Iſraclitæ comparati, locuſtæ videbantur; quibus auditis univerſa multitudo populi cœpit flere, habitantium gladios, & arma timens, cui Joſue, & Caleb reſponderunt. *Nolite rebelles eſſe contra Dominum neque timeatis populum terræ hujus, quia ſicut panem, ita eos poſſumus*
Num. 14. *devorare.* Numer. 14. num. 9. Quænam eſt, obſecro, ſimilitudo inter panem, & hoſtem? Panis lenis, ſuaviſque guſtui, & ſine difficultate dentibus teritur, ac comeditur, hoſtis verò armatus lancea, & gladio, ut multis modis necem inferat. In quo ergo eſt ſimilitudo inter unum, & alterum? In eo profectò, quod ſicut panis ſine labore editur, ita hoſtis quantumvis acerrimus, ab iis, qui divino timore muniuntur; *Nolite rebelles eſſe contra* Dominum, ſine ulla difficultate ſuperatur, ac profligatur. Abulenſis quæſt. 11. *Sicut*, ait, *ſine labore panem devoramus, ita eos poſſumus devincere ſubitò deſtruentes Deo propitio.*

Divino timore muniti hoſtes ſuperant.

Abulenſ.

QUÆSTIO X.

Quare Chriſtus poſtulans à Patre ſuorum diſcipulorum unionem, ait: ut ſint unum, ſicut & nos?

73. POSTULAT Chriſtus à Patre, ut ſui diſcipuli ſint unanimes, ac concordes, pacificíque inter ſe in uno Spiritu, in una fide, in unaque doctrina, ac charitate. In uno Spiritu, ut
1. Cor. 12. Epheſ. 4. ait Paulus 1. Corinth. 12. num. 15. *In uno ſpiritu omnes nos.* In una fide. Sic dicitur ad Epheſ. 4. num. 4. *Vnus Deus, una fides, unum baptiſma.* In
Dionyſ. unaque Eccleſia Catholica, de qua D. Dionyſius Areopag. de cæleſti. Hierarch. interpretatur illud
Cantic. 6. Galat. 2. Cant. 6. num. 8. *Vna eſt columba mea, perfecta mea.* In utraque doctrina. Unde Paulus ad Galat. 2. n. 2. *Aſcendi autem Ieroſolymam ſecundum revelationem, & contuli cum illis*, nempe Apoſtolis, *Evan-*
D. Thom. *gelium, quod prædico in gentibus.* Ibi D. Thom. *Contuli*, ait, *ad inſinuandam unitatem doctrinæ meæ cum doctrina Apoſtolorum, quam etiam commendavit* Corinthiis cum dixit. *Id ipſum dicatis omnes.*
1. Cor. 1. Actor. 4. Cyprian. 1. Cor. 1. num. 10. in unaque charitate, ac unione. De qua dicitur Actor. 4. num. 32. *Multitudinis credentium erat cor unum & anima una.* D. Cypr. lib. ad Quirinum c. 3. *Turba autem eorum, qui crediderunt, anima, ac mente una agebant, nec fuit inter illos diſcrimen ullum.*

74. Altius verò inveſtiganda eſt gravitas petitionis Chriſti, *ut ſint unum, ſicut & nos.* Ut enim in Sacroſancta Triade cum diſcretione perſonarum eſt una, eadémque natura divina in tribus divinis perſonis, in quibus eſt unus, & idem intellectus, una, eadémque voluntas, una ſapientia, & charitas, unáque omnium attributorum communio, ita ad ejuſdem imitationem, ac ſimilitudinem precatur Chriſtus à Patre, ut in diſcipulis ſuis numero diſtinctis in diverſis corporibus viventibus, una quodammodo affectu ſit anima, una voluntas, unus amor, idem ſenſus, idémque judicium, idémque bonorum omnium reperiatur, conſortium, tantámque unionem charitatis ac pacis, in ſuis exoptat Chriſtus, ita lo-
D. Ambr. cum interpretantur D. Ambroſ. lib. 4. de fide c. 2.
D. Aug. D. Auguſt. tract. 107. & ſerm. 51. de verbis Domi-

Maximè commendat nobis Chriſtus unionem.

ni. Uterque Theodorus, Heracleotes, & Mopſueſt, Leont. Theophyl. Euthym. ex quibus præclarè N. D. Cyrill. lib. 11. cap. 20. *Charitatis*, ait, *pacis, & concordiæ vinculum petit, quod ad tantam ſpiritualem credentes unionem perducat, ut naturalis, conſubſtantialiſque in Patre, Filio, atque Spiritu ſancto unionis ſimilitudinem imitetur.*

Theodor. Leontius Theoph. Euthym. D. Cyril.

Præcipit Chriſtus ſuis diſcipulis baptizare, *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Matth. 28. 75.
num. 19. Ad quid tamen in fidelium baptiſmo Matth. 28.
Sanctiſſimæ Trinitatis fit invocatio? Variis rationibus omiſſis illa nunc eſt in præſentiarum, quam ſic exemplo declaro. Solers, ac induſtrius ille Jacob, ut laboris à ſe tandiu impenſi mercedem conſequeretur, virgas ſive totas albas, ſive etiam variegatas pro exoptati à ſe fœtus ſimilitudine, pecoribus bibentibus, ſimulque progignentibus in aquæ ductibus objiciebat; ita & in Chriſtiani hominis regeneratione, dum ex aqua quis fidelis renaſcitur, in ipſo aquarum fonte, Sacroſanctum Sanctiſſimæ Triadis ſuper illum invocatur nomen, ipſéque Deus Trinus illi proponitur, & objicitur, ut quantum fas eſt illam puriſſimam unitatem, ineffabilémque concordiam intendat imitari, ut ita cum aliis fidelibus uniatur, ut multitudinis credentium ſit cor unum, & anima una. D. Ambroſ. lib. 2. de Jacob. cap. 4. *Qui* D. Ambr.
ſibi, ait, gregem multarum præſtantiumque virtutum ſplendore fulgentem Evangelicæ prædicationis miniſterio colligebat, ut potaturis omnibus virgam ſtyracinam, & nucinam, & de platano proponeret in canalibus, quo concupiſcentes Beatiſſimæ Trinitatis præfigurata myſteria, haudquaquam decolores fœtus piæ mentis conceptione formarent.

In Baptiſmo ebibit homo unionem, ac concordiam cum aliis.

Hac doctrina inſtructus Paulus dicebat ad Ga- 76.
lat. 3. num. 42. *Quicunque in Chriſto baptizati* Galat. 3.
eſtis, Chriſtum induiſtis: non eſt Iudæus, nec Græcus; non eſt ſervus, nec liber: non eſt maſculus, nec fœmina; omnes enim vos unum eſtis in Chriſto Ieſu. Variæ nationes, variæque hominum conditiones confluunt ad baptiſmum, verbi gratia, Judæus Græcus, ſervus & liber, maſculus & fœmina, at accepto baptiſmo jam non remanent in diverſo ſtatu, diverſáque conditione, ut unus ſit liber, alter ſervus? Ut enim qui ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt, Chriſtum in baptiſmo induit, jam non diverſus eſt ab alio Chriſtiano? *Omnes enim vos unum eſtis.* In eíſque eſt cor unum, & anima una. D. Hieron. præfata Pauli verba expendens, ſic ait: *Cùm quis ſemel Chriſtum indutus fuerit, & miſſus in flammam Spiritus ſancti ardore canduerit, non intelligitur, an aurum ſit an argentum, quandiu calor maſſam ſic poſſidet, unus igneus calor eſt, & omnis diverſitas conditionis & corporum aufertur iſtiuſmodi veſtimento.*

Fideles accedentes ad baptiſmum fiunt unum. D. Hieron.

Hanc unionem, quam Deus exoptabat in Pon- 77.
tificali Aaronis veſte, in cujus rationali mandavit, *Sumes duos lapides onichynos, & ſculpes in eis nomina filiorum Iſraël.* Exod. 28. n. 9. Jam verò pul- Exod. 28.
ſat animum inquirere, cur potius ad ſcribenda nomina filiorum Iſraël, hos lapides quàm alios elegit Deus? Sine dubio cauſa eſt, quia hic lapis eximiæ concordiæ ſymbolum exprimit; ſic onychen deſcribit Plinius lib. 37. cap. 6. *Verum autem onychem plurimas, variaſque cum lacteis Zonis habere venas, omnium in tranſitu colore enarrabili, & in unum redeunte concentum ſuavitate grata.* Lapis hic unionem, & pacem adumbrat, dum plurimæ, ac variæ diverſi ſanguinis venæ grata ſuavitate in

Omnes fideles in unum debent convenire.

in unum concentum redeunt; hinc lapis iſte eligitur, ut nomina filiorum Iſraël in eo ſcribantur; ut quamvis diverſi eſſent, diverſæque tribus, grata tamen ſuavitate in unum concentum debebant convenire, ita ut in eis nulla diverſitas ſed omnia conſona concordia, ac unita apparerent. Huc advoco, quod eleganter dixit D. Aug. tom. 4. lib. 6. in Ioſuë q. 8. *Oſtenditur, ait, quam connexa ſit in populi ſocietate ipſa univerſitas, ut non in ſeipſis ſinguli, ſed etiam tanquam partes in toto exiſtimentur.* D. Aug.

Ioan. 17. *n.* 14. Ego dedi eis ſermonem tuum, & mundus eos odiò habuit, quia nō ſunt de mundo, ſicut & ego non ſū de mūdo.

Num. 15. Non rogo ut tollas eos de mundo, ſed ut ſerves eos à malo.

Num. 16. De mundo non ſunt, ſicùt & ego non ſum de mundo.

VERSIONES.

Vatabl. Pagnin. n. 14. Ego tradidi eis ſermonem tuum.

Syriacus. Quippe qui non ſint ex mundo, ſicut & ego non ſum ex mūdo.

Pagninus n. 15. Non rogo ut tollas eos è mundo.

Græcus. Sed ut ſerves à malo illo.

Syriac. n. 16. Non ſunt enim ex mundo.

Arabicus. Quia de mundo non ſunt.

EXPOSITIO VI.

78. EGo dedi eis. Iam quartam proponit Chriſtus rationem, qua Patrem alliciat, ac inclinet, ut ſuis diſcipulis in mundi contrarietatibus manentibus auxilietur, quia ob tenendam, ac prædicandam Patris doctrinam, mundus eos perſequitur, æquum eſt, ut interpretantur Leont. & Theoph. ut ab eo foveantur, ac patrocinentur, cujus cauſa patiuntur. *Sermonem tuum*, ſermonem Patris appellat doctrinam Evangelicam à ſe prædicatam, & traditam, ut obſervant D Auguſt. Euthym. Beda, Rupert. cum D. Cyril. & doctrinam Evangelicam, quam docuerat, non ſuam, ſed Patris vocat, ut appoſita ratio efficacioris eſſet ponderis, magíſque videretur Patrem movere ut notat Maldonat. ut diſcipulis propter ſuā doctrinam patientibus, opem ferret, & quia ut dixi Ioan. 7. num. 16. *Mea doctrina non eſt mea, ſed ejus qui miſit me Patris.* Plus apud homines doctrina erat habitura auctoritatis, ſi Patris, quam ſi ſuam eſſe diceret. *Et mundus eos odio habuit.* Ponitur præteritum pro futuro. Sub nomine autem mundi intelliguntur homines mundani, & perverſi, Apoſtolorum moribus diſſimiles, ut notat Theoph. Euthym. Carthuſ. & ait Noſter D. Cyril. *Odit mundus omnes, qui mandata Dei ſervantes, carnales mundi voluptates contemnunt.* Et ſubdit Chriſtus D. *quia non ſunt de mundo, ſicut & ego*, hoc eſt non ſunt de numero hominum mundanorum. Vnde obſervat Toletus, aliud eſt eſſe de mundo, aliud verò eſſe in mundo. Chriſtus, & Apoſtoli in mundo erant, in hoc ſæculo viventes, ut patet ex ſuperioribus; de mundo tamen non erant; nam ille eſt de mundo, qui mundi voluptatem, ac concupiſcentiam ſequitur, quam Chriſtus, & Apoſtoli conculcandam, & refrænandam eſſe docebant.

Leont. Theoph. D. Aug. Euthym. Beda. Rupert. D. Cyrill. Maldonat. Joan. 7. Theoph. Euthym. D. Cyrill. Toletus.

Non rogo ut tollas eos de mundo. Expediebat, ut Apoſtoli in odio mundi permanerent, ut Evangelium per eos in toto orbe promulgaretur, ac proinde ait Chriſtus. *Non rogo ut tollas eos de mundo*, ſicut ego modo à mundo diſcedo morte mea, ut inde modò eos transferas in æternam beatitudinem, ut ait Carthuſ. nam neceſſe eſt, ut ipſi permaneant in mundo, ut mundum purificent, eique ſuccurrant doctrina ſua, ac proindè non rogat Chriſtus ut diſcipuli à periculis ſubtrahantur, ſed ut in periculis cuſtodiantur: ita interpretantur D. Cyril. D. Aug. Leont. Beda, Rupert. D. Thom. *Sed ut ſerves*, hoc eſt præſerves dato auxilio tuo. *Sed ut ſerves eos à malo.* Cajetan. Non dicit ut ſerves eos à tribulationibus, ab odiis, à perſecutionibus, ſed à malo, hoc eſt à peccato, quod ſimpliciter eſt malum, & ideo in Græco eſt cum articulo *ab illo malo*, peccato nempe; ſeu ut alij interpretantur *a Diabolo peccato auctore.* Nam Crux, afflictio, tribulatio & cætera, quæ mala dicuntur, verè mala non ſunt: quin bona, & ſalutaria, ſi quis illa referat ad gloriam Dei. Vnde ait Rupert. *Præter peccatum, rationali creaturæ, nihil poteſt nocere.* 79.

Carthuſ. D. Cyril. Auguſt. Leontius. Beda. Rupert. D. Thom. Cajet. Rupert.

De mundo non ſunt. Repetit hic Chriſtus quæ modo dixerat ſupra verſ. 14. alia tamen de cauſa Euthym. Theoph. putant ideo repetiſſe, ut audientium diſcipulorum animos magis confirmaret, ac muniret, cùm ipſi audirent ſe eſſe ſeparatos à mundo ad exemplum ſui magiſtri. D. Aug. Beda referunt ad ſequentia, hoc nempè modo repetit Chriſtus, quod paulo antea dixerat. Nam prius dictum eſt. *De mundo non ſunt, ſicut & ego*, tanquam aſſignata cauſa odij mundani contra diſcipulos, quia ſunt diſſimiles mundo moribus, & affectibus. At nunc repetitur tanquam nova ratio impetrandi id quod rogat; quia ſcilicet contempto, ac relicto mundo, Dei Patris mandatis, ac cultui ſe totos conſecrarunt. Ita explicant Toletus, Lucas Burg. Cornel. & alij. 80.

Euthym. Theoph. D. Aug. Beda. Toletus. Luc. Burg. Cornel.

Ioan. 17. *n.* 17. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas eſt.

Num. 18. Sicut tu me miſiſti in mundum, & ego miſi eos in mundum.

Num. 19. Et pro eis ego ſanctifico meipſum: ut ſint & ipſi ſanctificati in veritate.

VERSIONES.

Syriacus n. 25. Pater ſanctifica eos in veritate tua, quia ſermo tuus veritas eſt.

Pagnin. Vatabl. Sanctifica eos per veritatem tuam.

Arabicus. Sermo enim tuus propriè veritas eſt.

Syriacus n. 18. Prout me miſiſti in mundum.

Euthymius. Ita & ego miſi eos.

Arabicus. Ego etiam miſi eos.

Syriacus. n. 19. Et pro eis ſanctifico animam meam.

Mar. Pro eis ego meipſum offero in ſacrificium.

Tagnin. Vt ſint & ipſi ſanctificati per veritatem tuam.

EXPOSITIO VII.

18. SANCTIFICA *eos*, ſanctifica, non actum inchoatum, ſed perfectum, ac conſummatū denotat, ut docet D. Aug. tract. 108. *Sanctifica*, id eſt conſecra, depura, ac perfice, ſeu fac idoneos gratia ſancti Spiritus miniſtros, ut ſuperata omni mundi perſecutione, & adverſitate. Ut ita verbo, & vita. *In veritate.* Ex Græco legitur *tua:* ſua ad tuam veritatem annuntiandam, ac prædicandam in toto orbe. *Sermo tuus veritas eſt.* Hæc doctrina Evangelica; quam ego à te accepi, & eis ad prædicandum dedi, *veritas eſt.* Non ſolùm quia in ea nihil falſi, ac mendacij, quo diſtinguitur à doctrina hujus mundi, ſed etiam veritas eſt, quia nullas continet umbras, & figuras, quibus lex Moyſis tota repleta erat. Orat ergo Chriſtus Patrem ut ſuos Apoſtolos gratia Spiritus ſancti confirmet, ac perficiat in omni ſanctitate, ac veritate Evangelica, ad eam prædicandam, quia iſta doctrina Evangelica, utpotè Patris veritas eſt.

D. Auguſt.

Græcus.

82. *Sicut tu me miſiſti in mundum.* Aſſignat Chriſtus, cur ſuos diſcipulos relinquat in mundo, & cur tam vehementer eos commendat Patri, ut eos ſervet, & ſanctificet, *Sicut tu me miſiſti in mundum.* Ut ſermonem tuæ veritatis mundo annuntiem. Nam Chriſtus D. ut eum appellat Paulus Hebr. 3. n. 1. *Apoſtolus, & Pontifex confeſſionis noſtræ* vocatur, ut N. D. Cyrill. adnotavit: *Et ego miſi eos.* Euthym. auctoritate à te accepta, qua in mundum à te miſſus ſum, ut etiam obſervant D. Auguſtin. tract. 108. D. Chryſ. & alij. Et ait, *Miſi eos.* Ipſi non ſe ingeſſerunt, nec propria auctoritate hoc munus uſurparunt; ſed ego miſi eos, ideo orat Chriſtus, ut Pater eos ſanctificet, ut hoc ſuo munere perfungantur. Comparat Chriſtus hic miſſionem ſuam miſſioni Apoſtolorum. Inter utramque eſt ſimilitudo, quod divina ſit, eſt etiam differentia, quia *Chriſtus miſſus eſt ad oves, quæ perierunt domus Iſraël.* Matth. 15. num. 24. Apoſtoli autem ad totum orbem. Sic eis dictum eſt. *Euntes in univerſum mundum prædicate Evangelium omni creaturæ,* Marci 16. n. 15.

Hebr. 3. D. Cyrill. Euthym.

D. Aug. D. Chriſ.

Matth. 15.

Marc. 15.

83. *Et pro eis ego ſanctifico meipſum.* Auget vim argumenti, & orationem impetrandi ſuis Apoſtolis ſanctificationem. *Et pro eis ego ſanctifico me ipſum.* Seu ut legit Mari. *Ego meipſum offero in ſacrificium.* Ac proinde *Sanctifico*, id eſt ego in hoſtiam, ac in Sacrificium me tibi offero, ac immolo, nam poſt paucas horas in cruce in ſacrificium offerendus erat, ſic ait N. D. Cyrill. *Chriſtus ſe ſanctificavit, obtulit nempe ſeipſum Deo Patri in ſanctam hoſtiam.* Et ait *pro eis* ſcilicet eorum ſalute, vita, ac conſervatione, *ut ſint & ipſi ſanctificati in veritate.* Ut ſint conſecrati, aptati in verbo, ac doctrina tua, quæ veritas eſt, ad ipſam veritatem annuntiandam, & ita ipſi ſint initiati, conſecrati, ac idonei redditi in veritate, ac ſermone tuo. Ut invicto animo omnes labores, perſecutiones, ærumnas ſuſtineant, ut ita omnes gentes convertant, & ad mei imitationem ſemetipſos ſanctificantes, in ſacrificium martyrij ſe tibi offerant, & immolent. Quod latè explicat D. Cyrill. lib. 11. cap. 25. D. Chryſ. homil. 81. Rupertus, Albertus Magnus, S. Thom. D. Bonav. Ianſen. Maldonat. Barradas, & alij.

Mari.

D. Cyril.

D. Cyrill. D. Chryſ. Rupert. Albert. D. Thom. D. Bonav. Janſenius. Maldonat. Barradas.

QUÆSITO XI.

Quare Chriſtus petit à Patre, ut ſuos Apoſtolos ſanctificet in veritate, quod variis ſententiis declaratur?

MVLTIPLEX eſt ſententia in declaranda hac oratione Chriſti ad Patrem. Prima ac mihi probabilior ſententia eſt, *eos ſanctifica*, id eſt præpara, perfice, & adimple omni puritate, ſanctitate, ac gratia Spiritus ſancti in veritate, ac in vera tua doctrina, ut idonei ſint miniſtri ad veritatem tuam Evangelicam annuntiandam: & in hoc ſenſu ſæpè verbum *ſanctificare* ſumitur in Scriptura, hoc eſt omni munditia, ac ſanctitate ſe præparare, & aptare ad rem ſacram. Ioan. 11. n. 55. de aſcendentibus ad Paſcha dicitur, *Vt ſanctificarent ſeipſos.* Actor. 21. n. 24. *His aſſumptis ſanctifica te cum illis.* 1. Cor. 5. num. 11. Poſtquam varia gentium peccata numerat, ait: *Sed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis*; de amore Chriſti erga Eccleſiam dicitur. Ad Epheſ. 5. num. 25. *Semetipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ.* Sic & noſtrum textum interpretatur D. Chryſ. homil. 81. Sanctifica eos in veritate tua; *fac ſanctos per Spiritus exhibitionem, & doctrinam rectam.* Ita enim Theophylactus, D. Thomas, D. Cyrill. Toletus, Barradas, Cornel. à Lapide, Tirinus, & alij. 84. *Prima ſententia.*

Joan. 11. Actor. 21. 1. Cor. 5.

Epheſ. 5.

D. Chriſ. Theoph. D. Thom. D. Cyrill. Tolet. Barrad. Cornel. Tirin.

Secunda ſententia. *Sanctifica eos*, id eſt hos meos diſcipulos, appropria, conſecra, ac ſegrega ad miniſterium Evangelicum, ſic in hac ſignificatione hoc verbum *ſanctifica*, id eſt appropria, ſegrega *mihi omne primogenitum.* Si & certis ceremoniis Aaron, & filij ejus dicuntur ſanctificati, hoc eſt conſecrati divino cultui. Levit. 8. num. 15. & 31. D. Thomas hoc loco. *In teſtamento veteri*, ait, *erat modus loquendi, quo omne quod deputatur cultui divino, dicitur ſanctificari.* Applica ad me Aaron. Exod. 28. num. 1. Orat ergo Chriſtus. Pater *Sanctifica eos*? Eos conſecra, ac deſigna, & deputa miniſtros, ac præcones Evangelij in veritate; ad veritatem nempe prædicandam; ſeu *in veritate.* Non in umbris, & figuris, ut olim fuerunt Aaron cum filiis ſuis. Ita D. Chryſ. hom. 81. Bellarm. lib. 1. de Chriſto, c. 3. Maldonat. Lucas Burg. Menochius, & alij. 85. *Secunda ſententia.*

Levit. 8. D. Thom.

Exod. 28.

Chryſoſt. Bellarm. Maldon. Luc. Burg. Menoch.

Tertia ſententia *Sanctifica eos in veritate*, ſanctifica eos in me, *qui ſum via, veritas, & vita*, cap. 14. ſupra n. 16. hoc eſt fac eos meæ ſanctitatis, ac bonitatis participes, ut in me ſemper ſint radicati, ac firmati. Ita D. Aug. tract. 108. D. Cyrill. Rupertus, & alij. 86. *Tertia ſententia.*

D. Aug. D. Cyrill. Rupert.

Quarta ſententia *Sanctifica eos in veritate.* Hoc eſt fac eos victimas, ac oblationes ſanctas, ut per martyrium tibi ſanctificentur, ac immolentur. Sicut Chriſtus infra ait num. 19. *Pro eis ſanctifico meipſum*; id eſt in ſacrificium me tibi offero in cruce; ſic & tu ſanctifica illos per martyrium, id eſt martyrij honore affice, ut per martyrium in veritate Evangeli prædicanda tibi gratiſſimæ hoſtiæ offerantur. Ex quo pondera, 87. *Quarta ſententia.*

quod

quod Chriſtus Dominus pro ingenti dono petit à Patre ſuis Apoſtolis Martyrium, ſic omnes Apoſtoli fuerunt Martyres. Pro hac ſententia, accipe

Theoph. Theophylactum. *Sanctifica*, ait, *eos Pater in veritate; hoc eſt ſepara eos in prædicationem, & fac eos ſacrificium, quod veritati tuæ miniſtret, huic ſuam vitam conſecrent. Subdit enim,* ſicut me miſiſti in mundum, & pro eis ego ſanctifico meipſum, *hoc eſt offero ſacrificium; ita & illos ſanctifica, hoc eſt ſepara in ſacrificium, in prædicationem, & conſtitue eos veritatis teſtes, ſicut me miſiſti veritatis teſtem, & hoſtiam.* Expende illud: *Separa in ſacrificium, in prædicationem.* Quodam modo valdè connexum eſt, quod quis ſit prædicator evangelicus, ac quod Martyr evadat.

Prædicator veluti idem eſt ac martyr.

88\. Quinta ſententia referri poteſt ex Cajetano ſanctifica eos, ut ſint ipſi ſanctificati in veritate. Sic ait Cajetanus, *ut ſint & ipſi mundificati in veritate, re, & officio veritatis. Quamvis poſſit intelligi, ut ſint ipſi ſanctificati non fictè, ſed in veritate.* Valdè ſolicitè poſtulat Chriſtus à Patre ſanctitatem ſuis Apoſtolis, & hanc ſanctitatem poſtulat in veritate, hoc eſt ſincerè, ſine fictione, ac ſimulatione, maximè curat Divinus Magiſter abigere à ſua ſchola homines affectatæ ſanctitatis, & qui larvam juſtitiæ induunt, hi enim juſtitiæ gladio juſtitiam interimunt. D. Chryſolog. ſerm. 7 de hypocriſi ſic ait: *Quæ virtutes truncat mucrone virtutum.*

Quinta ſententia Deo ſerviendum in veritate ſine fictione.

Chryſol.

89\. Hoc maximè commendat Apoſtolus 2. Corinth. 6. num. 6. *Exhibeamus noſmetipſos tanquam Dei miniſtros in multa patientia, in charitate non ficta.* Sic ad Epheſ. 4. num. 24. bonum virum laudat. *Qui ſecundum Deum creatus eſt in juſtitia, & ſanctitate veritatis.* Ubi D. Anſelmus exiſtimat pungi à Paulo homines, *qui falſam juſtitiam, & ſimulatam habent ſanctitatem.* Sic idem Apoſtolus ait citata Epiſtola cap. 6. num. 14. *State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate.* Apoſtolus non poteſt ferre, ut caſtitatem quis morum in externa apparentia ſimulet, cum intus lateat eorum depravatio, ac corruptio. Sic ibi Divus Anſelmus. *In veritate*, ait, *non in ſimulatione*; quatenus vera ſit noſtra caſtitas non ſimulata. Unde Herodes Atticus apud Agellium lib. 9. cap. 3. pungit quendam, qui Philoſophi habitu degebat, dicens: *Barbam, & pallium video, Philoſophum non video.*

2\. Cor. 6. Epheſ. 4. D. Anſelm. Epheſ. 6.

In veritate ſit noſtra virtus.

90\. Aſſumpto corpore, Deus ut volunt Chryſoſt. D. Cyrill. Euſeb. & alij, luctabatur cum Jacob; *dixitque ad eum, dimitte me; jam enim aſcendit aurora.* Geneſ. 32. num. 26. Cur tamen recuſat videri die claro, ac ſi verecundetur, manifeſtè ſe exhibere? Aderat Deus phantaſtico corpore aſſumpto, quod exterius corpus cernebatur, cùm in rei veritate corpus non eſſet, & adeo exoſum eſt Deo, ut una res aliter appareat ac eſt, ut patenter, & manifeſtè nolit videri, cum corporis repræſentatione, quod corpus non erat. Patrocinatur Abulenſis dum ait, *Nolebat ab aliis videri ſub illa ſpecie.* Vide multa tom. 1. 2. 3. 4. in Indice verbo. *Hypocriſis*, vel *fictio.*

D. Chryſ. D. Cyrill. Euſebius. Geneſ. 32.

Deo res exoſa, quæ aliter apparet, ac eſt.

Abulenſ.

Ioan. 17. n. 20. Non pro eis autem rogo tantum, ſed & pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me, ut omnes unum ſint.

Num. 21. Sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipſi in nobis unũ ſint: ut credat mundus, quia tu me miſiſti.

VERSIONES.

Syriacus n. 20. Neque pro eis rogo tantum modo, ſed & pro iis, qui credituri ſunt in me per ſermonem eorum.

D. Cyprian. de Orat. Dominica. Non pro his autem ſolis.

Arias Montan. Sed pro credentibus per verbum eorum.

Arabicus. Ut omnes ipſi unum ſint.

Syriacus. n. 21. Sicut tu Pater meus in me, & ego in te.

S. Gregor. Nyſſenus. Quemadmodum mi Pater in me es, & ego in te.

Origenes. Pater da, ut ſicut ego & tu unum ſumus, ita & iſti.

Vatabl. Ut credat mundus, quod tu me miſeris.

EXPOSITIO VIII.

NON *pro eis autem rogo tantum.* Primò rogavit Dominus pro ſe, ſecundo pro Apoſtolis, ſub quibus includebat, ac intelligebat 72. diſcipulos, ac cæteros immediatè à ſe converſos, nunc orat pro cæteris fidelibus, qui quovis tẽpore, ac ſæculo voce ſuorum Apoſtolorum, ac prædicatorum erant convertendi, quos omnes, prout homo erat, & hic orat, in individuo, clarè, & diſtinctè videbat ut beatus in eſſentia divina, & ut viator per ſcientiam infuſam, ut ex Suario notat Cornel. *in me*, ut filium tuum, verúmque Meſſiam promiſſum in lege. Ut omnes, quamvis valdè diverſi numero, conditione, ac natione *Vnum ſint* fide, affectu, charitate, ac cõcordia. Euthym. *Quum ergo*, ait, *à dilectione, & concordia inceperit.* Mandatum novum do vobis. Joan. 13. n. 34. *Rurſus in hac concluſit ſermonem oſtendens, quod Deo chara ſit, ac magno ſtudio affectanda dilectio.* Chriſtus hic tantùm orat pro ſolis fidelibus, quibus vale dicit, non verò pro infidelibus, pro quibus alibi, ut in cruce oravit. Vide ſupra quæſt. 8. 91.

Cornel. Euthym. Joan. 13.

92\. *Sicut tu.* Modum, quo vult fideles inter ſe unum eſſe explicat: *Sicut tu Pater in me.* Unum es, *& ego in te*, unum ſum. *Vt & ipſi in nobis.* Ut ipſi firmati, ac corroborati in noſtra gratia, noſtróque auxilio, modóque nobis conſentaneo, *Vnum ſint.* Vera, ac ſancta unione. Illa particula *ſicut*, non identitatem omnimodam, ut intendebant Arriani, ſed ſimilitudinem quandam ſignificat. Pater enim, & filius unum ſunt per eandem numero eſſentiam, & naturam Divinam; nos verò unum ſumus, per quandam qualitatem, ſcilicet charitatem, & concordiam; per hanc enim Deo unimur; exhortatur ergo Chriſtus nos ut illam ſupremam unionem, quantum nobis fas eſt, & licet imitemur, ut ſi Pater, & Filius unum ſunt natura, nos unum ſimus *Charitatis, pacis, ac concordiæ vinculo.* Ut loquitur D. Cyrill. & in præſentiarum Divus Chryſoſtomus hom. 81. *Iterum*, ait, *cum non exactæ æqualitatis eſt, neque enim ita unum eſſe poterant, ſed pro humana facultate,*

D. Cyril. Chryſ.

Auguſt. D.Cyprian. D. Ambr. D. Hilar.

tate, ſicut cùm dicit, eſtote miſericordes, ſicut Pater veſter. Ita D. Aug. lib. de ſalutaribus documentis c.9. D.Cyprian. de orat. D. Ambr. lib.4. de fide c.2. D.Hilar. l.8. de Trinit. *Vt credat Mundus*, explicat Chriſtus D. fructum provenientem ex hac unione Spiritus ſancti, *Vt credat mundus, quia tu me miſiſti*: Ut videntes homines tantam fidelium unionem, ac concordiam, eos trahat, ac compellat ad credendum, Jeſum eſſe filium Dei, mundi ſalvatorem, eo quod tanta unio, ac concordia ab alio non poterat induci, niſi à verò Deo pacis auctore.

Quæstio XII.

De hac oratione Chriſti pro omnibus futuris fidelibus tres quæſtiones expendo?

93. *1. Quæſtio.* PRIMA quæſtio. Quare Chriſtus hìc orat pro omnibus futuris fidelibus? *Non pro eis rogo tantum; ſed & pro eis, qui credituri ſunt.* Reſpondet 1. D. Chryſ. hom. 81. *Iterum*, ait, *eorum animos erigit, judicans multos futuros diſcipulos: cum enim quod habebant eximium, commune fecit, iterum eos conſolatur, oſtendens eis aliorum ſalutis futuros auctores.* Multa præclara dicit ſanctus Pater, quod Chriſtus pro conſolatione ſuorum Apoſtolorum, qui præſentes aderant, hic rogat pro futuris fidelibus, quia pro laboribus tolerãdis magna conſolatio erat Apoſtolis, quod præclaros diſcipulos eſſent habituri. Idem docet Euthym. & etiam magna erat eis conſolatio; quod tanta bona ſpiritualia, quæ ipſis Apoſtolis erant data, communicanda eſſent cum aliis, *quod habebant eximium commune fecit.* Et quod aliorum ſalutis futuri eſſent Auctores, & Principes. Secundò Theophyl. quia dixerat Chriſtus ſupra n. 19. pro ipſis. *Ego ſanctifico meipſum*, hoc eſt offero in ſacrificium meipſum, ait, *ne putet quis, quod pro ſolis Apoſtolis mortuus ſit, ſubdit non pro eis rogo ſolum, ſed pro omnibus.* Quod etiam docet Rupert. Charitas Chriſti ad omnes extenditur, ac diffunditur, nihil magis ab ea alienum, quàm quod ad paucos ſit aſtricta, ac coarctata, inde occurrit Chriſtus. *Non pro eis rogo ſolum.*

Chryſoſt. — *Juſtis magna conſolatio, quod ſua bona aliis communicentur.* — Euthym. — Theoph. — *Chriſti dona ad omnes.* — Rupert.

94. Solutio communis, ac vera, & tertia eſt, quod Chriſtus non ſolùm pro Apoſtolis, qui corpore præſentes erant, ſed etiam pro omnibus oravit Chriſtianis, qui futuri erant uſque ad finem orbis, quos intuitivè agnoſcebat per ſcientiam beatam, & infuſam, ac proinde tanquàm optimus parens, & omnium ſalvator ſuo æterno Parenti maximè commendabat orans pro eorum ſalute, promotione, conſervatione, ac augmento. Ita Theodorus, Heracleotes, Leontius, Euthymius, Carthuſ. Hugo, & alij.

Theodor. Leont. Euthym. Carthuſ. Hugo.

95. *2. Quæſtio.* Secunda quæſtio, quia Chriſtus hic orat *pro iis, qui credituri erant per verbum eorum*; ſcilicet Apoſtolorum. Et tamen multi credentes erant tunc qui non ab Apoſtolis, ſed à Chriſto verbum audierunt, ut Nathanaël, Centurio, Nicodemus, Magdalena, quod etiam idem dici poteſt de bono latrone, ac aliis, qui non fuerunt excepti ab hac oratione Chriſti.

96. D. Aug. Reſpondet D. Auguſt tract. 108. quod licet aliqui antea crediderint, poſtea verò perfectius crediderunt per verbum Apoſtolorum, quia receperant idem Verbum, quod Apoſtoli prædicavèrunt. Secundò Cardinalis Toletus ait, quod omnes credentes in Chriſtum his verbis comprehenduntur. *Denominatio*, ait, *ſumitur à majori parte. nam credentium numerus maximè prædicatione Apoſtolorum multiplicatus eſt, & omnes multa ſibi ignota ab Apoſtolis didicerunt.* Tertiò Maldonatus. Quod conſiderandum eſt, quid Chriſtus ageret, commendabat Apoſtolos Patri, in eorum ergo commendatione dicit: *Sed pro eis, qui credituri ſunt, per verbum eorum in me.* Eos ergo intelligit credituros, qui Apoſtolorum miniſterio credituri erant, ij enim ſoli ad eorum gloriam, & commendationem pertinebant.

Toletus. — Maldon.

Mihi tamen verior, & facilior eſt ſolutio, quod Chriſtus D. à n. 6. hujus cap. ubi incipit orare pro ſuis Apoſtolis, ſub eis intelligit. 72. diſcipulos, ac omnes fideles, qui tunc aderant, hos omnes enim comprehendunt illa verba Chriſti, n. 8. *Verba, quæ dediſti mihi dedi eis, & ipſi acceperunt, & cognoverunt, quia à te exivi, & crediderunt, quia tu me miſiſti.* Ac proinde orat pro omnibus, qui ipſum receperunt, & crediderunt ipſum eſſe verum filium Dei miſſum in mundum pro ſalute humani generis. Nunc verò ab hoc verſu 20. *Non pro eis rogo tantum*, &c. incipit orare pro futuris fidelibus, qui verbum Apoſtolorum, ſeu doctrinam Apoſtolicam, ſive ab Apoſtolis, ſive ab alio prolatam, credituri erant. 97.

Probabilior ſententia.

Tertia quæſtio eſt. Chriſtus exauditus eſt à Patre: ergo unitatem, quam petebat, *ut ſint unum*, impetravit: cùm ergo fideles improbi charitatis unionem non habeant, videtur quod pro ipſis non oraverit Chriſtus, nec eis unionem poſtulaverit à Patre. 98. *3. Quæſtio.*

Reſpondemus veriſimile eſſe, quod pro ſolis electis Chriſtus oraverit, qui dilectionis unitatem ſervant, & retinent, & quod pro illis fuerit exauditus à Patre, quod nobis maximè ſuadent ſequentia verba. *Pater quos dediſti mihi, volo ut ubi ſum ego, & illi ſint mecum*, &c. Quæ de electis exponuntur, ut dicam expoſitione ſequenti; ergo etiam hæc antecedentia de illis ſunt explicanda. Et hæc eſt ſententia D.Thom. 3. p. q. 21. art. 4. ad 2. *Non oravit, ait, Dominus pro omnibus qui erant credituri in eum, ſed pro his ſolis, qui erant prædeſtinati, ut per ipſum vitam conſequerentur æternam.* Dici etiam poteſt, Chriſtum pro omnibus oraſſe ſufficienter pro prædeſtinatis verò efficaciter. Quemadmodum mors ſufficiens fuit omnibus, ut ſalvarentur; non tamen efficax, ſic & oratio; ut latius dicemus lib. ſequenti, cùm de oratione Chriſti in Cruce fuerit ſermo. 99.

D. Thom.

Quæstio XIII.

Quare ex concordia diſcipulorum probat Chriſtus, quod ipſe ſit cognoſcendus verus filius Dei?

ORANS Chriſtus in præſenti, pro ſuis fidelibus ſic petit à ſuo æterno Parente. *Vt omnes unum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipſi in nobis unum ſint, ut credat mundus, quia tu me miſiſti.* Quæ verba non ſolùm de unanimi unione, pace, ac concordia per charitatem, ſed etiam de illâ, quæ fit in nobiſmetipſis cum Chriſto in Euchariſtia, interpretatur N. D. Cyril. lib. 11. in Joan. cap. 26. *Vt igitur inter nos*, ait, *& Deum* 100.

D. Cyril.

Deum ſingulos uniret , quamvis corpore & anima diſſemus ; modum tamen adinvenit , conſilio Patris , & ſapientiæ ſuæ congruentem : ſuo enim corpore credentes per communionem myſticam benedicens , & ſecum , & inter nos unum nos corpus efficit. Nam ſi omnes unum panem manducamus , unum omnes corpus efficimur : dividi enim, atque ſejungi Chriſtus non patitur.

Euchariſtia nos adjungit Chriſto , ac unum efficit.

Prædicatur Chriſtus , ut omnes fideles,& inter ſe, & cum Deo unum ſint , ita maneant conjuncti,& adunati , ut nolint ab eo diſiungi, ac ſeparari; & quomodo unio fiet ? mediante nempe cœleſtis convivij cibo, quo homo manet in Deo, & Deus in homine : *Secum & inter nos unum corpus efficit. Nam ſi omnes unum panem manducamus , unum corpus efficimur.*

101. Tunc ſubdit Chriſtus. *Vt & ipſi in nobis unum ſint, ut credat mundus, quia tu me miſiſti.* Et cur hoc erit efficax argumentum credendi , ac confitendi Chriſtum eſſe miſſum à Patre , ut filium ejus unigenitum ? quia omnes fideles unum ſunt cum eo per communicationem corporis ac ſanguinis ſui , *Vt credat mundus, quia tu me miſiſti.* quia cum cognoſcat mundus , quod Chriſtus ſemetipſum in cibum , & potum dedit , ut fideles ſuos aleret,ac inter ſe unum uniret , tunc credet ipſum eſſe filium Dei ; ſolus enim Dei filius Patri conſubſtantialis in tantum poterat homines diligere , ut eos ſuo corpore, & ſanguine ſatiaret,ac in unum coadunaret. D. Algerus lib. 3. de corp.& ſang. Domin. *Hoc eſt corpus ejus , ipſe proprijs manibus panem accepit proprio ore protulit verba , ut corpus & ſanguinem ſuum nobis in cibum , & potum daret.* Vide quæ dixi tom. 3. c. 35. q. 36. n. 241. 242 243.244.

Euchariſtia efficax ſignũ Divinitatis Chriſti.

D.Algerus.

102. Secundò. Communis ſententia , præfata verba *in nobis unum ſint*, de unione, ac pace per charitatem interpretatur, ita ut ex tanta unione meorum diſcipulorum, ego eorum Magiſter , ait Chriſtus, verus filius Dei ſim agnitus ; ſolùm enim tanta concordia , ac unio à vero filio Dei poterat induci Theoph. *Etenim à concordia diſcipulorum , ait , ego doctor comprobabor , quod à Deo exiverim.* Et quare ex concordia diſcipulorum comprobabitur quod à Deo miſſus ſit , explanat Chryſoſt. hom.81. *Quia pacis eſt Deus : ſi ergo quæ ex iis didicerunt , ſervarunt à diſcipulis magiſtrum auditores intelligent ſi diſſentient , non invenient Dei patris eſſe diſcipulos , ſi non ero pacificus , à te miſſum non confitebuntur.* Ac ſi dicat , cum Deus pax ſit qui omnia ad pacem , & unionem refert,non poterit eſſe alius niſi Dei verbum , ac ejus filius , qui tam ſolicitè Dei nomine ad pacem adhortatur.

Ex unione , ac charitate diſcipulorum oſtenditur Chriſtus filius Dei.
Theoph.
Chryſoſt.

103. Ambroſ. Ad quæ verba. *Vt omnes unum ſint.* Profundè , & eleganter ait D. Ambroſ. lib. 3. de virginibus. *unum igitur nos eſſe vult Dominus , ut ſupra mundum ſimus.* Quiſquis ad magna evolare vult, unione ſtudeat , & ſupra mundum erit. *Vt ſupra mundum ſimus.* Qui ſupra humanas metas tranſilit , & ſupra humanas vires aſcendit , hoc præſtat unum eſſe , unioniſque gratiam habere , ab ea enim mutuatur homo nobiliorem naturam , & ut ſupra mundum ſit. Ecce quanta eſt unionis gloria ut ſupra humanam conditionem elevet , & ad inſtar felicis Trinitatis, imitatione quadam ſublimi gaudeat.

Vnione , ac charitate elevatur homo ſuper humanam conditionem.

104. De tanta gloria , ac ſplendore cuncti admirantes clamant : *Quæ eſt iſta , quæ progreditur , quaſi aurora conſurgens , pulchra ut Luna , electa ut ſol , terribilis ut caſtrorum acies ordinata* ? Cantic. 6. n. 9. Ultima verba Septuaginta transferunt : *Stupor ut ordinata.* Totum affatum de Eccleſia interpretantur. D. Gregor. Magn. Philo , Caſſiodor. Beda & alij : & valde mirum , quod cum Eccleſia dicatur conſurgere quaſi aurora tranſactis tenebris infidelitatis , pulchra ut Luna , quæ à vero Sole Chriſto Jeſu illuminatur , quæ etiam electa ut Sol dicitur , quia non ſolùm in altera vita perpetuo reſplendet, ſed in præſenti continuo fulget, opere, actione,doctrina , ac virtute miraculorum. Dicitur deinde ſtupor ſeu admiratio , prout eſt , unita charitate adverſus dæmonum exercitus ; maximè tamen ponderandum , quod non dicitur ſtupor , ſeu admiratio Eccleſiæ , prout fulget ut aurora , ſeu ut Luna , ac etiam reſplendet ut Sol poteſtate & miraculis , ſed tantum prout eſt ordinata unione,ac charitate,Caſſiodoro interprete, ac ſi magis mirabilis ſit in Eccleſiæ filiis unio per charitatem, quam in eis poteſtas ad ſigna , & prodigia. Huc advoco , quod eleganter dixit D. Chryſoſt. hom.33. in 1.ad Corinth. *Nam etſi,ait, ſexcenta quidem miracula edant , dum diſſident inter ſe , ridiculi cæteris erunt quemadmodum etiam ſi nullum ſignum edant , diligant autem ſeſe, verè ſuſcipiendi , invictique omnibus mortalibus permanebunt. Nam & Paulum eam ob rem miramur, magis autem, quam ob mortuos ſuſcitatos , lepraſve mundatas , ſtupenda vox eſt* ; quis infirmatur , & ego non infirmor , quis offenditur , & ego uror. *Sexcenta mihi narra miracula , nullum huic æquiparandum adduces.* Nota illud *ſtupenda vox.* Mirabilior in Paulo vox ſonans charitatem , quàm operatio multa edens miracula. Unde hic Chryſoſt. hom. 81 in Joan. *Potentiorem pacem , quàm ſigna ad perſuadendum demonſtrant.*

Cantic.6.
Septuag.

D. Gregor.
Caſſiod.
Beda

Caſſiodor.

Admirabilior eſt unio in charitate , quàm miraculorum operatio.
D.Chryſ.

Ioan. 17. *n.* 22. Et ego claritatem, quam dediſti mihi , dedi eis : ut ſint unum , ſicut & nos unum ſumus.

Num. 23. Ego in eis , & tu in me; ut ſint conſummati in unum : & cognoſcat mundus , quia tu miſiſti , & dilexiſti eos, ſicut & me dilexiſti.

VERSIONES.

Syriacus n. 22. Ego gloriam,quam dediſti mihi.

D. Hilar. Ego honorem , quem dediſti mihi.

Syriacus n. 23. Ego in eis,& tu in me,ut ſint perfecti in unum : & cognoſcat mundus me à te miſſum eſſe , téque eos diligere , prout & me dilexiſti.

Arabicus. Et tu dilexiſti.

Clemens Alexandr. Quemadmodum & me dilexiſti.

Franc. Luc. Sicut me dilexeras.

EXPOSITIO IX.

ET ego auctoritate tua , *Claritatem* ; ſeu gloriam , quam dediſti mihi filiationis divinæ , 105.
hanc enim habet Chriſtus , ut Deus per naturam,

ram ut homo per unionem hypoſtaticam ; *dedi eis* ; hanc ergo gloriam, filiationis Divinæ dedit, ac communicavit Chriſtus Dominus ſuis fidelibus, ut ſcilicet eam habeant, non per naturam, ſed per adoptionem, ac gratiam, ut ſint filij Dei non naturales ut eſt Chriſtus, ſed adoptivi, de quo latius quæſt. ſequenti *Ut ſint unum*, id eſt facti omnes filij Dei ſint unum fraterna dilectione, atque concordia. *Sicut & nos unum ſumus*, hoc eſt ad exemplum, & imitationem noſtram qui ſumus unum per naturam, ipſi ſint unum charitate, ac dilectione, ut eſt explicatum ſuperiori expoſitione. *Et ego ſim in eis*, per gratiam, & amorem, tanquam caput meorum membrorum, meorúmque fratrum adoptivorum, *& tu in me*, per naturam, & ſubſtantiam, ad cujus imitationem, ad cujus ſimilitudinem ego ſim in eis per adoptionis
Syriac. gratiam. *Ut ſint conſummati*, ſeu ut Syriac. legit, *perfecti in unum*. In unum fraterna unitate, ac charitate.

106. *Et cognoſcat mundus*. Ex tanta ſanctitate, ac mutua charitate, ac unione diſcipulorum, quo fit *ut ſint conſummati*, ſeu *perfecti in unum*; ut immediatè antea dixerat : nam ut rectè ait D. Chriſoſt.
Chryſoſt. homil. 81. indicat Dominus potentiorem eſſe concordiam diſcipulorum, quàm multa miracula ad manifeſtandam Chriſti Domini divinitatem & ipſum miſſum eſſe à Patre, cujus lex, ac religio tantam inter homines in terris concordiam, ac unitatem effecit. *Quia tu me miſiſti*, Hanc ſententiam, quam dixerat num. 21. Iterum hîc repetit. *Idem dixit, ut firmius concordes ſint, certiores effecti, quod hoc maximè ad fidem attrahat*
Euthym. *homines*. Sic ait Euthymius : *Et dilexiſti eos* ; adoptans eos in filios, faciénſque Apoſtolos, ac legatos tuos. *Sicut dilexiſti me*. Dum me filium Unigenitum tuum genuiſti, ac legatum & ſalvatorem in mundum miſiſti. Illa particula, *ſicut*, non dicit æqualitatem dilectionis ; nam dilectio Patris in Chriſtum longè ſuperat dilectionem in omnes fideles, ſed de dilectione ſimili explicanda eſt, ut
D. Athanaſ. multis docent D. Athanaſ. ſerm. 4. contra Arria-
D. Ambr. nos. D. Ambroſ. lib. 5. de fide, c. 3. D. Auguſt.
D. Aug. tract. 110. in Joan. D. Cyrill. lib. 11. in Joan. c. 23.
D. Cyrill. *Non æquali menſura creaturam, & filium Deus ſuum amabit*. Ac proinde diligimur ut filij ad ſimilitudinem filij naturalis.

QUÆSTIO XIV.

Quid ſub claritatis nomine intelligatur hîc à Chriſto, cum ait : claritatem quam dediſti mihi, dedi eis, *inquiritur* ?

107. PRIMA ſententia, & mihi maximè probabilis eſt, quam ſecutus ſum in expoſitione, ut claritas, ſive gloria, hic accipiatur pro gloria, & claritate filij Dei, hoc pacto, ego claritatem, ſive gloriam filij Dei naturalis, quam dediſti mihi, quia me genuiſti, dedi meis fidelibus, feci enim eos Dei filios, non quidem naturales, ſed adopti-
D. Ambr. vos, Juxta illud Joan. 1. n. 12. *dedit eis poteſtatem*
Janſen. Joan. 1. *filios Dei fieri*. Ita D. Ambroſ. lib. 5. de fide, cap.
Tirin. 4. Janſen. Eſtius, Tirinus, & alij.
108. Secundò D. Auguſtinus tract. 110. Beda, Ru-
D. Aug. pertus, Hugo, Carthuſ. per claritatem intelligunt gloriam, ſeu immortalitatem, quam in vita æterna erant habituri, ac ſi dicatur, gloriam illam, quam paulo poſt mihi dabis, dum elevatus in cœlum ſedebo ad dexteram tuam, ac *dedi eis* ; ponitur præteritum pro futuro, vel dedi illis, jam meis meritis eam illis comparavi, ſeu ut ait Carthuſ. dedi in ſpe. Beda. Rupert. Hugo. Carthuſ.

Tertiò D. Chryſoſtomus homil. 81. Euthymius, Theophylact. de illa explanant claritate, ſeu gloria, quam Chriſtus ſibi ex egregia doctrina, & mirabili tot ſignorum, atque prodigiorum effectione comparaverat, quam etiam diſcipulis communicavit cum eadem ac ipſe effeciſſent, & majora cum res poſtulaverit miracula faciendi poteſtatem tradiderit diſcipulis. 109. Chryſoſt. Euthym. Theoph.

Quartò Maldonatus opinatur, quod Chriſtus vocat hic claritatem dilectionem, de qua agit n. 26. Senſus igitur eſt. Sicut tu me dilexiſti, ita ego eos dilexi, fac ut & ipſi inter ſe diligant, quæ erat unitas illa quam ab illis poſtulabat. Vocat ergo claritatem, eam dilectionem, qua Pater eum proſequebatur, oſtendens eum filium ſuum dilectum ; hanc ergo claritatem dedit ipſe diſcipulis ſuis dans pro illis vitam. Juxta ergo hanc ſententiam claritas ponitur pro dilectione, à qua ſententia non eſt longè Cajetanus. 110. Maldonat. Cajet.

Dat ergo Chriſtus gratias Patri, quod ei conceſſum ſit dare diſcipulis ſuis charitatem, unionem ſimilem ei, quam Pater ei dedit. Sic ait Theoph. *qualem gloriam datam eſſe dicis ? eam quæ per ſigna, & aliam quoque gloriam concordiæ, ſcilicet, ut ſint unum. Iſta enim gloria major eſt quam ea, quæ ſignorum*. Exiſtimat ille, quod gratias refert Patri, pro gloria data Diſcipulis ſignorum, ac unionis & charitatis, tamen hæc major illa eſt, ut jam dixi quæſt. 13. 111. Theoph. *Unio maius bonum, quàm gratia ſignorum.*

Quinto. Iterum ad eadem verba Theoph. *Claritatem, quam dediſti mihi, dedi eis, ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus*. Sunt qui per claritatem intelligant perſpicuitatem, ac facilitatem verborum. Ut Pater Hieronymus de Guevara in cap. 1. Matth. verſ. 1. obſervat. 10. num. 26. ſic explicans Theoph. verba. *Qualem claritatem datam eſſe dicis ; eam quæ per dogmata, & per ſigna, & doctrinas : & aliam quoque gloriam concordiæ ſcilicet, ut ſint unum*. Optimè novit Divina ſapientia verborum claritatem, & charitatem ferè ſynonyma eſſe, *claritatem, quam dediſti mihi dedi eis*. ut ſint unum, nam qui multum eſt tibi charus, etiam ille tibi clarus eſt. Nullam verborum obſcuritatem patitur amor ; optima ergo verborum conſequentia eſt. *Ego claritatem, quam dediſti mihi, dedi eis, ut ſint unum*. Claritas in loquendo exprimit amorem tanquam illius propria, & individua conditio. Meritò ergo Theophyl. ex hac voce. *Charitatem*, tanquam proprium elicit partum divinæ liberalitatis in diſcentes effuſum, & claritatem doctrinæ, quam ſuis largitus eſt Chriſtus Dominus ac ſimul nexum charitatis ; amoris index claritas eſt verborum. 112. Guevara. Theoph. *Claritas verborum charitatis ac amoris index.*

Ait Paulus Roman. 8. num. 17. *Si autem filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti*. Ad cujus intelligentiam advertendum eſt quod ipſe Paulus Hebræor. 9. num. 16. ait : *Ubi enim teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt : alioquin nondum valet, dum vivit, qui teſtatus eſt*. Ad quæ verba profundè, ac ænigmaticè ait Bruno. *Si quærimus, quomodo ſumus hæredes Dei, cum ejus habeat hæredem eſſe morte deceſſeris*. 115. Rom. 8. Hebr. 9. Brun.

deceſſoris. Reſpondetur, *quod Deus nobis quodammodo morietur in æterna beatitudine, eo modum hoc, quod nunc videmus eum per ſpeculum, & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.* Mirabilem aſſertum&, multa diſcuſſione dignum, *quod Deus nobis quodammodo morietur in æterna beatitudine.* Et quomodo hæc mors Dei in cœleſti patria contingere poterit? Nihil aliud erit niſi ipſa obſcura cognitio Dei, quam de illo in hac vita per ænigmata formavimus. Dum enim res concipitur, habet quoddam eſſe objectivum: hoc ergo eſſe objectivum cognitionis obſcuræ Dei, in patria evacuatur; & illa quodammodo moritur Deus: juſtus enim cum ad æternam beatitudinem pervenit, lumine gloriæ afflatus, perfectam, ac claram cognitionem gignit de Deo, per quam hæres Dei conſtituitur, perfectiſſimoque amore illi unitur, ac copulatur, tam ingens, ac perfectus beatorum amor omnem cognitionem obſcuram, ac ænigmaticam excludit, & claram, evidentem, ac intuitivam ſimul ſecum importat: ingens enim fervidus amor, non ea ignoſam ſed perlucidam admittit notitiam. Vide quæ dixi hoc libro c. 19. n. 58. 59. 60.

Perfectus amor non admittit cognitionem obſcuram, ſed claram.

Quæstio XV.

Gravis Sententia prædictum proloquium de claritate, de Sacra Eucharistia interpretatur.

114\. Valde celebris in hac re eſt ſententia, quæ totum hoc Chriſti affatum. *Claritatem, quam dediſti mihi, dedi eis, ut ſint unum.* De ſacra Euchariſtia explicat hoc modo. Ego gloriam, ſive claritatem, quam dediſti mihi in Euchariſtia, ut a cunctis hominibus panis vinique ſpeciebus velatus adorer, & colar, *hanc dedi eis.* Dedit, & communicavit nobis Chriſtus Euchariſtiam, in qua maximè glorificatur in terra; *hanc dedi eis, ut ſint unum ſicut & nos unum ſumus.* Etenim Euchariſtia eſt Sacramentum unitatis Chriſtianorum juxta illud Pauli 1. Corinth. 10. *Unus panis, & unum corpus multi ſumus omnes qui de uno pane participamus.* Hanc ſententiam docent Divus Hilarius lib. 8. de Trinit. Divus Cyrillus, lib. 11. in Joan. cap. 26. & cap. 27. ſubdit *hanc claritatem, & gloriam Pater quam mihi dediſti; quæ eſt, ut tecum unum ſimus, dedi eis: ut ſint unum ſicut & nos unum ſumus.* In hacque ſententia ſunt Leont. Ribeira, Menochius Antonius Eſcobar in c. 6. Joan. lib. 3. ſect. 5. anno 3. n. 28

Euchariſtia Sacramentū unitatis.

1\. Cor. 10.

D. Hilar. D. Cyril.

Leontius Ribeira. Menoch. Eſcobar.

115\. Tolet.

Altius rem explicat Toletus in comment. *Claritatem quam dediſti mihi*, &c. Claritas hæc eſt Divinitas ipſius filij, quam ut homo dicit ſe accepiſſe à Patre per unionem hypoſtaticam, hanc divinitatem unitam carni ſuæ dedit nobis Chriſtus in Sacramento, quod tunc quando hæc loquebatur, jam inſtituerat. Ac ſi diceret Chriſtus, Pater divinitatem, divinumque honorem, ac gloriam, quam ex conjunctione meæ humanitatis cum divinitate mihi communicaſti, *Dedi eis*, per mei corporis, ac ſanguinis participationem in Euchariſtia, quia quicquid gloriæ, ac honoris ex divinitate corpori ſuo accedebat, largiſſimè ſuum corpus communicantibus communicavit; cum hoc eſſet Sacramentum amoris, omnem claritatem, Divinitatem, gloriam, & honorem, quem

Chriſtus ſuā divinitatem, gloriam, & honorem nobis communicat in Euchariſtia.

Pater illi dedi, ſuis fidelibus in hoc ſacramento communicavit.

Et addit Chriſtus. *Ego in eis, & tu in me: ut ſint conſummati in unum*; hoc eſt ut ego, & illi ſimus ſummopere uniti. Et notandum, quod non ſolum Chriſtus in hoc Sacramento dat nobis ſuum eſſe, ſed etiam dat nobis Patrem ſuum: *Ego in eis, & tu in me.* Nam ſi Pater eſt in Chriſto, & Chriſtus ſe nobis dat in Sacramento, etiam dat Patrem. In ſacramento Incarnationis, ut explicaretur magnitudo Divini amoris, dicitur filius nobis datus. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret.* Joan. 3. num. 16. At in Sacramento Euchariſtiæ, ut exprimerentur ingentes divitiæ Divini amoris, non ſolùm dicitur filius datus, ſed etiam Pater. Verum eſt, quod in Incarnatione, cum filius eſt datus, etiam Pater eſt datus, nam divinitas eſt inſeparabilis à divinis perſonis. Tamen in Incarnatione, ut Divinus amor declararetur, ſufficiens fuit dicere filium eſſe datum. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret*; at in Euchariſtia ſic æſtuavit Divinus Amor, tanquam ingentes fuerunt ejus divitiæ, ut ad has explicandas, expediens fuerit expreſſe dicere, & quod Filius, & Pater ſit nobis datus. 116.

Joan. 3.

Maximè reſplenduit divinus amor in Euchariſtia.

Meritò ergo Divus Bernadus ſerm. in cœna Domini vocat Sacram Euchariſtiam *amorem amorum*; & Pſalmus ille 22. *Dominus regit me*, qui ad laudes Sacræ Euchariſtiæ decantandas totus compoſitus eſt, ut docent Divus Ambroſ. lib. 5. de Sacr. cap. 3. Theodoretus, Rupertus, N. Incognitus, Bellarm. & alij communiter; habet pro titulo *in finem*; ſeu ut alij vertunt, *Triumphatori*, quia in hoc admirabili Sacramento inter omnia alia opera Divinus Amor triumphavit, trophæaque erexit. 117.

D. Bernard. *Euchariſtia amoramorū, & triumphus amoris.* D. Ambr. Rupert. Incognit. Bellarm.

De ſuo dilecto ſponſo Chriſto Jeſu decantat Eccleſia, *Dilectus meus candidus, & rubicundus; electus ex millibus.* Cantic. 5. num. 10. & cur ſic dicitur, nam in his terminis videtur multa contradictio involvi, rubedo cum candore pugnat, & cur ſic electus dicitur ex millibus? Locus de Chriſto in Sacramento altaris à multis exponitur, & merito ibi omnia concinunt, uno eodemque tempore Chriſtus ibi candidum & rubrum ſe exhibet. Cum ſpeciebus panis occultatur, tanquam nix dealbatur, at cum ibi vehementi amoris flamma accenditur, rubeſcit. Exterius tanquam nive dealbatus apparet; intus vero tanquam igne inflammatus, totus rubicundus conſideratur. *Candidus, & rubicundus.* Id autem quod ſequitur, *electus ex millibus.* A Rabbinis vertitur, *Vexillatus ex millibus.* Ac ſi dicatur ab Eccleſia, dum dilectus meus candidus, & rubicundus eſt in Sacramento altaris, vexillatus eſt ex millibus ſeu mille vexillis eſt inſignitus, ac conſpicuus, quibus fulget, & nitet ſuper univerſa opera ſua, ac ſi in hoc Sacramento amor omnia ſua vexilla erexerit, ac collocaverit. Vide ſuprà cap. 1. n. 82. 118.

Cantic. 5.

In Euchariſtia amor erexit Mille vexilla.

Joan. 17. *n.* 24. Pater, quos dediſti mihi volo ut ubi ſum ego, & illi ſint mecum: ut videant claritatem meam, quam dediſti mihi: quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi.

Num. 25. Pater juſte mundus te non cognovit:

gnovit : ego autem te cognovi, & hi cognoverunt, quia tu me miſiſti.

Num. 26. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam : Ut dilectio, qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis.

VERSIONES.

Arabic. n. 24. Illos quos dediſti mihi.

Arabicus. Pater eos, quos dediſti mihi, velim ut ubi ſum ego, & illi ſint mecum : Ut conſpiciant illam gloriam meam, quam dediſti mihi : quoniam dilexiſti me ante jacta mundi fundamenta.

Clem. Alexand. Ut illi quoque contemplentur gloriam meam, quam dediſti mihi.

Vat. Theophylact. Ante conditum mundum.

Arabicus. Ante mundi productionem.

Syriac. n. 25. Pater mi juſte, & mundus non novit te : ego verò te novi, & ipſi norunt me à te miſſum eſſe.

Vatablus. Et ego autem te cognovi.

Arabicus. Et hi cognoverunt quod tu me miſeris.

Syriac. n. 26. Et patefeci eis nomen tuum, ac patefaciam, ut dilectio illa, qua dilexiſti me, ſit in eis, & ego ero in eis.

Vatablus. Et jam cognoſcere feci eos nomen tuum, & cognoſcere faciam eos : ut dilectio, qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis ſim.

EXPOSITIO X.

119. PATER, concludens, ac terminans Chriſtus Dominus ſuam orationem æternæ gloriæ beatitudinem ſuis electis precatur; ſicque oſtendit Apoſtolis, quæ præmia illos poſt mortem maneant, ut ſic majorem habeant fiduciam, & & patientiam in laboribus tolerandis, ut notarunt Chryſoſt. & Euthym. *Quos dediſti mihi*, ut homini ex tua prædeſtinatione, ac electione æterna, ut explicat D. Cyrill. & ideo hæc verba non ſolùm Apòſtolos comprehendunt, ut notarunt D. Auguſt. D. Cyrill. D. Thom. ſed etiam omnes fideles uſque ad finem mundi, ait *dediſti* ex decreto prædeſtinationis, & ait *dediſti mihi*, cum potius videretur dicendum, quos meis meritis, ac multis cruciatibus emi, at tantus erat amor pro hominum ſalute, ut etiam dura morte exhibita, quid parum reputaret; unde munus ut gratis datum videretur. Richardus Victor. part. 2. in Cant. cap. 10. *Ita tunc de ipſorum redemptione exultat, ut non reputaret, magnum id, quod pro eis obtulit, ſed videatur eos, quos accepit, datos ſibi potius in munere quam emptos pretio ſui ſanguinis, & compenſatione.* Ut jam ſuprà notavi.

Chryſoſt. Euthym. Cyrill. D. Aug. D. Thom.

Richard. *Amor Chriſti parum putat omnia pro hominum ſalute.*

Volo, actum eſſe divinæ voluntatis exiſtimat D. Aug. unde non dixit Chriſto, Peto vel Rogo, *ſed volo ut filio volente faceret Pater; ſicut Patre volente faciebat filius.* Ita habet l. 3. contra Maxim. cap. 20. & tract. 11. in Ioan. & Epiſtol. 178. Tamen veriſimilius eſt verbum *volo* ſignificare deſiderium, ſive affectum voluntatis optantis. Ita Divus Cyprianus lib de Mortal. D. Chryſoſt homil. 81. Theophylact. Tolerus, Maldonat. & alij, & in hac ſignificatione frequenter hoc verbum ſumitur Matth 12. *Volumus a te ſignum videre.* Marc. 10. *Volumus ut quodcumque petierimus facias.* Vt ſenſus ſit, ac ſi dicat Chriſtus, opto Pater, ut hoc mihi concedas, *ut ubi ego ſum*, ſeu ero, brevi tempore poſt Aſcenſionem meam ſecundùm meam humanitatem, & ſemper fui ſecundùm meam divinitatem. *Et illi ſint mecum* ſecuta morte, ut videant claritatem meam, ſive gloriam, non ſolum meæ divinitatis ad dexteram tuam ſedentis, ſed etiam meæ divinitatis, in cujus viſione conſiſtit eſſentialis beatitudo. Viſionem ergo utriuſque gloriæ ſuæ, dignitatis, ac humanitatis Chriſtus ſuis à Patre optat, ut ſicut ſpectatores, ac teſtes humilitatis, ac ignominiæ fuerunt in terra præſertim Apoſtoli, ita & in cœlo ſint ſpectatores gloriæ. *Quam dediſti mihi*, ut homini, *qua dilexiſti me*, loquitur etiam ut homo, in tantum humanitas Chriſti fuit dilecta Deo ſuper omnem creaturam, ut eſſet unita divinitati, ut explicant D. Cyrill. Leontius, Theodorus Heracleotes, & alij. *Ante mundi conſtitutionem.* Hæc dilectio non fuit nova, ſed ab æterno. Hoc ſignificat phraſis illa *ante mundi conſtitutionem*, ſeu ante jacta fundamenta mundi, ut explicat D. Hieron. in cap. 1. ad Epheſ. ſimile verbum. *Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem.* 120.

D. Aug. Cyprian. D. Chryſ. Theoph. Toler. Maldonat. Matth. 12. Marc. 10. D. Cyrill. Leont. Theodor.

Pater juſte. Poſtquam Chriſtus Dominus ſuis Apoſtolis poſtulavit ſanctificationem, claritatem, ac gloriam cœleſtem, inde quaſi exultat ſpiritu de tanta juſtitia, ac æquitate ſui Patris, eumque juſtum appellat, quia unicuique dat juxta opera ſua, & ideo Apoſtolis Chriſtum ſequentibus dat regna cœleſtia, quæ & negavit incredulis, Scribis, & Phariſæis Chriſtum negantibus, *Mundus te non cognovit*, mundus, id eſt mundani, & licet cognoverint Deum, non tamen Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum. *Ego autem te cognovi* cognitione perfectiſſima. *Et hi.* Scilicet Apoſtoli mei, vel etiam omnes fideles intelligi poſſunt, *cognoverunt me*, docente, ac prædicante, *quia tu me miſiſti*, filium tuum, ut ſalutem omnibus darem, ac communicarem, ut ait D. Chryſ. 121.

D. Chriſ.

Et Notum feci eis : mea doctrina, prædicatione, ac miraculis. *Nomen tuum*, infinitam bonitatem tuam, ac immenſa pietatis viſcera circa hominum ſalutem. *Et notum faciam* poſt reſurrectionem meam, *per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei.* Actor. 1. num. 3. ac etiam per Spiritum ſanctum, qui corda fidelium illuminabit, ut explicant Divus Cyrillus, Divus Chryſoſtomus, Leontius, Euthymius, Rupertus. *Vt dilectio, qua dilexiſti me in ipſis ſit.* Per cognitionem, id eſt ut omnes cognoſcant, quod ego à te ſummoperè ſim dilectus. Rupertus. ut Spiritus ſanctus, qui eſt dilectio, qua me diligis ſemper in ipſis firmiter maneat, & perſeveret, probabilior, ac verior 122.

Actor. 1. D. Cyril. D. Chryſ. Leont. Euthym. Rupertus.

[D. Cyrill. Auguſt. Beda,] verior mihi eſt expoſitio D. Cyrill. D. Auguſt. & Bedæ, qui ſic explicant, ut dilectio illa, qua me hominem ſemper dilexiſti, tuam benevolentiam erga me oſtendens, & nunc ad excelſum charitatis, gloriæ, ac beatitudinis gradum aſſumens *in ipſis ſit*, in ipſos derivetur ipſiſque, communicetur, non eadem omnino, ac æqualis dilectio, ſed ſimilis in ipſis, nempè meis Apoſtolis, ac fidelibus ſit, perſeveret, ac derivetur, ut in dies magnis beneficiis, ac gratiis eos accumules, ut quotidie in ſanctitate, ac opere Apoſtolico progrediantur, *& ego in ipſis*, tanquam aſſignat Dominus cauſam, cur eis tantam Patris indulgentiam poſtulet, quia ipſe habitat in eis per fidem vivam, & tanquam caput in membris participantibus Dominus terminavit ſuam ferventiſſimam orationem.

QUÆSTIO XVI.

Quare Chriſtus Dominus ſuum æternum Parentem hîc juſtum vocat?

132. [D. Auguſt.] RESPONDET primò D. Aug. tract. 111. *Pater juſte, mundus te non cognovit, quia juſtus es, ideo te non cognovit*; nam mundus non cognoſcit juſtitiam, & æquitatem, ſed tantum injuſtitiam, ac iniquitatem, & poſtea ſubdit: *Propterea mundus te non cognovit, quia juſtus es; nec & meritis ejus, ut te cognoſceret, tribuiſti: & propterea mundus reconciliatus cognovit, quia miſericors es, & ut cognoſcat non ex ejus merito, ſed gratia ſubveniſti.* [*Mundus non cognoſcit juſtitiam.*] Ac ſi dicat. Juſtus dicitur Pater, quia juſtè mundum, & infideles cognitione ſui privavit; nam quod aliquibus Dei veritas non manifeſtetur, juſtitia ipſius eſt propter hominum peccata; quod verò aliis reveletur, miſericordia ipſius Dei eſt.

124. [D. Cyrill.] Secundò, D. Cyrill. lib. 11. in Joan. cap. 29. interpretatur Patrem vocari juſtum, quia Diabolum, qui tyrannicè mundum detinebat captivum, ne ad beatitudinem, ad quam creatus fuerat pervenire poſſet, damnavit, ac à ſuo principatu ſpoliavit, ut ſæpè dictum. Senſus ergo eſt. *O Pater juſte, mundus te non cognovit*: hanc tuam nempe divinam juſtitiam, quam pro mundo erga diabolum exercuiſti; nam ſi eam agnoviſſet, omnes ad te tuam juſtitiam confitentes concurriſſent. Tertio Divus Chryſoſtomus homil. 81. [Chryſoſt.] *Nen cognoverunt te, quamvis nihil poſſent arguere.* Sic explicat hanc juſtitiam, nempe Patrem juſtum dici, quia mundus non habet, unde arguat Deum, quod ipſum non noverit, ſua enim culpa noluit cognoſcere ac credere.

Quartò. Legitimus, ac verus ſenſus, quod ſicut ſuperius petiturus ſanctificationem appellavit Patrem ſanctum, ita modo de juſtitia Patris agens, Patrem juſtum appellat, *ut intelligamus*, ait Cajet. [Cajet.] *non acceptione perſonarum, ſed juſtitia effecta eſſe, quæ ſubjunguntur.* Aſſignans cauſam, cur non omnes, ſed eos tantum, qui in ſe crediderunt ſecum in cœlo futuros eſſe dixerit, id nempe Patris juſtitiam, diverſaque hominum merita exigere. [*Deus juſte ob merita diſtribuit premia, & pœnas.*] Nam qui Patrem agnoverunt, ac filium ejus Jeſum Chriſtum ab eo miſſum pro hominum ſalute, ad cœlum evolabunt, qui vero non cognoverunt, à cœlo excludentur, ac æternæ damnationi deputabuntur. Ita Theophylactus. [Theophil.] *Pater bona aſſequi vellem, qualia precatus ſum fidelibus, ſed non cognoverunt te, ideo privabuntur præmiis, & gloria.* Et ſequuntur communiter Recentiores, [Maldonat. Tolet. Franc. Luc. Barradas.] Maldonatus, Toletus, Ribeira, Franc. Lucas. Barradas, & alij. 125.

Pater familias cum laborantes ad ſuam vineam vocat, ait illis: *Ite & vos in vineam meam, & quod juſtum fuerit, dabo vobis.* Matth. 20. num. 4. [Matth. 20.] ad quid promittit, quod juſtum fuerit, & cum ipſe ſit valdè largiſſimus in ſuis bonis diſtribuendis, cur non aliud promiſit, niſi quod juſtum fuerit; [*Deus pro ratione meritorum diſtribuit premia.*] Sermo erat de diſtributione præmiorum pro eratione meritorum, inde illud promittit quod juſtum eſt, quod nempe laborantibus correſpondet; in quo ſenſu communiter explicant Patres illud Pauli 2. ad Timoth. cap. 4. num. 8. [2. Tim. 4.] *Repoſita eſt mihi corona juſtitiæ.* Ait Joannes in Apocal. 19. num. 11. [Apoc. 19.] *Vidi cœlum apertum, & ecce equus albus; & qui ſedebat ſuper eum vocabatur fidelis, & verax, cum juſtitia judicat, & pugnat.* Seu ut legit Vatablus, [Vatabl.] *per juſtitiam judicat*; ut det unicuique quod ex mercede ſua debetur, *& pugnat contra inique blaſphemantes ſuam dominationem*, ut ait Divus Iſidorus lib. 1. de doctrina Chriſtiana, [D. Iſidor.] *cum juſte ob ſua demerita damnati ſint, quamvis ipſi inique blaſphement.* 126.

LIBER OCTAVUS
DE
PASSIONE, MORTE, AC SEPULTURA CHRISTI DOMINI.

CAPUT PRIMUM PROOEMIALE.

De Excellentiis Paſſionis Chriſti Domini.

QUÆSTIO I.

Tractatio de Paſſione, ac Morte Chriſti valdè excellens ſuper humanam intelligentiam, quæ puris labiis agenda eſt.

1. D. Paſchaſ. DIvus Paſchaſius lib. 11. in Matth. *Et ſi omne ſacramentum*, ait, *noſtræ ſalutis ſuperat omnem humanam intelligentiam, illud præcipuè, quod eſt paſſionis Chriſti, in quo unigenitus Dei filius, qui eſt ipſa vita, & fons vitæ mortem ſuſcepit, & qui eſt impaſſibilis, ac immortalis, mortem, ac omnes paſſiones in corpore ſuo ſuſtinuit.* D. Theod. Studita ſerm. de Domini ſepulchro. *Cogitemus*, ait, *fratres, ingens hoc atque ineffabile arcanum. Qui animorum conſilia retegit Deus, neque perſpicit humanum cogitatum, hic ille eſt, qui capitis ſiſtitur judicio, qui præpotenti juſſu univerſa librat, hic ille, qui colligatus raptatur. Qui cælum palmo, ac terram menſus pugillo eſt, lancéque montes libravit; hic ille eſt, qui ſervi pulſatur dextera: qui florum varietate uber induit terrã: hic ille eſt, qui ſpinis ingloriè coronatur; qui in pomario vitalem arborem conſevit: hic eſt, qui in ligno pendet. O immania, & inaudita miracula, quæ tunc intuitus Sol deficit, & Luna contenebravit.* Tam ingens eſt hoc myſterium ſuper omnes humanas vires, ut ſit admiratione venerandum, ac ſtupore recolendum, ad quod nulla humana intelligentia evolare valet.

Theodor. Studita.

Arcanum Paſſionis Chriſti ſtupore recolendum.

2. Apoc. 5. Ait Joannes in ſua Apocalypſi, cap. 5. num. 1. *Vidi in dextera ſedentis ſupra thronum, librum ſcriptum intus, & foris ſignatum ſigillis ſeptem.* Et ſubdit, n. 3. *Et nemo poterat, neque in cælo, neque in terra, neque ſubtus terram, aperire librum, neque reſpicere illum.* Et cum ipſe Joannes multum fleret, quia nemo inventus dignus eſt aperire librum, nec videre illum, unus de ſenioribus dixit ei, *ne fleveris, ecce vicit Leo de tribu Iuda, radix David aperire librum, & ſolvere ſeptem ſignacula ejus.* Et ipſe aperuit librum, ut patet ibidem num. 8. quiſnam erat ipſe liber, & quid in eo erat ſcriptum, quod nullus poſſet eum aperire. nec reſpicere, niſi ipſemet Chriſtus? Divus Bonaventura ſtatim citandus, & Seraphinus Firmanus Canonic. Lateranenſ. Comm. in Apocalypſim exiſtimant, quod in eo erant ſcripta myſteria Paſſionis Chriſti, at ipſa myſteria nullus valet aperire, nec dicere, ac explicare, niſi ipſe Chriſtus. Ad Danielem 9. num. 22. Venit Gabriel Archangelus, & ait ei: *Daniel egreſſus ſum, ut docerem te, & intelligeres. Ab exordio precum tuarum*, &c. Et aperit ei myſterium Incarnationis, illiúſque tempus per hebdomadas. Sícque Angelus, qui loquebatur cum Zacharia Propheta cap. 2. num. 3. multa, & varia myſteria eum docet de Chriſto, ejúſque Eccleſia per totum orbem dilatanda. At ad enucleanda myſteria Paſſionis Chriſti contenta in libro illo, nullus inventus eſt nec in cœlo, nec in terra, qui hoc præſtare valeat, niſi tantum ipſe Chriſtus Dominus. Myſteria Incarnationis, ac alia arcana vitæ Chriſti Angelus, vel Archangelus dicere, & exponere valet; at arcana Paſſionis Domini, tam magna, & profunda ſunt, ut ſolus ipſe Jeſus, qui tot tantáque tormenta in corpore ſuo ſuſtinuit, ac paſſus eſt, ea aperire, ac declarare poteſt. D. Bonav. in opuſcul. qui inſcribitur paſſio Chriſti, faſciculo 6. *Paſſio Chriſti*, ait, *non ſolum informat memoriam per devotam meditationem, nec ſolum inflammat intellectum, & ducit ad cognitionem veritatis. Siquidem in univerſitatis cognitione, ſeptem erant clauſa ſignacula ante Chriſti Paſſionem, quæ ſunt in ejus paſſione reſerata, de quibus intelligi poteſt illud Apocalypſ. aperta ſunt ſignacula ſeptem.* Scilicet per Chriſtum.

D. Bonav. Seraphin.

Daniel. 9.

Zachar. 2.

Quàmvis Angeli poſſint aperire alia arcana, tamen ſolus Chriſtus myſteria ſuæ paſſionis aperire poteſt.

3. Matth. 27. Cum meus JESUS penderet in Cruce ſcribit D. Matth. 27. num. 4. *A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt, ſuper univerſam terram uſque ad horam nonam.* Addit. D. Lucas. 23. num. 45. Et *obſcuratus eſt Sol.* Ad quid cœli luminaria magna tantum deliquium paſſa ſunt, ut Dionyſius Areopagita

Luc. 23.

pagita Magnus Aſtrologus Athenis exiſtens ſibi perſuaderet, tunc temporis totius orbis diſſolutionem imminere. Cur ergo luminaria illa, Sol, Luna, & ſtellæ quæ data ſunt in ſigna, tunc obtenebrari jubentur, & abſcondi, ut apertè conſtet, quod ut quis cognoſcat, & contempletur Chriſtum crucifixum non à Sole, non ab aſtris, nec ab aliquo ſplendore creato, ſed à ſolo Jeſu lumen auſpicari debeat, inde ad ejuſdem crucifixi aſpectum omne luminare deficit, quia ſolus ipſe ad tanti myſterij cognitionem eſt luminare, ſolúſque ipſe ad tantum arcanum contemplandum illuſtrare valet, & nulla lux creata. Huc advoco id, quod dixit D. Athanaſius, homil. in illud: *Omnia mihi tradita ſunt* ſic loquitur: *In ſalutifera paſſione non apparuit Sol, indicans finem prioris creaturæ adeſſe, principium alterius ſuperveniſſe; quæ diluculum ſuum, & exortum in ſalvatore conſecuta eſt.* Vide hoc libro cap. 11. q. 11. num. 74.

Solus Chriſtus crucifixus lux ad ſui cognitionem.

D. Athanaſ.

4. Tamen pro noſtro commentatoris munere cogimur de ſacratiſſimo Paſſionis Jeſu Chriſti arcano aliquid dicere. Faciat ipſe, ut illuminet mentem, & calamum dirigat, ut aliquid ad ejus gloriam dicamus. Væ tamen mihi, quia vir pollutus labiis ego ſum, cum ad tractationem de tanto myſterio pura, ac munda labia requirantur. De ſuo dilecto decantat Anima ſancta. *Labia ejus lilia diſtillantia myrrham primam* Cantic. 5. n. 13. Cur labia ejus dicuntur ſicut lilia, & non potius, ut ipſe de ſua dilecta aſſeverat *ſicut vitta concinea labia tua.* Cantic. 4. num. 3. Vel *favus diſtillans labia tua.* Ibidem n. 11. Cur his omiſſis ſponſi labia dicuntur ſicut lilium. Lilium ob ſui candorem, puritatem denotat, ut eſt ſatis vulgare. Myrrha ob ſui amaritudinem paſſionem Chriſti. D. Ambroſ. in Pſalm. 118. ſerm. 18. *Labia ejus lilia diſtillantia myrrham primam, per myrrham enim paſſionis unguentum declaratur.* Cum ergo labia eſſent pronunciatura ſacratiſſimæ paſſionis myrrham, inde dicuntur pura, & munda, ut lilia, quia ſolum os purum, & mundum capit tantum myſterium, tanquam ſacratiſſimum arcanum valet eructare.

Cantic. 5.

Cant. 4.

Puris labis Chriſti paſſio agenda eſt.

QUÆSTIO II.

Valde perjucundum eſt Æterno Parenti de paſſione unigeniti fiĳ ſui Ieſus Chriſti agere, quæ potius amoris affectu, quam oris loquela tractanda eſt.

5. CUM liber ille, de quo egi ſuperiori capite, fuiſſet apertus à Chriſto Ieſu, quatuor animalia & vigintiquatuor ſeniores, *Habentes ſinguli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum, & cantabant canticum novum.* Apocalypſ. 5. num. 9. Quænam erat hæc cantilena, quæ dicitur nova, nunquid in auribus Dei in cujus præſentia omnia ſunt poſita, poteſt eſſe aliquid novum? Cælius ait: *Canticum novum eſt teſtamentum in quo nova ſunt omnia, nova Chriſti paſſio, novâque mors.* Divus Vincentius Ferreira ſerm. de Paſſione, ait: Canticum novum erat recitatio Paſſionis Chriſti Ieſu; nunc verò inſurgit dubitatio, quomodo ipſa Paſſio, ac mors Chriſti dicitur canticum novum, cum videatur res perantiqua, & quod poſt tot ſæcula jam præceſſit? Ad noſtrum modum loquendi ſe accommodat hîc Scriptura; cantilena ſuaviter modulata, cùm valdè grata, ac plauſibilis ſit, dicitur tam ſuavis, ac ſonora ac ſi eſſet nova; Paſſio Chriſti etſi perantiqua, tamen dum recitatur, ac commemoratur, tam perjucunda eſt, ac delectabilis divinis paternis auribus, ut inde canticum novum nuncupetur.

Apoc. 5.

Cælius.

D. Vincent. Ferreira.

Recitatio Paſſionis Chriſti valdè perjucunda Æterno Parenti.

Et notandum quod quatuor animalia, ac ſeniores, antequam dicatur, quod decantabant, ſeu recitabant canticum novum Mortis, ac Paſſionis Chriſti, dicitur quod habebant citharas, ac phialas aureas. Per citharas Primaſius crucem Agni Chriſti Jeſu intelligit. per phialas aureas R. P. Joannes de la Haye ibi in expoſitione ex communi ſententia Doctorum intelligit corda ſanctorum charitate (quæ auro aſſimilatur) fulgentia, ac ſplendentia, quæ ſunt plena odoramentorum, quæ ſunt orationes, ſeu affectus ſanctorum, quia ſolus ille poteſt decantare, ac recitare canticum novum Paſſionis Chriſti, qui crucem illius tenet amplexatam, toto cordis, ac charitatis affectu, cum ejus ſacratiſſima paſſio ſit potius commemoranda charitatis viſceribus, quàm verborum affatu. 6.

Primaſ.

la Haye.

Paſſio Chriſti affectu amoris decantanda.

Valde ſedulo ſemel atque iterum Cantic. 3. numer. 2. & cap. 5. numer. 6. quærit Anima ſancta dilectum ſuum dicens: *Quæſivi, & non inveni illum: Vocavi & non reſpondit mihi.* Et cum ipſum non inveniſſet, adjurat filias Jeruſalem dicens: *Adjuro vos, ſi inveneritis dilectum meum, ut nuntietis ei, quia amore langueo.* Et, ſtatim poſt finitum ſuum colloquium, dilectum invenit, ejúſque præſentia fruitur, ac delectatur; *dilectus meus deſcendit ad hortum ſuum.* Cantic. 6. num. 1. Quid eſt quod dum ipſum quærit, ac vocat vobiſcum ſermonibus, ac colloquiis, & multis rationibus quærit apud cuſtodes, ipſum non invenit. *Quæſivi, & non inveni illum* At dum amoris impulſu tangitur, *quia amore langueo*, ſtatim ejus optata præſentia delectatur, ſalutaribus illius ſermonibus jucundatur? Ut aperte intelligatur, quod Divinus hic ſponſus non tenetur oris verbis, ſed potius cordis affectibus. Unum quærit à nobis Æternus Pater, ut filium ſuum Jeſum non vocibus, ac quæſtionibus, ſed affectibus quæramus. Ad hæc dicebat Gillibertus Abbas ſermone 5. in Cantica: *Felix qui nominis Ieſu virtutem ſectatur: apud illos tractetur, diſceptetur, diſputetur, ſuper hoc nomine. Nobis ſatis eſt, ſi noſtris in clauſtris ſaltem adametur: nuſquam commoditas major; ideoque major confuſio, ſi penes nos non inveniatur Chriſtus.* 7.

Cantic. 3.

Cantic. 5.

Cantic. 6.

Chriſtus quærendus eſt amoris affectu, & non oris loquela.

Gillibert.

Decantet Regius vates. *Nox illuminatio mea in deliciis meis.* Pſalm. 138. numero 11. Nox fidem denotat, ut cum divo Gregorio, Magn. Bruno, ac aliis interpretantur ibi Lorinus. Fidei cognitio obſcura. eſt. *Videmus nunc per ænigmata.* Et ejus cognitio dicitur *illuminatio in deliciis meis*; ſeu ut multi ex Hebræo legunt in voluptatibus, ſeu affectibus meis, & cur non potius dicitur fidei cognitio illuminatio in actibus intellectus, in ſcientia, cognitione, judicio, ac diſcurſu; nam hæc aptè dicuntur illuminari, ſed tantum ad actus voluptatis refertur ſermo in deliciis, voluptatibus, ſeu affectibus. Quia anima 8.

Pſaml. 138.

D. Gregor.

Bruno.

Lorinus.

Hebraic.

Deus magis invenitur amore, quàm ſcientia.

illuminata fidei cognitione magis diſponitur ad Deum tenendum, ejúſque ſuavi dulcedine fruendum cordis affectu, quàm qualibet ſcientia, cognitione, judicio, ac diſcurſu intellectus. Huc advoco quod dixit Gillibert. Abbas ſerm. 1. in Cantic. *in deliciis*, ait, *non in ſcientiis*; *ita & tu noctem, ſi non potes ſcientiis, pertenta illuminare deliciis, quidquid hic videmus per ſpeculum in ænigmate, totum in nocte eſt. Et in hac nocte poteſt Ieſus meus magis dulci quodam affectu ſuaviter ſentiri, quam ſciri ad purum.* Expende ultima verba: *Magis dulci quodam affectu ſuaviter ſentiri, quam ſciri ad purum.*

Gillibert.

Quæstio III.

Maximè ſpontanea voluntate, multúmque eximia alacritate, ac gaudio pro nobis Christus Dominus Paſſionem, ac mortem ſuſtinuit.

9. Pſalm. 39. IN perſona Chriſti Domini de ejuſdem acerbiſſima paſſione in crucis patibulo cruentè peracta, ſic modulatè canit Regius vates Pſalm. 39. *Sacrificium & oblationem noluiſti* (hoc eſt Judaicas victimas) *aures autem perfeciſti mihi*, ut tibi uſque ad mortem, mortem autem crucis perfectè obedirem, & num. 8. ſic ſubdit: *Tunc dixi: Ecce venio. In capite libri ſcriptum eſt de me, ut facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* Maximè, ſignificat, quod alacri, læto, ac perjucundo animo mortem ſubierit obedientiæ, ac patientiæ voluptate in tot cruciamentis ſaginandus. Verba vero illa altius ſunt examinanda. *Tunc dixi, ecce venio.* Paraphraſis Chaldaica legit: *Tunc dixi, ecce ingrediar ad vitam æternam, quam ſtuduero in volumine libri legis.* Hoc eſt cum deditus fuero, ac applicatus lectioni libri hujus meæ paſſionis, ut tot tormenta ſuſtineam. *Tunc dixi, ecce ingrediar ad vitam æternam.* Ita ipſa mortis cruciamenta mihi erunt grata, ac perjucunda, ut ad ingreſſum meæ paſſionis mihi videatur ingredi ad quandam umbram ac repræſentationem æternæ vitæ. *Tunc dixi; Ecce venio.* Ad hæc verba Patres Græci in commentariis hujus loci ſic philoſophantur. *Tunc dixi, ecce venio, &c. Cum cognoverim placationem per ſacrificia eſſe abrogatam, te autem meam dumtaxat obedientiam expoſcere, paratus fui, & dixi: Ecce potiar deſiderato, ibo quo volo, quandoquidem tempus quoque per prophetas definitum imminet. Sic enim Symmachus illud in capite libri expoſuit, dicens: in libro definitionis tuæ ſcriptum eſt de me.* Cùm ad ſuum ſacrificium, ac obedientiam venit, ait: *Ecce potiar deſiderato.*

Chald.

Chriſto pati pro gloria erat.

P. Græci.

Chriſtus in paſſione potitur deſiderato.

10. Campenſis. Et ait *in capite libri.* Seu ut legit Paraphraſis Campenſis: *In prima pagina libri.* Cur in capite, ſeu in prima pagina libri ſcribitur ejus ſacrificium, ejúſque obedientia uſque ad mortem, cur in ipſa prima pagina non ſcribitur ejus Incarnatio, Nativitas, Epiphania, ſeu manifeſtatio gentibus, miracula, opera, ac doctrina, ſed ſtatim in prima fronte ejus ſacrificium? tanquam res ſibi maximè grata, ac perjucunda, quæ cæteris erat in majori æſtimatione. Et adverte, quod quatuor verba ponuntur, quæ actum ſpontaneum, ac maximè liberum denotant. *Dixi venio, volui; in medio cordis mei.* Tam ſpontaneus fuit mortis actus, tanquam voluntate factus, ut non ſemel, ſed multipliciter eam in hoc opere inculcaverit. *In medio cordis mei.* Seu ut alij legunt. *In medio viſcerum meorum.* Quod denotat actum fieri delectabiliter, toto conatu, toto corde, totiſque viſceribus.

Spontaneè, ac voluntariè Chriſtus ibat ad mortem.

Alia lectio.

Hoc ſuum magnum deſiderium in mortem maximè ſignificavit Chriſtus Dominus dum ait: *Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor uſque dum perficiatur.* Luc. 12. n. 50. Seu ut legit ultima verba D. Iren. lib. 1. c. 8. *Et valde propero ad illud.* Quibus verbis maximè declaravit quantum ſibi in votis, ac deliciis eſſet mors, eam enim ſuavem Baptiſmi balneum reputabat, & ita à ſua bonitate, ac deſiderio conſtringebatur, ut ad tantum amoris, ac deſiderij impulſum ſuſtinendum anguſtus eſſet corporis, ac venarum locus: ſicut ea, quæ vehementer arctantur, & in anguſtum rediguntur, valde anxiè in exitum præcupiunt. Solent enim anxiorum corda contrahi, & quaſi comprimi ob dilationem rei deſideratæ. Euthymius. *Quomodo coarctor donec perficiatur. Et veluti anxius ſum propter tarditatem.* Divus Irenæus legit, *Baptiſmo habeo baptizari, & propero ad illud*: hoc eſt non lento gradu, ſed maximè accelerato propero, ac curro ad illud. Theophylactus. *Baptiſmum mortem vocat, hanc autem valde deſiderans ait*, & quomodo conſtringor: *hoc eſt quam ſolicitus & anxius, ſum, ac premor donec perficiatur. Sitio enim mortem pro omnium ſalute.* 11.

Luc. 12. D. Iren.

Euthym.

Maximè ſpontaneè properabat ad mortem.

Theoph.

Pſalmus ille 21. *Deus Deus meus reſpice in me*: qui valdè manifeſtè loquitur de Chriſti morte, ac paſſione, ut omnes Patres fatentur, ita ut dicat Caſſiodorus, quod de Chriſti paſſione non tam prophetia, quàm potius hiſtoria eſſe videatur; habet juxta Aquilam, Divus Hieronimus, ac alios pro titulo. *Pro cerva matutina*: & licet variæ ſint hujus tituli interpretationes, ob varias cervi proprietates, quæ in præſenti Chriſto Domino accommodantur, illa tamen maximè eſt apta ad noſtrum inſtitutum; quod ſicut cerva matutino tempore ſiti exagitata concitato impetu, ac ardore, currit ad torrentem aquarum, ad ſitim ſuam mitigandam, ad cujus vehementiam alludit Regius vates Pſalmo 41. num. 1. *Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum.* Sic & ad hunc modum, ut ad titulum Pſalmi revertamur: Chriſti humanitas, quæ ſub cervæ nomine intelligitur ut explicat Noſter Incognitus, ſuo ardentiſſimo amore concitata cucurrit ad fontes ſui pretioſiſſimi ſanguinis effundendi, ut ita vehementem ſitim moriendi, ac patiendi pro genere humano expleret, ac ſatiaret. 12.

Pſalm. 21.

Caſſiodor.

Aquilla. Hieron.

Vehementi ardore Chriſtus currebat ad mortem.

Incognitus.

Cùm Chriſtus Dominus aſcenderet Jeruſalem ut vitam daret pro ſalute generis humani, ſcribit Divus Lucas capite 9. num. 51. *Factum eſt autem cum complerentur dies aſſumptionis ejus, & ipſe faciem ſuam firmavit, ut iret in Ieruſalem.* Illud verbum *firmare* magnum negotium facit expoſitoribus, & communiter ſic illud interpretantur *firmavit*, id eſt firmo, reſoluto, & conſtanti animo, vultuque direxit viam ſuam in Jeruſalem. *Et firmavit faciem.* Hebraiſmus eſt, quo firmum, ac pertinax animi propoſitum ſignificatur, ut ait Maldonatus, & metaphora 13.

Luc. 9.

Maldonat.

taphora deſumpta eſt ex taurorum conſuetudine, quando obſtinati, à ſuo ardore agitati aliquem vultu conſtanter obfirmato tanquam fugientem aggrediuntur. Cum ergo de Chriſto Jeſu ad ſuam paſſionem, ac mortem obeundam properante ait Evangeliſta, *& ipſe faciem ſuam firmavit, ut iret in Ieruſalem.* Denotat hac phraſi, quod Dominus à vehementi ſui amoris ardore concitatus, valde promptè, ac alacriter ad mortem properaret, ita ut ipſam veluti fugientem aggredi, ac laceſſere videretur. In hoc ſenſu verba premit D. Hieron. Epiſtol. ad Algaſiam quæſt. 5. dicens: *Obfirmata facie feſtinabat Dominus pergere Ieruſalem.* Et poſt pauca ſubdit: *Obfirmatione enim, & fortitudine opus eſt ad paſſionem ſponte properanti.*

Magno amoris æſtu Chriſtus ad mortem pergit.

Hieron.

14. Luc. 23. Cùm Chriſtus Dominus duceretur in Calvariam ad crucem, ac mortem. *Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur eum.* Ad quas Dominus converſus ait: *filiæ Ieruſalem noli e flere ſuper me.* Luc. 23. num. 28. Cur Dominus pium affectum fœminarum erga ſe prohibet, & quod ſuper ipſum lacrymas effundant, vetat; ille, qui coactè, & invitè ducitur ad mortem lacrymandus eſt; at verò qui ſponte, & voluntariè, & cum gaudio mortem ſubit, jubilo, applauſu proſequendus eſt, ac cum multo gaudio celebrandus. Iſidor. Peluſiota lib. 2. Epiſtola 285. *Perſpicuum enim eſt illud,* ait, *commiſerationem ei, qui invitus patitur ſolatium; ei autem, qui ultro, ac ſponte contumeliam afferre. Siquidem ei, qui non invito animo patitur, commiſeratio pro contumelia eſt. Quandoquidem igitur ipſe ſponte ad patiendum ſe conferebat, ut mortem extingueret, & diaboli nervos confringeret, eum autem, qui laudibus, ac applauſu dignus erat, illæ fletu, ac lacrymis proſequebantur.* Qui cum gaudio, ac voluptate ſuſcipit mortem, injurioſæ ſunt ei lacrymæ, tanquam involuntarium, ac coactum publicantes, *ſiquidem ei, qui non invito animo patitur, commiſeratio pro contumelia eſt.*

Chriſtus ſpontaneè mortē ſubiens pro contumelia reputat lacrymas.

Peluſiot.

15. Joan. 15. Ioan. 17. Ait Dominus ſuis Apoſtolis Joan. 15. num. 11. *Hæc locutus ſum vobis, ut gaudium meum in vobis ſit:* Et Joan. 17. num. 17. ſic orans Patrem, ait: *Nunc autem ad te venio; & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in ſeipſis.* Hæc loquebatur Dominus in cœnaculo, & quodnam hoc erat ejus gaudium, quod in ſuis vult impleri, & perfici? Ait ipſe ad Patrem, *Nunc ad te venio*, id eſt per crucem, mortem, ac exquiſita tormenta, ut ſuis vitam, ac ſalutem compararet, & hoc quod erat dare ſuis ſalutem, ac vitam per tot ſui cruciamenta, & mortem, erat gaudium ſuum in ipſis impleri. D. Cyrill. Alexandr. lib. 10. in Joan. cap. 21. *Ut gaudium meum in vobis ſit.* Sic premens. *Quid ſignificat*, Ut gaudium meum in vobis ſit. *Homo factus unigenitus Dei filius abſque peccato omnia ſuſtinuit, quæ Iudæorum excogitare pervicacia potuit, nec unquam ſputis dedecoratus, verbis deriſus, verberibus cæſus, & tandem patibulo affixus ullo mœrore affectus fuit, ſed decenti ſemper ipſe gaudio plenus, quoniam voluntatem Patris conſummari videbat, & homines hinc ſalutem habituros non ignorabat, illa opprobria delicias eſſe putabat.*

Mori pro hominibus Chriſti gaudium.

D. Cyril.

QUÆSTIO IV.

Convenientiſſimum remedium ad ſalutem generis humani fuit Paſſio, ac mors Chriſti, in quo oſtenditur Dei ſapientia, & virtus.

16. D. Auguſt. DIvus Auguſt. lib. 13. de Trinit. c. 10. *Verum etiam*, ait, *ut oſtendamus, non alium modum poſſibilem Deo defuiſſe*, ad liberandum ſcilicet genus humanum, *cujus poteſtati cuncta æqualiter ſubjacent, ſed ſanandæ noſtræ miſeriæ, convenientiorem modum alium non fuiſſe, nec eſſe potuiſſe.* Poſt pauca ſubdit, quod ipſa Chriſti paſſio fuit valdè conveniens, *ut demonſtraretur nobis, quanti nos penderet Deus, quantúmque diligeret.* D. Cyprian. tract. de Paſſione; *Vulneri*, ait, *tam putrido, & antiquarum cicatricum fœtori non inveniebatur medicamentum conveniens, niſi unguento ſanguinis Chriſti plaga vetus liniretur, & malagmate carnis in cruce extenſa exſiccarentur venena quæ calcaneo primi hominis, & omni poſteritati ejus ſerpens infuderat. Hæc una medela corroſit cicatrices, & vim ſuam perdidit concupiſcentiarum corruptela.*

Cyprian.

17. D. Thom. Hanc concluſionem optimè probat D. Thomas 3. part. quæſt. 46. art. 3. in corpore. Per hoc enim, quo homo per Chriſti mortem eſt liberatus, multa ſunt, quæ concurrunt ad ſalutem hominis pertinentia. *Primo enim per hoc homo cognoſcit quantum Deus hominem diligit, & per hoc provocatur ad eum diligendum, in quo perfectio humanæ ſalutis conſiſtit.* Unde Apoſtolus dicit Rom. 5. Commendat ſuam charitatem Deus in nobis, quoniam cum inimici eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. *Secundo, quia per hoc dedit nobis exemplum obedientiæ, humilitatis, conſtantiæ, juſtitiæ, & cæterarum virtutum in paſſione Chriſti oſtenſarum, quæ ſunt neceſſariæ ad humanam ſalutem.* Unde dicitur 1. Petri 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus. *Tertio, quia Chriſtus per paſſionem ſuam non ſolum hominem à peccato liberavit, ſed etiam gratiam juſtificantem, & gloriam beatitudinis ei promeruit. Quarto. Quia per hoc eſt homini inducta major neceſſitas ſe immunem à peccato conſervandi, qui ſe ſanguine Chriſti redemptum cogitat à peccato.* Secundum illud 1. Cor. 6. Empti enim eſtis pretio magno: glorificate, & portate Deum in corpore veſtro. *Quinto, quia hoc ad majorem dignitatem hominis ceſſit, ut ſicut homo victus fuerat, & deceptus à Diabolo, ita homo eſſet, qui diabolum vinceret*, &c.

Ex multis fuit valdè conveniens Chriſti mors ad noſtram ſalutem.

Rom. 5.

1. Petri 2.

1. Cor. 6.

18. Hanc altitudinem myſterij ignorabat Divus Petrus cum adhuc divina gratia non eſſet expolitus; Nam cum Dominus de ſua paſſione loqueretur, reſpondet ipſe: *Abſit à te Domine, non erit tibi hoc.* Cui Chriſtus D. durè, & aſperè reſpondit. *Vade poſt me Satana, ſcandalum es mihi, quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt, ſed ea, quæ hominum.* Matth. 16. n. 23. Arabicus legit ultima verba, *non cogitas, quæ Dei ſunt, ſed ea, quæ hominum.* Qui ea, quæ hominum ſunt, ſapiunt, & cogitant, iis Deum crucifigi, ac mori, abſurdum videtur. Qui verò, quæ Dei ſunt, ſapiunt, & cogitant, ij Chriſti paſſionem, & mortem Dei eſſe altiſſimum conſilium, & profundiſſimam diſpenſationem fatentur, & recognoſcunt. Euthym. *Etenim*, ait, *ſi divina guſtares, utique dignum me judicares, qui*

Matth. 16.

Arabicus.

Euthym.

moriar pro mundo, quia verò humana ſapis, potius indignum me judicas, qui moriar.

19. 1. Cor. 1. Ait Paulus 1. Corinth. 1. num. 23. *Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum: Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam. Ipſis autem vocatis Iudæis, atque Græcis Chriſtum Dei virtutem, ac ſapientiam.* Ipſa enim Chriſti mors, quæ infidelibus videtur ſtultitia, ac ſcandalum fuit Dei virtus, ejúſque potentia, per quam peccatum, mortem, ac Diabolum profligavit. *Cornua in manibus ejus.*

Habac. 3. D. Aug. Habac. 3. num. 4. exponit D. Auguſt. quod brachia crucis, cui affixæ erant Chriſti manus, fuerint fortitudo, & arma, quibus quaſi cornibus hoſtes transfixit Chriſtus.

20. 1. Cor. 1. Et ſubdit Apoſtolus, *quia quod ſtultum eſt Dei ſapientius eſt hominibus: & quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus.* Ibidem num. 25. Mors, paſſio, ac crux Chriſti, quæ videbantur infirmitas, ac ſtultitia Dei, per hanc ſapientiſſime, ac fortiſſime Chriſtus vincit Diabolum, homines, ac totum orbem, in quo elucet mira ſapientia Dei, & virtus, ut per rem, quæ infirma, & ſtulta videbatur, ſcilicet crux Chriſti omnem fortitudinem vicerit; Nam ſapientia omnium ſapientiſſimorum hujus ſæculi, totum orbem non potuit ſibi ſubjicere, quod hæc viſa ſtultitia Dei, ſcilicet paſſio filij ejus præſtitit ad ſe omnia attrahens, ut ait D. Chryſoſtom. homil. 4. in 1. Epiſtol. ad Corinth. *Quod quæ non potuerunt Philoſophi Syllogiſmis facere, idque videbatur ſtultitia eſſe, perfecit.*

Mors Chriſti quæ ſtultitia videbatur ſapientior omni mundi ſapientia. D. Chryſ.

21. Vis videre, quod mortalitas filij Dei, quæ videbatur infirmitas, fortior, ac robuſtior fuerit omni ſæculi fortitudine. Nam fortiſſimi Imperatores ſuis exercitibus, potentiſſimi reges ſuis armis, crudeliſſimi tyranni ſuis minis, ac cruciatibus, totum non potuerunt longo tempore ſibi devincere orbem; quod virtus crucifixi præſtitit; Præclarè Tertullian. lib. contra Judæos, Chriſti regnum, omnium regum, & populorum regnis ita confert, & præfert. *Salomon, ait, regnavit, ſed in finibus Iudæ tantum à Dan uſque ad Berſabee: Babylonis, & Parthis regnavit Darius, non ultra: Ægyptiis Pharao, ſed illis tantum. Nabuchodonoſor ab India, uſque ad Æthiopiam habuit regni ſui terminum. Alexander Macedo nunquam Aſiam univerſam, & cæteras regiones, poſtquam devicerat, tenuit. Sic Germani, Britanni, Mauri, Romani Imperij ſui habent terminos. Chriſti autem nomen, & regnum ubique porrigitur, ubique creditur, ab omnibus gentibus creditur, ubique regnat, ubique adoratur; omnibus æqualis, omnibus Rex, omnibus Iudex, omnibus Deus, & Dominus eſt.*

Tertul. *Infirmitas Dei fortior poteſtate mundi.*

QUÆSTIO V.

Acerbitas dolorum Paſsionis Chriſti ſuper omnes dolores mortalium in hac vita.

22. TOTA Chriſti Domini paſſio plena fuit vehementi triſtitia, ac acerbiſſimo dolore. Unde merito Iſaias 53. num. 3. vocat eum *virum dolorum*, id eſt, ut explicat Vatab. *plenum dolorum.* Ex quo ait D. Anton. 1. part. hiſtor. tit. 5. cap. 6. §. 6. *Tantus, ait, fuit dolor hujus paſſionis, ut Sol intelligentiæ noſtræ ecclypſetur, & obſcuretur ad intelligentiam ejus, nec plene capere poteſt. Et ex immenſitate hujus doloris clamavit Chriſtus voce magna, Deus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me?*

Iſai. 53. Vatabl. D. Anton.

Dicendum eſt in hac re, conſideratis omnibus, quod dolor Chriſti Domini in ſua paſſione, tam internus, ſcilicet mœſtitia animi, quam externus ac dolor corporis ſenſibilis fuerit maximus inter omnes dolores, quos mortales homines etiam martyres in hac vita paſſi ſunt, vel aliquando patientur. Concl. eſt D. Thomæ 3. p. q. 46. art. 6. & 7. & docent communiter Theologi in 3. diſt. 15. Valentia 3. part. diſp. 4. quæſt. 5. punct. 1. § Jam verò Suarez tom 2. ad 3. p. diſp. 33. ſect. 2. §. *Hac objectio.* Adverte, quod quando dicimus, quod in anima Chriſti fuerit ſummus dolor, loquimur de anima Chriſti ſecundù portionem inferiorem, nam ſecundùm partem ſuperiorem, Chriſtus erat verè beatus, ejúſque anima fruebatur clara Dei viſione ac ſummo gaudio. Ut docet D. Thom. citata q. 46. art. 8. de tantum inferiori parte eſt ſermo. 23.

Dolor Chriſti in paſſione fuit maximus inter dolores hujus vitæ. D. Thom. Valentia. Suarez.

Primam partem reſolutionis, quod dolor animi, ſeu triſtitia fuerit omnium maxima probat ſanguineus ſudor, probantque verba illa, *triſtis eſt anima mea*, probatque hanc reſolutionem D. Thomas citato art. 6 ad 4 diſcurrendo per omnes cauſas, quæ talem triſtitiam generare, & augere poterant, nam objectum hujus triſtitiæ ſecundum ſe maximum erat, primum mors, quod inter humana mala maximum cenſetur, & in Chriſto augebatur ex dignitate vitæ ejus, erat enim vita Dei, & hominis, quæ ſicut erat excellentior vita omnium hominum ſimul ſumptorum, inde dolor ex ejus morte gravior erat. Secundo modus mortis ignominioſiſſimus, & acerbiſſimus, cum aliis graviſſimis doloribus conjunctus, ex flagellis, ſpinis, & aliis ſimilibus. Tertiò accedit perfecta, & intenſiſſima apprehenſio horum omnium, quæ maximè ſolent triſtitiam excitare. Quartò voluntas, & appetitus Chriſti permiſſus eſt naturæ ſuæ, ut circa tale objectum ſit propoſitum propenſione naturæ triſtaretur, quantum poſſet, & divina virtute factum eſt, ut gaudium partis ſuperioris, nec redundaret in inferiorem, nec unus actus alium impediret, nec aliqua conſolatio adhiberetur. 24.

D. Thom. *Dolus internus animi Chriſti maximus.*

Probatur deinde, quia ut ait D. Thom. citato loco ad 4. Chriſtus doluit de omnibus hominum peccatis, qui dolor fuit maximus in Chriſto, quod patet ex parte ipſius objecti formalis, nullus ita cognovit, ac perpendit offenſionem Dei, omnémque ingratitudinem, ac malitiam, quæ eſt in peccato: & ex parte cognitionis, nullus tam clarè, ac tanta animi attentione omnia quæ ad deteſtandum peccatum movere poſſunt, conſideravit, ex parte etiam principij, nullus tanta charitate Deum dilexit, aut Deum colere, ac jus divinum illæſum ſervare ſtuduit. Tandem nullus tantam gratiam habuit, tantúmque auxilium ad deteſtanda peccata, ut Chriſtus Dominus: ergo ſine dubio vehementius de illis doluit, ſuper cæteros homines, unde multi Patres, ut dicam cap. ſequenti ſic explicant hæc verba: *Triſtis eſt anima mea. Tanta afficior triſtitia, quæ poſſit mortem afferre, niſi ego mea virtute illam impedirem.* 25.

D. Thom. *Chriſtus maximè doluit de omnibus hominum peccatis.*

Secunda pars reſolutionis quod dolor ſenſibilis corporis Chriſti fuerit maximus, ſic probatur rationibus D. Thomæ citato articulo. Quia Magnitudo doloris oritur ex magnitudine læſionis, quæ eſt cauſa doloris, & ex diſpoſitione patientis; quæ eſſe poteſt magis perceptiva doloris, 26.

D. Thom. *Dolor, ſenſibilis in corpore Chriſti fuit maximus.*

ris, tum etiam ex optima complexione corporis, in qua ſenſus tactus magis viget, tum ex efficacia animæ, & interiori apprehenſione, ex quavis doloris magis pendet. At verò in Chriſto D. læſio corporis fuit magna, præſertim quando clavis affixus, iiſque toto corporis pondere duntaxat innixus, capite ſpinis coronatus, tótóque corpore cruciatus, in cruce pependit. Complexio etiam corporis ejus fuit perfectiſſima; nam corpus formatum ope Spiritus ſancti ex puriſſimo ſanguine Sacratiſſimæ Virginis Mariæ, & vis animæ ad apprehendendum, ac tenendum fuerunt efficaciſſima; ergo dolor ejus fuit maximus intenſivè.

27. D. Thom. Confirmatur ex eodem D. Thoma. Ab omni hominum genere paſſus eſt Chriſtus à gentilibus, à Judæis, à maſculis, & à fœminis ancillis accuſantibus Petrum, à principibus, & eorum miniſtris, à plebeis, familiaribus, & notis, à Juda ipſum tradente, à Petro negante, à diſcipulis deſerentibus, paſſúſque eſt ſecundum omnes ſenſus exteriores. Secundum nempe *tactum*, flagellatus, ſpinis coronatus, & clavis confixus, ſecundum *guſtum* felle, & aceto potatus. Secundum *olfactum* fœtorem cadaverum in loco Calvariæ, ac ſalivarum Iudæorum, quæ in faciem ejus impingebantur. Secundum *auditum* blaſphemias, & irriſiones. Secundum *viſum*: triſte matris, & diſcipuli juxta crucem ſpectaculum, actionéſque irriſorias Iudæorum, ſalutationes eorum genu flexo, & etiam moventes capita ſua, *vah qui deſtruis templum Dei*, paſſúſque in omnibus membris corporis, ut patet ex dictis, unde verè dicitur in perſona Chriſti Thren. 1. num. 12. *O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite, & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus.* Expende *attendite*, *& videte.* Semel & iterum videte, & magna conſideratione attendite, ſi eſt dolor ſimilis huic meo dolori.

Chriſtus per omnes ſenſus paſſus eſt.

Thren. 1.

28. Dices leves Chriſti dolores, cum eſſent infiniti valoris, ſatis fuerunt toto orbi redimendo, ergo non eſt dicendum, quod Chriſtus maximos toleraverit. Huic argumento reſpondet D. Thomas citato art. 6. ad 6. *Chriſtus voluit genus humanum à peccatis liberare, non ſolum poteſtate, ſed etiam juſtitia. Et ideo non ſolum attendit quantam virtutem dolor ejus haberet ex divinitate unita; ſed etiam quantum dolor ejus ſufficeret ſecundum humanam naturam ad ſatisfactionem.* Ad hæc adde, quod voluit Chriſtus Dominus hominem captivum, quem poterat parvo, tamen tanto pretio redimere, primo ut oſtenderet obedientiam ſuam erga Patrem; ſecundo amorem erga homines. Tertio exactionem divinæ juſtitiæ. Quarto gravitatem peccati, ad cujus ſatisfactionem tot erant exhibenda. Quinto ut nobis obedientiæ, ac patientiæ daret exemplum; inde tot dolores ſuſtinuit in corpore ſuo, ut dicat Iſaias 53. num. 4. *Verè languores noſtros ipſe tulit; & dolores noſtros ipſe portavit.* Septuaginta *ipſe peccata noſtra portat, & pro nobis dolet.* Expende particulam *ve è.* Quæ inſervit ad magnam, & exactam affirmationem, quod ipſe nempè omnes noſtros dolores, ac languores tulit. Cornel. à Lapide. *Omnes dolores, quos tolerarunt, tolerant electi, tranſierunt per illam ſacram humanitatem.*

Chriſtus voluit liberare genus humanum non poteſtate, ſed juſtitia.

Iſai. 53.

Septuagin. ta.

Cornel.

29. Pſalm. 30. De Chriſto D. Pſal. 30. n. 11. plangit Regius vates. *Defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus, Infirmata eſt in paupertate virtus mea, & oſſa mea conturbata ſunt.* In perſona Chriſti loquitur dicens. *Defecit*, ſeu ut legunt D. Hieronymus Symmach. *Conſumptæ ſunt in mœrore vitæ meæ.* In plurali *vitæ*, Quia vita ejus omnium vita eſt, *Chriſtus D. Spiritus oris noſtri ſub cujus umbra vivimus in gentibus.* Thren. 4. num. 20. vel dicuntur vitæ in plurali, quia tanta fuit gravitas dolorum, ut non una tantum vita, ſed plures poſſent deficere: *in dolore*, acerbitate, ac gravitate dolorum, nam ipſa dicitur ab Iſaia jam citat. *Vir dolorum.* Et ſubdit, *& anni mei in gemitibus.* Gemitus dolorem, ac mœſtitiam animi teſtantur, qui in toto vitæ curſu abſque ullo riſu magnus fuit in Chriſto, ita ut dicat D. Auguſtinus in Pſalm. 20. pro miraculo haberi poteſt, quod ipſe tamdiu vixerit, *A triſtitia enim feſtinat mors, & cooperit virtutem, & triſtitia cordis flectit cervicem.* Et hæc mœſtitia cum dolore valde magna fuit in ipſa paſſione, ut teſtantur illa Chriſti verba, *Triſtis eſt anima mea.* Ut dixi in hac quæſtione in 1. parte concluſionis.

Hieron. Symmach.

Thren. 4. *Chriſti vita magnis doloribus finita eſt.*

Iſai. 53.

D. Aug.

30. D. Aug. *infirmata eſt in paupertate virtus mea.* D. Auguſt. legit. *Infirmatus eſt in egeſtate vigor meus.* Ac proinde virtus, ſeu vigor meæ vitæ faticeſcit, ac deficit in paupertate, hoc eſt in ſumma omnium egeſtate non ſolum rerum, ita ut in ſua paſſione nec haberet unum potum aquæ, & pro aqua daretur ei fel, & acetum, ſed etiam in ſuorum paupertate, hoc eſt deſertione, ab omnibus enim derelictus eſt, ita ut ipſe diceret, *Suſtinui, qui ſimul contriſtaretur, non fuit: & qui conſolaretur & non inveni.* Pſal. 68. n. 21. *Et oſſa mea conturbata ſunt.* D. Hieron. *Contabuerunt.* Symmachus *putruerunt*, Aquila *ſqualuerunt.* In paſſione Chriſtus Dominus totis oſſibus conturbatus eſt, contremueruntque omnia oſſa ejus, præcipuè quando in croce elatus exagitatus, tunc magnus fuit dolor, ipſaque oſſa maximè conturbata, tanquam ſi à ſuis locis nervoſis eſſent avulſa, ut ibi Deo dante dicam.

Chriſtus ab omnibus deſertus, ac derelictus moritur.

Pſalm. 68. D. Hieron. Symmach. Aquila.

31. Job. 6. In perſona Chriſti Domini clamat Job. 6. n. 2. *Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior in ſtatera: quaſi arena maris hæc gravior appareret.* Ac ſi Chriſtus oraret ad patrem. Pater utinam peccata mea, generis humani nempè quæ ego feci mea, ſuper humeros meos ponens ut pro illis ſatisfacerem. Et ut ait D. Auguſt. in expoſit. 2. in Pſalm. 21. *Delicta noſtra Chriſtus ſua delicta fecit, ut juſtitiam ſuam noſtram juſtitiam faceret.* Utinam hæc peccata, *& calamitas quam patior*; acerbitas nempè dolorum, ac tormentorum meæ paſſionis, quam ſuſtineo. *Appenderentur in ſtatera*, ſeu in cruce, ut canit Eccleſia, *Statera facta corporis*, ſeu ut exponit Gloſſa ſtatim citanda, in divina juſtitia. *Et hæc gravior appareret*, & hæc mea calamitas, ac gravitas, & multitudo dolorum meorum, ac tormentorum gravior, quam ipſe peccata, appareret. Nam illa phraſis. *Quaſi arena maris* ſignificare ſolet, ut ait Pineda, immenſitatem quandam, ſine numero, & copiam ſine pondere, & gravitate. Gloſſa Mortalis. *In ſtatera namque Divinæ juſtitiæ paſſio Chriſti præponderat peccatis humanæ naturæ.* Ad hanc theſim confirmandam paſſim in hoc libro multa loca adducam.

D. Aug.

Paſſio Chriſti præponderat peccatis hominum.

Pineda, Gloſſa.

32. Ad calcem hujus quæſtionis adverte, quod comparamus hic dolores Chriſti cum doloribus hujus vitæ, non verò cum dolore gehennæ, quæ dicitur pœna ſenſus; nam hæc eſt alterius rationis, ac proinde acerbior eſt, tum quia cauſa doloris, quæ eſt ignis, ut inſtrumentum divinæ juſtitiæ, & diſpoſitio patientis, cum ſit purè ſpiritualis,

Quid dicendum ſit de comparatione cum pœna gehennæ, & Purgatorii.

tualis, maximè efficax eſt ad majorem intentionem. An verò idem dicendum ſit de animabus Purgatorij, res magis dubia eſt; quia illæ mitius puniuntur; unde aliqui credunt, teſtatur Suarez citata diſp. 33. ſect. 2. §. *Secundo intelligitur*: non ſolum in Chriſto, ſed etiam in aliis hominibus reperiri poſſe interdum majorem dolorem quoad intentionem, quam in animabus Purgatorij: nam aliquid animæ poſſunt pati in purgatorio ob levem cauſam ut etiam ipſe docet tom. 4. ad 3. p. diſp. 46. ſect. 3. §. *Breviter aſſero.* Tamen communis ſententia eſt pœnas purgatorij eſſe graviſſimas, & pœnas hujus vitæ longè ſuperare. Ita ex D. Auguſtino, D. Gregor. D. Bernard. D. Anſelmo, & aliis probant Bellarm. tom. 1. lib. 2. de Purgat. c. 14. Ægid. Coninch. tom. 1. de Sacram. diſp. 11. de pœnit. dub. 3. n. 24.

Suar. Bellarm. Coninc.

QUÆSTIO IV.

Chriſtus in paſſione, ac morte ſua maximè oſtentavit divitias ſui divini amoris.

33\. Rom. 5. DIt Paulus Rom. 5. n. 8. *Commendat autē charitatem ſuam Deus in nobis*, id eſt erga nos, *quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* Maximè Deus recommendat, extollit, ac declarat ſuam eximiam charitatem. *Quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* O admiranda, & ſtupenda amoris Dei, & Chriſti immenſitas. Objectum amoris bonum eſt, nec homines quid amant, niſi quia pulchrum, ſapiens, dives, delicatum, nobile; & in ſumma bonum. Domine quid in nobis bonum inveniſti, quid pulchrum, quid amares? Fœdi, inimici eramus, inſipientes, mendici, putridi, viles, miſeri, & miſerabiles: fœdos amavi, ac ſi dicat Dominus, ut pulchros efficerem: inimicos amavi, ut amicos facerem: inſipientes amavi, ut ſapientes redderem; mendicos amavi ut locupletes; viles ut nobiles; miſeros ut beatos, & glorioſos efficerem. Hæc eſt celſitudo, & præclaritas amoris divini, quæ omnes creatos amores tranſcendit, ut objectum non inveniat, ſed amando creet. Ratio enim amandi in Deo petitur, & fundatur, non in objecto amato ſed in ipſo Deo amante. Ideo enim amat, ut ſua bona malis communicet, ut ſuum amorem in hoſtes transfundat, eóſque ex hoſtibus faciat amicos, imo filios, & hæredes, ut docet D. Dionyſius lib. de Divinis nominibus. Hunc autem Dei amorem facit admirabilem, & ſtupendum; quod non Angelum, non Seraphinum, ſed ſeipſum dederit pro nobis viliſſimis terræ vermiculis, dederit autem non quomodocunque, ſed in mortem, & in crucem. Sic præfatum Apoſtoli locum enucleat D. Chryſoſt. ſerm. 6. de paſſione, & poſtea concludit. *Hinc eſt*, ait, *quod Chriſtus intrat carnis injuriam, ſubit contumelias paſſionum, pœnarum genera percurrit, mortem ſuſcipit peramaram, quia damnari noluit, qui quod fecerat ſic amavit.*

Ratio amoris Divini in ipſa bonitate Divina fundatur.

D. Dionyſ.

Chryſoſt.

34\. O ineffabilis & admiranda Chriſti Charitas, qui non ſolum pro nobis ſuſtinuit mortem ſed eam habuit pro deliciis, ac animi recreatione. D. Aug. tract. 65. in Joan. ſic de Chriſti morte loquitur. *Quam mirandi, ait, generis mors eſt, cui parum fuit non eſſe in pœnis, niſi eſſet inſuper in deliciis.* In perſona ipſius Domini Crucifixi ait Iſais 63, num. 5. *Indignatio mea ipſa auxiliata eſt mihi.* Hoc eſt indignatio, quaſi à me ſuſcepta ob hominum peccata auxiliata eſt mihi. Tigurina. *Æſtus meus me fulciebat.* Ac ſi diceret, nullo alio medicamento, nulloquè alio externo fulcimento, aut robore ad acerbiſſimam mortem obeundam mihi opus eſt, qui ab æterno amoris æſtu in his tormentis multas delicias deguſto, ita ut ad multa majora perferenda, ab ipſo amoris æſtu fulcior, ac munior.

Chriſtus mortem habuit pro deliciis. D. Auguſt. Iſai. 63. Tigurina.

De Abrahamo dicitur Geneſ. 18. num. 1. *Apparuit autem ei Dominus in convalle Mambre ſedenti in oſtio tabernaculi ſui in ipſo fervore diei; cumque elevaſſet oculos apparuerunt ei tres viri ſtantes prope eum, quos cum vidiſſet, occurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi ſui, & adoravit in terra.* Sese Abrahamo objiciunt tres viri tanquam fatigati, ac vexati ab itinere, æſtu, ac fervore diei quibus ille offert aquam ad lavandos pedes, & prandium ad confortanda corda, qui illi acquieſcunt, tamen Abrahamus eos non introduxit in tabernaculum ſuum, ſed ait illis. *Requieſcite ſub arbore*, Tres viri illi, ut valdè nobiles, & magni apparebant, cur Patriarcha, qui magna ſcientia, prudentia ac urbanitate erat præditus, eos in domo ſua decenti ornatu, ac apparatu compoſita non excipit, ſed in campo ſub arbore, & ibi profert panem, vitulum, & aquam. D. Auguſt. lib. 16. de Civit. Dei, cap. 29. *Hoc autem dubitatum non eſt Angelos fuiſſe, quamvis quidam exiſtimant unum in eis fuiſſe Dominum Chriſtum, aſſerentes eum etiam ante indumentum carnis fuiſſe viſibilem.* Et ad cap. 19. Geneſ. num. 1. *Venerunt duo Angeli Sodomam.* Ubi eſt illud tritum D. Ambroſ. *Ubi gratia largienda eſt Chriſtus adeſt; ubi exercenda ſeveritas, ſoli adſunt miniſtri, de eſt Jeſus.* Uno ex illis tribus repræſentabatur Chriſtus Dominus cujus ingens pietas maximè fatigabatur, ac dolore afficiebatur ob ſocios Angelos profecturos in ſodomiticam punitionem, ut ergo Chriſtus à tanta fatigatione, dolore recrearetur, ab æterno Parente objicitur illi typus ſuæ paſſionis, ut tantis deliciis delibutus, tàmque ſuavi ſpectaculo jucundatus, citius ferat ſodomiticam ſtragem; inde ſub arbore Crucis typo recipitur Eucher. *Sub arbore*, ait, *ſediſſe eos Dominicæ paſſionis erat ſignum.* Pedes lavantur in ſignum, quod à Chriſto erant abluendi. Origen. homil. 4 in Geneſ. *Accipiatur aqua, & laventur pedes veſtri, & hoc in myſterio dicitur, ſciebat enim Dominica ſacramenta non niſi in lavandis pedibus conſumenda.* Adduxitque vitulum, de quo ait D. Vigilius lib. 3. contra Eutichem. *Abraham hujus non inſcius Sacramenti, vitulum, de armento elegiſſe deſcribitur, quem in typo Dominicæ paſſionis occidiſſe dignoſcitur.* Tréſque panes miniſtrat in typum ſacræ Euchariſtiæ, ut ait D. Ambroſ. lib. 1. de Abraham. cap. 5. *Breviter autem myſterium docet Sara unius Similaginis, tres menſuras faciens; quæ typum Eccleſiæ habet.* Cum ergo Chiſtus Dominus repræſentaretur vehementiſſimo dolore vulneratus de ſodomitica vaſtatione, nullo magis potuit recreari, ac delectari, quàm ſpectaculo dolorum, ac cruciatuum ſuæ paſſionis, nil ei gratius, & præjucundius exhiberi poterat. 35. Geneſ. 18.

D. Auguſt.

D. Ambroſ.

Paſſio Chriſti repræſentata pro magnis deliciis eſt.

Eucher.

Origen.

Virgilius.

D. Ambroſ.

De Chriſto D. in ſua paſſione ſermonem habens Paulus Apoſtolus, ait. *Qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contempta.* Hebræor. 12. c. 2. Multi legunt. Qui pro propoſito ſibi gaudio, hoc eſt pro gaudio, ſeu loco, & vice gaudij ſibi propoſiti maluit, & elegit crucem, 36. Hebr. 12.

cem. Expendendum eſt quod ait *confuſione contempta*, cum potius videbatur dicendum, triſtitia contempta, ut antitheſis venuſtas melius ſubſiſteret; cur ergo cum meminit de Chriſti gaudio in ſuſtinenda cruce, mentionem facit non de triſtitia, ſed confuſione, ſeu ignominia contempta? Theophylactus. *Non dixit*, ait, *triſtitia contempta, neque enim cum triſtitia iſta ferebat.* In paſſione Chriſti, etſi in oculis circumſtantium, qui myſterium non intelligebant, videretur aliqua ignominia, cum iniquis reputatus eſt, hanc ipſe Jeſus contempſit, & tanto gaudio ſuſtinuit crucem, ut in eo nullus locus eſſet triſtitiæ, *neque enim cum triſtitia iſta ferebat.* Tantum in ipſis tormentis habuit ſummam jucunditatem, & lætitiam. Nam, ut ait Theodoretus: *Chriſtus gaudium ſuum vocat animarum ſalutem.* Ipſa mors repræſentata fuit ei cauſa triſtitiæ. *Triſtis eſt anima mea.* At mors ipſa in re perpeſſa, ratio ſummi gaudij, & lætitiæ.

Theoph. *Chriſtus in tormentis, ac doloribus ſuæ paſſionis magnum habebat gaudium.*

Theodor.

73. Pſalm. 21. qui totus de Chriſti paſſione eſt compoſitus in perſona Chriſti, ait Regius vates num. 21. *Erue à framea Deus animam meam.* Per frameam intelligit Lorinus lanceam, qua latus Chriſti eſt perforatum. Sed cur Chriſtus tam enixe poſtulat a Patre liberari à framea, ſeu lancea, cum alia ſuæ paſſionis tormenta, quod inimici circundederunt eum; quod concilium malignantium obſederit, qui manus, & pedes ejus foderunt, tam libenter ſit amplexatus, à lancea tamen poſtulat liberari, & erui. Dolor vulneris lanceæ fuit tantum in repræſentatione, nam cum Chriſtus viveret, illud vulnus ſibi à Patre expoſitum acceptavit; tamen quando in re eſt inflictum, dolorem non generavit, cum corpus jam eſſet mortuum. Inde ipſe poſtulat, ut à tali vulnere lanceæ eximatur. *Erue à framea Deus animam meam*; quia ſolum in repræſentatione, & non in re intulit dolorem. Si enim patiendi deſiderio inflammabatur, ut nullus illi eſſet acerbior cruciatus, quàm ille, qui re non incureret dolorem; at vero alia tormenta, ut crux, clavi, flagella, ſpinæ, quæ ſecum magnum, ac rigidum dolorem aſportabant, hæc tanquam ſuaves & dulces delicias exoptat, & amplectitur. Vide in hoc. cap. quæſt. 3. & opportunè, & infrà hoc lib. cap. 18. quæſt. 3. n. 18.

Pſalm. 21.

Leontius.

Tormenta, quæ in re inferebant dolorem dulcia, quæ in repræſentatione acerba,

---

Quæstio VII.

Chriſtus Dominus per ſuam paſſionem mirabiliter triumphavit.

38. Coloſſ. 9.

Apoſtolus Paulus ſcribens ad Coloſſen. 2. num. 15. ait de Chriſto. *Expolians principatus, & poteſtates traduxit confidenter palam triumphans illos in ſemetipſo.* Expendenda ſunt ſingula verba. *Expolians principatus, & poteſtates.* id eſt ſpolians dæmones ſua poteſtate, dominatione, & tyrannide in homines ſibi peccato obligatos, & ſubditos, traduxit ex radice Græca idem eſt ac circumduxit in triumpho, ut ſolent triumphatores captivos, & prædam in triumpho circumducere, & oſtentare, & omnibus ſpectatam exhibere. Sic Chriſtus quaſi triumphator ſuos hoſtes, ſcilicet dæmones ſua poteſtate, quam habuerat in homines jam deletos, & à ſe victos in triumphum duxit. *Confidenter* ex radice Græca liberè, audacter, *Confidenter palam*: ſignificat liberè, intrepidè, palam, publicè, neminem veritus, *triumphans* triumphum agens de illis, vel illos ſcilicet dæmones in triumphum ducens. *In ſemetipſo*, hoc eſt per ſemetipſum, non per exercitum militum, ſed per ſeipſum ſolum crucifixum. Theophylact. ad citat. locum Pauli. *In cruce*, ait, *Chriſtus trophæum ſtatuens, dæmones triumphavit.* Cornelius à Lapide. *Hoc loco Paulus utitur*, ait, *metaphora triumphi, judicare volens, crucem eſſe currum triumphalem, in cujus ſumma parte ſedet Chriſtus triumphans, in parte ima trahitur diabolus alligatus, & oſtentatur quaſi in pompa.*

Græcus.

Chriſtus in Cruce triumphum agens dæmones. ducit captivos.

Theoph.

Cornel.

De Chriſto Domino ait Iſaias 53. num 7. *Sicut* 39.
ovis ad occiſionem ducetur. Septuaginta *ad victimam ducetur.* Verbum *ducetur* in Hebræo habet magnam vim, eſt verbum *Hobil.* Quod propriè ſignificat deducere cum pompa, & comitatu Regio, Pſal 59. n. 11. *Quis deducet me in civitatem munitam.* Ex Hebræo cum verbum ſit *Hobil*; optimè legi poteſt. *Quis deducet me cum pompa, & majeſtate regia, in civitatem.* Cùm Chriſtus Dominus *Bajulans ſibi crucem*, exiret in Calvariæ locum ad mortem circundatus militum copiis *ad victimam ducetur*: cum pompa & majeſtate regia. Ibat ad triumphum, quem in ipſa cruce de principe tenebrarum obtinuit D. Cyrill. Hieroſolymit. Catech. 13. *Gloriatio*, ait, *gloriationum eſt Crux. Crucis autem corona, & cæcos in ignorantia illuminavit, & vinctos a peccatis ſolvit, & univerſum genus humanum in mundo redemit.*

Iſai. 53.

Pſaml. 59.

Cum pompa ac regia majeſtate it Chriſtus ad Crucem,

D. Cyrill.

Cum Chriſtus Dominus duceretur in Calvariã 40.
ad Crucem. *Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur eum.* Ad quas Dominus converſus ait; *filiæ Jeruſalem nolite flere ſuper me* Luc. 23. n. 28. Cur Dominus pium fœminarum affectum ſic reprimis, & lacrymas, quæ ex multa benignitate, ac commiſeratione erga te defluebant, quæ potius gratulandæ videbantur, ſic prohibes. Ibat Dominus ad crucem, ac mortem, ac proinde ad triumphum, & victoriam, cui non competebant lacrymæ, ſed potius pompa, ac regalis apparatus, & ideo fletus ut improportionatos tanto trophæo excludit, & reprimere vult D. Leo ſerm. 10. de Paſſione. *Iſtum planctum*, ait, *Dominus Jeſus dedignabatur impendi, quia non decebat luctus triumphum, nec lamenta victoriam.*

Prohibentur lacrymæ, quæ triumpho non decent.

Luc. 23.

D. Leo.

Tranſacto populo Iſraël per mare rubrum, ſuf- 41.
focatóque in eo Pharaone cum exercitu ſuo. Exod. 15, n. 1. *Tunc cecinit Moyſes, & filij Iſrael Carmen hoc Deo, & dixerunt: Cantemus Domino.* Et poſtea n. 28. ſubditur. *Sumpſit ergo Maria Prophetiſſa, ſoror Aaron tympanum in manu ſua; egreſſæque ſunt omnes mulieres poſt eam cum tympanis & choris, quibus præcinebat dicens, Cantemus Domino.* Moyſes poſt ſuperatum mare, cum tam feſtivis inſtrumentis carmen Deo condidit. At Noë poſt ſuperatum diluvium: *Ædificavit autem Noë altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare.* Gen. 8 n. 20. ſimiliter & fecit Abraham Geneſ. 12. n. 7. Gen. 22. n. 13. & Iſaac. Geneſ. 26 n. 25. Jacob, & alij Patriarchæ. Cur ergo ſimiliter Moſes non magis de altari ædificando, quàm de carmine canendo tractavit? Cur potius non magis amavit altaria, & holocauſta, de motu Patrum Deo facere, quàm ſine exemplo carmina, & cantica litare? Aliqualem hujus rei rationem indigitavit D. Proſper de promiſſionibus p. 1. c. 38. *Vindex aqua ſacrata vero,*

Exod. 15.

Geneſ. 8.

Geneſ. 22.

Geneſ. 26.

D. Proſper.

rubrata

rubrata ſanguine , ligno crucis in myſterio virga percuſſa ſalutem ad ſalvatorem venienti miniſtravit. In Noë, Abraham, Iſaac , & Jacob alia myſteria demorabantur;at Moyſe cum erecta virga mare percutiente; qua ſalus dicitur Iſraël, & Pharaon cum exercitu ſuo infertur mors , ſignificabatur quod Chriſtus per lignum crucis ſalutem eſſet daturus mundo , principem dæmoniorum cum exercitu ſuo deſtrueret, & ſi alia myſteria cum morte animalium, quæ ingerit ſigna doloris , & triſtitiæ celebrentur,at ubi victoria,quam Chriſtus in Cruce habuit deſignabatur , nullum poterat eſſe ibi ſignum mœſtitiæ , ſed canticum, ac feſtivus jubilus tanto triumpho,ac applauſui debebatur,abigantur ſigna doloris,& reſonent muſica inſtrumenta cum miro applauſu , ac feſtivo gaudio.

In triumpho Crucis interveniunt Cantica & non lamenta.

42. Ioan. 19. *Milites plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti ejus.* Joan. 19.n.2.per ludibrium imponitur corona meo Jeſu , cur de ſpinis componitur , & cur cum hujuſmodi corona fertur ad crucem , & mortem , præcipuè cum talis corona videbatur à capite ejus deponenda, quando meus Jeſus denudatus eſt veſtibus ſuis. Corona ſpinea extitit magnus cruciatus Chriſto Jeſu , nam tales ſpinæ caput Jeſu transfixerunt,quod cum multa ſanguinis copia magnum dolorem ei attulit; ipſis tamen ſpinis Diabolum transfixit , devicit, ac ſuperavit; illaque ſpinea corona eum expoliavit ac ejecit à corona ſui principatus , qua in toto orbe dominabatur ; inde divina diſpoſitione factum eſt , ut ipſam coronam ſpineam capiti impoſitam , ſecum aſportaret Dominus ad crucem , ac mortem tanquam in ſuo triumpho inſtrumentum geſtans,quo inimicum ſcilicet Diabolum devinceret. Iſidorus Peluſiot.epiſt.95.*Idcirco,*ait,*ſpinea corona,ut rector, redimitus eſt , quemadmodum ſcilicet clari , ac celebres victores faciunt , qui hoc ipſum telum , aut inſtrumentum , cujus ope victoriam conſecuti ſunt, in triumphum geſtant.*

Ad Crucem fert Dominus coronam tanquam in triumpho.
Iſid. Peluſ.

43. Pſalm.92. De Chriſto D.decantat David Pſal. 92.n.1.*Dominus regnavit , decorem indutus eſt : indutus eſt Dominus fortitudinem , & præcinxit ſe.* Et ait : *Dominus regnavit* , quo oſtendit amplitudinem ſuæ celſitudinis, *decorem indutus eſt.* Ambroſ.Gregor.Hieron. *Gloriam.* Alij legunt , *ſplendorem , celſitudinem , magnificentiam , pompam regalem , ac triumphalem.* Et ſubdit , *indutus eſt Dominus fortitudinem.* Demonſtravit ſuam fortitudinem , inimicos , ac adverſarios vincendo , ac deſtruendo. Quænam hæc fuit dies , in qua Dominus regnavit , & in qua ſuum decorem, ſplendorem, pompam regalem,ac triumphalem oſtentavit,ſimúlque declaravit ſuam fortitudinem devictis hoſtibus, Titulus Pſalm.explicat , qui ſic habet : *Laus cantici ipſi David , in die ante ſabbatum , quando fundata eſt terra.* Hugo Cardin. *Dies vero ante ſabbatum eſt feria ſexta , in qua paſſus eſt , quando Eccleſia per mortem Chriſti eſt fundata.* Feria ſexta , in qua paſſus eſt Dominus Jeſus,dies eſt,in quo ipſe regnavit,decorem,ſplendorem, pompam regalem, ac triumphalem induit. in quo oſtentavit ſuam fortitudinem dæmone devicto inſtituens ſuam Eccleſiam. D. Hieron. epiſt, ad Hedibiam q. 9. *Gloria Salvatoris* , ait,*patibulum triumphantis eſt.*

Ambroſ. Gregor. Hieron.
Alia lectio,
Tit. pſalm. Hugo.
In die ſup mortis oſtentat Dominus pompam regalem , & triumphalem.
Hieron.

44. 2. Cor. 2. De principibus Judæorum loquens Paulus 1. Cor. 2.n.8.*Si agnoviſſent , nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſet.* Sæpè Apoſtolus loquitur de Chriſto Domino in dje judicij. *In die adventus Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Et quod omnes baptizati eſtis in Chriſto , vocati eſtis in Chriſto , membra eſtis Chriſti. At modo non ſolùm dicit Dominum Jeſum Chriſtum , ſed ulterius vocat eum Dominum gloriæ ; cur præcipuè hic hoc addit *nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent ?* dicebat eum crucifixum , & cum Dominus pro nobis crucifixus eſt , tunc maximè celſitudinem , ac majeſtatem ſuæ gloriæ oſtentavit , ac declaravit D.Chryſ.ibi. *Opportunè,*ait, *Dominum gloriæ,vocavit etenim quoniam crux ignominiæ eſſe videtur , maximæ gloriæ eam eſſe oſtentavit.* Chryſoſt.

In cruce maximè Chriſtus oſtentavit ſuam gloriam.

De Chriſto Domino ait Joannes Apocal.1.n 5. 45. Apoc. 1.
Primogenitus mortuorum , & princeps regum terræ. Prius ipſum dicit primogenitum mortuorum , & poſtea principem regum terræ commemorat , cum prius id , quod nobilius, & excellentius erat, videbatur in prima fronte ponendum , ideo priorem poſteriori anteponit , quaſi glorioſius fuerit Chriſto D. ſe morti ſubjéciſſe , quàm univerſo mundo imperaſſe. Huc advoco D. Chryſ. 6.hom. in feria 5.Paſſionis: *Rex quando glorioſior,*ait,*quando indutus purpura ? Diademate decorus ? Aſperſus auro; an quando in campum exiens ? Vultu, & honore ultimus ? Periculis primus, onuſtus ferro, gravis armis pro patria , pro civibus , pro liberis, pro vita omnium premit hoſtem , diſcrimina, deſpicit , ipſámque mortem ſuorum ſuſcipit ad ſalutem : ut majorem contemptum mortis , quam de ipſo hoſte victoriam referat , ac triumphum ? Et quare diſplicet , ſi Chriſtus de ſinu Patris ad noſtram ſervitutem venit , ut nos ſuæ redderet libertati noſtram mortem ſuſcepit , ut nos ejus morte viveremus.* Vide lib. 8. c. 20. n. 8. & 9.

Maximè reſpondet Chriſtus in ſua morte.
Chryſoſt.

Quæstio VIII.

A Chriſti Paſſione , ac morte omnia bona in nos defluxerunt.

AIT Paulus Rom.5. num. 17. *Si unius delicto mors regnavit per unum* (ſcilicet Adam) *multo magis abundantiam gratiæ , & donationis , & juſtitiæ accipientes , in vita regnabunt per unum Ieſum Chriſtum.* Ex Adamo originale peccatum contraximus, & mortem. At ex Chriſto merito paſſionis ejus accepimus non ſolùm criminis originarij , & aliorum actualium remiſſionem , ſed etiam abundantiam gratiæ , juſtitiæ , donationis gloriæ, ac aliorum donorum. D.Chryſ.ibi.*Gratia,* ait,*non ſolum nos à ſupplicio liberavit,ſed & peccatorum condonationem, ac vitam, & alia largita eſt, ut ſi quis febrientem non morbo ſolùm liberet, ſed formoſum, & fortem,& honoratum efficiat:aut eſurientem non alat ſolùm, ſed efficiat multarum poſſeſſionum dominum, & ad maximum promoveat principatum.* 46. Rom. 5. Chryſoſt.

Cum populus eſſet egreſſus de Ægypto, de ducatu , quem illi præſtabat Moyſes dicitur , quod Dominus *circunduxit per viam deſerti , quæ eſt juxta mare.* Exod. 13.n.18.At vero per quæ loca Jeſus diſcipulos ſuos duxiſſet , notat D. Matth. 12. num. 1. *Abiit Ieſus per ſata ſabbatho,diſcipuli autem ejus eſurientes cœperunt vellere ſpicas.* Maximè notandæ ſunt viæ, per quas populus Iſraëliticus graditur ſub Moyſe,& per quas diſcipuli ſub Jeſu incedunt,Ille per viam deſertam,ſterilem,ac inaquoſam pergit ; Hic verò per ſata pullulantibus , & invitantibus ſpicis procedunt. Unde tanta differentia, ut Moyſis aſſeclis detur via deſerta, amara & injucunda, Jeſu verò diſcipulis fructifera applaudant ſata ? In Jeſu jam mors , & paſſio è proximo oſtendebatur , de cujus uberi irrigatione omnia 47. Exod. 13. Matth. 12.

A Chriſti paſſione omnia ſunt fructifera.

omnia valdè fructifera, ac utilia hominibus ſe exhiberent: ubi enim Chriſti paſſio, ac mors reſplendet, nil ſterile, ac infœcundum apparet, ſed omnia in mille, ac perjucundos fructus ſeſe diffundunt. D. Ambroſ. lib. de Iſaac. cap. 6. *Moyſes per deſertum duxit populum Iudæorum, Chriſtus per ſeminata ducit, quia per paſſionem ejus deſertum floret, ut lilium.*

D. Ambr.

48. Matth. 8. Marc. 1. Scribit D. Matth. 8. n. 16. *Veſpere autem facto obtulerunt IESV, multos dæmonia habentes.* Marc. 1. n. 32. dicitur: *Veſpere autem facto, cum occidiſſet Sol, afferebantur ad eum omnes malè habentes.* Cur hujuſmodi infirmi non adducuntur ad JESUM mane, meridie, ſed ad veſperam, ac ad ſolis occaſum? tunc enim aperiuntur omnium ſanitatum fontes, omnium bonorum ſcaturigines, omniaque mala abiguntur, princepſque hujus mundi foras ejicitur, ac homines à dæmonibus liberantur: His denotabatur, quod quando Sol juſtitiæ ſub occaſu in ara crucis appareret, tunc potentiores omnium ſanitatum, ac bonorum fontes proſilirent, ac in totum orbem redundarent. D. Hieron. in cap. 8. Matth. *Omnes*, ait, *non mane, non meridie, ſed ad veſperam curantur, quando Sol occubiturus eſt: quando granum tritici in terra moritur, ut multos fructus afferat.*

A Chriſto crucifixo omnium bonorum fontes.

D. Hieron.

49. Geneſ. 13. Geneſ. 13. n. 1. dicitur de Abrahamo. *Aſcendit ergo Abram de Ægypto ipſe & uxor ejus, & omnia, quæ habebat, & Lot cum eo ad auſtralem plagam. Erat autem dives valdè in poſſeſſione auri, & argenti.* Et ſtatim ſubditur. *Sed & Lot, qui erat cum Abram fuerunt greges ovium, & armenta, & tabernacula.* Multo examine dignum eſt; quòd omnia pretioſa, ac magnæ æſtimationis reſplendeant in Abrahamo, hoc enim denotatur. *Erat dives valde in poſſeſſione auri, & argenti.* Lot verò nihil ſplendidum, ac magnæ æſtimationis habet, ſed tota ejus ſubſtantia ex pecoribus deſcribitur, non verò ex auro. Quænam tanti diſcriminis cauſa? ſimul degebant Abraham, & Loth ſimulque negotiabantur. Cur ergo ille ex auro totus aureus nitet; hic verò ex gregibus totus bubulus appareret? Nonne ambo ſimul erant juſti, ac pij in Deum, amboque charitate pleni peregrinos hoſpitio excipiebant: amboque in tabernacula, ac menſam ſuam Angelos introducunt. Cur ergo ille totus auro, & argento valdè dives, ſeu ut legit Chaldeus *Honoratus* dicitur, iſte verò ſplendore auri, & argenti vacuus refertur? Abraham inter cætera ſua magnalia hoc habuit, quod dum filium ſuum Iſaac in ſacrificium obtulit, paſſionem, ac mortem filij Dei deſignavit, ipſamque in figura vidit, & ab umbra paſſionis filij Dei innumeri aurei rivi defluunt, omniumque pretioſiſſimorum fontes exundant, qui enim Chriſtum crucifixum habet, omnia poſſidet, quot enim ſunt paſſionis Chriſti vulnera, tot copioſiſſimi omnium bonorum fontes apparent D. Ambr. lib. 2. de Abraham c. 5. *Non habebat Lot, ait, aurum, quod habebat ille, qui vidit Chriſti poſteriora, de quo ſcriptum eſt, & poſteriora ejus in pallore auri. Vidit illum Abraham, ſicut teſtatus eſt Dominus, dicens Abraham diem meum vidit, & gaviſus eſt, ideo auri ſpeciem habere meruit, & poſſidere.*

A Chriſti paſſione omnium bonorum theſauri ſcaturiunt.

D. Ambr.

50. Pſalm. 129. Decantans Regius vates à quot ac quantis malis nos Chriſtus D. ſervaverit ait Pſalm. 129. n. 7. *Copioſa apud eum redemptio.* Seu ut habet Arabicus: *Ab eo liberationes multæ*: id eſt innumeræ. Maxime expendendum eſt. Quod referens ipſe regius vates, quomodo Deus redemit gentem ſuam de Ægypto, multus eſt in celebrandis à quot & quantis malis eos liberaverit, quod à jugo, ac tyrannide Pharaonis ſalvaverit eos propter nomen ſuum, de quo latè agit Pſal. 105. quod etiam multis cecinerat. Pſal. 104. quod eos à paupertate, & infirmitate cuſtodierit num. 57. *Eduxit eos cum argento, & auro: & non erat in tribubus eorum infirmus.* Quod à calore, ſeu æſtu, Solis, & frigore, ac obſcuritate noctis præſervaverit, n. 39. *Expandit nubem in protectionem eorum, & ignem ut luceret eis per noctem.* Et quod à fame, ac ſiti cuſtodierit. Pluit illis manna ad manducandum. *Dirupit petram, & fluxerunt aquæ, abierunt in ſicco flumina.* Cur ergo etiam ipſe vates non recenſet, à quot ac quantis Chriſtus morte, ac ſanguine ſuo nos ſalvaverit? A quantis Deus, cum educeret populum ſuum de Ægypto, eripuit, poteſt ſpiritus propheticus numerare; at verò à quot malis Chriſtus nos morte ſua liberaverit, quotque bona ab ipſa ejus morte manaverint; nec ullus vates, nec ulla lingua, nec ullus calamus valet in numerum redigere, ſed tantum ſummatim dicere, quod copioſa fuerit redemptio, & quod multæ liberationes ab eo. D. Bernard. ſerm. 6. poſt Dominicam Olivarum. *Quis novit ſenſum Domini, nec oculus vidit, nec auris audivit, quanta Deus præparavit diligentibus ſe, ad quæ per crucem ſuam nobis viam pate fecit.*

Arabicus. Pſalm. 105. Pſalm. 104.

Nulla lingua valet exprimere, quot bona à Chriſti morte in nos dimanarunt.

D. Bernard.

Cùm Rex divinus occiſis altilibus jam haberet paratum convivium ſervo ſuo ait. *Exi in vias, & ſepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea* Luc. 14. At verò cùm in crucem erigitur, ut mundum ad ſe trahat ait; *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Matt. 16. num. 14. Ad convivium jam præparatum mandat nolentes compelli, & ex valdè compulſis, ac coactis menſam, ac domum impleri diſponit. Ad crucem autem neminem cogit, ſolumque voluntarios venire ordinat. *Si quis vult.* Cur non magis mandat compelli homines ad crucem, quàm convivium? ſiquidem in convivio deliciæ apparebant, in cruce verò dolores, & anguſtiæ; tam ingentia bona oſtentantur in Chriſto crucifixo, mortuo, & paſſo, ut omnes homines nullo modo coacti, ſed libentes ad ipſum crucifixum currant, tam ingens eſt copia donorum, quæ à Chriſti vulneribus manant, ut ſat ſit, quod in ipſa cruce oſtenſa in mundo apparuerint, ut ſine ulla coactione ad ea homines currant & volent. Ioannes Xiphilint. Patriarch. Conſtantinopol. orat. de adoratione crucis habita apud Gretſer. tom. 2. *Videte*, ait, *quemadmodum neminem cogat, ſi quis vult. Quaſi diceret: non vim affero, non cogo. Ad bona enim voco non ad mala, & odioſa, non ad caſtigationem, & pœnam, ut etiam oporteat cogere? ſiquidem ipſa rei natura potens eſt attrahere. Ideo dixi: ſi quis vult: magna enim, inquit ſunt quæ vobis offero, bona, ac talia, ut volentes, libenteſque ad ſe convertant.* 51.

Luc. 14. Matth. 16.

Dona quæ à Chriſto crucifixo, ac mortuo dimanant, omnes ad ſe alliciunt.

Ioan. Xiphi.

Facta ingenti promiſſione Abrahamo, de multiplicatione ſuorum filiorum, qui cum ſtellis comparantur; ait Abrahamus Deo, *Domine Deus, unde ſcire poſſum, quod poſſeſſurus ſim eam.* Gen. 15. num. 8. Ait Deus Abrahamo. *Sume mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque, & columbam.* Maximè expendendum eſt id quod petit Abrahamus, idque, quod ei datur. Abrahamus 52.

Geneſ. 15.

petit ſignum efficax, quo ſuis filiis divinæ promiſſionis perſuadeat fidem; Deus pro tali ſigno trium animalium hoſtiam mandat conſtitui. Et cur illa animalium mactatio conducebat ad perſuadendam fidem? in animalium jugulatione præfigurabatur Chriſti paſſio ut auctor eſt ibi Abulenſis. Cujus divino ſanguine firmata ſunt omnia fœdera à Deo hominibus exhibita, de cujus vulneribus omnia vitalia bona habemus, ab eiſque æternæ vitæ fontes manabant. D. Ambroſ. in Pſalm. 37. *Non tabes mortis, ait, de vulnere ejus*, ſcilicet Chriſtus, *ſed fons vitæ ſcaturivit æternæ.*

Abulenſ. — D. Ambr.

Quæstio IX.

Chriſtum paſſum, ac crucifixum debemus habere in corde, eique maximè nos componere, ac aptare.

53. Rom. 6. HANC theſim probat Paulus Apoſtolus epiſt. 6. ad Rom. Ubi num. 3. *An ignoratis, quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto IESV, in mortem ipſius baptizati ſumus?* Ait quod in mortem ipſius, id eſt ſimilitudinem, ſeu repræſentationem mortis Chriſti baptizati ſumus. Qui enim baptizantur, & aquis immerguntur Chriſtum mortuum, & ſepultum repræſentant allegoricè, unde baptiſmi ritus eſt trina merſio, quæ tres dies ſepulturæ Chriſti repræſentat. Et poſtea ſubdit. *Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis ejus, ſimul & reſurrectionis erimus.* Complantati, Græcè idem eſt ac *conſiti*, ut ſi ſenſus ſit, ſi Chriſto inſiti ſumus, perinde ac rami inſeruntur arbori, ut ex ea ſuccum ſugant, & hauriant; ſic ut ex morte Chriſti, cujus ſimilitudinem geſſimus in baptiſmo, tanquam à radice ſimilem quandam peccati mortem ſugamus, ut nimirum per mortem Chriſti, in qua baptizati ſumus mortui ſimus mundo, ut mortificationem mortis Chriſti, cui ſimiles facti ſumus, circumferamus in corpore noſtro, ut in die reſurrectionis cum Domino gloriemur. D. Auguſt. in Enchiridio. cap. 53. *Quidquid ait, geſtum eſt in cruce Chriſti, in ſepultura, in reſurrectione tertia die, ita geſtum eſt, ut iis rebus non tantum myſticè dictis, ſed etiam geſtis configuraretur vita Chriſtiana; quæ hic geritur. Nam propter ejus crucem dictum eſt, qui IESV CHRISTI ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. Propter ſepulturam, conſepulti ſumus cum Chriſto per baptiſmum in mortem. Propter reſurrectionem, ut quemadmodum Chriſtus reſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos per novitatem vitæ ambulemus.*

Græcus. *Chriſtum crucifixum ſemper habeamus in mente.* — D. Aug.

54. Cantic. 1. De ſuo dilecto decantat ſponſa Cantic. 1. n. 11. *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.* Cum ipſe rex apparet in ſolio ſuæ majeſtatis, ac in ſecreto arcano accubitus ſui valdè diſtans, ac ſeparatus ab hominibus cernitur, nullus eſt homo, qui deſcribatur illi approximatus; immediatè addit ſponſa. *Faſciculus myrrhæ dilectus meus inter ubera mea commorabitur.* Qui modo in remotiſſimo accubitu radiabat, jam in brachiis, ac ſinu ſponſæ invenitur, jam intimo ejus cordi adhæret, *inter ubera mea commorabitur*; ipſumque ſuaviſſimo amplexu tenet ſponſa, nec ab ea patitur ſeparari, ac divelli. Cum ſponſa vidit ſuum dilectum regali dignitate fulgentem, paſſa eſt eum eſſe in ſuo majeſtatis ſolio, & à ſe ſeparatum, at verò cum eum myrrha, ac amaritudine dolorum paſſionis vulneratum agnovit; ſic affectu amoris æſtuavit, ac excrevit, ut ſtatim ad ipſum evolaret, ut eum in ſinu, ac corde ſuo, & viſceribus intimo amplexu teneret, ut nec brevi tempore dolores paſſionis è memoria exciderent, nec brevi tempore ab ejus amplexu, conformitate, ac ſimilitudine ceſſaret. *Inter ubera mea commorabitur.* Ut eum plagatum in corde ſuo imprimeret, ac infigeret, in eúmque ipſa tota transformaretur. Eleganter D. Bernard. ſerm. 43. in Cantic. *Ante, ait, in accubitu regio, modo inter ſponſæ ubera & qui longè erat in brevi factus eſt propè.* Et ſubdit. *Tu quoque ſi ſapis, imitaberis ſponſæ prudentiam, atque hunc myrrhæ tam charum faſciculum de principatu tui pectoris, nec ad horam patieris avelli, amara illa, quæ pro te pertulit ſemper in memoria retinens, & aſſidua meditatione revolvens.*

Paſſionis myrrha imprimenda in corde. — D. Bernard.

Illi duo Seraphim, qui divino throno adſtabant, ſenas habebant alas, ut teſtatur Iſaias 6. num. 2. *Duabus velabant faciem ejus; duabus velabant pedes ejus, & duabus volabant.* Et quare illi, ut ſtaret coram Domino, neceſſarium erat quod contractis alis duabus velarent pedes, quibuſque contractis alis velarent caput, & duabus expanſis volarent? In extenſione duarum alarum crucem efformabant putantes, quod nulla figura, ac geſtu gratius poſſent coram Deo adſtare, quam Chriſtum crucifixum oſtentarent, ac repræſentarent; ſi tu ergo vis coram Deo gratus apparere, Seraphicis ſis ornatus virtutibus, crucem Domini repræſentantibus. Quò tendit D. German. Conſtantinop. orat. de cruce apud Grethſerum. *Et illi, ait, qui tuæ gloriæ, ut ſceptro regali adſiſtunt, tibi conformatur, & nova quadam ratione; imitatione tui gloriantur, contractis quidem alis ſuperioribus, & inferioribus, expanſis autem utrinque mediis, & in forma crucis volantes, ſine intermiſſione victoriæ laudes, & præmia decantant.* Vide lib. 7. c. 1. n. 103. & 104. 55. Iſai 6.

Seraphin crucifixi formam indicant, ut præſentia ſe Deo exhibeant. — D. Germ.

Cap. 2. num. 1. *Erat Ionas in ventre piſcis tribus diebus, & tribus noctibus; & oravit Ionas ad Dominum Deum ſuum de ventre piſcis.* Multa magnalia deſcribuntur in Jona, quod oratio ſua in ventre Ceti exaudita fuerit à Deo, quod bellua tanquam navigio uſus in arenam evomitus ſit, quod homines civitatis urbe cum Rege docuerit, eóſque omnes converterit, ac ad pœnitentiam adduxerit; & unde illi tam illuſtria obvenerunt; in triduano illo obſcuro carcere, mortem, ac ſepulturam Chriſti in ſe repræſentabat. *Sicut fuit Ionas in ventre Ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ, tribus diebus, & tribus noctibus.* Matth. 12. numero 40. & ubi ipſe imitatur, ac ſi in ſe ſuſtinet tolerantiam mortis, ac ſepulturæ Chriſti, ſtatim in multis mirabilibus reſpondit, ut ejus oratio tanquam Deo grata ſit ab eo exaudita, & à tanto periculo maris, ac belluæ ſalvus, incolumis exeat in terram, ac totius urbis ſit doctor, ac Magiſter. D. Baſilius Seleucus orat. 13. *Ionas, ait, malorum tolerantia Chriſtum eſt potius imitatus, quam verbis prædicarit: nec verbis Domini ſepulchrum prædixit, ſed in Ceto ſepultus; &*

56. Joan. 2. — Matth. 12. — *Qui Chriſti mortem imitantur magnalia operantur.* — D. Baſil. Sel.

& poſt triduum ſine noxa redditus, omnes docuit mortales de ſepulchro vitam erumpere.

57. Ad ſuam dilectam loquitur ſponſus, Cant. 8.
Cantic. 8. num. 6. *Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum, ut ſignaculum ſuper brachium tuum; quia fortis eſt ut mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio.* Priora verba legunt Chaldæi. *Obſecro te, pone nos ſicut ſculpturam annuli ſuper brachium tuum.*
Chaldæus. Chriſtus plagatus cum anima ſancta loquitur, ut multi autumant, & non eſt contentus, quod ſit tantum in corde, in eóque imprimatur, *ut ſignaculum ſuper cor tuum*; ſed etiam amat eſſe in brachio, *ſuper brachium tuum.* Hoc eſt non vult tantum eſſe in viſu, & mera cogitatione, ſed etiam quod imprimatur in brachio, id eſt in operibus, & factis, ut ipſa tota mente, ac opere ſit figurata cum Chriſto, ipſúmque tanquam ſculpturam annuli habeat ſigillatam in ſe, *quia fortis eſt ut mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio,* quia ſicut mors tam fortis eſt, ut nemini parcat, ſic Chriſtus D. cum nos diligeret, à nullo labore, dolore, ac cruciatu ſe abſtinuit, ſed pro nobis omnia ſuſtinuit. *Dura ſicut infernus æmulatio,* nam, ut explicat D. Ambr. ſerm. 15. in Pſalm. 118. ſicut infernus ſuis, quos ſinu ſuo continet, non parcit, ſic qui verè Chriſtum æmulantur, ac imitantur, nulli cogitationi, ac operi debent parcere, ut Chriſtum plagatum referant, eumque in ſe impreſſum habeant in corde, ac opere Juſtus. Orgilitan. *Primus ſuper cor, ait, deinde ſuper brachium ſignaculum, ſuperponendum intellige, ut tam in cogitatione, quam in opere ad meum ſignum recurras. Quia fortis ut mors dilectio tui; in tantum dilexi te, ut mori voluerim pro te; hoc erat fortitudo amoris, acerbitas mortis. Dura autem ſicut infernus æmulatio. Ut ſancti quoque è contrario pro Chriſto occidi non metuant, quem pro ſua ſalute mortem ſuſcepiſſe ſine dubio cognoverunt.*

D. Ambr.

Chriſtus plagatus imprimendus in nobis.

Orgilitan.

58. Verus Dei amator cùm Chriſtum crucifixum ac plagatum agnoſcat, maximè debet ſe ad ipſum
Job. 2. afficere, eíque ſe conformare, Amici Job illius ærumnam obſtupeſcentes cap. 2. n. 2. *Exclamantes ploraverunt, ſciſſiſque veſtibus ſparſerunt pulverem ſuper caput ſuum in cœlum, & ſederunt cum eo.* Erant amici, cum vidiſſent eum ſedentem in ſterquilinio diruptis veſtibus ac ſparſo pulvere eadem & ipſi faciunt, ut amico ſuo ſeſe conformarent, illique in omnibus aſſimilarentur. Origenes ex illorum mente ſic loquitur lib. 3. *Quæ feciſti, inquiunt, ô Iob facimus, & quæ geſſiſti, gerimus, veſtimenta noſtra ſcindimus, & terram ſuper capita noſtra ſpargimus, ſic namque, & tu feciſti ante paululum, ut aiunt, ô Job & utinam cæteros dolores tuos tecum dividere poſſimus.* Si amici ea; quæ in Job peracta noſcunt, ipſi in ſe faciunt quantumque poteſt fieri illius in ſe miſeram conditionem tranſcribunt, quod expendendum eſt *ſederunt cum eo.* Ac ſi ſimilitudine dolorum ejus mercati eſſent illius ſocietatem, ac præſentiam: ſic & amatores Jesu illiuſque diſcipuli in formam ipſius dilecti, paſſi, vulnerati, ac transfoſſi, maximè debent toleranda laborum, ac dolorum patientia ſe componere, ac aſſimilare ut ejus ſocietate, ac præſentia fruantur, ut in die reſurrectionis cum eo gaudere mereantur.

Origen.

Ratio amoris poſtulat, ut Chriſto plagato aſſimilemur.

Quæstio X.

Chriſtus Dominus in ſua paſſione conſtituit memoriale perenne, ut eam perpetuò haberemus mente, cogitatione, ac intimo animi affectu.

Ait Paulus ad Hebr. 12. num. 3. *Recogitate enim eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus adverſus ſemetipſum contradictionem, ut ne fatigemini.* Quæ verba ſigillatim profundè ſunt expendenda. *Recogitate*; non ait dicite, verbis explicate, ſed recogitate, quia Chriſti paſſio non poteſt verbis dici, ſed tantum mente cogitari, & non ait, Cogitate, ſed *recogitate*, ac ſi dicat non ſolum oportet ſimpliciter cogitare mortem Chriſti, ſed iterum atque iterum mente revolvere, & recogitare eam. *Eum*, Relativum hoc *eum* refert ad auctorem fidei, & conſummatorem Jeſum omnium bonorum, id enim præceſſerat in textu. Multam ergo emphaſim habet, *eum*. Qui nempe à Patriarchis fuit deſideratus, à Prophetis prænunciatus qui principium eſt, & finis ſalutis noſtræ, innocentiſſimus Dei filius ex virgine Maria de Spiritu ſancto, qui ab Angelis, Paſtoribus ac Magis adoratus fuit. Qui conſummator, ac largitor omnium bonorum eſt *Adverſus ſemetipſum.* Non ſolum in ſuis membris utpote martyribus paſſus eſt Dominus, ſed etiam in ſemetipſo, ac corpore ſuo. *Contradictionem.* Paſſio Domini ſic edicta à Simeone. *In ſignum cui contradicetur* Luc. 2. n. 34. de quo egi tom. 1. lib. 2. cap. 6. quæſt. 9. contradictionem, id eſt impugnationem, adverſitatem illatam ab inimicis ſtimulante eos tota dæmonum malitia. Per contradictionem intelligit omnia paſſionis tormenta, contumelias, irriſiones, plagas, verbera, mortem, *Talem*, non explicat Apoſtolus, quam immenſa, ac acerba, & dum fuerit illa tormentorum, ac dolorum Paſſionis multitudo, quia tanta ac tam amplà & acris fuit, ut nec verbis exprimi, nec mente concipi poſſit. Ita ut ipſamet Dei fortitudo, ac ſapientia, ſe à Patre derelictam clamaret. *Deus Deus meus ut quid dereliquiſti me.* Matth. 27. num. 46.

59. Hebr. 12.

Acerbitas dolorum paſſionis non poteſt verbis explicari, ſed mente conſiderari.

Luc. 2.

Acerbitas paſſionis Chriſti non poteſt verbis explicari.

Matht. 27.

In ultima cœna inſtituit Chriſtus Dominus admirabile Sacramentum, ac ſacrificium incruentum, quòd paſſionem ſuam ſingulis diebus ante hominum oculos proponeret. Sic ait Paulus 1. Corinth. 11. num. 26. *Quotieſcumque manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat. Pro annuntiabitis* Syrus vertit *In memoriam revocabitis.* Cur hoc Sacramentum inſtituit potius in memoriale ſuæ paſſionis, quam ſuæ Reſurrectionis, Aſcenſionis, Nativitatis, ac transfigurationis, quia mortem ſuam præ omnibus aliis geſtis, ac myſteriis vitæ ſuæ voluit nobis eſſe fixam in mente, nam in morte conſummatum eſt Chriſti teſtamentum, & ultima voluntas, ac redemptio noſtra & extremus Chriſti in nos amor, quo pro nobis mortem ſubiit, quorum omnium memoriale eſt Euchariſtia.

60.

1. Cor. 11.

Syrus.

Præ omnibus aliis myſteriis Chriſti paſſio ſit in mente.

Chriſtus Dominus tranſiens in gloriam ſuam, apud nos tranſit in Sacramento altaris occultatus ſpeciebus panis, & vini; modo tamen inſurgit quæſtio, 16.

quæſtio, cur non manere voluit cum aliquo viſibili ſigno ſuam imminentem gloriam, ac admirabilem præſentiam indicante: Difficultatis nodum ſolvunt verba Pauli. *Hæc quotieſcumque feceritis, mortem Domini annuntiabitis.* Maximè deſiderabat Chriſtus, ut ejus paſſio, ac mors nobis eſſet perpetuo ante oculos, inde diſponit abſcondi gloriam, ut Paſſionis memoria altius reſplendeſceret; elegit Dominus celſitudinem ſuæ majeſtatis velari, ne Paſſionis memoriam raderet. Abſconditur ergo Jesus glorioſus ſub ſpeciebus Sacramentalibus, ne aliquid negetur Paſſioni, quam ipſe maximè amabat ante omnium oculos verſari. Ad hoc tendit Stephanus Epiſcopus Eduenſ. lib. de Sacramento Altaris cap. 6. *Deus miſericors*, ait, *iterata immolatione voluit ſe nobis exhibere præſentem, non tamen viſibilem; quatenus eo præſente vero, & ſummo ſacerdote, ſine ullo horrore corda fidelium, magis conterantur, & fidei devotio augeatur. Sic enim recolimus ejus Paſſionem.*

Magis vult Chriſtus, ut nobis ſit in memoria ejus paſſio, quàm illius majeſtas.

Stephanus.

62. I. Cor. 2. I. Cor. 15.

Ait Paulus I. Corinth. 2. num. 2. *Non judicavi me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum.* Tamen eadem epiſtola c. 15. n. 3. ait: *Tradidi enim vobis in primo, quod & accepi: quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundum ſcripturas. Et quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die*, & Rom. 8. num. 34. *Chriſtus IESVS, imò qui mortuus eſt, qui reſurrexit, qui eſt ad dexteram Dei.* Quibus præſuppoſitis, quæſtionem excitat D. Auguſt. lib. de fide, & operibus cap. 10. Cur Apoſtolus de ſe tantum aſſerat ſcire Ieſum Chriſtum crucifixum, cùm ipſe apertè teſtetur eum ſcire reſurgentem, ac ad dexteram Patris ſedentem, poterit alicui videri in his manifeſtam contradictionem involvi, nam Paule prædicas Chriſtum devicta morte triumphatorem prodire? Prædicáſque ipſum ad dexteram Patris in ſuprema majeſtate ſedentem; quomodo ergo dicis eum ſolum crucifixum ſcire? ſic Apoſtolus erat affectus ad Chriſtum crucifixum, ſicque frequenter in contemplatione ac meditatione ejus mortis verſabatur, ut præ omnibus aliis myſteriis hoc magis ſcire, ac in memoria defixum habere videretur, nam in Chriſto crucifixo continentur omnia ejus myſteria, ab eóque provenit ejus reſurrectio glorioſa, & Aſcenſio. In Chriſtóque Crucifixo omnia habemus cogitare, ac contemplari, quæ ad noſtram eruditionem, ac bonum ſpectant. Sic reſpondet citatus Auguſt. de prædictis myſteriis loquens. *Hoc quoque ad Chriſtum crucifixum pertinere concedunt, ut ſciant in Chriſto crucifixo multa homines diſcere.*

Rom. 8. — *Paſſio Chriſti inter omnia myſteria maximè debet verſari ante oculos.* — D. Aug.

63. Apoc. 4.

Vidit Ioannes in ſua Apocal. 4. num. 6. *In medio ſedis, & in circuitu ſedis quatuor animalia, plena oculis ante, & retro.* Quæ animalia juxta ſatis probabilem ſententiam Divi Dioniſij, Sophronij, Divi Baſilij, N.D. Divi Cyrilli, Ruperti, & aliorum, quos citant, ac ſequuntur Prado in Ezech. I. ſect. 7. Vilalpandus tom. 2. lib. 4. cap. 41. ſunt eadem animalia, quæ Ezech. I. num. 6. vidit in illo magnifico curru; illud tamen maximè inquirendum eſt, quod cum ſint eadem animalia, apud Ioannem apparent plena oculis in circuitu, & intus, non verò apud Ezechielem; unde ergo iſta differentia? In Ezechiele ſeſe Chriſtus oſtentabat in magnifica, ac præexcellenti majeſtate. In Apocalyp. tanquam mortuus ſic dicitur cap. 5. num. 6. *Et vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio ſeniorum; agnum ſtantem, tanquam occiſum.* Ezechieli apparet Chriſtus in gloria, & majeſtate; Joanni verò ſe exhibet ut mortuum, & crucifixum; *Agnum ſtantem tanquam occiſum.* Hinc animalia aſtant plena oculis ante, & retro, maximè enim Chriſtus affectat, ut mors ejus ſit in omnium mente, antéque omnium oculos obſervetur, ut perpetuo ejus meditationi, ac contemplationi ſimus dediti. Apud Ezechielem cùm ſeſe oſtentet Chriſtus in majeſtate, ſint oculi ad ipſam intuendam, ac cognoſcendam: at cùm apud Joannem occiſus appareat, omnia ſint plena oculis ad recognitionem tanti Sacramenti, ut nunquam ab illius conſideratione mens noſtra ceſſet, magis enim ſollicitat, & attrahit noſtrum affectum Chriſtus crucifixus, quàm ipſe in pompoſa, & ampla majeſtate.

D. Dionyſ. Sophron. D. Baſil. D. Cyril. Rupert. Prado. Vilalpand. — Apoc. 5. — *Noſtra intentio maximè ſit tota in Chriſtum crucifixum.*

64. Zachar. 3.

Ait Deus per Zachariam 3. num. 9. *Super lapidem unum ſeptem oculi ſunt: Ecce ego cælabo ſculpturam ejus.* Ubi ſermo de Chriſto Domino in ſua paſſione, ut indicant illa verba, *ego cælabo ſculpturam ejus.* Syrus, Arabicus legunt. *Ego aperiam portas ejus.* Portæ enim cordis, ac corporis Chriſti, fuerunt ejus plagæ, ac vulnera. Juxta noſtram vulgatam. *Ecce ego cælabo ſculpturam ejus.* Lapidi huic ac rupi tanquam cælando, ac incidendo tot plagis, clavis, ſpinis, lancea ac cruce, quaſi ſtemmatibus regni ſui expolitæ Deus Eccleſiam ſuam ſculpſit, ac ædificavit, quando per talem lapidem Chriſtum Jesum abſtulit iniquitatem orbis, & nobis fecit regnum æternum. Ita interpretatur. D. Hieronym. Remyg. Haymo, Rupertus, Vatablus, & alij, ad noſtrum præcipuum intentum *ſuper lapidem unum ſeptem oculi.* Lapis hic Chriſtus eſt in paſſione, ut patet ex dictis, & dicitur unus, quia ineffabile compoſitum eſt, ſeptem oculi, hoc eſt innumeri oculi, nam ſeptem frequenter ponitur in ſcriptura indefinitè, pro magna multitudine, ut notat D. Chryſoſt. homil. 19. ex variis in Matth. Dicuntur ergo ſeptem oculi ſuper lapidem, id eſt innumeri oculi, intenti ad contemplandum, ac reſpiciendum hunc lapidem Chriſtum Iesum percuſſum, ac vulneratum in ſua paſſione, & dicuntur ſeptem, id eſt innumeri oculi ad ipſum attentiſſimè intuendum, quia omnis noſtra conſideratio debet eſſe altè defixa in tanto myſterio, & quamvis magna ſit conſideratio noſtra, multo major tamen eſt ſemper adhibenda, & ideo innumeri oculi, ac ſenſus hic ſunt applicandi. Sanchez. *Magis mihi videtur expeditum, ſi ſeptem oculi pro attentiſſima conſideratione ſumantur, magnóque conſilio. Septem enim pro multis, & oculos pro attentione uſurpari ſolere, nemini credo dubium eſt.* Vide ſuperiori q. 9. num. 53. 54. & lib. 7. cap. 1. q. 14. n. 103. 104. & aliis in locis ibi citatis, quæ videnda ſunt.

Syrus. Arabicus. — D. Hieron. D. Remig. Haymon. Rupertus. Vatabl. — D. Chryſ. — *Attentiſſimè contemplanda eſt Chriſti paſſio.* — Sanchez.

QUÆSTIO XI.

Chriſtus mortuus, ac crucifixus ad bona opera, ac pœnitentiam nos inducit.

65. D. Aug.

DIVUS AUGUSTINUS in Pſalm. 62. docet crucem Chriſti, eſſe veluti ſuggeſtum totius virtutis & perfectionis, quam ſuo habitu crucifixi nos docet Chriſtus. Sic ait: *Levavit pro nobis Dominus Deus noſter, manus in cruce,*

&

& extenſæ ſunt manus ejus pro nobis, ut manus noſtræ extendantur in bona opera: cum enim in cruce, & noſtram fuerit operatus ſalutem, & peccatum, ac diabolum devicerit, id quidem manuum extenſione fecit, ut noſtras etiam admoneret, & provocaret. Exemplo nempe ſuo, ut ſicut ipſe extendit manus ſuas ad noſtram ſalutem operandam, ac ad peccatum, ac diabolum vincendum, ſic & nos manus noſtras extendamus ad noſtræ ſalutis opera edenda, ac ad peccatum & diabolum deſtruendum.

Chriſtus patiens nos ad bona opera inducit.

66. Unde in ipſa cruce omnium virtutum gemmas mirificè reſplendeſcere ſubtiliter meditantur ſancti Patres, & ex ipſo D. Auguſtino ſic ait D. Thomas in cap. 12. ad Hebræos. *In quacunque tentatione invenitur in cruce præſidium, ibi eſt obedientia ad Deum, ibi Charitas ad proximum, ibi patientia in adverſis: denique in cruce invenitur doctrina, & exemplum omnis virtutis: unde Auguſtinus: Crux non ſolum fuit patibulum patientis, ſed etiam cathedra docentis.* Quod etiam proſequitur D. Bonavent. Serm. de Paſſ. *Cum Chriſtus plagatus, ac nudus penderet in cruce, magnum eſt nobis documentum, ad mundi contemptum, ad corporis, ac carnis mortificationem ad paupertatem, ad pœnitentiam tenendam.* D. Chryſoſtom. tom. 5. homil. 5. in Symbolum. *Fixus eſt cruci, magnum Sacramentum, magna altitudo crucis, magna latitudo, magna profunditas. Altitudo ut ad Patrem clamaret.* Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. *Latitudo; quia majorem charitatem nemo habet, quàm ut animam ſuam ponat pro amicis ſuis: Profundum verò, ut Eccleſia ad Deum clamaret.* De profundis clamavi ad te Domine, exaudi vocem meam. *Et exaudiretur pro filiis vox ejus.* Latius ferè ſimilia tradit D. Auguſtin. Epiſtol. 120. cap. 26.

D. Thom. — *Crux cathedra docentis.* — D. Bonav. — Chryſoſt.

67. Nil ſanè eſt, quod magis poſſit movere ſaxeum pectus ad pœnitentiam, & compunctionem, quam ſacratiſſima Chriſti Paſſio. Judas poſt viſa magna Chriſti miracula, poſt per tres annos auditam mirabilem ejus doctrinam, poſtque intuitum ejus divinæ vitæ, ac morum exemplum ad principes Judæorum ſe contulit, dicens: *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* Matth. 26. num. 5. At poſtquam mens Iesvs comprehenſus eſt, alapis, ac multis ignominiis affectus. *Tunc videns Iudas, qui eum tradidit; quod damnatus eſſet; pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus ſacerdotum, & ſenioribus, dicens: peccavi tradens ſanguinem juſtum.* Matth. 27. n. 3. Res maximè ponderanda; vidit Judas Iesvm miracula operantem, milites ad terram proſternentem, Malchi auriculam medicantem, & nullus compunctionis morſu in eo invenitur, ſed adhuc traditionis ſceleri incumbit. Ubi autem vidit Iesvm catenis vinctum, & à Judæis damnatum, tunc pœnitentia ducitur, tunc clamat. *Peccavi.* Cur hujuſmodi compunctionem antea cor ejus non pulſavit. Aderat tunc Chriſti patientis aſpectus, & memoria, & quem tot miracula, tot exempla, ac admirabilis doctrinæ documenta non valuerunt devincere, una Chriſti pro nobis patientis memoria ſubjugavit, ut compunctus, ac pœnitentia ductus clamaret, *Peccavi tradens ſanguinem juſtum.* Huc tendit D. Chryſoſtom. tom. 3. homil. de proditione Judæ. Quid eſt, ait, *quando ab eo mirabilia gerebantur, & rebus oſtenditur, non dixiſti, peccavi tradens ſanguinem: ſed quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum?*

Matth. 26. — Matth. 27. — *Efficacior ad movendum Chriſti paſſio, quam quæcunque mirabilia.* — D. Chryſ.

Et poſt factum ſcelus, poſt commiſſum delictum, poſt completam proditionem, poſt perfectum peccatum, cognoviſti peccatum.

Petrus Act. 10. num. 11. *Vidit cœlum apertum,* 68.
& deſcendens vas quoddam velut linteum magnum quatuor initiis ſubmitti de cœlo ad terram, in quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ & volatilia cœli, & facta eſt vox ad eum: ſurge, Petre, occide, & manduca. In linteo oſtenduntur omnia quadrupedia, ſerpentia, quæ ſuo aſpectu magnum horrorem ingerunt, cum homines ſoleant denotare, tamen tanquam ſuaviſſimæ epulæ proponuntur Petro ad edendum; unde crudeles ſerpentes ſic miteſcunt, ut ferocitate, ac veneno depoſito, à ſummo Eccleſiæ Paſtore vocari poſſint? Linteum, in quo veniebat, erat illud in quo pro nobis Jesus mortuus, involutus ad ſepulturam fuerat, in quo ſtigmata, ac cicatrices vulnerum impreſſæ remanſerunt, & à linteo, in quo apparebant Domini crucifixi veſtigia, etiam indomita, ac bruta animalia, in tantam lenitatem, ac ſuavitatem deveniunt, ut dulciter à Petro ſuſcipi, & comedi valeant. D. Hilar. Canon. 33. in Matth: *Joſeph*, ait, *munda ſindone corpus IESV involvit; & quidem in hoc eodem linteo reperimus de cœlo ad Petrum univerſorum animantium generum ſubmiſſa.* A ſignis Dominicæ paſſionis bruta animantia, brutorúmque mores ſic ſuavizantur ac miteſcunt, ut Eccleſiæ paſtoribus dulces epulæ fiant.

Acto. 10. — *Feroces mores ex intuitu Paſſionis Chriſti ſuavizantur.* — D. Hilar.

Tempore diluvij. *Ingreſſus eſt Noë, & filij* 69.
ejus, uxor ejus, & uxores filiorum illius cum eo in arcam propter aquas diluvij; de animantibus quoque mundis, & immundis, & de volucribus, & ex omni, quod movetur ſuper terram duo & duo ingreſſa ſunt ad Noë in arcam. Geneſ. 7. num. 7. Quis non mirabitur, quod tot animalia tam diverſa, ac contraria inter ſe ferociſſima, & carnivora, ac rapacia potuerint ſimul amicabiliter habitare in arca; cujus rei nulla rei ratio mihi potior eſt quàm quod arca illa lignum crucis præfigurabat, ut communiter tradunt Patres, nam ſicut per arcam humanum genus ſervatum eſt in ſalutem, ſic per crucem omnes homines liberati ſunt. A ſignis ergo, ac umbra myſteriorum crucifixi ferociſſima, ac ſummè bruta animalia, quæ hoſtiliter, ac rapaciter inter ſe decertabant, ſic miteſcunt, ac ſuavizantur, ut amicabiliter tanquam ſocia habitare ſimul valeant. Divus Baſilius Seleucus quæſtionem proponit, & ſolvit. *Verum age*, ait, *quomodo arca capi poterant tot animalium genera? quomodo quæ ab ingenio inter ſe diſcordant, in nova ſecum fœdera concordabunt? Quomodo reptilium natura poterant eſſe pacata? quibus frænis reprimebantur ferarum genera? quomodo carnivora cum herbilegis ſtabulabantur? O arca virtutum ſchola! ô ſcapha admirabilis ligni ſalutaris umbra & imago: ô quæ crucis gratiam præoccupaſti.* Si à typo Paſſionis Chriſti bruta animantia miteſcunt, ferocitatem, rapacitatem, ac voracitatem deponunt, quanto magis ab ipſa Paſſione homines inhumanitatem, ac concupiſcentiam debent exuere, & à ſe ipſis abjicere.

Geneſ. 7. — *Ab umbra Paſſionis Chriſti miteſcunt bruta.* — D. Baſil. Sel.

Ait Habacuc. 3. num. 4. *Cornua in manibus ejus.* 70.
Hoc eſt, ut Patres communiter exponunt, manus ejus in crucis cornibus extenſæ; & ſtatim ſubdit. *Ibi abſcondita eſt fortitudo ejus.* Septuaginta legunt. *Ibi poſuit dilectionem robuſtam.* Fortem nempe, & efficaciſſimam ad hominum animos ad ſui imitationem alliciendos, ac trahendos.

Habac. 3. — Septuag.

Chriſti paſſio dilectio robuſta ad alliciendum.

ut etiam diſtenſiſque charitatis brachiis ipſum vehementer redamarent, in ipſiúſque obſequium, ſpretis mundi oblectationibus omnem operam impenderent, ut ejus amori ſtuderent. Unde eleganter D. Bernard. ſerm 2. in Dominica poſt Epiphan. Chriſti exemplo ſic nos exhortatur. *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit tibi, ut ſis ſocia menſæ, ſocia regni, ſocia denique thalami, ut introducat te Rex in cubiculum ſuum? Vide jam quid de domino tuo ſentias: Vide quantum de Deo præſumas, vide quibus brachiis vicariæ charitatis redamandus, & amplectendus ſit, qui tanti te æſtimavit, imò qui tanti te fecit, de latere enim ſuo te formavit, quando propter te obdormivit in cruce, & ob hunc ſomnum mortem excepit.* Ex quo infert ſanctus Pater. *Dejice carnales affectus, ſæculares mores dediſce, conſuetudines noxias obliviſcere; quid enim putas? Nonne ſtat Angelus Domini, qui ſecet te medium, ſi fortè quod avertat ipſe, alterum admiſeris amatorem.*

D.Bernard.

71. Unde maximè dolendum quod ex tanta dilectione, ac copioſa redemptione homines non veniant ad ſalutem. Ait D. Matth. 17. num. 50. quod *IESVS clamans voce magna emiſit ſpiritum*, Cur meus Jesus in ultimo vitæ momento tanto clamore exhalavit ſpiritum tanquam dolens, quod multi tam pretioſa morte, támque ſuperabundanti redemptione non proficerent ut ſalutem aſſequerentur. D.Hilar. *Spiritum*, ait, *cum clamore, & voce magna miſit, dolens non omnium ſe peccata portare.*

Matth. 17.

Dolendum quod Chriſti paſſione aliqui ſalutem non lucrentur.

Quæstio XII.

Memoriâ Paſſionis Chriſti extinguitur, & aboletur omne peccatum.

72. DIvus Ambroſ. lib. 3. de Virgin. ad finem *Bonus ſervus*, ait, *pretium ſtudet reparare Domino, quod pro ſe ſolutum eſt, Sanguinem ſolvit, ſanguinem debet: ille pro te ſolvit, tu pro te redde, Eramus oppignorati malo creditori peccatis, contraximus chirographum culpæ pœnam ſanguinis debebamus. Venit Dominus IESVS, ſuum pro nobis ſanguinem obtulit. Sed non potes ſanguinem reddere. Bonus quidem ſervus debet pretium reparare Domino ſuo. Sed ſi non poteſt pretium reddere, vel hoc faciat ne pretio videatur indignus: Ergo & tu dignum te gere tali pretio* Expende illud. *Ne pretio videatur indignus.* Inſpecta, ac conſiderata Chriſti paſſione tam efficaciter homo debeat deteſtari peccatum, ne tanto pretio videatur indignus; & ſi non potes reddere pretium tanti ſanguinis, redde quod tantus ſanguis effecit, ac poſtulat à te, ut in ſanctitate, ac juſtitia vivas.

D. Ambr.

Conſiderata Chriſti morte deteſtandum eſt peccatum ne tanto pretio ſit homo indignus.

73. De Chriſto Domino ait Paulus Rom. 3. n. 25. *Quam propoſuit Deus propitiationem per fidem in ſanguine ipſius ad oſtenſionem juſtitiæ propter remiſſionem præcedentium delictorum.* Chriſtus Dominus ait datus eſt à Patre in propitiationem, ac remiſſionem propter præcedentia delicta, Chriſtus Dominus ut de fide eſt certum, mortuus eſt pro omnium peccatis præcedentibus, præſentibus, ac futuris; cur ergo Paulus de præcedentibus tantum delictis facit mentionem? *Propter remiſſionem præcedentium delictorum.* Cornelius à Lapide, *jam amplius*, ait, *non eſt peccandum poſt tantum amorem & pretium nobis exhibitum* Ac ſi videretur, quod inſpecta Chriſti morte, tantaque ejus ſanguinis effuſione jam amplius non eſſet peccandum; inde de præcedentibus delictis tantum fecit mentionem, præſentia, & futura omittens.

Rom. 3.

Inſpecta Chriſti morte videbatur amplius non eſſe futurum peccatum.

Cornel.

74. Dum filij Job mutuis conviviis indulgerent bonus pater de eorum ſalute ſollicitus, ne fortè in aliqua inciderent peccata, pro illis ſacrificia offerebat. Sic dicitur cap. 1. n. 5. *Mittens ad eos Iob ſanctificabat illos, conſurgénſque diluculo offerebat holocauſta per ſingulos. Dicebat enim ne fortè peccaverint filij mei.* Quæ Verba ſic transferunt Septuaginta, Vatican. Origenes, Olympiod. Chryſoſt. in Catena. *Offerebat ſacrificium, & victimas pro ipſis juxta numerum eorum, & vitulum unum pro paccato.* Non ſolum in communi pro omnibus ſacrificia offerebat Iob, ſed in particulari oſtendebatur vitulus qui pro omnium peccato mactabatur, & cur Iob pro filiorum peccatis vitulum mactabat? Elegantem rationem invenit Origenes lib. 1. in Iob *Propterea*, ait, *vitulum illum coram filiis ſuis pro peccatis jugulavit, videntes filij ipſi, quod pro alternis peccatis ille vitulus jugulatus moreretur, metuentes, & paventes eſſent ab omnibus peccatis, quæ animas perimunt, & dilacerant.* Quid elegantius? Pro certo habebat Sanctus vir nil efficacius eſſe, ad hoc ut filij à peccatis fugerent, quam ſi in eorum oculis vitulus pro cunctorum peccatis eſſet jugulatus, tantum enim malum erat peccatum, ut ad illud vitandum animalis mors neceſſaria eſſet, proindéque vituli vulnera peccati venenum prædicabant, à quo ſapientes filij fugerunt, ſi tam efficax unius vituli irrationalis occiſio, quid faciet diviniſſimi Agni pro omnium peccatis paſſio, & mors? Quid fortius proponi poteſt ad peccatum deteſtandum, quàm cogitatio, ac memoria ipſius ſacratiſſimi Agni pro nobis in mortem traditi?

Job. 1.

Septuag. Vatican. Origen. Olympiod. Chryſoſt.

Origenes.

Vnius mortis repræſentatio valdè efficax ut abſtineatur à peccatis.

75. Quodnam vitium non ceſſet in eo, qui præ oculis habet Chriſtum paſſum? Poſt Spiritus ſancti adventum Apoſtolis ebrietatis accuſabantur quos ſic tuetur Petrus Act. 2. n. 15. *Non enim ſicut vos exiſtimatis, hi ebrij ſunt, cum ſit hora diei tertia.* Ex eo illos excuſat, quod erat hora diei tertia quaſi hora tertia non potuerint inebriari. Et cur Petrus arguit eos hora tertia non poſſe eſſe ebrios? Hora tertia fuit Iesus cruci affixus & ea hora, qua Iesum paſſum diſcipuli recolebant minimè illos ſineret ire in ebrietatem? jam potens eſt Iesus paſſus præ oculis poſitus, ut homines in bono firmet, & contineat: ut ex eo quod probentur eſſe in tempore, quo Chriſti paſſionis ex aliquo excitativo recordabantur, oſtendatur infidelibus eos alienos eſſe ab omni peccati inquinamento, D.Cyrill. Hieroſol. cath. 17. *Si autem*, ait, *non confiditis tibi, ex ipſo tempore intelligetis, verum eſſe quod dicitur, Hora enim tertia crucifixus eſt*, ut Marcus dicit cap. 15. n. 25.

Vbi eſt repræſentatio mortis Chriſti non poteſt eſſe peccatum.

D.Cyrill.

Marc. 15.

76. Ait Paulus 2. Corinth. 5. n. 14. *Charitas Chriſti urget nos æſtimantes hoc, quoniam pro omnibus mortuus eſt Chriſtus ut qui vivunt, jam non ſibi vivant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt.* Chriſtus mortuus & Crucifixus pro omnibus proponitur, ejus tam eximia charitas urget nos ut in nobis extinguatur, ac abradatur omnis mundialis vita, ut ablato omni, quod mundiale, ac carnale eſt, Deo ſerviamus, inde conſequens eſt, ut in nobis intereat, ac extinguatur omnis mundialis vita, cum nobis ante oculos ſit poſitus Chriſtus, qui pro nobis in ſtudio crucis mortem ſuſtinuit. D.Bern. epiſt. 143.

2. Cor. 5.

Inſpecta charitate Chriſti, abraditur omne peccatum.

D.Bernard.

Etſi

Etſi cætera taceam, ait, *hoc ſolo certè non immerito ſibi vindicat vita noſtra, quia pro ea poſuit Dominus ſuam. Nemo igitur ſibi vivat, ſed ei, qui pro nobis mortuus eſt.*

Quæstio XIII.

Chriſti paſſio magnum dolorem, magámque compunctionem in nobis excitare debet.

77. Zachar. 12. AIt Zacharias 12. n. 10. *aſpicient ad me, quem confixerunt: & plangent eum planctu quaſi ſuper unigenitum, & dolebunt ſuper eum, ut doleri ſolet in morte primogeniti.* Ait Deus: *Aſpicient ad me, quem confixerunt ſuſpendentes in ligno*; Septuag. Septuaginta habent: *In quèm inſultaverunt.* Et ſubdit, *& plangent eum quaſi ſuper unigenitum*, qui eſt magnus, & ſummus, & dolebunt ſuper eum, ut doleri ſolet in morte primogeniti: Eſt enim Chriſtus *primogenitus omnis creaturæ.* Coloſſ. 1. Ad Coloſſen. 1. num. 15. Et ſi ſuper primogenitum unius familiæ ſit planctus magnus, qualiſnam planctus debet eſſe ſuper primogenitum omnis creaturæ? Abb. Steph. *Chriſti mors magnus nobis dolor.* Nam ut ait Abbas Stephanus in prato ſpirituali, cap. 62. In Chriſto militat omnis neceſſitudo, quæ noſtrum dolorem excitare valet, nam ex triplici cauſa magnus dolor pungere poteſt in morte alicujus, vel quia ille, qui patitur, Pater, ſponſus, vel frater eſt. Chriſtus Pater eſt omnium, qui non ſolùm nos creavit ſed etiam proprio ſanguine, regeneravit; ſponſus eſt animarum noſtrarum fratérque eſt omnium per omnia ſimilis fratribus: ex ejus ergo morte magnus dolor in nobis oriri debet. Unde ait citatus Stephanus. *Ego die, noctúque nihil aliud aſpicio, niſi Dominum noſtrum IESVM Chriſtum in ligno pendentem, inde mihi perpetuus eſt fletus, perpetuúſque lachrymarum planctus.*

78. Act. 8. Æthiops Eunuchus, qui ferebatur in curru, & ibat legens Iſaïam Prophetam Actor. 8. n. 32. *Locus autem ſcripturæ, quem legebat, erat hic: tanquam ovis ad occiſionem ductus eſt: & ſicut agnus coram tondente ſe, ſine voce ſic non aperuit os ſuum.* Quem locum ipſe Ethnicus non intelligebat, nec de quo agebatur, cognoſcebat, ut ipſemet D. Philippo dixit, & tamen cum verba illa legeret; totus in lachrymas diffundebatur ut Auctor eſt Rupert. Rupert. lib. 14. in Joan. *Eunuchus ille, qui venerat adorare in Hieruſalem, & revertebatur legens Iſaïam Prophetam Actor. 8. foris ſtabat. Locus enim ſcripturæ, quem legebat, hic erat: ſicut ovis ad occiſionem ducetur, & ſicut agnus coram tondente ſe obmuteſcet. Profectò plorans ad monumentum ſtabat, quia paſſioni ejus, quem neſciebat, legendo condolebat.* *Gentilis ſolvitur in lachrymas ob Chriſti mortem.* Gentilis erat ille Eunuchus, adhuc foras ſtabat, & nihilominus legens paſſionem Chriſti, quem ignorabat, & cujus myſteria neſciebat, tamen totus in lachrymas diſſolvebatur, tam acerba, ac dolorum plena fuit Chriſti paſſio, ut etiam neſcientem ad fletus valeat provocare; quanto magis nos debemus condolere, ac planctus edere, qui tanta myſteria noſtri cauſa cognoſcimus ac veneramur.

79. Cygnæus ille ſanctus Simeon Chriſtiferum lumen ab utero Virgineo eductum dulciter amplexatus eſt, & amanter acceptum manibus millies exoſculatur: at inter dulcia oſcula, inter ſuaves amplexus, inter tam vehementis amoris indicia exclamat. *Nunc dimittis ſervum tuum Domine.* Luc. 2. n. 29. Luc. 2. Cur modò poſtulat mortem & non potius vitam ut tam ingenti bono, tamdiu exoptato fruatur illiúſque diviniſſimi luminis præſentia delectetur? *Suavior mors, quàm videri Chriſtum paſſum* Elevavit ipſe oculos ad Chriſtum paſſum in cruce pendentem, ut patet ex verbis, quæ ipſe dixit ad Virginem Mariam. *Tuam ipſius animam pertranſibit gladius.* Ibidem n. 35. Et tam vehemens fuit in eo conſideratio dolorum paſſionis Chriſti, ſicque ab ipſis doloribus expaveſcit, ut potius eligeret naturæ mortem quam Chriſtum paſſum videre, illiúſque doloribus jaculari. D. Timoth. orat. de Simeone. D. Timoth. *Abſolvar*, ait, *nunc quaſo Domine, ne diutius hic hærens quæ nolim intueri compellar: Etenim Spiritus ſanctus, qui in me eſt, palam oſtendit, quæ in te futura ſunt. Dimitte me, nunc obſecro, ne videam audax, nefariúmque Judæorum in te facinus, ne videam coronam ex ſpinis contextam, ne videam ſervum alapam infligentem, ne videam lanceam in te adactam, ne videam te clavis cruci affixum.*

Quis enim erit tam obduratus, ut ad præſentiam, ac conſiderationem paſſionis Chriſti in lachrymarum flumina non effundatur. 80. Moyſes elevata virga. *Percutiens bis ſilicem egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ.* Num. 20. n. 11. Num. 20. Cum Dominus JESUS penderet in cruce, inter alia multa miracula, quæ narrat. D. Matthæus 27. num. 51. Matth. 27. *Et petræ ſciſſæ ſunt.* *Etiam inſenſibilia oſtendunt dolorem ſuper Chriſti paſſionem.* Illic percuſſa petra abit, in flumina; hic verò ſcinduntur: ad quid ſcinduntur? Ut alta Dei diſpoſitione oſtendatur, quod ſi ad præſentiam Chriſti mortui, imò ad ſignum paſſionis ejus, quod denotabatur in virga crucis umbra percutiente ſilicem, petræ ſcinduntur, ac in flumina ſolvuntur; ſimiliter obduratiſſima hominum corda poſt Chriſti paſſionis luctamen emollienda ſint, ut præ dolore ſcindantur, ac in lachrymarum flumina abeant. D. Paſchaſ. lib. 11. in Matth. D. Paſchaſ. *Per prærupta*, ait, *ſaxorum oſtenduntur nova futurorum quia duriora ſaxis pectora verbis cœleſtibus reſcindenda erant humana, ut aqua, quæ de petra fluxerat ipſa ab eis & in eis flueret, divinitus ſuperfuſa.*

81. *Cum extendiſſet Moyſes manum ſuper mare, abſtulit illud Dominus flante vento vehementi, & urente tota nocte, & vertit in ſiccum. & diviſa eſt aqua.* Exod. 14. n. 21. Exod. 14. ad elevationem manus Moyſis maria dividuntur, & quid viderunt maria in Moyſe, ob quod ſic dividuntur, ac rumpuntur? Ait Paulus Hebræor. 11. n. 24. Hebr. 14. *Fide Moyſes grandis factus negavit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere jucunditatem, majores æſtimans divitias theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti.* Referebat Moyſes in ſe improperium Chriſti, ſimilitudinémque Chriſti gerens. Chriſtus autem Dominus elegit pro ſuis pati, & improperiis ſaturari. Cujus vel umbram maria conſpicata in Moyſe non potuerunt ſeſe continere, quin rumperentur, vel eviſcerarentur; opprobrium Chriſti cernentes marini fluctus tanquam in ſignum doloris ſcinduntur, ut ipſæ petræ ad ejuſdem aſpectum in die crucis ſciſſæ ſunt D. Ambroſius lib. 2. de Jacob. cap. 9. D. Ambr. *Moyſes*, ait, *Pharaonis regis aulam reliquit, & fidei elegit oppobrium, cui ſe opprobrio maria dividebant.*

QUÆSTIO XIV.

Ieſus maximè formoſus, ac decorus in Paſſione, ac morte ſua.

82. Iſai. 63.

AIT Iſais 63. num. 1. *Quis eſt iſte, qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra? iſte formoſus in ſtola ſua.* Maximè admirantur Angeli, cùm vident Chriſtum D. tam formoſum gradientem de terra in ſtola ſua, hoc eſt in ſua ſanctiſſima humanitate, tinctis veſtibus ſanguine ſuæ ſacratiſſimæ Paſſionis. D. Greg. Nazian. *Stola Corporis paſſi*, ait, *pulchritudinem ex adverſo profert, quod per paſſionem exornatum, & per divinitatem qua nihil pulchrius illuſtratum eſt.* Digna Chriſti divinitate extitit ſtola ſua, hoc eſt ejus humanitas tinctis veſtibus ſanguine ſuo qua nihil pulchrius, nihil glorioſius, nihil Deo elegantius confingi poteſt. Sic pergit citatus Nazianz. *Formoſa, ait, eſt ipſius ſtola, hoc eſt perpeſſum ipſius corpus, partim ob paſſionem, per quam glorificata eſt partim ob divinitatem, per quam illuſtrata eſt.*

D. Nazianz. *Chriſtus maxime decorus ſanguine ſuo.*

83. Pſalm. 127.

Regius Vates Pſalm. 127. n. 1. appellat Hieruſalem civitatem decoris Domini. *Ex Sion ſpecies decoris ejus.* Quomodo Jeruſalem appellatur civitas decoris Domini, cum in ea meus JESUS fuerit paſſus, flagellatus, alapis cæſus, ſpinis coronatus, & clavis crucifixus, & innumeris contumeliis, ac opprobriis affectus? Ipſa paſſionis tormenta, injuriarum opprobria, ipſa pro honore, & decore habuit. D. Chryſoſtomus, ibi. *Ex Sion ſpecies decoris ejus. Illinc enim crux reſplenduit.* Scilicet crucifixi decor. *Illinc initia noſtræ ſalutis*, quæ Dei ſpecies, ac decor ſunt.

Tormenta, ac dolores. Chriſto pro decore. D. Chryſ.

84. D. Aug. Pſalm. 44. Iſa. 53.

D. Auguſtinus in Pſalm. 44. expendens illa verba n. 3. *Specioſus forma præ filiis hominum*, ea componit, ac conciliat cum alio loco Iſai. 53. n. 2. *Non erat ei ſpecies, neque decor.* Quomodo hæc poſſunt ſtare, ſi ipſe inter omnes filios hominum erat ſpecioſus ac elegantiſſimus, quomodo ejus ſpecies ſic denigrata apparebat, ut in ea nulla pulchritudo ac elegantia videretur? Perbellè D. Auguſt. *Non erat ei ſpecies, neque decor*, ait, *Hoc autem magis amplificat pulchritudinem Chriſti, etenim non habebat ſpeciem Iudæis fidelibus pulcherrimus.* Inde venuſtè dixit D. Bernard. *O Domine Ieſu, quam decorus es mihi, in depoſitione decoris tui.* Idem D. Bernardus ſerm. 45. in Cantic. *Quam pulcher es*, ait, *Angelis tuis Domine mi IESV in forma Dei, in die æternitatis tuæ, in ſplendoribus ſanctorum. Quamvis mihi decorus es Domine mi, in ipſa hujus poſitione decoris. Etenim ubi te exinaniſti, ubi naturalibus radiis lumen indeficiens exuiſti, ibi pietas magis enituit, ibi charitas plus effulſit, ibi amplius gratia radiavit.*

Chriſtus in Paſſione ſuis dilectis valde pulcher. Bernard.

85. Pſaml. 103. D. Auguſt. Caſſiod. Arnobius. Caſſiod.

Decantat Regius Vates Pſal. 103. n. 1. *Benedic anima mea Domino, Domine Deus meus magnificatus eſt vehementer, confeſſionem, & decorem induiſti.* De Chriſto D. loquitur Pſalmographus, ut interpretatur. D. Auguſt. Caſſiodorus, Arnobius; eumque non ſolùm Dominum, ſed etiam Deum appellat: De eoque cantat *Magnificatus eſt vehementer*, ſed ſi eum Deum appellat, quomodo ait quod magnificatus ſit vehementer, cum Deo nihil addi poſſit Caſſiodorus. *Quando ille magnus non eſt, ut hominum laudibus magnificetur, aut quid illi poteſt addi, qui eſt mirabilis, & incomprehenſibilis, plenitudo virtutum.* Reſpondet ipſe *Sed magnificatur Dominus apud homines, quando eis magnus, atque excelſus eſſe claruerit, ut ipſum ſentiant creatorem ipſum bonorum omnium largitorem, ipſumque redemptorem.* Et quando hæc magnificatio, ſeu manifeſtatio Deo contigit. Idem Caſſiodor. *Sed unde*, ait, *magnificatus eſt vehementer, conſequenter exponitur*; Confeſſionem, & decorem induiſti. *Induere eſt aliquid, quod non habebat aſſumere, & quando Deus decorem non habuit, quis creaturis ſuis omnia indulget.* Quando ergo ipſe decorem, & confeſſionem induit? quando ipſe nempe, qui candidus puritate erat, apparuit rubicundus. Cant 5. n. 16. Purpura regia tota aſperſa ſanguine, qua maxime decorus apparuit ut explicat Chryſoſtom ſerm. 31. Tunc etiam ipſe confeſſionem induit, nam exaltatus in cruce traxit ad ſe omnia, & ut gentes, quæ idololatriæ ſerviebant ipſum adorarent, & colerent, *factus obediens uſque ad mortem, &c. Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus IESVS CHRISTVS in gloria eſt Dei patris.* Ad Philipp. 2. n. 11.

Chriſtus ſanguine rubicundus valde decorus. Cantic. 5. D. Chryſ. Philipp.

QUÆSTIO XV.

Chriſtus paſſus, ac crucifixus peccatores obumbrat, ac ab ira Dei protegit.

DECANTAT Regius Vates Pſalm. 90. numero 4. *Scapulis ſuis obumbrabit tibi.* Quæ 86.
verba ad crucem referens. D. Hieronym. ſic elucidat. *Exaltabitur in cruce, extendet manus, & proteget nos.* Exaltatus Dominus JESUS in cruce ſcapulis, ac manibus obumbravit nos, nam ſcapulis protegit, quanto magis manibus tuebitur. Ad quod etiam latè D. Ambroſ. in Pſal. 118. ſerm. 3. *Nobis quoque*, ait, *manus ſuas expandit IESVS, ut totum mundum obumbraret: Quomodo non ſumus in umbra, qui ejus crucis protegimur velamento? Quomodo non ſumus in umbra, quos crucifixus à malignitate ſæculi, & corporis ardore defendit? ibi neſcimus quoniam verbum Dei, veniens in hunc mundum, non ſicut verbum advenit quale in principio erat apud Deum. Sed ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens.* Ex filij Dei exinanitione & forma ſervi, & manuum ipſius in cruce extenſione noſtram umbram, protectionem, vitamque colligit.

Pſalm. 90. D. Hieron. *Chriſtus crucifixus nos protegit.* D. Ambr.

Clamat Iſaias 2. n. 10. *abſcondere in foſſa humi à facie timoris Domini.* Quænam foſſa humi dari 87.
poteſt, in qua homo ab ira Dei abſcondatur? Aliter David diſertè clamat. Pſalm. 138. num. 7. *Quò ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? ſi aſcendero in cœlum, tu illic es, ſi deſcendero in infernum ades: ſi aſſumpſero pennas meas diluculo, & habitavero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* Non datur locus ſuperior, nec inferior, nec terra, nec mare, in quo homo à Deo irato valeat abſcondi? foſſa humi eſt Chriſti humanitas, quæ quot vulnera habet, tot nobis apponit foſſas, in quibus ab omni ira divina cuſtodiamur, ac protegamur, ut firmam, ac validam ſalutem obtineamus; hæc enim foſſa nobis eſt tanquam clypeus ad cuſtodiam, & ut medicamentum ad ſanitatem, ac ut propitiatorium ad veniam. D. Bernard. ſerm. 62. in Cantic. *Et ſi*, ait, *intelleximus foſſam humum illam, quæ ait: foderunt manus meas, & pedes meos, non erit ambigendum de ſalute in ea*

Iſai. 2. Pſalm. 138. *In Chriſti vulneribus protegitur homo ab ira Dei.* D. Bernard.

ſitius

citius adipiſcenda anima vulnerata, quæ in eá demorabitur.

88. Cantic. 1.

De ſuo dilecto ait anima ſancta Cant. 2. num. 9. *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi ſurge, propera anima mea, columba mea, formoſa mea.* Poſt parietem, ait anima ſancta, ſtabat abſconditè ſponſus ut luſtraret, ac inveſtigaret vias meas, greſſúſque meos. Et dum tacitus luſtrat, ac conſiderat, poſt paululum multa verba amoris plena mihi facit, animámque meam vocat amicam, formoſam, columbam. Unde fieri potuit, ut ille qui tam occultè, & abſconditè vias meas luſtrabat, ac inquirebat tam ſubito oſtendatur mihi maximè affectuoſus, & amator? An quia nihil mali inventum eſt in me? Minimè gentium, quia tota inquinamentis ſum plena.

Cant. 1. *Jeſus a vulneribus ſuis nobis propitius.* D. Ambr.

Nolite me conſiderare quod fuſca ſim, quia decoloravit me ſol. Cant. 1. n. 6. ſeu juxta aliam lectionem, *quia reliquit me ſol.* Ut latè depeccatrice anima explicat D. Ambr. in Pſalm. 118. ſerm. 2. & 12. Unde ergo totum melleum, totúmque propitium ei ſeſe demonſtrat? cernebat enim eam per feneſtras ſui corporis paſſi, ac profeſſi, vulnuſque ſui lateris ei feneſtra erat, per quam nos reſpiciebat Jesus, non mirum, quod inde trahat, quo nos mundet, purificet, ac formoſos faciat, totúmque ſe nobis valdè amabilem exhibeat. Juſtus Orgelitan. ſic fatur. *Poteſt*, ait, *etiam intelligi, quod tunc per feneſtras proſpexit, quando in paſſione lancea perforato latere, ſanguine & aqua manante, redemptionis, & lavacri Sacramenta producit.*

Origelitan.

89. Iſai. 19.

Ait Iſai. 19. n. 19. *In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti, & titulus Domini juxta terminum ejus, erit in ſignum, & in teſtimonium Domino exercituum in terra Ægypti. Clamabunt enim à Domino à facie tribulantis, & mittet eis ſalvatorem.* Unde impetrarunt. Ægyptij ut tam propitium haberent Deum, ut à facie tribulationis clamantes, ſtatim ſalutem, ac protectorem impetrarent. Innuunt verba illa. *Erit altare Domini in medio Ægypti.* D. N. Cyrillus exiſtimat altare hoc Chriſti crucem fuiſſe; Eſt etiam aliorum ſententia ut R. P. Didaci de Baëça tom. 3. de Chriſto figurato lib. 7. cap. 19. § 6. qui altare hoc referunt ad ſacrificium Agni, qui primo immolatus eſt in Ægypto; in quo Ægyptus primo vidit umbram ſanguinis diviniſſimi agni Jesu Christi, & tanto altaris ſanguine munita, omnes hoſtium iras extinxit, omnémque vitam, ſalutem, ac cuſtodiam eſt aſſecuta. D Anaſt. Sinaita lib. 8. Exam. *Ægyptus prima*, ait, *vidit agni ſanguinem ad veſperam in domibus ſignatum ad ſalutem; & oſtendit Agni Chriſti ſanguinem ad veſperam effuſum, donec domum Eccleſiæ coloravit.*

Baëça. *Sanguis. Chriſti extinguit omnes inimicorum iras.*

D. Auguſt.

Quæstio XVI.

Chriſti Domini Paßio omnes noſtros labores levat, ac faciles reddit.

90. D. Aug.

Passione Domini inſpecta bene mollitur quidquid durum, ac dirum eſt. Ut ait D. Auguſt. in Manual. cap. 22. *Nihil enim tam amarum ad mortem eſt, quod morte Chriſti non ſanetur*, &c. Urgente fame ad pauperculam mulierem confugit Parens meus Elias, ab ea parum panis acciperet, cui reſpondit mulier. *Vivit Dominus, quia non habeo panem, niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho.* 3. Reg. 17. num. 12. quid in tanta rerum penuria mulier faceret ſubdit ipſa. *Et colligo duo ligna, ut ingrediar, & faciam illud mihi, & filio meo, ut comedamus, & moriamur.* Quid in hac extrema paupertate, miſeria, & anguſtia obverſante morte ante oculos, ut hauſto pugillo farinæ ipſa cum dilectiſſimo pignore moreretur, quid nunc faceret mulier, quod levamen, ac ſolatium quæreret, ad duo ligna confugit, cur non potius ad tria, vel quatuor? Duo ligna Chriſti crucem adumbrant, ad duo ergo ligna mulier recurrit, ut ſuam anguſtiam, ac dolorem leniret, pro certo habens quod in omni preſſura crucifixi memoria plena erat levaminis, ac conſolationis. Rupert. in Reg. lib. 5. cap. 7. *En colligo*, ait, *duo ligna, en meam conſolor inopiam, amplectens crucis ligna, ut comedamus, & moriamur.*

3. Reg. 17. *Paſſio Chriſti in omni preſſura dat conſolationem.*

Rupertus.

Cum in multa tribulatione, ac humilitate verſaretur Regius Vates clamat ad Deum Pſalm. 118. n. 76. *Fiat miſericordia tua ut conſoletur me*: Maximè ponderandum quod non poſtulat miſericordiam ad conſolationem, ſed ut ipſa miſericordia conſolans fiat. Et quænam erat hæc miſericordia, quam ſimpliciter miſericordiam appellat? erat mors Chriſti, quæ ſimpliciter fuit miſericordia, per eam enim humanum genus redemptum eſt, & hæc miſericordia, ait, quod erit ei conſolatio in tantis laboribus, ac preſſuris, in quibus verſabatur? Ipſa enim Jesu crucifixo, ac paſſo maximè miſericordia fiebat ei in tribulatione poſito, multúmque levamen, ac conſolationem ei conferebat. Præfata verba in hunc Pſalmum ſic c. 1. legit D. Ambroſ. *Fiat miſericordia tua, ut exhortetur me.* Miſericordia ſanguinis Chriſti effuſi, quæ in cruce fiebat, ſimul calcar, ac exhortamentum erat ei ad ſimilia perferenda, & ut conſiderato Jesu exemplo multum levamen, & conſolationem haberet. Sic ait D. Ambroſ. *Magna eſt ergo miſericordia Dei, quæ non ſolum remiſſionem tribuit peccatorum, ſed etiam certantibus adhibet exhortationis calcaria, ne ſuſcepti certaminis paſſiones in belli formidine derelinquerent.*

19. Pſalm. 118. *Recordatio Chriſti D. paſſi maximè noſtros labores levat.*

Ambroſ.

In multa tribulatione, ac adverſitate conſtituti Apoſtoli in Concilio Iudæorum coram ſummo ſacerdote, quibus reſpondens Petrus ait: *Deum patrum noſtrorum ſuſcitavit IESVM, quem vos interemiſtis ſuſpendentes in ligno.* Actor. 5. num. 30. Ad quid Chriſti diſcipulus in exordio ſermonis ſui Chriſtum D. ligno ſuſpenſum introducit? ut commemorata Domini Paſſione ipſe, & cæteri Apoſtoli patienter ſuſtinerent tempeſtatum contrarietates, quæ in ipſos ab adverſariis excitabantur, & ut carceres, vincula, cruces, gladios ac fuſtes, qui in ipſos parabantur, conſtanter, ac fortiter ſuſtinerent? D. Cyprian. lib. 3. Epiſt. 15. ad Martyr. *Neque enim*, ait, *ad fuſtes chriſtianum corpus expavit, cujus ſpes omnis in ligno eſt*; &c.

92. Actor. 5. *Quidquid pati durum eſt, lenit Chriſti paſſio.*

D. Cyprian.

Ait Iſaias cap. 63. n. 1. *Quis eſt iſte, qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra? Iſte formoſus in ſtola ſua gradiens in multitudinem fortitudinis ſuæ.* Unde vir iſte tam formoſus, ac decorus tantam habet multitudinem fortitudinis; ſive ut exprimunt Septuaginta, *ſic formoſus in ſtola ſua, qui violentia incedit cum fortitudine.* Vir iſte tam formoſus, non ſolùm habet fortitudinem, ſed multitu-

93. Iſai. 63.

Septuag.

multitudinem fortitudinis, ita ut etiam cum violentia incedat, ut habent Septuaginta; unde ergo illi tanta vis? *In ſtola ſua tinctis veſtibus*, ſtola, eſt ipſa humanitas, quæ ubi tincta ſanguine apparuit, ubi facies Chriſti ſe ſanguinolentam exhibuit, magnam fortitudinem oſtentavit; ut fortiter ac ſuaviter ſuos compellat ad quoſlibet labores ſuſtinendos; viſo ſanguine effuſo à Jesu, quid ultra ſperandum eſt, niſi magna violentia ac ſtimulus, ut tu ſimilibus tormentis, ac doloribus te objicias, ut quaſi ſimili trophæo exalteris, favet Theodoret. hic à Leone à Caſtro citatus exprimens Chriſti Jesu decorem, qui ait, *& violentam pulchritudinem, quæ univerſos cogit intuentes.*

Paſſio Chriſti multam vim habet, ut inducat ad qualibet ſufferenda.

Theodor.

49. Iſai 41.

D. Cyril. D. Hieron. Procop. Adamus. D. Aug.

Ait Iſaias 41. n. 5. *Viderunt inſulæ, & timuerunt; extrema terræ obſtupuerunt, appropinquaverunt: & acceſſerunt.* De Chriſto Domino locum explicant D. Cyrill. D. Hieron. Procop. Haymon, Adamus, D. Auguſt. lib. de unitate Eccleſiæ cap. 7. extremæ gentes, ac inſulæ viderunt Chriſti myſteria, dolores, ac tormenta in ſua paſſione, timuerunt tantam Dei gratiam, ac benevolentiam, cum ipſi minimè ei correſponderent. *Et acceſſerunt, & appropinquaverunt.* Libentiſſimè ut ſimiles dolores, ac tormenta portarent, quis enim viſo Chriſti tanto exemplo ad ſimilia toleranda non animetur, ac excitetur, qui enim vidit Deum cruce lata preſſum, ac ſub injuſta ſarcina ſudantem largè, quomodo ad crucem amplectendam, ac portandam non provocabitur? Gilbertus ſermon. 20. in Cant. ait, *quæ inde ſunt, quandam habent alliciendi efficientiam, & cogitantes ſolicitant in affectum.* Et D. Bernard. ſermon. 43. in Cant. *Si enim, ait, ante oculos habueritis, quem portatis, pro certo videntes anguſtias Domini levius veſtras portabitis.* Quod in Martyrum victoriis advertens Petrus Bleſen. in opuſculo in Iob, ſic ait: *Martyr afflictus quidem, ſed invictus, videns ſanguinem ſuum ex diverſis corporis partibus ebullire, non ſua, ſed redemptoris vulnera attendit, dolores corporis lacerati non ſentit, non facit hæc ſtupor, ſed amor, nec deeſt dolor, ſed pro Chriſto contemnitur.*

Allicit ad potiendum Chriſti patientia.

Gilbert.

D. Bern.

Bleſen.

CAPUT. II.

Ieſus apud Hortum.

Matth. 26. *n.* 30. *n.* 36. Et hymno dicto, exierunt in montem Oliveti. Tunc venit Jeſus cum illis in villam, quæ dicitur Gethſemani, & dixit diſcipulis ſuis: ſedete hîc donec vadam illuc, & orem.

VERSIONES.

Arabic n. 30. Et laudem dederunt.
Pagnin. Cùm hymnum ceciniſſent.
Maldonat. Cùm laudem Deo ceciniſſent.
Syriacus. Exierunt in montem Olivarum.
D. Hilar. Reverſi ſunt in montem Oliveti.
Syriac. n. 36. Tunc venit cum eis Jeſus in locum, qui vocatur Gethdeſimon, & ait diſcipulis ſuis: ſedete hîc uſque dum abiero oratū.
Vatablus. Tunc venit Jeſus cum illis in prædium, quod dicitur Geth, & dicit diſcipulis, ſedete hîc donec digreſſus orem illic.
Luc. Burg. ex Græco. Interea dum abiens oravero illic.

Alter Textus.

Marc. 14. *n.* 34. Et veniunt in prædium, cui nomen Gethſemani & ait diſcipulis ſuis: ſedete hîc donec orem.

Luc. 22. *n.* 39. Et egreſſus ibat ſecundùm conſuetudinem in montem Olivarum; ſecuti ſunt autem illum & diſcipuli.

Num. 40. Et cùm perveniſſet ad locum, dixit illis: orate ne intretis in tentationem.
Et ipſe avulſus eſt ab eis, quaſi jactus lapidis, & poſitis genibus orabat.

Ioan. 9. *n.* 1. Hæc cùm dixiſſet Jeſus egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipſe & diſcipuli.

EXPOSITIO I.

1\. SCribit D. Matth. in præſenti. *Et hymno dicto exierunt in montem Olivarum*, ubi alicui forſitan videbitur hymnum decantatum fuiſſe poſt ſermonem; at ante ſermonem dictum eſſe ſuadet ratio: nam hic hymnus extitit gratiarum actio: ergo poſt cœnam, ac inſtitutam Euchariſtiam decantatus fuit ante ſermonem, ita docent in præſenti Chryſoſt. Theoph. Euth. Ribeira. & alij; & ideo lib. 7. c. 7. ad finem poſt Euchariſtiæ inſtitutionem hymni decantationē appoſui, & explicavi, ſi autem D. Matth. ait: *Hymno dicto exierunt in montem.* Ex eo eſt, quia ſermonem non ſcripſit, quem Ioannes refer.

Hymnus decantatus ante ſermonem.

D. Chryſ. Theoph. Euthym. Ribeira.

2\. *Et venit cum illis*, ſcilicet diſcipulis ſuis, *in villam*, D. Marc. ſcribit: *in prædium.* D Hilar. *in agrum* Syriacus *in locum*, vox Græca omnia ſignificat; & cùm dicitur villa fortè de monte ei adjuncta erat domus ruſtica, Chriſtus tamen domum non eſt ingreſſus, ſed agrum, ſeu prædium. D. Ioannes ſcribit *in locum: ubi erat hortus.* Omnia optimè conſentiunt. Nam ut tradit D. Hier. de locis Hebraic. & ex eo Adrichom. ad radices montis Oliveti erat prædium, ſive ager, ſive villa & in villa hortus; cùm ergo Chriſtus D. introiverit in hortum, etiam introivit in villam, prædium, ac montem Oliveti, ad cujus radices erat villa, ſeu prædium, cujus pars erat hortus.

D. Marc. Syriac. D. Hilar. D. Ioannes. D. Hieron. Adrichom.

3\. Egreſſus eſt Ieſus è civitate Ieruſalem, ac à cœnaculo, in quo cœnaverat, ſermonem, ac orationem habuerat, & inde venit in villam, ſeu hortum, qui diſtabat ab Ieruſalem paulò amplius, quam medij milliaris Italici; hæc autem villa, ſeu prædium, ut notant D. Matth, & Marcus; dicebatur *Gethſemani*, quod interpretatur vallis olei, ſeu pingue

Nominis interpretatio. D. Hieron. D. Paſchaſ.

pinguedinis, ſic inquiunt D. Hieron ac D. Paſchaſ. in Matth. *Vallis fuit quidem pinguiſſima, & hortus Chriſti ſanguine irrigatus*, vel Gethſemani ex radice Hebraica, ut multis placet, idem eſt ac torcular olei. In illo agro, ſeu villa videtur fuiſſe torcular, ad quod olivæ in monte copioſè datæ deferebantur, ut exprimeretur oleum, & nomen congruit maximè paſſioni, de qua agimus: in villa enim cœpit, quæ dicebatur torcular olei; id eſt miſericordiæ, ex quo ſumma Dei miſericordia in omnes abundatiſſimè defluxit.

4. *Et dixit diſcipulis ſuis*: octo nempe *ſedete hic*. In hac valle Gethſemani, niſi enim juſſi à præceptoris latere non diſceſſiſſent, præcipuè cum de gravi tempeſtate hujus noctis certiores eſſent facti, ut patet ex Matth n 31. & non ſolum eos juſſit illic manere, ſed etiam orare ne intrarent in tentationem, ut ſcribit D. Lucas. *Donec vadam illuc, & orem*, diſtantiam loci explicat ipſe Evangeliſta. *Avulſus eſt ab eis quaſi jactus lapidis*. Cum ait ab eis id eſt ab octo diſcipulis, qui eum ſecuti fuerant, ut rectè adnotarunt Janſen Maldonat. Barrad. Lucas Burg. Nam D. Lucas Petri, Jacobi, & Joannis aſſumptionem prætermiſit, cujus meminerunt Matth. & Marcus, à quibus ſcilicet tribus, cum Dominus proceſſiſſet ad orandum dicitur.

D. Lucas. Janſenius. Maldonat. Luc. Burg.

5. *Progreſſus puſillum*, paucis nempe paſſibus, ut latius dicam expoſit. 3. Nam ab octo *avulſus eſt tanquam jactus lapidis*, verbum Græcum *avulſus*, id eſt ægrè, ac vi ſeparatus eſt ab eis, nam diſcipuli volebant ſequi magiſtrum, & magiſter magnum levamen habebat eſſe cum ſuis, ratio tamen impellebat, ut ab eis ſequeſtratus triſtitiæ magnitudini mederetur per orationem.

Quæstio I.

De Torrente Cedron brevis adnotatio.

6. Joſeph.

INTER urbem Jeruſalem, & montem Oliveti per vallem Joſaphat interfluit Torrens Cedron, ut Auctor eſt Joſeph. lib. 6. de Bello Judaico cap. 3. & quia Dominus petebat montem Oliveti, ideo torrentem cum diſcipulis pertranſivit. Torrens propriè eſt rivus, qui ex aqua pluviali coaleſcit, qui hyeme cum impetu ruit, æſtate verò areſcit, ac ſiccatur; tales multi reperiuntur apud montes altos. Unde Syrus vertit. *Trans vadum Cedron*, quia vadari, ac pecudibus tranſiri poterat.

Syriac.

7. *Cedron*. Græcus vertit Cedrorum, hunc in modum interpretantur torrentem Cedron. Nonnus, Haymo, Simon Caſſianus, D. Thomas, Lyranus, Titelmamus, Eraſmus, & alij videlicet à Cedrorum copia, quia circundatus erat torrens. Tamen Cedron non eſt nomen Græcum, ſed Hebræum, ut conſtat ex veteri teſtamento. Hebraicè autem non Cedron, non Cedrum, ſed obſcuritatem caliginem, nigredinem, ac tenebras ſignificat, ut tradit D. Hier. in locis Hebraicis, & ſequuntur Toletus, Barradas, Lucas Burg. Cornelius & alij. Appellatus eſt ergo hic torrens Cedron; hoc eſt obſcurus, niger, ſive à loci umbroſitate, erat enim denſis arboribus plenus, ſive à cadaverum combuſtorúm fuligine, de quo mox dicam. Sive à præſagio Prophetico ſic dictus, ibi enim Chriſti paſſio incepit. Quæ fuit hora tenebrarum juxta illud. *Hac eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum.*

Quid ſignificet Cedron. Nonnus. Haymon. Caſſianus. D. Thom. Lyran. D. Hieron. Tolet. Barradas.

Torrens hic defluit per vallem Joſaphat, quæ erat inter urbem Jeruſalem, & montem Oliveti, in hac valle, ut teſtatur Adrichom. n. 204. Pij reges Iuda, Aſa, Ezechias, & Ioſias templi idola combuſſerunt, eorúmque cineres in torrentem Cedron projecerunt, & olim infantes à parentibus idolo Moloch immani patricidio vivi cremabantur. Hæcque vallis commune totius civitatis cæmeterium erat, ibi pauperes, & ignobiles communiter ſepeliebantur; nam mos erat Judæis extra urbem ſepeliri: In eaque nunc Turcæ ſepeliuntur; in hacque Valle erit extremum & finale omnium judicium. 8.

De Valle Ioſaphat aliquod advertantur. Adrichom.

Joannes mentionem facit Torrentis Cedron. Primo ad exactam hiſtoriæ certitudinem, ac veritatem. Secundo ut ait D. Thomas hic *per torrentem paſſio deſignatur*, & Simon Caſſianus lib. 13. *Torrens ſubitam, & defluentem cito paſſionem inſinuat.* Nam torrens aquis pluvialibus redundat, & paulo poſt evaneſcit: ſic fuit turbulenta perſecutio Judæorum, de qua Chriſtus in via bibit, & tam ſæva, & dura extitit, ita ut multi autument IESUM à Judæis comprehenſum, per torrentem reductum, in eundémque præcipitatum fuiſſe, ut teſtatur Adrichomius in Deſcriptione Ieruſalem n. 207. juxta illud Pſal. 68. n. 1. *Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ uſque ad animam meam, & infixus ſum in limo profundi*, id eſt non eſt locus, in quo ſubſiſtere poſſim. Tamen uno die tam dura Chriſti perſecutio, veluti torrens rendundavit, ſed cum æterna gloria communtata eſt, juxta illud Pſal. 109. *De torrente in via bibet.* Dominus *in via*, id eſt cum mortalis eſſet, de torrente paſſionis veluti obiter bibit, propterea exaltavit caput gloria ſempiterna, ut latè proſequitur D. Gregor hom. 25. in Evangelia. 9.

D. Thom. Caſſian. Adrichom. Pſalm. 68. *Ex Chriſti paſſione. exaltatio.* Pſal. 109.

Tertiò. Hinc Chriſti D. tranſitum præfiguravit David, cum ex civitate Jeruſalem egreſſus, filio Abſalone perſequente, eundem torrentem Cedron pertranſivit: ſic Chriſtus Dominus à Juda diſcipulo perſequente proditus, egreſſus eſt è civitate Ieruſalem trans torrentem Cedron, non tamen ipſe fugit, ſed Judæ, ac Judæis perſequentibus obviam proceſſit. Quartò. Prope Cedron commune erat totius civitatis cæmeterium mortuorum, ibique olim ueri vivi magno parricidio cremabantur, ibi Chriſti paſſio exordium habet, quæ in omnium vitam fiebat, & ut omnes tanto Chriſti ſanguine ab omnibus, ac univerſis delictis mundarentur. *Qui dedit ſemetipſum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem* Ad Titum 2. num 14. Mors enim Chriſti mortem peccati occidit. *Ero mors tua, ô mors.* Oſeæ 13. num. 14. *Abſorpta eſt mors in victoria* 1. Cor. 15. n. 54. unde alt D. Aug. in Pſal. 51. *Chriſtus mortuus mortis interfector fuit, & magis in illo mors mortua eſt quam ipſe in morte.* 10.

D. Gregor. Ad Tit. 2. Oſeæ 13. 1. Cor. 15. D. Aug.

Quæstio II.

Quare Chriſtus Dominus nunc petit Vallem, ac hortum Gethſemani?

CHRISTUS D. primò ivit in deſertum. Mart. 4. n. 1. deinde per ſata cum Apoſtolis degit, Matth. 12. n. 1. Nunc in hortum tendit, ut doceret nos primò degere per loca aſpera deſerti; deinde veniendum ad ſata bonorum operum, ut ad amœnitatem, ac dulcedinem hortorum deveniamus, D. Ambroſ. lib. 4. in Lucam. *Videte*, ait 11.

Matth. 4. Matth. 12.

quibus

Prius per aſpera incedendum, ut ad amœnitatem horti deveniat.
D. Ambr.

quibus itineribus ad paradiſum reducamur. Nunc in deſerto Chriſtus eſt, agit, hominem inſtruit, informat, exercet, ungit oleo ſpirituali. Vbi videt robuſtiorem per ſata & fructuoſa reducit: ut quando querebantur Iudæi, quod diſcipuli ejus ſabbato de ſegete ſpicas vellerent: jam enim Apoſtolos ſuos in agro culto, & fructuoſo opere collocaverat, poſtea in paradiſo conſtituit tempore paſſionis quando tranſivit torrentem Cedron: ubi erat hortus.

12. Ad quæſtionem cur Chriſtus nunc in vallem, ac hortum tendit cum prius coram Apoſtolis oraverit in cœnaculo. Reſpondeo primò, quod Chriſtus prius oravit in cœnaculo. *Sublevatis oculis in cœlum dixit: Pater venit hora.* Ac oravit coram Apoſtolis commendans ſe ipſum Joan. 17. n. 1. Deinde ipſos Apoſtolos, num. 9. Tandem pro omnibus fidelibus credituris num. 20. ùt ita ſua oratione in tanta triſtitia, afflictione, ac perſecutione, in qua relinquebantur Apoſtoli, eos conſolaretur, cum ſic tam vehementer eos Patri commendaret, & ideo tunc ex magno, & alto motivo coram Apoſtolis oravit; præcipuè cùm ibi daretur ſumma quies ſine ulla perturbatione; Nunc verò in vallem, & hortum pergit docens nos quod cum oramus, quæramus locum ſecretum, & à populo ſeparatum, ut mens nulla re diſtrahatur, ſed totam ſe ad Deum colligat, & elevet D. Chryſoſt. homil. 38. *Vt ſeorſum oraret*, ait, *quemadmodum conſueverat erudiens nos quietem, ac tranquillitatem in orationibus diligenter appetere.* Theophyl. *Orandi cauſa ſolitaria loca, & ſilentij officinas quærere ſolebat.*

Ad orandum locus ſecretus quærendus, niſi vehemens ratio urgeat.
Ioan. 17.
D. Chryſ.
Theoph.

13. Secundò. Ad Vallem, & hortum illum pergit, quia ut teſtatur D. Joan. 18. num. 2. *Sciebat autem Judas, qui tradebat eum, locum, quia IESVS frequenter convenerat illuc cum diſcipulis ſuis.* Ac proindè confert ſe ad illum locum notum Judæ, ac Judæis, ut ſe offerret tanquam agnus in Dei victimam. Tertiò. Ad hunc locum tendit Chriſtus, ut denotaret ſe ex parva miſericordia. ac charitate pro hominum ſalute mori, ac cruci tradi: oleum enim ſymbolum eſt miſericordiæ; Gethſemani idem eſt quod vallis olei, ſicut enim ibi ex olivis exprimebatur oleum, ita ex vehementi agonia expreſſus fuit Chriſti ſanguis, quo quaſi oleo reficimur, ungimur, & paſcimur juxta illud Cantic. 1. *Oleum effuſum nomen tuum.* Quartò. Rectè hic locus eligitur ut paſſio Chriſti inchoetur. Ex hoc oliveti monte Chriſtus triumphans in cœlum conſcendit, congruum enim erat, ut ubi Chriſtus ſummè doluit, ac patiens ſe ipſum profundè humiliavit, ibidem etiam ſummè quoque gauderet, ac triumphans in cœlum conſcenderet.

Joan. 18.
Chriſtus ex pura ſua charitate in mortem traditur.

14. Quartò Cardinalis Hugo in cap. 22. Luc. ad illa verba *egreſſus ibat ſecundùm conſuetudinem in montem Olivarum*, ſic ait: *Rectè autem*, ait, *poſt communionem aſcendit in montem Oliveti, ut ſic oſtenderet, quod virtute Dominici Sacramenti aſcenditur ad culmen gratiæ, deinde ad culmen gloriæ, quæ per oleum ſignificatur.* Hæc Dominica itineratio magnæ nobis eruditionis ſchola eſt, quod vel primum Chriſtus cum Apoſtolis panem cœleſtem comedit, confeſtim ad montem Olivarum pergit, nam per oleum magnitudo cœleſtis gratiæ, & gloriæ denotatur. *Virtute Dominici Sacramenti aſcenditur ad culmen gratiæ, deinde ad culmen gloriæ, quæ per oleum ſignificatur.*

Hugo.
Virtute Dominici corporis, aſcenditur in cœlum.

15. Quintò. D. Cyrill. Alexand. lib. 1. in Joan. cap. 31. *Vt in paradiſo, ait, malorum initium factum eſt: ſic in horto Chriſti paſſio incipit, per quam à malis liberati in priſtinum habitum reſtituti ſumus.* Olim ſervivit paradiſus Diabolo, ut primum hominem impelleret in ruinam, ſecundus homo Chriſtus ab horto incipit hoſtem perdere, & nobis primum ſtatum reſtituere, ut hoſtis frangatur per ea, quibus vicit.

D. Cyrill.
Suis armis deſtruitur Diabolus.

Ait Deus Iſai. 1. num. 29. *Erubeſcetis ſuper hortis quos elegeratis.* In hortis impudicè, ac laſcivè colebant idola, in hortis promittit eis erubeſcentiam, in hortis enim deſtruuntur idola, idolorúmque caput Diabolus, quod magna confuſio erit eis, ut ibi vincantur, ubi regnabant. D. Baſil. ad citat. locum Iſai. *Sub vituperationem cadit horti memoria, cum Achab patrimonium Naboth concupiſceret, ut illud converteret in hortum olerum. Eccleſiaſtes contra commeminit laudabilis horti, dicens: feci mihi hortos, & paradiſos. Proinde benedicitur hortus, in quo monumentum eſt, quod temporariam excepit diſpenſationem mortis in corpore Domini. Vice verſa in præſenti in malum traducitur, quaſi concilians confuſionem obſcœnis affectibus.* Sic & in hortis per Evam Diabolus vicerat, per Suſannam tamen in hortis vincitur. 16.

Iſai. 1.
D. Baſil.

Ait Regius Vates Pſal. 36. n. 14. *Gladium evaginaverunt peccatores, intenderunt arcum. Vt dejiciant pauperem & inopem, ut trucident rectos corde; Gladius eorum intrat in corda ipſorum.* Peccatores gladium evaginaverunt adverſùs juſtos, hunc petit Propheta in corda ipſorũ converti, quod ſic factum eſſe circa Judæos oſtendit Rupert. lib. 8. in Joan. *Merito*, ait, *ergo retributum eſt illis, ut gladius eorum intraret in corda eorum; intraret inquam gladius eorum in corda ipſorum, ita ut pro una cohorte Romana, quam adverſùs Dominum, & regem ſuum armatam conduxerant, immenſum Romanæ fortitudinis adverſus rebellionem ſuam commoverent exercitum.* 17.

Pſalm. 36.
Per ea petit impius, per quæ impetit juſtos.
Rupert.

Matth. 26. *n.* 37. Et aſſumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi cœpit contriſtari, & mœſtus eſſe.

Num. 38. Tunc ait illis: triſtis eſt anima mea uſque ad mortem: ſuſtinete hîc, & vigilate mecum.

VERSIONES.

Syriacus n. 34. Et aſſumpſit Petrum, & duos filios Zebedæi, cœpitque commoveri, ac vehementer angi.

Pagn. Cœpit affici dolore, & mœſtitudine.

Vatablus. Cœpit affici mœſtitiâ, & anxietate.

Mal. Cœpit triſtari, & anxio eſſe animo.

Syriac. n. 38. Et ait illis. Ægritudo ineſt animæ meæ uſque ad mortem: expectate me hîc, & vigilate mecum.

Vatablus. Mœſta eſt anima mea uſque ad mortem: manete, & vigilate mecum.

Maldonat. ex Græco. Triſtitia undique obſeſſus eſt animus meus.

Luc. Burg. Valdè triſtis eſt anima mea.

Alter Textus.

*Marc.*14.*n.*33. Et aſſumit Petrum, & Jacobum & Ioannem ſecum, & cœpit pavere, & tædere.

*Num.*34. Et ait illis, triſtis eſt anima mea uſque ad mortem: ſuſtinete hîc, & vigilate.

EXPOSITIO II.

18. ASSVMPTO *Petro, & duobus filiis Zebedæi*, hoc eſt Iacobo, & Joanne. Addit Marcus *ſecum*, ex cœnaculo adduxit Dominus ſecum undecim Apoſtolos, ex quibus octo in villa, ſeu prædio Gethſemani reliquit. Tres prædictos ſcilicet Petrum, ac duos filios Zebedæi ſecum aſſumpſit in hortum. *Cœpit*, id eſt ſponte ſua, liberè, ac voluntariè non invitè, ac coactè; ut latius dicam q.4. ad initium *contriſtari, mœſtus eſſe*. Coram his tribus Apoſtolis cœpit graviſſimè angi, triſtari, affligi, quod Syrus vertit, *vehementer angi*. Pagn. Vatabl. *affici dolore, & mæſtitudine, & anxietate*. Interpres vertit apud Marcum. *Cœpit pavere, ac tædere*. Vehemens enim angor, triſtitia, ac afflictio facit, ut hominem tædeat vitæ, & mori malit, quàm ita tangi, & affligi ac proinde externa corporis ſpecie gemebundo pectore, vultu pallido, ut notant Barradas, Lucas Burg. indicabat ſuis Apoſtolis Dominus ingentem triſtitiam, pavorem, ac horrorem imminentis mortis, nam ut ait Euthym. *Permiſit natura pati quod ſuum erat.* Et ita ut verus homo habuit verum mortis timorem, ut dicam q. 9. ad initium.

Syrus. Pagnin. Vatabl. Barradas. Luc.Burg. Euthym.

19. *Triſtis eſt anima mea*, id eſt undique triſtitia obſeſſus eſt animus meus eodem prorſus ſenſu dixerat David Pſal.114.n.3. *Circumdederunt me dolores mortis.* Quod explicat Dominus *uſque ad mortem*, Quaſi dicat tam gravis, & vehemens eſt mihi triſtitia, ut mortem mihi afferre videatur. Tria ſunt verba, quæ magnam habent emphaſim. *Triſtis eſt*, ex verbo Græco valdè triſtis, triſtiſſima *Anima mea*, profundiſſima, ac intima triſtitia animam meam penetrat, ac ſi acutus mœſtitiæ gladius animam meam diſſecaret juxta illud *intraverunt aquæ* (afflictionum, ac amaritudinum) *uſque ad animam meam*. Pſal.68.n.1. & ait *uſque ad mortem* ut triſtitia me quaſi ad mortem adducat, ac adigat, ut vix à morte diſtem, ut veluti communi adagio dicitur, triſtitia quaſi morior, cogita quam vehementiſſimo dolore Petrus, Jacobus, ac Ioannes ex ore amantiſſimi Domini hæc verba exciperent, ut ponderant Carthuſ.

Pſal.114. Pſalm.68. *Ex verbis Chriſti Petrus, Iacobus, & Ioannes magno dolore ſunt affecti.* Carthuſ. Græcus.

Suſtinete hîc. Ex Græco *Manete*, & *expectate hîc.* Ut me videatis dolentem ac orantem in ſumma agonia, ac afflictione mortis, & ut etiam mei
20. doloris ſitis teſtes, & ideo ait. *Vigilate mecum.* Vigilat Chriſtus, ad vigiliam diſcipulos vocat Ægrè ſuperior aliis vigilantiam, ac ſolicitudinem perſuadet, ſi ipſe ſomno, atque ſocordiæ ſupinus dormiat D. Lucas ait: *Orate mecum.* Ut ſuo exemplo inſtruantur in omni preſſura ad orationem confugere, ut advertit Theoph. tum ut etiam vigilando, orando, compatiendo aliquo tantæ tribulationis levamen, & ſolatium mihi afferatis. Euthymius. *Vigilare eos ſecum jubet, ait, conſolationis gratia ſicut moris eſt in afflictionibus.* Sed è contra evenit, nam ſic eos triſtitia occupavit, ut eos in ſomnum adigeret. ab omni enim conſolationis affectu Chriſtus in ſua paſſione fuit alienus; unde ipſe queritur Pſal.68. n. 21. *Suſtinuit qui ſimul contriſtaretur, & non fuit, & qui conſolaretur, & non inveni.* Decrevit enim amoris vi merum bibere calicem fellis, ac amaritudinis ſuæ paſſionis, ſine ulla conſolationis ſuavitate.

Chriſtus vigilans ad vigiliam vocat diſcipulos. D. Lucas. Theoph. Euthym. *Chriſtus totius conſolationis expers in ſua paſſione.* Pſalm.68.

Vigilate mecum. Rectè notat D. Paſch. lib.12. in 21.
Matth. quod primis octo dixerit Chriſtus. *Sedete hîc.* Ut patet ex Matthæo n.36. iſtis vero tribus utpote fortioribus præcipit *Vigilate mecum.* Deinde primis dixit *ſedete* ut unuſquiſque ſedeat, & ſiſtat in ſuo ordine.

D.Paſchaſ.

QUÆSTIO III.

Quare ex undecim Apoſtolis Petrum, Iacobum ac Ioannem elegit Chriſtus, ut conſcij eſſent ſuæ triſtitiæ, ac agoniæ?

RESPONDEO primo ad quæſtionem. Hi 22.
tres in monte Thabor fuerunt ſpectatores ſupernæ gloriæ Transfigurationis, atque paterni teſtimonij extiterunt auditores, ac proinde hos tanquam tanta cognitione commonitos, ac conſolidatos eligit, ne viſa infirmitate humana turbarentur; debet enim qui majora à Deo accipit beneficia utpote tanta cognitione donatus, magis adhærere patiente Chriſto, & ejus tormenta atque paſſionem magis devotè, ac reverenter meditari, & conſiderare.

Secundò. Gloriam ſui corporis his tribus Apo- 23.
ſtolis Chriſtus ante oſtenderat, tunc ſuorum dolorum fecit eos ſpectatores, qui enim fuerunt participes gaudij, & lætitiæ, debent etiam eſſe participes doloris, & triſtitiæ; & maximè cohæret utraque viſio. Qui enim viderunt Chriſtum in monte Thabor loquentem de exceſſu, hoc eſt morte ſua, par erat ut etiam viderent ejus agoniam, triſtitiam, ac dolorem in monte Oliveti, ut intelligerent viam ad gloriam eſſe paſſionem, mortem, agoniam, per iter enim crucis aſcenditur in claritatis montem.

Qui ſunt participes gaudij, ſint & triſtitiæ.

Tertiò. Hos tres aſſumpſit Dominus, reliquos 24.
adeſſe noluit, ne offenderentur, tanquam imbecilliores conſpecta Magiſtri triſtitia, nec enim omnes ad omnia apti ſunt. Et ideo hos tres tantum ſecum elegit, his enim tanquam fortioribus, ac magis familiaribus aptioribus, ac capacioribus ad magna maximè Chriſtus confidebat? Orig. citandus. *Cæteros ſedere juſſit, ait, ut infirmiores, vos ut firmiores volo collaborare mecum in vigiliis, & orationibus.*

Nec omnes ad omnia apti ſunt. Origen.

Quartò. Origenes tract. 35. hic in præſenti 25.
ſic ait; *Ad hoc autem adduxit eos, maximè Petrum magna de ſe confidentem, ut viderent ubi eſt poſſe hominis.* Similiter Divus Paſchaſius lib. 12. in Matth. cum Chriſtus tendit, ut à Patre petat ut faciat tranſire paſſionis calicem, ſecum in teſtem ſuæ orationis adducit Petrum, qui de ſe magnæ præſumebat, dicens: *Si opportuerit me mori tecum non te negabo.* Adduxit & ſecum duos filios Zebedæi, qui multum de ſe etiam confidebant, nam cum interrogaret Dominus. *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei poſſumus.* Matth.20. Hos, qui multum de ſuis viribus præſumebant, eligit, ut teſtes ſuæ orationis cum

Origen. D. Paſchaſ. *Non in poteſtate humana, ſed in Dei voluntate fidendum.* Matth. 20.

poſtulat à ſe tranſire paſſionis amaritudinem ; ut videant *ubi eſt poſſe hominis* ; quod non in humanis viribus, nec in humana poteſtate fidendum ſit, ſed tantum in Dei voluntate, ac beneplacito à quo venit quidquid manet, & prævalet ; ac proinde quamvis ipſe Dominus cum tanta poteſtate, in cujus manus omnia dedit ei Pater, ac etiam cum tanta agonia defluente ſanguine interram peteret calicis tranſitum, tamen non impetrat ; nec fit quod petit, nec poteſtas obtinet, nec agonia calicis tranſitum declinat, ſed tantum id quod Dei Patris decreto ſtatutum perſeverat. *Ubi eſt poſſe hominis.* Nullus de ſua facultate præſumat, ſed omnia ſubmittantur Dei voluntati, quæ ſola prævalet, & vincit.

26. Conceditur Manna à Deo, & mandatur, ut unuſquiſque per ſingula capita colligat quantum ſufficiat ad menſuram Gomor ; aliqui propter virium debilitatem, vel propter ætatis pravitatem prædictam menſuram non valuerunt adimplere ; alij verò quia fortiores, ac velociores, eſcas ſupra menſuras congregarunt ; quid inde factum ait ſcriptura Exod. 16. num. 18. *Et*

Exod. 16. *menſi ſunt ad menſuram Gomor nec qui plus collegerat habuit amplius, nec qui minus paraverat, reperit minus.* Cur cum ad rei exitum ventum eſt, ec qui plus collegit habuit amplius, nec qui minus collegit, reperit minus, unde in omnibus

Non quod ex induſtria humana, ſed quod ex Deo eſt dura, & perſeverat.

æqualitas in menſura inventa eſt. Statutum erat à Deo ut omnes eandem menſuram colligerent, unde nec imbecillitas, nec poteſtas humana valuit aliquid immutare. *Ubi eſt poſſe hominis.* Sed id quod à Deo erat ordinatum, id ſolum prævaluit, idque integrum perſeverat ; fruſtra quis aliud intendit, quàm id quod à ſolo Deo eſt ſtatutum, ac ei beneplacitum ; inutilia enim ſunt omnia auxilia, vel impedimenta humana, ubi Deus aliquid decrevit, id enim, quod à Deo eſt, ſolum prævalet, ſolúmque manet.

27. Mittitur Samuël in domum Iſai, ut unum ex filiis ejus ungat in regem ; quod agnoſcens pater, unguendos offert ſeptem filios majores natu, qua vel militari robore, vel corporis majoritate, vel animi generoſitate ad regiam dignitatem aptiores videbantur, & poſtquam hos ſeptem propoſuit pater ſiſtit, tanquam parvi pendens, & quaſi ignorans, quod alium filium haberet, ita ut interrogaret Propheta. *Nunquid jam completi ſunt filij* ? Cujus ipſe reſpondit, *adhuc reliquus*

1. Reg. 16. *eſt parvulus, & paſcit oves*, 1. Reg. 16. num. 11. ac ſi diceret, adhuc alius eſt ignoratus à me ad hoc negotium, utpote annis tener, militari exercitio, inexpertus, & paſtorali officio in paſcendis ovibus occupatus, & tamen hunc elegit Dominus, nec enim illis commoditas naturæ, ætatis majoritas, corporis vires, nullitate exercitium, patris ſuffragium auxiliatur, nec huic ætatis infirmitas, nec corporis parvitas militaris exercitij carentia, ac parentis contemptus, & ignoratio aliquod fuit impedimentum, cùm eſſet Dei voluntas, ut huic regnum deferretur ; nec potentia majorum plus accipit, nec infirmitas parvuli minus recipit, ſed ſolum quod à Deo fuit decretum id ſolum prævalet, & durat. D. Baſil. Seleucus orat. 14. *Vocandi ordo*, ait, *naſcendi ſequebatur ordinem, & proprium gratia non reperiebat. Quid opus verbis ? Conſumpta erat uteri ubertas, nec gratia fructum metabatur. Adhuc inquit Pater, reliquus eſt parvulus, & paſcit oves quid enim, qui nec ad gregem paſcendum ſufficit, ad regnum flagitas ? Sed Deo ſuffragante non prævaluit genitoris ignoratio.*

Solum quod à Deo eſt, prævalet, & durat.

D. Baſil. Sel.

Quæstio IV.

Quanta, & qualis fuerit hæc Chriſti triſtitia variis difficultatibus explicatur.

Origenes tract. 35. in Matth. exiſtimat hanc Chriſti triſtitiam non fuiſſe ſummam & maximam, eo quod ſacri Evangeliſtæ utuntur verbo *Cœpit*. D. Matth. *Cœpit contriſtari, & mœſtus eſſe.* D. Marc. *Cœpit pavere, & tædere.* Ait citatus Origenes. *Cœpit ille pavere, vel triſtari, nihil amplius pavoris, vel triſtitiæ patiens, niſi principium tantum. Nec enim ſcriptum eſt : quia expavit, vel triſtatus eſt, ſed cœpit pavere, & cœpit triſtari. Illa quoque verba*, triſtis eſt anima mea, uſque ad mortem ; *tale inquit aliquid ſignificare videtur, tanquam ſi dicat Dominus, triſtitia cœpta eſt in me, ut in omni modo ſim ſine triſtitiæ guſtu, non ſemper, ſed uſque ad tempus mortis meæ.* 28. Origen.

Tamen conſtans eſt omnium ſententia, quod hæc Chriſti triſtitia fuerit ſumma, & maxima omnis quæ in hac vita in mortalibus datur, hanc docet D. Th. 3. p. q. 46 art. 6. ad 4. Probatur, quia hæc Chriſti triſtitia fuit ex conſideratione tormentorum, ac dolorum, qui ei imminebant in ſua paſſione; atqui hi fuerunt ſummi, & maximi : ergo & hæc triſtitia. Secundò, quia Chriſtus triſtabatur, ac doluit pro peccatis omnium hominum ; atqui hic dolor fuit maximus ſuper homines, quia Chriſtus majori ſapientia, ac charitate præcelluit; cum ergo præcederet majori Sapientia, magis agnovit gravitatem peccati, quam omnes alij homines ; & cum præcederet majori charitate erga Deum, ſuper omnes alios magis deteſtatur peccatum, ut latè dixi hoc lib. 8. ſuperiori cap. 1. qu. 5. n. 23. 24. & 25. 29. D. Thom. *Chriſti triſtitia ſumma & maxima.*

Et confirmatur ex Chriſti verbis. *Triſtis, eſt anima mea uſque ad mortem.* Ingentem mœſtitiam cordis quam diſcipuli non cernebant, voce, ac vultu Dominus illis aperuit. *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem.* Ex verbo Græco. Undique ingenti mœrore anima mea eſt obſeſſa, & triſtis. Quod magis comprobatur ex triplici expoſitione horum verborum. Primò D. Auguſt. lib. contra Felician. c. 15. D. Hieron. c. 16. Matth. D. Paſch. l. 12. in Matth. Haymon. D. Thomas, & alij. *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem* ; Hoc eſt magna triſtitia cor meum adimplevit, cui quidem ſola mors finem dabit, dum vita ſupereſt, triſtitia cor meum occupabit. Secundò Euthym. Triſtis eſt anima mea, uſque ad mortem. *Tantumdem eſt*, ait, *ac ſi dicat, ſicut in morte.* Tam triſtis eſt anima mea, quàm ſi jam animam agerem. Tertiò. Titelman. *Tanta*, ait, *premitur mœſtitudine cor meum, ut major vix poſſit æſtimari ; ita ut ſufficiens videatur animam meam è corpore ejicere, vitámque finire, niſi me divinitatis virtus ad præferenda, quæ ſuperſunt paſſionum tormenta, ſuſtentaret.* Tanquam ſi dicat, quod tanta triſtitia ſanctiſſima ejus anima premebatur, ut uſque ad mortem poſſit vitam ejus adducere, niſi mea virtus Divina me communiret. Simile eſt illud Iſai. 38. num. 1. *Ægrotavit Ezechias uſque ad mortem.* Id eſt ægrotavit morbo mortifero. Sic triſtis eſt anima mea uſque ad mortem ; hoc eſt, triſtis eſt triſtitia mortifera

30. *Triplex interpretatio.* D. Auguſt. D. Hieron. D. Paſchal. Haymon. D. Thom. Euthym. Titelman. Iſai. 38.

mortifera. Hæc triſtitia fuit conjuncta cum timore mortis, ut dicam q. 9.

31. Nec obſtat illud, quod in principio quæſtionis dicitur ex Origene, quod Evangeliſtæ non ſcribunt Chriſtum eſſe contriſtatum, ſed tantum cœpiſſe contriſtari, hoc eſt principium & guſtum tantum mœſtitiæ habuiſſe. Quæ interpretatio maximè rejicienda eſt; aliud enim verba illa indicant; videlicet quod Chriſtus cùm antea mœſtus non eſſet, eumque per ſe non ferret mœſtitiam, aut pavorem, nunc verò ſponte ſua cœpit contriſtari, ac per ſe ferre horrorem, ac pavorem, & ideo nunc cœpit, cum ſponte voluit, paulò ante cum ſuis Apoſtolis mortem prædiceret, perpetuùmque ſuæ mortis ſymbolum in diviniſſimo Sacramento inſtitueret, non fuit contriſtatus, eo quod nolebat triſtitiam ſuam omnibus notam facere. Nunc verò à reliquis digreſſos, & ſolum cum tribus diſcipulis valdè familiaribus remanens contriſtari cœpit, quia modò voluntariè ac ſponte voluit triſtitiam pati.

Rejicitur objectio Origenis.

32. *Triſtitia fuit in Chriſto voluntaria.*

Ex quo nota primò. Quod hæc triſtitia non fuit in Chriſto neceſſaria, & involuntaria, ita ut rationis, ac voluntatis imperium præveniret, ac ſubverteret, ut in nobis frequenter fit, dum aliquid moleſtum nobis accidit, ſed fuit omnino libera; liberè ac altiſſima ratione à Chriſto aſſumpta; unde ſuperiori libro ex D. Aug. diximus *Poteſtate, non infirmitate turbavit ſeipſum.*

33. Unde communiter dicunt Theologi in Chriſto non fuiſſe paſſiones, ſed propaſſiones: omnes enim affectus, motúſque voluntatis æquè ac appetitus ſenſitivi oriebantur ex ſapientiſſima rationis diſpoſitione, ac libera voluntatis electione. Unde D. Damaſc. l. 3. fide c. 23. *Permittebat*, ait, *carnem pati propria, ſed nihil in Chriſto coactum: volens enim eſurit, timuit, & contriſtatus eſt.* Et etiam idem docent D. Aug. lib. 14. de civit. c. 9. D. Thom. 3. p. q. 15. art. 6. ad 1. ibi Theologi.

D. Damaſc. D. Aug. D. Thom.

34. *Hæc triſtitia extitit in voluntate.*

Nota ſecundò, quod hæc triſtitia non tantùm fuit in appetitu ſenſitivo, ſed etiam in voluntate, ſecundum partem ejus inferiorem, quæ naturaliter reſpicit, & amat bonum ſuæ naturæ; id eſt vitæ; ac ſanitatis conſervationem; refugit verò, & odit illi oppoſitum, mortem nempe, ac dolorem; de illiſque triſtatur. Quod ita res eſſet, patet ex Chriſti verbis, orans Patrem ait: *Verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* Et apud Lucam dicitur, *non mea voluntas, ſed tua fiat.* Voluntate ergo volebat liberari à morte.

35. Nota tertiò, quod anima Chriſti D. à primo inſtanti ſuæ conceptionis vidit ſemper divinam eſſentiam, ex cujus conſpectu ſumma lætitia, ac gaudio replebatur; cum quo tamen ſtat, quod in parte inferiori ſumma triſtitia affecta fuit tempore paſſionis. Ita communiter Theologi cum D. Thoma 3. p. q. 46. art. 8. ibi Cajetanus M. Cornejo 3. p. q. 10. unica. Suar. 3. part. q. 18. diſp. 38. ſect. 8. Raguſa diſp. 84.

D. Thom. Cajet. Cornejo. Suar. Raguſa.

36. Probatur, nam viſio beata data fuit animæ Chriſti ratione unionis hypoſtaticæ, ſed hæc perpetuò duravit in Chriſto, etiam tempore paſſionis, ergo etiam perpetuò perduravit ipſa viſio, ac proinde in Chriſto fuit ſummum gaudium, ac ſumma triſtitia ſub diverſa ratione, ac per reſpectum ad diverſa objecta formalia. Gaudebat de Dei viſione, ac etiam de ipſa morte, prout erat ex conformitate cum voluntate Dei, ac in ejus gloriam reſultabat; triſtabatur verò de morte prout erat malum tantum naturæ, permittens naturæ, ut ſolitum ſuum munus obiret.

37. *In Chriſti voluntate fuit gaudium de beatitudine, & triſtitia de morte.*

Proindéque volebat de morte ſecundum partem animæ inferiorem, quatenus paſſio hæc erat noxa naturæ: gaudebat de ea ſecundum partem ſuperiorem, quatenus illa erat à Deo volita, & ordinata ad hominum ſalutem, deinde per miraculum factum eſt ut ſummum gaudium ob Deum viſum, ſummam triſtitiam ob inſtantem mortem non impediret, ſed eam ſuſciperet, ac elicere poſſet. Unde non audiendus eſt Canus lib. 12. de locis cap. 14. affirmans tempore paſſionis in Chriſto ſuſpenſum fuiſſe gaudium ex Dei viſione, quod factum fuiſſe ex Dei diſpenſatione aſtruunt Maldonat. cap. 26. Matth. & Salmeiron. t. 10. tract. 14. Quorum verba ad longum refert Barrad. hic t. 4. lib. 6. cap. 9. §. *De voluntate quæritur.* Sed vera ſententia eſt, quam ſequimur, & modò ſuprà explicavimus.

Canus. Maldonat. Salmeiron. Barrad.

QUÆSTIO V.

Quare tam vehementer triſtatur Chriſtus?

38. D. Hilar.

CHRISTUM Dominum non triſtatum fuiſſe de morte ſua multis contendit D. Hilar l. 10. de Trinit. *Quid enim Ieſus*, ait, *in mortis Sacramento doluiſſe exiſtimandus eſt, qui pro ſe morientibus vitam rependit? Deinde quem dolorem mortis timeret, poteſtatis ſuæ libertate moriturus? Si enim paſſio honorificatura eum erat, quomodo triſtem eum metus paſſionis efficeret?* Triplicem his verbis rationem aſſignat Hilar. ut à Chriſto Deo metum paſſionis arceat. Prima ratio eſt. *Qui pro ſe morientibus rependit.* Vitam dat pro ſui amatoribus, qui pro ipſo morituri erant, & cùm ipſe ſit multum dives in gratia, & miſericordia, ſuorum amorem ſuperavit, pro illis tam largiter vitam effundens. Secunda. *Quem dolorem mortis Chriſtus timet poteſtatis ſuæ libertate moriturus.* Chriſtus ultrò tot mortis tormenta ſubit, illorum ergo metum ſpontivo propoſito excluſit? Tot enim dolores, ac cruciamenta Chriſtus non timuit, nam ſpontanea voluntas timoris cauſas excuſſit. Tertia ratio. *Si etiam paſſio honorificatura eum erat, quomodo triſtem eum metus paſſionis effecerat?* Ex morte magna gloria, ac honorifica exaltatio proventura erat, qua mente conſpecta omnis metus procul aberat. In qua etiam ſententia eſt D. Hieron.

Voluntaria paſſio triſtitiam excludit. D. Hieron.

39. D. Damaſc. D. Aug. D. Thom.

Ad quæſtionem reſpondeo primò. Quod Chriſtus Dominus ex viva apprehenſione inſtantis paſſionis, & mortis magna triſtitia affectus eſt. Ita docent Divus Damaſcenus lib. 3. cap. 3. c. 23. D. Auguſt. tom. 4. q. 7. circa medium. D. Thomas, & alii. Probatur, nam orans ad Patrem dicebat, *Tranſeat à me calix iſte.* Prævidebat enim Chriſtus omnia, & ſingula tormenta, flagella, ſpinas, clavos, crucem, opprobria, alapas, blaſphemia, irriſiones, & mortem ſibi à Judæis infligendam, & valdè vivaciter ſingulorum dolorum magnitudinem ac acerbitatem ponderabat, ut ſibi jam illa pati videretur; quæ apprehenſi magnam triſtitiam, ac angorem intulit ei, ut gemeret, tremeret, palleſceret, ſanguinem ſudaret, ac penè concideret, niſi virtute divina eſſet roboratus; nam, ut ait Damaſcenus. *Habuit mortis timorem naturalem, & triſtitiam: eſt enim timor naturalis, anima nolente dividi à corpore, propter* Damaſc.

eam quæ ex principio à conditore impoſita eſt, naturalem familiaritatem.

40. Secundò. D.Chryſoſt. *Ut veram*, ait, *carnem ſe ſuſcepiſſe demonſtret humana ſuſtinet.* Sic S. Aug. citat. S.Hieronym. Origen. D.Paſchaſ. lib.12. in Matth.D.Leo. ſerm.17. de Paſſione. Triſtatur, ut oſtenderet veritatem ſuæ naturæ aſſumptæ, veros ac naturales affectus naturæ humanæ eſt triſtari de morte, ideo cum veram aſſumpſiſſet naturam, viros etiam aſſumpſit illius affectus, qui non dicunt imperfectionem. D. Gregor. lib. 24. Moral, c. 17. *Appropinquante morte*, ait, *in ſe mentis noſtræ certamen expreſſit, quia valdè timemus morte appropinquante.*

D.Chryſ. D. Aug. D. Hieron. Origen. D.Paſchaſ. D. Leo. *Triſtatur ut ſe verum hominem oſtenderet.*

41. Tertiò. D. Ambroſ. in c.12. Luc. hic præſenti, *Nuſquam*, ait, *magis Chriſti pietatem, & majeſtatem admiror, quam hic ubi pleriq; horrent: minus mihi contulerat, niſi meum ſuſcepiſſet affectum, ſuſcepit triſtitiam meam, ut mihi ſuam lætitiam largiretur: & veſtigiis noſtris deſcendit uſque ad mortis ærumnam, ut nos ſuis veſtigiis revocaret ad vitam.* Maximè de Chriſti pietate, ac majeſtate admiratus hic in horto. D. Ambroſ. ut ſua nobis daret, noſtros ſuſcepit affectus, ſuſcipit noſtram triſtitiam, ut nobis daret ſuam lætitiam, ſuſcepit mortem, ut nobis daret vitam: ſuſcepit ex ſuo capite guttas ſanguinis effundere, ut nobis radiis æternæ gloriæ coronaret D. Athanaſ. tract. de paſſione, & cruce, alludens ad illud *Procidit in faciem ſuam*, ſic ait: *Chriſtus infirmatus eſt propter nos, ut nos erigamur robore, utique dicamus more Pauli: omnia poſſum in eo, qui me corroborat Ieſu Chriſto. Aſſumpſit corpus corruptibile, ut corruptibile indueret incorruptibilitatem, induit mortale, ut quod erat mortale indueret immortalitatem, ne amplius mortem guſtaremus.*

D. Ambr. D. Ambroſ. *Noſtros ſuſcipit affectus ut nobis ſuã lætitiam, vitámque daret.* D.Athanaſ.

42. Quartò. Citatus D. Ambroſ. hic. *Doles Domine*, ait, *non tua, ſed mea vulnera, non tuam mortem, ſed noſtram infirmitatem: & nos æſtimavimus te eſſe in doloribus, cum tu non pro te, ſed pro me doleres.* Chriſtus Dominus ingrediens paſſionem ſuam ſtatim in ipſo limine incipit habere triſtitiam, & agoniam in voluntate, nam peccatum in nobis à voluntate exoritur, ideo ſtatim radici peccati per triſtitiam ſuam Dominus vult adhibere remedium: & hac ſua triſtitia voluit Chriſtus Dominus expiare lætitiam, & delectationem, quam habuit Adam in eſu pomi vetiti, & quam ſinguli habent in ſuis deliciis, honoribus, ac opibus.

D. Amboſ. *Sua triſtitia vult Chriſtus expiare noſtras delectationes.*

42. Quintò. Idem D.Ambroſ. lib. 7. in Lucam ad cap. 12. ad illa verba. *Ignem veni mittere*: ſic ait: *Mœſtitiam prætendebat, quam non ex metu mortis ſuæ: ſed ex mora noſtræ redemptionis aſſumpſerat.* Et poſtea ſubdit. Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem. *Non propter mortem; ſed uſque ad mortem triſtis eſt Dominus. Quod in certamine paſſionis mors corporis, abſolutio anxietudinis, non coacervatio ſit doloris.* Tam vehementi deſiderio Dominus appetebat mortem, ut triſtaretur, quia nondum moriebatur, ſeu de mora ipſius mortis. Similiter Cardin. Hugo. Uſque ad mortem. *Id eſt quouſque pro mundo ſuſtineam mortem.* Nam mors erat ei in deſiderio, ac deliciis, ut multis dixi ſuperiori cap.

D. Ambroſ. *De mora ipſius mortis triſtabatur Dominus.* Hugo.

44. Sextò D. Hieronym. *Triſtabatur Dominus*, ait, *propter infœliciſſimum Iudam, & ſcandalum omnium Apoſtolorum, & rejectionem, vel reprobationem populi Iudæorum.* Quod etiam docent D. Ambroſ. D. Paſchaſius, Albertus Magnus Carthuſ. & alij: Cum Dominus valdè intimè diligeret ſuos Apoſtolos, maximè triſtabatur de eorum ſcandalo D. Hilar. hic. *Metuit ne ſe Deum abnegent diſcipuli, quæ caſum, & conſputum, & crucifixum eſſent conſpecturi.* Qui verè diligit, ſemper eſt cum timore, & magna erat triſtitiæ cauſa, quod ex eo quod viderent Dominum, crucifixum, inde homines arriperent occaſionem eum abnegandi; cum ex tanta benignitate, & miſericordia deberent fieri debitores D. Auguſt. homil. 2. de paſſione. *Anima triſtis erat*, ait, *non pro ſua paſſione, ſed pro noſtra diſperſione.* Noverat Dominus, quod ſui diſcipuli tempore paſſionis eſſent dividendi, ac diſpergendi, juxta illud, *Percute paſtorem, & diſpergentur oves.* Indè maximè triſtatur, nam diviſio, ac diſperſio multis malis aperit januam, & oſtium.

D.Hieron. D. Ambr. D. Paſchaſ. D.Hilar. *Triſtabatur ne amoris ratio ſit ſcandali occaſio.* *Diviſio malorum occaſio.*

Septimò. D. Paſchaſ. l. 12. in Matth. *Ea omnia*, ait, *ferè mala in momento vidit ſecundum humanitatem, quæ imminent generi humano, & mundus per partes admittit. Forſitan ergo in articulo mortis ſua conſpexit, ut dixi, eaſdem aſſiſtentes in unum aëreas poteſtates contráque genus humanum, pro quibus omnibus non ſibi, ſed pro nobis gemuit, & oravit.* In eo momento ſummè triſtatus eſt Chriſtus, propter omnia peccata, & ſingula omnium, & ſingulorum hominum, qui fuerunt ab Adam, & ſunt, & erunt uſque ad finem mundi. Videbat anima Chriſti in verbo omnia ſacrilegia, adulteria, homicidia, furta, blaſphemias, libidines, calumnias, & alia horrenda, ac immania ſcelera, altáque ſuâ ſapientiâ perpendebat, ac ponderabat eorum omnium, ac ſingulorum gravitatem, & turpitudinem, quantáque per illa facta fuerit Deo offenſa, ac injuria, & quod ipſe ea omnia quaſi propria luenda, & expianda ſuſceperat, ut pro eis injuriæ, & offenſæ in Deum Patrem ſatisfaceret, inde dolorem tam vehementem, & magnum elicuit. Et etiam graviter triſtabatur de hominum ingratitudine prævidens tam paucis hos ſuos dolores profuturos, paucóſque ſalvandos fore. 45.

D.Paſchaſ. *Triſtatur. pro peccatis omnium hominum.* *De hominum ingratitudines.*

Octavò. Iterum ad citata verba D. Paſch. *Ea omnia ferè mala in momento vidit, quæ imminent generi humano, & mundus per partes admittit pro quibus omnibus, non ſibi, ſed pro nobis gemuit.* Triſtatur Chriſtus, & orat, & prolixius in agonia, propter omnia mala, quæ imminent generi humano, præcipuè ſuis electis, ac dilectis, & mundus patitur per partes tam in hoc ſæculo, quàm in futuro. In hoc ſæculo prævidit, quæ paſſuri erant Martyres per equuleos, ignes, & tormenta quælibet. Confeſſores per adverſitates, mortificationes, morbos, & calumnias. Virgines in tuenda caſtitate. Conjuges in educatione filiorum, Prælati, & Paſtores in exercendo munere ſibi commiſſo. In altero ſæculo prævidit pœnas, quas multi ex ſuis electis erant paſſuri in purgatorio. Pro quibus omnibus *gemuit, oravit, non qualitercunque, ſed prolixius in agonia.* Hæc omnia intelligo ſub verbis Paſchaſij. *Quæ imminent generi humano, & mundus per partes admittit.* Et de animabus Purgatorij probatur. Nam Chriſtus docuit nos omnem pietatem Chriſtianam, atqui maximè pietas Chriſtiana exigit orare pro animabus purgatorij, ut probat D. Auguſt. c. 10. ferm. 44. ad Fratres in Eremo: ergo pro his animabus oravit. Deinde, quia ut tradunt communiter Recentiores Salmeiron, Cornel. & alij, Chriſtus triſtatus eſt, & oravit pro laboribus & afflictionibus, quas Martyres, ac Confeſſores, ac Virgines 46.

D.Paſchaſ. *Pro animabus purgatorij oravit.* D. Aug. Salmeiron, Cornel.

Virgines ſuſtinent: ergo etiam pro afflictionibus & pœnis, quas animæ in purgatorio patiuntur.

47. *Ex dolore matris triſtatur.* Nonò. Hæc Chriſti triſtitia etiam manavit ex prævisa matris ſuæ afflictione, præſertim dum cruci aſtaret: dolores enim filij quaſi gladij matris animam tranſixerunt: & ex ea in ipſum Chriſtum reflectebantur: vehementiſſimè ipſe dolebat matrem ſuam adeò ſummè propter ſe affligi.

48. D. Ambr. *Vt mortis horrorem mitigaret.* Decimò D. Ambr. hic l. 10. in Luc. *Vt mortem vincere diſceremus in Chriſto, & quod eſt amplius, quemadmodum futuræ mortis mœſtitiam vinceremus.* Triſtatur ipſe ut horrorem mortis, qui ex peccato in pœnam nobis inflictus eſt, mitigaret, imo converteret in gaudium, & ſpem cœleſtis vitæ; hinc Chriſtus meruit, ut Martyres in tantis tormentorum generibus non exhorreſcerent, nec expaveſcerent, ſed ultrò ea ambirent, in eiſque exultarent, ac jubilarent.

49. D. Ambroſ. Undecimò. Idem D. Ambroſ. citato loco. *Deus enim*, ait, *mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum, ideo faſtidit, quod ipſe non fecit.* Cum pavore ac multa mæſtitia tendit Dominus ad mortem. Martyres, ac diſcipuli *Ibant gaudentes à conſpectu con.ilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Jeſu contumeliam pati.* Homines læti currunt ad mortem. Cur etiam Dominus non magis lætus mortem ſuſcipit, ſedcum magna triſtitia?

50. Capient. 5. Dicitur S p 5.n.13. *Deus … e tem non fecit.* Quod non eſt opus manuum ſuarum, hoc horrori, ac faſtidio eſt Deo, qui amat eſſe in ſuis, & non in alienis, & quia Deus mortem non fecit, Ad cujus guſtum, ait, D. Ambr. quod mors tanquam aliena Deo ſit in faſtidium, quidquid enim alienum eſt, Deo non eſt gratum qui ſolum gaudet eſſe in ſuis. *Ideo faſtidit, quod ipſe non fecit.* Quod etiam docet D. Paſchaſ. Nihil enim alienum Deo eſt gratum, qui ſolum propria æſtimat.

Deus gaudet eſſe in propriis, aliena faſtidit.

51. Beda. Duodecimò Beda in c. 14. Marci. *Timet Chriſtus*, ait, *cum Petrus non timeat, Chriſtus timet, Petrus dicit animam meam pro te ponam Chriſtus dicit anima mea turbatur Virnmque verum eſt, & plenum utrumque ratione. Quia ille eſt qui inferior non timet, & ille qui eſt ſuperior gerit timentis affectum.* Petrus non timet, qui audenter dicebat, *animam meam pro te ponam.* Joan. 13. n 37. & Chriſtus timentis oſtendit affectum. Triſtis eſt ansma mea. *Vtrumque verum, & ratione plenum.* Quare. *Quia nf rior non timet, & ſuperior gerit timentis affectum.* Quia Chriſtus ſuperior & Petrus inferior, ideo Chriſtus timet ut ſit nobis documentum, quod quanto quis in excelſiori dignitate eminét majora ſupra ſe portat, majorúmque amiſſionem vereri debet.

Joan. 13. *Quãdo quis excelſior, magis timeat, ne magis perdat.*

52. D. Ambr. *Suorum peccatum maximè timendum.* Decimotertiò D. Ambr. cit. loco in Luc. *Triſtis erat*, ait, *non pro ſua tantum paſſione, ſed pro noſtra diſperſio e. Triſtis erat pro perſecutoribus ſuis, quos ſciebat immanis ſacrilegij pœnas daturos.* Sic Chriſtus D. magno mortis deſiderio flagrabat, quid eſt quod inſtante morte pavet, unde illi tanta triſtitia? Non ſuæ paſſionis tormenta, ſed hominum, ac ſuorum perſecutorum peccata, illi erant tantæ agoniæ, ac mœſtitiæ cauſæ; juſtos animos magis affligunt mentis vulnera, quàm corporis pœnæ.

53. Magnum holocauſtum offert Abrahamus Deo, & dum inter hæc ageret, ait textus *Cum Sol occumberet, ſopor irruit ſuper Abraham & horror magnus, & tenebroſus invaſit eum*, &c. Geneſ. 15. n. 12. Cum nox progrederetur, tam viſio ad finem deduceretur. dicitur *cum ergo occubuiſſet Sol, facta eſt caligo tenebroſa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis tranſiens* Ibid. num. 17. Ecce in primo caſu ac principio viſionis repræſentatur caligo tenebroſa, horribilis tamen, & multum formidabilis, quæ magnum pavorem, ac metum incutiebat Abrahamo; in ſecundo vero caſu, ac in termino viſionis licet ſeſe oſtentaverit caligo tenebroſa, nihil tamen horribile, ac formidabile ibi apparet. Unde tanta differentia? Duæ ibi filiorum Abrahami præfigurabantur calamitates. In prima exprimebatur Ioſephi vẽditio per fratres, quæ extitit occaſio deſcenſus populi in Ægyptum. In ſecunda viſione denotabatur dira Pharaonis tyrannis, quâ Iſraëlitas affligebat. In prima repræſentabatur turpiſſimum Iſraëlitarum crimen erga fratrem ſuum Ioſeph; in ſecunda verò introducebatur Iſraëlitarum pœna, ſine eorum culpa ac crimine; ideo Abrahamum non in prima, ſed in ſecunda terribilis horror occupat, nam ipſe tamquam optimus parens, ac caput totius populi non horrebat, ac timebat corporis pœnam, qua in filiis ſuis erat affligendus, ſed eorum viſam ruinam ſpiritualem, quâ ipſi in lethalia crimina præcipitabantur, & inde tenebroſus horror eum premebat. Rupert. ibi. *Hæc*, ait, *tenebrarum iteratio geminam ſeminis Abrahæ adverſitatem ſignificat. Primam videlicet, qua fratrem ſuum Ioſeph vendiderunt, quæ cauſa fuit peregrinationis, & ſervitutis eorum. Secundam, qua poſt mortem Ioſeph à Pharaone tribulati, & inflicti ſunt. Et prior quidem adverſitas res fuit iniquitatis, propter quod dictum eſt, ſopor irruit ſuper Abraham & horror magnus invaſit eum.* Expende verba. *Prior quidem adverſitas res fuit iniquitatis.* Vide ſupra lib. 7. c. 6. q. 4. num. 25.

Geneſ. 15.

Plus timendum peccatum, quam malum temporale.

Rupert.

Matth. 26. *n.* 39. Et progreſſus puſillum, procidit in faciem ſuam orans, & dicens: Pater mi, ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte; verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.

VERSIONES.

Luc. Burg. ex Græco. Progreſſus parum cecidit in faciem ſuam.

Syriacus. Et receſſit paululum, & procidit in faciem ſuam, precéſque fudit, & ait: Pater mi ſi poſſibile eſt prætereat me calix iſte.

D. Paſchaſ. l. 12. *in Matth.* Procidit in faciem ſuam adorans, & dicens.

Vatablus. Pater mi ſi fieri poteſt, tranſeat à me poculum iſtud.

D. Cyprian. l. 3. *ad Quirinum.* Verumtamen non quod ego volo, ſed quod tu.

D. Hilar. Can. 33. Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis.

Arabicus. Verumtamen non ſecundùm voluntatem meam, ſed ſecundùm tuam voluntatem.

ALTER TEXTUS.

Marc. 14. *n.* 35. Et cum proceſſiſſet paululum, procidit ſuper terram: & orabat, ut ſi fieri poſſet tranſiret ab eo hora.

Num. 36. Et dixit: Abba Pater: omnia tibi poſſibilia ſunt, transfer calicem hunc à me, ſed non quod ego volo, ſed quod tu.

Luc. 22.*n.*42. Dicens. Pater ſi vis transfer calicem iſtum à me: Verumtamen non mea voluntas, ſed tua fiat.

EXPOSITIO III.

54. VNDECIM Apoſtoli, qui à Magiſtro minimè ſeparari poterant, ſecuti ſunt eum uſque ad Montem Oliveti. Ibi in valle Gethſemani reliquit octo, à quibus, ut ait D. Luc. avulſus (D. Lucas.) eſt tanquam jactus lapidis, & cum Petro, Jacobo, ac Joanne ingreſſus eſt in hortum, qui ibi ſitus erat, & ab his tribus *progreſſus puſillum*, ſeu parum ab eis receſſit, ad ſeptem vel octo paſſus, ut (Origenes.) ſecretius oraret, ut notat Origenes. Ita tamen ut ab his tribus videri, audiri, ac notari poſſet; *procidit in faciem ſuam.* D. Lucas ait: *poſitis genibus* D. Marc. *procidit ſuper terram*; Flexis genibus, pronus ſuper terram, corpore ſuper faciem ſuam proſtrato tum ob paternæ majeſtatis reverentiam tum ob proprij animi anguſtiam.

55. *Orans.* Chriſtus quà homo propriè ac verè ora- (D. Baſil. Seleucus. *Chriſti oratio ad Patrem, ad ſe reciprocatur.*) bat Deum Patrem, imò ſeipſum quà Deus eſt. Perbellè de Chriſti oratione ad Patrem, ait D. Baſil. Seleuc. orat. 24. *Namque ob naturæ ſimilitudinem* (identitatem ſimilitudinem appellat) *ſine ullo impedimento reciprocatur oratio.* Ac ſi dicat, cum Chriſtus à Patre perit, & à ſe petit, nam cum tota Patris natura, & poſſeſſio ſit etiam filij, tota ad ſe redit, ac reciprocatur oratio. Vera eſt enim Patris, vox: *Omnia mea tua ſunt.*

56. *Pater mi.* A voce dilectionis plena incipit ſuam (D. Marc.) orationem. *Pater mi*; per naturam nempe, non per adoptionem, ſicut aliorum hominum. Marcus uſus eſt voce Syriaca. *Abba*, quæ ſignificat Patrem, quam vocem ipſe Evangeliſta explicat dicens, *Pater.* Ait enim *Abba Pater*, per eximium affectum vocem ingeminat, ac ſi dicat Pater, Pater.

57. *Si poſſibile eſt.* Hoc eſt ſi vis, ſic exponit D. Au- (D. Aug.) guſt. lib. 3. de conſenſ. Evangeliſtarum c. 4. & patet ex. D. Luca *Pater ſi vis transfer*, &c. Optimè ſciebat Chriſtus, quod omnino illud erat impoſſibile poſito Dei decreto de redimendo homine ex rigore juſtitiæ per mortem ejus. Oravit ergo non ut dubius ſive de poteſtate, ſive de voluntate Patris, ſive de eventu, ſed exprimit vehementiſſimum deſiderium appetitus, ſive voluntatis naturalis, ſeu partis ejus inferioris, ita tamen ut modis omnibus illud ſubjiciat placito ſui Patris. *Tranſeat à me calix iſte.* Prætereat à me calix iſte meæ paſſionis.

58. *Verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* Seu (D. Lucas.) ut habet D. Lucas. *Non mea voluntas; ſed tua fiat.* Chriſti Domini voluntas licet in ſe una eſt, tamen virtute, ac operatione fuit quaſi duplex; ut (D. Thom.) docet D. Thom. 3. p. q. 18. art. 3. & jam dixi ſupra q. 4. in fine, una ſcilicet inferior, ac naturalis, qua mortem fugiebat; altera vero ſuperior, ac rationalis, qua ſe conformabat, ac ſubdebat voluntati Dei, mortémque appetebat, & ſecundam hanc dicebat. *Verumtamen non ſicut ego volo* voluntate naturali.

59. *Sed ſicut tu vis*, voluntate rationali, ac ſuperiori ſubjicio naturalem meam voluntatem tuæ voluntati, ô Pater; nec enim ego aliud volo, quam id quod tibi eſt placitum ex quo patet, quod hæc Chriſti naturalis voluntas eſſet conditionata, & inefficax, poſita nempe conditione tantum, quod ſcilicet Deo placeret, ipſe optabat mortem effugere; & quia hæc conditio Divini beneplaciti non fuit poſita, hæc voluntas extitit inefficax & carens effectu. Voluntas verò ſuperior, & rationalis erat abſoluta, & efficax, per eamque abſolutè, ac efficaciter ſeſe ſubmittebat Divinæ voluntati in omni objecto volito, tam materiali, quàm formali, mortem enim amplectebatur ob idem motivum, ob quod Deus eam ordinaverat, ob redemptionem nempe generis humani.

QUÆSTIO VI.

Expenditur hæc Chriſti Domini oratio, tum ex loco, tum ex multis ejus circumſtantiis.

LOcus iſte horti, in quo Chriſtus Dominus oravit, concavus eſt in vivo lapide 60. (Adrichom. Ioan. Suar.)
cujuſdam rupis exciſus, ut tradunt Adrichomius in ſuis tabulis, & Ioannes Suares Epiſcopus Conimbr. qui prædicta loca viſitavit, ad radicéſque montis Oliveti ſitus eſt, & in eo poſtea teſte Divo Hieronymo de locis Hebraicis à Chriſtianis ædificata fuit Eccleſia. Scribit etiam Beda (D. Hieron. Beda.) tract. de locis ſanctis; cap. 6. in fine; & ex eo Baronius Chriſti anno 34. Petram ipſam, in qua (*Locus in quo Chriſtus oravit.*) Chriſtus orans genuflexit, quaſi mollem ceram in ſe genuum Chriſti veſtigia impreſſa excepiſſe, ipſúmque lapidem in Eccleſia aſſervari. Addit etiam Baronius, & ait: Accepimus etiam ab his qui loca ſancta illuſtrarunt, etiam in imo vallis Joſaphat, quem torrens Cedron præterfluit, in lapidibus ipſis ejuſdem Chriſti Domini veſtigia pedum impreſſa remanſiſſe, hactenuſque ſervata eſſe.

Ex quo altè mecum perpende, quod Chriſtus 61.
Dominus frequentiſſimus erat in oratione Dei. Sic dicitur Luc. 6. num. 12. *Erat pernoctans in oratione Dei.* Sic dicitur Joan. 18. num. 2. quod ibat in (Luc. 6. Joan. 18.) hortum; *quia Ieſus frequenter convenerat illuc cum diſcipulis ſuis.* Ad orandum nempe, ut eſt communis interpretum vox, & in cœnaculo oravit Jeſus Ioan. 17. n. 1. *Sublevatis oculis in cœlum dixit. Pater venit hora.* In reſurrectione Lazari, & ſæpe; & tamen numquam invenitur quod hujuſmodi loca, ſive terra, ſive lapis fuerint, ſuper quæ (Joan. 17. *Inſpecta Chriſti agonia lapides ut cera molles facti ſunt.*) Jeſus genuflectebat ita emolleſcerent, ut genuum veſtigia in eis imprimerentur, ut modo in hac oratione factum invenitur. Tam ingens fuit Domini triſtitia, tam vehemens agonia, tam profundi gemitus, ac abundans lachrymarum copia, magnuſque, ac largus ſanguinis ſudor, ut ad ejus intuitum, rigidæ petræ, tanquam ceræ miteſcerent, ac molles fierent, quid facient humana pectora cum hæc audiunt? Vide quæ dixi ſuperiori cap. 1. q. 13. n. 80. & 81.

Primò ingreſſurus Jeſus tempeſtuoſum mare 62.
ſuæ ſacratiſſimæ Paſſionis, ad orandum profundiſſima oratione ſe recipit. Ut ſuo exemplo nos doceat, quod ſi ipſe, qui eſt Dei fortitudo, ab oratione incipit, nos qui valdè infirmi ſumus ab oratione incipiamus, ut ea communiti hoſtes, &

adverſarios

adverſarios ſuperemus. De populo Iſraële ingreſſuro Promiſſionis terram ut pugnaret cum Amorrhæis, Hæthæis, Pherezæis, ait Rex Moab. *Ita delebit hic populus omnes, qui in noſtris finibus commorantur, quomodo ſolet bos herbas uſque ad radicem capere.* Num. 22. num. 4. Valdè mirum quod robur Iſraëlis explicat cum ore bovis, quando herbas capit, cur non potius cum cornibus, in quibus eſt tota illius fortitudo, vel potius cum aratro, ſeu ferro, quod ſolet terram proſcindere, ac ſpinas eradicare? cur ergo maluit fortitudinem populi Dei ad hoſtes extirpandos explicare non vomere nec cornibus bovum, ſed illorum ore? quia populus Dei muniebatur adverſùs ſuos hoſtes non armis, nec ferro, ſed ore, orationis nempe efficacia ad Deum, ac proinde non ferro, ſed prece, ac religione triumphabat. Origenes homil. 13. in Num. *Cur*, ait, *tali uſus eſt exemplo? quia vitulus ore abrumpit herbam de campo, & lingua tanquam falce quæcunque invenerit, ſecat. Ita ergo & populus hic, quaſi vitulas ore, & labiis pugnat, & arma habet in precibus.*

Num. 22. *Oratione munimur adverſus hoſtes.* Origenes.

63. Secundò. Nocturnum tempus ut valdè quietum, & remotum à curis ad hanc orationem eligitur. In noctis tenebris orabat Chriſtus juxta illud ſupra citatum, *Erat pernoctans in oratione Dei.* Luc. 6. Hoc orationi eſt valdè opportunum tempus. Unde decantat Regius vates Pſalm. 118. num. 147. *Præveni in maturitate, & clamavi.* Alij legunt. *Præveni adhuc in tenebris.* Tempus tenebrarum eſt matutinum, & aptum orationi. Ad citatum locum D. Luc. ait N. D. Cyrill. in catena D. Thomæ *Exurge igitur in tempore noctis. Purior eſt enim tunc temporis anima, ipſæ tenebræ & ſilentium nimirum poſſunt ad compunctionem perducere; ſi ipſum quoque cœlum inſpicias punctatum ſtellis quaſi infinitis luminibus. Hæc omnia ſufficiunt ad animam erigendam. En inter tenebras cœleſtis lux.* Vide tom. 3. c. 5. q. 4. n. 33. 34. 35.

Luc. 6. Pſalm. 118. *Noctis tempus opportunum ad orandum.* D. Cyril.

64. Tertiò. *Et progreſſus puſillum.* Ab octo avulſus, ſeu ſeparatus eſt Dominus, tanquam jactus lapidis, ab his tribus puſillum, ſeu parum progreditur Chriſtus, docens orandum ſeparato affectu ab externis, ac terreno tumultu. Cum Pharao multis plagis eſſet vexatus, Moyſem deprecatur, ut pro ipſo, ac populo ſuo Dominum deprecetur. *Orate pro me.* Cui Moyſes ait, *Cum egreſſus fuero ab urbe extendam palmas meas ad Dominum.* Exod. 9. num. 29. Cur non tendit manus ſuas ad Dominum in urbe, ac coram populo, ſed ab illo egreſſus? ut exiens à populo, ac ejus tumultu exueret etiam mentem ab ejus negotiis, ut plenius Deo, ac orationi vacaret. Vide tom. 3. cap. 3. quæſt. 1. n. 5.

Separato animo à tumultu orandum. Exod. 9.

65. Quartò. *Progreſſus puſillum* ab his tribus, ita ut ab his audiri, videri ac notari poſſet. Voluit enim, ut hi tres eſſent teſtes eorum, quæ inter orandum dicturus, vel acturus, ſeu paſſurus erat. Theophylact. *Propterea*, ait, *non longa diſtantia à diſcipulis progreditur, ſed prope tres diſcipulos manet, ut audientes eum memores ſint, ut & ipſi in tentationibus precentur ſimiliter.* Et ut in omni triſtitia, moleſtia, ac afflictione ad Deum per orationem recurrerent. Sic monet Jacobus Apoſtolus cap. 5. num. 13. *Triſtatur aliquis veſtrum? oret.* Sic & cantat Regius vates Pſalm. 76. num. 4. *Renuit conſolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus ſum.* Hugo. In tribulatione poſitus, conſolationem humanam, & temporalem recuſo, memor fui Dei, quia Spiritus ejus ſuavis & dulcis. Animadvertens Helcana, quod uxor ſua Anna eſſet amaro animo, ait ad eam. *Cur fles, & quare non comedis, & quamobrem affligitur cor tuum? Nunquid ego non melior tibi ſum, quam decem filij?* Attamen his omnibus omiſſis flens largiter ut ponderat D. Gregorius ad Deum recurrit. *Cum eſſet Anna amaro animo, oravit ad Dominum flens largiter.* 1. Reg. 1. n. 10. ſic & David cum latitaret in ſpelunca à facie Saül, ait: *Voce mea ad Dominum clamavi, voce mea ad Dominum deprecatus ſum. Effundo in conſpectu ejus orationem meam, & tribulationem meam ante ipſum pronuntio.* Pſal. 141. n. 1.

Theoph. *In triſtitia, ac tribulatione ad Deum recurrendum.* Jacob. 5. Pſalm. 76. Hugo. 1. Reg. 1. Pſal. 141.

66. Quintò. *Procidens in faciem ſuam.* Oſtendens ſuam reverentiam, & humilitatem erga Deum. De quo multa dicam q. ſequenti. Sextò. *Orans & dicens.* Seu ut legit D. Paſchaſ. *Adorans.* Quo oſtendebat ſummam reverentiam erga Patrem. *orans, & dicens.* Cardinalis Hugo. *Orans ſcilicet corde, & dicens ore.* Ait Paulus ad Epheſ. 6. num. 18. *per omnem orationem, & obſecrationem orantes omni tempore.* Et ad Philipp. 4. n. 6. *In omni oratione, & obſecratione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum.* Quid eſt quod Apoſtolus ſæpè connectit has voces. Nunquid hæc ſunt ſynonyma, ut vult Theophylactus. Aptius tamen D. Thomas. Oratio, ait, eſt illa, quæ mente, animo, ac corde fit. Obſecratio autem, quæ lingua, ac labiis exprimitur, ut petitiones, quæ ore proferuntur prius à corde exeant; & ideo prius Apoſtolus orationem, deinde obſecrationem poſuit, quia oratio prius fit à corde, quàm ſonet ab ore.

D. Paſchaſ. Hugo. *Cum attentione orãdũ.* Epheſ. 6. Philipp. 4. Theoph. D. Thom.

Septimò. *Tranſeat à me calix iſte.* Chriſtus in ſua oratione ſummam conformitatem cum Divina voluntate oſtendit; Prima verba hujus orationis. *Tranſeat à me calix iſte*, infirmitatis ſunt; poſtrema verò, *Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis*, conformitatem, conſtantiam, ac fortitudinem præ ſe ferunt D. Gregor. Magn. *Paſſioni*, ait, *Dominus appropinquans, infirmantium in ſe vocem ſumpſit, dicens: Pater mi ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte, & rurſus per obedientiam vim fortitudinis oſtendens ait; veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis.* 67.

Conformitas cum voluntate divina, conſtantia in adverſitatibus. D. Gregor.

Octavò. *Pater mi.* Seu ut habet D. Marcus *Abba Pater.* Abba vox eſt Syriaca, quæ idem valet ac Pater. Unde Syrus vertit. *Abba Abbi*, id eſt *Pater, Pater mi* Arabicus *O Pater mi.* Et valde tenero affectu. Cum ait: *Abba Pater.* Vocem Patris ingeminat ac ſi dicat Pater, Pater mi ad magis ſolicitandum paternum affectum. D. Auguſt. lib. 3. de conſenſu Evangeliſt. cap. 4. exiſtimat Chriſtum ſimul Syriacè, ac Grecè fuiſſe locutum; Sicut & Apoſtolus Rom. 8. n. 15. & ad Galat. 4. num. 6. *In quo clamamus Abba Pater.* Abba Syriacè idem eſt ac Græcè Pater. *Credendum eſt*, ait, D. Auguſt. *Dominum dixiſſe. Abba Pater ad intimandum Sacramentum Eccleſiæ ſuæ Iudæis, & gentibus congregandæ* Scholiaſtes apud D. Hieron. *Hebraicè ait, Græce loquitur, quia non eſt diſtinctio Iudæi & Græci.* 68.

D. Marc. Syrus. Arabicus. D. Aug. Rom. 8. Galat. 4.

Octavo *Si poſſibile eſt.* D. verò Marcus ait *Omnia tibi poſſibilia ſunt.* Ac proinde hoc ordine connectendus eſt Evangeliſtarum textus, Dicit *Abba Pater, omnia tibi poſſibilia ſunt.* Ut ſcribit D. Marcus, tunc addidit. *Si poſſibile eſt, tranſeat à me calix*, &c. ut refert D. Matthæus: Cum ait ergo omnia tibi poſſibilia ſunt, Divinam Majeſtatem, ac 69.

D. Marc. *Oratio à Dei laudibus incipienda eſt*

omnipotentiam recognoſcit, cui omnia poſſibilia ſunt. A nomine ergo ſupremæ divinæ majeſtatis exorditur Chriſti oratio, omnis enim oratio à Dei laude debet habere exordium. Ad hoc reſpicit D.Ambroſ. lib. 6. de Sacra.c.5. *Inchoari oratio debet*, ait, *à laude Dei, ut Reges omnipotentem Deum, cui poſſibilia ſunt omnia, qui habet voluntatem præſtandi. Prima ergo oratio laudem debet habere Dei, ſecunda ſupplicationem.* Hoc eſt antequam coram Deo noſtras ſupplicationes dicamus ejus laus prius præmittenda eſt.

D.Ambroſ.

70. Hunc orandi modum tenuerunt Patres antiqui. Sic Anna Samuelis mater ſterilitate afflicta orationem fundit. *Domine exercituum ſi reſpiciens videris afflictionem famulæ tuæ.* 1. Reg. 1. num. 11. Sic & David.Pſal.126. num. 1. *Laudate Dominum quoniam bonus eſt Pſalmus, Deo noſtro ſit jucunda, decoraque laudatio, diſperſiones Iſraëlis congregabit.* Sic & Patens Elias. 3. Reg. cap. 18. n. 36. & alij.

1. Reg. 1. Pſalm. 126. 3.Reg.18.

71. Hanc methodum orandi nobis tradidit Chriſtus Dominus cum nos docuit orare. *Pater noſter, qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum.* Et ſtatim additur: *Panem noſtrum quotidianum.* Matth.6.num.9. A nomine Patris inchoat orationem, quod eſt nomen ſupremæ majeſtatis, ac poteſtatis, ut ait Tertullian. lib. de oratione cap.2. Deinde de eo celebratur, quod regnet in cœlis, ut eorum Dominus; & quod ſanctificetur ſuum nomen, hoc eſt quod nos ſanctos faciat, ut vult D. Ambroſ. vel quod nomen ejus ut ſanctus celebretur per totum orbem, ut cum D. Auguſt. Chryſoſt. ac aliis dixi tom. 2. cap. 15. quæſt. 6. num.73. & tunc adnectuntur noſtra poſtulata; *Adveniat regnum tuum. Panem noſtrum quotidianum da nobis* D. Ambroſ. citato lib. 6. de Sacram. cap. 5. *Pater noſter qui es in cœlis*, ait, *laus Dei eo quod paternæ prædicatur in eo pietatis gloria, laus Dei, quia in cœlis habitat & in terris.* Sanctificetur nomen tuum: *id eſt ſanctificet ſervos ſuos,* Veniat regnum tuum, *Poſtulatio ut in nobis ſit regnum Chriſti: ſi Deus in nobis regnat, culpa non regnat; ſed regnat virtus, regnat pudicitia, regnat devotio.* Et hujus rei quoddam exemplum cum quadam morali ratione præmiſit ſanctus Pater. *Non debes*, inquit, *quaſi famelicus ad cibum de cibo incipere; ſed ante à Dei laudibus, unde & oratores ſapientes hanc habeant diſciplinam, ut judicem fautorem ſibi præſtent, incipiunt à laude ejus. Deinde paulatim incipiunt rogare judicem*: pro aliis circunſtantiis hujus orationis, vide infra ſequentes quæſtiones.

Matt. 6. Tertull. D. Ambr. D. Auguſt. D.Chryſ. *A Dei laudibus incipiat oratio ut poſtulata aſſequatur.* D. Ambroſ.

QUÆSTIO VII.

Quare Chriſtus procidit in faciem ſuam ſuper terram?

72. DIVUS Matthæus ſcribit. *Procidit in faciem ſuam.* D. Marcus: *Procidit ſuper terram.* D. Lucas: *Poſitis genibus.* Ex quo Maldonatus contendit Chriſtum non fuiſſe omnino in terram proſtratum, ſed genua flexiſſe. Si vero opponas Marcum ſcribere procidiſſe ſuper terram, reſpondet ipſe hoc Marcum retuliſſe, quia qui genua in terram ponit, ſuper terram procidit. At verò apertè D. Matthæus affirmat Chriſtum procidiſſe in faciem ſuam, ergo non ſolum genua flexit, ſed etiam in terram ſe proſtravit. D. Lucas ſcribit genua poſuiſſe, non tamen negat in faciem procidiſſe. Vel dicendum eſt, quod Dominus partim oraverit genibus flexis, ut narrat D. Lucas; partim verò genibus flexis, ac proſtrato corpore ſuper terram, ut referunt D.Matth. D.Marc. Utroque ergo modo oravit Chriſtus, ut ait Carthuſian. Ad quæſtionem.

Maldonat. Carthuſian.

Reſpondeo Primo. Quod Dominus procidit in faciem ſuam ſuper terram, ut ſuam profundiſſimam humilitatem oſtenderet, ut docent D.Hieron. D. Paſchaſ. D. Thom.& alij. Oratio cum debet fieri in humilitate, ut dixi tom.3.cap.11.q.11. n. 73. Secundo ut ſummam reverentiam, ac venerationem erga Deum Patrem, cum quo in oratione loquebatur manifeſtaret. D. Damaſcen. lib. 4. cap. 19. *Nam ob eam cauſam*, ait, *præſertim oravit ut Patrem, à quo originem ducebat, honore afficeret.* Tertio, ut hoc corporis geſtu ſuam ſummam afflictionem, triſtitiam, ac agoniam ex morte inſtanti declararet, ut hic Caietan. & alij docent. 73.

D.Hieron. D.Paſchaſ. D.Thom. D.Damaſc. Cajetan.

74. Pro cujus majori confirmatione nota, quod aliquid orarunt ſtando. Sic Salomon. 3. Reg. 8. num. 22. ubi dicitur: *Stetit Salomon ante altare Domini.* Aliqui orarunt etiam genibus flexis, ut de eodem Salomone ibidem dicitur num. 54. *Surrexit in conſpectu altaris Domini, utrumque enim genu in terram flexerat.* Sic & Stephanus poſitis genibus oravit Actor.7.n. 59. & D. Petrus Actor. 9.n.40. D.Paul.Actor.20.n.36.& idem D. Paulus cum aliis diſcipulis Actor. 21. n. 5. ſic & homo pro filio lunatico, Matth.17.n.14.& leproſus Marc. 1. n. 40. Adorarunt etiam aliqui Deum ſemel cadentes proni in terram ſuper faciem ſuam ut Abrahamus Gen. 17. n. 3. & 17. Moyſes, & Aaron. Num. 20. n. 6. Hoc verò ſemel tantum fuit; at in Chriſto Domino tanta extitit humilitas, tantaque reverentia erga Deum Patrem, tantaque triſtitia, ac agonia in præſenti, ut non ſtando, nec genu flexo nec ſemel provoluto corpore ſuper terram oraverit, ſed ſemel ſecundo, ac tertio prociderit in faciem ſuam ſuper terram. Tripliciter hic oravit in horto, tripliciterque ſuper terram ſe inclinavit.

3.Reg. 8. Actor. 7. Actor. 9. Actor. 20. Matth. 17. Marc. 1. Gen. 17. Num. 20. *Sũma Chriſti triſtitia, & agonia.*

75. Quartò. Ut magnum peccatorum noſtrorum onus, quod ipſe in ſe ſuſceperat, repræſentaret. *Supra dorſum meum fabricaverunt peccatores.* Pſalm. 128. n. 3. Tantum erat onus peccatorum ſupra dorſum ejus, & ſic ſub pondere ipſum degravavit, ut in terram ſe inclinaret. Quintò. Ut ipſe tanquam reus ac pœnitens pro nobis factus, ſe Deo Patri præſentaret, eique totum corpus ſuum ad caſtigationem exponeret, tanquam ſi diceret, ô Pater, pro hominibus ego tanquam reum me in hoſtiam offero, & totum ad pœnam debitam me exhibeo. Ecce dorſum ad flagella, caput ad coronam ſpineam; manus, & pedes ad clavos; pectus ad lanceam, totum corpus ad crucem; & me unum flagellis, corona punge, & clavis crucifige, ut hominibus parcas, eiſque tuam gratiam, ac gloriam concedas. Sextò: orans in faciem ſuam ſuper terram procidit: Ut maledictio illa terminaretur qua ob peccatum terra maledicta eſt. In terram procidit Chriſtus, ut nos eveheret in cœlum.

Pſalm.128. *Se pro nobis offert ad caſtigationem.*

76. Septimò. D. Anſelmus ad hunc locum Matth. *Progreſſus puſillum*, ait, *procidit in faciem ſuam, ut humilitatem mentis oſtenderet habitu corporis, & partim humiliationem eos doceret, quibus eadem*

D. Anſelm.

paſſio

Ærumnæ ſic divinitatis plenæ ut reverenter excipiendæ ſunt.

paſſio immineret. Cur ad paſſionis ærumnam excipiendam ſic procedit Chriſtus, fortitan an ea deſperatione, quà ignavi imminentia mala expaveſcunt? an ut homunciones, & leves fœminæ à laborum conſpectu ejulant? Ad quid humi proſtratur? Sicut homo fidelis magna, & alta myſteria reverenter, ac humiliter humi provolutus ſuſcipit; ſic & ad hunc modum Chriſtus Dominus cum multa reverentia, humilitate repræſentationem ſuæ paſſionis, crucis, ac mortis orans ſuſcipit, ut doceat nos, quod cum multa reverentia, ac humilitate mortem, & paſſionem tanquam quandam Divinitatis ſimilitudinem, quando imminet, ſuſcipiamus, *& parem humilitatem eos doceret, quibus eadem paſſio immineret.*

77. Flammantem rubum cum intueretur Moyſes, & ſimul cucurriſſet ut videret, ſtatim vox divina illum commonefacit. *Ne appropies huc, ſolve calceamenta de pedibus tuis; locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Exod. 3. num. 5. Cur cum tanta reverentia; diſcalceatis nempe pedibus mandatur Moyſi ut ad locum illum accedat? nonne multis in locis apparuit Deus Abrahamo, Iſaac, Jacob, & tamen numquam eis mandatur diſcalceare pedes, cur ergo modò Moyſi, quia locus ſanctus eſt, in rubo illo flammis ardente imago quædam repræſentabatur laborum, ac ærumnarum populi Iſraëlis in Ægypto, ut volunt Philo, & Theodoretus; ſive ut autumat. D. Hieron. Cruciatus, ac tormenta naſcentis Eccleſiæ ibi portendebantur, & ubi afflictorum, ac laborantium repræſentatio quædam Moyſi objicitur divina voce mandatur ei, ut calceos detrahat, ſiquidem ſpinæ, cruces, ac univerſi dolores tanta pollent divina auctoritate, ut ſimili pene quâdam reverentia, ac religione debeant excipi, quâ altiſſima, & magna Sacramenta excipiuntur. Theodoret. q 7. ad quæſitum, *Ut religioſiorem hac ratione Moyſem redderet.*

Exod. 3. Philo. Theodor.

D. Hieron. *Labores, ut divinū quid ſuſcipiendi.*

Theodor.

78. Salmeiron. *Ingens pudor eſt Chriſto de peccatis hominum.*

Octavò, Salmeiron tom. 10. tract. 12. *Erubeſcit levare faciem ad Deum cum peccata totius mundi ſuſtineret, ut publicanus apud Lucam.* Chriſtus verus Deus in ſua Divinitate impeccabilis, totius puriſſimæ ſanctitatis nitor aliorum criminum miſericordia, ac amore bajulus, inde procidit in faciem ſuam, ac ſi pro tantis culpis, quas in ſe ad ſatisfaciendum ſuſceperat, ei eſſet ingens pudor, ac erubeſcentia apud bonum amicum. Quæritur Joſeph à patria ſua extractum eſſe, dicens: *furtim ſublatus ſum de terra Hebræorum, & hic innocens in lacum miſſus ſum.* Geneſ. 40. n. 15. Cur non explicat ſe à fratribus venditum, ut magis inde oſtendat ſuam innocentiam, ſed tantum abſolutè ait, furtim ſublatum eſſe, eo quod Joſephus pudore victus fratres peccantes amicè tegit, ne turpes nævos nobiliſſimæ proſapiæ detegat. D. Chryſoſt. in Epiſt. 2. ad Corinth. cap. 2. homil. 9. *Eu tim ſublatus ſum, ait, è terra Hebræorum: nec addit à quo fuerat ſublatus, propterea quod puderet ipſum fraternorum malorum.*

Geneſ. 40.

79.

D. Chryſ.

80. Pſalm. 7. 2. Reg. 16. D. Baſil. D. Chryſ. *Pudor eſt paternæ virtutis filius impudens.*

Deum deprecatur David, ut à filio Abſalon rebellate ipſum cuſtodiat. *Ne quando rapiat ut leo animam meam.* Pſalm. 7. num. 2. Qui Pſalmus de Abſalone intelligitur, ut bene monet titulus Pſalmi, *Pro verbis Chuſi*, & patet 2. Reg. 16. n. 16. Cur ipſum filium, iniquum, ac malè ſanum non appellat, ſed leonem dicit? eleganter D. Baſilius ad citatum locum. *Hæc dicit quodammodo erubeſcens, pater iniqui filij appellari.* Baſilio adhæret Chryſoſtomus. *Pro filio erubeſcit, ac pudore afficitur.* Tam fœdum, ac turpe eſt peccatum, ut bonus quiſque de ſuo ſcelere magnum pudorem concipiat.

Quæstio VIII.

Quid intelligitur per hunc calicem, quem Chriſtus Dominus poſtulat, ut à ſe tranſeat?

Primo D. Hieron. per calicem interpretatur peccatum Judæorum, quo ſcilicet ipſi Chriſtum in lege, ac Prophetis pronunciatum occiderunt, ac ſi diceret, ô Pater, non crucifigar à Judæis, non committat populus meus tam graviſſimum facinus, propter quod damnetur, & crucietur in gehenna. *Poſtulat autem*, ait D. Hieron. *non timore patiendi, ſed miſericordia prioris populi, ne ab illis bibat calicem propinatum: unde & ſignanter non dixit; tranſeat à me calix, ſed calix iſte, hoc eſt populi Iudæorum, qui excuſationem ignorantiæ habere non poteſt, ſi me occiderit: habens legem, & Prophetas qui me quotidie vaticinantur*, In hac ſententia ſunt D. Baſilius lib. 4. contra Eunomium, D. Ambroſius in c. 22. Luc. D. Paſchaſ. lib. 22. in Matth Beda, Haymon, & alij. 81.

D. Hieron. *Calix denotat peccatum Iudæorum.*

D. Hieron.

D. Baſil. D. Ambr. D. Paſchaſ. Beda Haymon.

Hanc ſententiam duplici ponderatione magis illuſtro. Primò, ſignanter advertit D. Hieron. quod non dixit tranſeat calix, ſed *calix iſte.* Ut Judæorum calicem, hoc eſt eorum peccatum, atque ſupplicium indicaret, quaſi potius eorum peccatum, ac ſupplicium magis timeret, quàm mortem ſuam, magíſque de eorum culpa, ac pœna, quam de morte ſua triſtaretur. *Poſtulat autem non timore patiendi, ſed miſericordia prioris populi.* Secundò, non poſtulat ut tranſeat calix, ſed calix iſte propinandus à Judæis, qui cum eſſent edocti Prophetis, ac ſacris eloquiis, debebant Deum expectare ſub ſordido humanitatis ſacco & ſervi habitu deſcenſurú, tamen tenebris ſuæ malitiæ cæcutientes contumelias crucis ſcandala appellabant. Inde Chriſtus maximè dolet de hoc calice, poſtulátque ut tranſeat, nam exviſa Domini patientia, quæ erat Divinitatis ſignum, ſumebant ipſi argumentum ad contemnendam divinitatem. *Si me occiderit, habens legem, & Prophetas, qui me quotidie vaticinantur?* 82.

Magis dolebat de peccato hominum, quàm de morte.

Patientia Divinitatis index.

Secundò. S Catharina Senenſis, ut teſtatur Ambroſius Catharinus in ejus vita Italica lib. 2. c. 28. 29. Calicem hunc dicit ſibi à Chriſto revelatum fuiſſe hominum ingratitudinem, repræſentabatur Chriſto, quod multi homines futuri erant ingrati ſuæ ſacratiſſimæ paſſionis, ac in ſuis peccatis permanſuri, hunc calicem poſtulat hîc Chriſtus, ut à ſe tranſeat, ac ſi diceret: ô Pater remove à me hunc dolorem, & numerum damnatorum, fac ut omnes ſint grati tanto beneficio, omnéſque ſalventur. Amariſſimus enim calix cum tanta ingratitudine, ac ſine correſpondentia ad tantam beneficiorum largitatem. 83. S. Catharin.

Calix hominum ingratitudo.

Tertiò. Eadem S. Catharina Senenſis apud citatum Ambroſium aliam aſſignat expoſitionem, quam etiam ſimul dicit ſibi à Chriſto revelatam, calicem appellat non mortis horam, ſed deſiderij moriendi æſtuantem ardorem. Avidiſſimè ſitiebat Chriſtus paſſionis calicem, ut amorem ſuum erga Patrem oſtenderet, nóſque redimeret, optabátque accelerari, & abſolvere hoc opus, 84. S. Catharin.

Calix deſiderium mrotis quam ardentiſſimè exoptabat.

opus; ideo ait: *Transfer à me calicem iſtum.* Ac ſi dicat, adeo me, Pater, deſiderium moriendi angit, & patiendi exuberanti ſtudio coarctor, ut jam vivere mors mihi ſit, & mori vita. Et hanc mortis dilationem, hancque deſideriorum mortem, quam vivendo ſuſtineo, rogo, Pater, ut transferas ardor enim meus patiendi non patitur moras, nec horæ quidem vel inſtantis unius, inde rogo, ut vera mors, quæ à me reputatur ut vera vita præfeſtinet, ac acceleretur: nam licet infirmatur caro, vincit ardor Spiritus, & hi duo ſenſus ſe compatiuntur, poterat enim Chriſtus unum orare ſecundum carnem, alterum ſecundum Spiritum, & ſi poterat, cur non fecit, cum ardentiſſimè mortem exoptaret; ac proinde petit, ut calix deſiderij mortis, morte adveniente tranſeat.

85. Rupert.

85. Favet huic excogitationi Rupertus in cap. Joan. 17. num. 24. ad illa verba. *Pater juſte, mundus te non cognovit.* De oratione Chriſti in horto ſic loquitur. *In hac oratione*, ait, *declaravit Rex, & Pontifex lætabundus quidem in virtute Domini, triſtis tamen & anxius in infirmitate carnis, quali deſiderio duceretur ad torcular paſſionis: & tu Domine, inquit Pſalmiſta, deſiderium cordis ejus tribuiſti, & voluntate labiorum ejus non fraudaſti eum, vitam enim petiit à te, & tribuiſti ei.* Pſalm. 20. n. 3. In hac oratione, qua Chriſtus poſtulavit, ut calix deſiderij moriendi morte adveniente, tranſiret, ab eo, manifeſtavit, ac aperuit, quanto deſiderio, quantaque lætitia ad tempeſtuoſum paſſionis mare ibat, & hoc ſuum deſiderium moriendi tribuiſti ei, *vitam petiit à te.* Si totus ejus affectus erat mortis deſiderium, quomodo vitam petiit à te? De Chriſto pro morte precante verba Vatis interpretatur Rupertus, quibus Chriſtus inducitur vitam à Patre expoſcens quaſi vehemens deſiderium moriendi interitus Chriſto eſſet, vel mortis doloribus exæquaretur? ipſa verò mortis incurſio, expetita vita, ac pro jucunda vita reputata: *vitam petiit à te*, nempe mortem, quæ ab eo ut vita reputabatur.

Pſalm. 20. Pro deſiderio moriendi, mortem vitam æſtimabat Chriſt.

86. *Calix mortem, & paſſionem ſignificat.* D. Chryſ. Theoph. Euthym. Albertus. D. Thom. D. Bonav.

86. Quartò Communis, ac genuina ſententia ad literam per calicem intelligit mortem, paſſionem, ac illius cruciamenta. Ita D. Chryſ. Theophyl. Euthim. Albert. Magn. D. Thom. D. Bonavent. & alij. Quæ ſententia probatur ex ipſo verbo *tranſeat*; nam ut vertit Syriacus; id eſt *prætereat*, ſeu avertatur à me, calix iſte inſtantis mihi acerbiſſimæ paſſionis, ac mortis, ut illum, non guſtem, ac bibam. Cur verò paſſio ſic eſt appellata, multas rationes dedi tom. 4. c. 37. q. 11. nunc verò quandam aſſignat hic Theophyl. *Calicem*, ait, *paſſionem nominat, vel propter ſomnum, quem facit: vel quod lætitiæ cauſa ſit, ac noſtræ ſalutis.* Nuncupatur calix, quia quemadmodum vini poculum ſomnum inducit, ſic paſſio Chriſti ſomnum attulit, à quo breviſſimè excitatus eſt, vel quia valdè ſuavis, ac dulcis fuerit mors Chriſto. Pro quo vide ſuprà lib. 7. cap. 5. n. 90. & n. 39. 40. 41. 44. 45. 46. 47. 48. & hoc lib. 8. cap. 1. præcipuè q. 3. & 6. 7.

Quæstio IX.

Quare Chriſtus Dominus poſtulat, ut hic calix tranſeat ab eo?

87. Primo Communis, ac genuina ſententia eſt, quod cùm calix hic repræſentatus, eſſet calix mortis paſſionis, ac cruciatuum illius, Chriſtus Dominus ut verus homo, verum, ac proprium illius habuit ſenſibilem timorem, inde poſtulat, ut hic calix tranſiret, ab eo, quod probatur ex Marc. 14. *cœpit pavere, & tædere*, quod cum proprietate eſt intelligendum de timore ſenſibili, juxta communem regulam ſcripturarum cum proprietate eſſe exponendam, aliàs nihil firmum, & certum eſſe poſſet. Deinde affectus eſt naturalis homini paſſibili, cui imminet aliquod malum, & in Chriſto maximè inſervivit ad demonſtrandam veritatem naturæ, & pœnæ. Ita docent D. Aug. in illud Pſalm. 93. *Quoad uſque juſtitia convertatur in judicium.* M. D. Cyrillus lib. 4. in Ioan. 1. D. Chryſ. hom. 14. in Matth. D. Damaſc. lib. 3. de fide cap. 23. citans D. Athan lib. de Incarnat. D. Leo ſerm. 7. de Paſſino. D. Cypr. ſerm. de Paſſ. D. Thom. 3. part. q. 15. art 7. & communiter Theologi in 3. diſt. 15.

Ex mortis timore, ut homo poſtulat, ut calix tranſeat Marc. 14.

D. Aug. D. Cyril. D. Damaſc. D. Athan. D. Cyprian. D. Thom.

Secundò. D. Hilar. can. 31. in Matth. ſic differit de hac re. *Non tranſeat à me calix iſte; id enim eſſet pro ſe timentis oratio. Quod autem ut à ſe tranſeat, rogat; non ut ipſe prætereat orat, ſed ut in alterum illud, quod ad ſe tranſit, accedat. Totus igitur ſupra eos, qui paſſuri erant, metus eſt: atque ideo pro his orat, qui paſſuri pro ſe erant, dicens tranſeat calix à me, id eſt, quomodo à me bibitur, ita ab his bibatur, ſine ſpei diffidentia, ſine ſenſu doloris, ſine metu mortis.* Et poſt pauca ſubdit, *Non rogat, ut non patiatur, ſed ut bibendi calicis in eos ex ſe tranſeat fortitudo.* Non deprecatur Chriſtus, ut admiſſa ex præcepto Patris paſſio tranſeat ab eo, ſed ut tranſeat in ſuos Martyres, ut ipſi aliquid de patientia, ac robore Domini in ſuis paſſionibus tolerandis, Patre dante, participent; *Tranſeat calix à me, id eſt quomodo à me bibitur, ita ut ab his bibatur, ſine ſpei diffidentia, ſine ſenſu doloris, ſine metu mortis.* 88.

D. Hilar.

Rogat ut calix paſſionis tranſeat ad Martyres.

Pro cujus rei confirmatione altè, & profundè pondera quod antequam poſtulet à Patre, ut calix paſſionis ejus tranſeat ad diſcipulos, ac fideles ſuos; tamen prius in cœna Sacramentum ſanguinis ſui in calice inſtituens, ait. *Hic eſt calix novum teſtamentum in ſanguine meo.* Luc. 22. n. 20. eiſque dixit: Bibite ex eo omnes, ut ſcribit D. Matth. 26. num. 28. Ad quid vult acerbus, ac amarus paſſionis calix tranſeat ad eos, qui ſuave, ac dulce ſanguinis ſui poculum biberunt? ô magnum divinæ ſapientiæ conſilium! prius dat eis poculum ſui ſanguinis, & poſtea vult ut tranſeat ad eos paſſionis calix. Optimè præſciebat, quod potus ſanguinis ſui, ſic ſpirituales, ac fortes reddebat habentes eum, ut veluti ferrei, ac ænei in mortis luctamine prodirent, *ut ſine ſpei diffidentia, ſine ſenſu doloris, ſine metu mortis.* Seſe illatis tormentorum tempeſtatibus objicerent, & nil tam divino munimine corroborari trepidarent. 89.

Luc. 22. *Sanguis Chriſti, fortes, & ſpirituales, reddit homines.*

Tertiò. D. Athanaſius orat. in Evang. de Paſſ. ſic ait: *Itaque Dominus ſub ſpecie humanæ infirmitatis provocans adverſarium hominem, quem induerat, ſuis viribus adverſus inimicum corroboravit. Atque ideo ſub tempus mortis anxius eſſe, & moerere cœpit, & obſecrat calicem tranſire, clamabat Spiritum quidem promptum eſſe, carnem autem infirmam, ut adverſarius noſter, cum eo quaſi cum homine congreſſurus, vires ejus divinas experiretur.* Cur modò, Domine, refugis amarum calicem? Cur modo tantum timorem, ac pavorem oſtendis, hic enim valde indecens videtur fortiter 90.

D. Athan.

Magna prudentia eſt nihil detrahere, ut conſilium, ac munus ſuum adimpleat.

brllige

belligeranti. Maximè decebat ad ſuæ mortis exequutionem, fugam, ac timorem oſtentare, ut ita conſilium ſuum de hoſte debellando celaret, ut per mortem perficeretur, nam ſi adverſarius apertè ejus vires divinas agnoſceret, mortem non ei inferret, ſed impedire tentaret, ideo minime detrectat timoris, ac fugæ affectum objicere, ut melius perficiatur, quod altiſſimè optabat, *ut adverſarius noſter cum eo quaſi cum homine congreſſurus vires ejus divinas experiretur.* Præclaræ enim ſapientiæ eſt, nihil peregrinum peccato excepto, reputare, ut opus ſuum faciat, munus ſuum adimpleat.

91. D. Baſil. Sel.

Quartò. D. Baſilius Seleucus orat. 32. *Quid cauſæ eſt*, ait, *cur ſi evidens eſt victoria, recuſetur paſſio? An ut aſcenſum præpediat, Chriſtus, paſſionem ſubit illubens?* Ecce qui antea ſumma alacritate oppetebat mortem, modo illam refugit, & ut tranſeat deprecatur? Cur qui ardentiſſimo mortis deſiderio æſtuabat, tamen modo cum hora mortis inſtat, Patrem deprecatur. *Vt tranſeat à me calix iſte.* Quid modo in morte times, quid modo in illa recuſas, cum victoria certa ſit? Quis dux timet hoſtem, quem ſcit certo à ſe vincendum eſſe? Unum erat in morte Ieſu, quod illi erat timori, ut mortem deſideratam deprecaretur? Erat Chriſti morti conjuncta reſurrectio, verum eſt, erat etiam conjuncta morti Aſcenſio in cœlos, qui à ſuis ſeparandus erat: mortem ergo fugit ſi quomodo potuiſſet aſcenſum in cœlos differre, ut diutius apud homines permaneret; quaſi libentius, in terra cum hominibus, quam in cœleſtibus ſe haberet. *An ut aſcenſum præpediat, Chriſtus paſſionem ſubit illubens.*

Gratius Chriſto eſſe in terra cum hominibus, quàm ſine illis in cœleſtibus.

92. D. Leo.

Quintò. D. Leo ſerm. 5. de paſſione. *Vt ſuſcipientis*, ait, *ſuſceptæque naturæ eſſet manifeſta diſtinctio, quod erat hominis, divinam deſideravit potentiam, quod erat Dei ad cauſam reſpexit humanam.* Quid elegantius. Poſtulat Chriſtus: *Si poſſibile eſt tranſeat calix iſte, veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis.* Ad quid ut paſſionis calix tranſeat ab eo ſic orat Chriſtus, *ſuſcipientis, ſuſceptæque naturæ eſſet manifeſta diſtinctio.* Hac ratione duæ in Ieſu manifeſtabantur voluntates, una divina, altera humana. Quæ humana erat quaſi ex infirmitate carnis proveniens, Dei poteſtatem reſpiciebat, idque petebat, quod Dei poteſtas niteret dicens: *Si poſſibile eſt tranſeat calix iſte.* At verò divina voluntas poteſtate dimiſſa, id ſolum attendebat, quod ad hominum ſalutem, ac vitam conducebat. *Quod erat hominis divinam deſideravit potentiam, quod erat Dei ad cauſam reſpexit humanam.* Infirmitas humana tota fertur ad poteſtatis oſtentationem; at verò divina bonitas veluti de poteſtate obliviſcens, ad ſubditorum remedium condeſcendit. Cùm Samaritani non ſuſcepiſſent Chriſtum, dicunt Jacobus, & Ioannes. *Domine vis dicamus ut ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos? & converſus increpavit illos dicens. Neſcitis cujus ſpiritus eſtis.* Luc. 9. n. 54. illi tanquam homines toti intenti erant ad poteſtatem, ut ignem dimitterent de cœlo; at Jeſus verus Deus reſpiciebat ad benignitatem, ut daret locum ad pœnitentiam, & ſalutem.

Homines reſpiciunt ad, poteſtatem, Deus ad id quod conducit ad eorum ſalutem.

Luc. 9.

93. D. Cyril. D. Hieron. D. Baſil.

Sextò D. Cyrill. in catena Græca ſic ait: *de perditione, ac ruina Synagogæ dolebat, Non enim volebat occiſorem eſſe Domini ſui, ne propterea extrema lueret ſupplicia* Quæ eſt etiam ratio D. Hieron. Baſil. ac aliorum, quos retuli q. 8. ad initium. Cum Chriſtus D. perveniſſet ad horam paſſionis. Patrem deprecatur. *Pater ſi vis transfer calicem iſtum à me.* Cur Domine refugis amarum calicem, quid tibi modo in illo tam amarum ſe offert, ut illud fugias, forſitan verbera, clavi, ſpinæ, crux, ac contumeliæ, aliud ſanè his omnibus acerbius conſiderabat, ſui populi Iſraëlis extremam ruinam, nam interficientes Dominum pœnas luerunt, & ſupremo ſupplicio, ac damnatione punirentur, tanto dolore ex ſui populi ruina Dominus Ieſus afficiebat, inde precatur ut calix tranſeat, ne ſuus populus reos ſit tanti criminis. Poſtquam Ionas prædicavit Ninive, totiúſque civitatis pœnitentiam ac converſionem vidit, dicitur cap. 4. num. 1. *Afflictus eſt Ionas afflictione magna*, ſeu ut legunt Septuaginta. *Contriſtatus eſt Ionas triſtitia magna.* Cur tam felici Ninivitarum evento inſpecto ſic triſtatur Ionas cum maximè de illo deberet gaudere: videbat Ionas in Ninivitarum ſalute gentium vocationem, & ſui populi Iſraëlis repulſam, qua maximè arguendus erat, & ideo ſine ingenti dolore non videt, ſed multum triſtatur, & affligitur. Rupertus ibi. *Inde afflictus eſt Ionas afflictione magna, quia Iſrael judicio divino cadebat, & in comparatione ejus juſtificatur Ninive.*

Acerbiſſima eſt viro ingenuo ſuorum perditio.

Jonæ. 2.

Septuag.

Rupertus.

94. D. Ambroſ.

Septimò D. Ambroſ. lib. 10. in Lucam ad hunc locum. *Triſtis erat*, ait, *pro perſecutoribus ſuis, quos ſciebat immanis ſacrilegij pœnas eſſe daturos: & ideo dixit: Transfer hunc calicem à me: non quia Deus Dei filius mortem timebat, ſed quia nec malos pro ſe perire volebat.* Denique ait; *Pater ne ſtatuas illis hoc peccatum, ne exitialis eſſet populo paſſio ſua, quæ eſſet omnibus ſalutaris.* Qui fervidè mori deſiderabat, modo pro iſto populo reclamat, *Tranſeat calix iſte.* Emphaſim habet *Calix iſte*, quod etiam eſt conſiderandum, dum in ligno pendens ſtylo Stephani apud Ambroſium cum Patre alloquitur, *Ne ſtatuas illis hoc peccatum.* En ſimilis præſignatio: hunc calicem, hoc peccatum exhorret, æqualique oratione, paſſionis curſum incipit, & finit. Quid hic calix durioris potionis habet, quid in hoc peccato tam acerbum? Propinandus erat hic calix à perfidis Iudæis, in hoc autem calice omnibus hominibus vita, Iudæis verò mors parabatur, inde maximè dolet Salvator remediorum inverti naturas, ut totius mundi medicina Iudæis eſſet lethale venenum. *Ne exitialis eſſet populo paſſio ſua, quæ eſſet omnibus ſalutaris.* Ideo ſignanter, ut hic calix tranſeat, & ut hoc peccatum imputetur, exorat, ne in ipſo lavacro, ac curationis fonte Iudæus ſordeſcat.

Deprecatur ne fons vitæ ſit venenum mortis.

95. Exiit nefarium edictum à Pharaone, quo obſtetrices Ægyptiorum mandabatur; ut in Hæbræorum partubus maſculos fœtus protinus enecarent. Quid urgentes regis edicto fœminæ idololatræ fecerunt? Quomodóve regis mandato obtemperarunt? Ait textus Exod. 1. numero 17. *Timuerunt autem obſtetrices Deum & non fecerunt juxta præceptum regis Ægypti, ſed conſervabant mares.* Cur regi non obediunt præcipienti? Nonne rex jus necis habet in populares? Cur ergo fœminæ regis poteſtati, ac imperio non ſeſe conformant? Merito prudentiſſimæ ab exercitio ſalutaris muneris cavent, ne alicui afferat nocumentum ac perniciem: ſcientiam obſtetricandi acceperant in populorum ſalutem, talique arte populis vitam miniſtrabant; unde merito reformidarunt ne tam ſalutare munus

Exod. 1.

Quod eſt homini proficuum, non eſt vertendum in aliorum damnum.

earum culpa cunctis in interitum verteretur, & ne ex medicina à natura inventa cunctis mortiferum venenum conficeretur. D.Auguſt.ſerm.84.de tempore *præſtiterunt*, ait, *contra regis imperium partuum miniſtræ: noluerunt exercere ad perniciem, quod didicerant ad ſalutem.*

D. Auguſt.

96. Gen. 4.

Poſt commiſſum fratricidium, quærit Deus ex Cain. *Vbi eſt Abel frater tuus.* Gen. 4. num.5. Cur Deus ſtatim reum ad judicium compellas, ab illoque delictum quæris? Cur non prius teſtes vocas in examen, ut poſt eorum teſtimonium ad delinquentem accedis? Præcipuè cum in ipſo rerum exordio cunctis daretur forma, ac exemplar vivendi, agendi, ac gubernandi? In caſu præfati homicidij ſolùm poterant eſſe teſtes Adamus, & Eva; & noluit auctor naturæ, ut parentes, qui ad propagationem naturæ, ac ſuorum filiorum ordinationem, ſuo teſtimonio ad interitum, ac condemnationem filij conducerent, nec illi, qui dati erant ad filij vitam, ad ejus necem, ac perniciem inſervirent. D. Ambroſ. lib. 2. de Abel & Cain, c 9. *Parentes tui*, ait, *accuſatores eſſe non poſſunt, ô Cain, nolo enim, ut ea neceſſitudo, quæ eſt auctor ſalutis, fiat auctor periculi. In te ſolo natura ſuas leges amiſerit.* Nequiſſimus erat Cain, tamen non vult Deus ut in eo etiam ſolo remedij natura ſua leges deperdat, ut parentes, qui dati ſunt ad ſalutem, ſint ad interitum. *Vt ea neceſſitudo, quæ eſt auctor ſalutis, fiat auctor periculi.* Vide ſuperius lib.7. c. 17. q.10. n.56. 57. 58. 59. & tom.4.c.17. n. 4. & 5.

Id, quod eſt datum ad ſalutem, non ſit ad interitum.

D. Ambroſ.

Quæstio X.

Quare Chriſtus Dominus hîc poſtulat, ut Calix iſte tranſeat ab eo, cùm ſtatim reprehendat Petrum, ne calicem ſibi datum à Patre impediat.

97. Ratio dubitandi. Ioan. 18.

IN præſenti orat Chriſtus Dominus ad ſuum parentem, *Pater mi ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte.* Statim verò cum Petrus nefarios ſatellites in Chriſtum irruentes ferro animosè repellere conaretur, eum Dominus increpans, ait, *Calicem quem dediſti mihi Pater, non vis bibam illum.* Ioan. 18.n.11. ſi modo in hac oratione pro tranſeundo calice deprecabatur, quomodo cum Petro tam ſolicitum ſe oſtendit erga illum ad eum bibendum.

98. Maldonat. Pſal. 10. Iſai. 51. Pſal. 22.

Maldonatus ad c.26. Matth. verſ. 34. ut ſolvat quæſtionem advertit quod calix variis modis accipitur in ſcriptura, aliquando pro re acerba, & amara, aliquando pro re jucunda, ac dulci. Pro re amara. Pſalm. 10.n.7. *Ignis ſulphur, & Spiritus procellarum, pars calicis eorum.* Et Iſaiæ 51. n.17. *Bibiſti de manu Domini calicem iræ ejus.* Pro te vero jucunda ſignificanda dicitur. Pſal. 22. n. 5. *Calix meus inebrians, quàm præclarus eſt.* Ac proinde Calix in ſcriptura hoc vel illo modo accipitur.

99. Maldonat.

Ad quæſtionem ſic reſpondet citatus Maldonatus: *loquitur quidem Chriſtus*, ait, *utrobique de morte ſua eamque calicem appellat, ſed in oratione, antequam Patris ſententiam audiret, calicem, id eſt rem difficilem, & horribilem appellabat; nunc patris cognita voluntate eandem mortem calicem id eſt rem ſibi jucundiſſimam appellat, nihil enim non dulce, nihil non ſuave eſt obedientia.* Chriſtus Dominus in utraque acceptione ſuperius aſſignata accepit calicem, quem prius acerbum, ac amarum appellaverat, & ideo ut ab eo tranſiret, orabat; nunc verò loquens cum Petro ut ſuavem, ac dulcem, & tanquam ſibi eximium donum datum à Petro, dicit, & ideo increpat Petrum, quod eum de manibus ſive labiis velit extorquere. Vnde hæc mutatio? Patris voluntas Chriſto manifeſtata non ſolùm eum ad obediendum promptiſſimum reddebat, ſed etiam acerbitatem calicis mira ſuavitate mitigabat, ut quod antea acerbum, ac horribile videbatur; poſt cognitam Patris voluntatem valdè præjucundum, ac gratum apparebat; *In oratione antequam Patris ſententiam audiret, calicem horribilem appellabat. Nunc verò patris cognita voluntate, ut rem ſibi jucundiſſimam appellat.*

Quod videbatur amarum cognita Dei voluntate, ut dulce amplectitur.

Sic ait Chryſoſt. hom. 84. *Ego igitur, quod dixit tranſeat, ſi poſſibile eſt, humanitatem ſuam oſtendit, eo vero quod non ut ego volo, ſed ut tu ſublimem admirabilis Philoſophiæ virtutem tradidit: cum exemplo nos doceat, etiam natura abhorrente, ac renitente Deum eſſe ſequendum.* Hæc eſt ſuprema & alta Philoſophia, ut licet caro noſtra aliquid recuſet, ut horribile ac amarum, tamen propoſita Dei voluntate illud ut ſuave ac dulce amplectitur, non enim ſuum ductum, ſed Dei beneplacitum ſequitur. De fluvio Phiſon, dicitur quod *circuit omnem terram Hevilath, Vbi naſcitur aurum: & aurum terræ illius optimum eſt.* Geneſ.2.num.12. Cur dicitur, quod aurum terræ illius ſit optimum, ſeu ut legunt ſeptuaginta *bonum.* Eſtne aliquod aurum quod non ſit bonum. Arcano myſterio excogitatur Philo, Quod aurum ſignificat prudentiam, ſed inde majus dubium inſurgit; poteſt eſſe aliqua prudentia aurum, quod non ſit bonum? Maximè ſanè; illa enim prudentia ſolum bona eſt; quæ non ſibi, ſed Dei providentiæ, ac diſpoſitione ſe totam committit, ac ſubdit. Philo. lib.1.Allegor. *Deus*, ait, *ſunt genera prudentiæ; alterum univerſale; alterum particulare: univerſalis illa, quæ Dei Sapientiam inhabitat, ſeu domicilium, bona eſt itaque prudentia mea cum ſit particularis, non eſt bona.*

100. D.Chryſoſt.

Gen. 2.

Septuagin. *Vera ſapientia non ſuo ſed Dei nutu regitur.*

Philo.

De Adamo vaniſſima cogitatione dilapſo, & magna ignorantia, & amentia involuto, ait Deus Geneſ. 3. n.22. *Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt ſciens bonum & malum.* Caldæus ſic vertit, *Ecce Adam eſt unicus in ſeculo; ex ſe ſciens bonum & malum.* Quæ verba per ironiam dicta ſunt & maximè preme illud *ex ſe*, ac ſi diceret, poterat Adamus, ſi Deus præcepto obtemperaſſet optimè præſcire; atqui *ex ſe*, ex ſuoque arbitrio voluit rem appendere, ac ponderare, parvi pendens Dei mandata, inde factum eſt, ut ignorantiſſimus ſit, nec bonum, nec malum ſciens tanquam ſi illi objiciat Deus, qui non ex Dei nutu; ſed ex ſuo arbitrio conſtituit ſe regere; in tantam dementiam devenit, ut jam non valeat diſcriminare aliquid inter bonum, & malum ad æternam fælicitatem comparandam. Hæc religioſæ vitæ cultoribus aptavit. D. Bernard. lib. de vita ſolitaria ad fratres de monte Dei, in hunc modum. *Lignum ſcientiæ boni, & mali in paradiſo, cenſura diſcretionis eſt, in converſatione religionis penes Patrem ſpiritualem qui dijudicat omnia, ipſe verò à nemine judicatur: ipſius eſt diſcernere, aliorum eſt obedire. Adam guſtavit in malum ſuum de ligno vetito, edoctus ab eo, qui ſuggerendo ait. Quare præcepit vobis Deus, ut de ligno non comederitis. Diſcrevit ipſe comedit, & inobediens factus eſt, & de paradiſo ejectus eſt.*

101. Gen. 3. Chaldæus.

D.Bernard.

Quæstio

Quæstio XI.

Quare Chriſti oratio, ut calix tranſeat ab eo non fuit exaudita?

102. *Ratio dubitandi.* RATIO difficultatis eſt. Cur Deus, qui cæteros homines tam placidè audit, tamque citò exaudit, petentem hominem Deum; imo & ſe ipſum non audit. Nam Chriſtus verus Deus,& homo eſt, rogat ut homo; rogatur ut Deus.

103. Ratio communis omnium ſanctorum Patrum, ac Doctorum, quia prædefinitum erat decretum à Patre,& etiam ab ipſomet Chriſto,prout Deus eſt, ut ipſe ut homo,pro omnium ſalute ac redemptione moreretur; & ideo oratio Chriſti non fuit abſoluta,ſed conditionata, *Veruntamen non mea voluntas, ſed tua fiat*,ut habet Lucas,& quia hæc conditio Divini beneplaciti non fuit poſita,ideo Chriſti voluntas, ejuſque oratio non fuit poſita, ideo jam explicavi in expoſitione & quia voluntas patris erat, ut calicem biberet, libentiſſimè totum hauſit. Drogo de Sacramento Paſſionis. *Voluntas Patris eſt? ut calicem bibam; ergo in cruce manducavit,& bibit,& inebriatus eſt, & dormivit*,Ex quo rectè argumentatur D.Bern.ſerm.20. in Cant.quantum amoris affectum debemus nos omnes habere erga Chriſtum D. *Super omnia*,ait, *reddit te amabilem mihi Ieſu bone, calix quem bibiſti, opus noſtræ redemptionis. Hoc omnino amorem noſtrum facile vendicat totum ſibi. Multum quippe laboravit in eo ſalvator, nec in omni mundi fabrica tantum fatigationis auctor aſſumpſit. Illa denique dixit, & facta ſunt, mandavit, & creata ſunt. At verè, hic,& in dictis ſuis ſuſtinuit contradictores, & in factis obſervatores & in tormentis illuſores, & in morte exprobratores, ecce quomodo dilexit.*

Mors Chriſti à Deo prædefinita.

Drogo.

D. Bern. *Magnum amoris affectũ debemus erga Chriſtum.*

104. D.Ambroſ. Secundò.D.Ambr.l.10.in Lucam ad hæc verba ſic ait: *Transfer à me calicem hunc*, ait, *Quaſi homo mortem recuſans; quaſi Deus ſententiam ſuam ſervans.* Chriſtus eſt,qui orat, Chriſtus inquam reus innocentiſſimus Deo valdè charus,& Deus & homo,Deum,ac Patrem ſuum naturalem rogat, imo & ſe ipſum Deum rogat. Et tamen poſtulatam vitam non impetrat,quia Deum,quia Patrem ſuum, quia ſe ipſum judicem orat;lata enim erat ſententia à Deo judice, ut Chriſtus pro hominibus quorum peccatorum onus in ſe ſuſceperat, ne rigore juſtitiæ ſatisfaceret? & tunc nec Deus ipſe factus homo etiam in propria cauſa petens,pro ſe orans, ſe ipſum exorat. *Quaſi Deus ſententiam ſuam ſervans.* Sententiam ſuam latam Deus ſervat, neque eam revocat,nec flectitur tot tantiſque ipſius revocandæ cauſis. Diſcant,diſcant Principes,ac judices ſententiam ſuam ſervare? nam ut ait Plato apud Stobæum ſer. 46. *Prudentium principum mores valdè cauti, juſti, ac ſalubres ſunt, indigent vero etiam acrimonia quadam,& acri,efficacique pertinacia.*

Chriſtus ut homo recuſat, ſed ut Deus judex ſententiam ſuam ſervat.

Plato.

105. *Repulſa in precibus.* Tertiò. Decrevit meus Jeſus omnem doloris acerbitatem pro nobis pati,ac ſuſtinere, inde poſtulat à Patre,ut Paſſionis calix ab eo tranſiret;cujus oratio non erat exaudienda,ut amarum,ac crudele tormentum repulſa ſcilicet in precibus intactum non relinqueretur, ſed etiam illud biberet,& guſtaret, dum ipſe orationis affectu petit, & non impetrat.Vide tom. 4.c.29.q n.42.& q.15.n.110. & c.37.q.16.n.216.217.n.8.& aliis locis.

106. D. Paſchaſ. Quantò.D.Paſchaſ.l.12.in Mar.luculenter rem explicat, & ſic ait. *Impoſſibilitas iſta de juſtitia venit,& bonitate Dei, quia ſic eſt omnipotens, ut & juſtus ſit, & bonus, & miſericors: & ideo quantum ad utramque naturam ſpectat, impoſſibile erat, ne nos bonitate ſua, ſuaque juſtitia, & miſericordia ſalvaret, quos crearat.* Ait Chriſtus D. *Pater ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte.* Et unde poterat eſſe impoſſibile,ut,calix non tranſiret;ait Paſchaſius,*quia ſic eſt omnipotens,ut & juſtus ſit, & bonus, & miſericors.*Quia ſic eſt omnipotens,ut ſit juſtus,& bonus; unde ſubdit; *Impoſſibile erat ne nos bonitate ſua ſuaque juſtitia, & miſericordia ſalvaret, quos crearat.* Deus eſt infinitè,ſummè bonus ſumméque miſericors,ergo attenta ſua bonitate, ac miſericordia,ut non ſalvaret, quos crearat, impoſſibile erat Amplius tamen ait Paſchaſius;non ſolum hanc impoſſibilitatem cognoſcit ob bonitatem, ac miſericordiam Dei,ſed etiam ob juſtitiam. Ait enim *impoſſibile erat, ne nos bonitate ſua ſuáque juſtitia.* Et quomodo hoc poterat eſſe impoſſibile ob juſtitiam. Juſtitia eſt,quæ reddit unicuique jus ſuum.Beneficium noſtræ ſalutis,quodammodo ad jus quoddam videtur revocari,ex eo enim quod nos Deus creavit,ac è nihilo fecit, noſque creaturæ ejus ſumus, ſic ex ſua infinita bonitate ſe veluti nobiſcum pignoravit, ut nos non deſerat,ſed ſemper media ad noſtram ſalutem neceſſaria largiſſimè conferat.

Ex eo quo nos Deus creavit, ex eius bonitate provenit ut nos ſalvet.

Ait Deus per Iſai.46.n.4.*Uſque ad ſenectam ego ipſe, & uſque ad canos ego portabo vos.* Et ſubdit rationem.*Ego feci,& ego feram:ego portabo,& ſalvabo,* 107. Iſai. 46.
Explicat Deus ſuum maternum affectum erga populum Iſraëliticum, quod non ſolum tanquam parvulos, ut matres ſolent,ſed etiam jam grandes per omnem viam multa cura,ac indulgentia proſequuturus ſit, & rationem apponit, *Ego feci: Ego feram:ego portabo, & ſalvabo.* Ex eo quod ipſe nos fecit, inde ipſe ſe materno affectu erga nos aſtrictum agnoſcit.Ex D.Hier. Procopio,ac aliis Cornel. à Lapide. *Ego feci, ego vos genui, ego alui, ego educavi, ego provexi, ego pariter feram, & portabo vos deinceps uſque ad ſenectam, non propter veſtra merita vos hac cura complector, ſed propter me, propter maternum meum in vos affectum.*

Deus habet maternum affectum erga ſuas creaturas.

Cornel.

Valdè confidenter media nocte, amicus amici oſtium pulſat, dicens. *Amice commoda mihi treſpanes.*Luc.11.n.5.Media nox erat,noctis profundum tempus,quando jam amicus intus habebat oſtium clauſum,& ipſe cum pueris ſuis recumbens erat in lectulo, ut ſomno indulgeret; unde ergo pulſanti tantus animus, tanta confidentia, ut ſomnum ſui amici audeat interrumpere,ut eum ſurgere cogat, ut panes præbeat. Præclarè Tertull. lib. 4. contra Marc.c.41.*Amicus autem*,ait,*etiamſi offendit, magis creatoris eſt homo, quam Dei Marcionis. Itaque ad eum pulſat ad quem illi jus erat, cujus januam norat, quem habere panes ſciebat, cubantem jam cum infantibus, quos naſci voluerat.* Nota verbum *ad quem illi jus erat.* Amicus qui domus dominus erat Deum repræſentabat; & inde homo pulſans non recuſat media nocte ſuæ neceſſitatis tempore ad eum confugere? *ad quem illi jus erat*; ex eo enim quod ipſe ab eo eſſet factus,& creatus,jus quodammodo erat illi,ut in ſua neceſſitate ac miſeria ad eum confugeret,ex ſuo enim materno,ac paterno affectu non ſolet ſuos deſerere,ac derelinquere, ſed propitius ſuis privatis viſceribus illi adeſt. 108. Luc.11.

Tertull.

Homo quodammodo habet jus ut à ſuo creatore petat.

Matth.26.n.40. Et venit ad diſcipulos ſuos, & invenit eos dormientes, & dicit Petro: ſic non potuiſti una hora vigilare mecum.

Num. 41. Vigilate,& orate,ut non intretis intentationem; Spiritusquidem promptus eſt ; caro autem infirma.

VERSIONES.

Syriacus n. 40. Et reperit dormientes , & ait Petro : ita.

Vatablus. Adeo non potuiſtis unam horam vigilare mecum.

Alij Codices. Et dicit Petro : non potuiſtis una hora.

Syriac. n. 41. Expergiſcimini , & orate.

Vatabl. Tertull. Ut non incidatis in tentationem.

Alcozer. ex Græco. Spiritus paratus eſt.

Syriacus. Corpus verò infirmum.

Alij legunt. Caro autem debilis.

ALTER TEXTUS.

Marc. 14. *n.* 37. Et venit,& invenit eos dormientes. Et ait Petro : Simon dormis? Non potuiſti una hora vigilare.

Num. 38. Vigilate,& orate,ut non intretis in tentationem : Spiritus quidem promptus eſt , caro autem infirma.

EXPOSITIO IV.

109. Carthuſ. TER Chriſtus in horto oravit ; Ut planè conſtat ex D. Matth. & D. Marc. Poſt ergo primam orationem factam , *venit ad diſcipulos ſuos.* Carthuſian. intelligit ad tres tantum , quos prope ſe reliquerat,ſcilicet ad Petrum,Jacobum,& Joannem. Tamen aptius Barrad. Luc. Burg. dicunt, quod prius venit ad tres illos diſcipulos propinquiores,deinde ad reliquos octo , qui magis diſtabant,tanquam jactus lapidis,omnium enim Dominus & Magiſter curam gerebat. Et venit tum ut ex diſcipulorū affectu,ac colloquio,aliquod exiguum ſolatium caperet,cum optimè ſciret,tale ſolatium non eſſe futurum,cum ipſi dormirent : tum etiam ut daret documenta , quod Epiſcopi , & Prælati etiam in tentatione graviſſima, ſuorum curam debent gerere, etiam aliquando interruptâ oratione. *Et invenit eos dormientes.* Et hoc Domino fuit potius afflictio,quàm ſolatium ; dormiebant, tum ex mœrore ac triſtitia , ut exprimit D. Luc. tum etiam quia cibum receperant,& nox erat;quæ omnia ſomnum conciliant. *Et dicit Petrus,* quia aliorum caput erat , & præ cæteris audacius fidelitatem,ac conſtantiam promiſerat ; *etiamſi oportuerit me mori tecum non te negabo* : ut notarunt D. Hier. Euthym. Theoph. Beda,& alij;ut inde diſcant omnes, nullus de ſe multa audenter promittat.

Barradas. Luc. Burg.

D. Hieron. Euthym. Theoph. Beda.

110. *Sic non.* Id eſt inane,*non potuiſtis* : ſermonem ad Petrum dirigit , & in eo cæteros omnes arguit. D. Marc. verba tanquam ſoli dicta Petro refert, *Non potuiſtis una hora vigilare.* Et Chriſtum ita dixiſſe

Maldonat. veriſimilius exiſtimat Maldon. quia quod Petro dicebat, tanquam cæterorum duci omnibus dicebat. Matth. potius ad ſenſum,quam ad verba attendens omnibus dictum tradit *Una hora.* Multi contendunt eſſe phraſim Hebraicam,& brevem continuū tempus ſignificare , tamen magis cohærentius ad literam,ut placet Menochio circiter unam horam Dominum oraſſe,non enim videtur ita locutū fuiſſe , ſi horam precationi non tribuiſſet ; nam ſi oratio fuiſſet unius quadrantis,vel dimidiæ horæ, magis argueretur eorum ſomnolentia,ſi diceret,non potuiſti uno quadrante , vel dimidia hora vigilare. Nec obſtat,quod Chriſtus D. pauca verba protulerit, *Pater ſibi poſſibile eſt.* Et in quibus non videtur inſumpſiſſe unam horam. Non enim tantùm nuda verba ſunt ſpectanda,ſed etiam alta contemplatio, quam habuit,ac eximius affectus ac mora,quâ illa proferebat , vel repetebat , vel etiam forſitan pro diſcipulis hic oravit. *Vigilate mecum* Me nempe vigilante,meóque exemplo vos movente.

Menoch.

Oratio unius horæ

Vigilate & orate. Valdè enim periculoſum tempus vobis inſtat,ut vos nempe Judæorum metu me negetis,deſeratis,ac fugiatis,& ideo ad tantum periculum vitandum neceſſe eſt vobis multa vigilia, ac oratio, *Ut non intretis in tentationem.* Quæ verba dupliciter exponi poſſunt. Primo cum D. Hier. Beda, Euth. Theoph. orationi impendite tempus hoc, ut orationi vacantes, tentationes ſuperetis. Sic ait D. Hier. impoſſibile eſt *humanam animam non tentari. Ergo non ait : Vigilate , & orate ne tentemini:ſed ne intretis in tentationem : hoc eſt ne vos tentatio ſuperet.* Secundò exponi poſſunt hoc petite à Deo, ne in tentationem incurratis , & hoc jubemur à Deo petere conſcij infirmitatis noſtræ Utraque expoſitio probabilis,prima probabilior mihi,& cohærentior cum his quæ dixi , dum explicavi illa verba orationis Dominicæ: *Ne nos inducas in tentationem*, t. 2. c. 15. q. 8. n. 130. 111.

D. Hieron. Bede. Euthym. Theoph. D. Hieron.

Spiritus quidem promptus eſt , caro autem infirma. Loquitur Chriſtus in præſenti, non de Spiritu , & carne ſua , ut voluerunt intelligere D. Athanaſ. in Sexta Synodo generali Conſtantinop. in Ep ſt Agathonis Papæ, Beda in c. 14. Marci. Sed loquitur D. de ſpiritu & carne Petri, & Apoſtolorum,ut interpretantur Tert. l. ad Martyr. Chryſ. Orig. D. Hilar. D. Hier. D. Paſch. Euth. & alij hoc loco. Ac ſi dicat: veſter Spiritus,veſtra mens prompta, ac parata eſt, ut mihi adhæreat , pro meque omnia pericula ſubeat,etiam ſi Judæi pro me vos ad mortem quærant , tamen caro veſtra,infirma ac imbecillis eſt , mortem horret , ac vitæ diſcrimina. Carnem hoc loco vocat,tum carnem propriè dictam. Unde Syriac. vertit, *corpus infirmum* , tum etiam appetitum ſenſitivum,ac naturalem affectum qui mortem, ac paſſionem fugit. Orate ergo vos diſcipuli mei, ne veſtra caro infirma infirmet, ac debilitet ſpiritum veſtrum ad me negandum , ſed ut Deus ſuâ gratiâ vos adjuvet ut ſpiritus corroboraret carnem ad ſuperandas tentationes. Theoph *Spiritus*, ait , *promptus eſt ut me non abneget , & propterea,& vos pollicemini mihi hoc ,ſed caro infirma eſt. Et ita ſi non per orationem virtutem dederit Deus carni , periclitabimini.* 112.

D. Athan. Beda. Tertull. Chryſoſt. Origen. D. Hilar. D. Hieron. D. Paſchaſ. Euthym. Syrius.

Theoph.

QUÆSTIO XII.

Solvuntur aliquæ quæſtiones.

PRIMA quæſtio. Quare diſcipuli ſic dormiunt. 113.
Ad orationem abiit Dominus , & revertens ad ſuos invenit eos dormientes,cum eis mandaſſet, ut eſſent orātes ac vigilantes. Chriſti abſentia brevis quidem tempore fuit,loco verò parum diſtans, &

& tamen ea interveniente diſcipuli ab oratione ceſſarunt, & ſomno dormierunt. Quid igitur ſubditis non timendum, ſi Prælati ab eis longiſſimè, ac duriſſimè digrediantur. Negligentes paſtores arguit Ezech. 34. n. 2. *Væ paſtoribus Iſraël, qui paſcebant ſemetipſos.* Et ſtatim ſubdit. *Diſperſæ ſunt oves meæ, eo quod non eſſet paſtor. Et factæ ſunt in devorationem omnium beſtiarum.* In primo loco ſupponuntur eſſe paſtores. *Væ paſtoribus.* In ſecundo omnino negantur P. Mendoça t. 2. in I Reg. c. 7. n. 17. Annot. 19. ſect. 2. n. 30. crediderim, ait, quia paſtores à ſuis gregibus abeſſe perinde eſt atque non eſſe. Non minora enim incommoda gregibus inferuntur, ſi paſtores abſint, quàm ſi paſtores non ſint.

Abſentia paſtoris interitus ſubditorum Ezech. 34. Mendoça.

114. Secunda quæſtio. Quare increpat D. diſcipulos dormientes, Origen. Mandat Dominus Apoſtolis vigilare, *Quia*, ait, *qui Spiritu altior eſt ſolicitior debet eſſe, ne magnum bonum ipſius gravem habeat lapſum.* Erant Apoſtoli fundamenta Eccleſiæ, principes totius orbis, inde à Divino magiſtro maximè eis commendatur, ut vigilent ac orent, ne tanti apicis ruina patiantur, nam quo major eſt excellentia, major debet eſſe circumſpectio, ne ſui jacturam faciat.

Origen. *Ubi major eſt dignitas, major ſit vigilia.*

115. Secundò Maldon. *Non potuiſtis una hora vigilare mecum.* Sic ait: *Incredibilem hæc dictio vim habet ad pungendos animos diſcipulorum? quaſi dicat. Me non ſolum vigilante, ſed et am orante, ſudante, pugnante cum morte, vos qui me dormiente pugnare debebatis, ne vigilare quidem momento temporis potuiſtis*, Si Dominus, quem nulla tentatio mordere poterat. non ſolum vigilat, ſed etiam orat; diſcipuli quibus tam gravis tentatio imminebat, tanto Domini exemplo, maximè arguuntur, cum ſuum ducem non ſequerentur; ſed ab eo in re tam gravi diſcederent.

Maldonat. *Arguitur miles, qui ſuum ducem non ſequitur.*

116. Secundò: *Non potuiſtis una hora vigilare, vigilate.* Ac ſi diceret Dominus, etiamſi mille noctibus vigilandum eſſet, opportebat naturam vincere, & oculos nunquam claudere, ſed inceſſanter vigilare ac orare, nam dictum erat à Domino. *Ecce Satanas expetivit vos ut cribraret ſicut triticum,* Luc. 22. n. 31. Cùm ergo ſatanas ſummoperè niteretur eos à ſua ſublimitate dejicere, ac à ſua ſanctitate diſpoliare, cum tot ac tanta pericula eis imminerent, maximè vigilandum erat. *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Cant. 5. n. 2. Cur cum dormit, adhuc vigilat? Expectabat Domini adventum ne eſſet ei improviſus in ſui damnum. Theodor. *Ego dormio, & cor meum vigilat; quamvis enim*, ait, *à natura cogar oculos claudere, & ſomnum capere, mente tamen vigilo, & ignaviæ, ſomnum minimè ſuſpicio, cum ſponſi adventum expectem, queadmodum ipſe Dominus monet, vigilate, inquit, quia neſcitis, qua hora Dominus veſter veniet.*

Qui timet periculum, vigilet. Cantic. 5. Theodor.

117. Tertia quæſtio. Quare ad Petrum ſingulariter dirigitur increpatio juxta D. Marcum. *Simon dormis; non potuiſtis una hora vigilare mecum.* Quare adverſus hunc præcipuè fit objurgatio? Ut inſinuetur, quam labilis, ac fragilis ſit humanæ pollicitationis fides? Et qui promiſerat antea audenter, nequaquam univerſi ſcandalum paterentur, tamen ſe non paſſurum: & qui tam magnifica ſpopondit, nec una hora vigilare cum præceptore ſuſtinet, ideo pro majori ejus confuſione eum inter tres ſpeciatim nominavit. Euthym. *Pudore namque affecit eum*, ait, *atque etiam alij dormiebant, ſed hunc vehementius objurgavit, tanquam magis temerarium, dicens: Mecum mori promiſiſti, & non potuiſti una hora vigilare mecum*,

D. Marcus. *Humanæ pollicitationis infirma conſtantia.* Euthym.

118. Quartò. Directa Chriſti increpatio ad Petrum ſingulariter tendit. *Simon dormis? Non potuiſti una hora vigilare.* Optimè agnoſcebat Chriſtus, quod ſubditi Prælatorum exemplis, ſive ad bonum, ſive ad pravum maximè flectuntur: Si integrum moribus vident fortem voluptatis oſorem, ad ſtrenua excitantur; ſi intuentur enervem, deliciis fractum, indulgent ſibi, & ipſi quoque: Petrus à Chriſto Apoſtolorum vertex conſtitutus fuerat; cum ergo hunc laſſari, & ſoporem diligere ſubditi contemplati fuiſſent, paſtoris veſtigia ſequuti ſunt, ac proinde Petri ſomnus ſomnolentos alios reddit, unde quando ipſius ſocordiæ cauſam ſermonem perſtringit Salvator.

Culpa ſubditorum in prælatum retorquentur.

Vidit Jacob ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum; Angelos quoque Dei aſcendentes & deſcendentes per eam, & Dominum innixum ſcalæ. Gen. 28. n. 12. ſententia eſt Alcazaris notat. 1. ad c. 1. Apocalyp. exiſtimantis Deum non ad ſcalæ faſtigium accumbere, ſed ad imos gradus, qui terræ inſtabant, & exporrecto brachio ſcalam, ne quis ruinæ ſit metus, Deus tenebat, at quorſum Dominus cœli, & terræ tam humili fungitur munere? Ita optimè poterat ſcala firmari, ut nullus labendi timor eſſet; & ſi opus adjutrice dextera erat, cur hoc non præſtatur Angelorum manibus? Ad quid ergo tale creatoris adminiculum? Laborabant Angeli inceſſanter aſcendentes, & deſcendentes, ut miniſterium ſuum adimplerent, non ergo ſe exhibet illorum Dominus requieſcentem, ac otia captivantem, ſed etiam humeros ſupponit oneri, ut Angeli ſuum principem laborum partem ſubire videntes, ipſi etiã ad ſuum miniſterium adimplendum laborare non recuſent, ſed multa alacritate opus aggrediantur, ut nec momento uno ſubſiſtant, ſed univerſi ſemper aſcendant, & deſcendant continuò, & nullus requieſcat. D. Hieron. annuit Epiſtol. conſolatoria ad Julianum. *Jacob vidit*, ait, *ſcalam de terra uſque ad cœlum, & aſcendentes per eam Angelos, & deſcendentes, & deſuper innitentem Dominum, ut laſſis manum porrigeret, ut aſcendentes, & ſuo ad laborem provocaret aſpectu.* Expende ultima verba *ut ſuo ad laborem provocaret aſpectu.* 119.

Geneſ. 28. Alcaz. *Subditi prælati exempla ſequuntur.* D. Hieron.

QUÆSTIO XIII.

Quare Petrus, qui ſolitus erat reſpondere, hìc cum arguitur, tacet, & nihil reſpondet?

PASSIM apud Evangelium reperitur, quod Petrus dicat, & reſpondeat tam pro ſe, quam pro aliis. Sicque audacter, cum ei dictum fuiſſet à Domino, *antequam Gallus cantet, ter me negabis.* Reſpondet. *Etiamſi oportuerit me mori tecum non te negabo.* Matth. 26. n. 35. cur ergo cum ſe vidiſſet hìc increpatum à Domino. *Simon dormis non potuiſti una hora vigilare mecum*: nihil ad ſui excuſationem dicit, ſed omnino tacet? 120.

Ratio difficultatis. Matth. 26.

Reſpondeo, quod Petrus agnovit ſe hìc à ſua conſtantia defeciſſe, ac ſe eſſe delicto gravatum, cum tranſgrediens Domini mandatum, nec vigilaverit, nec oraverit, ſed dormierit & ideo ad vocem Domini *non potuiſti una hora vigilare mecum*, conſcientia arguente expavit, oſque comprimitur, & qui antea multa confidentia dicebat, & loquebatur in cœnaculo, cum nullius criminis reum ſe agnoviſſet, ideo tam generosè fatur *ſi oportuerit me mori tecum non te negabo.* At hic cum ſomno à Domini 121.

Innocentia, dat fiduciam culpa comprimit os.

mandato defeciſſet, inde ore obmuteſcit & nec verbum unum audet proferre.

122. Job. 31. Ait Job. 31. n. 34. *Si expavi ad multitudinem nimiam.* Quod nempe virtus ejus non elanguit, ac timuit, quamvis à copioſa multitudine argueretur. At verò è contra Adamus, cum audiſſet Domini vocem, ait: *Vocem tuam audivi in paradiſo, & timui, & abſcondi me.* Geneſ. 3. n. 10. Unde Job ſtat tam imperterritus ut ad clamantium voces non expaveſcat; A qua tanto timore percutitur, ut timeat, & fugiat; Job cum eſſet innocentiſſimus conſcientia ſecuritatis munimen miniſtrante, ad hoſtium voces imperterritus, ac inexpugnabilis eſt; at verò Adam delicto ſuo accuſante non ſolum ad Dei vocem fugit, ut non reſpondeat, ſed etiam ſe abdit, & abſcondit, conſcientia pura omnes timores contemnit, ſi vero ſit delicto coinquinata, omnes ad ſe convocat, & attrahit. Pro Jobo ſic ait D. Gregor. l. 21. c. 16. *Bene, ait, ut cujus conſtantia fuerit, cognoſcatur, quia videlicet nequaquam terret, exterius numerus hoſtium, quem non devaſtat exterius turba vitiorum.* Quæ elegantiſſimè ſunt dicta & non minori decore de Adamo ait D. Chryſ. hom. 17. in Geneſ. *Propterea, ait, protoplaſtus adventum Domini ſecum cogitans, ſtatim ſe occultavit: quare dico hoc? quoniam videbat ſibi trucem adſtare accuſatorem, conſcientiam dico.*

Geneſ. 3. — *Conſcientia pura inter hoſtium voces ſecura, ſecus culpata.* — D. Gregor. — D. Chryſ.

123. Inſcio Laban è domo ejus receſſit Jacob cum duabus filiabus ejuſdem, quod cum agnoviſſet Laban maximâ irâ furens proſecutus eſt Jacob; graviterque eum arguit, quod ipſo neſciente è domo ejus abiret, ducens ſecum duas filias ejus tanquam captivas, deinde ipſum arguit; quod, Deos ſuos furatus eſſet, tamen his auditis Jacob tacet, & tantum cum multa modeſtia ait ad id quod de furto arguebatur. *Scrutare quidquid tuorum apud me inveneris.* Cumque ille majorem ſubſtantiæ partem revolveret, & nihil reperiſſet. *Tumens Iacob cum jurgio ait: quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum ſic exarſiſti poſt me.* Gen. 31. num. 36. Tunc iraſcitur Jacob contra Laban, quod eum injurioſè tractaſſet, de furto arguens, & inſuper refert quot & quanta obſequia in domo ſua præſtitiſſet. Cur non primo furore indignatur Iacob contra Laban, cum tot ac tanta verba ignominiæ plena jactaſſet in eum Laban, ſed modo poſtquam ſcrutata eſt omnis ejus ſubſtantia, & nihil eſt inventum, tunc tumet Iacob, ac tot & tanta dicit? Quandiu enim timuit, quod in domo ſua eſſet aliquid defectus, vel aliquid furti, ſuſtinet, & tacet; at ubi agnovit quod domus ſua eſſet libera ab omni criminis, ac culpæ ſpecie, & quod nihil ei objici poterat tunc multa fiducia concepta, ac magna generoſitate inſurgit, loquitur, ac dicit D. Chryſ. hom. 57. in Geneſ. *Quoniam, ait, vidit ſe irreprehenſibilem in omnibus magna ſumpta fiducia, enumerat beneficia, quæ illi per omne tempus exhibuit.*

Geneſ. 31. — *Culpa vires animi frangit, conſcientia pura illas miniſtrat.* — D. Chryſ.

QUÆSTIO XIV.

Quare Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis orare mandat?

124. Origenes. RESPONDET primo Origenes ad hunc locum, *Vigilate & orate* Sic ait, *vos adduxi, ut collaboretis mecum in vigiliis, & orationibus,* In hac præſenti oratione, pro ſuis Apoſtolis ac diſcipulis, orabat Chriſtus, & eos ſecum adduxit. *Ut vos collaboretis mecum in vigiliis, ac orationibus.* Ut ipſi ſimul cum Chriſto orarent, ne in tentationem intrarent, nonne ſufficiebat Chriſti oratio, ad quid etiam eorum preces requiruntur? Ut divinum daret documentum quod præter Dei manum in negotio noſtræ ſalutis noſtra requiritur coöperatio, ut nos ſimul collaboremus. Vide quæ dixi tom. 4. cap. 18. num. 183. cap. 20. num. 22. 23.

Noſtra cooperatio neceſſaria ad ſalutem.

125. Tertull. Secundò, Tertull. lib. de oratione Domini. *Adeo, ait, tentati ſunt diſcipuli Dominum deſerendo, qui ſomno potius indulſerant, quam orationi.* Si in Apoſtolis oratio eſſet conjuncta cum vigiliis, poterant ipſi omnes tentationes vincere. Sed quia Apoſtoli ſomno indulgentes, vigiliam orationi abſtulerunt, ideo hoſtiles incurſus ſuſtinere non valuerunt, ſi enim cum vigilia adnecteretur oratio divinum auxilium implorans, glorioſè de hoſtibus triumpharent ipſi.

Oratio adjuncta cum vigilia efficaciſſima.

126. Actor. 16. Actor. 16. num. 25. *Media autem nocte Paulus, & Silas orantes laudabant Deum. Subitò verò terræ motus factus eſt magnus, itaut moverentur fundamenta carceris. Et ſtatim apertæ ſunt omnia oſtia, & uni verſorum vincula ſoluta ſunt.* Paulus docebat ſemper orandum eſſe ſine intermiſſione 1. Theſſal. 1. n. 2. & 5 c. 17. & aliis locis, ex quo facilè creditur quod tantus Magiſter frequenter erat in oratione. Cur ergo vinculorum ſolutio, & carceris apertio nocturnas preces, & non alias ſequitur? Cum illa oratio eſſet conjuncta cum vigilia validiſſima fuit, ut vincula dirumperet, & libertatem cum tutamine daret, nocturna oratio præſtantiſſimum remedium ut omnia mala depelleret. D. Ambroſ. in Pſal. 118. Octonario 8. ſic ait: *Non otioſè Paulus, & Silas truſi in carcerem, cum in nervo pedes haberent, media tamen nocte ſurgebant mentis veſtigio, exorabant Dominum, & laudis ſacrificium offerebant, ideoque ubi non deficit devotionis officium, adfuit etiam ſolutionis remedium. Subito enim media nocte terræ motus factus eſt grandis, valvæ apertæ, & omnia vincula ſoluta ſunt.*

1. Theſſ. 1. — *Oratio cum vigilia efficax remedium ad mala depellenda.*

127. Chryſol. Tertiò Eleganter. D. Chryſolog. ſerm. 43. *Audiamus, ait, vocem Domini monentem, orate ne intretis in tentationem, in tentationem vadit, qui ad orationem non vadit.* Qui ab oratione recedit, ad tentationem accedit, vacatio enim ab oratione, ad tentationem prolapſus eſt, orationis otium noſtro inimico arma adminiſtrat; unde citato loco ſic præmiſit relatus Chryſol. *Non eſt noſtrum, ait fratres, ſed inimici eſt iſta ſurreptio decipere parat, quos non patitur orationibus communiri. Quid de adverſis quæritur, qui ſibi proſpera non precatur?* Unde ait Divus Auguſtinus lib. 50. homiliar. homil. 4. *Verè novit, ait, rectè vivere, qui rectè novit orare.*

Oratio munimen adverſus tentationes. — D. Auguſt.

128. Dan. 6. Conſtituit Darius Rex decretum ſub pœna capitali, ut nullus ſuorum ſubditorum quidquam peteret à quocunque Deo, & homine, niſi ab ipſo tantum per ſpatium triginta dierum, quod cum agnoviſſet Daniel. 6. num. 10. *Feneſtris apertis in cœnaculo ſuo contra Jeruſalem tribus temporibus in die flectebat genua & adorabat, & confitebatur coram Deo ſicut & antea facere conſueverat.* Cur Propheta mortis ſententiam non timet, ſed tam manifeſtè orat, ut facere ſolebat? agnoſcebat Propheta, quod adverſarius noſter diabolus circuit quærens, quem devoret, adverſus quem validiſſima arma ſunt orationes, quibus tentationes adverſarij vincuntur? elegit ergo Propheta in mortem

Ceſſatio ab oratione janua ad tentationes.

tempo

temporalem potius incurrere, quàm in ſpiritualem, in quam ſine dubio incideret, ſi ab oratione ceſſaret; nam orationis ceſſatio aperta janua eſt ad tentationes, & conſequenter ad mortem animæ D. Chryſoſtom. homil. 5. de incomprehenſibili Dei natura. *Oportet*, ait, *quavis morte triſtius exiſtimare, ſi quis deprecatione privetur pulchrè nos docet David Propheta magnus, qui maluerit mori, quàm triduo duntaxat arceri ab orando. Nec enim hoc ab eo exigebat Rex Perſarum, ut impietatem admitteret; tantum illud obſervabat, ſi quis intra triduum quidquam petere deprehenderetur, ab ullo deorum, aut hominum præterquam ab ipſo: ſed propheta nec tantillum quidem temporis ſuſtinuit ab orando ceſſare, propterea quod niſi Deus propenſus ſit in nos, nihil omnino bonorum in animas noſtras venire poteſt.* D. Chryſ.

Matth. 26. *n.* 42. Iterum ſecundò abiit, & oravit dicens: Pater mi ſi non poteſt hic calix tranſire niſi bibam illum, fiat voluntas tua.

Num. 43. Et venit iterum, & invenit eos dormientes: erant enim oculi eorum gravati.

Num. 44. Et relictis illis iterum abiit, & oravit tertiò eundem ſermonem dicens.

VERSIONES.

Syriac. n. 42. Rurſus abiens ſecundo preces fudit, & ait Pater mi, ſi non poteſt iſte calix præterire.

Vatablus. Rurſus ſecundò digreſſus oravit dicens, Pater mi, ſi non poteſt hoc poculum tranſire.

Luc. Burg. n. 43. Et cum veniſſet iterum.

Vatabl. Pagn. Venítq; iterum & reperit eos.

Syriac. n. 44. Et reliquit eos, & abiit, rurſus oravit tertia vice.

ALTER TEXTUS.

Marc. 14. *n.* 39. Et iterum abiens oravit eundem ſermonem dicens.

Num. 40. Et reverſus, denuo invenit eos dormientes (erant enim oculi eorum gravati) & ignorabant, quid reſponderent ei.

EXPOSITIO V.

129. ITERUM *ſecundo abiit.* Tripliciter Chriſtus hic in horto oravit, de ſecunda oratione incipit Evangeliſta agere. *Iterum ſecundo abiit.* Secunda hac vice iterum abiit ad locum orationis, in quo prius oravit. Ut advertit Carthuſ. *& oravit* eundem ſermonem, ut in prima oratione, ut patet ex D. Marco, *abiens oravit eundem ſermonem.* Dicens: *Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire,* &c. D. Matth. primam partem prioris orationis. *Si poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte,* utpote inefficacem omiſit, ut notarunt Luc. Burg. Cornel. à Lapide; poſteriorem verò partem, in qua tota orationis Chriſti vis, & efficacia conſiſtebat, expreſſit Evangeliſta, eamque nobis imitandam proponit. Planè enim & abſolutè Chriſtus D. volebat, & orabat bibere paſſionis calicem ſibi à Patre deſtinatum, ac ordinatum, ſemper enim petebat, quod in omnibus Dei voluntas fieret. Carthuſ. Lucas Burg. Cornel.

Et venit iterum. Finita hac ſecunda oratione venit iterum ad diſcipulos ſuos ſuper quos, ut optimus Magiſter, & Pater maximè ſolicitus erat, quod ut indicaret toties ad eos revertitur toties que eos viſitat; *& invenit eos dormientes.* Homines in ſuis periculis torpent niſi à Chriſto excitentur. Rectè ponderat Drogo lib. de Paſſione, *Statim,* ait, *ut receſſeris, iterum ſomnus occupat nos, nec vigilare poſſumus, niſi quandiu nobiſcum es.* Præſente Jeſu fugatur ſomnus, & ipſi excitantur, abſente vero illo ſtatim ſomnus redit, & ipſi dormiunt, abſente enim Jeſu omnia conſueta naturæ habentis mala redeunt. *Erant enim oculi eorum gravati.* Nam cibus, nocturnúmque tempus, ac mœſtitia ſolum advocabatur. D. Chryſoſt. *Nox erat intempeſta, oculi etiam eorum mœrore gravabantur.* Hinc Chriſtus Dominus cum eos hic ſecundo dormientes invenit, non redarguit, ut fecit prima vice. Ob magnam eorum infirmitatem, ut ait D. Chryſ. *Non tamen redarguit, ſed paullulum receſſit, magnam eorum eſſe infirmitatem ſignificans, qui nec increpati quidem vigilare potuerunt.* Quod confirmatur ex his quæ Divus Marcus addit. *Ignorabant quid reſponderent ei.* 130. Drogo. *Chriſto abſente omnia natura mala redeunt.* D. Chryſ. *Infirmitas humana excuſat ab increpatione.*

Et relictis illis: à ſomno excitatis nihil aut parum dixit illis, iterum abiit ad orationis locum, ſolus, pro ſuis oraturus, quos carnis infirmitas deprimebat; ſic tam ſolicitè Chriſtus noſtræ ſalutis negotium agit etiam nobis profundè, ac altè dormientibus. *Et oravit tertiò,* tertiámque fecit orationem, *eundem ſermonem.* Idem petit ac oravit, hac tertia vice ut etiam petierat in prima oratione. 131.

QUÆSTIO XV.

Quære Chriſtus tertiò orat ad Patrem?

EX multiplici capite oriri poteſt difficultas quæſtionis, Chriſtus D. in prima & ſecunda oratione jam certificatus erat de voluntate patris, ad quid iterum facit orationem; deinde ſi tantum ad tempus decrevit orare, ad quid interrumpit ipſam orationem? Aut cur potius hunc ternarium numerum, quam alium, magis probare voluit? Ad quæſtionem. 132. *Difficultas quæſtionis.*

Primo reſpondet D. Remig. *Ter orat Chriſtus pro Apoſtolis maximè pro Petro, qui ter eum erat negaturus.* Subditorum lapſui ſuperioris ſolicitudo, ac providentia reſpondere debet. Secundo Rabanus. *Ideo,* ait, *tribus vicibus Dominus oravit, ut nos à peccatis præteritis veniam, & præſentibus malis tutelam & futuris periculis cautelam oremus: & ut omnem orationem ad Patrem & Filium, & ad Spiritum ſanctum dirigamus: & ut integer Spiritus noſter, & anima, & corpus ſervetur.* Trina ſua oratione docet nos Dominus trinam facere orationem pro malis præſentibus præteritis, & futuris. 133. D. Remig. *Subditorum lapſus, ſuperioris ſolicitudo.* Rabanus.

Tertio. D. Auguſt. in quæſtionibus Evangel. t. 4. *Non abſurdè,* ait, *intelligitur propter trinam tentationem paſſionis; ter Dominum oraſſe. Sicut enim tentatio cupiditatis trina eſt, ita & tentatio timoris trina eſt. Cupiditati, quæ in curioſitate eſt opponitur* 134. D. Auguſt.

opponitur timor mortis, ſicut enim in illa cognoſcendarum rerum eſt aviditas, ita & in iſta metus amittenda talis notitiæ. Cupiditati vero honoris vel laudis opponitur timor ignominiæ, & contumeliarum. Cupiditati verò voluptatis opponitur timor doloris. Ter Dominus oravit, quia triplex eſt tentatio cupiditatis, curioſitatis, honoris, voluptatis; item etiam triplex eſt tentatio oppoſita timori, mortis ſcilicet ignominiæ, ac doloris; ad has ergo trinas tentationes vincendas ſuo exemplo docet nos Dominus, trinam facere orationem.

135. D. Paſchaſ. Quartò. D.Paſchaſius lib.12. in Matth. *Qui autem, ait, continuare preces ſuas poterat, aut ſemel impetrare, tertio orat.* Et poſtquam aſſignat aliquas rationes, quæ ſuperiùs ſunt aſſignatæ, ſubdit, *Quin imo ter rogat in oratione Dominum, quia tribus diebus futurus erat in corde terræ.* Ut nobis daretur documentum, quod nullus dies prætereundus ſit abſque oratione, & precibus ad Deum. Tertull. lib. de oratione cap. 10. *Temerarium eſt diem ſine oratione tranſigere.*

Semper orandum. Tertul.

136. Origenes. Quintò, & jam genuinè ad ſenſum litteralem, Origenes tract.35.in Matth. *Vadens Dominus, ait, iterum oravit, docens, ut non deficiamus, ſed permaneamus in oratione, donec impetremus ea, quæ poſtulare jam cœpimus.* Quod etiam habent Divus Paſchaſius, Beda, & alij communiter, docet nos Dominus ſuo exemplo, tempore afflictionis, ac præſſuræ ſuæ inſtanter orare. Ut ipſe docuit Luc. 18. n. 1. *Oportet ſemper orare, & non deficere.* Quod enim ter fit frequenter fieri videtur. 2. Corinth. 12. *Propter quod ter Dominum rogavi,* Prima & ſecunda oratione non obtinuit Ieſus, ut triſtitia illa vehemens, quæ eum invaſerat, foris expelleretur, de qua dixerat ſuis diſcipulis, *Triſtis eſt anima mea.* Tertia demum oratione id eſt aſſecutus, & cœlitus confortatus ab Angelo, de quo Luc. 22. Ut ita forti animo ad pericula adiret ſuos corroborans. *Surgite eamus.* Bene poterat Ieſus propria virtute ſua triſtitiam abjicere à ſe, utpote Dominus ſuarum paſſionum. Ut divinus Magiſter voluit tamen, ut nos ſuo exemplo doceret, ac ad orandum frequenter alliceret hunc fructum ex oratione percipere.

Paſchaſ. Beda. Luc. 18. 2. Cor. 18. Luc. 22. *Multus fructus ex oratione.*

137. D. Chriſ. Sextò, & valdè genuinè D. Chryſoſt homil. 84. in Matth. *Tertio, ait, idem oravit, confirmans hominem verè factum fuiſſe: quod enim ſecundo, & tertio fit in ſcripturis, maxime veritatem oſtendit: veluti & Ioſeph ad Pharaonem dicebat: ſecundum id tibi apparuit ſomnium veritatis gratia: ita enim factum eſt, ut ita credas omnino futurum; hac de cauſa etiam ipſe non ſemel, ſed bis, & ter idem orando protulit, ut diſpenſatio firmiter crederetur.* Ita Euthym. Theophyl. & alij. Vt magis certificaretur veritas divinæ, & humanæ diſpenſationis in Chriſto, & quod ipſe verus Deus homo factus, libens, ac voluntariè Patri obediens ſeſe offerebat morti, ſemel & iterum Ieſus hic orat ad Patrem; *non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis.* Solet enim per repetitionem actus in ſcripturis rei certificatio monſtrari.

Euthym. Theoph. *Fit repetitio ad majorem certificationem.*

138. Geneſ. 41. Quod confirmatur ex Gen. 41. num. 32. *Quod autem vidiſti ſecundo ad eandem rem pertinens ſomnium; firmitatis indicium eſt, eo quod fiat ſermo Dei, & velocius impleatur.* Viderat quidem Pharao futuram Ægypti abundantiam, & penuriam in bobus pinguibus, & macris; ſed & ſecundo vidit eandem in ſpicis plenis & vacuis. Et cur neceſſe fuit eadem ſecundò exprimi, pulchrè ait, *quod vidiſti ſecundò firmitatis indicium eſt.* Sic & per repetitionem actus etiam in rebus divinis major procuratur certificatio. David ſemel monitus fuerat divino oraculo de juvandis Ceillanis; & nihilominus iterum de eadem re conſuluit Dominum *Rurſus ergo David conſuluit Dominum* 1. Reg. 23. & rectè ut omnes expoſitores fatentur, in hoc negotio ſe habuit David, atque ſi ipſe certificatus eſſet à Domino, ad quid iterum de eadem re conſuluit Deum? ut magis certificarentur ipſe, & ſocij ejus in divino beneplacito. 1. Reg. 23.

Luc. 22. n. 43. Apparuit autem illi Angelus de cœlo confortans eum. Et factus in agonia prolixius orabat.

Num. 44. Et factus eſt ſudor ejus ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.

Alter Textus.

Syriac. n. 43. Et viſus eſt ei Angelus de cœlo confirmans eum, quumque eſſet in angore intentiùs orabat.

Vatablus. Viſus eſt autem illi Angelus de cœlo corroborans eum, & correptus angore prolixius orabat.

Arabicus. Apparuit ei Angelus de cœlo ut confortaret eum.

Pagninus. Et conſpectus eſt ab eo Angelus de cœlo confortans eum; & factus in horrore.

D. Epiphan. Angelus de cœlo confirmans ipſum, & in anxietate conſtitutus.

Euthym. Protendebat orationem.

Luc. Burg. ex Græco. Extenſiùs orabat.

Syriacus n. 44. Et erat ſudor ejus quaſi grumi ſanguinis, cadebátque in terram.

Arabicus. Et factus eſt ſudor ejus, velut ſanguis diſtillans deſcendens in terram.

Perſicus. Et factus eſt ſudor ejus, ſicut ſudor ſanguinis defluens in terram.

D. Irenæus. Sicut globi ſanguinis currentes in terram.

D. Epiphan. Et factus eſt ſudor ejus in modum guttarum ſanguinis.

Arias, Caietan. Sicut guttæ ſanguinis decurrentes in terram.

Expoſitio VI.

APPARVIT *autem* D.Luc. unius tantum orationis in Horto mentionem facit, in qua ſcribit Angelum Chriſto apparuiſſe, viſibiliter nempe in corpore aſſumpto, ita ut ſua ſpecie, ac voce oculos, auréſque Chriſti confortaret; apparuit autem in tertia oratione, ut latiùs dicam q. ſequenti. Vnde notandum eſt, quod de Chriſti oratione, in horto, triſtitia, & agonia ſcripſe 139.

ſcripſerunt D. Matthæus, & Marcus, & etiam D. Lucas cum ſudore ſanguineo. Solus D. Ioannes nihil de hac triſtitia, ac agonia narrat, ut notavit D. Chryſoſt. hom. 62. in Ioan. *Nihil ait; ut reliqui Evangeliſtæ in paſſione, quod in agonia eſſet narravit.* Omiſit ergo Ioannes hæc, vel quia jam videbat narrata ab aliis, vel quia in Horto tam acerba fuit Chriſti agonia, tam vehemens Chriſti triſtitia, ac anxietas, quod licet Ioannes flagellationis, coronæ ſpineæ, ac crucis myſteria ſcriberet, tamen cum ferventiſſimo amore erga Chriſtum ipſe afficeretur, tam ingens amor tam vehementem ſui dilectiſſimi Domini agoniam referre, ac narrare non ſinebat, ſed veluti ſcribendi vena præ dolore ſuſpendebatur.

D. Chryſ. *Tam ingens fuit Chriſti agonia, ut Joannes præ amore non ſcribat.*

140. Carthuſ. *Angelus de cœlo*, hoc eſt miſſus è cœlo, ut ait Carthuſianus, mittitur autem Angelus, ut eum conſolaretur, non quia Chriſtus hac conſolatione indigeret, ſed quia nos indigebamus hoc exemplo, doceremúrque ex orationis affectu magnum fructum conſequi. *Apparuit autem ei*, ait Titius Boſtrenſis, *Non citra illuſtrem laudem, pronamque adorationem* erga Chriſtum. *Confortans eum.* Syriacus *Confirmans eum.* Vatablus. *Corroborans eum*: adferens nempe reſponſa ab orato Patre; proponenſque ei Patris voluntatem, & gloriam magnúmque fructum, tum Chriſto, tum hominibus, ac Angelis ex paſſione ſua proventurum: de qua latius quæſt. 17. *Et factus eſt.* Illa particula *&*, Hebræo idiomate eſt cauſalis & idem valet ac *quia*, ac ſi dicatur ideò Angelus apparuit confortans, quia Chriſtus in agonia factus erat prolixius orans; ut obſervant Lucas Burgen. Cornelius, & alij. *Et factus in agonia*; id eſt angore, anguſtia anxietate animi: nam Agonia Græcè ſignificat illum horrorem, ac angorem, quo ſolent homines corripi, ac teneri urgente gravi diſcrimine, ac proinde, id quod D. Matthæus, & Marcus expreſſerunt pluribus verbis contriſtari, peccare, mœrere, ſeu tœdere uno verbo agoniæ explicavit D. Lucas *Prolixius orabat.* Syriacus *intenſius*, hæc fuit tertia, & ultima Chriſti oratio, in qua intenſius, ſeu ardentius, & forte etiam diutius oravit; unde alij legunt extenſius orabat, tam pro morte imminenti, quàm pro omnium ſalute; ex quo diſcamus, quo magis angimur, eo magis nobis inſiſtendum eſſe orationi.

Boſtrenſis. Syriac. Vatabl. Hebræus. Lucas Burg. Cornel. Syriac.

141. *Et factus eſt*: præ vehementia agoniæ, anxietatis: & orationis ardore, ac inſtantia; *Sudor ejus* è toto corpore, capite, manibus, ac pedibus emanans; *Sicut guttæ ſanguinis.* Syriacus *ſicut grumi.* Grumi ſunt guttæ ampliores, ſeu craſſiores. D. Irenæus lib. 3. cap. 23. *Globi ſanguinis*, ut totius orbis globum redimeret, hujuſmodi guttæ erant ex vero ac proprio ſanguine, aliquid tamen ſecum deferebant mixtum ſudoris, ac humoris aquarij ſaltem in principio orationis, ut dicam infra. *Decurrentis in terram.* Alij legunt. Decurrentes, ita ut ad *guttæ* referatur non ad *ſanguinis*, quamquam idem ſit ſenſus, *in terram* ut terra quæ ob peccatum primi hominis maledicta eſt in opere tuo, ut ei dictum eſt; & in ſudore vultus tui veſceris pane. Geneſ. 3. n. 19. Chriſti ſudore ſpargeretur, ac cæleſtibus benedictionibus, ac donis repleretur,

Syriac. D. Irenæus. Geneſ. 3.

Quæstio XVI.

Quiſnam eſſet ipſe Angelus, & quando, & quomodo apparuit.

ANGELUS apparuit in humana ſpecie fulgida, ac nitente, multa reverentia, ac laude, erga Chriſti perſonam, ut jam dixi in expoſitione ex Tito Boſtrenſ. Et cum triplex fuiſſet Chriſti oratio in horto, dubitatur in quanam oratione Angelus apparuit, nam D. Lucas, qui hanc Angeli apparitionem ſcribit, unius tantum meminit orationis, tres vero orationes, ut rectè notat. D. Auguſtin. lib. 3. de conſenſ. Evangeliſtar. cap. 4. non negat. Ianſenius exiſtimat Angelum hunc in tribus Chriſti orationibus apparuiſſe, indeque ter eum confortaſſe, ut fieret evidens, quod Deus ſemper exaudit orantes, eiſque gratiam aliquam, ac robur impertitur. Tamen Barradas, Lucas Burg. Cornelius, & alij probabilius tenent Angelum in tertia, ac ultima oratione Chriſti apparuiſſe, eumque confortaſſe; nam D. Lucas refert, quod Chriſtus in agonia factus, prolixius, ac intentius orans ſudavit ſanguinem, ut doceret eſſe perſeverandum in oratione, ac perſeverantiæ fructum eſſe Dei conſolationem, ac viſionem Angeli, qua facta Chriſti agonia præteriit nec amplius ipſe oravit, ſed fortiter ad mortem ſubeundam acceſſit. 142.

Boſtrenſ. D. Aug. Janſen. Barrad. Lucas Burg. *Angelus apparuit in tertia oratione.*

Quinam fuerit iſte Angelus dubitatur. Vaſquez 1. p. tom. 2. diſp. 244. num 3. exiſtimat fuiſſe Angelum Gabrielem, nam Gabriel habet nomen à fortitudine, id eſt Dei fortitudo In hacque ſententia eſt etiam Ludovicus de Ponte, meditatione de agone Chriſti in horto, quia Gabriel, ait, fuit legatus, & internuntius Chriſti Incarnationis. Luc. 1. n. 26. ac hebdomadum Daniel. 9. n. 22. quæ deſignabant tempus nativitatis Chriſti. 143.

Quiſnam Angelus. Vaſquez. Ponte. Luc. 1. Daniel. 9.

Tamen communiter alij, ut Carthuſian. Menoch. Tirinus, & alij exiſtimant Angelum Michaëlem fuiſſe. Hic enim eſt ſummus Angelus, ſummo ergo principi, Dei nempe filio hoc miniſterium debuit exhibere. In deſerto acceſſerunt Angeli, & miniſtrabant Chriſto, hic vero adfuit unus Angelus confortans, nam hic Michaël erat, & in ejus laudem dicam, quia ipſe unus eſt inſtar multorum. 144.

Carthuſ. Menoch. Tirin. *Michael inſtar multorum Angelorum.*

Dicebat Angelus Danieli oranti cap. 10. num. 21. *Annunciabo tibi, quod expreſſum eſt in ſcriptura veritatis & nemo eſt adjutor meus in omnibus his, niſi Michaël princeps veſter.* Ex quo magnam quæſtionem excitat Carthuſianus, quod in negotio Danielis, quod multos, & magnos adverſarios patiebatur, nullus alius adjutor intereſſe dicatur, niſi Michaël tantum; at cum puer Eliſæi contrariorum multitudine terreretur 4. Reg. 6. num. 17. *Aperuit Dominus oculos pueri, & vidit: & ecce mons plenus equorum, curruum igneorum*, ſub quorum figura erant Angeli. Valde mirum eſt, quod Danieli in negotio tanti ponderis, ſalute nempe totius populi, unus ſolus Michael dicatur adeſſe, cum Eliſæi puero in re ſuæ tantum ſalutis tot Angelorum phalanges adſtent. Danieli unus tantum Michael datur, & puero tot myriades Angelorum exhibentur; & ſi Danieli in tam magna cauſa nullus eſſet Angelus aſſignatus; Michaël erat, qui & ſi unus, inſtar multorum Angelorum eſt. 145.

Daniel. 10. Carthuſ. 4. Reg. 6. *Unus Michael pro multis Angelis.*

QUÆSTIO XVII.

Quare Æternus Pater ad Chriſtum confortandum non uſus eſt miniſterio alicujus hominis, ſed Angeli?

146. *Difficultas quæſtionis.* SIcut in monte Thabor, ut de Chriſti morte agerent, apparuerunt Moyſes & Elias loquentes cum eo Matth. 17. ſic hic ad Chriſti confortationem poterant mitti Elias, vel Moyſes vel aliquis alius Propheta, ſeu homo; Cur ergo Angelus tantum mittitur.

147. *Miniſter fidelis non eſt rejiciendus à ſuo miniſterio.* Reſpondeo primò. Angelus hic apparuit deferens reſponſa ab Æterno Parente; & ideo dicitur Angelus de cœlo, hoc eſt miſſus è cœlo; & quia Deus frequenter per Angelos locutus eſt Patribus antiquis, Abrahæ, Iacobo, Iſaac, Moyſi & aliis, & Angeli qui in aliis delegationibus fuerunt miniſtri, ab hac tam excellenti, & honorifica non debuerunt defraudari, ſed illa nobilitari ac condecorari; præcipuè cum de eorum debita fidelitate, ac miniſterio tam largum daretur experimentum.

148. Rupert. Secundò. Rupertus in cap.4. Apocalypſ. ſic ait. *Angelus apparuit ei, confortans eum quaſi major minorem, id eſt impaſſibilis patientem, non mortalis morientem.* Ad Chriſtum confortandum veniat Angelus, qui ſecundùm naturam major Chriſto eſt. Ille qui impaſſibilis eſt corroboret patientem, qui immortalis morientem, non enim ad hoc negotium præſtandum aptus eſt, qui eidem pavoris paſſioni ſubjectus eſt, & qui eodem mortis timore correptus fuit. Elias timens à facie Jezabel abiit in deſertum 3. Reg. cap.19.n.3. Moyſeſque timens à facie Pharaonis fugit in terram Madian. Exod.2. n.14. Ineptus eſt enim, ut illos corroboret, ac animet, qui aliquando cecidit, ac defecit, ut enim aliquis in ſuis verbis habeat vim, ac efficaciam ad alios confortandos, eorúmque magnalia valeat cum affectu prædicare, debet eſſe valde alienus à Paſſionibus, quibus alij tenentur. *Quaſi major minorem, id eſt impaſſibilis patientem immortalis mortalem.*

3. Reg. 19. Exod. 2. *Qui aliquando defecit, ineptus ut alios corroboret, ac prædicet.*

149. *Si capita contremiſcunt minime inferiores ſubſiſtent.* Tertiò. Ad hanc confortationem Chriſto præſtandam indigni erant homines, ac minus idonei, cum Apoſtoli Eccleſiæ fundamenta, ac totius orbis columnæ quaterentur, & ſi capita commoventur, quis erit inferior, qui valeat ſubſiſtere, ac ſtare? Quarto in hac confortatione agebatur de humanæ naturæ remedio; homo enim ad hominum ſalutem valde difficilis, convenientior ergo fuit Nuntius Angelicus. Ut dixi tom.1.lib.1.cap.5.q.5. num. 5.

150. Beda. Quintò. Beda. *Alibi legimus*, ait, *quia Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei. In documento ergo utriuſque naturæ, & ei Angeli miniſtraſſe, & eum Angelus confortaſſe deſcribitur.* In deſerto devicto Satana ſervitutis obſequio Angeli miniſtrant ei. Matth.4. num.11. *Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei.* Hic verò *apparet Angelus de cœlo confortans eum.* Ac ſi in extrema apparentia Angelico egeret ſubſidio, qui Angelorum fortitudo eſt; Deus & homo eſt, cui, ſic variegantur officia, componens ipſe celſitudinem ſuæ divinitatis, cum humilitate naturæ humanæ, nec ſemper oſtendebatur ſublimitas Divinitatis, nec ſemper minoritas naturæ humanæ, ut Deo miniſtrant Angeli; & ut homini exhibet Angelus confortationem. *In documentum utriuſque naturæ, & ei Angeli miniſtraſſe, & eum Angelus confortaſſe deſcribitur.*

Matth. 4. *Componenda eſt majoritas cum minoritate.*

151. Hebr. 2. *Connectenda eſt celſitudo cum humilitate.* De Chriſto D. ait Paulus Hebræor. 2. num. 9. *Eum autem, qui modico, quam Angeli, minoratus eſt, vidimus Ieſum propter paſſionem mortis gloria, & honore coronatum*; Ita ut de eo Apoſtolo teſte cap. 1. num.6. Pater dicat. *Adorent eum omnes Angeli Dei.* Angelus à Deo infinitè minoratus eſt per immenſum à Creatore diſſidet creatura. Et tamen Angelorum opifex, modico ab Angelis minoratur, & qui ſuper Cherubim ſedet, ſubtus ſe projicere non recuſat, quoniam homo paulominus ab Angelis minoratus erat natura, conditione, ac ſtatu; & quomodo filius Dei, qui in immenſum excedit Angelos, ab Angelis aſſumpta humana natura minoratus eſt? Sua infinita ſapientia novit ſupremam Divinitatis celſitudinem cum infima humanæ naturæ humilitate componere, ut à ſuo creatore diſcat Angelus minoritatem cum majoritate conjungere, & aptare. Favet D.Chryſoſtom. homil. 4. in Epiſtol. ad Hebr. *Nam ſi is*, ait, *qui adoratur ab Angelis, ſuſtinuit quiddam minus haberi, quam Angeli propter te: multo magis tu qui es minor Angelis, debes omnia ferre propter ipſum.* D.Chryſ.

152. Matth. 11. De Joannes Baptiſta ait Chriſtus D. Matth.11. num. 11. *Non ſurrexit inter natos mulierum major Ioanne Baptiſta, qui autem minor eſt in regno Cœlorum major eſt illo*, Dubitatur tamen quid per regnum cœlorum intelligitur, invaluit tamen quid ſententia, quod ſit Eccleſia militans, ſic Rupertus lib. 9. in Matth. *Quærendus eſt ille minor in regno cœlorum, quis ſit, & cito invenietur, quia ipſe eſt qui loquitur Chriſtus filius Dei, minor vel minimus omnium noſtrum, minor cunctis parvulis, miniſtrans ut minimus, regnans ut maximus*, Regnum cœlorum præſens Eccleſia dicitur; *Qui autem minor eſt in regno Cœlorum, major eſt illo*, de ſe loquitur Chriſtus D. qui hominum opinione, ac æſtimatione minor Ioanne habebatur, ut ex multis Patribus dixi tom.3.cap.13.quæſt.27.num.164. Cùm tamen major eſſet illo, *regnans ut maximus.* Et quomodo Chriſtus tam brevi periodo ſe minorem profitetur, ſic erat majoritatis excellentia in Chriſto, ut à minoritatis nexu non amputaretur. Sic pergit Rupertus. *Nam quis major eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio veſtrûm ſum, ſicut qui miniſtrat. Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, ea videlicet diſpoſitione, ut ibi tanto quiſque ſit major, quanto apud ſe eſt minor, id eſt humilior.* Ut ſervus miniſtrat, ut dominus diſponit regnum compendioſè explicans vinculum miniſterij cum regno, principatus cum obſequio, excellentiæ cum dejectione, *minor cunctis parvulis miniſtrans ut minimus, regnãs ut maximus.* Hinc cum Chriſtus D.laudum Ioannis præconia prædicaret, ait: *Inter natos mulierum non ſurrexit major Ioanne Baptiſta.* Ad quod inopinata adjectione adnectitur. *Qui autem minor eſt in regno cœlorum major eſt illo*, Cur ſic exaltat, ut majorem, & minorem dicat? ut videatur quod Ioannes ad regnum Dei pertineat, cui cum majoritate minoritas adjungitur.

Rupert. *Sublimitas cum minoritatis nexu copulanda.*

Quæstio XVIII.

Quomodo Angelus Chriſtum Dominum confortavit?

153. *Prima ſententia.* Prima interpretatio in hac re eſt, quod confortare hoc loco, idem ſit ac prædicare, & laudare fortitudinem; Chriſtus dicebat *Pater ſi vis transfer calicem iſtum à me, veruntamen non mea voluntas, ſed tua fiat.* Ubi Chriſtus oſtendit timorem, ut homo, & fortitudinem ad amplectendam paſſionem, ſi Pater vellet; Tunc Angelus apparuit confortans eum, id eſt laudans ejus fortitudinem, & ideo dicebat Angelus, ut ait D. Epiphan. Hæreſ. 59. (D. Epiph.) *Admiratione ductus Angelus dicebat ad ipſum glorificans, & benedicens proprium Dominum in ſtadio conſiſtentem. Tua eſt adoratio, tuum eſt dominium, tua eſt potentia, tua eſt fortitudo.* Et contendunt Auctores hujus ſententiæ, quod multoties in Scriptura confortare ſumitur pro laudare. Pſalm. 78. num. 1. (Pſalm. 78. Pſalm. 8.) *Afferte Domino gloriam & honorem.* In Hebræo eſt. *Afferte gloriam, & fortitudinem.* Pſalm. 8. num. 3. *Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem*, In Hebræo eſt, *Perfeciſti fortitudinem.* Hanc expoſitionem tenent D. Chryſ. D. Epiphan. Thophylact. Titus Boſt. quos citat, & ſequitur Vaſquez tom. 1. ad 3. p. diſp. 26. cap. 2. (D. Chryſ. Theophyl. Titus. Vaſquez.)

154. *Secunda ſententia.* Secunda & communis interpretatio juxta mentem Sanctorum Patrum eſt, quod Angelus abſque aliqua inſtructione (nam Chriſtus optimè omnia noverat) confortavit, ſeu conſolationem Chriſto D. præſtitit, quantum in ſe fuit ſua præſentia, obſequio, ac propoſitis aliquibus rationibus, quæ de ſe triſtitiam lenire poterant. Primo per ſuam præſentiam, ac compaſſionem alterius ſolatium eſt etiam non eſſe undique ſolum; Chriſtus enim in medio noctis ſilentio, diſcipulos ſaltem volebat ſibi adeſſe ſocios, ipſi verò dormierunt, adfuit Angelus pro diſcipulis, pulcherrimo, ac ſplendidiſſimo aſpectu, quo magnopere potuit Chriſti ſenſus recreari, qui undique objectis terribilibus angebatur? conſolationem etiam præſtitit Angelus ſuo obſequio forte ſudoris ſanguinei abſterſione.

155. Deinde etiam Angelus verbis ſuis potuit exhibere ſolatium laudando, ac prædicando Chriſti fortitudinem in morte, obedientiam erga Patrem, charitatemque erga genus humanum; lætificat enim laus noſtra in ore alieno; & hoc ipſum erat ſolatium, quod non ſolum afferebat motiva ad ſuſtinendum dolorem, ſed etiam proponebat gaudij objecta, gaudium enim de uno objecto mitigat dolorem de aliis: hæc autem objecta proponebantur Chriſto ab Angelo non tanquam inſtruente, ſed tanquam laudante, gratias agente præſentiamque ſuam exhibente, ut Chriſtus videns Angeli præſentiam, laudes, & gratitudinem, de iis omnibus lætaretur. Tandem Chriſtus D. voluit ut miniſterio Angelico talis conſolatio ei proponeretur, ut veritas paſſionis, ac triſtitiæ conſtaret, ſicut voluit orare, ut calix tranſiret cum ſciret ſe à Patre non eſſe audiendum, tamen voluit orare, ut veritas paſſionis, ac triſtitiæ conſtaret. Beda. *Creator creaturæ ſuæ non eguit præſidio, ſed homo factus, ſicut propter nos triſtis factus eſt, ita propter nos confortatur.* Hanc ſecundam expoſitionem docent Gloſſa interlinealis, D. Thom. 3. p. q. 12. art. 4. Ibidem Cajetanus, Noſter Cornejo, Suar. quia deducunt Hier. Hilar. Cyrill. Bern. tandem optimè rem explicat Cardinalis Lugo tom. de Incarnat. diſp. 21. Sect. 2. n. 24. (Beda. Gloſſa. D. Thom. Cajetanus. Cornejo. Suarez. Beda. Hieron. Lugo.)

Corroboratur magis hæc reſolutio ex Theophylacto apud D. Thomam. *Quidam dicunt*, ait, *quoniam apparuit ei Angelus glorificans eum, & dicens, Domine tua eſt virtus, tu namque potes contra mortem, infirmum genus humanum liberare.* Hæc quæ angelus dicebat optimè Chriſtus ſciebat, nec enim ab aliquo edoceri ipſe potuit, quo ergo pacto credendus eſt Angelus Chriſtum confortare, quando nihil illi poterat dicere, quod ipſe non ſciret? Confortabat ergo Angelus voce externa, quâ licet nota proponeret, tamen in parte ſenſitiva excitabat ſpecies, quibus ſacra illa natura alacrior reddebatur, quamvis enim ipſe ex ſua virtute ſe roborare poſſet, robur tamen illud à voce Angeli accipere voluit ut nobis manifeſtum fiat, quod ad hoc ut homines ſapientiſſimi ad magnum facinus præſtandum confortentur, non neceſſe eſt quod ignota audiant, ſufficit quod trita audiant, nova enim illa auditio ſpecies excitat, quibus quis alacrior & confirmatior redditur. 156. Theoph. *Sapiens audiens trita ad facinus excitatur.*

Poſt diſpoſitas univerſas tribus ad bellum peculiariter ad duas, ac unius dimidiam ſermonem ſuum dirigit Joſue cap. 1. num. 12. *Rubenitis quoque & Gaditis, & dimidiæ tribui Manaſſe ait mementote ſermonis, quem præcipit vobis Moyſes famulus Domini.* Sum in ſententia Abulenſ. Suarij, Cornelij, ac aliorum aſſentientium, prædictas Tribus memores eſſe pacti cum Moyſe inita, conſtantéſque eſſe ad præſtandam illius impletionem, ad quid ergo admonentur à Joſue, ut illius pacti recordentur? fruſtraneum enim videbitur alicui, ut ea repetantur, quæ memoria tenentur, & ſi tales tribus promptæ, ac alacriter eſſent ad bellum, fortiores ac alacriores fiebant ex verbis iteratis, ac dictis, magnam enim utilitatem ex communi oratione audita viri magni, ac ſapientiſſimi percipiunt. Huc advoca id quod eleganter dixit Abulenſis ad prædictam 1. cap. Joſue. quæſt. 29. dum arguit eos, qui cum ſe habere dicant ſcientiam ſcripturarum, prædicatores audire nolunt. *Non eſt*, ait, *ſola utilitas prædicantis, ut doceat, ut neſcientes erudiantur, ſed & adhuc potiſſima eſt ut neſcientes ſecundum habitum tepidum, audito verbo Dei ad fervorem quendam reddant, & meditatio ex novo auditu eos firmiores ad reſiſtendum vitiis efficiat, qui forte ſecundum habitum cognoſcentes tentationi ſeccubituri erant.* 157. Ioſue 1. Abulenſ. Suarez. Cornelius. *Trita cum audiuntur, excitant animos.* Abulenſis.

De tenebrarum caligine mandat Deus erumpere lucem dicens *fiat lux.* Geneſ. 1. num. 3. de inſpecta tanta ſplendoris pulchritudine teſtatur. *Vidit Deus lucem quod eſſet bona.* Deus optimè ſciebat lucem eſſe bonam, ad quid dicitur, quod vidit eam eſſe bonam, ut tantis encomiis lux celebrata incitamentum eſſet ad nova opera peragenda, ac ſi ipſis eloquiis modulatis invitaretur Deus ad potiora opera edenda. Ennodius in Panegerico. *Fabricator mundi*, ait, *ad potiora munera modulatis invitatur eloquiis.* Deus bene ſciebat lucis elegantiam, ac bonitatem, tamen ipſis verbis dictis quod eſſet bona, ad nova munera invitatur. 158. Geneſ. 1. *Ex lucis bonitate invitatur Deus.* Ennodius.

Quæstio

Quæstio XIX.

Circa ſudorem ſanguineum Chriſti Domini in Horto variæ quæſtiones reſolvuntur.

159. *Quæſtio 1.* Certum fidei dogma eſt Chriſtum ſanguinem in Horto ſudaſſe, eique Angelum confortantem apparuiſſe, ut habet Textus D. Lucæ juxta veros Codices Græcos, Syriacos, Latinos, Arabicos. Vaſquez 3. p. quæſt. 12. diſp. 56. exiſtimat Angelum confortaſſe Chriſtum ante ſudorem: poſt colloquium verò Angeli, & confortationem creviſſe dolorem, ſanguinémque ſudaſſe. Nam D. Lucas prius narrat Angelum apparuiſſe; & poſtea ſubdit. *Et factum in agonia prolixius, factus eſt ſudor ejus.* Tamen verius eſt poſt ſudorem, imo in ipſo ſudore, quod Angelus de cœlo apparuit. Textus habet. *Et factus in agonia prolixius.* Illa particula *Et*, hebræo more eſt cauſalis & idem valet ac *quia*; ac ſi dicat: Ideò confortavit eum Angelus quia Chriſtus in agonia factus, oranſque prolixius ſudabat ſanguinem, ut obſervant Lucas Burgenſ. Cornelius & alij. Tunc enim in tanta agonia, ac ſudore conveniens erat ei confortatio Angelica, ut dixi in expoſitione.

Vaſquez. — *Angelus apparuit poſt ſudorem ſanguineum.* — *Luc. Burg. Cornel.*

160. *Quæſtio 2.* Quæro ſecundò. An in tribus orationibus Chriſtus D. ſanguinem effuderit, in ipſiſque tribus orationibus Angelus confortans ei apparuerit? Affirmant Janſenius, Antonius Eſcobar, de Sanctis lib. 8. ſect. 3. §. 1. quod non diſplicet Barradæ: Chriſtus igitur tam in prima, quàm in ſecunda, & tertia oratione ſanguineum ſudorem effudit præ ſummo animi angore, abſterſo autem ter ſudore ab Angelo aſſiſtente, rediit ad diſcipulos. Tam vehemens Ieſu patiendi pro hominibus erat affectus, ut cùm primum ſe confortatum, ac conſolatum videt, hujuſmodi conſolatio aggravat angorem, in ſanguineumque ſudorem prodire facit; ab omnibus creaturis Chriſtus aliquid paſſus eſt, ab Apoſtolo proditur, ab amicis deſeritur, ab inimicis cruci affigitur, Matriſque graviſſimus dolor, dolores auxit Chriſti, & etiam à Patre Deo quodammodo derelinquitur, quod ipſe gravi querimonia non tacuit. Tantum à cœlo, & Angelis nihil patitur. Dicet aliquis? Patitur quidem conſolationem, quæ eum maximè agonizare fecit, ut ne aliquis quidem ſit, à quo non patiatur aliquid patiens Chriſtus.

Janſen. Eſcobar. Barrad. — *An in tribus orationibus ſanguinem ſudaverit.* — *Conſolatione anxiatur Chriſtus.*

161. Oppoſita tamen ſententia, quod tantum in tertia oratione ſudorem ſanguineum emiſerit, eique Angelus confortans aſtiterit, communior eſt Caëtan. Maldonat. & aliorum, ac mihi verior, eamque ſic deduco ex textu. *Et factus in agonia prolixius.* Syriacus. *Intenſius.* Seu *extenſius.* Dicitur in hac oratione prolixius, ac intenſius per comparationem, nempe ad alias orationes, ad duas nempe priores: nam D. Lucas de hac tantum tertia agit, ergo cùm in ea Chriſtus diutius, ac intenſius eſſet in angore, ac anxietate, pro noſtro documento ad eam ſuperandam intenſiori affectu, ac ardore oravit, & cum ex tanta agonia ſudorem ſanguineum effuderit, aſtitit Angelus confortans eum.

Caëtanus. Maldonat. Syriacus. — *Chriſtus in tertia oratione ſanguinem ſudavit.*

162. *Quæſtio 3.* Quæro 3. An Chriſtus D. ſudaverit verum, ac proprium ſanguinem? Et ratio dubitandi eſt, quia Evangeliſta ait: *Factus eſt ſudor ejus ſicut guttæ ſanguinis.* Dum dicitur, *ſicut guttæ ſanguinis*: videtur innui, quod fuerit ſudor ſimilis guttis ſanguinis, ut exponunt Euthymius, & Theophylactus. Nam proverbialiter, & hyperbolicè de eo qui vehementer angitur, & affligitur, dicimus eum ſudare ſanguinem.

Euthym. Theoph.

163. Oppoſita ſententia, ut certiſſima tenenda eſt, eámque docent communiter ſancti Patres D. Hilar. D. Hieronym. D. Auguſtin. D. Paſchaſ. pro eaque refert Sixtus Senenſ. 1. ſect. 2. hunc anathematiſmum ex D. Athanaſ. *Si quis negaverit verum hominem, quem filius Dei aſſumpſit, ſanguinem ſudaſſe, anathema ſit.* Hoc ſuadet proprietas verborum Evangeliſtæ, & illa particula *ſicut*, non ſimilitudinem, ſed veritatem indicat; ſicut & illa particula *Quaſi*, veritatem ſignificat. *Vidimus gloriam ejus; gloriam quaſi unigeniti à Patre.* Joan. 1. num. 8. ſeu cum Evangeliſta ait; *Factus eſt ſudor ejus ſicut guttæ ſanguinis*; hoc eſt ſudor ſanguineus, *ſicut*, ſeu ſimilis guttis, quia guttatim defluebat in magna copia. Caëtan. *Quamvis enim*, ait, *non deſcribatur ſanguis decurrens, deſcribuntur autem guttæ ſanguineæ decurrentes ut multitudo earum ſignificetur.*

D. Hilar. D. Hieron. D. Auguſt. D. Paſchaſ. Sixt. Senenſ. D. Athanaſ. — *Joan. 1.* — *Caëtanus. Sanguis in magna copia.*

164. *Quæſtio 4.* Quæro 4. An hic ſanguineus ſudor fuerit naturalis, vel miraculoſus? Sudorem hunc ſupra naturam fuiſſe, ac proinde miraculoſum exiſtimant D. Hilar. lib. 10 de Trinit. Gabriel in tract. de Paſſione, art. 4. ex Beda, Simon etiam Caſſian. lib. 13. *Sudat*, ait, *ſudore ſanguineo, ut ſupra naturam communem hominum aſſuum dicat eſſe amorem, quando aquam in oratione pro omnibus fudit, & ſanguinem.*

D. Hilar. Gabriel. Beda. Caſſian.

165. Tamen communis, & vera ſententia eſt quod Chriſtus D. abſque ſpeciali miraculo ex vi ſummæ, ac internæ afflictionis, ac agoniæ ſanguinem ſudaverit. Et probatur ex communi ſenſu totius Eccleſiæ, quæ in ſignum ſummæ triſtitiæ hunc ſudorem ſanguineum interpretatur; ſi autem ſudor eſſet miraculoſus; poterat eſſe cum minima afflictione, imo ſine ulla. Probatur ex Ariſtotele lib. 3. de Hiſtoria animal. cap. 19. qui affirmat interdum evenire poſſe, ut quis ſanguinem deſudet. Et ratio Philoſophica eſt, quod vehemens angor, ac afflictio inflammat, & extenuat ſanguinem, & poros aperit, ut per eos ille emittatur? maximè ſi jam ſudaverit omnem propriam ſudoris materiam; ſicut ubera deficiente lacte ſi emungas, dant ſanguinem. Sic etiam Maldonatus refert Lutetiæ robuſtum hominem audita capitali ſententia ſanguineo ſudore fuiſſe perfuſum & D. Ioannes Suar. Epiſcop. Conimbr. in Lucam teſtatur in hoc Luſitaniæ regno fœminam mariti mortem uſque ad ſanguineas lachrymas deploraſſe. De quo vide etiam quæſtionem ſequentem.

Ariſtoteles. — *Maldonat.* — *Epiſcop. Joannes.*

166. Cenſet ergo Caëtanus Chriſtum ſudaſſe ſanguinem, eo quod jam ſudaſſet humorem, qui ſolet verti in ſudorem. Et Suarez 3. p. tom. 2. diſp. 34. ſect. 2. §. *Dico primo*, aſſerit quod ſudor nempe aqueus cum ſanguine miſcebatur, in qua etiam ſententia ſunt Lucas Burg. & Cornel. à Lapide, quod intelligo in principio emiſſionis ſanguinis; nam cùm hic effuſus eſſet in magna copia, purus exivit poſtea.

Caëtan. Suarez. Luc. Burg. Cornel.

167. *Quæſtio 5.* Quæro 5. An ſanguis emiſſus in hoc ſudore fuiſſet venalis? Affirmat D. Ioſeph de Lazerda Epiſcopus Pacenſis in cap. 6. Iudith, ſect. 8. num. 45. Probatur ex ſuperiori ratione, quia natura angore, ac afflictione inflammata ſanguis extenuatur, ac pori dilatantur, ut per illos effundatur

Lazerda.

datur ſanguis, quod non ſolum de poris cutis ſed etiam venarum eſt intelligendum, ut ſanguis in tanta copia uſque in terram deflueret ex toto corpore, ac partibus illius.

168. *Quæſtio 6.* Quæro ſextò. An ſanguis effuſus eſſet in magna quantitate, & copia? Affirmativa reſolutio eſt conſtans omnium Patrum, ac Doctorum ſententia; Defluebat ſanguis ex capite, brachiis, manibus, pedibus, ac ex toto corpore, in tanta largitate, ut deflueret etiam in terram, ut ait Evangeliſta. *Sanguis decurrentis in terram.* D. Irenæus, legit. *Sicut globi, ſanguinis* tanta erat ſanguinis affluentia, ut undique ex toto corpore globi ſanguinis manarent uſque in terram.

Sanguis effuſus in magna copia. D. Irenæus.

170. D. Bernad. D. Bernard. ſerm. 3. de Ramis. *Ventum eſt*, ait, *ad orationem, & factus in agonia orabat. Vbi quidem non ſolis oculis, ſed quaſi membris omnibus fleviſſe videtur: ut totum corpus ejus, quod eſt Eccleſia, totius lachrymis corporis purgaretur.* Tam ingens erat triſtitia, tam vehemenſque affectus expurgandi corpus ſuum myſticum, Eccleſiam nempe, ut oculi viderentur anguſti ad effundendas lachrymas ſanguineas, & ideo totum corpus factum eſt plenum veluti oculis ut undique globi ſanguinei decurrerent ad diluenda totius orbis ac globi peccata.

Totum corpus plenum oculis, ut fleret.

171. Pontificia tunica, quæ ut communiter Doctores atteſtantur, Chriſti humanitatem referebat, ex Dei mandato dicitur Moyſi *Deorſum ad pedes ejuſdem tunicæ per circulum quaſi mala punica facies.* Exod. 28. num. 53. Cur tamen omni parte mala punica pendebant per circuitum, & cur undique illis veſtis erat circundata? illa mala granata per circuitum, poros, ac partes ſacratiſſimæ illius humanitatis denotabant. Nam ſicut mala granata cum aperiuntur, rubicundos granos ſpargunt, ac effunduntur; ſic in ſanctiſſima Chriſti humanitate per omnem circuitum pori, ac partes reſerantur, ut rubicundos ſanguineos granos, ac globos emittant, ut extinctis peccatis in omnes ſalutem, & vitam diffundant.

Exod. 28. *Per omnes partes corporis ſanguis effuſus eſt in noſtram ſalutem.*

172. Cantic. 5. *Manus ejus tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis.* Cantic. 5. n. 14. Manus Dei dicitur Chriſtus Dei filius, qui & virtus Dei dicitur, per quem Pater operatur omnia, ut docent D. Ambroſ. in Pſal. 118. ſerm. 22. N. D. Cyrill. contra Iulian. lib. 9. Orig. homil. 27. in Num. D. Hieronym. in Ezech. 37 Gregor. in lib. 1. Reg. cap. 6. & in Ezech. hom. 2. 9. & 10. D. Fulgent. lib. 2. ad Traſim. Iſai. 49. n. 22. *Ecce levabo ad gentes manum meam.* Et 66. n. 14. *Cognoſcetur manus Domini ſervis ſuis.* Ezech. 2. n. 9. *Ecce manus miſſa ad me.* Chriſtus ergo Dominus dicitur manus æterni Patris tornatilis ob promptitudinem, ac velocitatem ad benefaciendum, aurea, quia maximè nitet, ac reſplendet charitatis auro, plena hyacinthis, qui ſunt purpurei coloris, ut teſtatur Caſſiodorus, quem locum ſic interpretatur Philo Carpat. *Per manus plenas hyacinthis, ſive Tharſis paſſionem oſtendit.* Chriſtus D. in paſſione totus fuit plenus hyacinthis rubei coloris, nam per omnes ſui corporis partes effuſi ſunt pretioſiſſimi ſui ſanguinis hyacinthi in locupletiſſimas divitias ſalutis, & vitæ totius generis humani.

D. Ambr. D. Cyril. Origen. D. Greg. D. Fulgent. Iſai 49. & 66. Ezech. 2. Carpat. *Sanguis undique fluit ad noſtras divitias.*

Quæstio XX.

Quare Chriſtus D. tam largiter tantam ſanguinis copiam ſudaverit?

Prima, ac germana ratio eſt, quia Chriſtus D. ſuo humano intellectu (ut de divino nihil dicam) perſpicacitatem omnium Seraphinorum, ac Cherubinorum intellectuum ſuperabat, tantoque acumine ſuo omnium dolorum, ac tormentorum imminentium pondus, eorum que circunſtantias fideliſſima ſtatera ponderabat; innumerorúmque peccatorum omnium hominum ab exordio uſque ad finem, pro quibus morti offerebatur, gravitatem apertiſſimè intuebatur; hominúmque abſque numero æternis gehennalibus flammis damnatorum univerſa æterna tormenta, ante oculos habebat, populique ſui excidium, quod ex paſſione ſua exortum eſt, ei repræſentabatur, & præcipuè ex injuria, tot tantiſque peccatis Æterno ſuo parenti illata maximè dolebat. Quis ſi hæc tam vivaciter videret, ut Chriſtus videbat, eaque charitate arderet, quâ ille ardebat, non ſudaret ſanguinem? Mirum ſane fuit, quod tanta charitate, totque malorum conſpectu perculſus animam non exhalaret, quam tantum emitti voluit in externa cruce, ſudorem verò ſanguineum in hac interna cruce effundere voluit, ut ex hoc quantus eſſet ejus dolor intelligeretur. D. Iuſtin. Dialog. contra Tryph. *Sudor Chriſti*, ait, *inſtar concreti ſanguinis defluebat, quod ſcilicet cor ejus contremiſceret, ejuſque oſſa pari modo.* 173.

Germana ratio tanta agonia, ac ſanguinis.

Dices. Timoris, ac mœroris eſt ſanguinem ad cor vocare, ſed Chriſtus D. in magno erat timore, ac mœrore; ergo ſanguis ad cor ejus, & non ad ſudorem externum confluxit. Reſpondetur, quod licet timore, ac mœrore ſanguis ad cor confluxerit, tamen angore, ac afflictione creſcente, ſeu ut obedientiæ, ac æſtu amoris inflammatus eſt ſanguis, ita ut dicatur de ipſo fervore, *Factū eſt cor meū, tanquā cera liqueſcens.* Et ita ſanguis ſubtilior factus, per poros, ac partes externas prodiit ac emanavit; aliquas morales rationes aſſignemus. 174. *Solvitur objectio.*

Secundò. Solemnis mos erat apud Judæos, ut ſi Deum blaſphemiâ, vel injuria affici audirent, in ſignum ingentis doloris veſtimenta dirumperent, ut hoc facto ſe Dei honorem affectare denotarent, Chriſtus ergo videns ſuum æternum Parentem hominum peccatis contemni, non ut Judæi veſtimenta dirumpit, ſed corporis poros aperit, ut ſanguineus ſudor in triſtitiæ, ac doloris argumentum exiret, ac efflueret. 175. *Ob injuriam Patris.*

Tertiò. Hildebertus Turonen. in verſib. de Miſſa ſic ait. *Sanguineus ſudor, Crux fuit ante crucem.* Antequam Jeſus crucem humeris ſuſtineret, Mille modis eam animo, menteque tractabat, illius dolores, ac cruciatus in ſe ſuſtinens, ac ſuſcipiens, ut eos Patri offerret pro hominum ſalute; ut ex his diſcamus nos ſæpè mente offerre quæ ſemel operari conſtituimus. Seu ut ait Simon Caſſianus lib. 1. *Sudat ſalvator ſudore ſanguineo, voluntariè illum ſcaturiens fundendum ſanguinem ex verberibus, clavis, lancea præfigurans. Ut oſtendat totum eſſe voluntarium, quod agebat.*

Hildebert. *Crux ante crucem experitur, ac offertur.* *Voluntariè patiebatur.*

Quartò Idem Simon Caſſian. *Sudat*, ait, *Chriſtus morte vicina, quia ventura in craſtinum* 176. Simon Caſſ.

Quamvis,

Quamvis mors Chriſto D. ſemper eſſet ante oculos, tamen modo cum in proximo eſt ex ejus vehementi conſideratione ſudorem ſanguineum emittit, ſemper enim mala è vicino majorem triſtitiam ac anxietatem ingerunt, quàm dum è diſtanti ac è longinquo apparent; vel quia tam vehementi deſiderio patiendi afficiebatur Ieſus, ut ex parvula morula interjecta, *ventura in craſtinum.* Sic ex tali dilatione agonizatur, ut ſanguis undique profluat in terram. Dicebat Chriſtus. *Baptiſmo autem habeo baptizari; & quomodo coarctor uſque dum perficiatur.* Luc. 12. num. 40. ex hujuſmodi coarctione expreſſus eſt ſudor inſolitus. Lyranus, *ut ſic jam Chriſtus*, ait, *ſuum ſanguinem pro ſalute noſtra effundere inciperet.*

Agonizatur Chriſtus ex mortis mora.

Luc 12. Lyran.

177. Quintò. D. Gregorius lib. 25. in Iob. cap. 17. *Quid pro ſe*, ait, *ille cum in agonia eſſet, peteret, qui in terra poſitus cæleſtia cum poteſtate tribuebat. Sed appropinquante morte, noſtræ mentis in ſe certamen expreſſit: qui vim quandam terroris, ac formidinis patimur, cum per ſolutionem carnis æterno propinquamus judicio. Creſcit pavor vicina retributione juſtitiæ, & urgenti ſolutione carnis: quanto magis diſtrictum judicium jam jamque quaſi tangitur, tantum vehementius formidatur.* Quænam cauſa fuit cur Chriſtus D. tanta agonia, ac mœrore premeretur ut in tam miros affectus ſanguinei ſudoris inauditi prodiret? Vnde tanta anxietas dolorum plena? Repræſentabatur innocentiſſimo Agno, quod ad tot judices, ac tribunalia trahendus eſſet, inde tanto pavore ac tremore pungitur deſignans, quantus futurus eſſet timor, & anxietas ſuorum juſtorum in morte, cum ante tribunal ſeveriſſimi judicis eſſent ſiſtendi, ut de omnibus ante actis rationem reddituri ſint. *Noſtræ mentis in ſe certamen expreſſit: qui vim quandam terroris, ac formidinis patimur, cum per ſolutionem carnis æterno propinquamus judicio.* Ac ſi dimiſſis omnibus ſolùm de imminenti judicio ſit mentis angor, anxietas ac ſolicitudo.

D. Gregor.

Judicis tribunal maximé formidandum.

178. Sextò. D. Ambroſ. lib. 10. in Lucam. *Debuit ergo*, ait, *dolorem ſuſcipere, ut vinceret triſtitiam, non excluderet. Nec enim habent fortitudinis laudem, qui ſtuporem magis vulnerum tulerint, quam dolorem.* Tot doloribus, ac anxietatibus affligitur Ieſus, tantiſque imminentibus plagis, flagellis, ac vulneribus, clavis, & cruce anxiatur, ut inde appareat, & niteat ejus ingens fortitudo, quæ tot doloribus prementibus robuſta fortitudine firma, & animoſa perſeverat, inter enim afflictiones & lachrymas fortitudinis celſitudo prodit, & manifeſtat. De Jacob luctante cum Angelo ait Oſeas 12. num. 4. *Invaluit ad Angelum, & confortatus eſt flevit, & rogavit eum.* Pagnin. *Prævaluit Angelo, & flevit, & rogavit eum.* Quomodo compatiuntur hæc, prævaluit, & flevit? prævalere roboris fortitudinem oſtendit; fletus vero infirmitatem. Quis non miretur, quod ubi fortis, ibi tanquam invalidus in lachrymas proponitur? Vt inde fortiſſimus appareat, nam quando invalebat ad Angelum, imo ad Deum invalebat, non levem plagam à Deo in femore accepit, quia ſane percuſſus indoluit, & in lachrymas abiit, & tamen dolore contritus non cecidit animo, ſed fortis cum Angelo ſtetit, ut abſque benedictione eum non dimitteret.

D. Ambroſ.

Vera fortitudo inter lachrymas, & dolores oſtenditur.
Oſe. 12. Pagnin.

179. Septimò. D. Paſch. lib. 12. in Matth. *Factus eſt ſudor ejus, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis, Emundabatur*, ait, *totum corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia.* Cùm enim mundandum eſſet à culpis corpus Chriſti myſticum, inde naturali impetu tanta ſanguinis copia fluit; emundatio enim à culpis non venit niſi per magnum, & pretioſum ſanguinem. Immolato vitulo pro peccato præcipiebat lex *Tollet quoque ſacerdos de ſanguine vituli, & aſperget digito ſepties contra propitiatorium.* Levit. 16. num. 14. Ad quid mandatur, quod ſanguine vituli ſepties aſpergatur propitiatorium? Vocabatur ad emundandum à peccato ſeptiformis Spiritus ſanctus donis ſuis, inde ſanguis vituli, qui ſanguinem Ieſu Chriſti adumbrabat, ſumitur? quia ſolum de ſanguine effuſo propitiatio à peccatis, illorumque mundatio, ac purificatio venit. Rupert. lib. 12. de gloria filij hominis in fine. *Vt quid enim*, ait, *vitulus iſte immolatus, ut quid ſanguis Chriſti eſt fuſus, niſi ut Spiritum ſanctum, qui in eo ſeptiformi plenitudine requieſcit, in remiſſionem peccatorum acciperemus: ſepties ergo contra propitiatorium debuit aſpergi ſanguis illius vituli ſignificativi digito ſacerdotis: quia non niſi per paſſionem, & ſanguinem hujus filij hominis potuit, aut debuit ſanctus ſeptiformis Spiritus in remiſſionem peccatorum dari nobis.* Vide ſupra cap. 1. num. 8. & quæſt. 12.

D. Paſchaſ.

A Chriſti ſanguine mundantur fideles.
Lev. c. 16.

Rupert.

Quæstio XXI.

Quare tantus erat ſudor ſanguineus, ut guttæ ſanguinis decurrerent in terram?

180. PRo limine quæſtionis notandum eſt; quanto affectu Chriſtus D. orat: pro quo ait Elias Cretenſ. in orat. 4. Nazianz. *Ardenter orat*, ait, *ac ſudor inſtar guttarum ſanguinearum de ipſo fluit in terram: ut nos doceremur adverſus tentationes arma precationis objicienda eſſe.* Cur cùm orat D. Ieſus orationi ſuæ voluit adjungere agoniam, ſudorem ſanguineum, ac tantum fervorem, niſi ut ſuo exemplo nos doceret adverſus magnas tentationes, magnaque pericula non ad ſimplicem orationem tantum adcurrendum eſſe, ſed etiam ad orationis arma, nempe ad multam Dei charitatem, compunctionem, mortificationem, lachrymas, ac ſudorem, & laborem, quibus maximè oratio armatur ad omnia adverſaria ſuperanda, nam ut ait D. Chryſoſtom. in imperfecto. *Oratio illa eſt fortis, quæ fit in ſpiritu humili, & corde tribulato.* Et poſtea ſubdit. *Sicut nec miles ſine armis eſt aliquid, nec arma ſine milite, ſic nec oratio ſine jejunio.*

Elias Cret.

Magna obtinenda cum oratione, ac ſudore.

D. Chryſoſt.

181. Ad quæſtionem. Cur Sanguis ſic decurrebat uſque in terram, *ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.* Seu ut habet Arabicus. *Et factus eſt ſudor ejus velut ſanguis diſtillans deſcendens in terram.* Per quod denotatur quod ſanguis in multa copia defluebat à toto corpore Chriſti, à capite, ac pedibus, nam cum ſanguis eſſet in noſtram redemptionem, in tam larga abundantia à Dominico corpore exundabat. Canit. Regius Vates. *Apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum Redemptio* Pſal. 129. n 7 Quæ verba ſic commentatur Innocentius Papa, *Aſperſio ſanguinis ejus abundanter effuſi ad plenam redemptionem ſufficit pluribus univerſis.* Tam copioſa erat redemptio ſanguinis Domini, ut non tantum eſſet ſufficiens uni univerſo, ſed univerſis omnibus ſive innumeris orbibus qui divina potentia cōdi poſſunt.

Arabicus.

Sanguis Chriſti in copioſam, ac abundantem redemptionē.
Pſalm. 129.
Innocent.

12. Secundò,

182. Secundò. *Intelligitur*, ait, *per irrigatam, ſacratámque ejus ſanguine terram, non ſibi qui noverat, ſed nobis apertè declaratum, quod effectum jam ſuæ precis obtineret, ut fidem videlicet diſcipulorum, quam terrena adhuc fragilitas arguebat, ſuo ſanguine purgaret; & quidquid illa ſcandali ac ejus morte pertuliſſet, hoc ipſe totum moriendo deleret.* Poſt largam orationem Chriſtus effundit ſanguinem, Ut ſuæ orationis effectus oſtenderetur, quo factum eſt ut ſuo pretioſiſſimo ſanguine terrena diſcipulorum corda expurgaret ac mundaret ab omni ſcandalo quod ex ſua morte pertulerant, ab omníque fragilitate, quam terrena imbecillitas induxerat.

Beda.

Sanguine Chriſti expurgantur terrena corda diſcipulorum.

183. Tertiò. Cùm Jeſus eſſet in tanta afflictione ab ejus agonia proſilivit ſanguineus ſudor decurrens in terram, ut in ipſo terreno horto Martyrum ſemina ponerentur, ex quibus poſtea coronati germinarent; ſanguis Jeſu defluens in terram tanquam ſemen erat, ex quo illuſtris Martyrum meſſis coronata germinaretur; ad hoc reſpicit Epigramma D. Proſperi de Chriſti afflictione in Horto.

Sanguis Chriſti ſemen Martyrum.

D. Proſper.

Cum prece ſanguineas funaebat corpore guttas;
Et premium mundi ſudor erat Domini.
Sed cruor ille pares ſanctis ſpondebat honores.
Toto orituris corpore Martyribus.
Nam cum Sacra ſeges terrarum impleverit orbem,
Omnis ab hoc uno ſemine meſſis erit.

184. Quartò. Drago Oſtienſ 4. Geneſ num. 10. *Utinam gutta ſanguinis*, ait, *quæ de agone tuo ſudat, uſque ad terram currat, & aperiat terra os ſuum, & bibat illam, & clamet ad te, & tecum ad Patrem melius quam ſanguis Abel.* Maximè expendenda ſunt illa verba: *uſque ad terram currat, & clamet ad te, & tecum ad Patrem.* Chriſti ſanguis divino amore hominum remedium, hominúmque ſalutem procurabat, & cum Dominica caro, inferiórque portio ageret indolem humanam, & in ipſo remedij veſtibulo remedium refugere pavida conaretur. *Dicens: Pater ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte?* Tunc ut moraliſſimè dicā divinus ſanguis divino amore fervens luctam gerens cum portione inferiore; ne ab ea aliqualiter refrigeretur, ab ea ſegregatur, & per novos corporis meatus foras excutitur, ut intimius, ac enixius noſtram redemptionem ſolicitaret, ac flagitaret, ipſumque Chriſtum ut moraretur peroraret, & cum ipſo erga Patrem hominum ſalutem, & vitam procuraret, melius quàm Abelis effuſus cruor adverſus patricidam fratris manum oraret: *Ut clamet ad te, & tecum ad Patrem, melius quam ſanguis Abel.*

Drogo.

Sanguis foras prodit ſegregatus à portione inferiori, ut intimius noſtram ſalutem ageret.

185. Quintò. Terra ex die, quâ Abelis ſanguinem ſuſcepit, vindictam clamare adverſus fratricidas aſſolita eſt juxta illud Geneſ. 4 n 10. *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Adeo ut etiam ſacratiſſimus Chriſti ſanguis, qui tantum miſericordiam, & pietatem exorabat, ex terræ conſortio in eam deciſus vindictam clamet. Hujus conſiderationis auctor ex Rup. l. 12. de victoria verbi c. 21. ponderans ſanguineum Chriſti ſudorem uſque in terram profluentem. *Quod ille Cain pro illo Abel dixit, non diceret idem Deus Judæis pro filio ſuo videns ſanguinem ejus agonizantis? Sanguinem melius clamantem melius loquentem, quàm Abel? Verè igitur tantum miraculum ſudoris non otioſum fuit quia contra infelices, & impios homicidas Judæos in præſagium judicij terribilis, & vindictæ horribilis in terram decurrit.* Divinus ſanguis in cruce à carnificibus effuſus veniam clamabat, & qui ex ſe totus ſalutem, & vitam diffudit, in terram tamen decidens, & ipſi aſſociatus terræ quæ ex ſanguine Abel vindictam clamare ſolebat, veluti quodammodo ſui oblitus horribilem vindictam peſſimis Judæis minatur, quod moraliter eſt dictum ad indicandum, quàm potens ſit alicujus conſortium ad mores variandos.

Geneſ. 4.

Rupert.

Valdè potens alicujus conſortium ad res variandas.

Sextò D. Ambroſ. lib. 3. de Spirit. ſanct. cap. 18. *Conſummaturus*, ait, *Jeſus, ſuſceptæ carnis officia, cum perfectionem in diſcipulis jam videret, quos verborum ſuorum radice fundaverat hortum ingreditur ut olearum novellas, in domo Domini plantaret, & juſti palmam florentem modo vitémque fœcundam rivo ſui ſanguinis irrigaret.* Cur Domine tam largè tui ſanguinis profuſionem anticipas? Profundendus eſt citò in Calvariæ loco, ad quid neceſſarium eſt etiam in horto profundi? Profundit in horto, ubi enim inter horti plantas proximos ſibi vidit diſcipulos in tantam irrigationem in eorum ſalutem ſeſe effudit, ut de tanti ſanguinis rivo ingens virtutum incrementum reciperent. 186.

D. Ambroſ.

A Chriſto ut civitate magna gratiarum ubertas.

Balaam glorias Iſraëlis celebrans, ait. Num. 24. num. 5. *Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Iſraël, ut valles nemoroſæ, ut horti juxta fluvios irrigui, ut tabernacula, quæ fixit Dominus, quaſi cedri prope aquas.* Iſraël magno bonorum augmento proficiebat, ita ut dicatur, *veluti horti juxta fluvios*, Seu veluti *quaſi Cedri prope aquas.* Sed unde Iſraël ſic creſcebat veluti plantæ vicinitate aquarum? Dicebat Moyſes. *Nec eſt alia natio tam grandis quæ Deos habeat appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris.* Deuter. 4. num. 7. Cum ex Deo appropinquante illigatus eſſet Iſraël in magna augmenta inſurgebat, in multóſque fructus pullulabat. Procopius apud Gloſſam, *Eadem Prophetia*, ait, *quid poſtremis temporibus per Chriſtum gerendum eſſet, prædixit; item mox fore, ut Iſraëlis populus in hoc itinere amplietur & in cæleſti Rege ex ipſis oriundo tanquam irrigatus ſurgat.* 187.

Num. 24.

Deuter. 4.

À Chriſto propinque multa bona.

Procopius.

Matth. 26. n. 45. Tunc venit ad diſcipulos ſuos, & dicit illis: Dormite jam, & requieſcite: Ecce appropinquavit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum.

Num. 46. Surgite eamus: ecce appropinquavit, qui me tradet.

VERSIONES.

Syriac. n. 45. Dormite adhuc, & requieſcite: ecce appropinquat hora, & filius hominis traditur in manus peccatorum.

Græcus. Dormite, quod reliquum eſt.

Arias. Dormite cæterū, & requieſcite.

Vatablus. Dormite jam hinc & requieſcite.

Euthym. Ecce appropinquavit hora, & filius hominis traditur in manus.

Arias n. 46. Excitamini, eamus.

Syriacus. Ecce appropinquat ille, qui prodit me.

Alter Textus.

Marc. 14. *n.* 41. Et venit tertiò, & ait illis: Dormite jam, & requieſcite. Sufficit, venit hora: Ecce filius hominis tradetur in manus peccatorum.

Num. 42. Surgite eamus: Ecce qui me tradet propè eſt.

Expositio VII.

188. Carthuſ. *Tunc venit.* Præſentis temporis eſt, & ut notat Carthuſ. poſt quamlibet orationem ad diſcipulos ſuos revertitur, ut eos hortetur, quia Prælatus ſic ſemper intendere debet ſuæ ſaluti, ac orationi, ut nunquam obliviſcatur providere ſaluti gregis ſibi commiſſi. Et tunc venit poſt tertiam orationem, ac ſudorem ſanguineum, & confortationem ab Angelo ad diſcipulos ſuos ad tres illos primùm deinde ad reliquos octo; & dicit illis aliquantulum vigilantioribus inventis. (Syriacus. Græcus.) *Dormite jam.* Syriacus: *adhuc*; Græcus. *Quod reliquum eſt.* Sermo per ironiam eſt: quaſi dicat, Dormite modo, & requieſcite, ſi poteſtis, ecce enim hoſtes adventant, ſomnum illi excutient, & vos etiam invitos evigilare facient. De quo latius quæſt. ſequenti. *Ecce appropinquavit hora.* Declarat jam minimè eſſe tempus dormiendi, *appropinquavit*, præteritum pro præſenti, ecce jam prope eſt, ac in foribus eſt, *hora*; hora ab æterno parente, meæ paſſioni præfixa, ac determinata, *& filius hominis tradetur in manus peccatorum.* Hoc eſt in eorum poteſtatem. Antonomaſticè dicit peccatores, quia Iudas, ac Iudæi furentes in Chriſtum erant iniquiſſimi: nunquam enim fuit ſceleſtior gens, quàm illa Iudaica tempore Chriſti, & ideo tali tempore decrevit naſci, ac mori, ut ſumma bonitas cum ſumma Iudæorum malitia contenderet, ac eam debellaret.

Summa bonitas contendit cum ſumma malitia.

189. Arias. *Surgite*, ſeu ut habet Arias, *Excitamini*, expergiſcimini. Sedentes erant Apoſtoli innixi brachiis, ut commodius dormirent, jubet ergo Chriſtus eos ſurgere, non ut fugiant, ſed ut obviam procedant peccatoribus. Nam Chriſtus oratione ſua à Deo Patre exauditus; ac ab eo per Angelum confortatus triſtitiam excuſſit, ſe totum Patris voluntati ſubmittit, ac alacri animo in omnibus oſtendens diſpoſitionem divinam, ad mortem adiit. *Itaque undique diſcipulos erudit non neceſſitatis, nec infirmitatis hanc rem fuiſſe, ſed diſpenſationis cujuſdam inæſtimabilis: præſciebat eos enim venturos nec ſolum non fugit, ſed etiam obviam ivit.* Ait D. Chryſ. (D. Chryſoſt. Titus.) cum quo eadem ſcribunt Titus Victor Antioch. in Marc. & Eutymius in Matth. *Ecce appropinquavit.* Seu ut habet D. Marcus *Prope eſt.* Origenes. (Origen.) *Vidit ait, Spiritu appropinquantem Judam traditioni, qui non videbatur à diſcipulis ejus.* Ut me tradat in manus iniquorum. Advertit Euthym. (Euthym.) quod D. Luc. ait. Cùm dixiſſet diſcipulis ſuis. *Ut quid dormitis? Surgite, & orate, ut non intretis in tentationem.* Veriſimile eſt ergo hæc primum dixiſſe, deinde addidiſſe. *Surgite eamus.*

Quæstio XXII.

Quare Chriſtus D. ait ſuis diſcipulis dormite, & requieſcite, & ſtatim ſubdit ut ſurgant, ac viam arripiant?

Quæſtio inquit, quo ſenſu Chriſtus Dominus dixerit diſcipulis ſuis; *dormite, & requieſcite*, cum ſtatim eis dicat *Surgite eamus.* Prima eſt interpretatio D. Auguſt. lib. 3. de conſenſu Evangel. c. 4. quam ſequuntur Beda, Simon Caſſian. Cajetan. Titelman. Cornelius à Lapide & alij, qui arbitrantur Chriſtum aliqualem ſomnum ſuis diſcipulis permiſiſſe, dum eis dixit: *Dormite jam, & requieſcite.* Ac ſi diceret Dominus, vobis permitto pauliſper dormire, ac requieſcere, gravi enim ſomno eſtis oppreſſi, & tunc tantiſper ſinit ut dormirent: poſtquam verò aliquantulum dormierunt, eos ſuo verbo Dominus excitavit, quod ſignificare videtur D. Marcus dum addit (*ſufficit*) hoc eſt ſufficit hactenus dormire, quia hoſtes adventant; unde juxta D. Matth. dixit: *Surgite eamus.* 190. (D. Auguſt. Beda. Caſſian. Cajetan. Titelman. Cornel. *Permittitur ſomnus.*)

Secunda ſententia & mihi probabilior eſt D. Chryſoſt. Theophyl. Euthym. Ammonij, Franc. Luc. Menoch. Tirini, & aliorum, qui cenſent hæc verba dicta fuiſſe à Chriſto per quandam Ironiam quaſi dicat, *Dormite jam, & requieſcite.* Si poteſtis; ecce appropinquant hoſtes, qui vos dormire non permittent, invitoſque vos vigilare, facient. Poſt quæ verba adjūgitur apud Marcum (*ſufficit*) id eſt ſatis eſt ſomno indulgere hactenus, jam adeſt hora comprehenſionis meæ ſurgite ut adverſariis noſtris obviam exeamus; huic expoſitioni maximè favet D. Matth. nam prætermiſſo verbo ſufficit. Scribit *Dormite, & requieſcite: Ecce appropinquat hora, & filius hominis tradetur.* Si enim eos dormire permitteret, non diceret hoſtium adventum appropinquare, quod ad ſomnum non inducendum, ſed potius excutiendum conducebat. Iam ad morales ſenſus veniamus. 191. (D. Chryſoſt. Theoph. Euthym. Ammon. Luc. Burg. Menoch. Tirin. *Sermo ironicus.*)

Tertiò. D. Laurentius Iuſtinian. de triumphali Chriſti agone c. 7. *Nobile documentum*, ait, *ſapientia inſtituit, quando diſcipulos prius dormite, & quieſcite, quàm, ſurgite, & eamus, inquit, ſuos breviter admonuit, ut prius propria, quàm aliorum debeat emendare delicta.* Maximè expendendum, quod ſimul contraria videtur Dominus mandare. Quippe & dormire eos jubet & ſimul ſurgere, valdè enim repugnat dormire, & quieſcere, & ſimul ſurgere, ac viam arripere. Non de ſomno, ac quiete materiali loquitur Ieſus, ſed potius de ſomno, ac quiete ſpirituali, ut ad ſe ipſos attenderant, actionéſque ſuas componerent, ut tanquam ſomno dediti terrenis, ac temporalibus oculos clauderent, ab eiſque mente ferientur, ac quieſcant, & tunc ſurgant, & eant ad aliorum ſalutem negotiandam, ac agendam. *Suos breviter admonuit, ut propria quàm aliorum debeant emendare delicta.* Nullus enim ad aliorum mores componendos inſurgunt niſi prius ipſe coram Deo mores ſuos correxerit & ea, quæ ſunt terrena dimiſerit. 192. (D. Laurent. Juſtin. *Prius quos mores ſuos corrigat, quā aliorum velit emendare.*)

Quartò. Ut etiam notat D. Auguſt. citato lib. 3. 193.
de conſenſ. Evang. cap. 4. Sic ait. *Videtur autem hic ſermo ſecundùm Matth. ſibi contrarius. Quomodo enim dixit: dormite jam & requieſcite, cum connectat, ſurgite eamus.* Iubet Dominus ut modò dormiant, & quieſcant, & modò quod ſurgant; (D. Aug.)

&

& eant; ſi ſurgendum, & eundum ad ſtadij pugnam erat, cur immediatè ante dormire, & quieſcere mandabantur, Chriſti voce ſurgebant Apoſtoli, ut ſuis hoſtibus prodirent obviam, ut adverſus eos firmi, & conſtantes adſtarent, & qui Chriſti voce ad pugnam, ac luctam jubetur conſurgere, ſibi dulcem requiem captabit, qui enim pro Chriſto ad ſudorem, ac concertationem pergit, ibi placida, & grata frueretur requie; inde eis prius dicitur, ut dormiant, & requieſcant; deinde *ſurgite eamus*; quia ſi ſurgunt ad bellum pro Chriſto, jam ibi habent paratam ſuavem, & perjucundam quietem. Dicitur Cant. 3. n. 7. *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſraël, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi.* Armati ſtant fortiſſimi milites adverſus mundi poteſtates, & quiſnam locus eſt deſignatus ad pugnam? Lectulus nempe eſt illis pro ſtadio, & arena, qui enim pro Chriſto decertat, ibi placidam habet quietem, tanquam in lecto cubantem.

Pugna pro Chriſto dulcis quies eſt.

Cant. 3.

194. D. Lauren. Juſtinian.

Quintò. D. Lauren. Juſtin. cap. 7. citato: *Faci è enim, ait, quiſque quod acquiſivit, amittet, ſi non vocatus ſe inconſultè exponat. Nullus itaque inaniter Dominum in paſſionibus imitari præſumat, niſi impellente ſpiritu, aut vocatus quieſcat.* Eos mandat ſurgere, & ire quibus prius dixerat, *Dormite & requieſcite.* In quibus nulla eſt contradictio. Homines ſeipſos ſomno, ac quieti indulgent, dum ſibi ſolis vacant; ſurgunt, & ambulant, dum ſaluti aliorum incumbunt. Utrumque ſuis Apoſtolis Dominus jubet: ut inſtruantur, quod ſive homo ſuo commodo, ac quieti, ſive aliorum ſaluti ſe committat, hoc tamen non faciat, niſi ex Dei nutu, ac prout ab eo vocatus fuerit, ut dormiant, & ſurgant mandat Apoſtolis Dominus ne quid tam ſibi, quam aliis non vocati aſſumant, ſcientes quantum imminet illis periculum, quamque metuendum, qui non vocati ſe alicui muneri intromittunt.

Nunquam munus ſuſcipias niſi vocatus.

195. Eſther 15.

Mira pulchritudine fulgentibus veſtibus, ac lapidibus pretioſis ingreditur Eſther ad Aſſuerum c. 15. n. 10. *Cumque elevaſſet faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris indicaſſet, Regina corruit & in pallorem colore mutato, laſſum ſuper ancillulam reclinavit caput.* Ad Judith pro populo ſuo majora pericula devorans læto, ac perjucundo animo introivit ad Holophernem non æquali periculo, ſed majori ſe exponit; nam Eſther ingrediebatur ad noviſſimum maritum; Judith verò ad ignotum tyrannum; unde Eſther tantus eſt timor, cum in Judith, tanta ſit alacritas? Eſther introivit ad regem, cum non eſſet ab eo vocata. Eſther. 4. n. 11. *Quæ triginta jam diebus non ſum vocata.* At Judith acceſſit vocata ab Holopherne. *Non vereatur bona puella introire ad Dominum meum.* Judith. 12. num. 12. Inde Eſther tanto timore, ac pavore afficiebatur, quia bene noverat periculum eorum, qui non vocati ad Regem conveniebant quod in Judith cùm eſſet vocata à militiæ principe, ut honorificaretur, nullum erat: ſi vocatus fueris ad dignitatem, tutus eris, ſi ſine vocatione te ingreſſeris periclitaberis.

Eſther 4.

Judith. 12.

Maximè metuendum, quod non vocatus te ingeras muneri.

196. Actor. 5.

Ex Dei electione, ac deſignatione dantur vires.

De Apoſtolis dicitur quod ad viduis miniſtrandum *elegerunt Stephanum virum plenum fide, & Spiritu ſancto, Philippum, & Prochorum.* Actor. 5. num. 5. & ſtatim ſubditur num. 8. *Stephanus autem plenus gratia, & fortitudine faciebat prodigia, & ſigna magna in populo.* Ecce ante electionem Stephanus plenus erat fide, & Spiritu ſancto, non tamen dicitur plenus fortitudine, qua poſſit in ſtadium proſilire, & ſeſe in munere adminiſtrando ipſis tyrannis, ac adverſariis opponere, at verò poſt ipſam electionem, ac deſignationem, *elegerunt Stephanum*, non ſolùm dicitur tantum plenus fide, & Spiritu ſancto, ſed etiam repletus gratiâ, & fortitudine potens mira efficere & operari; unde illi iſta fortitudo? Ab ipſa nempe electione, ab ipſaque vocatione, quæ vires, & animum dedit, ad tot prodigia, ac inclyta edenda. Oecumenius ibi. *Qui ante electionem, ait, prodigia non faciebat, ut qui nec ſatis cognitus erat ubi per electionem cognitus effectus eſt, tunc etiam donum, quod per electionem conſequutus erat, demonſtrabatur. Ut manifeſtum fiat, quod non ſufficiat gratia, ſed opus eſt quoque addi electionem.* Oecumen.

Quæstio XXIII.

Quare peculiariter mandat hic Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis, Dormite, & requieſcite?

DE ſenſu literali jam dixi ſuperiori quæſtione in principio? nunc verò in ſenſu morali peculiariter inquiro, cur eis mandat Dominus, ut dormiant? Ad quod reſpondeo primo, quia ſuprà eis dixerat Dominus n. 41. *Vigilate & orate.* Inde conſequenter eis jubet dormire, & requieſcere. Sed quænam hæc conſequentia, in qua videtur latere aliqua contrarietas? Si enim vigiliæ & orationes neceſſariæ erant ad repellendas tentationes, & inde ut neceſſariæ mandantur, cur eos Domine modo jubes dormire, & requieſcere? Aptè ſanè, conſequens enim erat ut poſt vigilias, ac orationes liberè dormire poſſint, ſine hoſtium, malorumque incurſuum metu, nam vigilia, ac oratione ſic muniuntur, ut nihil jam reſtet, quod timeam. Hildebert. Turon. Archiepiſc. de myſteriis Miſſæ: Sic ait, 197.

Ex vigilia ac oratione requies.

Hildebert.

Primùm juſſit eos vigilare, ſtatimque precari.
Poſt dormire, de hinc agnus, & ara tulit.

Expendendus eſt ordo verborum, primùm juſſit vigilare, deinde orare, ac tandem dormire, & requieſcere, ac ſi ab ipſa vigilia, & oratione quies, & requies veniat.

Secundò. Drogo lib. de Sacræ paſſionis: *Quid eſt Domine, ait, quod tertiò rediens copiam dormiendi præſtas? Dormite jam inquis, & requieſcite. Nunquid alium concedis ſomnum, ubi requieſcitur, & alium prohibes, in quo oculi gravantur Ita eſt: qui enim vigilat in te ſuaviter dormit, & ſilet, & ſomno ſuo requieſcit: qui autem dormit, à te ſicut ebrius nocte, neſciens graviter agitatur.* Modo mandat eis Dominus dormire, ac ſi ex tunc ſomnus fuiſſet ſalutis & quietis cauſa. Eſt enim ſonus, & ſomnus diverſus; ſomnus nempe ille eſt maximè ſalutaris, quo res ſeculares renuntiamus, & quieti, ac pacati ſumus in Chriſto qualis eſt juſtorum ſomnus, eſt etiam nocivus ſomnus, quo terrenarum rerum pondere preſſi gravamur, ac affligimur in mortem. 198. Drogo.

Somnus juſtorum quies, iniquorum vero laboris.

De ſomno juſtorum loquens Regius Vates. Pſalm. 3. num 6. ait: *Ego dormivi, & ſoporatus ſum, & exſurrexi.* Illud verbum *Soporatus ſum.* Legunt Pſalterium Ambroſianum? *Quievi.* D. Ambroſ. Didym. *Requievi.* Hebræus *Jacui*, ſeu *Cubavi.* Non ſic impij dormiunt, quia cùm ſint in vera morte, adhuc vigiliis premuntur. Job. 21. num. 32. 199.

Pſalm. 3. D. Ambroſ. Didymus. Hebræus. Job. 21.

Ipſe ad ſepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit. Quid eſt, quod juſtus in ſomno habet quietem, requiem, & accubitum. Impius verò in mortis ſomno, ac in ipſo mortuorum ſepulchro vigiliis vexatur: Juſtus cum ohdormit ſæculo, in ipſo ſopore requiem habet, quo excitatur ad vitam. At impius in mortis ſomno acerbis cruciatur vigiliis. dum ei objiciuntur ſuorum peccatorum imagines, quibus graviter premitur, ac torquetur. D. Ambroſ. lib. 1. de offic. c. 16. *Horum requies in inferno, tua vero in cœlo. Horum domus in ſepulchro, tua in paradiſo. Unde pulchrè vigilare eos in tumulo Job dixit: quia ſoporem quietis habere non poſſunt, quem ille dormivit, qui reſurrexit.*

Juſtus in ſomno habet requiem, impius vexationem.

D. Ambroſ.

CAPUT III.

Comprehenditur Ieſus.

Matth. 26. *n.* 47. Adhuc eo loquente, ecce Judas unus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladiis, & fuſtibus miſſi à principibus ſacerdotum, & ſenioribus populi.

Num. 48. Qui autem tradidit eum dedit illis ſignum dicens; quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt tenete eum.

VERSIONES.

Syriac. n. 47. Adhuc ipſo loquente: Ecce Judas proditor unus ex duodecim, & turba multa cum eo cum enſibus.

D. Hilar. Cum turba plurima venit.

Luc. Burg. Cum gladiis, & ſignis.

Syriac. n. 48. Dedit autem eis ſignum Judas ille proditor.

Vatablus. Ipſe eſt, prendite eum.

Luc. Burg. ex Greg. Retinete eum.

Alter Textus.

Marc. 14. *n.* 43. Adhuc eo loquente, venit Judas Iſcariotes unus de duodecim, & cum eo turba multa cum gladiis & lignis à ſummis ſacerdotibus, & ſcribis, & ſenioribus.

Num. 44. Dederat autem traditor ejus ſignum eis, dicens: quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum, & ducite cautè.

Luc. 22. *n.* 47. Adhuc eo loquente: Ecce turba, & qui vocabatur Judas unus de duodecim, antecedebat eos & propinquavit Jeſu, ut oſcularetur eum.

Ioan. 18. *n.* 2. Sciebat autem Judas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter Jeſus convenerat illuc cum diſcipulis ſuis.

Num. 3. Judas ergo cum accepiſſet cohortẽ a Pontificibus, & à Phariſæis miniſtros, venit illuc cũ laternis, & facibus & armis.

EXPOSITIO I.

ADHUC *eo loquente.* Scribit Joannes. 1.
Sciebat autem Judas, qui tradebat eum locum, quia frequenter Ieſus convenerat illuc cum diſcipulis ſuis. Ex frequentatione actuum ſciebat Judas, quod ille locus erat familiaris Chriſto ad orandum, & ideo ad eum locum convenit Jeſus, ut abſque labore à ſuis inimicis inveniretur, ut ait Theoph in Joan. ad eumque etiam convenit Judas. *Adhuc ipſo loquente:* non ſolùm cum tribus diſcipulis, ſed etiam cum aliis octo, ac proinde cum undecim, ut notat Carthuſianus, ad omnes enim poſt tertiam orationem venit. *Adhuc ipſo loquente.* Verba proximè dicta; *Surgite eamus, ecce appropinquavit qui me tradet.* Tres Evangeliſtæ Matth. Marc. & Lucas notarunt, quod adhuc Chriſto loquente advenit Judas. Ut veritas ſermonis Chriſti appareret, quod traditor prope erat. Hugo. *Ideo enim eo loquente*, ait, *ut nunquam nimis celerem putes præparationem tuam: & ut ſcias quantum abhorret diabolus conſilium tuum, proindéque ſuper vigilandum.*

Theoph.

Carthuſ.

Hugo.

Ecce. Res ſtupenda, & admiranda. *Iudas unus de* 2.
duodecim Apoſtolis, qui à Chriſto tanto honore ſublimatus eſt, dux erat tantæ impietatis. Victor Antiochen. in Marc. *Qui enim pari cum cæteris Apoſtolis honore, & dignitate potiebatur, is eorum ducem & anteſignatum ſe præbet, qui Chriſtum ad ſupplicium, & mortem petitam venerant.* Et ut D. Lucas explicat *Antecedebat eos.* Turba populorum adverſus D. Jeſum agitabatur odio Judas verò avaritia; & velociores alas miniſtravit Avaritia, quam odium D. Chryſoſt. *Avaritia illi furorem immiſit.* Venit ergo Judas *cum turba multa.* Ex omni gentium genere, cohorte nempe militum Romanorum famulis Pontificum, & Phariſæorum, ſcribarum miniſtris principum Sacerdotum, ac ſeniorum populi, ut latius dicam quæſt. ſequenti *Cum fuſtibus*, id eſt lignis tam ferratis, ut ſunt haſtæ, lanceæ, quàm non ferratis, ut ſunt fuſtes; *ac armis;* ut ait Joannes, hoc eſt omni genere armorum, qui etiam ait, *cum laternis & facibus.* Erat quippe nox.

Victor. Antiochen.

Velociores facit avaritia quàm odium.

D. Chryſ.

Qui ſcilicet Judas *Tradebat eum.* Seu ut alij 3.
codices habent: *Tradidit eum.* Et dicitur: dedit illis ſcilicet turbæ, ac aliis miniſtris, ſignum, quo Chriſtum agnoviſſent, ne errarent in ejus perſona, timebat enim ipſe ne Chriſtus ſe transformando, vel aliam formam aſſumendo effugeret ex eorum manibus, ut notarunt D. Hieron. Origen. Paſch. & alij, & tanta cautione uſus eſt Judas, quia timebat ne triginta argenteis ſibi promiſſis privaretur, ſi enim à Principibus ſacerdotum nondum erant traditi, ſed tantum promiſſi, ut conſtat ex hoc cap. 26. Matth. num. 16. Illi conſtituerunt ei, hoc eſt, promiſerunt *ei triginta argenteos.* Et ſic dicitur Marc. 14. num. 11. *Promiſerunt ei pecuniam.* Et dicitur *Quemcunque oſculatus fuere*, omnes undecim Apoſtoli, qui aderant

D. Hieron.

Origen.

D. Paſchaſ.

Matth. 26.

Marc. 14.

erant

erant amici tamen amicitiæ ſignum ſolum dat Chriſto, quem tradebat: de quo ſigno multa dicam quæſtionibus ſequentibus.

QUÆSTIO I.

Quare Iudas ad comprehendendum manſuetiſſimum Dei Agnum tantam convocavit turbam?

4. *Multa turba coadunatur adverſus Ieſum.*

VEnit *cum turba multa*, ut exprimunt D. Matthæus, & Marcus, hoc eſt valdè magna, cum miniſtris nempe, qui miſſi erant *à principibus ſacerdotum, ac ſenioribus populi*, tam ab iis, qui divinis quam iis, qui ſæcularibus rebus adminiſtrandis præerant. In quibus etiam erant ſervi ſūmi Pontificis, ſic ſcribit Ioannes, quod Petrus percuſſit. *Pontificis ſervum.* Seu ut narrat. D. Marcus. *Servum ſummi ſacerdotis.* Quod idem eſt: accepit etiam Judas à Pilato *cohortem, à Pontificibus, & Phariſæis*; id eſt multitudinem militum Romanorum. Nam cohors erat multitudo militum non Judæorum, ſed Romanorum, ut notat D. Auguſt. tract. 112. in Ioannem. Tamen prædicta cohors, ut advertit D. Chryſoſt. homil 83. in Joannem, non fuit miſſa à Pilato, ſed pecunia conducta, non à Juda, ſed à principibus ſacerdotum, hortatu fortè Iudæ, qui hoc à Pilato impetrarunt, aliàs tribunus cum tota cohorte non eſſet auſus ire ad comprehendendum Ieſum niſi auctoritas Præſidis interveniſſet, ut ait Toletus Annot. 4. in Ioan. & tot tantique miniſtri impietatis coadunātur adverſus juſtum. Cohors continebat milites 1250. vel ut alij numerant 500. Omnes iſti tanquam feroces, ac rabidi lupi diros morſus alapis, colaphis, ac multis percuſſionibus in ſanctiſſimum Agnum Ieſum inflixerunt; ita ut in eum intulerint 1250. alapas ac colaphos.

Luc. 22. — D. Auguſt. D. Chryſoſt. — Tolet. — *Crudeliſſimè tractatur Ieſus.*

5. Ad comprehendendum ergo Ieſum convenerunt principes ſacerdotum, & ſeniores populi. Hoc eſt ſummus Pontifex, ſacerdotes, ſcribæ, ut narrat D. Marcus, Phariſæi, ut refert Ioannes, majores, ac Magiſtratus populi ut ſcribunt D. Matth. & Lucas n. 52. Cum Præſide Pilato ac multitudine Romanorum militum, ita ut adimpleretur illud. Pſalm. 2. num. 2. *Aſtiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum ejus.* Quæſtio tamen principaliter inquirit, cur Iudas tantam multitudinem aggregavit, quod non factum eſt ſine aliqua cauſa.

Magna turba ad comprehendendum Ieſum. — Pſalm. 2.

6. Reſpondet primo D. Paſchaſ. lib. 12. in Matth. Exiſtimo, ait, cauſam tantæ multitudinis contra Ieſum veniſſe, quia putabant quidam eorum *in Beelzebuth ejicere dæmonia.* Luc. 11. num. 15. quaſi ex quibuſdam maleficiis effugere poſſe, ut poſſent eum violenter tenere; nonnulli eorum audierant, quod aliquando, cum jam præcipitandus eſſet ſe ſupercilio montis, effugerat manus tenentium ſe, Luc. 4. n. 29. putabant non fuga ſimplici, manus tenentium ſe evaſiſſe, ſed talia quædam extra naturam humanam potuiſſe, & ideo perſuaſione Iudæ armatur turba, multitudine militum armatur gladiis, & fuſtibus, armatur dolo in oſculo, ne ullo pacto virtutis poſſit evadere. Hæc D. Paſchaſ.

D. Paſchaſ. — Luc. 11. *Sic coadunantur ne maleficiis effugiat.* — Luc. 4.

7. Secundo. Adducta eſt à proditore Iuda turba multa, quo Ieſus certius apprehenderetur, & detentus principibus, ac magiſtratibus præſentaretur, eo fine ut ipſe pactæ pecuniæ compos fieret, ut dixi in expoſitione. Semper enim avaritia omnem lapidem movet, omnes convocat poteſtates ad ſuam libidinem implendam. Tertiò. Cum optimè ſciret Judas populum maximè eſſe propenſum in ſuum benefactorem Ieſum, inde tanta turba convocata exiſtimat populum comprimi poſſe ſi fortè vel in horto impedire vellet ne Ieſus caperetur, vel in itinere comprehenſum vellet è manibus eorum eripere, & ideo nocturnum tempus elegit, hujus incommodi vitandi cauſa.

Avaritia omnes convocat poteſtates — *No populus impediret comprehenſionem.*

8. Quartò. Tantam convocat Iudas multitudinem à ſummo ſacerdote, à principibus ſacerdotum, à ſenioribus, ac magiſtratibus populi ac ſcribis, & Phariſæis, ac etiam à præſide Romano, ut tanta miniſtrorum multitudine, ac auctoritate iniquitatem ſuam Judas obumbraret, ac palliaret, & etiam Ieſum verè mortis reum oſtenderet ad cujus comprehenſionem omnes poteſtates convenerant, quorum auctoritate eos populorum comprimere volebat. Quintò. Tanta congregatur multitudo; noverat Judas magnam Jeſu virtutem, ac proinde ſi ipſe Dominus ſe defendere, aut effugere vellet, putavit Judas multitudine opprimi poſſe, & ita circumcingi, ne qua elabi poſſet, aut vi, aut arte de medio volentium eum tenere, quemadmodum aliquando contigerat; tam cæca eſt humana ambitio, ut exiſtimet ſe poſſe contra Deum ſtare.

Auctoritate miniſtrorum ſuā maliciam vult Iudas obumbrare.

9. Sextò. N. D. Cyrill. lib. 11. in Joan. cap. 22. *Non ignorabat*; ait, *non poſſe illum capi nolentem, ſed magnitudine, ac impietate facinoris exagitatus quaſi temulentus, atque inſanus quò rueret, non ſentiebat.* Benè agnoverat Judas divinam Chriſti virtutem, in tot ac tantis miraculis, & quomodo ipſe ſe abſcondit, ac eripuit è manibus eorum quando eum voluerunt lapidare in templo, vel præcipitare ſupercilio montis; quomodò tantam convocat multitudinem, & cum illa ſe certum exiſtimat eum poſſet capere, ac tenere? Sic Judas ſuo facinore erat obcæcatus, ſicq; ſui delicti magnitudine exagitatus, ut minimè poſſet attendere ad difficultates rei, quam intendebat, illiúſq; diſcurſus perpendere conſequentiaſque examinare, ſed ita ſuo facinore impellebatur, ut minimè circa illud poſſet diſcurrere, reique eventu conſiderare: *Magnitudine, ac impietate facinoris exagitatus quaſi temulentus, atque inſanus, quò rueret non ſentiebat:*

D. Cyrill. — *Peccatū excæcat judicium, ac diſcurſum.*

10. Poſt commiſſum peccatum primorum Parentum dicitur Geneſ. 3. n. 8. *Cum audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo, abſcondit ſe Adam, & uxor ejus à facie Domini.* Valdè evidens eſt, quod Deum cum ſit immenſus, omnem replet locum, & cum ſit omniſciens nihil poteſt effugere ejus cognitionem. Adam multa ſcientia infuſa erat illuſtratus, quomodo ei potuit venire in mentem, quod ipſe à facie Dei ſe abſconderet? Nunquid imaginabile erat quod talis locus de præſentia eſſet vacuus, vel quod ejus infinita ſcientia illum non penetraret? Minimè. Quomodo ergo Adam intentat in illo ſe occultare? Sic peccatum mentem obnubilat, & obſcurat, ut omne judicium pervertat, omnémque diſcurſum perturbet, ita ut Deum immenſum tanquam limitatum hominem ſibi proponat, & omniſcientem tanquam quod aliquid ignoret, inique errans ſibi perſuadeat,

Geneſ. 3. — *Peccator ſui peccato ſe decipiens.*

Alcuinus apud Lippom. *Unde autem*, ait, *à Domini præſentia abſcondi poſſe putabant niſi quod hac eis inſipientia de peccati pœna acceſſit, ut hoc eum latere putent, quem latere nihil poteſt.*

11. Cùm Rex Syriæ multa adverſus Iſraëlitas excogitaret conſilia, omnia experiebatur Iſraëlitis patere, unde parſuaſus eſt in ſervis ſuis aliquem proditorem eſſe, qui hoſtibus revelaret ſui pectoris ſecreta, admonitus tamen fuit, id non naſci à proditore aliquo Syro, ſed à Propheta Eliſæo, qui omnia abſtruſa callens illa ſuo indicabat Regi. Quid tunc Syrus ait. *Ite, & videte ubi ſit Eliſæus, ut mittam, & capiam eum*, 4. Reg 6.n.13. Quænam major ſtultitia excogitari poteſt, credit omnia patere Eliſæo, & tamen imperat ſuis militibus, ut inquirant eum ad comprehendendum. Si tua conſilia occulta patefacta illi vides, cur non vides hoc tuum conſilium militibus publicatum de eo tenendo etiam illi fore patefactum, mihi crede, quod etiamſi res ſit de ſe evidens, & in promptu, ſic peccatis intellectus obtenebreſcit, ut in aperta ſequela, ac intelligentia aberret, & contra id, quod clarè intelligit, & judicat. Carthuſ. *Si Rex Syriæ credidit, ait, Eliſæum cognoſcere omnia verba à ſe etiam conclavi prolata, fruſtra miſit ad inquirendum ubi eſſet, cum Eliſæus ſi vellet, fugere poſſet, ſed tanta eſt excæcatio impiorum, ut cum unum credant, atque conſiderent, non conſiderant aliud, quod ex illo eſt conſequens, ſicut Herodes credidit puerum ſibi à Magis denuntiatum eſſe Chriſtum in lege, & Prophetis promiſſum, & tamen miſit ad occidendum eum.*

4. Reg. 6. *In manifeſta cæcutit peccator.*

Charthuſ.

Quæſtio II.

Quare milites Iudam concomitantes, veniunt cum laternis, & facibus?

12. Ait Ioannes. *Venit illuc.* Scilicet Iudas, omnia ei tanquam auctori, ac duci tribuuntur. *Cum laternis & facibus.* Nox enim erat & cum plenilunium eſſet? ita ut Luna tota nocte ſplendeſceret, tamen tam ſolicitus erat Judas ad apprehendendum Chriſtum, ut lumen ſecum aſportaret, tam laternis incluſum, ne à vento extingueretur, quam facibus, lumine ſcilicet aperto ex accenſis funibus cera, ac oleo delibutis, ut ita commilitones certius, viæ offendicula, ac inſidias, ſi quæ laterent, evitare; ac etiam, ut ſe mutuo viderent, ac denique, & præcipuè ut Chriſtum agnoſcerent, & ſi ipſe in latebras fugeret, aut inter alios ſeſe occultaret, ut eum quærerent, providit exercitui lumen Cæcitate mentis contempta, exterioribus oculis lumen admovet Iudas, ut Chriſtum juſtitiæ lumen comprehendat, & occidat.

Ratio litteralis.

13. D. Cyrill. Secundò D. N. Cyrill. Alexand. l. 11. in Ioan. c.32. *Derideri digni ſunt, ait, qui laternis, & facibus adverſus Chriſtum proficiſcebantur, Timebant forſan ne, aut in foveas caderent, aut pedes lapidibus offenderent, nec videbant ſe in lapidem illidere, de quo à Deo Patre dicitur, ecce ponam in Sion lapidem offenſionis, & petram ſcandali, & parvam foveam formidantes in profundum abyſſi delapſi ſunt.* Valdè mirum, venit Jeſus in hortum cum diſcipulis ſuis abſque laternis, & facibus, cum nullam foveam, & periculum timerent; veniunt Judas, & ejus commilitones, & lumen aſportant; *Timebant forſan ne, aut in foveas caderent, aut pedes lapidibus offenderent.* Quænam tanta diſcriminis ratio? Chriſtus cum diſcipulis ſuis ambulabat in via ſancta, ac juſta, inde eis omnia erant plana abſque ullo periculo; at Iudas cum ſuo exercitu degebat per viam iniquitatis, & malitiæ, indéque eis omnia erant aſpera, dura difficillima pericula, quæ portendebant, undique foveis, ruinis ac pedum offendiculis erant circundata, de quorum metu factum eſt, ut laternas, ac faces præferrent. Sed miſeri *parvam foveam formidantes, in profundum abyſſi delapſi ſunt.*

Juſto omnia ſecura, iniquo omnia periculis plena.

14. Rupert. Tertiò, Rupertus lib. 15. in Ioan. *Quia, ait, cum laternis, & facibus, & armis exierunt noctu tanquam ad latronem, idcirco lucerna Dei, lucerna legis, & Prophetarum, qua illuſtrati ſunt patres eorum, cadat de manibus ipſorum ſicut ſcriptum eſt: obſcurentur oculi eorum, ne videant: & idcirco ſub armis eiſdem, cum quibus exierunt, ſemper incurvetur dorſum eorum.* Quæcunque mala Jeſu paraverunt, in illos reverſa ſunt, convenientiſſimum enim fuit, ut ſub eiſdem malis Domino paratis omnino perirent. Venit perſecutorum turma cum laternis, & ideo in eis incluſam lucem videre eorum oculi nequivere, ſed omnino amiſerunt; *obſcurentur oculi eorum ne videant.* Pſal. 68. venit turma cum facibus, quæ plus habent caliginis in fumo, quam ſplendoris in lumine ut fumo obtenebrati corpora eorum igne perirent. D. Ambroſ. in Pſalm. 47. *Denique, ait, facibus mortuorum cadavera ardere conſueverunt. Sibi ergo Judæi jam ferebant incendia, qui perſequebantur ſalutis auctorem.*

Judæus malis paratis Domino ſuo periit. Pſalm. 68.

D. Ambroſ.

15. Sophon. 1. Ad hunc ſenſum ait Deus per Sophon. 1. n. 12. *Et erit in tempore illo, ſcrutabor Ieruſalem in lucernis.* Quænam ſunt lucernæ hæ, quibus ſcrutanda eſt Ieruſalem, magna pars intelligit Titum, & Veſpaſianum, nam poſt excidium Ieroſolymitanum tanquam facibus, ac lucernis accenſis per ſpeluncas, & latibula quærebant abſconditos, ut eos morte perderent D. Hieronym. *Legamus, ait, Joſephi hiſtorias,* lib. 7. cap. 17. *& ibi reperiemus ſcriptum de cloacis, ſpeluncis, & ſepulcris extractos principes, & reges potentes, & ſacerdotes, qui ſe in eas metu mortis abſconderant.* Et alto Dei judicio, ut qui filium Dei Romano exercitu laternis, & facibus comprehenderunt ad mortem, & ipſi etiam Romano exercitu tanquam lucernis, & facibus ad mortem capiantur ut ita pœna correſpondeat delicto, & ſupplicium proportionetur culpæ.

D. Hieron. Joſephus.

Pœna proportionatur culpæ.

Quæſtio III.

Quare milites ad comprehendendum Ieſum veniunt cum armis?

16. *Ratio litteralis.* Ad capiendum Innocentiſſimum agnum Chriſtum Ieſum veniunt milites armati cum gladiis, & fuſtibus. Huc veniunt omnes rationes datæ in 1. quæſt. Veniunt cum armis, ut populum reprimerent, ſi vellet eum eripere de eorum manibus, & ut oſtenderent innocentiſſimum Agnum eſſe malefactorem, mos eſt enim, ut malefactores, latrones, cùm ſint homines facinoroſi, armis capiantur; ſic dixit Ieſus turbis, quæ eum ad capiendum venerant. *Tanquam ad latronem exiſtis cum gladiis*

Matth. 26. *diis & fuſtibus comprehendere me.* Matth. 26. num. 55.

17. Secundo. Venit turba Judæorum cum cohorte militum Romanorum cum gladiis, inde Dei judicio factum eſt, ut ipſi Judæi multitudine militum Romanorum ſub eorum gladiis perirent, Rupert lib. 15. in Joan. *Merito, ergo* ait, *retributum eſt illis ut gladius eorum intraret in corda eorum; intraret tanquam gladius eorum in corda ipſorum, ita ut pro una cohorte Romana, quam adverſus Dominum, & Regem ſuum, armatam conduxerant, immenſum Romanæ fortitudinis adverſus ſui rebellionem ſuam commoverent exercitum.*

Rupert. *Gladius, quē Iudæi in dominum paraverunt in eos converſus.*

18. Tertiò. D. Cyrill. Alex. lib 11. in Joan. cap. 32. *Magna quædam res,* ait, *conſcientiæ ſtimulus eſt, qui quando perperam aliquid agimus, etiam nullo præſente ingenti nos metu exagitat, tale quid paſſus proditor, ut arbitror, & cohortem armis munitam, & Deorum miniſtros ſecum adduxit.* O Juda manſuetum agnum quæris ad quid tot armorum genera contra illum præparas, ad quid tanta turba populorum contra inermem virum? Inde tibi tantus, ut ſine armis ſine exercitu non audeas accedere; mala viri conſcientia ſic timore agitabatur, ut tot armis agere ſibi perſuaderet; & ſi deſertus hortus, Chriſtique manſuetudo, ac inermes diſcipuli ſecuritatem Judæ præmonſtrarent, tamen mala conſcientia coactus, multam perniciem ſibi timebat, & inde illuc non audet adire niſi armis, ac exercitu munitus. *Magna quædam res conſcientiæ ſtimulus.*

Cyril. Allex. *Stimulus malæ conſcientiæ metum ingerit.*

19. De impio ait, Job. c. 15. num. 21. *Sonitus terroris ſemper in auribus ejus, & cum pax ſit ſemper inſidias ſuſpicatur.* Omnibus eſt pax, & ſumma quies, tamen in auribus impij ſemper reſonant ſonitus terroris, ſemperque inſidias, ac mala ſibi vaticinatur; Conſcientia enim ſuarum iniquitatum eum arguit, illique metum ingerit Cardinal. Hugo. *Habet mali continuum remorſum conſcientiæ.* Unde de eis dicitur Levit. 26. n. 36. *Terrebit eos ſonitus volantis folij.*

Job. 5. *Mala conſcientia timet.* Hugo. Levit. 26.

20. Poſtquam Caïn fratrem ſuum Abel interfecit *ædificavit civitatem.* Geneſ. 4. num. 17. Imo inter omnes mortales ipſe primus civitatem ædificavit; & cur tam ſolicitus eſt ad eam ædificandam? Albino placet quæſt. 89. *Fortaſsè civitatem condidit, in qua ſalvaretur.* Unde illi tantus timor, nam omnes qui degebant in mundo erant parentes, fratres, filij, ac conſobrini ejus, cur ad ſui munimen, & ſalutem civitatem condidit? ſic ex ſua nequitia pavidus erat, ut civitatem conſtrueret, ut in ea magnam multitudinem congregaret, ut armis, ac gladiis ſe defenderet, ac tueretur. Rupert. lib. 4. in Geneſ. cap. 10. *Quia fratrem ſuum occiderat, & ob hoc omnibus odioſus erat vagus, & profugus, idcirco civitatem, qua ſe tueretur, ædificavit.*

Geneſ. 24. Albinus. *Iniquitas conſcientiæ timorem ingerit.* Rupert.

21. Paravit Regina Eſther lautum, ac magnum convivium ad quod invitavit regem Aſſuerum, ac Aman. Cumque dies aſſignata adveniſſet ad domum Aman. *Venerunt Eunuchi regis, & cito eum ad convivium, quod regina paraverat pergere compulerunt,* Eſther 6. n. 14. Nota verbum *Compulerunt*; quod multam vim, ac conatum dicit. Cur Aman non cito feſtinas, & curris ad convivium, quod tibi ad tantam gloriam, ac nobilitatē cedit, ut ſolus ſimul cum rege voceris, quænam res jucundior, ac illuſtrior tibi contingere poterat, quam quod ſolum cum Rege, ac Regina ad convivium intrares, cur non curris, ſed cunctaris, ad quid expectas vocari? Retardabatur Aman à conſcientia ſua, quæ eum arguebat de tot, ac tantis malis, quæ in Eſther ac populum ſuum machinabatur, & ideo accuſante conſcientia coram regina ſtare, ac apparere non audebat. Nam ut dicitur Sap. 17. num. 10. *Semper præſumit ſæva perturbata conſcientia.*

Eſther. 6. *Conſcientia iniqua accuſat, & dat timorem.*

Quæstio IV.

Quare Iudas ad Chriſtum tenendum pro ſigno dat oſculum?

Reſpondeo primò. Quia Romanis militibus, ac miniſtris à Pontificibus datis, non ſatis cognitus erat Chriſtus, inde Iudas pro ſigno ad capiendum dat oſculum, dicens obſervate nempe eum, *Quem ego oſculatus fuero.* Noluit Judas armatus primus irruere, ac manus armatas injicere in Jeſum, ſed ſimulatè ipſum aggredi, & ita latenter prodere, ut prodere non crederetur, noluit enim Iudas apertè impudens videri, partim Magiſtri reverentia, ut ait Origenes partim condiſcipulorum verecundia, partim ſceleris pudore cohibitus fuit, ut palam tantum facinus perpetrare non auderet: nequitia enim hoc habet, ut plerumque cultoribus ſuis fœteat, & inviſa ſit, nec facilè niſi virtutis velamine tecta edatur. Cùm ergo vellet Judas proditionem ſuam diſſimulare, tale eligit ſignum, quale & Ieſum hoſtibus proderet, & proditionem ſuam Ieſu, ac condiſcipulis abſconderet; hujuſmodi autem ſignum accommodatiſſimum judicavit, nam ſecundum patriæ conſuetudinem in ſignum pacis illo Iudæi utebantur, Ieſuque diſcipuli in novo adventu ex via, vel in aliquo magno negotio, qui mos invaluit, apud primos Chriſtianos, ut patet ex multis locis Epiſtolarum Pauli. 22.

Iniquus de ſua nequitia verecundatur.

Secundò Origenes tract. 35. in Matth. *Dignum eſt quærere,* ait, *cum ſecundum faciem notus eſſet (Chriſtus) omnibus habitantibus in Iudæa, quare quaſi non cognoſcentibus effigiem ejus dedit eis ſignum.* Sol divinæ juſtitiæ Chriſtus radiis ſuæ beneficentiæ, quibus cæcos illuminabat, mortuos ſuſcitabat, languidos curabat, omnibus erat notus, ita ut nullus eſſet, qui ſe abſconderet à calore ejus, ad quid neceſſarium ſignum. 23.

Origen. *Ratio dubitandi.*

Reſpondet citatus Origenes, *Venit traditio talis de eo ad nos, quoniam non ſolum duæ formæ in eo fuerunt: una ſecundum quam eum omnes videbant: altera ſecundum quam transfiguratus eſt coram diſcipulis in monte, ſed etiam unicuique apparebat, ſecundum quod fuerat dignus, ſicut & de manna ſcriptum eſt, quod habebat ſaporem ad omnem uſum convenientem.* Quod etiam de forma transfigurationis, de qua Iudas fortè aliquid audierat, tradunt D. Hieron. D. Paſchaſ. & alij Hæc proditoris cautela nos docet Domini faciem non omnibus eandem apparere, ſed inſtar manna ejus formam ſe exhibuiſſe, nam juſti ejus pulchritudine inſpecta delectabantur; affecti oris elegantia recreabantur, modeſti frontis gravitate inſtruebantur: nefarij oculorum furore obturbabantur: audaces vultus ſerenitate comprimebantur. *Unicuique apparebat, ſecundum quod fuerat dignus.* Ut tali geſtu ſuos diſcipulos, ac Eccleſiæ paſtores doceret eas formas induere, quibus proximorum ſalus indiget, eſt enim hæc varietas maximè laudabilis 24.

Origen. D. Hieron. D. Paſchaſ. *Prælati pro ſubditorum exigentia diverſas formas induant.*

dabilis nata ex caritatis zelo, ut Prælatus juxta ſubditi ingenium, ac exigentiam ſe præbeat, & accommodet. *Sicut & de manna ſcriptum eſt, quod habebat ſaporem, ad omnem uſum convenientem.* Hoc
1.Cor. 19. ingenium ebiberat Paulus cum 1. Cor. 19. n. 22. dicebat. *Omnibus omnia factus ſum, ut omnes facerem ſalvos.* Vir divinus, ac medicus ſpiritualis factus eſt Judæis Judæus, Gentilis Gentilibus, ut
D. Ambroſ. omnes lucraretur D. Ambroſ. *Vt omnibus omnia factus propoſitum tamen Religionis non ex ederet, quia ubi ceſſit, ad hoc ceſſit, ut proficeret.* Zelo ſine virtutis detrimento tot figuras oſtendit. Vide ſupra lib. 7. cap. 15. n. 4. & 5.

25. D. Hieron. Tertiò. D. Hieron. *Adhuc, ait, habet aliquid de verecundia diſcipuli qui non eum palam tradidit perſecutoribus, ſed per ſignum oſculi.* Idem habent D. Anſelm. Beda, & alij. Cum Judas eſſet educatus in Chriſti ſchola hoc ex ejus ſocietate hauſit, ut peccandi haberet verecundiam, ac de tanto malo verecundaretur, unde illud apertè perpetrare non audet ſed diſſimulare, quod tradit Seneca lib. 7. de beneficiis, cap. 12. *Qui in peſſima, ait, ab optimis lapſus, neceſſe eſt, etiam in malo veſtigia boni teneat. Numquam in tantum virtus extinguitur, ut non certiores animo notas imprimat, quam ut illas eradat, ulla mutatio,* pulchra ſimilitudine rem explicat, & Iudæ peropportuna. *Feræ inter nos educatæ, cum in ſylvas erumpunt aliquid manſuetudinis priſtinæ retinent, tantúmque à placidiſſimis abſunt quantum à veris feris, & nunquam humanam manum paſſis.*

Ex antiqua educatione verecundia de peccato. Seneca.

26. Hieron. Pergit citatus D. Hieron. *Hoc eſt ſignum, quod poſuit Deus in Cain, ne quicunque inveniſſet, interficeret eum.* Deus dat ſignum, ne homo pereat, & homo dat ſignum, ut ſe opponat contra Deum, ipſúmque interficiat.

27. D. Chryſoſt. Quartò. D. Chryſoſt. ſerm. 1. in feria 5. Paſſio. *Hoc ſignum, ait, Iuda tu dediſti, hoc pactum in tuo magiſtro poſuiſti, ut cum quo faceres pacem, ipſe raperetur ad crudeliſſimam paſſionem.* Cur ad Chriſti comprehenſionem, imo ad mortem inferendam datur pro ſigno oſculum? in oſculo oſtenditur conſortium oſculari, & oſculantis, & in nullo apertius potuit Chriſti mors deſignari quam ubi per oſculum, ac pacem ſaltem externam Ieſus Iudæ approximatur. Qualecumque impij conſortium pro ſequela habet mortem, & extremam ruinam. *Vt cum quo faceres pacem ipſe raperetur ad crudeliſſimam paſſionem.*

Impij conſortium mortem vaticinatur.

28. Theeph. Quinto Theophyl. *Qui venerant ad comprehendendum non erant ex turba tot, quot ex ſervis Pontificum, qui omnino fortè non cognoverant Ieſum, ſed Iudas notum fecit eis magiſtrum oſculo.* Si Ieſus beneficentia, ac miraculis ſuis notus erat in toto orbe uſque ad extremum terræ? Ad quid ergo Iudas ſigno oſtendit, quem exhibita omnibus latere non promiſerant beneficia? Qui venerant ad comprehendendum Ieſum, *erant Principes Sacerdotum,* magiſtratus templi, & ſeniores, ut exprimit D. Lucas 22. num. 52. ac miniſtri, & ſervi Summi Pontificis, cujus unius Petrus amputavit auriculam. Palatinis autem, ac aulicis, ſic ignotus erat Magiſter veritatis, ut ſigno indiguerint ad eum agnoſcendum; ſi plebea turba ſolummodo adveniſſet otioſum erat ſignum; at cum aulici eſſent, & ab aulis maximè exulet veritatis agnitio, falſa audiendi conſuetudine, ad veritatis magiſtrum agnoſcendum peculiare ſignum neceſſarium fuit. Ita aſſolita mendacitas inter ſummates ad veritatis notitiam pervenit. *Non erant ex turba, quot ex ſervis Pontificum, ideo Iudas notum facit eis magiſtrum oſculo.*

Veritas ignota eſt amicis.

Sextò. Quid opus eſt ſigno ad vultum notiſſimum diſcernendum? At tamen cum miniſtri iniqui Dominum jam patibulo deſtinaſſent, & inter ſceleratorum ignobilem, ferratamque catervam deputaſſent & ſi antea valdè notus eſſet ex miraculorum operibus valdè à totaque plebe ut Rex, & Propheta magnus acclamatus, tamen de futuræ mortis, ac paſſionis augurio, jam faciem ejus ignorant, etſi frontis nitor eum indicet, tamen appropinquans ignominioſa mors eum ignotum reddit, ut ſigno opus ſit ad eum agnoſcendum. Accedentes amici Iob ad eum in ſua calamitate inviſendum. *Cum elevaſſent procul oculos ſuos non cognoverunt eum.* Iob. 2. num. 12. Procul elevarunt oculos, qui antea è propinquo eum agnoſcebant; procul enim eſſe incipit, quiſquis è faſtigio honoris cadit; nec procul tam eſt diſtãtia loci quàm affectus gratiæ, *& non cognoverunt eum.* Eadem perſona, eadémque facies erat illi, ſed mutata fortuna, mutatam faciem in eo invenerunt amici, ut minimè eum agnoſcerent. 29.

Ex futuræ mortis ac ignominiæ augurio Chriſtum nõ agnoſcunt turba. Iob. 2.

Septimò D. Ambr. in Pſal. 35. *Iudas, ait, non expletus fuit pauperum ſpoliis, ad plenitudinem criminum graviſſimorum crimina ferendo pervenit pia miſcens caritatis Sacramenta flagitiis, cum diceret, Quemcumque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum.* Nequiſſimus proditor ad tenendum Ieſum dat ſigno oſculum caritatis pignus, ut in eo ſuam extremam perditionem declaret, quod cum nequitia perditionis miſcere voluit caritatis ſigna dum Ieſum oſculatus fuit. *Pia miſcens caritatis Sacramenta flagitiis.* In eo ſumma, ac deplorata ejus nequitia apparuit, dum caritatis dulcedinem cum proditionis amaritudine conjungere voluit. *Pia miſcens caritatis Sacramenta flagitiis.* 30. D. Ambroſ.

Summa malitia dum pia flagitiis conjunguntur.

Vafer ille iniquitatis villicus videns tempus ſuæ rationis reddendæ ad hominem, qui debebat Domino ſuo centum cados olei, ait: *Sede cito, & ſcribe quinquaginta.* Luc. 16. n. 6. Cur potius non tollit omne debitum, ſed tantum dimidiatum vult permittere ut oſtenderet ſuam extremam nequitiam. Eleganter Chryſol. ſerm. 126. ſic ait: *Vt totam fidem perderet, dum mediat captionem.* Si dimitteret totum debitum oſtendebat apertè infidelitatem erga bona Domini ſui; at dum donat partem, hanc infidelitatem oſtendit, cum remittat bona, ad quæ nullam habebat poteſtatem & dominium, oſtenditque etiam zelum circa domini ſui res, de illarúmque conſervatione agit, cum totum debitum non remittat, & cum voluit permiſcere infidelitatem cum zelo, turpiſſimè, ac nequiſſimè totam fidem erga Dominum ſuum perdidit. *Vt totam fidem perderet, dum mediat captionem.* Totum enim perdit, qui Deo dimidiatum reddit. 31. Luc. 16. D. Chryſol.

Qui permiſcet bona cũ nequitia totum perdit.

Mandat Deus Adamo *De ligno ſcientiæ boni, & mali ne comedas, in quacunque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Gen. 2. n. 16. Adam multorum bonorum ſcientia erat inſignitus, ſciebat Deum eſſe auctorem naturæ, ac gratiæ, à quo tam larga bona acceperat; ſciebatque leges matrimonij, dixit enim *Propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una.* In quo multa, & alta myſteria agnovit, ut latè explicant Patres. Penetravitque etiam animalium naturas, quibus nomina impoſuit: Cur ergo ei non conceditur comedere de ligno ſcientiæ boni, & mali? & qui tot ſciebat, ad quid ei interdi- 32. Geneſ. 2.

Non ſunt permiſcẽda bona cum malis.

citur

citur comeſtio ligni ſcientiæ boni , ac mali ? Non prohibetur Adæ ſcientia boni , ſed ſolum hoc prohibetur , nec ſimul commiſceas ſcientiam boni cum ſcientia mali , permixtio enim boni ac mali maximè pertinet ad confuſionem , perditionem , ac ruinam. D. Severian. in Caten. Lyppom. *Deus ſcientiam boni minimè prohibuit , illam namque Adam habebat. Non cognitionem boni prohibet Deus , ſed cognitionem mali una cum cognitione boni , haudquaquam eſſe vult. Idque ait Paulus : non poteſtis bibere poculum Domini , & dæmoniorum ? Nunquid duo prohibuit ? & ſervatur: non poteſtis Deo ſervire , & Mammonæ. Ita Deus cognitionem mali Adam percipere noluit , ne cognitioni boni permiſceretur.* Unde multa de hac re tom. 2. c.3.q.7. n.34. & c.17.q 5.n.19.tom 3.cap.29.q.5.n.36.37.38. & tom. 4. cap. 22. quæſt. 5. n.40. 41. 42. & c. 33. quæſt. 5. num. 29. 30. 31. 32.

Severian.

QUÆSTIO V.

Quare Judas militum turbæ commendat , ut Christum cautè ducant ?

33\. D. Marcus. Syriacus. Arabicus. Cajetan. Luc. Burg.

TUrbæ Judæorum , dixit Judas ut ſcribit , D. Marcus , *Quemcunque oſculatus fuero , ipſe eſt tenete , eum , & ducite caute.* Quæ ultima verba ſic legunt Syriacus. *Prendite cautè.* Arabicus. *Timete de illo* Cajetan. *Adducite tuto.* Lucas Burg. *Adducite diligenter , circumſpectè , tuto* Maximè recommendat Judas , ut Chriſtum teneant , & ducant , cum multo militum præſidio , magna cautela , ab exacta cuſtodia , ne effugiat , ac eripiatur ex eorum manibus.

34\. Origen.

Origenes tract.35.in Matth. *Malignè, & ſignificativè* , ait , *hoc dixiſſe Judas videtur tanquam ſi dicat , niſi diligenter eum tenentes adduxeritis , cum voluerit effugiet vos.* Hoc autem ideo præcipuè dixit , ac fecit , quia bene memoria tenebat, multiſque argumentis divinam Jeſus virtutem probatam habebat , & ſignanter , quod multoties lapſus eſt è manibus eorum , cum ipſum voluerunt apprehendere , & occidere. Luc. 4. num. 30. Joan.8.num.59.& 10.num. 39. ut jam notavi. Judam magna premit ſolicitudo , ne Jeſus elabatur ex eorum manibus antequam principibus , cum quibus ipſe Judas pactus fuerat , repræſentaretur , ac proinde ne ipſe fruſtraretur pecunia promiſſa , & tam pecuniæ , quàm magiſtri jacturam faceret. O ſumma proditoris cæcitas immenſæ filij Dei potentiæ opponere audet hominum induſtriam.

Luc. 4. Joan. 8.

Magna cæcitas dum humana induſtria ſe intentat opponere contra Deum.

35\. Quod impiè dixit proditor : *Tenete eum, & ducite cautè:* Nos piè dicamus. Teneamus eum , teneamus Deum noſtrum , amoris vinculis eum conſtringamus, & ducamus cautè , hoc eſt caveamus peccata omnia præcipuè mortifera , ut cum ſumma vigilantia ſemper Deum teneamus , ut ipſe nunquam à nobis recedat.

36\. Iterum redeo ad citata Origenis verba. *Niſi diligenter eum tenentes adduxeritis , cum voluerit , effugiet vos.* Iniquus proditor Magiſtri ſui opera. ac miracula mordebat. *Ducite cautè* ; ac ſi eſſent magorum præſtigiæ , quibus ſe poterat ex eorum manibus eripere. Dat peſſimus ſignum pacis , amoris proponit notam , dulcem Rabbi vocem eructat erga Magiſtrum ; & ſimul de ejus operibus , ac miraculis detrahit. Deplorari Judæ æmulus extitis iniquus, Abſalon cujus nomen idem eſt ac patris pax : & tamen apud ſingulos Iſraëlitas ad negotia venientes patrem calumniabatur. *Non eſt qui te audiat conſtitutus à Rege.* 2.Reg.15. num.3. Quo patris regimen, ac providentiam erga ſubditos mordebat. Patris pacem indicabat in nomine , ore tamen , ac voce patrem calumniabatur. Abſalonis veſtigia ſequuntur, qui pacem habent in ore , & tamen canino dente in Prælatos , ac magiſtros invehuntur Gillibert. Abbas ſerm. 14. in Cantic. *An non quaſi Abſalones ſunt quidam , qui pacem prædicant , & mordent dentibus. Affectant locum patris , & pravis ſuſurris ſocios corrumpunt , & ſubvertunt corda innocentium. Imitatione Abſalon eſt qui magiſtri , & locum ſibi arrogat , & vilæ derogat , pacem prædicat , & mordet dentibus.*

Pacem publicat, & de magiſtri operibus detrahit.

2\. Reg. 15.

Gillibert.

37\. Cum Job amiſſis omnibus bonis , omnique Infirmitate oppreſſus ſtaret in ſterquilinio , dicebat ad eum uxor ejus. *Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua ?* Job.2. num. 9. ſimplicitatem prædicat,& ejus ſtoliditatem,ac ignaviam arguit , quod tanta calamitate circundatus , adhuc lenis , & multum Deo conformis ipſum laudaret , ac benediceret Lyranus. *Reputabat eum ſtolidum , eo quod videbat eum in maxima adverſitate poſitum adhuc benedicentem Deum.*

Job. 2. *Simplicitatem dicit, & malignè arguit.* Lyran.

*Matth.*26.n.49. Et confeſtim accedens ad eum dixit : Ave Rabbi, & oſculatus eſt eum.

Num. 50. Dixitque illi Ieſus: Amice ad quid veniſti ?

VERSIONES.

Syriacus n. 49.	Et ait: Pax Rabbi , eumque deoſculatus eſt:
Græcus.	Salve Rabbi.
Arabicus.	Ave magiſter.
Arius.	Gaude Rabbi.
Syriac. n. 50.	Ipſe verò Ieſus dixit ei : ob id veniſti ſocie mi.
Vatablus.	Amice quorſum ades.
Arabicus.	Heus ad quid veniſti.
Pagninus.	Ad quid ades.
Luc. Burg.	Cujus rei gratia.

ALTER TEXTUS.

Matth.14.n.45. Et cùm veniſſet , ſtatim accedens ad eum ait , Ave Rabbi , & oſculatus eſt eum.

*Luc.*22.*n.*48. Jeſus autem dixit illi: Iuda oſculo filium hominis tradis.

EXPOSITIO II.

38\. ET *confeſtim.* Seu ut habet D. Marcus , *Statim* ut nempe illuc venerat,*accedens ad Jeſum*,audacter , & inverecundè cum magna feſtinatione ad ipſum Jeſum appropinquat , & tanquam hilari vultu ſe ejus amicum , ac diſcipulum diſſimulans. Eccleſiaſt.33.num.5. *Præcordia fatui quaſi rota curri.* Græcus : *Velox ut rota curri* , quæ huc,ac illuc volvitur cum magno impetu, ac ſine ullo

Eccleſ. 3. Hebræus.

Pſalm.13. *Impius val de velox.* Græcus. Gaëtan. Syriacus. Græcus. Arias. *Chriſto magnum gaudium erat mundi redemptio.*

ullo ordine, ac ratione. *Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.* Pſalm.13.num.3. *Ave Rabbi.* Græcus apud Marcum duplicat vocem *Rabbi*, dixit enim *Ave Rabbi, Rabbi.* Et quare ait Cajetanus. *In ſignum majoris reverentiæ affectus, ut perfecta eſſet ſimulatio.* Apud Matth. Syriacus. *Pax tibi.* Græcus. *Salve Rabbi.* Arias. *Gaude Rabbi.* Judas ſiniſtra mente agit, tamen præter ſuam intentionem appoſitè loquitur. Ingens gaudium erat Jeſu, quia ſanguine ſuo totum redimebat mundum, ſed in te ô Juda magnam habet mœroris materiam, quia cùm ſis diſcipulus & Apoſtolus magiſtrum hoſtibus tradis.

39. *Et oſculatus eſt eum.* Quod in ſignum pacis, & amicitiæ ſolebant Judæi, Romani, ac multæ aliæ nationes præbere; unde multum veriſimile eſt hoc oſculi ſigno Apoſtolos Chriſtum ſalutaſſe cùm ex aliunde ad eum accederent, quo exemplo primi Chriſtiani, ut jam dixi oſculo, & caſto ſe invicem ſalutabant, ut conſtat, ex Paulo 1.Cor.16.n.20. & tradit Tertull. lib. de oratione. Iudas autem tali ſigno ad ſuam nequitiam perpetrandam uſus eſt. Unde ait D.Hieron. in cap. 14. Marc. *Dans ſignum oſculi, cum veneno doli.*

1. Cor. 16. Tertull.

40. *Dixitque illi Ieſus. Amice.* Ubique mirificum Chriſti Ieſu manſuetudinis exemplar relucet; & quem optimè inimicum, ac proditorem ſciebat amicum vocat, hactenus enim in ſua amicitia cum intima familiaritate, ac multis beneficiis eum habuerat. *Ad quid veniſti?* Quorſum, cujus rei gratia veniſti cum pacis ſymbolo. Cum contra me inimicos adducas. D. Aug. ſerm. 1. de Paſſione. *Oſcularis,* ait, *& inſidiaris, amicum fingis, cum proditor ſis.* D. Lucas refert quod Chriſtus Dominus ei dixiſſet, *Juda oſculo filium hominis tradis.* Utrumque Chriſtus Dominus dixit. D. Aug. lib.3. de conſenſ. Evangeliſtar. c.6. ait, quod prius dixiſſet. *Juda oſculo filium hominis tradis.* Deinde *amice ad quid veniſti*, &c. veruntamen prius videtur amicè excepiſſe, deinde increpaſſe, nam poſt increpationem, non ſatis commoda amica ſequitur vox, & receptio.

D. Hieron. D. Aug. D. Lucas D. Auguſt.

Quæstio IV.

Quare Chriſtus Dominus Iudæ oſculum acceptaverit, cum ei fuiſſet valdè durum, & amarum?

41. OSculatus eſt eum. Scilicet Ieſum, tamen Ieſus, ut rectè ponderat Lucas Burgenſ. Non oſculatus eſt proditorem, ne facinus deteſtandum probare videretur; Ieſus verò permiſit ſe ab eo oſculari, & non avertit faciem ex triplici cauſa. Primò, ait, D. Ambroſ. cap. 22. Luc. ad hunc locum. *Ne fugere proditionem videretur.* Sed ut oſtenderet, quod ultrò, ac ex deſiderio plura, & indigniora pro nobis patiendi paratus erat. Secundò. Idem Ambroſ. *Ut plus afficeret proditorem, cui amoris officia non negaret.* Ut ita ipſum compungeret, ac cor ejus leniret ab iniquitate ſua. Tertiò. D. Hilar. *Ut doceremur inimicos omnes, eoſque quos ſcimus deſævituros in nos eſſe, diligere, oſculum ejus Dominus non reſpuit.* Ut videretur ſumma Chriſti caritas, nam quamvis ſciret Iudam proditorem, eum tamen odio non habuit, ſed dilexit, eúmque ad pacem, ac amicitiam ſecum admittebat.

Chriſtus non oſculatus eſt Iudam, tamen ejus oſculum acceptavit. D. Ambr. D. Hilar.

Quam durum, ac amarum fuerit Ieſu hoc oſculo, facilè ex multis conjecturatur. Primò, quia tradebatur à diſcipulo, quem tantis honoribus affecerat, cujus perditio ei erat durior, quam tota imminentis paſſionis ſeries. Inde cum Dominus de ſua paſſione ageret intimo dolore ſingulariter de Iuda dixit, *Væ homini illi.* Matth. 26. num. 24. non verò de his, qui eum comprehenderunt, ac crucifixerunt. *Væ* dixit. Secundò ex putrido Diaboli fœtore, qui in viſceribus Iudæ reſidebat; *Cum diabolus jam miſiſſet in cor ut traderet eum Judas*, Ioan. 13. Quæ fœtoris turpitudo in halitu Iudæ refundebatur. Tertiò. Ex ipſa appropinquatione, ac approximatione, quæ datur inter oſculatum, & oſculantem, & quid acerbius eſſe poteſt, quam veritati falſitas, bonitati iniquitas humilitati ſuperbia, &c. Simon Caſſian. lib. 13. *& oſculatus eſt eum. Ecce veritas, & falſitas: bonitas, & iniquitas: humilitas, & ſuperbia: patientia, & ira: caritas, & invidia: liberalitas, & avaritia*, &c. 42.

Quam durum, & amarum fuerit Ieſu oſculum Iudæ. Matth. 26. Ioan. 13. Caſſian.

Quartò. Traditur Ieſus ſub prætextu amoris, amicitiæ, ac pacis cum oſculo nempe illius ſymbolo. Quod quam durum fuerit Chriſto facilè intelligitur ex modo, quo ſe habuit, quando in cœna ſui proditionem prædixit. Ioan. 13. num. 32. *Hæc cum dixiſſet Jeſus turbatus eſt ſpiritu.* Syriacus: *Infremuit ſpiritu.* Arabicus. *Commotus eſt ſpiritu.* Quæ turbatio ſpiritus fuit quædam ingens, ac vehemens triſtitia intimis ſenſibus de perditione, ac proditione Iudæ, & ſi tanta fuit triſtitia in prædictione, qualiſnam eſſet, cum eam in exequutione ſuſtinuit, ac paſſus eſt. Unde de hoc nefario Iudæ crimine ſæpè conqueritur Dominus. Pſalm.40.num.10. *Homo pacis meæ, in quo ſperavi, qui edebat panes meos, magnificavit ſuper me ſupplantationem.* Alij legunt. *Magnificavit adverſum me calcaneum* hoc eſt inſidiis me impetivit, injurioſè, ac contumelioſè me tractavit Et Pſal. 54. num. 13. *Si inimicus meus maledixiſſet mihi*, &c. 43.

Ioan. 13. *Ex multis colligitur acerbitas proditionis Iudæ.* Pſalm. 40. *Alia lectio.* Pſalm.54.

Quæstio VII.

Quantâ impudentiâ Iudas Chriſtum oſculatur?

PRimò *Oſculatus eſt eum.* Singularis eum benevolentiæ ſimulatione, ac fictione, ut maximè ſolent, hypochrytæ. Vict. Antioch. in Marc. *Cui, ait, Lethales inſidias ſtruebat, illi infelix ſalutem cum oſculo afferebat.* Sub ovina pelle venit dans oſculi ſignum cum veneno doli, ut dixi ex D.Hier. in expoſit. Canit Regius Vates Pſal 48. n. 15. *Sicut oves in inferno poſiti ſunt.* De iniquis, ac damnatis eſt ſermo, ut eſt communis ſenſus, at oves juſtorum ſymbolum eſt. Quare ergo peccatores ſicut oves in inferno dicuntur detrudi? Inter omnes peccatores, ad eos peculiariter Vates dirigit ſermonem, qui ſub ovili indumento rapaces lupos imitantur, qualis extitit Iudas, qui ſimulata ovis lenitate Ieſum deoſculatur, quem crudeliter crucifigi contendit, cujus ſtultitiam ſupplicium manifeſtat; ſicut oves quæ inter cætera animantia brutaliores ſunt, in inferno collocantur ad hanc cogitationem me adduxit Divus Chryſoſt. ad citat. Pſal. *Quoniam ſicut bruta vixerunt, etiam ut bruta pereunt.* 44.

Victor. Antioch. *Simulata amicitiâ traditur Dominus.* D. Chryſ.

45. Secundò

45. D. Cyrill. Secundò. N. D. Cyrillus in Catenâ ad cap. 22. Luc. *& appropinquavit Ieſu, ut oſcularetur eum. Immemor gloriæ Chriſti, putavit forſan poſſe latenter agere, auſus præcipuum dilectionis ſignum organum efficere doli.* Dicitur Iudas *immemor gloriæ Chriſti.* Qui toties vidit eum cordis abdita reſerare, quæ antonomaſticè dicitur Chriſti gloria cujus immemor fuit Iudas cogitans conſilium ejus ab eo poſſe abſcondi. *Auſus præcipuum dilectionis ſignum, organum efficere doli.* Quod etiam dixit. D. Ambroſ. ad citat. Lucam *Amoris pignore vulnus infligis? & pacis inſtrumento mortem irrogas?* Oſculum amicitiæ ſignum amoris pignus? illud tamen ſi adulterat, ac eo abutitur, Iudas, ut illud, quod ad ſalutem, ac pacem fuerat ordinatum, ad ruinam, ac mortem aſſumat, & in amoris officina fraudum odia componat? Eáque eſt perverſitas Iudæ, ut ab oſculo, quod amicitias ſpondet, inſtrumentum inimicitiæ cædis extruat, & ex quo fructum capere debebat, ad fraudis ordinet materiam, Vt Chriſtus ſatiaret magnam turbam. *Acceptis quinque panibus, & duobus piſcibus aſpiciens in cælum benedixit.* Ioan. 6. num. 41. Ad quid Domine prius aſpicis in cælum, nonne vides; quod malitioſa. Alij ac aliorum hæreticorum audacia contra tuam divinitatem oblatrabit; D. Baſilius Seleucus orat. 13. *Semper Iudæus amans eſt criminationis, & ex quibus fructum capit, querelas captat*: Ne Iudæus obmurmuret, quod in poteſtate Dæmonium invito cælo miracula ederet, & ex quibus debebat capere fructum gratitudinis querelas captet ad murmurandum, inde aſpicit in cælum, ut miracula virtute cæleſti fieri demonſtret.

Iniquitas in amoris officina odia machinatur. — D. Ambroſ. — Ioan. 6. — D. Baſil. Sel. — *Vnde fructus inde querelas armat.*

46. Theoph. Tertiò. Theophylactus apud Matth. *Iudas*, ait, *notum fecit turbis magiſtrum oſculo. Nam cum ſciret bonitatem Domini, audebat illum oſculari.* O ſumma iniquitas, quæ ex ſumma bonitate arripuit audaciam, ut Chriſti faciem oſcularetur, & pacis nota traderet ad mortem pacis auctorem. Divus Leo ſermone 7. de Paſch. *Tu Iuda in trepidatione Sanctorum abuteris Domini patientia.*

Ex Domini bonitate impudicus ſit Judas.

47. Theoph. Quartò. Idem Theophylactus in Marc. *Vide ejus inſenſibilitatem*, ait, *quomodo credebat in oſculo Chriſtum decipere, ut quaſi amicus æſtimaretur. Si amicus eras, ò Iuda, cujus gratiâ cum inimici acceſſiſti ſed*; *omnis pravitas ſine prudentia eſt. Vtinam ſaperes, ac noviſſima provideres*, Ex tam larga experientia in Chriſti comitatu bene ſciebat Iudas, quod Chriſtus Dominus abſcondita cordis penetrabat, ex verbiſque ejus in cœna deprehenderat, ſe ſuámque proditionem notam eſſe Chriſto, tam *omnis pravitas ſine prudentia eſt.* Et ita ſua nequitia obcæcatus ſtultus credebat in oſculo Chriſtum decipere. Diviti malè provido dicitur: *ſtulte hac nocte animam tuam repetent à te.* Luc. 12. n. 1. Cur non appellatur avarus ſuperbus improvidus ſed ſtultus? hoc enim nomen maximè illi proprium erat, cum in æternum periret; quod erat interminabilis ſtultitia. D. Baſil. homil. de divite. *Audi, ait, miſer te dignam appellationem. Stulte hac nocte animam tuam abs te repetent. Superat æternam pœnam irriſio hæc ſtultitia.*

Iniquus ſtultus. — Luc. 12. — D. Baſil.

48. Euſeb. Quintò Euſebius apud Damaſcen. lib. 2. Parall ellor. componit Iudam dantem oſcula Chriſto in facie cum Magdalena, quæ ſtans retro oſculabatur pedes ejus. Sic ait. *O mulieris ſapientiam, ò diſcipuli inſcientiam: Meretrix pedes Ieſu exoſculata perditam animam recuperavit: Iudas autem eundem oſculatus, de vitæ libro expunctus eſt? O fraudulentum oſculum gehennæ cruciatum concilians.* Conſidera diſcrimen veræ pœnitentis, & peſſimi proditoris, hic coram ſtat; & faciem oſculatur ut impudicus proditor; Illa verò ut verè contrita cavet, & niſi retro non audet ad pedum oſcula accedere; ſemper injurioſi ſunt Deo impudentes peccatores, qui cum criminibus ſcateant, nihil verentur, ſed perfricata fronte ad Chriſtum accedunt.

Iniquus impudens, Inverecundus, & humilis.

49. Matth. 26. Perfidus proditor in cœna cum Domino; *Intingit manum in paropſide*, Matth. 26. num. 23. Cananæa verò de micis, quæ cadebant de menſa Domini cupiebat edere. Matth. 15. num. 27. Vnde venit, quod Iudas manum extendit ad mēſam, ac paropſidem; Cananæa verò ab utroq; abſtinet, & ſolum cadentes micas appetit? Ille ut impœnitens, impudicus, & ad omnia audax, hæc verò ut verè pœnitens valdè humilis, & modeſta, ſolum cadentibus micis contenta eſt Judam eleganter pungit. D. Leo ſerm. 7. de Paſch. *Addidit impudentiam ſceleri, cumque ſe à cibo alij in quo judicium Dominus poſuerat, continerent, tu manum non retrahis à paropſide, quia animam non avertis à crimine.*

Matth. 15. *Iniquus audax, Iuſtus, modeſtus.* — D. Leo.

Quæstio VIII.

Quare Chriſtus Dominus nequiſſimum proditorem amicum vocat?

VBique Dominus Ieſus ſuæ manſuetudinis, ac caritatis eximium præbet ſuis exemplum, non digna qua facilè poterat, ultione feriit proditorem, non ab oſculo repulit, non conviciis perſequitur, non denique exprobravit perfidiam, ſed blando verbo ejus conſcientiam tangit, amicum dicens *Amice*, ut explicat Lucas Burg. Quem ego hactenus in amicitiâ admiſi meam, conjunctam cum magna familiaritate, quem tot, ac tantis beneficiis ornavi, quem etiam diligo, cui bene volo cujus perditionē doleo. Refert D. Brigitta lib. 4. Revelat. c. 69. quod cum Iudas brevioris eſſet ſtaturæ ad ejus oſculum excipiendum ſeſe Ieſus inclinaverit dicens. *Amice, ad quid veniſti.* Sciebat Dominus: rogat tamen ſciens, ut diſcipulum ſceleris commoveat. 50.

Franc. Luc. — De Brigitta.

Secundò. Theophylactus. *Iudam amicum vocat*, ait, *incuſans eum, & blandiens.* Blandimenta verborum in ore Ieſu adverſus proditorem proferuntur, frequenter Dominus, his verborum blanditiis utitur tanquam ſpiculis contra perditiſſimos homines, ut illis eorum furor miteſcat, ut notat Origenes hom. 44. in Matth. Quod multis exemplis confirmat. *Ad malum enim, & non indutum nuptialibus veſtimentis dicit: Amice quid huc veniſti? Malus autem eſt, qui & in parabola denarij, audit: Amice non facio tibi injuriam.* 51.

Theoph. *Blandimentis verborum miteſcit animus.* Origen.

Tertiò. Euthym. *Vide miſericordiam inenarrabilem*; ait, *ſiquidem donec traditus eſt fuit illi cura de proditore; ideo etiam nunc amicum nominavit.* Non dixit, ô latro; ô nequiſſimè homo, ſed amice, uſque tunc proditoris ſui conſulens honori, eum amici vocabulo inſignit, quamvis enim valdè notus eſſet ſibi hoſtis, & proditor, tamen non denegat ei honoris titulum. Cum fugeret David à facie Abſalonis filij ſui rebellis, qui eum volebat interficere, ut occuparet, ſibi regnum, ait 52.

Euthym. *Hoſtis honorifico vocabulo tractandus eſt.*

ait David, Chuſai Arachites, ut reverteretur in civitatem, Abſalónique adhæreret, *& omne verbum, quod audieris de domo regis, judicabis.* 2.Reg. 15. n. 35. Cur Abſalon regem vocat, & non potius rebellem, parricidam, & tyrannum, cur immani hoſti honorificum regis titulum, & ei indebitum tribuit? Vt quamvis talem, adhuc eum honorifico titulo honoraret, ac proſequeretur. Theodor. q. 29. *Iure eſt admiranda Davidis lenitas, & manſuetudo. Quem cum perſequeretur, & bello invaderet execrandus filius, non eum nominavit parricidam, nec fratricidam, ſed regem.*

2. Reg. 15. — Theodor.

53. *Etiam de nequiſſimis hominibus cura agēda.*

Quartò. Ad eadem Euthym. verba: *Tanta teneritudine furentem hoſtem, ac maxime deploratum in ſua perverſitate, quem optimè noverat, ſic excipit, nec illius curam abjicit ſiquidem donec traditus eſt, fuit illi cura de proditore*: Videamus, quod etiam de iniquiſſimis hominibus, Deus, curat, ac de illis agit; ut ad bonum inducantur. Quintò.

54. Cur Chriſtus ſevera increpatione in Judam non invehitur; Cur juſtitiæ iras in eum non vibrat? ut ſentiat ingratus, quod molitur hypocrita. O altiſſima Divini Magiſtri diſciplina, ut etiam in ultima hora proditorem blando *amici* nomine compellet, nam ſi durius cum proditore eo uſque agere, de reſtauranda benevolentia proditor forſitan diffideret, ne ergo in diffidentiam abeat, ſed ut omnis diffidentiæ, ac deſperationis occaſio amputetur amicus appelletur tanquam ſpondens ei ſuam amicitiam. Pulchrè Theododatus Rex dicebat, ut refert Caſſiodor. lib. 11. Vari. Epiſt. 8. *Compellat rationabiliter proprius animus, ne vos urgeat terror armatus, odium ſiquidem excitat, qui juſtis inſultat imperiis, quem jam coëgero, non amabo.* Terror armatus, inſultatióque duris imperiis etiam juſtis odium excitat, & quem diris verbis coëgero; *jam non amabo.* Seu jam non amare vulgo putabitur. Vide tom. 4. cap. 8. q. 3. n. 25. 26. & ſupra lib 7 cap. 6. num. 102.

Caſſiodor.

55. D.Gregor. Sextò. D.Gregor. lib. 3. Moral. Cap. 14. *Non mirum, ait, quod qui adverſantium formam exprimunt: nominentur amici, cum ipſi quoque traditori dicitur.* Amice ad quid veniſti? *quia etſi per nos mali corrigi negligant, dignum tamen eſt ut à nobis non ex ſua nequitia, ſed ex noſtra benignitate amici nominentur.* Similiáque habet lib. 8. Moral. cap. 1. ponderans illa verba Iob. 6. n. 27. *Super pupillam irruitis & ſubvertere nitimini amicum veſtrum.* Hoc enim habet caritas, quod etiam læſa neſcit ab amore recedere, & quamvis perimi, ac ſubverti intendatur: adhuc vi amoris proſequitur, & amicum eſſe teſtatur. Nam ut rectè ait D. Chryſoſt. ſerm. de prodigo. *Delicta non videt vis amoris.*

Job. 6. — D.Chryſoſt. — *Dicit amicum, quia adhuc eum diligebat.*

56. Pſalm. 37. Ait Regius Vates Pſal. 37. num. 12. *Amici mei, & proximi mi appropinquaverunt adverſum me, & ſteterunt.* De Chriſto Domino loquitur Propheta, ubi de impiis Iudæis ipſum tradentibus, ac perſequentibus conqueritur, ut interpretantur D. Auguſt. N. Incognit. Lyran. & alij, ſed quomodo eos, qui adverſus ipſum ſtabant omni conatu requirentes ad mortem, amicos proximos, ſeu cognatos dicit, cum eorum opera apertè odium, & inimicitiam patefacerent? delicta non videt vis amoris, ſed eos tanquam amicos proprio corde geſtabat, quos etiam & ore amicos dicit D. Chryſoſtom. ibi: *Amicos quidem appellat, non ut quia Ieſum amarent, ſed ut quia ab eo amarentur.*

D. Auguſt. — Incognitus. — Lyran. — *Delicta non videt vis amoris.* — D. Chryſoſt.

Stabat Stephanus in concilio coram Principe ſacerdotum inter Iudæorum cœtus, qui dentibus ſtridebant in eum, jam manus præparantes, & aptantes ad lapides, quibus ait Stephanus *Viri fratres, Patres audite.* Actor. 7. num. 2. hoſtes erant crudeliſſimi, & infeſtiſſimi, & nihilominus fratres, & parentes vocat. O Viri Sancti ingenium; hoſtes videbat, & fratres vocabat, furentes in ſe illorum rabies notabat, & illos nihilominus ut parentes honorabat, illorum ſævitia tanquam furentium tempeſtatum, ejus caritatem extinguere non potuit, ſed eos ſic amabat tanquam fratres, & Parentes. D.Nyſſenus homil. de S. Stephano. *Illi quidem,* ait, *ad eadem ſpectabant, & jam manus lapidibus armabant, obtutu, anhelatione, dentium colliſione, ſævitiam per ſe ferentes, hic verè tanquam fratres aſpiciebat, & tanquam patres ſalutabat. Viri enim fratres inquit, & patres audite.* Caritas non eorum ſævitiam ſed fraternitatis vinculum conſiderat; *hic verò tanquam fratres aſpiciebat.*

Actor. 7. — *Chriſtus non videt ſævitiam, ſed caritatis vinculum.* — D. Nyſſen.

QUÆSTIO IX.

Quare Chriſtus Dominus magno animi dolore ait: Iuda oſculo filium hominis tradis?

PRius Chriſtus Dominus dixit, ut jam notavi. *Amice, ad quid veniſti.* Poſtea verò eum reprehendens inquit ſiccine *Iuda oſculo me tradis,* Tanquam ſi dicat, exiſtimas tuam me latere proditionem? Non latet, ſcio quale ſit oſculum tuum; & quid ſignificet, quibus, & cujus rei ſit ſignum. 58.

Iuda oſculo filium hominis tradis. Singula verba gravi ponderatione ſunt plena; & loquitur per interrogationem, ut eum attentiorem faciat, & magis eum ad ſe attrahat, ac inclinet. D.Ambroſ. *Per interrogationem pronunciandam, quaſi amantis affectu corripiat proditorem*; eique objicit *oſculo.* Theophyl. *Non erubeſcis hoc proditionis genus? miſces amico amplexui inimici opus proditionem!* Et quæ omnia altius ſunt examinanda.

D.Ambroſ. — Theoph.

Primò Eum vocat nomine ſuo, *Iuda,* D.Cyril. Hieroſolym. Catech. 2. *Fermè, hoc,* ait, *ad ipſum dicit, admonens eum: per nominis appellationem (Iudas enim vocatur confeſſio) intellige: accepiſti argentum: confitere cito.* Crudelis inimici nomen pronuntiat, non quod tanti hoſtis placeat nomen, ſed ut in nominis ſignificatione, argentum, ſeu memoriam confeſſionis ſuggerat, qua ſola de tanta turpitudine poſſit exire. *Confeſſio, pulchritudo in conſpectu ejus.* Pſal. 95 num. 6. quia de ſola confeſſione poſſit naſci ea pulchritudo, quæ divino conſpectui placeat. D. Bernard. Epiſt. 103. *Confeſſioni jungitur decor, jungitur pulchritudo. Et confeſſio, & pulchritudo in conſpectu ejus. Revera in confeſſione, ibi pulchritudo, ibi decor, ſi peccata ſunt, in confeſſione lavantur.* Vel nomine proprio vocatur Iudas in ſignum amoris, ac benevolentiæ erga eum. Ait Deus Moyſi. Exod. 33. n. 12. *Novi te ex nomine.* Vt ponderavi tom. 2. c. 5. q. 35. n. 234. & cap. 6. n. 2. 59.

D. Cyrill. — *Confeſſio expurgat peccata.* — Pſalm. 95. — Bernard. — *Nominis agnitio, amicitiæ nota.* — Exod. 33.

Secundò D. Ambroſ. in præſenti *Iuda oſculo filium hominis tradis? Magna divina ſignificatio poteſtatis, Magna diſciplina virtutis, & conſilium proditoris aperitur, & adhuc patientia non negatur.* Alto conſilio malignas falſi diſcipuli inſidias Dominus 60. D. Ambroſ.

I..ro virtus evulgata offenſa patiētiam non negare.

minus tandiu diſſimulavit; ſi fortè cunctatione negotiaretur pœnitentiam, qua & veniam peccati impetraret, at verò modo cum jam oſtenſam diu diſſimulatam apertè manfeſter, & tamen debitam iram in vindictam tanti criminis non effundat: ſed placatè, ac manſuetè cum eo agit, tunc quidem divinam poteſtatem tanta patièntia ſignificantius oſtentat, & magnam imitandæ virtutis diſciplinam tradit. *Magna divinæ ſignificatio poteſtatis, magna diſciplina virtutis.* Magna ſanè prudentia injurias diſſimulatione negligere? at offenſam evulgare, & patientiam non negare, nec pro ſuæ auctoritatis decore pœnas effundere magna, & rara virtus *Conſilium proditoris aperitur, & adhuc patientia non negatur*, Ait Chriſtus ſuis diſcipulis. *Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos; orate pro*
Matth. 5. *perſequentibus*. Matth. 5. num. 44. Ac ſi virtus à ſe commendata non tantum eſſet, quandiu injuria eſſet in occulto tanquam diſſimulata, ſed etiam injuria manifeſta. *Pro perſequentibus.* Patientia non denegatur, ſed magna beneficentiæ confertur.

61. D. Ambroſ. Tertiò. Idem D. Ambroſ. citato loco. *Tradis filium hominis. Illud plus conſutat ingratum, quod eum tradiderit: qui cum eſſet Dei filius propter eos tamen, filius hominis eſſe voluiſſet. Quaſi dicat propter te ſuſcepi, ingrate quod tradis in hypocriſi*, Filium hominis dicit; ut ejus nequitiam, ac ingratitudinem arguat, qui eum tradidit ad mortem, quod cum eſſet filius Dei, ob ejus ſalutem, filium hominis eſſe voluit. Vel non ait, tradis filium Dei, ſed filium hominis ne culpam, ac crimen exaggerare videretur. Vide quæ dixi tom. 2. cap. 5. num. 174.

Culpa non eſt exaggeranda.

62. Damian. Quartò. Maximè addubitat Petrus Damianus opuſc. 4. cap. 3. Quare Chriſtus Dominus conqueritur, quod Iudas ipſum tradiderit. *Iuda oſculo filium hominis tradis.* Quatuor enim fuerunt, qui Chriſtum tradiderunt ad mortem Pater tradidit: *Qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro omnibus nobis tradidit illum.* Rom. 8. num. 23. Ipſe filius ſe-
Rom. 8. ipſum tradidit. *Tradidit ſemetipſum pro me.* Galat. 2.
Ialat. 2. num. 20. Et ut ait Iſai. 53. *Oblatus eſt, quia ipſe voluit*
Gai. 53. Spiritus ſanctus etiam tradidit. *Benignus eſt ſpiritus ſapientiæ, & non liberabit maledictum à labiis*
Sapient. 1. *ſuis.* Sapient. 1. num. 6. Subdit ergo citatus Damianus; *ſi Pater tradidit filium, & ipſe ſe tradidit filius, inſuper & Spiritus ſanctus, Judas quid mali fecit? Facta eſt traditio à Patre, facta eſt à filio, necnon à Spiritu ſancto, facta eſt & à Iuda* Diſcriminis rationem apponit cit. Cardinalis. *Quia quod Deus omnipotens ex caritate, hoc Iudas fecit pecuniæ acquirendæ cupidine; quod Deus fecit ad ſalutis noſtræ remedium, hoc ille fecit ad explendum inſatiabilis avaritiæ votum.* Quod Deus fecit ex ſua infinita caritate, ipſummet Iudas egit ex inſatiabili cupiditate, & quod Deus pro noſtra redemptione operatus eſt, Judas pro ſua avaritia molitus eſt. Ex quo concludit citatus Cardinalis. *Vides ergo quis non quod homo facit debemus attendere, ſed quo animo, ac voluntate faciat, diligenter examinare.*

Non tantum opus eſt conſiderandum, ſeſt potius intentio.

63. Cum Noë jaceret in tabernaculo ſuo denudatus, ac incompoſitus *cum vidiſſet Cham pater Chanaam verenda patris ſui eſſe nudata nuntiavit*
Geneſ. 9. *duobus fratribus, fuit foras.* Geneſ. 9. num. 22. Quod cum Pater evigilans agnoviſſet, ait: *Maledictus Chanaam, ſervus ſervorum erit fratribus ſuis*, n. 25. quodnam tantum fuit crimen Cham, nonne nuntiavit Dominus fratribus ſuis, ac filiis Noë? Qui ut filii crimen Patris tacerent, imò operirent nuditatem, ut de facto fecerunt unde ergo tantum ſcelus; ut tanta maledictione mulctaretur? Non tantum opus ſed potius mens ejus præponderanda erat quæ talis erat? ut non ſolum duobus filiis, ſed etiam toti mundo, ac omnibus hominibus nuntiaret. Procop. *Quia*, ait, *non unicè fratribus nuntiat, ſed utriſque, ſi plures præſto fuiſſent, facinus detexiſſet omnibus.* Vide tom. 3. cap. 22. q. 16. n. 90. 91. 92.

Potiùs intendendum ad intentionem quam ad opus.

Procop.

Quartò. D. Paſchaſius lib. 11. in Matth. *Iuda oſculo filium hominis tradis. Non qualitercunque, ait, ſed oſculo me tradis, quod eſt ſignum amoris, & judicium veræ dilectionis: pignus offert veræ pacis, ſed vulnus infligit, & venenum ſerpentis.* Preme verbum *Non qualitercunque*, Dei filius ad necem viliſſimo pretio immaniſſimis hoſtibus divenditus eſt à diſcipulo, quem tantis donis, ac honoribus affecerat, nihil tamen de tanta ingratitudine, nihil de ſceleris immanitate nihil de pretij vilitate, nihilque de ipſa atrociſſima morte conqueſtus eſt, ſed tantum de ſimulatione, qua ſub pacis, ac oſculi ſigno Judas traditionem perfecerit, tanquam ſi præ omnibus hic tradendi modus ei acerbior eſſet, & majori odio dignus, quod ſub ficta ſimulatione, ac pacis oſculo traditus fuerit, quam quod viliſſimo pretio, ac tanta ingratitudine in manibus ſuorum inimicorum ad crudelem mortem proditus. *Non qualitercunque, ſed oſculo me tradis.* 64.

D. Paſchaſ.

Notanter David arguit homines mendaces in ſtateris, *mendaces filij hominum in ſtateris, ut decipiant ipſi de vanitate in idipſum.* Pſalm. 61. num. 8. Nunquid infimos de plebe, ac viles carnium venditores tantum Rex inſectabatur? minimè, ſed eos tantum, qui juſtitiæ prætextu, quam ſtatera deſignat mentiuntur, doloſque machinantur, D. Hilar. *In eo mendaces*, ait, *ut decipiant in ſtateris, ſub juſtitiæ nomine injuſta peragentes.* Non in qualeſcunq; mendaces invehitur, ſed *in ſtateris*. In eos nempe qui meditatas & artificiosè liberatas ſub veritatis ſpecie fraudes, & mendacia componunt, & adornant, quo ipſorum damnum inevitabile, & immedicabile uſus eſt. Vide quæ dixi ſupra lib. 7. cap. 16. qu. 6. num. 37. 38. 39. 40. & alis in locis ibi citatis. 65.

Pſalm. 61.

D. Hilar.

Prætexta juſtitiæ iniqua agere duriſſimum.

QUÆSTIO X.

Quare Chriſtus D. Iudam vocat amicum, & non potius diabolum vel diſcipulum, ut aliquando egit?

QUÆSTIO I. Quare Chriſtus D. hic in horto Iudam amicum vocat. *Amice ad quid veniſti?* Cum tamen apud Ioan. 6. num 71. Diabolum appellet. *Unus ex vobis diabolus eſt.* Loquens de Iuda, ut exprimit Evangeliſta. Cur ergo in Chriſti comitatu degens inter alios Apoſtolos diabolus dicitur, hic verò in horto amicus? Reſpondeo quod in Chriſti ſequela, ac comitatu diabolus nuncupatur. Reputans crimen occultum, ait Theophylactus. Tunc enim peſtiferum venenum diabolicæ traditionis occultatum, ac reconditum erat in mente, & minimè 66.

Quæſt. 1. Ioan. 6.

Theoph.

tantum

tantum ſcelus erat manifeſtatum. At verò modò in horto jam declaratus erat proditor: *Fuit dux eorum, qui comprehenderunt IESVM*, Ut de eo ait Petrus Act.1.n.16. Unde Chriſtus, qui hucuſque agens de proditore nunquam expreſsè ſuo nominavit nomine hic modò diſtrinctè ait illi; *Iuda oſculo tradis filium hominis.* Et tamen eum amicum dicit. *Amice ad quid veniſti.* Hoſtis occultus, ac tacens, diabolus eſt dictus, jam verò declaratus, ac manifeſtus proditor, amicus nuncupatur.

Actor. 1. *Inimicus abſconditus diabolus, manifeſtus verè amicus.*

67. Quæſt. 2. Quæſtio 2. Quare Chriſtus proditorem hic in horto vocat amicum; *Amice ad quid veniſti*? Cur amicum dicit potius quam diſcipulum, & inſuper ad modum quærentis ut advertunt D. Chryſ. Paſchaſ. Theophyl. & alij. Ait illi *ad quid veniſti*? cum ipſe omnia apertiſſimè ſciret; Amicum dicit, ut ſuam erga eum caritatem declaret, qui quamvis eum proderet ad mortem, adhuc eum ſic diligebat, ut amicum diceret; diſcipulum autem non nominavit, nam talia machinantem tanquam diſcipulum non agnoſcebat; & cum frequenter diſcipulorum defectus ad Magiſtrum referantur, ideò ad modum neſcientis cum eo ſe habebat cum ipſe optimè omnia præſciret, ut ab eo quærat, *Ad quid veniſti?* Ut omnibus fieret manifeſtum, quod tanti criminis perpetratio non ex Magiſtri doctrina, ſed ex diſcipuli malitia naſcebatur.

D. Chryſ. D. Paſchaſ. Theoph. *Diſcipulorum defectus magiſtro imputantur.*

68. Valdè frequens eſt, ut diſcipulus indiſciplinatus magiſtri doctrinam devenuſtet. Plutarchus inſtruens ſuum Traianum, maximè eum cupit bonum diſcipulum, in morum elegantia, & ſic cum illo alloquitur in præfatione politica ad Trajan. *Tuæ virtuti congratulor*, ait, *& fortunæ meæ ſi tamen rectè geſſeris, quem probè meruiſti principatum: alioqui te periculis, & me detrahentium linguis ſubjectum iri non dubito: cum ſermo publicus delicta diſcipulorum refundere ſoleat in præceptores.* De hoc iterum in hoc cap. infrà num. 159. cum Petri gladio fuerit ſermo, vide tom.3.cap.1.q.6. num.35.36.37.

Diſcipulus indiſciplinatus devenuſtat magiſtrum.

QUÆSTIO XI.

Quare Chriſtus Dominus hic durè non increpat Iudam, ut aliquando egit cum D. Petro?

69. CHriſtus Dominus Judam multa malitia mortem illi machinantem amicum vocat. *Amice ad quid veniſti*? Cum tamen Petrum ex amore intendentem morti ejus obſiſtere Satanam dicat: *Vade poſt me Satana.* Matth.16.num.13. Quod dubium excitat D. Baſil. Seleucus orat. 31. *Quæ hæc aſperitas verborum Domine. Satanam vocas Apoſtolum, & ſcandalum? Etſi Judas venditionem molitur, eadem facit, contra te cum Iudæis compoſitione tranſigit: Non tamen increpatur, nec dixiſti, Vade poſt me Satana, ſed inquis illi, Amice ad quid veniſti?*

Matth. 16. D. Baſil. Sel.

70. Reſpondit primò citatus D. Baſil. Seleuc. *Vbi vulnus, ait, eſt immedicabile, ibi pharmacum inutile; ubi autem curationis ſpes ſectionem inducit curationi.* Petrum Sanatæ agnomine ferit, & Judam nomine delinit. Cur non potius Iudam, quam Petrum verbis flagellat? Sanè optimus Iudex ibi abſtinet à flagello, ubi flagellum minimè reſecaturum erat vitium, quale erat Judæ, At flagelli aculeus applicatur, ubi certa erat emendatio, ut videbatur in Petro. Secundò, quamvis crimen Iudæ eſſet graviſſimum, tamen mortem, ac crucem Domino vehementer deſideratam præparabat: inde divinus amor aliquantulum rigoris diſſimulat, & cum eo leniter agit ut eum amicum dicat; At Petri ignorantia licet ex multa caritate, mortem Salvatoris conabatur impedire; unde talis affectus ſeverè objurgatur, ut dixi tom. 4. c. 6.q.5.n.36.

D. Baſil. Sel. *Flagellum applicatur, ubi vulnus medicabile. Durum divino amori quod à morte retardetur.*

Tertiò. Iudas horrendum, ac turpiſſimum facinus perpetrat. Petrus tamen ovium Paſtor, Eccleſiæ Sacerdos, ac Apoſtolorum Princeps, ex ignorantia delinquit, ei enim dicitur. *Vade poſt me Satana: ſcandalum es mihi, quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt.* Sic in Prælato, ac Sacerdote divinarum rerum ignorantia diſplicet, ut Judas ſuum horrendum facinus aggrediens audiat. *Amice ad quid veniſti*? At Petrus ex ignorantia deliquens audit: *Vade poſt me Satana.* Et cur ſic rigidè vapulat? *Quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt.* Crimen omnium horriblius patienter ſuſtinet in Juda, & inſcitiam in ſuo miniſtro, & Sacerdote, duris verbis objurgat. Favet citatus Baſil. Seleuc. *Vidiſti ô Domine cum militibus invadentem, nec dixiſti, Vade poſt me Satana: Petrus amoris p animum fert contumeliam, & ex ignorantia offendens verbis vapulat.* Judæ ſceleſtiſſimum facinus patienter ſuſtinet; ignorantiam verò Petri minimè diſſimulat, pro doctrina multum invigilent Sacerdotes ſciántque quod de ignorantia gravius mulctandi ſint, quam de quocunque alio crimine. *Ex ignorantia offendens verbis vapulat.* 71.

Maximè punitur ac reprehenditur ignorantia in Sacerdote. D. Baſil.

Promittit Deus Abrahamo terram Chanaan in hæreditatem, qui ait: *Domine Deus unde ſcire poſſum, quod poſſeſſurus ſum eam?* Geneſ. 15.num. 8. Signum petit, & tamen nulla gravi pœna afficitur. At Zacharias, cum ſacerdotali vice fungeretur, aſtitit ei Angelus Baptiſtæ nativitatem annuntians. Ait. *Vnde hoc ſciam? Ego enim ſum ſenex, & uxor mea proceſſit in diebus ſuis.* Luc.1.num.18. Qui ſtatim ab Angelo ſupplicio punitur. *Ecce eris tacens, & non poteris loqui.* Cur Abrahamo in ſimili petitione nulla infligitur pœna, nam ut Zacharias prolem haberet, repugnabat natura, contradicebat ſterilitas; At Abrahamo pro obtinenda poſſeſſione nil repugnans ſic apparebat. Unde ergo tanta diverſitas, ex diverſa nempe perſonarum dignitate. Nam Abrahamus vir magnus, & potentiſſimus, ac Zacharias Sacerdos, & Pontifex, & ſi in ignorantia Abrahamo fuit toleranda, cum quærit; *Vnde hoc ſciam*? in Pontifice fuit grave delictum, & minimè diſſimulandum, cum ex vi ſui muneris debeat intelligere divina ad ſuas functiones peragendas, & ut populum doceat, cunctiſque ſit documentum. Divus Chryſologus ſerm. 90. *Egit Angelus, ut tali documento Pontifex eruditus, non dicat amplius unde hoc ſciam?* 72.

Geneſ. 15. Luc. 1. *Rigidè punitur ignorantia in Sacerdote.* D. Chryſol.

Ioan. 18.*n.*4. Jeſus itaq; ſciens omnia, quæ ventura erant ſuper eum, proceſſit, & dixit eis: quem quæritis?

Num. 5. Reſponderunt ei, Jeſum Nazarenum? dixit eis Jeſus: Ego ſum: Stabat autem Judas, qui tradebat eum cum ipſis.

VERSIO

VERSIONES.

*Num.*4. Jeſus verò cùm ſciret omnia, quæ ſibi obventura erant, exiit, ac dixit eis: quem quæritis?

Origenes. Ubi ſciens Ieſus, quæ ſequuntur ei, procedens foras dixit.

Euthym. Sciens univerſa.

Arias Mont. Exiens dixit.

Goth. Quid quæritis?

Syriac.n. 5. Dixerunt ei.

Arabic. Vatabl. Stabat autem Iudas proditor ejus cum ipſis.

Pagninus. Qui prodebat eum.

EXPOSITIO III.

73. *Ordo rerum.* ORDO rerum ita ſe habuit. Venit Iudas cum militibus in hortum ad comprehendendum Dominum; *Iudas*, ut ſcribit D. Lucas, *antecedebat eos*, ſcilicet milites accedens ad Chriſtum dat oſculum pacis, cui ait Dominus ut eum compungeret, *Amice ad quid veniſti?* in meam utique necem, & magis in tuam condemnationem, ac perditionem; deinde ut eum confunderet, addidit: *Iuda oſculo filium hominis tradis?* ut referr D. Lucas. Tunc Iudas poſt oſculum, ut notat D. Aug lib. 3. de conſenſ. Evangeliſt. c. 5. quem ſequuntur communiter Recentiores Janſenius, Barrad. Cornelius à Lapide, retroceſſit ad turbas à ſe adductas, ita ut IESV animosè obviam turbis hoſtilibus prodeunte, Iudas jam cum illis ſtaret, ut ſcribit modo D. Ioannes. *D. Auguſt. Janſen. Barradas. Cornel.*

74. *IESVS itaque ſciens omnia.* Hæc ſcribit Ioannes, ne quis putet Chriſtum Dominum inſcium, & invitum incidiſſe in manus Iudæorũ ſed ut potius admiretur divitias divini amoris, quod ſcilicet ſciens IESVS, ut verus filius Dei, cujus oculis omnia ſunt nuda, & aperta Hebr. 4. n. 23. *Omnia quæ ventura erant ſupra eum.* Omnia nempe ſuæ paſſionis tormenta, ac opprobria, quæ adverſus eum erant parata, non fugit, ſed pro nobis ultrò ſe in mortem obtulit, ut ponderant hic D. Chryſoſtom. Theod Heracleota. D. Cyrill. Rupert. & alij. Proceſſit eis ſcilicet obviam. In quo nobis tria notanda reliquit. Primò Innocentiam ſuam, innocens non fugit criminis indagatores, ſed innocentiæ ſuæ benè conſcius, animoſus eis obviam prodit. Secundò voluntatem; qua ultrò ſe offert Judæ, non ex infirmitate invitus, ſed valdè libens ex amore pro nobis, pati ac mori voluit. Albert. Magn. *Proceſſit IESUS generis humani redemptionem voluntariè offerens ſe.* Tertiò Summam fortitudinem, ac generoſitatem, qua exivit ad eos. D. Hilar lib. 10. de Trinit. *An ne meruit? Qui armatis ad corripiendum ſe obvius prodiit? Et in corpore ejus infirmitas fuit? Ad cujus occurſum conſternata conſequentium agmina ceciderunt.* Et dixit eis Jesus *Quem quæritis?* ad comprehendendum, qua ſi eos ad ſui comprehenſionem invitans. *Hebr. 4. D. Chryſoſt. Theodor. D. Cyrill. Rupertus. Albert. D. Hilar.*

75. *Nazareus floridus interpretatur.* *Reſponderunt IESUM Nazarenum.* A flore dicitur *Nazarenus*, quærebant IESVM floridum in horto quærebant florem, non ut odore cæleſti reficerentur, ſed ut illum eradicarent; Quærebant IESVM quæritur Ieſus benè, & quæritur malè; quæritur benè, ut, amoris vinculis teneatur quæritur malè, ut vinculis odij conſtringatur. *Reſponderunt IESUM Nazarenum.* Non dicunt quærimus te, ſed IESVM Nazarenum, ergo IESVM, præſentem, & alloquentem, atque adeò facibus, & lucernis demonſtratum non agnoverunt, licet aliàs loquela, ac facie eis non eſſet ignotus. Ut ex Patribus dicam quæſt. ſequenti.

76. *Stabat autem Judas, qui tradebat eum cum ipſis.* Sperabat Iudas, quod dum ipſe IESVM oſcularetur, ſatellites advolarent ad eum comprehendendum, fruſtratus fuit ſua ſpe, nam ſatellites in ſuo loco immoti permanſerunt; tunc Judas ſua militia obſtinatus non redit ad ſuos condiſcipulos, ac IESU diſcipulos, ſed milites, ut cito manus injicerent in IESUM; Tunc quando ergo Ieſus quæſivit à militibus, *quem quæritis*, notat Evangeliſta, quod *Judas ſtabat cum ipſis*, ut ſimul Iudam una cum illis retrorſum cecidiſſe ſignificaret, ut advertit D. Chryſoſt. homil. 82. quod etiam docet D. Auguſt. *D. Chryſoſt. D. Auguſt.*

QUÆSTIO XII.

Quare Chriſtus D. cum ſciret omnia, à turba tamen interrogat, quem quæritis?

77. *Cajetan. Difficultas quæſtionis.* NON interrogat eos, ad quid quæreretur, cum ſciret ſe ad mortem quæri. Cajetanus. *Non interrogat*, ait, *quid vultis à IESV Nazareno? Ad quid quæritis eum: Sed ſciens ſe quæri ad mortem, manifeſtat ſeipſum.* Quæſtio tamen eſt cur ipſe cum ſciret omnia, quæ ventura erant ſuper eum, ut Evangeliſta teſtatur, ad quid tanquam ſi neſciret, interrogat. *Quem quæritis.*

78. *Cæcitas inimicorum Chriſti.* Reſpondeo. Rogat, quod optimè ſciebat, ut occaſionem habeat opportunam faciendi, quæ decreverat, proſternendi ſcilicet eos, & eis ſe inde trahendi, ut oſtenderet, quod ultro, ac voluntariè ſe morti offerebat. *Oblatus eſt, quia ipſe voluit.* Iſai. 53. Quod ut etiam magis demonſtraretur, proceſſit IESVS eis obviam, ut etiam dixi in expoſitione, & ideò etiam divinâ virtute factum eſt, ut quem coram oculis habebant, & ſæpè viderant; ac oſculi ſigno demonſtratus erat eis, non agnoſcerent, ut liberè, & ex poteſtate ſua ſe tradi ſignificaret, D. Chryſ. hom. 82. *Vides*, ait, *vim inſuperabilem, quomodo in medio exiſtens eos excæcavit.* D. Cyrill. lib. 11. c. 33. *Poteſtas ergo divina enituit, qui quamvis ſe quærentibus offerret, minimè tamen cognoſcebatur.* *D. Chryſoſt. D. Cyrill.*

79. *D. Hieron. Mites inveniunt Chriſtum, non verò feri, ac ſuperbi.* Huc ſpectat quod eleganter dixit D. Hieron. de vera circunciſione. *Eum infirmi, ait, ac debiles ad poſcendam opem ſalutis nullo monſtrante cognoſcunt; & perſecutores, vel inimici, quem tenere debeant, niſi prodatur, ignorant.* Infirmi, ac debiles, benè agnoſcunt IESVM, ut illum inveniant, cum miti, ac humili animo ipſum quærerent in ſalutem; at homines maligni, ac feri, qui perdere feſtinant, minimè eum inveniunt ac cognoſcunt.

80. *Quærit ut recognoſcant quem quærunt.* Secundò. Interrogat Chriſtus, *Quem quæritis?* ſicut & quæſivit à Iuda, *Amice ad quid veniſti?* ut ipſa interrogatione admoneantur ut recogitent, & recognoſcant quem quærunt, imò propria voce dicant IESVM Nazarenum, id eſt ſuum ſalvatorem, ac redemptorem, ut cognita ejus beneficentia reſipiſcant, ut ipſum proſequantur veneratione, ut adorent, & non odio ut comprehendant ad necem ignominioſam.

81. Rupert. *Tam horrendum erat facinus cõprehenſionis Chriſti quod per admirationem ſciſcitatur.*

Tertiò Rupert.lib.13. in Joan.*Sponte accurrens*, ait,*dixit eis quem quæritis*?Non dixit,*Ecce ego , quia me quæritis. Sed quem quæritis , inquit , quia re vera talem perſecutionis modum veritas neſcit , ſalus ignorat.* In externa apparentia veluti per quandam admirationis ſpeciem ſciſcitatur Chriſtus ab eis , *quem quæritis* ? Videtur enim extra omnem modum , quod homines ſic convenirent , quod adverſus ſe tam nefaria eſſet diſcipuli proditoris nequitia , & ſui populi ſic flagitioſior eſſet hoſtilitas ad tam horrendum facinus perpetrandum, ut erat quod malitia comprehenderet innocentiam , vilitas ſurpemam altitudinem,creatura ſuum creatorem,ſunt enim quædam peccata , quæ ſic exorbitant ab omni ratione,ut etiam ipſi Deo,cui omnia ſunt nuda & aperta ſecundùm noſtrum modum dicendi ad exaggerationem eorum malitiæ ſint in admirationem, ac aliquali modo videantur incredibilia.

82. Joan. 59. Cornel. *Sunt crimina ſuper quæ Deus obſtupeſcit.*

Ait Iſaias 59.n. 12. *Multiplicata ſunt iniquitates noſtræ coram te.* Et ſtatim ſubit num. 15. *Et vidit Dominus,& apparuit eſt.* Cornel.ex Hebræo legit , *Et vidit Dominus, & obſtupuit.* Cum Dominus videret tot,tamque horribilia facinora , ac crimina , quæ homines perpetrabant , *obſtupuit.* Quodammodo ipſe Deus attonitus eſt ? Videns homines tam cæcos,ac præcipites in tam gravia , ac turpia facinora tantis ſcandalis plena ruentes , ut quodammodo ipſi Deo viderentur in admirationem , tanquam ſi eſſent incredibilia.

83. Rupert. *Conſultiſſima prudẽtia proprias offenſas videtur ignorare.*

Quartò.Ad eadem verba Ruperti.*Qui revera talem perſecutionis modum veritas neſcit , ſalus ignorat,luce , & vita refugit.* Chriſtus Dominus ut alta providentia hic notat Evangeliſta. *Sciens omnia , quæ ventura erant ſuper eum,proceſſit, & dixit , quem quæritis.* Quid ergo interrogat eos , *quem quæritis* , ac ſi neſciret,ô ſuprema,& alta ſapientia , quæ ad proprias offenſas ſic ſe habet , tanquam ſi prudentiſſima,ac arcana ignorantia eas neſciret. Ad Chriſti Domini perſonam attinet omnia ſcire , omniaque intueri,ad ejus tamen beneficam , ac clementem auctoritatem ſpectat , ſuarum contumeliarum , ac injuriarum ſapienti veluti ignoratione diſſimulare notitiam , ſuprema politia eſt in multis , quæ propè ſcis , conſultiſſima ignorantia ſic te habere, ac ſi totaliter neſcires.

84. Pſalm. 1. *Non novit viam, in quibus ſunt ejus offenſa.*

Canit Regius Vates Pſalm.1.n. 9. *Novit Dominus viam juſtorum , & iter impiorum peribit.* Cur Propheta ſicut ait, quod Dominus viam juſtorum novit,non ait etiam, & viam impiorum agnoſcit , quod erat conſequens ad primum dictum?Via juſtorum plena obſequiis in Deum, via antẽ impiorum injuriis,ac offenſis repleta in Dominum,inde non exprimitur quod talem viam Dominus agnoſcat,ſuas offenſas,ac injurias ſic diſſimulat,ut conſultiſſima ignoratione non dicatur eas ſcire ; *quia talem perſecutionis modum veritas neſcit.* Poſtquam agricolæ interfecerunt ſervos Domini ſui in vineam miſſos;noviſſimè Pater familias determinat mittere filium ſuum,dicens : *fortè verebuntur filium*
Matth. 21. *meum.*Matth.21.n.37.Pater familias Deus,quomodo ait:*Fortè verebuntur.* D. Hier. *Quod autem dicit; Verebuntur fortè filium meum , non de ignorantia venit ; quid enim neſciat Paterfamilias , qui hoc loco Deus intelligitur.* Id non ignorat Paterfamilias, quia Deus eſt;ambigendi formam oſtendit, ut ipſo ambigendi modo prudentiſſimè diſſimulet tales injurias , ac offenſas in ſe machinatas neſciret. *Talem perſecutionis modum veritas neſcit.* Ut dixi tom.4.c.43.q.8.n.54.

Quæstio XIII.

Quare Chriſtus Dominus ait Turbis Judæorum , Ego ſum?

VENIT Judas ad comprehendendum JESUM, 85.
adducens ſecum milites,turbas, laternas, faces ne Ieſus effugeret ex eorum manibus , vel ſe abſconderet ab eis, Ecce aptiſſimè quantum fallitur Iudæ nequitia,tantũ abeſt,quod ipſe euffgiat , vel ſe abſcondat,quod ipſe propria voce ſe manifeſtat dicens : *Ego ſum* ; nempe Jeſus Nazarenus quem quæritis. Jeſus , id eſt omnium ſalvator , & *Nazarenus* juxta nominis interpretationem floridus in ſummo omnium virtutum odore, cujus ſuprema potentia maximè reſplenduit , cum ad illius vocem omnes milites ceciderunt.

Ieſus non fugit,ſed ſeipſum manifeſtat.

Secundò,Ait Turbis,*Ego ſum*, ut eis oſtendat ſe 86.
eorum furorem,arma,ac multitudinem non timere; Chriſtus timuit mortem , *Cœpit pavere , & tædere*, diſcipuliſq ; ait, *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem.* Mortis tamen miniſtros non timuit : mortem enim volebat deſtruere ; *Ero mors tua , ô mors.* Oſeæ 13.n.14. mortis tamen miniſtris dare vitam volebat eximia Chriſti beneficentia,mortem quam deſtruit , timet;homines verò quos in ſalutem advocat,minimè timet.

Chriſti beneficentia mortem quã deſtruit,timet,non homines , quibus dat vitam. Oſeæ.13.

Aliter reſpondet Rupert.l.13. in Joan. *Dicentibus*,ait,*ſe IESUM Nazarenum quærere,propriam ſuæ* 87. Rupert.
divinæ eſſentiæ vocem , reſpondit , dicens : Ego ſum ; propriam iniquam ſuæ Divinitatis vocem certa intentione prolatam , quod ab effectu claruit ; quia ſtantes adverſarios in terram dejecit. Refert Rupertus hanc Chriſti vocem ad illam , quam ipſemet filius Dei dixerat olim Moyſi.*Ego ſum qui ſum.*Exod.3.n.14. ſemper & ab æterno. Ac proinde Deus omnipotens hujus tanti nominis Chriſtus hic eis memoriam refricavit,& cur Deus nequiſſimis hominibus tantum divinitatis nomen manifeſtavit ? *Ego ſum, qui ſum.* Ut cognoſcerent ipſum eſſe verum Deum omnipotentem , cujus , omnipotentiam experti ſunt,nam audita voce : *Ego ſum,abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram* ut nomine , ac opere ſe verum Deum manifeſtaret. Et cum dixiſſet ſuum nomen *Ego ſum*, ſimul & divinitatis effectus , ſeu virtutem ipſius nominis declaravit : ab efficacia tanti nominis abeuntes ceciderunt retrorſum.

Exod.3. *Nomine , & opere ſe Deũ manifeſtat.*

Canit Regius Vates Pſalm.105.n.5. *Dominus à* 88. Pſal.109. D.Auguſt.
dextris tuis confregit in die iræ ſuæ reges. Legit D. Aug. *Conquaſſabit in die iræ ſuæ reges.* Confractio , ſeu conquaſſatio alicujus non fit niſi à ponderoſo aliquo,& rigido inſtrumento, ſive lapide , ſive ferro.Quemnam lapidem projecit Jeſus meus ut fortiſſimos , ac potentiſſimos reges quaſſaret , ac proſterneret ? Temporibus Joſuë 10. jaculati fuerunt lapides grandes de cælo , qui reges Cananæos quaſſarent , ac dejicerent. At à mitiſſimo Ieſu quales grandes lapides jaculati ſunt in rebelles,ac impios Principes , qui eos ſic proſternerent , niſi tantum lapis ſanctiſſimi ſui nominis *ego ſum* Divinum nomen lapis eſt , qui magna viſua protervos concutit,ac proſternit.D. Aug.*Aſtiterunt* , ait , *Reges terræ , & Principes convenerunt in unum adverſus Dominum & adverſus Chriſtum ejus. Hoc reges conquaſſavit gloria ſua , & pondere nominis ſui infimos reddidit reges , ut non poſſent officere quod volebant. Conati enim ſunt multum delere nomen Chriſtianum de terra , & non potuerunt, quia qui offenderit in lapidem illum , conquaſſabitur.*

Joſuë 10. *Virtus nominis Dei proſternit inimicos.*

D. Auguſt.

89. Dicebat

89. Pſal.113. Dicebat Regius Vates Pſal.113.n.5. *Mare vidit & fugit, Iordanis converſus eſt retrorſum.* In mari,ac Jordane denotabat Propheta cõtrarias poteſtates, quæ impedimento erant progredientibus ad terram promiſſam, ſed qua virtute cõtrarias poteſtates, ac reges in fugam abire fecerunt,ac in retrorſum abire,& cadere?Egreſſus eſt populus de Ægypto in virtute ſancti Dei nominis, ut dicitur.Sap. 10. n. 20.& inde à conſpectu Divini nominis adverſæ poteſtates tremefactæ, & cõcuſſæ viderunt, ac obſtupuerunt, & retrorſum cadentes fugam arripuerunt. D.Auguſt. ibidem. *Recordetur unuſquiſque*, ait, *veſtrum quemadmodum omnia ſæcularia impedimenta ceſſarunt, diffidentium, & diſſuadentium voces erumpere non auſæ ſunt, conſiderato Chriſti nomine, per omnes terras exaltato, honorato tremefactæ ſiluerunt, ergo mare vidit, & fugit.* Hinc David ad proſternendum Philiſthæum,dixit ei?*Ego venio ad te in nomine Domini*.1.Reg. 17.

Sapient.10. *A virtute nominis Dei fugiunt hoſtes.*

1.Reg.17.

*Ioan.*18.*n.*6. Vt ergo dixit eis: ego ſum, abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram.

Num. 7. Iterum ergo interrogavit eos: quem quæritis? Illi autem dixerunt Jeſum Nazarenum.

VERSIONES.

Syriacus. Cùmque dixiſſet eis Ieſus.
Arabicus. Reverſi ſunt retro ſe.
D. Auguſt. Abierunt proſtrati in faciem.
Arias. Abierunt in ea, quæ poſt & ceciderunt humi.
Syriacus n. 7. Et iterum interrogavit eos Ieſus.
Arabicus. Quis eſt, quem quæritis?
Theophyl. At illi dixerunt.

EXPOSITIO IV.

90. *Omnis diligentia contra Deum fruſtranea.* VT *ergo dixit eis, ego ſum.* Ecce quomodo Judæ diligentiæ nihil ei profuerunt: adduxit milites cum laternis, & facibus, ut Chriſtum agnoſcerent, ſed non agnoverunt, ita ut neceſſarium fuerit, quod dixiſſet ipſe eis, *ego ſum.* Adduxitque Iudas, arma, quibus & proſtrati ſunt. Et cum Chriſtus quæreretur ad mortem, pro implenda Patris obedienda non ſe abſcondit, ſed ſeipſum manifeſtat, ut nos ejus exemplo mortem non timeamus,ſed fortiter ejus nomen confitentes nos morti offeramus, *abierunt retrorſum* tanquam non ferentes vim, ac impulſum divinæ vocis, *& ceciderunt in terram*,tanquam compulſi à lapide vivo, ac ictu fulminis proſternuntur in terram. Et non proni antrorſum, in pectus ceciderunt,ne vis proſternens aliunde v.g.à tergo manere videretur, ſed retrorſum, ut apertè conſtaret eos vi oris & ſermonis Chriſti proſterni, nec illius faciem, & ſermonem ferre potuiſſe.

91. *Iterum ergo interrogavit eos*, permiſſi ſunt manu,vel nutuChriſti ſurgere à caſu,tandiu enim jacuerunt quantum opus erat, ut potentiam illius quem ad comprehendendum quærebant, agnoſcerent, ut obſervant D.Aug. Theodor.Mopſueſt, Beda, & alij, quod factum eſt ut notat Theoph. ut occaſio illis præberetur, ut experta tanta potentia à tanto ſcelere deſiſterent. *Quem quæritis?* Quo verbo, ut notat Toletus,eis vim,& robur indidit, ut reſpondere poſſent, adeo erant caſu mirabili exanimati, *Illi autem dixerunt.*Obdurati perſiſtentes in ſua nequitia; impietas nulla vi, nulla virtute, ac miraculis commovetur, & in tantum erant obſtinati, ut ob lapſus ignominiam magis eſſent furore rabidi. *Ieſum Nazarenum*, quamvis enim ex proprio teſtimonio jam Ieſum agnoſcerent, tamen non dicunt te quærimus: ſed Ieſum Nazarenum, ne ſuo ore faterentur ſe ab illo fuiſſe proſtratos.

D. Auguſt. Theodor. Beda. Theoph.

Toler.

QUÆSTIO XIV.

Quare auditâ Chriſti voce, Iudas, ac Iudæi, ceciderunt in terram?

92. *Duo miracula.* D. Chryſoſt. MUlta miracula intervenerunt in Chriſti comprehenſione, & duo maximè hic enituerunt, ut notat D.Chryſ.in preſenti.Primum,ut turbæ Iudæorum, quæ ſæpè Chriſtum viderant, & audierant, ita obcæcatæ ſunt divina virtute, ut cognoſcentes, eum præſentem non agnoſcerent, & cum ab eo interrogarentur, *quem quæritis?* Non dixerunt te quærimus, ſed *Ieſum Nazarenum.* Secundum miraculum, quod à Chriſti voce Iudas ac milites ceciderunt retrorſum,nam Judas ſimul cecidit cum Iudæis, ut jam dixi expoſit. 3. Ideo Ioannes, ait,*Iudas autem ſtabat cum ipſis.*

93. D. Leo. Ad quæſtionem reſpondet primò.D.Leo ſerm.1. de Paſſione; *Ego ſum*, inquit, *quod verbum illam manum ita ex feroſiſſimis congregatam quaſi quodam fulmineo ictu ſtravit, atque perculit, ut omnes illi atroces, minaces, atque terribiles retroacti corruerunt. Vbi ſævitia conſpiratio? ubi ardor irarum? ubi inſtructus armorum? Dominus dicit ego ſum, & ad vocem ejus turba proſternitur impiorum, quid jam poterit majeſtas ejus judicatura, cujus hoc potuit humilitas judicanda.* Idem habent D. Auguſt. D Gregor. & alij, ab una Chriſti voce tanta multitudo proſternitur, quaſi quodam fulmineo, ictu, ut Chriſti virtus agnoſceretur,& quod ipſe ultro ſe morti offerebat, cujus tanta erat potentia, ut ab una voce ejus omnes caderent, & nullus valeret conſiſtere. *Avertantur retrorſum & confundantur, & fiant tanquam pulvis ante faciem venti.* Pſalm. 134.num. 5. *ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores a facie Dei.* Pſal. 67. num. 4. *Vox Domini in virtute*, ſeu potentia. *Vox Domini confringentis cedros*, id eſt ſuperbos, ac potentes, ac magiſtratus populi. Vnde. D. Iuſtinian. lib. de Chriſti agone illam vocem tonitruum appellat. *Divinæ*, ait, *vocis tonitruo territi retrorſum abierunt.*

D. Auguſt. D. Gregor. *Divina vox terrifica.*

Pſal.134. Pſalm.67.

D. Iuſtin.

94. D. Leo. D.Auguſt. Expendenda illa verba S. Leonis. *Quid jam poterit majeſtas ejus judicatura, cujus hoc potuit humilitas judicanda.* Similiter D.Auguſtin.tract. 111. *Quid judicaturus faciet qui judicandus hoc fecit.* Quod etiam habet D. Gregor. lib. 17.Moral.c.21. ſi enim vox illa mitiſſima. *Ego ſum*, non minus quam tonitru terrefecit; quid tandem illa vox terribiliſſima, *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum.* Matth. 25.n.41.De hac enim voce interpretatur illud Iob.37.num.5. *Tonabit Deus in voce ſua mirabiliter.* Et Iob. 41. num. 14. *Mitti contra eum fulmina.* Vox illa erit tanquam fortiſſimum fulmen terrefaciens impios. Si rex Balthazar videns

D. Gregor. *Vox Dei judicantis maximè terrifica.*

Matth.25. Job 37. Job.41.

videns unam hominis manum tria verba in pariete ſcribentem, ſuprà quam dici poteſt, expavit, & totus tremebundus factus eſt. Daniel. 5. n. 9. ut ibi ponderat Theodoret. Quomodo miſer homo ſuſtinere poterit faciem Dei iratam, & ejus terrificam vocem: *Ite maledicti.* Vide ſupra lib. 7. cap.6.num.23.

Daniel.5. Theodor.

95. Secundò. Ad quæſtionem D.Hieron.epiſt.140. ad Principium *Niſi*, ait, *habuiſſet in vultu, oculiſque quicquam ſydereum, nunquàm eum ſtatim ſecuti fuiſſent Apoſtoli nec qui ad comprehendendum eum venerant, corruiſſent.* Exiſtimat S. Doctor Chriſtum cæleſti quodam vultus ſplendore hos ſatellites perculiſſe, & proſtraſſe; imo in voce, ſæpè quid terrificum reſonabat, ea enim audita, Dæmones exibant à corporibus. Vide ait Rupertus lib. 6. de Proceſſ. Spiritus ſancti cap. 14. ſic ad Jesum loquens. *Latebat vultus tuus in ipſa humanitate, ut crucifigi poſſet; niſi enim latuiſſet, niſi ſe continuiſſet, & ceſſaſſet dicere ego ſum, omnes abirent retrorſum, & caderent in terram nec poſſent comprehendere eum.* Non poteſt humana infirmitas tantam Dei vocem *ego ſum*, audire, quin prona in terram cadat. Vide quæ dixi tom. 2. c. 2.q. 11.n. 56.

D. Hieron. *Majeſtas Chriſti vultus, ac vocis dejecit hoſtes.* Rupert.

96. Quartò N.D. Cyrill. Alex.lib.11.c. 33. *Signum autem*, ait, *futuri gentis Iudaicæ caſus, is miniſtrorum caſus eſt.* Hæc Iudæ cum ſuis proſtratio ſignificabat irreparabilem caſum Judæorum, quod in odio Chriſti, ac ſua perfidia obſtinati in æternum caderent, & perirent. Deinde ſic pergit citatus Cyrillus. *Imago autem caſus ille fuit omnium, qui Chriſto adverſantur, quibus omnino terribilis caſus imminet.* In caſu horum militium, qui Chriſto adverſabantur, exprimitur illorum caſus, qui Chriſto opponuntur.

D.Cyrill. *Caſus iſte ſignificabat caſum Iudæorum, ac adverſariorum Chriſti.*

97. Quintò. Audito hoc verbo, ego ſum, ſternuntur milites, ac ſi fulmen ab ore Chriſti in eos eſſet contortum. Hoc eodem verbo perterritos Apoſtolos ſolatus eſt Jesus, eorumque erexit fiduciam, ac animum præbuit dicens. *Ego ſum.* Matth. 14.num.27. Vnum & idem verbum bonis eſt ad ſolatium, malis ad terrorem; tantum refert, qua mente quis Dei verba excipiat, qualiſque ſit qui excipit.

Matth.14. *Idem verbū iniquis eſt ad terrorem, juſtis ad ſolatium.*

98. Sextò. Dat Judas Iudæis ſignum dicens: *Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt tenete eum. Et confeſtim accedens ad JESVM dixit: Ave Rabbi; & oſculatus eſt eum.* Matth.26.num.48. Dedit proditor ſignum, quod expreſſerat, & tamen milites ſuo loco immobiles permanſerunt, ut ſupra ex communi ſententia notavi expoſit. 3/n. 76. At cum Jesus dixiſſet turbis: *Quem quæritis? Reſponderunt ei JESVM Nazarenum. Dicit eis JESVS: ego ſum. Vt ergo dixit eis: ego ſum, abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram.* Maximè expendendum in præſenti. *Ipſe eſt, ego ſum.* Cum Judas ait: dato ſigno *ipſe eſt*; verum dicit, & tamen milites immobiles permanſerunt in ſuo loco, Cum Jesus ait: *ego ſum*, ſtatim ſequitur, *abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram.* Vnde hæc diverſitas: veritas ab ore mendaci, etiam dato ſigno demonſtrata, tanquam ſi non credatur, nullum producit effectum. At ipſamet veritas à veraci lingua prolata utpote, cui maximè aſſentitur, miros, ac magnos effectus parturit. Cum milites à Juda audiunt *ipſe eſt*, tanquam increduli erecti remanſerunt; at cum ipſe Dominus proprio ore ait, *ego ſum*, valdè efficaciter procaces conterit, & proſternit, & in obſequium fidei non ſolùm facit ut curventur, ſed etiam quod reſupini declinent in terram.

Matth. 26. *Veritas prolata à veraci, facit effectum, non ſic à mendoſo.*

99. Eadem verba de populo Iſraelitico ad Holophernem dixerunt Achior, & Iudith. Achior de populo teſtatur, *non fuit qui inſultaret populo iſti, niſi quando receſſit à vultu Domini Dei ſui*, Iudith 5. num. 17. Iudith. juxta Syriacum ſic ait: *Non enim ſumitur vindicta de genere noſtro, nec prævalet gladius contra eos niſi peccaverint contra Deum ſuum.* Iudith. 11.num.18. Ecce hi duo teſtificantur, quod expugnabilis ſit populus Iſraeliticus, niſi receſſerit à cultu Dei ſui; verba Achioris ducem in furorem rapuerunt, ut Achiorem tanquam mendacem graviſſimo ſupplicio addixerit; At fœminam ſimilia loquentem benigno pectore excipit. Si culpa, in Ammonitide fuit, ſic & in puella, cum utriuſque verba paria eſſent; unde ergo in duce tam diſpar exitus? Eadem ſanè fuit veritas, ſed lingua diſſimilis. Achior Gentilis mendaciis enutritus, & aſſuetus. Iudith Hebræa, & prout tunc erat ante Chriſti adventum, de pietatis fonte ebiberat; Inde dux unius verbis exarſit, cum alterius verba benignè excipiat; Achior cum eſſet mendax in gentili vita, ejus dicta ut vera minimè potuerunt obſervari, ſed tanquam mendacia rejiciuntur; at verò fœmina cùm eſſet veris aſſueta, quæcunque ore protulit ut limpidiſſimam veritatem recolit Dux illiſque credit, & in nullo contradixit.

Iudith. 5. Judith. 11. *Ex lingua veraci creditur veritas non vero ex mendaci.*

Quæstio XV.

Quare Iudas ac militum turbæ, non quocunque modo cadunt, ſed retrorſum?

100. IAM ferè ſimilem quæſtionem tractavi tom. 4. c. 8. q. 31. quod ſcilicet juſti, & peccatores dicuntur cadere. Iuſti in faciem ſuam ſic & Apoſtoli in Transfiguratione Matth. 17. n.6. *Ceciderunt in facies ſuas*, & Abraham Gen. 17. n. 3. cadit in faciem, & Ezech. 2. num. 1. Daniel. 10. n.9. E contra verò iniqui cadunt retrorſum: *Cadat aſcenſor ejus retro.* Gen. 49. n. 17. ſic & cecidit Heli. 1. Reg. 4. num. 18 ſic & in præſenti Iudas, ac Iudæi abeuntes retrorſum ceciderunt; Ad quæſtionem.

Iuſtus cadit in faciem, peccator retrorſum. Matth. 17. Geneſ. 17. Ezech. 2. Daniel.10. Geneſ. 4.9. 1. Reg. 4.

101. Primò ibi citato loco q. 31. pulchram rationem dedit ex D. Gregor. quod juſti cadunt in faciem, ut peccati malitiam videant, & cognoſcant, quam habent retrorſum iniqui, ut eam non conſiderent, nec recogitent; Illi vident ut reſipiſcant, hi non intuentur, ut ita in æternum pereant. Secundò. Idem D. Gregorius hom. 8. in Ezechiel. *In faciem noſtram cadimus*, ait, *quia ex malis erubeſcimus, quæ non meminimus perpetraſſe. Ibi enim cadit homo, ubi confunditur.* Iuſtus cadit in faciem tanquam erubeſcens de peccato; iniquus verò retrorſum, tanquam de illo impudicus, ac verecundus.

D. Gregor. *Iuſtus erubeſcit de peccato non ſic iniquus.*

102. Tertiò. D.Gregorius lib.33. Moral.c. 23. *Retro eſt*, ait, *omne quod tranſit ante vero eſt, omne quod veniens permanet.* Iuſti corruunt in faciem, ut ea quæ ante ſunt, ſcilicet futura; ac noviſſima intueantur; retroſum verò peccatores, quia in his, quæ retro ſunt, & prætereunt utpote caduca, ac terrena verſantur, & toti in eis occupantur, ut de illis cogitent.

D. Gregor. *Iuſti aſpiciunt futura, peccatores ſolum terrena.*

103. Quartò

103. Quartò. Et magis peculiariter ad quæſtionem diſpoſuit Ieſus, ut milites retrorſum caderent, ut certiùs clariuſque cognoſceretur, eam virtutem à ſe profectam, & non aliundè, ſi enim antrorſum acti proni cecidiſſent in terram, ab alio, quàm à Ieſu, vis egreſſa videri poterat; ut dixi in expoſitione Quintò. Eos ſupinos dejecit ut cælum cogerentur aſpicere, ut inde cæli conditorem venerarentur, & in eum non ſævirent, indeque à cæli aſpectu meliorem mentem ebiberent, ſaniuſque ſaperent.

Cadunt retrorſum, quia à Ieſu virtute impulsi.

104. Sextò, D. Auguſtinus. Pſal. 89. *Abierunt etiam Iudæi in ea, quæ retro ſunt, quia legem veterem, quæ retro eſt, & Iam à Deo abrogata ſequuntur.* De judæis, qui Chriſtum verum Meſſiam noluerunt recipere ſed obcæcati in lege Moyſaïca perſiſtere; vaticinatur Iſaias 8.n. 6. & 7. *Pro eo, quod abjecit Populus iſte aquas Siloe, quæ vadunt cum ſilentio, & aſſumpſit magis, Raſin, & filium Romeliæ: propter hoc ecce Dominus adducet ſuper eos aquas fluminis fortes, & multas* Interprete D. Hieron. *Siloë* id eſt Miſſus, cujus aquæ leniret currum, ac proinde ſignificat Miſſum, ſeu Meſſiam, non cum pompa, ſed cum magna humilitate venientem, quem Iudæi contempſerunt, ut ſervirent magis Raſi, id eſt Satanæ, ejuſque erroribus, ac peccatis. N. D. Cyrillus *Perſpicuum igitur eſt*, ait, *quia aquam Siloam leniter fluentem id eſt Chriſtum ſive Regnum Dei habere noluerunt, his omnino Aſſyriorum regem, hoc eſt Satanam inſultaturum; Et captivos ſuo jugo ſuppoſiturum, laqueis conſtrictos ſervos effecturum.*

D.Auguſt. *Iudæi relicto Ieſu vero Meſſia in lege veteri abrogata perſiſtunt.* Iſai. 8.

D. Hieron.

D. Cyrill.

Ioan. 18.*n.*8. Reſpondit Ieſus: Dixi vobis, quia ego ſum: ſi ergo me quæritis, ſinite hos abire.

Num. 9. Ut impleretur ſermo, quem dixit: quia quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quemquam.

VERSIONES.

Arabic.n. 8. Iam dixi vobis, quia ego ſum.
Syriacus. Dixi vobis me eum eſſe.
Vatabl.Euth.n. 9. Ut compleretur ſermo.
Arabicus. Non peribit ex eis ullus.
Syriacus. Ex iis, quos dediſti mihi, nec unum.

EXPOSITIO V.

105. R*Eſpondit IESVS.* Permiſit Dominus proſtratos ſurgere, quamvis enim proſtata fuerint corpora, non proſtrata tamen fuit eorum pertinacia. Interrogat jam eos iterum ſtantes. *Reſpondit IESVS.* inperterritus & conſtans: *Dixi vobis*, ſeu ut ait. Arabicus. *Iam dixi vobis, quia ego ſum.* Ieſus Nazarenus, & continent hæc verba, ut rectè notavit N. D. Cyrill. & poſt eum Recentiores. Maldonatus, Franciſc. Lucas; tacitam exprobrationem eorum imbecillitatis; eo quod antea non injeciſſent in eum manus, confitentem ſe eſſe Ieſum Nazarenum, quod ſignificatur id nunc fieri, non eorum viribus, ſed quia ipſe permittat, cum in manu ejus ſit eos prohibere. Et preme verbum cum Toleto. Non abſolutè reſpondet. *Ego ſum*, ſed *Iam dixi vobis, quia ego ſum.* Ne alius eſſe videretur is qui tanta potentia eos dejecerat, & alius, qui modo ſe eſſe Chriſtum manifeſtabat, *Si ergò me quæritis, ſinite hos abire.* Quod fuit verbum Dominicæ poteſtatis, ac imperij, ut ſui Apoſtoli incolumes abirent quod ideo fecit, ut ſignificaretur, quod per mortem ſuam hominum ſalus eſſet efficienda: De quo latius quæſt. ſequenti.

Arabicus.

D.Cyrill. Maldonat. Franc.Luc.

Tolet.

Vt impleretur. Aſſignatur ratio cur Dominus non permiſit perire aliquem ex undecim Apoſtolis, quos Pater ei dedit nam Iudas utpote filius perditionis abſolutè non ei datus eſt à Patre, *Vt impleretur ſermo, quem dixit.* Hoc eſt ne fruſtraretur, nec irrita eſſent Chriſti verba, quæ ſupra dixerat cap. 17. n. 12. *Cum eſſem cum eis ego ſervabam eos in nomine tuo: quos dediſti mihi, cuſtodivi*, &c. Dubium tamen eſt de qua perditione hic loquatur Chriſtus, Animæ ſcilicet, an corporis? D.Auguſt. tract. 112. D.Chryſoſt.hom.82.de interitu animæ interpretantur, alij verò de corpore, mihi verius, quod de utraque tam ſpirituali, quam corporali ſalute verba ſint accipienda. Corpore periiſſent Apoſtoli ſi cum Magiſtro ſuo Ieſu fuiſſent comprehenſi, præſertim Petrus, qui militibus reſtiterat, & Malchum vulneraverat; periiſſent etiam animâ, quia utpote infirmi, ac pavidi ob metum Judæorum, Chriſtum etiam negaſſent, ut negavit Petrus, & ſi tunc occiſi eſſent à Judæis mortali peccato negationis diſcederent. Ita Liranus, Rupert. Tilman. Cajetan. Barradas, Franc. Lucas. 106.

Ioan. 17.

D.Auguſt. D. Cyrill.

Rupert. Lyran. Cajetan. Barradas. Franc. Luc.

QUÆSTIO XVI.

Quare Chriſtus Dominus præcipit turbis ut ſuos Apoſtolos ſinant liberos abire?

SOlent cum ducibus criminum ſocij comprehendi; impietatis miniſtri comprehendunt innocentiſſimum agnum tanquam malefactorem. Valdè ergo mirum, quod ejus diſcipulos, ac ſequaces ſimul non comprehendant, ut capere voluerunt adoleſcentem, qui amictus ſyndone ipſum ſequenbatur Marc. 14.n.51. Hoc fuit magnum miraculum, quod divina virtus operata eſt, ut à tanta multitudine diſcipuli non caperentur, præſertim Petrus, qui ſtrenuè rebellavit, & unum ex Pontificis miniſtris vulneravit, & etiam Ioannes qui tam animosè juxta crucem ſtetit. D. Chryſoſt. hom. 82. *Admirari quis poſſet, cur non comprehenderint etiam cum Ieſu, ut verberarent diſcipulos, quid ergo eos continuit? Nemo alius, quam quæ eos retrorſum egerat potentia.* Similiter Theophylact. Euthym. & hoc fuit tertium Chriſti miraculum in comprehenſione, quod edidit mandatum, ſinite hos abire, *ut impleretur ſermo*, &c. 107.

Marc.14. *Magnum miraculum.*

D.Chryſoſt.

Theoph. Euthym.

Ad quæſtionem reſpondet primò N. D. Cyrillus Alexandr. lib. 11. cap. 34. *Semovit igitur*; ait, *à periculo illo diſcipulos, non ignorans ad ſe ſolum certamen illud, & opus ſalutis noſtræ pertinere: regnantis enim, & non ſervientis naturæ opus eſt.* Quod elegantiſſimè explicat D. Bernard. ſerm. 3. de Paſſione. *Ea hoſtia ſicut ſola prodeſſe potuit, ſi ſola ſuffiert. Neque Chriſtum decuit ſimul alium diſcipulum aſſumere, ut montem aſcenderet, paſſurus pro nobis ſicut aſſumpſit, cum ſe glorioſum exhibuit.* Matth. 17. num. 1. *Imò crucifixi ſunt cum eo duo alij nequam.* Matth. 27. *De quibus nulla prorſus* 108.

D. Cyrill.

D.Bernard. *In negotio ſalutis hominum ſolus Chriſtus.*

Matth. 17. Matth. 27.

Regis,& non ſervi eſt dare pro ſuis vicem.

ſuſpicio poſſit haberi, quod ex eis minus efficax ſacrificium ſuppleretur. Ad ipſum tantum ſpectabat, ut ſplus ſua morte homines redimeret, ut eorum mediator, ac ſalvator. Ideò ipſe ſolus eſſe voluit. Preme verbum D. Cyrilli, *Regnantis enim & non ſervientis naturæ opus eſt.* Vitam pro populo dare ſolùm regiæ dignitatis eſt, & non ſervilis conditionis.

109. D. Cyrill. *Quod paucis datur pluribus non denegabitur.*

Secundò: Idem D. Cyrillus citato loco. *Quod in paucis factum eſt, quomodo in pluribus negligetur? Et qui tam paucorum in tali tempore curam habuit, quomodo innumerabiles fideles non proteget? Putandum igitur eſt imaginem omnium illos tenuiſſe.* Maximè ſollicitum ſe exhibuit Chriſtus erga paucos undecim nempè Apoſtolos, ut oſtendat quantam curam habebit de innumerabili multitudine ſuorum fidelium, quod enim paucis datur, quomodo pluribus denegabitur. *Quod in paucis factum eſt, quomodo in pluribus negligetur.* Præcipuè cum ipſi Apoſtoli omnes fideles repræſentarent.

110. D. Auguſt.

Tertiò. D. Auguſt. tract. 12. in Joan. Ait Chriſtus Dominus. Sinite hos abire, ut impleretur ſermo quem dixi, quia quos dediſti mihi non perdidi ex eis quemquam. Sic ait S. Doctor: *Numquid autem non erant poſtea morituri? Cur ergo ſi tunc morerentur perderet eos, niſi quia nondum in eum ſic credebant, quomodo credunt, quicunque non pereunt.* Non erant adhuc diſcipuli firmi, & ſtabiles in fide; & in cognitione divinitatis Chriſti, & cùm fides ſui debilitates, ac defectus non admittat, qui enim peccat in uno factus eſt omnium reus, ſi tunc diſcipuli crucifigerentur, perirent.

111. Philipp. Ab. *Remedium tempori, ac occaſioni conveniènti applicandum.*

Quartò Philippus Abbas epiſt. 14. *Ex his*, ait, *quos ad ſalvandum Pater ei dederat, quempiam non amiſit quia occidi eos immaturo tempore non permiſit.* Cur non vult Dominus, ut ſui tunc moriantur, ne pereant? Interfici in odium Chriſti efficaciſſimum remedium ad ſalutem his, qui credunt, ut oportet, qui credunt, ut ſalventur, occidi autem paſſionis tempore mors Apoſtolis erat immatura, & eorum diſpoſitioni non erat, ſatis proportionata, cum adhuc multum nom eſſent firmi in fide, ideò divina providentia, reſervatur eis mors ad aliud tempus conveniens, & proportionatum, quando poſt adventum Spiritus ſancti jam conſtantes in fide Martyrij palma in cæleſtem beatitudinem evolent Convenienti tempori, ac occaſioni palma eſt applicanda.

112. *Chriſto charior aliorum vita quam propria.*

Quintò, Hos Apoſtolos elegit Dominus, ac formavit, ut poſt mortem ejus, vivum teſtimonium ferrent, virtutis, ac veritatis ipſius Evangeliùmque prædicarent, ac promulgarent per totum terrarum orbem, & poſt hoc miniſterium adimpletum voluit eos vita fungi. Sextò. Ut manifeſtaretur immenſus amor, quo eos proſequebatur, quippè charior illorum, quam propria vita ipſi erat, & tanquam ſui oblitus de illis curam agebat, ac ut bonus paſtor ſuam ſalutem neglexerat, ut de illis curam ageret.

113. D. Cyrill. *Chriſtus ſuorum defectus vult tegere, & abſcondere.*

Septimò. Ait Chriſtus turbis tanquam in pactum eis proponens, quod ſi eum volunt tenere, ſinant ſuos diſcipulos abire, imò ut ait D. Cyril. lib. 11. cap. 34. *Juſſit, ſinite diſcipulos meos abire.* Et poſtea divina diſpoſitione, ac permiſſione factum eſt, manus injecerunt in Jesum, & relicto eo omnes fugerunt, cur prius jubet abire, antequam fugam ineant? maximè Dominus intendit ſuorum defectus abſcondere, & occultare, cum enim fuga ſuorum diſcipulorum poſſet videri maximè indecora, ac reprehenſione digna, quod ipſi nempe relicto ſuo magiſtro fugerent: Mandat Dominus *ſinite hos abire*, ut fuga non timiditati, ſed promptæ obedientiæ adſcriberetur; nam cum Judæi ab ore Domini audiſſent *ſinite hos abire*, cum diſcipulos fugientes vidiſſent, facilè poterant ſibi perſuadere, fugam ex Magiſtri imperio fuiſſe diſpoſitam, ac ordinatam.

Octavò. Chriſtus Dominus adduxit ſuos in villam, quæ dicitur Gethſemani; ubi venerunt turbæ Judæorum ad ipſum comprehendendum, inde ait eis; *Si ergo me quæritis ſinite hos abire*, magni animi eſt ſuos in tuto conſtituere, quos in diſcrimine poſuit? Diſcipuli Chriſtum ſequentes in tantum periculum venerunt; inde Dominus de eorum ſalute agit, ut ipſi incolumes, & ſalvi abire permittantur. Vide tom. 2. c. 24. q. 15. n. 95. tom. 3. cap. 34. q. 8. n. 40. 41. 42. 43. & ſuprà lib. 7. c. 26. n. 13. 14. 15. 114. *Ques in periculo poſuiſti, conſtituere in tuto oportet.*

Nonò. *Si ergo me quæritis.* Preme illam conſequentiam *ergo*: ac ſi ex eo quod filius Dei ligatur, & comprehenditur, conſequens eſt, ut diſcipuli ejus liberi & incolumes evaderent, Chriſtus ligatur, & comprehenditur, ut ſuis ſalutem conciliaret, hæc enim fuit recta conſequentia ex comprehenſione ejus deducta. 115. *Chriſti comprehenſio noſtra ſolutio.*

Cantic. 7. num. 5. dicitur, *Coma capitis tui, ſicut purpura regis vincta canalibus.* Septuaginta, *Rex ligatus in tranſcurſibus, ſeu canalibus.* Rex Chriſtus Dominus ligatus quinque clavis ſtipiti crucis, ut explicat Alcaçer, ut ex eo fluant canales, ſeu fontes ſui ſacratiſſimi ſanguinis, *haurietis aquas in gaudio de fontibus ſalvatoris.* Iſai. 12. n. 3. ut ex eis ſui bibant aquas ſalutares in vitam æternam? Alligatus eſt Rex noſter canalibus, ſeu fontibus quinque vulnerum, ut exinde fontes perenniter fluant aquas vivificas in omnes, omnéſque ex illis vitam ebibant. Et nota quod dicitur *Coma capitis tui ſicut purpura regis.* Per comas intelligit D. Ambroſ. internas cogitationes, quia omnes cogitationes capitis erant purpuratæ, ac tinctæ colore rubro, ac ſanguineo, ut ipſe alligatus tanquam verus Rex per canales, ac fontes ſanguinem pro ſuis funderet. 116. Cantic. 7. Septuagin. Alcaçer. Iſai. 12. *Alligatur Chriſtus, ut canales, gratia fluat.* D. Ambroſ.

D. Chriſto D. ait Ieremias Threnor. 4. n. 20. *In umbra tua vivamus.* Et quomodo ſub umbra illius erit nobis vita? Ideo enim ipſe exaltatus eſt in ſublimi arbore crucis manibus, ac brachiis extenſis ut nos omnes ſua umbra protegeret, ac defenderet D. Ambroſ. ſerm. 3. in pſal. 118. ad illa verba. *Retribue ſervo tuo.* Sic ait? *Chriſtus vita eſt. Nobis expandit manus ſuas JESVS, ut totum mundum obumbraret, quomodo non ſumus in umbra, qui crucis ejus protegimur velamento. Quomodo non ſumus in umbra, quos crucifixus, à malignitate ſæculi, & corporis ardore defendit?* Chriſtus alligatus eſt cruci, ut nos protegeret, ac obumbraret ab ardore Diaboli, ac mundi. 117. D. Ambr. *Umbra Chriſti nos protegit.*

Luc. 22. *n.* 49. Videntes autem hi, qui circa ipſum erant, quod futurum erat, dixerunt ei; Domine ſi percutimus in gladio.

Num. 50. Et percuſſit unus ex illis ſervum Principis ſacerdotum, & amputavit auriculam ejus dexteram.

VERSIO

VERSIONES.

*Syriac.n.*49. Cum autem viderent ij, qui cum eo erant quod fiebat, dixunt ei Domine Noſter: percutiemus eos gladiis.

Arabicus. Cum vidiſſent, qui circa ipſum erant, quod factum fuiſſet.

Euthym.Cajet. Nunc percutimus gladio.

*Euthym.n.*50. Et percuſſit unus quiſpiam ex eis.

Græcus. Cum percuſſiſſet.

Arias. Servum Sacerdotum.

Syriacus. Et abſtulit ei auriculam ejus dexteram.

ALTER TEXTUS.

*Matth.*26.*n.*51. Et ecce unus ex his, qui erant cum Jeſu extendens manum exemit gladium ſuum, & percutiens ſervum principis Sacerdotum, amputavit auriculam ejus.

Marc. 14.*n.* 47. Unus autem quidam de circumſtantibus educens gladium, percuſſit ſervum ſummi ſacerdotis, & amputavit illi auriculam.

*Ioan.*18.*n.*10. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percuſſit Pontificis ſervum: & abſcidit auriculam ejus dexteram; erat autem nomen ſervo Malchus.

EXPOSITIO IV.

118. V*identes autem hi.* Ut narrat D. Lucas Poſtquam Chriſtus Dominus ſuis verbis dixit: *Si ergo me quæritis ſinite hos abire*; poteſtatem fecit turbis ipſum comprehendendi. *Videntes hi, qui circa ipſum erant.* Seu ut habet Syriacus. *Qui cum eo erant*, tres ſcilicet diſcipuli, quos ſecedens ſecum ad orationem adduxerat, vel fortaſſe omnes undecim diſcipuli, qui tunc cum Chriſto erant, quod mihi eſt probabilius. *Quod futurum erat*, non ait Evangeliſta, quod factum erat, ſed quod futurum. Viderunt enim quod turbæ ſeparaverunt, & cœperunt irruere in Jesum, quem Judas oſculo indicaverat, ut eum vi caperent, comprehenſúmque abducerent, *& dixerunt ei*, amore audaciam ſuppeditante: *Domine ſi percutimus in gladio?* Seu, *Nam percutimus gladio*, Petunt à Domino facultatem percutiendi; meminerant enim dictum fuiſſe à Jesu in cœna. *Qui non habet gladium vendat tunicam ſuam & emat gladium.* Quæ verba ab eis non fuerant intellecta, ut ſupra explicavi lib. 7. cap. 10. expoſit. 5. & 6. obſervavit D. Auguſt. lib. 22. contra Fauſtum cap. 77. Dominus præcepit emere gladium, non verò percutere.

Syriacus. D. Auguſt.

Et ecce unus. Scribit D. Matth. *Ecce* ut rem grandem, mirandam dicit Evangeliſta. *Et ecce unus*, ſcilicet Petrus cæteris ferventior, & animoſior, cujus nomen ſolus Joannes Evangeliſta exprimit, *Ex his, qui erant cum JESV*; ex undecim ſcilicet Apoſtolis. Omnes ut patet ex ſuperiori Lucæ verſu petierunt licentiam à Chriſto. *Domino ſi percutimus gladio.* Petrus tamen ex magno ardore non expectato Chriſti reſponſo videns eminens periculum erga ſuum Magiſtrum *Exemit gladium.* Non cultellum ut quidam volunt, ſed gladium, quem ſecum ferebat ad communem uſum, ſive ut N. D. Cyrillus lib. 11. in Ioan. cap. 36. exiſtimat ex communi Patriæ conſuetudine aſportari ad abigendas feras, vel alia nocumenta ſi quæ invaderent noctu in agris degentes. D. Chryſoſt. hom. 85. in Matth. *Illi verò quoniam audierant venturos adverſus eum aliquos eſſe, quaſi Magiſtrum defenſuri, ſecum gladios acceperunt.* Sequuntur Theophylact. Euthym. Titus in Lucam, præcipuè quia Dominus mandaverat, *Qui non habet gladium, vendat tunicam ſuam, & emat gladium. Et percutiens.* Seu ut alij legunt ex Græco *cum percuſſiſſet* Magna vi, ac zelo, *ſervum Principis ſacerdotum.* Caiphæ nomine Malchum, ut exprimit D. Joannes Amputavit, ſeu ut habet Syriacus, *abſtulit auriculam ejus*, dexteram nempe, ut adnotarunt D. Lucas, ac D. Ioannes.

D. Cyril. D. Chryſ. Theophyl. Euthym. Titus. Græcus. Syriacus. D. Lucas. D. Joanne

QUÆSTIO XVII.

An Petrus percuſſiſſet ſervum Pontificis ante Ieſum comprehenſum, vel poſtquam illigatus eſt?

IN hac re videntur inter ſe diſſentire Evangeliſtæ. Nam Matthæus, & Marcus prius verba faciunt de comprehenſione, & poſtea de percuſſione. Sic habet D. Matth. *Tunc acceſſerunt, & manus injecerunt in IESVM, & tenuerunt eum. Et ecce unus ex eis, qui erant cum IESV, tendens manum exemit gladium ſuum, & percutiens ſervum*, &c. Similiter habet D. Marcus; at verò Lucas & Ioannes prius de percuſſione agunt, & poſtea de Chriſti comprehenſione, ut patet ex eorum textu. 119. *Difficultas.* Matth. & Marc.

Dicendum tamen eſt, quod D. Lucas, ac D. Ioannes obſervaverint rectum ordinem hiſtoriæ, ac proinde antequam Chriſtus eſſet comprehenſus, auriculam Malcho abſcidit Petrus. Probatur primò, quia cum Petrus, ac cæteri diſcipuli viderunt Chriſtum comprehendi, fugerunt, ergo antequam comprehenderetur, ſervum Pontificis percuſſit Petrus, ſi enim Petrus Chriſtum jam alligatum vidiſſet, minimè auderet, tot hoſtes armatos invadere. Secundò, Chriſtus Dominus manibus ſuis tetigit Malchum, & tunc ſanavit vulnus ejus; ergo quando hoc factum eſt, manus nondum erant vinculis alligatæ. Tertiò hoc confirmat ſeries textus D. Lucæ. *Videntes, autem hi, qui circa ipſum erant quod futurum erat.* Videntes Petrus, & diſcipuli, *quod futurum erat*, non quod factum, ſed quod futurum, nempè futuram comprehenſionem. *Et percuſſit unus ex illis ſervum*, &c. Illa particula, *&* connexit hiſtoriam. Ita D. Aug. lib. 3. de conſenſ. Evangeliſt. cap. 4. Janſen. Barradas, & Maldonat. ac Cornelius in Matth. 120. D. Lucas & Joannes. *Petrus percutit ante Chriſtum comprehenſum.*

D. Auguſt. Janſen. Barrad. Maldonat. Cornel.

Ad Matth. ac Marcum communiter reſpondetur eos anticipatione uſos fuiſſe, vel ut alij dicunt 122.

cunt verba Evangeliſtarum accipienda eſſe non in actu perfecto, ſeu inchoato, hoc eſt cœperunt turbæ ſe parare, ut in eum irruerent, in eúmque manus injicerent. Aptius tamen mihi videtur dicere, quod poſtquam milites proſtrati ſurrexerunt à terra, eiſque Dominus poteſtatem conceſſit, ut eum caperent, *Si ergo me quæritis, ſinite hos abire.* Tunc Malchus, vel alius militum ut audaciores, comprehendere JESUM conati ſunt, tunc Petrus exemit gladium, & amputavit auriculam. D. Leo ſerm. 1. de paſſ. *Aurem viri ferocius inſtantis abſcidit.* Et ut advertit D. Paſchaſ. lib. 12. in Matth. *Petrus ex fervore fidei, & caritatis, ex aviditate defenſionis pij Magiſtri percuſſit ſervum Principis Sacerdotum. Sed ab Evangeliſtis non potuerunt ſimul dici, quæ ſimul in uno tempore facta ſunt.*

Exponuntur Evangeliſtæ. D. Leo. D. Paſchaſ.

Quæstio XVIII.

Quare ex omnibus Apoſtolis ſolus Petrus exemit gladium, & qualiſnam eſſet iſte gladius, & quid ſignificet.

123. Circa qualitatem ferri D. Petri dubitatur an fuiſſet gladius; vel culter extitiſſet, quo in agni mactatione, vel comeſtione uſi fuerant Apoſtoli, tenet Toletus in c. 18. Joan. Major. Janſenius in cap. 26. Matth. & Venetiis oſtenditur hic gladius Petri habens ſpeciem magni cultri, ſicut & Senis ſimilis tenetur.

An eſſet culter vel gladius. Toletus. Major. Tertull.

124. Gladium hunc enſem fuiſſe apertè docent Tertullian. lib. de idololatr. cap. 19. D. Chryſoſtom. in Encomio vinculorum S. Petri apud Suri. 1. de Auguſt. Div. Cyrill. libro undecimo in Joannem, cap. 35. D. Auguſt. in Joan. tract. 112. libro vigeſimo ſecundo contra Fauſtum, D. Hilar. D. Hieron. D. Paſchaſ. Zachar. Epiſcop. in Matth. D. Ambroſ. in Lucam. Probatur, quia noſtra vulgata, Syriacus, Græcus, Arabicus, expreſsè habent gladium; & Chriſtus Dominus dixit Apoſtolis, *qui non habet emat gladium.* Et Apoſtoli dixerunt: *Ecce duo gladij.* Et in hoc eventu in horto juxta D. Lucam dixerunt. *Domine ſi percutimus in gladio*, ergo hîc habebant gladios: ergo propriè Petrus diſtrinxit enſem. Et Phariſiis hic gladius D. Petri oſtenditur, habens ſpeciem enſis. De ſignificatione gladij Apoſtolorum jam dixi ſuprà lib. 7. cap. 10. quæſt. 13.

D. Chryſ. D. Aug. D. Cyrill. D. Hilar. D. Hieron. D. Paſchaſ. D. Ambroſ.

125. Ad quæſtionem, Cur Petrus ex omnibus Apoſtolis diſtrinxit gladium. Reſpondet Primò D. Hieron. D. Paſchaſ. lib. 12. in Matth. *Petrus ferventior fide, & caritate:* ac proinde ejus amor non potuit ſuſtinere, ut tanta injuria fieret erga ſuum ſanctiſſimum Magiſtrum. Secundò D. Ambroſ. in Luc. lib. 10. *Quare Petrus?* ait, *quia ipſe eſt, qui accepit claves regni cælorum. Ille enim condemnat, qui & abſtulit, quoniam idem & ligandi, & ſolvendi adeptus eſt poteſtatem.* Petro data erat poteſtas abſolvendi, ac ligandi, ſeu condemnandi delinquentes; vidit ipſe criminatores in tam gravi ac turpi delicto, intellexit eſſe occaſionem ſua utendi poteſtate, eos puniendi, ac condemnandi.

D. Hieron. D. Paſchaſ. *Amor non ſuſtinet injurias.* D. Ambroſ.

126. Tertiò. Petrus conſtitutus erat à Chriſto Princeps Apoſtolorum, ac caput totius Eccleſiæ, inde ſibi perſuaſit, quod ipſe ut Princeps, ac Prælatus omnium periculo objicere, vitámque ſuam in diſcrimen dare pro communi bono, ac pro tuendo ſupremo omnium capite. Quartò. Petrus inter cæteros ipſe majora dona accepit à Chriſto, ut eſſet omnium Princeps, ac caput, inde ipſe ſe magis pignoratum agnovit erga Dominum, ut pro ejus defenſione primus proſiliret diſtringens gladium. Quintò. Petrus habebat poteſtatem ſibi datam à Domino, habebat etiam gladium, percutit ſervum principis & niſi Domini eſſet præceptum, multos alios perderet, & occideret, poteſtas enim in homine aliorum frequenter mortem, & ruinam infert. Vide tom. 4. c. 5. q. 25.

Prælatus primus ſe opponat periculo. 127. *Magis pignoratus prior ſit pro tui defenſione.*

Sextò. Cum à Domino dictum fuiſſet Petro. *In hac nocte antequam gallus cantet ter me negabis.* Cui ille ait. *Etiamſi oportuerit me mori tecum non te negabo.* Matth. 26. n. 35. Ut ergo Petrus ſui verbi, ſuæque pollicitationis memor, à ſe omnem ſuſpicionem amoveret, Magiſtrum negandi, ipſe ſolus audet tantum facinus aggredi, ut eximens gladium percutiat ſervum Pontificis. Vide quæ dixi tom. 2. c. 27. q. 7. n. 39. 40. 41. & tom. 3. c. 13. q. 18. num. 106. tom. 4. c. 28. q. 2. n. 12. 13. 14. 15. 128.

Si fama periclitatur magis laborandum.

Dum Petrus ſolus eſt in hoc negotio percutiens ſervum Pontificis maximè periclitatur, ſecus dum ſe cum aliis annumerat. *Ecce nos reliquimus omnia.* Matth. 19. n. 27. Ad quem *ibimus verba vitæ æternæ habes.* Joan. 6. n. 69. Tunc maximè laudatur, ac magno præmio remuneratur. At dum hic ſolus pro tanto facinore audet, à Domino reprehenditur, ac increpatur. 129.

Matth. 19. Joan. 6. *Aſſimilatus aliis laudatur, ſi ſingularis reprehenditur.*

Producturus Deus primum parentem abſolutum, ac perfectum, ait: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Gen. 1. n. 26. Ac ſi Æternus Pater duas perſonas convocaret ad hominis creationem. Poſtquam verò primus Parens peccavit, de illo ait Deus: *Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt.* Geneſ. 3. n. 22. Quid eſt quid quando Adam creatur in juſtitia originali dicitur ad multorum ſimilitudinem factus; cum peccat verò, tunc dicitur quaſi unus factus? Quando enim in varietate virtutum multorum exprimebat ſimilitudinem, tunc divino approbatur ſuffragio, cumque juſtitia vivès proponitur; at verò quando non multis, ſed uni aſſimilari intendebat jam inde apparet peccator, & Deo injurius. Origenes homil. 1. in Ezech. *Ergo, ait, quando peccavit Adam tunc factus eſt quaſi unus.* Quando quis multis in varietate virtutum aſſimilatur Deo placet, ut verò qui ſingularitatem amat, ſingularíſque eſſe vult, *quaſi unus*, ſtatim in peccatum labitur. 130.

Geneſ. 1. Geneſ. 3. *Homo ſi ſingularis labitur, ſi aſſimilatus approbatur.* Origen.

Hinc de ſua dilecta decantat divinus ſponſus, Cant. 7. n. 7. *Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis:* Theodoret. legit *In portis filiæ multorum.* Maximè ponderandum, quod inde ſublimitas divinæ ſponſæ celebratur, quod ſic inſtar *filiæ multorum*; & quomodo hoc poteſt in ea ut ingenitam nobilitatem reputari cum valdè ignominioſum ſit homini multorum filium dici? Et ſi in carnali generatione hoc pro dedecore habeatur, tamen in ſpirituali nativitate hoc valdè pulchrum, & elegans eſt: Tunc enim maximo virtutum nitore quis fulget cum in ſe multorum Sanctorum Patrum exprimit ſimilitudinem. Theodoret. de Sanctis viris ſic agit. *Siquidem à magno Moyſe*, ait, *& à JESU filio Nave, & à Samuele Propheta, & Davide eodem tum Propheta, tum rege, & ab Iſaia & Jeremia, & Daniele, & Ezechiele, & ex Apoſtolis, & à Doctoribus, qui poſt illos fuerunt latius utilitatis excipiunt. Ideò ſponſus ait: Oculi tui ſicut lacunæ in Eſebon in portis filiæ multorum.* 131.

Cantic. 7. Theodor. Theodor.

Quæstio

QUÆSTIO XIX.

Quare D. Petrus à ſervo Pontificis non aliam corporis partem niſi tantum aurem dexteram abſcidit, & an in hoc peccaverit?

132. *An Petrus peccaverit.* D. Auguſt. D. Ambr. D.Chryſoſt. D.Leo. D.Paſchaſ. Beda. Tolet.

AB hoc ſecundo incipio. D Auguſt. lib. 22. contra Fauſtum, cap.70. exiſtimat Petrum peccaſſe in hoc facto. Veriſimilius puto non peccaſſe. Ita D. Ambroſ. in Luc.D. Chryſoſt. homil.83. in Matth. D. Leo ſerm.1. de Paſſione. D. Paſchaſ.lib.12. in Matth.Beda hîc, Tolet in c. 18. Joan. hoc fecit pro amore, ac ferventi zelo erga Chriſtum; Et profectò magnus fuit zelus Petri quamvis non ſecundùm ſcientiam, qui unus, & debilibus armis tot armatis militibus ſe oppoſuit, forſitan verbo illo non intellecto deceptus, Luc.22.n. 36. *Qui non habet gladium, vendat tunicam, & emat gladium.* Et aliunde magno fidei, & caritatis ardore accenſus eſt. D. Ambroſ.citat. *Petrus ait, eruditus in lege, promptus affectu, qui ſciret Phineam reputatum ad juſtitiam, quod ſacrilegos peremiſſet, percuſſit Principis Sacerdotum ſervum.*

133. *Prompta Petri obedientia.* Et maximè notandum, quod Chriſti verbis paruit Petrus, & in locum ſuum gladium miſit, quem nunquam poſtea exeruiſſe in ſui, aut alterius defenſionem legimus. Non ſe, ſed Magiſtrum ulciſcitur, unde ipſe poſtea injuriis affectus,cæſus, omnia manſuetè toleravit. Dilectionis fervor fecit ut, hic Magiſtri ſui defenſione gladium exeruerit.

134. D. Chryſ. Ad quæſtionem principalem. Petrus ut notat D. Chryſoſt.hom.82.in Joan. intendebat medium caput ſervi Principis Sacerdotum findere, ac proinde ipſum interficere; ſed ſervo ictum declinante,capútque in ſiniſtram obvertente, ac Deo præſertim moderante manum Petri, gladius in auriculam lapſus eam abſtulit, quæ erat dextera, ut notat Lucas, & Joannes. Et Petrus ita abſcidit auriculam,non ut caderet in terram, ſed ut pendens adhuc capiti hæreret; quod colligo ex D. Luca *Cum tetigiſſet auriculam ejus, ſanavit eum.* Non dicitur repoſuiſſet, ſed tetigiſſet.

D. Lucas, & Joannes.

135. Cur ergo non aliam partem abſcindit ſed tantum auriculam dexteram? Reſpondet primò. Origenes tr.35.in Matth.diſſerens, quod iſte ſervus pontificis denotabat Judæos, qui non videntur *legem audire modo, cum ſiniſtro auditu audiant umbram, & traditionem de lege, non veritatem.* Similiter D.Cyrill.Alexandr.lib. 11. in Joan. c.35. & D. paſchaſ.lib.12.in Matth.Qui ait. *Non qualecumque Petrus, ait, infligit vulnus, nec cuicunque, ſed ſervo Principis Sacerdotum amputavit auriculam dexteram, Quia ipſi Principes Sacerdotum, jam ſervi erant peccati, quorum omnis auditus non in dextris, ſed in ſiniſtris erat legis & ideò jure amputatur ab eis quidquid dextrum erat.* Et ſtatim ſubdit. *Et ideò præciditur ab eis auditus dexter, cum aufertur intelligentia divini Verbi.* Auris dextera amputatur, quia Judæi in legendo, & audiendo ſacram ſcripturam perdiderunt dexteram aurem, id eſt veram cæleſtium intelligentiam, & retinuerunt ſiniſtram, ut ſiniſtrè ad carnales ſenſus eam detorquerent.

Origen. D. Cyril. D.Paſchaſ. *Judæi perdiderunt verã doctrinam, & ſiniſtram tenent.*

136. D.Ambroſ. Secundò, D.Ambroſ.in c.22. Luc. *Petrus*, ait, *percuſſit aurem, docuit quod aurem habere in ſpecie non deberent, quam in myſterio non habebant*, Iſte iniquus ſervus ſolum habuit aurem, ut audiret turpe mandatum principis Sacerdotum, non ut auſcultaret ſalutifera verba Chriſti, ac Apoſtolorum, & qui ſolum habuit aures, ut audiret malum,& non bonum, aures ei abſcindantur, ab auribúſque privetur. *Homo qui ſolum audit malum, & non bonum auribus privetur.*

Tertiò, & maximè ad literam magno cum myſteriò. Omnes quatuor Evangeliſtæ notarunt, quod Malchus percuſſus ſervus erat Summi pontificis ſeu ſummi Sacerdotis, ut innueretur, quod princeps Sacerdotum, cui maximè curæ erat, ut Jeſus comprehenderetur, ſervo ſuo ſibi addictiſſimo, ac omnium audaciſſimo intimè commendavit, ut in prima acie conſiſtens, ſimul ac Iudas oſculi ſignum præbuiſſet, cæteris audacter ut dux animoſus ſequendi daret exemplum; Id ille cum præſtaret; petrus, qui Ieſu proximus adſtabat ſe opponens, eum percutit gladio. S. Leo jam citat. ſerm 1. *Aurem viri ferocius inſtantis abſcidit.* Et meritò. Ut auris, quæ tam mandatum iniquum exceperat, puniretur, ac vulnus pateretur. 137. *Quare quatuor Evangeliſtæ exprimunt, quod erat ſervus Pontificis.* S. Leo.

Quartò Cur magnus petrus Eccleſiaſtici ordinis Princeps gladium vibrat in quendam vulgarem pauperem, ac ſervum militem, cur non potius in principem, ac ducem totius militiæ?Malchus ille, ut eſt communis opinio lucernam deferebat. Cum lumine accenſo, in quo fidei lux denotabatur. Alij qui aderant miniſtri,ſine Chriſti cognitione tanquam cæci reputabantur, quod in Chriſtum inſurgerent, ut eum comprehenderent, ac tenerent, res deteſtanda; at verò ſervus Pontificis, qui ſecum Chriſti notitiam in lumine adumbratam, aſportabat, quod contra ipſum audeat inſurgere, eúmque manibus capere velit, res omninò maximè execranda, & inde ipſe inter cæteros meritò punitur, ac percutitur aure dextera abſciſſa, qua verba fidei quem contemnebat, audiens accipiebat. 138. *Gravius peccatum eorum,qui cognoſcunt Chriſtum.*

Quintò. Malchus iſte laternam accenſam manibus deferebat, ut Chriſtus à militibus cognoſceretur, ut eum caperent, lumen ergo,quod aſportabat, ut ipſe Chriſtus eſſet agnitus ad comprehenſionem, ipſum Malchum manifeſtavit, ac demonſtravit, ut tanquam omnium digniſſimus inflicto vulnere perceteretur,ac proinde malum, quod in Chriſtum machinatus eſt, in ipſum reddidit ad pœnam,& vulnus. 139.

Ait Iſaias cap.57.n.20. *Impij quaſi mare fervens quod quieſcere non poteſt, & redundant fluctus ejus in conculcationem, & lutum.* Mare cum fervens agitatur, rapidiſſimo curſu fluctus feruntur in terram, quaſi eam devoraturi, ſed tunc indita vi crebo in mare reflectentes, ipſum verberant, concutiunt, ac luto, & quiſquiliis commoventur, & perturbant; *redundant fluctus ejus in conculcationem, & lutum.* Sic impij inſidias, ac machinationes commovent adverſus innocentes, quæ in ipſos impios retorquentur, ut multa miſeria, ac ruina eos deturpent ac perdant. Procopius. *Fluctuationem patiuntur maris inſtar, ait, ſeipſos ulciſcentes, quod quos fluctus ad littora trudit, aſſiduè parit quidem, ſed eorumdem reflexionem rurſum pati cogitur, non aliter ac iſti.* Vide tom. 3. cap. 15. quæſt. 13. num.101.102. 140. Iſai. 57. *Mala retorquentur in impios, quæ ipſi machinantur in juſtos.* Procopius.

QUÆSTIO

QUÆSTIO XX.

Quare ex omnibus Evangeliſtis ſolus Ioannes exprimit nomen Petri percutientis, & nomen Malchi percuſſi?

141. D. Matth. D. Marc. D. Lucas. D. Ioannes. OMnes quatuor Evangeliſtæ hanc hiſtoriam ſcribunt, ſolus tamen Ioannes nomina exprimit. Nam D. Matthæus ait: *Ecce unus ex eis, qui erant cum IESU percutiens ſervum principis Sacerdotum*: &c. Divus Marcus *Unus autem quidam de circunſtantibus educens gladium percuſſit ſervum Summi Pontificis*, D. Lucas, *Et percuſſit unus ex illis ſervum Principis Sacerdotum*, At Joannes apertè ait; *Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum, & percuſſit Pontificis ſervum, erat autem nomen ſervo Malchus.* Quare ergo ſolus Ioannes hæc nomina exprimit, inquirit præſens quæſtio.

142. Ioan. 21. *Amor magis oſtenditur operibus, quam verbis* Quantum ad primum, ſolus Joannes ex omnibus Evangeliſtis exprimit nomen Petri. *Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum, & percuſſit Pontificis ſervum.* Solus enim Joannes ſcribit, quod cum Petrus de ſuo amore examinaretur à Chriſto cap. 21. num. 15. *Simon Ioannis diligis me plus his?* Græcus. *Pluſquam his.* Tunc *dicit ei, etiam Domine: tu ſcis, quia amo te.* Hoc eſt. Certè Domine tu ſcis, quia *amo te*, Petri modeſta cum interrogatur, non audet dicere, quod plus diligat quam cæteri, inde Joannes cum hoc ſcribat, pignoratus eſt, ut quod Petrus de ſe verbis non audet dicere, hoc ille operibus oſtendat, cum ipſe ſolus contra cohortem militum pro defenſione ſui Magiſtri gladium evaginaverit percutiens ſervum Pontificis manifeſto vitæ periculo in ſignum ſui eximij amoris ſuper cæteros. Cum ergo Ioannes ſcribat modeſtiam amoris Petri in verbis ſuis erga Chriſtum, voluit ſcribere mirabilem manifeſtationem operibus; ut quod Petrus verbis tacet, Joannes operibus indicet.

143. D. Chryſoſt. *Quanta hominis ingratitudo in ſuum benefactorem.* Ioan. 18. Quantum ad ſecundum exprimit Ioannes quod ſervus Malchus nuncupatur. Ad quod ita reſpondet D. Chryſoſtom. hom. 82. Ioann. *Servi nomen meminit Evangeliſta, quoniam magna res erat non tantum, quod eum curaverit: ſed quod paulo poſt eſſet ab eo alapam accepturus, hic ad perſecutiones tolerandas voluit diſcipulos erudire. Atqui etiam propterea nomen poſuit Evangeliſta, ut legentes poſſent diligentius inquirere, an ita habuiſſet.* Ioannes nomen hujus ſervi expreſſit. Chryſoſt. exiſtimat quod iſte ſervus, quem, JESUS curavit, fuiſſet ille qui alapam dedit IESU. Ioannis 18. n. 22. De qua ſolus Ioannes mentionem facit, inde ejus nomen apponit, ut appareat hominis malitia, & ingratitudo, & etiam diſcipulis Dominus daret exemplum eximiæ ſuæ patientiæ; an iſte ſervus fuerit, qui Domino dederit alapam non habet multum ſolidum fundamentum. Aliam rationem aſſignat S. Doctor. *Ut legentes tunc poſſent diligentius inquirere, an ita ſe res habuiſſet.*

144. Theoph. *Ne quærat homo proprium gloriam.* Secundò. Theophylact. in cap. 14. Marc. reddens rationem, cur Marcus non expreſſit nomen Petri ſic ait: *Obticet autem nomen Marcus, ne videatur laudare præceptorem ſuum, Petrum majoris pro Chriſto zeli.* Marcus diſcipulus erat Petri, ideò Spiritu ſancto dictante nomen illius tacet, quando Petri fortitudinem, ac robur refert, ne aliqua paſſione, ac amore Magiſtri tactus, hiſtoriam narret.

Tertiò. Theophyl. Antioch. lib. 1. Allegor. in Evang. *Is autem, ait, cui ablata eſt auricula, Malchus dicebatur, id eſt, rex quondam populi Judæorum ſervus factus eſt impietatis Judaicæ, qui ideò perdidit dexteræ auris auditum, qui totam liberè civitatem audire conſueverat, per feneſtram.* Magnum myſterium eſt; quod ſervus ille tali nomine diceretur, nam Malchus interpretatur rex Iudæorum, & regem Iudæorum repræſentabat; aure amputata, quod ſervitutis ſignum, ut intelligeremus regem Iudæorum miſeram in ſervitutem abiiſſe, & in perpetuæ ſervitutis ſtigma, & characterem gravi omnium bonorum mutilatione deformatum. *Ubi Rex tuus, & judices tui de quibus dixiſti: da mihi regem, & principes.* Oſeæ 13. num. 18. Quaſi diceret, nuſquam ſunt nuſquam parent, penitus aboliti ſunt. *Sicut manè tranſit, pertranſit Rex Iſrael.* Ait idem Oſeas 11. num. 2. Sicut ros matutinus adveniente Sole breviter tranſit, ſic & Rex Iſraël breviter tranſivit & non ſolum tranſivit, ſed pertranſivit, ita ut nunquam amplius rediturus ſit. Rupertus ibi. *Rectè ergo cum dixiſſet, ait, ſicut manè tranſit, non contentus fuit dixiſſe, Tranſit rex Iſraël: ſed omnimodum, & irrevocabilem exprimens tranſitum: pertranſit, inquit Rex Iſraël.* 145. Theophyl. *Regnum Iudæor. abiit in ſervitutē.* Oſeæ. 13. Oſeæ. 11. Rupert.

146. *Magni principis eſt ſe abſtinere à judicio errātis populi.* Quartò. Iterum ad illa verba. *Quia perdidit dexteræ auris auditum, quia totam liberè civitatem audire conſueverat per feneſtram.* Malchus ex viſui nominis regem; & principem Iudæorum ſignificat; ſed unde ille in tam extremam ſervitutem devenit, ut nihil dextrum, ac auribus ſalutiferum percipiat, ex eo quod Dei notum non ſequebatur, ſed in conſuetudine habuit totam civitatem, univerſúmque populum, imperitámque multitudinem audire, & juxta illius placitum ſentire, ac judicium proferre; valdè enim hoc indecorum, ac peſtiferum eſt principibus, & regibus, cum inde abjectiſſimi fiant, cúm & ſervi ſuper reges ſe extollant, ſi ipſi reges corrigere volunt indomitas populi voluntates.

147. Exod. 23. *Princeps ſit alienus à judicio populi qui infertur impetu & affectu.* D. Auguſt. Seneca. Hinc mandat Dominus populo ſuo Exod. 23. num. 1. *Non ſuſpicias vocem mendacij: non ſequaris turbam ad faciendum malum; nec in judicio plurimorum acquieſces ſententiæ, ut à vero devies.* Admonet Dominus, ut non ſequatur turbam; quamvis enim multi ſint conſpirantes ad malum, tamen ab eorum judicio non pervertatur, ſed firmus, ac ſtabilis ſtet, quia turba potiùs impetu, ac affectu, quàm ratione ducitur. Divus Auguſtinus libro tertio contra Parmen. capite ſecundò. *Quidquid ſceleris, & iniquitatis inebriat multitudinem, & amittit examinis veritatem.* Ex quo dicebat Seneca de vita beata, capite ſecundo, *Nulla res majoribus malis implicat, quàm quod ad rumorem componimus, optima ratio ea, quæ magna aſſenſu recepta ſunt.*

148. Dan. 13. Judices inveniunt apud populum Daniel, & Pilatus, Daniel ſervus, pilatus princeps, tamen Daniel felicior, ac præſtantior Pilato. Nam cum populum audiſſet falſum teſtimonium prolatum à Senibus contra Suſannam, *Credidit eis multitudo.* Quod cum vidiſſet Daniel capite 13. num 46. *Clamavit voce magna, & converſus omnis populus ad eum dixit, &c.* Et innocentem abſolvit, & liberavit. Apud pilatum clamat iniquus D.

iniquus populus, ut puriſſimus, ac ſanctiſſimus Agnus crucifigeretur. *Et Pilatus judicavit fieri petitionem eorum* Luc 23 n. 24. Ecce longè clarior, ac glorioſior Daniel ſervus præſide, ac Principe Pilato, quia Daniel tantum abfuit, quod multitudinis judicio ferretur, quin potius totam multitudinem domaverit, & à ſua ſententia iniqua diſcedere coëgerit, at Pilatus dũ miſere acquieſcit clamoribus populi; illius ſacrilegiis, ſubſcripſit, & ſe populũ æterna damnatione perdidit D. Auguſt ſerm. 118. de tempore. *Daniel ergo*, ait, *melius, quam Pilatus. Ille peccantis populi revocavit errorem: hic autem furentis Synagogæ ſacrilegium confirmavit.*

Qui fertur judicio multitudinum errat.

D. Auguſt.

Matth. 26 *n.* 52. Tunc ait illi Jeſus: Converte gladium tuum in locum ſuum: Omnes enim, qui acceperint gladium gladio peribunt.

Num. 53. An putas, quia non poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo pluſquàm duodecim legiones Angelorum.

Num. 54. Quomodo ergo implebuntur ſcripturæ Prophetarum, quia ſic oportet fieri?

VERSIONES.

Tertull. n. 1. Reconde gladium in vaginam ſuam.

Origenes. In thecam ſuam.

D. Hilar. Qui gladio utuntur.

Syriacus. Si omnes, qui acceperint gladios gladiis morientur.

Arius n. 53. Quia non poſſum advocare Patrem,

Syriacus, An putas me non poſſe petere à Patre meo ut nunc ſiſtat pluſquam duodecim legiones Angelorum.

Theophyl. Plures quam duodecim.

Joan. Caſſian. Pluſquam duodecim millia legiones Angelorum.

Syriac. n. 54. Quomodo igitur implerentur ſcripturæ.

ALTER TEXTUS.

Luc. 22. *n.* 51. Reſpondens autem Jeſus ait Sinite uſque huc; & cum tetigiſſet auriculam ejus ſanavit eum.

Joan. 18. *n.* 11 Dixit ergo Jeſus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem, quem dedit mihi Pater non bibam illum.

EXPOSITIO VII.

149. D. Auguſt. *Sinite uſque huc*, ut notat D. Aug. l. 2. de conſenſ. Evang. c. 5. *Inter moras verborum diſcipulorum interrogantium Dominum ſi percutimus in gladio, & Chriſti reſpondentis, Petrus defenſionis aviditate, & majori pro Domino commotione percuſſit.* Nunc reſpondet Dominus ad diſcipulos, *Sinite uſque huc*. Id eſt, deſinite ulterius evaginare gladios, ô Apoſtoli, ſatis dimicatum eſt, ſic etiam ſolemus, duobus rixantibus inclamare, ſatis eſt, ne ad ulteriores rixas, aut pugnas procedatis; non quod Dominus approbaverit percuſſionem Petri, cum ipſum ſtatim reprehendat, ſed quia voluit continere ſuos Apoſtolos; nam ipſi ut notant Maldonat. Cornel. in Matth. & alii, videtes Petrum tam animosè pugnantem, pro Chriſto, ſe etiam paraverunt, ut gladios ſtringerent, ad pugnandum pro magiſtro, nunc Dominus eos prohibet dicens: *Sinite uſque huc*. Et hæc mihi videtur genuina expoſitio. Aliter etiam explicant D. Aug. Cajetan Franc. Luc. *Sinite*, id eſt permittite ô Apoſtoli Judam, ac Judæos ſævire in me *Uſque huc*. Id eſt uſque ad hanc horam eorum, quandiu nempe hæc hora eorum, & poteſtas tenebrarum durat. (D. Lucas. Maldonat. Cornel. D. Auguſt Cajetan. Franc. Luc.)

150. *Tunc ait illi Jeſus.* Petro nempe ut ſcribit D. Matth. Nam poſtquam continuit ſuos, ne reſtringerent gladios; nunc loquitur Petro *Converte gladium in locum ſuum* Hic reprehendit Dominus Petrum tum, quia percuſſit Malchum; tum etiam quia nulla erat neceſſitas defendendi Jeſum, nam ſi ipſe ſe vellet defendere. hoc variis modis poterat præſtare, ut oſtendit, dum milites proſtravit in terram; tum etiam quia ipſe diſpoſuerat ſe ipſum tradere inimicis, capi, & mori, juxta Patris decretum in ſalutem generis humani. (D. Matth.)

151. *Omnes, qui acceperint gladium.* Propria auctoritate, & aſque ratione *gladio peribunt*, ſeu ut habet Syriacus *gladio morientur*. Sed quomodo hoc ſit verum, cum multi, qui gladium accipiunt, gladio non pereant. Reſpondent Divus Auguſtinus lib 2. de ſerm. Domini, in monte, cap. 29. Beda, Zachar. Epiſc. exponentes de gladio ſpirituali, id eſt peccato quod dum committitur moritur anima. Aptius tamen ut mihi videtur, exponendus eſt textus cum Theophylacto, Cajetano Qui uſurpant gladium, quo pereunt alii, digni ſunt, qui gladio pereant, merentur & ipſi gladio interfici, ac proinde denuntiatur lex communis omnibus gentibus, quaſi natura dictante, ut talionis pœna plectantur, qui gladio perimunt. Quæ ſententia ſatis conſona eſt legi illi, Geneſ. 9 n. 6. *Quicunque fuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius*· qua non tantum prædicitur quid futurum. quam declaratur meritum homicidæ, & ſancitur pœna, quâ plectendus ſit. De jure itaque eſt ſermo, non de eventu. (*Prima ratio.* D. Auguſt. Beda. Zachar. Theoph. Cajetan. Geneſ. 9. *Sermo de jure, non de eventu.*)

152. *An putas, quia non poſſum rogare Patrem meum* Eſt ſecunda ratio, quâ Chriſtus reprimit pugnantem Petrum pro ſe. ac ſi dicat Chriſtus, non egeo, ô Petre, defenſione tua, quia poſſum obtinere à Patre meo omnes Angelorum exercitus, quorum unus ſufficit ad interimendam omnem multitudinem, ut factum legimus apud Sennacherib regem Aſſyriorum. Et cum magna modeſtia de ſuo more loquitur Chriſtus Dominus, non ait, ſi velim, Pater meus illico dabit; vel poſſum mittere, ac impetrare. ſed rogare. De quo infrà. *Et exhibebit mihi modo pluſquam duodecim legiones Angelorum.* Legio nomen eſt militiæ Romanorum, qui Chriſti tempore Judæam gubernabant; continebat autem legio ſex millia militum, ut ait hic Divus Hieronymus, ex quo ait Vegetius lib. 12. de re militari, cap. 2. quod duodecim legiones faciunt, 72. millia Angelorum alii exiſtimant unam legionem continuiſſe 12. millia (*Secunda ratio. Magna Chriſti modeſtia. Legio quid ſit.* D. Hieron. Vegetius.)

millia & quingentoſ; de hac re latius egi tom.2. cap.25.q.7.

153. *Tertia ratio.* *Quomodo ergo implebuntur ſcripturæ.* Tertia ratione ex ſcriptura deſumpta, ſuadet Dominus Petrum, ne aliquem offendat, nam mors ejus, & paſſio oraculis Prophetarum vaticinata erat. *Quoniam ſic oportet fieri.* Origenes tract.35.in Matth. *Cum ergo*, ait, *poſſet accipere legiones, nolebat accipere ut per patientiam ejus implerentur ſcripturæ prophetantes de ipſo, quoniam ita pati eum conveniebat.*

154. *Quarta ratio.* *Calicem* ſeu ut habet Græcus *potum quem dedit mihi Pater.* Quartam opponit Dominus rationem ad reprimendum Petrum, ſumptam ex obedientia erga patrem, & totam ſuam paſſionem calicem appellat, nam quaſi potum æſtimat ingentes illos dolorum cumulos, quos in ſe ex Patris permiſſione venturos noverat; & cum in potu ſumma ſit facilitas, ſic ingentes dolores ei faciles apparebant, ut in facilitate videantur potui ſimiles, *quem dedit mihi.* Per quod denotat ſcire omnia quæ ſibi ex Patris ordinatione erant præparata, ut rectè notavit D. Hilar. *Dedit mihi Pater* Pater ſcilicet meus cœleſtis Non ait quem dedit mihi Dominus, vel Deus, vel homines intendunt ſed Pater pro eximia enim benignitate paterna habuit tradi, & mori pro hominibus. Rupert l.13 in Ioan. *Pater, non Judex*, ait, *amore non ira, voluntate, non neceſſitate, gratia, non vindicta* Eximius Chriſti amor mortem, & crucem gratiam ſibi factam reputavit *Non bibam illum* Detrectabóne illum bibere, cum mihi datus ſit à Patre; imo maximè cupio illum bibere, & libenter bibam illum. Euthym *Tanquam eadem voluntas quæ Pater.*

Origen. D. Hilar. *Chriſtus mori habuit pro benignitate paterna.* Rupert. Euthym.

155. *Sacerdotis eſt benefacere malefacientibus.* *Et cum tetigiſſet auriculam ejus* Poſtquam Dominus reprehendit Petrum, ut non ſolum verbis ſed etiam re ipſa demonſtraret ſe nolle armis defendi a diſcipulis ſuis, reſarcivit etiam damnum illatum ab uno diſcipulorum ſuorum, tactu ſanans enim, auricula repoſita in loco ſuo, ut ſic nullum vulneris veſtigium appareret. Iſtius percuſſionis omnes Evangeliſtæ meminerunt, ſolus D. Lucas commemorat ſervum à Chriſto ſanatum; non caſu id factum Lucæ partes erant deſcribere Chriſtum ſacerdotem; ſacerdotis autem maximè eſt mala inferentibus ignoſcere, & eos beneficiis afficere.

QUÆSTIO XI.

Quare Dominus prohibet ne Petrus pro ſui defenſione pugnet, ſed ei mandat convertere gladium in vaginam?

156. *Difficultas quæſtionis.* Cum inſani Judæi in ſacratiſſimum ac innocentiſſimum Agnum intenderent impias manus ſuas mittere, quod ægrè ferens Petrus ferrum exerit, ſervo auriculam abſcindit, pugnans pro Magiſtri ſui defenſione; diſcipulum Dominus cohibet, & auriculam reſtituit. Cur Domine prohibes tam illuſtre Petri factum, cur nón finis, ut ipſe ſui amoris erga te oſtenſionem faciat?

157. D. Ambroſ. *Non dat Deus uni ſanitatem cum alterius vulnere* Reſpondet primo D. Ambr. l.3. Officiorum c.4. *Noluit*, ait, *ſe Chriſtus à perſecutorum defendere vulnere, qui voluit ſuo vulnere omnes ſanare*: pro ſe liberando vetat percuti quenquam, ut oſtendat quam alienum ſit à Deo bonū quærere de malo alterius, venit Chriſtus ut ſuis plagis mundi plagas ſanaret, inde vetat ut ſui causâ alieni plagæ inferantur, non enim ſolet Deus quibuſdam ſanitatem conferre aliorum percuſſione, Vide quæ dixi ſuperiori l 7. c.13.q 22 n 146.

Secundò. Idem D. Ambr. in c. 22 Luc. ad illa verba: *Qui non habet, vendat tunicam, & emat gladium*: Sic ait: *O Domine cur emere me jubes gladium, qui ferire me prohibes? Cur haberi præcipis quem vetas promi? Niſi fortè, ut ſit parata defenſio, non ultio neceſſaria, & videar potuiſſe vindicari, ſed noluiſſe, ut in lege æquitatis eruditio, in Evangelio bonitatis perfectio*, Gladios habere mandavit Dominus ſuis diſcipulis: *ſi quis non habet vendat tunicam, & emat gladium.* Et cum illis uti volunt ad vindictam ait: *Sinite, uſque huc*, & tandem Petro diſtricto gladio ſervum Pontificis percutienti, ait *reconde gladium in vaginam.* Gladios emi imperat, & exeri vetat O cœleſtis, & divina eruditio! Si gladii defuiſſent, non ferire neceſſitatis eſſet, non voluntatis; nequiviſſe ſe vindicare, infelicitatis nota poſſe, & abſtinere virtutis eximiæ eſt. *Vt ſit parata defenſio non ultio neceſſaria, & videatur potuiſſe vindicare, & noluiſſe.* Haberi præcipit, & promi vetat, ut ſit parata defenſio, non ultio neceſſaria, magna virtus ſanè à parata abſtinere vindicta, qui enim injuriā non ulciſcitur cum poſſit, maximè auget auctoritatem & nobilitat patientiam, magnū enim argumentū patientiæ eſt lædentes non lædere cum poſſis. Pro quo nota quod nō dixit, Abjice gladiū ſed reconde in vaginā; ut maximè patientia demonſtraretur, & ab injuriarū vindicta abſtinentia 158. D. Paſchaſ.

Magna virtus à parata vindicta abſtinere. *Magnum patientiæ argumentum.*

Tertiò. Tertull. lib. de Patientia, c.3. *Nec unius quidem diſcentis gladium in ultorem probavit. Patientia Domini in Malcho vulnerata eſt Itaque & gladii opera maledixit in poſterum. & ſanitatis reſtitutione, ei quem non ipſe vexaverat ſatisfecit per patientiam miſericordiæ matrem.* Totius ſententiæ pondus in eo maximè conſiſtit, quod ait, *Patientia Domini in Malcho vulnerata eſt.* Et quomodo in hoc facto Chriſti patientia in Malcho ſauciata eſt ita patientia, ac amor ſibi conſulens compulerit, Chriſtum autem redintegrare miniſtro, in qua paſſus fuerat ictum. Poterat enim quiſque improbus dubitare an diſcipulus impatiens impatientiam à Magiſtro hauſiſſet, ac proinde gladium in vagina condendū imperat. *Ne unius quidem diſcentis gladium in ultorem probavit*, Preme illud verbū, *diſcentis* quod idem eſt ac diſcipuli, ut explicat Tert. Interpres. Idē valet, ac ſi dicat: ſi diſcipulus ſui impatiens negat pati generoſè; Quænā Magiſtro fama erit patientiæ? Rectè ait ergo. *Patientia Domini in Malcho vulnerata eſt*; ergo ut vulneri, quod patientia ſuſtinuerat occurreret, *gladii opera maledixit in poſterum* Mandans recondere gladiū in vaginā & vulnus ſervo illatū ſanavit aure reſtituta *per patientiam miſericordiæ matrem* Duriſſimū fuit noſtro ſalvatori quod doctrina ab ipſo data: *Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis invicem*: tāquā in vindictā traditā ab aliquo iniquo reputaretur. Vide ſuprà in hoc c.n.67.68. 159. Tertull.

Defectus diſcipuli magiſtro imputatur.

Quartò D. Leo ſerm. de Paſſione. *Ait illi Jeſus converte gladium tuum in locum ſuum Contra ſacramentum enim erat redemptionis noſtræ, ut qui mori pro omnibus venerat, capi nollet.* Dat ergo in ſe furentibus licentiam ſæviendi *ne dilato glorioſæ crucis triumpho & dominatio diabolica fieret longior, & captivitas humana diuturnior.* Mandat ei Dominus recondere gladium in locum ſuum 160. D. Leo.

Mortis dilatio Chriſto valdè acerba.

ſuum, ne ſacramentum noſtræ redemptionis impediretur, vel dilatatio nem pateretur, quod erat acerbaChriſto paſſio,qui vehementer mortis ſuæ accelerationem deſiderabat,ad explendum ſuum amorem, ad ingentes illius divitias declarandas. *Ne dilatato glorioſa crucis triūpho, & dominatio diabolica fieret longior, & captivitas humana diuturnior.* Nolebat ut retardata ſua morte, retardaretur humana ſalus.

162. Quintò. Ait Chriſtus Petro *converte gladium tuum in locum ſuum*.quæ verba fuerunt dicta Petro per modum reprehēſionis,ut cum communi ſententia dixi in expoſitione.Cur tamen ſic reprehenditur Petrus,qui ex multa animi generoſitate videbatur maximè celebrandus? Ad Chriſtum comprehendendum venerunt, *Principes ſacerdotum,& magiſtratus templi & ſeniores.* Ut exprimitD Luc 22.n.52. Inde inter cætera,quæ reprehenſionis digna apparebant,illud unum erat, quod omiſſis principibus, ac magiſtratibus, & ducibus manum extenderet Petrus ad percutiendum unum homunculum, ac ſervum.

Luc 22. *Percutit ſervum, & non principes.*

162. Sextò.D.Anſelm. *Daturergo*,ait,*materialis gladius carnalibus,ſpiritualis autē miniſtris ſpiritualibus,ſed ſicut non convenit regibus,quod ad iſtolam pertinet ſic nec Epiſcopus,qui regis ſunt exercere debet,quod quia Petrus quodā modo exercuit,a Domino increpari meruit.* In cœnaculo,ut refert D. Luc.22.dixitDominus ſuis diſcipulis *qui non habet,vendat tunicam & emat gladium*:Cui diſcipuli dixerunt, *Ecce duo gladii hic*, Cui Dominus ait, *Satis eſt*;ex quo ſibi perſuaſitPetrus gladios ſibi futuros eſſe paratos ad manum,pro eorū ac magiſtri defenſione,unde inductus eſt,ut diſtricto gladio percuteretPontificis ſervum,non enim intellexit,quod duo gladij ſignificabant duplicem poteſtatem Pontificiam,ac regiam hæc denotatur in gladio materiali,illa verò in ſpirituali,quæ ad Petrū ſpectabat,non vero illa prima. Videns ergo Chriſtus quod Petrus ſacerdos manus extendebat ad militis manus,& quod cū eſſet Pontifex ſe ingerebat in regis officio, ait illi *reconde gladium tuum in locum ſuum.* Vult enimDominus quod quilibet in domo ſua perſiſtat in ſuo munere,Pontifex,utPontifex,ſacerdos ut ſacerdos, Rex ut Rex & quod quilibet ultra propriam ſphæram non proſiliat; quod cecinit Ovidius *Intra fortunam debet quiſque manere ſuam.*

D. Anſelm.

Quilibet perſiſtat in ſuo munere non ſe intromittat in alieno.

Ovid.

163. AitChriſtusDominus ſuis diſcipulis. *Conſiderate lilia agri,quomodo creſcunt:non laborant,neque nent.* Matth. 6 num. 28. voluitChriſtusDominus in his verbis omnibus magnam conſolationem præbere tam hominibus,quamfœminis,quod in ſuis neceſſitatibus magnā confidentiā haberent inDeo optimo omnium Parente;ad hoc eos exhortatur dicens; *neque laborāt,neque nent* Seu ut alij legunt, *non ſeminant neque nent.* Non ſat erat dicere,quod non ſeminant,vel non nent? Adquid utrūque appoſuit? In domo Dei omnia ſunt ordinatiſſima,homines ſeminant,mulieres nent;ut ergo omnibus conſolationem daret,appoſuit ea quæ pertinent ad homines,&mulieres,non enim vult Deus, quod unus ſe intromittat in officio alterius, & ut homo agat ea,quæ ſunt mulieris, vel mulier ea,quæ ſunt hominis.D.Chryſ.in Imperfecto homil. 16 *Dicendo non ſeminant* ait, *viros confortat*; *dicendo autem, neque nent, mulieres, quoniam virorum vita ſeminibus, mulierum autem lanificio ſuſtentatur.*

Matth. 6.

Quiſque à propria ſphæra nolit proſilire.

D Chryſ.

164. Ait Paulus ad Galat. 1. num8. *Licet Angelus de cælo evangelizet vobis præterquamquod evangelizavimus vobis,anathema ſit.* Homo inferior Angelo,quomodo homo audebit in Angelos? Angeli eſt miniſtrare,non vero Prædicare, ſeu evangelizare;ſi ergo Angelus non ſe continet in ſuo munere, ſed ad aliud vult proſilire,ſic à ſua dignitate,ac ſublimitate cadit,ut homo,qui natura eſt ipſo inferior, in eū audeat maledictionis anathema contorquere. S.Proclus Epiſtol de recta fide ad Amen. *Miniſtrare*,ait, *namque præceptum eſt Angelo,non dogma componere,& periculoſum nimis eſt ſingulis non in his quibus ordinati ſunt,permanere, ſed appetere velle ſupra menſuram, quæ minimè natura conceſſa eſt.* Vide quæ dixi tom 2. cap. 19. quæſt. 1. num 6.7. & 8.& cap. 22. quæſt. 13. num 87.

Galat. 1.

Valdè periculoſum quod quis à proprio munere proſiliat.

D. Proclus.

QUÆSTIO XXII.

Quare Chriſtus Dominus ait, quod poteſt rogare Patrem, ut mittat duodecim legiones Angelorum, cur non dixit imperare, vel pauciores mittere?

Iam explicavi in expoſit.n.152.quid ſit legio, & quid una legio contineat.Cum ergo Chriſtus,ait duodecim legiones Angelorū ſignificat exercitus Angelorum,ſeu multa millia Angelorum, quæ omnia parata ſunt ad miniſterium, ac ad nutum Dei quorum unus ſufficit ad delendam omnem hominum multitudinem, una enim nocte unus Angelus in caſtrisSennacherib occidit centū octoginta quinque hominū millia 4.Reg.19.n 35. Sunt etiā qui per has legiones Angelorum intelligant, exercitus omnium nationū totius mundi, quos Deus adverſus hoſtes ſuos poteſt convocare,ut de facto congregavit in pœnā tanti criminis,mortis ſcilicet filij ſui D Remig *Poſſum* ait, *etiam intelligere per Angelos Romanorum exercitum:cum Tito enim,& Veſpaſiano omnes linguæ adverſus Iudæam ſurrexerunt, & impletum eſt, quia pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos.* Cur ergo dicit tot legiones Angelorum, inquirit quæſtio. 165.

4. Reg. 19

D Remig. *Exercitus nationum.*

Reſpond.Primò.D Leo.ſerm.3.de paſſione. *Venerat ait,in hunc mundum dives ac miſericors negotiator cæli commutatione mirabili;inierat commercium ſalutare,noſtra accipiens,& ſua tribuens:& cui ad exterminationem perſequentium poterant, pluſquā duodecim Angelicarum ſervire legionum, malebat noſtram recipere formidinem quam ſuam exercere poteſtatem.* In horto maximè oſtentavit Chriſtus infirmitatem humanæ naturæ, *Capit pavere,& tædere.* Ait Marc.14.qui timor in externa apparentia prodit, ac manifeſtatur,& tamen ſi tantum timorem oſtentat, quando ei promptæ ſunt duodecim legionesAngelorum,cur Domine magis eligis pavere?Legiones ſpectabant ad paternam magnitudinē declarendam, pavor vero ad humanam infirmitatē pertinebat, magnus princepsIeſus maluit in ſubditorum humilitate, quam in paterna celſitudine videri. *Malebat noſtram recipere formidinem, quam ſuam exercere poteſtatem* Nullus alius eſt princeps niſi tantum Jeſus, qui malit potius in noſtra infirmitate ac utilitate videri, quam ſuam oſtentare majeſtatem, in eaque ſe exhibere 166.

D. Leo.

Unus eſt Princeps Ieſus qui velit totius ſuorum humilitatem, quam ſuam maieſtatem oſtentare.

167. Origen. *Alterius ope indigere infirmitatis nota.* Secundò. Origen. homil. 3. in Matth. *Quaſi ait Angelis inferior ſalvator, aut indigens auxilio Angelorum dicebat: An putas, quia non poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi*, &c. Inſtabat tenebrarum hora, in qua abſcondita erat fortitudo ejus, ad quid dicis Domine te poſſe à Patre impetrare duodecim legiones Angelorum? Imo in hoc ſe maximè infirmorum oſtendebat, quod dicit ſe poſſe recurrere ad Angelorum phalanges, non enim hoc eſt veræ poteſtatis, ſed infirmitatis, ac minoritatis; quæ maximè in hoc declaratur quod quis aliorum ope, ac auxilio indigeat Quaſi Angelis inferior ſalvator, aut indigens Angelorum auxilio.

168. D.Chryſ. *Accommodandum ſtatui.* *homo in humilitate ſi magna dicit de ſe non creduntur.* Tertiò Divus Chryſoſtomus homil. 85. *An putas quia non poſſum rogare Patrem meum. &c. quia multa humanæ infirmitatis oſtenderat, non videretur credibilia dicere, ſi dixiſſet, quod eos perdere poſſit.* Ad quid Dominus auxiliares Angelorum legiones precibus impetrandas pollicetur? Cur non ait potius, quod ut filius Dei Cui Pater omnia dedit in manus, eos perdere poteſt? Ad quid ad exercitus Angelorum recurrit? Tunc oſtendebat Chriſtus multa humanæ infirmitatis documenta Tunc enim abſcondita erat fortitudo ejus, ideo quæ tunc tempori ac occaſioni proportionata erant, dicit, & quia homines frequenter in re propria ex ſua opinione mendoſa elogia ſolent evulgare, ne quis rem humano more pendens de Chriſto Domino ſimilia cogitaret, & quod ipſe ex ſua æſtimatione, & non ex propria virtute dicebat eos perdere poſſe ideo cum tunc abſcondita eſſet fortitudo ejus, ſuæ humilitati condeſcendens non ait eos poſſe perdere, ſed rogare ad Patrem. *Quia multa humanæ infirmitatis oſtenderat, non videretur credibilia dicere, ſi dixiſſet, quod eos perdere poſſet.*

169. D.Thom. *Exemplo humilitatis magiſtri reprimitur arrogatia diſcipuli.* Quartò. Divus Thomas, *quia*, ait, *videbat Petrum præſumentem, ideo dicit, poſſum rogare Patrem meum, & non dicit poſſum vocare, vel adducere.* Si ipſe Angelorum Dominus erat, cur dicit ſe poſſe à Patre poſtulare, ut illorum exercitus exhibeat, & non potius ſe poſſe ipſis Angelis imperare, ut quamprimum illuc advolent Volebat humilis Magiſter præſumentem diſcipulum ſuo exemplo erudire, ne ſervus de ſua potentia præſumeret, & ipſe cum eſſet Dominus, ſuam potentiam extenuaret; ut ab humilitate Magiſtri diſcipulus in humilitate informaretur.

170. D.Iſidor. Peluſiota. *Super abundantia neceſſaria ad confirmanda humana corda.* Quintò. D.Iſidor. Peluſiota lib. 3. Epiſt. 334. *Quid tanto numero, ait, opus erat, cum unus dumtaxat Ezechia regnum tenente centum octoginta quinque hominum millia necaſſet ac Perſicam potentiam concidiſſet? Verum, ut dixi, ad ipſorum timiditatem, & opinionem locutus eſt.* Unus Angelus & minimæ virtutis ſufficiebat ad omnes illos milites perdendos, & ad omnes Apoſtolos cum ſuo magiſtro cuſtodiendos, ad quid ergo Dominus tot legiones Angelorum proponit? Agebat Dominus cum diſcipulis ſuis, qui magno pavore, ac timore tenebantur, ad quos confirmandos ad multam ſuperabundantiam confugit, quæ maximè munit, ac corroborat humana corda dum proponuntur plura, quàm neceſſaria ſunt.

171. D. Paſchaſ. Sextò D. Paſchaſ. lib. 12. in Matth. *An putas, ait, quia non poſſum præter duodecim Apoſtolos etiam pluſquam duodecim legiones impetrare à Patre meo Angelorum* Merito tamen ad hæc verba dubitabis cur cũ de ipſius vitæ tutamine tunc ageretur non in ſui, ſed in Diſcipulorum defenſionem, Angelorum exercitus impetraret? Ac cur etiam pro duodecim Apoſtolis, non unus vel alter Angelus ut ſufficiebat, ſeu cur non duodecim legiones, ſed pluſquam duodecim, ad tutelam eſſent advolaturæ? Sibi quodammodo Angelicum obſequium denegabat, & de Apoſtolis erat ſolicitus, quia charior illorum, quam propria vita ipſi erat. unde nefariis ſatellitibus dixit; *ſi ergo me quæritis ſinite hos abire*; deinde quod non intenderit beneficia ad menſuram dare, ſed abundantiſſima itaut pro duodecim Apoſtolis non unus, vel alter Angelus ſed duodecim legiones Angelorum diſponeret? eximius amor in cauſa erat cui cum in conferendis donis manifeſtetur, ſemper ſuperfluentem, ac ſuperabundantem menſuram dat, ut non pro indigentia paribus numeris auxiliorum rationes conſtaret. *Chriſto charior diſcipulorum vita, quam propria.* *Amor ſuper abundanter dat.*

Septimò. Ad quid tanta Angelorum multitudo *Pluſquam duodecim Angelorum legiones.* Unus Angelus ſufficit ad occidenda centum octoginta quinque millia hominum in exercitu Senacherib. 4. Reg. 19. n. 35. & in Ægypto unus Angelus interfecit omnia eorum primogenita. Exod. 12. n. 23. Cur ergo contra unam militum cohortem tot milliũm Angelorum exercitus proponis? *Pluſquam duodecim legiones Angelorum.* In Sennacherib, ac Ægypto pugnabatur contra poteſtatem, at vero modo non ſolum dimicandum erat contra Judæorum poteſtatem; ſed potius contra amorem, qui totis viribus pro hominum negotio decertabat, ut vincatur amor omnis vis, ac robur exigitur, ac exoptatur. 172. 4. Reg. 19. Exod. 12. *Nulla vis praevalet contra amorem.*

Chriſtus Dominus ut ſæpè notatum eſt, dixit ſuis diſcipulis, *qui non habet gladium emat illum*, quo forſitan motivo Petrus inductus ſtrinxit gladium, & percuſſit ſervum principis; aitque illi Chriſtus Dominus. *Converte gladium in locum ſuum* Cur Domine non ſinis pro te diſcipulum dimicare? Cum Chriſtus oraſset in horto: *Pater ſi poſſibile eſt*, &c. Et oratio non fuiſset exaudita, apertè declaratum eſt, quod amor hominum negotium agebat, pro illiſque ſtabat, inde Chriſtus ait, ut moraliſſimè dicam, *reconde gladium*, contra amoris vim nullus armorum apparatus prævalet, nullũ ferrũ pugnare valet. *Reconde gladiũ.* 173. Luc. 22. *Contra amorem nullus armorum apparatus.*

Octavò *Poſſum rogare Patrem meum*, &c. Domine quid opus rogandi cum majeſtas inſidet imperanti? qui facit ſpiritus ſuos ignem urentem, cur non ictu oculorum militiam angelicam in vindictam deponat? Ad quid de facultate rogandi mentionem facit: *Poſſum rogare Patrem meum*, ut mittat pluſquam duodecim legiones Angelorũ, merito tamen, nam ſi quis temere ambigeret Chriſti divinitatem, nullus tamen cordatè dubitaret hoſtes orationis armis everti ac ſuperari poſse, exercitus Angelorum commemorat, & ſimul orationis vim illis adjungit *poſſum rogare*, tunc enim validiores fierent Angelorum legiones ad profligandos hoſtes, ſi ſimul cum oratione procederent, ac armarentur, cum fortior ſit ad omne robur ſuperandum unius juſti oratio, quam omnis armatorum manus & validior cæleſtium militia apparret, ſi ſimul cum precibus eſset ſtipata. Tanta eſt orationis validitas, ponderans D. Ambroſ. ſerm. 80 de Barbaris non timendis, quod Eliſæus Syrus excæcavit 4. Reg. 6. n. 20. Sic ait: *Ecce una oratio Eliſæi totum exercitum vulneravit, & unius Prophetæ meritis omnis hoſtium numerus captivatus eſt.* 174. *Oratio validiſſima ad ſuperandos hoſtes.* D. Ambroſ. 4 Reg. 5.

Moriens Jacob ait dilecto filio ſuo Joſeph. *De tibi* 175.

tibi

Geneſ. 8. *tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo.* Geneſ. 48. n 22. Qualiſnam hic arcus, quo Amorrhæos ſuperavit, quem & tradit Joſeph, ut certum inſtrumentum ad hoſtium phalanges devaſtandas omnémque victoriam obtinendam? Chaldaica paraphraſis rem explicat: *Quem tuli de manu Amorrhæi oratione mea, & deprecatione mea.* Si hoſtes conſurgebant in Jacob, ipſe ad orationem confugiebat, qua eos ſuperabat; Lippom. *Chaldaica,* inquit, *more ſua difficilium enodatrix locorum, legit: quam tuli de manu Amorrhæi oratione mea. Non enim legitur aliquando bellaſſe Jacob aut gladio, & arcu in præliis uſum fuiſſe, ſed arma illius fortia contra omnes ſibi adverſantes orationes, & deprecationes aſſiduæ extiterunt.* Jacob nunquam egit bellum armis, lancea, vel gladio, ſed arma ejus fuerunt aſſiduæ orationes, quarum documenta dat dilectiſſimo filio quibus monitus omnes adverſarios ſuperabit, Vide tom. 4. c 8. quæſt. 21. n 182. & c. 10. quæſt. 6 n. 45. 46. 47. & multis aliis in locis.

Chaldæus. *Oratione vincuntur hoſtes.* Lipoman.

QUÆSTIO XXIII.

Quare aurem percuſſi ſervi Chriſtus ſanaverit?

176. D Lucas. AIt D. Lucas. *Cum tetigiſſet auriculam ejus ſanavit eum.* Petri errorem Dominus emendavit, reſarcivit damnum ab ipſo illatum & apertè demonſtravit ſe nolle armis defendi à diſcipulis ſuis, nam ut ait D Ambr. l 3. offic. c. 4. *Noluit perſecutorum defendi vulnere, qui voluit ſuo vulnere omnes ſanare.* Et ut etiam oſtenderet quod adhuc in illa infirma paſſione vivifica virtus ſibi inerat, qua multos ægrotos poterat ſanare, & magna operari. (D. Ambroſ.)

177. Secundo. D. Ambroſ in c 22. Luc. *Jubere potuit ſed maluit operari, ut cognoſcamus ipſum eſſe, qui è limo terræ corporis membra noſtri variis apta formavit officiis, & infuſo vigore mentis animavit.* Poterat Chriſtus ſola voce, ac imperio hominem ſanare, ordinavit tamen, quod tactu fieret ad majorem evidentiam, & manifeſtationem miraculi, cujus ille ab omnibus auctor agnoſceretur. Nam ſi inconfuſa illa turba hoc tantum voce ac imperio factum fuiſſet dubitaſſet malevolus, an vox eſſet Chriſti, vel alterius; at dum ipſe propriis manibus aurem attigit, eamque ſanat, extra omnem controverſiam erat, quod ipſe tanti miraculi auctor ſit & ad majorem evidentiam miraculi multi explicant id quod Dominus dixit ad centurionem. *Ego veniam, & curabo eum* Matth 8 n. 7 & ut ait D. Ambr. *Ut cognoſcamus ipſum eſſe qui è limo terræ corporis membra noſtri animavit.* Sicut in creatione propriis manibus corpus è limo terræ formavit, ſic etiam in reſtauratione propriis manibus redintegrat, & ſanat, ex modo enim operandi idem oſtenditur Auctor in creatione, ac reſtauratione. D. Amb. *Si & alibi cæco illi viſus luto ſuper oculos illato. quaſi in naturam redierit, reformatur* Ioan. 9. Ut qui luto creatus eſt, luto ſanaretur, ac reformaretur.

Pro majori evidentia miraculi. Matth. 8. *Ex modo operandi oſtenditur idem Auctor in creatione ac reſtauratione.*

178. D. Hieron. Tertiò, D Hieron. in c. 26 Matth *Populus Judæorum,* ait, *dexteram perdidit aurem, ſed Domin; iis qui ex Judæis credere voluerunt, reddidit, &c.* Rabban. Rabban. *Eadem dextera auris in iis, qui ex eodem populo crediderunt divina pietate, priſtino reſtituta eſt officio* Et ſi populus Judaicus ob ſuam iniquitaté ejectus, ac reprobatus ſit à Deo; tamen qui ex dicto populo crediderunt; ad Dei gratiã ac ad antiquum decorem admittuntur. Ut ait D. Ambr. *Si convertantur, poſſe ſanari qui in paſſione Domini vulnerati ſunt, eo quod omne peccatum fidei myſteriis abluitur.* D. Ambroſ.

Quartò D. Leo ſerm. 1. de Paſſ. *Dat ergo,* ait, *in ſe furentibus licentiam etiam ſæviendi, nec tamen etiam talibus dedignatur ſe indicare Divinitas: Aurem ſervi jam ipſa ſectione demortuam in ſedem dehoneſtati capitis revocat.* Domine nequiſſimo ſervo, peſſimorum latronum ſocio, ac duci tuam divinitatem manifeſtas ſignis, ac miraculis, dum familiariter illi ades, vulnus tangens & ex tua divinitate manante virtute ſanitatem illi præſtans? Tanta eſt Domini benignitas, ut etiam cum talibus non detrectet ſe illis indicare cum illiſque habere familiare conſortium. *Nec tamen etiam talibus dedignatur ſe indicare Divinitas.* 179. D. Leon.

Etiam nequiſſimis aliquando non detrectat Dominus ſe communicare.

Quintò D. Ambroſ. in Luc. *Illi,* ait, *juſto mortem inferebant, perſecutorum vulnera iſte ſanabat* D Chryſoſtomus homil. 81. in Ioan. *Erudiens nos, quod in perſecutores noſtros, beneficos nos eſſe oporteat.* Divus Cyprianus libello de bono patientiæ, ſi eſt auctor illius. *Quid,* ait, *poteſt patientius, quid benignius dici: vivificatur Chriſti ſanguine, etiam qui effudit ſanguinem Chriſti.* Adeò ut ſanguis Chriſti, non tam ad ipſum Chriſtum, quam ad Chriſti occiſores pertinere videatur. Nec tam ipſius Chriſti, quam hominum, in quorum vitam, ac ſalutem effuſus eſt, ſanguis dicatur Iuxta illud Iſaiæ 63. n. 3. *Aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea,* dicturus videbatur, *Aſperſus eſt ſanguis meus.* Dixit tamen eorum, ſcilicet Iudæorum, in quorum gratiam, ac utilitem totus effundebatur. 180. D Ambroſ. D Chryſoſt. D Cyprian.

Eximia Chriſti benignitas, & patientia. Iſai. 63.

Sextò Tertullian. lib. de Patientia, c. 5. *Sanitatis,* ait, *reſtitutione ei, quem ipſe non vexaverat, ſatiſfacit.* O eximia Chriſti caritas, vexatus vexantis medicus fit, & ipſe quem non vexaverat quodammodo ſatisfacit, & quod non abſtulerat, reſtituit. Si Petrus damnum infert, cur Dominus reſtituit. Si Petrus vexat, cur Dominus ſatisfacit? Petrus Chriſti miniſter & licet Chriſtus nihil mali ſuggerat, ſed omne prohibeat, tamen quæ miniſter abſtulit, Dominus reſtituit, & ei quem Petrus vexaverat, ſatisfacit, ac ſi ad recompenſanda damna illata à miniſtro Dominus teneatur. *Sanitatis reſtitutione ei quem ipſe non vexaverat, ſatisfacit.* Redintegrare voluit, ac ſi quodammodo imputarentur Domino, quæ à miniſtro perpetrata erant, ô magna, & præclara eruditio, ſi miniſter peccat, in principis redundat infamiam, ſi verò quid boni agit, totum in principis deſtinantis refunditur gloriam, & decorem. 181. Tertull.

Si miniſter peccat, princeps quodam modo tenetur ſatisfacere.

Paulus ad Galat 2 n. 9 ait: *Cũ cognoviſſent gratiam, quæ data eſt mihi, Iacob. & Cephas, & Joannes qui videbantur columnæ eſſe, dexteras dederunt mihi, & Barnabæ ſocietatis: ut nos in gentes,* &c. Paulus adjuncto ſibi Barnaba miſſus in gentes prædicabat. Illud tamen ponderandum quod ait Apoſtolus; *Cum cognoviſſent gratiam, quæ data eſt mihi.* Ac ſi totum gratiæ donum, ac opus ſibi adſcribat, nec illud datum Barnabæ commemorat; & cur non dixit, quæ data eſt mihi, & Barnabæ? Nonne Barnabas, multa & magna operatus eſt apud gentes? Cur & illi donum 182. Galat. 2.

Gloria boni miniſtri in mittentem funditur.

non attribuit, Paulus Barnabam elegerat in opus miniſterii, ac ut certaminis ſocium, inde quidquid Barnabas agebat, totum Paulo deputabatur inde in eorum operibus ſolum de gratia Pauli meminerunt, tanquam ſi omnia rectè acta Barnabæ ad Paulum, ejuſque gratiam referrentur, qui ipſum Barnabam aſſumpſit, & deſignavit, quo tendit D. Gregor. Nazian orat. 20. *Quod ſi quid auxilii, ait, Barnabas, qui hæc loquitur, Paulo decertanti tulit, Paulo habenda eſt gratia, qui illum elegit, ac certaminis ſocium adhibuit.* D. Nazian.

Matth. 25. *n.* 52. In illa hora dixit Jeſus turbis: tanquam ad latronem exiſtis cum gladiis & fuſtibus comprehendere me: quotidie apud vos ſedebam docens in templo, & non me tenuiſtis.

VERSIONES.

Syriacus. Ut adverſus ſicarium exiviſtis cum gladiis & fuſtibus, ut comprehendatis me, quotidie apud vos in templo ſedebam, & docebam neque comprehendiſtis me.

Franc. Luc. ex Græco. Tanquam adverſus latronem exiſtis.

Vatablus. Et non prendidiſtis me.

Pagninus. Et non cepiſtis me.

ALTER TEXTUS.

Marc. 14. *n.* 48. Et reſpondens Jeſus ait illis tanquam ad latronem ex is cum gladiis, & lignis comprehendere me?

Num. 49. Quotidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuiſtis.

Luc. 22. *n.* 52. Dixit autē Jeſus ad eos, qui venerunt ad ſe Principes ſacerdotum, & magiſtratus templi, & ſeniores. Quaſi ad latronem exiſtis cum gladiis, & fuſtibus.

Num. 53. Cum quotidie vobiſcū fuerim in tēplo & non extendiſtis manus in me: ſed hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum.

Joan. 28. *n.* 12. Cohors ergo, tribunus, & miniſtri Judæorum comprehenderunt Jeſum, & ligaverunt eum.

EXPOSITIO VIII.

183. IN *illa hora.* In illo nempe temporis articulo, quo Jeſus comprehendendus erat. *Dixit Jeſus turbis.* Poſtquam Dominus diſcipulos allocutus eſt, fervorémque Petri mitigavit, cum multa animi tranquillitate ad turbas loquitur, ſub turbis intelliguntur etiam Principes, ac magnates Judæorum, ut conſtat ex Luca ac etiam milites Romani, ut patet ex Joanne Conſidera quomodo Jeſus in tantis anguſtiis conſtitutus ſingulis reſpondeat, Judæ, diſcipulis, ac turbis *Tanquam ad latronem* Græcus *ut adverſus latronem* Syriacus. *Ut adverſus ſicarium.* Quæ verba non interrogando, ſed enuntiando accipienda ſunt, quod maximè dolens de tanta injuria dicit, quod magnis copiis adverſus eum convenerunt tanqua ad capiendum latronem ſeu ſicarium ſeditioſum, ac inſignem malefacto. rem, *Cum gladiis & fuſtibus.* Comprehendre me ut mos eſt comprehendere latrones; *quotidie apud vos*; frequentiſſimè clara die, aperta voce vobis præſentibus, ac me audientibus, *Sedebam docens in templo*, perſeveranter ac quietus, placidus, *Sedebam* cum mora, ac multo temporis ſpatio *In templo* valdè celeberrimo, ubi frequentiſſimus erat totius populi concurſus; *& non tenuiſtis*, ſeu *cœpiſtis*, ſeu *prendiſtis.* Cauſa verò cur tunc non feciſtis: ſed modo explicat D. Lucas. *Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum*, tempus prædefinitum à Patre, ut tradar in manus veſtras. Græcus. Syryacus. D. Lucas.

104. Scribit D. Ioannes *Cohors ergo*, poſtquam Ieſus ſe ipſum indicaverat, eiſque dedit poteſtatem ut ipſum caperent, conatúmque Petri repreſſit. *Cohors*, ſeu militum caterva, ut habet Syriacus *Et tribunus*, Græcus *Chiliarchus*, id eſt præfectus ſeu dux ſuper mille viros, tāta enim militum caterva ad comprehendendum Ieſum venerat, ut dixi q. 1. *Comprehenderunt Jeſum.* Seu ut habet D Matth. *Manus injecerunt in Jeſum, & tenuerunt eum.* Sponte ſe eis offerentem, *& ligaverunt eum.* Syriacus *& vinxerunt eum.* Manus nempe ejus, & corpus funibus, manibus poſt tergum retortis, ut cautè ducerent. D. Joannes. Syriacus. Græcus.

QUÆSTIO XXIV.

De hora, miniſtris, ac verbis, quæ Chriſtus eis locutus eſt in ſua comprehenſione, ſex quæſtiones reſolvuntur.

185. QUæſtio prima Quare ab Evangeliſta tam expreſſe notatur hora comprehenſionis Chriſti? Ait D. Matth. *In illa hora* ſuæ comprehenſionis, de qua dixit Chriſtus Judæis, ut refert D. Lucas. *Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum*, id eſt ut interpretatur Euthym Dæmonum, ſeu ut explicant Auguſt D. Chryſoſt. *iniquorum* quales vos eſtis, & valdè appoſitè hanc horam noctis in tenebris elegiſtis ad me capiendum, quia ego ſum lux mundi, & lucem veritatis in luce, ac apertè docui. Vos ergo Judæi, qui toti tenebroſi eſtis, lucem hanc fugitis, & tenebras errorum, ac vitiorum amatis, idcirco in tenebris me apprehenditis Beda. *Ideo*, ait, *in tenebris adverſus me congregamini, quia poteſtas veſtra, qua contra lucem mundi armamini, in tenebris eſt.* Theophylact. *Revera*, ait, *noctis attenditis opera, & poteſtas veſtra tenebrarum eſt: atque idcirco hanc horam obſervatis, qua convenit vobis, & operi, quo me invaſiſtis.* Nam ait Chriſtus Joan. 3. n. 19. *Omnis, qui male agit, odit lucem, ut non arguantur opera ejus.* Quæſt. 1. De Hora. Euthym. D. Auguſt. *Filii tenebrarum in nocte contra lucem armantur.* Beda. Theoph. Joan. 3.

186. Secundò. Divus Chryſoſt homil. 84. in Matth. *Tunc miſerunt in eum manus, & tenuerunt illū. In ipſa* D. Chryſoſt.

ipſa nocte, ait, in qua comederunt paſcha, tanta inſania, tantoque furore agitabantur. Idcirco Judas, maxima non evitabit, ſupplicia, quinimo multo magis jure vexabitur quia omnipotentiæ, humilitatis, benignitatis Domini tanta habens argumenta, omnem feram belluam crudelitate ſuperavit. Tunc in ipſa nempè nocte paſchalis cœnæ, qua memorabant ſuam libertatem ex Ægypto, in liberatorem exſurgunt, inde merito tales homines graviter punientur, qui beneficiorum nullum ſenſum habentes, non ceſſant benefactori injuriam irrogare.

Cantic. 4. *Lethale acceptis beneficiis in benefactorem inſurgere,*

187. Quæſtio 2. An principes Sacerdotum, & ſeniores venerint ad Chriſtum comprehendendum? Nam D. Matth 26 num. 57. ait. *illi adduxerunt Ieſum ad Caipham, ubi Scribæ, & Seniores convenerunt.* At verò D. Lucas hic in præſenti ait. *Dixit ad eos, qui venerant ad ſe principes ſacerdotum, & magiſtratus templi.* Hujus rei concordiam ſic excogitavit Beda in c. 26. *Non per ſeipſos, ait, ſed per eos, quos miſerunt ad comprehendendum Chriſtum, quid aliud quam ipſi in ſuæ juſſionis poteſtate venerunt;* Ac proinde cum ipſi principes ſacerdotum, ac ſeniores deſtinaſſent miniſtros, ipſis principibus, ac ſenioribus loquitur Chriſtus tanquam in eos totam culpam refundens. Hæc ſententia probabilis.

Quæſtio 2. *An principes venerint*

Beda.

Arguuntur mittentes miniſtros.

188. Probabilius tamen mihi videtur ad comprehendendum Chriſtum aliquos ex principibus ſacerdotum, magiſtratibus, & ſenioribus veniſſe In domo vero Caiphæ alios rei exitum expectaſſe Hanc ſolutionem attigit Cajet. in c. 22. Luc. *Tanta erat, ait, iſtorum majorum cæcitas, ut incredibile non ſit ex quolibet ordine ſcilicet Primorum ſacerdotum, Magiſtratuum templi, & ſeniorum aliquem perſonaliter adveniſſe, & non horruiſſe talem utilitatem.* Sævitia, ac odium nil reſpuit. In hacque ſententia eſt etiam Barradas.

Cajetan. *Odium nullam utilitatem reſpuit.*

Barrad.

189. Quæſtio 3. Cum in hac hominum caterva, qui venerunt ad comprehendendum Chriſtum, adveniſſent principes ſacerdotum, magiſtratus, ac ſeniores, miteſque etiam Romani in millenario numero, ut dixi in expoſit. & dicam quæſt. ſequenti. Quibuſnam loquitur Chriſtus.

Quæſtio 3. *Quibus loquitur Chriſtus.*

190. Reſpondeo. Quod Chriſtus directè loquitur cum Judæis, ac eorum principibus; ſic ait D. Matth. *Dixit turbis.* Scilicet Judæorum Deinde Chriſtus Dominus dixit *Quotidie apud vos ſedebam docens in templo.* Ex quo apertè colligitur non milites Romanos Chriſtum alloquutum fuiſſe, ſed turbas, Judæorumque primates; non enim in templo quotidie milites docebat Jeſus, ſed Judæos, Et cur potius ad turbas, Judæorumque principes dirigit ſermonem quam ad milites qui ad ipſum tenendum, ac ligandum venerant. Magis delinquebant ſacerdotes, quam milites qui ad ipſum tenendum ac ligandum venerant, nam quò major alicujus dignitas, rerumque divinarum cognitio in aliquo eſt, inde gravior ejus culpa reputatur ſi peccat; Deinde milites non à ſe, ſed à Judæis inducti hoc faciebant: major autem eſt jubentium culpa quam parentium frequenterque crimen magis imputatur, ac refertur in deſtinantem ac mittentem, quam in miſſum. Vide ſuperiorem quæſtionem 23. n. 181. 182. & etiam in hac q. n. 187.

Culpa maximè refertur in mittentem.

191. Deinde Chriſtus maximè loquitur ad Judæos quos in lege ipſe erudierat, ſeque de injuria, qua ab ipſis afficiebatur, expoſtulat: ſine dubio grandis, & vix ferenda hæc ingratitudo ut Chriſtum illi comprehenderent, qui edocti, ac inſtructi ab eo fuerunt. Crudelis culpa eſt, in eum ſævire, quem doctorem habuiſti & eum perdere, qui ſalutis monita exhibuit.

Valdè crudele ſævire in Magiſtrū.

Quæſtio 4. Quare Chriſtus eis objicit quod ad ipſum comprehendendum venerint, *tanquam ad latronem cum gladiis, & fuſtibus?* Hoc eis Dominus objicit, ut videant, & recogitent, quod ipſe latro non ſit, neque quod ipſe vi, ac armis comprehendi poſſit, quod facilè ex iis, quæ modo contigerunt, intelligere poterant? qui enim eos armatos uno verbo poſtravit, ab eis non poteſt vi comprehendi; & qui uno tactu aurem percuſſam, ac abſciſſum ſanavit, non valet impedire: quin ex eorum manibus poſſet exire, quod etiam facile cognoſcere poterant, ait Dominus, quia *quotidie apud vos ſedebam in templo docens & non me tenuiſtis;* quia comprehendi nondum volebam, modò volo, & vobis permitto, *quia hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum.* Ita Divus Hieron. 192.

Quæſtio 4. *Quod ut ad latronem exierint.*

D. Hieron.

193. Nota quod non conqueritur Dominus, quod tantæ turbæ ad eum apprehendendum convolaverint, ſed quod tanquam de ejus amore dubitantes cum gladiis, & fuſtibus venerint, nil enim durius amanti, quam videre amorem ſuum apud alios in dubio, ac diſcrimine verſari. Vide tom. 1. lib. 2 c. 10 q. 11. n. 32. 33.

Durum amanti de amore ſuo dubitari.

194. Quæſtio 5. Quare non de miraculis, ſed de doctrina, quam docebat facit mentionem. *Quotidie apud vos ſedebam docens in templo.* Reſpondet primo D. Chryſoſtom. hom. 85. in Matth. *Miraculis prætermiſſis de doctrina mentionem facit, ne jactare ſe videretur.* Modeſtiæ cauſa miracula ſubjacet, ne ſe jactare videretur? Ubique ab omnis inanis gloriæ judicio ſe abeſſe Chriſtus probat, & exemplo ſuo, ut nos quoque ab ea ſimus immunes, monet; forte etiam Chriſtus potius meminit doctrinæ datæ, quam miraculorum quibus ſanitatem contulerat; quia majus doctrinæ, beneficium, quam ſanitatis, Illa quippe ad ſalutem animæ ordinatur, hæc vero corporis.

Quæſtio 5. *Quare de doctrina, & non miraculis facit mentionem.*

Majus beneficium doctrinæ quam ſanitatis.

195. Quæſtio 6. Quare Chriſtus in templo voluit comprehendi. Reſpondet primò Simon Caſſian lib. 13 *Non ceperunt in templo docentem quotidie,* ait *altiori myſterio factum eſt, ne Chriſtus docens caperetur in templo, in quo non potuit lapidari. Libertas doctrinæ, atque verborum Dei præfigitur quod Chriſtus in templo docens non capitur* Prædicabat Chriſtus in templo Dei verbum, inde ipſa efficacia verbi Dei terrorem incuſſit principibus ac magnatibus, ne in ipſum auderent manus injicere. Ait Paulus 2. Timoth. 2. num. 9. verbum Dei non eſt alligatum. Ac ſi dicat, Dei verbi præcones in conſpectu tyranorum nil timeant, nulloque pavore concutiantur, Dei enim verbum nunquam fuit alligatum, nec alligari poteſt, ſed ſemper ſuperius extitit omni periculo, terrore, ac vinculo. Citatus Caſſian. *Verbum Dei, ait, non eſt alligatum, neque concluſum aliquando fuit funibus Tyrannorum.*

Quæſtio 6. *Quare in templo capitur.*

Caſſian. *Verbum Dei cuſtodit, & terror eſt adverſariis.*

2. Timot. 2.

Caſſian.

196. Secundò. In templo noluit Chriſtus comprehendi, ne ulla ſui cauſa templum injuriam pateretur: violari templum noluit, cujus honorem & reverentiam maximè in omnibus intendit. Nato Salvatore, poſitoque in præſepio, cum paſtores eſſent vigilantes in regione illa. *Ecce Angelus Domini ſtetit juxta illos, & claritas Dei circumfulſit*

conſulſit illos. Luc.2.n.9. Cur Domini nativitas non nunciatur prius Simeoni, vel Annæ Propheciſſæ,ſed paſtoribus?Hoc non fecit paſtorum meritum, ſed reverentia ſtabuli,in quo Deus erat.Paſtores enim illi vicini de ſuo more conſueverant,incompoſite,ac irreverenter ad illud ſtabulum ſe recipere,ideo ne pro ſua inveterata conſuetudine ſic accedant,de loci majeſtate, ex tanti regis præſentia admonentur,ut cum debita reverentia,ac veneratione illuc accedant, locus enim,in quo Deus proponitur, minimè irreverenter debet attingi.Eucherius homil.de Nativit. *Ea cauſa eſſe videtur,ait,ut prius paſtoribus hæc verba Angelus nuntiaret,ne quaſi incauti ſtabulum intrarent,& in præſepe adire tentarent,in quo puer poſitus erat.* Vide tom.2.c.2. quæſt.18. num.9. tom.4.cap.15.q.6.num.41.& cap.17.q. 11.n.61.62.63.

Dei templa maximè veneranda.

Eucherius.

QUÆSTIO XXV.

Quam impia, dura, ac acerba fuit Christi comprehenſio.

198. *Judæi volebant obſcurare Christi formam.* EX multis capitibus poteſt conſiderari,quam rigida,ac acerba fuerit Chriſti comprehenſio.Primo quia ipſe,qui eſt innocentiſſimus,ac ſumme beneficus in omnes, & ſanctus ſanctorum, acproinde qua Deus ipſa immenſa,& increata ſanctitas,& puritas,tanquam ſi facinoroſus latro, ac ſicarius eſſet captus eſt cum gladiis,& fuſtibus Judæi enim non ſolum ejus vitam volebant perdere,ſed etiam ejus honorem, ac famam intendebant deturpare, ac obſcurare falſis impoſitis criminibus,ut latius dicam infrà cum de Chriſto crucifixo inter lattones fuerit ſermo.

199. *Chriſtus relictus ſolus.* Secundò. quia Apoſtoli, cæterique omnes amici ejus eum deſeruerãt,ut ſolus quaſi Agnus innocens Judæis in prædam daretur, *fratres meos longe fecit à me, & noti mei quaſi alieni receſſerunt à me. Dereliquerunt me propinqui mei & qui me noverant obliti ſunt mei.* Job 19. n. 13. ſummam deſertionem ab omnibus proponitur explicat D.Chryſ. *fratres* dicit,eos nempè, qui ex ejus genere erant. *Noti*, qui ipſum agnoverant: *propinqui*, qui ordine,loco,amicitia conjuncti erantqui omnes tanquam alieni,ac ſi nunquam eum agnoviſſent.ab eo receſſerunt,ac alienati ſunt,ejuſque omnes obliti ſunt. De quo quæſt. ſequenti.

Job.19.

D.Chriſoſt.

200. *Chriſtus à nequiſſimis hominibus captus.* Tertiò. quia apprehenſus eſt D.Ieſus ab hominibus nequiſſimis,ac peſſimis,ſibique inimiciſſimis, quales erant ſcribæ,& Iudæi, à quibus atrociter protractus, illuſus, cæſus ac blaſphematus eſt, quod prævidens David in Spiritu ait Pſal.21 n.13. *Circundederunt me vituli multi.* Seu ut alii legunt ex Hebræo *fortes*,Tauri pingues, ſeu *principes Baſan.* Ut legit Chaldæus *Aperuerunt ſuper me os ſuum ſicut leo rapiens,& rugiens.*Et ſtatim n.11.ſubdit *Quoniam circundederunt me canes multi,conſilium malignantium obſedit me*, legit Hier. *Conſilium peſſimorum vallavit me*,Et n 22 à *Cornibus unicornium humilitatem meam* quid eſt quod explicat ferocitatem adverſariorum inſultantium contra D. Jeſum cum vitulis fortiſſimis, tauris pinguibus, leone rapiente,ac rugiente cum canibus,unicornibus, ac concilio malignantium?Tanta extitit ferocita contrariorum,ut ad hanc reprimendam omnes atroces beſtiæ in medium proponantur horum animalium exemplo declarentur adverſariorumq;rabies Ut ait D.Juſtin.in Tryphone. Vitulorum fortium magno impetu irruentium Taurorum pinguium multo robore obſidentiũ. Leonum,quaſi ore,rictuque aperto famem eum perdendi demonſtrantium unicornium,qui miteſcere nequeunt?Canum tanquam rabidis dentibus detrahentium,ſeu præ ira,ac odio non ſolum carnem devorantium,ſed etiam oſſa corrodentium.Et tandem ut alii legunt *Conſilium peſſimorum vallavit me*,Omni malignitate,perverſitate,ac nequitia inſurgentium in me.

Chald. Pſalm.21.

Rabies, ac malignitas eorum, qui Chriſtum comprehenderunt.

D. Juſtin.

In Chriſti perſona ait Ierem.Thren.3.num.5. 201.
Ædificavit in gyro meo, & circundedit me felle, Thren.3.
& labore Loquitur de Chriſti comprehenſione & inquit quod Pater appoſuit ei in circuitu mutum, præceptum nempè moriendi ait David. Pſalm.87.
Traditus ſum,& non egrediebar. Pſal 87.n.9.& *circundedit me.*Permiſit Pater ut ipſe circundaretur amariſſimo *felle* injuriarum,ac opprobriorum,& *labore*:dum eum percutiebant,ac atterebant pugnis,lignis, & lapidibus,ut infrà in hoc quæſt.ex B.Veronica referam D Paſchaſ l.1.in Thren. *Quoniam*, ait, *coædificaverat ei Pater in gyro obſidionem quando eum armis, & fuſtibus eum à Juda traditum comprehenderunt,ne poſſet effugere,vinctum eum produxerunt.*

Circundatus eſt felle & labore.

D.Paſcaſ.

Quartò.Hiſce ſuis vinculis,quibus comprehenſus eſt,voluit expiare, ac diſſolvere vincula peccatorum noſtrorum,quæ graviſſima,ac duriſſima ſunt Valde gemens,& ſuſpirans ait Ierem Thren.4.n 10. *Chriſtus D. Spiritu oris noſtri captus eſt in peccatis noſtris.Cui diximus. In umbra tua vivemus in gentibus.*In umbra tua id eſt in protectione tua ut interpretantur Rupertus. Hugo,Lyran,vel in umbra tua,id eſt in nomine Ieſu vel humanitate ac carne ejus,ut interpretantur D.Auguſt.D.Bernard. quos citat, ac ſequitur Cornelius à Lapide Chriſtus captus,ac comprehenſus eſt ob peccata noſtra ſeu turpitudines noſtras, ut legunt Septuaginta, & vinculis quibus ipſe ligatus eſt,nos ſolvit,ac liberavit à peccatis, O ſumma Chriſti benignitas!O mira hominum ingratitudo erga tantum benefactorem. 202.

Thren.4. Rupert. Hugo. Lyran. D. Ambroſ. D. Auguſt. D. Bernard. Cornel. Septuag.

Vinculis alligatur Chriſtus, quibus nos ſolvit.

Funes peccatorum circumplexi ſunt me Pſal.118 n. 61. ait Simon Caſſianus lib. 13. ligatus eſt vinculis pèccattorum præcedentium,ac ſequentium.*Vincula iſta longa ſunt,quæ à primis parentibus inceperunt.* Et per tot millia labentium annorum intexta. ac fabricata ſunt. Vincula Ioſeph, Samſonis, Ieremiæ, Ezechielis Chriſti vincula figurarunt; imo ut vult D. Auguſt. Vincula Iſaac,ac innumerabilium victimarum, quæ à principio ſæculi oblata ſunt. Chriſti vincula figurabant. Tot millia millium vinculorum neceſſaria fuerunt,ut aliqu d de duritie,rigore,ac acerbitate vinculorum Chriſti poſſent adumbrare. 203.

Pſalm. 118. Simon.Caſſ.

Vincula Chriſti duriſſima ab mundo contexta.

Quintò. Ligantur Ieſu manus ut ponderat D.Auguſt quia primus Adam nimis libere manus ad pomum vetitum extendit,hinc Chriſtus ſecundum Adam manibus ligari voluit,ut Adæ peccatum,& cætera poſterorum ejus, quæ fere manibus commituntur expiaret.Imo dico,ligatus Ieſus collo,pectore,ac manibus; hominum enim peccata committuntur cogitatione,opere locutione, pectore nempè, corde, manibus id eſt 204.

D.Auguſt.

Expurgat peccata corde, ore, & opere commiſſa.

Hebr. 1. eſt opere collo,hoc eſt ore: *Ipſe enim captus eſt in peccatis noſtris.* Et ut ait Paulus ad Hebr. 1.n. 3. *Venit purgationem peccatorum faciens.* Tandem dicam etiam hæc vincula amoris noſtri cauſa ſuſcepit,ut illis ſuſceptis,nobis vincula caritatis injiceret,quibus nos ad ſe redamandum traheret

Oſeæ 11. juxta illud Oſeæ. 11.n 4. *In funiculis, Adam traham eos in vinculis caritatis.*

205. Sextò Meus Jeſus diris funibus, ac vinculis ferreis ligatus,protractus,illuſus, cæſus, & blaſphematus eſt. Et quanta ſævitia,ac crudelitate id præſtiterint carnifices,explicat à Deo edocta B Veronica,de qua hæc ſcribit Iſidorus de Iſolanis in ejus vita lib 4 c.15 Salvatoris comprehenſionem ait hoc modo ſe animadvertiſſe Veronica aſſeruit *Videbantur Judæi, eorúmque impia turba nimis lupi fameſcentes, quando in Agnum irruerunt. Jeſum ad terram primo dejecerunt, pugnis faciem ejus, omnéque corpus percutientes. Tum catenam ferream collo divino impoſuerunt trahentes eum; omnéſque Jeſu ſtanti inſultabant. Enſium deinde parte, quam manu tenent, percutiebant Ieſum, dum traheretur; ac lapidibus atterebant, donec ad torrentem Cedron venerunt, ubi præcipitem illum in torrentem dantes, catena diu travere vocibus impiis acclamantes.*

Crudeliter trahitur Jeſus vinculis. B.Veronica

206. Ait Regius Vates Pſalm 139. n.6. *Funes extenderunt in laqueum.* Vetus Pſalterium, ac D. Auguſt. *Retes extenderunt, muſcipulas pedibus meis.* Pſalterium Ambroſian. *funibus prætenderunt laqueum pedibus meis.* Pergit. Pſalmiſta *Juxta iter ſ andalum poſuerunt mihi*, D.Hieronimus. *Iuxta ſemitam offendiculum poſuerunt mihi.* D. Hilar. *Continuata ſemitis ſcandala poſuerunt mihi.* Comprehendentes Jeſum in via, per quam deducendus erat continuata ſcandala, ac offendicula,veluti ligna, ac lapides poſuerunt, ut D. Jeſus in illa incidens caderet, ut ita eum trahentes reptarent, ac pedibus contererent, ac conculcarent, percutiebant Jeſum dum traheretur ac lapidibus atterebant.

Pſalm. 139. D Auguſt. Ambroſ. D.Hieron.

Dirè, ac crudeliter, traditur Jeſus per viam.

Matth. 26.*n.*56. Hoc autem totum factum eſt, ut adimplerentur ſcripturæ Prophetarum. Tunc diſcipuli omnes relicto eo,fugerunt.

VERSIONES.

Vatablus. Ut complerentur ſcripturæ Prophetarum.

Syriacus. Tunc diſcipuli omnes reliquerunt eum, & aufugerunt.

Origen.tract. 35. Omnes derelicto eo fugerunt.

D.Chryſ.hom. 85. Tunc diſcipuli omnes dimiſſo ipſo fugam ceperunt.

ALTER TEXTUS.

Marc. 14.*n.* 50. Tunc diſcipuli ejus relinquentes eum omnes fugerunt.

Num. 51. Adoleſcens autem quidam ſequebatur eum amictus ſindone ſuper nudo, & tenuerunt eum.

Num. 52. At ille rejecta ſindone, nudus profugit ab eis.

EXPOSITIO IX.

Hoc *autem.* Hæc verba non ſunt Chriſti Domini,ut vult D.Chryſoſtom ſed ipſiuſmet Evangeliſtæ Matth. tanquam ad majorem hiſtoriæ illuſtrationem, id quod Chriſtus dixerat Petro n.64. *Quomodo ergo implebuntur ſcripturæ, quia ſic oportet fieri.* Ait ergo Evangeliſta: *Hoc totum*, ſcilicet quod Chriſtus inſtar latronis eſſet comprehenſus ab iniquis, negotiante, ac prudente diſcipulo, nemine ipſum defendente noctu, & in horto, non vero die, ac in templo. *Ut implerentur ſcripturæ Prophetarum* Vaticinia nempè Prophetarum quibus Deus prædixit totum hoc futurum, ſcilicet hanc ignominioſam Chriſti comprehenſionem, & cætera, quæ Chriſtus paſſurus erat, ut fieret evidens, quod Chriſtus comprehendebatur non fortuito, & caſu, nec ex militum induſtria, ac viribus, ſed ex alta Dei præordinatione, conſilio, ac decreto, qui prævidens Judæorum malitiam, ac nequitiam, ſiugula Chriſti tormenta ab æterno decrevit, voluitque quod Chriſtus pro hominum redemptione,ea in corpore ſuſtineret,ideoque illa revelavit Deus Prophetis,ut divina auctoritate illa prædicerent, & prophetarent. 207. D.Chriſ.

Tunc *diſcipuli omnes.* Undecim nempè Apoſtoli quia juxta Domini præceptum *Sinite hos abire*, Joan. 18.n.8.non fuerunt comprehenſi, *relicto eo* in manibus ſuorum inimicorum, *fugerunt.* Percuſſo enim Paſtore, diſperſæ ſunt oves, juxta id, quod Dominus dixerat ſuprà in hoc c. 26. Matth n 31. Cum enim Apoſtoli vidiſſent Chriſtum à Judæis comprehenſū depoſita omni ſpe evadendi, aut ipſum juvandi, ne & ipſi ſimul à Judæis tenerentur, ac una cum eo punirentur, fugam ceperunt ad varia loca, imo in deſcenſu vallis Joſaphat, extant ſpeluncæ, quæ dicuntur latibula Apoſtolorum, & ut advertit Beda in cap. 14. Marc n. 49. *Promptiores fuere, ad fugæ præſidium quam ad fiduciam patiendi cum Chriſto.* Tamen Petrus, & Joannes ex fuga Dominum ſunt ſecuti uſque ad domum Caiphæ. D.Marc. addit, quod adoleſcens quidam ſequebatur eum. De quo plura dicam quæſt. 27.18. 208. Joan. 18. Matth. 26. Beda.

QUÆSTIO XXVI.

Quare diſcipuli, qui paulo antea promittebant ſe pro Chriſto morituros, ſic eo relicto fugiunt, & an in hoc peccaverint?

AB hoc ſecundo incipio, an fuga Apoſtolorum fuerit licita de illa hic agunt interpretes Ianſen. Cornel. & alii, ac etiam Suarez t. 2. ad 3. partem diſp. 34. ſect. 3. §. *Inquiri vero poteſt* Aliqui dicunt quod peccarunt, quia talis fuga fuit ex diffidentia erga Chriſtum; alii dicunt quod non peccarunt, quia non tenebantur Chriſtum defendere contra totū militum exercitum præcipuè 209. *An Apoſtoli fugiendo peccaverint.* Janſen. Cornel. Suar.

præcipuè cum ab ore Chriſti audiſſent *ſinite hos abire.* Probabilius dicendum, quod fugientes Apoſtoli peccarunt venialiter, quia ſubito, & multo pavore, qui ſolet rationem perturbare conſternati ex quadam puſillanimitate, ſine Chriſti juſſu fugerunt, cum toties Chriſti virtutem eſſent experti, qui nunc uno verbo milites proſtravit, à quo debebant modo auxilium, aut conſilium petere, tamen probabile eſt eos non perdidiſſe caritatem, nec multo minùs fidem, ut jam dixi.

210. Cum in cœnaculo Dominus prædixiſſet Petro, quod ille cū erat negaturus, ait Petrus, *etiam ſi oportuerit me mori tecum non te negabo. Similiter & omnes diſcipuli dixerunt.* Matth. 26.n 35. & tamen modo cum Magiſtratum vident comprehenſum promiſſionis obliti eo relicto omnes fugiunt. Beda in Matth. *Valida eſt*, ait, *ut mors dilectio per amorem non timuerunt diſcipuli damnum mortis.* Sed vana fuit præſumptio humana ſine protectione divina. In promiſſo non perſtiterunt ſed ab illo reſilierunt, nam præſumptio non in Dei gratia, ſed in humanis viribus fundabatur, & ideo non valida, ac perdurans fuit, ſed inſtabilis, & corruit.

Matth. 26. Beda. *Præſumptio in humanis viribus corruit.*

211. Secundò. Simon Caſſian. lib. 13. c. 57. *Quia* ait, *reliquerunt, fugerunt, quia fugerunt, reliquerunt, hæc enim ſe invicem cauſant, quia relinquens Deū relinquit ſecuritatem: ideo agitur in timorem, & ideo fugit, & relinquens vitam, fugit in mortem, & relinquens lucem, ingreditur tenebras, & relinquens dulcedinem, intrat amaritudinem, relinquit fidum amicum, invenit hoſtem.* Reliquunt Jeſum diſcipuli, ab illoque diſcedunt, ſtatimque eos deſerit confidentia, & ſecuritas, eoſque occupat fuga, metus & amaritudo, hoſtiliaque omnia eos conturbant: ſi Jeſu adhærent, in eis eſt confidentia & ſecuritas. ſi à Jeſu recedunt, nil aliud in eis invenitur niſi contribulatio, & timor.

Simon. Caſ. *Cum Jeſu ſecuritas, ſine illo fuga & timor.*

212. Tertiò. Ait Dominus militibus, qui ad eum cōprehendendū venerant, *ſi ergo me quæritis ſinite hos abire.* Joan 18.n.8. & tamen diſcipuli *relicto Domino fugiunt.* aliud eſt abire, aliud fugere; nā abire dicit lento gradu ire, at fugere velociter ire ſi cohors inimica ſinit abire, cur Domini ſodales fugiunt? ut velocius deſererent, quem invaſerat calamitas, abire permittebant hoſtes, ſub quo pacto Dominus eis ſe tradit, infortuniū tamen cogebat, ut fugerent; ſæpe expeditiores alas cadentis à dignitatis ſtatu infelicitas addit, quam irruens metus impendentis periculi. Cùm Judith. 10.n. 12. raperetur ad tabernaculum Holophernis ait *filia ſum Hebræorum: ideo fugi à facie eorum, quoniam futurum agnovi, quod dentur vobis in perditionem* Expende quod non ait eos deſerui, receſſi ab eis, ſed fugi à facie eorum, quod eſt velocius ire, & rationem apponit, *quia futurum agnovi quod dentur in exterminium.* Cum eos agnoſceret calamitate obſeſſos, & à ſua dignitate ac decore caſuros, concitato gradu, ab eis fugit relinquens parentes, cognatos, & amicos; omnes enim deſerere cogit infelicitas cadētis à dignitate.

Joan 18. *Omnes fugiunt ab infelicitate cadentis à dignitate.* Judith. 10.

213. Quartò. Nunc apud hortum dum Judæorum exercitus comprehenderet Jeſum; ſic territi ſunt diſcipuli, *relicto eo fugerunt.* At poſtea. *Ibant gaudentes à conſpectu conſilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Jeſu contumeliam pati.* Actor 5 num. 4. antea Jeſum fugiunt, modo & pro Jeſu mori amant; & cur non magis verbera timent? Cur non magis contumelias expavent, qui antea per timorem à Jeſu fugere noverāt? pulchrè quæſtionē ſolvit D Athanaſ homil. de ſemente: *Fugerunt quidem à vivo,* ait, *ut pro eodem crucifixo mortem oppetant.* Ut crux elevata eſt apparuit, ipſa ſic diſcipulos cum Jeſu colligavit, ut qui antea mortem timebant, modo mortem ſubire gauderent, ut cum eo eſſent, Chriſtoque crucifixo conformarentur.

Act. 5. *Crux animavit, ac colligavit diſcipulos ad Chriſtum.* D. Athanaſ.

Quintò. Modo omnes Apoſtoli animosè Chriſto dicebant. *Domine ſi percutimus in gladio* Luc 22.n.49 Petrus tam generosè ſtricto gladio contra militum excercitum armatum ſeſe oppoſuit, ac percuſſit ſervum Pontificis; & nunc relicto eo fugiunt. Cum Magiſter magnam ſuam potentiā oſtentaret, ita ut audito uno verbo ejus milites *abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram.* Ioan. 18.n.6. tunc etiam diſcipuli magnam valoris oſtentationem exhibent. At ſi in Magiſtro ex alto conſilio abſconditur fortitudo, & infirmitas apparet ſe tradens inimicorum manibus, ut tanquam agnus ad victimam ducatur, etiam à diſcipulis abiit animus, & fortitudo, ſi enim dux veluti agnum ſe habet, ad ejus intuitum etiam milites tanquam oves redduntur. 214.

Luc. 22. *Ex ducis potentia milites hauriunt fortitudinem.*

Sextò. *Omnes diſcipuli ejus relicto eo fugerunt.* 215. Valde accuratè exprimitur, quod relicto eo omnes fugerunt quo ſumma Chriſti ſolicitudo expreſſa, ac publicata eſt; dicitur. Iſai. 63.n. 3. *Torcular calcavi ſolus:* Interlin. Ibi. *De gentibus nō eſt vir mecum: omnes Apoſtoli relicto eo fugerunt.* quia ſolus Chriſti ſanguis peccatorū noſtrorum erat medicina. Cum prædicitur Petro quod Magiſtrū erat negaturus, ait ille. *Etiamſi oportuerit me mori tecum non te negabo* Mat. 26.n. 35. Cur non conceſſum eſt ut Petrus ſimul cum Domino moreretur, ut ejus caritas erga Chriſtū demonſtraretur? ut fieret evidens, quod noſtra peccata ſolū Chriſti ſanguine non alterius hominis mundabantur. Origenes ad citata Petri verba. *Cum Jeſu, ait, pro nobis omnibus moriente mori, ut nos vivamus, hominum non erat: quoniam omnes fuerant in peccatis, & omnes opus habebant, ut pro eis alius moreretur & non ipſi pro aliis*, &c.

Iſai. 63. *Solus Chriſti ſanguis, & non alterius hominis poterat nos mundare.* Matth. 26. Origen.

Hinc forſan permiſſum, ut ex Apoſtolis Petrus 216. ſe triplice negationis piaculo macularet, ne ille qui uſque ad atriū Pontificis Dominum ſequutus erat, aliquid redemptioni contuliſſe in poſterum videretur cur ſe non noviſſe hominem tam importuna ſolicitudine jurat? Non potuit magis ſolum Dominum relinquere, quā ut etiam cognitione relinqueret, ſibique extraneum eſſe juramēto affirmaſſet, *torcular calcavi ſolus*; qui etiam dum calcat à fidentiſſimo diſcipulo fuit negatus D.Hieron. ibi. *Solus ipſe calcavit, nullum habuit adjutorem, in tantum ut etiam confidentiſſimus, & in fidei veritate firmiſſimus Apoſtolus Petrus timore territus fugeret, imo Dominum negaret.* Vide ſuprà hoc cap. quæſt. 16.n. 108.

In negotio noſtræ redemptionis Chriſtus. D. Hieron.

QUÆSTIO XXVII.

Circa adoleſcentem, qui rejecta ſindone nudus profugit: quatuor quæſtiones reſolvuntur.

Quæſtio 1. Cur D Marc. de hoc juvene facit mentionem? Mihi valde probabile eſt, 217. Quæſtio

eſt,quod iſte adoleſcens ſtudioſus Domini ſalvatoris erat,hoc innuit D.Marcus dum ait : *Sequebatur eum*,ſcilicet Jeſum,non vero Judæos, affectu ſuo ad Chriſtum ferebatur. Hanc tamen hiſtoriam ſcribit D. Marcus,ut videatur, quam deſertus, ac ſolus fuiſſet D. Jeſus, ut etiam adoleſcens,qui caſu voluit videre rem illam,non auſus fuerit conſiſtere,ſed nudus profugit,eligens magis verecundiam nuditatis,quam cum D. Jeſu eſſe,eumque ſequi.

Chriſtus maximè ſolus.

218. Quæſtio 2. Quiſnam eſſet iſte adoleſcens, quæſtio vulgaris, & communis. Primo D. Epiphan hæreſ,78. & ut probabile tenet Theophylact.hoc loco affirmant fuiſſe Jacobum minorē eo quod linea veſte induebatur, ut potè prognatus ſacerdotali genere ; conjectura leviſſima eſt, quia Sacerdos non tantum linea veſte utebatur ſuper nudum corpus. Deinde quia ut tradit D.Epiphan.citato loco.D Jacob.vixit annos poſt nonaginta ſex : ob it autem trigeſimo anno poſt Domini paſſionem, ut ſcribit D Hieron.de viris illuſtribus: ergo tempore paſſionis non erat adoleſcentulus, ſed ſexaginta ſex annos habebat ætatis Secundo. Theophylact. Victor Antioch. exiſtimant adoleſcentem iſtum fuiſſe è domo,in qua Chriſtus cœnaverat , quod nulla probabili conjectura poteſt firmari.

Quæſtio 2. Quis eſſet iſte adoleſcens. D.Epiphan. Theophyl. D.Hieron. Theoph, Victor Antioch.

219. Secundò.D.Chryſoſt.in comment.in Pſal. 13. D.Ambroſ. in Pſalm.36 D.Gregor.Magn.lib.14. Moral.c.24 & 1 Reg.cap.15.Chryſolog.ſerm.78 Beda in cap.14.Marci, Baron.& alii exiſtimant fuiſſe Joan.Evangel ait Baron. quod ſindon erat veſtis cœnaroria ; qua antiqui in conviviis utebantur; unde Joannes in cœnaculo dimiſit proprias veſtes, & illa linea, ac cœnatoria indutus eſt , poſtea cum audiſſet magiſtrum à diſcipulo tradendum præ triſtitia oblitus eſt ſuarum veſtium.

D Chryſoſt. D Ambr. D Greg. D. Chryſol. Beda. Baron.

220. Hic dicendi modus non eſt probabilis; primo quia in dexteritate , ac acumine ingenii Joannis ponit oblivionem 2. Omnino repugnat honeſtati, ac puritati Joannis qui virgo erat , quod in cœnaculo ita depoſuerit veſtimenta ſua ut ſuper nudo corpore , uno tantum lineo indueretur ,& ita à domo exierit , & quod talis eſſet veſtis ut manibus injectis eum facile dimitteret, ac nudus remaneret , nec Apoſtoli tali cœnatoria veſte, talibuſque deliciis utebantur 3. quia D. Marcus denotat, quod hic adoleſcens non erat Apoſtolus, ait enim: *tunc diſcipuli ejus relinquentes eum omnes fugerunt,adoleſcens autem quidam ſequebatur eum* Si iſte adoleſcens eſſet Apoſtolus,diceret Evangeliſta.Vnus ex eis cum verò ait *Adoleſcens autem quidam:* innuit quod erat diſtinctus ab Apoſtolis,& ut ait Cajet.in Jentaculo 6.quæſt.4. temppre paſſionis Joannes jam agebat annum triceſimum ſextum ; non ergo poteſt dici juxta Græcum adoleſcentulus

Iſte adoleſcens non erat Joannes Cajetan.

221. Mihi veriſimilius eſt,adoleſcentem iſtum fuiſſe aliquem horti cuſtodem in quo Dominus eſt comprehnſus : vel alium quempiam , qui in eodem horto nocte intempeſta capiebat ſomnum, tunc militum , ac miniſtrorum ſtrepitu expergefactus è lectulo ſurgit & ſequens Chriſtum , curioſitate movebatur, ut videret eum ligatum, ac exitum rei.Ita Janſenius, Barradas, Franc- Luc, Cornelius & alii.

Cuſtos horti. Janſen. Barrad. Franc. Luc. Cornelius,

222. Quæſtio 3. Quænam veſtis eſſet iſta ſindon? Baronius exiſtimat quod erat veſtis cœnatoria; ſed hoc nullum habet fundamentum. Maldonatus in Marc.exiſtimat,quod erat genus quoddam veſtis lineæ calidæ , quia homines ad expellendum frigus utuntur,quas dicimus *Camarras*,ſeu *Bernios.* Tamen retinenda eſt proprietas verbi *ſindonis*;quo utuntur Latinus, Græcus,Arabicus, & ideo dicendum eſt quod Sindon eſt , linteamen quoddam , quo corpus nudum in lectulo involvitur ; nam iſte adoleſcens erat dormiens in lecto excitatus tumultu.Feſtinavit videre quid rei eſſet,veſtes induere longioris moræ erat , & ideo injecta in humeros ſindone,è lecto excurrit extra domum ; Deinde ſi fuiſſet propriè veſtis, non dixiſſet Evangeliſta , amictus ſindone ſuper nudo,indicant verba, quod erat linteamen lecti, & ideò facile rejici potuit,non verò veſtis, poſtquam eſt induta.

Quæſtio 3. *Qualis veſtis.* Baron: Maldonat. *Linteamen lecti.*

Quæſtio 4 Quare Marcus narrans hiſtoriam, nomen adoleſcentis non exprimit ,ſed tacet cum ejus turpis fuga fuiſſet ſcribenda , pie ac amico nomen tacet ; ſic quiſquis bonus agit Deo duce. D Nazian.orat.25.*Si quis*,ait, *rejecta ſindone profugerit,eum conteget.* Hæc boni viri virtus eſt tegere hominum errata.De Hoſtia oblata pro peccato,mandavit Moyſes:Sacerdos,qui offert *Comedet eam in loco ſancto,in atrio tabernaculi.*Levit.6 Cavet Moyſes,ne hoſtia quæ pro erratis expiandis offertur, extra ſacram domum offeratur , ſic bonus Deus hominis famam curat,ut illius peccatum in loco ſacro,vel ut velo obducto occultatum remaneret,ac proinde illius nota,vel veſtigium extra locum ſactum abduci non patiebatur Philo lib.de victimis,*Nihil enim*,ait,*extra famam offertur,ne pœnitenti exprobrentur peccata priſtina jactata in vulgus inimicorum ſuſurris, & linguis petulantibus.*Vide ſuprà in hoc c.n 115.

223. Quæſtio 4. D.Nazian. Levit 6. *Occultandum fratrum defectus.*

QUÆSTIO XXVIII.

Quare iſte adoleſcens tam diligenter relictâ ſindone profugit?

Ratio litteralis, & communis eſt , quia iſte adoleſcens Chriſti ſtudioſus erat , ac proinde maximè timuit cognoſci , & capi , & ideo rejecta ſindone nudus profugit in domum ſuam, ex quo conſtat quanta fuerit circa Chriſtum trepidatio , ita ut nemo auderet apud eum conſiſtere ; conſtatque etiam , quam ingens fuiſſet Judæorum odium in Chriſtum , ac furor , ut etiam intentaverint adoleſcentem hunc alienum Chriſtum ſequentem invadere,qui ita ab eis inſectatus eſt,ut nudus aufugerit,quare etiam monſtratur,quod minimè pepercifſent Apoſtolis,Jeſu jam comprehenſo , niſi Ieſu imperio prohibiti fuiſſent.Ioan.18.n.8. 224

Multa trepidatio Chriſtum ſequendi. Joan.18.

Secundò Drogo Hoſtienſ.lib. de ſacram. Paſſio.*Non dormivit adoleſcens*,ait *quando tenuerunt eum , & relicta ſindone fugiebat nudus ; & tamen frigus erat , quia ſtabat Petrus,& calefaciebat ſe; magnitudo periculi & frigus,& famem facit oblivisci* Ille valde celebris Ioſeph cum teneretur ab adultera *relicto pallio in manus ejus fugit.* Geneſ. 39 num. 12. Verum eſt quod Ioſeph reliquit pallium,ſecum tamen aſportavit alias veſtes ; at adoleſcens iſte præter ſindonem nullum indumentum habebat , inde dimiſſa ſindone , nudus profugit cum tamen hiems eſſet,& frigus urgeret unde Petrus ad prunas ſe calefaciebat ;

225. Drogo. Geneſ. 39.

Præ

Præ periculo nec frigus nec nuditas timetur.

Præ furore Judæorum tam magnum periculum imminebat, quod quis tunc inventus eſſet Chriſtum ſequens, quod inde adoleſcens frigus, ac nuditatem contempſit, elegans magis toti ſe frigoris rigori credere, quàm adverſariorum laqueos incurrere, quos jam ſenſerat. *Magnitudo periculi & frigus, & famem facit obliviſci.*

226. D. Hieron. Tertiò. D. Hieron. ad Fabiolam tom. 3. *Sindone* ait, *opertus adoleſcens vinctum Dominum ſequebatur incurriſſet laqueos, niſi expeditus, & nudus perſequentium impetum declinaſſet* Nil ſibi reſervaverat adoleſcens præter ſindonem qua ſuper nudo, opertus ſequebatur Dominus, & quia una ſindone retenta non omnia reliquerat ſub tanta perfectionis via Chriſtũ ſequens cœpit periclitari; imo inimicorum laqueos incurriſſet, ſi omnino nudus manens ſindonem à ſe non ablegaret, maximè periclitatur qui aliqua temporali veſte Dominũ vult ſequi, ut ergo ſecurus ſit rejiciat quidquid terrenũ eſt, ut Domino adhæreat Beda ad cap. 14. Marc. *Iſte adoleſcens*, ait, *qui rejecta ſindone nudus profugit ab impiis, illorum & opus, & animum deſignat, qui ut ſecuriores ab incurſibus hoſtium fiant, quidquid in hoc mundo poſſidere videntur, abjiciunt*

Abjicienda ut ſecurè, & ſine periculo Deo adhæreas. Beda.

227. D. Nazian. Quartò Gregor. Nazianz. orat. 15. *ſi zelo inflammatus Malchi aurem gladio præciderit indignè Dominus fert, eamque loco ſuo reſtituet; ſi quis ſindone amictus profugiat, eum conteget.* Petrus ſtricto gladio percutit Pontificis ſervum, & à Domino reprehenditur. *Converte gladium in locum ſuum, omnis enim, qui acceperit gladium, gladio peribit.* Compone ergo Petrum cum iſto adoleſcente, Petrus armatus reprehenſionem incurrit, adoleſcens nudus fugiens per medios hoſtes ab omni reprehenſionis cenſura immunis invenitur In ſpirituali certamine non qui aggreditur pericula, ſed qui fugit, protectionem divinam comparat Nam Petrus dum armatus aggreditur, reprehenditur. *Si zelo inflammatus Malchi aurem gladio præciderit indignè Dominus fert.* At adoleſcens qui rejecta ſindone nudus profugit, paratam invenit divinam protectionem, ut eum obumbret, ac regat. *Si quis ſindone amictus* (relicta illa) *profugiat, eum conteget.*

Non qui ſe periculo objicit, laudandus, ſed qui fugit.

228. Pſalm. 55. Pagnin. D. Ambr. Ait Regius vates Pſal. 55. n. 9. *Deus vitam meam annunciavi tibi.* Pagn pro *vitam meã* legit *tranſmigrationes meas* Alii juxta radicem Hebraicam *fugam meam.* Ex quo patet quanto in pretio fuerit David fuga à facie peccati, ut eam vitæ nomine appellet, idémque ſibi reputet fugere, ac vivere Unde ait D. Ambroſ. lib. de fuga ſæculi, cap. 4. *Non ergo erubeſcamus fugere. Glorioſa enim hæc eſt, fugere à facie peccati.*

Glorioſa fuga à facie peccati.

229. Pſal. 141. Pro quo elegantiſſimè D. Ambroſ citato lib. de fuga ſæculi c 5. quod David de ſe ait Pſal. 141. n. 5. *Periit fuga à me.* Maximè ſe tribulatum, ac afflictum oſtendit. *Conſiderabam ad dexteram, & videbam, & non erat qui cognoſceret me.* Aliter vero cum ſibi pennas datas agnoſcit an fugiendum Pſalm. 54. n. 7 *Quis dabit mihi pennas, ſicut columbæ? & volabo, & requieſcam.* Et ita cum ſuis pennis gaudet, ac exultat in requie inventa, ut Pſalmus habet pro titulo *in finem*, hoc eſt interprete ſancto Doctore, *in perfectionem, & in conſummationem victoriæ* Cũ ſuis pennis ita exultat, ac lætatur in fuga, ut in ipſa fuga ſibi habeat inventam omnem conſummationem, ac perfectionem victoriæ D. Ambroſ. citat. *Ergo David*, ait, *ubi fugam quærebat, ut evaderet adverſarium, & non inveniebat, pennas ſuas, ancipiti fluctuabat certamine: ſiquidem ubi in poteſtate habet pennas ſuas titulus Pſalmi, in finem eſt, id eſt perfectionem, & conſummationem victoriæ.*

Pſalm. 54. Fugere conſummatio victoria eſt. D. Ambroſ.

CAPUT IV.

Jeſus apud Annam, & Caïpham. Ubi ei datur alapa, producuntur falſi teſtes, velaturque facies ejus

Joan. 18. *n.* 13. Et adduxerunt eum ad Annam primum, erat enim ſocer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius.

Num. 14. Erat autem Caïphas, qui conſilium dederat Judæis: quia expedit unum hominem mori pro populo.

VERSIONES.

Syriac. n. 12. Et eum adduxerunt ad Annam primum, quippe qui ſocer erat Caïphæ, qui erat ſummus ſacerdos anni illius.

S. Cyrill. Adduxerunt eum ad domum Principis Sacerdotum.

Arabicus. Qui erat ſocer Caïphæ, qui erat ſummus Sacerdotum.

Arias, Qui erat Princeps Sacerdotum.

Theophyl. Is qui conſilium dederat.

Arias. Ille conſulens Judæis.

EXPOSITIO I.

1. ET *adduxerunt eum*: nempe miniſtri Judæorum, cohors, & tribunus. *Ad Annam primum*, qui ſenex erat & ſummo jam functus erat ſacerdotio, ac affinitate conjunctus fuerat cum Caipha, *erat enim ſocer Caiphæ.* Caïphas in matrimonium filiam Annæ habebat, ac proinde ducunt ad Annam tanquam facientes rem maximè gratam Caïphæ, *qui erat Pontifex anni illius.* Quamvis enim ſingulis annis Romani præſides venderent pontificatum, ſingulíſque annis mutarent Judæorum Pontifices, novóſque conſtituerent; Pilatus vero hoc habuit peculiare, ut Caïpham Pontificem, quem reperit, non mutaverit; Caïphas enim toto trienno, quo Chriſtus prædicavit, perpetuo fruitus eſt pontificatu, ut ex Joſepho jam notavi tom. 1. libro tertio, capite primo, quæſtione ſecunda, numero vigeſimonono.

Pontificatus Judæorum vendebatur. Joſeph.

2. *Erat autem Caïphas*, Intellige ut rectè obſervat Franc. Luc. ad quem Annas mox miſit Jeſum qui conſilium dederat Judæis Judæorúmque principibus. *Quia expedit unum hominem*; nempè Jeſum, *mori pro populo*: repetit Evangeliſta id, quod ſuprà dictum eſt cap. 11. n. 50. & ibi explicatum

Franc. Luc. Joan. 11.

plicatum, & repetit Evangeliſta, ut ſemper præ oculis habeamus, quod innocens Agnus Ieſus non pro ſe, ſed pro aliorum ſalute paſſus eſt. D. Chryſ. hom. 82 *Ne vinculorum* ait, *mentione auditor perturbaretur, id meminit, quoniam ſalus orbis terrarum ejus mors eſt* Idem habet Euthym. Toletus vero in Commentar. aliam aſſignat rationem, ut hoc ſignificaretur, quanto odio judex ipſe contra Chriſtum teneretur, quem nondum auditum jam morte dignum judicaverat, ſed hæc ratio non eſt multum firma, quia ille, Ioan. citato loco, hoc non dixit à ſe, *Sed cum eſſet Pontifex anni illius, prophetavit neſciens quid diceret.*

D. Chryſ. Euthym. Toletus.

QUÆSTIO I.

Quare Chriſtus D. primum ad Annam ductus eſt, & non ad Caipham, cum à Caipha eſſet judicandus?

3\. Cæteri tres Evangeliſtæ nulla Annæ mentione facta ſic rem narrant, ac ſi Ieſus recta via ad Caipham Pontificem pertractus eſſet, Ioannes verò ad declarandas eximias divitias Divini amoris omittere noluit, Ieſum apud Annam prius ductum fuiſſe, ut inter cæteras contumelias quas æquanimitas pro nobis tulit Dominus, etiam hanc nobis proponeret contemplandam, quod apud varios magnates præſentatus fuerit tanquam ſi miniſtri coram eis deferrent magnum triumphum devicto, ac capto hoſte. ſic enim adducunt Ieſum ad Annam, ut eum oſtentarent tanquam communem hoſtem captivum, ut oculos illius optato ſpectaculo paſcerent. D. Chryſoſt. homil. 82. *Quaſi*, ait, *triumphum ducentes, & præ voluptate de hac re glorianteſ, tanquam de trophæo conſtituto*

Chriſtus ad multa tribunalia ductus. D. Chryſ.

4\. D. Auguſt. Secundò D. Auguſt. quia domus Annæ erat in via euntibus ad Caipham. Tertiò innuit D. Aug. Hoc factum fuit ex præmonitione Caiphæ, ut adducentes Ieſum comprehenſum adducerent ad Annam, ne ipſum præterirent, nam Annas cum eſſet ſenex ob frigus noctis veſperi præcedenti à cæteris ſenioribus diſceſſerat; domum dormiturus abierat, ut ſic revocarent eum ad conſilium contra Jeſum jam captum, ſequenti die in domo Caiphæ celebrandum.

5\. Euthym. Quartò. Ut honorarent Annam tanquam Socerum Caiphæ, quem ipſe Caiphas ait Euthym *Quaſi Patrem honorabat* Quintò ex ejus nempe conſilio univerſa agebat, ac diſponebat Caiphas inde Chriſtum primo ducunt ad Annam, ut ex ejus inſinuatione Caiphas cuncta pertractaret, ac ordinaret.

6\. D. Cyrill. Quintò D. Cyrill l. 11. in Ioan. c. 37. intelligit ideo Ieſum ad Annam primum ductum fuiſſe, ut ab eo triginta denarios pro comprehenſione Ieſu ſibi promiſſos Matth. 26. n. 15. Iudas acciperet quos ſtatim ſequeti mane retulit. Matth. 27. n. 3. Non enim in domo Caiphæ ſoluta fuit pecunia nam ſi Iudas in domo Caiphæ Ieſum eſſet ſecutus in eam ingredi non eſſet auſus Petrus, timens ne à Iuda proderetur, & poſtea cum Petrus negavit, Iudas non adfuit, nam ſi ille adeſſet omnino Petrum indicaret, vel ſaltem ſecreto miniſtros admonuiſſet ut eum ut Chriſti diſcipulum comprehenderent

Matth. 26. Matth. 27. *Ut pecunia Judæ ſolveretur.*

Sextò adducitur Ieſus primum ad Annam cum Caiphas eſſet pontifex anni illius, quia Annas gratia, ac auctoritate multum apud Caipham valebat, ita ut nihil abſque ejus nutu ageretur, ac diſponeretur, & aliquando Reſpublica ad tantam miſeriam devenit, ut apud homines ille, qui intimus, ac à ſecretis eſt regis, in majori ſit æſtimatione, ac veneratione, quam ipſe rex. Hinc D. Luc. 3. n. 1 deſcribens ſtatum Reipublicæ Judaicæ, ait: *Sub principibus Sacerdotum Anna & Caipha*; prius dicitur Annas, & poſtea Caiphas, cum Caiphas eſſet Pontifex, quia Annas apud populum in majori æſtimatione, ac veneratione habebatur; ex eo quod Caiphas cuncta ex ejus nutu ordinabat: ut jam ponderavi tom. 1 lib. 3. cap. 1. quæſt. 10. n. 30. 7.

Plus æſtimatus regis amicus, quā rex Luc. 3.

Sextò. Albert. Magn. quia Annas ſenior fuit, quam Caiphas, Iudæi autem intendebant judicium ad ſeniores deferre, ac ita magis regerent, & abſconderent iniquitatem ſuam, cum res ſeniorum judicio eſſet approbata, & adimpletum eſt hic Dan 13. n. 5. *Egreſſa eſt iniquitas à ſenioribus judicibus.* 8. Albert. Daniel. 13.

Ducunt Jeſum primum ad Annam, ad ſeniorē nempe, ut ſeniorum judicio, iniquitas Judæorum magis obnubilata remaneret, majorique auctoritate pollens in oculis totius populi, in ejuſque conſpectu juſtificata appareret; nam ut dicitur Iob. 12. n. 12. *In antiquis eſt ſapientia.* Et Eccl. 25. n. 8. *Coronam ſenum multa peritia.* Græcus *Multarum ſcilicet rerum uſus.* Hinc Iſai. 3. n. 14. dicitur *Dominus ad judiciū veniet cū ſenioribus populi ſui.* 9.

Job. 12. *Sapientia in ſenibus.* Eccleſ. 25. Græcus. Iſai. 3.

Apparet Chriſtus Dominus Ioanni, de quo Evangeliſta teſtatur Apocal. 1. n. 14. *Caput ejus, & capilli erant candidi tanquam lana alba.* Quomodò ſic ſubito Chriſtus ſenex, cum ei nigellos capillos tribuat Salomon. Cant. 5. n. 11. *Comæ ejus nigræ.* Si nigri, quomodo candidi? Nigri ad oſtendendum juvenile robur ad tuendam ſponſam Eccleſiam; candidi verò ad denotandum judicis habitum ornamentumque probatæ ſapientiæ, quæ in candida canitie declaratur. Blaſ. Viegas ſect 9. *Meritò*, ait *hic canus apparet, qui judicem refert, in quo neceſſaria eſt rerum cognitio, quæ per canitiem oſtenditur.* 10.

Apocal. 1. Cantic. 5. *Bonus Iudex, ſenex, & rerum ſciens.* Viegas.

Daniel. 7. n. 9. *Antiquus dierum ſedit: veſtimentum ejus candidum quaſi nix, & capilli capitis ejus quaſi lana munda.* Cur tantus eſt ſacer textus in deſcribenda ſenitie ejus à nomine *Antiquus dierum*, veſtimento, & capillis? Dicitur infra *Judicium ſedit, & libri aperti ſunt.* Deſcribebatur Deus veniens ſub forma judicis, ideo multipliciter ejus ſenities, ac antiquitas declaratur, ut ex hoc ſumma ejus ſapientia, ac prudentia demonſtretur. D. Chryſolog. ſerm 131 *Patrem niveo crine*, ait, *ſenectute veneranda, & antiquitate rex ibidem reſidere ad judicium inſpicit.* D. Hieron. ad citat Daniel. locum *Senex deſcribitur, ut maturitas comprobetur ſententiæ.* 11.

Daniel. 7. *Senities in judice probat ſententiam.* D. Chryſol. D. Hieron.

Joan. 18. *n.* 19. Pontifex ergo interrogavit Jeſum de diſcipulis ſuis, & de doctrina ejus.

Num. 20. Reſpondit ei Jeſus: Ego palam locutus ſum mundo: ego ſemper docui in ſynagoga, & in templo, in quo omnes Judæi conveniunt: & in occulto locutus ſum nihil.

*Num.*21. Quid me interrogas. Interroga eos, qui audierunt quid locutus ſim his: Ecce hi ſciunt, quæ dixerim ego.

VERSIONES.

*Syriac.n.*19. Princeps autem ſacerdotum.
Arabicus. Summus igitur ſacerdotum.
*Syriac.n.*20. Et dixit ei Jeſus: Ego palam locutus ſum ad populum.
Arias. In templo, quò undique Judæi conveniunt.
Arabicus. Quò omnes Judæi congregantur, & in occulto non ſum locutus quicquam.
*Arias.n.*21. Interroga audientes me.
Syriacus. Interroga eos, qui audierunt quid collocutus ſim eis: Ecce hi ſciunt quæcũque dixerim.

EXPOSITIO II.

12. *Series textus.* *Pontifex ergo*: illa particula *ergo*, tanquam quid continuatum reſpicit deſcriptionem Caiphæ, de qua Evangeliſta egit n.14. *Qui conſilium dederat Judæis, expedit unum hominem*, &c. Nam n.15.16.17.& 18 Evangeliſta narrat aliqua quæ pertinent ad Petrum, quæ dum Pontifex Chriſtum interrogavit geſta ſunt, quæ non poſſunt ſimul narrari, ideo ad interruptam narrationem de Pontifice revertitur.

13. *Pontifex ergo*: anni ſcilicet illius Caiphas, huius totius rei conſultor, ac auctor, *interrogavit Jeſum* de duobus, nempe ut calumniam ſcilicet contra Jeſum machinaretur; *de diſcipulis ſuis & doctrina ejus*. Perpende malitiam Pontificis ut rectè notat D. Chryſ. hom. 82. & N. D. Cyrill. l 11.c.43. (D. Chryſ. D.Cyrill.) Quod Chriſtus adducitur ad Pontificem tanquam criminoſus, & malefactor, cum tamẽ in eo nullum eſſet crimen de quo interrogaretur, ſed ad diſcipulos, & doctrinam convertit ſermonem, & quamvis Evangeliſta non explicat quid de his duobus articulis interrogaverit, tamen ut docent citatus Chryſoſt. Euthym. Theoph. & alii, quæſivit qua ratione habuit, ac congregavit diſcipulos, & quid de eis factum eſſet, ut ait D.Thomas & qua ratione talem doctrinam tradebat, ut ſic ex diſcipulis eum argueret ut ſeductorẽ, ac perturbatorem, & ex doctrina ut ſeminatorem novæ, & falſæ doctrinæ. (D. Chryſ. Euthym. Theoph. D. Thom.) Euth. *Volens eum arguere*, ait, *tanquã novæ rei inventorem, quaſi conciliabula facientem, novàque dogmata inferentem.* (Euthym.) Iterum nota quod non de Chriſti vita, ſed de diſcipulis interrogat, ac ſi diſcipulorum nequitia Magiſtro imputaretur, & Magiſter in ſe innoxius diſcipulorum pravitate culparetur. Albert. Magn. *Interrogat ut eum ſic accuſare poſſet.* (Albert. Magn.)

14. *Reſpondit ei Jeſus.* Pontifex de duobus interrogavit de diſcipulis, ac doctrina; ad doctrinam reſpondit Dominus, de diſcipulis vero nec verbum quidem. Quia tota res ex doctrina pendebat, imo diſcipulos ſuos defendit dicẽs, quod non ſolùm eos, ſed etiam quod omnes Judæos, ac totum mundum docuerit; ac deinde, quia ut ait Origen.hom 35. quoad diſcipulos ſuos, *Silet, quidem, nec reſpondet voce. Dum per germanorum diſcipulorum vitam reclamat ſuis accuſatoribus, ac refellit omniũ teſtium mendacia.* (Origen.) Sanctitas, puritas vitæ diſcipulorum, hoſtium calumnias refellebat ac refutabat, & inde vox pro eis tenendis neceſſaria non erat. (*Vitæ probitas non indiget defenſione.*) Tandem juxta D. Thom. & alios. Pontifex interrogavit de diſcipulis, quid de eis factum eſſet, & ideo de diſcipulis nihil reſpondit ut eorum honori conſuleret, & timiditatem in fugiendo occultaret. (D.Thom. *Defectus occultandi.*)

Ego palam locutus ſum mundo, ac ſi diceret Dominus. Tu interrogas me de doctrina tanquam arguens quod ego in ſecreto, & occulto locutus eſſem, ego autem *palam*, hoc eſt publicè, ac patenter locutus ſum mundo, ſeu ad populum ut legit Syriac *Ego ſemper*, id eſt frequenter & tempore opportuno, ac convenienti. *In ſynagoga*, in ſynagogis, ſeu gymnaſiis eorum locorum in quibus degebã, *& in templo*, quod erat Jeroſolymis tantum, hic ergo ut rectè obſervavit D. Cyrill. l 11 c.43 indicat Dominus quod ſẽper docuerit in locis publicis & manifeſtis, & licet aliquando prout uſu venit, docuit in deſerto in maris littore, privatis in domibus, tamen aſſiduè omni tempore opportuno docuit in ſynagogis & templo, tempus autem opportunum erat ſabbatum quo Judæi convenire ſolebant ad audiendum Dei verbum. *Et ſtatim ſabbatis ingreſſus in ſynagogam docebat eos.* Marc.1 n 21 *In quo omnes Judæi conveniunt*: Seu convenire ſolent; *& in occulto locutus ſum nihil*; quod eſſet contrarium his quæ docui in publico. 15. (Syriacus. D.Cyrill. Marc.1.)

Quid me interrogas? Si me arguis de doctrina tanquam clandeſtina ac nova Quid me interrogas, cum meis verbis non ſis fidem habiturus; *interroga eos qui audierunt*, D. Chryſoſt hom.82. Euthym. dicunt verbum eſſe confidentis de ſua veritate, tamen legitimus ſenſus eſt, quod Chriſtus hæc dixit, ut repellat calumniam, qua de tenebroſa, & occulta doctrina arguebatur. Salmeir. t.10 tr.20. ait. *Dominus taxat ignaviam Pontificis quod doctrinam publicam non audiſſet. Magnates enim raro Dei verbo audiendo vacant.* Ac ſi his verbis Dominus puniat principem, quod datam doctrinam de veritate, quæ publicè diſputabatur non accepiſſet ac audiſſet, *Ecce hi*, qui nempe audierunt, & ex quibus multi forte tunc aderant; *ſciunt, quæ ego dixerim.* Efficaciſſimum argumentum innocentiæ Chriſti, ut notant D. Chryſ. & Cyrill citati remittit teſtimonium innocentiæ ſuæ ad inimicos, perſecutores, ac calumniatores ſuos. 16. (D. Chryſ. Euthym. Salmeiron. *Arguuntur principes quod publicam doctrinam non audiunt.* D. Chryſoſt. D.Cyrill.)

QUÆSTIO II.

Quare Chriſtus ait, quod in occulto locutus eſt nihil, cùm multa videatur dixiſſe in ſecreto?

Quæſtio præſens eſt, quomodo ipſa veritas de ſe teſtetur. *In occulto locutus ſum nihil*; ſi apertè conſtat ex textu Evangelico, quod Chriſtus in ſecreto multa docuerit diſcipulos ſuos. *Aſſumptis Jeſus duodecim ſecreto, ait illis* Matth.20. n 17. *Seorſum autem diſcipulis ſuis diſſerebat omnia.* Marc 4 n.34. *Et eum invidiſſet domum a turba interrogabant eum diſcipuli ejus* Marc 7 n.7. 17. (*Difficultas quæſtionis.* Matth.20. Marc. 4. Marc. 7.)

Reſpondet primò. D August. tract.113. in Joan. quod ſcilicet Jeſus multa tradidit diſcipulis 18. (D. Auguſt.)

tempore convenienti ac proportionato manifeſtarentur juxta illud Matth. 10.n.27. *Quod dico vobis in tenebris.dicite in lumine,quod in aure audiſtis prædicate ſuper tecta* Unde ait citat. Aug. *Ergo hoc ipſum,quod ab ipſo docebatur occulte,quodammodo non dicebatur in occulto,quia non ita dicebatur, ut ab eis,quibus dictum fuerat taceretur, ſed ita potius,ut uſquequaque prædiceretur:*

Matth 10. *Dicebat diſcipulis ſecrete, ut ſuo tempore manifeſtarent.*

19. Abulenſ. Secundò. Abulenſis in cap. 10 Matth. q 115: quod Chriſtus populum ſemper docuit palam, ac in manifeſto,at verò diſcipulos ſuos aliquando docuit in occulto,ac proinde ad populum, ut ad alienos locutus eſt palam;ad diſcipulos,ut domeſticos ſecrete,& hoc includitur ſub illo verbo. *In occulto locutus ſum nihil*; nam ſolum hoc intelligitur de doctrina ad alienos, ac ad populum non verò ad domeſticos,& ſuos.

Populum docuit palam.

20. Toletus. Tertiò, Tolet.annotat.13. cujus ſententiam ut probabiliorem ſecutus ſum in expoſitione;tenet quod quamvis Chriſtus Dominus aliqua diceret in publico,aliqua in occulto, tamen doctrina in ſubſtantia una, & eadem erat, nihil enim docuit in occulto,quod eſſet contrarium iis, quæ palam docebat ſed omnia ad eundem finem, ad eandémque doctrinam tendebant.

21. Rupert. Quartò Rupert ad c.27.Gen ponderans, quod poſtquam Jacob furatus eſt benedictionem patris ſui Iſaac,*dixit Eſau in corde ſuo:venient dies patris mei, & occidam Jacob fratrem meum, Nunciata ſunt hæc Rebeccæ*, &c.Geneſ 27.n.41.Subdit Rup. *Dominus,qui multa ſecretò dixerat, dicit tamen Pontifici:Ego palam locutus ſum mundo; & in occulto locutus ſum nihil.*Sic apud homines increvit conſuetudo ſecreta propalãdi;*ut in occulto locutus ſit nihil,qui in ſecreto multa dixerat.* Secretò multa dixerat duodecim diſcipulis,quis tamen reputabit in ſecreto,ac occulto dicta eſſe,quæ duodecim dicuntur? Sic difficile ſecretum ſervatur, ut quæ duodecim hominibus in ſecreto dicta ſunt, tanquã ſi nihil in ſecreto, ac occulto eſſe dictum habeatur Eſau in corde ſuo dixit, quod cũ venerint dies luctus,ſeu mortis patris ſui,fratrem interficeret;& quamvis eſſent dicta tam occultè,in corde nempe ſuo,nunciata ſunt matri,quia ſecretum etiam corde dictum non ſervatur,ac retinetur Huc ſpectat illud quod Chriſtus D dixit Luc 12.n.2 *Nihil opertum eſt, quod non reveletur,neque abſconditũ quod non ſciatur.*Vide t.4.c.3.q.11.

Quod in occulto dicitur etiam in ſecreto nõ eſt

Luc. 12.

Jeſu Alapa.

Joan. 18.*n*.22.Hæc cum dixiſſet,unus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam Jeſu dicens,ſic reſpondes Pontifici?

*Num.*23. Reſpondit ei Jeſus:ſi male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo;ſi autem bene quid me cædis?

Num. 24. Et miſit eum Annas ligatum ad Caïpham Pontificem.

VERSIONES.

*Syriac.n.*22.Quumque hæc dixiſſet, unus ex miniſtris,qui adſtabat,percuſſit maxillam ipſi Jeſu, & dixit ei: Ita ne das reſponſum Principi Sacerdotum?

Arabicus. Hoc cum dixiſſet, unus ex miniſtris erat ſtans.

Vatablus. Unus aſſiſtens miniſtrorum infligit alapam Jeſu dicens:Siccine reſpondes Pontifici.

*Arabic.n.*23.Reſpondet autem ei Jeſus, ſi malum locutus ſuum teſtimonium profer de malo, & ſi bonum fuit, quare me percutis?

Vatablus. Teſtificare de malo.

Arius. Si autem fuit pulchrum.

*Pagn.n.*24. Et miſit eum Annas vinctum.

Syriac. Arabic. Ad Caïpham ſummum ſacerdotem.

EXPOSITIO III.

HÆC *cum dixiſſet.* Seu ut habet Arabicus; *cum hoc dixiſſet*,ſcilicet Jeſus *Unus aſſiſtens miniſtrorum*,ſeu apparitorum,qui tenentes Ieſum aſtabant cuſtodientes *Dedit alapam.*Syriac. *Percuſſit maxillam.*Tanta injuria Chriſto illata exiſtiman; ſe facere rem maximè Pontifici gratam, dicens, *ſic Reſpondes Pontifici*: tanquam ſi ſermo Chriſti eſſet injurioſus Pontifici eúmque minus reverenter eſſet allocutus,indéque eum alapa percutit.In quo tria maximè notanda. Hominis impudentia in tanto crimine perpetrando: Pontificis malitia,qua tantum facinus contra ſe commiſſum diſſimulat Tertio ſumma Chriſti patientia,De quibus in quæſtionibus. 23. Arabicus. Syriacus.

Reſpondit ei Jeſus:patienter ſuſtinuit Dominus injuriam,ac contumeliã,& ne ſilentio ſuo videatur conprbare ſe male locutũ fuiſſe Reſpondet. *Si male locutus ſum.*Pontificẽ nempe, ut tu tanta injuria in me irrogata declaras,ac oſtendis;*teſtimonium perhibe.*Seu ut alij legunt *teſtifica teſtare*; coram Pontifice, ac reliquis judicibus, coram quibus adſtas. *Si autem bene*,ſeu pulchrè, appoſitè,ac congruè,ut revera locutus ſum,*quid me cædis?* Sine cauſa me innocentem percutis. 23. *Alia lectio:*

Et miſit eum Annas D.Aug l 3 de conſenſ c.6. exiſtimat Chriſtum rogatum fuiſſe ab Anna de diſcipulis & doctrina,ejuſq; in domo alapa percuſſum;tamen oppoſita ſententia probabilior,eã ſequuntur multi antiqui,& communiter recentiores Janſen.Tolet.Barradas,Franc.Lúc. Cornelius;conſtat enim ex tribus aliis Evangeliſtis Petrum ter negaſſe Chriſtum in domo Caïphæ,ex oppoſita ſententia Auguſtini efficitur negaſſe in domo Annæ, nam apud eum Pontificem Petrus negavit ad quem Chriſtus alapa percuſſus eſt, ut ex Joannis textu demonſtratur;ergo ſi apud Caïpham Petrus negavit, apud Caïpham Chriſtus alapa percuſſus eſt. 24. D. Auguſt. Janſen. Tolet. Barradas. Franch.Luc. Cornel.

Miſit eum Annas Iuxta radicem Græcam, ac phraſim Hebraicam,ut multis hic probat Tolet, annot 17.ponitur, *miſit* pro *miſerat*: ac proinde nihil denuo hic narrat Evangeliſta, ſed id quod ſupra inſinuaverat n. 14 potiuſquam dixerat, id clarius repetit, ea occaſione, quod quædam ex ſuperioribus neceſſariò repetẽda erant(quæ quidem proximo n 25.ſequuntur)ut ad interruptam negationum Petri hiſtoriam redire poſſet. 25. Toletus.

QUÆSTIO III.

Quare iniquus miniſter Dominum alapa percutit?

26. D. Chryſ. Euthym.

Ingratus beneficio correſpondet contumelia.

DIvus Chriſoſt. hom. 82. in Joan. quem ſequitur Euthym. exiſtimat, quod miniſter iſte fuiſſet Malchus ille, cui Chriſtus D abſciſſam aurem reddidit, tamen hoc ſine urgenti ratione affirmatur, indéque veriſimilius eſt alium fuiſſe quempiam ex famulis ſeu miniſtris, qui Pontifici Caïphæ aſſiſtebant. Nam ſi Malchus fuiſſet, Joannes hoc loco expreſſiſſet, ſicut ſupra nominavit, quando Petrus eum percuſſit. Tam data opinione D.Chryſ. maximè apparet ſumma hominis ingratitudo, & nequitia, nã beneficii immemor pro gratiarum actione alapam intulit, & inſigni beneficio inſigni contumelia reſpondit. Et cur non objicit ei, unus è diſcipulis tuis abſcidit mihi auriculam? At hoc non dixit, nę reſtitutæ auriculæ miraculum innoteſceret, vel quia ſuperbus erubeſcat ſe percuſſum dicere, vel ne in benefactorem inſurgens ſuam ingratitudinem declararet.

27. D.Cyrill. Joan.7.

Ut aliquis ſe purget à crimine magna audet perpetrare.

Reſpondet primo D.Cyrillus lib.11.c.46. aliquando Joan.7. n.46. Miſerunt Pontifices miniſtros ut caperent Jeſum, qui cum audiſſent Jeſum reverſi ſunt pleni admiratione dicẽtes, quod *nunquam homo ſic locutus eſt*, cum ergo Chriſtus dixiſſet, quod illi, qui eum audierunt, teſtimoniũ perhibeant de ejus doctrina, ne Pontifices ſuſpicarẽtur, quod iſte miniſter erat animo propenſus in Chriſtum, ut fuerunt alii miniſtri, de quo Joan. ſupra; inde eum alapa percuſſit. Sic ait citat. Cyrill. *Idcirco ne de animo ſuo, benevolentiáque in eum* (ſcilicet Chriſtum) *ſuſpicati eſſent principes, cum aliàs, quia Chriſtum laudaſſent, fuiſſent reprehenſi, alapa Chriſtum unus eorum cædit.* Ut quis de aliqua ſuſpicione ſe purget, gravia crimina audet perpetrare, hæc tamen quæ D. Cyrillus in hac ſententia ſupponit, valdè incerta ſunt.

28. D.Cyril.

Secundò. Idem. D. Cyrill. citato loco ſic ait: *Dedecorati peccato fuimus, quam notam injuſtum Chriſti deterſit dedecus. Ipſe enim peccata noſtra tollit & pro nobis laborat. Nam quemadmodum mors ſua mortem noſtram deſtruxit, ſimiliter arbitror præ. varicationis noſtræ dedecus alapa Chriſto inflicta deletum fuiſſe.* Hominum facies per peccatum maximè dedecorata, ac ignominia affecta eſt, ita ut aperta facie, homines non auderent apparere, ſed tantum obvelabat. Iuxta illud Pſalm.43.n.16. *Tota die vereeundia mea contra me eſt, & confuſio faciei meæ cooperuit me.* Hinc Chriſtus Dominus tantum dedecus publicam nempe alapam in facie ſua voluit ſuſcipere, ut ſicut morte ſua mortem noſtram deſtruxit, ſic injuſto dedecore, ac ignominia ſua noſtrum dedecus, ac injuriam extingueret, ac deleret.

Pſalm.43. *Chriſtus ſua injuria noſtrum dedecus voluit auferre.*

29. Tertiò. In præſidis Pilati domo cum in multis accuſaretur Ieſus, non eum colaphis cædunt, nec aliquam injuriam in eum inferunt; at vero in Pontificis palatio unus miniſtrorum dedit alapam Jeſu ſupra quam injuriam ipſe maximè doluit, coram præſide Pilato? cum Chriſtus à circunſtantibus accuſaretur tacuit. *Non reſpondit ei ad ullum verbum, ita ut miraretur præſes vehementer.* Matth.27.num.14. At vero coram Pontifice voluit ſe ipſum juſtificare probitatémq; ſuæ doctrinæ declarare, *ego palam locutus ſum mundo* &c. Cum Chriſtus accuſatur, & tacet, diſſimulant iniquitatis miniſtri. At verò cum Dominus ſuam eximiam innocentiam ab omni criminis ſuſpicio. ne alienam oſtendit, ſtatim alapis cæditur; hoc pro certo habe, quod ſi coram iniquis te volueris juſtificare, tuámque probitatem manifeſtare, præpara ad ignominiam ac alapas faciem, diſponéq; animum ad omnia opprobria ſuſtinenda Cum Chriſtus Dominus dixiſſet. *Quis ex vobis arguet me de peccato.* Statim Judæi currunt, *& tulerunt lapides ut jacerent in eum* Joan 8.n.59.

Matth. 27. *Qui ſe juſtificat, præparet faciem ad alapas.* Joan.8.

30. Rupert.

Pro votis principum nil detractant ſervi.

Quartò. Ruper. l 13. in Joan Dedit alapam Ieſu. *Ecce, ait, iſte fortis percuſſor & mollis adulator,* &c Et poſtea ſubdit. *Verè inſanus, & pro Domino ſuo Pontifice, ut ſuam illi cuſtodiam commendaret, non fortiter ſed ſtulte zelatus.* Unde hortum habuit tam crudelis audacia in hoc miniſtro. ſciebat ille quod principes Ieroſolymitani in magno odio Chriſtum habebant, inde credidit, quod tanta injuria illa in Dominum maximè Pontifici, ac principibus placeret, & ideo ut eorum voluntati adularetur tam immanè ſcelus non recuſat, ſed audenter illud perpetrat, *ut ſuam illi cuſtodiam commendaret; non fortiter, ſed ſtulte zelatus.*

31. 3. Reg. 22.

Principum votis accõmodantur adulatores. Abulenſ.

Ardet Achabus furore urbis rapiendæ; quam Syrus occupaverat; idque exponit apud aulæ principes dicens *An ignoratis quod noſtra ſit Ramoth.* 3.Reg.22.n.3. Ne tamen ſine conſilio res tentaretur, evocantur ab Achabo in aulam Baal ſacerdotes, à quibus reſponſum eſt illud num 6. *Aſcende, & dabit eam Dominus in manu regis,* Conſtat ſacerdotes iniquo dolo, vel ſaltem animo dubio mentitos fuiſſe: & cur in re tam gravi, in qua omnium vita in diſcrimine ponebatur, ſic inconſideratè loquuntur, ut regem decipiant, ut patet ex textu Agnoverunt regis voluntatem inclinatam ideo non audent aſſentatores quidquã proferre, quod ad Achabi ſenſum non faciat, proindèque bona etiam dubio animo ut certa decantant. Abulenſ. q.8. *Mali Prophetæ erant adulatores, ideo cum ſcirent, quod rex deſideraret ire in Ramoth prænunciaverunt, quod bonum erat ire.* Pro his vide multa tam in hoc tomo, quam ſuperioribus. Verb. *Adulatio.*

QUÆSTIO IV.

Quam mira, & crudelis fuerit hominis impudentia, ad cujus intuitum omnes creaturæ obſtupuerunt?

32. D.Chryſoſt.

IMmanitatem, ac crudelitatem hujus miniſtri, qui alapam dedit Ieſu admirans D. Chryſoſt. hom 82. exclamat. *Quia hoc impudentius? Exhorreſcat cælum, contremiſcat terra de Chriſti patientia, & ſervorum impudentia.* In percuſſione, & offenſione Domini faciei, quis non obſtupeſcat? Et quis præ ſtupore non maneat elinguis. Merito de hoc ſic dicebat D. Ephrem ſerm. 1. de Paſſione. *Contremuerunt, ait, cæli, fundamenta orbis terræ concuſſa ſunt, expaverunt Angeli omnes, atque Archangeli Gabriel, & Michaël facies ſuas alis contexerunt, Cherubim trementia ſub rotis ſe abdiderunt, Seraphim illa hora alas ad invicem colliſiſſe viſa ſunt, cum daret miniſter iniquitatis alapam Domino majeſtatis.*

D. Ephrem. *Omnes creaturæ obſtupuerunt.*

Ait Iſai.52.num.14. *Sicut obſtupuerunt ſuper te multi: Sic inglorius erit inter viros aſpectus ejus,* 33. Iſai.52.

Et

& forma ejus inter filios h minum Iſte Aſperget gentes multas, & ſuper ipſum continebunt reges os ſuum quia quibus non eſt narratum de eo, viderunt

Vatablus.

Vatabl. ſic legit *Admirabundi obſtupueſant multi de eo quod aſpectus ejus deformior fuit, quam ullius viri, & forma ejus pluſquam filiorum hominum* Cum meus Jeſus ſic deformatus eſt, & facies ejus alapis injuriata apparuit, ſic tanta ignominia affecta eſt, *quod aſpectus ejus defomior fuit quam ullius viri, & forma ejus pluſquam filiorum hominum.* Innocentiſſimi Agni facies ſuper omnes filios hominum ignominia, ac injuria deformata eſt, quanto enim nobilior erat perſona tanto gravior fuit injuria; *ſuper ipſum reges continebunt os ſuum.* Omnes videntes in ſtuporem rapti ſunt, & præ admiratione tantæ ignominiæ tam reges, quam plebei non voluerunt nec unum verbum proferre. Divus Chryſoſtomus homil. 86. in Matth. *Iſaias*, ait, *prædixit omnem hanc contumeliam. Quemadmodum*, inquit, *obſtupeſcent ſuper eum multi, ſic inglorius erit inter viros aſpectus ejus, & forma tua inter filios hominum Quid enim illi contumeliæ poteſt exæquari? In faciem illam quam fluctus maris reveriti ſunt, quam ſol in cruce videndo radios occultant, ſpuebant, cædebant.*

Pro tanta ignominia ſic obſtupuerunt, ut non audeseſt loqui.

D. Chryſ.

34\. Deinde expende quod ait Prophera: *Super ipſum reges os ſuum continebunt, quia quibus non eſt narratum de eo viderunt.* Nonne narratum eſt de Chriſto, quod eſſet, flagellandus, ſpinis coronandus, clavis cruci affigendus, quomodo modò viderunt gentes quod non eſt narratum? De eo nempe quod facies ejus eſſet alapa deformanda tanta fuit ignominia tantuſque dolor ex hac injuria inter cætera tormenta, quod ad ejus conſiderationem omne os eſſet elingue, ac obmuteſceret, ut talia diceret, ac enarraret. Sed quomodo dicitur quod non eſt *narratum de eo.* Cum Iſai 50. num. 6. juxta Septuaginta dicat. *Dorſum meum dedi ad flagella, & genas meas ad alapas.* Verum eſt quod Propheta hoc prædixit, at vero quanta crudelitate ignominia, ac injuria in re ipſa alapa in Chriſtum fuerit inflicta nec dicit nec conſiderari, nec explicari poteſt *Quid enim illi contumeliæ poſſet exæquari.*

Alapa tanta injuria ut lingua non valeat enarrare.

Iſai. 50. Septuag.

35\. Valdè mirum eſt, quod cum Stephanus eſſet adductus, ac præſentatus coram judicibus, ut eum morti condemnarent ait Textus Actor. 6. n 15. *& intuentes eum omnes, qui ſedebant in Concilio, viderunt faciem ejus, quaſi faciem Angeli.* Et tamen tanti luminis claritatem non ſunt reveriti ſed potius in eum crudeliter irruerunt, de quo ultum admiratur Petrus Damianus ſerm. de S. Stephano *Mirum*, ait, *quia non revocabantur inſueti novitate miraculi: quod luminoſa Promartyris facies non refranat inſanos. Videbant inquit, faciem ejus, tanquam vultum Angeli ſtantis inter illos.* Hoc valdè mirabile erat, & inauditum maximè indicans hominum amentiam, qui intuentes Angelicam Stephani faciem ab ejus offenſione non deſiſtebant, quanto major, ac mirabilior oſtenditur iſtius hominis inſania, qui intuens divinam Chriſti Domini faciem non eſt reveritus, ſed potius alapis illam audet turpare.

Actor. 6.

Daniel. 13.

Quanta hujus miniſtri inſania.

36\. Crudeles, & impii fuerunt Chriſti hoſtes de quibus ſcribit D. Lucas 22. n 64. *Et velaverunt eum, & percutiebant faciem ejus*, Metuebant ſanè, & expaveſcebant faciem quam alapis deformabant. Beda apud Divum Thomam. *Velaverunt autem eum, ut faciem ejus à ſe ipſis abſcondant.*

Luc. 22.

Beda,

Ab iniquis etiam facies Domini reverentia habetur.

At iſte turpis, & impudicus ſervus ſic ſua malitia obcæcatus erat, ut aperta facie in Dominum audeat irruere.

QUÆSTIO I.

Quam crudelis, ignominioſa, ac dolori fera fuerit alapa inflicta Ieſu?

MAteria hujus quæſtionis ex quadruplici capite poteſt conſiderari. Primò, ex gravitate percuſſionis. Secundò, ex magnitudine injuriæ. Tertiò; ex ingenti inimicorum gaudio. Quartò, ex magno Chriſti dolore, quæ omnia per ſingula capita ſunt diſcutienda. 37.

Primò, ex gravitate percuſſionis. Teſtatur Iſidorus de Inſolanis in vita Beatæ Veronicæ lib. 4. cap. 15. *Aſſeruit Veronica virum, qui in faciem percuſſit Chriſtum, manum habuiſſe teſtam chirotheca ferrea. fuiſſeque percuſſionem ſæviorem, ita ut ſanguis ſtillaret deſcenderétque in barbam, ac collum Salvatoris.* Graviſſima fuit Dominicæ maxillæ ex alapa verberatio ita ut per totam domum inſonuerit, & veſtigalia ejus in Jeſu facie impreſſa remanſerint, & ex ejus vi in terram Salvator proſtratus fuerit, armata denique manu impacta eſt adeo validè, ut ſanguis ex naribus, ore, & oculis proſilet uſque in barbam, ac Salvatoris collum Ita contemplatur Servius, & olii 38.

D Veronic.

Quanta crudelitate alapa fuerit inflicta.

Servius.

Michæas Propheta, qui in figura hujus rei percuſſus fuit in Maxilla 3. Reg. 22. n. 24. ſic de hac alapa Chriſti, ut interpretatur Gloſſa ordinaria, vaticinatur cap 5. n. 1. *In virga percutient maxillam judicis Iſrael.* Non ait quod verberabunt faciem manu, ſed virga tam crudeliter alapa inflicta eſt, ac ſi non manu, ſed virga, ferrea eſſet data. Ut meditatur Noſter D. Cyrill. ad citat Prophetam. *Percutient*, ait, *ipſum in maxilla non manibus cadentes quæ parcius verberant, ſed virgis conterentes, & verberantes valide.* 39.

2. Reg. 22. Michæas. 5.

Non manu ſed virga.

D. Cyrill.

Secundò, ex magnitudine injuriæ. Iterum redeat proximè citatus locus Micheæ. *In virga percutient maxillam judicis Iſraël.* Hoc vaticinatur Propheta de vero Judice Iſraël Jeſu patiente & ait quod percutiendus eſſet in maxilla, cur non potius de flagellis, clavis, ſpinea corona mentionem facit, ſed apertè de ſola percuſſione maxillæ verba habet? Equidem in ſola alapa data tota paſſionis, ac tormentorum congeries totáque dolorum acerbitas, ac injuriarum gravitas denotabatur, ſi enim in conſpectu Principum, ac tot nobilium, & ſeniorum, ac plebeiorum illuſtriſſimo viro alapa ignominioſè infligitur, nullum ſanè jam ſupereſt rigidius malum. Rupertus ibi. *Per ancillæ percutionem*, ait, *totam ejus ſignificat paſſionem Pulchre nimirum: quid paſſionis ejus hoc fuit initium, quod unus aſſiſtens miniſtrorum dedit illi alapam dicens ſic reſpondes Pontifici?* Expende illud, *totum ejus ſignificat paſſionem.* 40.

In alapa totius paſſionis ac omnium tormentorum congeries denotetur.

Rupert.

Ait Job. 16. n. 11. *Exprobrantes percuſſerunt maxillam meam, ſatiati ſunt pœnis meis.* Hoc tantum dicit, quod exprobrantes fecerunt in eum quod nempe percuſſerunt maxillam ejus, & ſtatim ſubjungitur. *Satiati ſunt pœnis meis.* Ac ſi in una 41.

Job. 16.

In maxilla percuſſione ſatiata eſt crudelitas inimicorum

una maxillæ percuſſione omnia pœnarum genera conſtituerentur, ita ut inimici non haberent quid ampliùs appeterent, nec quid ultra adderent, & ipſe patiens jam non inveniat quid amplius ſuſtineat, ut inde dicat Jerem Thren.3.n.30 *Dabit percutienti ſe maxillam ſaturabitur opprobriis*. Cum dicit ſaturitatem, aviditatem denotat, ut ait D.Paſchaſ.ibi. *Omnis ſaturitas ex aviditate ſumendi naſcitur.* In una maxillæ percuſſione tanta opprobriorum congeries intelligitur, quanta illorum avidiſſimum animum potuerit ſaturare, cum meus Jeſus penderet in cruce dixit *ſitio*, alia nempe tormenta, at in una maxillæ percuſſione *ſaturabitur opprobriis* Vir enim ingenuus, & nobilis in facie percutitur, ibi omnia tormenta in eum irruere credit. Ad illud Matth.26 n.67. *Tunc expuerunt in faciem ejus, & colaphis eum ceciderunt, alii autem palmas in faciem ejus dederunt.* Sic ait Divus Hilarius: *In palmis vero, atque ſputis ad conſummandam hominis humilitatem univerſa in eum contumeliarum genera exercebantur.*

Thren.3. D Paſchaſ. *Alapa ſatiatus eſt Chriſtus opprobriis.* Matth.26. D.Hilar.

42. Tertiò ex ingenti inimicorum gaudio. Ignominioſa alapa irrogata in Jeſum tam plauſibilis fuit circunſtantibus, ut quodammodo feſtum agerent quod meditatur Salmeiron.1.3.tract.10 de Paſſione *Alapa habuit*, ait, *aliam circunſtantiam: quia inſonuit per totam aulam, cum fortiter fuiſſet impreſſa, & ob riſum, & gaudium quod tunc Pontifici, & judæis aſſiſtentibus concitavit, qui omnes tantæ contumeliæ irrogatione oblectati ſunt.* Et ſi omnes admirati ſunt de tam ingenti, & gravi opprobrio, tamen omnes perfuſi ſunt ingenti lætitia, & maximè exultaverunt utpote de pœnis Domini feſtum, ac gaudium habentes, ex quo maximè accreſcit dolor ac triſtitia viri ingenui; unde in Chriſti perſona dicebat David Pſalm.34. num 14. *Quaſi lugens, & contriſtatus humiliabar, & adverſum me lætati ſunt.* Ex Hebræo ſic legitur: *Cum ego autem attritus eſſem, mœrore triſtit a, tenebroſitate indutum feſtive lætati ſunt, & congregati ſunt.* Quiſnam major dolor, quam quod ejus injuria, ac contumeliæ eſſent Judæis oblectamentum, ac feſtivum gaudium. Unde ait D.Chryſoſt hom 89. in Matth. *Quamobrem hæc faciebant, Cum occiſuri eum eſſent? Crudeles eorum mores in omnibus oſtendentes, qui quaſi venatores, feræ inventa ſic violentia, & furore ferebantur, ſolemnitatem habere cupientes & ingenti cum voluptate inſilientes.* Expende illud: *ſolemnitatem habere cupientes.*

Salmeiron. *Inde alapa grandis contumelia, quia gaudiũ fuit Judæis.* Pſalm.34. Hebræus. D.Chryſ.

43. Quartò. Ex ingenti dolore, qui ex alapa fuit in Chriſto. Ait Iſai 50.num.6. *Corpus meum dedi percutientibus & genas meas vellentibus: faciem meam non averti ab increpantibus* Septuaginta transferunt *Dorſum meum dedi in flagella: & genas meas, ſive malas meas ad alapas faciem meam non averti à confuſione.* Expende quod cum dicat. *Genas meas ad alapas.* Statim adjungit *faciem meã non averti à confuſione.* Idem enim fuit quod maxillas ſuas daret ad alapas, ac quod in facie ſua eſſet quædam confuſio inexhauſta, & innumerabilis dolorum, ignominiarum, ac injuriarũ.

Quantus dolor ex alapa Iſai.50. Septuag.

44. Ait Chriſtus D diſcipulis ſuis Matth.20. n.18. *Ecce aſcendimus Jeroſolymam, & filius hominis traditur principibus ſacerdotum, & ſcribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum.* Valdè mirum eſt quod exprimit Dominus illuſiones, flagella, & crucem, nil verò dicit de alapis, cum tamen Propheta expreſſiſſimè de alapis loquatur. Cur Jeſus de illis nec verbum dicit, ſed potius vult ſilentio involvere P.Didacus de Baëça t.6.de Chriſto figurato l 15.c.1 § 3. *Oſtendebat*, ait, *tantam eſſe alapæ ignominiam, tamque ſibi acerbam, ut minus detractaret in cruce, quam inter alapas videri.* Sic erat illi duci, & arcis, ignominia ex alapis, ut potius vellet videri, & agnoſci in cruce & flagellis, quam inter alapas.

Matth.20. *Dolor ex alapa major inter omnes.* Baëça.

QUÆSTIO VI.

Maximè miranda Jeſu patientia inter alapas.

45. Iterum huc veniat D. Chryſoſt. ſupra datus hom.82 *Exhorreſcat cælum, contremiſcat terra de Chriſti patientia, & ſervorum impudentia.* Imo tantam Domini patientiam inter injurias magnum miraculum appellat D. Ephrem. ſerm. de Paſſione Domini *Grande miraculum*, ait, *fratres ſtuporis pleniſſimum eſt, cernere Chriſti Regis, ac Domini noſtri manſuetudinem. Palma caſus à ſervo, rationabiliter, prudentérque reſpondit, cum omni manſuetudine, ac reverentia; ſervus furit, Dominus patitur. Iraſcitur ſervus, Dominus in ſua benignitate perſiſtit. Indignationis aculeos, rixámque tumultuantis animi, iræ maximè quis continet?*

D. Chryſ. S.Ephrem. *Chriſti patientia grande miraculum.*

46. Unde D.Auguſt tract.113. in Joan. admiratur de Chriſti patientia ſuſtinentis alapam, & non percutientis miniſtrum; ſic ait: *Si cogitemus, quis acceperit alapam nonne vellemus eum, qui percuſſit, aut cœleſti igne conſumi, aut terra dehiſcente ſorberi aut correptum dæmonio volutari, aut aliqua hujuſmodi qualibet pœna, vel etiam graviori puniri? Quid enim horum per potentiam jubere non potuiſſet, per quem factus eſt mundus, niſi pati nos docere voluiſſet, qua vincitur?* Ex quo maximè nos exhortatur ad patientiam. D.Athanaſ de Paſſion.Domini. *Tu homo*, ait, *non ſuſtinens ab homine tecum ejuſdem naturæ contumeliis affici, imitare Dominum tuum. Si enim ille, cum Deus eſſet, toleravit pro te ab homine peccatore colaphis cædi; & tu indignaris, quod hoſtis tibi convitium dicit, & paras ultionem*

D. Auguſt. *Ex ſumma Chriſti potentia inſtruimur patientia.* D. Athanaſ.

47. *Pontifex ergo interrogavit Jeſum de diſcipulis ſuis, ac de doctrina ejus.* Et tamen ſolum Dominus exhibet reſponſum de doctrina, nil vero dicit de diſcipulis. Prævidebat Dominus quod horribilis alapa erat ei infligenda, ac proinde tantæ injuriæ patientia ſatis reſpondebat ad mores diſcipulorum. Ac ſi diceret Dominus, vis ſcire quales ſint diſcipuli mei, ex tanti opprobrii ſufferentia agnoſce, qui enim talem magiſtrum ſequuntur, ejúſque actiones imitantur; nec enim verbis tam efficaciter potuit eorum probitatem exprimere, ac hoc admirabili patientiæ ſuæ exemplo oſtendit.

Joan. 18. *Probitas diſcipulorum ex Chriſti Patientia oſtenditur.*

48. Intendens Jeremias nobis proponere inenarrabilem Chriſti patientiam, ac bonitatem, ſic ait. Thren.3 num.27.28. *Bonum eſt viro cum portaverit jugum ab adoleſcentia ſua, ſedebit ſolitarius, & tacebit, quia levavit ſe ſuper ſe.* Vir ſanè ab incunabilis dolorum, ac ſciens infirmitatem noſtram, *levavit ſe ſuper ſe.* Et in quo tanta erit ejus ſublimitas, quia non ſolum levavit ſe ſuper alios, ſed etiam ſupra ſe ipſum ſubdi t Propheta *Dabit percutienti ſe maxillam.* Inde dixit *levavit ſe*

Thren.3.

Rabban, Rupert. Lyran, Hugo.

ſe ſupra ſe? Juxta ſententiam Rabbani, Rupert. Lyrani, Hugonis, Unigenitus Dei filius apparuit, factus Homo, dum ergo dedit percutienti ſe maxillam, elevavit ſe ſuper omnê humanam conditionem, ſupraque omnem humanam naturam quâ indutus apparuit. Accipe Rupertum. *Quam bonus eſt ait, qui cum in forma Dei eſſet propter nos accepit formam ſervi, atque poſt gloriam claritatis quam habuit apud Deum, ſaturatus eſt opprobriis dans percutienti ſe maxillam.* Hinc Job Chriſti perſonam repræſentans, poſtquam illuſtriſſimæ ſuæ perfectionis præſtitit multa documenta quaſi tanquam illius ſupremum apicem adjecit *Exprobrantes percuſſerunt maxillam meam.* Job. 16 num. 11.

Alapam patienter pati ſupra naturam humanam.

Job. 16.

QUÆSTIO VII.

Quare miniſtro pecutienti reſpondet Chriſtus, & cum tanta modeſtia?

49. Vaticinatum erat de Chriſto D. ab Iſaia 53. n 7. *Quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum.* Tamen Dominus hic loquitur, & reſpondet iniquo miniſtro. *Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo,* &c Cur ergo manſuetus Agnus, hic loquitur?

50. *Sacerdos in reverentia habendus.*

Reſpondetur primo communi, & vulgari ſententia, quod reſpondere voluit Dominus ne fateri videretur crimen objectum irreverentiæ adverſus Pontificem, cui magnus honor debetur cuique magnum honorem impendi volebat Eleganter dixit D. Auguſt tract. 116. in Ioan. *Ubi non reſpondebat, ſicut ovis ſilebat: ubi reſpondebat ſicut paſtor docebat.* Ac proinde reſpondebat docens, ut denotaret quanta reverentia habenda eſſet Pontifici, ac ſacerdoti, ratione officii, ac dignitatis.

D. Auguſt.

51. D. Cyprian. Circa hanc Domini modeſtiam, & reverentiam erga Pontificem venuſtè ait D. Cyprian. Epiſt. 53. *Cum tempore paſſionis alapam accepiſſet à ſervo ſacerdotis; cumque ei dixiſſet; ſic reſpondes Pontifici, Adverſus Pontificem Dominus contumelioſum nil dixit, nec quidquam de ſacerdoris honore detraxit* Dicit iniquus miniſter *ſic reſpondes Pontifici?* Non contradixit Dominus, nec apicem abſtulit à titulo ſacerdotalis dignitatis, poterat quidem dicere non Pontifex, ſed ſacrilegus eſt, percuſſor fuit, ac latro, ab iis tamen abſtinuit, & paſſus eſt vocari illum ſacerdotem, ut ſuus illi ſervaretur honor; hunc Jeſu ſpiritum ebibit Paulus, nam cum accuſaretur, quod maledictum jactaſſet in ſummum ſacerdotem vocans illum parietem dealbatum: ſtatim ſe excuſat dicens. *Neſciebam fratres, quia Pontifex eſt Scriptum eſt enim prin ipem populi tui non maledices.* Actor. 23 num. 5. Vocat Pontificem cum jam illius pontificatus eſſet extinctus, & ipſe eſſet vas totius iniquitatis. Sic ait citat. D. Cyprian. *Quamvis Domino jam crucifixo, ſacrilegi, impii, & cruenti illi eſſe cœpiſſent, nec jam quicquam de ſacerdotali honore, & auctoritate retinerent, tamen ipſum quamvis inane nomen, & umbram quandam ſacerdotis cogitans Paulus, neſciebam, inquit fratres,* &c. Docemur, quod iniquo etiam ſacerdoti honor deferendus ſit.

Iniquo etiā Sacerdoti honor deferendus eſt.

Actor. 23.

D. Cyprian.

52. D. Auguſt. Secundò. Merito quærit D. Auguſt. tract. 113. Cur Dominus *non fecit quod ipſe præcepit.* Præcepit percutienti non reſpondere, ſed alteram maxillam illi præbere. Cur ergo non tacet, ſed modo hic reſpondet *Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe,* &c. Cur ergo non potius; tacet nam verba ſæpe patientiam devenuſtant, nobilior enim toletantiæ teſtis eſt ſilentium & impatientis index eſt temporis allocutio? Sanct. Doctor. *Quanto ergo melius,* ait, *& reſpondet vere placatus & ad perferenda graviora tranquillo animo fuit paratus.* Non enim tanti faciendum eſt frænum ponere ori in graviori injuria, & ſilentio paſſionem refrænare, quam graviter offenſum verba moderari, & modeſtis verbis in acerba injuria reſpondere; grandis enim patientiæ index eſt inter opprobria tacere, at illis laceſſitus pacatè, & tranquillè loqui hoc totius patientiæ ſummum faſtigium, ac apex eſt.

Summa patientia inter injurias pacatè reſpondere.

Tertiò. Simon Caſſian. lib. 13. *Perfectum eſt* ait, *in virtutibus ei, qui te percutit inferre verba ſalutis. In id tendebat Salvator qui vult omnes homines ſalvos fieri, ut hunc male miniſtrantem in miniſterium ſupernæ vitæ converteret.* Reſpondit Ieſus, non ut de proprio vulnere conquereretur, ſed de vulneratoris exitio, ac ſi plus ex percutientis incommodo, quam ex proprio vulnere ſauciaretur, & inde reſpondet, ut miniſtrum admoneat, eumque ad meliorem frugem, ac viam reducat? *Ut hunc male miniſtrantem in miniſterium ſupernæ vitæ convertat.* 53.

Simon. Caſ. *Magis dolet Dominus de exitio percuſſoris, quā de proprio vulnere.*

Quartò. Quid eſt quod Dominus tacet ad illuſiones, ac flagella, coronam ſpineam, ac cætera tormenta, modo vero ad alapam reſpondet? Philo Carpat in cap. 5 num. 13. ait, *quod genæ Chriſti martires ſunt Eccleſiæ.* Secundum miniſterium quod quilibet Chriſtianus exercet in Eccleſia talem locum ſibi vendicat in corpore Chriſti myſtico, Martyres ergo, inquit Carpat. ſunt maxillæ; ex quo bene intelligitur, cum tunc Chriſtus maxime doleat, ac conqueratur, quando nempe ei percutiuntur maxillæ, hoc eſt, Martyres quando pro eo patiuntur, ad hoc enim eum impellit eximius ejus amor, vehemenſque ejus caritas, ut de ſuis pœnis, ac tormentis obliviſcatur ſolumque de noſtris recordetur eorumque acutiſſimo dolore penetretur. 54.

Philo Carp.

Chriſtus plus ſentit ſuorum quā ſuas injurias.

In ultima die judicii vocans Chriſtus D. ſuos electos ad beatitudinem dicit illis: *Eſurivi & dediſtis mihi manducare, ſitivi; & dediſtis mihi bibere, nudus eram & cooperuiſtis me.* Matth. 25, n. 35. Peracutè D. Petrus Chriſolog ſerm. 14. hunc expendit modum dicendi. *Dixiſſe ſuffecerat,* ait, *dediſti mihi potum: ſed præmittit, eſurivi, ſitivi* Videbatur, quod ſatis erat Chriſtum dixiſſe, mihi dediſtis potum, vel cibum. Sed ultra addidit. Eſurivi, ſitivi. Mendicus *Eſurivit, ac ſitivit* Cur ergo Chriſtus? reſpondet S Doctor *Præmittit, Eſurivi, ſitivi, quia parvus fuiſſet amor pauperis, quod pauperem ſuſcepiſſet niſi & paſſione, pauperis ſuſcepiſſet Verus amor eſt feciſſe ſuas anguſtiati anguſtias* Ait Chriſtus, quod ipſe in paupere habuerit famem, ſitim, ac nuditatem paſſus ſit, ut aperte cognoſcatur ejus flagrans caritas, ac amoris æſtus, quod ita noſtris neceſſitatibus, ac anguſtiis afficitur, ut videatur quod ipſe magis eas patiatur, quam noſmetipſi & quod magis ipſe, quam noſmet eorum dolore teneatur. Inde non dixit, eſurivit, vel ſitivit mendicus, ſed in propria perſona, Eſurivi, & ſitivi. *Verus amor eſt feciſſe ſuas anguſtiati, anguſtias.* 55.

Matth. 25. Chryſolog.

Chriſtus ſuorum anguſtias ut proprias habet.

In Chriſti perſona ait Ieremias, Thren. 3. n 3. 56.

In Thren. 3.

In me vertit,& convertit manum ſuam tota die,& contrivit oſſa mea. Et quando oſſa Chriſti contrita fuerunt. Cùm Joannes dicat 19. num 33. *Ad* Joan. 19. *Jeſum autem cùm veniſſent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura.* Et ſtatim num. 36 *Ut ſcriptura impleretur, os non comminuetis ex eo.* Quomodo ergo Propheta in Spiritu in Chriſti perſona ait, quod Pater contrivit oſſa mea, D. Paſchaſ. D.Paſchaſ.lib.3.in Thren *Contrivit oſſa mea, quando in paſſione Chriſti etiam ipſi Apoſtoli contriti ſunt,& pavore mortis fugati, quando Chriſtus in realitate* patiebatur flagella, ſpineam coronam, crucem, clavos, ejus oſſa non ſunt comminuta; at vero quando in paſſione Apoſtoli metu ſunt fugati, afflicti ac contriti, tunc tantus, ac tam vehemens fuit Chriſti dolor, ac ſi omnia oſſa ejus eſſent contrita, in paſſione ſui corporis oſſa non dicuntur confracta, maximè verò præ dolore, quando ſui ſunt contribulati, ac vexati.

Chriſtus pius dolebat ſuper ſuorũ afflictionem, quam ſuper ſua tormenta.

QUÆSTIO VIII.

Quare Dominus percutienti non præbuit alteram maxillam?

57. *Ratio difficultatis.* Matth. 9. D. Auguſt. CONſilium Chriſti D eſt Matth. 5. num. 39. *Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram.* Ex quo merito dubitat D. Aug. tract. 113. in Joan. Cur Dominus non fecit quod ipſe præcepit, ut alteram maxillam præberet. Hanc quæſtionem jam tractavi tom. 2. c. 13. quæſt. 12. Videnda ibi dicta. Deinde

58. Reſpondet. Primo, citat. Auguſt Illud conſilium non eſſe ad litteram intelligendum, ut præbeamus alteram maxillam, ſed ut animo tranquillo injurias perferamus; parati potius alteram præbere maxillam, aliámque ſuſtinere injuriam, quam iram concipere, aut vindictam deſiderare. Et hoc modo perfectiſſime ſervavit Chriſtus, quod præceperat, unde ait citatus Aug. jam datus ſuperiori quæſt. num. 52. Chriſtum tunc non tacuiſſe ſed reſpondiſſe; cum multa manſuetudine ne videretur ob injuriam iratus, aut perturbatus, dum enim magna animi tranquillitate,& verborum manſuetudine loquutus eſt, ſatis oſtendit nihil eſſe interiùs perturbatum, aut iratum. Sic ait D. Auguſt. *Potius demonſtravit quod demonſtrandum fuit, ſua ſcilicet magna illa præcepta patientia, non oſtentatione corporis, ſed cordis facienda fieri enim poteſt, ut alteram maxillam viſibiliter præbeat homo,& iratus* ſcilicet interius, *ſit.*

Altera maxilla præbenda animi præparatione.

D. Auguſt.

59. D. Auguſt. Secundo. Idem D. Auguſt. citato loco. *Jeſum non ſolum,* ait, *alteram maxillam iterum percuſſuro, ſed totum corpus figendum præparaſſe in ligno.* Super abundantiſſimè Chriſtus Dominus ſuum dogma Matth. 5. citato loco adimplevit, percutienti non ſolum alteram maxillam præbuit, ſed etiam totum ſuum corpus ad crucem, & flagella.

Obtulit totum corpus.

60. Caſſian. Tertiò. Simon Caſſian. lib. 13. *Perfectum eſt,* ait, *in virtutibus ei, qui te percutit, inferre verba ſalutis,& cum odio te feriat, tu charitate conſtringas, ut quem patieris percuſſorem, correctum poſſis habere conſortem.* Perfectiſſime adimplevit Dominus ſuum mandatum, ut percutienti eum in maxilla, ipſe eum amplecteretur dextera caritatis manu, hoc eſt, ſumma charitate, ut ipſum corrigeret, ac emendaret; ait Dominus. *Si quis te percuſſerit in dextera maxillam præbe illi & alterã*

Percutienti, offerenda eſt dextera charitatis ad diligendum.

Matth. 5. D.Hieron. Matth. 5. num. 39. D. Hieron. expendit illud *alteram*; alteram nempe dexteram; ſic ait: *Percuſſa dextera noſtra non debemus ſiniſtram præbere, ſed alteram, hoc eſt, alteram dexteram.* percutienti dexteram maxillam præbeamus & ei alteram, manum nempe charitatis ad eum tenendum, ac amandum,& adjuvandum.

61. Ezechiel. 3. Pagnin. Ait Ezechiel. 3. num. 8. *Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum.* Pagninus ex Hebræo legit. *Ut adamante fortiorem dedi frontem.* Alii vertunt. *Ut ſilice fortiorem dedi frontem.* Adamas, ſilex percuſſa ignem emittit. D. Ambroſ. lib. 1. Offic. c. 21. D.Ambr. *ſi lapides terras, nonne ignis erumpit.* Facies percuſſa, duriſſima ſilex eſt, ut non commoveatur ira, vel odio, ignem tamen charitatis effundat, ut percutientem diligat, ac in viam ſalutis reducat.

Falſi teſtes.

Matth. 26. *n.* 59. Principes autem Sacerdotum, & omne conſilium quærebant falſum teſtimonium contra Jeſum, ut eum morti traderent.

Num. 60. Et non invenerunt, cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. Noviſſime autem venerunt duo falſi teſtes.

Num. 61. Et dixerunt. Hic dixit, poſſum deſtruere templum Dei, & poſt triduũ reædificare illud.

VERSIONES.

Syriac. n. 59. Principes autem Sacerdotum & ſeniores, omníſque ſynagoga quærebant adverſùs Jeſum teſtes, ut eum morti addicerent.

Vatablus. Seniores,& totum concilium.

Arias. Ut eum morte afficerent.

Syriacus. n. 60. Et non invenerunt,& venerunt multi teſtes falſi, poſtremo verò acceſſerunt duo.

Vatablus. Et non inveniebant: etiam cum multi falſi teſtes acceſſiſſent, non inveniebant.

Syriacus n. 61. Et inquiunt, Ipſe dixit: poſſum diſſolvere templum Dei, & triduo ædificare ipſum.

Arabicus. Et poſt tridunm conſtituere illud.

D. Chryſoſt. *homil.* 85. Iſte dixit: ſolvam templum hoc,& tribus diebus erigam ipſum.

ALTER TEXTUS.

Marc. 14. *n.* 55. Summi verò ſacerdotes, & omne concilium quærebant adverſùs Jeſum teſtimonium,

ut eum morti traderent, nec inveniebant.

Num. 56. Multi enim teſtimonium falſum dicebant adverſus eum; & convenientia teſtimonia non erant.

Num. 57. Et quidam ſurgentes falſum teſtimonium ferebant adverſus eum dicentes.

Num. 58. Quoniam nos audivimus eum dicentem: Ego diſſolvam templum hoc manu factum: & poſt triduum aliud non manu factum ædificabo.

Num. 59. Et non erat conveniens teſtimonium illorum.

EXPOSITIO IV.

62. PRincipes autem Sacerdotem, quorum primus, ac Pontifex cæteros ſuperabat auctoritate, & etiam impietate; Ad hunc enim ſpectabat inquirere de hæreſibus, novis ſectis, ac erroribus contra Religionem; *& omne concilium* quod erat principum Sacerdotum, ac ſeniorum, & concilium tenebrarum in noctis tenebris agebatur. *Quærebant falſum teſtimonium.* Judicum eſt falſa teſtimonia repellere; Hi verò iniqui judices falſa teſtimonia quærebant, ut ita innocentiſſimum Agnum morti traderent, cujus ſanctitas ac puritas omni populo nota erat, ideo homines cæci ſub noctis tenebris quærebant falſos teſtes, ut ſpeciem aliquam juris tali accuſationi obtenderent.

Concilium tenebrarum in nocte agebatur.

63. *Et non invenerunt* aliquod nempe teſtimonium falſum, quod eſſet ſufficiens, ut ſub aliqua juris ſpecie ipſum morti traderent. *Cum multi*, Syriac. *Etiam poſtquam multi*, tex. *Acceſſiſſent.* Vatabl. ex Græco reperit. *Non invenerunt*, quod multam habet emphaſim. *Non invenerunt*, Etiam poſtquam multi falſi teſtes acceſſiſſent. Non invenerunt, nam quæcumque hi teſtes proferebant, vel falſa erant, vel ſibi invicem contraria, vel impertinentia, ut propterea Chriſtus reus mortis haberetur. Origenes. *Falſa teſtimonia, ait tunc locum habent, quando cum colore aliquo proferuntur; adverſus Jeſum autem, nec color inveniebatur, poſſet adjuvare mendacia; adeo munda fuit vita Jeſu, & omnino irreprehenſibilis.*

Syriacus. Vatabl. Origen.

64. *Et dixerunt, Hic dixit.* Hi falſi teſtes dicuntur quia licet ex parte aliqua verum dixiſſent, Chriſti ſententiam referentes; tamen ex magna parte dicebant falſum, quia tam verba, quā ſenſum Chriſti depravabant, ut clarè oſtendam infra, quæſt. 11.

QUÆSTIO IX.

Quare tam anxij ſunt principes ſacerdotum ut falſum teſtimonium quærant contra Jeſum?

65. MUltum ſoliciti erant principes Sacerdotum pro quærendis falſis teſtibus; ſi ſanguinem Jeſu vehementer ſitiebant, ipſumque comprehenſum tenebant, cur abſolutè, & ſine teſtibus, ac tribunalis apparatu ipſum non occidant, Alto Dei judicio factum; ut inculpata, & irreprehenſibilis Chriſti vita & morum innocentia Deo digna in omnibus appareat. Cum nec malevolentia, nec invidia lynceis oculis malè perſpicax, & pejus audax in Chriſti ore, aut opere ſiniſtrum aliquid inveniret quod ambigendo notaret, aut ambiguum quaſi indubiè certum reprehenderet, quæ eſt puritatis meta, & innocentiæ hyperbole. Origenes homil. 35 jam datus in expoſitione. Sic pergit. *Quid maximam laudem exhibet Jeſu qui ſic omnia irreprehenſibiliter dixit & fecit, ut nullam veriſimilitudinem invenirent in eo reprehenſionis & mali multi aſtuti.* Tanta fuit Jeſu puritas, ut Judæorum aſtutia *nullam veriſimilitudinem reprehenſionis* in eo inveniret D. Paſchaſ. lib. 12. *Non invenerunt*, ait, *exitum, quomodo vel ipſum falſum teſtimonium colorarent, vel quodammodo fictè ſic proferrent, ut vel veriſimile haberi videretur.* Maligni in tanta puritate *non invenerunt exitum* ad ſua mendacia componenda cum in omnium oculis innocentiſſima eſſet Jeſu vita Cant. 5. n. 14 *Manus e jus tornatiles.* Interlin. *in nullo reprehenſibiles.* Quod iterum dicam ad limen quæſtionis ſequentis, dum expendam *Duo falſi teſtes*; duo & plures

Nulla aſtutia ac malevolentia potuit aliquid reprehenſibile in vita Jeſu invenire. Origen. D. Paſchaſ. Cant. 5. Interlin.

66. Secundò D. Chryſoſt. homil. 85. in Matth. *Nonnulla, ait, more judicis quærunt, ut habitum judicij atque figuram inſidiis prætexerent.* Victor. Antioc. in cap 14 Marc. *Inſidias ſuas*, ait, *tribunali ſchemate palliantes.* Totus Judæorum ſcopus, ac finis erat Chriſtum occidere, tamen ut ipſi perfidi Iudæi famæ ſuæ conſulerent, ne viderentur latrones, ac homicidæ, ſed æqui judices judicialem quandam formam intentant cum teſtibus ac tribunalis apparatu, hoc eſt enim facinoroſorum hominum ingenium, quod ſub virtutis prætextu, ac pietatis ſeu juſtitiæ larva gaudeant ſua perpetrare facinora; ſic ait D. Chryſoſtom. citatus, *Figura ibi duntaxat judicii erat, re autem ipſa latronum impetus.* Tribuno dixit adoleſcens quidam *Inſidiantur autem Paulo ex eis viri amplius quadraginta, qui ſe devoverunt, non manducare, neque bibere, donec interficiant eum.* Actor. 23. num. 21. Jejunij religionem præferebant, ut Paulum de vita tollerent, ac ſub virtutis ſpecie eum perſequebantur. D. Chriſoſt. homil. 49. in acta. *Ecce jejunium homicidij mater. Tales ſunt venandi artes Diaboli, qui prætextu pietatis laqueos tendit.*

D. Chryſoſt. Victor Antioch. *Iniquorum eſt ſub virtutis ſpecie aliquem perſequi.* D. Chryſoſt. Actor. 23. D. Chriſoſt.

67. Tertiò. Cur adverſus Chriſtum quærantur falſi teſtes, & cur non magis ſimpliciter perimitur ſine teſtibus, ac ſine forma judicii? Ut inde acerbior eſſet Chriſti cruciatus: acerbius eſt ipſa morte, quod te videas ſub falſis teſtibus perire, D. Ambroſ. in Pſalm 118 ſerm. 17. *Eſt tentatio ait & eſt calumnia: ſed tentatio levior, calumnia gravior: Eſt humana tentatio, quæ ferri poteſt? calumnia autem gravis eſt. Ideo Dominus, quæ ſunt graviora ſuſcepit, & calumniis appetitus ſilentium detulit triumphale.* Non ſolum duriſſimum mortis genus ſibi voluit Dominus, ſed etiam ut quid morte gravius elegit ſub falſis calumniis, ac teſtimoniis mori: *quæ ſunt graviora ſuſcepit, & calumniis appetitus, &c.*

Durius morte ſub falſis teſtibus mori. D. Ambroſ.

68. Ait Eccleſiaſticus cap. 26. n. 5. *A tribus timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit Delaturam civitatis, & collectionem populi, calumniam mendacem, ſuper mortem omnia graviora.* Tria numerat

Eccleſ. 26.

merat, quæ ſunt more graviora. *Delaturam civitatis.* Tigurina. *Proditionem civitatis*, quà à cive proditur, *Collectionem populi.* Tigurina. *Seditionem populi tumultuantis*, Calumniam mendacem explicat Cornelius, quando quis falſo per accuſatorem, ac teſtes damnatur. Tunc enim quod ipſe antecedenter dixerat, *non ſolum reus periit, ſed etiam in infamiam publicam, ac odium omnium civium incurrit.* Equidem calumnia falſa, ac mendax gravior ipſa morte, & acerbior eſt viris juſtis ac ſanctis.

Tigurin. Cornelius.

69 Ait Sapiens Proverb. 25. n. 28 *Jaculum, & gladius & ſagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum ſuum falſum teſtimonium.* Ex Græco legunt Pagninus Vatablus. *Ut malleus, & gladius, & ſagitta acuta.* Qui falſum teſtimonium dicit, non comparatur uni mortifero inſtrumento, ſed multiplici, ſcilicet malleo, gladio, ſagitæ, falſa enim calumnia non dolorem unius mortis infert ſed tanquam multiplici morte perturbat, penetrat, ac cruciat Caet. *Falſus teſtis aſſimilatur malleo, gladio, & ſagitta acuta, hoc eſt univerſo generi nocivorum ab homine. Per hæc enim omnes modi ſignificantur, quibus homo homini nocet.* Tria illa mortis inſtrumenta ponuntur ſub quibus omnia inſtrumenta intelliguntur, omnia enim mortifera procedunt à falſis teſtibus adverſus proximum ut ipſum interficiant, & perimant. *Per hæc enim omnes modi ſignificantur, quibus homo homini nocet*

Proverb. 25. Pagnin. Vatablus. Septuag. Cajetan. *Unus falſus teſtis omnia mortis genera cõtorquet in hominem.*

70 Ait Job. 19 n 1. *Uſquequo affligitis animam meam & atteritis me ſermonibus*? Septuaginta. *Uſquequo moleſtiam facitis animæ meæ & deſtruitis me verbis*? Græcus. *Quouſque feſſam facietis animam meã, & evertitis me verbis*? Omnium malorum congeries fuit in Job; omnium bonorum jactura, filiorum mors, ac afflictio omnium morborum, ac dolorum, quos patiebatur, & tamen minimè querebatur, ſed tantummodo cum mendoſa verba, quibus de peccato arguebatur in ſe jactata ab amicis audit, qui tam patienter omnia illa ſuſtinuit, cur ſi modo conqueritur? Durius enim erat illi unum falſum verbum contra ſuam innocentiam excipere, quam omnium bonorum jacturã, filiorum mortem, ac omnes dolores pati, nulla pœna acerbior, quam illa, quæ per falſa teſtimonia infligitur Origen. in Caten. Græca, *Job*, ait, *eſt athletarum fortiſſimus in cujus libro nihil ita eminet, ut ejus fortitudo, & patientia, labores tamen ſentit, quos ex duro ſermone hauriebat idcirco hiſloquitur verbis: Quamobrem ad corporis dolorem animi quoque moleſtiam adhibetis? Cur me magis verbis, quam dolore corpus conciditis*?

Job. 19. Septuag. Græcus. *Durum verbum falſum teſtimonium durius omni morte.* Origen.

QUÆSTIO X.

Quare contra evidentiſſimam puritatem Jeſu ſtant duo falſi teſtes?

71 DUo falſi teſtes convenerunt contra Jeſum, Lex enim erat Deut. 17. n. 6. *In ore duorum vel trium teſtium peribit, qui interficietur: nemo occidatur uno contra ſe dicente teſtimonium.* Et cum lex talis eſſet, duo tantum teſtes reperti ſunt. Origenes homil. 35. in Matth. *Sed neque tres teſtes erant: multis enim accedentibus teſtibus falſis vix inventi qui aliquid dicere viderentur.* Vix duo potuerunt inveniri, qui auderent aliquid adverſus Jeſum confingere. In quo maxima enituit laus immaculatæ Jeſu vitæ, quæ ſic ſuorum inimicorum ora oppilavit, cur tamen hi duo falſi teſtes tam impudici fuerunt, ut contra evidentiſſimam ſanctitatem conarentur aliquid proferre?

Deut. 17. Origen.

Reſpondet primò D. Iſidorus Hiſpalenſ. lib. 3. ſententiarum cap. 59. *Et ſi mendacium*, ait, *gratis dicitur; quanto magis ſi venale quæritur? neque enim deerit multiplex conventus falſorum ſi tantum præſentia ſit nummorum* Duo teſtes contra Jeſum inveniuntur, qui ut docent Maldonat. Franc. Luc. & alii à principibus ſacerdotum auro fuerunt ſubornati. Commune malum. *Neque enim deerit multiplex conventus falſorum, ſi tantum præſentia ſit nummorum.* Sic & milites cuſtodientes ſepulchrum, cum Chriſti reſurrectionem prædicarent pecunia fuerunt corrupti, ut dicerent, *quia diſcipuli ejus venerunt nocte, & furati ſunt eum nobis dormientibus: at illi accepta pecunia fecerunt, ut erant edocti.* Matth. 28. num. 13. Euthym. *Et ſi diſcipuli vicerunt pecunia, multo magis milites.* 72

D. Iſidor. Maldonat. Franc. Luc. *Ubi apparet pecunia, falſi teſtes non deſunt.* Matth. 28. Euthym.

Secundo Origenes citatus. *Adverſus Jeſum*, ait, *nec color inveniebatur, qui poſſet contra eum adjuvare mendacia, & hoc cum eſſent multi volentes gratiam tribuere Caiphæ & principibus Sacerdotũ & Scribis, & Senioribus & univerſo Concilio hoc ipſum audire deſiderant.* Expende illud. *Cum eſſent multi volentes gratiam trabuere Caiphæ, & Principibus, &c.* Valde frequens eſt hominum cupiditas Principibus placendi in eo quod ipſi deſiderant, ut ex hac cauſa nullum reſpuant facinus miraculoſe tamen de tanta Jeſu munditie, ac ſanctitate venit, quod illi, qui in teſtificando contra eum, curabant principibus placere, non aliquod inauditum de illo poſſent effingere mendacium. Nulli enim effingendo parcerent, ſi in eo gloriam Principibus facerent. 73

Origen. *Homines deſiderant placere principibus.*

Tertiò. Victor Antioch in c. 14. Marc. *Ut illorum concilium*, ait, *erat profanum, ut pote ex profanis, ſceleratis impoſtoribus conflatum: ita nihil non iſthic profanis turbis, & tumultibus erat plenum.* Non potuit ſceleratorum judicum conſilium non ſcatere mendacibus teſtibus: qui turmatim illò confluebant. Cum enim principes ſacerdotum, ac omnes conſiliarij eſſent iniqui, & peſſimi, peſſimos ac mendaces miniſtros, & teſtes ſecum habebant, & facile ad ſuum beneplacitum inveniebant. D. Paſch. lib. 12. in Matth. *Miſer populus*, ait, *cujus principes iniqui ſunt & quorum ſeniores perverſi, quia multi falſi teſtes in eorum nunquam deſunt conciliis Nam Princeps qui audit mendacia miniſtros habebit impios, quanto magis, & ſi quæſierit eos* Huc advoco illud Proverb. 29. n. 12. *Princeps, qui libenter audit verba mendacii omnes miniſtros habet impios.* Hebraicus *Dominator qui attendit ſuper verbis falſitatis omnes famulos habet impios* 74

Victor. Antioch. D. Paſchaſ. *Judices iniquit habent miniſtros, & teſtes iniquos & falſos.* Proverb. 29. Hebraic.

Ait Iſai. 5. n. 14. *Propterea dilatavit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque ullo termino, & deſcendent fortes ejus, & populus ejus, & ſublimes, glorioſique ejus ad eum.* Audis infernum præ devorandorum multitudine os ſuum vaſtiſſimum magis, ac magis aperientem, ac dilatantem Et unde tam ampla, ac lata erit hominum ruina? Ab uno nempe iniquo principe; omnes iniqui, ac peſſimi erunt. D. Cyrill. Alexandr. ſecutus Septuaginta, ubi nos habemus: *glorioſi ejus* legit *peſtes, ſive peſtilentes ejus.* Unus enim iniquus princeps idem eſt ac peſtis, ſeu peſtilens omnem populum dira contagione inficiens, ac enecans 75

Iſai. 5. D. Cyrill. Septuag. *Princeps iniquus peſtis Reipublicæ.*

D. Auguſt. Sic ait D. Auguſt. lib de paſtoribus. *Paſtorum eſt, ait, quod mali paſtores oves languentes, & infirmas & errantes, perditas non curant, ſed etiam fortes & pingues necant,*

76. De famoſiſſima meretrice illa Babylonica dicitur Apocal 18 num. 3 *Quia de ira fornicationis ejus biberunt omnes gentes, & reges terræ cum illa fornicati ſunt.* Unde fieri potuit, ut omnes gentes eſſent deceptæ, ut de vino fornicationis, ac deliciarum ejus biberent? Cauſam cenſet Rupertus eſſe, *quia cum illa reges terræ fornicati ſunt*, ac proinde laſcivia, & impudicitia principum excitativum extitit libidinum ſubditorum, cum in omni vitio principes fornicati eſſent cum illa, eandem viam inferiores ſunt ſecuti. Rupertus, *De ira fornicationis ejus*, ait, *biberũt omnes gentes quia terræ reges cũ illa fornicati ſunt, cauſæ sũma totum fornicationis opprobrium regibus imputatur*

Principum luxuria incitativum ſubditorum.
Rupert.

77. Ex quo ait Regius vates Pſalm. 124. n. 3. *Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem juſtorum.* Per virgam peccatorum intelligitur poteſtas, ac dominium; & ſenſus eſt, minimè patietur Dominus terram, in qua juſti, & ſancti degunt, iniquorum hominum imperio regi ac gubernari. Sed quare? explicat, ipſe Propheta. *Ut non extendant juſti ad impietatem manus ſuas*, timebat, quod regnante impio, etiã juſti prævaricarentur, multiſque iniquitatibus implicarentur. *Ne extendant juſti ad impietatem manus ſuas* Impietas Regis ſic excitativa eſt ad impietatem ut etiam ipſis ſanctis objecta, eos ruere faciat. D. Iſidorus lib. 3. ſententiarum c. 50. *Ideo* ait, *principem oportet non delinquere, ne formam peccandi faciat peccati ejus impunita licentia, nam Rex, qui ruit in vitia, cito viam oſtendit erroris.*

Pſal. 124.

Sub malo principe etiam juſti periclitantur.
D. Iſidor.

QUÆSTIO XI.

Quare teſtes referentes Chriſti dictum, circa templum corporis, dicantur falſi, cùm videantur ex aliqua parte recitare verba, quæ Chriſtus dixit?

78. Chriſtus D. loquens Joan. 2. n. 19. ait illis: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Circa quam ſententiam varias difficultates tractavi, ac reſolvi tom. 2. cap. 2. quæſt. 17. 18. 19. 20 hujus ſententiæ quodammodo memores teſtes dixerunt. *Hic dixit: Poſſum deſtruere templum Dei, & poſt triduum reædificare illud.* Seu ut refert D. Marcus *Nos audivimus eum dicentem: ego diſſolvam templum hoc manufactum, & poſt triduum, aliud non manufactum ædificabo.* Quomodo ergo ab Evangeliſtis Matthæo, & Marco dicuntur falſi teſtes; cum aliquo modo videantur adhærere verbis quæ Chriſtus dixerat?

Joan. 2.

Difficultas quæſtionis.

79. Meritò tamen dicuntur falſi teſtes, quia verba mendosè retulerunt, & Chriſti ſenſum omnino depravabant, ut docent D. Chryſoſt. D. Hieron D. Paſchaſ. Beda, Euthym. Albert. Magnus, D. Thomas, & quantum ad verba Primo teſtes retulerunt. *Hic dixit: Poſſum deſtruere.* Chriſtus vero dixit, *ſolvite templum hoc.* Id eſt ſolveritis vos nempe, non ego; ac proinde diſſolutionem templi ipſis adſcribit, non ſibi. Secundo. Teſtes dixerunt. *Deſtruere templum Dei.* Chriſtus verò dixit *templum hoc*: pro nomine demonſtrativo hoc, voce, ac digito oſtendebat corpus ſuum: ut rectè adnotavit D. Paſchaſ. lib. 12. in Matth. *Templum corporis, quaſi digito tangebat.* At falſi teſtes verba manu indice denudarunt, & quod de ſui corporis templo pro mundi ſalute dicebat, ad materiale templum inutiliter retulerunt.

D. Hieron.
D. Paſchaſ.
Origen.
Beda
Euthym.
Albertus.
D. Thom.

Mendosè verba referrunt.
D. Paſchaſ.

Tertiò. Juxta D. Marcum Teſtes dixerunt quod ipſe dixerit, *Ego diſſolvam templum hoc manufactum, & poſt triduum aliud non manufactum ædificabo.* Tale verbum *manufactum.* Chriſtus non habuit in ore; falſum enim erat templum corporis Chriſti appellare manu hominum factum, quod in viſceribus Virginis opere Spiritus ſancti fuit efformatum. Quartò Teſtes dixerunt. Poſt triduum ædificare illud, quod verbum propriè reſpicit ædificium materiale fabrili arte compoſitum. Chriſtus vero dixit in tribus diebus excitabo illud quod ad reſurrectionem ſui corporis referebat. 80.

Senſum etiam depravabant, inquiunt teſtes Dominum dixiſſe, ego poſſum deſtruere hoc templum Dei ex lapidibus conſtructum, & ab Herode exædificatum, & in tribus diebus illud reædificare. *Dominus autem* (ut ait Joannes) *dicebat de templo corporis ſui*: ergo falſum erat teſtimonium, ſi quidem Dominus de templo metaphorico ſui corporis loquebatur, teſtes verò de templo ipſo, in quo Judæi conveniebant, teſtificabantur. Ac proinde cum eorum intelligentia eſſet tam diverſa à Chriſti mente falſum omnino erat teſtimonium. 81.

Judæi depravabant ſenſum.

Sic ex Origene commentatur D. Hieron. *Quomodo falſi teſtes ſunt*, ait, *ſi ea dicunt, quæ Dominum ſupra dixiſſe legimus. Sed falſus teſtis eſt, qui non eodem ſenſu dicta intelligit, quo dicuntur Dominus enim dixerat de templo corporis ſui: ſed & in ipſis verbis calumniatus, & paucis additis, vel mutatis, quaſi juſtam calumniam faciunt* Et ſi quodammodo verba referant, non tamen eodem modo, *& non in eodem ſenſu dicta intelligit.* Evangeliſtæ cenſura teſtis falſus appellatur Dominus dixerat de templo corporis ſui, teſtis voluit interpretari de materiali templo, inde teſtis falſus. Non enim interrogatur teſtis quid intellexerit, ſed quid audierit, qui ſecus facit, falſus teſtis eſt ore evangelico. Dictum quæritur, non tuæ intelligentiæ eſt res, quæ quæritur, ſed commentatum, quod à te fingitur, dic tuam ſuſpicionem vel gloſſam, non verò ipſam ut textum, ac ut veritatem proponas, aliàs ut falſus teſtis damnaberis. 82.

D. Hieron.

Inde teſtes falſi quia non deprayarunt de auditis, ſed maliciosè de ſenſu verborum.

Cum meus Ieſus penderet in cruce morti proximus dixit: *El Eli lamaſabathani? quidam autem illic ſtantes & audientes, dicebant, Eliam vocat iſte.* Matth. 27 num. 46 vocabuli ſignificationem ignorabant, ſenſum vocabuli affirmabant. Chriſtus dixit *Eli Eli*; hoc eſt *Deus Deus*; illi verò ex nominis adſonantia ſenſum affingunt ad ſuum malitioſum placitum, ut Eliam dicerent, non enim is eſt Chriſtus qui in auxilium Eliam vocet; inde ergo malitioſi, falſi ſunt teſtificatores cum ex vocis ſono ſenſum falſum, ac fictitium efforment. 83.

Matth. 27.

Matth. 26. n. 62. Et ſurgens Princeps Sacerdotum ait illi: Nil reſpondes ad ea quæ iſti adversùm te teſtificantur?

Num. 63.

Num. 63. Jeſus autem tacebat:& Princeps Sacerdotum ait illi:adjuro te per Deum Vivum,ut dicas nobis ſi tu es Chriſtus Filius Dei?

Num. 64. Dixit illi Jeſus : tu dixiſti : verum tamen dico vobis,amodò videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei & venientem in nubibus cæli.

VERSIONES.

*Syriac.n.*62. Et ſurrexit ſummus Sacerdos & ait ei:Nec verbum quidem reſpondes?Quid iſti teſtificantur contra te?

*Origen. hom.*35. Et ſurgens ſummus Sacerdos in medio interrogat Jeſum dicens; non reſpondes quicquam ad iſtorum teſtimonia?

Vatabl. Pagn. Nil reſpondes? Cur iſti adverſum te teſtificantur?

*Arabic. n.*63. Adjuro te per Deum vivum Nonne tu dixiſti nobis, quod tu es Chriſtus filius Dei vivi?

Vatabl. Ut dicas nobis,an tu ſis Chriſtus.

*Syriac. n.*64. Ego dico vobis ab hoc tempore videbitis filium hominis ſedentem à dextera potentiæ, & venientem ſuper nubes cælorum.

Arias. Sedentem à dextris efficacitatis Dei.

ALTER TEXTUS.

Marc. 14. *n.* 60. Et exurgens ſummus Sacerdos in medium interrogavit Jeſum dicens:non reſpondes quidquam ad ea,quæ tibi objiciuntur ab his?

Num. 61. Ille autem tacebat, & nihil reſpondit, Rurſum ſummus Sacerdos interrogabat eum, & dixit ei: Tu es Chriſtus filius benedicti?

Num. 62. Jeſus autem dixit illi : Ego ſum: & videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem cum nubibus cæli.

EXPOSITIO V.

84. ET *ſurgens* : Ut omnium oculos ad ſe converteret,tanquam aliquid magnum facturus, ac dicturus.*ſurrexit*,tanquam ira agitatus quod accuſationem prædictam Jeſu ſilentio ſuo, ut inutilem refutaret, ac contemneret. D. Hieron. *Ira præceps,& impatiens non inveniens calumniæ locum, excutit de ſolio Pontificem, ut veſaniam mentis motu corporis demonſtrares* Et admiſſa ira in Jeſum rapiebatur ut minime quieſceret, ſed moribus quatiebatur, peccatum enim omnem quietem explodit. *Surgens*,ut etiam gravitatem, ac magnitudinem criminis contra Chriſtum objecti exaggeraret, ſi Chriſtus ſuo dicto templi ſanctitatem,& religionem violaſſet.*Princeps Sacerdotum*. Caïphas ſcilicet: *nihil reſpondes ad ea, quæ iſti adverſùm te teſtificantur?* Vehementer deſiderabat ex ore Chriſti explicare aliquod verbum ad calumniam inferendam,Jeſus autem tacebat, modeſtiam oſtendebat,& ſimul etiam accuſationem nullius momenti eſſe.

D.Hieron.

85. *Et Princeps ſacerdotum*, ſcilicet Caiphas maximè indignans Chriſti ſilentio:*adjuro te*.Ego cum ſim Pontifex, ac Dei vicarius in terra per adjurationem,ac invocationem nominis Dei vivi quo epitheto Dei vivi diſtinguitur à falſis diis gentiũ, quem Deum vivum in teſtem invoco, *Vt dicas nobis,ſi tu es Chriſtus* ſive Meſſias *filius Dei*.Non dixit Caiphas,ut erat conſequens ad teſtium dicta,ut dicas nobis,ac teſtes iſti vera loquantur, quia bene ſciebat ipſe ut ait D. Marcus *quod non erat conveniens teſtimonium eorum*, ſed recurrit Caiphas ad cardinẽ, ac originem totius controverſiæ quia Chriſtus dicebat ſe eſſe Chriſtum,ſive Meſſiam à Deo miſſum in ſalutem hominum, quod ægrè ferebant principes Judæorum,& erat cauſa odii,ac invidiæ eorum erga Jeſum Doloſe ergo id interrogat Caiphas; quia ſi Jeſus diceret ſe eſſe Chriſtum, inde eum ut blaſphemum, ac reum mortis damnaret:ſi verò diceret ſe non eſſe Chriſtum,inde eum argueret,quare ſæpe populo dixiſti te eſſe Dei filium,ac æqualem Deo?Ioan.5. n. 8.& c. 10.n.30.31.& inde eum ut Pſeudo prophetam condemnaret; & ait Caiphas, *filius Dei* non quia ipſe cognoſceret myſterium Trinitatis, nec quod crederet Deum habere filium naturalem, ſed loquitur ad modum doctrinæ Chriſti, qui ſæpe ipſe Patrem ſuum vocabat Deum.

D.Marcus. Joan. 5. Joan 10.

86. *Dixit illi Jeſus, tu dixiſti.* Ut ſcibit D. Matthæus & ut refert D. Marcus *Ego ſum*, clare, & plane reſpondet Chriſtus adjuratione nominis Domini commotus,tum ut referat reverentiam nomini divino, per quod adjurabatur, tum ut etiam Pontifici à quo adjurabatur;& tam manifeſte,ac apertè reſpondet Dominus *ut hoc reſponſo*,inquit Chriſoſt. *omnem eorum tolleret excuſationem*; Ne poſtea ipſi tam apud homines, quam apud Deum in die judicij excuſarent, quod ipſe interrogatus in concilio apertè non dixit de ſe quod ipſe erat Chriſtus filius Dei, ſed potiùs tacuit, & inde non tenebantur eum ut Chriſtum recipere,ita etiam D Paſchaſ Euthym. & alii.

D. Chryſ. Euthym. D.Paſcaſ.

87. *Verumtamen dico vobi*. Inſinuat,ſeu tradit hic Chriſtus duplicem ſui adventum, primum in humilitate,ſecundum in majeſtate.Dixerat Chriſtus juxta D Marcum : *Ego ſum* Chriſtus filius Dei,qui modo vobis in hoc meo primo adventu appareo in humilitate,exinde facit mentionẽ de ſecundo adventu. *A modo*, ſeu *ex nunc*, ſeu ab hac hora poſt mortem meam non me videbitis amplius,niſi in die judicij;quando tunc *videbitis filium hominis*, non dixit,me, ſed filium hominis,modeſtiæ cauſa,*ſedentem à dextris virtutis Dei*.Græcè,*potentiæ Dei*; ſedere à dextris;phraſis eſt, quæ denotat æqualitatem in dignitate, majeſtate,ac gloria,& fit alluſio ad illud Pſalm.109. n. 1. *Dixit Dominus Domino meo:ſede à dextris meis,*

Duplex Chriſti adventus. Græcus. Pſal.109.

meis Et ait; *Videbitis*; cum tamen Judæi utpote damnati non ſint beandi Dei viſione; *Videbitis* ego, id eſt, indirectè, ac in affectu, ex tanto apparatu, ac majeſtate me eſſe Dei filium cognoſcetis.

QUÆSTIO XII.

Quare Chriſtus Dominus auditis falſis teſtibus tacebat?

88. ADversus calumnias oppoſitas, ac falſa teſtimonia contra ſe dicta tacet Jesus nec ullum verbum reſpondit eis, cum tamen
Pſal. 118. aliter ſe geſturum ſcriptum ſit, Pſalm. 118 n.42. *Et reſpondebam exprobrantibus mihi verbum.* Quomodo ergo reſponſurum exprobrantibus promittebat? & tamen ad Judæorum exprobrationem tacet. Cur non reſpondet? An oblitus eſt promiſſionis ſuæ? Abſit, abſit hoc.

89. Reſpondeo primò, quod tunc maximè adimplet quæ promiſerat, abſtinet namque à verbis
Caſſian. habens opera Simon Caſſian lib. 13. *Non reſpondebat*, ait *tunc Chriſtus exprobrantibus ſibi verbum, quod dixerat, aut exprobrantibus vitam ejus atque ſermones, verbum non reſpondebat. Reſponſum eſt per creaturas, quæ de ipſo moriente teſtatæ ſunt per inſolitas, & horribiles actiones.* Cùm futurus eſſet crucis mortem, ibique creaturarum mœrorem oſtenſurus terræ tremore, Solis obſcuratione, ac petrarum ſciſſione merito à verbis abſtinuit cũ tot, ac tanta opera eſſent teſtimonia exhibitura, ad quid verba audienda, cum tanta opera divinam virtutem teſtificarentur? Sic David poſtquam tenuit Saül in ſpelunca, eique pepercit, egreſſus clamavit *Dixit ad Saül: Quare audis verba hominum loquentium, David quærit malum adverſum te? Ecce hodie viderunt oculi tui quomodo tradiderit te Dominus in manu mea*, &c.

Verbis non reſpondent dum ubi opera teſtificantur.

1. Reg. 34. 1. Regum 24. n. 10, Chryſoſt. homil. 1. de Saül,
D. Chryſ. ſic loquitur in Davidis perſona. *Illi quidem*, ait, *verbis calumniantur, at ego reipſa me purgo, ipſiſque factis depello crimen. Mihi nihil opus eſt verbis cum ipſe rerum exitus quavis oratione clarius poſſet te docere*

90. Secundò Idem Caſſian citatus. *Nec ad objecta*
Caſſian. *reſpondet, inſinuans cum negantibus veritatem non eſſe in judicio differendum, niſi ſuperioris judicio arceatur Semper enim reſponſio falſitatem per amplius exhauriret de illorum cordibus, & adderentur peccata peccatis, & cumulus falſitatis excreſceret* Non reſpondet Dominus, quia cum impudicè veritatem negantibus non eſt contendendum, nam quamvis reſponſio falſitatem ab eorum pectore valeat expellere, tamen malignitas eos obfirmatos facit in ſua nequitia, non ergo reſpondet, ne peccata peccatis adderent ex quo poterant Iudæi dignoſcere Iesum eſſe Dei filium, qui ut Patrem imitaretur, anſam quamcumque amputare curabat, unde hoſtes poſſent in nova crimina irruere. Egreſſo Iacob venit Eſaü
Geneſ. 27. Geneſ. 27. num. 30. Cur duo fratres non ſimul habent congreſſum, ut ultrò, citroque, altercarentur? Malitia Eſaü nullis rationibus quieſceret, ſed magis, ac magis in ſua perverſitate obfirmaretur.

Malitia rationibus non acquieſcit, ſed magis augetur.

Tertiò, D. Paſchaſ. lib. 12. in Matth. *JESUS*, ait, *tacebat indignum eum ſua reſponſione decernẽs* 91.
juxta illud Propheticum dum conſiſteret adverſum D. Paſchaſ.
me peccator obmutui, & humiliatus ſum nimis, & ſilui à bonis Pſalm. 38. *Quia quibus loqueretur nullus eorum erat dignus.* Pſalm. 38. Coram Pontifice Caïpha tacet Dominus, ille ſacrilegus indignus erat, ut cum eo Dominus loqueretur, Dominique verba exciperet Nam ut ait D. Bernard. ſerm. de Aſcenſ. *Nulla conventio veritate & veritati luci & tenebris; ſpiritui & carni, & tepiditati.*

Coram indignis divinũ eloquium non eſt profundendum.

Quartò. Quia ut ait D. Ambroſ. in c. 27. Matth. 92.
Bene tacet, qui defenſione non indiget. Nam ipſo D. Ambroſ.
obtinente tota accuſatio objecta à teſtibus nullum crimen morte dignum continebat, ſed ad plurimam quandam jactantiam. Nam ut D Marcus notat: *Non erat conveniens teſtimonium illorum.* Et ideò refutatione non indigebat; Deinde integritas ac puritas vitæ Chriſti, omnium hoſtium calũnias aperiè refutabat, & inde pro ſui tutamine nulla vox erat neceſſaria; & ideò ut jam ſupra in hoc c. expoſ. 2. notavi ex Origene, quod Chriſtus interrogatus à Pontifice de ſuis diſcipulis nihil pro eis reſpondit, quia vitæ eorum probitas eos immunes reddebat ab omni calumnia.

Vita probitas non indiget defenſione.

Quintò, D Hieron. *Tacebat Dominus*, ait, *ſciebat* 93.
enim ut Deus, quicquid reſpondiſſet, torquendum ad D. Hieron.
calumniam, nam ut ait D. Chryſoſt. jam datus *figura ibi duntaxat judicii erat, re autem ipſa latronum impetus.* Totum concilium omnibus viribus auſcultabat aliquod verbum excipere ad calumniam fabricandam.

Sextò. Auctor Commentar. in Marc. cap 14. 94.
apud D Hieron *Taciturnitas Chriſti*, ait, *apolo-* Actor.
giam Adæ abſolvit. Tacuit Chriſtus ut ſuo ſilentio ſatisfaceret pro ſtultiloquio Adæ; quo excuſavit peccatum ſuum, de quo à Deo arguebatur, cum Geneſ. 3.
ſe excuſans Deo diceret *Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* Similiter mulier ſe excuſans dixit. *Serpens decepit me.* Gen. 3 num. 13.

Silentio ſatisfaciat pro ſtultiloquio.

Septimò Origenes homil. 35. in Matth. *Ma-* 95.
jus eſt ei, ait, *liberè, & fortiter ſilere, quàm de-* Origen.
fendere ſe ſine ullo profectu, ut non humiliemur à teſtibus falſis, & calumniatoribus improbis Cur tacet Dominus cum tam crudeliter accuſaretur ad mortem? Cur non magis tuetur innocentiam ſuam? *Majus eſt liberè, & fortiter ſilere, quam defendere ſe ſine ullo profectu.* Ubi innocentiæ defenſio caſſa, & inutilis agnoſcitur futura illuſtrius, ac excellentius & libere, & fortiter ſilere, & pati quælibet hoſtes conſtituerint inferre. Duo viri diabolici dixerunt falſum teſtimonium contra Naboth. *Quamobrem eduxerunt eum extra civitatem, & lapidibus interfecerunt.* 3. Reg. 21. num. 13. Valdè mirum, quod pro ſua innocentia nec unum verbum feciſſe dicatur. Aliter verò Suſanna, cum à falſis teſtibus eſſet accuſata ac damnata. *Exclamavit voce magna Suſanna, & dixit; Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor, tu ſcis quoniam falſum teſtimonium tulerunt con-*
tra me. Daniel 13. num. 42. Si Suſanna pro ſe tan- Daniel. 13.
tis loquitur, cur Naboth tacet? omnia ex ſupremo Dei afflatu diſponebantur, Suſanna liberanda erat, indéque ejus exclamatio utilis. At Naboth morti tradendus, inde maximè pertinuit ad ejus animi fortitudinem ut damnatus taceret, cum quælibet defenſio coram hominibus inutilis eſſet futura.

Ubi defenſio inutilis magna animi fortitudo ſilere.

Octavò, D. Leo ſerm. 6. de Paſſione. *Falſa*, ait, 96.
D. Leo.

Tacere inter calumnias divinitatis eſt.

adverſus Dominum teſtimonia quærebant, ſed inter inconditas voces, & diſſonas hoc JESVS mirabiliter elegit, ut taceret Perpende illud, *mirabiliter.* Admirabilem ſuæ Divinitatis fecit Chriſtus Dominus oſtentationem, ut inter falſiſſimas calumnias conticeret, hoc non fragilitatis humanæ, ſed divinæ virtutis erat.

97. Multa falſa teſtimonia, multáſque contumelias lapidibus duriores viri perverſi, ac iniqui jactabant in D. Stephanum, quæ ille dum patienter audit tunc facies ejus clarior, ac fulgentiſſimis radiis objicitur intuentium oculis, *& intuentes eum omnes qui ſtabant in concilio*, ubi cauſa Stephani agebatur: *Viderunt faciem ejus tanquam faciem Angeli.* Actor. 6. n. 15. nullo alio loco legitur quod vultus Stephani tanto ſplendore radiaret, ut modò quando audiens adverſariorum calumnias conſtanter tacet? Unde ergo illi tantus Angelicus fulgor? Salmeir. ſic ait: *Innocentia Levitæ à ſilentio illius inter calumnias excitata in Angelicum fulgorem prodiit.*

Actor. 6. *Innocentia inter calumnias radiat Angelico vultu.*

QUÆSTIO XIII.

De reſponſione ad Caïpham variæ quæſtiones reſolvuntur.

98. *Duplex Christi adventus*

PRima quæſtio. Quare Chriſtus Dominus de duplici ſuo adventu hic facit mentionem? Reſpondeo quod in ſcripturis duplex traditur Meſſiæ adventus, unus in humilitate, alter in majeſtate; utrumque adventum Judæi neſcierunt. Primum adventum in humilitate ignorarunt, & ideo Chriſtum Jesum humilem verum Meſſiam repudiarunt. Secundum etiam adventum in majeſtate non intellexerunt Judæi, quia quandam majeſtatem inſtar regum terrenorum reputabant eſſe Meſſiæ majeſtatem, divitiis, honoribus, caducíſque rebus aliis conſiſtentem.

99. *De utroque ſuo adventu docet Judæos.*

De utroque ergo ſuo adventu eos altiſſimè docet Chriſtus: Interrogavit Pontifex, An ipſe eſſet Chriſtus filius Dei benedicti? Reſpondet Chriſtus juxta D. Marcum *Ego ſum*, quem vos veſtris oculis cernitis in tanta hac humilitate in hoc meo primo adventu, quem poſtea in ſecundo meo adventu, videbitis in multa majeſtate, quæ non erit conſtans ex rebus caducis, ac temporalibus ſed multo altius, & ſublimius, ſedens ego ad dexterā Dei Patris, demonſtrans æqualitatem meam cum ipſo prout filius Dei ſum, ut jam dixi in expoſit. Et ideò ego apparebo ſedens ſuper nubes cæli Tertullian. in Apolog. c. 21. *Duobus enim adventibus Chriſti ſignificatis, primo quia jam expunctus in humilitate conditionis humanæ; ſecundo qui concludēdo imminet in ſublimitate divinitatis exercitæ* Judæis objicit Chriſtus Dominus ſecundum ſuū adventum, quia ſi eum ob ſuam humilitatem cōtēnunt in primo adventu, ipſum timeant venientem in ſecundo cum poteſtate ad judicandum.

Tertull. *Si Chriſtus ob ſuam humilitatem contemnitur ob judicis majeſtatem timeatur.*

100. Secunda quæſtio, Quare dicitur quod veniet Chriſtus in nubibus cæli, tunc enim oſtendenda eſt gloria divinitatis, ac poteſtas Chriſti quomodo in nubibus cæli, cum Deus inhabitet lucem inacceſſibilem.

101. Reſpondeo. Quod ſit alluſio ad locum, Dan. 7. n. 13. *Ecce cum nubibus cæli quaſi filius hominis veniebat.* Quod etiā Chriſtus Dominus jam prædixerat de ipſo ſecundo ſuo adventu, Matth. 24. n. 30. *Et videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa.*

Daniel. 7.

Matth. 24.

Sed adhuc inſtat ratio. Cur dicetur tunc Dominus veniens in nubibus cæli? ait Paulus ad Theſſalon 1. cap. 4. n. 16. *Deinde nos qui vivimus, qui reſidui ſumus, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obviam Chriſto in aëra.* Quod tunc nempe juſti exiſtentes in terra rapientur in nubibus obviam Chriſto prodeuntes, non mirum ergo; quod videns Dominus ſuos in nubibus, ſimul cum illis in nubibus apparere dignetur. Origenes homil. 30. in Matth. *Si beati homines*, ait, *in nubibus rapientur in aërem, quid mirum eſt in nubibus filium Dei venire cum virtute, & gloria multa?* Non ergo mirum eſt veniens Chriſtus ut Dominus ac Rex videns ſuos rapi in nubibus, quod ſimul cum illis rapiatur in nubibus excellentiſſimi Domini, eſt ſervorum ſuorum ſtatum non refugere, ſed tenere. 102.

Theſſ. 1.

Bonus paſtor non recuſat ſubire ſuorum diſcrimina.

Origen.

De Chriſto Domino vaticinatur Iſaias 53. n. 7. *Sicut ovis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet.* Cur ſicut ovis dicitur? Erat ipſe paſtor, nos verò oves, *æſtimati ſumus ſicut oves occiſionis* Pſal 43. n. 22. *Poſuit ſicut oves familias* Pſal. 106. n. 41. Cum ergo nos ſimus oves ſub ejus fide, ac cuſtodia receptæ, inde idem periculum, quod oves ſubibant, non dubitavit ipſe etiam intrare hoc enim magni ac præclari paſtoris eſt ſuorum fortunam non recuſare, & quod pro jugulandis ovibus, ovis etiam jugulanda fiat D. Baſil. Seleuc. orat 26. *Paſtor pro ovibus, tanquam ovis jugulum præbet.* Bonus paſtor in omni diſcrimine, ac ſubjectione hoc concomitatur, & ſequitur. 103.

Iſai. 53.

Pſalm. 34.

Pſal. 106.

In eodem diſcrimine eſt bonus paſtor cum ovibus.

D. Baſil. Sel.

Matth. 26. n. 75. Tunc princeps Sacerdotum ſcidit veſtimenta ſua, dicens: Blaſphemavit; quid adhuc egemus teſtibus? Ecce nunc audiſtis blaſphemiam?

Num. 66. Quid vobis videtur? At illi reſpondentes dixerunt: Reus eſt mortis.

VERSIONES.

Vatabl. n. 65. Tunc princeps Sacerdotum diſrupit veſtimenta ſua, dicens: proloquutus eſt blaſphemiam, quid inſuper egemus teſtibus, ecce nunc audiſtis blaſphemiam ejus.

Franc. Luc. Laceravit veſtimenta ſua.

Aliqua ex Græco. Per medium rupit veſtimenta ſua dicens: blaſphemavit: quid amplius exquirimus nobis teſtes?

Arabicus. Audiſtis blaſphemiam ſuam.

D. Chryſ. Vos ipſi audiſtis blaſphemiam.

Syriac. n. 66. Quid vultis? Reſponderunt: & aiunt: Reus eſt mortis.

Arabicus. Quid cogitatis.

Græcus. Reſponderunt: debitor eſt mortis.

ALTER

ALTER TEXTUS.

Marc. 14. *n.* 63. Summus autem Sacerdos ſcindens veſtimenta ſua ſic ait: quid adhuc deſideramus teſtes?

Num. 64. Audiſtis blaſphemiam: quid vobis videtur? Qui omnes condemnaverunt eum eſſe reum mortis.

EXPOSITIO VI.

104. TUnc Princeps Sacerdotum, ſeu ut habet D. Marcus, ſummus Sacerdos, ſcilicet Caiphas, audito Chriſti reſponſo exiſtimans ex illo ſe magnam anſam eſſe venatum ad inferendam calumniam adverſus Chriſtum Dominum. Quod
Alia lectio. facto, & verbo voluit oſtendere. Facto; *ſcidit veſtimenta ſua.* Seu ut alii habent. *Diſrupit*, ſeu *dilaceravit* Multarum gentium fuit conſuetudo, quæ maximè invaluit apud Judæos in gravi luctu, ac in blaſphemia, ſeu injuria Dei audita veſtes ſcindere. Ut ergo Caïphas oſtenderet magnam fuiſſe blaſphemiam, quam ipſe graviter deteſtabatur, quod Jeſus ſe diceret Chriſtum filium Dei, & ad hoc ſimul deteſtandum cæteros aſſiſtentes impelleret, ſcidit veſtimenta ſua, exteriora nempè, quod facilè erat, quia Judæorum veſtes ſub mento erant apertæ, ut facilè poſſet per caput humeris injici; itaque indui, & exui, utraque ergo ſciſſuræ oram manibus arripiebant, & vi reliquum veſtis uſquè ad cingulum lacerabant.

105. *Quia blaſphemia.* *Blaſphemavit?* Ex radice Hebraïca, & Græca, & idem valet contumelioſè, ac impiè contra Deum locutus eſt, in eo nempè quod Chriſtus ſe dixiſſet eſſe Meſſiam, & filium Dei, impius judex abſque rei examine pronuntiant blaſphemiam, quæ erat maximè odioſa apud Judæos, ut omnes horrerent
Syrus. & nullus auderet pro Chriſto ſtare, & loqui. *Quid adhuc egemus teſtibus?* Syrus *Quid amplius exquirimus nobis teſtes?* Impius & ſacrilegus Pontifex contra omnem juris ordinem; cum eſſet judex ac cuſatoris partes ſuſcipit, & ſic accuſans clamat quod nulla teſtium probatio neceſſaria jam ſit.
D Chriſoſt. Maldonat. *In ſua ſententia omnes* D. Chryſoſt. Maldonat. & alii. *Quid adhuc egemus teſtibus*; non ſolum ſuum judicium profert, non ait mihi non eſt neceſſarius teſtis, ſed pro omnibus loquitur. Cum ſacrilegus eſſet judex, ac Chriſtum tanquam blaſphemum, ac reum mortis judicaret, à ſua ſententia neminem diſcrepare, aſſeveranter tenet, ac præſumit.

106. *Prælatus ſuo judicio alios ad idem impellit.* *Quid vobis videtur?* Seu ut habet Syriacus. *Quid vultis?* Impius, & iniquus judex non ad dictamen rationis, ſed ad iniquum affectum voluntatis recurrit. Et poſtquam ſacrilegus Caïphas Chriſtum Dominum, tanquam blaſphemum declaravit, ac publicavit, tunc ab aliis quærit. *Quid vobis videtur?* Ut ſuo judicio utpote Pontificis ac præſidis prolato alios ad ſimilem ſententiam cogat, & im-
Euthym. pellat. Euthym *Auxit etiam, ait, ſuo dicto accuſationem, & blaſphemiam vocans reſponſum, & præjudicatio dãnans eum, quaſi ſcilicet manifeſto ejus delicto cogens eos ad pronũciandam ſententiam.* Victor
Victor. Antioch. Antioch in Marc. *Sua oratione, vi quadam importuna hunc prorſus compellens.* Audito judicio Pontificis. *At illi reſponderunt dicentes.* Simul confuſè, ac ſigillatim omnes. *Reus*; ſeu ut habet Syriac. *debitor eſt mortis*; mortem meretur. Perpende eorũ ſummam iniquitatem: ut ait D. Chryſ. Ipſi accu- D. Chryſoſt.
ſant, ipſi diſcutiunt, ipſi ſententiam proferunt. Tantum dicunt *reus eſt mortis*, mortis qualitatẽ non determinant, cum Levit 24. n. 16. blaſphemus Levit. 14.
lapidari mandaretur: ut factum legimus cum D. Stephano Act. 7. n. 58 Sed genus mortis Pontifici, Actor. 7.
ac ſibi ipſis liberum relinquunt jam ſtatuerant eum cruci affigere, ut in omnibus ipſi legis tranſgreſſores apparerent, ut ſuo loco latius dicam.

QUÆSTIO XIV.

Quare Pontifex audita Chriſti reſponſione ſcidit veſtimenta ſua.

MUltarum gentium extitit conſuetudo in luctu, ac indignatione veſtes diſcindere, ut 107. *In quibus caſibus ſcindebantur veſtes.*
patet ex Homero, ac Virgilio Quæ conſuetudo maximè fuit celebris apud Judæos duobus præcipuè in caſibus. In magno luctu Gen. 37. n. 29. & Geneſ. 37.
44 n. 13. Judic. 11. n. 35. & 1. Reg. 4. n. 12. & 2. Judic. 11.
Reg. 1. n. 11 13 Secundò, Quando aliquam blaſ- 1. Reg. 4.
phemiam, ac injuriam contra Deum audiebant, 2. Reg. 19.
ſicut Rex Ezechias, auditis blaſphemiis, quas Legati Regis Sennacherib contra Deum jactabant, ſcidit veſtimenta ſua. 4. Reg 19. n 1. Et hoc 4. Reg. 19.
fiebat, ut per diſciſſionem veſtis, quæ ſuprà cor erat ſignificarent præ mœrore cordis diſciſſionem. Cum tamen audita Dei blaſphemia, ac injuria potius præ dolore cor ſcindendũ erat, quã veſtis vi, ad quod alludens Ioël. 2. n 13. ait, *Scin-* Joël. 2.
dite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra. Ad quæſtionem.

Reſpondeo primò. Audita à Chriſti ore non 108.
blaſphemia, ſed veritate, ſcindit Pontifex veſtimenta ſua ad judicandum animi furorem, ac indignationem, ac ſi Chriſtus ingentem blaſphemiam locutus fuiſſet: ad quod declarandum ſimúlque omnes in hanc ſententiam inducendos rumpit veſtimenta ſua. D. Hieronym. in Matth. *Caïpham,* D. Hieron.
ait, *quem de ſolio Sacerdotali furor excuſſerat eadem rabies ad ſcindendas veſtes provocat.* D. Paſchaſ. Beda, & alii. D. Paſchaſ. Beda.

Secundò. Sic pergit idem D. Hieronym. *Scidit* 109.
veſtimenta ſua, ut oſtendat Judæos Sacerdotii gloriam perdidiſſe, & vacuam ſedem habere Pontifices D. Hieron. *Pontifex Judaïcus ſua dignitate privatur.*
Et Cathedra ſurrexit Caiphas, ut Chriſtum interrogaret, Cathedram reliquit vacuam, vacua eſt ſedes Pontificis Iudaïci, vacuúſque ipſe eſt à ſuis veſtibus ſacerdotalibus, indéque ipſe eas ſcidit, ac dilaceravit D. Leo ſerm. 6. de Paſſio. *Caï-* D. Leo.
phas, ait, *ad exaggerandam auditi ſermonis invidiam, ſcidit veſtimenta ſua: & neſciens quid hac ſignificaret inſania, ſacerdotali ſe honore privavit* Et ſubdit: *Ubi eſt Caipha rationabile pectoris tui? Ubi continentia cingulum? Ubi ſuperhumerale virtutum?* &c.

Tertiò. Beda in cap. 14 Marci. *Altiori myſte-* 110.
rio, ait, factum eſt ut in paſſione Domini Pon- Beda.
tifex Judæorum ſua ipſe veſtimenta diſcinderet, hoc eſt Ephod, cum tunica Domini, nec ab ipſis, qui eum crucifixere, militibus ſcinderetur. Quod etiam ad eundem locum Marci tradit Divus Hie- D. Hieron.
ronymus in Paſſione Domini veſtis ejus indiviſa ſervatur. Ioan. 19. num. 23 nec per milites Joan. 19.

Religioſiores majori furore ſancta proſequuntur quam ſæculares. Levit. 31.

diſpertitur, ut in damnatorum veſtimentis erat conſuetudo. E contra verò Caïphas Pontifex nunc ſcidit veſtimenta ſua, ac Ephod, quod erat cujuſdam veſtis ſacræ, & prohibitum erat in lege illud ſcindere. Levit. 21. n. 10. Carnifices illi, qui Ipſum crucifixere, dum ſuper veſtes illius ſortes mittunt, tunicam utpote ſacram ſic veriti ſunt, ut illam minimè auderent ſcindere, ſummus Sacerdos eo inſaniæ devenit ut nec ſacris tunicis Sacerdotalibus parceret. Sic ſæpè, qui religioſiores videntur, majori furore, ſancta, ac ſacra perſequuntur, & contemnunt.

111. Peluſiota

Quartò. Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 57. *Eos*, ait, *qui in vetuſtate computruerunt, novamque gratiā rejecerunt, utres veteres Dominus appellavit, ut qui frangerentur, ac novum Regni ſermonem effunderent. Quo in genere fuiſſe Caïpham deprehenſum eſt, nam cum à Domino audiſſet: filius Dei ſum fregit veſtimenta. At verò Petrus, qui ſpiritus vitæ legem acceperat non modo cum d ceretur, non renuit, verum etiam ad ſolam interrogationem, confeſſus eſt, in hoc videlicet inſitam veritatis cognitionem oſtendens*, Quid eſt quod audito nomine filii ex ore Chriſti. *Ego ſum*, ſupremus Pontifex Iudæorum diſſecat veſtimenta ſacra, tanquam ſe ab

Math. 16.

ipſo honore deponens; At verò Petrus eodem nomine filii Dei prolato, *Tu es Chriſtus filius Dei vivi*, ſpe pontificiæ dignitatis ornatur; & jam ad ipſum ſupremum apicem evehitur; Caïphas cum eſſet indignus majeſtatis filii Dei, ejúſque illuſtrem decorem continere non poſſet, ad illius præſentiam tanquam vetus uter diſrumpitur; at verò Petrus, cum per merita ſua eſſet dignus ipſa confeſſione ac agnitione filii maximè exornatur, ac ad altum faſtigium Pontificiæ dignitatis extollitur, Caïphas dum ſuperbè virtutem filii Dei non valet mente concipere, gloriæ nobilitate denudatur, Petrus verò dum reverenter mente concipit & ore promit, inde ſibi præclariſſimum vendicat fulgorem.

Audito nomine filii Dei Caiphas à dignitate deponitur, Petrus extollitur.

112. D. Leo.

Quintò D. Leo ſerm 6. de Paſſione jam citato ſic cum Caïpha loquitur: *Ipſe te ſpolias, & propriis manibus Pontificalia indumenta diſcerpis, oblitus præcepti illius. quod legeras de principe Sacerdotum* Lev. 21. n. 10. *De capite ſuo Cidarim non deponat, & veſtimenta ſua non diſrumpat. Tu verè à quo jam alienabatur hæc dignitas, ipſe tibi es executor opprobrii.* Nondum Romani venerant, nec templum incenderant, nec ſancta conculcarant, & tamen prius omnium princeps Sacerdotum ſacerdotali honore ſe privat *Tu verò ipſe tibi es executor opprobrii.* Non aliàs expectavit manus, ſed omnium primus ipſe ſpoliationem ſuam mandat executioni; impius enim ipſe eſt primus contra ſe ipſum ab omni dignitate, & decore ſpoliet & privet.

Levit. 21.

Impius primus contra ſe inſurgit, ſe ſpolians ab omni dignitate,

113. Levit. 21.

Sextò. Lex erat Levit. 21. numero 10. quod Pontifex veſtimenta ſua non ſcinderet. Quod intelligebatur cauſa lugendi mortuum, non verò blaſphemiæ occaſione: Ut docent Oleaſter, & alii interpretes ibi. Tamen ſaltem pro morali theſi juxta mentem ſanctorum Patrum Caiphas hic fregit legem ſcindens veſtes ſuas. Sed quomodo non timet legis præceptum, ac ſui muneris diſpoſitionem? Caiphas hoc egit ad exaggerandum auditum Chriſti ſermonem, tanquam blaſphemiam quandam, ſic ferbuit impius ira & odio, ut contemnat ſuæ dignitatis privationem, dummodo alterius culpam exaggeret, & graviorem oſtendat intendens alterius diſcrimen, ſuum periculum minimè timet.

Oleaſt. *Ira & odiū facit agere etiam contra propriū honorem.*

Videntes magnates Babylonici; quod Daniel deſtruxiſſet ſuum idolum Bel Draconem, quem ipſi ut Deum adorabant, ac eorum Sacerdotes occidiſſet, inſtanter convenerunt ad Regem dicentes: *Trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te & domum tuam* Daniel. 14 n. 28. ut mitteretur in lacum Leonum; unde iſtis principibus tanta inſania, nonne ipſi paulo antea viderunt; quod Daniel. 6 n. 22. Miſſus in lacum Leonum vivus evaſit, & qui pro ejus nece inſtarunt ad regem, cum eſſent injecti in lacum, ſtatim eos, eorúmque uxores, ac filios Leones arripuerunt, & omnia oſſa eorum comminuerunt, quomodo iſti ſecundò Danielis mortem procurantes non timent, quod idem eveniat, ac prius, ut Daniel incolumis ſuperſtes evadat, & quod ipſi talia machinantes ſimiliter, ac alii pereant, Cartuſianus *indignatione obcæcati, non recuſant propriæ vitæ periculum, cum diſcrimine Danielis vitæ.* tanta invidia, ac odio in Prophetam erant affecti, ut intendant illi mortem inferre quamvis benè ſciant diræ periculum eis imminere. 114

Dan. 14. Daniel. 6.

Carthuſ. *Cum vitæ periculo mortem inferre machinantur.*

Cum Iſaac habitaret in Geraris, & locupletatus eſſet valdè, ac magnus effectus vehementer. *Ob hoc invidentes ei Palæſtini, omnes puteos quos foderant ſervi Patris illius Abraham illo tempore obſtruxerūt implentes humo.* Gen. 26. n. 14. quid eſt quod illi habitatores Iſaac puteos occludunt, ſi inde eis magnum damnum proveniebat, nam etiam eorum greges aquam non habentes non bibebant, bonis Iſaac maximè invidia torquebantur, & inde proprium damnum contemnunt, ut damnum inferant Iſaac. Lippoman. *Puteolos*, ait, *utiles obſtruunt, utiles tam ſibi, quàm aliis, non curant, cui noceant, tantū ut invidiæ zelo ſatisfaciant.* 115.

Geneſ. 26. *Ob damnum alterius contemnunt proprium*

Lipoman.

Jeſu facies velata.

Math. 26. *n.* 67. Tunc expuerunt in faciem ejus, & colaphis eum ceciderunt, alii autem palmas in faciem ejus dederunt.

Num. 68. Dicentes, Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt, qui te percuſſit?

VERSIONES.

Franc. Luc Cornel. & alii ex Græco. Tunc inſpuerunt in faciem ejus, & colaphizaverunt, alii autem crepidis, ſeu fuſtibus ceciderunt.

Syriacus· Infligebant ei colaphos.

D. Aug. Alii autem palmas in faciem ejus dederunt percutientes calamo in caput.

Pagn. Vatabl. n. 68. Vaticinare nobis.

Arias. Quis eſt percutiens te.

ALTER TEXTUS.

Marc. 14. *n.* 65. Et cœperunt quidam conſpuere eum, & velare faciem ejus

ejus, & colaphis eum cædere, & dicere ei: Prophetiza:& miniſtri alapis eum cædebant.

Luc. 22.*n.* 63. Et viri,qui tenebant illum, illudebant ei cædentes.

Num 64. Et velaverunt eum, percutiebant faciem ejus;& interrogabant eum dicentes: Prophetizas, qui eſt, qui te percuſſit?

Num. 65. Et alia multa blaſphemantes, dicebant in eum.

EXPOSITIO VII.

161. TUnc; Quando ſcilicet Chriſtus Dominus reus mortis damnatus, ac judicatus eſt ut patet ex ſuperiori verſu. Tunc enim ſolutum eſt Conſilium indicto reditu in ſummum manè, abeuntibus ſingulis principibus, quò voluerunt. *Expuerunt*, ſeu ut alij habent *inſpuerunt in faciem ejus.* Ut clarius explicat D. Marc. *& cœperūt quidam conſpuere.* Quidam ex miniſtris nempè Pontificis fortè aliquorum principum exemplo. D. Lucas ait:*Viri qui eum tenebant.* Expuerunt ſua fœtida ſputa,& horrida phlegmata injicere in faciem ejus divinam,& ab omni creatura maximè venerandam, conſpuete autem in faciē alterius eſt graviſſimum contumeliæ genus inter cæteras in ſignum deteſtationis alicujus. *Et colaphis eum ceciderūt.*Colaphus eſt verber quod pugno,ſeu manu contracta in collū, caput vel dorſum infligirur:*alij autē palmas in faciē ejus dederunt.*Hoc eſt impingebāt alapas,quæ manu explicata in maxillam datur, ex Græco ſic multi vertunt. *Crepidis, vel fuſtibus ciciderunt.* Ut omne crudelitatis, ac ignominiæ genus in eum exercerent.

D. Marcus. — *Omne crudelitatis genus in Chriſtum exercebatur.*

117. Marcus, & Lucas dicunt,*quòd velaverunt faciem*, ut multi de quo latius q. 16. volunt quod prius humili, ac vili panno velaverunt Domini faciē,& deinde colaphis, hoc eſt manu contracta pugno nēpe eum cædebant, & palmas, ſeu ut ait Marcus *alapas* in maxillas dabant,tamen probabilius eſt cum Maldonato,Franc.LucaCornel ad ſequentem verſum, quod colaphis, ac palmis eum cædebant, antè & poſt velatam faciem; nam Lucas,ait. *Et viri qui tenebant illum illudebant cædentes,& velaverunt.*Ergo antequam velaverunt cædebant;poſtea velaverunt faciem ut dicerent: *Prophetiza quis eſt qui te percuſſit.*

D. Marc. — Maldonat. Franc Luc Cornel.

118. *Dicentes*,opprobriumopprobriis cumularunt, nullis enim ferina illa rabies ſatiabatur.*Prophetiza*,ſeu ut alij legūt,*vaticinare.*Cū facies Chriſti Domini eſſet velata, ut referunt Lucas & Marcus. Et dicebāt ei.*Prophetiza nobis Chriſte*,ſi tu es Chriſtus,qualem tu te dicis, nullus Propheta te major eſt,quod erat irriſio cū convitio conjuncta amariſſimè pungens.*Quis eſt,qui te percuſſit.* Theoph.in Lucam. *Prophetarum Dominus quando quaſi Propheta irridetur.*Deinde dicebāt,*quis eſt, qui te percuſſit*,id eſt ſi tu nēpe es Propheta,prophetiza quis ex nobis, primus, quis ſecundus, & quis tertius,&ſic de cæteris tibi alapam impegerit;& quis colaphum,& quis ſputum?Victor Antioch.in Marc. *Qui omniū corda*,ait *& renes ſcrutatur omnis prophetiæ auctor, & largitor eſt:quomodo is quiſnam ipſum cecidiſſet,ignorare poterat?*

Theoph. — Antioch. Victor.

QUÆSTIO XV.

Quam acerba, ac dura fuerint opprobria, quæ Chriſtus Dominus tota nocte in domo Caiphæ paſſus eſt?

POſtquam principes Judæorum à Concilio deceſſerūt nocte,traditus eſt Dominus Jeſus Miniſtris in loco inferiori;& ut ait Marcus. *Cœperunt quidam conſpuere in eū, & velare faciem ejus, & colaphis eū cædere, & dicere ei, Prophetiza. & miniſtri alapis eum cædebant.* Quæ opprobria ſine ulla intermiſſione per totam noctem. durarunt.D.Aug. lib. 3. de conſ. c. 6. *Hæc*, ait, *intelligitur paſſus Dominus uſque manè.*Et D.Paſchaſ. l. 12. in Matth *Hæc uſque manè geſta ſunt.* 119.

D. Auguſt. D. Paſchaſ.

Et notandū eſt quod in nullius domo Chriſtus tot contumeliis affectus eſt, ac convitiis tā multis impetitus,quam in ſummi Pontificis,ac ſūmi Præſidis Palatio.Proh dolor ſæpe multis indignis modis Chriſtus Dominus in principum, ac præſulum aulis, atriiſque tractatur, quando nempè contingit ab eis juſtitiam, ac virtutes exulare, in vitiorumque cœno volutari. 120.

In domo principum Chriſtus patitur majores injurias.

Quanta, & quam gravia hæc eſſent, quæ Dominus hic pertulit nulla mens valet intelligere, nec concipere:poſtquam enim ſacri Evangeliſtæ referunt,quod miniſtri ſpuebant in eum,& colaphis, ſed pugno cædebant, ac alapas in faciem dabant, eamque velaverunt dicentes *Prophetiza quis eſt qui te percuſſit* Subdit D. Lucas n. 65.*Et alia multa blaſphemantes dicebant in eum.* V. g. quod erat amicus publicanorū, ac peccatorum, quod in principe Dæmoniorū ejeciſſet dæmonia, quod pro Chriſto, ac Propheta maximo haberi voluerit.cur cum ſacri Evangeliſtæ,ut dicam ſequenti quæſt. ex Chyſoſtom. ac Tito Boſtrenſ. ſatis minutim referant,quæ ſpectant ad Chriſti paſſionem:*hæc alia multa quæ blaſphemantes dicebant in eum.*Non ſcribūt:Tot ac tanta, & tam innumerabilia erant, ut nulla lingua dicere,nec ullus calamus ſcribere, nec ulla mens concipere valeat, quod benè intelligitur tum ex hora, ac poteſtate tenebrarum, tum ex odio eorum, à quibus judicatus erat ad mortem, tum etiam ex inſolentia ſatellitum, & miniſtrorum, qui dominis ſuis in hoc obſequi volebant. 121.

D. Chryſ. Titus. *Innumerabilia opprobria, ita ut mens non valeat concipere.*

Tantum fuit odium, inſolentia, ac crudelitas Judæorum, ut videatur dari quædam oppoſitio inter ipſum, ac Chriſti amorem,benignitatem, & clementiam. D Chryſoſt.homil.86. in Matth. *Vt ipſe*, ait,*nihil levitatis prætermiſit,ſic illi nihil contumeliæ,nihil impietatis, ſed tam verbis,quam factis explere furorem ſuum conati ſunt* Ad quod videtur tendere Regius Vates Pſalm. 61. num 5. *Verumtamen pretium meum cogitaverūt repellere, cucurri in ſiti*, pretium meum, Hilar. Hieronym Aug. Caſſiodor. legunt honorem meum. Arnobius *pretioſitatem meam*, quia inimici cogitaverunt repellere,ac perdere honorem ac pretioſitatem ejus. *Cucurri in ſiti*· Græcus legit *cucurrerunt in ſiti.* In ſingulari *cucurri in ſiti*,deChriſto interpretatur D. Auguſt. D Remig.D.Chryſoſtom. D. Cyprian. lib. de Paſſione, deſiderio nempè illo, quo plura pro nobis patiendi flagrabat. *Cucurrerunt in ſiti.* De Chriſti adverſariis æſtuantibus ſui perfidiæ, & crudelitatis 112.

Crudelitas ac odium Judæorum per oppoſitionem ad amorem Chriſti. D. Chryſ. Pſalm. 61. D. Hilar. D. Auguſt. D. Hieron. Græcus. D. Auguſt. D. Chryſ. D Remig. D. Cyprian.

D. Ambroſ. D.Baſil. interpretantur.D.Ambr.lib.4.de fide,c.6.D.Baſil. & alii.Chriſtus in paſſione ſua currebat anhelans vehementi ſiti duriora, ac ſupplicia patiendi,ſic etiam veluti per oppoſitionem Judæi currebant furibundi,ut ſitim ſuæ crudelitatis,ac feritatis ſãguine,horrore,ac morte Chriſti explerẽt.

123. Joan 13. Luc. 22. Tempus paſſionis appellat Joannes Chriſti horam,*Sciens JESVS, quia venit hora ejus*, cap. 13.n.1.Et tamen de eodem tempore dixit Jeſus Judæi *Hac eſt hora veſtra*.Luc.22.n.53.tanquam per oppoſitionem,erat hora Chriſti ut vi amoris pro nobis vitam daret, erat hora Judæorum ut odii rabie Domino inferrent mortem,cum omni tormentorum genere. Vide infra cap. 12.quæſt. 7.n.45.46.

QUÆSTIO XVI.

Expenduntur ſeptem graviſſima opprobria quæ Chriſtus D. per totam noctem in domo Caiphæ paſſus eſt.

124. *Multa fuerunt ſputa in Chriſtum conjecta.* SATELLITES, ac miniſtri Pontificis tenuerunt JESUM in inferiori parte domus,& per totam noctem quam inſomnem duxerunt uſque mane, ut notavi ex D. Aug. & Paſch. innumerabilibus opprobriis, ac injuriis Chriſtum Dominum effecerunt.Primò,ut ſcribunt D.Matth.& Marcus *Expuerunt in faciem ejus*, ſeu ut alii legunt inſpuerunt, hoc eſt ſputa, & phlegmata fœtida, putrida,& horrenda ex heſterna crapula in faciem ejus injecerunt,& hæc tot,& tanta fuerunt, ut facies *ejus leproſa videretur;nec ſupereſſet Dei* Iſai. 53. D. Anſelm. *ſpecies, aut decor.* Juxta illud Iſai.53.n.5.D.Anſelm ſerm.de Paſſione Domini ante medium,ſic Beata virgo loquentem introducit, *& modico de lapſo tempore filius meus adeò conſputus apparuit, quod quaſi leproſus apparebat.*

125. *Spuere in faciem graviſſima injuria.* Deut. 25. Spuere in faciem alicujus eſt genus graviſſimæ,ac duriſſimæ contumeliæ; quod fiebat in ſignum ſummæ deteſtationis, abominationis, ac execrationis alicujus ſic mandatur Deuteron.25. n.9. *Quod mulier ſpuet in faciem illius*,qui noluit ſuſcitare ſemen fratris ſui ut ita ob contemptum divinum mandatum eſſet deteſtatus, execratus,& abominatus ab omnibus, ut notat hic D.Thom. D.Thomas.

126. *Valdè execrabilis injuria in Chriſti faciem ſpuere.* Si ſpuere in faciem cujuslibet hominis graviſſima eſt injuria, quanto magis ſpuere in faciem ſanctam,ac divinam filij Dei, quam deſiderant Angeli proſpicere. Specioſus forma præ filiis hominum, iniquorum hominum, ſputis fœdatur. Conſpuitur Jeſus, qui ſputo, & lumen parit; fœda Iudæorum ſputa denſas tenebras in eorum mentes parturiunt, ſpuitur facies illa divina ad cujus conſpectum Sol radios ſuo contraxit,terra tremuit, petræ ſciſſæ ſunt, & fluctus maris reveriti ſunt ſolidum iter præbentes,& tamen impii miniſtri ſic rabido furore in eam inſaniunt.D.Chryſoſt.homil.86. *Quid enim*,ait, *his contumeliis poteſt exæquari? In faciem illam,quam fluctus maris, reveriti ſunt, quam Sol in cruce videns radios occultavit,ſpuebant,cædebant abundè animos ſuos explentes,& vulnera contumelioſa inferentes,&c.*

127. Fuit hæc injuria valdè atrox, ac graviſſima in Chriſtum Dei filium, quia nominatim eam præ-dixit,tum per Prophetam Iſaiam 50. n.6. *Corpus meum dedi percutientibus,& genas meas vellentibus faciem meam non averti abi increpantibus,& conſpuentibus.* Iſai.50. Tum etiam per ſeipſum Marc.10. n 34. *Illudent ei, & conſpuent eum.* Marc. 10. Citatum locum Iſaiæ legit Vatabl. *Faciem meam non abſcondi à contumeliis, & ſputo*, Pagnin. *Faciem meam non abſcondi ab ignominiis & ſputo.* Vatablus. Pagnin. Ac ſi in ſputo eſſent omnes ignominiæ, & contumeliæ.D.verò Hieron. legit. *Dedi maxillam meam, & faciem meam non averti a confuſione ſputurum.* D. Hieron. *Tot ſputa ut numurari non poſſunt.* Tot fuerunt ſputa injecta in Chriſtum,ut facerent quandam confuſionem, quæ minimè numerari valet tot,ut exclamat Euthym. *Horrete cælum, & terra univerſaque creatura in quam faciem, quam intulerunt injuriam.* Euthym.

128. Secundò Iudæi vellentes pilos genarum, ac barbæ Chriſti Domini, & quamvis Evangeliſtæ nihil de hac re ſcribant, tamen id Chriſtum Dominum paſſum eſſe teſtatur Evangelicus Propheta Iſaias citatus *Et genas meas vellentibus* Iſai. 50. Vatablus. *Corpus meum præbui percutientibus & genas meas vellicantibus.* Vatablus. Forerius. Forerius ex Hebræo vertit: *Tergum meum dedi percuſſoribus, & genas meas depilantibus* Et addit ipſe Forerius. *Habet vellicatio barbæ dolorem, & inſignem contumeliam ſicut & in faciem ſpuere. Sunt enim pili barbæ alte carni impreſſi.* Clem.Alexand.3.Pædag.cap.3. Clem.Alex. *Nefas eſt*,ait,*barbam vellere, quæ eſt pulchritudo ingenita,& ingenua.* Hinc cum Ammonitæ legatis David dimidiam barbam raſiſſent, David hoc in ſummam contumeliam accepit,eiſque bellum 2. Reg. 10. indixit. 2. Reg 10. quo circa Alexander Magn. mandavit milites ſuos radere barbam,ne ſi ab hoſtibus caperentur hac vellicationis vel detonſionis barbæ graviſſimam ignominiam ſubirent, ut teſtatur Plutarchus in Theſ. Plutarch. Chriſtus autem Dominus voluit affici omni genere pœnarum, & contumeliarum.

129. Tertiò. *Et colaphis eum ceciderunt*:Ut ſcribunt D.Matth. D.Matth.& Marc. D. Marc. Colaphus Græcorum eſt vocabulum Euthym. Euthym. *Eſt colaphus verberatio,qua in collo fit vacua manu,ut ſonum edat.* Theoph. Exiſtimat colaphum eſſe colli percuſſionem. Theophylactus verò Auctor Græcus, *Colaphizare,ait,eſt manibus percutere,& ſimul curvatis digitis,& pugno cædere* Janſen. Proinde cum eo Ianſenio, Franc. Luca, Franch Luc. Cornelio Cornel. Menochio, Menoch. ac aliis dicendum eſt colaphos infringere eſſe pugno,ſeu clauſa manu, caput,collum,dorſum pulſare, ſeu verberare; ex quo ſine dubio Domini caput intumuit, & facies livida effecta eſt,juxta illud Comici. *Colaphis tuber eſt totum caput.* *Caput tumore & dolore plenum.* Specta Æterne Pater Chriſti tui faciem ſputis,ac colaphis deformatam; & vide an illa ſit quam in monte Thabor gloriæ lumine perfuſam contemplaſti? Vide an illa ſit, quæ ut Sol refulſit; ſed non minus facies placuit oculis ſui Æterni Parentis ſputis,ac colaphis affecta, quam cum reſplenduit ſicut Sol.

130. Quartò. Ut ait D.Marcus, *Et miniſtri eum alapis cædebant.* D.Marcus. Et Matthæus, *Et palmas in faciem ejus dederunt*: D. Matth. hoc eſt, ut communiter omnes D Chryſ. Patres,Chriſoſtom. Paſchaſ Albert. Magn Thomas, D.Paſcaſ. D. Thom. alapas, hæ enim propriè in faciem dantur. *Vehementiſſimè alapæ infligebantur.* Alapa viris ingenuis illata maximæ ignominiæ,ac deſpectionis eſt, & licet plus habeat contumeliæ,quam pœnæ,tamen veriſimile eſt quod cum multæ dirè, ac crebrè inflictæ fuerint Chriſto Domino à crudelibus adverſariis, quod ex

naribus,

naribus,ex ore ac auribus ipſius copioſus ſanguis
Pſalm.58. effluxit, *Ecce acceperunt animam meam,irruerunt*
D.Hieron. *in me fortes*,Pſal.58.n 4.D.Hier.legit *fortiſſimi* Et
ait acceperunt animam meam , hoc eſt undique
vallaverunt, ſeu circundederunt animam meam
ſeu vitam meam,irruerunt in me fortiſſimi im-
pingentes mihi alapas, & tanta inhumanitate,
ac crudelitate,ut in hoc oſtenderint totum robur
Rupert. ac fortitudinem ſuam de percuſſione alapæ inter-
pretatur prædictum locum Rupertus lib 13 . in
Ioan *Iſte fortis percuſſor* , ait , *& mollis adulator*
fortium illorum robuſtiſſimum ſe oſtentavit : de qui-
bus ait,*& acceperunt animam meam , irruunt in*
me fortes. Qui enim ſunt iſti , niſi falsò fortes , &
veraciter languidi,qui ſic irruunt in Dei fortitudi-
nem ſicut irruit phreneticus in Medicum.

131. *Crepida verberabatur facies ad ſummam ignominiam.* Quintò *Palmas in faciem ejus dederunt.* Com-
muniter ex Græco legitur, *fuſte ſeu crepida ceci-*
derunt. Et quamvis vox Græca virgam , aut cre-
pidam ſignificet,tamen de percuſſione,quæ con-
tumeliæ cauſa fit in maxilla , de crepida potius
quam de virga,ſeu fuſte debet intelligi : & hæc
fuit quædam graviſſima injuria , quam nullam
ſimilem etiam à barbariſſimis tyrannis illatam
in divinis Scripturis reperio; & ex duabus cauſis
proceſſit.Et primò,quia miniſtrorum manus jam
læſæ , ac defatigatæ erant ex alapis , & cola-
phis in Chriſti faciem datis , & ideò manus ad
crepidam extenderunt. Secundò ut extraordina-
rio , & inaudito modo dehoneſtarent Chriſti
Hebr 1. Domini vultum , qui eſt *Paternæ gloriæ ſplendor.*
Hebr 1.Hanc tantam hominum petulantiam eò
convertit Divina providentia, ut Chriſti Do-
mini facies tantis fœdata ; imaginem illam Dei
in nobis reſtitueret , quæ per peccatum vitiata
fuerat

132. D.Marcus. D. Lucas. *Curvelaverunt faciem.* Sextò. Velaverunt faciem ejus , ut ſcribunt
Marcus , & Lucas , præcipuè oculis imponentes
aliquod velamen vile, & immundum Cur autem
id fecerunt , exprimunt Evangeliſtæ. *Dicentes*
Prophetiza quis eſt qui te percuſſit: Ut illudentes
ac irridentes præberent illi occaſionem Pro-
phetæ munus agendi , qui obtectis oculis dice-
bat , à quo fuerat percuſſus, habuerunt eum
etiam , ut hominem deteſtabilem , ac blaſphe-
mum ut ſcribit D Lucas. *Blaſphemantes*, ac pro-
inde, ut luce indignum, indignumque vita , con-
ſpectu,& conſortio hominum , qui aut ipſos vi-
deret , aut videretur ab ipſis , *quaſi quendam in-*
D.Chriſol. *famem , & nullius rei hominem deludentes* , ait
Chryſoſtomus hom. 86 Cooperiunt ex alto ! ei
conſilio,ut etiam inviti reverentur divinam fa-
ciem,erat quippe Deus,& homo ſpecioſus for-
ma præ filiis hominum. Cooperiunt etiam ex
malitia ſua , ne ipſi ad miſericordiam moneren-
tur , ut inde cum majori licentia illuderent , &
ut audacius,& inverecundius omnes injuriarum
ſpecies in ipſum congererent, nam & præ mali-
tiæ petulantia, nihil omiſerunt injuriatum quas
excogitare potuerunt.

133. Septimò. Inde tot, ac tantæ contumeliæ gra-
viores fuerunt , quia dum meo Iesu inferebán-
D.Chryſoſt. *Ex contumeliis Chriſti feſtum faciebant Judæi.* tur, inimici exultabant,& inde feſtum agebant;
quod ponderat D. Chryſoſt hom.86. in Matth.
Quamobrem hæc faciebant , cum occiſuri eum eſ-
ſent ? Quid enim hujuſmodi illuſione opus erant
Crudeles eorum mores in omnibus oſtenduntur, qui
quaſi venatores fera inventa,ſic violentia:& furo-
re ferebantur, ſolemnitatem habere credente in-
genti cum voluptate inſilientes. Expende illud *ſo-*
*lemnitatem habere cupientes.*Et quantus dolor ac-
creſcit viro ingenuo ac nobili, quod ex ſuis pœ-
nis ac laboribus feſtum agant adverſarij.

Accepto nuntio à morte Saul , ac Ionathæ, 134.
ſtatim in exordio ſui planctus ait David: *Nolite*
annuntiare in Geth, neque annuntietis in compitis
Aſcalonis , ne fortè lætentur filiæ Philiſthiim , ne 2.Reg. 1.
*exultent filiæ incircumciſorum.*2.Reg.1.n.20.cum
in morte regis,ac Principis multa eſſent,quæ ve-
hementer animam vulnerabant , orbitas reipu-
blicæ, ejus generoſitas,& fortitudo,tamen his o-
miſſis primo exclamat : *Nolite annuntiare in*
Geth,ne fortè lætentur filiæ incircumciſorum In la-
bore,& tribulatione noſtra inimicorum exulta- Abulenſ.
tio magnus eſt doloris ſtimulus.Abulenſ.ibi q 13.
Non annuntietis calamitatem iſtam, ait, *quæ nobis*
evenit in civitate Goth,quia ex hoc gaudebunt ho-
ſtes noſtri,& erit fortior tribulatio Sicque dicitur
in Pſalm.12:n.5 *Qui tribulant me, exultabunt,ſi* Pſalm.12.
*motus fuero.*Et Pſam.24 n.3. *Neque irrideant me* Pſalm. 24.
inimici mei

Propius ad præſens inſtitutum. Benedicens. 135.
Iacob Ioſeph, ait:*Quaſi pulchitudo tauri pulchri-* Deut.33.
tudo ejus Deut.33 n.17.Quæ verba etſi dicta fue- Tertull.
rint Ioſeph;tamen in ſpiritu dicta ſunt Chriſto D.Ambroſ.
Iesu,ut explicat Tertull.lib.contra Iud cap. 10. D Auguſt.
Ambr lib.de benedict. Patriarch. cap.11.D.Aug. D. Juſtin.
q.56.Iuſtin.contra Tryphon.Rabbanus, Beda, & Rabban.
communiter Recentiores. Beda.

Quæ optimè de Ieſu Nazareno explicat P. 136.
Baeça tom 6.de Chriſto figurato , lib.15. cap.1. Baeça.
§ 6. *Quaſi pulcritudo tauri pulchritudo ejus.* Erit
Ieſus circundatus à Iudæis veluti feſtivus tau-
rus,cum in arena pro populi feſto agitatur, qua-
lis taurus vexantium corona cinctus,qui circun-
fuſi undique in illum ſpicula conjiciunt , currit,
diſcurrit,& in omnem partem ſe vertit,ac gyrat,
nec invenit locum in quo conſiſtat immunis,
Talis Chriſtus inter Iudæos, & Gentiles undi-
que preſſus & exagitatus quærebat conſolantem
& non invenit : Aſpiciebat hos , & illos,& om-
nes ſibi adverſarios intuebatur.Si interea Taurus
vulneribus plenus gemit,ac ſigna doloris dat,&
quo gravius ille affligitur , & dolet, hoc jucun-
dius plebi efferatæ ſpectaculum præbet ; ſic &
Ieſu contumeliæ , ac opprobria Iudæorum gau-
dia augebant ut inde malum contumeliæ gra-
vis,& acerbius fieret.

QUÆSTIO XVII.

Circa Chriſti velatam faciem quatuor quæ-
ſtiones reſolvuntur?

Quæstio prima Quare ſacri Evangeliſtæ, 137.
qui Chriſtum cunctis populis adorandum Quæſtio 1.
proponebant , tam minutim , ac exactè ejus
opprobria , ac paſſiones referunt ? Ad quod reſ-
pondet D Chryſoſtomus homil.86 *Tu autem*,ait, D.Chriſoſt.
ſublimem diſcipulorum Philoſophiam admirare,qui *Bonis magnus*
adeo exquiſitè iſta referunt , ut quanti facerent *ardor veritatis*
veritatem; facilè appareret, cum ea,quæ turpiſſima *dicenda.*
videntur,ad unguem expoſuerunt nihil celantes nec
erubeſcentes. Etiam id , quod videbatur indeco-
rum , & indignum Deo clarè , & apertè prædi-
cant Evangeliſtæ , ne videantur veritatem ſup-
primere ; tantus eſt bonis ardor veritatis di-
cendæ.

Chriſti opprobrium ſui & noſtri decor. D. Bernard. Origen.

Deinde hæc ſcribunt pro eximio honore, ac decore ipſius Jesu, ac etiam noſtri; pro decore ipſius Jesu, qui, tot, & tanta pro nobis in corpore ſuo ſuſtinuit, unde valde dulciter ait Divus Bernardus, *quam decorus es mihi JESU in poſitione tui decoris.* Et Origenes homil 35. in Matt. *Non avertit faciem ſuam Chriſtus, à confuſione ſputamentorum, ut magis glorificaretur vultus ejus, quam fuit vultus Moyſis glorificatus.* Et etiam pro noſtro decore, qui talem habemus redemptorem, qui pro nobis tanta paſſus eſt ſic pergit citat. Chryſoſt. *Hæc* ait, *in cordibus noſtris ſcribamus; hæc enim pulcherrima, & glorioſiſſima ſunt: in his ergo ſummopere glorioſior, nec minus me hi ſui dolores ſublimem efferunt, quam mille mortui, quos excitavit.*

D. Chryſ.

139. Quæſtio 2.

Quæſtio 2. Quare Jesu facies obvelatur à Judæis? De hoc jam plures rationes dedi ſuperiori quæſt. ponderatione 6 Nunc pro majori hujus rei expoſitione, Accipe Bedam in cap. 14. Marc. *Velaverunt autem eum*, ait, *non ut eorum ipſe ſcelera non videat, ſed ut à ſeipſis, ſicut quondam Moyſi fecerunt, gratiam cognitionis ejus abſcondant.* Quod olim factum fuit in vultu Moyſis ſplendentis ex Dei colloquio, fecerunt & hoc Judæi in Chriſti facie, obvelatur facies Moyſis cum illius ſplendorem Iſraëlitæ metuerent, obvelatur & facies Jesu alapis, & colapiis cæſa, tantam ejus majeſtatem Judæi impio furore debacchantes non poterant ferre Non enim ſic facies Moyſis de Dei colloquio ſplendebat ut ſplendebat facies Iesu de alapis, & ſputis acceptis.

Bed. 1. *Quare velatur facies, Majeſtatem vultus Chriſti Judæi ferre non poterant.*

140. Secundò expendo præfata verba. *Gratiam cognitionis ejus abſcondant* Si facies Ieſu eſſet aperta, Judæi ipſum intuentes ejus imaginem in oculis impreſſam haberent, ut de pupillæ oculorum natura docet Plinius lib. 11. cap. 37. *Adeò iis* (oculis) *abſoluta vis ſpeculi, ut tam parva pupilla, totam imaginē reddat hominis.* Nihil ergo ſui, nihil humanitatis in oculis habere volentes, Chriſti faciem velarunt, ut hominis imaginem ab oculis removentes omni humanitatis ſenſu depoſito, nullo compaſſionis affectu tacti, atrocius velut immaniſſimæ feræ in eum ferocirent, quippe ea naturæ lex eſt, ut qua homines ſumus, *flere cum flentibus* non omittamus. Rom 12. n. 15. Theoph. *Siquidem fletum*, ait, *natura ipſa ſuppeditat, ut compatiamur.*

Plinius. *Homines natura ad miſericordiam impelli.* Rom. 12. Theophil.

141. Tertiò Chriſtus velatus ſignificabat ſe abſcondere faciem ſuam à Iudæis, illoſque fide, & cognitione Dei privandos, & excæcandos, & ad hoc denotandum, Moyſes qui Chriſti typus erat deſcendens de monte velavit oculos ſuos, ut explicat Paul. 2. Corinth. 3. num 14. *obtuſi ſunt ſenſus eorum, uſque in hodiernum diem, idipſum velamen in lectione veteris Teſtamenti manet, non revelatum.*

Judæi fide & cognitione privandi. 2. Cor 3.

142. Quæſtio 3.

Quæſtio 3 Quare inter tot injurias ſtat Chriſtus patientiſſimus? poterat Dominus hos omnes ſuos adverſarios vivos in profundum inferni dejicere, tamen longanimis, & patiens ſtat, Salvatoris partes agens. Victor Antioch. in Marc. *Patientiam*, ait, *conſtanter retinet ſummæ per hæc omnia tolerantiæ, & patientiæ formam ſeipſum nobis proponens* D Bernard. in feria prima Hebdomadæ pœnoſæ. *In hac igitur paſſione fratres*, ait, *tria ſpecialiter convenit intueri, opus, modum, cauſam: nam in opere quidem patientia, in modo humilitas, in cauſa caritas commendatur.*

Victor. Antioch. D. Bernard. *Chriſti patientia inter opprobria.*

143. Chriſtus Dominus hic tot, & tantas injurias pertulit, tamen paſſus non eſt Regem Jeroboam erigentem manum contra Prophetam. Nam ſtatim *exaruit manus, quam extenderat*, 3. Regū. 13. n. 4. Divus Chriſoſt. in c. 4 Iſai. Præclarè rem ad præſens inſtiturum tractat. *Chriſtus*, ait, *cum ipſe quidem in faciem colaphis cæderetur; & in ſervum, qui colaphum impegerat, nihil durius fecit. Jeroboam vero, cum extenta manu conaretur apprehendere Prophetam, à quo coarguebatur, manus illa exaruit. Per hæc te erudiens: ut quæ tibi ipſi invehuntur, cum manſuetudine feras, quæ verò in Dominum ingeruntur, multa cum vehementia ulciſcaris.* Gravius Deus Prophetæ injurias, quam ſuas vindicavit, quaſi illas, quam has acerbius pateretur: ex quo magnum habemus documentum, ut injuriarum, quæ nobis inferuntur memoriam deponamus, ad injurias verò, quæ contra ipſum Deum perpetrantur, ulciſcendas, alacriter advolemus.

3. Reg. 13. D. Cyril. *Deus gravius unius Prophetæ injuriam, quam ſuam vindicavit.*

144. Quæſtio 4.

Quæſtio 4. Quàm graves dolores, ac opprobria patiebatur Chriſtus non ſolum ex tormentis, & injuriis Judæorum, ſed etiam ex noſtris peccatis, quæ ei repræſentabantur. Drogo de ſacramento Domin. Paſſionis. *In domo Principis Sacerdotum*, ait, *velata facie colaphizatur Chriſtus, quia in domo conſcientiæ, cæcata mente colaphizatur Chriſtianus Quod enim Chriſtus in publico, ego patior in occulto, quod ille foris à miniſtris Caiphæ, ego intus à negotiis Satanæ.* In domo Sacerdotum Principis Chriſtus obvelata facie alapas, & colaphos patitur, quia etiam *in domo conſcientiæ* Chriſtianus obcæcata mente committens peccata colaphizatur; etſi Chriſtus publicè à Pontificis ſatellitibus illuditur, Chriſtianus à Satanæ nebulonibus fœdatur, ac obſcuratur ſemper ſubjectorum culpæ Principi ſunt dolores.

Drogo. *Subjectorum culpa Principi ſunt dolores.*

145. Cum Moyſes deſcenderet de monte ſplendente facie ita ut non poſſent filij Iſraël intendere in vultum ejus *poſuit velamen ſuper faciem ſuam.* Exod. 34. n. 5. quod velamen refert Paulus ad rebellem pertinaciam Hebræorum, qua uſque in hodiernum diem, obcæcatum eſt cor eorum Sic ſcribit 2. Corinth. 3. num. 14. *Obtuſi ſunt ſenſus eorum, uſque in hodiernum enim diem idipſum velamē in lectione veteris Teſtamenti manet non revelatum* Moyſes maximè diſtabat ab errorum tenebris, quæ Hebræorum corda occuparunt, cur ergo ipſum velamen obnebulans, non ponitur ſuper vultus Hebræorum, ſed ſuper Moyſis faciem? Moyſis lux etiam de ſubjectorum tenebris non potuit non obfuſcari. Ut enim à Principe fulgores emicant, qui ſubjectos illuminant; ſic etiā à ſubjectis tenebræ proſiliunt, quæ ſuperiorum gloriam obtenebrant. Moyſes de ſuo clarus, ſed ſubjectorum tenebris abditus, & obſcurus, velamen enim, quod ab inferiorum cordibus lumen expulit Principis radios contrahit, & occultat. Rupertus lib. 4. in Exod. c. 44. *Cum legitur*, ait, *velamen eſt poſitum ſuper cor eorum. Igitur quod poſuit Moyſes velamen ſuper faciem ſuam, ejus rei præſagium fuit.* Ipſum velamen in facie Moyſis præſagium fuit contracti illius ſplendoris, ex erroribus, qui corda Hebræorum occupaverant.

Exod. 34. 2. Cor. 3. *Errore ſubjectorum ſuſſurant Principis gloriam.* Rupert.

CAPUT

CAPUT V.

Petrus negans.

Matth. 26. *n.* 58. Petrus autem ſequebatur eum à longè uſque in atrium Principis Sacerdotum: & ingreſſus intrò ſedebat cum miniſtris ut videret.

VERSIONES.

Syriacus. Simon autem Petrus ibat poſt eum procul uſque ad atrium ſummi Sacerdotis.

Franc. Luc. ex Græco. Uſque ad aulam Principis Sacerdotum.

Goti. Ut videret finem rei.

ALTER TEXTUS.

Marc. 14. *n.* 55. Petrus autem à longè ſecutus eſt eum uſque intro in atrium ſummi Sacerdotis, & ſedebat cum miniſtris ad ignem, & calefaciebat ſe.

Luc. 12. *n.* 54. Petrus verò ſequebatur eum à longè. Accenſo autem igne in medio, & circumſedentibus illis erat Petrus in medio eorum.

Joan. 18. *n.* 15. Sequebatur autem Jeſum Simon Petrus, & alius diſcipulus; diſcipulus autem ille erat notus Pontifici, & introivit cum Jeſu in atrium Pontificis.

Num. 16. Petrus autem ſtabat ad oſtium foris. Exivit ergo diſcipulus alius, qui erat notus Pontifici, & dixit oſtiariæ, & introduxit Petrum.

EXPOSITIO I.

1. COmprehenſo Domino in horto relicto eo fugerunt omnes diſcipuli; Petrus verò ex fuga retractus animoque recepto *ſequebatur eum*, ſcilicet Jeſum, à longè tamen, ut notant tres Evangeliſtæ Matth. Marcus, Lucas; ne ſi proprius eſſet ſecutus ut diſcipulus agnoſceretur, nam ut ait Auctor Côment. in Marc. apud D. Hier. *Timor retrahit, charitas trahit.* Bonum, quod Chriſtum eſſet ſecutus, fragilitatis verò quod à longè. D. Remig. *Neque enim*, ait, *negare potuiſſet ſi Chriſto proximus adhæſiſſet*; tantum malum ex Domini diſtantia, ac ſepararatione. Uſque in atriū, jāque ingreſſus fuerat primā portam *Principis Sacerdotum.* Scilicet Caïphæ, ubi Petrus negavit, ut jam ſuperiori c. dixi, eleganter D. Chryſ. ſerm 2. de Paſſio. ſic, ait *Negat in domo Caiphæ, ibi negat ubi poteſt valere mendacium.* Non negat niſi in domo Principis, ubi mendacia dominantur, & in magno ſunt pretio.

D. Hieron. — D. Remig. — *Ex Chriſti ſeparatione multa mala in principis domo mendacia.* — D. Chryſ.

2. *Sedebat.* In tanto ſui magiſtri diſcrimine ſedet hoc non amoris, ſed deſidiæ, ac torporis eſt, & inde origo tam graviſſimi lapſus ſerpit. *Cum miniſtris.* Admiſcuit ſe ſcelerato gregi famulorum, ac operitorum illic expectantium dominos ſuos in interiori conclavi, ac occupatos in Jeſu examine, & ſe tanquam unum ex ſervis gerens audaciam ſimulat, ne notaretur, ut advertit D. Cyrill. lib. 11. in Joan. c. 42. *Cum introiſſet Petrus*, ait, *ne mœſto vultu condolere capto videretur, ac ita expulſus videre non poſſet, quæ vellet, cum miniſtris ſe miſcuit, & quæ illi faciebant, alto corde premens dolorem facere ſimulat.* Et inde ut ait citatus Cyrillus calefaciebat ſe: *Ut cum unus de domeſticis Pontificis eſſe videretur, à nemine interrogaretur, quis eſſet.* De hac Petri calefactione infra dicam q. 10. Cum ergo Petrus ſimulatione ſe habet, inde facilè paravit greſſum ad lapſum.

D. Cyrill. — *Simulatio parat aditum ad ruinam.*

3. Quomodo autem Petrus introivit in atrium Pontificis narrat Joannes. *Sequebatur autem Jeſum Simon Petrus, & alius diſcipulus.* Syriac. *& unus ex diſcipulis aliis.* Omnes credentes in Ieſū diſcipuli vocabantur. Donec Antiochiæ Chriſtiani appellatio cœpit Act. 11. n. 26. *Erat notus Pontifici.* Scilicet Caïphæ, quem Joannes appellat Pontificem anni illius. Et confiſus de amicitia introivit cum Ieſu comprehenſo. Petrus autē ſtabat ad oſtium foris; quia non eſt auſus introire, vel certè quia ut ignotus excluſus eſt. *Exivit ergo diſcipulus alius.* Obſervavit enim diſcipulus iſte, quod Petrus, qui ſecū ſecutus fuerat, foris remanſerat, exivit ergo ut eum introduceret *Et dixit Oſtiariæ.* Solebant Iudæi oſtia domus habere clauſa & eorum cuſtodiam, ait Tolet. committebant ancillis. 2. Reg. 4. n. 6. vel quia ut tradit Franc. Lucas, fortè omnes ſervi Pontificis occupati fuerant, in comprehendendo, & adducendo Ieſu & in oſtiarii locum ancilla ſubſtituta eſt; & introduxit Petrum gratia, & amicitia illius diſcipuli noti, ô quā frequenter ex tali benevolentia magnus ruinæ aditus aperitur. D. Ambr. lib. 10. in Lucam *Male Eva induxit Adam, male Petrum introduxit fœmina.*

Franc. Luc. — 2. Reg. 4. — Toletus. — *Ex benevolentia ruina.* — D. Ambr.

QUÆSTIO I.

Quare Petrus audet Dominum ſequi, cum ab ipſo audiſſet ter in illa nocte eum eſſe negaturum?

4. IN ultima cœna Chriſtus dixit Petro. Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam Gallus cantet, ter me negabis Quid poſt hæc Petrus? Veniunt nocte milites, comprehendunt Jeſum illúmque vinctum ducunt. fugiunt diſcipuli. *Petrus autem ſequebatur eum* Cur ergo Petre non magis tu fugis? Si enim ſequaris, certum eſt, quod negabis Ieſum, nonne hoc tibi prædictum fuit? Cur ergo tanti mali occaſionē non fugis, cur non melius putas eſſe in fuga, quam in ſequela cum certitudine periculi; Melius eſt enim fugere, quam in occaſionem peccati incidere. Prov. 1. n. 17. dicitur *Fruſtra jacitur rete ante oculos pennatorum.* Quomodo fruſtra eſt rete ante oculos ovium, quæ ob eſcas caſſibus paſſim implicantur. Ex Hebræo legitur: *fruſtra jacitur rete ante oculos magiſtri alarum,* Quod plus eſt, quam pennas habere: ille eſt Magiſter alarū, qui cautè degit

Melius eſt fugere, quā lædere. — Prov 1. — Hebræus.

degit ad evitandas inſidias,& ubi illas timet, expanſis pennis fugit,& tranſit, loca tuta quærens cur Petrus cum tanto periculo ſequitur.

5. Reſpondet primo. Theodoretus orat. de charit. *Hoc magnus quoque Petrus ſauciatus deſiderio* ſcilicet Chriſti,*nec cum prius quidem futuram dixiſſet negationem latere voluit, ſed ſatius duxit, ſequens negare, quam fugiens confiteri. Quod enim ab amore,& non a temeritate proficiſceretur, hac ſequela,res ipſa teſtatur; Neque enim poſt negationem in animum induxit,ut magiſtrum relinqueret; ſed flovit quidem amarè,accedit autem vinculis amoris irretitus.* Nota verbum: *Satius dixit ſequens negare quam fugiens confiteri.* Ingens Petri amor non paſſus eſt à Chriſto ſeparari, etiam manifeſto periculo objecto,nam licet aliquando Chriſti ſectatores labantur,tamen Petrus ſatius judicavit, Chriſti perfectionem ſequi, & ab eo non ſejungi etiamſi cadendum eſſet in via,quam coram mundi oculis falſa ſecuritate perfrui,melius eſt enim Chriſtum ſequi cum lapſus periculo, quam cum mundo perſeverare.

Theodor. *Melius eſt Chriſtum ſequi cum periculo: quam in mundo ſtare falſa ſecuritate.*

6. Secundò D. Ambroſ.in cap.22. Luc. *Petrus, ait, in hoc nobis maxima eſt admiratione reverendus,quod Dominum non relinquit,etiam cum timeret. Metus naturæ eſt, cura pietatis; alienum,quod timet; ſuum,quod non fugit: quod ſequitur devotionis,quod negat obreptionis* In magno luctamine erant in Petro timor, & amor; amor Chriſti, timor verò præſentis periculi, Hic tamen amor vincit timorem, dum periculo contempto Chriſtum ſequitur; ſed mox in gravi tentatione timor vincit amorem,cum ob miniſtrorum metum Chriſtum negaverit.

D.Ambroſ. *In Petro lucta amoris, & metus.*

7. Tertiò.Petrus in horto cum cæteris diſcipulis mœrore plenus terga vertit; at cum mentem ad id quod promiſerat, advertiſſet, videlicet & *ſi omnes ſcandalizati fuerint in te,ego nunquam ſcandalizabor.* Promiſſione à fuga retractus eſt, & ne à verbis ſuis deficeret, Chriſtum ſecutus eſt,ſed præ metu à longè,ut notant Matth. Marcus, & Lucas, unde ait D.Auguſt ſerm. 121. de tempor. *Petrus promiſſor egregius cœpit ambulare longinquius.* Nimirum ut dicebat Euſtathius *Confidens ante rem plerumque ignavus.*

Ob verbum datum ſequitur Petrus. D. Auguſt. Euſtach.

8. Quartò D Hilarius *Et ingreſſus intrò ſedebat cum miniſtris,ut videret finem. Humana curioſitate ſcire cupiebat,quid ind caret de Domino Pontifex.* Idem docent D Hieron. D.Paſchaſ.in Matth. Hæc curioſitas videndi finem; quanta mala parturivit in Petro,fuit enim oblivio amoris, fidei titubatio,& magni propoſiti debilitas, virtutum noverca,vitiorum altrix, negationis officina, & vehemens omnium ſanctitatum in Petro naufragium, & dum minus voluit ſapere, jactura ſua didicit quanta amiſit.

D. Hilar. D. Hieron. D. Paſchaſ. *Petrus ex curioſitate negat.*

9. Eccleſiaſt.3 n.22. *Altiora ne quæſieris,& fortiora te ne ſcrutatus fueris: ſed quæ præcepit tibi Deus illa cogita ſemper, & in pluribus operibus ejus, ne fueris curioſus.* D. Ambr. apud Cornel. à Lapide. *Difficiliora te ne quæſieris ſine ſenſu, & fortiora te ne exquiras cum ſtultitia.* Qui divina arcana nimia curioſitate inveſtigat, cenſura duplici afficitur, ut dicatur homo *ſine ſenſu.* Et *ut ſtultitiæ* reus notetur. Cujus criminis gravitatem rectè exponit D.Nyſſen.lib.de vita Moyſi. Altiora te ne quæſieris, hoc eſt, ait ſanctus Doctor, *Noli oſſa Chriſti conterere:non enim eges ſcientia ipſorum.* Et quænam oſſa Chriſti ſunt hæc? Quæ ſedula curioſitas præſumit conterere; aut enim hæc oſſa ſunt,quæ corpus myſticum ſcilicet Eccleſiam, ut quæ corpus ejus reale componunt? Profectò major eſt curioſitatis præſumptio,quam extitit crudelis audacia tortorum in Chriſti morte, ut nimia curioſitas tantum ſe erigit præſumptione,ut etiam oſſa Chriſti, id eſt intima ejus per exaggerationem videatur audere penetrare, explorare,ac minutim tanquam confringendo inveſtigare. Unde eſt illud Plauti. *Curioſus nemo, qui non ſit malevolus,& præſumptuoſus.*

Eccleſ.3. D.Ambroſ. D.Nyſſen. *Curioſitas etiam oſſa, Chriſti dicitur conterere.* Plautus.

Serpentis ſuggeſtione: *Vidit igitur mulier,quod bonum eſſet lignum ad veſcendum;& pulchrum oculis,aſpectuque delectabile,& tulit de fructu illius & comedit.* Gen. 3,n.6. Bene eſt; quod mulier dum contemplatur lignum, ipſum videat pulchrum viſui, delectabiléque aſpectui,hoc enim eſt oculorum munus,elegantia aſpicere, eorúmque grata viſione præjucundari,ſed quid eſt, quod ultra dicitur, *vidit quod eſſet bonum ad veſcendum.* Quid oculis cum ſapore? Cur oculi de ſapore indicant *quod eſſet bonum ad veſcendum*, dum oculi tam præſumptiosè curioſitate feruntur, ut plus attendere audeant, quam oportet, ac extra proprium objectum feruntur,ut de ſapore velint agnoſcere, inde in tantam ruinam dilabitur, ut hoc primordialis delicti fuerit occaſio Rupert. l.3.in Gen.c.9. *Vidit igitur mulier,* ait, *id eſt conſideravit diligenter intuita eſt, curioſius attendit, & judex eorum quæ audierat eſſe voluit.* Dum mulier oculis nimis curioſè videre affectavit,ad omnium mortalium miſeram ruinam paravit aditum, ſua curioſitate officinam efficiens originalis delicti. 10.

Geneſ. 3. *Curioſitas primordii delicti occaſio.* Rupert.

QUÆSTIO II.

Quiſnam eſſet Diſcipulus iſte notus Pontifici.

VUlgare dubium quis eſſet iſte diſcipulus notus Pontifici, qui Petrum introduxit. 11.
Ioannem Apoſtolum fuiſſe arbitrantur D. Hier. in Epitaphio Marcellæ ad Principiam. D. Chryſoſtom.hom 82.in Joannem. Noſter D. Cyrill. lib 11.c.39 D.Juſtinian. lib.de Agone c. 8. & in Joan. Euthym. Theophylactus; Beda, Albert. Magn Lyran Carthuſ Nicephor lib.1.cap.28. lib. .cap.3. Diverſo tamen nituntur fundamento. D. Hieron. ob generis nobilitatem, quia ex regali genere Davidis deſcendebat inde ait notum fuiſſe Pontifici.Nicephor.quia partem agri, quæ ſibi ex hæreditate obvenerat, Pontifici vendiderat. Liranus inde ait notum fuiſſe, quia Pontificis domini ſolebat piſces vendere,vel quia aliquis ex cognatis ejus eſſet Pontificis famulus: alii dicunt, quod ſic Joannes erat amabilis ut etiam inimicis,utpote Pontifici, ac ejus miniſtris eſſet gratus.

D.Hieron. D.Chryſoſt. D.Cyril. D.Iuſtin. Euthym. Theophil. Beda. Albertus. Lyran. Carthuſ. Nicephor. *Joannes inimicis gratus.*

Verius tamen eſt non fuiſſe Ioannem, nec alium Apoſtolum,ſed nobilem aliquem diſcipulum, v.g. Joſephum ab Arimathæa, vel Nicodemum,vel alium ſimilem, diſcipulum Chriſti occultum,& ideò inſigniter dicitur notus Pontifici, hoc eſt non vulgariter, ſed à Pontifice, in magno honore,ac pretio habitus, & inde etiam à famulis ejus, ita ut propter eum Petrus in domum introduceretur. 12.

Oppoſita ſententia probabilior.

Joannes enim pauper,& humilis, qui ſemper ſequebatur Chriſtum, eique dilectiſſimus erat, 13.

non

non eſt probabile, quod fuerit notus, ac in magna æſtimatione habitus à Caipha crudeli Chriſti hoſte, nam ſicut Chriſtus, ſic & diſcipuli ejus exoſi erant pontifici, ex quo bene ſequitur; quod à miniſtris Pontificis, in domum ejus

Syriacus. non fuiſſent admiſſi; imò ab eis eſſent comprehenſi, & capti. Et confirmatur, quia Syriacus vertit: *Vnus ex diſcipulis aliis*; hoc eſt unus non ex Apoſtolis, qui noti erant Chriſti diſcipuli, ſed ex aliis ejus ſecretis diſcipulis, qui ejus fidem occultè profitebantur, nec pro prima opinione facit quod ſolus Joannes coram Caïpha, ac cæteris Iudæis extitit publicè juxta crucem, cujus rei cauſam aſſignat Hieron. *Quia erat notus Pontifici*, reſpondetur, quod ſi Joannes à nemine fuerit læſus apud crucem, cauſa extitit divina omnipotentia, quæ præcepit. *Sinite hos abire*, Ita Sà, Barradas, Franc. Lucas, Cornelius, Eſtius, Tyrinus, & alii.

Sà. Barrad. Franch Luc. Cornelius, Eſtius. Tyrinus.

14. Si tamen aliquis admittat primam ſententiam, quæ eſt tantorum patrum, dubitavit, cur Ioannes exprimit nomen Petri, & ſuum prætetit, *Sequebatur JESVM Simon Petrus, & alius diſcipulus* Optimè reſpondet D. Chryſoſt. citata homil. 82. *Quia rem præclaram narrat, quod aliis diffugientibus ipſe ſequeretur: ideò ſuum nomen ſilet. & Petrum ſibi præponit.* Ut ſcilicet illuſtrem illam laudem, nec deroget Petro, nec arroget ſibi

D. Chryſ. *Joannes ſuas laudes tacet, alterius refert.*

15. At inſtabit aliquis, cur Ioannes ſuas cum Pontifice oſtentavit amicitias? *Diſcipulus autem ille erat notus Pontifici.* Ut aſſignaret cauſam cur Petrum introduxit; deinde ut oſtenderet ſuam humilitatem, cum Pontifice familiaritatem evulgavit, Dicturus enim videbatur. *Et introivit cum JESV in atrium*, ab hoc abſtinuit Ioannes, ſed potius ait: *Diſcipulus autem ille erat notus Pontifici.* Ut ille in hoſtile atrium ingreſſus non charitati erga Chriſtum Dominum, ſed familiaritati cum Pontifice tribueretur; ſic expendit citatus Chryſoſtom. *Animadvertite*, ait, *quomodo propriæ laudi demit; ne quis enim diceret. Quomodo omnibus aufugientibus, ipſe ingreſſus eſt: cauſam affert; quod eſſet notus Pontifici, ne quis ſe ſecutum admiretur; néve id ei fortitudini adſcriberet.*

Joannes alienus ab inani gloria

Matth. 26. *n.* 69. Petrus verò ſedebat foris in atrio: & acceſſit ad eum una ancilla, dicens: & tu cum Jeſu Galilæo eras.

Num. 70. At ille negavit coram omnibus dicens: Neſcio quid dicis.

VERSIONES.

Syriacus num. 69. Sedebat extra in atrio: & acceſſit ad eum ancilla quædam: & ait illi: tu quoque eras.

Franc. Lucas ex Græco. Sedebat extra in aula: & acceſſit ad eum una puella.

Vatablus. Acceſſit ad eum una ancillula.

Syriacus, num. 70. Et dixit: Neſcio quid dicas.

ALTER TEXTUS.

Marc. 14. *n.* 66. Et cùm eſſet Petrus in atrio deorſum, venit una ex ancillis ſummi Sacerdotis.

Num. 67. Et cum vidiſſet Petrum calefacientem ſe aſpiciens illum ait, & tu cum Ieſu Nazareno eras.

Num. 68. At ille negavit; dicens; neque ſcio, neque novi, quid dicas. Et exiit foras ante atrium, & gallus cantavit.

Luc. 22. *n.* 55. Accenſo autem igne in medio atrij, & circumſedentibus illis erat Petrus in medio eorum.

Num. 56. Quem cum vidiſſet ancilla quædam ſedentem ad lumen, & eum fuiſſet intuita dixit, & hic cum illo erat.

Num. 57. At ille negavit eum, dicens; mulier non novi illum.

Joan. 18. *n.* 17. Dicit ergo Petro ancilla oſtiaria. Nunquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dicit ille, non ſum?

EXPOSITIO II.

NArrant omnes quatuor Evangeliſtæ primam Petri negationem, *Petrus verò ſedebat* Inter miniſtros Principum ad ignem, ut ſcribunt D. Marcus, & Lucas, in medio enim atrii erat accenſus ignis, ut ſolet fieri in præſidiis militaribus ut omnes circunſtantes poſſent calefieri; *foris in atrio.* Petrus erat in atrio, hoc eſt intra oſtium domus Caiphæ, foris verò reſpectu interioris aulæ, in qua Chriſtus aſtabat coram Concilio Iudæorum. *Acceſſit ad eum una ancilla*, ſeu ut habet Græcus *Ancillula*, ſive ut alij legunt, *puella* quæ erat *Summi Pontificis*, ut habet Marcus; & erat *Oſtiaria*, ut narrat Ioannes, id eſt ancilla vilis & infimi ordinis. *Et tu cum JESV Galilæo eras*; & quamvis ſacri Evangeliſtæ videantur ancillæ verba aliquantulum diverſimodè referre, omnia mulier dixit, ut illi narrant, nam primum adſtantibus dixit, ut ſcribit Lucas *Et hic cum illo erat* Deinde converſa ad Petrum, ut legitur apud Ioannem rogat; *Nunquid, tu ex diſcipulis es hominis iſtius?* Tandem apertè aſſeruit; *& tu cum JESV Galilæo eras* ut habetur apud Matth. & Marc. & ſic omnia ſunt conſona in hac prima negatione. Et mulier vocat IESUM Galilæum inter inimicos deſpectionis, ac vilipendij cauſa, nam apud Iudæos firmum erat ex Galilæa Prophetam non poſſe exire, nec aliquid boni eſſe. Unde per contemptum; ut auctor eſt Socrates lib. 3. hiſtor. Eccleſ. cap. 12. Iulianus Apoſtata Chriſtum, ac Chriſtianos Galilæos vocabat.

16. *Prima Petri negatio.*

Conſonantia Evangeliſtarum.

Galilæum dicit per contemptum.

Socrates.

17. *At ille negavit*, ſe fuiſſe cum IESU *coram omnibus.* Ancilla accuſavit Petrum coram omnibus præſentibus, ſic etiam clara, & aperta voce corā omnibus præſentibus, qui in magno numero erant, negat dicens, *neſcio quid dicis.* Verba magnam

gnam negationis habent emphaſim, id eſt non ſolum non fui cum illo, ſed neque ſcio, neque intelligo quid verbis tuis ſignificare velis, hoc enim modo maximè nos diſtare ab aliqua re ſignificamus cum dicimus, neque ſcio, neque intelligo quod dicis. Matthæus ait quod ipſe reſpondit: *Neſcio quid dicis* Marc. *Neque ſcio, neque novi quid dicas*. Lucas, *non novi illum* Joannes, *non ſum*, quæ omnia videntur à Petro dicta, reſpondit non ſum, non novi hominem iſtum, neque ſcio quod dicis.

18. *Petri prima negatio circa mediam noctem.* Addit D. Marcus *& exiit foras ante atrium*, hoc eſt in veſtibulum atrii, quod exprimit Evangeliſta, ne quis exiſtimet Petrum domo jam exiiſſe, & tantus erat timor Petri, ne ancilla iterum inſtaret, & urgeret illum eſſe Chriſti diſcipulum quod ideò de eo loco ad alium exivit. *Et gallus cantavit*: Ex quo patet; quòd hæc prima Petri negatio fuit circa mediã noctem, tunc enim primũ gallus canere ſolet. Hoc primo galli cantu non recordatus eſt Petrus prædictionis Chriſti, nec excitatus eſt ad pœnitentiam, tanto metu tenebatur. Ut notat D. Chryſ. hom. 86 in Matth. & addit. *Hoc ſolus Marcus ſcripſit, ita exquiſite explicans & piam Magiſtri ad diſcipulum curam, & imbecillitatem Petri. Unde maximè ipſum admirari debemus, quia non ſolum Magiſtri delictum non occultavit, ſed & exquiſitius etiam quam cæteri hoc ipſo, quia diſcipulus erat, conſcripſit.* (D. Chryſ.)

QUÆSTIO II.

Petrus negando, graviter peccavit, terque negavit; & cur tres fuerunt negationes.

19. (D. Hilar. D. Ambroſ.) QUantum ad primum D. Hilar. can. 32. in Matth. D. Ambroſ. lib 10. in cap. 22. Luc. Petrum excuſant verba ejus interpretando *Non novi hominem*. Non novi, ut purum hominem, nec ut malefactorem, ut vos putatis, ſed ut Dei filium, ac ut virum ſanctiſſimũ. Bene tamen ſubdit D. Ambr. citat. *Sed nos excuſamus, Dominus ipſe non excuſavit. Non enim ſatis involuta reſponſio confitentis JESUM, ſed aperta confeſſio. Quid prodeſt verba involvere ſi videri vis denegaſſe.*

20. *Petrus negando peccavit.* (Suar.) Certum eſt Petrum negando Chriſtum graviter peccaſſe. Hanc concluſionem eſſe de fide ſtatuit Suar. tom 2. ad 3. p. diſp. 35 ſect 1 §. *Dicendum eſt primò* Et probatur primò ex Chriſti verbo *ter me negabis*; negare autem Chriſtum peccatum grave eſt ex ſuo objecto. *Qui negaverit me coram hominibus, negabo, & ego eum coram Patre meo, qui eſt in cælis*, Matth. 10. n. 33, Deinde Chriſtus D. Petri peccatum ſignificavit dicens illi. *Et tu aliquando converſus confirma fratres tuos*. Luc. 22. Et ipſe Petrus ſui peccati gravitatem agnoſcens *flevit amarè*. Tertiò, negando Petrus, & dicens *Non ſum*, non novi hominem; mentitus, quod mendacium fuit grave, ac pernicioſum in re fidei perinde ac qui nunc à paganis rogatus, an ſit Chriſtianus, neget ſe eſſe, quod eſt peccatum contra confeſſionem fidei, & ulterius fuit hoc mendacium juramento confirmatum, perjurium autem grave peccatum eſt. (Matth. 10. Luc 22.)

21. In hac ſententia conveniunt omnes Patres, & ſcriptores Catholici, & hic eſt univerſalis ſenſus totius Eccleſiæ, ex quo manifeſtè conſtat illud peccatum mortale fuiſſe ut clarè docent D Aug. tract. 113. in Joan. Chryſoſt. hom 83. in Matth & D. Hieron. hic, & epiſt. 149. Ad Marcellum, ubi oppoſitas interpretationes ridiculas appellat. Ex quo ait Auguſt. tract. 6. in Joan. *Quidam favore perverſo Petrum excuſare nituntur* Et infrà, *ſed quid multis immoror? Cum ipſe Dominus abſtulerit omnes humanæ argumentationis ambages, dicens; donec ter me neges, non accuſemus Chriſtum, cum defendimus Petrum.* (D. Auguſt. D. Chryſoſt. D. Hieron.)

Ex quibus tenendum eſt Petrum non ita Chriſtum negaſſe, ut fidem ami erit, ſed ſolam caritatem ut docent D. Aug. tract. 113. in Ioan Noſter D. Cyril. lib 12. c. 1: D Paſch lin. 12. in Matth & D. Thom in Joan. & ratio eſt quia Petrus non negavit diſſentiendo, ſed ſolum exterius negando, imo exterius non negavit Chriſtum eſſe filium Dei, vel Meſſiam, ſed tantum cognitionem ejus; *non novi eum*. Quod peccatum directè eſt contra confeſſionem fidei, & non contra fidem, unde non fidem, ſed caritatem expulit ut ſi quis externus neget ſe eſſe Chriſtianum, non agit contra fidei veritatem, ſed contra ejus confeſſionem. Sic Petrus negando defecit à confeſſione fidei non verò ab ipſa fide, & adimpletum eſt illud, quod ei Chriſtus dixit. *Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua*. Luc. 22. n. 32. 22 (D. Auguſt. D. Cyril. D. Paſchaſ. *Petrus peccavit contra confeſſionem fidei.* Luc. 22.)

Secundum dubium eſt; quoties Petrus Chriſtum negavit. Carthuſ. in c. 26. Matth. ſexies, ter in domo Annæ ut innuit Joan. ter in domo Caiphæ, ut ſcribunt Matth. Marc. & Lucas. Cajetan. in c. 18. Joan. ait Petrum ſepties negaſſe ſcilicet ter rogatum à fœminis, quater verò à viris. 23 (Carthuſ. Cajetan.)

Conſtans eſt omnium Patrum, ac Doctorum ſententia Petrum ter negaſſe, idque probetur ex Chriſti verbis. *Ter me negabis*. ſi enim pluries eſſet negaturus, cur non prædixiſſet Dominus; idque etiam patet ex textu Matth. qui optimo ordine Chriſti hiſtoriam, ac Petri negationem narrat Et communiter Patres ad caput Joan. 21. dicunt pro trina negatione reddiſſe Petrum trinam confeſſionem D. Auguſt. 123. in Joan Trinæ negationi redditur trina confeſſio. Divus Cyrill. lib. 12. in Joan. c. 64. D. Ambr. l. 2. de Sacram. c. 7. D. Hier, epiſt. 149. ad Marcel. Euth. & alii. 24 (D. Auguſt. D. Cyrill. D. Ambr. D. Hieron. Euthym.)

Ad fundamenta contraria jam ſuperius, c 4. expoſit. 3. n. 25 diximus Petrum negaſſe in domo Caiphæ Ad id autem quod Cajetan. reſpondet ad Chriſti verba. *Ter me negabis*, Quod qui ſepties negat, negat etiam ter; quemadmodum, qui ſolvit ſeptem aureos, ſolvit etiam tres; ſed quomodo hoc poteſt ſtare, ſi Chriſtus ſciebat Petrum ſepties negaturum, cur tantum de trina negatione fecit mentionem, & non etiam de ſeptena, cum hoc magis inſerviret ad reprimendum fervorem ac audaciam Petri? 25

Quare verò Petrus ter Chriſtum negavit? Reſpondeo primò; quia trina verborum formula de ſe præſumpſerat 2. Petr. 26. n 33. *Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te: ego nunquam ſcandalizabor*. Secundò Luc. 22 n. 33 *Domine tecum paratus ſum, & in carcerem, & in mortem ire*. Tertiò Matth. 26. num. 35. *Etiamſi oportuerit me mori tecum non te negabo*. Reſpondet trinæ præſumptioni trina negatio, Secundò, toties inſtatur cum Petro, totieſque interrogatur, an ſit Jesu diſcipulus; quia forſitan ex modo dicendi cum pavore ac timore deprehenderunt Petrum non dicere verum, alias rationes ad hoc dabo quæſt. ſequenti n. 29. & quæſt. 5. 26 (*Trinæ præſumptioni trina reſpondet negatio.* Matth. 26. Luc. 22. *Ex modo dicendi deprehenditur veritas.*)

QUÆSTIO

QUÆSTIO IV.

Quare Sacri Evangeliſtæ licet uno conſono ore, tamen aliquali diverſo tenere Petri negationes ſcribunt?

27. *Difficultas quæſtionis.* OMnes quatuor Evangeliſtæ de Petri negationibus agunt; & licet omnes unam eandemque veritatem ſcribunt, tamen aliquali diverſo modo eam ſcribunt, ut patet in hac prima negatione. Ancillæ interroganti ſcribit Matthæus, quod ipſe reſponderit. *Neſcio quid dicat*; Lucas ſcribens quod ancilla dixerit, *hic cum illo erat.* Reſpondet Petrus *non novi illum.* Joannes *non ſum.* Et ſic de cæteris duabus negationibus, ut patebit expoſit. 3 & 4. Cur ergo iſta diverſitas bonorum, cum una, & eadem veritas referatur.

28. D. Ambroſ. Præclarè reſpondet D. Ambroſ. digna ſui ſententia l. 10 in c. 22 Luc. *Sed videamus*, ait, *negandi tenorem, quam inter Evangeliſtas video eſſe diverſum: ita novum fuit Petrum potuiſſe peccare, ut peccatum ejus nec ab Evangeliſtis potuerit comprehendi.* Totum collegium Apoſtolicum, tam præclaram conceperat mentem de Petro, tantaque erat omnium æſtimatio de illius probata virtute, eximio ejus amore erga Chriſtum ut etiamſi omnes ab ore Chriſti audierint Petrum ter eum eſſe negaturum, & manifeſtè in re negatio ipſa eſſet parens *ita novum fuit Petrum potuiſſe peccare, ut peccatum ejus nec ab Evangeliſtis potuerit comprehendi.* Inde inter Evangeliſtas diverſus enarrationis tenor videtur, non quia in eis ſit aliqua etiam minima diverſitas: cum unam, eandemque veritatem omnes referant, ſed quia ita fuit novum Evãgeliſtis Petrum ob ſuam eximiam ſanctitatem peccare. *Ut peccatũ ejus nec ab Evangeliſtis potuerit comprehendi.* Ac proinde ut quid quod non poteſt comprehendi diverſa verborum methodo dicitur, ac narratur, ita ut Petri peccatum intelligi, ac explicari valeat, diverſo tenore verborum exprimitur, tam longè diſtabat à diſcipulis opinio, quod Petrus peccare poſſet.

29. *Elegia fidei Petri.* In quæſtionem voco cur alto Dei conſilio permiſſus eſt Petrus, quod ter negaret ad ejus humilitatem, ac ad benignitatem cum delinquentibus nonne ſufficiebat una negatio, ad quid triplex, & hoc modo cum una ancilla, modo cum altera & hoc modo coram viris aſtantibus, modo coram aliis, atque etiam quod ipſa negatio eſſet juramento ac deteſtatione firmata? Totus orbis tam altam ebiberat mentẽ de Petri ſanctitate, ac firmitate fidei, & tantus erat communis æſtimationis cenſus de illa, ita ut Origen. hom. 2. Evangelium, Petrum appellet *Symbolum fidei* Chryſol. ſerm. 107. *cuſtodem fidei* Et D. Auguſt. tract. 113. in Joan. *Columnam firmiſſimam fidei.* Inde factum eſt quod ut eſſet perſuaſum in mundo, quod Petrus negaverit à fideique confeſſione defecerit, veluti neceſſarium fuit non una negatio, ſed triplex & coram multis, & diverſis, & non ſolum triplex negatio, & coram tot ac tantis aſtantibus, ſed etiam ultra requiſitum fuit, ut juramento eſſet firmata, ac ſtabilita, ut ita Petri negatio, ejuſque à Chriſto charitate, ac amore lapſus crederetur. *Ita novum fuit Petrum potuiſſe peccare ut peccatum ejus nec potuerit comprehendi*

Origen. D. Chryſ. D. Auguſt. *Multa neceſſaria ad perſuadendum Petri peccatum.*

30. Gravi urgente tempeſtate erant Apoſtoli in quadam navicula laborantes in maris medio circa quartam vigiliam noctis hoc eſt ad diei jam crepuſculum venit Jeſus ad eos ambulans ſuper mare quem cùm agnoviſſet Petrus, miſit ſe inter marinos vortices, & cum mergi cœpiſſet clamavit ad Dominum: *Domine ſalvum me fac.* At Jeſus continuo, *extendens manum apprehendit eum, & ait illi: modicæ fidei quare dubitaſti?* Matth. 14 n. 31. Syriacus legit. *O exigua fide prædite!* Interjectio illa, *ô*, nota admirationis eſt tanta erat fides Petri, & tam rarum, & admirabile erat, quod in uno eventu modica appareret, ut hoc, ſine magna totius orbis admiratione non poſſet dici; imo quod magis eſt ipſa infinita incarnata Dei ſapientia, cui omnia ſunt aperta, cum fidem Petri modicã appellat in externa apparentia, in externóque loquendi morbo quandam admirationis ſpeciem oſtendit. Matth. 14. Syriac. *Mirabile quod fides Petri ſit modica.*

QUÆSTIO X.

Quare magnus Petrus permiſſus eſt tam graviter labi, ac Magiſtrum negare?

31. MAGNA eſt altitudo Divini conſilii, ut omnes Patres fatentur, quod ita permiſerit firmiſſimum Eccleſiæ fundamentum labefactari, ac labi. Unde eleganter ait D. Ambr. hic in c. 22. Luc. *Error Petri, doctrina juſtorum eſt, & titubatio Petri omnium petra eſt, & noſtra firmitas.* Lapſus Petri ſanctorum eſt documentum, ut illo diſcant multa evitare, & fugere, quo in juſtitia firmentur, ac corroborentur, tam magnus Petrus, ut etiam errando doceat. Ad quæſtionem. D. Ambroſ. *Lapſus Petri doctrina juſtorum.*

32. D. Baſil. Reſpondet primò D. Baſil. homil. de humilitate, *Quoniam arrogantius dixerat*, & ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor: *humanæ traditus eſt puſillanimitati, & prolapſus in legatione.* Petrus multum ſibi arrogaverat ſuæque conſtantiæ multum fidus erat, inde cadit, ut nemo ſibi fidat, ſed timeat. Secundò idẽ D. Baſil. citat. *Petrus lapſu inſtitutus eſt ad pietatem, edoctus etiam aliis infirmis parcere.* Ordinabatur Petrus, ut eſſet totius Eccleſiæ paſtor, permittitur labi, ut ſuo lapſu diſcat lapſis compati, & proprii caſus intuitu duriorem ſententiam temperet. Ita enim S. Leo ſerm. 9. de paſſ. D. Chryſ. D. Gregor. & alii D. Aug. ſermo 124. de tempore. *Ut in clavibus eſſet fidelis janitor, in ſententia clementiſſimus diſpenſator.* *Nemo ſibi fidat.* *Petrus ſuo lapſu ad compaſſionem inſtruitur.* D. Leo. D. Chryſoſt. D. Gregor. D. Auguſt.

33. Tertiò, N. D. Cyrill lib. 12 in Joan. cap. 1. permiſſus eſt Petrus peccare: *ut legentes intelligant quales ante adventum Spiritus Apoſtoli fuerunt, & quales poſtquam virtutem ex alto acceperunt, effecti ſunt. Invictos animo, & vere divinos illos homines fuiſſe conſtat.* Ut apertè videatur effectus divinæ gratiæ, nam ante virtutem acceptam ex alto, valdè timidi, & debiles erant, poſtea verò omni metu, & terrore ſuperiores. Unde ait D. Auguſt. ait. *Quid eſt homo ſine gratia Dei, niſi quod fuit Petrus cum negavit Chriſtum* Quartò D. Leo ſerm. 9 de Paſſio *Ob hoc Petrus, ait, hæſitare permiſſus eſt, ut in Eccleſiæ principe remedium pœnitentiæ conderetur.* Ut ita Petri exemplo intelligeremus, quanta ſit ſublimitas pœnitentiæ, per quam non ſolum veniam, ſed etiam majorem dignitatem recuperare, ac obtinere poſſumus *Magna hominis fragilitas.* D. Auguſt. D. Leo.

34. Quintò, ut innuunt hic D Chryſoſtom. D. Gregor. homil. 21. quia ſciens ſe fragilem, ac pavidum temerè ſocietate impiorum miniſtrorum, qui Ieſum ceperant; ſe miſcuit Pro quo eleganter quærit D. Aug. tract. 92. in Ioan Cur Petrus hic cadit,& Chriſtum negat? cum poſt reſurrectionem in littore maris Tiberiadis ter à Chriſto interrogatus an ipſum diligeret plus cæteris firmiter confeſſus eſt. *Simon Joannis diligis me plus his? Dicit ei etiam, Domine tu ſcis, quia amo te.* Ioan. 21 n 15. Sic ait Aug. *Ante paſſionem ſervilis timor Petri, interrogatus eſt à fœmina ſervitutis, poſt reſurrectionem Domini liberalis ejus amor ab ipſo principe libertatis, & ideo ibi turbatur, ubi quem dilexerat, negaverat, hic quem negaverat, diligebat?* Cur ſic modo turpiter timet cum illic ſic fervide amet? Talis erat Petrus, quales erant illi, cum quibus jungebatur; modo accedit ancillæ, ſerviſque Pontificis, inde totus ſervili nutu tenetur; at in littore dilectori ſuo Ieſu jungitur totuſque circundatus diligentium Apoſtolorum cœtu, inde totus in dilectione flammas abit, frequenter quilibet ſequitur mores eorum, cum quibus jungitur; & ſi hoc in firmiſſima Eccleſiæ petra cernitur, in quo alio non videbitur? fugienda eſt occaſio,& periculum nam ex illo catenatim veniunt ruinæ.

D. Chryſ. D. Gregor. — Joan. 21. D. Auguſt. — *Petrus is eſt quales illi quibus accedit.*

35. Sextò, S. Cæſarius Nazianz. frater Dialogo 4. *Putabat Petrus* ait, *illos nunquam per pœnitentiam dignos habendos benigniter: permittit ipſum cadere Dominus propter percuſſum Pontificis ſervum, & amputatam auriculam.* De rigoroſo inflicto vulnere venit Petrus ad lapſum, durus ille rigor, quo ſervum abſque ulla miſericordiæ ſpecie Malchum puniendum putavit occaſionem ad lapſum præparavit, ſæpe ſeveri proximorum zelatores in majora crimina cadere permittuntur, ut ex ſuo caſu cum proximis benignè agere diſcant Iterum præmio illa verba, et ſeptimo *Permittit ipſum cadere propter percuſſum ſervum Pontificis* De vulnere namque proximi quid aliud citus naſceretur, niſi Domini abnegatio? Sæpè durities in proximos parit Domini negationem.

D. Cæſar. — *Religioſi zelatores in majora cadere permittuntur.* — *Durus in proximos. duritiem ſibi cōparat.*

36. Octavò, D Laurentius Iuſtin. lib. de Triumphali Chriſti agone cap. 8. *Dominum*, ait, *quippe ignarus ſui, paſſione timidus, & frigidus caritate, ſolo corpore ſequebatur.* Quomodo fieri potuit, ut Petrus tantus vir ad vocem unius ancillæ ſic, tam fœdè prolapſus ſit? Expende: *frigidus caritate ſolo corpore ſequebatur.* Totus timore correptus à caritate ſua tepuit,& qui à ſuo fervore cadit,& tepiditates in Dei amore amittit in grandia peccata cadit. *Frigidus caritate ſolo corpore ſequebatur* Petrus ſequebatur corpore non verò animo, nam jam caritate frigidus erat,& qui ſolo corpore, non verò animo ſequitur, in magnam ruinam præcipitatur.

D. Laur. Iuſt. — *Qui corpore, & nō animo ſequitur, in multa pericula cadit.*

37. Nonò, Immemor erat Petrus verborum Ieſu quibus ipſe prædixit ter eum in illa nocte eſſe negaturum, quod Evangeliſta apertè denotat, dum de pœnitentia Petri agens, ait: *Recordatus eſt Petrus verbi Jeſu, quod dixerat,&c.* Inde Petrus tam miſerrimè labitur, Dei verbum noſtrum ſcutum, quo ab hoſtibus protegimur,& defundimur, ſi hoc alta oblivione ſepelitur; quid aliud eveniet, niſi caſus,& ruina.

Oblivio verborum Dei ruinam parit.

38. Decimò, Perpende altitudinem Divinæ Sapientiæ, quod ab ipſis peccatorum morbis ſciat ſalutarem medicinam præparare, Decreverat Deus Petrum ſublevare ad ſupremum Eccleſiæ apicem ut peccata dimitteret, portas cœli aperiret, ac etiam ipſiuſmet Dei eſſet Vicarius in terris,& in tanto rerum culmine in magno periculo verſabatur Petrus ne aliqua vana glorioia ei in mentem ſuggereretur, quod ille qui omnia crimina abſolvebat à peccatis alienus erat, inde permittitur ut ipſe abnegando cadat, ut ita cognoſcat quod remittere peccata donum eſt gratiæ, non naturæ jus,& ſi ille tanta eminet poteſtate, ut portas cœli aperiat, non inde cogitet, quòd ſibi non poſſunt eſſe clauſæ, ideo labi permittitur, ut ſuo peccato ſibimet interclufas videat, & cum ipſe ſit Chriſti Vicarius, ne de ſe aliquid ſupra naturam cogitet, ideo permittitur, ut per peccatum in extrema fragilitate humanæ naturæ ſe videat: ut inde cautior, ac humilior cum ſui recognitione reſurgat, ex quibus in eo præparetur medicina præſervativa multorum malorum, ut ex hoc in virtutibus, ac donis proficiat,& creſcat, Hinc Paulus maximè extollit Dei ſapientiam Rom. 8. n. 3. *De peccato damnavit peccatum.* Nam de peccato ſcit Deus elicere lachrymas ad damnandum peccatum. Abbas Cellenſis lib. de Pane. c. 12. *Mirum, ait, in hoc artificis Dei ingenium, ut lachryma de venis erumpens peccatorum humiliter profuſa abſorberet omne peccatum. Planè ſic de peccato damnatur peccatum.*

Dei ſapientia ex ipſis peccatorum morbis præparat eis medicinam. — Rom. 8. — Abbas. Cel.

39. Ait Deus Moyſi Exod. 7. n. 4. *Immittat manum meam ſuper Ægyptum, & educam exercitum, & populum meum Iſrael de terra Ægypti per judicia maxima.* Non ait Deus, educam Iſraël in mea fortitudine, in brachio excelſo; ac in manu meâ potenti, qua de nihilo cuncta creavi, vel quia immiſſo uno Angelo ingentem Aſſyriorum exercitum interemi, ſed ait, educam *per judicia maxima*, hoc eſt per alta conſilia meæ ſapientiæ,& in quo tam alta ſapientia declarata eſt Non audiet Pharao, ſed rebellis ſtans Dei mandatis non dimittet Iſraël, ſed magis obduratus perſiſtet in retinendo populum, tunc Dei ſapientia ipſam Pharaonis rebellionem, obdurationem, ac perverſitatem inſervire facit ut eductio, Iſraëlis glorioſior, ac admirabilior fieret per prodigia & judicia maxima, Iſraël quæ excelſior, ac ſublimior eſſet in oculis omnium nationum. Divus Gregor. Nyſſen orat de infantibus. *Excellentia ſapientiæ mirum etiam malum ad adjurandum bonum trahere, & accommodare ſcivit.*

Exod. 7. — *Dei ſapientia malum accommodat ad adjuvandum bonum.* — D. Nyſſen.

40. Mandat Deus Ionæ Prophetæ, ut vadat in Ninive civitatem, ut prædicet in ea nolens obedire divino mandato. *Surrexit Jonas, ut fugeret in Tharſis à facie Domini* Cap. 1. n. 3. qui aſcendens in navim, cum à magna tempeſtate premeretur ex conſilio ipſius Jonæ miſſus eſt in mare, & à cete grandi abſorptus, tandem in littus evomitus eſt. *Et dixit Dominus piſci: & evomuit Jonam in aridam:* cap. 2 n. 11. Propheta non vis obedire Dei mandato, nec in Ninive pergere, conſiſte in patria tua ad quid navigio in pelagum veheris? Mare tempeſtate commovetur, cur non conſulis ut reperant Ninive,& ceſſabit tempeſtas, ſed inquis, *projic te me in mare*, ut ibi à ferinis belluis devoratus miſerrimè pereas,& minimè adimplere valeas Dei mandata? D. Gregor. lib. 6. moral. cap. 22. *Auctori ſuo obedire renititur, ad locum quo miſſus fuerat, ſuo reus carcere portatur.* Oſtentavit Deus magnitudinem ſapientiæ ſuæ, efficacia enim media, quæ Ionas elegit, ut reſiſteret, ac inobediret Dei mandato, præparavit, Deus ut ille obediret. Mare per quod navigans fugit, ordinat

Ion. 1 — *Ex motivis peccatorum, ſumit Deus occaſiones virtutum.*

ordinat Deus; ut ad locum deſtinatum ejiciat, venter belluæ, in quo ut in ſepulchro, erat clauſus, diſponitur, ut tanquam navigium inſerviat, ut tranſeat in civitatem, ad quam miſſus erat, & ut obediens Dei mandatum adimpleat, motiva inobedientiæ Ionæ convertit Deus in occaſiones ad exequendum præceptum ſuum.

41. 2. Cor. 4. Is eſt enim Deus, ut ait Paulus 2. Cor 4. n. 6. *Qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere*, de tenebroſis hominum peccatis ſcit Deus luciddiſſimos virtutum, ac operum ſplendores trahere. Origen. Origen. Homil. 14. in Numer. Sic ait: *Malitiam Deus non fecit*, ait, *tamen cum ab aliis inventam poſſit prohibere, non prohibet, ſed utitur ea ad neceſſarias cauſas*. Quod comprobat invidia fratrum Joſeph, quia ipſe ad omniumſalutem eſt deſtinatus. Obduratione Pharaonis, quæ ad multam gloriam inſervivit, malitia Judæ, qua mors Chriſto in omnium redemptionem inflicta. Sic ait citat. Origen. *Si auferas malitiam Iudæ, abſtuleris pariter crucem Chriſti: & ſi non ſit crux non exuuntur principatus, nec poteſtates, nec triumphatur, in ligno.*

Deus ex malis ſcit educere bona.

QUÆSTIO VI.

Quare Petrus non alio in loco, ſed tantum in domo Principis Sacerdotum Chriſtum negat?

42. *Difficultas quæſtionis.* PEtrus, ait Matth. *Sedebat foris in atrio*; quod etiam reliqui tres Evangeliſtæ notant; ſedebat diuturna manſione, foris verò, hoc eſt extra aulam, in qua erat Chriſtus. Cur non in alio loco negat, ſed tantum in atrio principis. Ad quæſtionem.

43. Origen. Reſpondeo primo Origenes notans, quod omnes tres negationes fuerunt in atrio principis, ſic habet homil. 35 in Matth. *Conſidera*, ait *quod Petrus foris ſedens ab Jeſu ſegregatus & in atrio præſidis conſtitutus coram omnibus Jeſum denegavit; & iterum vice ſecunda ſimiliter, non extra januam foris factus, ſed volens exire, nondum autem egreſſus januam denegavit, ſed & tertia vice, quando cœpit ſe devovere & jurare, quia neſcio hominem, adhuc non erat foris.* Primò, ſecundò, & tertiò negat Petrus, ſed ſemper in atrio principis diuturna detentio in principis domo hominem enervabat ut de petra firma facilè eum induceret ad Deum abnegandum quid erit diuturna per multorum annorum curricula cum eis commoratio.

Diuturna commoratio cum Principe Dei familiaritatem evertit.

44. D. Paſchaſ. Secundò, D. Paſchaſ. l. 12. in Matth. *Conſiderandum eſt*, ait, *ubi negat Petrus, non in monte, ubi fuit cum Domino; non in templo, non in domo ſua, ſed in prætorio Judæorum, & in nocte, vel in domo Principis Sacerdotum. Ibi ergo negat, ubi veritas non eſt ubi Chriſtus ligatus eſt, ubi Chriſtus contumeliatur, ubi eum intromiſit ancilla oſtiaria, & interrogat eum de fraudibus ſuis ubi innocentia difficile ſervatur.* Expende quod Petrus negat in domo principis, & tunc ſubdit. *Ibi ergo negat ubi veritas non eſt, ubi Chriſtus ligatus eſt.* In palatio principis veritas non eſt, ſed Chriſtus ligatus. Sunamitidæ hoſpitæ, ut gratificaret Parens Eliſæus ei filium promittit. *In tempore iſto in hac eadē hora, ſi vita comes fuerit, habebis in utero filium at illa reſpondit. Noli quæſo Domine mi vir Dei, noli mentiri ancillæ tuæ*, 4. Regum. 4. n. 16. Si eum agnoſcebat virum Dei, ac Prophetam. quomodo ab eo timet audire mendacium, Carthuſian. ibi. *Curialiter reſpondet hæc mulier non quod putaret Eliſæum eſſe mentitum* Mulier agnoſcebat Eliſæum eſſe virum Dei, & Prophetam, tamen ſciebat eſſe curialem, ac frequentem in aulicis regis, inde de more curiali eum mendacem appellat, pro certo habebat inter curiales nullam eſſe veritatem.

In regis palatio, ac curia non eſt veritas, ſed mendacium.

4 Reg. 4.

Carthuſ.

45. D. Chryſol. Tertiò. In horto Petrus animosè coram armato militum exercitu Chriſtum ſuum eſſe Magiſtrum confitetur, dum pro ejus defenſione gladium evaginavit; at modo brevi elapſo tempore in domo Principis ſacerdotum ad vocem unius ancillulæ ipſum negavit. Unde tanta differentia? in horto *aſſumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi* ut ait D. Chryſ. *Elegit hos tres tanquam meliores.* At in domum principis ſacerdotum Petrus introductus eſt gratia, & favore Joannis. *Diſcipulus ille, qui erat notus Pontifici, dixit ancillæ oſtiariæ, & introduxit Petrum.* In horto ergo cum Petrus hoc, ut eſſet ſocius Chriſti in oratione aſſumptus eſt per merita, *elegit hos tanquam meliores*; inde ibi in tanto rerum conflictu firmus perſeverat, & conſiſtit: at in domo principis gratia, ac benevolentia introivit, unde in ea corruit, & labitur. Sicut enim locus per merita ſtabilis eſt, ita gratia, & favore inconſtans, & labilis.

Quod favore obtinetur, corruit: quod meritis, perſeverat.

46. In imperio Regis Aſſueri duo viri maximè eminentes, ac perexcelſi ſunt in grandi, & alta dignitate, ſcilicet Aman, & Mardochæus. Aman tota ſublimitas brevi tempore conſumpta eſt, & ipſe ſuſpenſus eſt in patibulo; cum ad hoc nulla videatur aſſignari ſufficiens ratio; nam quod ipſe vellet, ut omnes ei flecterent genua; hoc erat Regis mandatum. *Adorabunt Aman: ſic enim præceperat eis Imperator.* Eſther 3. n. 2. quod verò ipſe intenderet Reginam interficere, nunquam tale habuit in mente cap. 7 n 7. Cur ergo tota Aman glorìola ſic breviter pertranſivit. At verò ſublimitas, & exaltatio Mardochæi fuit fixa, & conſtans uſque in finem vitæ perdurans; unde tanta diſcriminis ratio? Aman habuit ingreſſum ad Aſſuerum ipſius regis gratia, ſic dicitur Eſther. 3. num. 1. *Poſt hæc Aſſuerus exaltavit Aman*, cujus exaltationis nulla aſſignatur ratio, quia nulla alia fuit; niſi quia placuit regi. Unde ait Caſſiod. lib. 1. Var. Epiſt. 4 & 17 *Aman non elaboratus, ſed recens quantum ad dignitatem ſimul ſatus editus, Poetæ gigantes finxerant.* At verò Mardochæus per merita ad tantum rerum culmen introivit. *Ventum eſt ad illum locum, ubi ſcriptum erat, quomodo nuntiaſſet Mardochæus inſidias Bagathan; & Thares Eunuchorum regem Aſſuerum jugulare cupientium*, Eſther 6. n 2. Inde ergo Aman, qui in malum regis, ejuſque exaltationem favore, & gratia eſt ingreſſus ruit, & cadit; at verò Mardochæus, quem merita locum fecerunt, ibi durat, & perſeverat.

Eſther. 3.

Eſther. 7.

Eſther. 3.

Caſſiodor.

Aman favore introductus cadit, Mardochæus meritis perſeverat.

Eſther. 6.

47. Dupliciter video Joſeph exaltatum, & ſublimatum, ſemel in domo patris ſui, iterum verò in Ægypto; in domo patris dicitur, quod ipſe fecit ei tunicam polymitam. Genel. 37. n. 3. quod erat ſignum eximiæ dignitatis, & honoris, ut notant Philo lib de Joſeph. Rupertus ibi, & alii, tunc invident fratres, & contra eum inſurgunt, ut à domo patris ejiciant intendentes eum interficere, in Ægypto primus eſt, poſt Pharaonem totius regni clavum tenet; nullus invidet, ſed omnes laudant, & approbant, & quænam hujus

Geneſ. 37.

Philo.

Rupert.

hujus cauſa ? Ait Textus. *Iſraël diligebat Joſeph ſuper omnes filios ſuos, fecit ei tunicam polymitam.* Amor veſtem illam nobilitatis, & gloriæ conceſſit, at verò in Ægypto merita obtinuerunt locum, videbant cuncti ejus eximiam ſapientiam, & prudentiam, qua cuncta agebat, & diſponebat *Nunquid ſapientiorem, & conſimilem invenire potero?* Geneſ. 41. num. 39. Amor fecit veſtem; inde odium pullulavit; merita dederunt purpuram, & Cathedram, inde omnium animos conciliarunt, malevolentiam & invidiam comprimentia.

Geneſ. 41. *Amor negotiante invidia, meritis obtinentibus applauſus.*

QUÆSTIO VII.

Petrus cecidit, tamen cadens ſuæ generoſitatis ſpecimen dedit.

48. D.Chriſoſt. HUc advoco id quod eleganter dixit Divus Chryſ. hom. 5. de verbis Iſaiæ *Quemadmodum,* ait, *præclara corpora etiam in adverſa valetudine, multa nobis formæ veſtigia oſtendunt: ſic etiam ſanctorum animæ in ipſis etiam erratis ſuæ virtutis ſigna præ ſe ferunt.* Sicut vir elegans aſpectu, ſi tamen morbo, ſqualore, vel ætate, facies ſit deformata, ſemper ſuæ antiquæ elegantiæ dat ſpeciem; Petrus cecidit, tamen cadens multa ſuæ eximiæ probitatis dat ſigna quod aliquibus rationibus comprobatur.

49. Peccavit D.Petrus, ſed cum timore, ac pudore, quod ex eo quod cum ſemel, atque iterum negaret, nondum illi credebatur; ſed novus ac importunus inquiſitor illi aſſiſtebat, qui prioribus negationibus non contentus, aliam extorqueret: quia ſcilicet adeo verecundè, ac timidè negabat, ut aliud ore promere, aliud ſub corde recondere videretur.

Petrus cecidit cum timore, ac pudore.

50. Secundò, Negat Petrus, ſed in reverentia habens Jeſum, dicit ei ancilla. *Et tu cum Jeſu Galilæo eras.* Et alia ancilla dixit: *Et hic erat cum Jeſu Nazareno.* Petrus reſpondens ait. *Neſcio quid dicis.* Et iterum *non novi hominem.* Cur ſicut ancilla dixit *erat cum Jeſu Nazareno:* non ait Petrus, non novi Ieſum, ſed non novi hominem: hanc reverentiam habens erga Ieſum, dum ipſum negat, quod non audet illum nec ore dicere, nec lingua pronunciare. Tertiò, non moratur in peccato, ſed exivit continuò ut infra q. 16 ponderabo.

Negat Petrus etiam cum reverentia.

51. D.Chryſoſt. Quartò, D.Chryſoſt. Oratione habita in Apoſtolos tom. 6. *Non ſanè magnopere,* ait, *accuſandus Petrus videtur. Nam quo tempore Sol ipſe fugiebat, cælum latebras quærebat, concutiebatur terra, petræ ſcindebantur, quippe quæ creatoris injuriam ferre non poterant, tunc Petrus deficit, tunc Petrus negavit.* Inter tot temporis difficultates, ubi pene tota mundi machina concutiebatur, ac fere labebatur, tunc Petrus labitur, & quid mirum, quod quando tota mundi machina perturbatur, quod Petrus in aliquam perturbationem vadat ?

Cum turbatur tota mundi fabrica tunc Petrus turbatur.

52. Quintò, Cecidit Petrus ſequens tamen Ieſum. *Petrus autem ſequebatur eum*; negavit in atrio Pontificis, ubi nullus aliorum Apoſtolorum auſus eſt introire Prolapſus eſt, *cum eſſet in medio eorum,* Ut ait D. Lucas, cum undique circumſederent Phariſæi, & cadere ſequens, in medioque hoſtium inter gladios, & lanceas, verum eſt quod cadere eſt caſus, eſt tamen fortium; alii diſcipuli forſitan non negarunt, quia fugerant, & fugiendo, ut eſt multorum opinio, peccarunt, de quo egi cap. 3. q. 26. At Petrus ſequens cecidit, & humana militia, ut ait Tertullian. alibi datus *pulchrior eſt miles in pugna amiſſus, quam in fuga ſalvus.* Tertullian.

Petrus cecidit, ut miles fortis ſequens.

53 Cum Petrus, ac cæteri Apoſtoli vehementer in altum, urgente tempeſtate circa quartam vigiliam noctis apparet eis Dominus deambulans ſuper mare, quem cum agnoviſſet Petrus miſit ſe in mare, & cum cœpiſſet mergi clamavit ad Dominum, *Domine ſalvum me fac,* ſubdit Divus Matth. *& continuò Jeſus extendens manum apprehendit eum; & ait illi: modicæ fidei quare dubitaſti?* cap. 14 n. 31. Expende illud *continuo*; & immediatè. Narrat Divus Lucas, quod in ipſo Reſurrectionis die ibant duo diſcipuli in Caſtellum nomine Emmaus, quod diſtabat ab Ieruſalem ſpatio ſexaginta ſtadiorum, hoc eſt apud nos quatuor leucis, & pergens cum eis in via eos reprehendit. *O ſtulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti ſunt Prophetæ,* Luc. 24. n. 25. eos increpat de ignorantia, ac modica fide, cum veſpere deveniſſent in caſtellum ibi eis ſe ſe manifeſtavit. Maximè inveſtigandum eſt, frigeſcit Petrus in fide, & tamen Dominus illico ei adeſt: *& continuò extendit manum*; At vero his diſcipulis euntibus in Emmaus valdè ſero ſuccurrit, permittit namque ut dies quaſi integra pertranſeat, & ut iter valdè diſtans peragatur: unde tanta differentia ? Verum eſt quod Petrus à ſuo fervore cecidit, & elanguit in fide, hoc tamen ei accidit Chriſtum ſequenti in medio maris, undarúmque ac ſævæ tempeſtatis, & caſus qui contingit, dum quis ſequitur, ac in medio periculi, dignus eſt ut relevetur, ac ut cito auxilio adjuvetur: euntibus in Emmaus moroſè venit Dominus, fugiebant enim ab Ieruſalem ob metum Iudæorum: qui cadit ſequens ad ſe Domini auxilium allicit, qui verò fugiens quodammodo impedit, ac retardat.

Matth. 14.

Luc. 24. *Qui cadit ſequens auxilium ſolicitat, ſi fugiens retardat.*

54. D.Baſil. Sel. Huc advoco id, quod eleganter dixit Divus Baſilius Seleuc. orat. 17. quærens cur Deus tam citò tot, ac tantis modis, & parabolis adeſt Davidi per Nathan prophetam, ut eum à peccato ſuo vocet, cecidit in tempore belli 2. Reg. 11. n. 1. *Eo tempore quo ſolent reges ad bella procedere.* Sic ait Sanct. Pater in perſona Dei loquentis cum Nathan *Novi bellatorem meum inimico terga non dedit, ſed prælians vulneratus eſt.* Vide t. 5. c. 4. q. 5. c. 9. q. 3. 2. Reg. 11.

QUÆSTIO VIII.

Quare Petrus primo tentatur non ab aliquo viro gravi, ſed ab ancilla humili, & oſtiaria.

55. D.Chryſ. NEgat Petrus Magiſtrum ſuum, ſed quis ad negationem primo eum urget, ut notat D. Chryſoſt. *Non unus aliquis ex gravioribus, ſed fœmina eáque oſtiaria, abjecta, & captiva quædam puella, nullius pretii mulier.* Talis primo interrogat Petrum.

56 Primò reſpondeo, quod ſtatim ante omnes, hæc ancilla interrogat, quia ut colligitur ex Ioanne, oſtiaria erat & intromiſerat Petrum, inde interrogandi occaſionem habuit. Secundò. Mulier multum audax, ac nimis cu-

Mulier curioſa ſciendi, & inquirendi.

rioſa

tioſa ſciendi ac interrogandi; & ideò primo ante omnes, ancillâ Petrum ſuſcitatur, ac interrogationibus urget. Tertiò Ancillula humilis, vilis captiva,& ſine pretio. Tamen ubi verbum puellæ proceſſit, columna illa concutiebatur, illa locuta eſt, propugnaculum fluctuavit; ut nullus ſibi ſi lat, ut Petrus, qui tot, ac tantis pollicitationibus erat in cœnaculo, ſed tantum in Dei gratia, ut communiter hic docent Patres, D. Gregor hom. 21. in Evang. D. Paſchaſ. lib. 12. in Matth. Beda, & alij. D Gregor. D. Paſchaſ. Beda.

57. S. Maxim. Quartò S Maxim homil. 2 de latrone & Petro. *Magis*, ait, *prævaluit oſtiaria ad perfidiam q am Apoſtolus ad cautelam. Non bona oſtiaria, quæ Petrum ideo in domum ſacerdotis includit, ut à fide Salvatoris excludat. Male Adam induxit Eva, ma e Petrum introduxit ancilla. Illa excluſit à Paradiſo, hæc excluſit à Chriſto Illa perſuaſione ſua virum decepit, hæc interrogatione ſua Apoſtolum circumſcripſit. Illa ad prævaricandum Adam impulit, hæc Petrum compulit ad negandum. Et idem ſexus in utroque oſtiariæ officium gerens, aut excludit à vita, aut includit ad mortem.* Aſtans ſuæ firmiſſimæ columnæ Adamus in paradiſo, Petrus in collegio Apoſtolico, & tamen corruunt, & labuntur, non exercitu militum, nec phalange dæmonum; ſed mulieris arte, *illa excluſit à paradiſo, hæc excluſit à Chriſto* Nulla eſt enim firmitas quæ fœmineis artibus non concutiatur; & bene dicitur puella oſtiaria, quia una mulier oſtium ad omne malum, & ad omnem ruinam aperuit, altera Apoſtolum ad ſui Magiſtri negationem introduxit Unde bene dicitur à Tertulliano lib. de habit. fœmin. cap. 1. *Mulier Diaboli janua* *Mulier diaboli janua.* Tertull.

58. D. Ambroſ. Quintò. D Ambroſ. in cap. 22. Luc. *Quid ſibi vult*, ait, *quod prima eum prodit ancilla cum viri utique magis eum potuerint recognoſcere: niſi ut iſte ſexus peccaſſe in nece Domini videretur, ut & iſte ſexus redimeretur per Domini paſſionem*, Eadem etiam habet Rabbanus. Non ſolum adverſus Chriſtum ſæviunt carnifices, ſed etiam in eum fœmineus ſexus armatur, ad magis exaggerandas Dominicæ Paſſionis ærumnas; ſubdit tamen S. Doctor, ut mulieris ſexus paſſione Domini redimeretur, quæ verba ſuam habent difficultatem. Paſſio Chriſti infiniti valoris ad infinitos homines, mulieres, & mundos redimendos. Quomodo ergo ait S Doctor, quod iſte ſexus peccare in necem Domini videretur, ut & iſte ſexus *redimeretur per Domini paſſionem.* Ac ſi diceretur, adeo magnificus eſt Chriſtus Dei filius in adverſarios, ac tortores ſuos, ut inde largius provocetur ad diffundenda dona gratiæ in eos quos crudelius deſæviunt ad mortem ejus non hoc merito delicti, ſed infinita redemptoris beneficentia, ac benignitate, ubi enim abundavit delictum ſuperabundavit & gratia, ne ergo fœmineus ſexus excluſus eſſet ab hac uberrima largitate, permittitur delinquere in paſſione Domini ut ipſius clementia cumulatius hauriat de fontibus ſalutis: tantum abeſt, ut hoſtilis malitia ſæviendi in Chriſtum, provocet ad vindictam, quod potius ex viſceribus pietatis Jeſu, incitativum copioſius miſerendi eſt. Ergo fœmineus ſexus peccare in nece Domini videtur ut ejus paſſione redimeretur. Ut ita Dominus adimpleret, quod præceperat Matth. 5. n. 44. *Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos.* Rabban. *Grandis Chriſti beneficentia in inimicos.* Matth. 5.

59. D Ambroſ. Sextò. Iterum redeo ad verba Ambroſii, ac Rabbani. *Niſi quod iſte ſexus peccaſſe in nece Domini videretur ut ejus paſſione redimeretur*, Non ſolum in Chriſtum deſæviunt tortores, ſed etiam inhumanè eum fœmineus ſexus vexat, ut ita cumulatius eadem paſſione redimeretur, non quia neceſſe foret, ut Chriſtus torqueretur à redimendis, hæc enim mens, longiſſimè diſtat à ſanctis Patribus, ſed quia Chriſtus ſic præeminet clementia ſua infinita, ut ab ipſa magnitudine delicti, ac enormitate gravioris offenſæ, inde occaſionem ſumat ad maximè miſerendum: unde permittitur, ut à fœmineo ſexu multa in paſſione ſua patiatur ut inde à tanta miſeria provocatus detur occaſio ad facilius miſericordiam impendendam ſic & dicebat David Pſal. 24 n. 11. *Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo, multum eſt enim.* D. Hier. *Quoniam grande eſt.* Et iterum Pſal. 40 n 5. *Sana animam meam, quia peccavi tibi.* Unde præclarè dixit Hildebertus Epiſt 15. *Quaſi Deum invenire propitium merces ſit iniquitatis.* Ab ipſa enim humana fragilitate tot & tantis peccatis oppreſſa allicitur Divina clementia ad miſerendum Pſalm. 34. D. Hieron. Pſalm. 40. Hildebert. *Dei bonitas ex noſtra miſeria provocatur ad pietatem.*

60. Geneſ. 6. Dicitur Geneſ. 6. num. 5. *Videns Deus, quod multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore, pœnituit eum, quod hominem feciſſet in terra; & ait delebo hominem.* Poſtea verò cum humanum genus univerſali inundatione fuiſſet punitum, valdè placidè ait Deus Noë: Geneſ 8. num. 21. *Nequaquam ultra maledicam terræ propter homines: ſenſus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua: non igitur ultra percutiam omnem animam viventem ſicut feci.* Promittit Deus, quod deinceps nequaquam ita ſit homines puniturus, & rationem aſſignat dicens *Senſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt.* Quis non miretur, ac ſtupeat tali re: humana malitia fuit occaſio tam grandis ſupplicii ac diluvii. *Videns Deus, quod cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum*, attenta etiam ipſa malitia humani cordis tam prona ad malum, ſeu creſcens in malo pollicetur Deus, *non ultra percutiam omnem animam viventem.* O infinitus Theſaurus divinæ bonitatis, ut occaſione ad tantum ſupplicium inferendum, ipſemet blandiatur Deus ex ſuis viſceribus pietatis ad miſerendum: tam larga eſt divina bonitas, ut illudmet ſit occaſio ad miſerendum, quod præmovit ad puniendum D. Chryſoſt ibi, *quia autem video malitiam ita creſcere, promitto me non ultra terræ maledicturum*: Cajetanus. *Ratio mitigandæ pœnæ redditur ex pronitate hominis ad malum; ab ineunte ætate, tanquam clementiam mereatur id mali ferre inditum.* Geneſ. 8. *Dei bonitas ex motivo ad puniendum elicit occaſionem ad miſerandum.* D. Chryſ. Cajetan.

QUÆSTIO IX.

Quare dicitur quod Petrus negaverit Chriſtum, cum tamen non negaverit eum eſſe verum Dei filium?

61. Matth. 16. PEtrus à Domino Spiritu edoctus dixit, *Tu es Chriſtus filius Dei vivi*, Matth. 16. Et nunquam negavit Jeſum eſſe Chriſtum, & verum filium

filium Dei,ſolum enim negavit ſe hominem illũ noviſſe, ſeque in horto cum eo fuiſſe ,ſeque ex diſcipulis ejus eſſe;ex quo reſolvimus ſupra q.3. quod Petrus verè negaverit ſe Chriſtum agnoſcere, cum eóque in horto fuiſſe, quod mendacium juramento confirmavit,ex quo diximus citata quæſt. non peccaſſe contra fidem, ſed ſolum contra confeſſionem fidei. Tamen pro majori hujus rei explanatione quærimus, quomodo dicitur,quod Petrus negaverit Chriſtum,ſicque ei ab ipſo Domino dictum eſt;*ter me negabis*. Cum non negaverit,Chriſtum eſſe Dei filium, ſed tantum ſe eſſe ejus diſcipulum.

Difficultas quæſtionis.

62. D.Auguſt. Hoc dubium non effugit ab acutiſſima Auguſtini ſagacitare,ſic ingenioſè reſpondet tract.113. *Pro negatione Apoſtoli Petri debemus advertere, ſolum ab eo negari Chriſtum,qui dicit,eum non eſſe Chriſtum,ſed ab illo etiam qui cum ſit negat ſe eſſe Chriſtianum.* Ad propoſitam quæſtionem nota ſequentia *Dominus enim non ait Petro diſcipulum meum te negabis,ſed me negabis negavit ergo ipſum,cum ſe negavit eſſe ejus diſcipulum.* O magnum præclarum documentum,Petrus timet,& erubeſcit ſe Chriſti diſcipulum fateri,quodammodo excellentiam,ac divinitatem magiſtro negat? Puſillanimis Magiſtri deſertio,negatio veluti quædam eſt divinitatis in Chriſto. Si enim quis Chriſtum, ut verum Deum recognoſceret,eum in debita æſtimatione, & pro illius profeſſione, ac ſequela omnia terrena contemneret,non contemnit tamen,ſed pro humano timore,propriam vitam ac temporalia commoda Chriſto anteponit, honorem,æſtimationem,& amorem ei debitum denegans ſic & ipſum negat.

Qui ſe negat Chriſti diſcipulum, negat Chriſtũ Deum.

63. Ad Titum. D.Hieron. Salvian. Ait Paulus ad Titum. 1.n.16.*Confitentur ſe noſſe Deum,factis autem negant:cum ſint abominati* D. Hieron *Cum ſint abominabiles.* Nulla enim eſt major abominatio,quam Deum verbis fateri,negare autem operibus.Salvian.lib.4 de providentia. *Cum hæc ſit hominis Chriſtiani fides, fideliter Chriſti mandata ſervare; fit abſque dubio, ut nec fidem habeat, qui infidelis eſt, nec Chriſtum credat,qui Chriſti mandata conculcat,: & aperte hoc totum in hoc revolvitur,ut qui Chriſtiani opus non agit,Chriſtianus non eſſe videatur,nomen enim ſine actu,& officio ſuo nihil eſt. Quid enim dignitas in indigno, niſi ornamentum in luto? Quid eſt aliud ſanctum vocabulum* (ſcilicet Chriſtiani) *ſine merito niſi ornamentum in luto.*

Qui Chriſtiani opus non agit, Chriſtianus non eſt dicendus.

64. Laodiciæ Epiſcopo ait Deus: *Scio opera tua, quia neque frigidus es neque calidus,utinam frigidus eſſes,aut calidus,ſed quia tepidus es, nec frigidus,nec calidus incipiam te evomere ex ore meo.* Apocal.3.n.15.& 16. Vulgare dubium hic,quid per calidum, frigidum ac tepidum intelligatur; D.Ambroſ.Richard. Beda,Anſbert. S. Salvianus, per calidum intelligunt Chriſtianum ferventem bonis operibus? per frigidum paganum, aut infidelem ſine fidei calore. Per tepidum verò Chriſtianum nomine non operibus,& ait Deus; *Utinam frigidus, aut calidus eſſes.* In fide ardens operibus, aut frigidus ignorantiæ tenebris, tunc enim ad minorem pœnam eſſes addictus *Sed quia tepidus es.* Chriſtianus nomine non operibus, quod eſt veluti quid deterius incipiam te evomere ex ore meo. Salvian. citat. *Non probant quid confitentur, & impugnant profeſſionem ſuam moribus ſuis, magis enim damnabilis eſt malitia, quam titulus bonitatis accuſat; unde ſalvator ad tepidum Chriſtianum: Utinam aut calidus eſſes, aut frigidus,nunc quia tepidus es incipiã te evomere ex ore meo,hoc eſt dicere: utinam aut calorem,aut fidem haberes bonorum Chriſtianorum, aut enim fides te & calida Deo inſinuaret,aut certè adhuc legis ignorantia aliquatenus excuſaret,nunc autem,quia Chriſtum jam agnoviſti,& negligis quẽ agnoviſti,incipiam te evomere.*

Apocal.3. D. Ambroſ. Richard. Beda. Anſbertus. Salvian.

Dignus vomitu Chriſti,qui ſola fide non vero operibus, Chriſtianus eſt. Salvian.

Matth. 16. *n.*71. Exeunte autem illo januam,vidit eum alia ancilla,& ait his,qui erant ibi:& hic erat cum Jeſu Nazareno.

Num. 72. Et iterum negavit cum juramento, quia non novi hominem.

VERSIONES.

*Syriac.n.*71.Et cùm exiiſſet in veſtibulum vidit eum alia mulier, & ait illis,qui illic aderant.

Vatablus Vidit eum alia ancillula.

Arias. Vidit eum alia,& ait.

*Syriac.n.*72. Et rurſus negavit cum jure jurando:non novi hominem illum.

ALTER TEXTUS.

*Marc.*14.*n.*69.Rurſus autem cùm vidiſſet illum ancilla, cœpit dicere circunſtantibus: quia hic ex illis eſt.

*Num.*70.At ille iterum negavit.

*Luc.*22.*n.*58. Et poſt puſillum alius videns eum dixit,& tu de illis es. Petrus verò ait, ô homo non ſum.

*Joan.*18.*n.*18.Stabant autem ſervi,& miniſtri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant ſe:erat autem cum eis Petrus ſtans & calefaciens ſe.

*Num.*25. Dixerunt ergo ei:nunquid,& tu ex diſcipulis ejus es? Negavit ille, & dixi non ſum.

EXPOSITIO III.

SEcunda Petri negatio, ſic ex textu Evangeliſtarum deducenda eſt. Negavit Petrus ſecundò paulò poſt primam negationem,ut Luc notat. *Poſt puſillum*,ait,*alius videns eum* &c. Itaque ait D Matth. *Exeunte illo januam.* Non quod jam exiiſſet, ſecum ſurrexiſſet,ut exiret, animadvertit eum ancilla alia,ut ait D. Aug l.3.de cõſenſ. c.6.Sic ergo ſcribit D Matth.exeunte autem illo januam,vidit eum alia ancilla,& ait iis qui erant ibi, *& hic erat cum Jeſu Nazareno.* D Marcus ſic *Cum vidiſſet illum ancilla,cœpit dicere circunſtantibus quia hic ex illis eſt* Hujus ancillæ verbis moti quidam,qui ad ignem aderant calefacientés ſe iterum Petrum interrogarunt, ut refert.D. Joan. *Nunquid tu ex diſcipulis ejus es?* Et Lucas addit, *Alius* 65

2. Petri negatio.

D. Auguſt.

Concordia Evangeliſtarum.

Alius videns eum dixit,& tu de illis es. Tanquam non interrogans ſed affirmans; & ut ait D. Auguſt. *Pertinaciùs inſtans tu de illis es.* Prima ancilla dixit: *Cum Jeſu Galilæo,* hæc *cum Jeſu Nazareno* utrumque cognomen contemptibile,eratque Nazareth vile,& contemptum Galilææ oppidum.

66. *Et iterum negavit*: hoc eſt ſecundò negavit. *Cum juramento.* Videns quod primæ negationi ſuæ quæ quidem ſimplex fuerat, fides non eſſet adhibita,imo quod plures inſurgerent in eum, ipſum accuſantes, hanc ſecundam juramento confirmat, & ſemel lapſus jam in deterius ruit D. Gregor *Peccatum,* ait, *quod pœnitentia non diluitur, mox ſuo pondere ad aliud trahit.* D. Lucas ſcribit quod dixerat. *O homo non ſum.* Eleganter ſic ait D. Ambroſ. hic *Maluit videlicet ſe negare, quam Chriſtum, aut quia videbatur negare Chriſti ſocietatem, utique ſe negavit* Non dixit. Non ſum Chriſti diſcipulus vel ex ejus comitatu, ſed homo non ſum. Cum Chriſtum negaret, ſed etiam negavit,quia totum noſtrum eſſe à Chriſti conſortio pendet. Drogo lib. de Sacramento Paſſionis expendit hoc dictum Petri *O homo non ſum* et ſic ait; *hominem attendit non Deũ.* Sicut, O homo ſi diceret, O Deus non negaret, ſed confiteretur: equidem tota eſt humani caſus, præcipitii cauſa, quod immemores Dei, creaturas reſpiciamus.

D Greg.

D Ambroſ. *Qui Chriſtum negat, ſe negat.*

Drogo. *Oblivio Dei & recordatio creaturæ cauſa ruinæ.*

QUÆSTIO X.

Quare quando Petrus negat, frigus erat, ita ut ad ignem ipſe ſe calefaceret?

67. TEmpore negationis Petri frigus vigebat, ita ut ipſe eſſet cum aliis calefaciens ſe, ut notant tres Evangeliſtæ Marc 14. n. 54. *Et ſedebat Petrus cum miniſtris ad ignem, & calefaciebat ſe.* Luc. 22. num. 55 *Accenſo autem igne in medio atrii,& circumſedentibus illis erat Petrus in medio eorum, quem cum vidiſſet ancilla ſedentem ad lumen.* Joan. 18. num. 18. *ſtabant ſervi,& miniſtri ad prunas,quia frigus erat.*

Marc.14. Luc.22. Joan.18. *Difficultas quæſtionis.*

68. Ex quo grandis conſurgit difficultas: nam Chriſtus D. paſſus eſt die 25. menſis Niſan, id eſt Martii: In Paleſtina autem Martius, jam eſt tempus vernum, ac meſſis. Unde Iſraëlitæ die 15. ejuſdem menſis Martii dicuntur novas fruges comediſſe. Joſue 5. n. 11. ex quo menſis primus? ſeu Martius, quo filii Iſraël, Num. 33. n. 3. dicuntur exiiſſe de Ægypto, appellatur menſis novarum frugum Exod 13. n. 4 & Deuter. 16. n. 1. quod etiam colligitur ex multis aliis locis Joſue 3 num. 15. Joſue 4. num. 19 Levit. 23 n. 6. Itaque Martius in terra Chanaan, jam erat tempus vernum, ac meſſis. Ut apertè docet D. Auguſt. q 3. in Ioſue ad finem. Et latè probat Suar. tom. 2. ad 3. p. diſp. 30 ſect. 3. Serar. in cap. 3. Ioſue q. 5 Tornielius anno mundi 2544. n. 8 & 10. anno 2584. num 1. Mendoça tom. 2. lib. 1. Reg. ad c. 6. verſ. 1. in expoſit. n. 5.

Martius tẽpus vernũ, ac meſſis. Joſue 5. Num.33. Exod.13. Deut.16. D. Auguſt. Suar. Serar. Torniel. Mendoça.

69. Ad noſtram quæſtionem ſcilicet ac frigus Petri quantum ad litteram ſic reſpondet cit. Mendoça num. 7. quod tempus Meſſis, ſuam habeat trium menſium latitudinem, in qua inchoatur, progreditur, & completur, & quamvis ſub ejus medium, ac finem, majores vigeant æſtus; ſub ejus tamen initium leviores afflant auræ, ex quibus aliquando frigus conſequitur præſertim ſi cœlum, ut ſæpe fit, aliqua intemperie perturbetur, quod naturaliter ſæpe accidit; & mirum non eſt, in paſſione Chriſti D. tranſnaturaliter contigiſſe.

Mendoça. *Vernum tẽpus tres menſes continet.*

Secundò reſpondeo quod Chriſti paſſionis 70.
tempore omnia elementa, ac naturalia in morte ſui auctoris, ſignum doloris, ac mœſtitiæ dederunt; nam terra tremuit, ita ut univerſali ac vehementiſſimo terræ motu contremuerit, ac ſi totus globus terræ è ſuo centro eſſet convulſus, ex quo ſequitur quod mare magnam commotionem habuiſſet, ac fremitum dediſſet, petræ ſciſſæ ſunt; Sol cum eſſet plenilunium contra omnem concurſũ naturæ univerſaliter eſt obſcuratus, ſic & tempus ſuas vices mutavit; ut vernum tempus ſuos calores, in frigora, ac glacies commutaverit, & ideo non mirum, quod Petrus tali tempore eſſet calefaciens ſe ad ignem.

Tempore paſſionis omnia naturalia ſignum mœſtitiæ dederant.

Tertio. D. Ambroſ. lib. 10. in Luc. *Si tempus* 71.
conſideremus; frigus eſſe non poterat. Nam tempus erat æſtuoſum, ac meſſis, ut jam dixi; *Sed frigus erat, ubi Jeſus non agnoſcebatur, ubi non erat, qui lucem viderat, ubi negatur ignis conſumens: frigus ergo erat mentis, non corporis. Denique ad carbones ſtabat Petrus, quia algebat affectu. Mala flamma Judaica urit, non calefacit. Malus ſecus, qui quandam etiam ſanctorum mentibus fuliginem erroris ſpargit, juxta quem etiam Petri interiores oculi caligarunt.* Singula verba multa ponderatione ſunt plena Idem fere habet D. Gregor l. 2. Moral. cap. 2.

D.Ambr. D.Greg.

Frigus erat mentis, non corporis. Chriſti ſocieta- 72.
te cor Petri ardens erat igne charitatis, cum verò hanc amiſiſſet, totum frigore premebatur; *frigus erat, ubi Jeſus non agnoſcebatur.* Poſt peccatum primi parentis tranſacto meridiano tempore ventus quidam frigidus viguit in Paradiſo. *Deambulabat ad auram poſt meridiem.* Gen. 3. n. 8. Petrus Damianus lib 6. Ep ſt. 17. *Aura frigoris eſt alumna.* In illo deliciarum paradiſo, unde iſte ventus frigidus exortus eſt; ſic pergit cit. Cardin. expendens illud verbum. *Poſt meridiem*; ſic ait *Meridianus ab illo jam fervor abierat, inde viſcera extincti amoris algor obſtrinxerat* Cum ab Adamo diſceſſiſſet fervor meridianus charitatis, ac gratiæ per ſuam inobedientiam, inde ſtatim eum occupavit gelu, ac frigus peccati, quo dire torquebatur, ac vexabatur.

D.Ambroſ. *Ex caritate amiſſa Petrus frigore premebatur.* Geneſ. 3. Damian.

Ait Apoſtolus 1. Cor. 16. n. 7. *Apud vos forſitan* 73.
manebo, vel etiam hyemabo. Et ſtatim n. 8. ſubdit. *Permanebo autem Epheſi uſque ad Pentecoſten.* Ubi ſtatim inquirendum venit cur in hyeme verſetur apud Corinthios, uſque verò ad Pentecoſtem, verno nempe tempore ſit apud Epheſios, D. Ambroſ. lib. 8. in Luc. cap. 17. myſticam dat rationem. *Apud Corinthios*, ait, *hyemem agit, quorum erroribus angebatur, quod eorum circa cultum frigeret affectus. Cum Epheſiis Pentecoſten celebrat atque his tradit myſteria, relaxat animum quia fidei cernebat ardore ferventes.* Corinthii iniqui, & impij; Epheſii juſti, & boni. Inde Corinthiis nihil aliud erat niſi hiemale frigus, quo ſævè ac atrociter torquebatur, *quod eorum circa cultũ frigeret affectus.* At Epheſis verna quædã temperies aderat, qua fovebantur ac recreabãtur; qua ſruuntur qui eorum cõſortio utuntur. *Cum Epheſiis relaxat animum, quia fidei cernebat ardore ferventes*

1. Cor. 16. *Iniqui hiberno frigore tremuntur, juſti verna temperie delectantur.* D.Ambroſ.

Secundò. Ad citata verba Ambroſii. *Mala* 74.
flamma

D.Ambroſ.

Ignis Judæos combuſit, non calefacit, nec illuminat. Iſai.42.

flamma Iudaica urit, non calefacit. Ignis ille Judæorum erat, & talis ignis minimè valet calefacere, ſed tantum comburere, ac in cineres redigere, De miſerrimo Judaico populo ait Iſai.42. num.25. *Combuſſit eum in circuitu, & non cognovit, & ſuccendit eum, & non intellexerit,* Reprobatus populus Romanorum igne combuſtus ac ſuccenſus eſt, & tamen tanto ſupplicio non cognovit, ac intellexit peccata ſua, ſic in eis erat extinctus calor ſupernæ intelligentiæ.

75. D Ambr. *A mala ſocietate inficionatur. Petrus.*

Tertiò. Ad citata D. Ambr. verba: *Malus focus, qui quandam etiam Sanctorum mentibus fuliginem erroris ſpargit* Petrus Chriſti comitate valdè præclarus meritis, & fide, at vero modo cum Judæis circunſtantibus ſtat ad ignem, totus denigratus, ac contra confeſſionem fidei Magiſtrum denegans nefarii illi ſatellites frigidiſſimum halitum odii, ac criminationum in Chriſtum ſpirabant, ex quo etiam, ac miniſtrantium manibus ſacrilegus ille focus infidelitatis fumum exhalabat, qui ſic inficionavit, ac venenavit habitum, & os fidelis diſcipuli, ut negationis nigredine totam ejus pulchritudinem obſcuraverit, & ejus vivam fidem fumus ex ſacrilego igne obtenebraverit, *malus fumus, qui quandam etiam,* &c.

76. Thren. 4. *Sæcularium converſatio juſtos, ac religioſos obſcurat.*

Thren.4 n.7. ait Jerem *Candidiores Nazaræi ejus nive, nitidiores lacte rubicundiores ebore antiquo ſapphyro pulchriores: denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, non ſunt cogniti in plateis.* O mira mutatio? Unde fieri potuit, ut illa eximia elegantia candoris, nitoris, rubedinis, ſic eſſet mutata ſuper carbones? *non ſunt cogniti in plateis.* Quandiu erant in receſſu ſuo tanta in eis eminebat pulchritudo, at vero à frequentia platearum tota denigrata eſt decoris elegantia ex ipſo ſæcularium rerum halitu Gillibertus in allegoriis. Gotfri. Tilman. *Magna certè collaudatio,* ait *ſed miſera commutatio, candor nivis, lactis nitor, eboris rubor, pulchritudo ſapphiri, & puritas, carbonis obducitur nigredine, &c In initiis, quando vixerant in plateis ſtatim cogniti pro ſanctitatis ſigno erant in eis. Nunc autem nullo religionis diſcrimine, frequentia platearum decolorat Nazaræos, & peregrinam ſpeciem inducit.*

Gillibert.

Matth.26.n.73. Et poſt puſillum acceſſerunt, qui ſtabant, & dixerunt Petro: verè & tu ex illis es: nam & loquela tua manifeſtum te facit.

Num.74. Tunc cœpit deteſtari, & jurare quia non noviſſet hominem.

VERSIONES.

Syriac.n.73. Paulò poſt autem acceſſerunt ij, qui adſtabant, & dixerunt Petro: ſanè & tu ex ipſis es: nam & locutio tua tete monſtrat.

Vatabl. Nam & ſermo tuus.

Alii ex Græco. Nam loquacitas tua.

Pagn.n.74. Tunc cœpit execrari, & jurare.

Vatabl. Tunc cœpit ſe ipſum devovere, ac jurare, non novi illum hominem.

ALTER TEXTUS.

Marc.14.n.70. Et poſt puſillum rurſus qui aſtabant, dicebant Petro, verè ex illis es: nam & Galilæus es,

Num.71. Ille autem cœpit anathematizare, & jurare: quia neſcio hominem iſtum, quem dicitis.

Luc.22.n.59. Et intervallo facto quaſi horæ unius, alius quidam affirmabat dicens: verè hic cum illo erat, nam & Galilæus eſt.

Num.60. Et ait Petrus, homo neſcio, quid dicis.

Joan.18.n.26. Dicit ei unus ex ſervis Pontificis cognatus ejus, cujus abſcidit Petrus auriculam: nonne ego te vidi in horto cum illo?

Num.27. Iterum ergo negavit Petrus.

EXPOSITIO IV.

POſt puſillum. Et ſcribunt Matthæus, & Marcus, D. verò Lucas ait: *Intervallo facto quaſi horæ unius.* Unde hæc tertia negatio Petri contigit una hora poſt mediam noctem. Sic ſcribens pergit D. Lucas: *Alius quidem affirmabat, dicens: verè hic cum illo erat: nam & Galilæus eſt,* Hunc, ut referunt Matth. & Marcus, ſecuti ſunt alii, qui aſtabant dicentes, *verè ex illis es, nam & loquela tua te manifeſtum facit.* Idemque confirmavit, ut narrat D. Joannes cognatus Malchi dicens. *Nonne ego te vidi in horto cum illo?* Hæc pro concordia Evangeliſtarum. 77. *Tertia Petri negatio* *Concordia Evangeliſtarum.*

Ad expoſitionem literæ *Poſt puſillum,* D Luc. *Intervallo facto quaſi horæ unius.* Valdè veriſimile eſt, miniſtros cum teſtes producerentur adverſus Jeſum arrectis auribus ad oſtium conclavis ſtetiſſe, ut auſcultarent quid de Jeſu fieret, & ex hoc factum eſt: ut tali temporis ſpatio Petrus eſſet liber ab eorum interrogationibus; nam Petri negationes, & Jeſu examinationes eodem tempore contigiſſe, ex Joannis textu patet, *Nam Galilæus es, nam loquela tua te manifeſtum facit;* Pronunciandi modus te Galilæum eſſe manifeſtat, diſcipulum hujus magiſtri Galilæi, D. Hieron. in Matth. *Non, ait, quod alterius ſermonis eſſet Petrus, aut gentis exteræ: ſed quod una quæque provincia, & regio habeat proprietates ſuas, ut vernaculum loquendi modum vitare non poſſit.* Idémque aſſeruit Malchi cognatus, ut ſcribit D. Ioannes: *Nonne ego te vidi in horto cum illo?* Ignorabat hic cognatus Malchum cæſum fuiſſe à Petro, alioquin id illi objeciſſet. 78. D. Hieron.

Tunc cœpit deteſtari, & jurare, Cum Petrus ſe videret undique premi, & tanquam ad extrema adactum *Cœpit deteſtari* hoc eſt *ſibimet mala precari,* ſive execrationibus ſeipſum devovere. Euthym. *Maledictiones ſibi inferre.* D Marc. ait: *Anathematizare.* Sive anathema, id eſt execrationem ſibi imprecari More Hebraïco veluti dicens; Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, terra me abſorbeat, fulmen me diſſipet, Cælites me perdant ſi Ieſu ſum diſcipulus, ſi Ieſum agnovi. 79. Euthym.

QUÆSTIO

QUÆSTIO XI.

Quare, Petrus ſemel abnegans, deinde gravioribus criminibus ſe illigavit.

80. Victor Antioch. RECtè notavit Victor. Antioch. in cap. 14. Marc *In quo alii magis urgent, & affirmant eo Petrus vehementius jurat, & obſtinatus agit.* In prima abnegatione ſimpliciter negavit Petrus: *neſcio quid dicis.* At, in ſecunda, & tertia adhibuit juramentum. *In ſecunda: Iterum negavit cum juramento, quia non novi hominem.* In tertia. *Tunc cœpit deteſtari, & jurare,* &c. execrationes & deteſtationes ſibi imprecans.

81. Petrus in ſecunda abnegatione, juramento affirmans negat ſe Chriſto notum eſſe; *Iterum negavit cum juramento.* Non tamen fidem ab omnibus impetravit: nam paucis poſt verbis accurrunt ſatellites, Petrum vident, & Chriſti amicum eſſe probant, *vere tu ex illis es,* &c. Quid Petro juraſſe profuerit, inde patet quod nullam juramento fidem fecit, ſed juſta jurandi hæc pœna eſt teſte Baſil. in pſalm. 14. *Turpe enim eſt, ſeſe ut fide indignum accuſare, & ad juramentum confugere.* Qui enim jurat, ſe indignum fide judicat, & inde ad juramentum confugit. D. Baſil. *Qui jurat, ſe indignum fide judicat.*

82. In hac verò tertia abnegatione non ſolum juravit, ſed etiam ut ſcribit D. Matth. *Cœpit deteſtari,* hoc eſt ut dixi in expoſitione, dura & aſpera ſibi imprecari, D. Marc. *Cæpit anathematizare,* nempe ſeipſum, id eſt maledictiones, & execrationes ſibi imprecari Hoc autem verbum anathematizare durius eſt cæteris, & illud ſolus Marcus inter Evangeliſtas ponit, quia ut ait Euſeb. Cæſarienſ. lib. 3. demonſtr. Evangelicæ, cap. 7. *Omnia enim, quæ apud Marcum leguntur, narrationum, ſermonumque Petri dicuntur eſſe* Petrus pro ſui humilitate quæ inſerviebant ad declarandam, ac exaggerandam malitiam ſui peccati, tantum abeſt, quod abſcondat, quin potius ipſe ſolus magis dicit, fatetur, ac publicat. Vide t. 4 c. 5. expoſit. 5. n. 116. Euſebius. *Petrus pro humilitate ſuam negationem magis publicat.*

83. Maximè tamen ad noſtram quæſtionem D. Paſchaſ. lib. 12 in Matth. *In prima, ait, negatione ſua corā omnibus dicit tantùm Neſcio quid dicis. In ſecunda vero negat cum juramento. Porro, tertia dicitur, quod* Cœpit deteſtari, *Gravius quidem ac gravius negat. Quia quanto profundius in negationem vadit, tanto etiam cum juramento amplius peccat.* Primo Petrus negans, ait *neſcio quid dicis,* ſecundo cum juramento, tertio cum deteſtatione, ſemper peccatum cum talibus incrementis in gravius ruit. Rabban. *Perſeverantia quippe in peccato dat incrementum ſcelerum.* Sicque ait D. Chryſ. de Juda: *Judas ſi pecuniæ amorem coërcuiſſet, non veniſſet ad ſacrilegium, & non præcipitaretur in laqueum.* D. Paſchaſ. *Ex uno peccato in aliud gravius ruitur.* Rabban. D. Chryſ.

84. Judæis ait Stephanus. *Quem Prophetarum non ſunt perſecuti Patres veſtri, occiderunt eos, qui prænuntiabant de adventu juſti.* Actor. 7. n. 52. Sed unde in tantam ſtultitiam venerunt, ut Prophetas juſtos, & ſanctos qui miſſi erant ad eorum ſalutem, quos ut Patres venerari debuerant, occiderint. Ait Regius Vates, pſal. 105. *Immolaverunt filios ſuos, & filias ſuas dæmoniis.* Quid magis impium quid magis crudele, quam filios jugulare dæmonibus; ſed cum ad hoc malitia pervenerit, non ſtetit ibi, ſed ultra procedit, & ad gravius aliud ſe extendit, ut in ſanctos Dei mitteret manum, & eorum patres in doctrina, religione crudeliter occidit D. Hieron. in c. 57 Iſai. *A parricidio liberorum, ad Prophetarum ſanguinem pervenerunt.* Actor. 7. Pſalm. 105. *Unum peccatum aliud gravius adducit.*

Herodes metuebat Joannem, *ſciens eum virum juſtum, & ſanctum: & cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat.* Marc. 6 n. 20. & tamen cum hæc ita eſſent, *Herodes miſit, ac tenuit Joannem, & vinxit eum in carcere propter Herodiadem uxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eam.* Si Herodes in magna reverentia habebat Baptiſtam, ut virum juſtum, & ſanctum, unde in tantum crimen devenit, ut Joannem vinculis comprehenderet, imò & occideret, & caput traderet impudicæ mulieri? Herodes priùs duxit uxorem fratris ſui ex hoc impudico crimine, multa ſacrilegia, tanquam è radice emanarunt, ut Baptiſtam comprehenderet decollaret, ac ſacrum caput laſcivæ mulieri dari juſſerit. D. Baſil. Seleuc. orat. 18. *Mihi vide, ait diaboli artem, ut ad impietatem ex levioribus erratis extrahat. Primum fraterni cubilis perſeſſorem fecit & ſucceſſorem, ut ex adulterii foſſa, ad Baptiſtæ cædem tranſilire faciat. Malum verò tempore creſcit in quamvis libertatem.* 85. D. Hieron. Marc. 6. D. Baſil. Sel.

Matth. 26. *n.* 74. Et continuò gallus cantavit.

Num. 75. Et recordatus eſt Petrus verbi Jeſu, quod dixerat: priuſquam gallus cantet, ter me negabis, & egreſſus foras flevit amarè.

VERSIONES.

Syriacus n. 74. Et in illa ipſa hora cantavit gallus,

Alii. In illo momento cantavit Gallus.

Franc. Luc. ex Græco. Clamavit Gallus.

Syriac. n. 75. Qui dixerat ei, antequam Gallus cantet tribus vicibus, abnegabis me.

Arabicus. Flevit fletu amaro.

Origenes. Flevit amariſſimè.

ALTER TEXTUS.

Marc. 14. *n.* 72. Et ſtatim Gallus iterum cantavit; & recordatus eſt Petrus verbi, quod dixerat ei Jeſu: Priuſquam Gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit flere.

Luc. 22. *n.* 60. Et adhuc continuò illo loquente, cantavit Gallus.

Num. 61. Et converſus Dominus reſpexit Petrum & recordatus eſt Petrus verbi Domini, ſicut dixerat quia priuſquam Gallus cantet, ter me negabis.

Num. 62. Et egreſſus foras Petrus, flevit amarè.

Joan. 18. *n.* 17. Et ſtatim Gallus cantavit.

EXPOSITIO V.

ET *continuò.* Syriacus *in illa ipſa hora, vel momento.* D. Lucas habet *adhuc illo loquente.* Tertiò nempe Chriſtum negante, gallus cantavit 86. *Petri pœnitentia.* Syriacus

D. Lucas.

vit naturæ impetu. Ita ut à Petro audiretur, ut ita à ſomno peccati excitaretur. D. Lucas addit, *Et converſus Dominus reſpexit Petrum.* Intuitus ſimultaneus fuit cum Galli cantu, ut patet ex illa particula copulativa. *Et converſus* Sytiacus habet, *Et converſus Dominus Jeſus.* Et rectè hic dicitur Dominus dum lapſo, ac fragili diſcipulo benigno intuitu elevat. Chriſtus reſpiciens Petrum extitit cauſa, ut bene notavit D. Ambr ut Petrus, qui priorem galli cantum non adverterat, hunc ſecundum adverteret, & pœnitens fleret. Omnes quatuor Evangeliſtæ hunc galli cantum notant, ut Chriſti prædictionem, ac prophetiam veràm fuiſſe demonſtretur. De hoc galli cantu, qui ſignificat ſtimulum conſcientiæ vel vocem prædicatoris multa dixi ſuperiori lib. c. 10. quæſt. 8. & 9.

Chriſtus hic dicitur Dominus cum diſcipulum elevat denuò

D. Ambroſ.

87. *Et recordatus eſt Petrus*, cum gallum canentem audiret *verbi Jeſu* per metum multum erat Petrus ſui ipſius, ac verbi Jeſu oblitus. Quod dixerat, *priuſquam gallus cantet ter me negabis* D. Marcus habet. *Priuſquam gallus cantet bis.* Gallus dupliciter cantavit, cum Petrus tertiò negaret, tunc ſecundo gallus cantavit. Origenes *Poſtquam Angelus Dei clamavit ei, tunc recordatus eſt* Gallum appellat Angelum qui enim te à peccato excitat, ac advocat, tanquam Angelus eſt tibi. Victor. Antioch in cap. 14. Marc. *Galli cantu*, ait *admonitus, quaſi à gravi ſomno excitatus, adſe reverſus comperit ſe in illud ipſum malum ac probrum decidiſſe, quod Dominus ipſum prolapſurum paulo ante denunciaverat.* Exitus rei docuit Petrum verba ſui Magiſtri veriſſima fuiſſe. *Et egreſſus foras flevit amare*, de quo multa in quæſtionibus.

Origen.

Qui te à peccato advocat, Angelus eſt tibi.

Victor. Antioch.

QUÆSTIO XII.

Quare actualiter negantem Petrum Chriſtus ſua benignitate reſpicit?

88. Cum Petrus tertio negaret, ait D Lucas *adhuc eo loquente* verba nempe negationis, continuo cantavit gallus, & Dominus converſus reſpexit Petrum; circa quæ verba dubium eſt; an Chriſtus D ſolum reſpexerit ſpiritualibus oculis ſuæ miſericordiæ objiciendo menti ejus fœditatem negationis, & ipſum ſtimulando ad pœnitentiam, ut Docent D. Auguſt. lib 3 de conſenſ. Evang. & lib. 1. de gratia c. 45. S. Leo, ſerm. 9. D. Ambroſ. & Beda hic, quæ ſententia ob tantos Patres maximè veneranda. Tamen mihi eſt valde probabile, quod non ſolum ſpiritualibus oculis reſpexit Petrum dans ei auxilium ad pœnitentiam, ſed etiam corporalibus oculis. Nam quando Petrus tertiò negavit, erat hora prima poſt mediam noctem, ut jam notavi ſupra expoſit. 2. Et cum tam alta eſſet nox, diſſolutum fuit concilium, in quo Chriſtus examinabitur; & tunc forſitan ipſe Dominus ex aula ſuperiori ductus eſt in atrium inferius, in quo Petrus erat, Tuncque converſus ad Petrum illum reſpexit, taliqe intuitu docuit, quam miſera ſit peccati conditio, eumque ad pœnitentiam excitavit.

D. Auguſt.
D. Leo.
D. Ambroſ.
Beda.

Chriſtus reſpexit Petrum oculis ſpiritualibus.

89. Cauſa totalis converſionis Petri non fuit galli cantus, ſed radius intuitus Chriſti D. in cor ejus D. Chryſ. in Catena Græca *Brevi ſpatio*, ait *Petrus ter Chriſtum negat, neque illud in domo ſed foris in atrio, & quamvis gallus contaſſet, caſum ſuum à ſeipſo non ſenſit, ſed magiſtri admonitione indiguit; cujus inſpectio quaſi vox quædam Domini corripientis auribus Petri inſonuit.* Nec galli cantus, nec vinculorum fragor, nec omnia mundi pericula delinquentem Petrum poterant in viatam excitare, niſi Jeſus ei adeſſet, eumque ſui gratia reſpiceret. D Ambroſ. in cap. 22. Luc. *Negavit primo Petrus*, ait, *& non flevit quia non reſpexerat Dominus. Negavit ſecundo, & non flevit: quia adhuc non reſpexerat Dominus. Negavit tertio: reſpexit Jeſus, & ille amariſſimè flevit. Reſpice Domine Jeſu, ſciamus noſtrum deflere peccatùm & lavare delictum.* 90.

D. Chryſ.

Flevit Petrus, non quia gallus cantavit, ſed quia reſpexit Jeſus.

D. Ambroſ.

Ad quæſtionem. Primo Reſpexit Jeſus Petrum ob ſummam ſuam miſericordiam, & pietatem quamvis enim eſſet negatus, captus, & ligatus vinculis iniquorum, ut eum morti traderent, ſuorum vinculorum obliviſcitur, non obliviſcitur tamen diſcipuli, ut pietatis intuitu eum ſolvat à catena peccatorum, quibus miſerrimè aſtrictus erat. D. Chryſoſtom. in Catena. *Tu autem admirare Magiſtri curam & diligentiam, quod captus, & ligatus diſcipulo, conſulit intuitu ſuo jacentem excitans; & ad lachrimas movens.* Theophyl. in Luc. *O bonitatem etiam, cum negaretur, non neglexit diſcipuli ſalutem.* Et in Joan. *Et ligatus adſpexit, atque aſpectu approbavit ei infirmitatem ſuam ad pœnitentiam, & lachrimas excitavit,* Unde ait D Hieron in Matth. *Nec enim fieri poterat, ut in negationis tenebris permaneret; quem lux reſpexerat mundi* D. Bernad. ſerm. 56. In Cantic. *Reſpectus ejus profectus tuus.* Ait Habac. 3. n. 6 *Aſpexit, & diſſolvit gentes.* D. Aug. lib. 18. de civitate Dei. *Miſertus eſt Deus, & fecit populos pœnitentes.* 91.

Dei aſpectu miſericordia

D. Chryſ.
Theophyl.
D. Hieron.
D. Bernard.
Habac.
D. Auguſt.

Secundò. Leo ſerm. 3 de paſſione *Reſpexit ergo Dominus Petrum*, ait, *& inter calumnias ſacerdotum, inter falſitates teſtium, inter cadentium, & conſpuentium injurias conſtitutus, illis turbatum diſcipulum convenit oculis, quibus eum viderat eſſe turbandum.* De Deo ait Regius Vates. Pſal. 103. num. 32 *Qui reſpicit terram, & facit eam tremere* Reſpiciens terram minis, ac juſtitia facit eam præ metu tremere, modò verò reſpiciens Petrum benignè ad pœnitentiam adducit, in terra apparebat ſuperbia, ac elatio terrenorum hominum, in Petro verò fragilitas, ac miſeria naturæ humanæ inter calumnias, falſitates, ac injurias, & ſi elatio terrenorum ſolicitavit divinam iram ad eorum terrorem, ac tremorem, fragilitas, ac miſeria Petri provocavit Divinam bonitatem, ad pietatem, ac miſericordiam. Expende obiter. *Illis turbatum diſcipulum convenit oculis quibus eum viderat eſſe turbandum.* Turbatio Petri jam multo antea erat prævìſa à Chriſto, de qua benignè eum admonuit; *Antequam gallus cantet ter me negabis.* Eadem benignitate qua admonuit inducit ad pœnitentiam; & cum Petri turbatio eſſet prævìſa, inde facilius toleratur, & ad lachrymas excitavit. 92.

D. Leo.

Pſalm. 103

Superbia provocat juſtitiam, miſeria miſericordiam.

Tertiò. D. Ambroſ. in cap. 22. Luc. *Petrus verò in mari titubat, ſed non labitur, & confeſſus in fluctibus, negavit in terris Itaque illic quaſi devotus manu apprehenditur, hic quaſi oblitus aſpectu cenſorio convenitur.* Cum Petrus deambularet ſuper mare, *vides ventum validum cum cœpiſſet mergi, clamavit dicens: Domine ſalvū me fac, & continuò Jeſus extendens manum apprehendit eum.* Matth. 14. n. 30 Petrus inter undarum fluctus Chriſti majeſtatem fatetur alto ore. *Domine ſalvum me fac,*

D. Ambroſ.

Periculoſior mala ſocietas, quam maris tempeſtas.

Matth. 14.

fac. Hic verò in terris inter Judæorum miniſtros negat: magis perturbant, ac mentem pervertunt, iniqui ſocii aſſantes, quam maris procelloſi impetus. Inter aquas cum Petrus Chriſtum confitetur tanquam in familiaritatis ſignum extendit illi manum. *Illic quaſi devotus manu apprehenditur.* Nunc verò Petrum tanquam magiſtri immemorem Domini oculi arguunt & increpant: *hic quaſi oblitus aſpectus cenſorio convenitur.* Sæpe Domini oculi ſervos accuſant ut de emendatione agant antequam ad pœnam deveniatur.

Oculi Domini arguunt ſervos.

93. D. Laur. Juſtin. Quartò, D. Laurentius Iuſtinian lib. de Triumphali Chriſti agone cap. 8. *Reſpexit Petrum,* ait, *non corporis, ſed pietatis intuitu. Eodem quippe modo reſpexit Petrum, quo reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ ſed non pari affectu* Dicitur quod *Deus reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.* Dicitur etiam quod *reſpexit Petrum.* Idem verbum *Reſpexit* eſt utrobique, non tamen pari affectu, ſed valde diverſo. Mariam reſpexit ut puriſſimam, ac ſanctiſſimam, ut ad ſupremam maternitatis dignitatem elevaret; Petrum vero reſpexit negantem, ut adveram pœnitentiam adduceret; ad quid ergo in utroque caſu idem verbum *reſpexit* ſane Divini oculi memores de reſpectu in Mariam, & tranſeuntes per Mariam, ac pervenientes ad Petrum non poterant non illum multis triumphis, magnalibus, ac gratiis condecorare, & inſigniri. *Eodem quippe modo reſpexit Petrum, quo reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ ſed non pari affectu:* Si aliquis reſpectus in Mariam ad nos pervenit cuncta miſericordiarum, ac magnalium ſunt plena.

Ex reſpectu ad Mariam Petrus donis cumulatur.

94. Quintò *Reſpexit Dominus Petrum.* Negavit Petrus, & tamen divini oculi valde piè, ac benigne feruntur in Petrum, ut eum ad ſuam priſtinam ſanitatem reducant. Valde tamen diverſimodè ſe habet D. Ieſus alibi cum Petro. Nam cum Dominus de ſua morte in cruce ageretet, fervidè ſeſe illi opponit Petrus. *Abſit à te Domine non erit tibi hoc,* Matth. 16. num. 23. Tunc Chriſtus D. *qui converſus dixit Petro, Vade poſt me ſatana; ſcandalum mihi es.* Satis aſpera, & rigida increpatio, negantem benigno oculorum aſpectu allicit, & advocat, fervidè amantem duris verbis verberat: unde tanta diverſitas? Negat ille amoris defectu, crucem intendit impedire amoris exceſſu, & gravius increpatur in amoris nimietate, quam in illius defectu, & ideo vehementius increpatur in amoris exceſſu, quam in illius defectu, ac ſi graviori morbo ex ſuperabundantia gravius ſit applicandum medicamentum D. Chryſologus ſerm. 17. *Non tibi hoc, aiterit, Domine, dicens: triumphum crucis vacuare contendit, cum fervore ſe nimio amore mentitur.* Expende illud *nimio amore.*

Matth. 16. *Periculoſior virtutum nimietas, quam defectus.* D. Chryſ.

95. D. Maxim. Sextò. D. Maximus homil. de negatione Petri ubi componit Petrum, & Adamum inter ſe, uterque à Domino habuit præceptum, Adam ne tangeret, Petrus ne negaret, & tamen uterque tranſgrediens præceptum impoſitum, Petrus cito reſurgit. Adamus verò moroſe. Sic ait ſactus Doctor. *Tamen facilior negatio Petri, quam Adæ prævaricatio,* impetravit ſcilicet veniam. *Citius enim Apoſtolo, quam protoplaſto ſubvenitur, hunc enim Deus ad veſperam requirit errantem, illum Dominus pullorum cantu denegantem. Adam reus factus nudus erubuit, Petrus conſcius delicti correctus ingemuit ille, tanquam deprehenſus feſtinat ad latebras: hic tanquam emendatus prorumpit ad lachrymas.* Tranſgreſſo Domini præcepto peccat Adamus & peccat Petrus; Adamus aliquantulum difficiliter ſurgit à culpa. *Cum audiſſent vocem Dei deambulantis ad auram poſt meridiem abſcondit ſe Adam, & uxor ejus à facie Domini.* Geneſ. 3. n. 8. Adamus auditis Dei vocibus fugit, abſcondit ſe, ita ut Dei voces multiplicarentur, *Adam ubi es?* & Deus deambulans ipſum quærit, ac ſi vix Dei voces ipſum traherent; unde tanta difficultas in Adamo, cum in Petro tanta fuerit facilitas, nam uno nutu oculorum totus abiit in lachrymas, & pœnitentiam. *Et continuo adhuc illo loquente gallus cantavit, & converſus Dominus reſpexit Petrum, &c. & egreſſus foras flevit amarè.* Unde tanta promptitudo in uno, tanta renitentia in altero? Adamus in peccato habuit aliquam moram, nam Dei voces fuerunt ad eum feræ poſt meridiem ad veſperam, at vero aſpectus Dei in Petro fuit antelucanus, & ſic celer extitit ut illum in galli cantu adhuc loquentem reſpiceret? non ergo mirum quod tam citò vocatus ad pœnitentiam currat, quando Adamus poſt tantam peccati moram, & ſero vocatus, vix multis vocibus in pœnitentiam trahatur, ita ut Deus deambulans ipſum quærat. *Hanc enim Deus ad veſperam requirit errantem; illum Dominus pullorum cantu denegantem.*

Geneſ. 3. *Qui moratur in peccatis difficiliter ad pœnitentiam adducitur.*

Prodigus ille receſſerat à Patris domo abiens in regionem longinquam, ubi ſubſtantiam ſuam cum meretricibus conſumpſerat, in ſe tandem reverſus maximè meditabundus ait. *Surgam, & ibo ad Patrem meum, & dicam ei, Pater peccavi in cælum, & coram te: jam non ſum dignus vocari filius tuus, fac me unum è mercenariis tuis.* Luc. 15. n. 18. Ecce quantus eſt in concionandis precibus, in aptandiſque humilitatis verbis, quibus Patrem flectat. Aliter vero ſponſa *Surgam, & circuibo civitatem per vicos & plateas, quæram quem diligit anima mea.* Nullas præmeditatur preces, nulla facienda verba curat, ſed cito ſurgit ut quærat ſponſum, & paululum, cum quæſiſſet eum invenit? Unde tanta differentia? Prodigus peccator veteranus; qui à domo Patris receſſerat in regionem longinquam. Unde tot preces, orationes, ac dolores & pœnitētiæ actus, ac viæ lōginquæ ſuperandæ, ei erant neceſſariæ. At ſponſa. *In lectulo meo per noctes,* ut alij legunt per noctem; *quæſivi quem diligit anima mea,* in quo defectum inquiſitionis habuit, dum aliquali negligentia quæſivit in lecto carnalium voluptatum per noctem ignorantiæ, ut exponunt Catena trium Patrum, D. Bern. ſerm. 75. in Cantic. Caſſiodor. Philo Carpathius, Beda, Anſelmus, & cum ex uno defectu ex una nocte, vel hora commiſſo diligenter ſurgat, bene intelligitur, & tanta non ſibi eſſe neceſſaria, ſed quòd citè ſurgens eum quærat, & inde poſt paululum inveniat, qui diu in peccatis obdormit, multa ei requiruntur ad pœnitentiam: non vero ſi cum aliquando labitur, mox ſe erigat. Huc advoco, quod eleganter dixit D. Bernard. ſerm. 3. in die Apoſtolorum Petri & Pauli. Nec tamen ſi quis peccator eſt deſperemus de eo tantum ut reſurgere velit cito *quanto enim diutius permanebit, tanto evadet difficilius; Beatus enim qui tenebit, & allidet parvulos Babylonis ad Petram.* Pſalm. 136. *Etenim ſi creverint vix poterunt ſuperari.* 96.

Luc. 15. *Qui cito ſurgit à peccato, facilè venit ad pœnitentiam difficiliter qui habet moram.* Cantic 3. *Caten trium Patrum.* D. Bern. Caſſiod. Philo. Plinius. D. Anſelm. Bernard Pſalm. 138.

Ait Iſaias 5. n. 18 *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.* Væ lamentationis, ac ploratus dat ſuper eos, qui è longinquo trahunt peccata; 97. Iſai 5.

cata,& in eis ſunt perſeverantes, & cur væ lamentationis non producit ſuper incipientes in via peccatorum, ſed ſolum ſuper perſeverantes longo tempore in eis, cum tam hi, quam illi ſint amicitia Dei privati: Incipientes facile poſſunt emendari, cum adhuc peccatum in eis non mitteret radices; at vero perſeverantes, cum ſint jam obdurati in ſuis iniquitatibus, ſunt valde reſiſtentes, & retinentes, ut difficiliter trahi poſſint. D.Hieron. D. Hieron. *Nec plangit eos, qui peccare cœperint, ſtatimque deſiverint: ſed qui longo funiculo peccata protraxerunt.* Vide tom. 3. cap. 22. q. 23. n. 148. 149. & tom. 4. cap. 18. quæſt. 6. n. 39. 40. 41. & cap. 22. quæſt. 16. num. 119. 120.

QUÆSTIO XIII.

Quare Petrus jam pœnitens non accidit ad Chriſtum, miſericordiam, ac veniam petens ab eo?

98. *Ratio difficultatis.* UBi Dominus Ieſus converſus eſt in Petrum & ipſum reſpexit, ſtatim divina gratia illuſtratus, vehementiſſime de ſua negatione, ac peccato eum pœnituit, cur ergo ſilenter egreditur nullo verbo prolato, cur potius Petre ad Chriſtum non accedis, miſericordiam, ac veniam petens ab eo dicens ei, Bone Ieſu peccavi in cælum & coram te, jam non ſum dignus vocari tuus Apoſtolus, fac me ſicut unum de mercenariis tuis, cur ergo tam profunde taces?

99. D. Eligius. Reſpondet Primò S. Eligius Novionenſ. homil 16. *Beatum Petrum* ait, *legimus culpam fleviſſe quid tamen pœnitens fletu dixerit, non invenimus. Cur hoc? Niſi quia utiliores ſunt preces lachrymarum, quam imploratio ſermonum. Qui ſermo in precando falli poteſt, ſermo enim interdum nō totum hominis prodit negotium; lachrymæ ſemper totum loquentis produnt affectum.* *Lachrymæ ſuas habent efficaces voces.* Cum Apoſtolus eſſet contritus in ſchola Chriſti bene ſciebat majorem efficaciam eſſe in lachrymis, quam in verbis meliuſque negotiari planctu, quam voce nam lachrymæ ſuas habent efficaciſſimas voces. Pſalm. 6. Sic ait David Pſalm. 6. n. 9 *Exaudivit Dominus, vocem fletus mei*, Pſalm. 105. Pſalm. 105. n. 44. *Et audivit orationem eorum* Ex Hebræo legitur *ejulationem eorum.* Thren 2. Hieremias Thren. 2. num. 18. *Neque taceat pupilla oculi mei.* Loqui probatur, quæ tacere non debet, pupilla dolentis oculi. D. Paſchaſ. D. Paſch. l. 2. Pſalm. 118. in Thren. *Quia ipſa, dum compungitur magis quā loquentis verba impetrandi effectum habet.* Pſalm. 118. n 82. *Defecerunt oculi mei eloquium tuum dicentes.* D Hieron. *Conſumpti ſunt oculi mei in verbum tuum dicentes.* Et quid dicerent oculi niſi ploratus, & quam bene orant, dum plorant oculi, & quò amantius deficiunt, expreſſis lachrymis, eo eloquuntur luculentius; lachrymæ enim efficaciſſimi ſunt oratores, ac advocati ad veniam D. Cyprian. obtinendam. D Cyprian. ad Presbyteros Roman. Epiſtol. 7. *Mittant* ait, *legatos pro ſuis doloribus lachrymas. Advocatione fungantur, ex intimo pectore prolati gemitus, dolorem probantes commiſſi criminis, pudorem.* Expende verbum, *Mittant legatos lachrymas.*

100. D. Maxim. Secundò D. Maxim. de Pœnitentia Petri. *Ideo Petrus ait, jam non utitur ſermone, quo fefellerat, quo peccaverat, quo fidem amiſerat, ne per id ei non credatur ad confitendum, quo uſus fuerat ad negandum: ac per hoc mavult, & cauſam ſuam flere, quam dicere* Prudentiſſime ſane noluit Apoſtolus ſalutis negotium linguæ committere, quæ aliquando negationi inſervierat, ac jam fefellerat, *Linguam dax ſemper præſumitur mendax.* Suſpecta ſit lingua, quæ jam aliquando offendit; ac in lapſum fuit, quæ ſaluti ſunt, jam ei non committenda. Cum Dæmoniacus proclamaret Chriſti laudes. *Scio quod ſis ſanctus Dei, & comminatus eſt ei Jeſus, dicens, obmuteſce.* Marc. 1. n. 25. & cur veris Ieſu laudibus prædicandis refrænatur Dæmoniacus; Marc. 1. mendax lingua etiam cum vera dicit, valde ſuſpecta eſt de ſua falſitate, ac nequitia. D. Athanaſ. apud D Thom. in cap 4. D. Athan. Luc. *Quamvis igitur, ait, vera fateretur, compeſcebat tamen ejus ſermonem, ne ſimul cum veritate etiam ſuam nequitiam promulget.*

101. D. Ambr. Tertiò, D. Ambroſ. ſerm. 48. *Petrus, ait, prorumpit ad lachrymas, nihil voce precatus.* Et poſtea ſubdit. Rectè planè Petrus *flevit, & tacuit, quod fieri ſolet, non ſolet excuſari, & quod defendi non poteſt, ablui poteſt.* Dolorem ſuum non vocibus, *Maxime peccat homo, cum vult peccatum.* ſed lachrymis oſtendit; ac ſi nihil haberet, quod diceret inde totus ad lachrymas, ac pœnitentiam confugit: nam valde vehementer dolens illachrymat, & ſilet; lachrymæ confeſſionem oſtendunt, & excuſationem excludunt, *quia quod fieri ſolet, non ſolet excuſari.* Et inde valde ſublimis pœnitens, quia totus eſt ut lachrymis confiteatur delictum; non ut verbis excuſet, *& quod defendi non poteſt, ablui poteſt* Quaſi ablui ac remitti non poſſit, quod affectatis excuſationibus Eccleſ. 5. fortiter defenditur. Eccleſiaſtes 5. n. 4 *Ne dederis os tuum ut peccare facias carnem tuam, neque dicas coram Angelo non eſt providentia.* Vatablus. Iſidor. Clar. Vatabl. *ne habenas laxes ori tuo, ut peccet.* Iſidor. Clarus *Ne totum te peccato involvas.* Tunc enim homo peccato laxat habenas, & ſe totum peccato committit; quando delictum ſuum pravè intendit excuſare Alcuin *Ne dederis os tuum, ut peccare facias* Alcuinus. *carnem tuam: Noli utique vanas excuſationes quærere, & dare occaſionem carni tuæ ad peccandum.*

Quartò Iterum ad eadem Ambroſii verba, 102. D. Ambr. *Petrus prorumpit ad lachrymas, niſi voce precatus.* *Doloris vehementia os conticuit.* Præ vehementia doloris loqui non valuit, ſed totus in ingentem lachrymarum imbrem prorumpit. Nocte everſa eſt Arcopolis, ut tradit Iſai 5. Iſaias 15. num. 1. *Quia nocte vaſtatus eſt murus Moab, & conticuit.* Cur in tanta jactura conticuit, & non loquitur, ac clamat. Cardinalis Hugo: Hugo. *præ dolore non auſa loqui.* Doloris vehementia os conticere fecit.

Quintò. Idem D. Ambroſ. in c. 22. Luc. *Inveni, ait, cor tacuit Petrus, ne tam cito veniæ petitio plus offenderet, ante flendum eſt & ſic precandum.* 103. D. Ambr. Immediate offenſam non poſtulat veniam ne de impudentia notaretur, ſed cucurrit ad pœnitentiam ut ex lachrymis; afflictione efficacior fieret poſtulatio veniæ, poſt tam grave delictum in tempeſtiva videretur veniæ petitio, quæ de nulla pœnitentia veniebat, præcedant dolores *Efficax petitio quæ de pœnitentia procedit.* & lachrymæ, ut fortior volitet veniæ deprecatio Zachar. 3. De ſummo ſacerdote ait Zacharias 3. num 3. *Jeſus erat indutus veſtibus ſordidis, & ſtabat ante faciem Angeli.* Veſtibus ſordidis, hoc eſt ciliciis, ut deprecaretur pro populo, eique veniam de peccatis impetraret, & cur non potius Theodor. ſtabat veſte pontificia, ſed cilicina, Theodoreto teſte ut Deum pœnitentis habitu fortiter permoveret.

Prædicans Ionas Ninivitis imminens Civita- 104.

tis

tis devaſtationem. *Et pervenit verbum ad Regem Ninive, & ſurrexit de ſolio ſuo, & abjecit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere.* Joan. 3 n. 6. Totus Rex cum ſui magnatibus convertit animum ad pœnitentiam in ſacco, & cinere, cur de precibus, ac orationibus non agit? Cur à Propheta non poſtulat, ut pro ipſo Deum exoret, ut fecit Simon ille Magus, cum audiſſet ab Apoſtolis, mala ſibi imminere. *Precamini vos pro me ad Dominum.* Act. 8. n. 24 Cur ſimiliter Rex Ninive orationem à Propheta non requirit, ſed ad pœnitentiam recurrit? Bene agnoſcebat quod poſt tot, ac tantas offenſas ſuas, ac ſuorum, intempeſtivam eſſe orationem, nulla afflictione præcedente, & ideò in pœnitentiis, ac afflictionibus immoratur, ut inde oratio orta efficacior valeat fieri D. Maxim homil. de Litan. *Obliviſcitur ergo, ait, ſe regem eſſe, dum projicit purpuram, dum diadema deponit, cilicio autem veſtitur, & ſacco, & jejuniis perſeverat, orationibus immoratur.* Expende quod poſt tot pœnitentiæ monumenta ad orationem venit.

Jon. 3. — Actor. 8. — D. Maxim.

QUÆSTIO XIV.

Quare Petrus coram ancillis, & miniſtris non retractavit ſuam ſententiam, cum quibus negaverat Chriſtum?

105. Calvinus. OBjicit impius Calvin. Petri pœnitentiam claudicaſſe, ex eo quod culpam ſuam non fuiſſet confeſſus coram Judæis, apud quos Chriſtum negaverat, nec quod abſtulerit ſcandalum, quod eis dederat; ac proinde ad hoc ſcandalum tollendum, videbatur Petrus teneri coram ancillis, ac miniſtris ſententiam ſuam retractare, coram eis confiteri ſe optimè Chriſtum agnoſcere, ipſumque eſſe Dominum, ac Magiſtrum ſuum.

106. Reſpondeo primò Petrum Iudæis utpote nequiſſimis, ac in Chriſti odio maximè obduratis nullum dediſſe ſcandalum, quo eos in Chriſti odio confirmaret, unde ſi ante eos Chriſti negationem retractaſſet, ſine fructu id feciſſet, imo cum ingenti damno tam ſuo, quàm illorum poterat enim tunc majus odium, ac indignationem excitare, tam contra ſe, quam contra Chriſtum, ut inde majori odio in Chriſtum, & in ipſum accuſantes inſurgerent

Actus fruſtraneus fugiendus.

107. Eccleſ. 1. Secundò Ut dicitur Eccleſ. 1. n. 1. *Omnia tempus habent.* Sic intellexit Apoſtolus, quod erat tempus fletu amaro plangendi peccatum negationis Chriſti coram ipſo Chriſto, ut ſuam culpam deleret, & quod erat etiam tempus confitendi Chriſtum coram hominibus; modo totus eſt, ut lachrymetur ſuum delictum ſuámque culpam debeat coram Deo, poſtea vero erit tempus Chriſtum confitendi, ac teſtificandi coram omnibus, ut poſtea fecit, non in atrio Pontificis, ac ſubmiſſa voce paucis aſtantibus, ſed patenti in loco, alta voce, toto populo audiente? *Stans autem Petrus levavit vocem ſuam,* &c. Act. 2. n. 14. Chriſtum prædicat, annuntiat, ac teſtificatur Petr Damian ſerm de S. Petro. *Qui voce unius mulieris negaverat, jam tota Hieroſolyma audiente Chriſtum prædicat, & confitetur.*

Prius plorandum coram Deo, deinde coram hominibus faciendum. — Actor. 2. — Damian.

108. Tertiò. Prudentiſſimè Petrus ſe habuit in hoc negotio; recogitavit ſecum quod magnanimitas, ac generoſitas illa ſua, qua in cœnaculo fortiter pollicitus fuerat; *etiamſi oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Matth. 26. Modo in occaſione debita omnino defecit; animi autem robori, quod dum oportebat, reſilir, minimè amplius ſe voluit credere Petrus. Prudenti enim valdè ſuſpectus eſt ſpiritus, quia nobili propoſito concepto, quando occaſio poſtulabat, retrocedit, ex quo ſæpè magna pericula pullulant, & naſcuntur.

Matth. 26. — *Qui retrocedit generoſo propoſito, in multa pericula cadit.*

109. Pulſat dilectus ad januam ſponſæ *Aperi mihi ſoror mea, amica mea.* Illa vero excuſat ſe. *Expoliavi me tunica mea, quomodo induar illa?* Poſtea vero deſiderio ipſius dilecti commota, ſurrexit ipſum quærens per vicos, & plateas, & ait: *Invenerunt me cuſtodes, qui circumeunt civitatem: percuſſerunt me, vulneraverunt me, tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum.* Cant 5. n. 7. Cur ſponſa quærens ſuum dilectum in tot, ac tanta mala incidit, ut percuſſione, vulneribus, ac furto pallij afficiatur? Sponſa vehementiſſimo deſiderio ſui dilecti flagrabat; ſic dicebat: *Oſculetur me oſculo oris ſui* Cantic. 1. n. 1. id eſt non jam per umbram, ſed ore ad os mihi loquatur. *Veniat dilectus meus in ortum ſuum.* Cantic. 5. n 1. *Quis mihi det te fratrem meum ſugentem ubera matris meæ* cap. 8. n. 1. ab hoc vero nobili affectu langueſcit, ac frigeſcit ſponſa; nam cum dilectus pulſaret ad oſtium. *Aperi mihi ſoror mea.* Ipſa ſe excuſans ait: *Explicavi me tunica mea, quomodo induar illa.* Ut explicant Theodor. D. Auguſt tract 57. in Joann. & ſatis latè Cornelius à Lapide; pulſanti ſponſo aperire detrectat; aut certè moras nectit, uti ſolent facere ſemi dormientes, & ſemi ſopiti, quare hic ſuæ ſomnolentiæ, & torpori, ac tepiditati excuſationem prætexit dicens, ego tunicam exui, difficile eſt mihi ſurgere, & tunicam induere, &c Sponſa frigeſcit; ac deficit à fervore ſuæ nobiliſſimæ caritatis, qua præſentia ſponſi æſtuabat, non mirum quod in tot, ac tanta pericula veniat, ut percuſſiones, plagas, ac vulnera patiatur, & ſuſtineat. D. Anſelm. Percuſſerunt, & vulneraverunt me. *Ad compunctionem me commoverunt, dolore, & recordatione præteritorum.* Præterita nempe ſua, & antiqua caritate, ob cujus languorē, tot afflictionum genera eam apprehenderunt. Vide ſupra l. 7. c. 17. q. 2. n. 14. 15. 16. & tom. 1. lib. 1. cap. 2 quæſt. 22. n 68 & tom. 3 c. 2. 2 q. 12. n. 71. 72. & tom 4. c. 35. q. 2. n. 175.

Cantic 5. — Cantic. 1. — Cantic. 5. — Theodor. — D. Auguſt. — Corneh. — *Qui frigeſcit à ſuo nobili affectu in diſcrimina cadit.* — D. Anſelm.

QUÆSTIO XV.

Quare Petrus ut fleret negationis peccatum foras egreditur?

PEtrus à ſuo peccato converſus eſt, ac pœnitentiam egit, quia Jeſus ſuis piiſſimis oculis ipſum reſpexit, cur non magis coram Jeſu ſu aſtat, curque à tanto Magiſtro ſeparari vult, ut ex Chriſti præſentia, ex qua nata fuerat pœnitentia, naſceretur etiam remiſſio, ac venia culpæ. 110.

Ratio difficultatis.

Reſpondet primò D. Laurent. Laudunenſ de S. Petro. *Ut haberet liberum flendi locum, quo ſe magis colligeret, & flere poſſet liberius.* Valdè tam affluenter, quam liberè deflet, qui ſine arbitris deflet. Hinc D. Auguſtin. in hortulum ſeſe colligebat 111.

Laudunenſ. — *Egreditur ut liberè flere.* — D. Auguſt.

colligebat cum flere vellet. *Solitudo*, ait, *mihi ad flendi negotium aptior videbatur*, ut ipſe teſtatur lib. 8. cap. 12. Confeſſion. Unde Rex Ezechias cum lugere vellet. *Convertit faciem ſuam ad parietem*. 4. Reg 20.n. 2. Ut largius, ac majorem flendi libertatem aſſequeretur, ut ibi notat Abulenſis.

4. Reg. 20. Abulenſ.

112\. Secundò. Beda. *Non enim in atrio Caiphæ retentus poterat agere pœnitentiam: egreditur foras ut ab impiorum concilio, ſequeſtratus, pavidæ negationis ſordes liberis fletibus abluat.* Quam expoſitionem ferè eiſdem verbis tradit D. Hieron. Egrediturque foras, ut præteritas negationes expeditius deploraret, & ut etiam à novis cautius abſtineret. Si enim in illa hominum fæce, & peccandi occaſione perſiſteret, timendum erat ne iterum, ac ſæpius negando laberetur.

D. Hieron. *Fugit iniquorum hominum fæcem.*

113\. Tertiò S. Leo. ſerm. 9. de Paſſio *Egreditur foras fugiens cadendi periculum.* Sed dices nonne tibi Petre aderat Chriſtus, qui te reſpexit? quomodo ergo à Chriſti conſpectu vis disjungi cum tuæ deliciæ in hoc conſiſtant, quod cum Chriſto ſis? Reſpondeo, ſic Petrus timuit peccati occaſionem, quod elegit potius à Chriſto abeſſe, quam cum Chriſti præſentia in tali occaſione peccandi diutius immorari. In domo Pontificis adeſt periculum, adeſt & protectio in oculis Chriſti, tantum impellit periculum ad ruinam, quod mavult Petrus viduari corporeo Chriſti aſpectu, quam permanere in occaſione peccandi. Petrus cùm ambularet ſuper mare, ut ad Chriſtum veniret; cum cœpiſſet mergi clamavit. *Domine ſalvum me fac.* Ieſus extendens manum ait illi. *Modicæ fidei quare dubitaſti?* Mat. 14.n. 30. Illa fuit ingens quædam Petri turbatio, ut ait D. Aug. ſerm. 14 de verbis Domini. *Turbatio iſta, fratres*, ait, *quaſi mors fidei fuit.* Petrus in periculo conſtitutus quamvis in aſylum haberet Chriſti præſentiam friguit in fide, ita ut à Chriſto reprehenderetur. *Modicæ fidei.* Inde agnovit quantam efficaciam haberet periculum trahendi ad ruinam, egreſſus eſt foras fugiens *cadendi periculum.*

D. Leo. *Peccandi occaſio etiam ſub Domini aſpectu urget ad delictum.* Matth. 14. D. Auguſt.

114\. Quartò. D. Paſchaſ. lib. 12. in Matth. *Videte fratres*, ait, *quod ſæpe dico, quia omnia, & loca & tempora plena ſunt myſter is: nam in atrio Pontificis ſedens non poterat, non dico ſtare in fide, verum, nec poſt lapſum agere pœnitentiam.* Ut Petrus ageret pœnitentiam diſceſſit ab atrio, ſeu ab aula Pontificis, ut legit Franc Lucas datus ſupra ad verſ. 69. Matth in hoc cap. Petrus jam converſus à ſuo peccato bene noverat, aulam, ac aulicos valdè ſuſpectos eſſe ad pœnitentiam, ac virtutem. D. Bernard. de conſiderat. ad Eugenium de aula ſic diſſerit *Plures in ea defeciſſe bonos, quam malos profeciſſe probavimus.* Unde D. Paul. Hebr 10. num. 21. ut denotaret, qua ratione metus Moyſes regiam Pharaonis aulam ſponte deſeruerit, ut ſe Dei militiæ adjungeret; ait: *Maluit affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem* Ubi eleganti emphaſi, aulicam vitam, quam Moyſes deſpexit, temporale peccatum appellavit, aulica enim vita plena peccatis eſt. Cui expoſitioni favet Theophyl.

D. Paſchaſ. *Aula, ac aulica vita à pœnitentia aliena.* D. Bern. Hebr. 10. Theoph.

115\. Quintò. D. Laur Iuſtin lib. de Chriſti agone cap. 8. *Exivit Petrus de ſtadio*, ait, *non valens ſuæ mentis ferre pudorem.* Tantus fuit Petro de peccato pudor, ut Magiſtri oculis abeſſe procul vellit. Maldonatus. *Verecundia egreſſus eſt*, ait. Pudet Petrum Magiſtri oculis adeſſe, quem negaverat. Pleno hominum theatro ante Chriſtum Judicem *Congregabantur omnes gentes ante eum.* Matth. 26 n 41. Cur ſenatu hominum collecto Judex fert ſententiam, niſi ut tam ſublimi aſpectu pudore inviſo pugnat malos homines D. Bernard ſerm. 8 in Pſalm 90. *Hoc plane illis grave tormentum, & magnus malorum cumulus erit; fortaſsè enim quodcumque ſolatium videretur, eorum quos malitioſè impugnaverint, in tormentis ſuis ſaltem declinare poſſe conſpectus.* Magnum verecundiæ tormentum eſt videre vultum eorum, quos offendiſti, & ideo tormentum erit damnatis videre juſtos quos impiè vexarunt.

D. Laur. Maldonat. *Pudet Petrum Magiſtri oculis adeſſe.* D. Bernard.

116\. Sextò. Vict. Antioch in c. 14. Marc. *Petrus*, ait, *Chriſti obtutu peccati ſui admonitus lachrymas profudit. At non palam illud auſus eſt facere, quocirca egreſſus eſt foras: ibidémque amarè ploravit* Mira prudentia ut Petrus deploret, egreditur à conſpectu iniquiſſimorum hominum, quia ſi illi impii Petrum flentem vidiſſent, non ad lachrymas invitati fuiſſent, ſed lachrymantem Petrum irriſiſſent, & à lachrymis avocaſſent Pſam. 118 n. 134. *Redime me à calumniis hominum, ut cuſtodiam mandata tua*: id eſt libera me à calumniis ſeu ab irriſionibus, inſultationibus, ut explicat Noſter Incognitus, *Ut cuſtodiam mandata tua ſeu præcepta tua*, ut habet D. Hieron. Nam irriſiones hominum magnum impedimentum ſunt ad virtutem, ſaltem incipientibus.

Vict. Ant. *Irriſiones hominum magnum impedimentum ſunt ad virtutem.* Pſal. 118. Incognit. D. Hieron.

117\. Septimò Theodor. orat. de caritate *Neque enim*, ait, *poſt negationem in animum induxit Petrus ut, Magiſtrum relinqueret; ſed flevit quidem amarè, & quod victus eſſet, ſuam delevit imbecillitatem, aſſedit autem vinculis amoris irretitus.* Egreditur Petrus foras recedens à Chriſti præſentia, & cur non expavet, ſic diſtare à Jeſu, & inter ſe ac Jeſum ponere intervallum? Egrediebatur ploraturus, & etiam egrediebatur amans, & cùm jam pœnitentiæ actibus caritatem in ſe recepiſſet; quamvis videretur diſtare à corporali præſentia, tamen per caritatem Domino copulabatur, eúmque vinculis amoris in ſe intimo affectu unitum habebat. Sic dicebat Paulus 1 Corinth. 5. num. 1. *Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu.* Et quomodo abſentia corporis compatitur cum Spiritus præſentia? Quia eos habebat ſecum in vinculis caritatis.

Theodor. *Petrus & ſi diſtet à Chriſto corpore, per caritatem tenet.* 1. Cor. 5.

118\. Octavò. Quomodo Petrus foras egreditur ad amarè flendum, hoc enim novum, & inuſitatum eſt pœnitentibus, ut foras exeant cum ſua pœnitentia? Illos enim admonet Pſaltes. Pſalm 4. n. 5. *In cubilibus veſtris compungimini.* Valdè ſuſpectus eſt vir, qui in quolibet virtutis exercitio relicto abſcondito cubilis ſe dat ad conſpiciendum. Cur ergo Petrus non ſe magis abſcondit in domus angulo, ut ubi deploret ſuum crimen, cur flens & dolens foras egreditur expoſitus omnium oculis? Erant in Petro veræ lachrymæ, verúſque dolor de peccatis, ac proinde licet eſſent in omnium conſpectu mediis in plateis, liberæ, ac immunes erant ab omnibus vanitatis vento. Hanc rem Petri eleganti exemplo explicat D. Auguſt. ſerm. 121. de tempore. *Petrus ventum invenit fidei liberalem, quouſque impelleret navem, ut in medio ſcopulorum portum quæreret lachrymarum.* Meritò lachrymarum portum dicit, ubi venti ſilent, & tranquillitas viget; nautæ dum per medium maris navigant, mille expoſiti

Pſalm. 4. *Veræ pœnitentiæ lachrimæ liberant à vanitate.* D. Auguſt.

ſiti ſunt ventis, à quibus huc & illuc agitantur, ac cum portum tenent tranquillitate gaudent & ventos non timent. Qui per omnium virtutum viãs incedit, expoſitus eſt vanitatum ventis, at ſi ad lachrymas, ac ad verum dolorem accedit, tanquam in portu conſtitutus, tranquillitate potitur nullos applauſus, nulloſque vanitatis ventos timet, & valdè ſecurus in conſpectu omnium populorum ſua crimina lamentatur, ut miſericordiam, ac veniam impetret.

119. Judith. 9. Græcus. *Verus dolor de peccatis ventum vanitatis excludit.*

De ſanctiſſima Judith, 9. n. 1. Ingreſſa eſt oratorium ſuum. *Et induens ſe cilicio poſuit cinerem ſuper caput, & proſternens ſe Domino clamabat.* Ubi noſtra vulgata habet, *induens ſe cilicio.* Græcus legit. *Nudans id quod inducbatur, cilicium.* Id cum antea illud haberet opertum, ac occultatum veſtibus aliis, jam apertè talibus indumentis abjectis, illud manifeſtavit. Et cur id quod antea tanto ſtudio occultaverat, modo tam patenter publicat, & declarat? Modo ſanè humi proſtrata, magnis lacrymis, ac magno cordis dolore, veniam, ac miſericordiam à ſupremo judice impetrare intendebat, & cum in hoc lachrymarum portu verſaretur, vanitatum ventos omnino oblita eſt, & in tam vera ac rigida pœnitentia, hominum conſpectus non veretur.

120. Rom. 5. 2. Cor. 12. *Tribulatio à vanitatibus liberat.* D. Anſelm.

Dicebat Paulus Rom. 5 n. 3. *Gloriamur in tribulationibus, ſcientes, quod tribulatio patientiam operatur.* Apoſtolus in magnitudine revelationum traditus eſt ſpiritui infirmitatis, ne tanta ſublimitate extolleretur. *Et ne magnitudo revelationũ extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carni meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet.* 2. Cor. 12. n. 7. quomodo in tribulationibus non metuit gloriari, ſed hoc de ſe patenter audit publicari? Ubi enim tribulationum ſcopuli undique premunt, adeſt tranquillus portus; & ſecurus à ventorum vanitatis impetu. D. Anſelm. *Gloriamur*, ait, *ſine periculo vanitatis de tolerantia tribulationum.*

QUÆSTIO XVI.

Magnus Petrus admirabilis omnium Pœnitentium idea.

121. D. Chryſ. *Petri pœnitentia admirabilis.*

AIT D. Chryſ. orat. in Apoſtolos 11. habita t 6. *Petrus cum inficiatur venia dignus eſt; cum reſipiſcit admiratione,* ſcilicet dignus. Verum eſt, quod Petrus negando prolapſus eſt, tamen tam perfectiſſima pœnitentia reſurgit, ut omnibus ſit in admirationem.

122. D. Auguſt. *Veræ pœnitentiæ conditiones.*

D. Aug. in lib. confeſſionum perfectiſſimi pœnitentis quatuor aſſignat conditiones. *Cito ſurgit dolens de præterito, caſtigans de præſenti, carens in futurum.* Quæ omnia valdè conſummatè, in hac præclara Petri pœnitentia inveniuntur.

123. *Pœnitentia ſit feſtina.* Luc. 9.

Prima circunſtantia. D. Petro ſcribit D. Luc. *Et continuo adhuc illo loquente cantavit gallus,* &c. *Et egreſſus foras flevit amarè.* Citiſſimè ſurgit Petrus, cùm adhuc ille in ore haberet verba tertiæ negationis *adhuc illo loquente,* cõverſus eſt ad pœnitentiam, & flevit amarè? Innumeris bonis cumulatur Zachæus à Domino, ejus præſentia fruitur ejuſque diſcipulus fit & in domo ſua eum recipit cui univerſæ domui ſalus à Deo facta eſt, & unde illi tã copioſus bonorũ fons? At ille. *Dimidiũ bonorum meorum do pauperibus: & ſi quid aliquem defraudavi reddo quadruplum.* Luc. 19. n 8. Non differebat ut daret, vel redderet, ſed indilatè dabat, reddebat. *Do reddo,* Theophyl. in Catena. *Nec ſolum*, ait, *hoc promittebat, ſed faciebat: non eum ait, dabo medietatem, & reſtituam quadruplum, ſed do, reddo.* Theophyl.

124. Proverb. 24. Septuag. Pſalm. 41. *Lachrimæ feſtine dulces.* 3. Reg. 11. 2. Reg. 12.

Ait Salomon Prov. 24. n. 32. juxta Septuaginta *Noviſſimè ego egi pœnitentiam.* ubi ſine ulla commendatione dicitur. Non ſic verò David Pſal. 41. n 4. ait: *fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte.* Lachrymæ maximè extolluntur de ſapore tanquam regalis panis, unde in actibus horum duorum Regum tanta differentia? Salomon admonitus à Deo per Prophetam. 3. Regum 11. n 3. de peccato ſuo, à pœna imminente, adhuc in ſuis peccatis perſeveravit, & Jeroboamum intendit occidere, at David cum admonitus eſſet à Nathan de ſuo peccato abſque ulla mora, abiit in pœnitentiam. *Peccavi Domino* 2. Reg. 12. n 13. Inde Davidis pœnitentia ut feſtina multùm habuit ſaporis & dulcedinis, à qua commendatione longè abeſt Salomonis pœnitentia, utpote tarda & moroſa.

125. Matth. 10. *Juſtus dolet non de pœna ſed de culpa.*

Secunda circunſtantia. *Dolens de pretio.* Qui verus dolor eſt de culpa, & non de pœna, ſic & Petrus totus fertur ad culpam lachrymandam. Non ait D. Matth tantum, Recordatus eſt Petrus verbi Jeſu; ſed addendo ait: *Recordatus eſt Petrus verbi Jeſu, quod dixerat; antequam Gallus cantet ter me negabis* Cur de hoc verbo quod eſt *Recordatus; antequam gallus cantet* &c. Duabus vicibus Chriſtus de negatione egit, ſemel in communi; *omnis, qui negaverit me coram hominibus, negabo eum coram Patre meo.* Matth. 10. n. 33. Ubi aſſignatur pœna Chriſtum neganti. *Negabo eum coram Patre meo.* Secundò vero in cœnaculo agens de culpa negationis Petri *ter me negabis*; & Petrus ut perfectiſſimus quando totus in lachrymas profunditur non dicitur recordatus verbi denuntiantis pœnam, ſed culpam indicantis, *me negabis.*

126. Exod. 32. D. Auguſt. *Juſtus de culpa delenda ſolicitus, de pœna nil agit.*

Magna difficultas eſt, quod Moyſes exiſtens cum Deo in monte, valdè obnixè deprecabatur, ut Deus idololatriæ offenſam in populo commiſſam remitteret *Dimitte eis hanc noxam* Exod. 32. n. 31. Tamen cum è monte deſcenderet tam ſeverus, & rigidus extitit in populum, ut ex ejus juſſione filii Levi interficerent viginti tria millia hominum. Ibidem n 28. Unde rectè dubitat D. Auguſtin. quæſt. 144. in Exodum, *Notandum*, ait, *quanta pro populo ad Deum ſupplicatione laboravit, qui tam ſeverus in eum vindicando extitit:* Quid eſt hoc, Moyſes non vult parcere populo, & tamen vult ut Deus dimittat? Obſiſtit ne Deus mortem inferat populo, & ipſe tot mortuorum eſt auctor? Intellige rem. Moyſes tanto nixu ſtabat coram Deo deprecans, ut ipſe populo dimitteret culpam. *Dimitte eis hanc noxam* Septuaginta. *Peccatum eorum remitte.* Culpam nempæ ipſius peccati, nam de pœna, ac ſupplicio nil curabat Moyſes, imo ipſe eſt primus, qui ad puniendum populum procedit, & tot millia hominum interfectioni tradidit. Vide ſupra lib. 7. cap 6. num. 63. tom. 4. cap 12. quæſt. 8. n. 8. 62. 63. 64.

127.

Tertia circunſtantia. *Caſtigans de præſenti.* Magnus Petrus ubi primum converſus eſt dolens de peccato, *egreſſus eſt foras*; cur egreditur ab atrio pontificis, in quo Chriſtus aderat, & Petrum reſpexit? Petrus cum convertitur à ſua negatione, intimo Chriſti amore vulneratus eſt, ut ait Theo.

Duriſſimum tormentum amanti à dilecto ſeparari.

datus ſuperiori quæſtione. *Aſſidebat vinculis amoris irretitus.* Petrus vi amoris ex horto uſque ad Pontificis domum ſecutus eſt Chriſtum, modo poſt ſuam converſionem ferventiori amore in Chriſtum ferebatur,& quem non ſepararunt hoſtiles exercitus, carnificum manus,mortis crudeliſſimæ terrores, conceptus de negatione, dolor omnium vehementiſſimus corporaliter ſeparat,& dividit à Chriſto.Sic Petrus compunctus fuit de ſuo ſcelere,ut in illius pœnam exilium à Chriſti præſentia ſibi elegerit; omnis dolor Chriſti corporali præſentia ſuavis,ac dulcis erat,ut ergo dolor hac ſuavitate careret,& undique eſſet acerbiſſimus à Chriſti præſentia diſcedit, nullum enim majus tormentum diligenti,quam à dilecto ſeparai,ab illoque exilium pati.

128. Threni.1. Ait Jer.Thren.1.n.1 *Quomodo ſedet ſola civitas plena populo* Si civitas maximè frequentata erat à populorum multitudine quomodo ſola dicitur?Orbata erat Jeruſalem dilectiſſimo pignore filiorum ſuorum,qui abducti fuerant in Babyloniam,inde tam acutiſſimo dolore torquebatur,ac ſi ab omnibus eſſet deſolata,& deſtituta D.Paſch. lib.1.in Thren.*Niſi ſola*,ait, *eſſet, plangenda non eſſet, quia non poſſunt lugere filii ſponſi, quandiu cum illis eſt ſponſus.*

Qui ſine dilecto eſt ſe ſolum reputat. D.Paſchaſ.

129. Quare circunſtantia. *Cavens in futurum.* Eluit lachrymis culpæ maculam Petrus,nec urbis, aut lingua veniam poſtulat,ait D.Maxim.*Non utitur lingua qua negaverat*; inde ultra noluit amplius ſe fidere linguæ,& ſtatim egreditur foras,ab illo nempe loco in quo negaverat, ut ait D. Leo fugiens *cadendi periculum.* Vir juſtus,ac ſanctus ſempervaliè ſuſpectum habet id,quod aliquando fuit occaſio peccati,ut ab eo fugiat,& declinet.

Id,quod aliquando fuit occaſio peccandi, ſemper tibi erit ſuſpectum.

130. Ardenti deſiderio flagravit David aquam ciſternæ Bethleem,quo cognito tres viri fortiſſimi per medios hoſtes irruperunt. & cum haurirent aquam de ciſterna,tulerunt eam Davidi,qui noluit bibere *ſed libavit eam Domino* 2.Reg.23.n.16 forſitan aliquis tanquam de imprudentia arguet Davidem,quod aquam tanquam vehementer exoptatam trium militum ſanguine emptam, bibere noluerit;recordabatur David,quod olim videns Bathſabee, quandam habuit concupiſcentiam,ex qua peccavit,ac cecidit,inde David valdè ſuſpectos habuit ſuos appetitus,& maximè cautè ſe habuit erga illos,ut etiam in re licita illos veritus eſſet.S.Euch. *Qui ergo*,ait, *quondam concupiſcere aliam conjugem, nequam timuit, poſtea etiam quia quam concupiſcet, expavit;enim illicita ſe perpetraſſe meminerat, contra ſemetipſum jam rigidus etiam ab illicitis abſtinebat.*

2.Reg. 23. *Ab appetitu qui te ſemel in peccatum induxit fuge.* S.Eucher.

QUÆSTIO XVII.

Petrus amariſſimo fletu illachrymavit ſuum negationis peccatum.

131. Adricom. PRodiit Petrus foras, & ſe contulit,ut Adrichomius,& alii tradunt in quandam ſpeluncam,inter Jeruſalem, & montem Sion, ibique uſque ad diem reſurrectionis jugiter flevit, & in feliciſſimo reſurrectionis nuntio ait Angelus mulieribus; *te dicite diſcipulis ejus,& Petro.*Marc.16 n.7 ut tam felici,ac perjucundo nuntio modum poneret lachrymis, ab illiſque ſe temperaret; in quo loco poſtea erecta eſt Eccleſia in Petri honorem ad tam ſalutaris pœnitentiæ memoriam perennandam.

Marc.16.

Flevit amarè. Scribit D. Matth. alii legunt 132. D Matth.
amariſſimè,ita ut referat S.Clem D. Petri diſcipulus,ac in pontificatu ſucceſſor, adeo Petrum pœnituiſſe,ut deinceps per totam vitam audiens ſingulis noctibus galli cantum profunda humilitate in genua procideret, & amaras fundens lachrymas,peccati licet jam remiſſi,iterum à Chriſto veniam peteret. Unde oculi ejus ex aſſiduo fletu apparebant tanqum ſanguine profuſi, teſte Nicephoro l.2.cap.37.Et per totam vitam propter hunc lapſum uſque ad mortem auſteram egit pœnitentiam, lupinos (quod eſt lugiminum genus omnium amariſſimum) comedens Ut teſtatur Divus Gregorius Nazianzenus orat. de amore pauperum.

Auſtera D. Petri pœnitentia cum multis lachrymis. Nicephor. D.Greg. D.Nazian.

D.Marcus ſcribit, *Cœpit flere.* Theophylact. 133. D Marcus. Theoph.
Magna vehementia cœpit flere. Notanter ait Evangeliſta *Cœpit flere.* Quaſi luctum & planctum tum toto animi ſtudio,& ex profeſſo ſuſceperit, tum in eo perpetuo duravevit.Qui enim ipſum cœpiſſe flere inquit, nuſquam à fletu ceſſaſſe, aut planctum abſolviſſe, videtur affirmare. Ait D.Chryſoſtom.in Pſalm. 4 *Flevit amare, & alia quæ fletum ſunt conſecuta,fecit ſimilia.* Ut perſeveraret in fletu cum rigida, & auſtera pœnitentia, ut ſupra dixi modo,& tam amarè,aut auſterè cœpit.Elegantiſſimè D.Auguſt ſerm.121.de tempore, *Flere*,ait,*cœpit amarè,quia Dominum ſuum cœpit amare.*

D.Chriſoſt. *Cum lachrymis adjunxit conſequentia.* D. Auguſt.

Cœpit flere. Alij legunt, *Prorupit in fletum.* 134. *Alia lectio.*
Quo ſignificatur vehemens, ac ſubita Petri mutatio Ex Græco ſic legitur. *Adjiciens flevit*:quaſi lachrymas lachrymis addiderit, nec unam ſine lachrymis horam labi ſineret. Sic monet Jerem. Thren.2.n 18. *Deduc lachrymas per diem ac noctem*, Quod etiam ipſe habet cap.9,n. 1.*Plorabo die ac nocte*;dum diem, ac noctem dicit, totum tempus vitæ humanæ ſignificat, quia per totum tempus ſemper flendum eſt,cum nemo ſciat odio an amore dignus ſit D. Paſchaſ. lib 2.in Thren. *Ut nemo dum vivit ſibi pereat, & torpeat, quaſi jam ſecuritate acceptâ.*

Lachrymis lachrymas addidit. Thren.2. Jerem. D. Paſchaſ.

D.Leo ſerm.9.de Paſſion *Felices, ſancte Apo-* 135. D. Leo.
ſtole,lachrymæ tuæ, ait, *quæ ad diluendum culpam negationis virtutem ſacri habuere baptiſmatis. Adfuit dextera Domini Jeſu Chriſti,quæ labentem te priuſquam dejecereris exciperet, & firmitatem ſtandi in ipſo periculo recepiſti.* Petrus in illa nocte à fœmineis interrogationibus proſtratus eſt, terque magiſtrum ſuum negavit, indéque in vehementiſſimas lachrymas prorupit.Quomodo ergo ait Sanct.Pater.*Adfuit dextera Domini Jeſu Chriſti qui labentem te priuſquam dejicereris, exciperet* Quid amarè plorat Petrus ſi non deliquit? Petri lachrymæ delictum non defendunt, ſed produnt, imo produnt,& defendunt. *O felices lachrymæ, quæ ad diluendam culpam negationis virtutem ſacri habuere baptiſmatis*;ubi lachrymæ apparent,ita diſparet peccatum, ut magnus Leo jam peccatnm non videat, unde ait,*quæ labentem te priuſquam dejicereris,exciperet.* Verum eſt, quod Petrus cecidit, erigitur tamen per lachrymas, quæ ita peccatum extinguunt, ac abolent, ut jam nihil lapſus appareat, & cum videantur lachrymæ, jam delictum non cernitur, ac ſi quis recenter ex fonte baptiſmatis eſſet eductus, & ac ſi Dominus Jeſus extendiſſet manum ſuam, ut labentem exciperet, antequam

Lachrymæ in vero pœnitente ſic abluunt peccatum, ac ſi non fuiſſet.

antequam dejiceretur, ſic lachrymæ dealbant animam à peccato, ac ſuper nivem dealbant.

136. *Felices, ſancte Apoſtole, lachrymæ tuæ.* Quatuor illuſtriſſimi pœnitentes celebrantur, David, Magdalena, S. Petrus, Bonus Latro. David in magna abundantia flevit, ita ut diceret *lachrymis meis ſtratum meum rigabo.* Tamen ut ejus peccatum agnoſceretur remiſſum neceſſarium fuit, ut Propheta Nathan ei diceret *Dominus tranſtulit peccatum tuum.* 2. Reg 12. n. 13. Magdalena in tam larga copia ploravit, ut lachrymis ſuis pedes Jeſu rigaret. Tamen ut remiſſio peccatorum omnibus eſſet nota, Chriſtus Dominus proprio ore dixit. *Remittuntur tibi peccata tua* Luc. 7. n. 48. Bonus Latro magna, ac præexcelſa contritione emicuit; tamen, ut criminum abſolutio fieret manifeſta, neceſſarium fuit, ut Chriſtus Dominus adhibita jurandi forma diceret. *Amen amen dico tibi hodie eris mecum in paradiſo.* Luc. 23. n. 43. D. Petrus flevit amariſſime, tamen neſcio, ubi in ſcriptura expreſsè dicatur, quod peccatum ejus fuerit remiſſum de fide certiſſimum eſt peccatū Petri fuiſſe remiſſum; in quæſtionem voco nunc cur expreſsè hoc ſcriptura non teſtatur, O magna lachrymarū Petri celſitudo! Lachrymæ David, Magdalenæ, Latronis largæ, & abundantes fuerunt, tamen ut peccatorum eorum ablutio apertè conſtaret, exigebatur, ut expreſsè ſcriptura hoc teſtaretur; at Petri lachrymæ ſic illuſtres, ac præexcelſæ, ejuſque dolor tam vivus, & efficax, quod ut peccatorum indulgentia eſſet nota, non aliud teſtimonium exigebatur, ſed ipſæ lachrymæ abundantiſſimè publicant, denuntiant, & teſtantur.

2. Reg. 12. — Luc. 7. — Luc. 23. — *Præclara celſitudo lachrymarum D. Petri.*

137. Obtulerunt Chriſto D. Paralyticum jacentem in lecto, quem cum vidiſſet Dominus; ait illi. *Confide fili remittuntur tibi peccata tua.* Matth. 9. num. 2. Poſtea vero veniens ſius ille prodigus è regione longinqua ad Patrem, totus lachymis profuſus ait. *Pater peccavi in cælum, & coram te, jam non ſum dignus vocari filius tuus.* Luc. 15. n. 21 Pater multa feſtivitate magis benevolentiæ ſignis eum excipit, nunquam tamen apertè, ac expreſsè ei dixit, quod illi remittebat offenſam, ſi hoc Paralytico dicitur, cur non etiam huic filio maximè pœnitenti? Ut indulgentia data Paralytico agnoſceretur, neceſſarium fuit, ut hoc apertis verbis illi diceretur, non ſic vero prodigo, cujus dolor, pœnitentia, ac lachrymæ omnem gratiam, ac remiſſionem illi factam divulgabant, ac teſtificabantur.

Matth. 9. — Luc. 15. — *Ingens pœnitentia indulgentiam peccatorum declarat.*

138. Vel ad propoſitam quæſtiunculam ſuperiori n. 137. aliis magnis pœnitentibus expreſsè dicitur indulgentia data; non ſic verò Petro; ſat enim eſt, quod pœnitentia, dolor, lachrymæ dicantur Petri, ut ſecum habere omnem magnitudinem, ac celſitudinem intelligatur. Apparet Angelus Cornelio, & ait illi *Mitte, & accerſe Simonem quendam, qui cognominatur Petrus* Actor. 10. n. 5. Cur huic magno Centurioni; ſic dicitur ut advocet Simonem Petrum, imò cum ſit vocandus ab eo, cur non dicuntur Petri magnalia, quod eſſet Princeps Apoſtolorum, Chriſti Vicarius, ut eum in magna veneratione haberet: Præcipuè cum Petrus eſſet ignotus Cornelio? Cum Ananias mittitur ut ponat manum ſuper Saülum, multa futura magnalia de eo dicuntur à Deo. *Vade, quoniam vas electionis eſt mihi iſte, ut portet nomen meū coram gentibus, & regibus, ac filiis Iſraël.* Actor. 9. n 15. Si de aliis tot illuſtria prædicantur ut agnoſcantur, cur non etiam de Petro, præcipuè cum Cornelius ab eo eſſet baptizandus, & in fide inſtruendus; alij ut magni habeantur, de illis magna ſunt evulganda; at non ſic de Petro, ſed ſat eſt, quod Petrus dicatur, ut ibi omnia illuſtria ac per excelſa tanquam in compendio, ac epilogo recognoſcantur, & venerentur. Vide tom. 4. c. 10. q. 5. n. 28.

Actor. 10. — Actor. 9. — *Quidquid Petri magnum, & excelſum eſt.*

CAPUT VI.

Fit Concilium Judæorum: ſuſpenditur Judas: emitur ager figuli.

Matth. 27. *n.* 1. Mane autem facto concilium inierunt omnes Principes Sacerdotum, & ſeniores populi adversùm Jeſum, ut eum morti traderent.

Num. 2. Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præſidi.

VERSIONES.

Syriacus n. 1. Quum autem eſſet diluculum concilium inierunt adversùs Jeſum Principes Sacerdotum & ſeniores populi, ut eum morti addicerent.

Vatablus. Tempore verò jam matutino concilium cœperunt.

Origenes. Mane autem facto concilium acceperunt.

Alii Codices. Adversùs Jeſum quomodo eum occiderent.

Syriac. n. 2. Et vinxerunt eum, eúmque adduxerunt, & tradiderunt Pilato præfecto.

Vatablus. Et vinctum eum obduxerunt.

Maldonat. Et ligantes adduxerunt eum.

ALTER TEXTUS.

Marc. 15. *n.* 1. Et confeſtim mane concilium facientes ſummi Sacerdotes cum ſenioribus, & Scribis, & univerſo concilio vincientes Jeſum duxerunt, & tradiderunt Pilato.

Luc. 22. *n.* 66. Et ut factus eſt dies, convenerunt ſeniores plebis, & Principes Sacerdotum, & Scribæ, & duxerunt illum in concilium ſuum.

EXPOSITIO I.

Mane autem facto. Patet ex ſuperiori capite 1.
Matth. 26. num. 59. noctu factum fuiſſe concilium in domo Caïphæ, ubi Jeſus eſt examinatus

minatus,& falſis teſtibus productis, reus mortis eſt condemnatus,quod conſilium diſſolutum fuit circa mediam noctem, nunc verò ſummo mane iterum congregatur conſilium, & magnum, & plenum, *Sanedrin* dicebatur, quod ex 70.viris gravioribus,ac ſenioribus conſtabat,ut ab eo toto Chriſtus damnatus, & reus mortis judicatus, remitteretur Pilato, ne jam à toto concilio damnatus,eum Pilatus abſolvere auderet,ita communiter interpretantur Carth.Caiet.Janſ.Barr.Franc Luc.Quid tamen in hoc concilio matutino geſtum fuerit,non explicant Matth. & Marc. illud tamen narrat D.Luc.22.n 66. *Et cum factus eſſet dies cōvenerunt ſeniores plebis,& Principes Sacerdotum, & Scribæ,& duxerunt illum in concilium ſuum dicentes: ſi tu es Chriſtus,dic nobis palam*; ferè idem,quod jam interrogavit Caiphas,Matth.29. n. 63.de quo egi.c 4.Exdoſ.1.& 2.

Carthuſ. Cajetan. Janſen. Franch.Luc. D.Luc. 22.

2. *Mane autem facto*,ſeu ut legit Syriac.*Cum eſſet diluculum* tanto odio in Chriſtum fervebant, ut nec dormire, nec quieſcere poſſent, donec eum morti traderent,*Omnes Principes Sacerdotum, ac ſeniores populi.*D.Marc.& Luc. addunt *& Scribæ*, ex his tribus generibus hominum fiebant communiter concilia.*Principes.Sacrdotum*, tanquam ad quos maximè ſpectabat agere de religione. *Scribæ*,ut legis Doctores; *& ſeniores*, in quibus maximè eſt prudentia cum experientia:*adverſus Jeſum, ut eum morti traderent.* Alii ex Græco legunt,*quomodo eum occiderent*,quo mortis genere, qua via,ac ratione facillima, commodiſſima, ac promptiſſimè,impii,& iniqui judices,non congregantur,ut faciant ea,quæ juris ſunt,ſed ut odium ſuum exequantur.

Syriacus. Græcus.

3. *Et vinctum adduxerunt eum*, ſcilicet Caiphas, ac cæteri concilii Dominum catenis alligatum adduxerunt ad Pilatum, de quo commodius dicam cap.ſequenti.D.tamen Matth.hic facit mentionem,quod Dominus adductus eſt ad Pilatum ut innuat,quod dum hæc agebantur,Judas venit in templum,& abiens laqueo ſe ſuſpendit.

D.Matth.

QUÆSTIO I.

Quare Concilium Judæorum manè, ſeu diluculo congregatur.

4. Divus Hieron. *Carne*,ait,*ſolicitudinem Sacerdotum in malum.* Juxta illud Pſal. 3. *Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem* Sic præ odio ſtimulabantur, ut requies non daretur unum concilium fuit circa mediam noctem, ut dixi c 4.hoc verò concilium fit mane, & diluculo. Secundò, ſic mane congregantur, non ut juſtitiam ſervent; ſed ut innocentis mortem quærant Et cum iniquitas ſemper ſit timida,diluculo congregantur, ne fortè concurrente populo, & aliquibus Domini amicis exurgeret aliquod impedimentum, ad impium facinus abſolvendum.

D.Hieron. Pſalm.3. *Odium non quieſcit.* *Iniquitas ſemper timenda.*

5. Tertiò. D. Leo ſerm 3.de Paſſione. *Hoc mane*,ait,*Judæi vobis templum, & altaria diruit, legem, & Prophetas ademit,regnum,& ſacerdotium ſuſtulit in luctum æternum omnia feſta convertit.* Maximè invigilant impii ad perpetrandum malum in eorum deſtructionem, & ruinam;deinde nota,quod propter unum mane quot, & quanta perdiderunt,una brevis hora, quot mala parturivit.D Athanaſ.in vita S.Antonii. *Infelix Judas*,ait,*propter unius noctis impietatem omni præteriti temporis labore privatus eſt.*

D. Leo. *Iniquus in vigilat in ſuum malum,* D Athanaſ.

6. Quartò. Origenes homil. 35. in Matth. ait. *Qui in tenebris, & in nocte offendit, venia dignus eſt: qui autem in die clara offendit, nunquam poteſt culpare errorem, ſed incontinentiam ſuam. Chriſti quidem diſcipuli nocte ſcandalizantur, & Petrus ante Galli cantum ter negavit. Qui autem concilium accipiunt contra Jeſum, mane facto, in lumine peccant,id eſt ſcientes.* Negavit Jeſum Petrus, & ablutus eſt;negarunt Jeſum regem principes Sacerdotum, & in tanto delicto perierunt.Cur Petrus à tanto delicto ſurgit, Jeroſolymitani in ſuo crimine perierunt? Petrus nocte negavit, Judæi in manifeſta luce ſuam iniquitatem videntes.*Petrus ante galli cantum ter negavit, qui autem concilium accipiunt contra Jeſum mane facto.*Petrus negat nocte, tenebris pavoris, ac conturbationis offuſcatus,& inde veniam aſſequitur. Judæi verò delinquunt clara luce, turpitudinem ſuam agnoſcentes, & inde irreparabiliter pereunt.

D. Origen. *Petrus nocte,Judæi die clara peccant.*

7. Multis Deus exaggerat malitiam Iſraël, ob quam in ægyptum perierunt; & ait illis per Jerem 42.n 19.*Scientes ſcietis, quia obteſtatus ſum vobis hodie.* Inde Propheta maximè objicit eis ſuam malitiam,qui obteſtatus,ſeu proteſtatus eſt illis,& cum illi viderent,& ſcirent veritatem denuntiatam noluerunt reſipiſcere, & quæ major poteſt eſſe exaggeratio criminis, quam ut videns qui criminis malitiam, eam non repellat, ſed in ea perſiſtat?

Jerem.42. *Irreparabilis eſt, qui ſcienter peccat.*

Matth.27. n. 3. Tunc videns Judas, qui eum tradidit,quod damnatus eſſet,pœnitentiâ ductus,retulit triginta argenteos principibus Sacerdotum,& ſenioribus.

*Num.*4. Dicens, peccavi tradens ſanguinem juſtum. At illi dixerunt: quid ad nos?tu videris.

Num. 5. Et projectis argenteis in templo receſſit,& abiens laqueo ſe ſuſpendit.

VERSIONES.

*Syriac.n.*3. Tunc Judas proditor: cum videret damnatum iri Jeſum:pœnituit,& profectus retulit illos triginta argenteos.

Alii ex Græco. Et pœnitentia anxius retulit.

Vatablus. Tunc videns Judas, qui eum prodiderat, quod condemnatus eſſet.

Orig. homil. 3. Reſtituit illos triginta argenteos Pontificibus.

*D.Epiphan.n.*4. Dicens pœnitet me, quod tradiderim.

Pagnin. Quum prodidi ſanguinem innoxium,

Cajetan. Sanguinem innocentem.

Vatablus. At illi dixerunt: quid noſtra?

Arabicus

Arabicus. Tu vide.
Syriacus. Tu noveris.
Syriacus. Et projecit illos argenteos in templum,& diſceſſit & abiens ſtrangulavit ſeſe.
Vatablus. Et abiit, & laqueo ſe præfocavit.
Alii. Et ſuffocavit.

EXPOSITIO II.

8. Videns Judas,quod dãnatus eſſet Jeſus, ſcilicet ad mortem. Videtur quod Judas ſecutus fuerit Ieſum cum miniſtris,& quod in domo Caiphæ ſententiam prolatam à concilio *Reus eſt mortis* audiſſet et propterea videbat Dominum duci ad Pilatum , & unde cognovit , quod à Pilato damnandus erat ad mortem Origenes homil.35. in Matth. *Ex eo quod traditum aſpexit à principibus ſacerdotum & ſenioribus populi.* Potentiſſimorum hominum preces vim habent , ut flectant etiam integerrimũ judicem,ac juſtitiam ſubvertant ; *pœnitentia ductus.* Seu ut habet Græcus *de peccato ejus anxius.* Pœnitentia enim iſta nõ fuit vera,ac legitima,quæ ſpem veniæ, includit, qua Judas caruit,ſed fuit pœnitentia coacta crucians ſtimulis conſcientiæ,& gravitate pœnæ,ac deſperabunda,unde laqueo ſe ſuſpendit,hæc enim effectus eſt malæ conſcientiæ torquentis,& remordentis etiam damnatos , qui igne gehennæ torquentur. *Retulit triginta argenteos*: tanquam reſcindens contractum cum eis celebratum;nam ut ait D.Amb in c.22 Luc. *In cauſis pecuniariis refuſo pretio,jus ſolvi conſuevit.* Ac ſi diceret Iudas,ego contractum vobiſcum initum revoco,inde reſtituo vobis pretium mihi datum , ut vos viciſſim reſtituatis ſuæ libertati Jeſum quem vobis tali pretio injuſtè tradidi,& vendidi. D.Maxim.ſerm. 2.de Paſſione. *Non enim,* ait, *Judam damnat Pilatus,non dat populus; ſed quod eſt gravius ſe ipſe condemnat,& ceſſante juſtitia judicatur, Quem enim alter judicat,poteſt utcumque eſſe excuſabilis; reus autem ſine excuſatione eſt,qui conſcientiæ ſuæ judicio condemnatur.*

Origen. *Preces potentium judicium ac juſtitiam ſubvertunt.* Græcus. D.Ambroſ. D. Maxim.

9. *Dicens peccavi,tradens ſanguinem juſtum,* Græcè,innocentem,ſeu innoxiũ. *Quid dixerunt,quid ad nos* ? quod tu peccaveris,& tradideris ſanguinem juſtum ; Cur nobis hoc occlamas? *Tu videris.* Arabicus *Tu vide.* Tuum eſt videre,& curare quid in hoc feciſti,noſtra autem hoc intereſt,neque conſentiunt neque diſſentiunt verbis Judæ, ſive in eo quod peccaſſe teſtabatur, ſive in eo quod Ieſum innocentem prodiderat, ſed nolunt rem examinare,tanquam quod res ad ipſos non pertineat , ac proinde Iudæ ſilentium imponunt, ut ſecum ipſe ſuam rem expendat.

Græcus. Arabicus.

10. *Et projectit argenteos in templo:* eos Iudas detulit ad principes ſacerdotum in domo Caiphæ; qui cum eos noluiſſent accipere , eos attulit in templum,in quo jam aliqui ex principibus ſacerdotum convenerant ad celebrationem Paſchatis & cum argenteos noluiſſent accipere, eos ad eorum pedes projecit. *Et receſſit,* Deſtitutus ac deſertus à principibus ſacerdotũ,ad quos confugerat,qui *& abiens* à templo, *laqueo ſe ſuſpendit*; laqueo ſe præfocavit; additur Actor.1.n.18. *Crepuit medius & diffuſa ſunt omnia viſcera ejus.* De quo latius in quæſtionibus.

Actor. 1.

QUÆSTIO II.

Quare Judæ pœnitentia non valuit ad veniam, ſed ad totalem illius perditionem.

Dicitur in præſenti *Judas pœnitentia ductus* ſeu excitatus ; & notandum primo , quod dicitur Iudas pœnitentia ductus, ob offenſas commiſſas in Chriſtum , non quando eum viderat miracula facientem , ſed pro hominibus patientem ; ut jam in hoc libro notavi capite primo , quæſtione II. numero 67. plus valet paſſio Chriſti ad movendum ad affectum, quam quæcumque alia miracula , ac mirab lia. 11

2. Notandum ex Cælio Sedulio lib. 5. operis Paſch. quod Iudas , quando vendidit Chriſtum Iudæis , non ſibi perſuaſit , quod ab eis eſſet occidendus, ſed quod captus dumtaxat aliquid ſatisfaceret,vel quod virtute ſua ex eorum manibus ſe eriperet,vel elaberetur,ut aliàs elapſus fuit , at nunc cum eum vidit ad mortem damnatum , recogitavit gravitatem criminis, quod ipſe cauſa extabat mortis Chriſti , quare ſero facti ſui pœnituit eum , & ſe ipſum ſtrangulando damnavit. Rectè D. Chryſoſtomus. *Talis Diabolus eſt* , ait , *ut non dimittat hominem , niſi vigilet antè ultimum effectum , peccati magnitudinem prævidere , ne pœnitentia ductus à peccato reſiliat. Poſtquam autem peccatum omnibus numeris eſt expletum, tunc videre permittit,ut mœrore afficiat,& in deſperationem præcipitet.* 12

Cælius. D. Chryſ. *Poſt commiſſum peccatum diabolus in deſperationem inducit.*

Reſpondeo primo ad quæſtionem. Ait D.Paſchaſ.lib. 12. in Matth. *Plantatio pœnitentiæ bona, & ſancta* ; tamen debet eſſe ut oportet , hinc plantatio pœnitentiæ in Iuda ſuffocata , quia non fuit ut oportebat. Pœnituit de peccato , ſed non habuit ſpem , ac confidentiam in divina bonitate , ac miſericordia. Sic ait D Leo ſerm. de paſſione, *Maligno cordi nihil unquam documentorum miſericordiæ Salvatoris inſederat.* Pœnituit eum non ob Deum offenſum,ut cum lachrymis, ac contritione adſpiraret ad meliorem vitam , ſed quod non ferret eos , quibus cruciabatur conſcientiæ ſtimulos , quemadmodum reprobi ad inferos magis ob vermem conſcientiæ quem patiuntur,quam ob peccata ſua dolent unde Judas tædium,& horrorem concepit, ut ſe ad Deum reciperet;& indevoluit,ut deſperatione periret. 13

D. Paſchaſ. D. Leo. *Judas per deſperationẽ periit.*

Secundò. D Leo. ſerm. de Paſſione. *Deinde peccavi tradens ſanguinẽ juſtum in impietatis tuæ perfidia perſtitiſti , quia Jeſum non Deum Dei filium , ſed noſtræ tantummodo conditionis hominem inter externum mortis tuæ periculum credidiſti.* In tota ſua confeſſione non meminit Judas Deum, ſed hominem , non enim dixit peccavi tradens Deum,vel filium Dei,ſed tradens ſanguinem juſtum , non mirum ergo, quod tanti peccati pondere gravetur in extremam ruinam , miſer enim Jeſu non oculos elevavit ad Deum , nec Deum in illo meminit , ſed tantum hominem conſideravit ; *Sanguinem juſtum* , & qui extremo periculo non Deum , ſed hominem reſpicit, non in Deo,ſed in homine innititur, à calamitate non 14

D. Leo. *Qui non Deum, ſed hominem reſpicit, periit.*

valet effugere,nec illi ullus ſalutis aditus poteſt eſſe.

15. Tertiò. Euthym.in Matthæum. *Agnovi ſiquidem,* ait, *& pœnituit ac confeſſus eſt: veniam autem ab eo qui eam dare poſſet,non requiſivit. Cum ergo ad hunc clementiſſimum confugere oporteret, illi ad mortem potius confugit*: Judas pœnituit, & confeſſus eſt,tamen periit, quia viam ſalutis erravit,non pergit ad Jeſum à quo ſolo veniam impetrare poterat, ſed tendit ad ſacerdotes, qui nihil ſalutis illi impendere valebant,ex qua pœnitentia, ac confeſſione prioribus criminibus nova facinora addit Judas dum Jeſum Deum inficiatur,& deſperationis ſcelere conſtringitur. Hæc eſt iniquorum confeſſio, quæ eos non ad clementiſſimum Dominum ducit, ſed in extremam ruinam impellit.

Euthym.

Impiorum confeſſio eos ad majora ſcelera duxit.

16. Quartò D.Leo.ſerm.5. de Paſſione. *Tum perverſa impii converſio,ut etiam pœnitendo peccaret.* Judas pœnituit,& confeſſus eſt,& reſtituit pecuniam male acquiſitam, tamen tanta fuit iniquitas, ac perverſitas hominis, ut ipſa pœnitentia, confeſſio,ac reſtitutio eſſent nova crimina ex deſperatione,ut explicavi in hac quæſtione,quæ miſerum ad deploratam impietatem adducerent. Undè rectè ait D.Chryſoſtom.ſerm 4. de Paſſione in fine apud Tom.3 *Ubi pœnitentia feſtinavit ad portum, ibi incidit in æternum, & ſine reparatione naufragium.* Pœnitentia portus ſalutis peccatoris,ibi ſcelerum veniam invenit, Judas tam miſerabilis fuit, ut ipſo ſalutis portu in æternæ damnationis naufragium incurreret,dum non pœnituit, ſicut oportebat.

D. Leo.

Summa impietas quod in ſalutis portu faciat naufragium

D.Chryſ.

17. De Juda ait David,Pſalm 108.n.7. *Oratio ejus fiat in peccatum.* Chald.*in condemnationem.* Conjicit David triginta maledictiones in Judam, & inter eas apponit:*Oratio ejus fiat in peccatum,* ſeu condemnationem.Oratio inſervit ad placandum, Deum,ad veniam impetrandam, ac ſalutem obtinendam, & quæ major poteſt eſſe maledictio, quam oratio, per quam venia comparatur, ipſi ſit via ad perditionem, & fons ſalutis aliorum; ita ſit ei veneno infectus, ut ibi peſtiferæ mortis incurrat exitium.D Ambroſ. lib. 1. de Abel, & Cain capite 9. *Neſcis,*ait, *quam grave ſit in oratione contrahere peccatum, ubi ſperas remedium? Certè Dominus per Prophetam docuit hoc grave eſſe maledictum dicens:oratio ejus fiat in peccatum.*

Pſalm. 108.

Summa hominis iniquitas ut orando, & ſacrificando peccet.

D.Ambroſ.

18. Ex quo infert Lorinus ad citatum locum Pſalmi, quod ut Diabolus Job. 1. n. 16. oſtenderet Deum maximè iratum,ait illi, *Ignis Dei deſcendit de cælo, & tactas oves, puerosque conſumpſit.* Expende ignis Dei, Lorin. *Viſus eſt*, ait, *Deus placandi remedium negaſſe* Nam Deus oblatis ſacrificiis ex ovibus placatur, oſtendit maximam derelictionem à Deo cum remedium ipſum placandi ei adimat.

Job.1.

Lorinus.

19. Ait Deus Malach.c. 2. n. 2. *Si nolueritis audire me,& ſi nolueritis ponere ſuper cor, ut detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum,mittam in vos egeſtatem,& maledicam benedictionibus veſtris.* Maxima pœna fulminatur in protervos, ac rebelles contemnentes divina mandata, & pro omni pœnarum ſumma dicitur; *Maledicam, benedictionibus veſtris* Id eſt benedictionibus quibus alii benedicuntur, & unde benedictionem habent, vos maledicam, & id quod alii eſt ad benedictionem vobis inſerviet ad maledictionem.D. Hieronym.*Mittet,* ait, *in illos egeſtatem bonorum omnium,& benedictiones eorum vertet in maledictionem.*

Malach.2.

Deplorata miſeria,ut benedictiones convertantur in maledictiones.

D. Hieron.

QUÆSTIO III.

Quare Judas accedens ad principes Sacerdotum dicens peccavi, durè ab eis rejicitur? Quid ad nos? Tu videris.

DIxit Judas principibus ſacerdotum. *Peccavi*, quod verbum eleganter ponderat D. Ambr.ſerm 50.*Sua ergo ſententia Judas proditor condemnatur.mirum fortè ſit vobis, quod non eum populus judicaverit,non Præſes addixerit. Hoc ſacrilegi ſolet eſſe judicium,ut impietatem ſuam ipſe dum recordatur,& puniet, ſcelus ſuum dum recognoſcit,& vindicet Omnium enim ſupergreditur ſententias,qui à ſua conſcientia,ſua ſententia condemnatur,Hoc inquam ſacrilegi ſolet eſſe judicium, ut conſcius facti ipſe ſe damnet* Ecce crudelior laqueo tortura conſcientia carnifex, & miſer ſacrilegus non à judice nec à præſide, nec pontifice, ſed à ſua conſcientia condemnatur, *omnium enim ſupergreditur ſententias.*qui à ſua conſcientia,ſua ſententia condemnatur. 20.

D. Ambroſ.

Supergreditur omnium ſententiam, qui à ſe metipſo condemnatur.

Dixerunt Judæ principes ſacerdotum:*Quid ad nos?tu videris*; id eſt quid ad nos tuum attinet crimen, noſtra nihil omnino refert, tu tibi conſidera quid feciſti, ut quid deinde à te ſit agendum videas. Innuit D.Paſchaſ. lib. 12. in Matth. quod hæc dicebant tanquam irridentes,& inſultantes; ſic ſæpe fieri ſolet, ut qui te ad aliquod ſcelus induxerunt, poſtea in te inſurgant irridendo, & inſultando. Hæc eſt merces eorum, qui ut aliquorum gratiam ineant, Deum offendunt,ut ab ipſiſmet quorum cauſa peccarunt; irrideantur, & contemnantur, imò & anguſtia afficiantur. 21.

D. Paſchaſ.

Qui inducit ad crimen, poſtea inſultat, & irridet.

Secundò D Chryſoſt.homil. 86. *Quid ad nos,* ſic ait,*vide eos nolle,quantam rem auderent adipiſci,quæ res culpam eorum majorem reddit. Apertè namque audaciſſimæ iniquitatis teſtantur paſſione ſe ferri,& nolle à perperam cœptis deſiſtere, ficto ignorantiæ velamine ſe adoperientes.* Cum Iudæi dicunt:*Quid ad nos?tu videris*:Iudæ factum nolunt intelligere,ac examinare ac proinde id,quod Iudas fecit,nihil ad ſe pertinere clamant. Sequela enim manifeſta,& evidens erat; nam ſi Iudas graviter peccavit tradendo ſanguinem juſtum, etiam ipſi graviter peccabant interficiendo ſanguinem juſtum, & ideo nolunt conſiderare, ac examinare rem factam à Iuda,ut ipſi iniquè cœpta perficiant, & ideò imprudenter mentiuntur ignorantiam affectatam intendentes *Ficto ignorantiæ velamine ſe operientes.* 22.

D.Chryſ.

Ignorantia affectata. volunt aperire malum ſuum.

Tertiò D.Hilar.*Profeſſio audax,*ait, *atque cæca eſt. Emiſſe ſe juſti ſanguinē audiunt,& extra judicii reatum futuros eſſe ſe credunt,cum dicendo. Tu videris facinus ſuū in vendente conſtituatu.* r.Æqualis culpa eſt in vendente,ac emente rem ſacram & cum ipſi eſſent emptores, ſi malitia ſua obcæcati erant,ut ſe à crimine alienos exiſtimarent,& ideo totam culpam in miſerum venditorem referebant *: facinus ſuum in vendente conſtituatur.* 23.

D.Hilar.

Totam culpam in alium referebant.

Quartò.Rupertus lib. 2 Reg. 35. *Judas*, ait, *judicio Dei mente captus ſe ſuſpendit, in quo jam non miſterii profundum,ſed ipſa rei geſtæ ſuperficies Judam* 24.

Rupert.

Impius periit deſertus ab omnibus favorabilibus.

Judam, & Abſalonem penè demonſtrat eſſe pariles. Nam & iſte pendens quercu, mula cui inſidebat pertranſeunte deſertus merito in corde lanceas ſuſcipit; & ille laqueo ſuſpenſus, & principum ſacerdotum familiaritate deſertus dignas protinus ſagitas id eſt æternæ damnationis ſententias in anima accepit. Judas, & Abſalon ſuſpenſi moriuntur deſerti ab omnibus favorabilibus, nam Abſalon cum eſſet victus in bello, multum accepit, ut effugeret; & cum arbori eſſet implicatus, eum mulus pertranſiens deſeruit, ſimiliter, & Judas Chriſtum vendidit, ut gratiam principum compararet, tamen cum poſtea vidiſſet Magiſtrum morti damnatum ad ipſos principes, ut haberet aliquod ſolamen confugit dicens: *peccavit tradens ſanguinem juſtum*, qui eum rejicientes deſerunt, dicentes *quid ad nos tu videris*: tantum abeſt, quod ei levamen præbeant, ut potius doloris vehementiam augerent, totam culpam in eum retorquente, ut ita miſerrimus deſertus ab omnibus favorabilibus, in quibus confidebat, pereat.

QUÆSTIO IV.

Quare Judas non projicit argenteos alio in loco, ſed tantum in templo?

25. D.Chryſoſt. *Avaritia multa mala parit.*

IN limine quæſtionis notanda ſunt verba Chryſoſt. homil. 86. *Audite iſta, audite inquam avari verſate animo, quod Judas paſſus fuit; Nam & pecuniam amiſit, & ſcelus admiſit, & animam perdidit.* Hæc atrox avaritiæ tyrannis facere ſolet. Non eſt argento, nec hac uſus vita, non fruetur futura, univerſa ſimul amiſit. Avaritia tot, & tanta mala pariens tam miſerrimum facit hominem.

26. *Ratio difficultatis.*

Ad quæſtionem valde mirum eſt, quod non in alio loco refudit Iudas argenteos, niſi tantum in templo; quis te in ſanctiſſimum templum ô Iuda ire coëgit? Cur non potius in domum Caiphæ ire feſtinas, Cur eo loco, quo accepiſti non reſtituis argenteos? Cur non ſterquilinio, vel flumine tam exoſos dimittis nummos? Cur pecunia onuſtus curris in templum, ibique ſceleſtus eam projicis.

27. *Diſſoluto Concilio Principes Sacerdotum abierunt in templum.*

Reſpondeo primo, & eſt ratio litteralis, ac genuina deſumpta ex contextu Matth. c. 27. n. 1. dicitur in domo Caiphæ. *Manè autem facto concilium inierunt omnes principes ſacerdotum*; in quo Chriſtus Dominus ut reus mortis damnatus eſt, & tunc *vinctum duxerunt, & tradiderunt Pontio Pilato*, n. 2. Dum autem Ieſus duceretur ad Pilatum diſſoluto concilio principes ſacerdotum abierunt ad templum ad celebrationem Paſcharis, & tunc etiam hoc eodem tempore; dum Ieſus ducebatur ad Pilatum, n. 3. Videns Iudas quod Chriſtus Dominus eſſet damnatus ut reus mortis, & hac de cauſa ad Pilatum ducebatur, pœnitentia ductus venit in templum, in quo omnes principes ſacerdotum jam convenerant, & ibi retulit argenteos, & ideo eos projicit in templo, quia quando pœnitentia ductus eſt., ibi erant ſacerdotes, quod etiam alto Dei judicio factum eſt ut confeſſio Iudæ de Chriſti innocentia arguens iniquitatem Iudæorum non fieret in occulto ſed in publico, & manifeſto.

D.Hilar. D. Hilar. *Judas agens pœnitentiam pretium ſanguinis Chriſti reddidit ſacerdotibus, ut licet ipſe venditi ſanguinis auctor eſſet, tamen ementium infidelitatem ipſa vendentis profeſſio argueret.*

Secundò, D Maxim, *Videte ait, quanta vis Dominicæ ſit pecuniæ; quam inde Judas rejicit, hinc Phariſæi loculos non recludunt. Juſti enim ſanguinis pretium pertimeſcit iniquitas poſſidere.* Et in quo illud maximè notandum eſt. *Videte quanta vis Dominicæ ſit pecuniæ.* Non provenit ex Iuda, nec fuit operatio Iudæ, quod receſſurus in laqueum prius adiret in templum; pecunia, quæ pretium ſanguinis Domini erat, id agebat, quæ eum avertebat à laqueo, & ad templum impellebat, ut ibi veniam impetraret, & ut miſer ad ſuſpendium tendat, neceſſarium ei fuit, ut prius ei à ſe Dominicam pecuniam abjiceret, *Videte quanta vis Dominicæ ſit pecuniæ*: quidquid Domini eſt, tantam ſanctitatem ab eo participat, & haurit, ut ad bonum inducat, & à malo retrahat. 28. D. Maxim. *Quidquid eſt Domini ad bonum inducit, & à malo retrahit.*

Tertiò. Ad eadem verba. *Judas rejicit, hinc Phariſæi in loculos non recludunt* Valdè mirum, quod Iudas acceptos argenteos refudit, & Phariſæi illos à ſe repellunt. Maximè pertimeſcit iniquitas conjungi cum juſti ſanguinis pretio? Nunquam enim damnabilior apparet quam ex collatione cum illo? Metuat iniquitas in ſplendoribus Sanctorum verſari, metuat qui immundus eſt inter mundos verſari. Hinc hoſpita dicebat ad P. Eliã. *Quid mihi, & tibi vir Dei ingreſſus es ad me ut rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum.* 3. Reg. 17. n. 18. Ecce quantum creſcunt ad pœnam peccata in præſentia juſtorum. Ioſeph lib. 8. c. 7. *Querebatur de adventu hominis, qui peccata ejus detexiſſet, ideo multatam ſe filii morte dictitans.* 29. D. Maxim. *Maximè damnatur homo ex juſtorum approximatione.* 3. Reg. 17. Joſephus.

Quartò. Drogo Hoſtienſ. de Sacramento. *Retulit, ait, triginta argenteos & projecit in templo. Vide quantam magni ponderabat eos, non projecit eos in ſterquilinio, ſed in templo, nimirum talibus ſemper diis templum ſuum devoverat: avaritia enim ſimulachrorum ſervitus eſt.* Non in quolibet loco, non in qualibet domo, vel ſterquilinio reponit Iudas nummos, ſed in templo, non miſer avarus pecuniam tanquam Deum reputabat, eámque ut Deum adorabat, ac proinde exinde determinat eam reponere in templo adorationis loco, talibus ſemper Diis templum ſuum devoverat; nam ipſe auro, & argento tanquam Deo ſuo ſuum templum dedicaverat. 30. Drogo. *Avarus aurum pro Deo adorat.*

Petenti populo Deos fecit ei Aaron, *Vitulum, conflatilem*, ex auro nempe Exod. 32. n 4. Cur non potius illum fabricavit ex lapide, vel ligno, ſeu ære? Quo conſilio aurum eligit? ut populum nempe impelleret ad idololatriam. Nam & ſi vitulus animal irrationale maximè ſe publicabat alienum à natura divina, tamen ipſa auri materia maximè populos alliceret & attraheret ad ſui adorationem. D Chryſolog. ſerm. 29. *Aurum Judaicum populum ſic captavit aſpectu, vicit illecebris, & ſpecie prædecepit ut hoc eſſe Deum crederent, & Deum verum.* 31. Exod. 32. *Aurum impellit homines ad ſui adorationem.* D. Chryſol.

Ait Ioſeph fratribus ſuis, Geneſ. 37. n. 7. *Putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi conſurgere manipulum meum? veſtroſque manipulos circunſtantes adorare manipulum meum.* In manipulis fratrum adorantibus manipulum Ioſeph intelligitur, quod totus mundus, totúſque Ægyptus eum eſſet adoraturus, præfata verba ſic commentatur Rupertus. *Ecce manipuli fratrum, ait, manipulum ejus adorant. Non ob aliud ignotum* ſibi principem Ægyptii adorant, niſi quia defe- 32. Geneſ. 37.

ceruut

Q.i habet bona,à multis adoratur.

cerunt manipuli eorum;ipſe autem de manipulis plenum habebat horreum. Et unde fieri poteſt ut totus mundus, totaque Ægyptus adoraret puerum Hebræum,captivum,& ignotum?*Plenum habebat horreum.* Cum quis habet manipulum plenum,horreum plenum; eſto ſit quidam captivus,multi ſunt,qui eum adorant, ac veneratione proſequuntur.

33. Drogo.

Quintò Sic pergit citat.Drogo Hoſtienſ. *Ecce infelix*,ait,*qualiter excæcatus eſt: maluit ſe ipſum perdere,quam denarios perire: denario in templo, ſeipſum laqueo addixit, amabat hæredes ſuos qui eoſdem denarios inde colligerent.* Iudas pœnitentia ductus eſt & in manu ejus erat, crimen à ſe expellere, tamen adeo obcæcatus erat, ut de crimine depellendo nihil curaret, ſed tantum de pecunia diſponenda ſtuduerint pluris quam animam æſtimavit aurum;nam animam æternis cruciatibus addixit, pecuniam templi ſacrario collocavit.Cum agnoviſſet Achitophel, quod Abſalon non adhærebat conſilio ſuo. 2.Reg 17.n. 23. *Abiit in domum ſuam, & Civitatem ſuam, & diſpoſita domo ſua ſuſpenſus interiit.* Cur ſtatim ex Jeruſalem, ex ipſoq; regali conclavi, non currit ad laqueum, ſed prius tendit in domum ſuam? Majus illi erat ſtudium de domo ſua, quam de anima ſua? Vult enim quod domus ſua ſit ſalva & integra in hæredum manibus, animam vero ſuam æternæ damnationi in gehennalibus flammis committit. *Amabat hæredes ſuos, qui eoſdem denarios inde colligerent.*

Dives plus æſtimat rem ſuam, quam animam ſuam.

2. Reg. 17.

QUÆSTIO V.

Quare Iudas tam feſtinanter currit ad mortem, cujus & ipſe miniſter eſt?

34. Origeo.

PEccato proditionis filii Dei addidit, & Iudas peccatum deſperationis, ac etiam occiſionis ſui ipſius? *Non videntes*,ait,Origenes homil.35. in Matth.*Quia non convenit ſervum Dei ſeipſum expellere de hac vita,ſed expectare etiam de hoc Dei judicium.* Quæſtio præſens eſt cum Judas ſuam nequitiam recognoſcit, cur tam celeriter,ac feſtinanter advolat ad mortem; Et ſuppono cum communi ſententia, ut colligitur ex textu Matth dicitur; *Videns quod eſſet damnatus*, ſcilicet Ieſus ad mortem, projectis argenteis abiens laqueo ſe ſuſpendit, non dicitur videns, quod eſſet crucifixus, vel mortuus, ſed quod eſſet damnatus,abiens laqueo ſe ſuſpendit; ac proinde antequam Dominus eſſet crucifixus Iudas ſuſpenſus eſt. Ita docent D Aug.in Pſal.108. D.Leo ſerm.11. de Paſſione. Origen. hom. 35. in Matth. D. Paſchaſ. libro 12. Theophyl. & alii.

Judas de peccato in peccatum vadit.

D. Auguſt. D. Leo. Origen. D Paſchaſ. Theophil.

35. D.Chryſoſt. D. Leo. D. Auguſt.

Reſpondet Primò. D. Chryſoſt. homil. 85. ad mortem confugit ex eo. *Quod non valeret conſcientiæ ſtimulos,& flagella proferre.* Idem docent S.Leo ſerm.3.de Paſſ.S. Auguſt. vel quiſquis eſt doctor quæſt novi & veteris Teſtam.q.94.Sic ſtimulis, ac remorſibus conſcientiæ acclamantis premebatur,ut potius elegeris mortem, quam tales remorſus pati ac ſuſtinere.

Conſcientia vehemens carnifex.

36. Theoph. Euthym.

Secundò Theophylact.*Non ferens Judas*, ait, *ignominias ſubſequuturas,ſe ipſum è vita ſubduxit.* Euthym. *Ut deſperata triſtique vita citius liberaretur.* Iudas elegit potius mori; quam cum triſti ignominia ac dedecore vivere. Palatius in Matth. Iudas,ait,videns impleri crucifixionem, quam à Chriſto audierat intelligit etiam ejus reſurrectionem,cujus faciem eum videre præ verecundia non poſſet, ſuſpendit ſe. Ex ſuo delicto tanta verecundia afficiebatur, quod maluit perire,quam viſionem Domini, ac admiſſi offenſi ſuſtinere, inde illi tolerabilior mors quam verecundia ex conſpectu magiſtri, ac amici poſt proditionem.

Palatius.

Tolerabilior mors, quam vita cum ignominia, ac verecundia.

Tertiò.D.Chryſoſt.homil. 10. de Pœnit.Dixit Iudas:peccavi tradens ſanguinem juſtum, &c. *Audivit hæc Diabolus*,ait,S.Pater,*novit in melius viam capientem,& ad ſalutem tendentem, timuit mutationem.* Proditor quamvis caſſa pœnitentia ut pote quia male deſperaverit, tamen pœnitentia ductus dixit:*Peccavi tradens ſanguinem juſtum* inde Diabolus feſtinato Iudam ad laqueum ſtimulavit,timens ſibi ne veniam proditor à Chriſto impetraret,& facti abhorrens dolenter diceret,ut decebat,peccavi, nam voce illa imperfecta,Peccavi tradens ſanguinem juſtum. Addit Chryſoſtom.*Exterruit eum,& obtenebravit, mœroriſque magnitudine effugavit*, Pœnitentia cum intimo dolore ſcelerum maximum eſt pharmacum.

34. D. Chryſ.

Diabolus pœnitentiã timet.

Quartò.D.Leo.ſerm.11.de Paſſione ponderans Chriſti orationem pro inimicis. *Pater ignoſce illis.*Luc.23.ſic ait *Ad Chriſti indulgentiam proditor Judas pervenire non potuit,quoniam perditionis filius prius in deſperationem tranſiit,quam Sacramentum Chriſtus generalis redemptionis implerit, nam mortuo pro omnibus impiis Domino, potuiſſet etiam hic conſequi remedium, ſi non feſtinaſſet ad laqueum.* Iudas pœnitentia dixit *peccavi*;Utinam in illa pœnitentia, ab confeſſione perduraſſet quo uſque Dominus pro ſuis inimicis exoraſſet, quia ex tanta indulgentia forſitan ipſe remedium conſequeretur, ſed ut pœnituit, ſtatim ad majus crimen volavit ſe ipſum ſuſpendens. Ecce quam multi miſeri, qui valdè feſtinanter currunt ad ſcelus ut ipſiſq;remedium eripiant, ut in æternum in inferno ſepeliantur, & quid miſerabilius quam generalia remedia proviſa ſibimet intercludere,ut ſcelerata mors veniat.

38. D. Leo.

Damnati eſt ſic feſtinare ad malum ut remedio privetur.

Quintò. Idem. D. Leo citat ſerm. 11. *Impius traditor*,ait,*inſurrexit in ſemetipſum, non judicio pœnitentis,ſed furore pereuntis, ut qui vitæ auctorem interfectoribus vendidiſſet in augmentum damnationis ſuæ,etiam moriendo peccaret.* Quid infelicius?Proditor pro tam execrabili crimine venditi Domini ſui.non ſolum venit ad mortem,ſed ſeipſum ſuſpendens, ſimul venit ad tormentum, & ad culpam qua duriora morte acquiſivit ſupplicia.Ecce ſumma omnium miſeria, ut homines ſimul mala morte pereant, quæ æterna mala comparent.

39. D. Leo.

Nil miſerabilibus quã ad mortem ſimul cum culpa ire.

Sextò.D.Chryſoſt ſerm.3.de proditore, & cæna Domini *Judas*, ait, *confugit ad laqueum ultimum capiens ex pane ſolatium.* Panis cæleſtis indignè ſumptus, pro ultimo ſolatio ac beneficio inſtantaneam miſero permiſit mortem, ne prorogata via majores calamitates parturiret, qui enim tantum nefas audet committere, ut hunc divinum panem indignè ſumat, quid ultra ſperandum eſt ab eo,niſi omnia crimina, ſcelera, ac maledicta; indeque pro magno beneficio, ac ſolatio eſt illi mors,*Ultimum capiens ex pane ſolatium.*

40. D.Chryſoſt.

Indigne communicãs omne malum faciet.

Septimò Cælius Sedulius lib.5.Oper. Paſchal.

Judas

Qui ex alto culmine cecit, in extremum ſupplicium ruit

Judas, ait, *publicus homicida; quem poſt traditionis audaciam ſententiæ jam ſupplicium tenebat, ex quanto culmine eſt lapſus, nuper diſcipulus, jam reus, nuper Apoſtolus jam apoſtata nominatus.* Judas ex alto faſtigio Eccleſiaſtico, Religioſo Apoſtolico, in quo erat conſtitutus, cecidit in mortem, ac laqueum incidens, timeat ergo qui in alto faſtigio Religionis, ac virtutis verſatur, ne cadens veniat in extremum exitium, ac ruinam.

42. D. Auguſt. Octavò. D. Auguſt ſerm 128. de tempore: *Deniq̄ue*, ait, *poſt redditum pretium laqueo ſe ſuſpendit, ut qui ſe mulctaverat pecunia, mulctaret & vita.* D Maxim. Idem, eiſque verbis habet D. Maxim. ſerm. 3. de Juda. Cur miſer ab argenteorum affuſione abis continuo in laqueum, cur perdite ſic ad mortem feſtinas? Quæ res, te ſimul in perditionem animæ, & vitæ coëgit; ſatagebat miſer dum ſecum argenteos pro magiſtri ſanguine acceptos habebat: ubi illos à ſe dimiſit, in templumque projecit, non potuit ſuſtinere, quin cum effuſis nummis, & animam effunderet, vinctæque ſunt hæ duæ res in avaro, & perditio pecuniæ, ac vitæ; Præ rabie enim cum pecunia perdidit vitam. D. Leo. D. Leo ſerm. 9. de Paſſione. *Videte*, ait, *quæ germina, & quales fructus de avaritiæ ſtirpe naſcantur: hoc perfidus Judas inebriatus veneno, dum ſuit lucrum, pervenit ad laqueum.* Avaritiæ rabies inſanabilis.

In avaro ſimul eſt perditio pecuniæ ac vitæ.

43. Fatetur Achan ſuum peccatum, quod furtum fecerit de anathemate Jericho, & ait *Vidi inter ſpolia pallium coccineum valde bonum, & ducentos ſiclos argenti, regulámque auream.* Ioſuë 7. n. 21. Ubi noſtra vulgata habet regulam auream, legit Maſius *gladiolum aureum*; Et rectè, ac cùm magno myſterio, ut certo ſciat auri amator quid in auro inveniet, gladium nempè ut pereat, ac vita privetur, D. Zeno lib. 1. ſerm. 14. *Benè*, ait, *cum quis quærit aurum, invenit gladium? Inter hæc nemo conſiderat conditionis fragilitatem humanæ, nemo hoſtem, nemo imminentes diei judicii flammas, Solum colitur, de quo dictum eſt: Idola argentum & aurum, pro quo quis aut jugulatur, aut jugulat.*

Ioſue 7. Maſius. *Avaritia percutit mortem.* D. Zeno.

44. Ait Amos c. 9. n. 1. *Vide Dominum ſtantem ſuper altare, & dicit, percute cardinem, & commoveantur ſuper liminaria, avaritia enim in capite omnium.* Et quid eſt avaritia in capite omnium, explicant Septuaginta legentes, *Diſcinde in capita omnium, & reliquos eorum gladio interficiam.* Cum avaritia eſt in capite, ſeu intrat in caput hominis ſubmittatur collum, ut gladio interficiatur; nam cum avaritia eſt in corde, gladius eſt in jugulo D. Hieron. *Unuſquiſque cognoſcat ſe non poſſe evadere avaritia omnia poſſidente: noviſſima ſua eſſe mortem nullaque præſidia ad evadendam ſententiam Dei poſſe ſuccurrere.*

Amos. 9. *Ex avaritia gladius in jugulo.* D. Hieron.

QUÆSTIO VI.

Quare Judas non aliter periit, niſi laqueo ſuſpenſus, qui & crepuit medius?

45. Euthym. AIt Euthymius, quod cum Iudæ ſuſpendium cognitum fuiſſet à quibuſdam liberatum eſſe ab illo, qui poſtea modico tempore occulto periit. Theophyl. Theophylact. ſcribit: inclinata arbore ſupervixiſſe. Tamen contextus Matth. alium clamat, *abiens laqueo ſe ſuſpendit.* Ita ut omnino periret, ut communiter interpretantur omnes ſancti Patres; & Petrus Actor. 1. num. 17. ait: *Et ſuſpenſus crepuit medius.* Syriacus *Cecidit in faciem ſuam humi, & crepuit per medium ſui, & effuſa ſunt omnia viſcera ejus.* D. Auguſtin lib. 1. contra Felicem Manich c. 4. legit: *Dejecto capite & in terram proco*, ut geſtus eſt eorum, qui miſerrimè ſuſpenduntur. Oecumeni. legit. *ſeſe præcipitans laqueo ſuſpendit.* Videtur enim, quod Iudas ad celeriorem mortem fune in collum, vel pedes inſerto, affixoque arbori, ex ea magno impetu ſeſe præcipitaſſet, & valido corporis impulſu, ac colliſione ad arborem, non ſolum ſe ſuffocavit, ſed etiam per medium ſui crepuit, & in fruſta fractus eſt, & ita miſer mortuus ſtrangulatus, & in fruſta cæſus eſt.

Actor. 16. Syriacus. D. Auguſt. Oecumen. *Judas ſtrangulatus crepuit medius*

46. Drogo. Ait D. Petrus citat. Actor. loco *Et diffuſa ſunt omnia viſcera ejus* Quæ verba ponderans Drogo Hoſtienſ. lib. de ſacram. Paſſ. ſic meditatur. *Quia per quæ peccaverit homo per hæc punietur; ſuſpenſus crepuit medius; plenus erat venter, & ruptus eſt.* Innumeri ſuſpenduntur quorum nullus venter ruptus eſt. cur in ſolo Juda tale judicium factum vidimus? Ut pateat ex qua peſte periit, Judas fuerat, & impatiens ſobrietatis Apoſtolicæ nummos ſurripiebat, ex quibus ſibi furtiva parabat prandia; & qui ventre delinquit, rupto ventre etiam puniatur. Petrus Cellenſ. lib de panibus cap. 4. *Judas*, ait, *buccellam panis quidem azymi accepit, ſed medius crepuit. Vis enim magna diſcernens mundum ab immundo in pane illo cum ſtercoribus avaritiæ non patitur commorari.* Judas totus avaritiæ plenus, perceptione buccellæ divinæ diſrumpitur, nequeunt enim commorari ſimul avaritia, & panis cæleſtis.

Ventre punitur qui ventre peccavit. Petrus. Cell. *Cæleſtis panis, & avaritia nequeunt ſimul eſſe.*

47. Iuvencus. Beda. Iuvencus Poëta Beda de locis ſanctis cap 4. tradunt Iudam ſe ſuſpendiſſe è ficu, & ſic Hebræi tradunt arborem vetitam, ex qua Adam, & Eva comederunt fuiſſe ficum; ficus ergo homini extitit infelix arbor. Mariana in acta Apoſtolorum. Vulgus inter nos ex ſambuco ſuſpenſum ſentit, ſcilicet Romæ quotannis ex ſambuco ſuſpenduntur canes, & hæc arbor ſuſpendio eſt apta, tum ob duritiem, ut teſtatur Plinius lib. 16. cap. 39. tum quia infrugifera eſt & inde inter infelices arbores numeratur, juxta illud Livij lib 1. *Illictor caput obnubito, infelici arbori ſuſpenditur.*

Mariana, *Ex qua arbore ſuſpenſus.* Plinius. Livius.

48. D. Ambroſ. In limine hujus quæſtionis notandum ex D. Ambroſ. in Pſalm. 51. *Se ipſe proprio ore egit in mortem. Quantos putamus in eo fuiſſe tortores, ut ſibi ipſe tam gravis pœnæ exactor incumberet, & ſemepſum ſtrangularet.* Ipſe miſer proditor quot, & quantos carnifices contra ſemetipſum miniſtravit, quorum vices contra ſemetipſum egit, ipſe ſibi laqueum paravit, ipſe ſibi illigat, ipſeque ſe præcipitat, ipſe ſuſpenſus crepuit medius, ſeu ut legit Syriacus, *Crepuit per medium ſui*; impetu malitiæ ſuæ ſe rumpit, & tanquam in fruſta cadit. Ad quæſtionem.

Peccator multos habet ſui tortores.

49. Beda. Primò Reſpondet Beda ad cap 1. Actor. *Dignam*, ait, *ſibi pœnam invenit, ut guttur per quod vox proditionis exiverat, laquei nodus necaret, & qui hominum, & Angelorum Dominum morti tradiderat; cælo, terræque peroſus aëris in medio periret: & viſcera, quæ dolum perditionis conceperant, rupta caderent.* Ut illa, pœna maximè congrueret delicto, ut guttur in quo vox firmata eſt laqueo, viſcera, quæ tantum malum

Pœna congruens delicto.

concepere

conceperant, earum effuſione in terra punirentur. Et in aëris medio ſuſpenſus periit *cælo terraque peroſus?* non patitur cælum ut in loco ſibi proximo decidat, ne tantæ iniquitatis ſpirante halitu illius puritas inficeretur, nec valuit illum à terra ſuſtineri; quaſi enim ad tam impar onus invalida ſe meritò nimis vexatam cauſaretur. Amphoram

Zachar. 5. Rupert. illam iniquitatis mulieres apud Zachariam. 5. n. 8. *Elevaverunt amphoram inter cælum, & terram.* Rupertus ibi *Videmus Judæos*, ait, *elevatos inter cælum, & terram, quia nec terra ſua capit eos, nec cælum admittit: & quemadmodum ſignifer eorum Judas proditor periit ſuſpenſus inter terram & cælum, ut ait quidam, cælo terraque peroſus.*

50. D. Auguſt. Secundò. D. Aug lib. homil. 50. hom 27. *Quod fecit in corpore ſuo Judas, hoc factum eſt in anima ipſius. Quomodo, qui ſibi collum ligant, inde ſe occidunt quia non ad eos intrat ſpiritus aëris hujus: ſic illi, qui deſperant de indulgentia Dei, ipſa deſperatione intus ſe ſuffocant, ut eos Spiritus ſanctus viſitare non poſſit.* Laqueo pereat, qui in deſperationem incurrit, laqueo reſpiratio prohibetur; deſperatione autem Spiritus ſanctus prohibetur laqueo reſpirationem prohibuit Judas, & temporalem vitam perdidit; deſperatione prohibuit Spiritum ſanctum, & æterna vita privatus eſt, & ita corpus, ac animam ſuſpendit.

Judas corpus, & animam ſuſpendit.

51. D. Bern. Tertiò. D. Bernard. ſerm. 8. in Pſalm 90 *Judas* inquit, *in aëre crepuit medius, aërearum collega poteſtatum, ut pote quem veri Dei, & hominis, qui de cælo veniſſet operaturus ſalutem in medio terræ: hujus inquam proditorem, nec cælum reciperet, nec terra ſuſtineret.* Judas tradidit Dominum Jeſum qui de cœlo ad terram venit, ut nos ſalvos faceret, merito ergo perit ipſe carens cœlo, & terra ſuſpenſus in aëre, in quo aëreæ poteſtates verſantur. Hugo, *Ideo autem ſuſpenſus eſt laqueo ad innuendum quod erat ſocios Dæmonum, qui erant in aëre.*

Judas collega Dæmonum.

Hugo.

52. Cabaſillas. Quartò. Nicolaus Cabaſillas lib. 6. de vita in Chriſto *Abiit Judas*, inquit, *vincula portans, quando omnibus libertas conciliabatur.* pereat laqueo, ut ſumma hominis perditi miſeria pereat; quando omnes à laqueo ſolvebantur in vitam, ipſe laqueo pereat in æternam damnationem. Et quid funeſtius accidere poteſt homini, quam quod ſeſe novis peccatorum vinculis implicet, eo præcipuè tempore, libertas, & remiſſio omnibus conciliatur?

Miſerum perire, cum omnes ſalvantur

53. Drogo. Quintò. Drogo Hoſtienſis lib. 1 de ſacram. Paſſionis *Jam diu erat*, ait, *quidem quod à Chriſto diſceſſerat, & avaritiæ laqueo ſe ſuſpenderat, ſed quod fecerat in occulto, palam omnibus innotuit.* Ac ſi diceret laqueus in Juda, quo ſuffocatus in orbe apparuit, non novus erat: ab eo enim die quo à Chriſto diſceſſit, ſeſeque dæmonum, ac cupiditatum ſervituti tradidit: fortiter ſtrangulatus eſt & licet interius dura vincula paſſus eſſet, tamen exterius non videbantur; at illo moriente, laqueus qui abſcondebatur, prodiit, ac apparuit? ſemper Diabolus peccatores tanquam ſervos laqueo comprehenſos tenet.

Diabolus. ſuos tanquam ſervos laqueo tenet.

54. D. Leo. Sextò. D. Leo ſerm. 3 de Paſſione. *Homo*, ait, *inconvertibilis, & ſpiritu vadens, & non revertens, cordis ſui ſecutus eſt rabiem, & ſtante Diabolo*

Malũ, quod à dextris ejus, iniquitatem, quam in ſanctorum omnium armaverat caput, in ſuum verticem retorſit. Cur Juda tam feſtinato curris ad lignum, ut in eo pereas, cur non expectas Dei miſericordiam qui tanta benignitate ad ſuam menſam, ac participationem ſui corporis te admiſit? Dixerunt Judæi quorum dux erat Judas *Circumveniamus juſtum, mittamus lignum in panem ejus.* Ierem. 11. n. 29. Circumventionem parabas juſto, lignumque mittebas in eum, inde conſequens fuit, ut lignum quod armata cohorte Judas, mittebat in virum juſtum, in ipſum Judam retorqueretur, ut æterna damnatione opprimeretur *Iniquitatem, quam in ſanctorum omnium armaverat caput, in ſuum verticem retorſit.*

Judas cõtra Dominum armavit in ipſum revertitur.

Ierem. 11.

Ait Chriſtus D Matth. 10. n. 34. *Quod venit mittere gladium in terram.* Et quomodo hoc poteſt ſtare cum potius videatur, quod venerit, ut gladium ſuſcitatum à Patre in ſe exciperet. Juxta illud Zachar 13. num 7. *Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum, & ſuper virum cohærentem mihi dicit Dominus exercituum.* Permiſſum eſt à patre, ut impij contra ſanctiſſimum filium ſuum ſuſcitarent lanceas, & gladios, inde dicitur quod ſanctus ſanctorum venit mittere gladium in terram, nam impij evaginaverunt gladium contra juſtum, conſequens erat, ut ipſemet gladius reſiliret, ac flecteretur in ipſos impios ut eos jugularet, ac proſterneret in terram. Ad hunc ſenſum explicant Patres illud Pſalm. 34. n. 8. *Veniat illi laqueus, quem abſcondit, apprehendat eum, & in laqueum cadat in ipſum.* Captio, legit D. Hieron. *rete*, quod nempe abſcondendo tetendit contra, juxta apprehendat eum, *Et in laqueum cadat in ipſum*; id eſt, ut explicat Euthym. in ipſummet laqueum, quem aliis paraverat, cadat. Nam ut ibi latè multis probat D. Auguſt *Nemo malus qui ſibi prius non noceat:* in eo quod alteri noceat ſibi nocet.

55. Matth. 10.

Zachar. 13.

Gladius in juſtos, in peccatores reflectitur.

Pſalm. 34.

D. Hieron.

Euthym.

D. Auguſt.

Matth. 27. *n.* 6. Principes autem ſacerdotum, acceptis argenteis dixerunt: non licet eos mittere in corbonam: quia pretium ſanguinis eſt.

Num. 7. Concilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli in ſepulturam peregrinorum.

Num. 8. Propter hoc vocatus eſt ager ille, Haceldama, hoc eſt ager ſanguinis uſque in hodiernum diem.

VERSIONES.

Syriac. n. 16. Principes verò Sacerdotum tulerunt illud argentum, & aiunt: non licet mittere ipſum in domum oblationis.

Vatablus. Acceptis argenteis dixerunt.

Syriac. n. 7. Et concilium inierunt, emeruntque ex eo agrum figuli ad monumentum peregrinorum.

Franc. Luc. ex Græco. Emerunt agrum illius figuli, vel agrum illum figuli in ſepulturam hoſpitibus.

Syriac. Propheta dictus eſt ager ille, ager ſanguinis ad hunc uſque diem.

Arias. Ager ſanguinis uſque hodie.

Æthiopi

Æthiopicus. Et vocatus eſt locus Medduradam, hoc eſt terra ſanguinis.

Perſicus. Et nomen campi ejus in hunc diem, Haceldami, hoc eſt ager ſanguinis.

EXPOSITIO III.

56. PR*INCIPES autem Sacerdotum acceptis argenteis.* Seu ut alii legunt, *cum accepiſſet argenteos*, antea cum Judas offerebat argenteos dicens, *peccavi tradens ſanguinem juſtum.* Eos noluerunt accipere, ne reſcindere viderentur contractum venditionis cum eo initum, proindéque illi Chriſtum reddere; nunc autem eos accipiunt, quia Judas abiens projecit in templum tanquam Deo offerens, quæ enim projiciebantur in templum, Deo offerebantur. *Non licet eos mittere in Corbonam*, Hebraicè, *Corbona*, id eſt oblatio, proindéque metonymicè ſignificat ærarium, ſeu gazophylacium, in quo oblationes reponebantur. Inde Syriacus, & Arabicus vertunt *In domum oblationis.* De quo Ioſephus l. 22 de Bello, c. 8.

Syriacus. Arabicus. Joſeph.

57

D. Hieron. D Paſchaſ. *Hipocriſis Phariſæorum.*

Quia pretium ſanguinis eſt. Rectè notant D. Hieron. D. Paſchaſ Sacerdotum hypocriſin, ficto religionis ſtudio timent mittere illam pecuniam in commune oblationum ærarium, & audacter ſummum omnium nefas devorabant filium Dei occidentes. Noluerunt eos mittere in gazophylacium, quia prohibitum erat turpe lucrum offerri in templum. Deut. 23. n. 18. *Non offeres mercedem Proſtibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui quicquid illud eſt, quod voverit, quia abominatio eſt utrumque apud Dominum Deum tuum.* Unde per quandam analogiam colligebat, nec ſanguinis pretium eſſe offerendum Deo, nam homicidium, ac vir ſanguineus abominatur à Domino Pſam. 5. n. 7 Ita Maldonat. Franc. Luc. Menoch & alii, poteſt etiam reſponderi argenteos, quibus Sacerdotes Chriſtum emerunt ex Corbona ſeu ſacro theſauro accepiſſe, exiſtimantes ad Religionem pertinere Chriſtum occidere, ita auctor Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & ſic interpretatur, verbum *mittere in Corbonam*, id eſt remittere, ac proinde non iterum erat ibi reponendum, ſed in aliud pium opus expendendum.

Deut. 23.

Pſalm. 5. Maldonat. Franc. Luc. Menoch.

Auctor. hiſt. Eccleſiaſt.

58. *Concilio autem inito.* Non eo die, ſed fortaſſe poſt Paſcha, nam eo die omnes erant occupati in Chriſto accuſando, ac crucifigendo. D. tamen Matthæus plenarie narrat quid de talibus argenteis factum fuit *Emerunt ex illis agrum figuli.* Hoc nomine ager ille maximè notus erat, & vocabatur ager figuli, quia alicujus figuli erat, & ab eo venditus erat, vel quod eſt minus probabile, ager figuli dicebatur, ex eo quod de illo terra effoderetur ad vaſa figuli fabricanda; vel ut etiam aliqui dicunt & eſt multo minus probabile, quod teſtarum fragmenta in eum jactarentur.

Cur dicebatur ager figuli.

59. *Propter ho*, *vocatus eſt ager ille Haceldama*; antiquum nomen figuli perdidit ager, & novo nomine dictus eſt ager ſanguinis. *Haceldama*, lingua Syriaca, vel Hebræa mutata, nam *Haël*, id eſt ager *Dama*, id eſt ſanguis, & ſic vocatus, quia pretio ſanguinis, id eſt Chriſti cædis emptus eſt: fuitque nomen perenne memoriale mundi ſanguinis effuſi. D. Chryſoſt *Nomen loco inditum, omni clarius tuba ſceleratam eorum prædicat cædem* Et poſt pauca addidit. *Si enim in Corbonam pecuniam immiſiſſent, non ita manifeſta res facta fuiſſet. Nunc verò prædio empto, etiam poſteris rem univerſam prodiderunt.*

Syriacus. Hebraic.

D. Chryſ.

QUÆSTIO VII.

Quare pecunia ex Domini ſanguine comparata non in alios uſus expenditur, niſi tantum in ſepulturam peregrinorum.

60. RESPONDET D. Ambroſ. ſerm. 51. *Providentia Dei factum puta*, ait, *ut pretium ſalvatoris non peccatoribus ſumptū præbeat, ſed peregrinis requiem ſubminiſtret.* Valdè mirum, quod homines avariſſimi, non magis ſibi nummos, vel in alios uſus expendunt, ſed ſepulturam peregrinorum applicant. Noluit Chriſtus Dominus ut comparata pretio ſanguinis ſui in Eccleſiaſtica temporalia bona, prophaniſque conſumantur ſumptibus, ſed ut in pauperes fovendos, ac mortuos ſepeliendos expendantur. Judaïci Sacerdotes ſacrilegi erant, tamen non audent ſibi blandiri de Chriſti ſanguine, quem impiè tractant.

D Ambroſ. *Prælati Eccleſiaſtici, bona ſua, expendant in pios uſus.*

61. Secundò Iterum ad illa verba Ambroſii. *Ut pretium Salvatoris peccatoribus ſumptum præbeat*, Noluit Chriſtus D. pretium ſui ſanguinis in iniquorum ſacerdotum manibus veniſſe, ne pretium ſui ſanguinis ſacratiſſimi faſtui; ac luxui eorum deſerviret, ex quo nobis eſſet manifeſtum Chriſtum ſanguinem ſuum fudiſſe, ut luxum aboleret, non ut foveret. Tertiò *Sed Peregrinis requiem ſubminiſtret*; ait cit. Ambr ut diſcamus, quod qui mundo mortuus eſt, in mundóque ſe habet ut peregrinum, ita ut nihil mundi poſſideat Chriſti ſanguine æterna requies eſt illi comparata.

Chriſti ſanguis his qui peregrinantur in mūdo.

62. Quartò. D. Auguſt. ſerm. 128. de cœna Domini. Emerunt agrum figuli in ſepulturam peregrinorum, ſic ait *Ut jam exinde Chriſtus, & vivos ſanguinis ſui paſſione redimat, & mortuos pretioſa paſſione ſuſcipiat.* Valde ſalutaris, & proficuus cunctis eſt ſanguis Chriſti profuſus ut vivos & etiam mortuos redimat, tamen mortuis peculiarem hanc gratiam voluit exhibere, ut pretio ſui ſanguinis ſepulchra præparet, ac emat. Multi fuerunt tiranni qui Sanctis, qui eorum Martyrio tranſibant ad cœlum, terram negarent, dum cadavera eorum à ſepulchris arcebant. Chriſtus verò quibus cœlum ſua paſſione acquirebat: iiſdem ſepulchrum pretio ſui ſanguinis offerebat. *Et mortuos pretioſa paſſione ſuſcipiat.* Suſcipit mortuos dans illis in altero ſæculo vitam, & in hoc ſepulchrum.

D. Auguſt. *Chriſti ſanguis peculiarem habet indulgentiam in mortuos.*

63. Quintò Idem D. Ambroſ. ſerm 121 de tempore. *Emerunt*, ait, *ex illis agrum in ſepulturam peregrinorum; invenit tandem mens cæca remedium.* Magnum Auguſtini acumen, quamvis Principes Sacerdotum eſſent valdè iniqui, magniſque criminibus involuti, ac obcæcati: ex halitu pretii ſanguinis Chriſti, dum de mortuis agunt, invenerunt remedium, quo poſſent ſupplicio evadere, & vitam habere, ſi vellent rectè ſapere, valdè efficax ſalutis remedium eſt dare operam ad mortuos curandos ac de illis agere. *Invenit mens cæca remedium.* In ſummo omnium malitiarum barathro erant Sacerdotes, ac cum pietatem erga mortuos exhibent, inveniunt remedium ad vitam, ſi rectè agerent, ut opertebat.

D Auguſt. *Pietatis in mortuos valdè efficax rem dīū ad ſalutem.*

64. Venit quidam vir Dei ad Ieroboam in Bethel, ut ex Dei mandato denuntiaret ei magnum ſupplicium, præceptum ei fuit à Deo, ut in lo-

co illo nec comederet, nec biberet, cúmque ille denuntiaſſet regi pœnam imminentem, iterum abibat in locum ſuum, ut ei ordinatum; quod cũ agnoviſſet quidam Propheta factus eſt ei obviam dicens illi, *Ego Propheta ſum ſimilis tui, & Angelus locutus eſt mihi in ſermone Domini dicens: Reduc eum tecum in domum tuam, ut comedat panem, & bibat aquam fefellit eum.* 3. Reg. 13. n. 18. Reverſus eſt Propheta, comedit, & bibit, quo expleto cum reverteretur in domum ſuam, invenit eum Leo, qui eum occidit, quod cum agnoviſſet Propheta Bethel, abiit cum aſino ſuo. *Et tulit cadaver viri Dei, & poſuit illud ſuper aſinum, & reverſus intulit in civitatem Prophetæ ſenis, ut plangeret eum, & poſuit cadaver ejus in ſepulchro ſuo.* Rex maxima expenſione digna, vir Dei & Propheta bonus, quia deceptus à falſo Propheta, quia non rectà examinavit viſionem Angeli, quam ille dixerat, peccavit tantum venialiter, ut docent D. Aug lib. de cura pro mortuis, c. 7. Eucherius, Angelomus, Caietan, Serarius, Cornelius, Sanchez; & tamen à Leone occiditur: Et alter Propheta Bethel malus erat, ut tenent Lyran. Caietan, Abulenſ q. 138. & in eo quod fefellit virum Dei graviter peccavit, quia mentiendo eum ſubduxit, falſam revelationem ex parte Dei proponendo, & tamen ipſe à Leone nullam patitur læſionem. Unde hoc Uterque Propheta peccavit, unus quia inobediẽs fuit, alter quia ſubduxit; inobediens occiditur à Leone; ſubducens etſi gravius peccaret, nullam ei Leo infert noxam, nam ad opera caritatis erga mortuum tanquam ad aſylum confugit. *Invenit mens cæca remedium.* Graviſſima erant hujus Prophetæ peccata, tamen cum totus incumberet in pietatis operibus, ut mortuum ſepeliret, & honoraret, os Leonis compreſſit, & omne malum evitavit, favet huic conſiderationi citat D. Auguſt. *Eum ſanè*, ait, *ipſe qui deceperat, in monumento proprio honorificè ſepelivit, ſeque ſepeliendum juxta oſſa ejus curavit: ita ſperans parci poſſe quoque oſſibus ſuis.* Ex indulgentia in mortuum ſperavit veniam.

3. Reg. 13.

D. Auguſt. Eucherius Angelom. Cajetan. Serarius. Cornelius. Sanchez. Lyran. Abulenſ.

Ex pietate in mortuum indulgentia ad evitandum malum

D. Auguſt.

65\. Cùm Lazarus gravi morbo urgeretur, miſerunt ſorores ejus ad JESUM dicentes: *Domine ecce quẽ amas, infirmatur.* Joa. 11. n. 2. quo nuntio accepto, manſit in eodem loco duobus diebus; non ſic ſe habuit cum Archiſynagogo, nam cum hic acceſſiſſet ad Ieſum dicens. *Domine, filia mea modo defuncta eſt, ſed veni impone manum tuam ſuper eam, & vivet, & ſurgens JESUS ſequebatur eum.* Mat. 9. n. 18. Maximè dubitat Rupertus l. 10. in Ioan. *Quare*, ait, *manſit in eodem loco duobus diebus, non ſic cum Archiſynagogi filiam ſuſcitat.* Cùm expreſsè dicat Evangeliſta, quod Ieſus *diligebat Martham & ſororem ejus Mariam, & Lazarum.* Verum eſt quod Ieſus eos diligebat, tamen audita Lazari infirmitate detinetur duobus diebus, non ſic verò apud Archiſynagogum Erga Lazarum militabat Domini amor, pro filia principis interveniebat pietas in mortuum, quæ ut videatur, quam grata ſit Deo, donum vitæ exoptatum citius abſque ulla dilatione valet obtinere. Maximè allicitur, ac attrahitur divina bonitas ob pium opus in defunctos collatum.

Joan. 11.

Matth. 9. Rupert.

66\. Manifeſtabat ſe Angelus Raphaël Tobiæ 12. n. 12. & ait illi, *Quando orabas cum lachrymis, & ſepeliebas mortuos & derelinquebas prandium tuum & mortuos abſcondebas per diem in domo tua, & nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino* Cur ſicut Angelus ait, quod orationem Tobiæ Deo offerebat, cur non etiam commemorat, quod illius curam in mortuos offerebat, ... omnino tacet, & ſolam orationem exprimit. Angelus citiſſimè currebat pia Tobiæ opera ante tribunal divinum exhibens, & quamvis Angelus celeriter advolaret, velocius ſupervolitans defunctus præveniebat, ut pium ſepulturæ opus in ſe impenſum Deo repræſentaret, unde quando Angelus accedebat, ſepultura mortuorum jam Deo erat oblata ab ipſiſmet mortuis, ex quo ipſe ſolum Tobiæ orationem offerebat. Velox eſt Angelus, velociſſimus tamen animus defuncti gratus ut religioſum opus in ſe exhibitum Deo repræſentet, pro eóque divinam bonitatem exoret.

Tobiæ 12.

Animus defuncti velociſſimus, ut pro ſuis benefactoribus exoret.

Matth. 27. *n.* 9. Tunc impletum eſt, quod dictum eſt per Jeremiam Prophetam dicentem: & acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiaverunt à filiis Iſraël.

Num. 10. Et dederunt eos in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi Dominus.

VERSIONES.

Syriac. n. 9. Tunc impletum eſt, quod dictum fuerat per Prophetam dicentem, & accepit triginta argenteos pretium illis honorandi, de quo pacti ſunt à filiis Iſraël.

Franc. Luc. ex Græco. Pretium illius æſtimati

Arabicus. Pretium illius innocentis.

Theophyl. Quem æſtimatum emerunt.

Syriacus. Et dedit eos pro agro figuli, ut præceperat mihi Dominus.

Græcus. Sicut ordinavit mihi Dominus.

EXPOSITIO IV.

Tunc quando Principes Sacerdotum triginta argenteis, quos Iudas pro vendito Chriſto acceptos retulit, emerunt agrum figuli. *Per Jeremiam Prophetam:* magna hiceſt controverſia apud ſcriptores, quia hæc verba non inveniuntur apud Ierem. ſed apud Zachar. 11. n. 13. D. Hier. Rupert. Lyran. Ianſen. Franc. Luc. Maldon. Baron. ad ann. Chriſti 34. Suar. tom. 2. ad 3. diſp. 34. ſect. 1. ad fin. qui omnes aſſerunt Evangeliſtam Matthæum non poſuiſſe nomen Ieremiæ, ſed nomen Prophetæ, ut Syriacus & alii codices habent, non enim ſolet D. Matth. nomina exprimere Prophetarum, quos citat, ac proinde ab aliquo additum nomen Ieremiæ in margine, poſtea irrepſiſſe in textum in aliquibus codicibus. 67.

D. Hieron. Rupert. Janſen. Franch. Luc. Maldonat. Baron. Suarez.

Oppoſita ſententia mihi videtur omnino vera, nam noſtra vulgata eſt pura, ſancta, & libera ab omni errore, ac illius ſuſpicione, ac proinde invero, ac legitimo textu Mat. habetur, *ut dictum eſt per Jeremiam Prophetam;* & quamvis vaticinium hoc minimè reperiatur apud noſtrum librum Ieremiæ, nam omnia, quæ Ieremias, ac alii Prophetæ ſcripſerunt, & vaticinati ſunt, non extant apud nos; ex aliquo ergo libro Ieremiæ hoc vaticinium Spiritus ſancti ſuggeſſit D. Matthæo, qui 68.

Sumptus eſt locus ex Jeremiæ libro.

Origen. Tertull. D Auguſt. Euſeb. Barradas. Menoch. Tyrinus. Caſtro. Cornel. qui modo non extat; quemadmodum non extant illæ deſcriptiones ejuſdem Jeremiæ, de quibus fit mentio lib. 2 Machab. cap 2. num. 1. Ita Origenes hom. 35. in Matth Tertull. lib. 4. contra Marcion. c. 39. D Aug. lib. 3. de conſenſ Evang. c. 7. Euſeb. lib. 10. de demonſtr. c. 4. & hîc Caietanus, Barrad. Menoch. Tyrinus, & in Zachar. c. 11. n. 13. Leo à Caſtro, & Cornelius à Lapide.

69. *Acceperunt triginta argenteos*: Scilicet Principes Sacerdotum *pretium appretiati*, qui argentei erant pretium Chriſti appretiati, Syriacus habet illius *honorandi*, quia ex eo quod pro nobis venditus eſt maximè honorandus. Arabicus *illius innocentis*, ut magis arguatur ſumma malitia, quod illum qui maximè honorandus, ac maximè innocens erat, vili pretio vendiderunt, ac appretiaverunt ad mortem *quem appretiaverunt*; hoc eſt appretiando emerunt *à filiis Iſraël*, id eſt ab uno filiis Iſraël, ſcilicet Juda ponitur numerus multitudinis pro ſingulari. *Et dederunt eos in agrum figuli, ſicut Dominus mihi*, ſcilicet Jeremiæ *conſtituit*, Græcus *ordinavit*, id eſt ſicut mihi Prophetæ ordinavit, & oſtendit Dominus faciendum, & implendum ſuo tempore.

Arabic. *Chriſtus maximè honorandus, quia pro nobis eſt.*

CAPUT VIII.

Jeſus coram Pilato.

Marc. 15. *n.* 1. Et vincientes Jeſum, duxerunt, & tradiderunt Pilato.

VERSIONES.

Syriacus. Vinxerunt Jeſum eúmque abduxerunt, & tradiderunt Pilato Præſidi.

Pagninus. Abduxerunt eum.

ALTER TEXTUS.

Luc. 23. *n.* 1. Et ſurgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum.

Joan. 18. *n.* 28. Adducunt ergo à Caïpha in prætorium. Erat autem manè, ipſi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, ſed ut manducarent Paſcha.

EXPOSITIO I.

1. *Quid Prætorium.* UT jam notavi in exordio ſuperioris cap. dum Iudas projecit argenteos in templo, & abiens laqueo ſe ſuſpendit? Chriſtus Dominus ductus eſt ad Pilatum. *Ducunt ergo JESUM à Caipha in prætorium.* E domo nempe Caïphæ ducunt IESUM vinctum, ut explicant D Matth. & Marc. *In prætorium*, in domum Pilati prætoris; nam Pilatus erat prætor, quia ipſe erat præſes, & judex tam criminalis, quam judicialis Iudææ. Domus autem, in qua erat tribunal, dicebatur prætorium. Prætor dicebatur omnis magiſtratus apud Athenienſes, inquit Victorin. & Calepinus à præeundo, ait Varro quaſi præitor, quod præiret jure, & poteſtate. Victor. Calepin. Varro.

2. *Adducunt à Caipha in prætorium.* Sic legendū eſt cum noſtra vulgata, Græco, Syriaco, Arabico, Perſico, unde D. Auguſt. mendoſum codicem habuit, qui tr. 114. legit. *Adducunt ergo JESUM ad Caïpham in prætorium.* Indéque dixit, aut Caïpham in domum Pilati veniſſe, aut utrumque in eadem domo habitaſſe, quod contrarium apertè conſtat ex Evangelio & ut tradit Adrichomius in deſcriptione terræ Sanctæ, n. 207. *A domo Caïphæ*, ait, *mille greſſibus aberat palatium Pilati.* D. Auguſt. Adrichom.

3. D. Lucas explicat, quinam fuerint qui eum adduxerunt, *Et ſurgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum.* Soluto concilio in domo Caïphæ ſurgens omnis multitudo eorum, qui erant in concilio ſcilicet Pontificum, Seniorum, ac Scribarum, nullus abeſſe voluit, ſed tota multitudo advenit, tanto odio, & ita inſaniebant in Chriſtum. D. Lucas.

4. Scribit Joannes. *Et ipſi non introierunt prætorium, ne contaminarentur.* Judæi ſic ſe dejungebant, ac ſeparabant ab Ethnicis, ac incircuncifis, etiam ingreſſu in domum Præſidis Ethnici, ac idololatriæ ſeipſos immundos, ac contaminatos exiſtimarent. *Ut manducarent Paſcha* Paſcha hîc non ſignificat Agnum Paſchalem, ut tradunt D. Cyrill & Chryſoſt. hunc enim antecedenti nocte manducarant, ſed cibos, ad victimas Paſchales quæ per ſeptem dies Paſchales immolabantur, quæ ſolum à mundis comedi poterant. Ita D. Aug. tr 114. in Ioan D Thomas hic Innocent. III de Sacram. altaris, c. 4. de hoc q. 2. D. Joannes. D. Cyrill. D. Chryſ. D. Auguſt. D. Thom. Innoc. III.

QUÆSTIO I.

Quare Judæi Chriſtum Dominum non interfecerunt, ſed tradiderunt Pilato ut ab eo interficeretur.

5. ALiqui exiſtimarunt, quia Iudæi licet poſſent capite plectere, lapidare, ſuſpendere, ac comburere, non tamen poterant crucifigere, Iudæi autem volunt pro majori ignominia Chriſtum crucifigere, & ideò Pilato tradiderunt, ut ab eo cruci affigeretur. Hoc tamen fundamentum eſſe falſum patet ex Deut. 21. n. 23. *Quando homo ad judicatus appenſus fuerit in patibulo, non permanebit cadaver ejus in ligno, ſed eadem die ſepelietur* Sic Moyſes idololatras ſuſpendit in patibulis. Num. 25. n. 4 Ioſuë 8 n. 29 Regem Haï, & David 2. Reg. 21 n 6 & filios Saül. Deut. 21. Num. 25. Joſuë 8. 2. Reg. 21.

6. Reſpondeo primò Quod vera ratio eſt quia Romani, poſtquam devictos Iudæos ſubjugarunt jus necis, ac poteſtatem occidendi ab eis abſtulerunt, & ſibi vendicarunt, unde Iudæi dixerunt Pilato. Ioan. 18. n. 31. *Nobis non licet occidere quemquam.* Et ideò Chriſtum tradunt Pilato, ut ab eo occideretur. Ita D. Thom. 3. p. q 48. art. 4. & ad cit. Joan. locum, ac etiam Rupert Unde refert Ioſeph l. 20. Antiq. c. 8. Pontificem Annam à Pontificatu privatum fuiſſe eo quod cum concilio Iacobum fratrem Domini, ac alios ſine licentia Præſidis Romani occidiſſet. Si verò Judæi Stephanū lapidarunt, & Chriſtum ſæpè lapidare voluerunt, hoc fuit rapido furentis populi impetu. Ita cenſent Toletus, Maldonat. Cornelius à Lapide, & alii. Joan 18. D. Thom. Rupert. Joſeph. Janſen. Tolet. Maldonat. Franc. Luc. Cornelius.

7. Gloſſa. Secundò. Gloſſa ordinaria. *Prodiderunt Judæi Chriſtum Romanæ poteſtati, ut eo modo, ab ejus interfectione, alienos ſe eſſe oſtenderent.* Idem docet D. Aug. tract. 114. Ut vita videretur, quod ipſi non ex invidia Chriſtum occiderint, eum Pilato Romano, ac Gentili, ad interficiendum tradiderunt.

D. Auguſt.

D. Thom. Tertiò. D. Thomas, quia crimen, ob quod occidendus erat, ad Rempublic. pertinebat, ac proinde ad Præſidis judicium, cum ipſe ſe Meſſiam, ac proinde Regem diceret, & inde tributa dari Cæſari prohiberet, ut ita Chriſtus tanquam latro, ac Cæſari contrarius ad infamem mortem condemnaretur, & ideò ipſe poſtea inter latrones crucifixus eſt. Quartò, quia dies feſtus, ac Paſchalis erat in quo id facere ipſis non licebat, & ita dicitur de Herode, quod cum apprehendiſſet Petrum, *Volens poſt Paſcha producere eum populo.* Act. 12. ad interficiendum nempe. Ita N. D. Cyrill l. 12. c. 6. D. Aug. tract. 114. D. Chryſ. hom. 82. in Ioan. & 89. in Matth. Suarez 3. p. q. 47. art. 4 in Comm.

Actor. 12. D. Auguſt. Suar. D. Leo.

8. Quintò D. Leo ſerm. 3. de Paſſione. *Tanquam*, ait, *extenuanda eſſet furoris veſtri immanitas, ſi ejus ſententia, qui Provinciæ veſtræ præſidebat uteremini vinctum JESUM ad Pilati judicium deduxiſtis.* Supponit S. Doctor Iudæos de gente ſua habuiſſe judices, qui condemnarent ad mortem, ut habebant in Babyl. Dan. 13. At in cauſa Ieſu non Iudicē naturalem expectant, ſed ad extraneū confugiunt timentes, quod etiam in rabidiſſimo Iudæorum corde poſſet natura aliquam lenitatem inſpirare erga ſuum concivem, cognitum, ac naturalem.

Judex extraneus ſeverior.

Daniel. 13.

9. Salmeiron. Sextò. Salmeiron t. 10. tract. 19. *Factum hoc eſt*, ait, *ut quo Chriſti condemnatio à pluribus fieret, eo Ch iſto ignominioſior, & juſtior videretur apud populum.* Tot judices quærentur, ante tot judices ſiſtitur amoris reus, ut quo plures judices ferrent ſententiam, gravior ei fieret injuria, & juſtitia in reum cenſura videretur, quæ à tam multis, doctiſque viris approbata eſſet.

Ut ex multorū ſententia gravior injuria.

10. Num. 11. Mandat Deus Moyſi. Num. 1. n. 16. *Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſraël,* &c. *Ut ſuſtineant te. um onus populi, & non tu ſolus graveris* Ad quid tot, ac tanti? nónne ſufficiebant duo vel tres, ſicut congregabantur, ut cauſas, ac lites populi ſolverent, ut exiſtimat Abulenſ q. 66. *Nam* ait, *quando omnes, aut plures concordant, certum eſt, juſtum eſſe, quod ab illis definitur* Neque enim facilè conveniūt, ut à recto devient multi, magnique viri. Unde ait citat. Abulenſ *Humana jura dicunt, firmum eſſe judicium, quod plurimorum ſententiis confirmatur.*

Conſilium multorum juſtius videtur. Abulenſ.

QUÆSTIO II.

Quare omnis multitudo ducit Jeſum ad Pilatum, cujus Prætorium nullus ingreditur?

11. Quæſtio 1. QUÆSTIO I eſt. Ait D. Lucas quod omnis multitudo ſurgens nempe à Concilio ducit IESUM ad Pilatum, ad quod ſapienter reſpondet primò D. Bonav. *Multitudo venit*, ait, *ut quem ratione ſuperare non poterant, ſaltem vincerent multitudine.* Cum eſſent deſtituti ratione, ſaltem multitudine volebant opprimere judicem, ut eum in ſuam ſententiam traherent.

D. Bonav. *Judæi deſtituti ratione volebant vincere multitudine*

12. D. Leo. Secundò. Reſpondet D. Leo ſerm. 8. de Paſſione *Offerebant*, ait, *JESUM duris nexibus vinctum, & clamoribus prædamnatum, ut inter tot præjudicia quem omnes vellent perire, non auderet Pilatus abſolvere.* Aſtutè, ac malitioſè determinant, ut omnis multitudo veniens adducat Ieſum ad Pilatum ne tantæ multitudinis vociferationibus auderet etiam conſtantiſſimus judex reſiſtere, ſed etiam in nefario crimine ei conſentire.

Multitudine volunt opprimere judicem.

13. Quæſtio 2. Quæſtio 2. Quare Iudæi non introierunt prætorium, ſeu domum Prætoris, ait D. Ioannes, & ipſi, ut ait D. Aug. qui ducebant Ieſum non introierunt Prætorium. Principes, & omnis multitudo foris manſerunt, probabile eſt quod unus, vel alter vinctum ducens Ieſum introierit in aulam, ſeu atrium Principis. Tamen communiter ipſi non introierunt; ait Ioan. *ne contaminarentur.* Maximè enim Iudæi evitabant conſortium, & ſocietatem viri Ethnici ac incircumciſi, ingreſſumque in domum ejus, habebant enim gentiles, ac gentilium ædes ut immundas, ut in quibus non caveretur ab iis rebus, quæ lege Moſaïca declaratæ erant, ut immundæ, & ideò ne contaminatentur ab eorum acceſſu fugiebant.

Judæi gentilium domos de vitabant.

14. D. Auguſt. D. Auguſt. exclamat tract. 114. *Olimpia, & ſtulta cæcitas; habitaculo videlicet contaminarentur alieno, & non contaminarentur ſcelere proprio.* Et eleganter Rupertus ad hunc locum. *Phariſæi*, ait, *cæci nimis, accuratè mundaſtis illud, quod eſt foris calicis introrſus turpes, & cruenti verè ſepulchra dealbata, intus plena oſſibus mortuorum. Quid enim? contaminari exterius cavetis introeundo in prætorium; & interius horribiliter pollui non timetis, tractando crudele homicidium. Quid hac puritate impurius? Quid hac ſanctitate ſceleſtius?* Valdè ſcrupuloſi erant in minimis, ne introeundo in domum prætoris contaminarent calceos, & crudeliſſimum omnium facinus devorabant, filium Dei interficientes.

Rupert. *Devorantes maximum ſcelus ſcrupuloſi in minimis.*

Joan. 18. *n.* 29. Exivit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit, quam accuſationem affertis adversùs hominem hunc?

Num. 30. Reſponderunt, & dixerunt ei, ſi non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum.

Num. 31. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & ſecundùm legem veſtram judicate eum; dixerunt ergo ei Judæi: Nobis non licet interficere quemquam.

Num. 32. Ut ſermo Jeſu impleretur, quem dixit ſignificans, qua morte eſſet moriturus.

VERSIONES.

Arabic. n. 29. Et dixit eis: quæ accuſatio eſt vobis, quam affertis.

Syriacus. Habetis adversùs hunc virum.

Syriac. n. 30. Niſi eſſet maleficus, ne tibi quidem tradidiſſemus eum.

Euthym. n. 31. Sumite eum vos.

Arabicus. Illud, quod eſt in lege veſtra, contra eum judicate.

Syriac. n. 32. Ut impleretur ſermo quem dixerat Jeſus, quum patefaceret, qua morte eſſet moiturus:

Arabicus

Arabicus. Quem Ieſus nuntiaverat, qui morte moreretur.

EXPOSITIO II.

15. Exivit ergo Pilatus ad eos. Sciens eorum conſuetudinem Pilatus, quia nolebant domum ipſius utpote gentilis introire. *Exivit foras*, non in plateam; aut extra domum ſuam, ſed in *lithoſtroton*, erat porticus ſuper plateam ædificata inſtar pontis. Et dixit *quam accuſationem*, id eſt de quo crimine hunc virum accuſatis, ob quod mortem mereatur.

16. *Reſponderunt, & dixerunt ei.* Valdè mirum
Græcus. quod hoc à nobis petas; *ſi non eſſet hic malefactor*; ſeu ex Græco *maleficus*, ſceleratus, morte dignus *non tradidiſſemus eum tibi*; morte afficiendum, nos doctiſſimi, ac religioſiſſimi Sacerdotes, & Scribæ
D. Chryſ. Ex D. Chryſ. hom. 62. Thophyl. ſic ait. *Vobis ipſis*
Theophyl. *judicium judicat s, & arroganter loquimini dicentes, ſi non eſſet malefactor, non tibi tradidiſſemus eũ*
Id quod dicunt non tantum proponunt, ſed ut executioni detur, volunt. Adeo arrogantes erant, ut ſibi perſuaderent ſuam auctoritatem ſuperabundantem eſſe ad innocentem damnandum & ipſos tantum dixiſſe, malefactor eſt nullo exhibito, nec dum confirmato maleficio, ſufficiens eſſe eorum teſtimonium exiſtimabant, ut reus ad crucem condemnaretur.
D. Leon. Sapientiſſimè D. Leo ſerm. 8. de Paſſione ait, *Ad examen Pilati Pontificum delegatione transfertur Dominus, qui divino jure neglecto clamantes ſe regem non habere niſi Cæſarem omne judicium poteſtati præſidiis reſervaſſent, expetierunt executorem magis ſævitiæ quam arbitrium cauſæ.* Superbiſſimi homines, ſic Domini Jesu cauſam deferunt ad Pilatũ, ut ab eo non arbitrium peterent, ſed executionem ei mandarent, quæ nulla major poteſt
Euthym. injuſtitia haberi Euthym *Tradiderunt eum, ait Pilato ad interficiendum, non ad inquirendum: at ille non tulit, ut priuſquam inquireret, occideret. Ideò diſcere voluit, quæ ſic accuſatio.*

17. *Dixit ergo eis Pilatus, accipite eum vos,* quia cauſam non declaratis, ob quam damnandus ſi ad mortem vobis facultatem facio, ut eum morti
Euthym. condemnare poſſitis. Euthym. *Interfectionem eis permitti ſecundum legem*, prout nempe ex legis præſcripto eſt. *Dixerunt Judæi nobis non licet interficere quemquam.* Iſte juſtiſſimè ſecundum legem noſtram meretur interfici, tamen nobis non
D. Auguſt. licet; D. Auguſt. *Sed quid eſt quod loquitur inſana crudelitas Iudærum, an non interficiebant, quem interficiendum offerebant.* Et dicunt *nobis non licet interficere.* Vel quia, ut jam dixi quæſt. 1. Romani abſtulerunt à Judæis poteſtatem interficiendi, vel quia ſolemnitas Paſchalis erat, vel quia
Ribeira. ut ait Ribeira, Phariſæi ex propria ſecta hoc obſervabant, ut neminem ad mortem damnarent, ut refert Joſephus filius Gorionis l. 4. hiſtoriæ Iudaicæ, cap 6 Unde Religionis ſpecie dicunt. *Nobis*
D. Leo. *non licet.* D. Leo ſerm 7. de Paſſione. *Quid*, ait, *hoc ſpecie religionis injuſtius? Quid hac clementiæ diſſimulatione crudelius? Qua lege Iudæi, quod vobis*
Tunc Judæi crudeliores cum religionis ſpecie agunt. *non licet facere licet velle: Contaminari ejus occiſione metuiſtis cujus ſuper vos, & ſuper filios veſtros effundi ejus ſanguinem poſtulaſtis. Si non totum facinus veſtra impietas peragit, permittite præſidem judicare; quod ſentit.*

18. *Ut ſermo IESU impleretur.* reſponderunt Judæi Nobis non licet interficere quemquam, quod quidem verum erat; quoniam ablata erat illis poteſtas interficiendi. Unde evenit, ut ſermo Chriſti impleretur, quem dixerat ſignificans, qua more eſſet moriturus *Tradent eũ gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum.* Matt.
Matth. 20. 20. n. 18. Quia enim Judæis non licebat interficere quemquam; idcirco traditus eſt gentibus ad
D. Auguſt. crucifigendum D. Auguſt tract. 114. tradetur gentibus, *quod Dominus futurum prædixerat. Ideò Pilatus qui judex Romanus erat, cum vellet eum reddere Iudæis, ut ſecundum legem ſuam judicarent eum, noluerunt eum accipere.*

Joan. 18. *n.* 33. Introivit ergo iterum in prætorium Pilatus & vocavit Ieſum, & dixit ei: Tu es Rex Iudæorum?

Num. 34. Reſpondit Ieſus: à temetipſo hoc dicis, an alij dixeruut tibi de me?

Num. 35. Reſpondit Pilatus: Nunquid ego Judæus ſum? Gens tua, & Pontificès tradiderunt te mihi: quid feciſti?

VERSIONES.

Euthym. *n.* 33. Ingreſſus eſt ergo iterum.

Theophylact. Tu es ille Rex Judæorum.

Arabicus. *n.* 34. A temetipſo tu hoc dicis? an alij narraverunt illud tibi de me?

Arias. A temetipſo tu hoc dicis?

Syriac. *n.* 35. Num ego Judæus ſum? Filij gentis tuæ, & principes Sacerdotum tradiderunt te mihi.

Marius. Nunquid ego curo de veſtris legibus? Gens tua.

Arabicus. Sed gens tua, & ſummi Sacerdotum tradiderunt te mihi, quid ergo feciſti?

ALTER TEXTUS.

Matth. 27. *n.* 11. Jeſus autem ſtetit ante præſidem, & interrogavit eum præſes dicens: Tu es Rex Judæorum? dicit illi Jeſus: tu dicis.

Marc. 15. *n.* 2. Et interrogavit eum Pilatus: Tu es Rex Judæorum? At ille reſpondens ait illi. Tu dicis.

Luc. 23. *n.* 2. Cœperunt autem illum accuſare, dicentes: Hunc invenimus ſubvertentem gentem noſtram prohibentem tributa dare Cæſari: & dicentem ſe Chriſtum regem eſſe.

Num. 3. Pilatus autem interrogavit eum dicens: Tu es Rex Judæorum? At ille reſpondens ait, tu dicis.

EXPOSITIO III.

19. Cum vidiſſent Pontifices ex eorum auctoritate nolle Chriſtum condemnare ad mortem niſi cognita cauſa, tria apponunt crimina, ut refert D Luc.citat. Et dicunt primò, quod ſubvertat, ſeu pervertat, ſeu ſeducat Judæorum gentem. *Invenimus hunc hominem ſubvertentem gentem noſtram.* Secundò, quod prohibeat tributa ſolvi Cæſari, *& prohibentem tributa dari Cæſari.* Tertiò, ſe regem publicare, & dicere; *& dicentem ſe Chriſtum regem eſſe* In quibus omnibus apertè mentiuntur; nam Chriſtus non pervertebat, ſed potius gentem dirigebat in viam ſalutis, tributa non prohibeat dari, ſed potius dicebat. *Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ Dei Deo* Matth.22.n.25. De regno ſuo dixit Chriſtus in Concilio, quod regnum ſuum non erat terreſtre, ſed cœleſte. Matt.26.n.64. & nunc ait Pilato n 36. quod non erat de hoc mundo, ac proinde Cæſaris regno nihil officiebat.

D. Lucas. *Tria confingunt crimina.* Marc. 22. Matth.26.

20. *Introivit ergo iterum in prætorium Pilatus.* Superiori accuſatione audita, Pilatus iterum introivit in domum tribunalis, ut de ea Chriſtum examinaret. Et dixit Chriſto Domino. *Tu es Rex Judæorũ* Peculiariter de hoc crimine regni affectati inquirit Pilatus nam hoc maximè erat contra Cæſarem, & conſequenter pertinebat ad Præſidem Cæſaris, & hac de cauſa Chriſtus D cruci affixus eſt, ut patet ex titulo crucis, & quod Pilatus hoc interrogaſſet à Chriſto ſcribunt Matt. Marcus, & Lucas, & à terreno judice voluit Dominus interrogari, qui tanquam ſupremus judex omnes eſt interrogaturus, omnéſque judicaturus.

Supremus judex à Pilato interrogatur.

21. *Reſpondit JESVS: à temetipſo hoc dicis;* id eſt ex tua ſententia, ac opinione dicis quod ego ſim Rex Judæorum, *an alii dixerunt tibi de me?* Suggeſſerunt tibi, aut cauſam præbuerunt, & aſſignarunt ut me id interroges, ac proinde ex tuáne ipſius an ex aliorum, ſententia putas id à me rogandum De quo latius q. ſequenti.

22. *Reſpondit Pilatus Nunquid ego Judæus ſum?* Ut ex memetipſo te rogem, an ſis Meſſias, aut Rex Judæorum, ego enim Judæus non ſum, ut legem ac Prophetas Judæorum, ejuſque regis ac Meſſiæ proprietates ſciam, & intelligam. *Gens tua, & Pontifices.* Id eſt univerſus populus tuus, & majores regni tui *tradiderunt te mihi*, ad interficiendum. *Quid fe iſti*, cujus cauſa ſic contra inſurgunt, ac mortem machinantur?

QUÆSTIO III.

Quare Chriſtus Dominus interrogatus à Principe Sacerdotum an eſſet Rex, ac Meſſias, ait illis. Tu dixiſti. Pilato verò tu dicis.

23. Præsentatus Jesus Principi Sacerdotum Caiphæ, interrogatuſque ab illo: an eſſet Chriſtus: Reſpondit illi Dominus *Tu dixiſti.* Mat. 26 n.64. at in penè ſimili quæſt. reſpondet Pilato *Tu dicis*, ut ſcribunt Matth. 27. n. 11. Marc. 15. n.2 Luc 23 n:2. In quo apertè Dominus oſtendit Sacerdotem de præterito dixiſſe, Pilatum in præſenti dicere, Unde iſta diverſitas?

Matth.26. *Ratio dubitandi.* Matth.27. Marc.15. Luc. 23.

24. Reſpondet D Hilar.can.32.in Matth. *Hoc ideo ait, quia lex omnis venturum Chriſtum prædicavit, reſpondetur tanquam de præteritis Sacerdoti. quia ſemper venturum Chriſtum ex lege ipſe didiciſſet. Huic verò legis ignaro, interroganti, an ipſe eſſet* Rex *Judæorum, dicitur,* Tu dicis, *quia per fidẽ præſentis confeſſionis ſalus gentium eſt.* Pontifici dicitur: *Tu dixiſti*, nam cum Iudæus eſſet; jan finitum erat tempus dicendi, ac loquendi in divinis rebus ad Chriſtum ſpectantibus; at Pilato utpote Gentili ait: *Tu dicis*, quia impræſentiarum jam erat tempus ut Gentiles dicerent, ac loquerentur de Chriſto vel ad Chriſtum. Secundò, in Sacerdote populus Iudaicus ſignificabatur, qui ut oculatiſſimus fuerat ab initio in videndo Chriſtum abſentem, ſic ad præſentiam ejus videndã omnino fuit obcæcatus. In Pilato autem Populus ex lege denotabatur, qui tunc ſolum Dominum vidit, cum præſens Iesus adfuit.

D.Hilar. *Judæi Chriſtum viderunt abſentem, non præſentem è contra Gentiles.*

25. Acceſſit Iacob totus hædinis pellibus contectus ſe Eſaü fingens, ut benedictionem à parente Iſaac obtineret, ubi autem pellium tactu fallitur multa illi ſub benedictionis nomine ventura prædicit. *Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini.* Gen.27.n.28. Cur qui tot futura prævidebat in filii præſentia ſic fallitur? Agebat Iſaac tunc perſonam populi Iudaici, qui totus attendens ad futura prorſus D.Gregor hom.10.in Evangel, ſic ait. *Judæos profectò bene Iſaac cum filium ſuum benediceret deſignabat, qui & caligans oculis, & prophetans, & in præſenti filium non vidit, cum tamen multa in poſterum prævidit.* Propria figura Iudaici populi, qui totus lynceus ad futura fuit, in præſenti cæcus, & erroneus extitit.

Geneſ.27. *Populus Judaicus ad futura lynceus, cæcus in præſentibus.* D.Greg.

*Joan.*18.*n.* 36. Reſpondet Jeſus: Regnum meum non eſt de hoc mundo; ſi ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei utique decertarent, ut non traderer Judæis, nunc autem regnum meum non eſt hinc.

N*um.* 37. Dixit itaque ei Pilatus: ergo Rex es tu? Reſpondit Jeſus, tu dicis; quia Rex ſum ego: Ego in hoc natus ſum; & ad hoc veni in mundum, ut teſtimonium perhibeam veritati. Omnis qui eſt ex veritate, audit vocem meam.

VERSIONES.

Cyprian.n. 36. Regnum meum non eſt de iſto ſæculo, & ſi de iſto ſæculo eſſet.

Origenes. Miniſtri mei utique laborarent.

D.Hilar. Nunc autem regnum meum non eſt de hoc ſæculo.

Arabic. n. 37. Nunquid ergo Rex es tu. Reſpondit Jeſus: Tu dixiſti, quia ſum ego, & ego in hoc natus ſum.

Theophyl. Et ego ad hoc natus ſum.

Pagnin. Ut teſtimonium feram veritati.

Syriacus

Syriacas. Quiſquis eſt ex veritate audit vocem meam.

Marinus. Quiſquis eſt amicus veritatis.

EXPOSITIO IV.

26. RESPONDIT IESUS *Regnum meum.* Supponit Chriſtus D. in ſua reſponſione ſe habere regnum, tamen alta ſapientia diſſolvit; ac enervat omnem adverſariorum accuſationem, & etiam omnem ſolicitudinem à Pilato excludit: *Non eſt de hoc mundo*: id eſt non eſt ex numero regnorum hujus mundi, nam regnum non eſt terrenum, caducum, ex humanis conſtans honoribus, armis, & exercitibus, & divitiis, ac proinde regnum meum non adverſatur imperio, ac regno Cæſaris, ac proinde immeritò apud vos accuſatus ſum ut reus Cæſaris, illiúſq; contrarius
Theoph. *ante omnia demonſtrare voluit vanam de regno ſuo ſuſpicionem ſive gentium, ſive Judæorum.* ait Theophyl. & probat Dominus regnum ſuum non eſſe de genere mundialium regnorum: *Miniſtri mei utique decertarent, ut non traderer Iudæis* Si ergo eſſem Rex mundanus haberem milites, & exercitus, ut pro me pugnarent, ne in Judæorum manus venirem: nunc autem ut vides nec unus quidem miles eſt qui pro me pugnet, ſive lo-
D. Hilar. quatur. *Nunc autem regnum meum non eſt hinc.* ut habet D. Hilar. *De hoc ſæculo,* ſeu de hoc mundo, ſive de conditione regnorum mundialium.
D. Auguſt. Unde exclamat D. Aug. tract. 115. *Audite Judæi, & gentes, audite omnia regna terrena, non impedio dominationem veſtram in hoc mundo regnum meum non eſt de hoc mundo.* De quo latius q. ſeq.

27. *Magna veritatis celſitudo.* *Dixit itaque ei Pilatus.* Ex verbis Chriſti rectè intulit Pilatus. *Ergo Rex es tu*; Cui Dominus reſpondens ait *Tu dicis, quia Rex ſum*; non tamen terrenus & mundanus, ſed cœleſtis ac divinus, *& ego ad hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum.* De cœlo ſcilicet, *ut teſtimoniũ perhibeam veritati.* O magna veritatis celſitudo, quæ tantum, ac talem meruit habere teſtem: docet Dominus finem adventus ſui, non veni in mundum, ut populum falſa doctrina ſubvertam, nec ut tributa dati Cæſari prohibeam, nec ut ejus regnum auferam, ſed ut teſtimonium perhibeam veritati veritatémque doceam: quæ in tribus maximè conſiſtit. Primò in cognitione veri Dei, quod ſcilicet Deus ſit unus eſſentia, & trinus in perſonis. Secundò, In incarnatione filij Dei, quod ſcilicet Chriſtus IEſus filius Dei, verus Meſſias factus homo venit in mundum. *Hæc eſt vita æterna ut cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti JESVM Chri-*
Joan. 17. *ſtum* Joan. 17. n. 3. Tertiò In cognitione veræ beatitudinis, quæ cum vera pœnitentia comparatur. *Pœnitentiam agite appropinquavit regnum cœlorum*
Matth. 3. Matth 3. *Et omnis, qui eſt ex veritate*, veritatis nempe ſtudioſus, ſeu ex veritate, ex Deo, audit vocem meam, ſeu doctrinam, & prædicationem meam.

QUÆSTIO IV.

Quare Chriſtus D. ait Pilato, Regnum meum non eſt de hoc mundo?

28. D. Chryſoſt. IN limine hujus quæſtionis notandum eſt ex D. Chryſoſt. hom. 83. in Joan. *Dicentibus*, ait, *maleficum eſſe, & quo eum arguerent non habentibus, tacuit tamen: & cum de regno interrogatus eſt tunc loquuturus eſt ad Pilatum, erudiens eum, & ad altiora erigens.* Judæi dixerunt ſupra num. 30. de Chriſto D *hic ſi non eſſet malefactor*, ſeu *maleficus*, tantam contumeliam à ſe Dominus non rejicit, ſed cum ſilentio patienter ſuſtinet: ut verò de ſua poteſtate, ac magnitudine interrogatus, reſpondet & ſi non negando, ſaltem temperando & mitigando. *Regnum meum non eſt de hoc mundo* ut inde ad altiora, & ſublimiora erigat Præſidem & eum erudiat: promptioremque ſe oſtendit, ad contumelias, quam ad proprias magnitudines audiendas: *erudiens eum, & ad altiora erigens*: bonum ſcilicet pro malo illi reddens. *Chriſtus promptior ad proprias contumelias, quàm ſuas laudes audiendas.*

Ad quæſtionem difficultas eſt: quomodo dicat Chriſtus D. Regnum meum non eſt de hoc mundo, cum conſtans ſit Theologorum ſententia multis ſcripturæ, ac Patrum teſtimoniis roborata, ut videre eſt apud Suar 3. part. diſp. 48. ſect. 2. concl. 2. Alfonſum Mendoçam de Chriſti regno univerſale rerum omnium dominium; atque gubernationem ipſi Chriſto maximè deberi ratione unionis cum Verbo, proindéque ipſum eſſe ſummum omnium creaturarum regem. 29. *Ratio difficultatis* Suar. Mendoça.

Reſpondeo primò. Quod Chriſtus non negat ſe eſſe regem, ſed ſolum negat regnum ſuum eſſe eo modo, quo ſunt reges tẽporales, nam Chriſti regnum eſt æternum, & ſine fine, liberum ab omni metu, & inſidiis, habens quandam excellentiam & poteſtatem ſuper omnem ordinem ſpiritualem, & temporalem: talia non ſunt regna mundo: unde Chriſtus D, non dixit ut notavit D Aug. tract. 112. Regnum meum non eſt in hoc mundo ſed non eſt de hoc mundo N D Cyrill. lib. 12 in Joan. c. 10. *Regem ſe eſſe non negat, ſed regni Cæſaris ſe non eſſe hoſtem oſtendit, quia ejus regnum terrenum non eſt, ſed cœli, & terræ, cæterarumque rerum omnium* D. Aug. tract. 14. *Erat quidem Rex non talis, qualis ab hominibus fit, ſed talis ut homines reges faceret.* Rupert. *Regnum meum*, ait, *non eſt de hoc mundo, id eſt de arbitrio, vel placito illorum cui ſunt in hoc mundo; non de magnitudine civitatum, vel longis tractibus terrarum, non de multitudine, & fortitudine militum.* 30. D. Auguſt. D. Cyrill. Rupert.

Secundò Theophylactus ait: *Præſentis regni infirmitatem ſignificat, eo quod à miniſtris habet robur; ſupremum autem ſufficiens eſt nullo indigens* Maximè commendat Dominus regni ſui firmitatem, quod miniſtris non indigeat, ſed ex ſe firmum, ac ſtabile ſit, mundana regna hoc habent, ut multos defenſores expoſtulent, felices, & maximè felices, qui miniſtrorum copia non indigent. 31. Theoph. *Magna felicitas altęrius ope non indigere.*

Tertiò, D. Cyprian. ſerm de jejunio ac tentati. Domini. *Ipſe dicit*, ait *regnum ſuum de hoc mundo non eſſe non quod creationem ſuam removens dæmonum ſubjecerit poteſtati, ſed quia in his, qui amorem mundi Dei amori præponunt non dignetur divinitas ſibi facere manſionem* Deus omnium rerum creatarum eſt creator, ſupremuſque omnium gubernator, ac Rex, & tamen ait. *Regnum meum non eſt de hoc mundo*; quia in mundiali regno, mundialia bona præponuntur Deo, inde in eis non poteſt Deus facere manſionem, nec ſedẽ ſuam collocare ſed tanquam alienum ac extraneum à ſe abjicit: *Quia in his, qui amorem mundi Dei amori præponunt, non dignatur divinitas ſibi facere manſionem* 32. D. Cyprian. *Deus ſolum in ſanctis permanet.*

Quartò Noſter D. Cyrill. lib 12. in Joan. c. 10. Cum Chriſtus dixit Regnum meum non eſt de hoc 33. D. Cyrill.

hoc mundo. *Liberavit à formidine Pilatum; qui dignitatem Cæſaris in Judæa ſervare debebat* Chriſtus Dominus verus Rex mundi, quà Deus, & quà homo Deus; quam veritatem interrogatus negare non licebat & quia Pilatus Cæſaris partes agebat, ſe regem eſſe non affirmat omnino, ne Pilatum acerbius ad contentionem de regno exſtimulet, ſed cum ait regnum meum non eſt de hoc mundo, *liberavit è formidine Pilatum* Tanta & tam cæca eſt Principum contentio, ac ambitio, ſuper regni ſui æmulatione, ſeu ut clarius dicam, ſic de regno ſuo æmulatione tanguntur, ut etiam Chriſtum verum Deum oporteat cautè agere in materia regni, ne crudeles iras, & tumultus, bella, & diſſidia excitet, & laceſſat: ne Cæſaris miniſtri perturbentur, non licet Chriſto Deo ſe regem manifeſtè nominare, ne hujus mundi reges, regis appellatione inquirentur, tam cæcus eſt ardor Principum pro tuenda ſua juriſdictione. *Liberavit à formidine Pilatum, qui dignitatem Cæſaris Judæa ſervare debebat.*

Maximo ardore, ac æmulatione fervent reges pro ſuo regno tuendo

34. Quintò. Ait Chriſtus Dominnus, *Regnum meum non eſt de hoc mundo, ſi ex hoc mundo eſſet regnum meum miniſtri mei utique decertarent, ut non traderer Iudæis.* Proponitur motivum quo Chriſtus Dominus probat regnum ſuum maximè diſtare à mundialibus regnis: Nam in mundiali regno *miniſtri decertarent* Mundialis poteſtatis eſt veluti inſeparabilis proprietas, quod ſubditi ſuis regibus vivant pro quibus augendis, dilatandis, ac ampliandis, mille ſe debent exponere injuriis, contentionibus; bellis etiam cum manifeſto diſcrimine vitæ; at verò ab hac decertatione, & contentione longiſſimè diſtat cœleſte regnum, cœleſtiſque politia, in qua omnes pacificè, ac quietè incolumes in Chriſto vivunt, qui pro omnium pace, & quiete vitam dedit. In mundo miniſtri dant vitam pro rege, at in cœleſti Dominus Rex dat vitam pro ſuis.

Rex divinus dat vitam pro ſuis in politia cœleſti non ſic in mundana.

35. Hoc in Chriſto JESU meditatur Paulus ad Coloſſ. n. 18. *Ut ſit in omnibus ipſe principatum tenens, quia in ipſo complacuit omnem plenitudinẽ inhabitare, & per eum reconciliare omnino in ipſũ, pacificans per ſanguinem crucis ejus, ſive quæ in terris; ſive quæ in cælis ſunt.* Maximè conſideranda eſt cæleſtis politia, ipſe enim divinus Rex proprio ſanguini ſuo non pepercit, clavis, & lanceis vitam ſuam exponens, ut quicunq; erant in cælo, ſive in terra, æterna fruerentur pace, & quiete.

Coloſſ. 1. *Chriſtus vitam pro ſuorum quiete.*

36. In mundialibus verò ſubditi non ſibi, ſed regi vivunt. Sic ait Samuël populo. *Hoc erit jus regis qui imperaturus eſt vobis filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis: facietque ſibi equites, & præcurſores quadrigarum ſuarum.* 1. Reg. 8. n. 11. faciet equites & præcurſores ad pugnandum nempe pro regno Nam ut ait D. Sineſ. lib. de Regno *Bellorum Imperator artifex eſt, uti ſutor calceamentorũ*

Subditi dant vitam pro rege.

1. Reg. 8.

Syneſ.

Joan. 18. *n.* 38. Dicit ei Pilatus: quid eſt veritas? & cum hoc dixiſſet, iterum exivit ad Judæos, & dixit eis: ego nullam invenio in eo cauſam.

VERSIONES.

Syriac. Et cum hoc dixiſſet exiit rurſus ad Iudæos, & dixit eis: Ego nec unam quidem cauſam invenio in eo.

Arabicus. Ego non aliquam invenio adverſus eum cauſam

Vatablus. Ego nullam invenio in eo culpam,

Franc. Luc. ex Græco. Nullum invenio in eo crimen.

EXPOSITIO V.

Dicit ei Pilatus quid eſt veritas? Cum Pilatus audiſſet Chriſtum de veritate loquentem, *ad hoc veni in hunc mundum, ut teſtimonium perhibeam veritati.* De veritate Chriſtum interrogat, exiſtimans quod ipſe tanquam Philoſophus de veritatis natura, ac excellentia aliquid diceret, tamen cum tractatio de veritatis natura parum ſpectaſſet ad rem, de qua agebatur, & præcipuè cum ipſe Chriſtum ut virum ſanctum, ac innocentem haberet, & reputaret, ipſúmque inde de manibus ſatellitum liberare intenderet. *Exivit iterum ad Judæos dicens, ego nullam invenio in eo cauſam.* Inde excogitavit medium ad ipſum liberandum, ut in Paſchate de more unus reus dimitteretur, inde proponit populo JESUM, & Barrabam apud ſe ſtatuens, quod Judæi potius vellent JESUM, quam Barrabam. 37.

QUÆSTIO V.

Quare Pilatus de veritate Chriſtum interrogat?

Dixit Chriſtus D. Pilato; *Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, ut teſtimonium perhibeam veritati.* Quo audito Pilatus quæſivit à Chriſto: *Quid eſt veritas?* Senſum literalem jam dixi in expoſitione. Deinde præfata verba: *quid eſt veritas?* expendens Theoph. eleganter ſic ait: *Paucis illis verbis Pilatum rapuit, atque ita ut de veritate interrogaverit quid ſit* In magna humilitate apparebat tunc meus JESUS, & vix pauca verba de veritate commemoravit, & ſtatim Pilatum traxit, ut deſideraret in veritatis cognitionem venire, tam efficax eſt Dei verbum ad animos expiſcandos, ac trahendos. 38.

Theoph. *Valdè efficax Dei verbum ad animos trahendos.*

Secundò D. Hier. epiſt. ad filias Geruntij, ſic ait, Certè *Evangeliſtæ adeò juſtum fuſſe Pilatum commemorant, ut innocentem mallet abſolvere, quã punire, & tamen veritatem quaſi diſcere cupiat, inquirit; Quid ergo dicemus? Inanes ſine dubio mortalium curas, & uniformem mundialium rerum prodidit falſitatem; ibique judicia vera non eſſe ubi ſint mentita negotia, ſéque in rebus carentibus veritate carere vero judicio judicat.* Judex erat Pilatus, & in cauſis tractandis rerum temporalium verſatiſſimus, & unde in judice tam perito tanta veritatis ignorantia? Verſabatur ille in negotiis, rebúſque mundialibus, quæ non ſolum veritatis cognitionem non poſſunt gignere, ſed etiam quamcunq; abolere valent, ſic mundialia negotia mendaciis ſunt plena ut mendaciſſimos pariant tractatores ut in eis nullum veritatis, veſtigium appareat. 39.

D. Hieron. *Mundialia negotia plena mendaciis.*

Tertiò. Pilatus ſagaci ingenio pollebat, & per multos annos Iudæam gubernaverat, quomodo

potuit

potuit veritatem, tanquam quid peregrinum, ac inſolitum reputare, ut interrogaret, quid eſt veritas? Ille erat præſes, ac Romanus prætor, qui tanquam Princeps totam Judæam regebat, ac gubernabat, & inde veritatis notitia laborabat? Princeps enim non puram veritatem, ſed compoſitas adulationes captat, ac percipit, ut videlicet Seneca l 6 de beneficiis: *Defuerat illi*, ſcilicet Principi, *homo ſcilicet qui à falſorum conſenſu, concentuque inter mendacia ſtupentem revocaret, ipſáque conſuetudine pro veris blanda audiendi, ad ignorantiam veri perductum, vindicaret.*

Princeps nõ vera, ſed mendacia audit.

Senec.

QUÆSTIO VIII.

Quare Pilatus interrogans à Chriſto, quid ſit veritas, non audito reſponſo exivit foras ad Judæos?

41. *Volebat Chriſtum liberare.* Lyran.

RAtionem literalem jam dixi in expoſitione, quia Pilatus cognoſcens Chriſti innocentiam, totus erat intentus ad ipſum liberandum. Lyranus. Cauſa fuit, ait, quia jam perceperat Chriſti innocentiam, & Judæorum malitiam; ſciens quod tradidiſſent eum per invidiam, igitur prætermiſſa quæſtione prædicta voluit procedere ad ejus liberationem, ut ſtatim patebit. Et ideò Pilatus noluit conterere tempus in quæſtionibus, ſed Chriſtum dimittere intendit. Ad ſenſum moralem veniamus.

42. Bernard. *Mundiales Principes non valent audire veritatem.*

Primò, D. Bernard. ſerm. in Proverb. 1 3. ſic ait. *Meritò, fratres, Pilatus reverberata facie protinus reſiliivit, & reſponſum non ſuſtinens, egreſſus eſt ad Judæos.* Ubi ſermo incidit de veritate non ſiſtit Pilatus, ſed non expectato reſponſo iterum exiit foras veritatum odore, quaſi reverberata facie reſilit, totus rapidus convertitur ad fabularum mendacia. Hoc vitio maximò laborant Principes, ac Reges ut veritatem non ſuſtineant, ſed procul eam ab aula ſua expellant. Audit Daniel ſomnium à Rege Chaldæo ut ſolvat: *Cœpit intra ſe ipſum cogitare queſi una hora, & cogitationes ejus conturbant illum.* Daniel. 4. n. 16. unde illi conturbatio? Quia dicturus erat veritatem regni. D. Hieron. *Tacitus intellexit ſomnium eſſe contra Regem & condis timorem vultus pallore ſignabat.*

Daniel. 4.

D. Hieron.

43. Euthym.

Secundò Euth *Diſcere cupiens interrogat: quid eſt veritas? Sciens autem, quod mora opus eſſet ad quæſtionem, ſubſiſtit ab interrogatione, confeſtim egreſſus.* Non expectat ſcire, ſed ex eo quod aliqua mora opus eſſet ad veritatem audiendam deterritus eſt, & illico receſſit, tam parva erat ei ſollicitudo veritatis cognoſcendæ, ut nec minimum tempus terere velle pro veritate percipienda, & qui tam parum de veritate curabat, non mirum, quod Judæorum furori ſubſcribens Jeſum interficeret, Egeſyp l. 2. c. 5. ait. *Miſſus Pilatus eſt in Judæam vir improbus, atque in exiguo ponens mendacium. Quid enim non auderet, qui etiam Chriſtum Dominum cruci ſuffixit? Demenſque, qui miniſter eſt ſacrilegi furoris.* Expende in exiguo ponens mendacium.

Cui non eſt cura de veritate omne malum perpetratur.

Egeſyppus.

44. *Id quodquis ignorat exiſtimat non poſſe ab alio intelligi.*

Tertiò. Theoph ait: *Paucis illis verbis Pilatum rapuit, atque ita ut de veritate interrogarit quid ſit. Fermè enim inter homines abolita erat. & ignorabatur ab omnibus.* Propoſita dubitatione quid ſit veritas, Pilatus non expectat reſponſum. Cur Pilate non ſubſiſtis ut interrogata audias, & quid ſit veritas ſcias? Sic arroganter Præfectus de ſua ſapientia præſumebat, ut dubium de veritate, quod ille ignorabat, & proponebat etiam, ſibi perſuaderet à Dei ſapientia non poſſe extricari, ac ſolvi, & inde non expectata reſponſione ſtatim reſilit, ac egreditur, quia neminem eſſe putat, qui quod ipſe peritè ambigit, poſſit ſapienter diſſolvere. *Fermè inter homines abolita eſt, & ignorabatur ab omnibus.*

45. D. Hieron. *In mundano tribunali, nulla eſt veritas.*

Quartò D. Hieron ait: *Quomodo vobis illos licet adire: qui etiam ſuo judicio neſciunt veritatem? Quandoquidem Pilatus ex ipſorum curia ſic loquitur ad Dominum. Quid eſt veritas? Nempe hic judex erat negotia, cauſáſque litigantium ſolvebat.* Pilatus mundanus judex, ac Præſes, ejúſque tribunal mundanum, inde propoſita quæſtione de veritate foras exiit, coram mundano judice nulla poteſt eſſe veritatis tractatio, & ideò ne veritatis verbis locum det, foras exiit, *Quomodo vobis illos licet adire?*

46. Lyranus.

Quintò Lyranus. *Per hoc autem,* ait, *quod non expectavit Chriſti reſponſum, ſignificata fuit ejus inſtabilitas, quia timore Cæſaris, & favore Judæorum à veritate declinavit dando ſententiam contra Chriſtum, & ſic hodie faciunt multi judices timore, vel favore à veritate judicii declinantes.* Interrogat Pilatus de veritate, & tamen ſtatim tergiverſatur, & nihil de ea audire vult, unde hoc? Pilatus totus tenebatur Cæſaris timore; totúſque tenebatur favore populi Judæorum, cujus gratiam expiſcare volebat, & qui totus dependebat à timore Cæſaris ac à favore Judæorum, nihil de veritate cognoſcere volebat, ſed alienas ſemitas omnino à veritate intendebat, minimè poteſt veritatem dicere, qui alium timet, vel alterius gratiam expectat.

Qui alium timet, & alterius favorem expectat alienus à veritate.

47. Hugo Vict.

Sextò Hugo Victorinus in allegor. Tilman. *Fecit quæſtionem, ait, & non expectavit ſolutionem: ſic multi tranſitorio favore converſi ad Deum vera bona deſiderare incipiunt; ſed eadem mentis mutabilitate iterum ad tranſitoria effuſi affectu, in mentis propoſito non perſiſtunt.* De veritate perquirit Pilatus, & reſponſo non expectato ſtatim egreditur ad Judæos; multi enim ſunt, qui vix convertuntur ad Dominum, & ſtatim tranſeunt ad creaturas de quibus maximè admiratur Paulus ad Galat. 1. n. 6. *Miror quod ſic tam citò transferimini ab eo, qui vos vocavit in gratiam Chriſti JESU in aliud Evangelium.* Valdè mirabile eſt quod tam acceleratè à vero ad falſum, à luce ad tenebras ſe abſque ullo judicio vel electione ſeſe tranſtuliſſent.

Multi non perſiſtunt in ſua converſione.

Galat. 1.

Matth. 27. *n.* 12. Et cum accuſaretur à principibus Sacerdotum, & ſenioribus, nihil reſpondit.

Num. 13. Tunc dicit illi Pilatus: non audis quanta adverſùm te dicunt teſtimonia.

Num. 14. Et non reſpondit ei ullum verbum, ita ut miraretur Præſes vehementer.

VERSIONES.

Syriacus, n. 12. Quum accuſarent eum Principes Sacerdotum, & ſeniores, nec verbum quidem ipſe reſpondit.

Vatabl.

*Vatabl.n.*13. Non audis quam multa adverſùm te teſtificantur.

Chryſoſt. Adverſùm te teſtantur.

Arias.n. 4. Et non reſpondit ei ullum verbum.

Syriacus. Neque reddidit ei rationem, ne verbum quidem ullum, & de hac re admirationi fuit valdè.

ALTER TEXTUS.

*Marc.*15.*n.*3. Et accuſabant eum ſummi Sacerdotes in multis.

*Num.*4. Pilatus autem rurſum interrogavit eum dicens, non reſpondes quidquam? Vide in quantis te accuſant?

*Num.*5. Jeſus autem amplius nihil reſpondit, ita ut miraretur Pilatus.

*Luc.*23.*n.*5. At illi invaleſcebant dicentes: commovet populum docens per univerſam Judæam incipiens à Galilæa uſque huc.

*Num.*6. Pilatus autem audiens Galilæam, interrogavit eum ſi homo Galilæus eſſet.

*Num.*7. Et ut cognovit, quod de Herodis poteſtate eſſet, remiſit eum ad Herodem, qui & ipſe Hieroſolymis erat illis diebus.

EXPOSITIO VI.

48. DIxit Pilatus ad Principes Sacerdotum, ut ſcribunt D Luc. & Joan. *Ego nullam invenio in eo cauſam*, quod valdè illi iniquo, ac acerbo tulerunt animo Chriſtum innocentem, ac liberum ab omni crimine à Præſide publicari. Tunc Judæi rabido furore agitati, *Invaleſcebant.* Syriacus *Clamabant.*, magnis vocibus *commovet populum*, ſeu perturbat, ſeu in ſeditionem excitat omnem populum; *docens*, falſam ſcilicet doctrinam *per univerſam Judæam*; non in una, vel altera Provincia Iudææ, ſed in omni Provincia, incipiens à Galilæa, *uſque huc* uſque ad hanc nempe civitatem Ieruſalem. Tunc ſcribit D. Matth. *Et cum accuſaretur à Principibus Sacerdotum.* D.Aug. lib. 3. de conſenſ. Evang c 8. *Lucas etiam ipſa crimina, quæ illi falsò objecerunt aperuit.* At Jesus nihil reſpondit ſilentio ſuo omnia refutans.

Syriacus.

D.Auguſt.

49. *Tunc dicit illi Pilatus*, qui Chriſtum è domo ſua eduxerat foras, ut Principum, ac ſeniorum audiret accuſationes, & cum Chriſtus omnino taceret, ipſe præſes eum excitat, ut pro ſe dicat, ac loquatur, *& non reſpondit ei ad ullum verbum*: ſeu non reſpondit ei ullum verbum, ita ut miraretur Pilatus Chriſti innocentiam, ſilentium, fortitudinem, ac modeſtiam, quæ tam eminenti gradu reſplendebant in Chriſto, ut ipſe judex ſine ullo patrocinio non voluerit de manibus Iudæorum liberare. Eleganter D Athanaſ. ſerm. de Paſſion & Cruce, ſic ait: *Magnum id certè*, ait, *& mirificum in Servatore, qui tacendo, & non reſpondendo tam efficax erat in perſuadendo, ut judex ultro factiones, conſpirationéſque adverſus eum initas agnoſcere, & confiteretur.*

D.Athan.

QUÆSTIO VII.

Quare Chriſtus D. qui aliquando reſpondit Pilato, nunc tacet?

NOtandum, quod Chriſtus Dominus nunc tacet qui aliquando Pilato reſpondit, ut vidimus ſupra in hoc cap. Ioan. 18. n 36. *Regnum meum non eſt de hoc mundo.* Et iterum n. 37. *Tu dicis, quia Rex ego ſum.* Reſpondet D. Chryſ hom. 87. in Matth *Tamen*, ait, *in ipſum malignabantur, & perverſo judicio agebant contra ipſum; propter hoc nihil reſpondet, & ſi aliquando reſpondet, brevia quidem dicit, ne continuata taciturnitate pertinaciæ opinio de ipſo accipiatur.* Chriſtus Dominus inter calumnias aliquando tacet, & aliquando reſpondet, & cur non ſemper tacet quod magis videbatur adſcribi poſſe patientiæ; Ne id quod ex patientiæ, ac modeſtiæ fiebat cauſa, *pertinaciæ* imputaretur, & ideò viſum fuit ſapientiæ Dei incarnatæ inter ipſas falſas criminationes non ſemper tacere. *Aliquando reſpondet, ne continua taciturnitate pertinaciæ opinio de ipſo accipiantur.* Ad quæſtionem. 50.

D. Chryſ. *Pertinaciæ opinio, maximè fugienda.*

Cur Chriſtus Dominus modò tam altè tacet? De Chriſti ſilentio coram Caipha, jam multa dixi, ſupra hoc libro, c. 4 q. 12 Nunc de Chriſti ſilentio coram Pilato breviter agendum, nam omnia ſupra dicta poſſunt hic commodari. Ad quæſtionem. 51.

Primò reſpondeo Tacuit Chriſtus, & nihil reſpondit, quia omnia, quæ contra eum opponebantur manifeſtè, & apertè erant falſa; & reſponſione indigna. præclarè D. Aug. ſerm. 118. de Temp. ait, *Accuſationem ſuam Dominus tacendo non firmat, ſed deſpicit, non repellendo: melior eſt cauſa, quæ non defenditur, & probatur: plenior juſtitia, quæ non verbis adſtruitur, ſed veritate fulcitur. Taceat lingua neceſſe eſt, ubi ipſa veritas ſibi adeſt. Nolo ſic defendi juſtitiam, ſicut ſolet iniquitas excuſari.* Pro iniquitate excuſanda multa fiunt Rhetoricorum verba; at virtus ſola ſua veritate gaudet probari. Hinc Dominus inter falſiſſima teſtimonia à voce abſtinuit, ut magis evidentius innocentiam ſuam animumq; ſuum regium, ac liberum ab omni ſervitute peccati oſtenderet. Unde de hoc Chriſti ſilentio ait D Ambr. lib. 10. in Lucam *Illud tamen præſtantiſſimum, quod maluit ſe regem probare, quam dicere.* Dominus cauſam ſuã tuetur, ſéque verum regem oſtendit non verbis, ſed operibus. 52.

D. Auguſt.

Virtus potius oſtenditur ſilentio, quam verbis.

D. Ambroſ.

Secundò. Idem Divus Auguſtinus cit. hic ait: *Cum Chriſtus condemnatur, exuperat; cum judicatur vincit; ſicut ait Propheta*: ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum judicaris. Pſal. 50. *Qui ergo opus erat ei loqui ante judicium cui ipſum judicium erat plena victoria? Vincit ergo cum judicatur Chriſtus, quia ſic innocens approbatur, unde ait Pilatus innocens ego ſum à ſanguine juſti hujus.* Tacet Chriſtus, & non reſpondet; Et ad quid reſpondet *Cui ipſum judicium erat plena victoria.* O magna innocentiæ vis? In iniquorum judicio victrix ipſa triumphat, quando pro damnationis ſententia ſuæ integritatis acquirit teſtimonium à judice; *Ego nullam invenio in eo cauſam*, & iterum. *Innocens ego ſum à ſanguine* 53.

D. Auguſt.

Innocentia vincit, ac triumphat in judicio.

D. Maxim. *guine juſti hujus.* Quod etiam habet D. Maxim. homil.

Tertiò. D. Ambroſ. citato lib. 10. in Lucam. *Cur Dominus tacuerit, ait, ipſe præmiſit dicens ſi dixero vobis, non creditis mihi.* Sciebat Jesus fruſtraneam futuram eſſe reſponſionem ſuam, & ex illa

D. Hieron. Judæos maximè irritandos eſſe. Quartò, D. Hier. ſic ait, *JESUS autem nihil reſpondere voluit, ne crimen diluens à præſide dimitteretur, & crucis utilitas differretur.*

55. D. Ephrem. *Juſtus fugit loqui cum mendacibus, ac deceptoribus.* Quintò, D. Ephrem orat. de malo linguæ ſic ait: *Os proditori oſculandum exhibuit, & deceptori reſponſum dare noluit.* Cavit Dominus cum deceptoribus, ac mendacibus habere ſermonem & qui os proditoris non refugit, & corpus ſuum tortoribus, non negavit; negavit mendacibus reſponſum, ac verbum aliquod dare. Cum accuſata Suſanna damnatur à judicibus ad mortem, & converſa ad Deum, ſic exclamans dicit. *Domine ſcis, quoniam falſum teſtimonium tu-*

Dan. 14. *lerunt contra me,* Daniel. 14. n. 43, ſi ducitur, ut lapidibus obruatur, cur non loquitur, ac dicit ſive in defenſionem ſuam, ſive in teſtimonium ſuæ innocentiæ. Maluit ſancta, ac prudens fœmina lapidibus obrui quam eum viris fallacibus, ac mendacibus, & populi deceptoribus verbami ſcere.

QUÆSTIO VIII.

Quare ex tanto Chriſti ſilentio admiratur Præſes.

56. *Sæpè ſæculares magis obſervantes quam Eccleſiaſtici.* Non reſpondit Chriſtus, *ita ut miraretur Præſes vehementer.* Tacentem Chriſtum æquanimiter fert Pilatus, ne illius ſilentium in ſui contemptum interpretatur. At Pontifices Judæorum tacentem dominum adjurant, ut loquatur, *Adjuro te per Deum vivum, ut dicas no-*

Matth. 26. *bis ſi tu es Chriſtus* Matth 26. n. 63. & loquentem de blaſphemia arguunt, minus impius extitit Gētilis hic homo, quam populi Dei Pontifices, quos invidia obcæcaverat, ſuperbia poſſederat. Ad quæſtionem.

57. D. Paſchaſ. *Miraculoſa Chriſti fortitudo.* Rectè reſpondet D. Paſchaſ. lib. 12. in Matth. *Mirabatur Pilatus, cum videret eum tam tranquillum adſtare, tam mitem & quietum, cum omni gravitate imperterritum, qui petebatur ad mortem & in nullo movebatur affectu. Fortior namque erat in eo virtus, quam humana natura ſe hebebat. Et ideò poterat non ſolum admirari Pilatus, verum etiam magno miraculo admirari valde, ut exhibitus homo ad criminale judicium, & adjudicatus morti imperturbabilis maneret, & imperterritus. Ut ſtaret ante mortem, quæ omnibus terribilis eſt ſine ullo pavore mortis, & taceret ſine ulla defenſione ſua & cum poſſet ſe ſi vellet in judicio defendere,* Mirabatur Præſes hominis inauditam fortitudinem, qui inter tot teſtimonia lethalia ſic imperturbatus eſſet ut mallet tacere, quam verbum ullum inutilis defenſionis, aut deprecationis proferre. Et quis neget hoc admiraculoſam fortitudinem, & conſtantiam ſpectare.

58. Jerem. 20. *Percuſſit Phaſſur Jeremiam Prophetam, & miſit in carcerē.* Jerem. 20. n. 2. iniquè ac injuſtè offenſus Jeremias Propheta nil queritur, nec unum verbum loquitur, ſequenti die extractus à nervo durè, ac rigidè punit Phaſſur, *Et dixit ad eum Jeremias*, &c. Ibidem n 3. Qui injuria affectus omnino tacet modo libertate donatus tam largè, ac diffusè loquitur, ut divina virtus in Prophera patefieret; qui inter iniquas injurias ſciebat obmuteſcere, ac os omnino compeſcere D Hieron ait. *Advertenda Prophetæ patientia, atque prudentia, quod miſſus in carcerem tacet, & ſilentio vincit injuriam.* *Divina virtus inter injurias tacere.* D. Hieron.

CAPUT VIII.

Jeſus apud Herodem.

Luc. 23. *n.* 8. Herodes autem viſo Jeſu gaviſus eſt valdè: erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quod audierat multa de eo, & ſperabat ſignum aliquod videre ab eo fieri.

Num. 9. Interrogabat autem eum multis ſermonibus. At ipſe nihil illi reſpondebat.

VERSIONES.

Syriac. n. 8. Herodes autem cum vidiſſet Jeſum gaviſus eſt vehementer, deſiderabat enim eum videre à multo tempore, eo quod audierat de eo quam plurima.

Tertull. lib. 4. *contra Marc.* Delectatus eſt Herodes viſo Jeſu.

Theoph. Vatabl. Tenebatur autem multo jã tempore cupiditate videndi illum: & ſperabat ſe ſignum aliquod viſurum ab eo editum.

Arabicus. Deſiderabat ex longo tempore videre eum, quod audierat multas res de eo.

Syriac. n. 9. Et ſermonibus multis interrogavit eum: Jeſus verò nullum ei reſponſum dedit.

Arabicus. Interrogabat eum de multis.

Tertull. citatus. Nec vocem ullam ab eo audivit.

EXPOSITIO I.

Herodes autem viſo JESU gaviſus eſt valde, non ex devotione, aut ex deſiderio ſuæ ſalutis, ſed ex curioſitate, cujus gaudij ratio ſubjungitur. *Erat enim ex multo tempore cupiens videre eum.* Diu optavit Jesum videre præſertim ex eo tempore, quo decollavit Joannem, quia poſt hoc cæpit Jesus magis publicare, ac miracula facere, itaque fama ejus ad Herodem pervenit. *Et audierat multa de eo,* laude, ac cōmendatione digna, *& ſperabat ſignum aliquod;* miraculum nempè I.

videre

videre ab eo fieri, quod ipſius oculos delectaret, *& fieri ab eo*: in honorem regiæ majeſtatis, vel ea cauſa ut liberari poſſet ex inimicorum manibus.

2. Carthuſ. *Interrogabat autem eum multis ſermonibus.* Ad curioſitatem, vanitatémque ſpectantibus, quiſnam eſſet an Ioannes ex mortuis redivivus, vel aliquis ex antiquis Prophetis. Vel ut ait Carthuſianus an eſſet ille, ob quem Pater ſuus infantes fecit occidi. *At ipſe nihil ei reſpondebat.* Non ſolum nullum miraculum coram eo fecit; ſed etiam multis verbis interrogatus, nec ullum verbum ei reſpondit, indignum ſua reſponſione eum Dominus judicavit.

QUÆSTIO I.

Quare Chriſtus remittitur ad Herodem, qui Domini præſentia gaviſus eſt, tres quæſtiones expendo?

3. Quæſtio 1. *Quiſnam eſſet Herodes.* QUæſtio prima. Quiſnam eſſet iſte Herodes? Erat ille Herodes, qui cognomine dictus eſt Antipas, filius Herodis magni, ſeu Idumæi, Innocentium interfectoris, Iſte autem Herodes Antipas Baptiſtam interfecit, erat Tetrarcha Galilææ ut ſcribunt D Lucas c. 3. n. 1. D. Matth. cap. 14. n. 9. & D. Marc. c. 6. n. 14. Eum regem appellant, nam Tetrarcha poteſtate ſimili regia gaudebat; de hoc Herode egi tom. 2. c. 4. q. 1. n. 3. (Matth 14. Marc. 6.)

4. Quæſtio 2. Quæſtio 2. Quare Chriſtus remittitur ad Herodem; audiens Pilatus Chriſtum Dominum eſſe Galilæum, ut vidimus ad finem ſuperioris c. ex D. Luca c. 23. n. 7. Chriſtum ad Herodem duci imperavit; Herodem judicem Judæi non recuſarunt, cum ejus iniquitas eſſet nota, nam ſicut ille Baptiſtam occiderat, ita quoque Chriſtum occiſurum ſperabant. (Luc. 23.)

5. Theoph. *Voluit Pilatus à ſe ablegare Chriſti cauſam.* Ad quæſtionem reſpondet Theoph. *Romanorum legem ſequens Pilatus mittit Dominum ad Herodem. Illa enim cavet, ut unuſquiſque à Principe ſuæ regionis judicetur. Ideo & tanquam Galilæum JESUM mittit Principi Galilææ.* Genuina ratio eſt, quia Pilatus bene ſciebat, quod priores Iudæorum, ac multi de populo conjuraverant contra Chriſtum Dominum *per invidiam*, ut ait D. Matth 27. n. 18. & quia non poterat liberare Dominum de eorum manibus, quin ad mortem traderetur, volebat ergo Pilatus ſeipſum liberare à cognitione illius cauſæ; ut ergo eam à ſe ablegaret, Chriſtum ad Herodem remittit, quod etiam divina providentia factum eſt, ut non obſtantibus tantis Iudæorum criminationibus Chriſti innocentia, ac ſanctitas in omni tribunali reſplenderet, ac pateſieret. (Matth. 27.)

6. *Diſtantia palatii Herodis à Pilati prætorio.* Hanc etiam pœnam inter cæteras ſuſtinuit pro nobis Jesus, quod fatigatus tantis injuriis per totam noctem in Caiphæ domo, ac tot, & tantis interrogationibus in aula Pilati, conſtrictus vinculis ductus ſit ad Herodis palatium, itinere tercentorum quinquaginta greſſuum, ut ait Adrichomius, tam variis, ac multis judicibus exhibitus judicandus. (Adrichom.)

7. Quæſtio 3. Quæſtio 3. Quare Herodes gaviſus eſt viſo Jesu? Ex curioſitate nempe quam rationem aſſignat Textus; *Erat enim ex multo tempore cupiens videre eum.* Eo quod audierat multa de eo referri & ſperabat in præſentia ſua aliquod miraculum fieri ab eo; confer modo deſiderium Herodis cum deſiderio Zachæi. Herodes *erat ex multo tempore cupiens videre eum.* Ait ipſe ſubſiſtit in ſe, & nihil ad hoc negotium implendum exhibet; *At Zachæus quærebat videre JESUM.* Luc. 19. n. 3. Ad hoc multa præſtat, *Præcurrens aſcendit in arborem Sycomorum* Ut optata Domini præſentia frueretur. Per quod denotatur, quod non ſufficit bonum deſiderium, ſed neceſſarium eſt, ut opus illi adjungatur; quam plurimi enim bonis deſideriis cruciantur in inferno. (Luc. 19. *Cum bono deſiderio jungenda ſunt opera.*)

8. *Impius valdè moroſus ad audiendum Dei verbum.* Valdè mirum ſanè, quod cum Herodes eſſet ex multo tempore cupiens videre Iesum, & ipſe Iesus frequenter prædicabat in Galilæa, quod nunquam ad eum audiendum exierit fortè, quia faſtus regius eum revocabat; factus enim multos nobiles à concionibus revocat. 2. quia dedignabatur exire ad illum audiendum, ac videndum 3. quia mala conſcientia ſemper timida, Herodes adulter timebat audire à Chriſto, quod audierat à Baptiſta. *Non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Cap. 6 Marc. 4. quia mali ſemper pigri, ac negligentes ad audiendum Dei verbum, ad quod Dominus frequenter eos urgebat. Deuter. 4. n. 1. cap. 5. n. 5. cap. 9. n. 1. *Audi Iſraël.* hac etiam via agit auditores Baruch. 3. num. *Audi Iſraël mandata vitæ.* Iſai. 48. num. 1. *Audite hæc domus Jacob.* Idem movebat Pſalm. 49. n. 7. *Audi populus meus, & loquar,* &c. D. Chriſoſtomus ait *Erant enim pigri, ac negligentes, & ne tantillum quidem legum lectionibus quietam præſtabant audientiam*, &c. (Marc. 4. Deut. 4. Baruch 3. Iſai. 48. Pſalm. 49. D. Chryſ.)

9. *Objectio.* Dices. Herodes exiſtimabat Chriſtum eſſe *Ioannem à mortuis excitatum. Quem ego decollavi Joannem, hic à mortuis reſurrexit.* Marc. 6. n. 16. Et iterum ibidem num. 14. *Dicebat Herodes: quia Joannes Baptiſta reſurrexit à mortuis, & propterea virtutes operantur in illo.* Quomodo ergo poterat deſiderare videre Chriſtum ſi ipſum exiſtimabat Joannem Baptiſtam, quem interfecerat, à quo timeret ne ſaltem per miraculum interficeretur. Reſpondetur, quod Herodes dubitaverat an eſſet Joannes vitæ reſtitutus, vel fortè quod mutaverit ſententiam. Vel dicam, quod ita fortè agitabatur curioſitate videndi Chriſtum, ut de vitæ periculo non recordaretur. (Marc. 6. *Pro curioſitate vitam contemnebat*)

10. Dices 2. Dixerunt Phariſæi Luc. 23. num. 31. Chriſto Domino. *Exi hinc, quia Herodes vult te occidere.* Reſpondet Barradas Phariſæos fuiſſe deceptos vel hoc finxiſſe: potuit etiam Herodes animum mutare, ut frequenter evenit in humana voluntare. (Luc. 23. Barradas.)

QUÆSTIO II.

Quare Chriſtus Dominus, nec verbum aliquod reſpondit Herodi, nec miraculum aliquod coram eo edidit?

11. *Difficultas quæſtionis.* HErodes, ut ait Evangeliſta multis ſermonibus interrogabat Dominum. Nimirum an eſſet Meſſias, qualiſnam erat illius doctrina, quinam diſcipuli, cujuſnam criminis erat reus, ob quod accuſabatur, quænam eſſet

ejus

ejus poteſtas,qua tot miracula faciebat, quorum
unum ipſe maximè deſiderabat videre, at Chri-
ſtus nec reſpondit ei aliquod verbum,nec ſignum
aliquod coram eo edidit; cujus rationem inqui-
rit quæſtio.

12. Reſpondet Primò D Gregor in cap 31. Jobi ad
D.Greg. illa verba expavit ſic ait, *Quia vidit Chriſtus He-
rodem non quærere profectum, ſed ſigna, vel ſcien-
tiam velle mirari: requiſitus, ab eo tacuit.* Similia
habet in c 12 Job. ad illa verba. *Lampas contēpta,*
Chriſtus ſolum attendebat ad profectū, & non ad curioſitatem. Chriſtus Dominus lāpas fulgens,& lucens opere,
& doctrina,tamen apud Herodem radiis ſuæ lu-
cis non emicuit,quia illa non ad profectum,ac u-
tilitatem animæ quærebat, ſed ad quandam cu-
rioſitatem,ac oblationem. Sic ait Gregor. proxi-
Euthym. mè citatus. *Quia ei, qui ſe non piè, ſed curioſè quæ-
ſierat, nihil de ſe mirabile oſtendit.* Euthym. *Nihil
reſpondit Chriſtus Herodi, ait, ſciens, eum velle ſig-
Theoph. num videre, non utilitatis cauſa, ſed oblectationis.*
13. Similiter Theophylactus.
Carthuſ. Secundò. Carthuſianus, ait, *Noluit coram Herode
concionari, & miracula patrare: quia ſi id feciſſet
Cajetan. omnino eum liberaſſet à Judæorum poteſtate.* Cajeta-
nus inquit: *Ex parte Herodes in promptu eſt me-
ritum, quia curioſè movetur ad interrogandum; ex
parte autem Chriſti ratio fuit, ne impediret paſſio-
Franc. Luc nem.* Franciſc. Lucas, dat intelligendum Evangeli-
Chriſtus volebat adimplere diſpēſationem noſtræ ſalutis. ſta,quod Herodes facilè abſolviſſet, ac liberaſſet
Jeſum,ſi aliquod miraculum in ejus conſpectu o-
peraretur; ſed ſicut Jeſus decreverat miraculis,ac
ſermonibus uti,non ad auditorum curioſitatem,
vel ad propriam jactantiam, ita etiam nec ad
ſuam ipſius,à morte corporis liberationem,quam
decreverat pro hominum ſalute obire:

14. Tertiò. Titus Boſtrenſ. ait *Sed neque decebat,
Boſtrenſis, ut cœleſtia ſigna coram eo ederet, cui præſtigiis ſpe-
Aſſuetus prophanis indignus ad divina. ctanais quam divinæ virtutis miraculis cognoſcen-
dis addictior erat.* Herodes maximè deditus erat
comædiis, tragædiis, conviviis, ac ſaltationibus,
& qui talibus ſtudiis erat maximè applicatus,
omnino indignus erat, ut divina Chriſti opera
inſpiceret.

15. Quartò. Chriſtus Dominus interrogatus à Caï-
Matth 26. pha, an eſſet Chriſtus filius Dei reſpondit. *Tu di-
Joan 18. xiſti.* Matth. 2 .n. 64. Interrogatus à Pilato ait
Theophyl. illi. *Tu dicis* Ioan 18.n.37. modò verò interroga-
ab Herode, nihil reſpondit. Theophyl. ſic ait.
*Herodi autem prorſus nihil reſpondit, quandoqui-
Illuſori non eſt reſpondendum. dem illuſor erat.* Caiphas,& Pilatus inimici: Hero-
des illuſor; inimicis licet reſpondere; illuſori au-
tem magna eſt prudentia, nihil dicere, ac reſpon-
dere, ne ei anſa detur ad majores irriſiones, ac
ſubſannationes.

16. Quintò. D. Ambroſ. lib 10. in Lucam. *Neque
D. Ambr. ait, Herodes merebatur videre divina; Dominus
Carthuſ. jactantiam declinabat.* Similiter Carthuſian. *No-
luit reſpondere, ait, & miraculum facere coram rege
ut exemplum nobis præberet fugiendi oſtentationem
coram magnatibus.* Cujus documentum utinam
ſequantur Magiſtri, ac Prædicatores. Sunt etiam,
Barradas. ut Barradas, qui dicunt, quod Dominus noluit
reſpondere Herodi, quia vocem Domini occi-
derat, Joannem nempe Baptiſtam, qui de ſe di-
xit: *Ego vox clamantis in deſertis.* Ac ſi diceret.
Sileo, quia vocem meam, meum Baptiſtam mi-
hi eripuiſti.

17. Quæret aliquis cur Chriſtus Dominus Hero-
Salmeiron. dem non reprehendit non correxit de adulterio,
Non reprehenditur incorrigibilis. quod præſtare Ioannes conſueverat? Salmeiron.
tom.10. tract. 27. *Videbat, ait, regem immedicabilem
correptioniſque minimè capacem, & ſicut non audi-
vit Joannem, nec hunc iſtum audiſſet.*

Luc. 23.*n.*10. Stabant autem principes Sa-
cerdotum, Scribæ conſtanter
accuſantes eum.

Syriacus Sprevit autem illum Herodes
cum exercitu ſuo: & illuſit in-
dutum veſte alba, & remiſit ad
Pilatum.

VERSIONES.

Euthym.n. 10. Stabant autem ſummi Sa-
cerdotes.

Syriacus Ac pertinaciter accuſabāt eum.

Vatablus. Acriter accuſantes eum.

Cajetanus. Intentè accuſantes eum.

Syriac.n. 11. Herodes verò deſpicatui
eum habuit ipſe, & milites ejus:
quúmque illuſiſſet ei, induit
eum veſte coccinea, & remiſit
eum ad Pilatum.

Vatabl. Pagnin. Cum autem ſpreviſſet il-
lum Herodes cum exercitibus
ſuis, illuſiſſetque illi indutum
veſte ſpendida, remiſit ad Pi-
latum.

Arias. Nihili facientes autem illum
Herodes cum exercitu ſuo il-
ludens, amiciens eum ve-
ſtem ſplendidam, remiſit eum
Pilato.

Franc. Luc. ex Græco. Illuſit indutum veſte
Præclara.

EXPOSITIO II.

S*TABANT autem Principes Sacerdotum.* 18
Cum Ieſus ſtaret coram Herode, tanquam
judice, ac principe. Stabant magnates Iu-
dæorum, ac principes Sacerdotum, *conſtan-
ter*, acriter, pertinaciter, continuè magnis
vocibus, ac clamoribus, Chriſtum accuſan-
tes, maximè timentes, ne Dominus pro ſe ſa-
pientiſſimè reſponderet néve dimitteret ab
Herode, qui ipſi totis viribus ad mortem poſtu-
labnt.

Sprevit autem illum Herodes cum exercitu ſuo 19.
Seu ut alii legunt; *Deſpectui habuit nihili faciens.*
ac proinde principū criminatoribus nullo mo-
do commotus fuit ut Chriſtum condemnaret, ſed
judicavit eſſe contemnendum, ut ſemifatuum, vel
ut ait Cajetanus tanquam loquacem, qui igno- Caietan.
ranter, ac fatuè regem ſe eſſe dicebat; quo ut *Variæ lectiones.*
indicaret *illuſit*, ſeu eum ludibrio habuit, *indu-
tum veſte alba.* Syriacus, *veſte coccinea*, alij *veſte
ſplendida, præclara*; veſtis enim alba, veſtis eſt *Quid veſtis alba?*
ſplendida, ac præclara, illáque viri nobiles, ac
magni utebantur, juxta illud Iacob. 2. num. 2. Jacob. 2.
*Si introieris in conventum veſtrum vir in veſte
candida.* Et ita apud Romanos, qui magiſtra-
tu functi fuerant, veſte candida utebantur, à
qua candidati dicebantur; veſtis autem coccinea
propria

propria Regum,& ita hæ veſtes fuerunt adhibitæ ab Herode,ac ejus exercitu illudendi, ac ſubſannandi cauſa, ac pro ludibrio,ac irriſione habendum eſſe,quod Chriſtus Rex diceretur; tamen alta divina providentia factum eſt, ut Chriſti
S.Ambroſ. innocentia manifeſtaretur. D.Ambroſ.lib. 10. in Lucam. *Non otioſum,* ait, *eſt quod alba veſte induitur Dominus ab Herode, immaculata tribuens indicia paſſionis, quod Agnus Dei ſine macula cum gloria peccata mundi ſuſciperet.*

20. Cajetan. *Et remiſit ad Pilatum.* Cajetanus exiſtimat, quod alba veſte depoſita, veriſimilius multi opinantur Dominum duxiſſe albam veſtem, uſque ad Pilati domum; & colligitur ex textu, *Illuſit indutum veſte alba, & remiſit ad Pilatum.* Conjunctio illa, *&*, id eſt ut ſic remiſit; & ut multi conſiderant, Jeſus reductus eſt ad Pilatum, alia via,eaque longiore, quam venerat, pluribus innoteſceret ejus comprehenſio,pluresque à principibus Sacerdotum excitarentur ut mortem ejus extorquerent.

Chriſtus alia via reductus.

QUÆSTIO III.

Quare Herodes Chriſtum Dominum ſprevit?

21. VAlde conſtans, ac admirabile extitit Chriſti Domini ſilentium, tam apud Pilatum, quam apud Herodem. Tamen de Pilato homine Ethnico, ait Divus Matth. *Non reſpondit ei ad ullũ verbum,ita ut miraretur Præſes vehementer.* De Herode vero Judæo,ac in lege enutrito, ait, D. Lucas: *Sprevit illum Herodes cum exercitu ſuo, & illuſit.* Sic ſæpè contingit,qui arctiore jure tenentur, magis deficiunt. Ad quæſtionem.

Arctiore jure aſtricti deficiunt.

22. Primò. Litteralis ratio jam appoſita eſt in expoſitione, Nam cum Chriſtus Dominus non reſpondiſſet. Herodi, nec aliquod ſignum feciſſet, quod ipſe optaverat, inde Dominum ut fatuum ſpernit,& per irriſionem,ac ludibrium eum veſte alba induit,ut dixi in expoſitione,cum quiſpiam alterius votis non reſpondet, ſtatim ut inſanus, ac fatuus habetur. Prophetæ cum pronuntiarent amara tanquam inſani reputabantur à principibus, unde cum quidam puer Prophetæ locutus eſſet Iehu, *Socij dixerunt ei, quid ad te inſanus iſte,* 4.Reg.19.n.11.

Qui non ſatisfacit optatis, inſanus judicatur.

4. Reg. 19.

23. Theoph. Secundò. Theophylactus ait. *Herodes congerit deriſiones,& opprobria in Chriſtum: ex quibus declaratur, quod Dominus ſeditioſus non ſit.* Herodes Chriſtum ſprevit, *illuſit indultum veſte alba*, quo facto Chriſti accuſatores mendaces declaravit, nam ipſi eum accuſabant ut ſeditioſum, ac ſubvertentem gentem. Lucæ 23. n. 2. Seditioſus regni non ſpernitur, ac cum deriſione dimittitur à Rege, ecce principes Sacerdotum qui Chriſtum deferebant, ut ab Herode condemnaretur ipſi ut faſarii, ac condemnati exeunt.

Luc. 23.

Iniqui dum accuſant, condemnantur.

24. D.Gregor. Tertiò. Divus Gregorius in Catena Divi Thomæ. *Inquiſitus ergo redemptor tacuit, expectatus miracula adhibere contempſit: magis eligens apertè à ſuperbientibus deſpici, quam à non credentibus vacua voce laudari.* Chriſtus interrogatus à Rege nec Reſpondit aliquod verbũ,nec aliquando operatur miraculũ, quod maximè à circumſtantibus poterat laudari, ſciens optimè quod ſi non reſpondet,nec ſignum edit, quod ab Herode contemnendus eſſet,cur Herodis deriſiones non cavit Divinus princeps? Voluit magis cavere adulationis verba,quam opprobria, ac contemptus; nam tales ſupremæ majeſtati tam execrabiles non erant,ac adulationes; *magis eligens apertè à ſuperbientibus deſpici, quam à non credentibus vacua voce laudari.* Sic divina majeſtas adulationes horreſcit; malit opprobria, & contemptus ſuperborum ſuſtinere,quam inanes, ac adulatorios ſermones.

Fallax adulatio maximè deteſtabilis.

Quartò. Petrus Damianus Opuſcul. de contemptu ſæculi cap. 26. Ubi ponderat, quod Herodes ex multo tempore deſiderabat videre Chriſtum, eo quod audierat de eo multa. Sic ait citat. Card. *Sed videamus hoc tam magnum, tam diuturnum deſiderium, quod in abſentem Dominum falſitas Herodiana tenuerat, in quem tandem exitum ablata videndi facultate concluſerit, Quod nimirum manifeſtè declaratur, cum paulò inferius ſubditur,* ſprevit eum Herodes. *Ecce quem vulpes illa malitioſa deſideraverat, ſprevit, quem videre cupiebat, illuſit.* Quandiu Chriſtus erat abſens, eum per multum tempus Herodes maximè deſiderabat videre, eúmque in magna reverentia habebat, audierat de eo multa mirabilia; at cum eum præſentem habet contemnit, ac ſpernit. *Ecce quem vulpes illa malitioſa deſideraverat ſprevit, quem videre cupiebat illuſit.* Viri magni, ac religioſi abſentes venerantur, ac adorantur à mundialibus, præſentes vero contemnuntur, ac parvi habentur. 25. Damian.

Viri pii abſentes venerantur, præſentes contemnuntur.

Quintò. Citatus Cardinal. *Ecce quem vulpes illa malitioſa deſideraverat, ſprevit, quẽ videre cupiebat, illuſit. Et quia vitam non pro videndi amore quæſivit, impietatis ſua morte remanſit.* Herodes à longo tempore deſiderio Dominum videndi tenebatur, & tamen cum præſentem habet, faſtidivit, & contempſit. In Domino non ſpirituale, ac ſupernaturale quæſierat; ſed tantum temporalia quæ hoc ſecum habent, ut faſtidium, ac contemptum bonorum, quæ diu fuerant conquiſita gignunt, & pariunt. Bona enim temporalia dum habentur in faſtidium abeunt. Ut ponderat ſapienter P. Didacus de Baeça tom. 4. in Evangelia lib. 16. cap 13. § 11. 26. Damian

Temporalia faſtidium generant.

Baeça.

Sextò Redeat iterum D Ambroſ. ſuperius datus in expoſitione *Non otioſum, ait, quod veſte alba induitur ab Herode immaculata tribuens indicia paſſionis quod Agnus Dei ſine macula cum gloria mundi peccata ſuſciperet* Cum magna gloria Angelus Dei teſtimonium ſuæ innocentiæ veſte alba induitur ab iniquiſſimo Herode, qua veſte tanquam de ſtultitia damnatur, ac ſpernitur ab eo, & valdè glorioſum eſt Salvatori ab iniquiſſimo homine, ut ſtultitiæ reus damnari. Sicut enim à probis improbari, ingens probrum eſt; ſic improbrari ab improbis inſigne innocentiæ eſt, & glorioſa ejus commendatio; ut magno acumine expendit M. Celada lib. in Tobiam c. 13. §. 418. n. 4. Vide quæ dixi tom. 3. cap. 13. quæſt. 1. n. 5. 27. D.Ambroſ.

Glorioſum ab improbis improbari.

Celada.

Luc. 23. *n.* 12. Et facti ſunt amici Herodes, & Pilatus in ipſa die: nam antea inimici erant ad invicem.

VERSIONES.

Syriacus. Et eo ipſo die facti ſunt amici Pilatus, & Herodes inter ſe ſe: inimicitia enim fuerat antea inter eos.

Euthym. Et facti ſunt amici inter ſe mutuo eodem die.

Vatablus. Eodem illo die: nam antea ſimultas inter illos interceſſerat,

Arias. Præextiterant enim in inimicitia exiſtentes ad ſe ipſos.

EXPOSITIO III.

28. ET *facti ſunt amici.* In illo ipſo die in gratiam ad invicem redierunt Herodes, & Pilatus; amicitiam conciliat, honore invicem prævenire *Nam antea inimici erant ad invicem.* Amicitiæ cauſa fuit, quia Chriſti judicium Pilatus Herodi detulit, & iterum Chriſtum ad Pilatum miſit Herodes. Ex quo intelligunt communiter interpretes inimicitiam inter eos fuiſſe exortam ex alicujus juriſdictionis uſurpatione, fortè ex eo quod Pilatus aliquos interfecit, qui ad Herodis tribunal ſpectabant; nam Pilatus interfecit aliquos Galilæos, qui de Herodis juriſdictione erant, quorum *ſanguinem miſcuit cum ſacrificiis eorum* Ut dicitur Luc. 13. n. 1.

Honore invicem prævenire amicitiam conciliat.

Luc. 13.

QUÆSTIO IV.

Quare Herodes, & Pilatus ſiunt amici?

29. RAtionem literalem jam dixi in expoſitione, quia tota inimicitia juriſdictionis cauſa erat quæ contentio ſolet eſſe frequens apud vicinos principes, & inſinuat Theophyl apud Caten. D. Thomæ. *Fit amicitia communis exordium, quaſi Pilato non uſurpante ſibi ſubditos ditioni Herodis.* Tunc etiam amicitiæ fœdus inchoatum eſt quando Pilatus ceſſavit ab uſurpatione Herodis juriſdictionis. Vide expoſitionem.

Theophil. *Contentio de juriſdictione.*

30. Secundò. Idem Theophylact. hic ait. *Vide quam diſcrepantia congreget Diabolus, ſolum ut Chriſto mortem præparet: In unam enim conſpirationem copulat, & conciliat inimicos. Non confundimur igitur nos propter ſalutem noſtram, neque amicos ſervamus in officio.* Mediator, ac negotiator ad has amicitias inter Pilatum, & Herodem extitit Diabolus, optimè ſciens nullam machinam aptiorem eſſe ad Chriſti necem perpetrandam, quam malignantium amicitiam, qua poſita etiam Chriſtus traditur morti ut crucifixus emittat ſpiritum.

Theoph.

Avaritia malorum perimit juſtum.

31. Tertiò, Ad illa verba. *Non confundimur igitur nos propter ſalutem noſtram, neque amicos ſervamus in officio.* Diabolus ad malum disjuncta, ac inimica conjungit, bonum nempe amicitiæ armat, & præparat in malum, ex hac ergo Diaboli malitia bonitatem diſcamus, ut amicitiæ fœdere conjungamur ad ſalutis bonum tam noſtræ, quam proximi.

Theoph. *Uniamur ad ſalutis bonum.*

32. Quartò, Divus Cyrillus Ieroſolymit, Catech. 13. eadem ſacratiſſimæ Paſſionis die Pilatus, & Herodes facti ſunt amici, ſic ait Sanct. Pater. *Decebat enim eum qui mundum erat pacificaturus, ut prius etiam ipſos judices ſuos pacificaret* Chriſtus venit de cœlo, ut omnia pacificaret, & ita voluit omnia in pacem redigere, ut etiam ipſos principes terræ, ac judices ſuos componeret in pace, ac amicitia.

D. Cyrill.

Per Chriſtum pax.

Quintò, Divus Ambroſius lib. 10. in Lucam *In typo Herodis atque Pilati, qui amici ex inimicis per Jeſum Chriſtum facti ſunt, plebis Iſraël, & populi gentium figura ſervatur, quod per Domini paſſionem utriuſque ſit futura concordia.* In Chriſti paſſione Pilatus Ethnicus, & Herodes Iudæus fiunt amici in typũ ac figuram amicitiæ ineundæ inter utrumque populum, Chriſtus enim eſt *pax noſtra. Faciens utraque unum, & duos ex diverſo parietes in ſe copulare jam cœpit.* Divus Auguſt. ſerm 6. de Epiphania 33.

D. Ambroſ. *Chriſtus pax inter utrumque populum.*

D. Auguſt.

Sextò, In die Paſſionis Chriſti Pilatus Ethnicus, & Herodes Iudæus fiunt amici, quis ergo Chriſtianus hac præſertim die odium, & malevolentiam in animo retinere audebit? Mandat Deus Moyſi: *refer virgam Aaron in tabernaculum teſtimonii, ut ſervetur ibi in ſignum rebellium filiorum Iſraël, & quieſcant querelæ eorum à me* Num. 17. n. 10. Cur virga ponitur ut ceſſent querelæ, controverſiæ, ac ſeditiones, cur ad hoc non eſt oppoſitum thuribulum? Numer. 16 num. 37. Sed ad hoc tantum eligitur virga? Hæc enim figura erat crucis Chriſti. D. Auguſtinus ſerm. 99 de Tempor. *Hæc, ait floruit, & omnes hos credentium populorum attulit fructus.* Et ubi typus crucis Chriſti, ac vexilli paſſionis eius apparuit; ſtatim diſſipavit, ac deſtruxit querelas, controverſias, ac ſeditiones. 34.

Paſſio Chriſti depellit contentiones.

Num. 17.

Num. 16.

D. Auguſt.

CAPUT. IX.

Proponuntur Chriſtus, & Barrabas populo: nuntius uxoris Pilati; & dimittitur Barrabas.

Matt. 27. *n.* 15. Per diem autem ſolemnem conſueverat Præſes populo dimittere unum vinctum, quem voluiſſent.

Num. 16. Habebat autem tunc vinctum inſignem, qui dicebatur Barrabas.

VERSIONES.

Syriacus n. 15. Porrò in omni feſto conſueverat Præfectus dimittere.

Vatablus. In feſto autem conſueverat Præſes multitudini dimittere.

Arias. Abſolvere unum vinctum.

Syriacus n. 16. Detinebatur autem ab eis vinctus famoſus.

Arias. Habebat autem inſignem dictum Barrabam.

ALTER TEXTUS.

*Marc.*14.*n.*6. Per diem autem feſtum ſolebat dimittere illis unum ex vinctis quemcunque petiſſent

*Num.*7. Erat autem, qui dicebatur Barrabas,qui cum ſeditioſis erat vinctus,qui in ſeditione fecerat homicidium.

Luc. 23. *n.* 13. Pilatus autem convocatis Principibus Sacerdotum,& magiſtratibus,& plebe.

Num. 14. Dixit ad illos: obtuliſtis mihi hunc hominem,& quaſi avertentem populum,& ecce ego coram vobis interrogans, nullam cauſam inveni in homine iſto ex his in quibus eum accuſaſtis.

*Num.*15.Sed neque Herodes: nam remiſi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum eſt ei·

Emendatum ergo illum dimittam. Neceſſe autem habebat dimittere eis per diem feſtum, unum.

*Joan.*18.*n.*39. Eſt autem conſuetudo vobis, ut unum dimittam vobis in Paſcha.

EXPOSITIO I.

1. Ut conſtat ex D. Luca remiſſus eſt Chriſtus ab Herode ad Pilatum, qui convocatis Principibus Judæorum multis contendit liberare Chriſtum ex eorum manibus, ut latius dicam.q 1.proponendo ejus innocentiam. *Nullam cauſam inveni in homine iſto.* Deinde quod, nec etiam invenit Herodes, & quod ipſum emendadatum flagellando dimitteret:tandem ad hoc invenit medium, cum ex communi conſuetudine in feſto Paſchali unus ex vinctis eſſet dimittendus proponit Jeſum,& Barrabam, pro certo habens, quod populus ad liberationem eligeret Jeſum.

2. *Ratio conſuetudinis.* *Pe diem ſolemnem*,ſcilicet Paſchalem,ut exprimit D Joan·*conſueverat Præſes*,qui Romanorum nomine provinciæ præſidebat, *populo dimittere*, liberare, ſeu abſolvere unum ex vinctis quemcumque pro libito populus poſtulaſſet, hujus conſuetudinis ratio ea erat,ut ait D.Paſchaſ.l 12. in Matth quia eodem illo Paſchali die populus Hebræus ex Ægyptia captivitate fuerat dimiſſus. Et præpondera nequitiam Pilati,qui ut innocentem Jeſum abſolvat ad conſuetudinem confugit.

D. Paſchaſ. *Vulgi conſuetudo frequenter rationi contrario.*

*Conſueverat Præſes.*Bonus Judex rem decernit per juriſprudentiam,& non conſuetudinem, Pilatus debuit conſulere juſtitiæ ac rationi, non verò conſuetudini,& dum è contrario facit Barrabam latronem de conſuetudine abſolvit, & innocentẽ Jeſum morti tradit:ſæpè enim conſuetudo ſupprimit veritatem,& probitati,ac rationi adverſatur.

Theophyl. Theophyl. ſic ait. *Pilatus confugit jam ad conſuetudinem, unde oſtendit ſe pluſquam æquum erat molliorem:oportebat enim pro veritate periclitari. Itaque dignus eſt condemnatione, tanquam veritatis ſuppreſſor.*

3. *Syriacus.* *D.Chryſoſt.* *Habebant autem vinctum inſignem.* Syriac *Famoſum*, valdè celebrem,ac nominatum hominem flagitioſum. D.Chryſoſt.*Propterea,ait,non ſimpliciter dicit latronem ſed inſignem latronem eos habuiſſe,famoſum videlicet,in protervitate, & multis homicidiis inquinatum.*Erat ſeditioſus;& homicida.

D. Marcus. Sic ſcribit Marcus.*Qui cum ſeditioſis erat vinctus qui in ſeditione fecerat homicidium.* Similiter habet D.Lucas,erat etiam latro,ut de eo teſtatur Joan.18. n.40. *Erat autem Barrabas latro.*

D.Lucas. *Joan. 18.* *Nominis etymologia.* Hebr. Barrabas hoc eſt Barrabba,id eſt *Bar* filius,*abba*, patris;id eſt filius patris omnium ſcilicet Adami qui omnium peccatorum fuit pater, cui poſtpoſitus fuit Chriſtus,cum ejus inobedientiam ad ſatisfaciendum pro ea in ſe ſuſceperit, & ideo ut reus mortis damnatus eſt.

D. Hieron. *Barradas.* *Franc.Luc.* *Cornel.* D. Hieron ait, quod Barrabas id eſt,quaſi *Barraba*;id eſt filius magiſtri. Prima interpretatio magis conſona radici Hebraicæ,ita Barrad.Franc.Luc. Cornel.

Matth. 27.*n.* 17.Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: quem vultis dimittam vobis:Barrabam,an Jeſum qui dicitur Chriſtus?

Num. 18. Sciebat enim quod per invidiam tradidiſſent eum.

Num. 19.Sedente autem illo pro tribunali,miſit ad eum uxor ejus, dicens. Nihil tibi, & juſto illi multa enim paſſa ſum hodie per viſum propter eum.

VERSIONES.

*Syriac.n.*17. Quumque fuiſſent congregati, dixit eis Pilatus, utrum vultis dimittam vobis?

Arias. Coactis ergo illis.

Euthym. Quem vultis abſolvam vobis?

Syriac.n. 18. Noverat enim Pilatus,

Theophyl. Quod Propter invidiam tradidiſſent eum.

Syriac.n. 19. Quum autem ſederet Præfectus pro tribunali ſuo, miſit ad eum uxor ipſius, qui diceret ei: Nihil tibi rei ſit cum illo juſto:multa enim paſſa ſum in ſomno meo hodie propter eum.

*Vatablus.*Mandata miſit uxor ejus.

D.Hilar. Nihil tibi ſit, & juſto iſti.

ALTER TEXTUS.

Marc. 15.*n.* 9. Pilatus autem reſpondit eis,& dixit: vultis dimittam vobis regem Judæorum?

Num. 10. Sciebat enim quod per invidiam tradidiſſent eum ſummi Sacerdotes.

*Joan.*18.

Joan. 18.*n.*39. Vultis ergo dimittam vobis regem Judæorum.

EXPOSITIO II.

4. Carthuſ. *COngregatis ergo illis.* Univerſis nempe, qui erant ex populo, qui ex conſuetudine habebant poſtulare unum ex vinctis *Dixit Pilatus, quem vultis dimittam vobis, Burrabam, an Jeſum?* Carthuſ. Pilatus toto affectu cupiens Jeſum eripere, proponit eis duos, unum ſceleratiſſimum & alium maximè innocentem, putans quod nullo modo eligerent Barrabam ſibi dimitti, ſed Jeſum. Cardinalis Hugo, *Magis flagitioſum proponit eis, ut eum petere erubeſcant*, ſed invidia, ac odium ad omnia excæcat oculos; hos proponit ut petant Jeſum Druthmatius. (Druthmar.) *Ut principes,* ait, *propter invidium volebant eum perdere, populus qui expertus fuerat ejus multiplicia beneficia peteret eum vivere,* vel ſi nollent ait Divus Chryſoſt. (D. Chryſ.) *Tanquam innocentem abſolvere, ſaltem tanquam condonatum ſolemnitati largirentur.* Et cum magna aſtutia addit Pilatus. *Qui dicitur Chriſtus,* ut Judæos excitaret ad Jeſum poſtulandum, utpote eorum Meſſias maximè ab illorum parentibus exoptatus.

5. *Sciebat enim quod per invidiam*; quod optimè agnovit Pilatus ex eorum geſtu, vultu, clamore, ac ſollicitatione, quæ omnia furorem, ac odium in Chriſtum exhalabant. Tum etiam agnovit Pilatus ex publica fama miraculorum, ac virtutum Chriſti D. ac etiam ejus doctrinæ, qua magna libertate Judæorum principum, ac Sacerdotum vitia arguebat, & reprehendebat.

6. *Sedente autem illo pro tribunali,* cum ſederet Pilatus in judiciaria ſede ad Chriſti cauſam finiendam, ac determinandam: *Mandata ad eum miſit* Vatablus. *uxor,* Vat. *Mandata miſit uxor.* Ac ſi non tantum unum nuntium, ac mandatum deſtinaſſet, ſed multiplicem, & cum magna inſtantia. *Dicens Nihil tibi & juſto illi.* Phraſis eſt Hebraica, id eſt non te immiſceas in rebus illius juſti; omitte illius cauſam, cave, ne eum judicare vel morti tradere præſumas; & non ſolum dicit juſtum, ſed illum juſtum per excellentiam, quia maximè juſtus erat quod noverat tam ex publica fama operum Chriſti quam ex his, quæ paſſa fuerat in ſomnis. *Multa paſſa ſum.* Scilicet multos terrores, angores, ac terribilia viſa D. Chryſ. (D. Chryſ.) *Non ſolum videt,* ait, *verum etiam multa patitur, ut maritus uxori condolendo, tardior ad cædem redderetur.* Et ait mulier, *hodie* ad noctem refert Euthym. ſed ſi nocte, cur non retulit marito, antequam è lectulo ſurgeret, ideo melius cum Carthuſiano (Carthuſ.) ad auroram referendum eſſe per viſum, in ſomnis nempè, ut habet Syriacus. (Syriacus.)

Uxor Piluti multos nuntios deſtinavit.

QUÆSTIO I.

De Pilato, ac ejus uxore variæ quæſtiones reſolvuntur.

7. Egeſyppus. Philo. *Pilatus valdè iniquus.* ANNO vigeſimo octavo Chriſti D. Pilatus miſſus eſt è Roma ad Judæam adminiſtrandam; qui ut tradit Egeſyppus lib. 2. c. 5. Vir erat improbus, in exiguo ponens mendacium; & ut patet ex Philone de legatione ad Cajum, Solitus erat ſententias vendere, cunctar-pere, innocentes cruciare, & occidere, ac alia ſimilia perpetrare.

8. Quæſtio 1. Quæſtio prima. An Pilatus voluiſſet Chriſtum occidere? Reſpondeo, quod quamvis Pilatus tam malus, ac iniquus eſſet, ſic erat manifeſta Chriſti innocentia, ut eum voluerit dimittere, ac liberare, ut docent D. Aug. Paſchaſ. & alii communiter. (D. Auguſt. D. Paſchaſ.) Prob. 1 quia propoſitis accuſationibus principũ, ac Pontificum Iudæorum, ipſe apertè teſtatus eſt *Ego nullam invenio in eo cauſam.* Luc. 23. n. 14. Ioan. 18. n. 38. (Luc. 23. Joan. 18.) Secundò, quia miſit eum ad Herodem, ac ad ſe iterum remiſſum, tam ſuo, quam Herodis teſtimonio innocentem pronunciavit. *Sed neque Herodes; remiſi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum eſt ei,* Luc 23. n. 15. (Luc. 23.) Tertiò denuntiat, quod emendatum dimittet Luc. ibidem numer. 16. Quartò proponit Ieſum cum Barraba pro certo habens Iudæos potius liberaturos Ieſum, quam Barrabam. Et quod fuiſſet mens Pilati, expreſſè ait D Lucas n. 20. *Iterum Pilatus locutus eſt ad eos volens dimittere Jeſum.* Et Actor. 3. n. 13. (Actor. 3.) ait Petrus ad Chriſtum ſcilicet, *negaſtis ante faciem Pilati judicante illo cante illo dimitti.* Et cur Pilatus hoc totis viribus intendit. Declarat D. Matt. n. 18. *Sciebat enim quod per invidiam tradidiſſent eum.* Unde non audiendus eſt Rupert in Ioan. (Rupert.) Pilatum idem voluiſſe, quod Iudæi volebant, occidere ſcilicet Chriſtum.

9. Quæſtio 2. D. Auguſt. Quæſt 2. An Pilatus fuerit ad fidem Chriſti converſus per uxorem? Parti affirmativæ favet D. Auguſtin. ſerm. 3. de Epiphan. Ubi ait. *Magi ab oriente, Pilatus ab occidente venerat. Unde illi orienti, hoc eſt naſcenti, illi autem occidenti, hoc eſt morienti atteſtabantur Regi Judæorum, ut cum Abraham, Iſaac, & Iacob recumberent in regno cælorum.* Tertullian. Apolog. cap. 21. (Tertull.) *Ea omnia,* ait, *ſuper Chriſto Pilatus, & ipſe jam pro ſua conſcientia Chriſtianus Cæſari tunc Tiberio nunciavit.*

10. *Pilatus damnatus, & miſera morte conſumptus.* Hæc omnia valdè incerta ſunt, & adverſantur iis quæ ſcriptores de infelici morte Pilati teſtantur; nam Ioſephus lib 18. Antiq. cap 5. (Joſeph.) teſtatur Pilatum poſt aliquos annos à Vitellio Syriæ Præſide, *Romam miſſum ad Cæſarem ut coram eo ad crimina ſibi à Judæis objecta reſponderet.* Quod cum planè facere non poſſet, omni honore privatus, Viennam in Gallias relegatus, ſuæ ſe tranſverberans manu multorum malorum compendium mortis celeritate quæſivit, ut ſcribit Ado ejuſdem Viennæ Epiſcopus in ſuo Chron. (Ado. Paul Oroſ.) Quod ſumpſit ex Paulo Oroſio lib. 7. cap. 5. quod etiam habent Euſebius, & Caſſiodor. (Caſſiodor, Euſeb. Baron. Torniel.) in Chronico, & Baronius, Torneil in ſuis annalibus.

11. Auguſt. vero & Tertull. quando appellant Pilatum Chriſtianum, intellige Chriſti fautorem, defenſorem, qui ejus innocentiam intellexit, & eam voluit defendere, unde ſi ageret, ut oportebat poterat recumbere cum Abraham, Iſaac & Iacob.

12. Quæſtio 3. Luc. Dexter. Quæſtio. 3. Quænam eſſet uxor Pilati? Vocabatur Procula, pia, & bona fœmina; de qua ſic ſcribit Lucius Dexter in Chronico anno Chriſti 34. num. 2. *Chriſtus ſalvator mundi, reus apud Pilatum agitur; Claudia Procula uxor Pilati admonita per ſomnium in Chriſtum credit, & ſalutem conſequitur.* Favet Evangelium Nicodemi, quod licet apocriphum ſit, tamen teſtatur

Bivar. Franciſc. Bivarius in commentar. ad citatum Lucium Dextrum, ait quod multa proba, & vera continet, & ſic habet. *Cogitante verò Pilato, quid ageret de Jeſu, miſit ad eum uxor ejus nomine Procula.* Et Menologium Græcorum Proculam Pilati uxorem catalogo ſanctorum adſcribit, quod citat Vincentius Belvacenſis lib.7 Speculi hiſtor. c.41. Proculam quoque uxorem Pilati nominat Niceph. l.1. c.30.

Menolog.

Belvacenſ. Nicephor.

13. Et quod Chriſtum crediderit Meſſiam, ac ſalvatorem mundi exiſtimant Origenes, Chryſoſtomus, Theophylactus hic, & Divus Hilarius Can. 33. quod in ea fuit ſpecies gentilis populi jam fidelis, ac credentis in Chriſtum Quod etiam habet Divus Hieronymus in præſenti & D. Ambroſ. in cap. 23. Lucæ ſic ait, *Monebat uxor, & à quo mota? lucebat in nocte gratia, Divinitas eminebat, nec ſic à ſententia temperavit.* Divus Auguſtinus favet ſerm. 121. de temp *In nativitate mundi*, ait, *uxor dicit virum ad mortem*, id eſt Eva Adamum: *in paſſione Chriſti uxor provocat ad ſalutem.* Scilicet Claudia Pilatum. Ubi obiter nota, quod Chriſti paſſio malorum ſcaturigines fecit eſſe initia ſalutis; uxor olim marito oſtendit viam perditionis, nunc verò virtute paſſionis Chriſti ſalutis iter demonſtrat mulier viro ſuo.

Origen. Chryſoſt. Theoph. D.Hilar. D Hieron. D.Ambroſ. D.Auguſt. *Chriſti paſſio malorum initia mutat in bona.*

14. Et forſitan Claudia hæc Procula Pilati uxor, ut advertunt Franciſc. Bivar. proximè citatus, & Cornelius à Lapide hoc loco, eſt illa Claudia, cujus facit mentionem Paulus 2. Timoth. 4. n. 21. *Salutant te Eubulus, & Pudens, & Linus & Claudia*; ſiquidem ut notat Bivarius, conveniunt in ea nomen, & tempus, & religio, ac locus: nam in ea nomen, & tempus, & religio, ac locus: nam in eadem urbe hæc Epiſtola ſcripta eſt, ubi veriſimile eſt uxorem Pilati permanſiſſe, quando ipſe in exilium Lugdunum actus, cúmque ob cultus diſparitatem noluit ipſa comitari.

Cornel. Bivar. 2.Tim.4.

15. Nec cum his pugnat, quod hæc mulier eſſet Pilati uxor, quia etiam inter alias fœminas, quæ de ſuis rebus, prædicandi Jeſu neceſſaria miniſtrabant; erat etiam Joanna uxor Cuza Procuratoris Herodis, qui Chriſtum veſte alba indutum ſprevit, ac illuſit. De qua facit mentionem D. Lucas 8. n. 3.

Luc.8.

QUÆSTIO II.

An ſomnium uxoris Pilati immiſſum fuiſſet illi ab Angelo bono, vel malo?

16. SUB auroræ tempus Pilatus conſurgens è lecto, ut negotiis publicis vacaret, uxor ejus in lecto quieſcens, ſomnia terrifica habuit minantia ſibi, ac marito, ſi juſtum, ac innocentem Jeſum condemnaret.

17. Hoc autem ſomnium immiſſum alta providentia, non Pilato, ſed ejus uxori, ut notant Divus Chriſoſtomus, Euthymius, Theophylactus, nam ſi ſomnium eſſet immiſſum Pilato, illud ipſe apud ſe tacita mente retineret. Manifeſtatur ergo uxori, ut illa marito Pilato in tribunali aſtantibus Judæis talia revelet, ac nuntiet, ut ipſi omnes audiant Jeſum eſſe ſanctum, & innocentem. Ad quæſtionem.

D. Chryſ. Euthym. Theoph.

18. Somnium hoc immiſſum fuiſſe à Dæmone, jam agnoſcente Jeſum verum eſſe Meſſiam, ac ſalvatorem, ejuſque mortem impedire volente, ne homines ſalutem aſſequerentur, docent Divus Cyprianus, (vel quiſquis eſt Auctor) ſerm. de Paſſione. S. Bernardus ſerm. 1. de Paſchate, Lyranus, Rabbanus, Beda, Carthuſianus, Albertus Magnus, Cajetanus, & alii. Citaturque communiter Divus Ignatius Epiſtol. ad Polycarp. *Cum ſperanda eſſet crux*, ait, *diabolus tumultuabatur, & pœnitentiam immittet proditori, & mulierculam turbans in ſomnis ut à crucifixione ceſſarent, inducere moliebatur ſuam ipſius perniciem ſentiebat.* Ubi Diabolus audivit crucem parari, ipſum crucis vocabulum maximè pectus ejus conturbabat, jam enim ſalutiferum remedium contra ſuum venenum agnoſcebat, quo omnes ejus vires confringendæ, ac comminuendæ erant.

D.Cyprian. D. Bernard. Lyran. Rabbanus. Carthuſ. Albertus. Cajetan. D.Ignat.

Diabolus timet crucem

Secunda ſententia communior, ac verior eſt ſomnium uxori Pilati à Deo immiſſum fuiſſe per Angelum. Ita Origenes, Divus Hieronymus, Divus Hilarius, Divus Chryſoſtomus, Euthymius, Theophylactus, Janſenius, Maldonatus, Barradas, Franciſcus Lucas, Cornelius, hic, & Divus Ambroſius l.10 in Lucam, Divus Auguſtinus ſerm. 121. de tempore. Probatur 1. Decebat ut Chriſti innocentia haberet teſtimonium ab utroque ſexu in ſua Paſſione, à Pilato nempe, ac ab ejus uxore, ſicut in morte Chriſti omnia elementa concuſſa magnum illius dederunt teſtimonium. 19.

Secunda verior ſententia. Origen. D.Hieron. D. Hilar. D Chryſ. Euthym. Theophil.

Secundò. Quia ut dixi in limine quæſtionis ex Chryſoſtomo, alta Dei providentia factum eſt, ut hoc ſomnium eſſet inditum non Pilato ne cum ſilentio abſconderet, ſed uxori, ut ipſi in tribunali ſedenti, uxor coram Judæis mitteret nuntium cum teſtimonio de innocentia Ieſu, ut ſic divina bonitas multis modis intenderet Iudæos, à tanto crimine, ac ſacrilegio revocare. Tertiò, quia ſi Diabolus volebat Chriſtum liberare, Iudæos potiuſquam mulierem talibus terribilibus viſionibus, in gratiam, ac commiſerationem Chriſti inflecteret. 20.

Si ſomnium à Diabolo eſſet, terreret Judæos.

Quartò. Cum hæc mulier eſſet pia, honeſta, ac miſericors, Divina bonitas per ſomnium eam voluit excitare, ut Ieſum Chriſtum agnoſceret verum eſſe Meſſiam, ac mundi ſalvatorem in eumque crederet, ut ſalutem conſequeretur, ut docent Sancti Patres, quos citavi ſuperiori quæſtione num. 13. Audiamus iterum Hilar. Cap. 33. *Species in ea*, ait, *gentium plebis eſt, qua jam fidelis eum, cum quo converſabatur, incredulum populum ad Chriſti fidem advocat; quia ipſa multum ſit paſſa pro Chriſto, in eandem gloriam futuræ ſpei illum invitat.* Repræſentabatur in muliere ſpecies plebis gentilis, quæ dum per unum aliquid guſtabit, ac ſenſit, de Domini paſſione, ſic roborata, ac animata eſt, ut non ſolum pro Domino ſtaret, ſed etiam niteretur maritum, hoc eſt alios ad Chriſti fidem adducere. *Quia ipſa multum ſit paſſa pro Chriſto in eandem gloriam futuræ ſpei illum invitat.* 21.

A Chriſti paſſione robur ad atquirendos alios.

Ex quo enim cœpit aliquid pro Deo pati, non quieſcit, donec alios acquirat Deo.

QUÆSTIO III.

Circa hoc ſomnium uxoris Pilati tres quæſtiones reſolvuntur.

22. Quæſtio 1. D. Chryſ. *Uxoris afflictio virum emollit.*

QUæſtio 1. Quare uxor maritum Pilatum traheret in Ieſu libertatem, hoc unum ei proponit nimirum, *Multa paſſa ſum.* Reſpondet D. Chryſoſtom. homil 87. in Matth. *Multa patitur uxor,* ait *ut maritus uxori condolendo tardior ad eadem redderetur* Hoc unum tantum proponit uxor *multa paſſa ſum.* Ut virum inclinet, & trahat in ſuam ſententiam, quaſi non poſſet vir non miſereri uxoris patientis dura, & acerba; precibuſque illius acquieſcere, validiſſima eſt enim uxoris ærumna:ut perſuadeat quodvis difficile viro.

23. Quæſtio 2. D.Chryſoſt. *Eruditio per ſomnium efficaciſſima.* Cantic.5.

Quæſtio 2. Quare tam dira, ac terribilia manifeſtantur mulieri per viſum in ſomnis, & non potius in vigilia? Reſpondet D Chryſoſt. homil. in Paraſceve apud Grethſerum tom. 2. de Cruce. *Nihil tibi*, inquit, *& juſto illi*, *multa paſſa ſum per viſum propter eum.Tanquam alter Joſeph veritatem per omnia cognitam adverſus Judæorum clamores teſtatur*, *dicebat enim os à fœmina vinci* Ecce quando Judæi vincuntur, ac confunduntur à fœmina, quando nempe, ut alter Joſeph per ſomnia videt,tunc enim ſopiti ſunt ſenſus, & à terrenis clauduntur, & ſeparantur, tunc enim eruditio præſtantior ad intelligendum, ac efficacior ad perſuadendum cum victrix in omnibus adverſis ſtat mens.Hinc dicebat ſponſa.*Ego dormio,& cor meum vigilat Vox dilecti mei pulſantis* Cant.5.

24. Quæſtio 3. Euthym. Luc. 8. *A Palatinis ſolum terroribus extorquetur patrocinium.* Baëça.

Quæſtio 3. Quare cum uxore Pilati, non benignitate:ſed cum terroribus, ac tormentis agitur? Ut adnotavit Euthymius. *Nec videt ſolum, ſed & patitur,hoc eſt tormento afficitur.* Reſpondeo,quod Chriſtus D. fœmineum genus lenitate,ac ſuavitate excipiebat, ex illo namque non parva commoda ad temporalem vitam ſuſtentanda capiebat. Luc.8 n. 2. Quare ergo cum uxore Pilati tam ſevere, ac rigide terroribus, ac tormentis agitur.Erat illa in palatio. Et hæc Palatinorum conditio eſt, ut ab illis patrocinium. non extorqueatur niſi terroribus, ac tormentis Unde ait P. Baëça tom 2. de Chriſto figura. to lib. 5. cap. 8. Qui ergo miſer ab aulicis aliquid ſperat, oret Deum, ut illis aliquem inferat terrorem,tunc enim ſolum ſapiunt miſeris patrocinari.

25. 2. Reg. 14. *Palatinus ruina compulſus patrocinatur.*

Poſtquam Abſalon revocatus eſt ab exilio, prohibitum ei fuit ut faciem Regis videret, vocat Ioab ut pro illo loqueretur ad regem, qui contempſit,& noluit ire: tunc Abſalon mandat ſervis ſuis,ut Joab ſegetes incenderent; quo facto ingreſſus eſt,Joab ad Abſalon dicens. *Quare ſervi tui ſuccenderunt ſegetem meam igni.*2. Reg. 14.n.31.Reſpondit Abſalon, ut tecum haberem verbum, ut pro me loquereris ad Regem. Subdit Textus *Ingreſſus itaque Joab ad regem nuntiavit ei omnia, vocatuſque eſt Abſalon.* Ibidem n.33.Deſpiciebat Ioab preces Abſalon, ubi autem ruinam eſt expertus, ad ipſum venit, ejuſque patrocinium apud regem ſuſcepit, & quis talia ſperaret ab homine injuria affecto,ſed hoc eſt aulicorum ingenium, ut tantum terroribus compulſi ſuum patrocinium impendant.

*Matt.*27.*n.*20. Principes autem Sacerdotum, & ſeniores perſuaſerunt populis,ut peterent Barrabam, Jeſum verò perderent.

Num. 21. Reſpondens autem Præſes, ait illis:quem vultis de duobus dimitti? At illi dixerunt Barrabam.

VERSIONES.

*Syriacus n.*20. Perſuaderunt turbis dimittendum illis eſſe Barrabam.

*Vatablus.*Perſuaſerunt multitudini.

Syriacus n. 21. Subdenſque Præfectus ait illis: utrum vultis dimittam vobis?

*Ari.*De duobus abſolvam vobis?

ALTER TEXTUS.

*Marc.*15.*n.*11. Pontifices autem concitaverunt turbam, ut magis Barrabam dimitteret eis.

Luc. 23. *n.* 18. Exclamavit autem ſimul univerſa turba dicens: tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam?

Num. 19. Qui erat propter ſeditionem quandam factam in civitate,& homicidium, miſſus in carcerem.

*Joan.*18.*n.*40. Clamaverunt ergo rurſum omnes,dicentes;non hunc, ſed Barrabam.Erat autem Barrabas latro.

EXPOSITIO III.

PRINCIPES *autem Sacerdotum.* Quandiu uxor miſit ad Pilatum *nihil tibi,& juſto illi.* Et Pilatus audivit nuntium, ac reſpondit, datum fuit ſpatium, ut principes ſacerdotum per ſuos aſſeclas perſuaderent populo ad Barrabam petendum, & autoritas majorum inductam plebem facilè inclinat, ac inflectit, in quamlibet partem quam vult.*Ut peterent Barrabam, Jeſum verò perderent.* Quid facit odium, quod invidia? Ieſus omnium benefactor;Barrabas cunctorum malefactor,ſeditioſus, homicida, & latro;tamen principes ſacerdotum ita ſunt invidia, ac odio obcæcati, ut Barrabam tantorum malorum auctorem cenſeant eſſe Ieſu meliorem ideoque vita donandum; ſed omnia alta Dei ſapientia agebantur, ut innocens Chriſtus pateretur, ut ita peccatores,quos Barrabas repræſentabat,à morte liberantur. 26. *Auctoritas majorum populum inclinat.*

Reſpondens autem Præſes. Poſtquam datum fuit ſufficiens ſpatium Iudæis deliberandi,quem eligant; dum ipſe erat occupatus cum nuntio uxoris ut notat Eutymius, *Quem vultis de duobus dimitti*? Græcus de illis duobus, qui propoſiti erant, ſcilicet Ieſus, & Barrabas. O iniqua comparatio,confertur innocentiſſimus cum ſce- 27. Euthym. Græcus.

 ſceratiſſimo

lentiſſimo, pacificus cum ſeditioſo, Auctor vitæ, cum homicida Dei filius, cum filio Diaboli. Innocens ſcilicet Ieſus cum perditiſſimo Barraba *At illi dixerunt.* Euthym. ſicut edocti erant *Barrabam.* Intolerabilis hæc iniquitas omnium maxima, quam illis exprobrat D. Petrus Actor. 3. n. 14. *Vos ſanctum, & juſtum negaſtis, & petiſtis virum homicidam donari vobis, auctorem verò vitæ interfeciſtis* Et adverte quod tam ſecundum text. Lucæ, ac Ioannis *Omnis turba clamat, non hunc, ſed Barrabam.* Barrabæ nomen exprimunt, Ieſu tamen nomen odii, ac invidiæ cauſa prætermittunt, præ odio ejus nomen pronuntiare non valebant.

Euthym.

Actor. 3.

Prædic io nomen non pronuntiat.

QUÆSTIO IV.

Quare Judæi tanto furore inſaniunt, ut potius petant nequiſſimum Barrabam, quàm ſanctiſſimum Jeſum?

28. Barrabas, ut jam ſæpè notavi ſeditioſus, homicida, latro; Ieſus verò omnium benefactor, omniumque donorum largitor, & tamen Ieſus petitur ad mortem, latro verò ut dimittatur ad vitam, cujus rei cauſa extitit odium, ac invidia, ut jam dixi in expoſitione, nunc verò alias rationes ex ſanctis Patribus proferamus.

29. Primò reſpondet D. Athanaſ. orat. in paraſceve apud Grethſerum t. 2. de cruce. *O res mira, ait præter omnem opinionem. Subit mortis ſententiam Chriſtus; & ſtatim Barrabas abſolvitur. In ipſo pro inus initio condemnationis crux liberationem largitur. Non enim in Judæorum crudelitatem reſpice, nec quod benefactorem ſuum condemnarunt, majorem homicidæ rationem habentes, ſed id potius intuere quod condemnationis ingreſſus, liberationis condemnatorum quidam ingreſſus fuit.* Sanctiſſimus Dei filius morti tradendus judicatur, & tunc nequiſſimus latro in vitam petitur; & cur non potius cum Jeſu manet latro in vinculis. Sed cum crux paratur Chriſto, latro abſolvitur Debebatur hoc Chriſto paſſuro, ut perditorum, hominum ſalus non detineretur ſed ſive ulla mora Chriſtus patiens parat hominibus ſalutem & ubi Chriſtus limen Paſſionis attigit, ſtatim ſine ulla dilatione, peccator à vinculis ſolvitur, & vitam accepit, ipſius enim crucis exordium liberationem impendit. *Id intuere, quod condemnationis ingreſſus liberationis condemnatorum quidam ingreſſus fuit.*

D. Athan.

Crux, ac paſſio Chriſti remediũ ſalutis attulit.

30. Secundò. Egeſyppus lib 5. cap. 2. *Petiſti, ait, ô Iſraël necari vitæ arbitrum, concedi tibi Barrabam, qui propter ſeditionem factam in civitate miſſus fuerat in carcerem. Ideo ſolus abs te abſceſſit, pax abiit, quies deſtitit, data eſt tibi ſeditio, ortum excidium. Ideo in te hodie regnat ſeditio, pax ſepulta eſt ut crudelius à tuis pereas* quam ſi *ab alienis perires.* Totis viribus Judæi exoptant, petunt, ac clamant Barrabam ſibi dari, quo ſeditiones, latrocinia, bella, excidia, etiam à ſuis ſibi evenire, petunt, humanum ingenium dum ſine Deo agit, nihil ſibi ſatagit, niſi calamitates, oppreſſiones & omnia mala.

Egeſyppus.

Homo ex ſuo arbitrio nihil ſibi petit, niſi malum.

31. Tertiò; fere ſimiliter Beda in cap. 15. Marc. *Hæret*, ait, *Judæis uſque hodie ſua petitio, quã tanto labore impetrarunt; quod enim data ſibi optione, pro Jeſu latronem, pro ſalvatore interfectorem pro datore vitæ elegerunt ademptorem, merito ſalutem perdiderunt, & vitam; & latrociniis ſeſe, ac ſeditionibus in tantum ſubdiderunt, ut & patriam regnumque ſuum, quod plus Chriſto amavere perdiderint, & hactenus eam, quam vendidere, ſive corporis ſive animæ libertatem recipere non meminerint.* Judæi Jeſum ſalvatorem nolunt; ſed Barrabam ſeditioſum latronem, ac homicidam. *Hæret Judæis ſua petitio.* Ut cum Barraba omnia mala eis venirent, & dum plus amant ſuum regnum, ac terrena, Chriſtum, regnum, ac temporalia, & libertatem perdiderunt. Quod etiam docet D. Chryſ. ſerm. 3. de Paſſione.

Beda.

Hæret Judæis ſua petitio.

Quartò. D Ambroſ. in cap. 23. Luc. *Barrabas*, ait, *Patris Filius latinè dicitur. Illi ergo, quibus dicitur: vox ex Patre Diabolo eſtis, vero Dei filio Patris ſui filium Antichriſtum prælaturi eſſe produntur.* Quod etiam docet D. Hieron. in c. 27. Matth Allegoricè ergo hæc Barrabæ electio, & repudium Chriſti, præfigurabat Antichriſtum latronem, in fine mundi, à Judæis, eligendum, Chriſto repudiato. 32.

D. Ambroſ.

D. Hieron.

Quintò Theophylactus ad cap. 23. Luc. ad illa verba, Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam. Sic ait? *Petiverunt virum homicidam dari ſibi, diligebant enim ſimilem, proinde partis illius erunt.* Chriſtus pertranſit benefaciendo, & ſanando omnes, ut dicitur Actor. 10 n. 38. Barrabas verò ſuorum civium interfector, ac latro, & tamen Iudæorum Pontifices hunc petunt; *Diligebant enim ſimilem*; & qui necem filii Dei anhelabant, quid aliud peterent, niſi hominem aliorum interfectorem; ad hoc enim eos trahebat morum congruentia cum Barraba. D. Athan. ſerm. de Paſſ. Chriſti. *Judæi*, ait *reprobos mores Barrabæ diligentes virtutem perſecuti ſunt.* 33.

Theophyl.

Diligunt homines ſui ſimiles in moribus.

Actor. 10.

D Athanaſ.

De Hieroſolyma ait Iſaias 34. num. 13. *Erit cubile Draconum, & paſcua ſtruthionum: & occurrent dæmonia onocentauris*, &c. Quomodo Ieroſolyma belluarum, ac Dæmonum ſedes erat, nam ibi aderant principes ſacerdotum, Iudicum ſenatus & ſenatorum curia; facile conveniunt hæc cum illis, quibus una vivendi lex, & voluptas erat D Athanaſ. ad tract de Cruce. *Morum ſimilitudine conſuetudinem habent.* Non diffident loco, qui non diffident vitiis. Erant Ieroſolymis ſacerdotes, ac ſenatores fallaces, uti Dracones, impudentes ut ſtruthiones, rapaces, ut onocentauri, improbi uti Dæmones, quid mirum ſi bene conveniunt in eadem cauſa. *Morum ſimilitudine conſuetudinem habent.* 34.

Iſai. 34.

D Athanaſ.

Turpitudo morum ſimiles facit.

Matth. 27. n. 22. Dicit illis Pilatus. Quid igitur faciam de Jeſu, qui dicitur Chriſtus.

Num. 23. Dicunt omnes, Crucifigatur. Ait illis Præſes: quid enim mali fecit? At illi magis clamabant dicentes: Crucifigatur.

VERSIONES.

Syriacus, n. 22. Ipſi verò Jeſu, qui vocatur Meſſias quid faciam?

Ari. Quid igitur faciam Jeſum?

Vatabl. n. 23. Præſes autem ait, quid mali patravit?

Arabicus. At illi auxerunt clamorem, dicentes, crucifigatur.

Arias

Arias Abundè clamabant.

ALTER TEXTUS.

Marc. 15.*n.* 12. Pilatus autem iterum reſpondens,ait illis:quid ergo vultis faciam regi Judæorum?

Num. 13. At illi iterum clamaverunt,crucifige eum.

Num. 14. Pilatus vero dicebat illis ? quid enim mali fecit? At illi magis clamabant crucifige eum.

Luc. 22.*n.* 20. Iterum autem Pilatus locutus eſt ad eos volens dimittere Jeſum.

Num. 21. At illi ſucclamabant dicentes: crucifige, crucifige eum.

Num. 22. Ille autem tertiò dixit ad illos quid enim mali fecit iſte ? Nullam cauſam mortis invenio in eo;corripiam ergo illum , & dimittam.

Num. 23. At illi inſtabant vocibus magnis poſtulantes, ut crucifigeretur, & invaleſcebant voces eorum.

EXPOSITIO IV.

55. D*Icit illis Pilatus.* Admiratus Pilatus de tam atroci electione,qua ſceleſtiſſimus latro poſtulabatur ; ait : *quid igitur faciam de Jeſu* viro juſto,ac ſancto , in quo nullam mortis cauſam invenio;ut refert D Lucas. *Qui dicitur Chriſtus.* Ut vos ſexta ante die acclamaſtis. *Hoſanna filio David,benedictus qui venit in nomine Domini.* Ut facto ſuo eos reduceret à tam dira poſtulatione. *Dicunt omnes*,populus nempe ad Principes , ſed populus Principum impulſu , ut notat Euthym. *Crucifigatur.* Hanc vocem D. Cyrill. cum rugitu Leonis confert juxta illud.Ierem.12. n. 8. *Facta eſt mihi hæreditas mea*(id eſt Synagoga)*quaſi leo in ſylva,dedit contra me vocem ſuam.* D. Cyrill. *Leo ait,cum animal aliquod capere vult mirabilem ſolet rugitum edere quo animalia,quæ propinqua ſunt perterrita cadunt.Quaſi Leo in ſylva,ſynagoga adverſus Salvatorem facta eſt. Nam quamvis nullo ille terrore percuſſus ſit;clamoribus tamen ſuis Chriſtum Synagoga interfecit*,&c.Pſalm.21 n.13. *Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut Leo rapiens & rugiens* Vox hæc *Crucifigatur.* Rugitus Leonis eſt rabidi,ac ferocis in ſylva qua omnium aures perterrefactæ ſunt , ut audita hac voce nullus animus valeat ſubſiſtere,ſed omnino cadat excepta Dei fortitudine,quæ erat in Chriſto vero Dei filio.

D. Lucas. Euthym. D Cyrill. Jerem.12. Pſalm.21. *Hac voce omnium aures perterrefactæ ſunt.*

56. *Ait illi præſes.* Et jam tertia vice,ut exprimit D. Lucas. *Ille autem tertio dixit ad illos.* Pilatus agnoſcens Chriſti innocentiam,cum iterum atque iterum inſtaret,etiam jam tertio pro Chriſto liberando, *At illi magis*,ſeu ut habet Græc. *Vehement.* Arabic. *Auxerunt clamorem*,dicentes *Crucifigatur* fortiter urgent ut Chriſtus crucifigatur. Tum quia Crux erat acerbiſſima,ac magni doloris tum quia Crux erat ſummæ ignominiæ , ac opprobrii , utpote latronum,ſeditioſorum,& tyrannorum,regnúmque uſurpantium pœna,ut hac tanta ignominia omnem Chriſti divulgatam famam ac honorem abolerent,& extinguerent.D. Chryſ. *Quare ait,tantopere hanc ejus mortem affectabant ? Quia ignominioſa erat,veriti ergo ne ejus poſtea memoria ſervaretur,hanc probroſam mortem elegerunt neſcii,quod cum impeditur magis apparet veritas.*

Græcus. Arabicus. *Pro majori ignominia petunt ut crucifigatur.*

Matth. 27.*n.* 24. Videns autem , quia nihil proficeret , ſed magis tumultus fieret : accepta aqua lavit manus coram populo dicens : Innocens ego ſum à ſanguine juſti hujus : vos videritis.

Num. 25. Et reſpondens univerſus populus dixit : ſanguis ejus ſuper nos, & ſuper liberos noſtros.

Num. 26. Tunc dimiſit illis Barrabam.

VERSIONES.

Franc.Luc.ex Græco. Videns autem Pilatus quia nihil juvaret.

Syriacus. Accipiens aquam abluit manus ſuas in conſpectu turbæ,& ait innoxius ſum à ſanguine iſtius juſti : vos noveritis.

Origenes. Mundus ego ſum.

Vatabl. n. 25. Sanguis ejus in nos, & in filios noſtros.

Tertullian.lib. 2.*in Marc. cap.* 15. Sanguis illius ſuper capita noſtra & filiorum noſtrorum.

Syriacus, n. 26. Tunc abſolvit illis Barrabam.

EXPOSITIO V.

V*Idens autem Pilatus.* Conſiderans nempe ipſe; *quod nihil proficeret*;ſeu nihil eum adjuvaret , ut tumultuantem populum placaret. Nam primo teſtificatus eſt Chriſti innocentiam. *Ego nullam invenio in eo cauſam.* Secundò remiſit ad Herodem , tertiò promittit ſe eum emendatum dimittere; Quartò proponit Ieſum cum Barraba ad libertatem,hæc tamen omnia nihil conducebant,ut populus à ſuo furore quieſceret , Chriſti innocentiam , quam verbis teſtificatus fuerat nunc etiam manus ablutione oſtendit. 37.

Pilatus quinque modis intendit liberare Chriſtum.

Accepta aqua lavit manus coram populo. Origenes homil.35. *Judaico uſus more , volens eos de Chriſti innocentia;non ſolum verbis, ſed etiam ipſo facto placare.* Iudæorum erat conſuetudo ut ſe ab aliquo crimine alienos oſtenderent manus abluere.Deuteron.21.n.6. *Lavabo inter innocentes manus meas.* Pſalm.25.n.6. Proindéque Pilatus,quamvis Romanus more Iudaico uſus eſt ; & forte etiam hanc cæremoniam adhibuit , quia vox ejus teſtificans Chriſti innocentiam præ tumultu non audiebatur ; ideo voci ſignum addidit, ut etiam iis,qui longè diſtabant,ſignificare poſſet quid vellet, *Vos videritis.* Hoc appoſuit , ut culpam omnem in Iudæos rejiceret:vos igitur apud vosmetipſos exactius expendite hoc crimen , & quid agitis. 38.

Origen. Deut.21. Pſalm.25.

39. Merito

39. Merito omnes Patres hic arguunt Pilatum, nam ipſe lavit manus, non tamen conſcientiam, quam maxime fœdavit, ac coinquinavit, dum ad mortem tradit ſanctum, & juſtum, in quo ipſe valde ſtolidus, timidus, ac excors, & ignavus præſes fuit, cum non valuit reſiſtere iniquitati, ſed conſentit. Eccleſ. 7. n. 6. *Noli quærere fieri judex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates.* Nam ad Præſidem ſpectat tumultuantem populum immiſſo etiam exercitu compeſcere, ac ſedare ut ipſe aliàs fecit ut teſtatur Ioſephus lib. 18. c. 4. Cur hoc modò non agis, ſed ob furentem populum morti Ieſum tradit. D. Paſchaſ. lib. 12. in Matth. *Lavit quidem*, ait, *manus, ſed culpam non lavit, quia judex non cedere debet timori, nec ullis adverſantium impulſionibus, ut ſanguineum condemnaret innocentem, quem prædicabat juſtum.* Similiter D. Auguſt. ſerm. 118. de tempore. D. Leo ſerm. 8. de Paſſione. Unde D. Chryſoſtom. & ex eo Titus Boſtrenſ. in c. 23. Luc. n. 26. appellant Pilatum mollem, ignaviſſimum, ac ſine animo virili.

Pilatus ſtolidus, & timidus.

Eccleſ. 7.

Joſephus.

40. *Et reſpondens univerſus populus* Iudaïcus, qui in magno numero aderat *Sanguis ejus ſuper nos.* Phraſis Hebraïca eſt, quæ ſæpe occurrit. Levit. 20 n. 9 *Sanguis ejus ſuper eum.* Ioſue 2. n. 19 *Sanguis ipſius erit in caput ejus.* Et 2 Reg. 3. n. 29. *Sanguis Abner veniat ſuper caput Joab.* Similiter aliis in locis. Senſus ergo eſt, *Sanguis ejus*; id eſt culpa, & vindicta, quæ incurritur effundendo ſanguinem hunc, interficiendo hunc hominem imputetur nobis, requiratur à nobis, nos eam culpam in nos ſuſcipimus; nobis mors ejus imputetur, & à nobis, ac filiis noſtris pœna exigatur.

Levit. 20. Joſue 2. 2. Reg. 3.

Verus ſenſus.

QUÆSTIO V.

Quare Judæi tanto furore, ac rabie aguntur ut clament, ſanguis ejus ſuper nos, & ſuper filios noſtros?

41. JUdæi clamant, *ſanguis ejus ſuper nos, & ſuper filios noſtros*, id eſt ſi in hoc negotio eſt aliqua culpa, aliquaque vindicta futura ſit, hujus ſanguinis Ieſu effuſi, quam tu ô Pilate times, Deo vindice à te transferatur in nos, in filioſque noſtros, & eam nos ſuſcipimus luendam in nobiſmetipſis, ac in filiis noſtris: hanc ſummam impietatem Iudæorum recte notavit D. Maximus homil 3. de Paſſio. *Crudelis*, ait, *impietas Judæorum, quæ facinore ſuo non ſolum præſentes liberos, ſed etiam non natos occidit.* Quam crudelis manus, quæ Chriſti ſanguinem jaculatur in nondum natos, ut ante dominatio contingat illis, quam nativitas.

D. Maxim. *Crudelis imprecatio Judæorum.*

42. D. Hieronym. in præſenti. *Perſeverat*, ait, *uſque in præſentem diem hæc imprecatio ſuper Judæos, & ſanguis Domini non auferetur ab eis*, quia ut prædixit Daniel. 9. num. 27. *Uſque ad conſummationem, & finem perſeverabit deſolatio.* Et ut ſubdunt D. Hieron. ac D. Paſchaſ. Hanc ſcilicet, *optimam hæreditatem Judæi filiis reliquerunt*? Ut ſcilicet reatum ſanguinis Domini portarent per tot centenas generationes, quis unquam hoſtis tantum malum valuit Iudæis immittere, ſub quorum longa ſucceſſionis ſeries premeretur, & quod malum non cogitarunt hoſtes inferre; ipſi Iudæi audenter amittunt, & libenter tantæ damnationi ſubſcribunt, ut ponderavit Arnoldus Carnot. tract. 1. de verbis Domini. *Vide*, inquit, *quantum mali error, & perfidia principum adliniverat plebi, quantum rubigini ſuo affricaverat populo imprudenti auctoritas ſacerdotum. Non verebantur omnes homicidii titulo in perpetuum eſſe notabiles, imo in ſe, & in parvulos ſuos, tanti ſceleris reliquias congerebant, & ultro damnationis ſuæ chirographo ſubſcribatur.*

D. Hieron.

Daniel. 9.

D. Hieron. D. Paſchaſ. *Tantam pœnam pro hæreditate reliquerunt Judæi filiis ſuis.*

Arnoldus.

De hoc tanto ſanguinis Chriſti effuſi peccato, quod poſt mille ſæcula, quaſi recens exiſtit, eleganter ait D. Chryſoſtom. homil. 4. de Paſſio. *Magna*, ait, *plane vis criminis, quæ nec prolixitate temporis aboletur, nec ſæculorum oblivione repellitur, ſanguis hic Domini noſtri polluit in præſenti reos.* Quis gladius, quæve cuſpis non ærugat, & hebetetur prolixitate temporis? Sola cuſpis peccati tempori non cedit, nec aliquid ſibi ab edacitate temporis timet. 43.

D. Chriſoſt. *Peccatum à tempore non conſumitur.*

Pro hujus rei explicatione tria notanda ſunt. Et primo, Quod tanta hæc pœna, per tot ſæculorum generationes non à Deo judice manaverit, ſed ab ipſiſmet hominibus, ac Judæis in filios introducta eſt, ut eleganter notavit Tertullian. lib. 2 contra Marci cap. 15. *Si Evangelium*, ait, *veritatis accipias, ad quos pertineat ſententia reddentis in filios Patrum delicta cognoſces: ad illos ſcilicet, qui hanc ultro ſibi ſententiam fuerant irrogaturi, ſanguis illius ſuper capita noſtra, & filiorum Hoc itaque omnis providentia Dei cenſuit, quod jam audierat.* Sententia illa. *Sanguis ejus ſuper nos & ſuper filios noſtros* Non fuit Chriſti ſententia, ſed Judæorum ſententia qui ſe & natos ſuos tali pœnæ ſubjecerunt. Scripſit tamen Deus ſententiæ à Judæis prolatæ, ut ab eis poſtulatum audierat, non tamen tulit ſententiam. *Hoc itaque omnis providentia Dei cenſuit, quod jam audierat.* Crede mihi nulla profecto pœna à Deo venit, ſed homines eam ſibi ſolicitant, eamque ſibi trahunt. 44.

Tertullian.

Homines ſibi ſolicitant ac trahunt pœnas.

Secundò, notandum, quod licet tanta pœna hæc à Judæis imprecata fuerit in ſeipſos, ac in filios ſuos, tamen piiſſimus Dominus ſententiam mitigavit, ut ſolum extendatur ad incredulos, non verò ad fideles. Ut recte notavit Divus Chryſoſtomus homil. 87. in Matth. *Clementiſſimus tamen Jeſus quamvis ipſi maxime & adversùs ſe, & adverſus filios inſanirent, non tamen ex ſententia ipſorum omnes condemnavit, ſed jam ex ipſis, quam ex filiis eos ſuſcipit, qui pœnitentiam egerunt milleque boni honoravit. Nam & Paulus ex ipſis erat & multa illorum millia, qui in Hieruſalem crediderunt.* De quibus Actor. 21. n. 20. Jacobus ait ad Paulum *Vides frater quot millia ſunt in Judæis, qui crediderunt.* Quod etiam docet idem Chryſoſtom. poſteriori homil. de Cruce ac latrone in fine tertii tomi; & ſapienter confirmat exemplo Babylonicæ fornacis Daniel. 3 n. 47. & ſic ait ſanctus Doctor. Non eſt ſanguis Chriſti deterior Babylonio igne. *Ille ſcit ſanctorum in camino honorare corpora, & Chaldæos comburere: quanto magis ſanguis ille pretioſiſſimus ſcit perdere incredulos & ſalvare fideles.* 45.

D Chryſ. *Pius Dominus ſententiam mitigavit, ut ſolum ad incredulos extenderetur.*

Actor. 21.

D Chryſoſt.

Daniel. 3.

Tertiò, quia dum Iudæi clamant *ſanguis ejus ſuper nos & ſuper filios noſtros*: hæc eorum vox acutiſſimo dolore Chriſtum D. vulneravit, ut multi pii, ac devoti contemplantur, quia videbat clementiſſimus Dominus, quod populus ſuus valde diræ, ac acerbæ pœnæ ſe filióſque ſuos ſubjiceret, ac ſubmitteret; tum quia ita reus mortis 46.

mortis,ac crucis dignus habebatur à populo ſuo, ut omnes indubitanter clamarent, quod pœnam ac vindictam ſui ſanguinis effuſi in ſe ipſos,ac filios ſuos,ſuſcipere volebant.

47. Quartò & moraliſſimè,ſic expendo hunc ſummum Chriſti dolorem ex illa immiſſa Iudæorum voce,*ſanguis ejus ſuper nos,& ſuper filios noſtros.*

Tertull. Seu ut legit Tertullian.*Sanguis ejus ſuper capita noſtra , & ſuper filios noſtros.* Qui modus dicendi erat quædam phraſis Hebraica, ut jam notavi in expoſitione n.40.& apud nos idem eſt, ac ſi quis dicat,hic ſanguis,hæc mors ſit in me ipſum , in meam animam,ac in meam conſcientiam, ſic dicitur *ſanguis Abner veniat ſuper caput Joab.*Id eſt hæc mors,ſanguiſq; Abner ſit in animam, vitam, ac conſcientiam Ioab,qui eſt modus quidam moralis , ac metaphoricus ſuſcipiendi aliquid in ſe. Hinc hæc Iudæorum vox,*ſanguis ejus ſuper nos,* &c.magnum dolorem attulit Chriſto , cum pretioſiſſimus ejus ſanguis aliquo modo , morali nempe, ac metaphorico ſuſciperetur ab iniquis, & malis hominibus : tanta puritas, ac ſanctitas exigitur ad recipiendum ſacratiſſimum ſanguinem immaculati Agni quod dum clamant iniqui ac perverſi ad moraliter , ac metaphoricè ipſum ſuſcipiendum vehementi dolore Chriſtum Dominum afficiunt,ex quo conjice qualem ei inferent dolorem,non qui tantum moraliter, ac metaphoricè , ſed verè, realiter , ac ſubſtantialiter indignè ſumunt corpus ac ſanguinem ejus

Magnus dolor Chriſto quod quis indignè ſumat corpus & ſanguinem ejus.

48. Cum meus Jeſus adeſſet in Cœnaculo, ſcribit

Joan.13. de eo Joan.13.num.21. *Et cum hæc dixiſſet Ieſus turbatus eſt ſpiritu.* Et ad quid Dei fortitudo in externa apparentia oſtendit turbationem , quæ

D. Athanaſ. turbatio , ut explicavi ex D. Athanaſ. ſuperiori lib. 7. c. 6. quæſt.4.num.20. nihil aliud fuit niſi ingens dolor , ac vehemens triſtitia : unde tantus dolor,an ex imminenti paſſione Minimè,ſed quia videbat quod Judas ad divinam menſam aſſiſtebat,ut indignè, ac polluta anima ſacrum panem,ac ſanguinem ſumeret. N. D. Cyrill Alex.

D. Cyrill. lib.9.in Joan.cap. 13. *Quin* , ait , *aliquantiſper exhorruit , & perturbationis figuram oſtenderit ; adeò moleſtè ferebat ſcelera illius, qui ejus panem manducaret.*

Turbatur Chriſtus ex Juda indignè accedente ad menſam.

49. Iterum in ipſo Juda perſiſto : de eo ſcribit

Joan.13. Joan.citato cap.13 n. 30. *Cum ergo accepiſſet bucellam exivit continuò.* Permiſit Dominus Judam in ſuo comitatu , cum avaritia , ac latrocinio la-

Joan.12. borare,*Quia fur erat,& loculos habebat.* Joan.12. num.6. Et cum eſſet calumniator, ac murmurator,*potuit iſtud venundari multum & dari pauperibus*;& tandem adeo perditis erat moribus , ut diabolus diceretur : *Unus ex vobis diabolus eſt.*

Joan 6. Joan 6. At modò ut Iudas accipit buccellam,ſtatim abire compellitur. Suſtinet Dominus Iudam ſecum,prout fur,& latro,ac avarus eſt, & calumniator,ac veluti quidam diabolus , at verò pro ut reus eſt corporis ac ſanguinis Domini , ſacrum pabulum indignè ſumens,præ vehementi dolore, continuo tum à ſe repellit,ut ſuſpenſionis laqueo debitas pœnas exſolvat.D Paſchaſ.lib de corpore,

D.Paſchaſ. & ſang.Domini c 8. *Judas , ait, donec buccellam acciperet,quamvis mente ſaucius,interdum tamen à Domini bonitate leniter, crebróque nunc cum aliis, nunc ſolus monetur: ſed poſtquam indignus myſtica præſumpſit invaſit eum Diabolus, & qui prius mutabat,cum accepit,continuo foras exivit.*

Præ dolore non patitur Dominus ſecum Judam indignè communicantem.

CAPUT X.

Jeſus flagellis cæſus.

*Joan.*16, *n.* 1. Tunc ergo apprehendit Pilatus Jeſum , & flagellavit.

VERSIONES.

Syriacus Tunc Pilatus Jeſum flagellavit.
Arabicus. Et flagellavit eum.
Franc. Luc. ex Græco. Accepit Pilatus Jeſum,& loris cecidit.

ALTER TEXTUS.

*Matth.*27.*n.*26. Jeſum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur.
*Marc.*15.*n.*15. Pilatus autem volens populo ſatisfacere, dimiſit illis Barrabam,& tradidit Jeſum flagellis cæſum, ut crucifigeretur.

EXPOSITIO I.

TUNC Poſtquam ſcilicet dixerat Iudæis , ut eorum furorem in Ieſum mitigaret, ac placaret;*Corripiam illum,& dimittam.*Luc. 23. n.22. *Apprehendit Pilatus Jeſum.*Ex Græco alii legunt *accepit eum* , nempe per lictores , ac milites ſuos ut notavit D. Hieron. in c 27. Matth. *& flagellavit* ; ſeu loris , ac flagellis totum corpus Chriſti cæcidit. Hanc pœnam Pilatus intulit D.Ieſu, ut vitaret majus malum , nempe inſontis homicidium , ſperans Iudæos hujuſmodi caſtigatione contentos futuros eſſe;ut ex SS. Patribus dicam q. 3. D Matth. & Marcus ſcribunt *Jeſum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur.*Eſt hic hyſterologia, multa enim per compendium perſtringunt hic Sacri Evangeliſtæ,Mat. & Mar quæ latè narrat D. Ioannes c.19. n. 1. 1.

Luc. 23. Græcus. D.Hieron.

QUÆSTIO I.

Dei filius inviſibilis imago Patris flagravit in carne aſſumpta pro hominibus, flagellari.

AIT D Hieron.in c.27.Matth.*Traditus ergo eſt Jeſus militibus verberandus,& illud ſanctiſſimum corpus,pectúſque Dei capax flagella ſecuerunt* Traditur Ieſus lictoribus , ut illud ſacratiſſimum corpus,in quo tota divinitatis plenitudo inhabitabat flagellis cæderetur ; flagella ad Deum ob altitudinem ſuæ majeſtatis accedere non valebant , inde ipſe Deus præ amoris vi dimittitur , ut homo flagellorum , ac verberum ictus in corpore ſuo perferat. 2.

D. Hieron.

Ait Regius Vates Pſalm 90.n.10. *Non accedet ad te malum,& flagellum, non appropinquabit tabernaculo tuo.*Seu ut alii legunt ex Hebræo. *Plaga,ſeu vulnus non appropinquabit.*Ad quod imme- 3.

Pſalm.90. Hebraic. Simmach.

diatè

diate antea præceſſerat: *quoniam tu es Domine ſpes mea, altiſſimum poſuiſti refugium tuum.* Seu ut habet Symmach *Altiſſimam poſuiſti habitationem tuam.* Excelſa, & alta eſt habitatio divini numinis, qua maxime defenditur à flagello plaga, ac vulnere ab omnique injuriarum jactu, & quia Deus ob ſuam infinitam bonitatem pro redemptione generis humani maximè flagravit pro flagris, è ſinu Patris cœleſtis, ac à tanta altitudine deſcendit, & alterum tabernaculum in terris conſtituit, in utero ſanctiſſimæ Virginis Mariæ, humanitatem nempe noſtram, ut ad hoc humanum tabernaculum plaga, vulnus, flagellum appropinquarent, ut ejus livore omnes ſanati eſſemus; ad citata verba ſic commentatur D. Auguſt *Dum loqueretur*, ait, *de corpore, ſubito loqui cœpit, de capite. Flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo, quoniam altiſſimum poſuiſti refugium tuum. Tabernaculum Dei caro eſt, in carne habitat Verbum.* Depoſuit tabernaculum altiſſimum inviſibile, in quo habitat Divinitas, & venit ad tabernaculum carnis in utero, ut ad illud appropinquaret flagellum.

Dei filius deſcendit de cœlo, ut flagellarent pro hominibus.
D. Auguſt.

4\. Poſtquam populus egreſſus eſt de Ægypto, cum maximè penuria aquarum laboraret; ait Deus Moyſi Exod. 17 n. 6. *En ego ſtabo ibi coram te ſuper petram Horeb: percutiéſque petram, & exibit ex ea aqua ut bibat populus.* Si petra virga cædenda erat, ad quid Dominus ſtat ſuper petram, nonne divina virtus, ejuſque imperium ſatis erat ut petra abundantes aquarum latices effunderet; ad quid ergo dicitur, quod divina majeſtas præſens aderit ſuper petram: *En ego ſtabo ibi coram te ſuper petram Horeb.* Petra illa verberanda erat in remedium populorum, ut ſitienti populo, aquarum abundantiam effunderet; verberatio autem pro aliorum ſalute ſic attraxit ad ſe divinos oculos ipſoſque delectavit, ut Deus in ipſa petra percuſſa peculiariter ſibi conſtituerit ſedem, & locum. *Et ego ſtabo ibi ſuper petram* Ne lapis integrum percuſſionis pondus ſuſcipiat, Divina operit lapidem majeſtas, ut quantum fas erat ex loco in quo aſtabat, fieret particeps percuſſionis, præcipuè cum lapis ille percuſſus dans aquam populo ſitienti Chriſtum Dominum repræſentaret, ut jam dico quæſtione ſequenti.

Exod. 17.

Flagellatio pro aliorum ſalute attrahebat divinos oculos.

QUÆSTIO I.

Quare Chriſtus D. æterna Dei ſapientia voluit flagellari?

5\. Horrendum ſpectaculum mundo, Angelis, & hominibus, cum à ſervis peccati princeps, & vindex libertatis, ſervilibus modis conciditur. Sic exclamat D. Chryſoſt. ſerm. 6 de Paſſione Domini. *Flagellatur remiſſio, condemnatur venia, illuditur majeſtas irridetur virtus, perfunditur largitor imbrium ſputis. clavis ferri, cæli ſtrator affligitur: mellis dator cibatur felle, propinator fontium potatur aceto.* Quæſtio præſens eſt; Quare ipſa Dei ſapientia voluit flagellis cædi?

Chriſti flagellatio horrendum ſpectaculum.
D. Chryſ.

6\. Primo reſpondeo, quod flagellatus eſt Jeſus, ut tolleret flagella noſtrorum peccatorum, quæ nos torquent tam interius, quam exterius, tam in hoc ſæculo, quam in futuro, unde ait David. *Multa flagella peccatoris.* Pſal. 31. n. 10. flagellatur ergo Jeſus ut noſtra flagella peccatorum extingueret, aboleret, ac eradicaret. D. Hieron. in catena D. Thomæ ad illa verba Mat. *Jeſum flagellatum tradidit eis.* Sic ait; *hoc autem factum eſt, ut quia ſcriptum erat multa flagella peccatorum, illo flagello nos à verberibus liberaremur,* Drogo lib. de Paſſione. *Neſciebam*, ait, *ô Bone Jeſu contumelias, & terrores & colaphizantem me inceſſanter ſatanam, niſi viderem artem medicinæ tuæ ſimilia ſimilibus curantem. Dediſti corpus tuum percutientibus, & genas tuas vellentibus, & faciem tuam non avertiſti à conſpuentibus in te, ut alapæ tuæ alapas meas removerent, & flagellis expientur.* Pondera ultima verba

Flagellatur Chriſtus ut tollat noſtra flagella.
Pſalm. 31.
D. Hieron.
Drogo.

7\. Cum populus maxime eſſet ſitibundus, ait Deus Moyſi *Virgam qua percuſſiſti fluvium, tolle in manu tua, & vade percutieſque petram, & exibit ex ea aqua ut bibat populus* Exod. 17. n. 6. omnia in figuris contingebant illis, ut ait Apoſtolus. Petra illa figura erat Chriſti D. ut docent N D. Cyrill. Alexand. lib. 8. in Joan. cap. 17. Origenes homil. 11. in Exod. D. Bernard. ſerm. 61. in Cantica, ibi D. Iſidor. Hiſpal Beda, & alii, ſed in quo extitit hæc figura? Petra percuſſa Moyſis virga ex verberum ictibus latices aquarum effundit, ut populus bibens ſitim extingueret, Chriſtus Jeſus lapis angularis, qui dum percutitur flagellis, ac fuſtibus, ex eorum ictibus vulneribus nempe, ac plagis ſuis fontes ſalutares ſua ſacratiſſimi ſanguinis effudit, ut ſitim noſtrarum miſeriarum extingueret, ut ex illis bibentes gratiam, miſericordiam, ac remiſſionem peccatorum hauriant. D Auguſt. ſerm. 93. de Tempore. *Petra hæc niſi percuſſa fuerit, aquas omnino non habet: percuſſa verò fontes producit, & flumina ſic in Evangelio legimus.* Joan. 7. *Qui credit in me flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Percuſſus enim Chriſtus novi Teſtamenti fontes eduxit Niſi enim ille percuſſus fuiſſet univerſus mundus ſitim verbi Dei patiens interiſſet.*

Exod. 12.
D. Cyrill.
Origen.
D. Bernard.
D Iſidor.
Beda.
D. Auguſt.

8\. De Chriſto D. ait Iſaias 53 n. 5. *Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum.* Pagnin *Caſtigatio pro pace noſtra ſuper eũ.* Vatablus *Mulcta correctionis noſtræ ei impoſita eſt.* Diſciplina hoc loco ex radice Hebraica idem eſt, ac caſtigatio, qua indigent pueri, qui ſenſibus vagantur, & artem, ac ſcientiam nolunt ediſcere à Magiſtro. Hinc diſciplina dicitur pro correctione, flagellatione, ac verberatione. Proverb. 23. n. 13. *Noli ſubtrahere. à puero diſciplinam.* Id eſt caſtigationem. Senſus ergo eſt. *Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum.* Seu *caſtigatio pro pace noſtra ſuper eum.* Ipſe enim cruciatus, ac caſtigatus eſt verberibus ac flagellis, ut nos haberemus pacem cum Deo, cum eoque reconciliati eſſemus. Nota juxta phraſim Hebraicam, quod pax ſignificat omnem proſperitatem ac omne bonum, quod nobis Chriſti flagella communicarunt Forerius ibi, *Ut*, ait, *integræ eſſent res noſtræ, placuit illi, ut correctionem illam, verbera, & plagas, quas non commeriti eramus, filius ſuſciperet: nos ergo, qui eramus filii iræ non poterat nobis pax, & ſalus conſtare; digni eramus verberibus & verberibus filii reconciliati ſumus Patri, & deferbuit ira Patris, unde reddita eſt nobis ſanitas.*

Iſai. 53.
Pagnin.
Vatablus.
Proverb. 23.
Verberibus. Chriſti reconciliati ſumus Deo Patri.

9\. *Supra dorſum meum fabricaverunt peccatores, & prolongaverunt iniquitatem ſuam*, canit Regius Vates Pſal. 129 n. 3. ex Hebræo ſic legitur *Dorſum meum araverunt aratores, & produxerunt ſulcum ſuum.* Terra aratro proſcinditur ab agricolis, & in multos ſulcos fit, ut jacto ſemine pullulent

Pſalm. 128.
Hebræus.

leat ſegetes, ſic ſacratiſſimum Chriſti dorſum flagellis, ac multis uncinis ferreis tanquam exaratum, ac multis ſulcis ſciſſum apparuit, ut revelatum fuit B Brigittæ l. 1. c. 10. *Carnes ipſis flagellis ſulcabantur* Et ad quid ſic ſcindebatur Chriſti dorſum in ſulcos? Ut denotaretur quod ex pretioſiſſimo ſanguine tam à carne, quam à venis veluti à jacto ſemine pullulaturus erat multiplex fructus ac ampliſſima ſeges Sanctorum Martyrum, Confeſſorum, ac Virginum D. Baſil Sancti Gordiani paſſionem celebrans, illum flagellis aratum depingit, & inter verbera ſic loquentem introducit; *Lanietur corpus, torqueantur membra, ſeminate multa in me, ut multiplicem fructum meum* In rem præſentem ex flagellis in carne ſulcos facientibus magnus fructus ſanctorum metendus prævidebatur.

Ex Chriſti verberibus multip ex fructus.

D Baſil.

10\. Ait Regius Vates Pſalm. 29. n. 12. *Convertiſti planctum meum in gaudium mihi: conſcidiſti ſaccum meum, & circundediſti me lætitia.* In perſona Chriſti loquitur Pſalmiſta, & ait, quod planctus ſeu ut alii legunt, *lamentatio*, quæ fuit triſtitia ejus in horto ut exponit Noſter Incognitus, de qua ipſe dixit diſcipulis ſuis, *Triſtis eſt anima mea*: quod tota commutata fuit in gaudium ac lætitiam. Et quando facta hæc mutatio, ipſemet explicat, *Conſcidiſti*, ſeu ut legit D. Hieron *Solviſti*, ſeu alii ex Hebræo *aperuiſti*, ſeu *diripuiſti*; hoc eſt meum corpus flagellis, ac verberibus. Sic explicat Noſter citat. Incognitus, ſic ait: *Iſte Chriſti ſaccus conſciſus fuit tempore ejus paſſionis per multa verbera, plagas, & vulnera, ut a planta pedis uſque ad verticem, non eſſet in eo ſanitas.* Et unde inter tot verbera vulnera, plagas, & acutiſſimos dolores; gaudium? ex fructu nempe proveniente, redemptione ſcilicet generis humani. Sic ait D. Aug. *Conſcidiſti ſaccum meum.* In quo erat incluſum pretium noſtrum. Obiter nota. Quod planctus fuit in horto in quo dolores, ac tormenta repræſentabantur; at talia in re ipſa deguſtata converſa fuerunt in gaudium, & lætitiam.

Pſalm. 29.

Incognit.

D. Hieron.
Hebræus.

Chriſtus vi amoris gaudebat de noſtra ſalute.

D Auguſt.
Tormenta paſſionis repræſentata doloris erãt expertia. gaudij.

QUÆSTIO III.

Quare Pilatus mandavit Dominum Jeſum flagellari, & an fuerit bis flagellatus.

11\. COmmunis Patrum ſententia, quod Pilatus Dominum flagellari juſſerit, vel Iudæos ad pietatem flecteret, ut à poſtulanda crucifixione deſiſterent; ſic docent in præſenti D Cyril. D. Chryſ. *Hoc*, ait, *Pilatus non ob aliud feciſſe credendus eſt, niſi ut ejus injuriis Judæi ſatiatis ſufficere ſibi exiſtimarent, & uſque ad eius mortem ſævire deſiſterent.* Idem docent D Aug. in Pſal. 63. Beda Albert. Magn. D. Thom. D. Bonav. & alij hic, flagellatio ergo facta eſt, ut hac pœna impoſita populus quieſceret, & à morte Chriſtus ſervaretur. Hæc ſententia verbis D. Luc. nititur c. 23. ait Pilatus. *Corripiam eum, & dimittam.* Corripiam nempe, per flagella. Et confirmatur; quia poſtquã D Joan. ſcribit Ieſum flagellatũ, etiam narrat, quomodo multis Pilatus eũ voluiſſet liberare

Flagellatur, ut deſiſtant à morte petenda.
D Cyrill.
D. Chryſ.
D. Auguſt.
Beda.
Albertus.
Magnus.
D. Thom.
D Bonav.

12\. Aliam etiam rationem hujus flagellationis aſſignat D. Hieron. in c 27. Matth. *Sciendum eſt*, ait, *Pilatum Romanorũ legibus miniſtraſſe, quibus ſancitum eſt, ut qui crucifigitur prius flagellis verberetur.* Unde lictores virgarũ faſces ſecuribus alligatos habebant, & faſcibus ſolutis damnatum primo virgis cædebant; & poſtea caput ſecuri amputabant; ut ita omnia damnatorum tormenta ſimul haberent. Ita Livius lib. 6. Decade 3, Plutarch problemate 32.

Hieron.
Pro lege Romanorum.

Livius.
Plutarch.

Ex quibus oritur quæſtio an Chriſtus D. fuerit bis flagellatus Affirmant Arias Montan. in ſcholiis Gerſon in Monte teſſaro, & Joan Ferr. de inquiſitione Reliquiarum l. 1. c. 2 §. *Quæ cum ita ſint* Et fundantur in eo, quia Dominus videtur ſemel flagellatus ante latam ſententiam crucifixionis ut tanto ſanguine populus quieſceret. Cujus flagellationis meminit Ioan 19. n. 1. Iterùm que videtur Dominum fuiſſe flagellatum poſt latam mortis ſententiam, ut Romanorum lex ſervaretur ait ut D. Hier. & ad hoc videntur reſpicere Matth. & Marc. cum ſcribunt. *Tradidit eis Jeſum flagellis cæſum ut crucifigeretur* 13.

An Chriſtus fuerit bis flagellatus.
Arias.
Ferrand.

Ioan. 19.

D Hieron.

14\. Communis tamen & vera ſententia eſt D. Jeſum ſemel tantum Pilati juſſu fuiſſe flagellatum, ut hoc tam rigido ac diro ſupplicio Judæorum furor ſedaretur. Et de hac una tantum flagellatione loquuntur Sacri Evangeliſtæ, nam quilibet ex eis de una tantum flagellatione facit mentionem, & Matth. & Marc. ſic expendendi ſunt *Tradidit eis Jeſum flagellatum ut crucifigeretur.* Hoc eſt ad mitigandum furorem Judæorum Dominum jam antea flagellatum tradidit eis. Mos, ac conſuetudo Romanorum ſervata eſt, quia jam verberatus erat Dominus, ante latam ſententiam, ideò non fuit neceſſarium iterum verberari poſtquam lata eſt ſententia, ſatiſque legi ſatisfactum eſt unica illa flagellatione Ita communiter omnes recentiores Janſen. Mald. Barradas, & Tolet in Joannem.

Semel tantum fuit flagellatus.

Janſen.
Maldonat.
Toletus.
Barradas.

15\. Dicam quod ſentio. Pilatus attendendo tam ad placandum populum, quàm ad legem Romanorum, Dominum flagellari imperat; hac mente: verberationis pœna mandat D. Jeſum affici, ut ſi fieri poſſet tali ſupplicio populus placaretur, & tunc ipſe liberum dimitteret Jeſum; & ſi populus non eſſet ſedatus, ſed pro eo crucifigendo adhuc inſtaret, ipſum jam flagellatum morti traderet. Et ita flagellavit tam ad reſtringendum furorem populi, quam ad Dominum diſponendum, ac præparandum ad crucem, ſi neceſſarium eſſet.

Mens auctoris.

Ex utroque motivo flagellavit.

16\. Alto Dei conſilio permittente Pilatus mandat D. Ieſum flagellari Chriſti flagellatio Diaboli deſtructio, Ier. 50. n. 37. *Quomodo confractus, & contritus eſt malleus univerſæ terræ* Malleus univerſæ terræ Diabolum ſignificat; nam ille ſuis tentationibus omnem terram premebat; malleus iſte flagellis verberum Chriſti D. contritus eſt. Sic ſentit Orig. hom. 3. in Ier. *Chriſtus*, ait, *malleum hunc contrivit in paſſione.* Diabolus ergo Chriſti flagellatione confractus eſt, Pilatus Diaboli membrum, ſic eum apeellat D. Aug. in Pſ. 63. Ut ita Diabolus ſuis membris devinceretur, ac deſtrueretur D. Athanaſ de Paſſ. *Immortali mortem intendens dæmon, ipſe in mortem rapiebatur, & quod peſſimus erat à ſuis ipſius membris, hoc mali illi infligebatur quod verſutiſſimo illi in ſummum vituperium ceſſit omnino enim ſi à Domino vapulaſſet gloriari poterat, nunc ab illis percuti quos in ſervitutem redegerat, id omne dedecus, probrumque tranſcendit.* Diabolus per Pilatum armatur contra Dominum ut ſuis mẽbris vincatur ac ſuperetur. Vide t. 2. cap 3. q. 33. n. 188. & tom. 3. c. 15. q. 14. n. 110. & cap. 22. quæſt. 19. n 117. 118 & tom 4. cap. 19 q 9. n. 65. & cap. 35. n. 165.

Jerem. 50.

Flagellatio Jeſu deſtructio Diaboli.

D. Athanaſ.

QUÆSTIO VI.

Nudatur Jeſus ad flagella cujus ſumma erubeſcentia maximè eum afflixit.

17. Magnus. DEnudatur meus Ieſus ad flagella in atrio
Præſidiis; quod ut advertit Alb. Magn. pu-
Chriſtus publicè flagellatus. blicè, ac coram multitudine populi factum eſt,
& ſine dubio ab ipſo iniquo, ac furibundo popu-
lo ſpectante, cùm D. Jeſus eſſet denudatus mul-
tæ irriſiones, ſubſannationes, & vociferationes
factæ ſunt, quæ omnia ſunt valdè dura, & acerba
viro nobili, ac ingenuo, ut jam ponderavi ſup.
18. hoc l.c.4.q.5.n.42. Et eodem c. q. 16.n.133.134.
S. Brigitta. Ad flagella denudatur Jeſus omnibus veſtimen-
tis ſuis; imò ut revelatum eſt S. Brigit l.1.Revel.
Tripliciter Chriſtus denudatur. c.10. *Deinde deductus ad columnam perſonaliter
ſe veſtibus exuit. Perſonaliter manus ad columnam
applicuit, quas inimici ſine miſericordia ligaverunt
Alligatus autem nihil omnino operimenti habebat
Sed ſicut ut natus eſt ſic ſtabat, & patiebatur eru-
rubeſcentiam nuditatis ſuæ.* Et ut ut ſic feroces
lupi miniſtrorum liberè, ac expeditè toto corpore
omnibúſque ejus membris ad libitum eum flage-
larent; tripliciter meus Ieſus nudatus eſt; ut mul
ti contemplanrur. Primò hic ad flagella. Secundò
ad chlamydem coccineam. Tertiò ad crucem.
19. Et ſummæ, ac virginali pudicitiæ Chriſti Do-
mini quantus dolor, ac afflictio ex nudato corpo-
re; Virgineo enim corpori nihil intolerabilius ac-
cidere poteſt, quam denudato coram populi mul-
Chriſto multus dolor ex nudato corpore. titudine. D. Iſraël ait Iſai 24 n.1. *Et nudabit eam,
& affliget faciem ejus.* Ad exprimendam ingen-
tem afflictionem, ac erubeſcentiam faciei Iſraël,
Iſai.24. ait Propheta, quod denudabit eam, nulla enim
poteſt eſſe major afflictio, nullaque major faciei
verecundia, nulluſque major dolor, quam ex nu-
dato corpore, inde quod Chriſtus ad columnam
eſſet nudatus, gravis, & magnus ei erat dolor. In
Pſalm. 37. perſona ejus, ait Regius Vates. Pſ.37.n.18. *Quo-
niam in flagella paratus ſum*: hoc eſt nudatus ſum
ad columnam; nam parari ad flagella idem eſt ac
eſſe nudatum, & ſubdit. *Et dolor meus in conſpectu
meo ſemper.* Pondera *dolor meus*, inter tot dolores
ac opprobria, quæ patiebatur, ſimpliciter hunc
appellat ſuum dolorem, ac ſi hic eſſet ſummus
dolor quod eſſet paratus, ac nudatus ad flagella,
& addit; *in conſpectu meo ſemper*; ac ſi à primo
conceptionis inſtanti peculiariter ad hunc tam
vehementem dolorem animum intendiſſet, ſem-
pérque hic tantus dolor inſigniter in memoria,
ac mente ejus fuerit.
20. Ait Chriſtus D.Luc.10.n.30. *Homo quidam deſ-
Luc. 10. cendebat ab Jeruſalem in Jericho, & incidit in la-
trones, qui etiam deſpoliaverunt eum, & plagis im-
poſitis abierunt ſemivivo relicto.* Duo mala intule-
runt latrones huic homini, *deſpoliaverunt eum*,
Græcus. ſeu ut habet Græc. *Exuerunt eum.* Alterum fuit,
quòd *plagis impoſitis abierunt ſemivivo relicto.* Seu
Euthym. ut legit Euthym. *Vulneribus inflictis abierunt re-
linquentes ſemimortuum* Tamen inter hæc tanquã
præcipuum malũ, ac primum refertur, quod *eum
ſpoliaverunt*, ſeu *exuerunt* à veſtibus ſuis. Secun-
D. Bonav. dum autem quod eum plagis impoſitis quaſi ſe-
Viro ingenuo nuditas duriſſimas ſuer omni a ulnera. mivivũ reliquerunt, ſeu ut explicat D. Bon quaſi
mortuũ. quod multo gravius videtur. Erat homo
ille Iſraëlita, vir nobilis, & ingenuus, & tam durũ
ei fuit in publica via denudatum jacere, quod ei
gratius, ac acerbius fuerit, quam quod impoſitis
plagis quaſi mortuus relinqueretur. Ieſus ſalus
noſtra incidit in ſæviſſimos latrones, crudeles
nempe carnifices, qui eum denudaverunt, ac vul-
neribus verberum impoſitis, quaſi ſemimortuum
reliquerunt. Et inter hæc quis dubitat, quod du-
rior ei fuerit nuditas, qua maximè gravabatur
puritas ac honeſtas virginalis.
Et in hoc facto crudeliores fuerunt Iudæi quàm 21.
inſenſibiles creaturæ quamque Babylonicæ flam-
mæ; mittuntur tres pueri in fornacem ignis ar-
dentis in Babylonia, & ignis non ſolum corpora Daniel.3.
eorum; ſed etiam veſtes non attigit. *Sarabala eo-* *Ignis veſtibus pepercis ob ſanctorum honeſtatem.*
rum non fuiſſent immutata. Dan.3.n.94. id eſt veſ-
tes non ſunt aduſtæ; cum tamen ad majorem ma-
nifeſtationem miraculi videri poterat quod veſ-
tibus igne conſumptis corpora eſſent illæſa; tamẽ D.Chryſ.
non ſolum corpora, ſed etiam veſtes præſervatæ
ſunt ab igne. D. Chryſ ſerm de negat. Petri. t.6.
Veſtibus ait, *ob ſanctorum honeſtatem ignis pepercit*
At Iudæi Chriſti honeſtati non pepercerunt.
Rem etiam aliter explico. De his ſanctis pue- 22. Daniel. 3.
ris in camino fornacis dicitur. *Non tetigit eos om-* *Contriſtatur vir nobilis ex nuditate*
nino ignis, neque contriſtavit. Dan.3.n.50. Nam cor-
pora, & veſtes omnino ſervatæ ſunt ab igne, ut Carthuſ.
ibi explicant Carthuſ. Lyr. Hugo, & alii. Nam ſi Lyran.
veſtibus conſumptis corpora eſſent illæſa, maxi- Hugo.
mè contriſtarentur, cum inter flammas nuda cor-
pora apparent quo maximè eorum honeſtas of-
fendebatur. De hac Chriſti nuditate in Calvario
iterum dicam ſuo loco c. 13.q.6.

QUÆSTIO V.

Quare ad excipienda flagella alligatur Jeſus columnæ, agiturque etiam de ipſa columna?

FLagellandus apud Iudæos humi proſterneba- 23.
tur, ut patet ex Deut 25.n.2 tamen Chriſtus Deut.25.
D. non fuit flagellatus more Iudaico, ſed more *Chriſtus flagellatus eſt more Romano.*
Romano, ac proinde tanquam Agnus alligatus
fuit ad columnam, ut tenet communis uſus San-
ctæ Matris Eccleſiæ Romanæ; ut docent com- Hieron.
muniter SS.Patres. D.Hieron S.Paul Prud & alii S.Paulin.
quos citant Iac Gretſ. l.1.de cruce, & Ioan. Fer- Prudent.
rand.de diſpoſitione Reliquiar.l.1 c.2. Grethſer. Ferrand.
Columna hæc marmorea tranſlata eſt ab Hie- 24.
roſolymis Romam, & oſtenditur in Eccleſia S. *Forma columnæ.*
Praxedis; eſt humilis altitudine trium palmorum
ne ſi altior foret, flagellatores impediret, ut Chri-
ſtum utrinque, hoc eſt tam antequam retro; tam Boſius.
in pectore, quam dorſo liberè flagellare poſſent, Mallonius.
ita Boſ.l.1.de cruce c.13. Dan. Mallon. de ſtigma-
tibus S.Ambroſ.& alii.
D Tamen Hieron.in Epitaph. S. Paulæ cap.4. 25. D.Hieron.
ait quod *oſtendebatur illic columna Eccleſiæ por-
ticum ſuſtinens infecta cruore Domini, ad quam
vinctus dicitur, & flagellatus* Et quod hæc ſacra
columna porticum Eccleſiæ ſuſtentaret, tradunt Greg.Tur.
Greg.Turonenſ l.1.de gloria Martyr. c.7. S Pau- S.Paulin.
lin.Ep.34. Beda lib de locis ſacris cap. 3 Niceph. Beda.
lib.3 hiſtoriæ Eccleſiaſt cap. 30 Prudentius, & Nicephor. Prudent.
alii. Et Romani damnatores ad columnas altas *Columnæ*
flagellabant. Sic columnæ ad quas alligati fue- *Chriſti non*
runt S Petr.& Paulus, ut de more flagellarentur *parva fuiſſe*
ante necem, alta ſunt, & altitudinem hominis *videtur.*
æquant, vel ſuperant, quæ Romæ extant apud
noſtros

noſtros Carmelitas in Eccleſia S. Mariæ Tranſpontinæ. Unde illa columna minor, quæ oſtenditur in Eccleſia S. praxedis, vel eſt pars, vel appendix majoris, de qua faciunt mentionem S. Hieron. prudentius, Beda, & alii.

26. Quæſtio tamen principaliter inquirit. Cur Jeſus ligatur columnæ ad flagella? Ratio literalis eſt manifeſta, quia ita de more damnati alligabantur ne timore verberum afflicti effugerēt corpu, vel declinarent, ſed invicti perſiſterent flagellorum verbera patientes, ſic & Jeſus ad columnam alligatur; nunc & grande myſterium viſitur hodie, Chriſtus Jeſus in columna, & columna marmorea. Olim apparuit Deus in columna nubis, vel ignis Exod. 13. n. 21 Modo vero in columna marmorea, legem Moſaicam daturus adeſt Deus in columnam ignis vel nubis quæ facilè evaneſcunt & tranſeunt, lex enim illa vetus non multum duratura, ſed abolenda erat; at Chriſtus Dominus legem Evangelicam condens, Eccleſiamque perpetuò duraturam ædificans, cujus *tabernaculum nequaquam transferri poteſt*. Iſai. 33. n. 20. In columna marmorea, quæ firmitatis, ac fortitudinis argumentum eſt oſtenditur, ut à firmitate columnæ firmitas. ac fortitudo ejus ædificii, ac Eccleſiæ cognoſcatur Ait. Ioan. 19. n 33. *Ad Jeſum autem cum veniſſent non fregerunt ejus crura.* Corpus ejus naturale etiam denotabat corpus ejus myſticum, Eccleſiam nempe Catholicam, quæ perpetuò ſtabilis ac ſolida & conſtans erat permanſura.

Exod. 13.

Lex gratiæ perpetua, & ſtabilis.

Iſai 33.

Joan. 19.

27. Tamen meus Ieſus altiori vinculo aſtringitur; obedientiæ nempe erga patrem, charitatis erga homines. Abraham, ut ſacrificaret filium ſuum, prius tamen ipſum alligavit. *Cùmque alligaſſet, Iſaac filium ſuum* Gen. 22. n. 9. Rupert l. 6. in Gen. c. 31. ait. quod Iſaac ligatus ab amantiſſimo parente præfigurabat Ieſum ligatum obedientia, ac amore ab Æterno parente ad columnam. *Ergo* ait, *colligavit planè Deus Pater filium ſuum, non imbecillitatis vinculo, ſed magnæ caritatis imperio ne oblatum calicem paſſionis abigeret. Unde in Pſalmo dicitur. Tenuiſti manum dexteram meam. & in voluntate tua deduxiſti me* pater qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis tradidit illũ ac ſi ipſimet pater manus Ieſu teneret, ut à militibus columnæ religarentur; niſi enim pater prior eum alligaſſet, & ipſe alligari ſponte voluiſſet, neque Iudæi, neque gentiles, neque ulla omnino tenebrarum potestas quidquam poſſet in eum efficere. *Et in voluntate tua deduxiſti me* pſalm. 72. n. 24. per viam nempe à te pater præſcriptam obedientia, ac amore me deduxiſti, *ne oblatum calicem paſſionis abigeret* Oblatum nempe calicem tam dura flagellatione, ſed libenter, ac cum ſummo gaudio illum ſuſciperem.

Geneſ. 22.
Rupert.

Alligatur Jeſus à Patre obedientia, ac caritate.

Pſalm. 72.

28. Alligatur Ieſus vinculis ad columnam, ut noſtra vincula ſolvat, de ſuo dilecto Ieſu decantat ſponſa. Cant. 2. n. 9. *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos.* Quæ verba ſic legit D. Ambr. citand. *Proſpiciens per laqueos, eminens ſuper retia.* Ac ſi undiq; retibus, laqueiſq; eſſet obvolutus, ac circundatus, ſicq; per illos ſuos proſpiciebat; & quid laquei, & retia cum Ieſu, & per illos ſuos proſpiceret. Ad miſericordiam ac pietatem? Equidem laquei illi erant in Ieſu, ut nos à noſtris laqueis, peccatorum eriperemur, ſic laquei laqueis ſolverentur. D. Amb. in pſal. 119 ſerm. 6. *Venit*, ait, *ad laqueos Ieſus, ut Adam ſolveret, venit liberare, quod perierat, omnes retibus tenebamur; nullus alium eruere poterat cum ſe non poſſet eruere. Talis ergo neceſſarius erat, quem vincula generationis humanæ non tenerent. Is ſolus erat Jeſus, qui cum hujus carnis ſe circundediſſet vinculis, captus non erat, ſed diſrumpens ea atque diſſolvens ad ſe magis vocavit Eccleſiam proſpiciens per laqueos, eminens ſuper retia, ut ipſa diſceret vinculis non teneri.*

Cantic. 2.

D. Ambroſ.

Chriſtus in vinculis ac laqueis ut vinctus ſolvat.

D. Ambr.

29. Cuſtos carceris apprehendit Paul. & Sil. *Miſit eos in interiorem carcerem, & pedes eorum ſtrinxit ligno*, Actor. 16. 24. Quid inde ſubſequutum eſt textus exprimit. *Terræ motus factus eſt magnus, ita ut moverentur fundamenta carceris & ſtatim apertæ ſunt omnia oſtia, & univerſorum vincula ſoluta ſunt.* Cum Paul. eſt in vinculis, aliorum vincula ſolvuntur, quod eleganter ponderans D. Chryſoſt. hom. 8. in Ep. ad Eph. *Commotus eſt* ait, *carcer vincto Paulo ſoluta ſunt omnium vincula. Vides naturã vinculorum vincula ſolventem: propterea ipſe primum vinctus eſt: ac deinde reliquos vinctos ſolvit, ut diſcas ſervos Chriſti ligatos majorem habere virtutem* Si ſervus Chriſti ligatus aliorum vincula ſolvit, evidens eſt, quod ipſe Dominus ligatus cunctorum vincula ſolvet.

Actor. 16.

Ex vinculis Chriſti vinctorum ſolutio.

D. Chryſ.

QUÆSTIO VI.

Valdè vilis, ac injurioſa fuit Chriſti Domini flagellatio.

30. FLagellatio apud Romanos fuit vile ſupplicium ſervorum, ſicut liberorum erat fuſtigatio, ut patet ff. de pœnis L. *ſervorum*, & conſtat etiam L. *Porcia, & Sempronia.* Unde S. Marcel. ſic cenſuit *Ex quibus cauſis liber fuſtibus cæditur, ex his ſervus flagellis cædi, & Domino reddi jubetur.* Strepitus virgæ reſonabat libertatem, ictus verberum, & flagellorum turpitudinem ſervi, quæ pariter cædebat corpus, & famam, carnifexque erat membrorum & honoris. Unde Paulus ut ſibi magnam injuríam factam ait Actor. 16. n. 37 *Cæſos nos publicè indemnatos homines Romanos miſerunt in carcerem.* Et hæc injuria maximè creſcebat, & augebatur, ſi damnati flagellarentur, à vilibus, ac plebeis hominibus, unde ſuorum infamiã ægrè ferens Philo oratione ad Falc. maximè conqueritur, quod ipſe viros nobiliſſimos Senatores, & Magiſtratus Iudæos fecerit ab alienigenis mancipiis verberari. Sic ait Philo. *An non fuit iniquiſſimum cum de plebe Alexandrina Iudæi flagris punirentur.*

Flagellatio valdè vilis.
L. Servorum
L. Porcia.
S. Marcell.

Actor. 16.

Philo.

31. Ex quibus liceat contemplari, ac conſiderare quam vile, ac ignominioſum, quod meus Jeſus princeps, ac Dominus totius libertatis eſſet flagellatus à vilibus homuncionibus, & infirmis militibus peccati ſervis. Non ſolum flagellis conciditur injurioſo ſervorum modo, ſed etiam extremo, ac abjectiſſimo, id eſt ab ultimis, ac contemptibilibus militibus. Rupert. ad hæc verba. *Apprehendit Pilatus Jeſũ & flagellavit.* Sic exclamat. *Grande ſpectaculum mundo, & Angelis & hominibus, ut à ſervis peccati princeps libertatis ſervilibus modis concideretur.* Profundè conſidera patientiam mei Jeſu, non ſolum ſervilibus modis flagellatus eſt, ut ſervus, ſed etiam tanquam malus ſervus qui multa delicta commiſerat contra Dominum ſuum.

Flagellatio Chriſti D. valdè vilis, ac ignominioſa.

Rupert.

32. De Chriſto D. ait Iſai. 53 n. 2. *Et vidimus eum, & non erat aſpectus, & deſideravimus eum deſpectum,*

Iſai. 53.

D. Laur. Iuſtin. Rodolph.

ctum, & noviſſimum virorum. Quæ verba ad ſummam ac maximè vilem ignominiam in Chriſti flagellatione referunt D Laur. Juſtin.lib.de Agone Chriſti cap.14 & Rodolph.Carthuſ.in Tertia de Paſſion.cap.62 & ideo hæc verba profundè ad rem præſentem explicanda ſunt. Ait Propheta.

Septuag. Simmach.

Vidimus eum, & non erat aſpectus. Septuaginta vertunt. *Non habet ſpeciem neque decorem.* Symmach *Non erat ei forma non dignitas.* In tanta abjectione, ac humilitate erat in ipſa flagellatione, ut non eſſet ei ſpecies, nec decor nec dignitas, *Deſpectum, & noviſſimum virorum* Septuaginta vertunt. *Species ejus inhonorata, & deficiens præ filiis hominum.* Vel *præ omnibus hominibus.* Ut legit D.Aug.l.18.de civit.c.29. Arabic. *Vilis ex hominibus.* Radix Hebraica. *Contemptū ſeu contemptibile ceſſationem, ſeu ultimum terminum virorum* Quæ ſic explicant Forer. Sanch. Cornel. Chriſtus Dominus vocatur ceſſatio, defitio, vel ceſſator virorum, id eſt ultimus finis, terminus, ſeu noviſſimus virorum, ultra quem non amplius eſt vir; in genere enim virorum *eſt minimum quod ſic.* Ac proinde Chriſtus Dominus in ſua verberatione ſic ſuper cunctos noviſſimus, ac deſpectus eſt, ita ut ad ultimum abjectionis, humilitatis, vilitatis, ac ignominiæ punctum, terminum, ac finem pervenerit, ultra quem nullus poteſt excurrere, vel aliquid attingere.

D. Auguſt. Arabicus. Radix Heb. Fererius. Sanchez. Cornel.

Chriſtus in flagellatione pervenit ad ultimum terminum abjectionis, & ignominiæ.

33. Pſalm. 34.

In perſona Chriſti ait Regius Vates Pſal. 34. n.15. *Congregata ſunt ſuper me flagella, & ignoravi.* Magnum dubium quomodo Chriſtus Dei ſapientia, cui omnia ſunt aperta, & manifeſta, omniáque comprehendit, dicat *Ignoravi.* Si ergo omnia clariſſimè cognoſcit, quomodo inclamavit, quod ſuam verberationem ignoraſſet? Loquitur Chriſtus Dominus ut homo, diſſimulans ſe ſcire ſecundùm opinionem eorum. Ut hac exaggeratione exprimat horribile nefas, gravitatem, ac magnitudinem injuriæ, & opprobrii in ſua verberatione, *congregata ſunt ſuper me flagella.* Ac ſi dicatur, tam impudens fuit hoſtium meorum flagitium, qui in me tanta ſupplicia, ac extremas ignominias intulerunt, ut in cujuſvis cordati non venirent cogitationem, excludunt enim purum humanum captum, ut videatur ad mentem hominis cordati talia venire non poſſe. De hac exaggeratione exponit locum Theodor *Ipſi Judæi, ait, cum turbis me invaſerunt interficere ſperantes, & ſubitò irruentes ignorantem me alligare conati ſunt. Hoc enim dicunt verba illa, congregata ſunt ſuper me flagella & ignoravi.* Ita multi explicant illud Jerem.11.n.19. *Et ego quaſi Agnus manſuetus, qui portatur ad victimam, & non cognovi, quia cogitaverunt ſuper me conſilia.*

Tanta ignominia videtur non venire in mentem hominis.

Theodor. Ierem. 11.

34. Philo.

Et quid ignominioſius, quam quod D. Jeſus more vilium ſervorum in ſuorum inimicorum conſpectu eſſet flagellatus. Philo in Falcum tractans ignominioſam ſuorum calamitatem qui ab ipſo Falco flagellati ſunt: ait, *Triginta octo comprehenſos induxit in theatrum; ſpectaculum miſerabile, nec illi tempore, aut loco debitum, ſtatutóſque coram inimicis eorum ſedentibus ad majorem ignominiam juſſit nudatos flagellari tanquam ſceleſtos, & nocentiſſimos.* Quid vilius, ac abjectius accidere poterat, quam quod viri nobiles nudatis corporibus more ſervorum flagellarentur, eorum inimicis ſpectantibus ac ſedentibus, & irridentibus, Ait Paul. Hebr. 11. n 36. *Alii verò ludibria, & verbera experti ſunt.* Valdè mirum quod in catalogo ærumnarum ſanctorum ſolum ludibria adjunxit verberibus, cur non potiùs cum his, qui lapidati ſunt, ſecti ſunt, ac mortui in occiſione gladii vel afflicti, & anguſtiati, quia inter omnes calamitates, quas homines patiuntur, irriſiones, ac ludibria, maximè connectuntur cum his, qui flagellantur D. Anſelm. ibi. *Alii experti ſunt ſuſtinenda ludibria, & verbera, quia deriſi ſunt, & verberati* O dulciſſime Ieſu æternæ gloriæ Princeps, quanta ignominia pro me, ac omnibus affectus fuiſti, coram inimicis ſedentibus, ut ſceleſtus homo flagris verberatus.

Ex flagellatione multa ignominia ac ludibria. Hebr. 11.

D. Anſelm.

QUÆSTIO VII.

Chriſti flagellatio crudeliſſima excedens omnem modum.

Quam crudelis, & acerba fuerit Chriſti Domini flagellatio ex multis conſiderari licet; primò, quia ut dixi q.3. Pilatus juſſit flagellari ſeſum, ut inſatiabili Judæorum odio in Chriſtum ſatisfaceret eóſque ad commiſerationem in Chriſtum flecteret, & inſatiabili odio inſatiabilis flagellatio reſpondit. Secundò ex petulantia plurimorum militum, qui ad hoc pecunia ſubornati fuerunt à Iudæis, de quo q 9. Tertiò, ex verberum multitudine: de quo dicam, q ſeq. 35.

Chriſti flagellatio ex multis valdè acerba.

Quartò. Ex qualitate flagellorum, quæ erat triplex, ut teſtatur S. Vincent Ferrea. Prima flagella erant ex ſpinis, & vepribus acutiſſimis. 36.

Secunda erant chordæ cum ſtimulis ferreis. Tertia erant catenæ ferreæ cum ferreis aduncis. Quintò, ex Chriſti complexione, quæ fuit excellentiſſima, & maximè delicata, ac acutiſſimi ſenſus, & tactus, utpote formata ab Spiritu ſancto ex puriſſimo Virginis ſanguine. Quare Chriſtus Dominus longè magis ſenſit verborum ictus, quam quilibet alius homo ſentire poterat.

S. Vincent. *Triplex flagellorum genus.*

D. Bern ſerm. 4. Hebdom. Majoris, mira admiratione exclamat. *Vide nunc opera Domini, qui poſuit prodigia ſuper terram flagellis caſus eſt: hinc guttæ ſanguinis decurrentis in terram.* Magnum prodigium ſanè benignitatis, ac miſericordiæ Dominus tam dirè, ac crudeliter flagellari, ita ut dicat Nonnus apud Gerbſer. tom de Cruce l.1.c. 9. *Alternantib. & repetitis ictibus horrendo Chriſti corpus rubefecit flagello.* Et D. Laur. Iuſt. de Triumphali Chriſti agone c. 14. *Ligatur Jeſus, ait, cæditur, totóque flagris corpore diſſipatur; nunc ſcapulas, nunc ventrem, nunc brachia, nunc crura cingunt. Vulnera vulneribus, plagas plagis recentibus adduat. Hinc livor tumens, inde ſanguis erumpens.* Quod vaticinatum eſt Pſal. 68. n. 27. *Super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Sic vulnera vulneribus, plagæ plagis additæ ſunt, ac livor tumens apparuit totúmq; corpus horrendo rubeſcit flagello à planta pedis uſque ad verticem non eſt in eo ſanitas, ut totus leproſus à lepra infectus videretur. Ait Iſai. 53. n. 4. *Et nos putavimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo.* Vertit Theodor. *Et flagellatum.* Sicut enim leproſus toto corpore lepra maculatus horrendū ſpectaculū præbet intuentibus. Sic meus Ieſus flagellatus vulneribus, plagis, ac tumoribus erat plenus, ut cunctis admirandum ſpectaculum exhiberet. *Et non erat ei ſpecies:* forma, ac figura hominis ſic totus vulneribus erat deformatus 37.

D. Bernard. *Chriſti flagellationum magnū prodigium.* Nonnus. D. Laur. Pſal. 68. Iſai. 53. Theodor.

Deplorans Iob ſuam extremam calamitatem, 38.

ac

ac ærumnam dicebat. *Pelli mea conſumptis carbus adhæſit os meum.* Cap. 19. num. 20. lamentatur, quod conſumptis carnibus corpus amiſerit, nec quicquam ex figura hominis tota videatur præter oſſa, quæ nuda, atque arida contegit pellis, exeſis omnino mediis carnibus, & ſic totum corpus conſumptum ac deformatum erat, ut vix in illo hominem agnoſceres. At verus Job Jeſus ad multo majorem, ac extremam ærumnam devenit; non enim conſumptis carnibus peliis oſſa tegebat, ſed verberibus, ac flagellis oſſa denudata erant, & pellis ipſa omnino perforata, ac exeſa, carnibuſque verberibus extractis oſſa nuda apparebant; ut dinumerari poſſent. Juxta illud Prophetæ *dinumeraverunt omnia oſſa mea.* Huc advoco id quod dixit D Chryſ. ſerm. 3 de Paſſion. *Ecce Dominus meus*, ait, *aptatur ad verbera, ecce jam cæditur: rumpit ſanctam cutem violentia flagellorum, & repetitis ictibus crudelia vulnera ſcapularum terga conſcindunt.*

In flagellatione oſſa Jeſu denudata ſunt à carne, & pelle.

D. Chryſ.

39. Joan. 15.

Ait Jeſus Joan 15. num. 1, *Ego ſum vitis vera.* Quam ſimilitudinem nunc maximè Jeſus expreſſit. Sicut enim vitis ligari ſolet ad palum, ſic Jeſus ligatus eſt ad columnam, ut verberum ſciſſione ſanguinis fluvios effunderet. Ad hoc tendit D. Bernard. ſerm. de Paſſione cap. 4. quod eſt de ligatione Diviniſſimæ vitis, ſic ait. *Quamvis & ipſa flagella immitia, quamvis dura, quamvis injuſta, diligo flagellorum iſtorum vincula, quibus ſacratiſſimum corpus tuum datum eſt contingere quæ tam puriſſimo ſanguine non mediocriter ſunt imbuta, ô bone Jeſu. Et tam dure flagellatus eſt Dominus, ut ſanguis ejus ſurſum in aëra reſultaret. Vide autem quam bene huic ligationi conveniat, quod vitis ad palum ligatur* Hæc fœcundiſſima vitis Jeſus palo, columnæve erat applicata, diriſque flagellorum vinculis ligabatur, ac promebatur, ut toto corpore magnam ſanguinis copiam funderet, ut non ſolum terram, ſed etiam aërem profunderet. *Ut ſanguis ejus ſurſum in aëra reſultaret.*

D. Bernard.

Tanta copia ſanguinis ut terram, & aërem profunderet.

40, Tuccius.

Pſal. 37.

In perſona Chriſti D. ut Tuccius in Iſai. 40. num. 10. & alij interpretantur, ait Reg. Vates. *Quoniam ego in flagella paratus ſum: & dolor meus in conſpectu meo ſemper.* Pſalm. 37. n 18. Quid eſt quod ait Propheta. *Et dolor meus in conſpectu meo ſemper;* id eſt ſemper mihi eſt præſens, ſemperque coram oculis mentis meæ explicat D. Auguſt. *Quis dolor fortè de flagello* Et quid mirum dicitur, quod dolor de flagello ſit ſemper in conſpectu ejus, omnia enim ſunt nuda, & aperta ante oculos ejus, ad quid peculiariter dicitur, quod dolor de flagello ſit ſemper in conſpectu ejus; tam magnus ac vehemens extitit dolor de flagellis, ut inſigniter dicatur, quod ſemper fuit ante oculos, ac faciem ejus; tam acutè hic dolor animam ejus penetravit, ut ſemper fuerit habita ante conſpectum mentis.

D. Auguſt. *Dolor de flagellis acutiſſimus ſemper in conſpectu ejus.*

QUÆSTIO VIII

De numero flagellorum Jeſu.

41. JUDÆI, & Romani reos flagellabant, tamen Judæis certus verberum numerus determinatus erat à lege, Deuteron. 25. n. 3. Sic mandabat lex. *Pro menſura delicti, erit & plagarum modu[illegible]ta duntaxat ut quadragenarium numerum non excedat.* Unde Paul. 2. Cor. 11. n. 24. *A Judæis quinquies quadragenas una minus accepi* Judæi ſolebant verbera 39. infligere, ne numerum quadragenarium præſcriptum à lege excederent Romanis verò certus verberum numerus non erat præfixus, ac proinde prout eis videbatur ad libitum ſic verberabant.

Deut. 25.

2. Cor. 11.

Chriſtus D. ut pro nobis multa pateretur flagellatus eſt more Romanorum à militibus Romanis, qui maximè quadragenarium plagarum numerum exceſſerunt, quot verò fuerint verbera res valdè incerta, quia nec ſcriptura refert, nec Sancti Patres tradiderunt, 42,

Chriſtus flagellatur. more Romanorum.

D. Vincent. Ferreira ſerm. de Paſſion. ait Corporis oſſa ex Medicorum ſententia eſſe 276. Chriſtum ita flagellatum, ut cuilibet oſſi triplex verberum ictus reſpondeat. Unde 828, plagis cæſus eſt. Multi tamen recentiores ac fidelium piorum conſenſus tenet quinque millia verbera Chriſto Domino fuiſſe inflicta, cui conſonat B. Brigittæ revelatio l. 1 illi revelatum eſt Chriſtum perpeſſum 5475. plagas. Et quod hæc revelatio cum numero quinque millium ictuum conveniat, inde oſtenditur, quia Chriſti vulnera maxima pars ex flagellis nota eſt: ergo quinque millia circiter fuerunt plagæ ex flagellorum ictibus, reliqua verò pars 475. reliquis plagis ex paſſionis proceſſu ſcilicet coronæ ſpineæ; crucis, clavorum; lanceæ, attribui poteſt; res eſt dubia; revelationi S. Brigittæ adhæreo. 43.

D. Vincent

Quot fuerint flagella inflicta Chriſto.

D. Paul agens ne ſuis flagellationibus non ſolum ſe dicit flagellatum, ſed etiam verberum numerum ſcribit dicens: *A Judæis quinquies quadragenas una minus accepi.* 2. Corinth. 11. n. 24. Si numerus verberum, quæ Paulo inflicta ſunt refertur, cur etiam verbera à Jeſu accepta non numerantur? Sed tantum de illo dicitur, quod fuit flagellatus, non quot verbera ſuſtinuerit? Rodolphus Carthuſ 3. de Paſſion. cap. 62. ait, quod Pauli verbera in determinato fuerunt numero, ac Chriſti verbere tot, ac tanta extiterunt, ut omnem numerum excedere videantur. Nec ullus eſt auctor, qui Jeſu inflicta verbera non exiſtimet longè exceſſiſſe numerum à lege deſignatum; & ita in numero excreverunt Chriſti verbera ut ex illis mori ſæpè debuiſſet Chriſtus, ſed Deitas carnem ſuſtentabat, ut plura pati, & tandem crucifigi poſſet. 44.

2. Cor. 11.

Rodolph.

Chriſti verbera numerum excedunt.

Deitas Chriſtum ſuſtentabat, ne moreretur.

Ait Chriſtus D. per Regium Vatem Pſalm 72. n 14. *Fui flagellatus tota die & caſtigatio mea in matutinis.* Chriſti flagellatio mane, ac matutino tempore inchoata eſt meridiano vero jam Chriſtus erat in crucem exaltatus, quomodo ergo dici poteſt, quod tota die fuerit flagellis cæſus, cum meridiana hora jam flagella ceſſaſſent? Dicitur tota die flagellatus, non ratione temporis, ſed conſiderato verberum numero, qui ita magnus, ac dilatatus fuit, ut integrum diem implere poſſet, Præcipiebat lex, juxta menſuram delicti, erit plagarum modus; at meo Ieſu qui nullum habuit delictum fuerunt inflictæ plagæ, & flagella ſine menſura, ac termino. 45.

Pſal. 72.

Quot, & quanta fuerint Chriſti flagella.

Ad hoc etiam tendit illud Pſal 34. n. 15. *Congregata ſunt ſuper me flagella, & ignoravi* Ubi Ruff. ſic ait. *Congregata, id eſt multiplicata, & adunata ſunt ſuper me flagella.* Quia ſic vulnera vulneribus, ac plagæ plagis, flagella flagellis multiplicabantur adverſus D. Ieſum, ut omnem modum, & numerum excederent D. Bruno. *Per hoc*, ait, *quod ponit, congregata ſunt flagella, diverſitatem* 46.

Pſalm. 34. Ruffinus.

D. Bruno.

& multitudinem flagellorum innuit, Multimoda multitudine namque flagellatus eſt.

47. D. Auguſt. Ait D. Auguſt. ſerm.114.de tempore. *Agnoſce ô homo,* ait, *quantum valeas, & quantum debeas; & dum tantam redemptionis tuæ dignitatem perſpicis ipſi tibi peccandi pudorem indicito Ecce pro impio pietas flagellatur.* Ait David Pſalm.31: *Multa flagella peccatoris.* Si multa flagella peccatoris multa quoque eſſe oportuit flagella redemptionis: nam ut dicitur Deuter.25 num.3. *Pro menſura delicti erit plagarum modus.* Maxima fuit menſura delictorum, quorum ſatisfactionem Chriſtus in ſe ſuſcepit, maximam quoque eſſe oportuit menſuram plagarum. Ob Chriſti flagella maximè Æternus Pater in nos reſpiciat. Iſai. 66. n.2. *Ad quem reſpiciam niſi ad humilem, & trementem ſermones meos.* Alia lectio habet *Ad quem reſpiciam niſi ad flagellatum.* Ac ſi ipſa Chriſti flagellatio maximè attrahat, ac alliciat divinam pietatem, ac clementiam ad indulgentiam, & miſericordiam.

Pſalm.31.

Iſai. 66. *Alia electio, Chriſti flagella attrahunt Divinos oculos.*

QUÆSTIO X.

Qui, & quot fuerunt Miniſtri flagellationis Chriſti?

48. Beda. Beda in cap. 15. Marc. exiſtimat Pilatum propriis manibus D. Jeſum flagellaſſe. Sic ait. *Intelligendus eſt Jeſus non alio quam ab ipſo Pilato flagellatus, ſcribit namque aperte Joannes.* Tunc apprehendit Pilatus Jeſum, & flagellavit, *ac deinde ſubjungit;* & milites plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti ejus, &c. Bedam ſequitur Vict. Antioch. Hæc tamen ſententia merito rejicitur ab omnibus recentioribus, non enim decebat, ut Præſes Provinciarum ad tam abjectam verberandi functionem ſeſe dimitteret. Quod enim Præfectus per alios facit, id ipſi attribuitur. Ac proinde cum Joannes ait, Pilatus apprehendit Jeſum, & flagellavit, ſignificat non per ſe, ſed per milites id feciſſe.

Victor. Antioch. *Jeſus non fuit flagellatus à Pilato manibus propriis.*

49. *Jeſus potius verberatus malleo quã flagello.* Si vis hanc ſententiam interpretaberis moraliter, quod ſcilicet Pilatus Dominum flagellaverit, non effectivè, ſed ſignificativè Nam ut ait Beda. *Pilatus os malleatoris interpretatus* Seu osmaleis: tam crudeliter Pilatus Jeſum flagellavit, ut pro flagello uſus eſſet malleo.

50. *B. Magdalena de Pazzi.* Hic maximè referendum eſt, quod B. Maria Magdalena depazzi noſtra Carmelita Sanctimonialis Florentina, ſanctitate, ac revelatione valdè celebris, beatificata ab Urbano VIII. in ecſtaſi agnovit, Chriſtum Dominum à triginta paribus hominum, id eſt à ſexaginta miniſtris fuiſſe flagellatum, cum alii aliis, novique recentes ſuccederent, ſic habetur in ejus vita part.6 p.532 Valdè mirum ſanè, quod tot, & tam duros, ac acerbos flagellatores meus Jeſus fuerit paſſus. *Congregata ſunt ſuper me multa flagella peccatoris.* Pſ.34 n.15. D Hieronym. vertit *Collecti ſunt adverſum me multi percutientes.* Alii legunt *multi flagellatores*; alii *dolore afficientes.* Ut videbis apud Lorinum.

Pſalm. 34. *Alia lectio.*

51. *Milites corrupti avaritia ad acrius flagellandũ.* Acceſſit ad hoc militum petulantia, quæ tanta fuit, ut ſine Pilati imperio, ſponte, ac protervia ſua Jeſum ſpinis coronaverint, ut dicam cap. ſequenti. Quid ergo perpetrarent in flagellatione, ad quam infligendam miſſi ſunt à Pilato; & cum etiam fortè à Judæis eſſent pecunia corrupti, ut in Chriſtum acerrimè, ac durè ſævirent. Sic ponderavit D Bernard. ſerm. 20. in Cant. Graviores Dominicæ paſſionis injurias in avaritiæ fornace fuiſſe conflatas. *Chriſti,* ait, *opprobria, flagella, clavos, lanceam, in fornace avaritiæ conflans.* Et cùm in avaritiæ camino flagella eſſent machinata, ſine dubio communis crudelitatis terminos tranſilierunt. D. Bern.

De Ægyptiorum plagis dicitur Exod.10. n.23. *Tribus diebus nemo vidit fratrem ſuum.* Signanter dicitur, quod nemo vidit fratrem ſuum, cur non potius ſcribitur, quod nemo vidit domum ſuam, vel cœlum, ſeu terram, ſed quod non vidit fratrem ſuum. Ægyptus totus in temporalibus lucris habendis occupabatur, & inde ne aliquid lucri amitteret, Iſraëlem nolebat dimittere, & qui ſic temporales proventus ſatiabat, omnem ſtatim humanitatem exuit, ut nullum proximum agnoſcat, & videat, ſed in omnes crudeliter ſævit, nil humanum ſcit videre avarus, ut potiatur auro. Rupert. apud Lippom. *Signanter Ægiptiis dictum eſt quia tribus diebus nemo vidit fratrem ſuum cupiditate namque detentus, & præoccupatus animus non videt fratrem ſuum, non agnoſcit proximum ſuum, eo tantum intentus ut furetur* Milites avaritia, ac auro occupati non videbant fratrem ſuum proximúmque ſuum Jeſum ne tam durè, ac crudeliter in eum ſævirent. 52. Exod. 10.

Avaritia ſic obdureſcit animus, ut non cognoſcat fratrem, nec proximum.

Rupert.

Objicitur Nabucodonoſori grandis & mirabilis ſtatua, Daniel 2. num. 32. Cujus caput aurum præ ſe ferebat: pectus argentuem: venter æs: crura ferrum; ſi caput tam nobile, ac gratum quomodo ab aureo capite, à pectore argenteo venter æneus? Unde hæc conjunctio, & fabricatio? Ubi aurum ingreſſum eſt in capite, argentum in pectore, ſtatim venter, viſceraque ænea, ac ferrea fuerunt, ut nullam humanitatis ſpeciem, ſed omnem crudelitatis modum in ſe haberent. Sic ad rem præſentem addubitat Richard. Victorin. de Interit. hom. erudit. part. 1. cap.24. *Qui prius vos tam blandos, tam benignos exhibuiſtis: unde tam ſæva crudelitas, & ferri durities in vobis.* Ab ipſo aureo capite, pectoréque argenteo provenit ferri durities in viſceribus. 53. Daniel.2.

Avaritia in capite ferrea viſcera.

Richard.

QUÆSTIO X.

Inter tot, & tanta verbera, admiranda Chriſti patientia. ac etiam Sanctiſſimæ Virginis matris ſpectantis cum multo dolore.

Inter tot, & tam dura, ac acerba flagella maximè admirandus eſt Chriſtus Dominus qui divinam, & ſuper omnes creaturas, animi patientiam, fortitudinem, ac conſtantiam declaravit; nam ſic firmus, ac conſtanti animo ſtabat veluti petra immobilis; imò omnia verbera, omnéſque dolores, veluti princeps, ac vir dolorum ſibi ſubjiciebat, eiſque omnibus dominabatur. D. Laurent. Juſtin lib. de triumphali Chriſti agone cap. 14, ſic ait *Tanquam gigas, imperterritus ſtetit, & coronationis pœnam immutata mente ſuſtinuit.* 54. *Eximia Chriſti patientia.* D. Laur.

Divus Cyprianus lib. de bono patientiæ. *Inter cætera,* ait, *admirabilia virtutum, quibus indi-* 55. D Cyprian.

cia

cia divinæ Majeſtatis expreſſit, paternámque patientiam tolerantiæ tenore ſervavit. Tertullianus lib.de Patient.c.3. *Qui,ait,in hominis figura propoſuerat latere,nihil de impatientia hominis imitatus eſt.Hinc vel maximè Phariſæi Dominum agnoſcere debuiſtis;cum patientiam hujuſmodi nemo hominum perpetraret.*Et S.Ambr.ſerm.17 in Pſal 118. ſic ait: *Chriſtus Calumniis appetitus,ſilentium detulit triumphale.*

Tertull. D.Ambroſ.

56\. Dicitur; quod Diabolus percuſſit Job.*Vlcere peſſimo à planta pedis uſque ad verticem capitis,* cap.2.n. 7. Ubi Pineda latè oſtendit, non unum aliquod;ſed multa morborum genera, cum multis,& variis doloribus immiſſa eſſe in Job, cujus etiam dolores, & ſordes ſatis etiam amplificat Origenes lib.2 in jobum,& ſic ait. *Univerſa ſupplicia, atque incendia induxit Diabolus ſuper Job per ſemetipſum atque ſua iniquitate. Sed incontaminatus permanſit magnus ille adamantus Job.* Et poſt aliqua ſubdit.*Deficiebant tormenta, deficiebant flagra,Dei athleta non deficiebat,ſed forti ac conſtanti animo ſtabat,*ſic de hoc excellentiſſimo, ac multo Superiori Iob totius patientiæ magiſtro ac exemplari dicam Deficiebant tormenta,deficiebant flagra,ac dolores at ipſe non deficiebat, ſed forti, & conſtanti animo ſtabat vehementi amoris flamma incenſus,ut pro noſtra ſalute plura,ac plura pateretur.

Job.2. Pineda. Origen. *Deficiebant flagella, ac dolores, patientia non deficiebat.*

57\. Quo refero Chriſtum ut cruci affixum, Joanne teſte 13.n.14. In ipſomet æneo ſerpente à Moyſe in deſerto exaltato fuiſſe figuratum:in qua ſimilitudine perpende,non cum vivo, nec alterius materiæ,niſi æris,ſerpente Chriſtum crucifixum componi,tum ut paſſionis acerbitas,cruciatuúmque magnitudo, quod non niſi is, qui æneus eſſet,poſſet ferre,graphicè oſtenderetur, etenim Job tot ærumnis perferendis imparem ſe agnoſcens dicebat cap 6.num.12. *Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea eſt.* Tum etiam vel maximè, ut denotaretur pleniores, & efficaciores voces ſola patientia ſua editurum; æris ſiquidem natura, ut ibi obſervat Rupertus valdè ſonora eſt, unde clarius,& plenius ſilentio mortem obeundo,quam ſublatiſſimis antea prædicationis vocibus ejus divinitas concrepabat. De hac Chriſti patientia,vide ſuprà hoc lib. cap. 4.quæſt.6.

Joan.13. *Chriſti patientia ſerpente æneo declaratur.* Rupert.

58\. Mira etiam fuit ſanctiſſimæ Virginis Mariæ patientia, ac fortitudo, cum aſſiſtens videret filium ſuum flagellis percuti,ut affirmant Dionyſius Carthuſ. ſerm de Paſſio. & Metaphraſtes de Dormitione Deiparæ His verbis, *Cum tempus adeſſet paſſionis, & jam adduceretur ad Pilatum, &c. Mater ſicut in aliis ſuperabat mulierem, ita hic videtur quoque pluſquam mulier quæ ab illo minimè recedit,ſed propius ſequebatur;nihil timens quod eſſet formidabile.*Quod confirmatur ex revelatione facta B Brigittæ,ex qua conſtat Virginem Mariam adfuiſſe flagellationi; quæ ſacratiſſima Virgo ſic loquitur cum ſancta Brigitta lib. 1. revelat.cap 10. *Ad primum ictum ego, quæ aſtabam propinqua, vidi corpus ejus flagellatum uſque ad coſtas, ita ut coſtæ ejus viderentur,& quod amarius erat, cum retraherentur flagella,carnes ipſius flagellis ſulcabantur.*De dolore Virginis in paſſione multa dicam ad finem hujus libri.

Mira Virginis patientia ſpectantis cum multo dolore. Carthuſ. Metaphraſt. S.Brigitta.

QUÆSTIO XI.

Solvitur Jeſus à columna, & juxta multorum ſententiam iterum flagellatur.

MAxime conſideranda eſt ſumma patientia innocentiſſimi agni mei Jeſu,qui,non ſolū flagellatus eſt,ut ſervus,ſed etiam tanquam malus ſervus qui multa delicta contra Dominum ſuum commiſerat, & quamvis, ut ſuprà dixi in hoc cap q 3.n.14 quod Chriſtus Dominus ſemel fuerit ex Pilati juſſu flagellatus, tamen hic non omittam aliquas pias ſententias referre,quæ maximè inſerviunt ad compunctionem,ac piam contemplationem tantorum myſteriorum. 59.

Jeſus flagellatus veluti malus ſervus.

Divus Auguſtinus ſerm. de Paſſion. ait quod cum Chriſtus Dominus eſſet alligatus columnæ, & crudeliſſimè flagellaretur, quidam lictorum tantam immunitatem ægrè ferens,dixit,ut revelatum eſt D.Brigittæ l. 1. ſuarum revelationum c.10. *Nunquid interficitis eum non judicatum.* Et hæc dicens ſecuit ligamina illa, poſtquam inquā ſolutus fuit,putat idem D. Aug quod in terram illum poſtraverunt, & acerrimè humi jacentem flagellaverunt,juxta præſcriptum legis Deut. 25. n.2 dicentis. *Sin autem eum, qui peccaverit dignum viderit plagis,proſternent, & coram ſe facient verberari.* 60.

D.Auguſt. D.Brigitta. Deut.25.

D.verò Bernard. ac D.Anſelmus tract de Paſſ. exiſtimant, quod milites ſolventes funes, quibus D. Jeſus ad columnam ligatus ſtabat, videntes partes pectoris,& ventris illi adhærentes plagarum expertes, iterum tergo inhærentem columnæ illum ligaverunt, ac innumeris flagellis dilacerarunt. 61.

D. Bernard. D. Anſelm.

Robertus Aq.art.2.de Paſſion.ait, quod meus Jeſus ſolutus à columna cum ob nimiam debilitatem, non poſſet pedibus ſtare, quod ceciderit in terram,& ita ſanguine ſuo, ſeu ut potius dicam, in mari ſui ſanguinis,qui à ſacro ejus corpore defluebat ſeſe volutaverit *Veni in altitudinem maris,& tempeſtas demerſit me:*Pſalm 68.n. 3.Veni in altitudinem maris mei ſanguinis, & tempeſtas verborum, & dolorum, demerſit me, ſeu cooperuit me,& cum meus Jeſus caderet ſcapulis verſis in terram,tunc milites, ut meditatur D Aug.novo furore concepto, eum verberant, tum in pectore,tum etiam in facie,vultu,ac toto corpore. Et ubi noſtra Vulgata habet.*Veni in altitudiem maris.*Paraphraſtes legit, *Perveni ad profundum fortitudinis cohortis impiorum*, ac ſi in eo flagellando tota impia cohors ſuam fortitudinem,ac robur exerceret, ita ut *à planta pedis uſque ad verticem non eſſet in eo ſanitas.* 62.

Robertus. Aquin. Paraphraſt.

Erat totus mundus leproſus,lepra ſuarum iniquitatum, meus Jeſus factus eſt leproſus, *& nos putavimus eum quaſi leproſum.* Iſai. 53. n. 4. Accedamus ergo ad bonum Ieſum totum plagatum imitantes catellos illos, qui accedentes ad ſanctum Lazarum *Lingebant vulnera ejus*: Luc. 16. n.21. Lingebant canes ulcera illa, ut reciperent ſalutem, omnis doloris expertes, exclamat ibi D. Ambroſ.lib.8.in Lucam. *O felicia ulcera quæ perpetuum excludunt dolorem.*Conveniamus ergo ad Ieſum plagatum, ore, labiis, ac lingua ſugentes de ejus ſacro ſanguine, ut ſalutem, & vitam habeamus,curantes dolorem ac pœnalitatem noſtrorum peccatorum, ut & ita omni cœ- 63.

Iſai.53. Luc. 16. D. Ambroſ. *A Chriſti ſanguine hauriamus ſalutem.*

eſti bono repleamur. Sic poſt pauca proſequitur D.Ambr. *Beati canes,in quos ulcerum talium diſtillat humor,ut adimpleat cor, & impinguet fauces.*

CAPUT VI.

Jeſus ſpinis Coronatus.

Matth. 27.*n.* 27. Tunc milites Præſidis ſuſcipientes Jeſum in Prætorium congregaverunt ad eum univerſam cohortem.

VERSIONES.

Syriacus. Tunc milites præfecti duxerunt Jeſum in prætorium, & congregaverunt adversùs eum univerſam cohortem.

Græcus. Aſſumentes Jeſum in prætorium.

Arias. Coëgerunt ad eum univerſam cohortem.

ALTER TEXTUS.

*Marc.*15.*n.* 16. Milites autem duxerunt eum in atrium prætorii,& convocant totam cohortem.

EXPOSITIO I.

1. D. Auguſt. TUNC Refertur ad ipſum tempus paſſionis, ac flagellationis, Ut notavit D. Auguſt. l. 3. de conſenſu Evangeliſt. c. 9. & ſenſus eſt. Poſtquam Jeſus flagellatus eſt, milites Præſidii Jeſu flagellatores, qui lictorum officio fungebantur Nam Romani militibus ad adminiſtranda ſupplicia utebantur. *Suſcipientes Jeſum* (Syriacus.) Seu ut habet Syriac. *Duxerunt Jeſum in prætorium,* id eſt in locum, ubi conſtitutum erat tribunal Prætoris, ſeu Præſidis, qui prætorium appellabatur, ubi Provinciæ prætor dicebat jus,& habitabat,& qualis eſſet locus,explicat D Marcus (D.Marcus.) *Milites duxerunt eum in atrium prætorii.* Ergo erat tribunal prætorij in atrio valdè magno, vel circa illud;in quo qui habebant cauſas convenire poſſent.

2. Syriacus. *Corhors quid* *Congregaverunt ad eum,*Seu ut habet Syriac.adverſus eum,*univerſam cohortem.*Cohors erat decima pars legionis continens milites 1250.vel ut alii numerant 500.dûtaxat cohors hæc erat Prætoria,quæ ſcilicet Prætorem,ſeu Præſidentem Pilatum ſtipabat,ſeu cuſtodiebat,contra populi furorem ac tumultus,hanc cohortem ſecum eduxit Joan.18. Judas ad comprehendendum Jeſum Joan.18.n.3

QUÆSTIO I.

Quare milites ducunt Jeſum in Prætorium,ad eumque ibi convocant totam cohortem?

3. *Duo inquirenda.* DUo inquirit propoſita quæſtio. Primum; cur milites introducunt Chriſtum in prætorium;ſecundum cur ad eum ibi convocant totam cohortem? Ad primum.Jam dixi,quod prætorium, locus erat in quo erat tribunal Prætoris ſeu Præſidis Provinciæ.

Cur ergo milites in hunc locum Chriſtum adduxerunt, patet ex eventu rei; voluerunt enim 4. *Quare adducunt in Prætorium.* milites Chriſtum in tribunali, quaſi regem per ludibrium,ac irriſionem collocare; & hac intentione, ac fine eum purpura induunt, coronam ſpineam tanquam regi capiti imponunt,& arundinem pro ſceptro in manibus dederunt;reſtabat ergo,ut in tribunali veluti in throno conſtituerent, quod in præſenti faciunt.

Ad hoc ergo ludibrium, quod eſt ſecundum punctum quæſtionis milites Præſidis, ſcilicet 5. lictores qui erant quatuor, ut colligatur ex Joan 19.num. 33. majori ſubſannatione, ac irriſione fieret, convocant ad eum ubi univerſam Ioan. 19. cohortem.

Divus Paſchaſius lib 12. in Matth. *Cohors, illa,*ait,*multitudo militum erat. Quia in una cohorte* 6. D. Paſchaſ. *dicuntur trecenti, aut multo amplius milites eſſe, quorum numerus illam inviſibilem deſignabant contra quos dimicare Chriſtus venerat.* Milites cohortis membra diaboli erant, per quos ſignificabantur eorum capita, dæmones nempe, *Per milites dæmones denotabantur.* contra quos Chriſtus morte, ac ſanguine ſuo pugnabat.

Et quomodo ad Chriſti irriſionem tot,ac tanti milites conveniunt D. Chryſoſtom. hom. 88. 7. D.Chryſ. in Matth, *Quaſi omnes,* ait,*ex compoſito conveniſſent ita ſigno dato ad choream omnes diabolus concitabat? voluptatem etenim ex contumeliis propter immanitatem ſuam capiebant.* Proh Deus immortalis, hoc reſtabat ad tuas eximias ærumnas, ac dolores ut ad hoc Diabolus tanquam ſigno dato,ac campana pulſata tot,& tantos milites convocaſſet tanquam ad choreas, ad ludos ſpectandos; *Veluti ſigno dato diabolus convocat ad irridendum* hoc ſanè pertinebat ad extremum ærumnarum opprobrium, ut dolores, ac ignominiæ me Jeſu fierent choreæ,& ludi militibus. Sic ait Albertus Magnus in præſenti. *Ecce ſpectaculum univerſale fecerunt de filio Dei ut ab omnibus derideretur.* Albert. Magn.

Ponderans Divus Paulus Sanctorum diſcipulorum Domini ærumnas 1 Corinth.4 n.9. ait: *Puto* 8. 1.Cor 4. *enim quod Deus nos Apoſtolos noviſſimos oſtendit, tanquam morti deſtinatos: quia ſpectaculum facti ſumus Deo,& Angelis,& hominibus.* Noviſſimos dicit id eſt valdè abjectos,veluti nullius pretii, ac dignitatis viros, & unde in tam extremam,ac infimam conditionem devenerunt, ideo ait. *Quia ſpectaculum facti ſumus.* Græcus: *theatrum facti ſumus.* Sicut enim ſpectaculum,ac theatrum fit ad riſum,ac publicam lætitiam: ſic tormenta, D. Jeſum. *Noſtrum malum ludus adverſariorum.* mortes,ac vulnera Chriſtianorum inſerviebant populorum irriſionibus, ac ludis D. Bruno ibi. D.Bruno. *Nos dico,*ait,*tanquam morti deſtinatos, quia adeo affliguntur pro Chriſto,ut ſolummodo ad mortem nati videamur,proptereà vobis in mundo florentibus contemptui ſumus,Ideò etiam,quia ſpectaculum facti ſumus huic mundo, conveniunt enim omnes ad oppreſſionem noſtri,& mala noſtra ludus eſt eorum.* Et quæ major ærumna, quæve major afflictio, quam quod *mala noſtra ludus eſt eorum.*

In perſona Chriſti ait Regius Vates Pſal 21. 9. n.8. *Omnes videntes me, deriſerunt me.* Græcus, Pſalm. 21. *ſubſannant me* D. Auguſt.*Omnes qui conſpuebant* Græcus. *me.* Cardin. Hugo. *Deriſerunt me.* Quando illuſerunt D Auguſt. ei milites, qui ſcilicet impoſuerunt capiti

piti

piti ejus coronam de ſpinis, & induerunt eum veſte purpurea, & dicebant ei *Ave Rex Judæorũ*, Quod faciebant milites, ut notat hic noſter Incognitus, cum ganaio, & exultatione, tanquam diem feſtivum agentes. Et ſic adimpletum eſt illud Ierem. 20. n. 7. *Factus ſum in deriſum tota die omnes ſubſannant me*. De quo vide hoc libro c. 4. q. 5. n. 42. & q. 16. n. 135. 136.

Incognit. Ierem. 20.

Matth. 27. *n.* 28. Et exuentes eum, chlamyde coccinea circundederunt eum.

Num. 29. Et plectentes coronam de ſpinis poſuerunt ſuper caput ejus, & arundinem in dextera ejus. Et genuflexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Ave Rex Judæorum.

VERSIONES.

Syriac. n. 28. Et exuerunt eum, ac induerunt eum chlamyde coccinea.

Maldon, ex Græco. Et cum exuiſſent eum veſte ſua.

Franc. Lucas Circumpoſuerunt ei chlamydem.

Syriac. n. 29. Et contexuerunt coronam ſpineam & impoſuere capiti ejus, & arundinem in dextera ejus. Et genuflectentes ſeſe ſuper genua ſua coram eo, illudebant ei dicentes: Pax, Rex Judæorum.

Vatabl. Pagnin. Et coronam ſpinis contextam impoſuerunt.

Radix Græca. Et calamum in dextera ejus, & irridebant eum dicentes, Gaude Rex Judæorum.

ALTER TEXTUS.

Marc. 15. *n.* 17. Et induunt eum purpura, & imponunt ei plectentes ſpineam coronam.

Num. 18. Et cæperunt ſalutare eum: Ave Rex Judæorum.

Num. 19. Et percutiebant caput ejus arundine, & conſpuebant eum, & ponentes genua adorabant eum.

Joan. 19. *n.* 2. Et milites plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti ejus, & veſte purpurea circundederunt eum.

Num. 3. Et veniebant ad eum, & dicebant Ave Rex Judæorum, & dabant ei alapas.

EXPOSITIO II.

9. Syriacus. 2. Reg. 6. Et exuentes, ſeu habet Syriacus. *Et exuerunt eum.* Ac ſi denudaretur unus de ſcurris. Quod Michol improperabat Davidi 2. Reg. 6. n. 20. quod valdè durum fuit meo Jeſu, ut jam dixi ſuperiori cap. quæſt. 4. Reges ſuper propria veſtimenta purpuram induebant, at pro magna ignominia ſuper nudum corpus imponitur meo Jeſu. *Exuentes eum*, ait Origenes *Luſum ſibi Jeſum facientes*; id eſt cum exuiſſent eum; quod poteſt referri tam ad flagellationem, quam ad coronationem, exuerunt eum ad flagella, deinde chlamyde coccinea circundederunt: Incertum enim eſt an poſt flagellationem Chriſtus reſumpſerit veſtimenta ſua à quibus iterum denudatus eſt ad chlamydem, tamen certum eſt, quod cum milites eſſent nimis accenſi ira ac odio in Chriſtum inceſſanter, & ſine ulla requie opprobria ludibria, ac injurias intulerint meo Jeſu, & ſicut modo de flagella ſævierunt in corpus, ſic & nunc crudeliter caput ſpinis petunt, *& chlamydem coccineam* Infectum ſcilicet colore coccineo, ſeu rubro & erat pars aliqua contemptibilis, ac perantiqua indumenti alicujus militis.

Origen. *Sine intermiſſione injuria inferebatur Chriſto.*

10. *Et plectentes coronam de ſpinis.* Coronam nempe contextam, ſeu coronatam de ſpinis, *Impoſuerunt ſuper caput ejus*, ita ut tempora circundaret, ut ſic tanquam in pœnam faciunt, quod ipſe ſe eſſe regem dicebat. *Et arundinem in dextera* pro ſceptro arundinem, ſeu ut habet Græcus *calamum* ponunt *Et genuflexo*, ſpeciem adorationis regi convenientis præ ſe ferunt ante eum ſic ornatum inſtar Regis irriſoriè, *illudebant ei*, multis verbis. *Ave*, Syriacus *Pax tibi*. Græcus *Gaude*; vel *ſalvus ſis*. Finguntеum ſalutare, & tanquam recenter coronato gratulari, ac proſpera regno ſuo imprecari. *Rex Judæorum*. Hæc fuit occaſio totius irriſionis accepta eo quod Ieſus ſe diceret eſſe regem Iudæorum, & ideo hunc titulum Pilatus in Cruce appoſuit. Addit D. Ioannes, *& dabant ei alapas*: in faciem ſuam: ſalutant eum Regem Iudæorum loco amaro, inſultatione hoſtili, cum multa injuria ac ignominia.

Græcus. Græcus. Syriacus. D. Ioann.

11. *Et percutiebant caput ejus arundine:* accepta à manu tanquam ſtulti, ut notat D. Thom. tanquã judicantes, quod cum ſtultitia Iudæorum reguum affectaſſet, & ut etiam coronam ſpineam altius capiti ejus infigerent, quæ omnia eximiæ erant contumeliæ, graviſſimique doloris, ac dæmonum ut ait Origenes, ſuggeſtione inventa, & conſpuebant eum pro ſumma ignominia ut jam dixi ſuprà cap 4. q 16. n. 124 125. 126 *Adorabant*, dicentes *Ave Rex Judæorum.*

D. Thom. Origen.

QUÆSTIO II.

An Milites ſponte ſua: vel ex Pilati juſſione Chriſtum ſpinis coronaverint?

12. Maldonat. D. Auguſt. MAldonatus Superiori verſu. *Suſcipientes Jeſum in prætorium*, affirmat quod milites hæc omnia ex Pilati juſſu fecerint: Divus verò Auguſtinus tract. 116. in Ioan ſic ait. *Hic apparet non ignorante Pilato hæc à militibus facta. ſive juſſerit ea ſive permiſerit. Illa ſcilicet cauſa, ut hæc ejus ludibria inimici libentiſſime biberent, ut ulterius ſanguinem non ſitirent. Exivit ergo Jeſus portans coronam ſpineam.* Ergo hujuſmodi ſpinatũ coronatio facta eſt vel ex imperio, vel permiſſione Pilati, ut Chriſtum coronatum oſtenderet populo, potiùs ut Regem miſerandum, quam invidendum; ad hanc etiam ſententiam ſpectat D. Chryſoſt.

Ex Pilati permiſſione. D. Chryſ.

Chriſoſt.hom.83.in Joan. *Quæ tunc* ait *facta ſunt in eum fieri permitteret Pilatus. Vt purpurea veſte circumdaretur,& corona ſpinea ejus capiti imponeretur: ideo ita coronatum ad Judæos eduxit,ut ea ignominia eorum iram,& furorem aliquantulum ſedaret.*

13. D.Chryſ. Tertiò. Sic pergit citato loco Chryſoſt. *Et quomodo milites hæc faciebant, ſiquidem non præceperat Pilatus? Ad Judæorum gratiam. Neque enim noctu à Pilato juſſi,cum Juda profecti ſunt,ſed pecunia à Judæis allecti, omnia audebant.* Milites pecunia corrupti audebant omnia crudelitatis genera in ſacratiſſimum Salvatoris corpus infligere; hanc inhumanitatem, ac militum crudelitatem in avaritiæ fornace conflatam ex ore Domini teſtatur David Pſ. 58.n.4. *Ecce ceperunt animam meam,irruerunt in me fortes*, D.Hier *Congregantur adverſus me fortiſſimi* Et unde fortiſſimi in ſuperlativo tota malignitate, ſeu ut alii legunt *terribiles*, omni tormentorum genere conſpiraverunt in me, invaſerunt me D.Aug.ibi: *Irruerunt in me fortes ij qui ſperantes in divitiis prævaluerunt* Et cum milites divitiis eſſent allecti, humanitatis terminos tranſilierunt, ad omnémque crudelitatem ſævitiam ſe extenderunt. Hinc ait D.Chryſ.hom. 9. ad populum. *Qui pecunias diligit, innumera proximo mala patrabit.* Vide dicta ſuperiori. c. q9..n.52.53.54.

Milites pecunia corrupti multa crudelitate ſæviunt in Jeſum. Pſalm. 85. D.Hieron. D. Auguſt. D. Chryſ.

14. D. Leo. Quartò D. Leo ſerm.3.de Paſſion *Multas illuſiones*, ait, *Domino ſacerdotibus ſerviens oculis licentia popularis ingeſſit:& in manſuetudinem ejus qui hæc ſponte tolerabat,furens turba ſævivit*, Perpende verbum. *Sacerdotalibus ſerviens oculis*, Pilatus ſolum mandavit Dominum flagellare, cur milites ad tantum injuriarum ludibrium,ad ram dirum & ſævum tormentum ſpinarum in orbe inauditum recurrunt, cur non timent præſidem ac prinnipes,ut tot ludibria; & tormenta congerant? Tanta militum petulantia, *ſacerdotalibus ſerviens oculis* Agnoverant bene omnem pœnam Jeſu inflictam valde perjucundam, ac gratam futuram principibus ſacerdotum,& inde audenter omnem contumeliam, ac injuriam irrogant Jeſu: qui majorum voluntati blandiri intendit, nullam pœnam, nullámque injuriam immerenti detrectat inferre.

Ob voluntatem principum multa licentia ad aliorum injurias.

15. Cum fugeret David à facie Saul in Ziphæorum agros ſeſe recepit,& hoc magno fundamento, nam Ziphæi contribules Davidis erant,ex eadémque tribu ſua Juda, ut teſtatur Lyr. & ideo merito ad eos confugit,ut ſub eorum umbra lateret Quid tunc.1.Reg.23.n.19. *Aſcenderunt autem Ziphæi ad Saul in Gabaa dicentes nonne ecce David latitat apud nos in locis tutiſſimis? Noſtrum autem erit,ut tradamus eum in manus Regis.* Unde homines nobiles,ac illuſtres ex tribu nempe Iuda tantum malum machinantur contribuli ſuo ut contra omne jus amicitiæ ac ſanguinis ipſum inimico ſuo Saul prodant,in manúſque ejus velint tradere ad mortem, nullo ab hoc propoſito præmio,aut ſtipendio; unde in tantum nefas impelluntur; pro certo habebant ſe in hoc maximè Regis affectui blandiri, cui maximè mors Davidis grata credebatur. Joſeph.l.6.c.14 adductus in Gloſſa ad citata verba. *Ziphæi cum nihil mali ſuſtinere potuiſſent ſi Davidem non indicaſſent Sauli, propter blandimenta Regia virum Religioſum,& ad mortem injuſtè quæſitum prodiderunt.* Expende verbum *propter blandimenta Regia.* Nullo inſpecto lucro,ſed tantum ut ſerviant Regis voluntati execrabile & proditoriũ crimen in contribulem ſuum perpetrare moliuntur, & ad hoc ſponte ipſi ſe offerunt, *Aſcenderunt Ziphæi,* tantum in hoc intendunt *blandimenta regia* Vide t.4.c.17.q.23.n.146.147.148.

Lyran. 1. Reg. 23. *Vt homo Regi blandiatur, nullum crimen reſpuit.* Joſeph.

QUÆSTIO III.

De Chlamyde coccinea Chriſti aliqua notantur.

CHlamydem coccineam ſcribit D. Matth. purpuream eam appellant Marcus, & Joannes; unde D. Ambroſ. in cap. 23. Luc. has veſtes diſtinctas exiſtimavit, quibus & D. Ieſus indutus eſt; melius tamen D. Athanaſ. ſerm. de paſſione, D. Chryſoſt. D. Aug. Euthym. S. Thomas, D. Bonav. Toletus, Barrad Cornel. & alij communiter aſſerunt unam, eandémque eſſe veſtem Nam color coccineus valdè ſimilis eſt purpureo,unde multoties purpura vocatur, ut advertit Lazarus Baifius de re veſtiaria, velut advertit Salazar in Proverb. caput 21. ad verſ. 21. n.119.veſtis illa erat Dibapha, id eſt bis tincta ſemel purpura; & iterum coccinea, utlucidior, ac ſplendidior eſſet. 16.

D Matth. D.Marcus. D. Ioannes. *Vna veſtis.* D.Athan. D Chryſ. D. Auguſt. Euthym. D. Thom. D Bonav. Baifius. Salazar.

Purpura Reges, ac Imperatores utebantur; Alexander ab Alexandro lib. 5. Genial. c. 18 & alii, qua utebantur Reges, ut ſuum amorem erga populum indicarent, ſéque paratos oſtenderent, pro ſuis ad ſanguinem effundendum. Elias Cretenſis ad orat.3.Nazianzeni in Iulian. *Purpureus color*, ait, *veros Imperatores admonet; ut promptis animis ſanguinem ſuum pro ſubditorum ſalute fundant.* Et D Greg Magn. *Quid enim purpura*, ait, *niſi cruor, & tolerantia paſſionum amore regni exhibita?* Deinde Caſſiodor.lib 1.var.Ep.2. *Purpura*, inquit, *color regnantem diſcernit, dum conſpicuum facit,ne de aſpectu Principis poſſit errari* Sed ut omnes reverentia, ac amore in eum tenderent. 17.

Alexand. ab Alexandro. EliasCret. D Greg. Magnus. Caſſiod.

Chlamys veſtis erat ſtrictior, & brevior pallio, illa olim uſi fuerunt Reges Romani; teſte Suida, Verbo *Chlamys* Et apud Macedonios nulla veſtis erat illuſtrior, ut auctor eſt Plutarc. in vita Eumenis,tempore verò Auguſti illam milites ſuper arma induebant, olim Afri; aliique multi milites in prælio rubicundas veſtes geſtabant, cujus rei rationem aſſignat Alexander ab Alexandro lib.1.c.10. *Ut eo argumento*, ait, *vulnera, & ſanguis, haud innoteſcerent confidentiúſque,& ſine pavore dimicarent.* 18.

Quæ veſtis eſſet chlamys. Suidas. Plutarch. Alexand ab Alexandro.

QUÆSTIO IV.

Quare Chlamydem, ſeu veſtem coccineam, ac purpuream milites imponunt Jeſu?

COmmunis omnium genuina ratio eſt, quia Chriſtus ſe regem eſſe dicebat, ideo milites regem illũ ludicrum crearunt regnúmque ejus irriſerunt. Coronant ut regem, ſed ſpinea corona, purpuream que ei circumponunt chlamydem, arundineúmque ſceptrum dant manui, & genu flexo regem ſalutant, conſpuunt, 19.

alapis

Exemplo Herodis irridentur milites. Syriacus. alapis cædunt, ipſoque arundineo ſceptro percurrunt Ad quod etiam ſtimulati fuerunt milites exemplo Herodis regis, qui cum ſpreviſſet, ſeu ut habet ibi Syriacus, *illuſiſſet*, Jeſum remiſit indutum veſte candida; veſtis autem candida illuſtris & præclara, illaque viri nobiles, & magni utebantur, ut dixi ſupra hoc libro cap. 8. expoſit. 2. num. 19. Milites ergo Romani Chriſto, qui honore regni veluti candido venerat ex domo Herodis, ridicule tribuunt in Pilati domo eundem honorem regiæ poteſtatis.

20. Purpura induunt, quod eſt præſentis quæſtionis, nam purpura Imperatorum, ac Regum erat inſigne, & non curarunt milites, ut vera purpura Chriſtum induerent ſatis illis fuit, ut aliquid ſimile purpureæ in affectati regni ſignum illius humeris imponerent? unde non ſpendidam eos veſtem elegiſſe putandum, ſed obviam, vilem, ac tritam, & qualem aliquis miles, tanquam uſui fere ineptam, rejecerat, ſolo rubio colore ad regum purpuram accedentem. Hæc ſecundum literam dicta ſunt. Tamen ut ait in præſenti D. Hieronym *Nos autem omnia hæc intelligamus myſt.ce. Et iſti quæcunque fecerunt, licet alia mente fecerint, tamen nobis, qui credimus ſacramenta tribuunt.* Et ideo·

D. Hieron.

21. Peluſiota. Primò D Iſidorus Peluſiota lib 1. Epiſtol. 251. ſic ait. *Ludibrii veſtes de terreno imperio, ac principatus tanquam ludicro triumphavit. Verum Domino impoſita robur, ac vires contraxit: atque ad imperium à ſucceſſione immune progreſſa eſt. Conveniebat enim eam cum vel Chriſtum dumtaxat contigiſſet, atque ipſius fimbria extitiſſet, firmum, & ſtabi em eſſe* In paucis quam multa docet. Et primo Ecce mendoſa regni inſignia purpurea, & corona maligna corde attribuuntur Ieſu, tamen ipſa falſiſſima inſignia, in quibus terrenorum regum fallaciæ, ac apparentiæ dignoſcuntur adjunctæ Deo inſerviunt ut nos comparare faciant verum, ac ſolidum regnum. *Domino impoſita robur, ac vires contraxit, atque ad imperium à ſucceſſione progreſſa eſt.* Felices qui Deo adjunguntur, à quo tot bona habent. Secundo. Non otioſe Regum purpura adjungitur Jeſu. *Domino impoſita vires, ac robur contraxit.* Nam à Chriſti ſanguine in ſe ſuſcepto fidelium regum purpura maximè illuſtratur; & habet vires, & robur.

Quod mendaciter ſibi promittit homo à creatura in Deo ſolidum habet.

Purpura rerum firmitate à Chriſti ſanguine habet.

22. Peluſiota Ad citata verba Peluſiotæ. *Ludibrii veſtis de terreno imperio tanquam de re ludicra triumphavit* Veſte purpurea induitur Ieſus, ſed veſte valde perantiqua, humili, ſordida, & contempta, & hac de totius mundi gloria triumphavit, ſola enim tali veſte ſordida inſignis de mundo victoria reportatur. Ait Zacharias. 3. n. 1. *Oſtendit mihi Dominus Jeſum ſacerdotem magnum ſtantem coram Angelo Domini; & ſatan ſtabat à dextris ejus, ut adverſarentur ei: & Jeſus erat indutus veſtibus ſordidis.* Ecce indicitur rigidum bellum, hinc Ieſus Sacerdos, illinc Satanas ſed cuit adeſt Jeſus in ſordido veſtimento, & non potius ſe exhibet ferreo ſcuto, & galea? Et cur ancipitem gladium non evaginat? Nulla validiora arma ad dæmonem vincendum, quam humilis, ſordida, ac contemptibilis veſtis. D. Bernardus ſerm 5. de Chriſti nativitate. *Agnoſco, agnoſco, ait, Jeſum Sacerdotem magnum ſordidis opertum veſtibus, dum altercaretur cum diabolo. Ubi verò exaltatum eſt caput noſtrum ſuper inimicos noſtros, ex hoc plane mutavit veſtem, decorem induit.*

Zachar. 1.

Sordida, ac humili veſte vincitur diabolus.

D. Bernard.

23. Drogo. Secundò Cardinalis Drogo lib. de ſacra Paſſ. Chriſti. *Quid veſte nitida gloriaris? ait, ſub erte ſternetur tinea, & operimentum tuum verbis eſt, hæc tua veſtis eſt: illuſerunt tibi, qui chlamyde coccinea circundederunt. Sic Anti Chriſtus, & Herodes duo, alienis veſtibus depoſitis in ſuis veſtibus expirarunt.* Cur Dominus purpureo indumento, ac regni acclamatione voluit illudi? Cur non potius in doctrina Doctoris, vel in poteſtate miraculorum? Declarabat in hoc quod omnia temporalia ornamenta, ac decora, ad hoc unum inſerviunt, ut illudant homini, non ut veram illi gloriam præſtent, quid enim magis illuſioni, ac irriſioni aptum, quam quod homo peccator, quem expectant vermes; & tinea pro veſtibus, purpura, & auro, & regio ſplendore ornetur. De his dicebat Habacuc 1. num. 10. *Et tyranni ridiculi ejus erunt.* Septuaginta *& tyranni ludibria ejus* Tyranni ſunt reges iniqui, & peccatores, qui cum regali pompa, ac ornatu componantur, ludibria, ac ridiculi ſunt.

Temporalia decora potius ad ludibrium, quam ad decorem inſerviunt.

Habac. Septuag.

24. D. Chryſoſt. Tertiò Divus Chryſoſtomus apud Catenam Divi Thomæ in Matth. *Quod fiebat in Chriſtum, ait, ultimus terminus contumeliæ erat, nec una particula tantum ſed univerſum corpus patiebatur injurias: quia denudatum eſt per circundationem chlamidis.* Quem ad crucifigendum diſponebant, regio ornatu componunt, regalémque dignitatem illi ante oculos objiciunt. *Quod fiebat in Chriſtum, ultimus terminus contumelia erat.* O ſumma iniquitatis malitia regali purpura adornat, ut inde ad ſupplicium crucis rapiant, ut dolor eſſet acutior, & contumelia gravior, cum ex ſummo dignitatis apice ad ignominioſam, ac extremam crucis pœnam deveniret. Nil durius quam ex magna felicitate ad ſummam miſeriam ruere. Amiſſis omnibus bonis. *Surrexit Job, & ſcidit veſtimenta ſua.* cap. 1. num. 10. Cur Diabolus ipſa veſtimenta non diſrupit, ſed intacta reliquit; ut crudeliſſime, vexaret Iob, cum ex regali indumento ad in fomam ſterquilinii miſeriam deſcenderet, ut memoria antiquæ fortunæ ſæviſſime animum ſauciaret.

Præcedens felicitas exagerat præſentem miſeriam.

Job. 1.

25. D Athanaſ. Quartò D. Athanaſius de Paſſ. & Cruce Domini *Quem per ludibrium, ait, ſubſannationémque pulſabant, ei triumphalia addiderunt ornamenta, coccineam chlamydem, & coronam ſpineam, & calamum; nam tametſi ea per contumeliam agebant, efficiebatur tamen ut ab eo latenter ſpoliarentur.* Iudæi per ludibrium Chriſtum conſtituunt Regem, ea mente ut ejus regnum ſupprimant, oſtendentes eum non eſſe regem, ut ſuum regnum ſibi retineant, ne veniant Romani, & tollant locum, & gentem, & dum ſuum regnum volunt conſervare neſcientes ſerviebant divinæ diſpoſitioni, ut Ieſu regnum exaltaretur, & ipſimet Iudæi à regno ſpoliarentur. Sic & fratres Ioſeph Geneſ. 37. n. 28 cum vendiderunt, ne eum adorarent, ut ait Theodoretus ſerm. 8. de Providentia. *Venditione ſua adorationem promoverunt.*

Inſerviunt homines divinæ diſpoſitioni, dum Deo repugnant.

Gen. 37. Theodor.

26. D Athanaſ. Origen. Quintò Idem D Athanaſius citatus *Geſtabat, ait, in coccinea chlamyde ſpeciem ſanguinis, quo terra per Diabolum funeſtata, & multis crucis undis imbuta fuerat.* Et Origenes homil. 35. *Suſcipiens, ait, Dominus coccineam chlamydem, in*

Chriſtus in veſte ſuſcepit mundi peccata. Iſai.1. Nahum.2. Apocal 17.

in ſe ſanguinem mundi ſuſcepit. Id eſt peccata mundi quæ rubra, & ſanguinea ſunt, ſicut coccinum. *Poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrorum peccatorum.* Coccinum enim peccata ſignificat. *Si fuerint peccata veſtra ut coccinum* Iſai. 1. num. 8. *Viri exercitus in coccinis* Nahum. 2. num. 3. *Mulierem ſedentem ſuper beſtiam coccineam.* Apocal. 17. num. 3.

27. D Hieron.

Si plus impenditur quam quod tui muneris eſt, id in dedecus cedit.

Sexto Divus Hieronymus. *Milites alludentes hoc faciunt, ut nudatum priſtinis veſtibus induant chlamyde coccinea pro ruſo limbo, quo reges veteres utebantur.* Apud veteres teſtes Hieronimo regale ſignum erat fimbria coccinea, at milites Chriſtum non tantum cum veſte extrema parte rubra, ſed per ludibrium totam veſtem coccineam ei imponunt, dum enim plus ei conferunt, quam quod ſpectabat ad regiam dignitatem, ipſum regalem honorem ab eo auferre moliuntur; nam apud homines ſi plus tribuitur, quam quod tui muneris eſt, id non in ſplendorem, ſed in dedecus tibi cedit; & totum amiſſum denuntiat.

28. D Cyrill. D Ambroſ. D Auguſt. Origen. Theoph. Euthym.

Chriſtus ſuo ſanguine regnum totius orbis comparabat.

Septimò, D Cyrill. Alexandr. lib. 12 in Joan. cap. 15 *Per purpuream veſtem*, ait, *regnum totius mundi, quod per fidem Chriſtus accepturus erat, ſignificatum fuiſſe volunt.* Quod etiam aſtruunt Origenes, S. Ambroſius, S. Auguſtinus, Theophylactus, Euthym S Thomas, D Bonavent. Cum Jeſus effundit ſanguinem, ac ad mortem tendit, regali purpura induitur à militibus Romanis conſentientibus Judæis, ut ſignificaretur, quod ſui ſanguinis effuſione, ac morte ſua totius mundi regnum omniumque tam Judæorum quam gentium comparabat.

29. Sedulius.

Chriſtus mortis deſiderio inflammatus illius imaginem ambiebat.

Octavo. Sedulius l. 5. operis Paſchalis cap. 11. *Cum militari*, ait, *Chriſtus executioni contraditus mortis ſententiæ ſubjaceret, in ipſo nihilominus cultu, quem Regiæ ſub imaginis illuſione ſuſcepit, magni gerebantur ſacramenta miſterii. Quod enim Coccineæ chlamydis velamen indutus eſt, cruentum futuræ mortis demonſtravit aſpectum.* Alto myſterio Chriſtus, qui ſub poteſtate ſua, manus, ac conſilia perſecutorum habebat; permiſit ab illis prævio ad mortem purpureo veſtiti indumento; amoris ſine dubio ingenioſa fuit providentia, pro ardenti mortis ſuæ deſiderio; quo maximè ſtimulabatur Dominus, ut jam corpus ſuum modum ſanguine totum profuſum, ac obvelatum videret in cruce, & inde coccinea chlamyde ſuperveſtiri decrevit, ut cruento hoc apparatu corporis ſui vivam, ac expreſſam imaginem illius prudentis in cruce, piis ſuis oculis objiceret, & ſic cupiditatis anxiæ deflagrantem ardorem, temperaret, ac mitigaret.

30. Ioann. 5.

Scribit D. Joannes 5. num. 1. *Erat dies feſtus Judæorum, & aſcendit Jeſus Jeroſolymam: eſt autem Jeroſolimis Probatica piſcina.* Ex miraculo conſpiciendo, quod in illo ſtagno quotannis operabatur, videtur Evangeliſta innuere rationem Domini adventus, & quid in illo erat miraculo, quod tam efficaciter divinos oculos alliciebat? Nunquid rei novitas? Abſit, omnia antiquitate viléſcunt oculis ejus. Quid ergo? Chriſtus Dominus ſuæ mortis ardore flagrabat, & ejus effigiem tanquam impatiens amantius frequentat. In piſcina deſcendebat Angelus de cœlo, ut unius infirmi ſubveniret languoribus, & tanquam procella agitante movebantur in piſcina ſeu baptiſterio, ut alii legunt: aquæ rubicundæ ſanguine ſacrificiorum, ut colligitur ex Theophylacto, ut unus ſalutem reciperet; ecce cur Dominus deſcendit in Jeruſalem, ut ſplendidum ſuæ paſſionis theatrum, ac typum intueatur; deſcendit enim ipſe magni conſilii Angelus à Deo Patre de cœlo miſſus, ut moribundo mundo mederetur, & tanquam procella omnium tormentorum immiſſa, in piſcina, ſeu baptiſterio ſui ſacratiſſimi corporis motæ ſunt aquæ rubicundæ ſui ſacratiſſimi ſanguinis, ut univerſo humano generi ſalutem daret, inde Dominus advertat in Jeruſalem, & in piſcinam tempore commotionis rubicundarum aquarum in ſalutem unius, ut vivam ſuæ paſſionis intueatur imaginem, qua delectatus flagrantem illius ardorem valeat mitigare. Sic Divus Auguſtinus tract. in Joan. 17. Et Ericus, qui ait: *Motus aquæ, paſſionem Domini, quæ turbata gente Judæorum facta eſt, inſinuat, deſcendit ergo carne indutus hic magni conſilii Angelus in piſcinam populi Judæorum, ut morte crucis genus humanum non ſolum à languoribus peccatorum ſanaret, ſed etiam ab ipſa morte æterna ſufficeret liberare.*

Theophy. *Chriſtus imagine ſuæ paſſionis allectus illius deſiderium mitigabat.* D. Auguſt. Ericus.

Multa, & ampla ſacrificia de animalium ſanguine ſibi mandavit Deus offerri à mundi exordio uſque ad Chriſti adventum, in cultum, ac honorem ſuæ divinæ majeſtatis, quibus maximè Deus propitius fiebat hominibus. Et cur Deus tam frequenter ſibi ſacrificia offerri voluit. Hoſtiarum mors, perfuſuſque ſanguis mortem, ac paſſionem Chriſti denotabat. Divus Auguſtinus lib. 1. contra adverſar. Legis capite 18. *Quoniam ſingulari, & ſolo verò ſacrificio pro nobis Chriſti ſanguis effuſus eſt: ideo primis temporibus ad hoc ſacrificium talibus ſignificationibus prophetandum immaculatorum animalium ſacrificia Deus ſibi juſſit offerri.* Cum Deus maximè eſſet ſtimulatus cupiditate effundendi ſanguinem pro hominibus, nullum illi gratius ſpectaculum objici poterat, quam typus, ac figura ipſius ſanguinis effuſi, quo recrearetur ardoremque deſiderii ſui temperaret, ac mitigaret. 31.

D. Auguſt. *Umbraculo ſuæ paſſionis ſpectato recreabatur Deus.*

QUÆSTIO V.

Quare ligantur manus Jeſu ad arundinem?

Celebris, & perantiqua eſt pictura totius Eccleſiæ, qua Chriſtus Dominus chlamyde indutus, ac ſpinea corona redimitus, depingitur ligatis manibus, in cujus dextera repoſita apparet arundo. Et cur ad hujuſmodi arundinem ligantur manus! Perverſi, maligni milites chlamyde, corona, ac arundine regem adumbrabant, inde pro ſumma ignominia ligant ejus manus, nullum enim majus opprobrium, nullaque gravior injuria, quam quod ipſe Rex oſtenderetur ligatis tamen, ac advinculatis manibus, nam regiam poteſtatem non decet alligatam eſſe, ſed maximè liberam, & expeditam oportet. 32.

Cur ligantur Jeſu manus.

Quod optime in rem præſentem confirmat D. Bernard. in tract. ſeu ſermone de Paſſione Domini cap. 4. ubi ponderans quam aliena ſupremo Regi Chriſto Jeſu eſſent vincula, quæ in ſua paſſione ei impoſita ſunt, adducit exemplum 33.

D. Bern.

plum cujuſdam regis, qui in bello ſagitta vulneratus eſt; ſic ait. *Bene quidem Rex, cum percuſſus humana ſagitta peteretur, ut ſe ligari permitteret, donec excideretur, quia leviſſimo motu mortem poſſet incurrere* Sapienter, & profundè reſpondit. *Non decet vinciri Regem, libera ſit Regis & ſemper ſalva poteſtas.* Ac ſi deterius eſſet Regi ligari, quam mori. Quod ex optima deducitur ratione: mori enim non eſt alienum à regia conditione, omnes enim morimur. At ligari maximè deviat à regia poteſtate, eique ſupra modum adverſatur, ac repugnat.

Alienum à Rege manus ligare.

34. Inter Chriſti parentes valdè celebris eſt hiſtoria Zaram, & Phares, nam inſtante partu in utero matris maximè hi duo gemini colluctabantur, & pugnabant, pro primogenitura, ac primo loco, in ipſa effuſione partus, pro quo Zaram acriter, & vehementer contendens, & ut locum præriperet, manum extra matris alvum extendit. *In ipſa effuſione infantium, unus protulit manum, in qua obſtetrix ligavit coccinum.* Seu ut legit Oleaſter, *ligavit ſuper manum ejus duplicatum*; dicens, *iſte egredietur prior.* Gen 38. n. 27. tamen in rei eventu, alter nempe Phares prior egreſſus, & Zaram primogenitura amiſſa ſecūdum habuit locum, & unde hoc factum cum Zaram jam manum porrexiſſet. Alto & ſupremo conſilio, huic primogeniture, ut optimè notat Lyppomanus, annexa erat ſuprema regalis dignitas, ut eſſet pater multorum regum, ac regis regum Chriſti Jesu; Zaram habebat manus ligatas, inde ineptus invenitur ad regnum, egrediatur ergo alius manibus expeditis ut regiam obtineat dignitatem, illáque ut decet, fruatur. *Non decet vinciri Regem, libera ſit Regis, & ſemper ſalva poteſtas.*

Oleaſt. Geneſ. 38.

Lipoman. *Si manus ſunt ligatæ ineptitudo eſt ad regnū.*

35. *Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.* Pſal. 149. n. 8. Vide hæc diverſitas, ut reges habebant pedes alligatos nobiles verò, ſeu ut legit D Hier *Inclyti*; alii *pretioſi* manus? Hæc differentia: *Ad alligandos Reges eorum in compedibus.* pedes regis ſint advinculati, ut in ſua curia aſſiſtat, intérque ſuos ſubditos verſetur, & ab eis non diſcedat; & cur etiam non habebit manus ligatas, ut habent *Nobiles eorum*, cur etiam in hoc cum eis non conveniunt? nobiles, ac inclyti habeant manus aſtrictas regis nempe voluntati, ac imperio, at verò Regis manus, ſeu poteſtas, non ſint alicui ſubdito vel aulico advinculatæ, ſed ſint liberæ ac expeditæ, ut pro ratione, ac judicio, ut prudentia exigit, illis utatur Rex habeat pedes ſuorum obſequiis alligatos, manus verò expeditas, ne alterius, imperio obtemperet. *Libera ſit Regis & ſemper ſalva poteſtas.*

Pſalm. 149. D. Hieron.

Rex ſuorum obſequio ſit alligatus, non verò alicujus imperio.

QUÆSTIO VI.

Quare in Jeſu dextera ponitur arundo?

36. Ponitur in Jesu dextera arundo, ſeu ut ex Græco legitur *calamus*, ut inſerviret pro ſceptro Regis Judæorum. Quod Dominus Jesus cum multa patientia ſuſtinuit, quia regnum ſuum non erat de hoc mundo, ſed & ut denotaretur tale eſſe hominum regnum, qualia inſignia ipſi dabant, regnantium nempe ſanguine Purpuratum, ſpinis afflictionum abundans, tanquam arundineum valdè fragile, & inane; & ludibrio; ac irriſioni obnoxium. Accipe D. Laur. Juſtin lib. 1. de agone Chriſti c. 14. *Hæc*, ait, *indicavit mediator qui illud voluit, ſicut in corona ſpinea ita & in ſceptro arundineo. Meritò terrena dignitas arundini comparatur, quæ exterius viret, & tamen infructuoſa, intúſque inanis eſt, & vacua.*

Græcus. *Regnū temporale fragile & inane.* D. Laur. Iuſt.

37. Secundò. D. Ambroſ. lib 10. in Lucam. *Arundo quoque* ait, *ſecundum Matthæum comprehenditur manu ejus, ut humana fragilitas jam non ſicut arundo moveatur à vento, ſed operibus Chriſti corroborata firmetur. Arundo humanam naturam ſignificata, quæ valdè fragilis eſt. Quid exiſtis in deſertum videre arundinem vento agitatam.* Matth. 11 n 7. At verò ex attactu Chriſti manus, ipſa natura humana, ex infirma ſtabilis facta eſt, ex fragili robuſta, ac fortis columna conſiſtit contra omnes ſatanæ impetus, ad hoc reſpicit Paulus ad Philip. 1 n. 19 commemorans, *Subminiſtrationem ſpiritus Chriſti.* In nobis nempe D. Anſelmus ſubminiſtratio, inquam Jesu Chriſti ſicut columna, vel fundamentum fulſit me ſubter ne corruam. Tertiò, Elias Cretenſis oratione 3 D. Nazianz pro ſceptro, vel haſta fert tenuem arundinem quia tanta eſt dulcis fortitudo, ut hæc illi haſta ſit ſatis ſupérque ad transfigendum hoſtem.

D. Ambroſ. Matth. 11. *Noſtra infirmitas à Chriſto habet robur.* Philip. 1. D. Anſelm. Elias Cret.

38. Quartò. D. Hieron. ait. *Calamum tenebat in manu, ut ſacrilegium ſcriberet Judæorum.* Maximè erant perfidi milites dum arundinem pro ſceptro in dextera reponunt. *Et arundinem in dextera ejus.* Græcus, calamum in dextera. Sceptrum lævam manum regis occupat, ut dextera expedita relinquatur ad regia munia exercenda, unde ergo arundinem dexteræ manui miniſtrant. *Ut ſacrilegium ſcriberet Judæorum.* Arundo illa non tam regale ſceptrum, quam judicis calamum prænotabat, ut ea Chriſtum ſacrilegium Judæorum ſcriberet, arundine enim utebantur Antiqui, ad aliquid publicis monumentis configendum; ſic ſua temeritate, ac audacia obcæcati erant Iudæi in corpus Dominicum ſævientes, ut calamum miniſtrent, quo contra eos damnationis ſententiam ſcribat. Vidit Rex in ſuo convivio hominem in veſte ſordida, aitque illi. *Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem*; Matth. 22. n. 12 Non eum aſpere reprehendit, nec duris verbis invehitur in eum, ſed tantum eum interrogat, ut ipſe contra ſemetipſum ſententiam ferat Cajetanus ibi. *Non contumelioſè inceperat: non dicit: indignè præſumptuoſe, ſed amice. Non quomodo auſus es, ſed quomodo huc intraſti: proponendo interrogativè factum ſimplex, ut ipſe ſeipſum damnet.*

D. Hieron. *Peccatores cōtra ſeipſos damnationis ſententiam proferunt.* Matth. 22. Cajetan.

39. Quintò. Theodorus in Concilio Epheſino tom. 6. Append. 5 cap. 3 *Deſideratis, ait, audire jucundas veſtri Paſtoris fiſtulas: Paſtoris, inquam, quem paſtores ſocij calamis occiderunt.* Per ludibrium milites faciunt regem meum Ieſum, & cur pro ſceptro arundinem potius ponunt in manu, quam virgam aliquam ſolidam; de arundine paſtores pro feſtis, ac deliciis ſuis faciunt fiſtulas; Dominus tendens ad mortem, in manu portat arundinem, ac veluti oſtendens, unde tam dura mors illi veniret, nimirum à feſtis, ac deliciis, & cantibus, quibus paſtores ſuarum ovium indulgebant; deliciæ paſtorum diram mortem paraverunt Dei filio, pro quibus, ut ipſe patri ſatisfaciat, arundinem geſtat in manu.

Theodor. *Prælatorum feſta dura mors Chriſto.*

40. Sextò D. Athanaſ. lib. de Paſſione, & Cruce. D. Athan.

Perverſa malitia ad ſui interitum dat materiam. *Arundinem Chriſtus accepit*, ait, *cum illi à diabolo porrigeretur ignaro, quod contra ſeipſum gladium acueret. Dicitur enim arundo ſerpentibus lethalis eſſe, atque inde potiſſimum interfici.* Cur Diabolus in ludibrio Jesu ad arundinem confugit? Cur non aliquam virgam miniſtrat, ſed tantum arundinem? Peſtifera Dæmonis malitia ſuis actionibus ad ſui exitium, ac perditionem materiam ſubminiſtrat, dicitur enim quod ſerpens in arundineti umbra perimatur: pro ludibrio Jesu ad arundinem diabolus ſuos miniſtros inſtimulat, ut ſub umbra hujus arundinis ipſe antiquus ſerpens periret, ac in ſui pœnam rueret. Sic de peccatoribus Diaboli membris, ait Iſaias 64. n. 7: *Alliſiſti nos in manu iniquitatis noſtræ.* Et Chaldæus addit: *Et peccata noſtra abſtulerunt nos.* Ac ſi adverſus peccatores non alii requirantur tortores; niſi iniquitates ſuæ hortum enim manibus perimuntur. *Iſai. 64.*

41. *Pſal. 49.* Apolinat. *Peccator ſibimet ſupplicium infert.* Adversus peccatorem minatur Deus. *Arguam te & ſtatuam contra faciem tuam.* Pſalm. 49. n. 21. Appollinarius legit. *Statuam contra te faciem tuam* Puniturus Deus peccatorem illum ſuiſmet iniquitatibus tradit. Non minatur illi ignem vel gladium ſed illi minatur faciem ſuam contra eum ſtatuendam quaſi ipſa vitiorum turpitudo illi objecta ſit omni gladio acutior, ac acerbior ad confingendas eorum animas. Huc advoco id quod eleganter dixit D. Baſilius hom. de divite avaro. *Deſtruam horrea mea.* Luc. 12. n 18. ſic ait S. Doctor. *Everte miſer tuis ipſe manibus; quod malè ædificaſti.* Non alio eget tortore peccator ſed propriæ manus miniſtrant ei debitam pœnam. *D. Baſil. Luc. 12.*

42. *Iſai. 1.* Ait Deus per Iſai. 1. n. 4. *Væ genti peccatrici populo gravi iniquitate, ſemini nequam, filiis ſceleratis, ſuper quo percutiam vos ultra addentes prævaricationem* Quid dicis Dominè, cur hic interrogas; non invenis pœnam, quam in peccatorem infligas? Unde infinita puniendi potentia ſic hæret? *Super quo percutiam vos?* Ratio innuitur illis verbis. *Addentes prævaricationem.* Introducitur Deus ſic interrogans, quando vitia, ac peccata valdè multum creſcebant, ut ipſamet ſuis auctoribus inferrent graviſſimam pœnam, & inuſitatam, extra conſuetos pœnarum terminos, ut illarum reſpectu ordinaria puniendi vis minimè requiri videatur, huc advoco id quod de inordinata luxuriæ libidine, ait D Cyprianus lib. de ſingularitate Clericorum circa finem. *Rabiem*, ait, *concitat hæc cupido, porrigit furiam, caſus exaltat. ripas eripi, præcipitia inſtruit per infinita dedecora multiplices mortes invehit.* Perpende ultima verba. *Nullus crudelior carnifex in hominem quam peccatum.* D. Cyprian.

QUÆSTIO VII.

Quare Jeſus ſpinis coronatur?

43. *Ratio literalis.* Ratio literalis eſt, quod milites hoc fecerunt, ut Chriſtum quaſi fictitium Regem Judæorum illuderent, ac cruciarent; ad irriſionem ideò coronant, ad cruciatum ſpinas acutiſſimas aſſumunt, quod fuit valdè dirum, & acerbum tormentum mei Jesu, ut dicam q. ſequenti. Nos verò ut ait D. Hieronymus. *Hæc omnia intelligimus myſticè.* Et ideò

44. Clem. Alex. Primò. Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædag. cap. 8. *Cum Dominus*, ait, *univerſorum Moyſi ſuam omnipotentiam voluit manifeſtare, divina illa viſio oſtenditur formatæ lucis in rubo ardenti; ſpinoſa autem planta eſt rubus. Hinc illuc ubi deſcenderat abiens, veteris deſcenſus principium inſtaurans, ac de integro veluti caput redigens, ut quod primam per rubum viſum fuerat Verbum, per ſpinam rurſus aſſumptam oſtenderet omnia eſſe unius potentiæ cum ſit unus Patris filius.* Divina bonitas valdè conſtans in ſuis favoribus ſicut enim antiquitus rubus ſpinoſa planta interfuit Iſraëlitarum liberationi; ſic iterum in fine, in redemptione generis humani ſpinoſa planta viſitur in ſalvatoris capite, & clarè manifeſtaretur, unius ſemper divinæ omnipotentiæ fuiſſe opus, quod hominis redemptio per ſpinas conſtaret; nam per ſpinas denotantur ærumnæ ac calamitates, quæ cum ſint hominum, præ vi amoris Deum, veluti ſpinæ pungunt. Sed cur quando Deus appareat in rubo. Exod. 3 num. 2. Spinæ ſub divinis pedibus jacebant, nunc verò ſuper Dei filii caput poſitæ apparent? Ærumnæ, quas Iſraël ſuſtinebat in Ægypto ſub Pharaonis jugo temporales, qua verò nos patimur ſub Dæmonis tyrannide ſpirituales; nempe noſtrorum peccatorum. In Ægypto vepres cum denotarent temporalia erant ſub pedibus, temporalia namque contemnenda, & tanquam pedibus conculcanda; at verò nunc cum ſpinæ innuant noſtras ſpirituales nequitias, in capite videntur, quia peccata noſtra divini Verbi Incarnati caput, animam, & cor vulnerant, & magno dolore cruentant: cum Deus eſſet in ſpinoſa planta dicitur Moyſi *ſolve calceamenta.* Deus nunc eſt in ſpinis, dicitur unicuique noſtrum, ſolve calceamenta carnalium voluptatum, ac affectionum, & deliciarum. Nam ut rectè ait Divus Bernardus. *Non enim decet ſub capite ſpinis coronato membra eſſe delicata.* *Deus conſtans in ſuis favoribus.* *Exod. 3. Cur ſpinæ olim ſub pedibus divini Verbi, nunc in capite.* *Deus in ſpinis ſolvit calceamenta carnalium affectionum.*

Secundò Tertullianus lib. de Corona militis cap. 14. *Chriſtus JESUS*, ait, *quale, oro te ſertum pro utroque ſexu ſubiit? Ex ſpinis, opinor, & tribulis in figuram delictorum quæ nobis protulit terra carnis, abſtulit autem virtus crucis, omnes aculeos mortis in Dominici capitis tolerantia obtundens.* Sanctus Theophylactus Antiochenus. *Spineam*, ait, *in capite coronam accepit ut ſententiam capitalem quæ ex ſpinis peccatorum nobis debebatur, eriperet.* Iſidorus Peluſiota lib 1. epiſt. 95. Dominus, ait ut omnem in ſeipſo morbum curaret, advenerat, in ſpinea corona, tua victor redimitus eſt. Sic & communiter Patres loquuntur. Origen. D Hilar. D. Cyrill Alexandrinus, D. Hieronymus, *In corona ſpinea*, ait, *maledictum ſolvit antiquum:* In pœnam peccati promulgata eſt ſententia contra hominem. Geneſ. 3. n. 18. *Maledicta terra in opere tuo ſpinas, & tribulos germinabit tibi.* Et impij Sapient. 8 num 2. dixerunt. *Coronemus nos roſis* Chriſtus qui pro noſtris peccatis ad ſatisfaciendum venerat, aculeos ſpinarum, in ſeipſum ſuſcepit, ut ſpinis coronatus nos ab illis liberaret, ut pro illis nobis daret immortales ſtolas, ac coronas gloriæ. Hinc in Apocalypſi apparent in capite ejus *Diademata multa*, cap. 19. n 12. Nam corona ſpinea ejus multas protulit coronas, quibus nos remuneramur in gloria. Ut ex D. Ambroſio dicam q. 9. 45. Tertull. Theophil. Peluſiota. Origen. D. Hilar. D. Hieron. Geneſ. 3. Sapient. 8. *Corona Chriſti ſpinea noſtras eripit ſpinas.* Apoc. 19.

Tertiò. Aliter explico hanc Patrum ſententiam lata eſt ſententia contra hominem Terra ſpinas & tribulos germinabit tibi. Quo in pœnam peccati, ipſa terra ſpinas tanquam ſagittas à pharetra divinæ 46.

divinæ iræ in homines jacularetur; Deus factus homo venit in mundum,ut pro mortalium peccatis ſatisfaceret,inde ipſas ſpinas,ad quas homines erant aſtricti,in ſe ſuſcipere,ac ſuſtinere voluit,ſpinarum aculeus, ad quos homines obligavit,

Magni Imperatoris experiri ; quod ſuis imponit. Exod.3. in ſemetipſe experiri,ac pati decrevit. Apparet Deus Moyſi in rubo;& ait illi *Solve calceamenta de pedibus tuis.*Exod. 3.n 5.Cur Deus nunc tam miro , & extraordinario modo adeſt in arbore ſpinoſa?Volebat Deus ut Moyſes nudis plan-

Alph.Ver. tis per terram ſentricoſam incederet , cum hoc Deus illi mandat,etiam adeſt in rubi ſentibus.eleganter Alponſ.Veron.lib. 1. *In rubo eſt , calceamenta ſolvere jubet* Imperat divina Majeſtas ut Moyſes per ſpinoſam terram degat ; etiam ipſe inter ſpinas ſe oſtendit , ut ab ſpinarum aculeis, quos decreverat Moyſes experiri ſe immunem omninò non oſtenderet.

47. Venetus. Quartò. Venet lib. 11.de expoſit.ſymboli.Spinis coronatur;ut maledictæ terræ vetuſtum crimen erueret.Regem acclamant milites, *Ave Rex Judæorum* Et ſpinis coronant, quæ pro maledicto peccatorum impoſitæ ſunt hominibus. Spinas, & tribulos germinabit tibi. Sic inferiorum crimina Regi irrogantur, capitiſque vertuntur in pondus , ut manipulus ſpinarum , quæ peccata

Tertull. *Inferiorum delicta ſuperiorem gravant , & pungunt.* noſtra deſignant ; teſte Tertull ſupra dato. Ex ſpinis , & tribulis in figuram delictorum , quæ nobis protulit terra Chriſti caput pungitur, delicta ſubditorum Regis caput gravant,cruentant ac vulnerant.

48. D.Hilar. *Diabolus per quod vicerat vincitur.* Quintò D.Hilar. *Plectentes coronam de ſpinis, ſpinis quoque, id eſt compungentium quodam peccatis gentium coronatur.* eſt enim aculeus in ſpinis,ex quibus Chriſto victoriæ corona contexitur. Diabolus per ſpinas noſtrorum peccatorum, quas introduxit in orbem,de homine triumphavit.coronatur Jesus aculeatis ſpinis noſtrorum peccatorum. *Spinis quoque, id eſt compungentium quondam peccatis gentium coronatur.*Ut dum illas in corpore ſuo ſuffert,ipſiſmet Diabolum transfigat,& victoriale trophæum erigat.Et unde contumelioſè victus videri poterat,inde hoſtes ſuperet,victoriæ vexillum erigat,& triumphum glorioſius adornet.

49. *Iniqui coadunatur ut validius virtutes oppugnent.* Sextò Ad eadem verba D.Hilar.quæ etiam ſunt D Hier.Artificioſè milites componunt coronam de ſpinis,quæ inter ſe multum complexæ ſacratiſſima Chriſti tempora vulnerent. Et cur ſentes ſeorſim non infiguntur in diviniſſimum caput, ut quælibet ſpina per ſe ſolam unam perforaret capitis partem,& ita diverſæ ſpinæ tanquam ſeminatæ per ſacrum verticem ſpargerentur ; ſed milites arctiſſimè intexunt coronam,qua Domini tempora vulnerant ; ô divinæ ſpinæ fructibus ſteriles myſteriis plenæ?Spinæ iniquos referebant arctiſſima unione colligatos,ut fortius virtutes

Nahum.1. oppugnent,juxta illud Nahum.1 n.10 *Sicut ſpinæ invicem ſe complectuntur,ſic convivium eorum pariter potantium.*Et ut peccatores in ſentibus adumbrati dirè,ac crudeliter vulnerant, non ſeorſim lacerant,ſed ita inter ſe colligantur adinſtar implexæ coronæ,ut validius cruentent: & inhumanius plagas infigant.

50. Clem. Alex. *Ad Dei verbum non acceditur,niſi per ſpinas.* Septimò.Clem.Alex.lib. 2. Pædag.cap. 8.*Quin etiam,ait,corona eſt typus fidei, vitæ quidem , propter ligni ſubſtantiam;lætitiæ autem propter coronæ appellationem,periculi verò propter ſpinam:neque enim citra ſanguinem, licet ad verbum accedere.* Omnia Iesu tormenta alta diſpoſitione ab eo ordinata ſunt;quid eſt quod Chriſtus D. in plateis clamabat.Venite ad me omnes,ut omnes ad eum accederent,nunc verò ſe ſpinis ſepit, ac circuncingit,quaſi ſibi aditum occludens. *Neque enim citra ſanguinem licet ad verbum accedere.* Non enim pervenitur ad verbi regnum niſi multis ſpinarum ac ærumnarum aculeis perpeſſis.Ait Deus per Oſeam.2.n.*Ecce ego ſepiam viam tuam ſpinis.* Oſeæ.2.

Chriſtus Dominus via eſt.juxta illud Joan.14.n. 6 *Ego ſum via & veritas.*Hanc autem viam Deus Pater ſpinis inſtar coronæ circuncinxit , ut qui per illam velit incedere,multos dolores ſuſtineat, vepribúſque cruentetur.*Neque enim citra ſanguinem licet ad verbum accedere.* Joan 14.

51. Cant 2. *Ad Chriſtũ per ſpinas itur.* Dicebat divinus ſponſus. *Ego flos campi ; & lilium convallium;ſicut lilium inter ſpinas.*Cant.2. n.1.Florem ſe dicit,& lilium,ſed inter ſpinas;qui enim hunc florem immarceſſibilem , liliúmque ſuaviſſimum capere contendit,neceſſe eſt ire per ſpinas,& tribulos; illorumque vulnera cum multis doloribus perpeti D.Ambroſ. lib. 1. de Virg. D.Ambroſ. *Florem quoque tibi demonſtro carpendum;illum utique qui dixit:Ego flos campi,& lilium convallium tanquam lilium inter ſpinas quod eſt evidentis indicij,ſpiritualium nequitiarum ſenſibus virtutes obſideri.Unde nemo fructum referat,niſi qui cautus accedat.*

Quæ eſt iſta,quæ aſcendit per deſertum.ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & univerſi pulveris pigmentarij. Cant.5.n. 6.Admiran- 52. Cantic.5.

tur cœleſtes Spiritus , eum aſcendentem in cœlum,vident animam ſanctam,*ſicut virgula fumi,* ſeu ut legit Symmach. ſuffimenti. Affluens Symmach. omnibus aromatibus,ſed cum tot,ac tantis odoramentis aſcenderet,cur non pergebat per loca odorifera,utpote nemora,prata & hortos.Sed per deſertum locum aridum ſiccum ſpinis,ac tribulis plenum,ut colliges ex Richard de S. Vict. Inde Richard. *Per ſpinas ſit iter ad cœlum.* ipſa tot odoramentis virtutum condecorata aſcendebat in cœlum,quia pergebat per deſertum ſentibus,ac vepribus concitum, ſolum enim per viam ſpinoſam aſcenditur in cœlum,& pervenitur ad Deum.D.Bernard.ſerm.59. *Aſcendit,* ait, D. Bernard *per deſertum , id eſt per mortificationem , compunctionem,& orationem.*

QUÆSTIO VIII.

Spinea corona valdè durum , & acerbum tormentum meo Jeſu.

SPineam Chriſti coronam fuiſſe in modum pilei contextam,ita ut totum caput contege- 53. DV... *Firma ſpineæ corona.*

ret tradit D.Vincentius Pereira ſerm de Paſſione tamen conſtans, ac communiæ ſententia eſt Chriſti coronam non fuiſſe inſtar pilei , ſed ſimilem communibus coronis , ut Eccleſiæ picturæ indicant ; & citatus D. Vincentius exiſtimat Chriſti caput fuiſſe vulneratum à ſpinea corona 72.locis.

Spinas hujus coronæ fuiſſe ex junco marino 54 D.Vincent. Lyran. Salmeron. Tole Pererius. Bellon. Gretſer. Delrius.

tradunt citatus D.Vincentius, Lyranus , Salmeiron,Toletus,Pererius,& alii. Ex ramo verò ſpinoſo illas fuiſſe contendunt Bellon. & ex eo Gretſer.lib.1.de Cruce, c. 12. Delrius lect. 9. de Paſſ.& ait ipſe,quod luſtraverit illam magnam partem coronæ , quæ eſt Pariſiis , & nulla illarum ſpinarum quidquam habet commune cum

junco ſed omnes ramum, vel paliurum, oſtentant. Forſitan ſpinæ fuerunt ex junco marino, & ramo intertextæ inter ſe. Proindéque juxta malorũ ſententiam corona continebat. 72. puncturas acutiſſimas, quæ cum capiti eſſet impoſita, ſtatim ex ipſo pullularunt 72. ampliſſimi fontes, qui undique defluebant per barbam, ac per totum corpus hujus ſummi Sacerdotis Aaronis uſque ad extremam partem veſtimentorum ejus. *Sicut unguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron, quod deſcendit in oram veſtimenti ejus.* Pſal. 132. num 2.

Pſal. 131.

55. S. Brigitta, Quam grande, & acerbum tormentum hoc fuerit accipe ex revelatione B. Virginis ad B Brigittam lib. 1. revel. cap. 10. *Quo facto*, ait, *aptaverunt coronam de ſpinis capiti ejus, quæ tam vehementer reverendum caput filii mei pupugit, ut ex ſanguine fluente replerentur oculi ejus, obſtruerentur aures, & barba tota decurrente ſanguine deturparetur.* Et iterum lib 4 cap. 70. *Et tunc, ait, corona ſpinea capiti ejus ſanctiſſime impoſita fuit, quæ ad medium frontis deſcendebat plurimis rivis ſanguinis ex aculeis infixis decurrentibus per faciem ejus, & crines, & oculos, & barbam replentibus, ut quaſi mihi nil niſi ſanguinis totum videretur, ne ipſe me aſtantem cruci videre potuit, niſi ſanguine expreſſo per cil'ciorum compreſſionem.*

56. O magnum myſterium, & ſublime alta meditatione, ac contemplatione recolendum. Cum Abraham vellet ſacrificare filium ſuum Iſaac jam ſtricto, ac elevato gladio, clamat Angelus de cœlo, ne manum ſuper puerum extendas, tunc ſubdit textus. *Levavit oculos ſuos Abraham, viditque poſt tergum arietem cornibus hærentem.* Geneſ. 22. num. 13 Maximè expendendum eſt illud verbum *levavit oculos.* Abraham cùm ſacrificaret filium ſuum Iſaac, erat in montis apice aries, qui viſui ſe obtulit, ad unum montis latus inter ſpinas ſtabat, juxta ergo rei proprietatem dicendum erat, quod Abrahamus demiſerit oculos, & non levaverit. Perpende myſterium, Iſaac alligatus ſuper ligna Chriſtum in cruce pendentem denotabat, ut eſt communis Patrum vox, Aries verò cum capite in ſpinas Jesum ſpinis coronatum adumbrabat; ut docet D. Auguſt. l. 16. de civit. Dei. *Illo etiam ariete, ait, qui cornibus in frutice tenebatur; JESUS Chriſtus ſignificabatur, antequam immolaretur, ſpinis Judaicis coronatus.* Abrahamus cum vellet immolare Iſaac, typum Chriſti crucifixi habebat ante oculos tamen ut contemplaretur arietem, id eſt in umbra Chriſti, ſpinis coronatum, neceſſe fuit ut elevaret, ac erigeret omnem mentem, intelligentiam, ac cognitionem, & oculos.

Geneſ. 22.

D. Auguſt. *Maximè erigenda eſt mens ad Chriſtum ſpinis coronatum contemplandum.*

57. D. Ambroſ. *Corona ſpinea rigid m tormentum, ac crucis patibulum.* Non omittam hic illud, quod de hoc virgulto tradit D. Ambroſ. lib. de Abraham: cap. 8. *Demonſtrat genus paſſionis, cum ſuſpenſum oſtendit cornibus arietem. Virgultum illud patibulum crucis eſt.* Aries capite hærens inter vepres Chriſtum ſpinis coronatum oſtendebat? Quomodo ait S. Pater, quod Chriſtum crucifixum indicabat? *Demonſtrat genus paſſionis; Virgultum illud patibulum crucis eſt.* In corona ſpinea, tanquam in compendio omnes dolores, anguſtiæ ac afflictiones crucis recapitulabantur. *Demonſtrat genus paſſionis, cum ſuſpenſum oſtendit*, &c. Corona ſpinea in ſe demonſtrabat, ac claudebat omnes crucis acerbitates ac anguſtias. Nam hujus coronæ ſpinæ erant acutiſſimæ, & infixæ ſunt capiti, & cerebro, in quo eſt omnium nervorum, muſculorum, ſenſuum, ac ſenſationem fons, & origo; ibi enim viget maximè ſenſus tactus, & intimè ſentit quaſlibet puncturas, & dolores etiã leviſſimos, ut docet Andreas Veſalius lib. 1. de fabrica humani corporis lib. 4 cap. 1. Unde ex corona ſpinea tam graves fuerunt dolores in Chriſti capite, ut dicat D Laur. Juſtin. lib. de Chriſti agone. *Debuit planè mori, tanto dolore transfixus; ſe tamen reſervavit ad vitam, ut is etiam graviora perferret.* Veſalius. D. Laur. Juſtin.

58. Jonas figura extitit Chriſti Domini in ſua paſſione. *Sicut fuit Jonas in ventre Ceti tribus diebus & tribus noctibus: ſic erit filius hominis in corde terræ*, &c. Matth. 12. num. 40. Cum Jonas eſſet ſubmerſus inter marinos fluctus, veluti in figura Chriſti, ait, *Pelagus operuit caput meum.* Cap. 2. num. 6 Hebraicus textus habet apud Cornelium. *Juncus operuit caput meum.* Quid eſt quod pro marino junco ponitur mare? Mare denotat omnes afflictiones, dolores ac anguſtias. *Magna eſt velut mare contritio tua, & quis medebitur tui.* Thren. 2. num. 13. Idem ergo fuit, quod corona ex marinis juncis ſacrum Chriſti verticem operiret, ac quod in ipſum, vaſtum, & amplum mare omnium dolorum, ac anguſtiarum irrueret, Dominíque caput teneret, ac circundaret, ſic in perſona Chriſti Domini interpretatur D. Hieron. ad cit. cap. 2. Ionæ ad illa verba n. 4. *Omnes fluctus tui ſuper me*; ſic ait Doctor. *Univerſæ ergo perſecutiones, & turbines quibus genus vexatur humanum ſuper meum detonuere caput.*

Matth. 12. Joan. 2. Thren. 2. *In corona ſpinea omnes dolores, & anguſtia.* D. Hieron.

59. Suos adverſarios minatur Gedeon. *Conteram carnes veſtras cum ſpinis, & tribulis deſerti.* Judic. 8 n. 7. Cur non aliam pœnam ſuis hoſtibus, qui eum, viróſque ſuos contempſerunt, comminatur niſi ſpinas, & tribulos; quia hoc erat valdè rigidum ſupplicium multos, & magnos dolores involvens, & quantus dolor, quod carnes non inimici, ſed amantiſſimi mei Jesu, qui plus nos dilexit, quam vitam ſuam, ſpinis; ac tribulis conterantur, non ſolum flagellis, ſed etiam corona ſpinea in capite, & tot, ac tantis vulneribus. Ut dicat D. Bernard, tract. de Paſſione Domini *Corona ſpinea mille puncturis ſpecioſum ejus caput divulneravit* Unde tanta copia ſanguinis defluxit, ut revelatum fuit B Brigittæ. *Per faciem ejus, & crines, & oculos, barbam, ut quaſi nihil niſi ſanguinis totum videretur.*

Judic. 8. *Spinarum aculei rigidum ſupplicium.* D. Bern.

60. Conſiderat D. Bonavent. in ſuis meditationibus de Chriſti Paſſione, quod ex ingenti vehementia, qua corona ſpinea infixa eſt capiti Chriſti; ita omnes nervi, arteriæ, ac venæ commotæ ſunt, ut magna ſanguinis copia defluxerit per nares, aures, ac oculos; etiam per oculos ſanguinis petrumpens exivit, ut pro nobis non ſolum lachrymas aqueas, ſed etiam ſanguineas diffunderet; De meo Jesu pendente in patibulo ait Paul. 5. Hebr. n. 7. *Qui cum clamore valido, & lachrymis offerens.* Jesus crucifixus lachrymas effudit, & voluit ut lachrymæ non ſolum eſſent aquæ, ſed etiam ſanguis. O Chriſtiane meus Jesus pro peccatis noſtris copioſas ſanguineas lachrymas effudit, & nos pro illis nec unam lachrymulam emittimus. Ille compatiens de noſtra miſeria ſanguineos planctus dedit, & nos pro illius doloribus nec minimum gemitum edimus.

D. Bonav. *Chriſtus pro nobis effudit lachrymas ſanguineas.* Hebr. 5.

61. *Sicut lilium inter ſpinas.* Cant. 2 n. 1. Quid eſt quod Chriſtus D. liliũ introducitur undique ſpinis circumſeptum: D. Anſelm. *Spinæ, ait, vento motæ lacerant lilium, ac præfocant; ſic filij mollitiis ſæculi*

Cantic. 2. D. Anſelm.

ſæculi de liti inſpiratione diaboli agitati laniant ſanctum. Et ſtatim poſt pauca ſubdit in perſona Chriſti *Ego quidem fui lilium ut pungerer.* Spinæ à vento agitatæ lacerant, & præfocant lilium ſacratiſſimum totius puritatis, ac ſanctitatis, Chriſtum ſcilicet Dominum. Ex lilio tradunt graves Auctores, quod manat liquor, qui ſpinas mitigat, & exſiccat: Ex hoc divino lilio Chriſto Domino manavit liquor ſui ſacratiſſimi ſanguinis, qui ardorem noſtrorum peccatorum mitigat, extinguit, ac abolet.

A corona ſpinea Chriſti ſpinæ noſtrorum peccatorum extinguuntur.

QUÆSTIO IX.

Pro ignominia Chriſtus Jeſus coronatur ſpinis; ſpinea tamen corona fuit ei in gloriam, ac decorem triumphalem.

62. Divus Ambroſ. in c. 12. Luc. *Corona*, ait, *de ſpinis, quæ capiti Chriſti imponitur, oſtendit quod de peccatoribus mundi, tanquam de ſæculi ſpinis, triumphalis Deo gloria quæreretur.* D Bernard. ſerm. de Paſſione Domini 19. *Licet* ait, *irriſione coronent, tamen ignorantes, & irridentes coronatum Regem fatentur. Ergo Rex eorum, vel ab ipſis neſcientibus demonſtratur.* Maximè notandum, quod cum carnifices coronam ſpineam ponunt ſuper caput ejus. *Tunc genuflexo ante eum illudebant ei.* Quod eſt, quod non in horto non in flagellis, non in cruce nec in ſepulchro carnifices etiam per ludibrium genuflexo eum adorant, ſed modo cum ſpinis coronatur: Corona illa ſpinea ſupremam ejus regalem majeſtatem demonſtrabat, & ſpinæ veluti indices erant latentis majeſtatis, ita ut omnes creaturæ, ac etiam inimici, ac carnifices nolentes, & ignorantes myſterium, etiam dum contumelioſè dehonorant, inclinato, poplite ipſum ut regem venerentur, ac recolant, *Ergo Rex eorum ipſis neſcientibus demonſtratur.*

D. Ambroſ.
D. Bernard.
Spinæ indices regalis majeſtatis.

63. Eleganter, & ſatis appoſitè D. Auguſt. tract. 11. in Ioan. *Sic*, inquit, *regnum, quod de hoc mundo non erat ſuperbúmque mundum non atrocitate pugnandi, ſed patiendi humilitate vincebat, portans ſpineam coronam, & purpureum veſtimentum, non clarius imperio, ſed plenus opprobrio.* Milites neſcientes in his omnibus Chriſti regno inſerviebant, duo enim faciunt milites, regalia inſignia Chriſto exhibent, dantur chlamydem coronam, & ſceptrum, tamen hæc præbent in humilitate, & cum multo opprobrio, ac irriſione; inde chlamys eſt perantiqua, ſceptrum arundinem, & corona ſpinea. Hæc tamen miniſtrant milites juxta conditionem Chriſti regni; Chriſtus verus Rex tamen regnum ejus non erat comparandum divitiis, poteſtate, ac ſuperbia ſed paupertate, humilitate, multa ſufferentia, ac patientia. *Sic regnum quod de hoc mundo non erat, ſuperbúmque mundum non atrocitate pugnandi, ſed patiendi humilitate vincebat.* Chriſto ut vero Regi apponuntur regalia inſignia ad modum regni ejus obtinendi, nam ad paupertatem datur purpura coccinea pervetuſta, ad humilitatem ſceptrum arundineum, & ad admirabilem ſufferentiam corona ſpinea multis doloribus plena, & ad ſupremam patientiam declarandam quamplurima opprobria, ac irriſiones in eum jaculantur. *Non clarus imperio ſed plenus opprobrio.*

D. Auguſt.
Chriſto imponuntur regalia ſigna juxta modum obtinendi ſuum regnum.

Licet hæc ſpinea corona videatur opprobriis plena, valdè magna, & inſignis eſt: dicitur Zach. 6 n. 11. *Facies coronas, & impones capiti J E S U.* Chaldæus habet. Facies coronam magnam; quæ nempe inſtar plurium ſit, omneſque alias coronas complectatur, & referat ut qui eam viderit, ait Jacobus Pinet lib. 4. de Chriſto crucifixo, tit. 4. loco 5. n. 7. diademata multa in capite ejus vidiſſe teſtetur. Quænam tam magna eſt hæc corona, eſt ne illa quam Chriſtus habet in cœlis ad dexteram Patris? Non, ſed corona eſt ſpinea, ut docet D. Ambroſ. lib. 2. de Abrahamo, quem citat R. P. Joannes de la Haye in Apoc. cap. 19 verſ. 12. n 150 *Magna eſt corona certaminis, hoc præclarum munus ſponſalium Chriſti.* Corona magna eſt corona certaminis, quæ fuit corona ſpinea, quam Chriſtus pugnavit, ac devinxit Diabolum: *Hoc præclarum munus ſponſalium Chriſti.* Hanc enim præclaram coronam, cum pretioſiſſimo ſanguine ex capite manante dedit ſponſalia dilectæ ſuæ ſponſæ Eccleſiæ. 64.

Zachar. 6.
Chaldæus.
Pinet.
D Ambroſ.
Joannes de la Haye
Corona ſpinea magna, & ſublimis.

Egredimini filiæ Sion, id eſt ſpeculæ, ut altè, & profunde contempletis *Regem veſtrum Salomonem, in diademate, quo coronavit eum mater ſua*, ſcilicet ſynagoga. Cantic. 3. n 11. Quem locum de corona ſpinea interpretatur Tertull. lib. de corona militis, & notandum, quod non innitamur, ut videamus coronam in Regem Salomone, ſed Regem Salomonẽ in corona; ac ſi ipſe qui ſpecioſus eſt præ filiis hominum, ab ipſa corona habeat peculiarem decorem, & elegantiam, & ipſe Salomon, qui erat potentiſſimus in oſtentatione majeſtatis ſuæ, ab ipſa corona habeat peculiarem gloriam, & fulgorem. Rupert. de victor. verbi l. 12. c. 20. *Nolite hoc ſolum*, ait, *videre in corona ejus, quod ſpinea ſit*; videte in ſpinis illis illud, cujus præparatoriæ ſpinæ ſunt, de cujus gloria Pſalmiſta cecinit, gloria coronaſti eum. Et pro tanta gloria eſt ei hæc corona ſpinea, quod in ultima die judicii. *Quando videbant filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa, & majeſtate.* Matt. 24 n 30 Tunc teſte D Hippolito Martyre. Apparebit ſpinea diademate redimitus, ut ab omnibus conſpiciendus ſit. 65.

Cantic. 3.
Tertull.
Chriſtus corona ſpinea valdè ſplendidus.
Rupert.
Matth. 24.
Hippolit.

In Aaronis capite thiara poſita erat Exod. 28. n. 37. quæ thiara hyacinthina erat, ut vult Abulenſ. ibi ibidem q. 16 vel ex hyacintho variata circum data auro, ut contendit Joſeph. de antiqua cap. 11. lib 3. Totus ornatus pontificius myſteria virtutes, ac operationes Chriſti Domini adumbrabat, ut ſuprà lib. 7. cap. 5. ex D. Hieron. ac aliis Patribus dixi. *Hæc autem omnia in figura contingebant illis*, ut ait Paulus 1. Corinth. 10. n. 11. in figura erant hyacinthi, ac lapides pretioſi in capite. In figurato autem Chriſto apparent ſpinæ, & junci marini, quomodo hæc inter ſe cohærent Hæc corona ſpinea ſublimior, ac excellentior omni hyacintho, ac lapide pretioſo, in ea omne, quod apparet ſplendidum, ac fulgens eſt. Eleganter D. Paſchaſ. lib. 12. in Matth. *Spinas*, ait, *quas capite geſtavit, non ali ui tranſpoſuit, ſed conſumpſit, ita ut in capite JESV non ſpinæ, ſed l p des reſplendeant pretioſi. Hinc quoque dictum eſt, quia in diademate capitis Aaron lapides fulgebant ſanctuarii Caput namque Chriſti Deus eſt, in quo ſpinæ eſſe non poſſunt, & ideo in eo lapides jure, reſplendere dicuntur.* Expende prima verba, quod Chriſtus ſic ſpinas tranſmutavit, ac conſumpſit ita ut in capite Jesu non ſpinæ, ſed lapides reſplendeant. 66.

Exod. 28.
Abulenſ.
Joſephus.
1. Cor. 10.
Corona ſpinea ſublimior omni lapide pretioſ.

QUÆSTIO X.

A corona ſpinea prodeunt præjucundiſſimi flores, & ampla Sanctorum ſeges.

67\. HÆc corona ſpinea non ſolum parturit pretioſiſſimos lapides, ſed etiam amœniſſimos flores; ait Jerem. 4. n. 7. Nolite ſerere inter ſpinas quæ non ſinunt fructum creſcere, ſed ſuffocant ut dicitur in parabola. Luc. 8. n. 7. Ac ſerite inter has ſpinas mei JESU, hæ enim producunt flores ſuaviſſimos. Sic ait Greg. Turonenſ. lib. 1. de gloria Martyrum, cap. 7. quo ſpinæ coronæ Chriſti *Licet viderentur aruiſſe folia,* Sua tamen ætate. *Quotidie revireſcere divina virtute.* Et Bernard. de Britto lib. 6. Hiſtor. Ciſter. c. 26. teſtatur, quod cum partem coronæ Chriſti Magnus Carolus done acciperet, erupit in flores.

Ierem. 4. — Greg. Tur. — Britto. *Corona ſpinea germinavit.*

68\. Crucifigitur meus JESUS corona ſpinea, ut univerſalis Eccleſiæ pictura oſtendit; poſuit Pilatus titulum ſuper crucem, cujus inſcriptio erat *JESVS Nazarenus*, &c Joan. 19. n. 19. Nazarenus, id eſt floridus, hic titulus immediatè erat poſitus ſuper coronam ſpineam, & quænam connexio ſpinæ habent cum floribus, optima ſanè, nam ſpinæ in capite JESU excellentiſſimos, ac ſuaviſſimos parturiunt, & germinant flores, Clemens Alexandrinus lib. 2. Pedag. cap. 8. *Coronam juſtitiæ*, ait, *Chriſto ſuper omne nomen exaltat appendentes per ſpinam ſemper florentem* Ait Regius Vates de Chriſto Domino Pſalm. 131. n. 18 *Super ipſum efflorebit ſanctificatio ejus.* D. Hieron vertit *Efflorebit diadema ejus* Corona ejus ſpinea in capite ejus ſpinas tranſmutavit in flores quos edidit perjucundiſſimos.

Joan. 19. *A corona ſpinea Chriſti pullularunt flores.* — Clem. Alex. — Pſalm. 131. — D. Hieron.

69\. Inter multa magnalia quæ Iſaias de Chriſti Domini imperio vaticinatur ait, *Multiplicabitur ejus imperium*, cap. 9 n. 7. Multi ex Hebr. legunt, *Lemarbe.* Ad multiplicandum ejus imperium. Multi etiam Rabbini, ac Catholici vertunt, *Zerbe.* Quod ſignificat ſpinas, ex quo eruunt hunc ſenſum; ſpinis multiplicabitur ejus imperium, Ut corona enim ſpinea maximè crevit ac multiplicatum eſt Chriſti imperium, ab hac enim corona ſpinea excellentiſſimi flores tot ſanctorum Martyrum, Confeſſorum, ac Virginum. Unde Euſeb. Cæſar lib de præparat. Evangelic. Spinas in capite Chriſti *Juſtorum ſemen* appellat; ab his enim ſpinis præclara juſtorum ſeges exurgit, quibus Eccleſiæ, ac regnum Chriſti adornatur De hoc ingenti fructu ait Iſaias 28. n. 5. *In die illa erit Dominus exercituum, corona gloriæ & ſertum exultationis.* tanquam faſciculus ex floribus. Unde hac corona ſpinea ait Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædag. cap 8. *Hæc corona flos eorum, qui crediderunt in eum.*

Iſai. 9. *A corona ſpinea multiplicatur Chriſti imperium.* — Euſeb. — Iſai. 28. — Clemens.

Joan. 19. *n.* 4. Exivit ergo iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras, ut cognoſcatis, quia nullam invenio in eo cauſam.

Num. 5. Exivit ergo Jeſus portans coronam ſpineam, & purpureum veſtimentum, & dicit eis: *Ecce homo.*

VERSIONES.

Vatabl. n. 4. Duco vobis eum foras, ut cognoſcatis me nullam in eo invenire culpam.

Syriacus. Ut noveritis me non invenire poſt eum nec unam quidem occaſionem.

Arabicus. Ut ſciatis, quia cauſam aliquam non invenio adversùs eum.

Euthym. Quod nullum crimen invenio in eo.

Syriac. n. 5. Exiit itaq; Jeſus foras exiſtente ſuper eum corona ſpinea, & veſtimentis coccineis.

Arabicus. Et erat ſuper eum corona ſpinea, & veſtes purpureæ, & dixit eis: Ecce vir.

Quidam apud Mari. Ecce homo, videte miſeriam.

EXPOSITIO III.

EXivit ergo iterum Pilatus; à prætorio, in quo erat ecce adduco eum vobis foras; extra prætorium ac tribunal, ut cognoſcatis, quia nullam cauſã, ſcilicet mortis invenio in eo. Nam ſi cauſam eum damnandi reperiiſſem, eum extra non eduxiſſem, ſed in prætorio, ac conſueto tribunali mortis ſententiam, promulgaſſem. Contra ſemetipſum Pilatus fert ſententiam, quod injuſtè, ac ſine cauſa tam crudeliter flagellis, ſpinis, alapis, ac tanto opprobrio Chriſtum juſſit tractari, ut tantum Iudæis placeret; & etiam hoc facto evidens fiebat, quod ſi ipſe inveniſſet cauſam ad crucifigendum, illi non parceret, ut Iudæis placeret. N. D. Cyrill lib 12. in Ioan. c. 16. *Non veretur Pilatus, peccatum ſuum fateri, injuria enim flagellatũ a ſe JESUM prædicat, & foras eũ educere.* 70.

Pilatus ſuam injuſtitiam prædicat. — D. Cyrill.

Exivit ergo Ieſus Pilati juſſu, ut populo oſtenderetur, ut tradit Adrichomius in theatro terræ ſanctæ, n. 120. in porticu quadam, quæ extructa erat in modum pontis enixa frequentibus arcubus ſuper plateam publicam *portans coronam ſpineam & purpureum veſtimentum.* An tam miſerabili aſpectu crudeles Iudæorũ animi poſſent placari, ut ait N. D. Cyrill. lib. 12. c. 16. facit Evangeliſta mentionem de corona ſpinea, ac purpureo veſtimento; non vero de arundine, quæ ſubintelligitur quod à Domino aſportata fuerit in manu, niſi fortè, quod non eſt improbabile ex multiplici percuſſione in capite Ieſu arundinem confractam fuiſſe, ac deperiſſe. Et dixit eis: *Ecce homo* Ac ſi dixiſſet, aſpicite, & videte, Ecce homo communis ejuſdem naturæ humanæ vobiſcum, ut ſuper tot, ac tanta vulnera ejus cõpaſſioné habeatis 71.

Adrichom. — D. Cyrill. *Cur non de arundine ſit mentio.*

Dionyſius Carthuſianus hic conſiderat, quod Virgo ſacratiſſima aderat huic ſpectaculo; & ſic ait *O quantus dolor apprehendit, & penetravit cor maternum dulciſſimæ Virginis matris, cum filium ſuum vinctum, atque Chariſſimum, quem plus amavit, quam ſeipſum, ſic vidit egredientem taliter cruciatum in vultu: ſic crudeliſſimè contractum, & tam miſerabiliter apparentem.* Et poſtea ſubdit ipſe Carthuſ. *O beatiſſima Genitrix dulcis Maria, quam* 72.

Carthuſ. *Dolor Virginis præſentis.*

quam pœnaliſſimum erat benigniſſimæ animæ tuæ audire verbum illud crudeliſſimum, atque aſperrimum. Crucifige, crucifige.

QUÆSTIO XI

Quare Pilatus irridet de Chriſto Domino quod homo, vel Rex eſſet, non verò de hoc quod filius Dei diceretur, cum de hoc à Judæis accuſaretur?

73\. VAlde mirum, quod cum Judæi Chriſtum Dominum arguerent, quod ipſe ſe dixiſſet virum magnum, *Propheta Magnus ſurrexit in nobis* Luc.7 Et quod ſe etiam faciebat regem, inde eum accuſarunt. Dicentem ſe Chriſtum regem eſſe. Luc.23.n.2. Et etiam quod publicaret ſe eſſe Dei filium, quapropter ipſi clamarunt Joan. 19.n.7 *Secundum legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit.* Unde Pilatus tanquam irridens de magnanimitate ejus ait: *Ecce homo.* Sic & de regno ejus irridens, ait populo. *Ecce rex veſter.* Joan 19 n. 14. Cur etiam non irridet de hoc, quod ſe diceret filium Dei Dicens, Ecce filius Dei; quod egregiè notavit Rupert. lib.12. in Ioan. *Dixerat*, ait, *hic deriſor: Ecce homo nunc adhuc irridens: Ecce*, inquit, *rex veſter*; *Neſcit dicere quod tertium accuſationis nomen eſt: Ecce filius Dei veſtri.* Potuit ſacrilegus, ac tyrannus judex irridere, quod homo magnus diceretur, cum tamen tanquam valdè deſpectus vermis haberetur potius etiam irridere, quod ut Rex cum tanto ludibrio tractaretur. At quod filius Dei in tantam abjectionem, ac exinanitionem pro hominum ſalute abſque ulla propria culpa veniret, non potuit irridere. Tam ſublime & altum myſterium eſt, quod filius Dei pro noſtra ſalute ſe in tantam exinanitionem, ac humilitatem dimitteret, quod cunctæ creaturæ maximè debent illud venerari; ac revereri, ita ut perditiſſimus, ac crudeliſſimus tyrannus, de hoc non valuit illudere, ac irridere.

Luc. 7. Luc. 23. Joan. 19.

Rupert. *Filium Dei exinanitum omnes creaturæ maximè revereri debent.*

74\. Secundò Pilatus, potuit intelligere Chriſtum eſſe virum magnum, vel regem & ideò de eo termine homine, ac rege illudit, non tamen mente potuit capere filium Dei eſſe in tanta humilitate, ac abjectione, hoc enim omnem intellectum creatum excedit ex Pilati juſſu affigitur titulus in cruce, *JESUS Nazarenus Rex Judæorum*. Joan. 19 n. 19. Id eſt Jesus Nazarenus, qui ſe faciebat regē Judæorum, cur non ſcripſit Jesus Nazarenus qui ſe faciebat Dei filium, quod gravius erat, ut hic eum accuſarunt Iudæi. *Secundum legem debet mori quia filium* Dei *ſe fecit.* Joan. 19 n.7 Pilatus potuit intelligere, quod cum tanta humilitate non repugnabat Regis nomenclatura, at non potuit capere, quod cum tanta humilitate convenire titulus Dei filij, hoc enim ſuperexcedit omnem creatam intelligentiam. Vide hoc lib.c.1. q.1.

Tantam humilitatem filii Dei non potuit homo concipere.

Joan. 19.

QUÆSTIO XII.

Quare Pilatus oſtendens populo Chriſtum Dominum ait: Ecce homo.

75\. PRimò ait Pilatus. *Ecce homo* Particula *Ecce*, denotat rem magnam, & grandem *Homo*, ſi eum arguitis, quod ſe Prophetam magnum, ac regem fecerit ſufficiat vobis, quod pro tali verbo tanta contumelia, ac dolore afflictio ei inflicta ſit ecce ait, homo flagellatus, deſpectus jam parcite illi, quia jam ſatis punitus eſt D. Auguſt. *Si Regi invidetis; jam parcite, quia dejectum videtis ferveat ignominia illius, frigeſcat invidia veſtra.* Euth. *Homo dixit præ con paſſione, ut & ipſi compaſſione moverentur.* At verò ut idem Auguſtinus notat Invidia non frigeſcit, ſed potius inardeſcit, & increſcit; quemadmodum ſi oleum addas camino. Nam viſo Chriſto nullam in pectore concipiunt miſericordiam, ſed rabie, ac furore pleni ingeminant clamantes, *Crucifige, crucifige.*

Ut ad compaſſionem inducat Pilatus. D August. Euthym.

76\. Secundò. Cardinalis Hugo. *Ecce homo*, hominis eſt pati, non deliciari. Unde eſt illud Job.5. n.7 *Homo naſcitur ad laborem* Omnes homines vivebant in deliciis, voluptatibus, luxuriis, ac comeſſationibus; inde dicebat, *Coronemus nos roſis, nullum ſit pratum, quod non pertranſeat luxuria n ſtra* Sap.8.n. 2. Ecce homo *in laboribus, à juventute mea*, plenus laborum, afflictionum ac ærumnarum, *vir dolorum.* Qui omnes noſtros dolores, ac labores, in ſe ſuſcepit. *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portavit*, Iſai.53.n.4.

Hugo. Job. 5. *Verus homo eſt omnium laborum de dolorum.* Iſai 53.

77\. Tertiò. *Ecce homo* Jer.4 n. 25 *Intuitus ſum, & non erat homo.* Vidit & aſpexit totam civitatem Ieruſalem, & vacua erat ſine homine, nam omnes per vitia, ac peccata, naturam, ac conditionem hominis amiſerant; modo verò in ipſa civitate Ieruſalem *Ecce homo.* In quo ſunt omnes virtutes, juſtitiæ, ſanctitates, ac perfectiones, in quo nempe *inhabitat plenitudo divinitatis.* Ad Coloſſ. 2 n 9. Quartò. *Ecce homo.* Hominum principium & finis. Hominum via, hominum vita, hominum veritas. Quintò *Ecce homo.* Omnes homines per peccatum pavidi, timidi, vecordes, ac ſine robore tanquam mulieres. *Terrebit eos ſonitus folii vocitantis.* Levit.26.n.36. *Filii inſipientes ſunt & vecordes.* Ier.4.n.22. *Ecce populus tuus mulieres in medio tui.* Nahum.3.n.13 Ecce homo fortiſſimus ut gigas, qui ſuper ſuos humeros omniū noſtra peccata portavit ad ſatisfaciendum pro eis, unde de ipſo admiratus Iſai 28.n.2. exclamat. *Ecce validus & fortis.*

Ieremi. 4. Ad Coloſſ. Levit. 26. Ierem. 4. Nahum. 13. *Vir fortiſſimus.* Iſai. 28.

78\. Quintò, *Ecce homo* Homo principaliter eſt in cognitione ac intelligentia, unde ab hac quam plurimi Philoſophi homini naturam enucleantes definierunt. Homo verò per peccatum veram cognitionem, ac intelligentiam amiſit. *Comparatus eſt jumentis inſipientibus.* Pſ.48.n.13. *Ecce homo*, in quo eſt omnis cognitio, ſapientia, ac intelligentia. *In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, ac ſcientiæ Dei.* Ad Coloſſ.2 n. 3.

Verus homo ſcientia ut cognitione. Pſalm. 48. Ad Coloſ.

79\. Sextò, *Ecce homo.* Pater Æterne. Si enim homo per peccatum amiſit imaginem, quam ei dediſti. *Ad imaginem Dei factus eſt homo.* Ecce homo, qui deperditam imaginem nobis recuperet, reſtituat; hunc enim tu conſtituiſti propitiatorem pro peccatis noſtris. *Sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis.* 1. Co. 15.n 49. Septimò. O. Beatiſſima Virgo Maria *Ecce homo*, quem tu quando pepeiiſti aſtiterant exercitus Angelorum. *Cantantes gloriam in excelſis Deo* Ecce modo convenerunt adverſùs eum Dæmoniorum exercitus flagellis, ſpinis, colaphis, alapis, crudeliter ſævientes, in eum hæc clamantes *Crucifige, crucifige eum.*

1\. Co. 15.

80. *Sic deformata erat facies ut non cognoſceretur.* Octavò *Ecce homo* O Angeli homines,ac univerſus mundus,attendite, & videte, ſic undique vulneribus affectus eſt,ut à planta pedis uſque verticem,non ſit in eo ſanitas; cujus facies colaphis,palmis ſic deformata eſt,ac tota ſanguine obvelata,ut revelatum fuit B. Brigittæ, ut quaſi nil niſi ſanguis videretur.Ut non eſſet, qui eum poſſet cognoſcere, quia ſpeciem, ac figuram hominis videbatur non habere,ita ut dicat Ier. juxta lectionem Septuaginta c.17.n.9. *Homo eſt,qui cognoſcet eum* Sic facies erat obſcurata, quod cum verus homo eſſet non inveniretur,qui eum cognoſcerent.Ait D.Matth.27.n.31. *Poſtquam illuſerunt ei, exuerunt eum veſtimentis ejus,& duxerunt eum ut crucifigerent.* Cur eum induunt propriis veſtimentis cum ad locum ſupplicij fertur quia *ſic facies ejus erat difformata,ut non poterat facilè ab omnibus dignoſci.* Ut ex D. Ambr. dicam cap.ſeq.q.1. Ut qui per faciem non poterat cognoſci, ſaltem per veſtimenta eſſe agnitus à nobis. (Septuag. Jerem.17. — Matth. 27.)

81. *Iſai.53. Facies maximè abſcôdita.* De Chriſto Domino ait Iſaïas 53.n.3. *Quaſi abſconditus vultus ejus,& aſpectus,unde nec reputavimus eum.* Tot percuſſionibus,tot jactatis ignominiis,ac tanta ſanguinis copia ex capite fluētis,ſic elegantia,ac pulchritudo faciei ejus erat immutata,& abſcondita, ſeu ut habet alia lectio, confuſa; *unde non reputavimus eum*, eſſe eundem ac antea.ſed veluti alium,ac quaſi nihil nullius valoris. Vatab. legit· *Ita ut eum nihil reputaremus.* Liran. non reputavimus. eum. *Non tantum ſcilicet ſalvatorem,ſed nec etiam alicujus valoris hominem.* (Vatabl. Lyranus.)

82. *Thren.4.* De Nazaræis ait Jer. Thren.4 n. 8. *Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, & non ſunt cogniti in plateis* Nazaræi valdè celebres erant in populo Iſraëlitico, tamen non cognoſcuntur in plateis publicis,ac communibus; eorum elegantia maximè decantata eſt. *Candidiores Nazaræi ejus nive,nitidiores lacte,rubicundiores ebore antiquo,ſaphiro pulchriores* Thren 4.n.7. tamen præ fame,oppreſſione,ac labore,*denigrata eſt*;ſeu ut legit Pagn *Obſcurata eſt ſuper carbones facies eorum* Et cùm eorum vultus tantum eſſet deformatus,inde à nemine cognoſcebantur.Carthuſ *Non ſunt cogniti*, ait, *tanta fuit immutatio vultus.* Quod ad noſtrum Nazaræum Chriſtum Iesum maximè applicabis. (Pagninus. Carthuſ.)

Joan. 19. *n.* 6. Cúm ergo vidiſſent eum Pontifices, & miniſtri, clamabant dicentes: Crucifige, crucifige eum Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim non invenio in eo cauſam.

*Num.*7. Reſponderunt Judæi : Nos legem habemus, & ſecundùm legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit.

VERSIONES.

Syriac.n. 6. Cum autem vidiſſent eum principes Sacerdotum, & miniſtri clamarunt,dicentes:Crucifige eum,crucifige eum.

Arabicus. cùm vidiſſent Summi Sacerdotum:Ego enim non invenio adversùs eum cauſam.

Vatablus. Ego enim non invenio in eo culpam.

Euthymius. Non invenio crimen.

*Syriac.n.*7. Nos legem habemus, & prout eſt in lege noſtra reus eſt mortis, quippe qui ſeipſum faciat filium Dei.

Arabicus. Eſt nobis lex, id quod eſt in lege noſtra. Ipſe dignus eſt morte.

EXPOSITIO IV.

Cum ergo vidiſſent eum Pontifices,& miniſtri, 83.
Eorum ſcilicet,viſo ergo Jesu in tantis plagis tanta afflictione,ac dolore pontifices cæterorum duces non ſunt placati;ſed magis eorum inſatiabile odium in ardeſcit, veluti ſi in igne injiceretur oleum, ut cum D.Aug.loquar.Hoc indicat Joannes in illa particula,*Cum ergo*;Ac ſi diceret;qui viderunt,in majorem rabiem ſtimulati ſunt inſtar ferarum viſo ſanguine flagellati magis ferocitantur.*Clamabant*;magnis vocibus, ac ſono perſtrepentes, *Crucifige,crucifige eum*, ac ſi dicerent tam impia,tam ſæva, ac dura pœna flagellorum,ac ſpinarum, parva pœna eſt, adhuc majori, & ignominioſa crucis morte plectendus eſt;& repetunt bis, Crucifige, ut notat Carthuſ. præ nimio deſiderio, & ut maximè exprimant omnia tormenta inflicta parva eſſe. (D.Auguſt. *Rabies inimicorū ſanguine non ſatiatur, ſed magis inardeſcit.*)

Dicit illis Pilatus. Chriſoſtom, hom. 83. in 84.
Ioann. vocem hunc eſſe indignantis, tam quia Platus ſe videbat fruſtratum opinione ſua,nam ſperabat tant's Jeſu plagis poſſe eum liberare à morte, tum etiam quia agnoſcebat, quod ipſi rem iniquiſſimam petebant; *Accipite eum vos.* Euthymius. *Qui injuſti eſtis.* Textus. *Accipite eum vos & crucifigite.* Non quod conſentiat Pilatus aut crucifigatur, ſed idem eſt ac ſi diceret ut rectè ait N D. Cyrill. lib.12. c. 18 *Si lex eſt apud vos quæ ſummo inſontes ſupplicio cruciet, vos ſoli hoc facite,cædem hanc patrate, impietatis hujus crimen in capita veſtra vertite.* (Chryſ. Euthym. D. Cyrill.)

Reſponderunt Judæi: nos legem habemus. A 85.
Deo datam, quam tu debes ſervare, *& ſecundum legem*, ſcilicet noſtram, ut habent Syriacus, & Græcus, *debet mori.* Syriacus, *Reus eſt mortis.* Arabicus, *dignus eſt morte.* Ac ſi dicant, nec enim ô Pilate, rem pro noſtro arbitrio, ac voluntate petimus, ſed ſecundum legem *Quia filium Dei ſe fecit.* Lex erat Levit 24. n. 26. *Qui blaſphemaverit nomen Domini,morte moriatur,lapidibus obruat eum omnis multitudo populi.* Hic autem blaſphemus extitit in Deum, voluitque divinitatem uſurpare,nam cum ſit homo, ut cæteri homines, ſe Dei filium prædicavit. Et hoc argumento de blaſphemia Chriſtum Dominum arguit Caïphas Mat.26.n.65. Et maligni dicunt. quod *ſecundum legem debet mori,* non tamen legis pœnam exprimunt, quia hæc lapidari mandabat,illi autem eum pro majori ignominia crucifigi intendebant. (Syriacus. Græcus. Arabicus. Levit. 24. Matth.26.)

QUÆSTIO

QUÆSTIO XIII.

Quare Judæi, ac præcipuè Principes tanta ira ac furore exacerbantur nunc in Chriſtum tam ſeverè plagatum.

86. DE odio ac ira Judæorum contra Chriſtum ſæpè diximus, nunc verò peculiariter quærimus, cur eum vident Chriſtum tam dirè, ac ſæverè plagatum, ſpinis coronatum, ſic magnis vocibus clamant crucifige, crucifige eum.

87. D. Auguſt. *Qualibet honoris umbra accenditur invidia.*

Reſpondet primò D. Aug. tr. 116 in Joan. *Egreditur ad eos JESUS portans ſpineam coronam, & purpureum veſtimentum, non clarus imperio, ſed plenus opprobrio. Si regi invidetis, jam parcite quia dejectum videtis. Flagellatus eſt, ſpinis coronatus eſt: ludibrioſa veſte amictus eſt: amaris conviciis illuſus eſt: fervet ignominia: frigeſcat invidia: ſed non frigeſcit, inardeſcit potius, & increſcit.* Oſtenditur Chriſtus magnis vulneribus repletus, multis injuriis affectus, ludibrioſâ regni veſte, ludibrioſo ſceptro, ludibrioſa corona; *ſed non frigeſcit invidia, inardeſcit potius, & increſcit.* Sed unde inardeſcit, cum ex tam miſerando aſpectu etiam immanes tigres ad pietatem, ac miſericordiam flecti poterant? Videbant in fratre, ac concive ſuo regni umbram, quam minimè ferre poterant, & inde ex adumbrato, ac ludibundo regno maximè invidia ſtimulantur in eum. Et ideò invidia *non frigeſcit, inardeſcit potius, & increſcit.*

88. D. Leo. *In dejectum ac humiliatum graviſſimæ perſecutiones inſunt.*

Secundò D. Leo ſerm. 10. de Paſſ. *Dominum JESUM, ait, diverſis contumeliis affici, aut permiſit, aut juſſit, ſcilicet Pilatus, ut ſatiata iniquitas de innocentis injuriis ulterius non ſæviret, ſed pertinax malitia propriis creſcebat augmentis.* Pilatus Chriſtum Dominum tam inhumanè verberatum, tam crudelibus plagis percuſſum oſtendit ut miſerandus aſpectus ad mitigandum furorem, ac iram Judæorum? Erravit tamen Pilatus, nam malitia humana ſi vidit aliquem humiliatum ac dejectum, & magnis perſecutionibus afflictum non quieſcit, ſed tunc audacius, inſurgit ad eum inſectandum, & minimè deſiſtit quouſque cum ultimo ſupplicio eliminet, ac ſepeliet, *Pertinax malitia propriis increſcebat augmentis.*

89. D. Cyrill. Alex. *Potentes nullum reverentur, vel timent.*

Tertiò, Noſter D. Cyrill. Alexandr. l. 12. c. 17. Cùm enim ait; *Viderunt ipſum Pontifices, & miniſtri, clamarunt crucifige, crucifige eum. Nam cum multitudo aliquo modo his factis ſuberubeſceret recordari forſan miraculorum illius, ipſi primum clamant, & vulgus incendunt* Videntes homines populares eum maximè reverebantur, & recordati multorum beneficiorum; quæ ab eo acceperant, erubeſcebant contra eum loqui, & clamare; ſoli Principes, & Pontifices impudenter audent contra eum perſtrepere, ac clamare, ſemper hi audaciſſimi, ac valdè impudentes, & neſciunt aliquem revereri, ſed omnes peſſundant, & contemnunt. Nihil enim quod à ſe fit in Deum, vel in homines fœdum verentur. Arnob. lib 4. adverſ. gentes. *Verum, ait, ita ſe res habet, ut quoniam plurimum gladiis, & poteſtate valetis ferri, anteire vos etiam veritatis ſcientia judicetis: & eſſe pro Diis pios, quorum potentias primi opinionum obſcœnitate fœdiſtis.*

D. Arnob.

90. D. Cyrill. *Bonos viros populus veneratur, potentes perſequuntur.*

Quartò. Citat Divus Cyrillus Alexandrinus. *Quid amarius, ait, aut crudelius cruce? Hoc ſumma impietatis dedecus à principibus Judæorum ſolis Evangeliſta traxiſſe originem oſtendit. Quando enim viderunt ipſum Pontifices, & miniſtri clamarunt, Crucifige, crucifige eum.* Quid crudelius, aut inhumanius excogitari poterat, quam quod innocens, purus, ac ſanctus ſine cauſa ad ignominioſam crucis mortem poſtularetur. *A principibus Judæorum ſolis Evangeliſta traxiſſe originem oſtendit.* Res maximè miſeranda, quod veritatis magiſtrum, ac multorum miraculorum operatorem, quem populi multitudo timebat, ac reverebatur, hunc ſoli principes, ac majores petunt ad mortem, in ſuámque ſententiam reducunt univerſam plebem

91. Amos. 7.

Multa, & magna prædixit Amos quæ certiſſimè eventura erant populo Iſraëlitico, ac regno ejus. Quid inde ſubſequutum eſt, dicitur c. 7. n. 10 *Et miſit Amaſias Sacerdos Bethel ad Jeroboam regem Iſraël dicens: Rebellavit contra te Amos in medio domus Iſraël. Non poterit terra ſuſtinere univerſos ſermones ejus.* Omnis populus Prophetæ ſermones audierat, nec in illum quis quidquam audet, ſolus Amaſias Sacerdos Prophetam perſequitur, in eumque inſurgit, ipsúmque accuſat apud Regem, tanquam criminatorem læſæ majeſtatis, ut ad mortem quæratur. Ruff. ibi. *Ex dictis, ait, conſequenter advertimus, quod etiam in noſtrorum temporum negotiis experimur, quia pars gentis humilior, id eſt quique populares quominus habebant de nobilitate ſuperbiæ, hoc etiam Prophetarum dictis facilius movebantur Sacerdotes verò, & optimates, cum regis vitiis favere contenderent, reſpuebant, imò criminabantur, & ſi licet ret, interficiebant ſalutares magiſtros.* Commune vitium Aulicorum, ut morem gerant regiæ cupiditati in ſalutares veritatis magiſtros inſurgere, eóſque acriter impugnare.

Ruffinus. *Aulici magiſtros veritatis perſequuntur, ut regiæ voluntati obſequantur.*

QUÆSTIO XIV.

Solvuntur tres quæſtiones.

92. Quæſt. I.

QUæſtio prima. Quare cum Pilatus oſtendiſſet Chriſtum Dom populo dicens *Ecce homo.* Primo contra ipſum clamant Pontifices n 6. *Cum vidiſſent Pontifices clamabant dicentes: Crucifige eum.* Secundò vero loco contra ipſum extollunt vocem homines populares, n. 7. *Reſponderunt Judæi ſecundùm legem debet mori.*

93. D. Chryſ. *Populus principes ac majores ſequitur.*

Reſpondet D. Cyrill. proximè datus ſuperiori quæſt. *Hoc ſumma impietatis dedecus à principibus Judæorum ſolis Evangeliſta traxiſſe originem oſtendit. Quando enim viderunt ipſum Pontifices, & miniſtri clamarunt. Crucifige, crucifige eum. Nam cum multitudo aliquo modo his factis ſupererubeſceret recordati forſitan miraculorum ipſius, ipſi primum exclamant, & vulgus incendunt.* Cùm pilatus oſtendit Chriſtum: *Ecce homo*; tacent plebei, at verò cum principes, ac majores clamant. *Crucifige*, ſtatim vulgus ſequitur *ſecundùm legem debet mori.* Quandiu principes tacent, tacet populus, at cum principes mentem ſuam aperiunt *Crucifige* ſtatim plebs illis adhæret, eorúmque veſtigia ſequitur. Quod confirmat citat. D. Cyrill. ex Jerem. 10. n. 21. *Quia ſtultè egerunt paſtores, propterea non intellexit univerſus grex, & diſſipati ſunt*: in perſona Chriſti poſtulat David

Jerem. 10.

Pſalm. 21. David, Pſal. 21 n. 21. *Erue à framea Deus vitam meam, & de manu canis unicam meam.* Poſtulat. ut eum Deus liberet à lanceæ vulnere, *& de manu canis unicam meam.* Quiſnam eſt hic canis, Hugo. quænam hæc unica? Hugo. *De manu canis unicam meam, id eſt Eccleſiam Cathedralem, ne veniat in manum Prælati qui ſit canis per concupiſcentiam carnis.* Ab hoc enim totus grex diſſipabitur.

94. Quæſt. 2. *Quare dicunt quod ſe filium Dei faciebat.* Quæſtio 2. Quare Judæi apud Pilatum accuſabant Chriſtum quod *filium Dei ſe fecit.* Chriſtus autem D. non ſolum verbis dicebat ſe filium Dei ſed hoc operibus ſecundùm ſcripturas demonſtrabat, faciebat enim opera, & miracula, quæ prædicta erant à Prophetis de Meſſia. Mortuis dabat vitam cæcis, viſum, claudis pedes, leproſis munditiem, & ſanitatem, eſurientibus panem, & cibum; cur ergo non dicunt quod ſe filium Dei faciebat, & etiam opera filii Dei faciebat, cur ergo maligni hæc tacent, & diſſimulant.

95. D. Cyrill. Reſp. N. D. Cyrill. Alex. lib. 12 in Joan. c 19. *Oportebat ſanè*, ait, *quando Pilato dixiſtis, quia filium Dei ſeipſum fecit: tunc opera etiam ipſius in medium afferre. Oportebat quatriduo jam mortuum voce ſola in vitam reſtitutum narrare, oportebat unigenitum filium viduæ non relinquere. Oportebat ſynagogæ Principis puellam nequaquam omittere: oportebat præterea dicere, quia cæcis viſum, leproſis munditiem ſolo nutu donabat.* Nota quæ ſequuntur. *Peſſimi bona tacent, quæ mala judicant, dicunt.* *Hæc cæteraque hujuſmodi, quibus verè Deus monſtrari poterat malitioſè prætereuntes, cavillationibus utuntur.* Peſſimi accuſatores nudè proferunt, quæ reprehenſioni poterant inſervire, quæ verò reprehenſionis notam excludebant, omninò tacent, & prætermittunt; ſic nefarii, & maligni, quæ bona, & ſancta ſunt, tacent, & prætereunt; quæ aliquam habent ſpeciem mali, hæc in medium proponunt, & evulgant.

96. Præmiſſis nuntiis pacificis venit Abner ad Davidem in Hebron adducens dilectiſſimam ſponſam ejus Micholem, facienſque promiſſionem Davidi reducendi ad eum totum regnum Iſraël, 2 Reg. 3. *Suſurrones bona prætereunt, & quæ iram accendunt, evulgant.* & cùm receſſiſſet à Rege, ſubdit textus 2 Reg. 3. n. 23. *Nuntiatum eſt itaque Joab à narrantibus, venit Abner ad Regem, & dimiſit eum & abiit in pace.* Cur hi narratores ſolum referunt adventum Abner, & prætereunt tamen adductam exoptatam uxorem, ac promiſſionem congregandi regnum. Hæc eſt malignantium conditio, ut ſolum dicant, quæ iram accendere valent, quæ verò animum devincere, ac placare poſſunt, omninò diſſimulant, & tacent.

97. Quæſt. 3. Quare Judæi cum dicant, nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori. Tamen Pilatus tradens Jesum ad crucifigendum non dicitur, quod tradidit eum legi eorum, ſeu ſecundum legẽ eorum, ſed voluntati eorum. *JESUM* Luc. 23. *verò tradidit voluntati eorum.* Luc. 23. n. 25.

98. *Iniquis voluntas pro lege.* Reſpondeo, quod eorum lex, eorum voluntas erat, unum enim ab altero non diſcrepabat, ac proinde Pilatus eorum votis annuit, cùm enim eum tradidit voluntati eorum, legi eorum tradidit, de Nabuchodonoſ. dicitur. *Quos volebat, interficiebat, & quos volebat, percutiebat, & quos volebat, exaltabat, & quos volebat, humiliabat.* Dan. 5. Dan. 5. n. 19 Quomodo Rex pro ſua voluntate hæc faciebat, cum pœna mortis, ac percuſſionis, ſine dubio determinata eſſent in lege eorum, quam tranſgredi magnum erat nefas? Quod ſtatutum eſt à Medis, & Perſis, nec prævaricari cuiquam liceat Dan. 6. n. 8 Quorſum ergo pro ſua Dan. 6. voluntate illa omnia faciebat? Quomodo ergo ejus voluntas compatiebatur cum lege inviolabili? quia Regis voluntas, erat pro lege, quam prævaricari non licebat.

QUÆSTIO XV.

Quare cum Judæi Chriſtum accuſarent, quod ſe Regem, vel filium Dei fecerit, ipſe tamen Majeſtatis nullum exhibet ſignum?

Accuſant Judæi Chriſtum Dominum, nempe ipſum *dicentem ſe Chriſtum regem eſſe.* 99. Luc. 23 num. 2. & nunc apud Joan *ſecundùm legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit.* Luc. 23. Accuſatur Chriſtus apud Pilatum de regno, ac divinitate affectata, & facillimè ſe poterat Chriſtus verum Regem, ac Deum manifeſtare, & id præſidi, ac aliis multis eſſet valdè gratum, cur ergo ſic tacet, ac ſuæ magnitudinis nullam facie oſtentationem.

Reſp. D. Aug. tr. 16. in Joan. *Vtrumque*, ait, *verum eſt, & unigenitus Deus filius eſt, & rex ab eo* 100. D. Aug. *conſtitutus ſuper Sion montem ſanctum ejus, & utrumque nunc demonſtraret, niſi quanto erat potentior tanto mallet eſſe patientior.* Tacet Chriſtus, *Supra humanas vires, ſuam præſtantiam abſcondere in occaſione.* & ſuum regium, ac divinũ ſplendorem non manifeſtat oſtendens æqualem eſſe ſuam infinitam potentiam cum ſua infinita patientia, nam cum haberet infinitam potentiam ad alta, & magna ſigna edenda, etiam habuit infinitam patientiam ad ſuam majeſtatem cohibendam, ut illius ſigna non evulgaret, ac declararet, ſed totam ſuam excellentiam in tanta rerum occaſione ſuper omnes vires creatas abſcondit, & diſſimulat, quod ſolum ad divinam virtutem ſpectabat, tantæ molis eſt, quod homo velit latere, quando temporis occaſio ſui manifeſtationem poſtulat.

De Chriſto Domino ait Iſai. 42. n. 1 *Dedi ſpiritum meum ſuper eum, judicium gentibus proferet,* 101. Iſai. 42. *non clamabit, neque accipiet perſonam, nec audietur vox ejus foris.* Judex univerſorum conſtitutus eſt Jesus *judicium gentibus proferet.* Et tamen videns hominum ſcelera, adulteria, homicidia, furta, ſacrilegia, & alia multa facinora, in eos zelum ſuæ divinæ iræ multis inflictis ſuppliciis emittit, ut fecit Phinees cum videret Iſraëlitã ingredientem ad Madianitidem una cũ ipſa. Num. 25. n 8. Num. 25. Et Moyſes ob vituli idololatriam juſſit interfici viginti tria millia virorum Exod 32. n. 28 qui cũ Exod. 32. eſſet ſui populi gubernator, & judex illius crimina non potuit ſuſtinere. Nunquid in his major erat zelus, quam in Jesu? abſit, abſit hoc. Cur ergo *Non hominis ſed Dei eſt occultare ſuam excellentiam in occaſione.* Jesus univerſalis judex per tot annos inter homines vivens tanta eorũ turpia, ſcelera inſpiciẽs; non clamat; nec contendit ut habet D. Matth. 12 n. 19 & nullum ſuæ judiciariæ poteſtatis aliquem Matth. 12. puniendo dat ſignum? Ratio deſumitur ex textu. *Dedi ſpiritum meum ſuper eum.* Moyſ. & Phin. homines, ac proinde data occaſione jura ſuæ poteſtatis promebant; at Jesus verus Deus, *Et ſic quanto erat potentior, tanto mallet eſſe patientior*; ac proinde oblata occaſione ſciebat excellentiam ſuam diſſimulare, & non prodere, quod tantum divinæ virtutis eſt Tertul lib. de patientia. Tertul. *Non contendit, non reclamavit, nec quiſquã in plateis vocem ejus audivit; neque enim mentitus fuerat Propheta, imo ipſius Dei conteſtatio ſpiritũ ſuum*

ſuum in filio cum tota patientia collocavit Expende verbum, *cum tota patientia.* Niſi divinus Spiritus adeſſet cum tota patientia vix fieri poterat ut in tantis occaſionibus zelus divinæ iræ vindicatricis cohiberetur, abſque eo quod multis plagis inflictis in publicum prodiret.

QUÆSTIO XVI.

Quare ſi poſt illuſionem militum dicitur chlamys depoſita à Jeſu, non dicitur etiam corona ſpinea depoſita.

102. D Matth. 27 SCribit D Matth. 27. n. 31. *Et poſtquam illuſerunt ei, exuerunt eum chlamide, & induerunt eum veſtimentis ſuis.* De quo c ſeq. in exordio. Duo Judæi ad magnum ludibrium impoſuerunt Ieſu chlamydem coccineam, & coronam ſpineam, de chlamyde exprimitur, quod fuerit ablata, de corona autem nil dicitur. Quare ergo ſicut chlamys aufertur, ſpinea corona non deponitur, ſed in capite uſque ad mortem eam retinet?

103. Euthym. *Chriſtus cum corona ſpinea crucifigitur.* Euthym. ad citatum locum Matth. exiſtimat coronam cum chlamyde ſimul fuiſſe ablatam; tamen contraria ſententia eſt vera, ſtabiliturque antiquiſſima traditione univerſalis Eccleſiæ, nam antiquiſſimæ picturæ Chriſtum crucem bajulantem, ac in ea crucifixum ſpinis coronatum indicant; deinde quia Chriſtus portans crucem ad locum ſupplicii, in via ſudario quodam terſit faciem, in quo ejus effigies impreſſa eſt, in qua effigie corona ſpinea cernitur. In hacque ſententia ſunt D. Cyprian. ſerm. de Paſſ. & Tertull. lib. contra Judæos c. 13. Diſertè, ac apertiſſimè hanc ſententiam docuit Orig. hom 35 in Matth. (D. Cyprian. Tertull. Origen.) *De chlamyde ſcriptum eſt*, ait, *quod denuò ſpoliaverunt eum chalmyde coccinea, de corona ſpinea nil tale ſcripſerunt Evangeliſtæ, propterea & nos quærere voluerunt exitum rei corona ſpinea, ſemel impoſita, & nunquam detracta.* Duas rationes morales adducit; quas ſtatim apponam.

104. Suar. Ad quæſtionem ſecundum literam reſpondet Suarez 3. ad 3 p. diſp. 36. ſect. 4 §. *Circa poſteriorem* Ex parte miſterum poteſt reddi ratio probabilis, quia illa veſtis purpurea, fortaſsè aliena erat, & fieri potuit, ut proprius Dominus eam recuperare voluerit, quæ ratio in corona ſpinea locum non habet. Secundò. Auferre coronam ſpineam erat alleviare dolorem Chriſti; in mutatione autem veſtium, nulla erat diminutio doloris imò poterat eſſe aliqua accretio, tum ex erubeſcentia ex nudo corpore, tum etiam ex renovatione vulnerum, quibus veſtis adglutinata erat, ergo non eſt in utroque eadem ratio, ac proinde corona ſpinea non eſt ablata in eo, ne dolores minuerentur, quos ipſi intendebant augere; ex quo multi contemplantur, neceſſarium fuiſſe, coronam auferri, ut veſtis inconſutilis indui, & exui poſſet ac proinde tempore crucifixionis ablatam & repoſitam fuiſſe; ut judicatur in lib. 1 Revel: S. Brigittæ c. 10. (Brigitta.) quod etiam multi meditantur factum fuiſſe cum vulnerum renovatione.

105. Origen. *Principes ſubditorum crimina conſumant, ut nec veſtigium appareat.* Tertiò. Citat. Origenes ſic immediatè pergit. *Ego igitur*, ait, *arbitror, quod ſpinea illa corona conſumpta eſt à capite Jeſu, ut jam non ſint ſpinæ noſtræ antiquæ poſtquam ſemel eas à nobis abſtulit Jeſus per venerabile caput ſuum*, Mira, & rara aſſertio. *Spinea illa corona conſumpta eſt à capite Ieſu.* Maximè notandum, quod ardentiſſima flamma pectoris Jeſu, nec conſumpſit ſibi adjectum lanceæ ferrum, nec ſacratiſſimæ manus ejus, vel pedes conſumpſerunt ferreos clavos, ſed illorum vulnera in perenne monumentum impreſſa cavarunt, & tamen venerabile caput Jeſu ſpinas ſibi impoſitas penitus in ſe conſumpſit, ut nunquam ab eo legatur ablata, ne etiam illius veſtigia remanſerunt in corpore glorioſo Spinæ illæ noſtros errores, defectus, ac peccata denotabant ut ſæpè dixi in hoc capite, hinc abſumuntur à Jeſu capite, ut fiat evidens, quam proprium ſit illorum, qui principes, ac capita populi ſunt, ut errores, ac defectus ſubditorum conſumant, ac aboleant, nec permittant, quod eorum vel veſtigia, ſeu ſigna appareant.

Quartò. Ad citata Origen verba. *Ego arbitror quod ſpinea illa corona conſumpta eſt à capite Ieſu, ut jam non ſint ſpinæ antiquæ:* Spinæ illæ delicta noſtra adumbrabant, ut jam dixi ſupra q. 7. Et ex quo hujuſmodi ſpinæ viſæ ſunt in Jeſu capite univerſæ noſtrorum delictorum ſpinæ mirigantur, ac abolentur, ut jam quaſi ſpinæ non ſint ſed tota illorum acerbitas extinguitur, malum enim quod pro nobis Jeſus in corpore ſuo patitur jam in nobis malum non eſt, ſed totum in bonum tranſmutatur. 106. Origen. *Jeſu omne malum noſtrum conſumpſit in corpore ſuo.*

Ait Chriſtus Dom. Cant. 2. n. 1. *Ego flos campi*, Si meus Jeſus conſideretur in Calvariæ campo, ibi Jeſus non flos, ſed rubus, ac manipulus ſpinarum apparet; ad quid Domine nos vocas in campum te florem dicens, cum ibi ſis totus ſpinis coronatus Volebat oſtendere ſpinas noſtræ humanitatis, ac fragilitatis, quas ipſe in ſe ſuſcepit; jam non eſſe ſpinas, ut nos pungant, ſed pullulaſſe in flores, ut nos coronent, ac proinde ex eo quod ſpinæ noſtræ naturæ ſuſceptæ ſunt à Chriſto, jam in flores tranſmutatæ ſunt. D. Bern. ſerm. 47. in Cant. *idem Ieſus flos campi, Martyr, Martyrum corona, martyrii forma. Deinde foras civitatem eductus extra caſtra paſſus eſt in ligno elevatus eſt ſpectaculum hominum ſubſannandus ab hominibus*, Ipſe in campo extra portam flos eſt, *Martyrii forma, & Martyrum corona.* Sua paſſione, & martyrii forma, & maryrū corona in gloria. 107. Cant. 2. *Noſtras ſpinas Chriſtus tranſmutavit in flores.* D Bernard.

Cum Abraham levaret gladium ut immolaret filium ſuum Iſaac, Angelus exclamat de cælo ne facias hanc rem, & manum revocavit à pueri jugulatione. *Levavit oculos ſuos Abraham; viditque poſt tergum arietem inter vepres cornibus hærentem, quem aſſumens obtulit holocauſtum pro filio.* Gen. 22 n 13. in quo ſacrificio peracto Angelus multas benedictiones in eum congerit, *Benedicam tibi; & multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cæli*, &c. Maximè ponderandum quod Angelus tam magnificis benedictionibus non condecorat Abraham; quando cohibuit manum à filii ſacrificio, ſed poſtquam obtulit in holocauſtum arietem hærentem inter vepres? Quidnam myſterii in hoc, cum ſine dubio multo majoris meriti fuit illa voluntaria actio filii immolandi: Agnus ille inter vepres Chriſtum D. ſpinis coronatum adumbrabat, ut jam dixi ex D. Aug. lib. 16. de civitate Dei. *Ieſus Chriſtus ſignificabitur antequam immolaretur ſpinis Iudaicis coronatus.* Cum ergo Agnum inter vepres inhærentem Chriſtum adumbrantem ſpinis coronatum in ſacrificium offert Abraham, ſtatim in ipſum convolant omnes benedictiones, ab illis enim ſpinis omnia cæleſtia dona in nos derivantur, ac emanant, illæque ſpinæ in benedictiones noſtras tranſmutatæ ſunt. 108. Geneſ. 2.

CAPUT

CAPUT XII.

Jeſus bajulans Crucem.

Matth. 27. *n.* 31. Et poſtquam illuſerunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum veſtimentis ejus & duxerunt eum ut crucifigerent.

VERSIONES.

Aliqui ex Græco. Et poſtquam irriſerunt ei.
Vatablus. Adduxerunt eum ut crucifigerent.
Syriacus. Ut crucifigeretur.
Arius. Ad crucifigendum.

ALTER TEXTUS.

Marc. 15. *n.* 20. Et poſtquam illuſerunt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt eum veſtimentis ſuis & educunt illum, ut crucifigerent eum.

Joan. 19. *n.* 17. Suſceperunt autem Jeſum, & eduxerunt, & bajulans ſibi crucem exivit in eum, qui dicitur Calvariæ locum, Hebraicè autem Golgotha.

EXPOSITIO I.

1\. ET *poſtquam illuſerunt ei.* Omni genere ludibriorum, ita ut inimicorum, ac militum animi, tanquam ad nauſeam jam eſſent ſatiati. *Ut milites ad ſatietatem uſque Chriſtum Redemptorem noſtrum ludibrio habuerunt, adduxerunt eum, ut*
Vict. Ant. *Satiati milites ludibriis.* *crucifigerent.* Ait Vict Antioch. in Marc. *Exuerunt eum chlamyde,* coccinea ſcilicet relicta corona ſpinea. Ut dixi ſuperiori cap. quæſt. ultim.
D. Athanaſ. D. Athanaſ. ſerm. de Cruce. *Exuitur,* ait, *à carnificibus, quas nos in Adam indueramus pelliceas tunicas, ut pro his poſſimus induere Chriſtum* Et tunc depoſita chlamyde, *induerunt eum veſtimentis ſuis,* Scilicet propriis, ut de more erat, de quo dicam q. ſeq. *Deduxerunt eum* è prætorio ad locũ
Græcus. Calvarii Joan. ſcribit *Bajulans ſibi Crucem,* Græcus legit. *Crucem ſuam.* De quibus omnibus in quæſtionibus.

QUÆTIO I.

Quare Jeſus induitur propriis veſtimentis, ut ad crucifigendum pergat?

2\. *Difficultas quæſtionis.* SI in prætorio purpurea tunica induitur Chriſtus, & Rex Judæorum irriſoriè ſalutatur, cur cum ad crucifigendum ducitur, exuitur chlamyde regia? Si ideò crucis damnatur ſupplicio, quia Regem ſe prædicat Iudæorum, appareat indutus purpura coram omnium conſpectu, ut neminem judicii cauſa lateat: vel ſi ob irriſionem purpura ornatur, magis abſque dubio illuderetur, ſi in lucem prodiret tunica regia veſtitus. Quare ergo, qui tot injuriis permittitur, tot afficitur opprobriis, nõ permiſit, chlamyde illa in publicũ prodire? Sed ad hoc propria veſtimenta iterum aſſumit

3\. Reſpondet primò D. Ambroſ. lib. 10. in Luc. cap. 23 *Induerunt eum,* ait, *veſtimentis ſuis, quo melius ab omnibus agnoſceretur, quia cum facies eſſet cruentata, ac deformata, nec ei antiquus ineſſet affectus, vel decor, non poterat inter duos latrones cruces etiam ferentes facilè ab omnibus dignoſci.* Similiter Carthuſ. cum enim facies eſſet maximè deformata, & ex illa Chriſtus non poſſet agnoſci induunt eum propriis veſtimentis ſuis, ut ex illis agnoſceretur à populo, & ſubſannaretur ad majorem ejus ignominiam. Secundò. Ut crucifixores illius veſtimenta ſibi vendicarent, nam poſt ſupplicium jure ad illos ſpectabant veſtimenta eorum, qui puniebantur
D. Ambroſ. — Carthuſ. — *Facies Chriſti ſic deformata ut non agnoſceretur.*

4\. Tertiò, & jam moraliter. Idem D. Ambr. citat. *Aſcenſurus crucem,* ait, *regalia ponit veſtimenta, ſcias quaſi hominem paſſum eſſe, non ut Deum: ut enim Deus erat, regiæ majeſtatis ſplendorem deponere non poterat.* Regia ornamentua deponit, ut crucem aſcendat, ut fieret evidens quod ipſe non ut Deus, ac Rex Regum, & Dominus dominantium crucem aſcendebat, ſed qua homo erat; vel certè, cum ad crucem duceretur, quæ uſque tunc ſceleratorum erat ſupplicium, purpura exuitur, ut regiæ majeſtatis decus maneat illæſum, ne qui regis ornabatur inſigni, ſic dejectus, & tanto ſupplicio, tantáque ignominia affectus appareret.
D'Ambr. — *Regiæ dignitatis ſervetur honor.*

5\. Quartò. Drog. lib de Paſſ. *quid eſt,* ait, *quod poſt illuſionem chlamyde exuitur, & ſuis veſtibus reinduitur: quod ſæpè ſuperbus Adam, cum per dolorem carnis, confinia mortis ingreditur, depoſita elatione ad putredinis ſuæ conſiderationem revertitur* Quid eſt quod cum ad mortem Chriſtus feſtinat, regalem purpuram exuit & ſua antiqua veſtimenta reaſſumit; niſi ut intelligamus, quod cum Adamus ſeu filii Adami ad mortem properant omnia ornamenta honoris, dignitatis, ac ſuperbiæ exuunt, & ad antiquam humilitatem ac abjectionem ſuæ putredinis revertuntur. Quintò. In eo autem quod purpuram deponens, propriis induitur veſtibus, innuitur nobis in exitu vitæ nihil nos poſſe ferre nobiſcum, niſi quæ verè ſunt propria hoc eſt bona noſtra opera.
Drogo. — *In mortis hora homo honorem deponit, & ad antiquam vilitatem venit.*

6\. Sextò, D. Hier. *Notandum autem,* ait, *quod quando flagellatur Jeſus, & conſpuitur, non habet propria veſtimenta, ſed ea quæ propter peccata noſtra ſumpſerat, cum autem crucifigitur, & illuſionis pompam prætererit, tunc priſtinas veſtes recipit & proprium aſſumit ornatum.* Mens hæc D. Hier Cum Jeſus illuditur in prætorio, exuitur propriis veſtimentis, & veſtis coccinea, quæ noſtrorum peccatorum præferebat inſigne, circumponitur ei; cùm autem ad crucifigendum ducitur, priſtinas veſtes, id eſt proprias, & innocentiæ ſuæ induit: quia in prætorio Sacerdotis munus non agebat, & inde ex alto divino conſilio permittitur ei chlamys inſigne peccatorum, at verò cum ad crucem tendit, ut Sacerdos ad offerendum ſacrificium depoſita peccatorum veſte, ſuæ propriæ innocentiæ aſſumit, ne vel minima peccatorum umbra in chlamyde deſignata Sacerdotii dignitas deturparetur.
D. Hieron. — *Sacerdos ut altari inſerviat, ab umbra peccati ſit alienus.*

7\. Septimò. Ut Chriſtus Dominus deferat crucem exuit veſtimenta, quæ Herodes dedit, quæ & Pilatus, & propriis veſtibus induitur, quæ totius puritatis, ac ſanctitatis præferebant typum, ut ergo quis crucem Chriſti deferat, exuat mores mundanos,
Ad crucem ferendam multa puritas.

nos,& virtutes omnes aſſumat,patientiam,humilitatem puritatem,quæ ſunt Domini veſtimenta

8. Octavò Maximè ponderandum,quod Jeſus ad flagella denudatur;apud Herodē veſtimentis albis induitur, apud Pilatū verò purpurea chlamyde ornatur,cum verò crucifigatur , tendit, proprias veſtes iterum ſibi aſſumit Cum cuncta myſteriis plena ſint,unde talis ordinatio emanavit,D

D Hieron. *Auſpicium victoria ſi princeps primò procedat in certamine.*

Hier *Tunc priſtinas veſtes recipit,& propriū aſſumit ornatum.* Pergebat meus Jeſus ad cruce,ut Rex regū , ac Dominus dominantium,ut mundū ac peccatū devinceret,inde tanti triumphi magnū auſpiciū datur,quod valdè manifeſtus, ac notiſſimus ſuis propriis veſtibus omni periculo ſe exponens exibat, non aliis remittens,ſed ſibi certaminū pondus reſumens.Hoc fuit auſpiciū magnū victoriæ Chriſti;hoc & magnū auſpiciū victoriæ noſtræ : eum Regem noſtrum ab omnibus ſuis agnitum videamus ad bella procedentem.

9. Luc.19. *Mandatur Mathæus deſcendere , quia Chriſtus nondum aſcenderat crucem.*

Præteriens Jeſus vidit Zachæum in arbore *Zachæe feſtina,deſcende* Luc.19.n.5.Cur Zachæus de arbore deſcendet cum ex pio affectu in Ieſum aſcenderit in illam.Cur ibi potius non laudatur,ac commorari permittitur,præcipuè cum arbor illa crucem denotaret,in quā aſcendens Chriſtus de mundo triūphavit;tamen mandatur deſcendere, quia nondum Chriſtus crucem aſcenderat, i neo autē conſiſtebat auſpiciū Chriſtianæ victoriæ,ut non ante regem,ſed antecedentem regem in pugna conſequentes videremur.Eleganter D.Chri-

Chryſol.

ſol.ſerm.54.*Antea Zachæus,ait, aſcenderat arborem quam Jeſus crucem aſcenderat,hinc eſt quod dicitur,*feſtinans deſcende;*deſcende ante Dominum de Adami arbore,ut poſt crucem Dominicæ paſſionis aſcendas.Niſi qui tulerit crucem,& ſecutus fuerit me non dixit præceſſerit me*

10. Cum Rex Iſraël Achab cum paucis ſuis militibus,undique à magna Syriorū multitudine eſſet

3.Reg.20. circūdatus:aittextus3 reg.20.n 23.*Ecce Propheta unus accedens ad Achab regem Iſraël, ait ei: Hæc dicit Dominus;certè vidiſti omnem multitudinem hanc nimiam? Ecce ego tradam eam in manum tuam hodie,ut ſcias,quia ego ſum Dominus.Et ait Achab,Per pediſſequos principum provinciarum , & ait quis incipiet præliari? Et ille dixit tu.* Ib.Abu-

Abulenſ. *Victoria certa ſi princeps præit in bello.*

lenſ.q 7.*Ita quod Achab iret in prima acie contra exercitum* Propheta Dei nomine multa & magna ac miracula poterat dare regi pro victoria aſſequendus,tamen nullum aliud aſſignat, niſi quod Rex præliari inciperet, ante omnes ſuos , & quis dubitaret de victoria aſſequenda à paucis militibus,cum præeuntē regē ſuū in certamine viderint

QUÆSTIO II.

Præparatur Jeſus ut ex atrio Præſidis exeat in montem Calvarium , agitur de crucis materia,acitineris diſtantia.

11. INSTANTE Iudæorum populo coram Pilato ſe regem non habere niſi Cæſarem ; tunc Pilatus cum omni impietate , ac tyrannide Ieſum condemnavit capitali ſententia , quam

Adrichom. refert Adrichom. in deſcripti. Ieruſalem pag. 163.Tunc ſcribit D Ioan. *Suſceperunt & eduxeruntеum.* De quo prophetavit. Regius Vates

Pſalm.16. Pſ.16 n.12.*Suſceperūt me ſicut Leo paratus ad præ-*

dam Rectè Iudæorum crudelitas comparatur à Propheta Leonum crudelitati;nam ſicut famelicus Leo ſumma velocitate excoriat, dilaniat , ac agnum devorat,ſic Iudæi in Chriſtum ſævientes, multis,ac variis ſuppliciorum generibus breviſſimo tempore excruciarunt,*atque incontinenti* , ut ait N. Incognit *illum interſi ere & crudeliſſima crucis morte eum occidere ſatagerunt.*

Crudelitas Judæorum cum Leone famelico.

Incognit.

12. *Crucis magnitudo.*

Cum D.Ieſus deſcendiſſet in prætorio jam in atrio præſidis erat ei præparata crux , quæ communiter dicitur habuiſſe quindecim palmos altitudinis, lignum verò tranſverſum octo longitudinis,craſſitudinis tantæ;quanta magno viro ſuſtinenda ſatis eſſe potuit. Circa materiam crucis variè dubitant Auctores.Nam Anaſtaſ. Sinaita l. 5 ex tribus arboribus fuiſſe teſtatur. Clēmentina 1 deTrinitate,hoc carmine ex quadruplici materia; *Ligna crucis Palma.Cedrus,Cupreſſus,Oliva.* Vincent.in ſpeculo hiſtoriali,l.7.c.24. Innocent. ſerm.1.de uno Martyre.Ita ut ſtirps erectus eſſet ex palma,lignum tranſverſum ex cedro, truncus ſuppoſitus ex cupreſſo , titulus ſuppoſitus ex oliva;tamen communiter creditur lignum crucis fuiſſe ex quercu.Ita D. Greg. Nyſſen & alii, quod multis rationibus probat M. Ioan. Carthagena t.4.l.10.hom.19.§.*in re igitur.*

Anaſtaſ. Sinait. *Crux de quo ligno.* Clemen.1 Vincent. Innocent. D Nyſſen. Cartagen.

13. Cum Jeſus deſcendens vidiſſet lignum crucis, illud eſt amplexatus amanter, ac reverenter,utpote ſibi datum à Patre *Suſcepit de manu Domini duplicia* Iſai.40.n.2.Chald. *Suſcepit multiplicia, & grandia ſive multa & magna* Quod de Chriſtipaſſione interpretatur Forerius.*Cum hæc audis Chriſti paſſione meritum, & gratiam,quæ hominem dignatus eſt, cogita.* Chriſtus D. domo de manu Patris ſui ſuſcepit crucem,in quo ſuſcepit grandia,& magna; ſuſcepit crucem ut inſtrumentum mortis,quo homines redimeret:ſuſcepit crucem ut trophæum victoriæ de hoſtibus debellatis,ſuſcepit crucem,ut cæli clavem,ac fontem omnium bonorum D.Damaſc.l.4.de fide,c.12.*Crux Chriſti ait,clavis eſt paradiſi;ſalus animæ, & corporis bonorum omnium datrix.*

Iſai.40. Chaldæus. D Damaſc.

14. Dicebat Chriſtus Dominus,*Baptiſmo habeo baptizari:& quomodo coarctor uſque dum perficiatur* Luc.12.n.50.Baptiſmo enim habeo baptizari maximè abundantia tribulationum , ac copia effuſi ſanguinis opprimendus,ac interficiendus ſum in cruce *Et quomodo coarctor uſque dum perficiatur* Id eſt maximopere me coarctat,angit,& contriſtat mortis,ac crucis dilatio Euth.*Velut enim anxius ſum propter tarditatem.* Theophyl *Solicitus, anxius ſum,ac premor,donec perficiatur.Sitio enim crucis mortem pro omnium ſalute.*Ecce Domine mi Ieſu crucem quam vehementer exoptabas, jam manibus tractas,amplexu tenes,humeris portas. Divus Athanaſ ſerm.de Paſſ. *Cum crucem poſſidet jam Domini deſiderium adimpletur.*

Luc.12. Euthym. Theophyl. *Amplexata cruce adimpletur Chriſti deſiderium.* D.Athanaſ.

15. *Concomitatus Chriſti.*

Indutus ergo Jeſus ſuis veſtimentis , & cruce ſuper humerum poſita ,& ad collum injecto fune,ex quo deducebatur,& comitante illum integra cohorte,cum ingenti Judæorum caterva manibus plaudente,& victoriam ſuam concrepante, præco ante illum valenter clamabat,mortis illius cauſam evulgans , ut cunctis innoteſceret , ad quod eos excitabat, ac convocabat buccina, quæ præibat,ut mos erat Romanorum,ut tradunt Veget.l.2.de re milit. c.21.Tacitus 2.Annal. & alij.

Vegetius. Tac.2.

16. De longitudine itineris à prætorio uſque ad Calvarium agit Adrichom.in Theatro terræ ſanctæ,in Deſcripti. Jeruſalem n.108. *A palatio, ait,*

Pilati uſque ad locũ, ubi crux rupi infixa fuit ſunt greſſus mille trecenti viginti & unus. Totam hanc ſacram crucis viam idem Auctor piè, ac copioſè deſcribit, quæ in compendio ſic rigido.

17. *Deſcribitur via.* Sic ait. Incipiens Dominus à Pilato Palatii per viginti ſex greſſus, ei compoſita eſt crux Bajulanſque Dominus crucem per 80. greſſus, ibi primum cum cruce cecidiſſe traditur. Idẽ ſtatim per 60. greſſus ad locum venit, ubi ſacratiſſima Virgo Maria cum Joanne filio ſuo Ieſu occurrit. Hinc autem per 71. greſſus ad quoddam trivium, ubi Simon Cyrenæus crucem poſt portare coactus eſt. Iſthinc per greſſus 191. & ſemipedem ad locum acceſſit, ubi ipſi Veronica occurrit. Atque illinc per 336 greſſus, & duos pedes; ad portam judiciariam venit, ubi rurſus cum cruce lapſus eſt. Deinde verò ardua, ſaxoſa, atque paulatim aſcendente via verſus Septentrionem proceſſit per 348 greſſus, & duos ad bivium quoddam, ubi mulieres plorantes allocutus eſt. Ac iſthinc continuò per 161 greſſus, & ſeſquipedem ad radices montis Calvariæ, ubi ultimò cecidit. Deinde ulterius per 18. greſſus ad locum venit, ubi carnifices ipſi veſtes extraxerunt: ubi & vino myrrhato felle mixto potatus eſt. Dehinc per 12 greſſus, ubi clavis cruci affixus eſt Deinde poſtremo per 14. greſſus ad locum venit, ubi de cruce pendens in foramine rupis Calvariæ fixus eſt. Hæc ex Adrichomio.

QUÆSTIO III.

Pomposa majeſtate, triumphali apparatu egreditur Jeſus bajulans crucem è prætorio in Calvariam.

18. D. Auguſt. Divus Aug. tr. 117. in Ioan. *Grande ſpectaculum*, ait, *ſed ſi ſpectet impietas, grande ludibrium: ſic ſpectet pietas grande myſterium; ſi ſpectat impietas, ridet Regem pro virga lignũ ſui portare ſupplicii; ſi pietas ſpectet, videt Regem bajulãtem lignum, ad ſemetipſum figendum, quod fixurus fuerat etiam in frontibus Regum, in eo ſpernendus oculus impiorum: in quo erãt gloriatura corda ſanctorum* Chriſtus bajulans crucem, grande ac mirabile ſpectaculum, & valdè diverſum apparens pietati, ac impietati, nam impietati videtur grande ludibrium, cum pro regni ſceptro lignum portat, in quo crucifigendus ſit; pietati verò ſublime eſt myſterium, cum portet lignum, in quo ipſe figendus eſt, quod etiam in Regum frontibus promagnifico ſigno collocatum eſt.

Jeſus bajulans crucem grande ſpectaculum.

19. *Magnitudinem tanti myſterii conſulere.* Magnificum, ac grande ſpectaculum videte & conſiderate; ecce nunc innocentiſſimus Abel ab invido fratre Caïn foras in campum educitur, ut occidatur Gen. 4. Videte verum Iſaac ligna portantem in montem ad holocauſtum. Gen. 22. Sed onus Iſaac leve, ut rectè expendit Philo Hebræus lib. de Abraham, illud appellans ſarcinam leviſſimam: Iſaac typicus ligna portavit, ſed non immolatur. Verus vero Iſaac ligna portat, & immolatur, ut rectè cõſiderat D. Chryſ. hom. 84. Videte Noë admirabilem arcam ligneam ferentẽ. Gen. 7. ut totum genus humanum ab æterno diluvio peccatorum ſervetur. Videte Iacob ferentem ſuã ſcalam, per quam aſcenſum hominibus in cælum præparet. Geneſ. 28 Videte Moyſem virgam geſtantem, ut Ægyptios ſuos infernales hoſtes, diſperdat, homines verò eum ſequentes ſervet? Exod. 15. Moyſis virga jacens in terra ſerpens venenoſus, & horribilis, in manu Moyſis recepta virga eſt in ſalutẽ populi Exod. 7. Crux dum non ſuſcipiebatur à Chriſto, veluti ſerpens horrenda mortis venenum habens; at verò à Chriſto ſuſcepta jam venenũ non habet, ſed vitam, gloriam, & honorem. Videte Joſuë ſuum ſcutum in haſta in altum erigentem contra rebellem urbem Haï, quo inimicos deſtruxit, & devaſtavit Joſuë c. 8. Videte Davidem ferẽtem in manibus fundam, ut Goliath; hoc eſt diabolum interficiat. 1. Reg. 17. Et tandem videte magnum Eliacim, de quo dicitur. Iſai. 22. n 21. *Dabo clavem domus David ſuper humerum ejus.* O magnum & admirabile ſpectaculum, nunquam tale ſimile viſum in toto orbe. S Leo ſerm. 8. de Paſſ. *Manifeſtabatur*, ait, *fidelibus grande myſterium: quia glorioſus Diaboli victor pulchra ſpecie triumphi ſui portabat trophæum* Expende, *pulchra ſpecie triumphi.*

Geneſ. 4. Geneſ 22. Philo. D Chryſ. Geneſ. 22. Geneſ. 28. Exod 15. Exod. 7. Joſuë 8. 1. Reg. 17. Iſai. 22. D. Leo.

20. Ioan. 19. Matth. 27. Scribit Joannes, quod *Jeſus bajulans ſibi crucem exivit in eum, qui dicitur Calvariæ, locũ.* Et tamen Matth. ſcribit de Simone Cyrenæo. *Hunc angariaverunt ut tolleret crucem ejus.* Ita ut Simõ Cyrenæus non portaret totam crucem, ſed ſolũ adjuvaret Chriſtum in ea ferenda, ut vult Caietan. de quo infra. Et quando Simon angariatur ad tollendam ejus crucem, ad quid neceſſarium fuit, quod Jeſus eam ſuſtolleret? Cur Simõ totã crucem non fert manibus, ſed tantum in ea ferenda Chriſtum adjuvet? Nam ſi Chriſtus tot verberibus, plagis, ac ſpinis fatigatus multum erat, cur crucis pondus totum ad Simonem non transfertur? Alio conſilio res ſic eſt diſpoſita. Solebant victores, in illuſtri ac magno triumpho victoriæ trophæum propriis manibus geſtare hinc ordinatum eſt, ut Chriſtus glorioſiſſimus triumphator tam magnæ victoriæ ipſe ſuis manibus trophæũ geſtaret D. Athanaſ. orat de Paſſ. *Siquidem decebat ait, victorem in triumphantem de Diabolo, non alteri concedere, ſed ſibi ſuum trophæum geſtare.*

Cur victoriæ trophæum. D. Athanaſ.

21. Ad hunc magnum, & inſignem triumphum, magnum, & mirabilem thronum erexit Chriſtus Dominus. De throno Salomonis dicitur: *Non eſt factum tale opus in univerſis regnis.* 3. Reg. 10. n. 20. Videamus modò qualis fuerit ejus architectura. Cant. 3. n. 9. 10. *Ferculum fecit ſibi Rex Salomõ de lignis Libani, columnas ejus fecit argenteas reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum, media caritate conſtravit.* Quod ferculum Aponius de triumphali Chriſti curru, hoc eſt cruce ejus interpretatur. Verus Salomon Chriſtus Dominus hodie ad hoc ſuum ferculum ad thronum fecit aſcenſum purpureum, non ex panno, vel pictura rubea coccino, vel purpura, ſed pretioſo ſuo ſanguine nam plateas, ac vias, per quas aſcendebat in montem Calvariæ omnes purpuravit, ſed ſanguine ex ejus vulneribus manante, quod in tantæ erat copia, ut Beatiſſima Virgo per veſtigia, ac ſigna ſanguinis, quæ in plateis, viſebantur, filium crucem bajulantẽ quæſiverit, ac invenerit, ut revelatum fuit B. Brigittæ ut infra dicam. *Media caritate conſtravit* Ex Hebræo legitur: *Mediam ejus conſtravit lapidibus amoris* Per medium platearum ibat meus Jeſus amoris lapides diffundens, quot enim greſſus dabat, tot *conſtravit lapidibus amoris.* Quot guttæ ſanguinis à ſacro corpore manabant tot pretioſiſſimos amoris lapides ſpargebat. *Conſtravit lapidibus amoris.* Quoties crucis pondere cecidit, tot amoris lapides ſeminabat,

3. Reg. 10. Cantic. 4. Aponius. Hæbræus. Apud Cornel. ſenſu tertio.

In itinere lapides amoris ſpargebat.

minabat. Quot colloquia habuit cum matre ſanctiſſima, tot *conſtravit lapidibus amoris*. Quot verba habuit cum filiabus Jeruſalem, tot *conſtravit lapidibus amoris*. Quod facies ejus eſſet in linteo impreſſa, totum orbem *conſtravit lapidibus amoris*. Tandem ibat omnia adimplens, & replens pretioſiſſimis lapidibus ſui amoris. *Ferculum fecit de lignis Libani.* Sancta crux fabricata eſt de lignis Libani imputribilibus: unde etiam in ſuis reliquiis, quæ paſſim ſervantur, perdurat, *Columnas ejus fecit argenteas.* Clavos nempe, quibus magnum templum corporis Chriſti ſuſtentaretur *Reclinatorium aureum.* Crux nempe, in qua ſupremus Rex Chriſtus, tanquam in ſede, ſeſe reclinavit.

In trophæo Chriſti reclinatorium aureum.

22. Dices. Clavi ferrei, crux lignum vulgare; quomodo argentum, & aurum dicuntur, Argentum corpus Chriſti poteſt ſignificare, nam argentum, candidum, lucidum, & ſonorum Corpus Chriſti candidum puritate, lucidum omni ſplendore virtutum; ſonorum virtute miraculorum. Caput Chriſti aurum, juxta illud Cant. 5. n. 11. *Caput ejus aurum optimum.* Corpus Chriſti argentum clavos reddit argenteos, caput ejus aurum, reclinatoriũ, id eſt crucem, reddit aureum; antea crux lignum vulgare; at vero ubi illud attigit caput Chriſti, tranſmutatum eſt in aurum optimum Gillibert. ſerm 1. in Cantic. *caput tuum*, ait, *aurum optimum, reclinatorium aureum non invenit, ſed reddit, ubi ſe reclinavit.*

Cantic. 5.

Gillibert.

23. In hoc magnifico triumpho omnia rutilant, reſplendent, ac irradiant: ait Habac. 3. n. 11. *In luce ſagittarum tuarum, in ſplendore fulgurantis haſtiæ tuæ egreſſus es in ſalutem populi tui* Lucem tribuit Propheta ſagittis, & haſtæ, hoc tamen diſcrimine, ut unam lucem dicat ſagittis. *In luce ſagittarum tuarum.* Duplicem verò haſtæ. *In ſplendore fulgentis haſtæ tuæ.* Egreſſus eſt hodie Jeſus in ſalutem populi ſui *in luce ſagittarum tuarum*. Sagittæ amoris ſunt ſpinæ; quas in capite defecit; quæ accendunt, & illuminant, & transfigunt humana corda; *in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ* In multiplici luce, ac ſplendore crucis tuæ, quæ multipliciter illuminat mundum in fide, gratia, juſtitia, ac ſanctitate, & rectè haſta dicitur ut ſequitur idem Propheta *percuſſiſti caput, de domo impii.* Ibidem n. 13. Pagnin. *Transfixiſti caput.* Cruce nempe tanquam haſta transfixit, interemit omnes noſtros adverſarios. Et ideo pro tam glorioſo triumpho dixit Chriſtus Dominus mulieribus Jeruſalem, *Nolite flere ſuper me*, quia ait D. Leo ſerm. 10. de Paſſ. *Non decet luctus triumphum, nec lamenta victoriam.* Ut infra dicam, de hoc triumpho vide in hoc capite q. 5. & c. 1. q. 7.

Habac. 3.

Cruce egreditur Chriſtus in noſtram ſalutem.

Pagnin.

D. Leo.

QUÆSTIO IV.

Nunc primum Chriſtus Dominus elèvat crucem in vexillum noſtræ ſalutis, ac inimicorum noſtrorum interitum.

24. CHriſtus Dominus crucem, in qua ſuffigendus, ac immolandus erat, ut eam bajularet; nunc primum elevat, tanquam ſupremi Regis candelabrum, ut eam appellat D. Auguſt. tr. 117. in Joan. *Ipſam crucem ſuam, ſuo geſtans humero commendabat: & lucernæ arſuræ, quæ ſub modio ponenda non erat, candelabrum ferebat* Sicut enim ſemper candelabrum ponitur lucerna arſuram quidem ſed illuminatura domum; ita & Chriſtus Dominus agendus erat in crucem, quam portabat, moriturus quidem, ſed vivificaturus mundum

D. Auguſt.

Crux candelabrum ſupremi Regis.

25. Vaticinatus eſt Propheta Balam. *Conſurget virga de Iſraël: & percutiet duces Moab, vaſtabítque omnes filios Seth.* Num. 24. num. 17. Per principes Moab intelliguntur dæmones, per filios Seth, totum genus humanum. Nam Adamus habuit tres filios Abel, Cain, & Seth. At vero Abel occiſus eſt à Cain, totũ genus Cain perit in diluvio; ergo omnes homines à diluvio originem trahunt à Seth. *Vaſtabit filios Seth.* Juxta ſcripturæ phraſim, vaſtabit hominum vitia, ac pravos eorum mores. Ibi communiter notant interpretes. Sic dicitur Petro, ut venenoſa reptilia occidat. Actor. 10. n. 13; hoc eſt ebrium, fornicatorem, ac rapacem; quæ nam virga conſurrexit, ac elevata eſt Iſraël quæ Dæmones deſtrueret, eorúmque omnia vitia? nulla alia niſi crux Chriſti, Rabanus, Hugo Palatius hic, qui ſic ait: *Nullius unquam principis virga, totum hominum genus vaſtavit. Sola Chriſti crux, principes Moab, id eſt dæmones & totum genus humanum vaſtat, & in carne devaſtat.* Crux virga eſt, quæ dæmonem exercitus devaſtat, & hominum vitia illiminat, ac transfigit. Ad crucis præſentiam deperiit omnis ſuperbia, carnis concupiſcentia, avaritia, ira, & cætera vitia omnino eradicantur, ac depelluntur

Num. 24.

Actor. 10.

Elevatur crux ad deſtruendos dæmones, & peccata.

Rabbanus.

Hugo. Palatius.

26. Cum Joſuë expugnaret urbem Haï quæ ut Auctor eſt Origenes, Chaos interpretatur, ſuos milites dimiſit variis in locis ſub inſidiis. Tunc ex Dei juſſu elevat clypeum ſuũ in haſta; *Leva clypeum tuum qui in manu tua eſt, contra urbem Haï* Joſuë 8. num. 18. quod cum feciſſet Joſuë, ac elevaſſet clypeum in haſta, ſtatim milites ejus mira fortitudine, ac virtute corroborati, irruũt in civitaté Hai, ipſamque deſtruxerunt, ac devaſtarunt, glorioſóque triũpho victores effecti ſunt, ſic impræſentiarum verus Joſuë Jeſus Salvator noſter nunc elevat clypeum in haſta, crucem nempe ſuam, quæ eſt ſcutum, & haſta qua ejus milites protecti, & muniti omni gratia, virtute, ac dono Spiritus ſancti, irrunt in urbem Haï, confuſionem nempe dæmonum ipſam deſtruentes, ac devaſtantes, ut magnificè, ac glorioſè victores efficiantur. Cornelius à Lapide ibi. *Haſta, ac clypeus crux eſt Chriſti? Quia crux nobis eſt clypeus, & haſta, ipſa enim omnia arma tam offenſiva, quam deffenſiva ſubminiſtrat; ipſa eſt nobis clypeus ad depellendas omnes tentationes carnis, & dæmonum, ipſa eſt haſta ad carnem confingendam, & domandam.*

Origen.

Joſuë 8.

Crux nobis clypeus, & haſta.

Cornel.

27. Cum populus Iſraëliticus eſſet egreſſus de Ægypto in magno timore conſtitutus erat, nam à tergo videbat Pharaonis exercitus ipſum perſequentes, à fronte verò habebat fremẽtes marinos fluctus. Quid tunc. Ecce Dominus Moyſem admonet. *Tu autem eleva virgam, & extende manũ tuam ſuper mare, & divide illud.* Exod 14. n. 15. Quid tunc? Unius virgæ elevatione retroceſſerũt marini fluctus ut Iſraëlitæ ſalvi fierent, & in ingredientes Ægyptios iterum irruunt, ut ſuffocati omnino pereant Virga cum eſſet typus crucis, cum elevatur, fideles cuſtodit, & in toto ponit, adverſarios verò devaſtat, & interimit. Divus Ambr. in exhortat. ad Virg. *Verſate*, ait *manibus veſtris crucem Domini Jeſu & in veſtris eã operibus allevãtes, calcate mundi hujus profundũ & pertranſite; ut illi ſicut equus adhinniens ad libidinem*

Exod 14.

Elevata cruce pericula evaneſcunt, & ſalus adeſt.

D. Ambr.

nullum

nullum locum inveniat in vobis , & quicunque voluerit perſequens,comprehendere vos , demergatur.

QUÆSTIO V.

Quare Chriſtus Dominus propriis humeris crucem portat?

28. Plutarch.

RAtio literalis deſumitur ex Plutarcho lib. *de ſera numinis vindicta*, ubi teſtatur,quod illi,qui in crucem agendi erant , crucem humeris portare uſque ad ſupplicii locum quemadmodum nunc plectendi circa collum funem portant quo ſuſpenduntur. Sic ait Plutarchus *Ultimo affligendus ſuplicio,corpore ſuo propriam fert crucem* Idémque habet Iuſtus Lipſius li.2.de cruce,c.5.Unde dubitandum non eſt,quod etiam illi duo latrones Ieſu ſocij,ſuas ſinguli cruces portarint De magno myſterio crucis Ieſu agimus, ac proinde ut inquiunt D.Hier.ac Paſchaſ.myſtiсè inveſtigandum eſt.

Lipſius. *Antiqua conſuetudo.*

D.Hieron. D.Paſchaſ.

29. D.Chryſ. *Chriſtus inſigno victoriæ,utpote altiſſimum humeris fecit.*

Secundò.D.Chryſ. hom.84.in Ioan. *Quemadmodum victores* , ait , *ita Chriſtus victoriæ ſignum humeris tulit.* Victores ſignum victoriæ utpote leve manibus geſtabant,at Chriſtus ſignum ſuæ victoriæ,utpote valdè grave humeris portat ; & ibi peculiariter portat,quia victoria ejus principatus cunctis aliis principibus ſuperior erat,veluti inſtar Saülis cunctos alios excedens ab humero , & eos inferiores aſpiciens , cum Chriſti humerus uſque ad Patris thronum pertingat Drogo Hoſtienſ de Sacram.Paſſ. ſic exclamat. *O maxime imperator, quomodo,aut quo portas imperium tuum ſuper humerum tuum?* Reſpondet. *Humerus tuus altus eſt,& pertingit uſque ad Patris conſeſſum, ſuper omnem principatum,& poteſtatem.*

Drogo.

30. Tertull.

Tertiò.Tertull.lib contra Judæos. *Quis* inquit *omnino regnum , inſigne poteſtatis ſuæ humero præfert,& non aut in capite diadema,aut in manu ſceptrum ? Sed ſolus Rex novus novorum ſæculorum Chriſtus Jeſus novam gloriam,poteſtatem,& ſublimitatem ſuam in humero extulit,crucem ſcilicet,ut ſecundum Davidis prophetiam.* Pſalm95.n 10 juxta Septuaginta *(exinde regnaret)* Novo modo Chriſtus inſigne imperij ſui non manibus,& humeris portat;alii ut Diabolus,ac tyranni ſuam virgam,& ſceptrum, manibus geſtant, ut onera imperii ſui, humeris ſubditorum imponant. At Chriſtus novus Rex novorum ſæculorum humeris ſuis onus,pondus ac virgam ſui principatus,portat,totum pondus ſibi reſervans,ut ſui ab illo exonerati & alleviati ſint.Hinc ait Iſai.cap. 9. num. 4. *Virga humeri ejus*;quia virga, poteſtas, ac dominatio ejus imperii incumbens,ac enixa erat humeris. Et iterum idem Propheta citatò loco n. 6 ait : *Factus eſt principatus ſuper humerum ejus.* Aliqui ex Hebræo legunt ; *ex ſpina imperium ſuper humerum ejus.* Quia Chriſtus per ſpinas,& cruces optatus eſt ſuum imperium,vel quia ſpinas,& cruces;quas homines pro ſuis peccatis merebantur , Chriſtus in ſe ſuſtinuit,& ſuper humeros ſuos ſuſcepit , ut ſuum principatum conſtitueret , ac erigeret , ait enim ipſe Dominus, *regnum meum non eſt de hoc mundo* Ac proinde,non deliciis,ſed labore,ac cruce comparandum eſt.

Pſalm. 95.

Iſai. 9. *Chriſtus onus, & pondus ſui principatus ſuper humeros portat.*

Iſai.6. Hebraïcus.

31. D.Ambroſ.

Quartò.Ubi noſtra vulgata habet *Principatus*; D.Ambroſ. lib.3. de fide, cap.4. legit *principium*; ſic habet : *filius datus eſt nobis , cujus principium ſuper humerum ejus.* Hebræa vox utrumque ſignificare valet,& utraque ſignificatio cruci accommodatur; fuit enim crux principatus , à throno enim crucis Chriſtus regnare cœpit, ut prædixit David juxta Septuaginta. *Dicite in nationibus. Dominus regnavit à ligno* Pſalm 95.n.10.fuit etiam crux principium,quia totius noſtræ ſalutis,ac reparationis extitit exordium & ipſa eſt prima clavis quæ obſeratas cæleſtis regni portas nobis aperuit Juxta illud Iſai 22.n.22. *Dabo clavem domus David ſuper humerum ejus.* Ut Procopius interpretatur,clavis eſt crux à ſua paſſione,& cruce promeruit Chriſtus univerſalis imperii Eccleſiæ poteſtatem:unde crux fuit ei quaſi clavis qua ille cælum aperuit: & quia clavis hæc valde gravis erat,non ex cingulo pendens, ſed ſuper humeros portatur;vel ut ait Forerius,claves magnas, quales ſunt urbium,ſolent claviculari j ſuper humeros ferre,ſicut Judices virgas , & Regem ſceptra inclinata ſuper humeros.

Pſalm.95.

Iſai.22. *Crux clavis cæli,& quia gravis ſuper humeros.*

Forerius.

32. Euthym.

Quintò Euthym. *Ferebat crucem Dominus*,ait, *in humeris tanquam ſtrenuus miles lanceam,qua de jecturus erat adverſarium.* Ferebat crucem,ut militiæ inſtrumentum,quo adverſus dæmones pugnaturus erat,qua & nos pugnare doceret,cruce enim pugnandum,crucéque vincendum eſt. In prætorio regalibus inſigniis exornatur meus Jeſus , corona ſpinea ei imponitur,& pro ſceptro arundo, in manu datur,nunc exiens in Calvariam,ſpineam coronam defert , & pro arundine ei datur crux, quod egregiè ponderavit D Paſchaſ.l. 12.in Mat. *Suſcepit ſceptrum fragilis regni de manibus noſtris in quo nos malè confiſi diu innixi ſumus, ut triumpharet, & contereret eum in ligno crucis, pro quo calamo ſceptrum Regni cæleſtis crucem ſcilicet , & virgam æquitatis dedit nobis.* Arundo fragilitatem humanæ naturæ ſignificabat quam Chriſtus Dominus aſſumpſit & confregit in cruce,ut projiceret & pro illa nobis nunc offert crucem, ut validiſſima arma ad hoſtes oppugnandos,ac debellandos. *Pro calamo ſceptrum Regni cæleſtis ſcilicet,& virgam æquitatis dedit.*

Ut miles lancea portat ad hoſtes debellandos.

D. Paſchaſ.

33. *Ob graviſſimum onus propter peccata noſtra, imponit, ſuper humeros.*

Sextò Fert Dominus crucem ſuper humeros, nam licet hæc magni ponderis fuerit,tamen aliud gravius pondus portavit innocentiſſimus Agnus, quod maximè eum angebat, peccata nempe noſtra , quod erat graviſſimum , ac moleſtiſſimum onus Petrus in ſua 1.Petr.c. 2 n.24. *Qui peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignum.* Et Iſai. cap 53.n 6. *Poſuit Deus in eo iniquitatem omnium noſtrum* Propoſuit, legit Vatabl. *conjecit* ex radice Hebraica,Forerius legit *irruere*; ac proinde pondus crucis,tormenta,exercitus, qui in Chriſtum irruerunt,mea & tua peccata fuerunt Chriſtiane lector,ait ipſe Forerius.

1.Petr. 2.

Iſai.53.

Forerius.

34.

Mandavit Deus ut ſummus Sacerdos olim nomina filiorum Iſraël portaret inſculpta in utroque latere ſuperhumeralis Exod 28.n.12. *Portabit Aaron nomina eorum coram Domino ſuper utrumque humerum* Non portabant in pectore , ſed in humeris;rectè D Hieron. *Subditi portantur in pectore cum amantur , in humeris vero cum illorum onera feruntur.* At vero noſter verus Pontifex Jeſus ingrediens ſancta ſanctorum crucis ſuæ, nos deferebat pectore, & humeris pectore eximio amore quo nos dilexit,inde pectus lancea vulneratum dedit aquam,& ſanguinem,ut mundaremur. Humeris vero cũ in cruce aſportaret onera omnium noſtrorum peccatorum Antiquus Pontifex ſolum in humeris deferebat nomina ; at noſter Pontifex Ieſus in realitatem omnium peccata antiquus

Exod. 28.

D.Hieron.

Opera noſtra aſportabat in cruce.

antiquus Pontifex ſolum aſportabat nomina duodecim filiorum Iſraël; at noſter Pontifex Jeſus non tantum peccata duodecim filiorum Iſraël, ſed peccata omnium hominum ab Adam uſque ad ultimum,qui naſciturus eſt quod erat pondus graviſſimum, *ſicut onus grave gravatæ ſunt ſuper me* Pſal.37.n 5.Quod D Greg de Chriſto Domino interpretatur; dicitur *peccata mundi tuliſſe,& iniquitates portaſſe.* Iſai.53 n.12.

Pſalm.37. D.Gregor. Iſai.53.

35. Septimò Humeris ſuis bajulat crucem ad oſtentationem ſui amoris erga genus humanum, nam omnes nos in illa cruce ferebat. Cum Moyſes maximè gravaretur regimine populi Iſraël,ait ad Dominum *Cur afflixiſti ſervum tuum? Cur impoſuiſti pondus univerſi populi hujus ſuper me?* Cur tantum populi onus impoſuiſti ſuper me, ſuperque meos humeros.Et addit *Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem , vel genui eam : ut dicas mihi porta eos in ſinu tuo.* Numer. 12 num. 11. Chald.Ut dicas mihi , *porta eum in fortitudine tua.* Hoc eſt ut ibi explicant Rabbi Salomon; Cajetanus, Lorinus in brachiis tuis , in amplexu tuo;ac ſi diceret Moyſes Ego non genui hanc multitudinem,ut dicas mihi, porta eos in ſinu,ac amplexu tuo;at Chriſtus Jeſus ipſe nos genuit,ac nos regeneravit ſanguine ſuo in ſpem vivam æternæ vivæ , & ideò ipſe nos portat in ſinu ſuo, in amplexu ſuo , ac humeris ſuis. Sic ait ipſe per Iſaiam 46.n.4. *Ego feci,ego feram,ego portabo, ego ſalvabo.*

Num.12. Chaldæus. Rabbi Salomon. Caietan. Lorinus. *Ut Pater nos fert in humeris.* Iſai. 46.

36. *Sicut Aquila provocans ad volandum pullos ſuos & ſuper eos volitans;extendit alas ſuas,& aſſumpſit eum;atque portavit in humeris ſuis.* Deut. 32. n.11. Aquila quando pullos ſuos mutat de loco ad locum, portat eos, non roſtro , vel pedibus . ſeu ungulis, ſed ſuper humeros ſuos , quod facit ob magnam dilectionem erga eos, ut habet Gloſſa Interlin.& ratio eſt ait Lyran. *Portat eos ſuper humeros ſuos,ne ab inferiori emittantur ſagittæ in eos & ideò ponit pullos ſuper humeros,ut prius ipſa recipiat ſagittas,quam pulli percutiantur.* Ut ſic ſuo corpore eos cuſtodiat ; Chriſtus Jeſus ſuperna Aquila ob ſuam eximiam charitatem, ut omnes nos ferat in cruce ſua, inde eam non humi reputans aſportat,ſed ſuper humeros ſuos,ut ſuo corpore,ſuóque dorſo maximè nos cuſtodiret,ut caſtigationem,quam nos pro peccatis noſtris meremur,ipſe in corpore ſuſciperet,& pro omnibus nobis ſatisfaceret.

Deut.32. Gloſſa. Lyran. *Ob dilectionem nos humeris aſportat.*

37. Ejecit Abraham,è domo ſua Agar ancillam,& filium ejus Iſmaëlem. *Tollens Abraham panem & utrem aquæ impoſuit ſcapulæ ejus.* Geneſ.21.n. 14. Septuaginta legunt. *Aquæ utrem,& puerum ſuper humerum ejus.* Abraham erat valdè dives , cur quando emittit filium à domo ſuper humerum matris cum vectigalibus neceſſariis imponit,cur ad hoc myſterium non ei tradit camellum,vel equũ, ſed tantum vult ut matris humeris aſportetur? Abraham, intimè diligebat filium, ideò nec famulo,nec equo,nec alteri committit, niſi tantum humeris matris. Cajet. *Poſuit ſuper humerum ejus ad declarandum quod non alicui famulo, ſed ipſi Agar dedit onus curæ rerum , & pueri.* Cùm Chriſtus Dominus genus humanum aſportaret in ſua cruce,ipſumque ſummè diligeret , non alteri commiſit , ac credidit,ſed tantum ſuis humeris, ſupráque humeros ſuos ipſum imponit.

Geneſ. 21. Septuag. Caietan. *Solum ſuis humeris nos committit.*

38. Benedicens Jacob filios ſuos de Iſachar ait. *Vidit requiem , quod eſſet bona , & terram , quod optima , & ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum.* Geneſ.49.n.15. quæ verba in ſenſu myſtico de Chriſto Domino crucem bajulante interpretatur D.Ambr.lib.de benedict.Patriarch.c.4: *Subjecit,* ait, *humerum ſuum ad portandum, ſubjiciens ſe cruci,ut noſtra peccata portaret.* Vidit D Divinus Iſſachar terram,ac requiem cœleſtis beatitudinis eſſe bonam,& optimam,& ſuppoſuit humerum ſuum ad portandam crucem,ut illa pro noſtris peccatis ſatisfaciens,per ipſam crucem nobis pararet aſcenſum in cælum , ſibi reſervans pondus crucis , nobis verò colligens fructus terræ bonæ,& optimæ. Septuaginta legunt. *Suppoſuit humerum ſuum ad labarandum , & factus eſt vir agricola:* Veluti agricola non in ſudore vultus ſui aqueo,ſed ſanguineo poſuit humerum ſuum ad laborandum cruce ſua,ut nobis fructus æternæ beatitudinis mereret.

Geneſ.49. D. Ambr. *Humeris aſportat in cælum.* Septuag.

QUÆSTIO VI.

Expenditur modus dicendi Joannis Evangeliſtæ , Bajulans ſibi crucem.

39. Divus Joannes Evangeliſta ſcribit. *Bajulans ſibi crucem.* Græcus habet, *Crucem ſuam.* N. D.Cyrill.12.in Joan.c,28. *Crucem portat Chriſtus* ait, *non ſibi,ſed nobis tranſgreſſoribus per legem debitam.* Et tamen Joan Evang ſcribit, quod Jeſus exiverit in Calvariam *Bajulans ſibi crucem.* Illud ſibi maximè expendendum eſt præ eximio amore erga homines ſic pro omnium ſalute crucem portabat veluti,ſi propriæ ſuæ utilitati,ſi non nobis;ſed ſibi laboraret.

Græcus. D. Cyril. *Chriſtus portabat crucem ob noſtram ſalutem , ac ſi propriæ utilitati ſtuderet.*

40. Ait ſponſus *Vadam ad montem Myrrhæ* Cant. 4.verſ.6 Mons myrræ,mons amaritudinis ac mortificationis,proindéque ſignificat mõtem Paſſionis,montémque Calvariæ,ut en communis Patrum vox,Greg. Nyſſ hom 7 Pſelli, Theod.Cærpath.Rupert ac aliorum , ait: *Vadam ad montem myrrhæ.* Chriſtus tendebat in montem Calvarium ut noſtram ſalutem ibi operaretur, nobiſque vitam daret;cur ergo non ait,vadam vobis;ſed *Vadam mihi* ad montẽ myrrhæ tanta charitate omnes illos labores pro nobis amplexabatur , ac ſi non ad noſtram,ſed ad ſuam utilitatem moriturus in montem myrrhæ,ſeu Calvariæ feſtinaret Hug de S.Vict, *Sibi vadit,* ait, *quia ſingularis amor eſt,quo homines proſequitur.* Ut mortem pro noſtra ſalute ſuſceptam;tanquam ſi eſſet pro ſuo commodo reputaret.

Cantic. Nyſſenus. Pſellius. Theodor. Carpat. Rupert. Septuag. Hugo.

41. Regius Vates decantans Chriſtum Dominum homines redimentem,ait. *Salvavit ſibi dextera ejus* Pſal.97.n.1. Potius videbatur dicendum;nobis Dextera ejus potentia,ac virtus ejus, ſed ait. *Salvavit ſibi* Chriſtus D.pro ſua eximia benignitate mortalium ſalutem ſuum proprium ducit emolumentum,D, Baſil. ibi *Immenſa benignitate uſus Deus mortalium vitam ſuum dicit eſſe emolumentum Propterea non dixit ſalvavit, ſed ſalvavit ſibi.* Theod. *Immenſa benignitate utens ſuum quæſtum,hominum vitam duxit.propterea non dixit ſalvavit ipſum dextera ejus, ſed ſalvavit ipſe ſibi.* Quæ expoſitiones optimè manifeſtantur in caſu dandi *ſibi*,veluti commodum ac utilitatem Deo provenire ex noſtra,quam ipſe ex viſceribus ſuæ miſericordiæ maximè curat,pro illaque maximè ſollicitus eſt.

Pſalm 97. *Deus noſtram ſalutem , ſuum quæſtum reputat.* D Baſil. Theodor.

QUÆSTIO VII.

In Chriſto Jeſu crucem bajulante circumſtantiæ expenduntur, ſimúlque illius occurſus cum ſanctiſſima Matre.

42. *Prima circumſtantia.* *Sapient. 5.* *Cur Jeſus in via tripliciter cecidit.*

PRima circumſtantia, ducitur hodie Jeſus tanquam ovis ad occiſionem, & fatigatus in itinere, ut nos recrearet, qui laſſati eramus in via iniquitatis, Sapient. 5. num. 7. & nobis daret requiem. Pondere crucis gravatur, ac premitur mens Jeſus, ut nos ab onere noſtrorum peccatorum levaret; cadit in via ut nos à noſtrorum peccatorum lapſu erigeret; & ex magno myſterio tripliciter cadit Jeſus in via, ut dixi ex Adrichomio q. 2. num. 17. & eſt commune; quia homo tripliciter ceciderat peccato originali, mortali, ac veniali, vel corde, opere, ideo tribus vicibus cadit Jeſu in hac via, ut ſuo triplici caſu nos extolleret à triplici lapſu, quo homo in via hujus vitæ ceciderat.

43. *Secunda circumſtantia.* *Quam acerba, & dura fuerit crucis bajulatio.*

Secunda circumſtantia deſumitur ex gravi, ac moleſta crucis bajulatione ſuper humerū. Crux, ut jam dixi q. 2. ex querna arbore confecta erat, quæ inſtar ferri graviſſima, & ſolidiſſima eſt, præcipuè cum tantæ fuerit magnitudinis, ut trabem erectam, quindecim pedum, tranſverſum vero lignum octo palmorum, ſatis perantiqua traditio teſtatur, ex quo facilè deducitur quantum illud ſacratiſſimum Chriſti corpus ex tot flagellis, ſpinis, ac plagis exangue, & jejunum; ex tot, tantiſque itineribus, ex cœnaculo in hortum, ex horto ad domum Annæ, deinde ad domum Caïphæ, Pilati, Herodis; & iterum ad Pilatum; deinde nunc via ad Calvariam fatigatum, ac deinde colaphis, alapis, ac innumerabilibus injuriis, & opprobriis per totam noctem inſomnem valdè moleſtatum, quantum tanto crucis pondere gravaretur, ac opprimeretur, ita ut afferat Bloſius, *Bloſius. Thaulerus.* Thaulerus de Paſſione, quod Chriſtus Dominus in ſiniſtro humero ex cruce aſportata, valdè acerbum, profundum, ac doloriferum vulnus contraxerit, ut inter omnia ejus vulnera hoc graviſſimum omnium extiterit magnámque ſanguinis copiam effuderit.

44. Cum Job eſſet in extremitate omnium malorum omnibus filiis, ac bonis amiſſis, omnique genere infirmitatum, ac dolorum premeretur dicebat, quod ſi ipſe fecit injuſtitiam pauperi, aut pupillo, *humerus meus à victura ſua cadat, & brachium cum ſuis oſſibus confringatur*, Job. 31. *Iob. 31.* n. 22, hoc tanquam ſummam, ac ſupremum, ſuper omnia mala, quæ patiebatur ſibi imprecatur, & quod brachium tale oppreſſionis crimen commiſit, confringatur & humerus à ſua ſede, atque colligatione divellatur, & excidat. Lyranus. *Lyran.* *Magnus dolor ex crucis bajulatione.* *Humerus meus à junctura ſua cadat, id eſt ſic enormiter puniar à Deo.* Hanc enormem pœnam pro peccatis noſtris ſuſtinuit innocens meus Jeſus, pondere ſuæ crucis, quo ita gravabatur ut ſciſſis carnibus, ruptis, venis, ac diſſolutis nervis, veluti humerus à ſuo loco, ſuáque ſtructura avulſus, & brachium, ac ſi confringeretur tantis doloribus premebatur, ſic premebatur crucis pondere, ac præcipuè onere noſtrorum peccatorum, quæ ibi ferebat.

45. *Tertia circumſtantia.* Tertia circumſtantia deſumitur ex quadam contentione inter amorem mei Ieſu, ac Iudæorum odium. Iudæorum namque odium maximè eos ſtimulabat, ut celeriter, ac feſtinanter ſe haberent in via, ut meo Ieſu crucis mortem inferrent *Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.* Pſalm. 13. num. 5. In perſona Chriſti, ait Regius Vates Pſalm. 21. num. 14. *Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut Leo rapiens; & rugiens* Fameſcens Leo magno, & incredibili impetu rugiens currit, ad prædam rapiendam, & ut raptam devoret. *Contentio inter odium Judæorum, & Chriſti amorem.* *Pſalm. 21.* Sic & Iudæi, ut explicat N. Incognitus, tanquam Leones Chriſti ſanguinem fameſcentes magnis vocibus, ac clamoribus, Chriſtum Ieſum magna acrimonia, ac velocitatis impetu veluti prædam rapiebant, ut morte crucis devorarent, unde accommodari hic poteſt illud Deuteron. 28. n. 49. *Deut. 28.* *Adducet Dominus ſuper te gentem de longinquo*, Corde ſcilicet, ac affectu, *in ſimilitudinem Aquilæ volantis cum impetu*, ut Ieſum morti traderent ac crucifigerent.

46. *Mira celeritas amoris Chriſti ad crucem.*

In contentionem tantæ celeritatis odii Iudæorum dabatur ex parte Chriſti ingens celeritas amoris vitam dandi pro genere humano, quæ multo major erat, quam celeritas odii Iudæorum. De hac magna celeritate in perſona Chriſti, ait Regius Vates, ut explicat D. Hieron. Pſalm. 61. n. 5: *Cucurri in ſiti.* *D. Hieron. Pſalm. 61.* Maximè enim de cruce, ac morte ſitibundus Ieſus erat; celeritas odii Iudæorum comparatur cum fame, *Sicut Leo rapiens, & rugiens* Pſal. 16. num. 12. *ſicut Leo paratus ad prædam.* De quo dixi quæſt. 2. Vehementia amoris Ieſu cum ſiti. Appetitus ſiti vehementior, ac acutior, quam appetitus famis, ut eſt commune Medicorum placitum, quamvis Iudæorum odium magnam celeritatem miniſtraret, ut Chriſto mortem inferret, tamen multo majorem ejus divinus amor exoptabat, ac adhibebat, ut pro nobis crucem ac mortem ſubiret. Hinc dictum eſt Iſai 8. *Iſai. 8.* n. 3. *Et dixit Dominus ad me, voca nomen ejus Accelera ſpolia detrahere: feſtina prædari.* Iſaias jubetur vocare Chriſtum duobus nominibus, quæ idem ſignificant. Primò. *Accelera ſpolia detrahere:* Secundò *feſtina prædari.* Ac ſi dicatur, tu puer Chriſte, de quo loquitur, eris celerrimus prædator, tu magna velocitate nos, qui eramus ſpolia Diaboli, ab eo tua cruce, ac morte tibi detrahes, totúmque orbem ad te adduces. Ad rem noſtram, duplici verbo magnam velocitatem indicante utitur Propheta, *Accelera, feſtina.* Quia tam citiſſimè properaret in negotio noſtræ ſalutis, ut non unum verbum, ſed multiplex eſſet neceſſarium, ad hanc celeritatem exprimendam, Propheta non ait, quod erit celerrimus, ac feſtinantiſſimus, ſed quod erit ipſamet celeritas, ac feſtinatio, ex quo nomen ei imponitur. *Voca nomen ejus, Accelera, feſtina.* De hac contentione amoris Chriſti cum odio Judæorum, vide hoc l. cap. 5 quæſt. 15. num 121. 123.

Quarta circumſtantia conſideranda eſt ex occurſu Chriſti Jeſu crucem bajulantis cum ſacratiſſima ejus matre ut revelatum eſt. B. Brigitt. *S. Brigitt. D. Bonav. Metaph.* lib. 1. Revel. cap. 10. & tradunt D. Bonavent. lib. Meditationum vitæ Chriſti, cap. 77. Metaphraſt. ſerm. de Aſſumptione: O quantus dolor ex mutuo eorum intuitu. *Sol & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo.* *Habac. 3.* Habac. 3. numero 11. Valde notum eſt, quod quando in novilunio, Sol & Luna inter ſe ex diametro occurrunt, quod ambo eclypſim patiuntur. Sol eclypſatur, & obſcuratur, cum in terram radios ſuæ lucis non diffundat. Luna etiam eclipſatur, ac nigredine repletur, non

non enim à ſole lucem ac ſplendorem recipit, Tales in hoc occurſu divini planetæ filius & mater, ambo eclypſantur, ambo ſumma triſtitia afficiuntur. Tunc enim nubes quædam triſtiſſima cor filii occupavit, cum vidiſſet matrem tam afflictam, tantoque mœrore, ac anguſtia aff ctam; ſimúlque triſtiſſima nubes cor matris replevit cum intueretur dilectiſſimum filium, è cujus aſpectu deliciæ ejus erant, tam dire plagatum, ac tam crudeliter tractatum; & hic intuitus extitit gla-

Luc. 2. dius ille à Simone prædictus. *Tuam ipſius animam pertranſivit gladius.* Luc. 2. n. 35. Et tam vehementiſſimus fuit hic gladius doloris quod niſi Sacratiſſima Virgo eſſet divina gratia præventa ſine dubio animam exhalaret.

QUÆSTIO VIII.

Chriſtum Jeſum exeuntem de Prætorio crucem bajulantem, alta meditatione, ac contemplatione ſequamur.

47. D. Laur. Juſt. Ait D. Laur. Iuſt. lib. de Chriſti agone c 1. *O mi dilectiſſime Lector, ſpirituales cordis fauces para, & cuncta, quæ legis, ruminando meditare, ut ubertim erumpant flumina lachrymarum efficiariſque mundum animal divino aptiſſimum ſacrificio Tibi ut devotionem acquiras, cæleſtia apponuntur alimenta Noli in tam ſuavi convivio permanere jejunus.*

48. *Mors Chriſti ex omni juris vinculo maximè lachrymanda.* Conſidera, ô mi dilectiſſime Lector. Si tibi diceretur, quod è carcere ad capitale ſupplicium, ac ignominioſam mortem exiit modo pater tuus, frater tuus, ſponſus tuus; O quantus dolor, quantus gemitus, ac lachrymarum fletus; modo è prætorio exit meus Ieſus, in quo militant omnia neceſſitudinis jura nobiſcum, è prætorio Pilati ad capitale ſupplicium, ad ignominioſam, & probroſam crucis mortem, ipſe enim eſt pater meus, frater, & ſponſus, O quam acutiſſimo dolore percutiendum eſt pectus, quantáque lacrymarum copia hanc mortem debeo proſequi.

49. *Chriſtus omnium pater.* Chriſtus Pater omnium, & ſuper omnes patres diligendus, Pater naturalis ſemel dat eſſe, at Chriſtus D. cum ſit verus Deus, & homo, valdè ſublimiter omnium Pater eſt. D. Deo ait Moyſes. *Ipſe eſt Pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creavit*

Deut. 32. Deut. 32. n. 6. *Creavit te,* dans eſſe ex nihilo, & omni momento, ac inſtanti conſervando te, & dirigens te, ac providẽs tibi omnia neceſſaria, quòd

D Chryſ. Theodor. Hebraïcus. ſub titulo creatoris intelligitur, ut notant Chryſ. & Theod in Epiſt. ad Eph. c 4. n 6. *Poſſedit te.* Ex Hebræo legitur. *Comparavit te*, vel *eruit te* Redimendo ſcilicet pretioſo ſuo ſanguine, ut ex filiis iræ regenerati eſſemus in gratiam, ac in adoptionem filiorum Dei. *Et fecit te.* Id eſt qui exaltavit te, ac formavit te donis ſupernaturalibus gratiæ, & gloriæ, hoc enim frequenter in ſcriptura ſignificat verbum fecit, *Qui fecit Moyſen, & Aaron,*

1. Reg. 12. 1. Reg. 12. n. 16. Quanto ei magis debitores ſumus, tanto magis in morte ejus dolore debemus

50. *Chriſtus omnium frater.* Abbas Cell. Ipſe frater, & caro noſtra eſt, ac proinde in morte ejus maximè debemus dolere, ac commiſeratione commoveri. Abbas Cellenſ. lib. de Panib. *Venditur Joſeph* ſcilicet è fratribus, *ut tempore famis eis provideretur alimonia.* Venditur, & traditur ad mortem Chriſtus Ieſus verus Ioſeph, ut tempore famis, ac in indulgentia omnium donorum cœleſtium, fratribus ſuis, omnibus nempe hominibus provideatur, alimonia, omnium ſupernaturalium bonorum, imò & alimonia ſui ſacratiſſimi corporis, & ſanguinis.

Ipſe noſter eſt ſponſus, qui in tantum dilexit nos, ut ob hanc deſponſationem, ſanguinem, ac vitam ſuam daret. Sic ait Paul. loquens de Eccleſia, *quam Chriſtus acquiſivit ſanguine ſuo.* Act. 20. n. 28. *Qui dilexit me, & tradidit ſemeptipſum pro me,* Ad Galat 2. n. 20. Hanc immenſam caritatem ſui divini ſponſi conſiderans anima ſancta dicebat. *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur,* Cant. 1. n. 11. ſponſus meus faſciculus myrrhæ plagarum, anguſtiarum ac dolorum, *Vir dolorum*: perpetuò, ac ſemper inter ubera mea commorabitur, ut in pectore meo habeatur, ut nunquam mente à meditatione, ac contemplatione paſſionis ipſius ceſſem, ac deſiſtam, Vide hoc lib. c 1. q 9. n. 54. 55. 56. 51. *Chriſtus ſponſus omnium.* Actor. 20. Galat. 2. Cant. 1.

Matth. 27. *n.* 32 Exeuntes autem invenerunt hominem Cyrenæum nomine Simonem: hunc angariaverunt, ut tolleret crucem ejus.

VERSIONES.

Syriacus. Et cum exiſſent; invenerunt virum.

D. Hilar. Procedentes autem invenerunt hominem: hunc angariaverunt, ut tolleret ſignum paſſionis ejus.

Euthym. Pagn. Hunc coëgerunt, ut tolleret, &c.

Vatablus. Hunc adegerunt, ut geſtaret crucem ejus.

ALTER TEXTUS.

Marc. 15. *n.* 21. Et angariaverunt prætereuntem quempiam Simonem Cyrenæum venientem de villa, Patrem Alexandri, & Rufi, ut tolleret crucem ejus.

Luc. 23. *n.* 26. Et cum ducerent eum, apprehenderunt Simonem quendam Cyrenenſem venientem de villa: & impoſuerunt illi crucem portare poſt Jeſum.

EXPOSITIO II

Exeuntes autem: à Prætorio ſcilicet, ſeu domo Pilati, ut volunt D. Hieron. & D Paſchaſ. ſive à trivio quodam, ut habet Adrichom. de quo q. 2. in via Crucis, ſive cum exirent ab urbe Ieroſolima, ut contendit Franc Luc. *Invenerunt.* Qui Chriſtum cuſtodientes comitabantur; *hominem Cyrenæum*; ab urbe nempe Cyrene natum *nomine Simonem* qui obediens interpretatur: *Tunc angariaverunt*, hoc eſt compulerunt, & ſic legunt Euth Pagn. *Coëgerunt*, Vatabl. *Adegerunt.* Hoc eſt ſignificatum hujus vocis angariare; de qua egi t. 2. c. 13. n. 76. ad cap. 5. Matth. n. 41. *Angariaverunt,* ſeu *compulerunt*: li- 52. D. Hieron. D. Paſchaſ. Adrich. Franc. Luc. Euthym. Pagnin.

centia nempe militari, quæ fuit valdè magna,ut homo peregrinus uſque ad locum ſupplicii ferret crucem, tunc valdè ignominioſam, & quia hoc patienter tulit,ideò meruit à Chriſto illuminari, ut ſanctus,ac ſocius fieret crucis.D. Marc. & D. Luc addunt, *venientem de villa*,hoc eſt de agro, rure,ſeu agricultura,& hoc magno myſterio, ut ait Theoph. *Ille autem poteſt fieri ſubditus Chriſti, & tollere crucem ſuam,qui virtutis operarius eſt, qui venit à villa relinquens mundum, & ea quæ ſunt in mundo,& ad Hieruſalem ſupernam, & liberam tendit.* Ad quid neceſſarium fuit notare, quod de villa veniebat; multum ſanè hoc conducebat,non enim ad tantum gloriæ pondus admitteretur,niſi veniens reliquiſſet mundum, & toto animo converſus eſſet ad cœleſtem Jeruſalem,& ex tali affectu dignus inveniretur, ut aſſumatur ad conſortium paſſionis Chriſti.

Theoph.

Qui terrena bjicit ad conſortium paſſionis Chriſti aſſumitur.

QUÆSTIO IX.

Circa Simonem Cyrenæum quatuor quæſtiones reſolvuntur.

53. Quæſtio 1. Quæſtio 1. Quare iſte homo, qui aſſumitur ad portandam crucem Chriſti dicitur Simon? Magno ſanè myſterio, nam Simon, id eſt obediens D. Paſch lib. 11. in Matth. *Ipſe Simon vocatur*, ait, *quod interpretatur obediens. Hic poſt Jeſum crucem portare feſtinat, obediendo promeruit, ut tanto dignus munere eſſet.* Magna fuit Simonis gloria,quod adjuvamen Chriſto dederit brachiis, ac humeris in aſportanda ejus cruce; ſed unde illa tanta, ac ſublimis gloria?quia obediens,& quia ex obedientia tali oneri ſe ſubjecerit, Crucis Chriſti gloria obedienti tantum communicatur. Quando verò D. Aug. ſerm. 34. ad fratres in Eremo ait, quod Simon, quia coactè ſine merito crucem aſportat,intelligitur quando milites eum angariaverunt, ſeu coëgerunt, ut habet alia lectio,ut crucem aſportaret? At verò poſtquam crucem attigit, illius virtute illuminatur, ut cum multo obedientiæ,ac compaſſionis fructu eam portet.

D. Paſchaſ. *Ex obedientia gloria ad conſortium Paſſionis Chriſti.* D.Aug.

54. Quæſt. 2. Quæſt. 2.Quare dicitur Cyrenæus, reſpondeo, quia vel natus erat urbe Cyrene, vel quia inde oriundus erat. Civitas autem Cyrene triplex eſt; Una eſt in Lybia quæ eſt valdè celebris,& à qua quaſi à metropoli, tota regio Cyrenaica dicitur, de qua fit mentio in Actibus Apoſtolorum c. 2. n. 10. *Habitantes partes Lybiæ,quæ eſt circa Cyrenem.*Secunda Civitas Cyrene,eſt in Syria,de qua agitur.4.Reg. 16.n.9.Amos c.1.n.5.Tertia civitas eſt in Cypro, quæ à Cyro ædificata dicta eſt Cyrene.Simonem originem traxiſſe à prima Cyrene. Simonem originem traxiſſe à prima Cyrene contendunt Origenes,Franc.Luc.pro ſecunda pugnat Maldon pro tertia alia ſententia, Origenis veriſimilior.

Cyrene civitas triplex. Actor. 2. 4.Reg. 16. Amos 1. Origen. Franc. Luc. Maldonat.

55. Quæſt. 3. Quæſtio 3. Quiſnam eſſet Simon? hominem Gentilem fuiſſe tradunt communiter veteres Authores.D.Hilar D.Hieron.in Matth. D Ambr. in Luc.D.Leo ſerm.8.de Paſſ. idque factum dicunt ex magno myſterio,ut ſignificaretur non Judæos incredulos ſed gentes in Chriſtum credentes, & fidem, & crucem Chriſti amplexuras.E contra verò Recentiores Maldonat. Janſ. Tyrin. Monoch. Eſtius, exiſtimant fuiſſe natione Judæum; nam Simon nomen eſt Judaicum, deinde quia ejus filii nominantur à D.Marco,ut maximè noti,& ut multi volunt Chriſti diſcipuli; nec obſtat,quod in ſe eſſet natus in Cyrene urbe; nam Judæi valdè diſperſi erant per orbem

An Simon fuerit Gentilis,vel Judæus. Maldonat. Janſen. Tirinus. Monoch. Eſtius.

Ex his unaquæque ſententia probabilis eſt? nam pro ſecunda urget nomen, quod Judaïcum eſt: pro prima ſtant Patres, & nomen patriæ, forte fieri potuit, ut in Judæam veniens factus ſit proſelytus, & in Judæorum religionem una cum nomine tranſierit. 56.

Unaquæque ſententia probabilis.

Certum tamen eſt,quod Simon à Deo illuminatus eſt, & ad fidem Chriſti converſus, virque magnus fuit virtute, ac ſanctitate; de eo hæc habent Braulius,ſive Helecas in additionibus ad Chronicon Maximi. *Sanctorum Rufi,& Alexandri memoria, Simonis Cyrenæi (quibuſdam Niger eſt) filiorum celebris eſt. Venit cum filiis Simon in Hiſpaniam, comitatus S.Paulum,ubi prædicavit; quæ prius audierat comitatus D. Jacobum, & ibi prædicavit tunc:quem dicitur conſecraſſe cum aliis S Petrus in Epiſcopum,obijſſeque Jeroſolymis:colitur prima Decembris.* Similiter Lucas Dexter. in Chronico ad ann.Chriſti 112. n. 12. ait quo ipſe Simon, *ne fraudaretur debita mercede portatæ poſt Chriſtum crucis; poſt multa bona opera Jeroſolymis placidè quieſcit. Ibi in commentar.* Bivarius tenet hunc Simonem eſſe illum, qui Niger dicitur, ſociúſque fuit Pauli, ac Barnabæ Actor. 13. n. 1. 57.

Simon Sanctus in Eccleſia. Chronic. Maxim. L.Dexter. Bivarius. Actor. 13.

Quæſtio 4. Quare D Marc. de filiis Simonis Rufi, & Alexandri facit mentionem?Quia tempore quo D.Marc.hæc ſcribebat, hi duo filii Simonis erant valdè noti, ac celebres in Eccleſia Chriſtiana inter fideles, tanquam verè diſcipuli Chriſti, ut notant Auct. Commentarii in Marcum apud D.Hieron. Beda, Euthym. & alii, & magna fuit gloria filiorum, quod ipſorum pater crucem Domini portaſſet, per quod meruit Simon, ut ipſe & filii ejus per crucem Domini ſervarentur, vocari ad fidem, ac gratiam Dei. Mentio Alexandri cujuſdam fit Actor. 19. n. 33. & alterius Rufi. Rom 16. num. 13. Incertum an ſint iſti. 58. Quæſt. 4.

Rufus & Alexander filii Simonis magni Sancti in Eccleſia. Auctor in Marcum. Beda. Euthym.

Illud tamen certum, quod hi duo filii Simonis ſunt illuſtriſſimi ſancti in Eccleſia Dei. Nam Rufus Epiſcopus fuit primo Thebarum, deinde Dertoſæ (ſive Tortoſæ)in Hiſpania,proindéque Eccleſia ejus feſtum celebrat 12. Novembr. de eóque facit mentionem S. Polycarpus,in Epiſtol. ad Philipponem, eumque *Beatiſſimum* appellat. Alexander alter filius Simonis, & frater Rufi, ponitur in Martyrolog. ab Adone, & Beda die 11. Martii,de utroque facit mentionem L. Dexter.ad annum Chriſti 112 num. 10 & Braulius, ſive Helecas citatus q 3 *Sanctorum Rufi, & Alexandri memoria*, &c. 59.

S Polycarp. Beda. Adon.

QUÆSTIO X.

An ex hoc loco Simon ſolus crucem Domini aſportaverit, vel Chriſto adjuvamen dederit in ea aſportanda?

Prima ſententia, & ſatis communis tenet quod crux ex humeris Chriſti tranſlata eſt in humeros Simonis, ita ait D. Leo ſerm. 8. de Paſſ. *Simon verò*, ait, *quidam Cyreneus, inventus* 60.

D.Leo.

D. Athan. D. Hieron. Euthym. Theoph. Suarez. Janſen. Barrad. Cornel.

tus eſt, in quem lignum crucis transfertur à Domino. Similiter D Athan. ſerm de Paſſ. D. Hier. Euth. Theoph. ſequuntur Suar t. 2. ad 3. p. diſp. 36 ſect. 2. §. *Addendum denique* Barrad. hic Cornel. à Lap. Janſ. & alii fundantur, quia hoc ſimpliciter indicant D. Matth. & Marc. *Angariaverunt ut tolleret crucem ejus.* Ratio ejus ſententiæ eſt, quia Chriſtus maximè erat defatigatus, ac exanguis tot flagellis, ac cruciatibus, & interdum cadebat, vel lentius incedebat, quam ipſi cuperent, qui ejus vitam citò finire optabant, ne aliqua ſeditio fieret in populo, præcipuè, quia dies feſtus, & magnum ſabbatum adventabat.

Cajetan. Baron. Adrichom. Græcus.

61. Secunda ſententia eſt; quod Simon conductus fuit, ut ſimul cum Chriſto portaret crucem. Hanc ſententiam tenet Cajet. in c. 23 Luc. *Impoſuerunt crucem Simoni, ut portaret illam poſt Jeſum Chriſtus enim,* ait, *ferebat illam in anteriori parte, Simon verò in poſteriori, & ita ibat poſt Jeſum.* Baron t 1. ad annum Chriſti 34. n. 94. qui ait, *Cogitur Simon Cyrenæus altera ex parte eandem crucem poſt Jeſum portare.* Et confirmatur ex deſcriptione Adrichomij relata q. 2. nam poſtquam narrat quod Simon Cyrenæus coactus fuit crucem portare poſt Jeſum, refert, quod cum veniſſet Jeſus ad portam judiciariam. *Ibi rurſus cum cruce lapſus eſt.* Et confirmatur ex verbis Luc. *& impoſuerunt illi crucem portare poſt Jeſum.* Græcus habet *à tergo Jeſu.* Alias ſi Simon ſolus portaret crucem, videretur ipſe crucifigendus, & non Jeſus, & in hanc ſententiam maximè propendo ob traditionem univerſalis Eccleſiæ in antiquiſſimis picturis in quibus depingitur Simon à parte poſteriori Chriſtum adjuvans in ferenda cruce. Patres verò quando dicunt, quod lignum crucis transfertur à Domino in Simonem, intelligitur, non totaliter, ſed ex parte aliqua.

Simon adjuvat Chriſtū in ferenda cruce.

QUÆSTIO XI.

Quare Matthæus, Marcus, & Lucas faciunt mentionem de Simone comportatore, non verò Joannes Evangeliſta?

Ratio dubitandi.

62. UT patet ex textu relato, D. Matth. & Marc. ſcribunt quod *angariaverunt hominem, ut tolleret crucem ejus* D. Luc quod *apprehenderunt Simonem, & impoſuerunt illi crucem portare poſt Jeſum.* At verò D. Joan. nulla mentione facta de Simone comportatore, abſolutè ait, quod *bajulans crucem exivit in Calvariæ locum.* Solus Joannes ſcribit Jeſum bajulantem ſibi crucem exiiſſe, reliqui verò Evangeliſtæ non Jeſum, ſed Simonem crucem portaviſſe referunt. Cur ergo ſolus Joannes crucem bajulaſſe dicit, nulla de Simone facta mentione?

D. Paſchaſ.

63. Reſpondet D. Paſch. lib. 12. in Matth. *Nec igitur vocat à myſterio, quod ſecundum Joann. Chriſtus crucem ſuam ſolus portare dicitur; ſecundum reliquos verò non ipſe, ſed alius eam portans introducitur Quia Joannes divinam ejus naturam ſuſceperat explanandam.* Ioannis inſtitutum erat ſcribere Chriſti Divinitatem, inde ſuum Evangelium à verbo Dei eſt exorſus, cæteri Evangeliſtæ ſcribebant Chriſtum, ut hominem, & ideò quod exierit bajulans crucem divina fortitudine narrat Ioannes, quod vero ita fatigatus fuerit in vita oſtendens ſe verum Hominem, ut comportator fuerit neceſſarius; cæteri Evangeliſtæ exprimunt; hoc fuit conſilium Divinæ ſapientiæ, ut ſuprema minimis divina humanis commiſcerentur; poſt tot verbera & plagas divina fortitudine bajulat crucem in Calvariæ locum, ut verus tamen homo fatigatur in vita.

Deus miſcet humana divinis.

D. Paſchaſ.

Quod confirmat D. Paſch. cit. ex tentationibus in deſerto; quas ſcribunt D. Matth. Marc. & Luc. non verò Ioan. quia tentatio ad humanam naturam ſpectabat. & longè diſtabat à Divina, quam ille oſtendere intendebat. Sic ait Paſchaſ. *Quando tentabatur; quia ſecundum hominem eandem tentationem ſuſceperat Unigenitus Deus, Matthæus, Lucas, & Marcus eam exponunt, Joannes autem, quia Divinam ejus naturam ſuſceperat explanandam nullam ex eadem tentatione habuit mentionem Inſtituto accommodat. Sic & hic imponentibus illis, qui ſuſceperunt eum, crucem ſuam, quæ omnium eſt, portans ipſe ab omni labore juxta divinitatem egreſſus eſt liber in eum; qui dicitur Calvariæ locus.* 64.

Joannes inter Evangeliſtas intendit ſcribere divinitatem.

Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Joan. 18. Origen.

Valde mirum eſt, quod tres ſacri Hiſtoriographi ſcribant Chriſti triſtitiam, ac orationem in Horto; *Pater ſi poſſibile eſt transfer calicem iſtum à me.* Et ſtatim *Veruntamen non mea voluntas; ſed tua fiat.* Matth 26. n. 39. Marc. 14. n 31 Luc 22 n. 42. & tamen hanc ſiluit Ioan. qui ad jactum lapidis aderat cum duobus aliis Apoſtolis? Anne dormivit, calamumque ſopor divertit? Non eſt hæc ratio: Evangelium ſuum à Chriſti divinitate inchoavit, oculóſque in Patris ſplendorem vibravit, & ea, quæ ad divinitatem ſpectabant, pervenuſtè literis mandavit; & inde ipſe ſolus ſcribit, quod Chriſtus cum quæſiſſet à cohorte Iudæorum. Quem quæritis, ipſique dixiſſent Ieſum Nazarenum, quibus ille, ego ſum. Statim *Abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram.* Ioan 18. n. 5. At vero quod ærumnas tædij & mœroris in ſe Chriſtus eſſet paſſus, & quod ſecundum portionem inferiorem à Patre poſtulaſſet, ut calix ille tranſiret à ſe, ut ſe verum hominem oſtenderet, hoc aliis Evangeliſtis (cum illud proprium eſſet hominis) adſcribendum committitur. Orig. hom. 35. in Matth. *Tres quidem iſti,* ait, *retulerunt Jeſum poſtulaſſe à Patre; ut tranſiret Calix ab eo, quoniam, & proprium hominis erat quantum ad infirmitatem pertinet carnis velle evadere paſſionem: Ioannes autem propoſitum habens exponere Jeſum Deum verbum, ſciens quod ipſe eſt vita, & reſurrectio, neſcit Deum impaſſibilem refugere paſſionem.* Pondera ultima verba, *neſcit Deum impaſſibilem refugere paſſionem.* Ipſæ voces ſemetipſas impugnare videntur. Deus impaſſibilis refugere neſcit paſſionem, ſed paſſionibus in alia natura ſe devovere, ac ſubjicere curavit, ut qui ex natura ſua eſt impaſſibilis, in altera tamen natura pro homine ſeſe patientiæ dedicavit. 65.

QUÆSTIO XII.

Quare Chriſtus Dom. qui fortiſſimus extitit in tantis cruciatibus, nunc cum crucem bajulat, comportatorem admittit?

EGRESSUS eſt Jesus à prætorio Pilati juxta deſcriptionem Adrichomij per viginti ſex 66.
egreſſus

In qua via diſtantia Simon tollit crucem.

egreſſus, ubi ei crux impoſita fuit, & cum inde exiret bajulans crucem per 212. greſſus, ſive per pedes 532. ad trivium quoddam deveniens, ubi Simon Cyrenæus crucem poſt Jeſum portare coactus eſt; ut jam dixi q.2.

67. *Ratio difficultatis.*

Valdè mirum ſanè, quod Chriſtus Dominus qui in tot, ac tantis cruciatibus, ac ludibriis, nullius ope indiguit, qui torcular calcavit ſolus, unde in horto ſuis hoſtibus mandavit, ut nullum ex ſuis ſodalibus, ac diſcipulis comprehenderent *ſi me quæritis, ſinite hos abire*, ne aliquis præſumeret eos hominum cooperaſſe redemptioni, ut eleganter advertit D. Ambroſ. in Pſalm. 61. ſic dicens Chriſti nomine. *Satis eſt vobis, habere quem quæritis; non quæro conſortem in paſſionibus quia ad ſalutem adjutore non egeo.* Quare ergo Chriſtus, qui in horto ſibi ſoli paſſionis gloriam voluit adſcribi; nunc tamen cùm in altitudinem ſuæ paſſionis venit, crucem, quæ noſtræ redemptionis præcipuum fuit inſtrumentum à Simone geſtari permiſit? Magnum ſanè myſterium.

D. Ambr.

68. Ratio communis, ac literalis eſt, quia ut jam dixi q.8 quæſtiun. 4. Crux gravis, & oblonga erat, meus autem Jeſus ibat extremè fatigatus, ex tot itineribus, plagis, verberibus, vigiliis, opprobriis, quæ paſſus fuerat, & aliquando ceciderat ſub cruce, & lento gradu ibat, milites, ac Judæi maximè feſtinabant, ut eum cruci affigerent, cùm antem timerent, quod in via deficeret vita, quod ex alto conſilio Divinæ ſapientiæ factum eſt, ut veritas naturæ humanæ ac acerbitas paſſionis oſtenderetur; inde ergo milites angariaverunt, ſeu compulerunt Simonem, ut tolleret crucem ejus non ex pietate, ſed ex multa crudelitate ut vivus veniret in Calvariam, ibique graviſſimos crucis cruciatus, dolores, afflictiones, ac ignominias pateretur, ac ſuſtineret.

Et igitur Simon ad tollendam crucem, non ex pietate, ſed crudelitate.

69. D. Hieron.

Secunda ratio deſumitur ex D Hilar. Hieron. Ambroſ relatis q.9. quæſtiunc. 2. qui affirmant Simonem fuiſſe Gentilem, quo ſignificabatur, Gentes Chriſti crucem amplexuras, fidei gentium erat relictum paſſionis lignum portare, crucifixo compati. D. Hieronym. *Juxta Anagogen vero*, ait, *Crucem Jeſu ſuſcipiunt nationes, & peregrinus obediens portat ignominiam Salvatoris.* Nam Simon, id eſt obediens, ut jam dixi, & pro magna ſui gloria portat ignominiam Salvatoris.

Gentibus relicta eſt crux Chriſti.

70. D. Ambr.

Tertiò D. Ambr. in c.23 Luc. *Id factum*, ait, *eſt ut prius ipſe crucis ſuæ trophæum erigeret, deinde Martyribus traderet erigendum; convenit enim ut trophæum ſuum prius ipſe victor attollat.* Cruce tota hominum paſſionum virtus, ac efficacia denotatur, quæ nobis Jeſum ſequentibus contingant, nulla enim crux, nulla afflictio, nullàque paſſio placere in aliquo poteſt, niſi nos intuentes ſequamur Jeſum; ejus nempe obedientiam, ac conformitatem cum voluntate Patris. *Ut prius ipſe crucis ſuæ trophæum erigeret; deinde martyribus traderet erigendum.* Moyſi cupienti videre Dei faciem dicitur ei Exod. 33. n. 22 *Ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec tranſeam, tollámque manum meam, & videbis poſteriora mea* Si ipſe exoptat videre faciem, cur ei poſteriora tantum dantur? ad videndum, quod ipſe videat Dei poſteriora ut ea ſequatur, illiſque adhæreat inde ſtat virtus, ac præſtantia Moyſis inſuperabilis D. Nyſſ de vita Moyſis. *Qui Deum*, ait, *poſt terga ſequebatur? Qui non docentis faciem aſpiciebat, ſed tergum obediens reſpiciebat? Secutus Deum eſt*; idcircò beatus altior fuit, quam ad ipſum ſagittu invidiæ poſſet pervenire. Quod jam ſupra dixi in hoc cap. n.9.

Chriſti crucem ſequamur cruce noſtra.

D. Nyſſen.

71. D. Athanaſ.

Quartò, D. Athan. ſerm. de Cruce inter alia ſuperius relata, ſic ait. *Rurſus autem geſtavit eum, Simon homo ut in hominibus notum fieret, quod non ſuam ipſius, ſed hominum mortem mereretur Dominus.* A prætorio Pilati exeunt Jeſus & duo latrones ut crucifigerentur Luc. 23. n. 32. & omnes ſuas cruces ferebant, & tamen ex his tribus ſolus Jeſus cruce fatigatur, ita ut ei Simonis adjuvamen eſſet adhibendum, cur Dei virtus ſit, fatigatur, ut comportitore indigeat? Crux, quæ à Jeſu aſportabatur non erat propria, ſed aliena, crux nempe noſtrorum omnium peccatorum, & cùm eſſet crux aliena valdè oneroſa, ac multum ponderis erat, & inde de alio ſimul comportitore fuit providendum; *hunc angariaverunt, ut tolleret crucem ejus* At latrones ſuorum criminum, ac ſcelerum cruces aſportabant, & cum propriæ eſſent inde tam gravi pondere non premebantur. Vide quæ dixi tom.4 cap 7. quæſt. 8. num. 55. 56. 57.

Luc. 23.

Crux propria levis aliena gravis.

72. Origen. D. Paſchaſ.

Quintò. Orig. hom 35. in Matth. *Non ſolum*, ait, *eum conveniebat accipere crucem ſuam ſed & non conveniebat portare eam, ſalutarem nobis angariam adimplentes.* D. Paſchaſ. lib. 12. in Matth. *Congruè*, ait, *quidem ſatis, quoniam Jeſus eam pro nobis portavit, tunc demum in via nos eam ferre neceſſe eſt.* Cur fortiſſimus Dominus ſolus crucem ſuam non bajulat, ſed eam permiſit ab altero portandam? ut eſſet manifeſtum, quod ad ſalutem conſequendam, & ſi Chriſtus multum pro nobis laboraverit, nobis tamen aliquid pro illo ſuper eſt laborandum, ac proinde, ſi ipſe pro nobis lignum portavit, nos eidem ligno humeros apponere debemus.

Chriſtus crucē bajulat, eos tamen requirit adjutores.

73. Sophron. 3 Hadrian.

De tempore novæ legis vaticinatur Sophron. *ſervient ei humero uno* c. 3 n.9. cur non utroque humero ſerviturі ſunt; rationem ex multis Rabbinis aſſignat Hadrianus Finus lib. 6. flagelli Judæor. c 24. quia jugum legis gratiæ ad ſalutem aſſequendam partim fertur ab humeris Chriſti, partim ab humeris reliquorum hominum, à Chriſto, qui bajulans crucem per mortem ſuam nobis etiam promeruit, ac januas cœli aperuit; ab hominibus verò qui debent ei cooperari obſervatione mandatorum ejus.

Noſtra cooperatio neceſſaria ad ſalutem.

74. Gen. 2. D. Thom.

Tulit Deus hominem, & poſuit eum in paradiſo voluptatis, ut operatur, & cuſtodiret illum. Geneſ. 2. num. 15 graviter dubitat ibi S. Thom. Ad quid oportebat cuſtodire illum locum; cùm eſſet ſub Dei tutela & tunc nullus eſſet invaſor? Reſpondet S. Thom. *Poteſt dici, quod licet Deus ſufficienter illum locum cuſtodiret; decens tamen fuit, quod aliquid ejus cuſtodia homini committeretur, quandiu ibi ſtaret. Unde quælibet incommoda, quæ poterant vel ab avibus, vel ab aliis animalibus, vel etiam à dæmonibus contingere, & poterant per hominem removeri, vel impediri.* Deus quamvis paradiſi eſſet tutela, homini tamen ejus commiſit cuſtodiam. Nam cum homo ſingulari Dei beneficio in Paradiſum eſſet tranſlatus, æquum erat, ut otioſus non exiſteret, ſed tanti benefacientis largitati cooperaretur, ipſum cuſtodiens, quod eis à Deo elargitum fuerat. Vide tom. 3. cap 20 quæſt. 3. n. 22.

Ad fructus gratiæ noſtra cooperatio neceſſaria.

QUÆSTIO

QUÆSTIO XIII.

Quare Chriſtus Dominus, qui juxta Iſaiam Prophetam à pueritia crucem bajulavit, nunc crucifigendus, ſic illa fatigatur, ut adjuvamen ei provideatur.

75. Iſai 9. *Ratio dubitandi.* DE Chriſto D. vaticinatur Iſaias cap. 9. n. 6. *Parvulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ejus.* Seu ut alii legunt *imperium ejus ſuper humerum ejus.* Qui locus de cruce interpretatur, ut jam ſupra dixi, ſi ergo Chriſtus à pueritia humeris ſuſtinuit crucem, cur modo crucifigendus ſic illius pondere gravatur ut ſubſidium exquiratur; *Angariaverunt Simonem, ut tolleret crucem ejus?*

76. *Crux dupliciter conſideratur.* Supponendum eſt quod crux dupliciter poteſt conſiderari. Primò, ut exprimit beneficium noſtræ redemptionis, in qua deletum eſt chirographum delicti, quod erat contrarium nobis. Secundo modo prout ipſa crux exaltata vibrat, ac fulminat damnationis ſententiam in impios. Unde diem judicij ſcribens D. Matth. 24. ait. *Tunc apparebit ſignum filii hominis in cælo, & tunc plangent omnes tribus terræ* Hoc eſt viſo ſigno crucis planctum, & ejulatum extollent impii; quaſi ipſo crucis ſigno æternæ ſuæ mortis ſententiam inſcriptam, & exaratam legant. (Matth. 24.)

77. *A Chriſto veniunt beneficia, à nobis naſcuntur ſupplicia.* Ad quæſtionem. Crucem ergo eo latere, quo noſtra ſalus, ac redemptio eſt, hominibúſque ſingulare præſtitum beneficium ab infantia tanquam dulce onus Chriſtus portavit, potiorémque ejus partem moriturus libens humeris bajulavit, in negotio enim noſtræ ſalutis nullius ope indiget, ipſe omnia per ſeipſum præſtat, & ſolvit. At verò crux ex ea parte, qua damnationis ſententiam in impios profert, ac evulgat, ſic gravis, & ponderoſa extitit Chriſto; ut ad ipſam poſteriorem crucis partem (quæ vindictam in ſceleratos præfigurat) erigendam multum fatigatus eſt Chriſtus, ita ut ipſimet ſcelerati quærant, & ſolicitent, cui imponenda ſit, totámque ſuam diligentiam, ac induſtriam apponant, ut ſuæ miſeræ damnationis pondus extollant, divinæque juſtitiæ ſententiam in ſeipſos negotientur.

78. Moyſes diviſit duodecim tribus Iſraël in duas partes excellentiores, ſex mandavit aſcendere ad benedicendum populo in cacumine montis Garizim; at verò in vertice montis Hebel reliquos ſex inferioris conditionis ad maledictionem in tranſgreſſores infigendam Deuter. 27. n. 11 hoc tamen diſcrimine appoſito, ut cum Levitæ fulminarent maledictionem in delinquentes, univerſus populus reſpondebat Amen. *Maledictus, qui facit ſculptile, & populus dicet Amen. Maledictus qui non honorat patrem ſuum, & matrem & dicet omnis populus, Amen.* Et ſic de cæteris. At verò cum benedictiones proferebantur, tacebant omnes, & nullus dicebat Amen. Grave dubium hinc eſt apud interpretes, cur nempe maledictionibus jactatis in ſceleratos imperat Deus, ut cunctus populus reſpondeat Amen, non verò datis benedictionibus in probos, ac pios, cum potius videretur convenientes in benedictionibus dicere, Amen, quam in maledictionibus. (Deuter. 27.)

Dictio (*Amen*) juxta D. Hieron. ad Marullam Epiſt. 137. idem eſt, ac fiat, juxta radicem Hebraïcam, firmiter ſtabiliatur. Ad propoſitum dubium Beneficia, quæ nobis divina Clementia largitur, non deſiderant ab ore noſtro *Amen*, ab ipſa enim bonitate divina à qua emanant, habent unde perficiantur, creſcant, ac corroborentur; at verò cum Deus punit, & ſuplicia infert, tale ſupplicium non à Deo eſt, ſed à nobis; ac proinde ejus Amen à nobis eſt; ſic enim alienum eſt à Deo, ut pœnas inferat, quod veluti opus videretur, ut illi juvamen ac operam præſtemus, & imminentibus maledictionibus reſpondeamus *Amen*, Unde ergo cum maledictiones promulgabantur, occurrebat populus dicens, Amen, ac ſi firmatio, & executio talis ſupplicii, non à Deo, ſed à nobis proveniret; ſi extraneum eſt ab eo maledicere, at in benedictionibus non reſpondebatur Amen, quia hoc non erat neceſſarium à foris proveniret, ſed ipſemet Deus ſibi reſpondebat, Amen; & ex ſua bonitate infinita eas firmabat, ac corroborabat. Quæ omnia pulchrè comprehendit B. Baſil. in Caten. Græca. *Cur* ait, *recitatis maledictionibus adjungitur Amen: Benedictionibus verò nulla ſequitur affirmatio? Diluit hanc dubitationem.* Apoſtol. 2 ad Cor. 1 n. 9. *Dicens filius Dei non eſt, etiam & non, ſed in ipſo eſt etiam, omnes enim Dei promiſſiones in ipſo ſunt etiam.* In Chriſto, ait Paulus, minimè invenitur *non*, ſed ſemper *eſt*, & *Amen*; omnes enim promiſſiones in Chriſto Jeſu ſunt, in ipſóque firmantur. (D. Hieron. — *Benedictiones à Deo, maledictiones à nobis.* — 2. Cor. 1.)

Luc. 23. *n.* 27. Sequebatur autem illum multa turba populi & mulierum: quæ plangebant, & lamentabantur eum.

Num. 28. Converſus autem ad illas Jeſus, dixit: Filiæ Jeruſalem, nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete, & ſuper filios veſtros.

VERSIONES.

Syriac. n. 27. Veniebat autem poſt eum multitudo populi, & mulierum illarum.

Euthym. Multitudo magna populi.

Arabic. Quæ contriſtabant illi, & compatiebantur illi.

Syriac. n. 28. Filiæ Jeruſalem ne flete ſuper me.

Euthym. Ne fleveritis ſuper me.

Arabicus. Sed dico vobis, ſuper vos flete.

Theoph. Vatabl. Sed ſuper vobis ipſis flete, & ſuper filiis veſtris.

EXPOSITIO III.

79. SEquebatur autem illum multa turba: Seu ut habet Euthymius: *Magna turba*, quæ ad tam grande ſpectaculum convenerat; tum quia Chriſtus ut vir valdè magnus, ac famoſus doctrina, & miraculis erat maximè notus, tum quia civitas ob Paſchæ ſolemnitatem erat plena hominibus, populi, & mulierum (Euthym.)

Similes

Similes enim perſonæ ſolent multum commi-ſeratione commoveri. Et dicitur *populi & mulierum*; nam primates ejus poſtulaverunt ut ſe querentur ut *morientem læti aſpicerent*, ait Beda valdè veriſimile, quod in tanta multitudine, multi eſſent in Chriſtum benè affecti ob ejus miracula, doctrinam, ac ſanctitatem tamen ob principes non audebant ſe Chriſti amicos manifeſtare; *quæ plangebant,& lamentabantur*; lamentari eſt oculis, & ore, id eſt lacrymis, verbis, plangere verò eſt manibus intimi doloris ſignum oſtendere. — Beda.

81. *Converſus autem ad illas*. Cum mulieres eſſent à tergo vel latere Chriſtus ad eas convertit faciem; *filiæ Jeruſalem* Phraſis Hebraica Jeroſolymam dicit tanquam veluti earum matrem, quia in ea natæ, & educatæ erant. *Nolite flere*. Seu ut habet alia lectio Ne fleatis *Super me* propter meæ mortis tormentum, non prohibet ſimpliciter ut defleant ejus mortem, ſed quod non lachrymentur eam quaſi illi ſoli nocituram, *ſed id eſt magis: Super vos ipſas flete, & ſuper filios veſtros* Quia vobis, filiiſqu plus nocebit hoc meum ſupplicium mortis, quam mihi De quo quæſt. 15.

QUÆSTIO XIV.

Quare cum Chriſtus, ac duo latrones ſimul ducerentur ad mortis ſupplicium, mulieres tamen ſolum Chriſtum plangebant, & lamentabantur.

82. Cum Chriſto Domino ſimul ferebantur ad mortis pœnam duo latrones, ut exprimit L. Luc. hoc c. 3 n. 32. *Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo, ut interficerentur*: & tamen mulieres Jeruſalem ſolum Chriſtum plangebant & lamentabantur, & quare. — Luc 23.

83 Reſpondeo quod duo nequam cum eſſent latrones valde nocivi Reipublicæ, ac omnibus Chriſtus D. è contra maximè beneficus, cujus beneficentia tot, ac tantis miraculis, ac illuſtriſſimis operibus ſimul cum ejus ſanctiſſima innocentia omnibus erat ſummè nota; unde in tam admirando caſu compellebantur omnes non ad deplorandam mortem latronum, ſed Chriſti, utpote maximè innocentis, ac benefici. — *Beneficus, ac innocens omnium animos ad ſe trahit.*

84. Secundò Quia inter omnes morti damnatos apparebat Chriſtus Jeſus ut vir dolorum ſummè enim erat fatigatus multis plagis, flagellationibus, ac cruciatibus magnáque ſanguinis emiſſione à toto corpore per plateas emanante; faciéſque ſummè deformata erat alapis, colaphis, ac opprobriis, toáque ſanguine perfuſa à capite ob coronam ſpineam defluente; & inter hæc viſebatur ſumma Chriſti patientia, humilitas, modeſtia, ac manſuetudo tanquam agni, qui ducebatur ad victimam inter carnifices, lupos, ac leones, unde in tam raro, & admirabili ſpectaculo mulieres, ſorores, ac cognatæ ſuorum inimicorum minimè potuerunt ſeſe continere, quin in fletus, ac lachrymas prorumperent. — *Chriſtus inter omnes maximè doloribus oppreſſus.*

85. Thren 1. n. 2. ait Jerem. *Vos omnes qui tranſitis per viam attendite, & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus* Chald. *Adjuro, & obteſtor vos omnes prætereuntes declinate huc aſpicite, & videte ſi eſt dolor, ſicut dolor meus*. D. Paſchaſ. lib. 1. lamenta. *Attendite* corde, & affectu dilectionis, *& videte* oculis nempe. Magno affectu Propheta compellat nos ut mente, ac oculis attendamus. *Si eſt dolor ſicut dolor meus* Tres erant crucifixi, ſcilicet Jeſus, & duo latrones; & tantum Propheta nos omnes objurat, ut Chriſtum tantum, & non latrones intueamur, *quia non eſt dolor ſicut dolor meus*. D. Bonavent. *dolor meus ſuper dolorem*, omnem ſcilicet, omnem dolorem excedit, & exſuperat. Vide hoc lib. c. 1 q. — Thren. 1. Chaldæus. D. Paſchaſ. D. Bonav.

QUÆSTIO XV.

Quare Chriſtus prohibet filiabus Jeruſalem ne lachrymarum fletus effundant uper ipſum?

86. Cum duceretur Dominus ad Calvariam eum patiebantur fœminæ devotæ, quibus ipſe ait, *nolite flere ſuper me*. O bone Jeſu, permitte hoc modicum ſolatij angoribus tuis, ut ſint quæ contriſtentur pro eis Cur fletibus obſtas Domine, earum quæ te diligunt quando vel Hircanæ Tigres ad tale ſpectaculum lamenta coercere non valerent. Et pro qua re magis congruentius ſit plorandum quam tui gratia? tu omnibus charior pignoribus, tu humani generis delicium, tu Angelorum recreamen, ſpéſque cunctorum, tui ergo cauſa abundanter fluant lachrymæ, tamen devotis fœminis mandat Dominus ſiſtere. *Nolite flere ſuper me.* — *Ratio difficultatis.*

87. Reſpondeo primò, & ſenſus literalis eſt, Filiæ Jeruſalem quæ incolitis Jeruſalem, ne fleatis mortem meam tanquam mihi, ac ſoli ſit nocitura, ſed magis flete ſuper vos ac filios, conciveſque veſtros; quia plus illis nocebit hoc mortis meæ ſupplicium, quam mihi; nam hoc malum meæ mortis mihi breve erit, ac momentaneum bonúmque verum, ac æternum, gloria nempe mei corporis, nominiſque mei ſublimis exaltatio, & ſalus æterna omnibus, qui in me crediderint; D Bern. ſerm. in obitu Umberti. *Nolite flere ſuper me, etenim ea quæ de me ſunt, finem habent Quæ videtis mihi præparari temporalia ſunt, quæ non videtis æterna*, non pro temporalibus flendũ, ſed pro æternis. Inde *flete ſuper vos & ſuper filios veſtros*; Quia ob hanc meam mortem vobis, magnum erit ſupplicium, in hac vita grandis deſolatio veſtræ civitatis, in altera multis ex vobis, qui remanſerunt in infidelitate, æterna damnatio. — *Non pro temporalibus flendũ.* D. Bern.

88. Secundò Beda. *Non me, ait, lamentemini moriturum. Vos potius ipſas, veſtrámque progeniem, ne in meæ crucis ultionem, cum perfidis æterna morte damnemini, dignis lachrymarum fontibus abluite.* Valdè decens erat quod cum Jeſus ad tam crudelem mortem raperent, quod cuncti flerent, tamen Chriſtus monet ut potius ſuper ſeipſas, ac filios ſuos lachrymas diffundant; habebant ipſæ, & filii earum graviſſima peccata, ob quæ daturæ erant pœnas; hinc admonet eas Ieſus, ut ſe ipſas, ſuáque peccata deplorent, *dignis lachrymarum fontibus abluite*. Ac ſi legitima plorandi cauſa pignúſque lachrymarum uſus pro abluendis peccatis ſit. — Beda. *Plorandum pro peccatis ut abluantur.*

89. Tertiò, D. Leo ſerm. 10. de Paſſ. cap. 3. *Iſtum planctum*, ait, *Dominus Jeſus, dedignatur impendi, quia non decebat luctus triumphum, nec lamenta victoriam, non terret paſſuri animum hora ſupplicii & docens nullã pro ſe flendi eſſe rationem.* — D. Leo. *In triumpho crucis non planctus, ſed gloria ſit.*

Cur,

Cur Domine ſuper te patientem mulieres non deplorent. Erat quidem in Jeſu aliquid fletu, dignū ſed erat aliud ſummis proſequendum gaudiis. Erat paſſio carnis, ſed erat triumphus virtutis, & mundi ſalus, ſic humeris deferebat crucem; tanquam ſceptrum majeſtatis, ad Calvarium pergebat, ubi glorioſo regno magnificandus erat. *Dominus regnavit à ligno.* Ubi autem tantus triumphus interveniebat non attendendum erat ad planctū, ſed ad gloriam, & lætitiam. Vide ſupra.

90. D Ambroſ.

Quartò D. Ambr. ſer. 114 in Pſal. 118 *Nolite flere me, ſed vos ipſas flete; ablaturus enim omnes lachrymas ſuæ beneficio crucis in paſſione propria futuræ inſtar beatitudinis lætitiam exhibebat, ut nemo fleret, niſi qui Chriſti beneficia non teneret.* Cū paſſio Chriſti totius humani generis eſſet redemptio, non mœroris, ſed gaudiorum fuit magnum documentū; hinc Dominus ſuorum tormentorum horam appellat *diem diſpenſationis, & lætitiæ cordis ſui* Hoc eſt ingentis, & magnæ lætitiæ ut rectè notavit Gilbert. ſer. 20. Redeuntem filium juniorem excipit bonus Pater, & ſervis ait: *Adducite vitulum ſaginatum & occidite* Luc. 15 n. 24. Et ſtatim reſonat ſymphonia, ac chorus lætantium, ac canentium; vitulus ſaginatus occiſus, Chriſtum mortuum ſignificabat, quomodo ibi exultantium feſtivitas, mors Chriſti redemptio generis humani, ac ſalus noſtra, inde grandis Deo erat lætitia, qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit. D. Eligius Novionenſis Epiſ. hom 8. c. *Vitulus dicitur ſaginatus, quia caro ejus ſpirituali pinguedine, & virtute optima eſt, quæ immolata pro noſtra redemptione totius Trinitatis lætitia eſt.*

Gilbertus. — Luc 15. — *Paſſio, ac mors Chriſti Dei lætitia.* — D. Eligius.

91. Beda.

Quintò Beda ſic ait. *Nolite flere ſuper me, ne me; inquit, moriturum lamentent, cujus cita reſurrectio mortem ſolvere poteſt cujus mors & omnem mortem, & ipſum mortis deſtructura eſt auctorem.* Inde Dominus in morte ſua vetat lachrymas, quia ejus mors omnem mortem, ac mortis authorem, deſtructura eſt, ab imminenti ejus fructu omnis triſtitia exploditur; omniſque præſens labor ſuavitatur. *Dixi aſcendam in palmam, & apprehendam fructus ejus.* Cantic. 7. n. 8. Unde cum tanto gaudio ait a, ſcendam in palmam, in crucem nempe ejus tot, ac tantis laboribus plenam, *apprehendam fructus ejus.* Ex apprehenſo fructu dulcis omnis labor. Guarric Abbas ſer. 2. in Dominica Palmarum. *In dicto ſiquidem, dixi, proponentis arbitrii libertas in aſcenſu triumphi ſublimitas: in apprehenſione fructuum redemptionis monſtratur utilitas* Tanquam ex ea omnia fierent levia

A fructu paſſionis omnis triſtitia excluditur. — Cantic. 7. — Guarricus.

92. Peluſiota.

Sextò Iſidor. Peluſiot. l. 2. Epiſt. 285. *Perſpicuum enim eſt illud, commiſerationem ei, qui invitus patitur ſolatium; ei autem, qui ultro, ac ſponte contumeliam afferre. Siquidem ei qui non invito animo patitur, commiſeratio pro contumelia eſt. Quādoquidem igitur ipſe ſponte ac patiendum ſe conferebat ut mortem extingueret. Cum autem, qui laudibus, ac applauſu dignus erat ille fletu ac lachrymis proſequabantur. Propterea ipſis malum imprecatus eſt, revera calamitates ipſi eventuras prænuntiavit.* Bone Jeſu cur ſic percutis flentes fœminas ut illis tam dura annunties. Chriſtus Dominus libenti animo, ac ingenti gaudio ſuſtinebat crucē, inde tam ſevere animadvertit in mulieres, cum ipſum lamentarentur, tanquam ſi invitus, ac coactus ſubiret mortē, quod erat ipſi, eximioque ejus amori grandis injuria, ac contumelia, inde mulierū lachrymas rejicit, ut omnes agnoſcerent ejus affectū, quod erat gaudenter, ac libenter pro nob. dare vitam. Deinde iſtæ mulierum lachrymæ erant ingratæ Salvatori, cum flerent eum eundem ad mortem pro Patris obedientia, qui autem luctu, & planctu proſequitur eum, qui ſe pro Deo, ac virtute tradit morti, valdè impius eſt, & malè audit apud Deum.

Contumelia erat amori Jeſu quod quæ ſibi perſuaderet, ipſum invitum pati.

93. Joan 16.

Septimò De ſua morte, ut multis placet eis Chriſtus D ſuis Apoſtolis. Joan 16. n. 20. *Amen amen dico vobis quia plorabitis, & flebitis, mundus autem gaudebit* In ultima cœna hæc ait Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis, ac ſi dicat, jam inſtat tempus mortis meæ in quo nobis erunt multæ lachrymæ & fletus. Cur tamen diſcipulorū lachrymas effundendas, ſic approbat Jeſus; & minimè probet, & tamen modo fœminarum lachrymæ pro ejus morte, ab eo rejiciuntur, & maximè vetantur. *Nolite flere ſuper me.* Cur hujuſmodi planctus non permittuntur, ut etiam à ſceleratis Chriſti innocentia haberet teſtimoniū. Prohibuit, Dominus lachrymas mulierum populariter flentium ignorabant enim illæ Chriſti myſterium; at Apoſtolorum lachrymas ut maximè acceptas approbat, flebant enim illi intimo amoris affectu conſilium divinæ ſapientiæ venerantes, quod filium ſuum pro hominum ſalute morti tradiderit.

Lachrymæ Jeſu acceptæ recolentes ejus amorem.

94. Pſalm 68. D Hieron. D Cyrill. Procopius.

In perſona Chriſti ait Regius Vates Pſalm. 67 n. 21. Suſtinui, ſeu ut legit D. Hieron, Expectavi, *Qui ſimul contriſtaretur, & non fuit: & qui conſolaretur, & non inveni.* Non fuit, qui ſimul contriſtaretur cum Jeſu patiente, & qui conſolaretur eum, explicant N D. Cyrill. & Procopius, qui conſolaretur condolendo patienti. Ad cumulum ærumnarum pertinet neminem habere condolentē. Non fuit, qui contriſtaretur de Jeſu moriente ait Magiſter ſententiarum in tota populi multitudine, & ideo ſuſtinebat Dominus expectans conſolantē, donec vidit Mariam Matrē ſuam, Joannem diſcipulum; & Magdalenam, & licet loqueretur ad Matrē, ac diſcipulum, tamen eorum lachrymas non prohibuit; nonne etiam vidit Dominus has filias Jeruſalem flentes, cur earum etiā lachrymas non habuit acceptas? Flebant populariter cauſā mortis Chriſti ignorantes, ideo earum lachrymæ rejiciuntur, at mater diſcipulus, & tres ſanctæ ſorores, flebant Chriſti mortē, utpote mortem filii Dei redemptione mundi vitā exhalantis, inde gratiſſimæ, inter quas tenendus, ac amplexandus eſt Ieſus, D. Bernard Sermon. de vita, c. 5. *Date, ait, lachrymarum flumina in tantis vinculis morienti. Vacate, & videte, quam amarè, quam turpi morte condemnetur Suſtinet enim adhuc, & diligenter conſiderat ſi quis ſit, qui ſimul contriſtetur ſi quem inveniat, qui ſanguinis rivos abſtergat, & de cruce depoſitum munda ſindone nō pannis, ſed cordis involvat, & flens cum beatis mulieribus ad tumulum conſequatur.*

Bonæ lachrymæ Chriſti flebant mortē ut filii Dei mortem. — D. Bern.

QUÆSTIO XVI.

Quare Dominus fœminis Hieroſolymitanis prius mandat flere ſuper ſeipſas, deinde ſuper filios ſuos.

Ex alienis malis quis conficeat propria.

CUm euntem Dominum ad crucem flerent filiæ Ieruſalem, ait illis Chriſtus D. *Nolite flere ſuper me.* De quo jam egi q. ſuperiori, ſed ait *flete ſuper vos,* deinde *ſuper filios veſtros,* & rectè ſuper filios ſuos, quia in tā crudeli morte filii

Thoph. hominis jam poterant matres videre, quæ mala in filios ſuos ventura erant, indicat Theoph. *Admonet*, ait, *eas ut ad futura mala reſpiciant, & propter illa plorent quando coctura ſunt filios ſuos.*

96. *Quæſtio propoſita.* Quæſtio tamen eſt, cur Dominus his fœminis præcipit, ut prius lachrymas, ſuper ſe ipſas fundant deinde ſecundo loco pro filiis, cum filii ſint chariſſima parentum pignora, quorum mala ac caſus maximè parentes torquent, & cruciantur.

97. D. Bernard. Ad quæſtionem reſpondet D. Bernard. ſerm. 2. de Reſurrectione. Ordinem diligenter attende, ait, ſuper vos primo, deinde ſuper filios veſtros: *Te metipſum attende ut aliis noveris compati*, Docet Dominus etiam ſuper filios lugere, nam gnatorum mala parentes miſerrimè vexant; at ſecundas in luctu partes monet filiis tribuendas, tantum abeſt, ut velit Dominus pro ſobole omnem impendi luctum, ut primam partem parentibus attribuat, ut ipſi prius deplorent ſua delicta, deinde eorum lachrymæ in filios redundent, quod eleganter docet ipſe D. Bernard ſerm. 18. in Cant. *Si bene ſapis, ait, concham te exhibebis, & non canalem; hic quidem pene ſimul & recipit, & refundit: illa vero donec impleatur, expectat: & ſic quod ſuperabundat ſine ſuo damno communicat: ſciens maledictum, qui partem ſuam facit deteriorem.*

Prius agendum de propriis, quam alienis.

D. Bern.

98. Apoc. 4. Valdè plena myſteriis eſt forma illa animalium Ioanni objecta. Apoc. 4. n. 6. *Et in medio ſedis, & in circuitu ſedis quatuor animalia plena oculis ante, & retro, & quatuor animalia, ſingula eorum habebant alas ſenas, & in circuitu, & intus plena ſunt oculis*, Ibidem n. 8 exprimitur vera effigies viri Apoſtolici, ac ſapientiſſimi Præſulis ſpiritualis, quod ita ſit evigilans ſuper ſuorum ſalutem, ut ita omnia circunſpiciat, ſive ante, ſive retro, ut quantum fieri valeas, ejus nihil lateat providentiam, ad hanc tamen ſedulitatem ejus exprimendam, ſat erat, ut à foris omnia eſſent plena oculis ante & retro; ad quid etiam ab intus; *& intus plena ſunt oculis.* Bonus Præſul ſit ſuper aliorum utilitates invigilans, ut ſibimet non dormiat, ſed ut eandem diligentiam, quam in excolendis proximis apponit, eandem ſibi ſollicitus applicet, & inde ſi extrinſecus apparent lumina ut aliis attendat; eadem ſint intus, ut ſemet ipſos non negligant. D. Anſelmus. *in circuitu*, ait, *ut aliis bono exemplo lucerent & intus quantum ad ſe ipſos.*

Bonus præſul vigilat ſuper ſubditos, & ſuper ſe ipſum.

D. Anſelm.

99. De Monarchia erigenda tractarunt ligna, & conſultationem de rege creando faciunt, imperii ſceptrum defertur Olivæ, quod illa recuſavit, dicens. *Nunquid poſſum deſerere pinguedinem meam, qua Dij utuntur, & homines, & venire ut inter ligna promovear.* Judic 9. n. 8 Quod etiam poſtea defertur ad vitem, & ficum, & ob eandem rationem principatum dimittunt. Nonne valdè ſublime eſt, inter arbores habere principatum, ut alii aliæ arbores, Cedrus, Cypreſſus, laurus, ac palma inclinent capita, cur ſic renunciantur; Vide quod ait Oliva. *Nunquid poſſum deſerere pinguedinem meam?* Amittendus ne eſt ſuccus internus; ut diadema caput teneat, minimè ſane, ô arbor ſagaciter provida; minus putat regno caruiſſe, quam pinguedine interna. Quid autem ſpiritualiter eſt pinguedo, niſi animi virtus, ac juſtitia, ſi hæc autem deſerenda eſt, projiciatur, & contemnatur omne mundanum lucrum, ac quidquid decorum eſt. Serar. ad cap. 9. Judic. q. 26. *Si fieri poſſit*, ait, *nulla ſuppetit ratio cur aliorum ſervire utilitati non debeamus, ſi fieri poteſt (ut ſ piſſimè certè ob varias, qua ratione perſonarum, vitioſitatum, imbuellitatum, conſuetudinum, temporum, locorum, ſimiliumve circunſtantiarum incidunt cauſas omnino fieri non poteſt) tum cum laudatis arboribus recuſemus; melius enim ſpiritualem noſtram retinere pinguedinem, atque dulcedinem, quam amiſſa ea longe, lateque dominari.*

Judic. 9.

Melius eſt retinere internam virtutem, quàm imperii coronam.

Luc. 23. n. 29. Quoniam ecce venient dies in quibus dicent: Beatæ ſteriles, & ventus, qui non genuerunt, & ubera, quæ non lactaverunt.

Num. 30. Tunc incipient dicere mōtibus: cadite ſuper nos, & collibus: operite nos.

VERSIONES.

Græcus. c. 29. Ecce veniunt dies.
Arabicus. In quibus dicetis.
Siriacus. Beatæ ſteriles, & uteri, qui non pepererunt.
Arabic. n. 30. Tunc dicetis montibus.
Syriacus. Tunc incipietis dicere.
Theophyl. Cooperite nos.

EXPOSITIO IV.

Quoniam. Aſſignat Dominus rationem, ob quam filiæ Ieruſalem potius debeant flere ſuper ſe ipſas, ac filios ſuos; & concives ſuos; *ecce venient dies*: brevi tempore. Alii legunt *veniunt*, ut ſignificeretur tales dies maximè appropinquare; ac feſtinare Hoc dixit Chriſtus de tempore obſidionis Ieruſalem à Romanis, quæ facta eſt anno quadrageſimo ſecundo poſt Chriſti paſſionem, fuitq; in ea indicibilis calamitas, preſſura, atque mœſtitia Judæorum, in tantum ut parentes filios ſuos comederint. *Beatæ ſteriles, & ventres qui non genuerunt & ubera quæ non lactaverunt.* Tria dicit ſteriles, non gignere, non lactare. Quæ tria idem ſignificant, & repetuntur ad magnam exaggerationem. Ecce quomodo mutantur rerum vices. Olim ſteriles reputabantur maledictæ & fœcundæ benedictæ, nunc verò è contra accidit, tantam mutationem facit inſtantis ſummæ tribulationis tempus; quia mulieres prægnantes, lactātes maximè erant impeditæ ad fugam ſuorum pignorum oppreſſione graviſſimè torquebantur. Euthym. *Dies dicit*, ait *obſidionis & expugnationis Ieroſolymorum, quibus beatificabuntur ab eis, quæ genuerūt, & illæ, quæ nō pepererunt, utpote, quæ non audirent, aut viderent varias filiorum ſuorū ſtrages* 100.

Græcus.

rerum vices. mutantur

Euthym.

Tunc, in illis nempe diebus, *incipient dicere*, Homines nempe, & vos, ac filii veſtri *incipient*, ac ſi inceſſanter dicant, & nunquam in hoc dicendo finem ponant, *Montibus*, vicinis nempe, ac illis ad quorum ſpeluncas ſe recipient. *Et collibus operite nos*, ſuffocate nos, & interficite nos. Hæc autem verba dicent montibus, *Cadite ſuper nos & collibus operite*, ſunt deſumpta ex Oſea c. 10. n. 8. & intelliguntur de tempore circa finale judicium, in quo erit maxima, & ſumma tribulatio. Guarric. Abbas. *Levius æſtimantes*, ait, *abſorberi voragine inferni, quam ſuſtinere faciem Dei irati.* 101.

Oſe. 10.

Guarric.

Luc. 23.

Luc. 23.*n.*31. Quia ſi in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?

Num. 23. Ducebantur autem & alii duo nequam cum eo, ut interficerentur.

VERSIONES.

D.Hilar in Pſalm. Quia ſi in humido ligno

Arabicus. hoc fecerint, quid ergo erit in arido?

*Syriac.n.*3. Porrò veniebant cum eo duo alii malefici, ut trcidarentur.

Arabicus. Duxerunt duos alios malefactores.

Vatablus. Ducebantur autem, & alii facinoroſi.

Euthym. Duo alii ſcelerati.

Arias Ducebantur autem, & alii duo malefici cum eo tolli.

EXPOSITIO V.

102. *Senſus literalis.* QUia, Confirmat Chriſtus ratione id, quod ſupra dixerat de magno incendio iræ divinæ in regnum Judæorum. Quia *ſi in viridi ligno*, ſeu *humido ligno hæc faciunt*; tam dura, ac crudelia faciunt homines Deo permittente. *In arido quid fiet?* In ligno ſicco, ac arido, quid ab hominibus fiet, comparat ſe ipſum Chriſtus Dominus ligno viridi, ac florenti omni virtutum genere & tamen tam dira, & crudelia tormenta in eum venerunt; quid erit in ligno ſicco vitiis, & peccatis, ut erant Judæi de quo quæſt. ſequenti.

103. *Ducebantur alii duo nequam.* Seu ut alii legunt *Malefactores facinoroſi, ſcelerati*: cum eo ad crucifigendum, ut ita Chriſtus tanquam ſceleſtus, & valdè facinoroſus reputaretur ab omnibus, & ſic adimpletum eſt illud, quod prædictum eſt ab Iſaia 53.n.12. *Et cum iniquis reputatus eſt.* Iſaias.53.

QUÆSTIO XVII.

Quare Dominus in præſenti ex malis factis in ligno viridi, infert quænam mala erunt in ligno arido?

104. COmmunis & literalis ratio eſt, quod metaphora alludit ad exciſionem, & combuſtionem arborum; ſe ipſum Dominus comparat arbori virenti, & plenæ ſucco optimo; Iudæos verò omnis vivificæ juſtitiæ expertes ligno arido Ac ſi diceret; *ſi in viridi ligno hæc faciunt*; ſi iniqui ita me vexant, & crudeliter occidunt, qui viridi ligno aſſimilor, quia jugiter plenus fui, & ſum omnium virtutum fructu, & perfectionis flore, ac gratiæ virore, *in aridio quid fiet*? Qualis erit punitio Iudaicæ plebis me tam dirè, inhumaniter, ac injuſtiſſimè tractantis. Nam ut dicitur. Prov. 11.n.3 *Si juſtus in terra recipit, quanto magis impius, & peccator.* Proverb.11.

105. D Hilar. Secundò D Hilar. in Pſalm. 1. *Hujus quoque ligni, ait, non dedignatus eſt in ſe docere virtutem cum pergens ad crucem ait; quia ſi in humido ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Per hujuſmodi ligni exemplum nihil in ſe ariditati mortis obnoxium eſſe ſignificat.* Comparat ſe Dominus ligno, ſed ligno viridi, ac humido, qui nihil mortis ariditatis in ſe habet, ut ſi tantam tempeſtatem tormentorum venit lignum viride, ex hoc quiſque ariditatem ligni fugiat, metuens ſibi graviora mala, ac proinde ex his, quæ patitur lignum viride doceatur lignum aridum. *Lignum aridum docetur exemplo ligni viridi.*

106. Tertiò. D.Bonav. in præſenti. *Quod autem tales dies, horribiles expectandi ſint indubitanter, oſtendit ex conſideratione ſuæ paſſionis cum ſubdit. Quia ſi in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* Et Hug. Card. hic. *Si ſancti omnes per ignem tribulationis exeunt de mundo, quæ tormenta manent ipſos, qui omni bono ſunt vacui, & peccatis pleni.* Si quis innocentiſſimi Ieſu tormenta conſideret, indubitanter debet colligere quanta mala expectent iniquos, & impios. Si juſti & ſancti, qui ſunt arbores optimæ magnis fructibus pingues, & tamen tam ſævo ac diro tormentorum, ac laborum turbine vexantur, ac caſtigantur, quid erit in peccatores, qui ſunt ſilveſtres, & ſiccæ plantæ. *Mala quæ in ſanctis veniunt impiorum ſupplicia demonſtrant.*

Pſeudo Propheta fefellit Dei verum Prophetam ut contra Divinum mandatum comederet & biberet in illo loco, cùmque verus propheta revertetur in domum ſuam, in via occiſus fuit à Leone, & deinde adductum cadaver ejus ſepelitur ab ipſo Pſeudo-propheta in ſepulchro ſuo, & poſtquam homo Dei mandatus eſt terræ ad ſuos dixit Pſeudo-propheta: *cùm mortuus fuero ſepelite me in ſepulchro, in quo vir Dei ſepultus eſt.* 3.Reg.13.n.31. Volebat ſepeliri in proprio ſepulchro, in quo vir Dei jacebat, cùm tamen ipſe vir Dei proprio ſepulchro caruerit. Unde de hoc Pſeudo-propheta intelligit Rupert. illud quod dixit Oſeas c.9.n.8. *Inſania in domo ejus.* Et qualis hæc inſania in domo Pſeudo-prophetæ? Quia ille volebat ſepeliri in proprio ſuo ſepulchro, viderat Pſeudo-propheta virum Dei, qui tantum in hoc peccavit venialiter, ut dxi hoc lib. cap.6.quæſt.7 n.64 (caſtigatum in eo quod non eſſet ſepultus in ſuo proprio monumento, ſed in alieno, inde valdè inſanus erat, quod ſibi peſſimo qui graviter peccaverat decipiendo) ſperaret propriam ſepulturam, & non magis ſperaret obventurum ſibi malum, quod in homine Dei viderat. Rupert. lib.4. in Oſeam. *Vere inſanus erat. Et enim, ô inſane: ſi propterea non infertur cadaver hominis Dei in ſepulchrum patrum ejus, quia inobediens fuit ori Domini: tibi quid fiet, qui hoc ſcienter feciſti, quod factus eſt inobediens ori Domini.* 107. 3.Reg.13. *Pœna in juſtos judices iniquorum ſupplicii.* Oſeas 7. Rupert.

Poſt amiſſa omnia bona cum Job ſederet in ſterquilinio veniunt tres amici ejus ad eum viſitandum, cùmque à longè vidiſſent eum ſciſſis veſtibus ſparſerunt pulverem ſuper caput ſuum. *Et ſederunt cum eo in terra ſeptem diebus, & ſeptem noctibus, nemo loquebatur ei verbum, videbant enim dolorem eſſe vehementem.* Cap. 2 n.13. Et cur ſic obſtupefacti erant ſine voce per tot dies, quia non ſolum dolebant ſuper afflictiones ſanctiſſimi Job, ſed quia prudenter ſemetipſos timebant, ne in ſimilem calamitatem venirent. Origen. lib. 2 in Job. *Certum eſt, inquit, quod non ſolum pro Job, ſed etiam pro ſe unuſquiſque eorum ſolicitus erat, metuens, quid etiam detegeretur, vel quid expectaretur.* rationem eorum nomine ſic ſubdit Origenes. *Nam ſi juſtum talia invenerunt mala, nos, inquiunt, qui longè ſumus* 108. Job.2. *In juſtorum laboribus multum timeant alii.* Origen.

mus ab his juſtificationibus,quid expectabimus,vel quid ſuſtinebimus : Nam ſi Job ſanctus, ac juſtus Dei ore maximè laudatus de quo dicitur,*Vir erat ille ſimplex,& rectus, ac timens Deum.*Ita caſtigatur & affligitur, quænam laborum, ac ærumnarum tempeſtas in nos irruet?

CAPUT XII.

Jeſus crucifixus inter duos latrones.

Matth. 27.*n.* 33. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha,quod eſt Calvariæ locus.

Num. 34. Et dederunt ei vinum bibere cum felle miſtum,& cum guſtaſſet noluit bibere.

VERSIONES.

*Græcus.n.*33. Et poſtquam veniſſent in locum.

Syriacus. Veneruntque in locum, qui vocatur Golgotha cujus interpretatio eſt cranium.

Arias. Qui dictus eſt Calvariæ locus.

*Syriac. n.*34. Et dederunt ei acetum bibendum mixtum felle.

*Arabicus.*Dederunt ei bibere acetum cum myrrha.

Vatablus. Dederunt ei potui acetum cum felle mixtum.

D. Chryſoſtom. Acetum bibere cum felle mixtum.

ALTER TEXTUS.

*Marc.*15.*n.*22.Et producunt illum in Golgothæ locum, quod eſt interpretatum Calvariæ locus.

Num. 23. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum,& non accepit.

EXPOSITIO I

1. D.Marcus. *Vocabulum corruptum.* ET *venerunt,* id eſt poſtquam venerunt*: in locum qui dicitur Golgotha.* D. Marc. *Quod eſt interpretatum Calvariæ locus* Golgotha ergo idem valet,ac Calvaria, ſive ſit Syrum, ſive Chaldaicum corruptum vocabulum, nam proprium nomen Hebraicum Gulgolath caput ſignificat,quod rotundum eſt. Lingua Hebræa Chriſti tempore ſuam puritatem amiſerat. Ut notat Tolet.in c. 19.Ioan. Annot.12.Locus autem dicebatur Calvaria,eo quod ibi facinoroſi homines mortis ſupplicio afficiebantur, ac proinde locus humanis capitibus, ſive craniis, id eſt capitibus mortuorum carne denudatis plenus erat. (Toletus.)

2. *Et dederunt ei vinum bibere.* Solemnis erat conſuetudo ut damnatis ad locum ſupplicii adductis,vinum propinaretur præſtantiſſimum, ut ex itinere, aliiſque laboribus fatigati animum reciperent,ut facilius dolores mortis tolerarent Prov.31 n.6 *Date ſiceram mœrentibus, & vinum his qui amaro ſunt corde.* Judæi verò in hoc pio more ſuam declarant impietatem,vinum ei exhibent,vinum tantum nomine,nam ob ſuam acerbitatem, ac acredinem acetum dici poterat,unde Syr & Græci interpretes legunt, *acetum.* Vinum quidem credibile eſt fuiſſe,adeò tamen acerbum ac acetoſum ut utroque nomine potuerit declarari, quod notat Teophyl. in Marc. Unde D. Marc. appellat id vinum myrrhatum, *Dabant ei bibere myrrhatum vinum.* Myrrha amariſſima eſt, ac proinde vinum acerbum myrrhatum dicitur, quia vino huic impoſita fuit myrrha cum felle, vel certè myrrha ſola ſine felle, ut myrrha ipſa fel dicatur ob ſuam amaritudinem; ubique Judæi ſuam magnam impietatem, ac crudelitatem in Chriſtum oſtendebant. (Prov.31. Theophyl.)

QUÆSTIO I.

Circa montem Calvariæ tres quæſtiones expendo.

QUÆSTIO I. Quare mons iſte in quo Jeſus crucifigitur,dicitur Golgotha,ſive Calvaria Communiter reſpondent Patres D. Aug.ſerm.71. de temp.Orig.hom.35.in Matth.D Epiph.in fine l.1.hæreſ.46.D.Athan. ſer. de paſſ.D. Ambr. in Loc D.Cypr ſer.de Reſurr.& alii multi,qui dicunt locum illum appellari Calvariam, eo quod ibi fuerit Adami Calvaria, Corpuſque ſepultum Ut quem Chriſtus ſuo ſanguine è cruce diſtillante redemerat,ad gratiæ vitam revocaret;pro quo facit id quod multi Auctores referunt.Noë oſſa Adam in arcam ſuſcepiſſe,ac poſt diluvium illos inter filios diſtribuiſſe,ipſiſque Sem,quem cæteris anteferebat, Adami Calvariam dediſſe, cum qua veniens in Judæam,in illo monte ſepelivit, ſi hoc tamen ita eſſet, locus ille eſſet in magna veneratione apud Iudæos, & non eſſet ita abjectus,ut ſupplicii locus fieret. 3 (Quæſtio 1. D.Auguſt. Origen. D. Epiphan. D.Athanaſ. D.Ambr. *Ibi Adamus ſepultus.*)

Alia ratio eſt,& magis litteralis,quam aſſignant D Hier in cap.17.Matth.Beda,D Paſchaſ. l.12 in Matth.ſequuntur Recentiores, Janſ. Franc Luc Barrad Cornel quod ille locus dicitur Calvarius eo quod in eo rei puniebantur,ibique jacebant,ac ſparſa erant multa crania non ſolum decollatorum,ſed & lapidatorum,combuſtorum,ac crucifixorum,à quibus craniis, ſeu Calvariis locus nomen accepit,aliquibus etiam placet fortè dictus locus Calvariæ.quia ſimilis Calvariæ eſſet calvus arboribus, herbis carens,totus ſaxoſus & ſterilis, & inde damnatorum ſupplicio deſtinatus. 4. (D Hieron. Beda. D.Paſchaſ. Janſen. *Quia ibi multa crania vel quia ſterilis.*)

Quæſt.2.Qualis hic mons fuerit.Valdè celebris ab omni antiquitate ſcribit D.Aug. ſerm. 71,de tempore his verbis *Hieron.ſcripſit ab antiquis,& ſenioribus Judæis ſe certiſſimè cognoviſſe,quod ibi immolatus ſit Iſaac,ubi poſtea crucifixus eſt.* Idem habet Beda,& de locis ſanctis,c.2.Lyran.Lyppoman.ad c.22 Gen.ac multi alii. 5. (Quæſtio 2. D.Auguſt. *Ibi Iſaac immolatus.*)

Quæſt.3.de ſitu montis Calvarij.Mons Calvariæ conſtitutus eſt in parte Ieruſalem occidentali,ac in medio terræ ſituatus,ut indicant carmina illa Victorini Pictavienſ. Epiſcopi à Beda relata lib.de ſanct.cap.3. 6. (Quæſtio 3. Beda.)

Et locus ex omni medium, quem credimus orbe
Golgotha Judæi patrio cognomine dicunt.

7 Hieroſo

7. *In medio terræ.* Ezech. 5. D.Hieron. Pſalm.63. D. Cyril.

Hieroſolymam in medio mundi ſitam eſſe ait Ezech 5. n. 5. *Iſta eſt Jeruſalem,in medio gentium poſui eum.*Ubi D.Hieron.*Jeruſalem in medio mundi ſitam eſſe* idem Propheta teſtatur cap.38. *Umbilicum terræ eam eſſe demonſtrans* ,&c. Et quod maximè confirmatur ex illo Pſal 63.n.11.*Operatus eſt ſalutem in medio terræ.* D. Cyrill. Jeroſolymit Catech.13. *Medium*,inquit,*terræ eſt Golgotha.Non meus hic eſt ſermo , Propheta dicit operatus eſt ſalutem in medio terræ.* Ad quem locum multa adducit Lorin.

8. *Mons Calvariæ extra portam, & cur* Hebr. 13.

Hic autem mons Calvariæ , in quo Dominus patitur extra portam Judiciariam Hieroſolymæ ſitus erat.Patet ex Paulo,Hebr. 13. n.13. *Jeſus ut ſanctificaret per ſuum ſanguinem populū extra portam paſſus eſt.*Hoc eſt exeamus ad Chriſtum Dominum extra populum,ac mundum, illiuſque illecebras,ac cupiditates , & tanquam peregrini in hoc mundo vitam ducamus crucem Domini portantes. Cur tamen extra portam,ac caſtra paſſus eſt Chriſtus,docet D. Chryſoſt.homil. de cruce, & latrone *Ne putares* , ait , *pro illa tantum plebe, id eſt Judaica,oblatum Chriſtum;ideo foras civitatē ideo foras muros.Ut ſcias ſacrificium eſſe commune.* D. Leo ſerm. 9. de Paſſione.*Ut crux Chriſti* , ait, *non templi eſſet ara,ſed mundi.* Similiter D. Aug ſerm.130.de tempore.D.Hilar.& alii.

Chryſoſt. D. Leo. D. Aug. D.Hilar.

QUÆSTIO II.

Quare voluit Dominus eligere Calvariam ad locum ſuæ ſacratiſſimæ mortis ?

9. *Morte ſua expiavit noſtra crimina.*

Reſpondeo. Primò. Voluit Chriſtus Dominus crucifigi in loco ſupplicii publico , & infami , qualis erat Golgotha , ubi criminoſi puniebantur ut horribilia , ac infama noſtra crimina morte ſua lueret , & expiaret. Unde ipſe locum ſupplicii in locum honoris , & adorationis convertit , fideles enim Chriſtum in Calvaria crucifixum venerantur , & adorant , ut canit Sedulius·

——*Panem veſtivit honore.*
Ipſaque ſanctificans in ſe tormenta beavit.

10. D.Paſchaſ. *Valde miſerum eſſe ſocium in pœna non vero in corona.*

Secundò. D.Paſchaſ lib. 12 in Math. *Calvaria locus debellatorum erat, & eorum qui diverſis in mortibus afficiebantur cruciatibus ; ibi ergo crucifigitur Dominus , ubi prius area erat damnatorum , ut ibi erigerentur deinceps vexilla Martyrum.*Alto conſilio factum eſt,ut ad paſſionem, ac mortem Domini eligatur locus,in quo ſupplicia ſceleratis inferebantur. Mittebat quidem mundus omnes ſuos iniquos,& ſceleratos plectendós in eodem illo loco , in quo filius Dei affigendus erat cruci , in quo omnium Martyrum trophæa erigebantur , in majorem ipſorum ſceleratorum dominationem , & miſeriam , qui cum ex loco viderentur eſſe juſtorum ſocii in pœnis, tamen à juſtis in coronis , ac præmiis maximè ſeparabantur , & quid infelicius , quam in tormentis, ac pœnis eſſe conſortem , non verò in corona,& honore.

11. Procopius. *Ex obſequio Deo exhibito honoratur locus.*

Tertiò Procopius in c.22.Geneſ.ait. *Ibi* ſcilicet in Calvario, *Crux Chriſti affigitur,ut ex ejus pretioſo ſanguine mons ille majorem habeat amplitudinem.* Crucifigitur modo in hoc monte in quo olim Abrahamus obtulat filium ſuum Deo in holocauſtum , ut ex tanto obſequio Deo ibi exhibito , non ſolum Abrahamus , ſed etiam ipſe locus condecorareiur , ac nobilitaretur.

12. D. Hieron. *Ex punitis peccatis multa dona hominibus.*

Quartò. D. Hier ad c.27 Matth. *Apparet* , ait, *Calvariam locum ſignificare decollatorum , ut ubi abundavit peccatum , ſuperabundaret gratia.*Mons ille valdè nominatus erat decollatorum , ac delinquentium craniis , ſeu Calvariis , eorúmque oſſibus totus plenus , & cur ad crucis trophæum valdè glorioſum talis locus eligitur ? Aſcendebat Dominus ut mundum purificaret , largiterque gratiarū rivos effunderet , inde merito elegit locum,qui totus punitorum oſſibus replebatur, ex punitis enim peccatis, gratiarum imbres , virtutum flore, donorum theſauri hominibus mirificè aperiuntur,ut illis ditentur,ac condecorentur;ibi enim virtutum vexilla micant ubi delinquentes puniuntur,quorum caſtigatione virtutes ſaporantur,ut ad ſe homines rapiant , ac alliciant ; in omníque virtute valdè conſpicui appareant. Chriſtian.DeuthAarus.*Quia ibi*,ait,*Calvaria auferebantur reis hominibus,placuit Deo ibi mori,ubi rei puniebantur,ut erigeretur vexillum virtutum.* Druthmar.

13. Pſalm.57. *Ex peccatoris pœna juſto lætitia, ac munditiès.*

Ait Regius Vates Pſal.57.n 11.*Lætabitur juſtus cum viderit vindictam,manus ſuas lavabit in ſanguine peccatoris.*Ecce ex punitione peccatoris juſtus recipit lætitiam,& munditiem Et quomodo illi ſanguis peccatoris effuſus eſt pro lætitia,& lavacro. Quia ipſe tantam iniquorum pœnam evaſerit;& quia eorum caſtigatione inſpecta tota illorum vita emundatur,& à defectibus magis purificatur, ac emundatur. Ecce ex pœna peccatorum aperitur juſto,vena purificationis , & aſcenſus ad altiorem perfectionem.Ruffinus ibi.*Actiones ſuas mundabit Juſtus ex conſideratione vindictæ reproborum. Quando videt peccatoris pœnam proficit ipſe,& mors alterius valet ad vitam.*Sic & locus valdè celebris punitorum delinquentium oſſibus magnum ſpectaculum erat juſtis,quo ipſi in ſua innocentia lætarentur , & ut feſtinantius magis, ac magis ſordes abluerent. Ruffinus.

QUÆSTIO III.

Quare guſtatum vinum cum felle , ſeu myrrha mixtum,noluit Dominus bibere.

14. D Matth. D.Marc. Euthym. Theoph.

Poſtquam in montem Calvariæ pervenit Dominus Jeſus potum defeſſo præbuerunt Judæi , ut ſcribit D. Matth *Vinum cum felle mixtum.* Seu ut ait D. Marc. *vinum myrrhatum* , & quamquam Euthym.ac Theophylact dicant hic Chriſto data fuiſſe diverſa pocula,unum cum vino,ac felle,alterum habens vinum myrrhatum. Communis eſt tamen ſententia , vinum & idem poculum fuiſſe,nam ut ait D Aug.l.3.de conſenſ. Evang c.11 cum vinum illud eſſet mixtum myrrhæ , quæ eſt amariſſima , dicitur miſtum felle ; nam id quod eſt valdè amarum ; fel, aut mixtum felle dicitur ſeu ut docet idem Auguſtin & ſequuntur Beda, & Strabus illud vinum miſtum fuiſſe myrrha,& felle.Marcus ſcribit, quod illud Chriſtus non accepit. Matthæus vero quod licet illud Chriſtus guſtaret,non tamen illud bibit, in ſtomachum nempe trajiciens.

D.Auguſt. Beda. Strabus. D. Marcus. D.Matth.

15. Pſalm.68. Euthym.

Regius Vates ait Pſalm.68.num.22. *Dederunt in eſcam meā fel, & in ſiti mea potaverunt me aceto.*Fel fuit quaſi panis, & eſca Euthym. hic. *Arbitror*,ait , *fragmenta aridi fellis in aceto emollita* fuiſſe,

Menſa opponitur Chriſto cum felle, & aceto.

fuiſſe, ut *acetum quidem loco vini eſſet, illa vero fragmenta pro buccella panis.* Ludentes Judæi Jeſu menſam apponunt in Calvario, pro cibo fel, pro potu acetum miniſtrant. *Vina eorum, vina fellis, & botrus amariſſimus.* Deuter. 32.

16. Reſpondeo primo ad quæſtionem quod ex more illud vinum dabatur damnatis in loco ſupplicii in conſolationem ac confortationem, ut fortius crucis tormenta ſuſtinerent. De quo vino ait Amos 2. num. 8. *Vinum damnatorum bibebant in domo Dei ſui.* Ac proinde illud vinum optimum erat, inde Chriſtus ne contemnere videretur vinum ex antiquo more datum guſtare voluit, non tamen bibit, ut oſtenderet ſe minimè tali confortativo indigere ad dolores crucis ſuſtinendos; vel quia volebat in cruce majorem ſitim pati, ut mortificationis omnium ſenſuum nobis vivum daret exemplum, & ut in omnibus deteſtaretur ſummam malitiam Judæorum, qui pro vino optimo dabant acetum cum felle mixtum.

Amos 2.
Non opus erat Chriſto tale confortativum.

17. D.Chryſ. Secundò D. Chryſoſt. homil. 2. de Reſurrect. *Acetum*, ait, *quod amaro felle propinaſti Domino commiſtum, ille tamen accepit, non quod biberet, ſed quod potius reprobaret.* Cur Jeſus, qui avidiſſimè tormenta ſitiebat, hoc acerbum poculum noluit bibere, ſed tantum cum primis labiis attigit, reprobat; multa in eo potu Chriſto diſplicuerunt, nam potus ille exterius vinum videbatur, & tamen purum vinum non erat, ſed fellis commixtionem habebat; & cum apparentia tantum à rei veritate diſtaret, totum à Chriſti ſinceritate valdè alienum erat; & Iudæi ex quadam pietate damnatis in loco ſupplicij vinum optimum, ac præſtantiſſimum propinabant; modo vero morem patriæ pium ſimulantes Chriſto illudentes vappam acidam ei offerunt; cum ergo ibi tot diſſimulationum mixturæ intervenirent, quæ multum erant alienæ à puro, ac ſimplici Chriſtianiſmo, inde illud à ſe rejicit, ac non recipit.

Fictio contra rei veritatem diſplicet.

18. D. Cyril. Tertiò. D. Cyrillus Alexandrin. lib. 12. in Ioan. cap. 35. *Pro juvante, ait, & jucundo potu nocentem, & acerbum attulerunt, & humanitatem qua moveri videbantur in impietatem convertunt.* Specie humanitatis, fellis ſævitiam prætexunt, & benignitatis obtentu hoſtilitatem abſcondunt, falſam compaſſionem veræ crudelitati ſervire turpi miniſterio efficiunt, *Humanitatem, qua moveri videbantur, in impietatem convertunt.* Ergo Chriſtus Dominus qui nullum tormentum refutat hoc fellis poculum refutat, cum hoſtilitatis technas ſub pietatis ac amicitiæ pallio abſconditas videt, nil magis durum, quam amicitiæ prætextu ſævire, ac crudele vulnus infligere.

Valdè acerbum colorata amicitia ſævire.

19. D.Aug. Quartò. D. Auguſt. in Pſalm. 69. Concione 1. ad illa verba. *Operui in jejunio animam meam.* Sic ait S Doctor. *Reſpuit fel, quod illi obtulerunt, jejunare elegit, quam amaritudinem accipere.* Divinus Magiſter magnum, & alium documentum cunctis præbet; melius eſt, eſſe jejunium, quàm fel mundanæ amaritudinis guſtare, melius eſt eſſe in fame, ſiti, egeſtate, ac nuditate; quam fel amaritudinis luxuriæ, perjurii, latrocinii haurire; nonne melius erat Evæ eſſe jejunam, quam amaritudinem pomi vetiti deguſtare; meliuſque fuit Ioſeph nuditatem palli reportare, quam amaritudinem adulteræ experiri. Quinto lingua aſſueta Mariano lacti, fellis amaritudinem guſtare non valebat.

Melius eſt eſſe jejuniū, quam amaritudinem guſtare.

Maria amaritudinem depellit.

20. Sextò. Chriſtus D. tormentorum valdè ſitibundus erat, ita ut omnia tormenta ei parva viderentur. Cur ergo fel non bibit; cum hoc ei ad magnum cruciatum inſerviret, cum Dominus eſſet in cœnaculo cum ſuis diſcipulis, in ultima cœna Agni Paſchalis, dixit ſuis diſcipulis. *Dico autem vobis, non bibã amodo de hoc genimine vitis uſque in diem illum, cum illud bibam vobiſcum novum in regno Patris mei.* Matth 26. n. 29 Cum ergo Chriſtus Dominus dixiſſet, quod de fructu vitis non eſſet habiturus, ante ſuam reſurrectionem cur autem vinum, ſive acetum de propagine vitis ſit ab eo bibendo abſtinuit, eligens potius ſe ipſum privare à dulcedine, ac ſuavitate dolorum, ac tormentorum, quam illis ſuſtinendis experiebatur; quam verbo ſuo dato aliquantulum repugnare, illique plenè, ac integrè non correſpondere. Ait Regius Vates *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* Pſalm. 36. n. 4. Merito dubitabat D Auguſt. in titul. Pſalm. 74. *Si ergo nondum habes petitiones cordis tui, unde delectaris.* Delectare, ait Propheta in præſenti, *dabit* in futuro? idem enim eſt, quod ipſe dicat, ac ſpondeat, ac ſi jam habeas. Idem D. Auguſt. *Quia*, ait, *terram tenes promiſſionem ejus, qui ſe effecit promittendo debitorem.* Vide in hoc, & ſuperioribus tomis. Verbo *Permiſſio.*

Matt. 26.
Deus infalibiliter ſua promiſſa ac verba adimplet.
Pſalm. 36.
D. Auguſt.

21. D. Ambr. Septimò D. Ambroſ in cap. 23. Luc. *Acetum bibitur, ait, vinum cum felle mixtum non bibitur; non quia fel, ſed quia admixta vino amaritudines recuſantur.* Cum meus Ieſus penderet in cruce, ſpongiam aceto plenam obtulerunt ori ejus, *Cum ergo Jeſus accepiſſet acetum dixit conſummatum eſt,* Ioan 19. num. 30. Attamen hic vinum mixtum cum felle reſpuit, & noluit bibere; Hauſit acetum quia erat merum acetum, labia verò hic à vino avertit, quia erat cum felle mixtum, in quo denotabatur admixtio bonitatis, ac malitiæ; plus Domino, quam fel diſplicet fellis, & vini dimixtio. *Non quia fel, ſed quia admixta vino amaritudines recuſantur.* Boni, & mali conjunctio, plus diſciplet quam malum per ſe ſolum. Præcipit Deus Adamo. *Ex omni ligno Paradiſi comede. De ligno autem ſcientiæ, boni & mali ne comedas,* Geneſ 2. n. 17. Si omnis arbor homini conceditur, cum hæc ſcientia boni, & mali intercluditur, quid habuit hoc lignum, ut homini videretur diſconveniens. Planta hæc boni & mali exhibebat ſcientiam; ibique admixtio erat bonitatis, ac malitiæ, quæ minimè congruebat verò Deo dedicato, ac conſecrato, ut erat Adamus in ſtatu innocentiæ, & inde fructus hujus ligni prohibetur quia in eo ſcientia boni, ac mali conjungebatur. Vide tom 3. c. 29 q. 5. n. 36. 37. 38. & t. 4. c. 22. 8 n. 40. 41. 42.

Joan. 19.
Maximè diſplicet Deo commixtio boni ac mali.
Geneſ. 2.

22. D. Marc. Octavò. D. Marcus ait. *Dabant ei bibere myrrhatum vinum.* Seu ut habet Syriacus. *Vinum mixtum cum myrrha.* Quod vinum, ut vult Salmeiron tom. 10. tract. 35. de crucifixione, damnatis dabatur ad corroborandas vires ad crucis dolores ferendos; imo ad conſopiendos ſenſus ne acerbitatem mortis ſentirent; unde ut ait Divus Marcus: *Non accepit*; & D. Math. *Cum guſtaſſet noluit bibere.* Ut omnibus manifeſtum relinqueret, eam portionem, ſibi minimè eſſe neceſſariam, ad crucem, ac mortem ſuſtinendam, cum ad ipſam ejúſque duritiem gaudens, ac libens ſubiret, unde nihil ab eo magis alienum excogitari poterat, quam illius dolores, ac cruciatus velle extenuare, ac mitigare, ſenſuſque ad eos ſuſtinendos conſopire. Pulchrè ſub perſona ipſiuſmet

Chriſtus à ſuo amore impellebatur ad multos dolores perferendos.

Iſai. 63. ſiuſmet Chriſti in cruce pendentis Ait Iſaias 63, 5. *Indignatio mea, auxiliata eſt mihi.* Venuſte lectio Tigurina. *Æſtus meus me fulciebat.* Tanquam ſi diceret, nullo alio medicamento, aut robore, ſeu ſuſtentaculo externo indigeo ad acerbam crucis mortem perferendam, cùm ab interno æſtu mei amoris ad multo graviora ſuſtinenda fulcior, ac coarctor nimis.

Tigurina.

23. *Chriſtus avidiſſimè ſentiebat dolores.*

Unde non abs re id, quod D. Marc. appellat *Vinum myrrhatum*, à D. Matth. dicitur. *Vinum cum felle miſtum*; nil enim magis felleum; ac amarum, quam Chriſto oblata myrrha ad conſopiendum ſenſum ejus, cum nihil eſſet ei ſuavius, ac jucundius, quam ipſamet mortis acerbitas, ac amaritudo; unde & illa potio, quæ aliis erat ſuavis; ei ſic acris erat veluti fel. Ex quo cum magna emphaſi ait D Matth. *Cùm guſtaſſet: noluit bibere.* Chriſtus optimè agnoſcebat, qualè eſſet illud vinum, tamen ut melius ſuum animum nobis declararet, divitiáſque ſui amoris oſtenderet, ſic ſumere voluit illud vinum, ac ſi totum eſſet hauriendum, ſed cùm myrrham guſtavit, ſtatim ab ore removit, manifeſtans in cruciatibus non eſſe in animo ſuo ſenſum eripere, ſed magis, ac magis pati; majores, ac majores dolores pro hominibus perferre.

D. Matth.

24. Marcum.

Ex quo intelliges, quod Chriſtus Dominus oblatum vinum myrrhatum non accepit, ut ſcribit D. Marc. at verò pendens in cruce acetum hauſit. Ut ait Ioan. 19. num. 20. *Cùm ergo accepiſſet Jeſus acetum.* Cujus ratio eſt, myrrham reſpuit, quia ipſa eripiebat ſenſus ad dolores perferendos, quos ille maximè ſitiebat, hinc verò acetum libenter accipit, nam hoc vehementer arcuit ſenſus ad cruciatus ſuſtinendos, ut notat Baron. t. 1. Annali. Myrrham impedientem dolores rejicit; acetũ ad promovendũ ſenſus ad cruciatus libentiſſimè amplectitur; nil ei ſuavius, quàm dolores experiri, nil amarius verò quàm à doloribus abeſſe.

Joan. 19. *Cruciatus Jeſu dulces ab illis abeſſe durum.*

Luc. 23. *n.* 33. Et poſtquam venerunt in locum, qui vocatur Calvaria, ibi crucifixerunt eum; & latrones, unum à dextris, & alterum à ſiniſtris.

VERSIONES.

Syriacus. Quumque veniſſent ad locum quendam, qui vocatur Calvaria, crucifixerunt eum illic, illoſque maleficos, unum à dextera ejus, & alterum à ſiniſtra.

Arabicus. Et cum eo duos malefactores, unum à dextris ejus, alterum à ſiniſtris.

Theophyl. Vatabl. Ibi crucifixerunt eum, & duos facinoroſos.

ALTER TEXTUS.

Joan. 19. *n.* 8. Ubi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos, hinc, & hinc, medium autem Jeſum.

EXPOSITIO II.

ET *poſtquam venerunt in locum, qui vocatur Calvaria* De quo multa jam dixi q. 2. *ibi crucifixerunt eum, & latrones.* Maxima fuit Judæorum nequitia, ut notavit Theodoretus ſerm. 10 de Providencia, volentes Chriſti juſtitiam modis omnibus occultare, non tantum crucis morte ſunt contenti, ſed etiam nequiſſimis hominibus eum aſſociant, ut eorum ſimilis reputaretur, imò in medio tanquam eorum princeps, ac dux conſtituitur, cætera multa require in quæſtionibus. 25.

Theodor.

QUÆSTIO IV.

Quo tempore, die, ac hora Chriſtus crucifixus, ac mortuus eſt?

ILluſtriſſimo die 25 Martij, in cujus diei duratione extitit in cœlo Victoria S. Michaëlis Archangeli contra Draconem, ac ſequaces ejus; qua & die mundus creatus eſt, qua & die Abrahamus in monte Moria, hoc eſt in Calvario, ut jam dixi quæſt. 1. obtulit filium ſuum Iſaac in ſacrificium Deo, qua & die filij Iſraël egreſſi ſunt de Ægypto, qua & die Chriſtus Jeſus de Spiritu Sancto in utero Virginis conceptus eſt; hac & die 25. Martii crucifixus, ac mortuus eſt. Adamus feria ſexta conditus eſt, feria ſexta Chriſtus crucifigitur, ac moritur. Adamus hora ſexta, hoc eſt meridiana apud nos. comedit pomum vetitum. Eademque hora ſexta Jeſus crucis patibulo affigitur; ut eadem hora, qua homo lapſus eſt, erigeretur, & qua hora commiſſum eſt debitum, daretur ſolutio. Hora nona hoc eſt tertia poſt meridiem venit Deus ad auram poſt meridiem ad Adam; ut eum ejiceret de Paradiſo, eadémque hora nona meus Jeſus verus Dei filius Spiritus oris noſtri ſub cujus umbra vivimus, animam efflavit, ut eadem hora omnes nos revocaret à tartareis faucibus ad vitam, ac ſalutem quæ omnia ſingillatim probo. 26.

Quot mirabilia acciderint die vigeſima quinta Martii.

Appendix ad Adonis Martyrol. quam edidit Herebertus Roſveyd ad diem 25. Martij ſic habet *Jeroſolymæ Dominus noſter Jeſus Chriſtus crucifixus eſt, & in eadem civitate paſſio ſancti Jacobi Apoſtoli, ſicut in Actibus Apoſtolorum legitur. Eodem die immolatio Iſaac, & tranſitus filiorum Iſraël per mare rubrum, & victoria Michaëlis Archangeli contra Draconem.* Primò ait, Quod in hac die incidit Victoria Michaëlis Archangeli contra principem Dæmoniorum, ac ſequaces ejus. Eadem enim die mundus creatus eſt à Deo, nam ſimul cum mundo Angeli conditi ſunt à Deo, idque in cœlo Empyreo, cujus cives, ac incolæ ſunt, ut cum D. Auguſt. Gregor. Rupert. Beda, Magiſtro, & aliis tenet Cornelius à Lapide ad cap. 1. Geneſ. in Comment ad 1. Verſum § *Quæres, ubi & quando.* Et docet Concilium Lateranenſe ſub Innocentio III *Firma*, ait, *fide credendum eſt Deum ab initio temporis ſimul utramque de nihilo condidiſſe creaturam ſpiritualem, & corporalem, Angelicam, & mundanam*; ac proinde quando ſcriptura ait; *In principio creavit Deus cœlum, & terram* Tunc creati ſunt Angeli in cœlo à quo ejecti in profundum terræ, nam antea nec erat cœlum, nec terra. 27.

Adonis Martyrolog.

Angeli conditi ſimul cum mundo.

D. Auguſt. D. Gregor. Abulenſis. Beda Cornel. Conc. Later.

28. *Chriſtus, mortuus die 25. Martii.* — Martyrol. Romanum. — L. Dexter. — D. Auguſt. Tertull. D. Thom. D. Anton. Suar.

In hacque die 25. Martii fuit immolatio Iſaac, & tranſitus filiorum Iſraël per mare rubrum. In hacque die Chriſtus Jeſus utero Sacratiſſimæ Virginis Mariæ conceptus, ut tenent omnes tam Latini, quam Græci, eadémque die 25. adimpletis triginta tribus annis, & tribus menſibus crucifixus eſt, ſic habet Eccleſia in Martyrologio Romano die 25. Martii, ubi facit mentionem S. Dymæ Latronis *Qui in cruce Chriſtum confeſſus eſt, & ab eo meruit audire: Hodie mecum eris in Paradiſo.* Quod etiam tradit L. Dexter. in Chronico ad annum Chriſti 34. Chriſtus D ait, *in crucem actus octavo Kalend. April.* hoc eſt die 25. Martii, *invidia Judæorum crucifixus pro ſalute totius generis humani libenter mortem oppetit.* Idémque tradunt D. Aug. lib. 4. de Trinit. cap. 5. & lib. 18. de civitat cap. ultim. Tertullian. lib. contra Jud. cap. 8. D. Chryſoſtom. ſerm. quodam de Nativ. Baptiſtæ D. Thomas, S. Antoni. Platina, Uſuardus, & alii apud Suar. tom. 2. ad 3. p. diſput. 40. ſect. 5. in fine. In hac ergo die 25. Martii, qua Chriſtus mortuus eſt, explevit 34. annos, à conceptione, ac Incarnatione ſua.

29. *Feria ſexta Adam conditus.* — D. Auguſt. Philo.

Adamus feria ſexta creatus eſt dicitur enim Geneſ. 2. n. 1. *Complevit Deus die ſeptimo opus ſuus.* Die ſeptimo ſcilicet excluſivè, nam incluſivè Deus complevit opus ſuum die ſexto, ut habent ſeptuaginta; cœpit enim die Dominico, & complevit feria ſexta, ſive die veneris, ita ut ſequenti die ſeptimo quieverit, qui dies ab hac quiete Dei vocatus eſt ſabbatum, ita D. Auguſt. lib. 4. de Geneſ ad liter. cap. 1. Philo de Opificio mundi, D. Chryſoſt. Beda, Procop. & alii.

30. *Jeſus feria ſexta mortuus.*

Chriſtus Jeſus ut hominem; quem olim condiderat in novam creaturam crearet; feria ſexta, hoc eſt die Paraſceves crucifixus, & mortuus eſt, ut tradunt ſancti Evangeliſtæ Matth. 27. num. 27. num. 62. Marc 15 n. 42. Luc. 23 num. 54. Joan. 19. num. 14.

31. *Adamus hora meridiana comedit, Jeſus eadem hora crucifigitur.* — Theop. — Beda. — Procopius.

Adamus feria ſexta matutino tempore compoſitus eſt ex luto; Chriſtus feria ſexta matutino tempore ad multa tribunalia adductus, flagellatus; eſt Adamus ferra ſexta, & hora ſexta, hoc eſt meridiana extendit manum ſuam ad arborem & comedit pomum vetitum; eodem die, eadémque hora meridiana, Chriſtus Jeſus felle, & aceto potatus extendit manus ſuas ad crucem, cui affixus eſt, ut eadem hora, qua mors introducta eſt in mundum, deſtrueretur. Theophyl. *Sexta die*, ait, *homo eſt conditus, qui & ſexta hora de ligno comedit, qua igitur hora Dominus hominem condidit, eadem & lapſum curavit; ſexta die, ſexta hora cruci affixus eſt.* Similiter Beda in Marc *Rationis*, inquit, *imò divinæ pietatis ordo poſcebat, ut qua hora primus Adam peccando mortem huic mundo invexerat, eadem hora ſecundus Adam mortem moriendo deſtrueret.* Idémque ferè habet Procopius.

32. Joan. 19. *Jeſu hora meridiana crucifigitur.* Marc. 15. D. Aug. — *Alia ſolutio.*

Circa id, quod dixi, quod Chriſtus Crucifixus eſt hora ſexta, ita expreſsè teſtatur D. Joan 19. n. 14 *Erat hora quaſi ſexta.* Et ita conſtanter tenent omnes Patres Dices tamen Marc cap. 15. num. 25. ait. *Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.* Reſpondet D. Auguſt. lib. 3. de Conſenſu Evangeliſt. cap. 13. Quod D. Marc. non eſt intelligendus de crucifixione, quando re ipſa facta eſt in Calvario, ſed quando facta eſt linguis Judæorum clamantium *Crucifige, crucifige eum,* Quod factum hora tertia, hanc expoſitionem ſequuntur graves DD. eſt etiam alia expoſitio, quod quando D. Marc. ait, quod hora tertia crucifixerunt eum, non intelligitur hora tertia incipiens, ſed finiens: finis autem horæ tertiæ, erat initium ſextæ, nam totum illud ſpatium ab hora tertia uſque in ſextam dicebatur hora tertia, & D. Marc. nil aliud intendere patet ex ejus citato c. 15. n. 33. ſubdit; *Et facta hora ſexta tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram.*

33. *Hora tertia venit Deus ad Adam. eadem hora moritur Chriſtus.* — D. Irenæus. Pereira.

Venit Deus ad Adam, poſt meridiem ad primos parentes hora nona, hæc eſt apud nos hora tertia tranſacto meridie, ut eos ejiceret à Paradiſo, ut docent D. Irenæus lib. 5. adverſ. Hæreſ. D. Cyrill. D. Epiphan. Moyſes Barcephas, D. Ephrem. & alii, quos citat, & ſequitur Pereira in Geneſ. ad cap 3. verſ. 23. q. 1. in exordio. Chriſtus Jeſus hora nona in cruce mortuus eſt, ut ſua morte nos ad vitam ac paradiſum revocaret, et homo, qui per inobedientiam voluit appetere, quod ſuum non erat, ſcilicet Divinitatem, *Eritis ſicut Dii* Et inde omne bonum amiſit, Chriſtus per obedientiam moriens dat nobis; quod ſuum erat, vitam ſcilicet, ac Paradiſum, nos ad omnem felicitatem ſublevans, omnéque bonum concedens.

QUÆSTIO V.

Ineffabilis nuditas Jeſu ad crucifixionem.

34. *Conſuetudo Romanorum.* — D. Auguſt.

NUdus crucifigitur meus Jeſus, ut patet Marc. 15. n. 24. *Et crucifigentes eum, diviſerunt veſtimenta ejus mittentes ſortes ſuper eis.* Similiter Matth. 27. n. 35. Quod factum eſt de morte Romanorum, apud quos, & alias gentes ut tradit D. Auguſt. lib. 16. de Civit. Dei. cap. 2. & lib. contra Fauſtum cap. 12 cruci damnati, nudi affigebantur.

35. Gretſer. Suarez Franc. Luc. Cornel. — D. Ambr. — D. Tauler.

An verò ita fuerit nudus Jeſus ut nec verenda quidem habuerit tecta, & velata, quæſtio eſt; affirmant, quod non fuit permiſſum à militibus, ut quæ natura texit Chriſto velarentur. Ita Gretſerus lib. 1. de cruce cap 27. Suarez tom. 2. ad 3. parr. diſp. 36. ſect 4. Franciſ. Lucas, Cornelius hic, quod factum eſt, inquiunt, ut ſummus pudor, ac dolor, eſſet Chriſto ſumme pudico & verecundo. Adducunt pro ſe D. Ambr. in c. 22. Luc qui ait. *Nudus crucem aſcendit, talis ergo aſcendat qui ſæculum vincere parat, ut ſæculi adjumenta non quærat Victus eſt Adamus qui veſtimenta quæſivit; vicit ille, qui veſtimenta depoſuit, & talis aſcendit, quales nos auctore Deo natura formavit.* D. Taulerus exactæ Vitæ Chriſti cap. 33. *Adam*, ait, *ob omiſſam innocentiam tegere ſe, & veſtibus operire feſtinavit: Chriſtus verè nudatus eſt; eo quod integram, & illæſam ſervaret innocentiæ puritatem, nec ullo alio ei tegmine opus erat.*

36. *Contraria ſententia.* — D. Anſelm. Abulenſ. Carthuſ.

Contraria ſententia mihi probabilior videtur. Et hanc ſententiam docent D. Anſelmus de paſſ. Chriſti, Abulenſ. p. d. 5. cap 2. Dionyſ. Carthuſ. Barrad. hic Doctor Joan. Carthag. tom. 4. lib. 10. hom. 21. §. *Hæc tamen omnia.*

37. S. Brigitta.

Probatur primò ex revelat. B. Brigittæ lib. 1. Revel. cap. 10. in qua ſacratiſſima Virgo ſic ei alloquitur. *Stante filio meo, ſicut natus erat, nudo corpore, unus tunc accurrens apportavit ſibi vela-*

men,

men quo ipſe exultans intimè velabat verenda ſua. Similia habentur lib.4.c.7. Secundo Aquiſgrani ſumma veneratione colitur linteum aſſervatum, quo Chriſtus à cruce pendens in tegendis coopertus fuit ut etiam in Bavariæ monte ſancto ejuſdem lintei aliquid aſſervari omnes illius provinciæ teſtantur. Tertiò, quia in ſacra ſindone in qua Chriſtus involutus ſepultus fuit, cujus partes oſtenduntur apud Taurinenſes; apud Veſontienſes, apud nos Ulyſippon. in Conventu B. Matris Dei de quibus facit mentionem Joan. Ferrand. de Reliquiis c.1.art.2.ſect.1.§ *Hinc & ſic* eſt expreſſa imago Chriſti, in qua tam pars exterior, quàm poſterior corporis ejus; linteo quodam tegente cooperienda manifeſtis ſignis oſtenditur. quartò, quia verendorum nuditas poſt Adæ lapſum, quandam indecentiam honeſtati repugnantem præ ſe fert; non ergo admitti debet in Chriſto, totius pudicitiæ, ac honeſtatis ſpeculo, cum ipſe facilè potuiſſet illa vitare. Nec ſancti Patres contra hoc aliquid docent.

Joann. Ferr.

QUÆSTIO VI.

Quare meus Jeſus nudus voluit pendere in cruce?

38. PRIMA ſolutio patet ex ſuperiori quæſtione, quia illa erat conſuetudo Romanorum in crucifigendis, quam Chriſtus D. in ſe ipſo voluit obſervari. Secundo reſpondet Simon Caſſian. lib. 13 *Eum*, ait. *expoliaverunt veſtimentis omnibus ejus, ut nuditas eſſet ad opprobrium.* Magna injuria; magnúmque opprobrium erat nuditas Chriſto D. eique inde magnus pudor, & dolor. De Jeruſalem ait Ieremias 13.n. 26. *Ego nudavi femora tua. contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua?* Chald. *Revelabo confuſionem tuam.* Ex eo quod paries corporis nudatæ videbantur, ac apparuerunt, ſtatim ignominia, ac confuſio contra eorum faciem verſa eſt. Refert Plutarch. de Virtute fœmin. quod cum multis Virginibus dirus animus incidiſſet, ut ſemetipſas ſuſpendio interficerent. *Verba*, ait, *& lachryma parentum nihil efficiebant, ſed ſeſe interficiendis omnium cuſtodum induſtriam, & calliditatem vincebant. Donec quidam homo prudens legem promulgavit, quæ jubebat omnes, quæ ſe ſuſpendiſſent, nudas per forum efferri. Hæc lex omninò abolevit illam mortis cupiditatem: metus enim ignominiæ profligavit cupiditatem mortis* Si enim poſt mortem tantam ignominiam ſuis corporibus timebant, qualemnam formidarent, ſi cùm adhuc in vivis eſſent, illam ſuſtinerent.

Simon. Caſ. — Jerem. 13. — Chald. — *Ex nuditate opprobrium.* — Plutarch.

39. Et ſi nuditas viro ingenuo eſt valdè gravis & dura, qualiſnam eſſet ſummæ pudicitiæ, ac honeſtati mei Jeſu, quod corpus ejus in omnium ſpectaculo eſſet denudatum, quod dirum & rigidum tormentum erat ipſi, ut hoc non ſolum videatur æquari, ſed etiam ſuper et omnia alia tortormenta Præclarè Euthym. ad c. 27. Matth. ad illa verba *Diviſerunt veſtimenta ejus*: Sic ait. *Conſidera totum Salvatoris corpus injuriis affectum: caput quidem per ſpineam coronam, & arundinis percuſſionem, faciem per ſputa, maxillas autem per alapas, os verò per fel, & acetum, aures per blaſphemias, collum per colaphos, dorſum, & pectus flagellis; & verberibus, manus autem & pedes clavis, latus verò lancea, cæteras quoque partes chlamyde.* Profundè conſidera quæ ſequuntur. *Et ut ſemel dicam totum corpus ſpectaculo eſt expoſitum.* Omnia ſuperiora tormenta in hoc uno recapitulantur, quod corpus ejus nudum eſſet expoſitum omnium ſpectaculo. *Ut ſemel dicam*, Tanquam ſi in compendio dicam, omnes ejus cruciatus, *totum corpus ejus ſpectaculo eſt expoſitum*, quod ſcilicet eſſet denudatum

Nuditas ſuperat omnia. — Euthym.

40. Cùm meus Jeſus penderet in cruce; ait Regius Vates Pſal. 21. n. 13 & 14. *Circundederunt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me, aperuerunt ſuper me os ſuum ſicut leo rapiens, & rugiens.* Stabant Iudæi, ac milites tanquam vituli, ac tauri, fortes, & robuſti, & tanquam leones famelici rugientes ad prædam, frementes omnes in Ieſum *Concilium malignantium obſedit me* Seu ut legit D. Hieron. *Conſilium peſſimorum.* Et quid agebatur in conſilio, quomodo nempè dolores, tormenta, ac opprobria multiplicarentur in Chriſtum, & quid inde factum eſt. *Ipſi verò conſideraverunt, & inſpexerunt me, & diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. n.* 18. 19. Egreſſum eſt à concilio peſſimorum, quod veluti parum erat; alapæ; colaphi, verbera, ſpinæ, clavi, niſi ipſi inſpicerent corpus Chriſti nudatum à ſuis veſtibus, ut ſuper illias ſortes mitterent, appendentes nudationem corporis ejus ſuper flagella, ſpinas, clavos, ac cæteros cruciatus, & ignominias.

Pſalm. 21. — D. Hieron. — *Nuditas ſuper omnes cruciatus.*

42. Noe plantavit vineam, bibénſque ex ea vinum, inebriatus jacebat in domo nudus, quod cùm vidiſſet Cham patris verenda nudata nuntiavit duobus fratribus ſuis Sem, & Iaphet, qui deponentes pallium ab humeris ſuis atris nuditatem operuerunt. Maledixit Cham, & benedixit Sem, & Iaphet. *Maledictus Cham, ſervus ſervorum erit fratribus ſuis, dilatet Deus Japhet, & habitet in tabernaculo Sem.* Geneſ. 9 n. 25. & 27. Cur prudentiſſimus Noe tam rigidus in filium, quodnam fuit hoc crimen? Ut videns patris naditatem non tegeret, ut in ſummam pœnam maledictionem incurreret; & quodnam tantum obſequium Sem, & Iaphet, ut tamtam benedictionem multis bonis repletam impetrarent; prudentiſſimus Noe pro magna injuria reputavit corpus ſuum eſſe nudatum, inde quod Cham cùm vidiſſet eum denudatum, non cooperuiſſet in magnum opprobrium, ac grave crimen in ſe commiſſum reputavit; & quod Sem, & Iaphet eum velaſſent, pro magno habuit obſequio. Hinc Cham tanquam pro graviſſimo crimine maledictione depreſſit, Sem vero, & Iaphet pro venerabili famulatu benedictione extollit Vide ſupra hoc lib. 8. c. 10. q. 4.

Geneſ. 9. — *Nuditas ſummum opprobrium.*

41. Reſpondet ſecundo ad quæſtionem citatus Simon. Caſſ lib. 13. *Eum expoliaverunt omnibus veſtimentis ſuis, ut faciliorem redderent ad tormentum.* Ut dolores, ac cruciatus Crucis expeditius, ac ſine ullo impedimento ſuſtineret, & ut etiam in hoc Divinus Magiſter magnum nobis daret documentum, quod ille, qui crucem Domini vult aſcendere ipſámque tenere, ac complecti debet exui ab omnibus mundialibus ipſáque deponere, ac à ſe abjicere: & inde crux conſtituitur im monte Calvario, hoc eſt in monte Calvo, carente ſcilicet omni arbore, & planta. Eleganter D. Athanaſ. orat de paſſ. *Se adverſus mortem*, ait, *ablatis veſtibus expedivit, & perſecutus eſt fugientem colubrum.* Qui adverſús truculentum

Caſſian. — *Ad crucem tenendam omnia temporalia dimitte.* — D. Athan.

geneſis

generis humani hoſtem in morte pugnabat merito confugit ad extremam nuditatem, ut hoſtes exſufflaret, ac devinceret.

43. Iſaias 3. Ait Iſaïs 3.n.17. *Decalvabit Dominus verticem filiorum Sion.* Spoliavit Dominus caput filiarum Sion ab omni operimento, ac ornamento, & ad quid ſic decalvavit ut faciat ibi Calvarium, in quo crux Chriſti conſtituatur. Drogo de ſacram. Paſſi. (Drogo. *Crux Chriſti in nuditate mundi.*) *Decalvavit verticem filiarum Sion, & faciet ibi Calvariæ locum ubi figatur glorioſa Crux Chriſti;* in capite figatur Crux Chriſti decalvabit, ſimilem Calvario faciet, denudetur ab omni planta, & arbore, ac mundana re. Et ſic immediate pergit Propheta. *Et Dominus crimen earum nudabit in die illa auferet Dominus ornamentum calcamentorum, & lunulas,* &c. à pede uſque ad caput debet homo denudari à temporalibus ut in eo Crux Chriſti infigatur ut mundum vincat de eoque triumphet, ait D. Ambroſius (D. Ambr.) in Catena Divi Thomæ ad cap. 2. Luc. *Victus eſt Adam, qui veſtimenta quæſivit, vicit ille, qui tegumenta depoſuit.*

44. D. Ambr. Tertiò, Proxime citatus D. Ambroſ. *Refert,* ait *conſiderare qualis crucem aſcendat; nudum enim video, talis ergo aſcendat, qui ſæculum vincere parat.* Cur bonus Rex, ac Dominus eam eligit mortem, in qua ſine veſtibus nudus occūberet? Aſcendit Chriſtus crucem, ut regnaret, *Dominus regnavit à ligno.* Et ut etiam omnium animos ad ſeſe alliceret? *Si exaltatus fuero omnia traham ad me ipſum.* Joan. 12. (Ioan. 12. *Qui regnare vult, omnia ſua largiatur*) Inde nudus, ac ſine veſtibus aſcendit, ut cunctis principibus fieret documentum, quod ſi ipſi volunt regnare, ac omnium animos ad ſe conciliare; debent omnia ſua dimitere, ab eiſque ſe denudare, ut univerſa ſua etiam cum intima tunica inter ſuos divinant, eiſque omnino donent. Vide ſequenti cap. quæſt. 2. n. 11.

45. Theodor. Quartò. Ad quæſtionem, reſpondet Theodorus homil. de Nativit. habita in Concilio Epheſi. cap. 2. Ubi fatur contra calumniantes nudam, & abjectam Chriſti humilitatem, *Cur,* ait, *paupertatem indignam dicis Deo, per quam mundus pietate ditatus eſt? Noli derogare paſſionibus, per quas impaſſibilitas noſtra generatur. Noli detrahere abjectioni, qua tyrannis diabolica eſt deſtructa.* Ipſe in extrema paupertate voluit eſſe in cruce, (*Chriſtus ſua nuditate cooperit nos.*) ut ſua paupertate nos ditaret, voluit eſſe nudus ut noſtram nuditatem cooperiret; voluit à ſuis veſtibus ſpoliari, ut nos immortalitatis ſtolis exornaret. Ait Paulus 2. Corinth. 3. n. 9 (2. Cor. 3.) *Scitis gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cum eſſet Dives, ut illius inopia vos divites eſſetis* Ubi pulchre notat Divus Chryſoſt. (D. Chryſ.) non eſſe dictū, ut ipſius diviciis vos divites eſſetis, ſed ut illius inopia. Chriſti paupertas noſtræ ſunt divitiæ. De Chriſto Jeſu ait Paulus ad Philipp. 2. n. 7. (Philipp. 2.) *Exinanivit ſemetipſum.* Cur Deus, qui dives eſt in omnibus ſic ſe exinanivit, ac evacuavit, ac in tantum ſeſe ſubmiſit, & abjecit? D. Achaſius Epiſcopus Melitēſis Conc. Epheſ. (Achaſius. *Exinanitur ut nos repleat.*) tom. 6. c. 11. *Quo dignam tanta exinanitione beneficentiam in nos transfunderet.* Vide altitudinem divini conſilii, exinanivit ſe, ut nos divitiis cumularet, ex beneficentia exhibita, oſtenditur exinanitionis virtus, & dignitas, non quod tantum ipſe ſe exinanit, & nudat, ſed quia ſe exinanit, & nudat, ut alios ditet, & multis donis repleat.

QUÆSTIO VII.

Explicatur modus, quo meus Jeſus crucifixus eſt.

Corona ſpinea in capite ſuo Jeſus crucifixus eſt, ut teſtatur antiquiſſima pictura Eccleſiæ, & docent ſancti Patres, D. Cyprian. de Paſſio. Domini. Tertullian. lib. contra Judæos cap 13. & communiter omnes Auctores; ſicque revelatum B. Brigittæ, lib. 7 c. 15. *Quo facto coronam de ſpinis, quam depoſuerant de capite ejus, cum crucifigeretur, iterum impoſuerunt, & aptarunt capiti ſuo ſacratiſſimo.* Ut Judæi Chriſtum denudarent à veſte inconſutili, à capite ejus deponunt coronam ſpineam, & cum eſſet nudus, iterum reponunt, magis ac magis dilacerantes, diverſis in partibus capitis magnum dolorem ingerentes, ac multiplicantes. 46. (*Corona ſpinea.* Tertul. B. Brigitta.)

An Chriſtus affixus fuerit in cruce erecta, an humi ſtrata?

Quantum ad modum, quo Chriſtus crucifixus eſt, de fide eſt certum, quod Chriſtus D. vere, ac realiter fuerit crucifixus, ut teſtantur quatuor Sacri Evangeliſtæ, an vero in cruce humi ſtrata, an erecta in aërem grandis eſt difficultas. 47. (*An Chriſtus fuerit crucifixus cruce erecta.*)

Prima Sententia eſt eorum, qui affirmant, crucem prius fuiſſe erectam, & poſtea Chriſtum in eam ſcalis elevatum, hanc ſententiam docent D. Gregor. Nazianz. tragæd. Chriſti patientis. D. Bonavent. in Faſciculo cap. 3. & lib. Meditat. Chriſti c. 78. Toletus in c. 19. Joann. annot. 4 Ribeira in c. 19. Joann verſ. 18. Lipſius tract. de cruce. Molanus tract. de Imaginibus, & picturis, qui citant pro hac ſententia D. Greg. Magn. D. Cyprian D. Auguſt. D. Chryſ. & favet illud Cantic. 7. num. 8. *Aſcendam in palmam & apprehendam fructus ejus.* Præcipuum fundamentum deſumitur ex revelatione facta S. Brigittæ l. 7. cap. 15 ubi ſic habetur. *Crux ejus à Judæis figebatur, & firmabatur fortiter in foramine petræ montis cū ſignis confixit cum malleo validiſſime. Cum igitur Crux ita ſolide firmata eſſet ibidem ſtatim adaptabantur tabulæ ligneæ in circuitu ſtipitis crucis per modum graduum: uſque ad locum, ubi pedes ejus crucifigi debebant, ut poſſent per illos gradus tabularum tam ipſe, quam crucifixores aſcendere & ſuper tabulas illas ſtare ad crucifigendum eum.* 48. (1. Sententia. D. Bonav. Tolet. Ribeira. Lipſius. Molanus. D. Greg. D. Cypr. D. Aug. D. Chryſ. Cant. 7. S. Brigitta.)

Secunda ſententia eſt eorum, qui aſſerunt Chriſtum humi jacente cruce fuiſſe crucifixum, Ita D. Anſelm. lib. de Paſſiō. circa finem. D. Anton. 1. p. Hiſtor tit. 5. cap. 9. ante medium. D. Laurentius Juſtinianus, ſerm. de Paſſio. Domini. Ubi ſic ait, *Ibi nudatus veſtibus ſolo ſupinus extenditur, configitur ſtipiti elevata in aëra.* Idem docent Abulenſ. Grethſerus, & alii: fundantur, quia hic modus crucifigendi facilior, & expeditior eſt, ille autem valde difficilis, & moleſtus etiam crucifixoribus, & in hac ſententia multi meditantur, quod crux iterum verſa eſt in humum, ut clavorum puncta retorquerentur, & quod quando crux elevata eſt, concuſſa ſunt omnia Chriſti oſſa, ſummúſque ei dolor illatus 49. (2. Sententia. D. Anſelm. D. Anton. D. Laurent. Aquilenſis. Grethſerus.)

Utraque ſententia probabilis, in qua pius animus poteſt multa devote meditari, quomodo autem 50.

Salmeiron. Suar. Lorinus. Cornel.

autem factum fuerit in re omnino incertum, & ideo rem definire non audent. Nec Salmeiron in præſenti Nec Suarez tom.2.ad 3. p diſp. 36. ſect. 3. § *Duo vero ſuperſunt*. Nec Lorinus in Pſal.21.verſ. 17. Nec Cornelius hic. §. Quarto poſſint, & ego etiam eam lectoris judicio relinquo.

Crucifiguntur manus & pedes.

Manus configuntur.

51. Statim magna vehementia arripuerunt manũ dexterã & magnũ dolorem importat, tanta acrimonia carnẽ,& oſſa penetrantes confixerunt, & clavus qui pollicis craſſitudinem æquabat,& tãtæ erat longitudinis,ut ultra crucis ſtipitem,non parum protenderetur, & partem carnis intra foramen ſ. cum fixam raperet; pari crudelitate ad ſiniſtram proceſſerunt,quæ cum longius diſtaret à foramine propter nervos contractiores redditos, idcirco incredibili ſævitia uſi ſunt, ut funibus in utraque manu ligatis, quidam dexteram manum vinculis retinebant,ne diſcerperetur;alii verò ſiniſtram fune trahebant,donec loco perforato,ac parato accommodari poſſet,exiſtimat D. Bonav.in meditationibus de paſſione,quod ſicut ante crucifixionem ferro proferente viam ad ingreſſum clavi in ligno paraverunt, id ipſum ante crucifixionem in manibus;ac pedibus Chriſti præſtiterunt.

D.Bonav.

52. D.Nazianz.

Ut ſatisfaciat pro noſtris manibus extenſis.

D. Gregorius Nazianz. de Paſſione Chriſti, *Chriſti manum adverſus manum poſitam eſſe arbitror manus ſcilicet Chriſti cruci affixas contra manum inconvenienter extenſam.* Manum Adæ vocat incontinenter extenſam ad cibum vetitum capiendum ex inobedientiæ, ac intemperantiæ vitio illam ipſe extendit, hinc Chriſtus ex obedientia, ac ſumma mortificatione extendit manus ad crucem,ut ſuis manibus extenſis ſatisfaceret pro iniquitate noſtrarum manuum, quæ tam proterve, ac injuſte extentæ ſunt ad vetita, & peccata.

53. *Crucifiguntur pedes.*

Deinde cum ad pedes crucifigendos,deveniſſent & ex manuum confixione corpus mirum in modum cum omnibus ſuis partibus contraheretur, ut pedes non poſſent pervenire ad locum deſignatum clavorum, inde crudeles miniſtri funem per humeros, ac etiam crura circumducentes validè, & inhumaniter corpus alligarunt, ut pedes quoad poſſent extenderent, ita tamen ut manus jam confixæ non dirumperentur impletum eſt illud Pſalmi *dinumeraverunt omnia oſſa mea.* Pſalm.21.

Pſalm.21.

54. Similiter pedes,ut & manus cruci affixi ſunt, & ob multas & graviſſimas cauſas ſic voluit pedibus ſuis cruci affigi. Primò Beda fixos habere voluit pedes in cruce, ut in eadem nos pedes figamus ejuſque veſtigia ſequentes. D. Hilarius ait, quod Chriſtus torcular calcavit ſolus, & ideò ejus pedes, ut calcantium in torculari ſanguine rubent. 3. Sephora uxor Moyſis ſanguine filii ſui tetigit & linivit pedes ejus, dicens *Sponſus ſanguinum tu mihi es.* Exod. 4 num. 25. ut ergo oſtenderet Chriſtus nobis fieri ſponſus ſanguinum, qui ſanguine ſuo ſponſabat ſibi Eccleſiam pedes ſuos clavis transfigi, & roſeo ſuo ſanguine tingi voluit. 4. ſerpenti dictum eſt. *Tu inſidiaberis calcaneo ejus.* Geneſ 3 ſcilicet noſtræ humanæ naturæ; ut ergo immunes ſimus à morſu ejus, calcaneos ſuos cruci adhærere voluit Chriſtus, ut Dæmonis caput contereret,ut jam amplius nobis non noceret.

Crucifiguntur pedes ob multas rationes. Beda. D Hilar. Exod.4.

An ad pedes Chriſti in cruce fuerit tabula.

D Irenæus, D Juſtinus quos citant, ac ſequuntur Gregor.Turonenſ.lib.1.de Gloria Martyrum cap 9.Grethſerus lib. 1. de cruce cap. 29. tenent in cruce fuiſſe ſuppedaneum,ſeu tabulam in qua innixi fuerunt Chriſti pedes Franciſc. Lucas in cap. 17. Matth ad verſ 35. in Comment. & alii exiſtimant crucem ad pedes Chriſti fuiſſe excavatam;ut calcibus pedum ejus in cavo illo receptis,pedes ejus non curvi ſed extenſi initerentur. 55.

D.Juſt. Turonenſ. Grethſerus. Franch Luc.

Tamen ut rectè ait Lipſius de cruce. Hæc fabrica delicatior videtur in cruce; & ſuperior modus dicendi non cohæret cum proprietate verborum ſacræ ſcripturæ, in quo non dicitur Chriſtum ſteriſſe in cruce ſed quod fuerit ſuſpenſus in illa? *Quem vos interemiſtis ſuſpendentes in ligno.* Ait D.Petrus Actor. 5 n. 30. *Maledictus qui pendet in ligno.* Ad Galat. 3. n. 13. Deinde ſi tabula fuiſſet, etiam eſſe repertat cum ipſa cruce; à Beata Helena, ut etiam titulus crucis fuit repertus cum ipſa cruce. De concavo illo in cruce nullus auctor antiquus facit mentionem. Tandem magis corroboratur hæc ſententia quia Chriſtus Dominus revelavit B. Brigittæ, ut habetur lib.Extravag.cap. 51. *Nec aliud ſuſtentaculum habebam niſi clavos,* ut ſtatim agens de clavis latiùs referam. 56.

Lipſius. Actor.5. Galat. 3. *Non fuit talis tabula.* S.Brigitta.

Adverto tamen hic, quod quamvis ſit de fide certum,Chriſtum Dominum cruci affixum fuiſſe clavis,ut ſtatim dicam,tamen graves Auctores,ac D.Hilar.lib.10.de Trinit. exiſtimant,quod perrater clavos adhibiti fuerunt funes ad alligandum corpus Chriſti cruci; aliqui enim tota moles corporis è manibus vix pendere, ac ſuſtentari potuiſſet;& Cornelius à Lapide, qui Romæ ſcripſit in Commentario in Matth ad cap.27.verſ.35. §. *Matthæus partim*, teſtatur hujuſmodi funes oſtendit Romæ in templo ſanctæ crucis in Jeruſalem ædificato à ſancta Helena. Et Nonnus Panopolitan in cap 19 Joan.ad verſ. 18. ait, manus Chriſti præter clavos ferre vinculo fuiſſe cruci aſtrictas. 57.

D.Hilar. *An præter clavos fuerint funes.* Cornelius. Nonnus.

De numero clavorum crucis Chriſti.

Graviſſimi ſunt Auctores aſſerentes Chriſtum Dominum Crucifixum fuiſſe tantum tribus clavis, D. Anſelm in Dialogo de Paſſio. Chriſti. D.Bonav.lib.meditati.Vitæ Chriſti c. 78. Rufin. lib 2.c.8.Nicephor.lib.8.c 29. Hiſtor. Tripartit. lib.1. Ludolphus. 2. vitæ Chriſti cap. 63. Abul. Parad 3.cap.10. fundatur, quia hic numerus clavorum ſufficit, & quia maiorem cruciatum, ac dolorem affert, qui ſi tantum fuerunt tres clavi, oportuerit utrumque pedem alterum ſuperpoſitum alteri uno clavo configi, quare neceſſe erat hujuſmodi clavum longiorem, ac craſſiorem eſſe,ac proinde magis,ac magis pedes perforare, & huic ſententiæ favet frequens pictura Chriſti crucifixi. 58

D. Anſelm. D Bonav. Rufinus. Nicephor. Tripartit. Abulenſis.

Alia ſententia aſſerit quatuor fuiſſe clavos perforantes manus, & pedes Chriſti. Hanc ſententiam tenent D. Cyprian. ſerm. de Paſſione 59.

Gregor

Turonenſ. Innocent. Grethſerus. Toletus. S. Brigitta.

Gregor Turonenſ. lib. 1. de gloria Martir. cap. 6. Innocentius III ſerm de uno Martyre; ubi ait: *Quatuor clavi ſunt, quatuor Virtutes principales.* Salmeiron tom 10 tract. 35 Grethſer l 1. de cruce, cap 21 Toletus in c 9 Joan. & alii multi. Stabilitur hæc ſententia ex revelatione facta S. Brigittæ lib. 1. cap. 10. & lib. 1. cap. 70. & lib. Extravag. revel. c. 51. ubi ſic habetur: *pedes deorſum tracti, & duobus clavis perfoſſi, nec aliud ſuſtentaculum habebant niſi clavos.* Corroboratur hæc ſententia ex antiquiſſimis imaginibus Chriſti crucifixi, quæ habentur Romæ apud S. Petrum, & apud S. Joannem Lateranenſem. Et etiam ex antiquiſſima imagine crucifixi per Nicodemum ſculpta, quæ colitur Lucæ, quæ eſt civitas Italiæ, & altera Lovanii in Eccleſia S. Michaëlis, & ideo ob tam gravia fundamenta hæc ſententia probabilior apparet.

Chriſtus crucifixus eſt facie ad Occidentem converſa.

60. Chriſtus ad occidentem verſus.

Chriſtus Jeſus pependit in cruce, facie à Jeroſolymis averſa, quam nempe relinquebat, & converſa ad occidentem tanquam Europam ſpectãs, in qua maxime Chriſtiana religio dilatãda erat D. Damaſcen lib. 4. de fide Orthodox. c. 13 *Dominus, ait, cũ in cruce penderet ad occaſum proſpiciebat* D Germ Patriarch. Conſtantinop. l a. in theatro Rerum Eccleſiæ. *Chriſtus cruci affixus ad occidentem erat intuens, ejus vero venerandarum manuum altera in Meridiem, altera in Septentrionem erat extenta* Hoc de Judæis prædixit Jeremias c. 18 n 17 *Dorſum, non faciem oſtendam eis, in die perditionis earum* & David Pſ 65 n 7. *Oculi ejus ſemper gentes reſpiciunt.* Et Chriſtus exiſtens in cruce voluit occidentem aſpicere ut ſignificaret eos, qui in tenebris, & umbra mortis ſedent, ſuo ſplendore illuminaturum. Quod vaticinavit Malachias 4. n 2 *Orietur vobis timentibus nomen meũ ſol juſtitiæ & ſanitas in pennis ejus.* Per pennas intelligo Chriſti manus in cruce extenſas ſalutiferum ſanguinem emanantes, & bene dicitur ſanitas pennis ejus, ut denotetur eximia velocitas, qua Chriſtus in ſalutem nobis adeſt.

Damaſcen. Germ. Jerem. 18. Pſalm 65. Malach 4.

61 Conſuetudo Chriſtianorum.

Ex hoc Chriſtiani ex Apoſtolorum conſuetudine orant ad Orientem, ut Chriſti crucifixi faciem ad occidentem verſam intueantur Hinc & eorum templa orientem reſpiciunt, in quibus Chriſti crucifixi imago occidentem adſpicit, quam qui intuentur, & adorant, neceſſario Orientem proſpiciunt. Ita D Damaſcen. D. German D. Hier Beda, Sedulius, Adrichomius & alii, quos citat, & ſequitur Archiepiſcopus Paleotus de ſtigmatibus Chriſti cap. 20 n. 7.

Paleotus.

QUÆSTIO VIII.

Acerbitas dolorum Crucis Chriſti vehementiſſima.

62. D. Brigitta.

INgentes Chriſti crucifixi dolores ſatis manifeſtantur ex revelatione facta à ſacratiſſima Virg. Maria B Brigittæ lib. 1. Revelat. c. 10 Ubi ait quod cum Chriſtus eſſet crucifixus; *Tunc oculi ejus apparuerunt ſemi-mortui, maxilla ejus ſubmerſa, vultus lugubris, os ejus apertum, & lingua ſanguinolenta, & venter dorſo inhærens conſumpto humore, quaſi non haberet viſcera. Omne corpus pallidum, & languidum ex fluxu, & egreſſione ſanguinis. Manus, & pedes ejus rigidiſſime extenti erant, & juxta formã crucis attracti, & conformati. Barba, & crines, ex toto reſperſi ſanguine itaque cum filius meus ſit laceratus, & fortiſſimæ naturæ erat.* Ecce quomodo erat meus Jeſus in cruce.

Crux dicitur à cruciatu, & licet omnes qui crucifigebantur multis doloribus affligerentur tamen ſuper omnes dolores, & cruciatus ſuſtinuit meus Jeſus; Ecce vir magnus, qui ut gigas exultavit ad currendam viam; qui cœlum & terram replet *cælum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum* Pſal 109. num. 1 Nunc verò tot dolores, cruciatus, ærumnæ irruerunt in eum, ut minimus, ac noviſſimus virorum appareret, ac verè *Vir dolorum.* Iſai 53. num 3. Vidimus eum, *Deſpectum, & noviſſimum virorum.* Septuaginta *Species inhonorata deficiens, præ filiis hominum* Græc *præ omnibus hominibus.* Arabic. *Vilis ex hominibus.* Ita ut explicant Forer Sanch videretur. *minimum quod ſit inter homines* ut jam ſupra dixi & quia Adamus voluit fieri primus non ſolum virorum, ſed & Angelorum, voluit enim æquiparari Deo, *eritis ſicut Dii.* Ideo Chriſtus cum in forma Dei eſſet, hoc efficaciſſimo remedio uſus eſt, ut ſic ſe exinaniret, ut fieret noviſſimus virorum.

63. Crux à cruciatu. Pſal. 109. Iſai. 53. Septuaginta Græcus. Forerius. Sanchez. Chriſtus doloribus preſſus.

64. Chriſtus moriens privatur ab omnibus elementis.

Inde cruci figitur inter latrones, ut eorum dux, & princeps, ac ut indignus cœtu virorum, indignus vita, indignuſque qui terram tangeret, & calcaret. Ecce moriens Auctor elementorum, ab omnibus elementis privatur. Privatur terra, quam crucifixus non tangit; privatur calore ignis, cum nudus pendet, frigoris rigorem ſuſtinens; privatur aqua, cum in ſiti ſua potatur aceto; privatur aëre cum ruptis venis, ac arteriis, reſpirare non poſſet, nec communem aërem haurire, & ideo breviter in tribus horis emiſit Spiritum, cum alii crucifixi, non ſolum uno die integro, ſed etiam biduo penderent, ut legitur de S. Andrea, & de aliis multis, ut referunt Lipſius de Cruce, & Grethſerus l b. 1. de cruce cap. 15.

Lipſius. Grethſerus.

65. B. Brigitta.

Aptatur meus Jeſus cruci, & ut revelatum eſt B. Brigittæ lib. 7. cap. 15. *Non coactus, ſed ſtatim voluntarie extendit brachium ſuum, & aperta ſua dextera manu, poſuit eam in cruce quam illi ſævi tortores immaniter crucifixerunt.* Cum ergò ſævi tortores accepiſſent manum dexteram, quod idẽ eſt de ſiniſtra ac pedibus, ait Regius Vates Pſalm 21. n. 18. *Ipſi verò conſideraverunt, & inſpexerunt me.* Palpantes, & attrectantes, Dydimus, totum corpus Chriſti, & unumquodque os demetientes, ut viderent, & inquirerent, ubi clavos cum majori ejus dolore, ac oppreſſione figere poſſent.

Pſalm. 21. Dydimus. Inquirunt ubi clavi majori ſint doloris.

66. D. Bonav.

D Bonaventura in meditationibus de Paſſione, ait *Præacuta ſude priùs Chriſti manus, & pedes perforatos ut facilior clavo configenti pateret aditus.* Sicut enim lignum ferro terebrante ad viam clavi perforatur, ſi & iniqui crucifixores in manibus, ac pedibus mei Jeſu fecerunt, & ſtatim adhibito malleo clavum magna vi impingente, clavus partes carnis, ac venarum ſecum vehementer rapuit in foramen crucis, O quantus, & ingens dolor ibi retenta & compreſſa *O vos omnes, qui tranſitis per viam attendite & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus,* Thren, 1.

Quanta crudelitate clavi infixi ſint. Thren 1.

Qui

Qui tranſitis per viam non ſolum eam quæ erat juxta Calvarium, ſed per viam totius mundi univerſi ſemel & iterum ac multipliciter, ſi eſt dolor ſimilis dolori meo, unde teſte Ludolpho de meditationibus Paſſionis revelatum fuit cuidam pio viro hujuſmodi transfixionem fuiſſe majorem pœnam, quam Dominus ſuſtinuit,quod facilè conſideranti ſit evidens.

Ludolph.

67. Chriſtus crucifixus eſt per volam manus, ut habet communis ſenſus fidelium, & paſſim Chriſtus crucifixus depingitur. Et favet Zacharias 13. num. 6. *Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum.* Multi meditantur Chriſtum fuiſſe crucifixum, non per volam manus, ſed per carpum infixis clavis. Carpus vocatur brachii extremitas, ubi eſt pulſus, & ubi brachium manui conjungitur; ac proinde contemplantur, quod clavi per pulſum non directè, ſed tranſverſim infixi ſunt, ita ut per carpum tranſirent in manum, & clavi extremitas in externam manus ſuperficiem deſineret, hocque modo clavus ipſam manum cruci affigeret. Clavi fuerunt valdè oblongi, apparet in illo, qui Romæ oſtenditur;& inde conjiciunt, quod ita Judæi Chriſtum crucifixerint, ut eum firmius cruci affigerent, & ut gravior eſſet dolor, quanto enim magis per carnem deducebatur clavus, tanto vehementiori dolore eum afficiebant.

Zach. 13. *Magna inhumanitate Chriſtus crucifixus.*

68. Pari crudelitate manum ſiniſtram attrectarunt, & cum ex vehementi dolore manus ſiniſtræ nervi eſſent contracti, & maximè diſtaret à foramine facto in cruce, ligato fune eam trahebant, donec ad locum deſignatum deveniret, quod idem dicendum eſt de pedibus, ut jam dixi ſuperiori quæſtione. In qua extenſione maximus, & graviſſimus fuit dolor Chriſti ut revelatum eſt B. Catharinæ Senenſi; & refertur in ejus vita ſcripta per Ambroſ. Catherin. lib 2. c.2. Nam licet certiſſimum ſit quod nullum ex oſſibus Chriſti fractum fuerit, tamen clavis, ac tam crudeli extenſione oſſa inter ſe diviſa, ac avulſa ſunt,ruptis venis,arteriis, ac nervis, ex quo maximus, & ſummus dolor eſt in corpore. In perſona Chriſti ait Regius Vates Pſalm. 21. num.18. *Dinumeraverunt omnia oſſa* *mea. Maronitæ legunt. *Vulneraverunt omnia oſſa mea.* Quaſi, explicat Lorin. denotetur ſtridor oſſium concuſſorum. *Dinumeraverunt omnia oſſa mea* ſicut corpus illud erat à ſanguine, humore, ac carne extenuatum, *oſſa mea ſicut cremium aruerunt.* Pſalm. 101. n. 4. ſicque tam rigidè, ac fortiter erat extentum in cruce, ut oſſa numerari poſſent. Noſter Incognitus. *Ex tali*,ait, *violenta corporis extenſione aperiebantur oſſium juncturæ, quia Chriſtus nudus fuit crucifixus; & ſic ad litteram poterant ejus oſſa dinumerari.*

B. Cath. Pſal. 21. *Alia lectio.* Lorin. Pſ. 101. *Dinumerari poterant oſſa.* Incognit.

69. Ad pedes devenientes, qui eodem modo crucifixi ſunt uno pede ſuper alterum ſuperpoſito, uno magno clavo, ut multi volunt, utrumque pedem tranſverberante, refert Lanſpergius de Paſſione, viro pio fuiſſe revelatum Chriſti pedes triginta, & ſex mallei ictibus fuiſſe cruci affixos, ex quo conjice quantus fuerit dolor, nam quolibet ictu clavus magis rumpebat carnes, arterias, ac nervos Ex eo enim D.Thomas 3.p. q.46.art. 6. in corpore, probat acerbitatem doloris, quam Chriſtus in hac clavi fixione manuum, & pedum ſuſtinuit, *Quia*,ait,*facta eſt in locis nervoſis, & maximè ſenſibilibus, ſcilicet in manibus, & pedibus, & ipſum pondus corporis pendentis continuò auget dolorem, & eum hoc etiam eſt doloris diuturnitas, quia non ſtatim moritur, ſicut hi, qui gladio feriuntur.* Magnus dolor fit in corpore ex ruptis arteriis, & nervis, quantus ergo dolor fuit in Chriſto, cum omnes ejus arteriæ, & nervi eſſent convulſi.

Lanſperg. *Quot ictibus clavi affixi.* D.Thom.

Ait Regius Vates in perſona Chriſti Pſalm. 21.num. 17. *Foderunt manus meas, & pedes meos.* Chaldaïcus in Bibliis regiis. *Mordentes manus meas, & pedes meos.* Nebienſis addit, *velut Leones:* tanta crudelitate, ac furore ſæviebant in Chriſtum, ut non ſolum flagellis, catenis ferreis, ſpinis, ac clavis eſſent contenti, ſed etiam veluti ſævi Leones præ rabie dentes in eum impingebant mordentes, & non ait: Transfixerunt manus meas, ſed foderunt, hoc eſt fodendo foſſas fecerunt, quod indicat magnitudinem, altitudinem ſacrorum vulnerum, ac ſi non tantum clavis, ſed potius ruderibus eſſet facta. Cardinalis Hugo notat, quod non dicitur; transfixerunt, ſed foderunt, quia ex profunda hac excavatione ad inſtar foſſæ proſiliit fructus in vitam æternam. 70.

Pſalm.21. Chal. Nebienſ. *Quam dirè ſæviebant in Chriſtum.* Hugo.

Ait Chriſtus Dominus Matth. 8. num. 20. *Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet ubi reclinet caput ſuum.* Suam ſummam paupertatem, ac deſertionem oſtendit Chriſtus, inquit Euthy. *Quia nec habeat, quantum ſufficiat ad tantum caput reclinandum.* At verò modo mi Jesu, non ſolum non habes, ubi caput reclines, ſed etiam ubi nec digitus, vel minima pars corporis; nam ſi vis reclinare caput ſpinæ crudeliter pungunt, ſi vis inclinare manus clavi prohibent, rigidè vulnerantes; ſi vis reclinare ſcapulas, crux lignum rigidum, & anguſtum; ſi vis reclinare crura vel tibias, clavi extendere non ſinunt, ſi vis reclinare pedes, clavus affixus crudeliter cruentat, & magnum dolorem parturit, ſi vis reclinare digitos manuum, vel pedum, ferrum tranſverberans ſcindens venas, & arterias omnino cohibet, & magnos cruciatus ingerit, & ſuper hæc blaſphemiæ, opprobria, ac convitia, quæ per totum aërem reſonabant. *Vah qui deſtruis templum Dei!* Ut ne in ipſa communi reſpiratione aëris poſſet habere aliquod levamen, totum enim peſtifera Judæorum malitia inficiebat. 71.

Matth. 8. *Non habet quo reclinet.*

In perſona Chriſti, ait Regius Vates Pſalm. 68.num.20. ad Patrem loquente. *Tu ſcis improperium meum, & confuſionem meam, & reverentiam meam.* Quæ verba ſic multi legunt ex Hebræo. *Tu cognoſcis angorem meum, & confuſionem meam.* Et pro reverentia D. Hieronym. legit verecundiam, Apollinarius. *Magnum ruborem meum.* Ac ſi dicat Chriſtus, & eſt communis ſenſus. Tu ſolus Pater cognoſcis meum angorem, dolorem, meámque confuſionem, ruborem, ac verecundiam, quam ex tot opprobriis, ac conviciis in me jactatis ſuſtineo. Jesus pendens in cruce erat in conſpectu omnium Angelorum, ac hominum, omnéſque ad ſuorum dolorum cognitionem invitabat, dicens. *O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite, & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus.* Thren. 1. Quomodo ergo ad Patrem tantum ait. *Tu ſcis angorem meum.* Et ſi omnes Angeli, Cherubim, ac Seraphim, & cives cæleſtes, ac omnes homines viderent Chriſti cruciatus, angores, dolores, ac opprobria, & contumelias, quæ in eum jactabantur, tamen gravitatem, ac magnitudinem ipſorum dolorum, ac injuriarum, 72.

Pſal. 68. Hebr. D.Hieron. Apollin. Thren. 1. *Solus Pater cognoſcebat gravitatem dolorum Chriſti.*

& opprobriorum, quæ Chriſtus ſuſtinebat, & Judæi crudeliter, ac ſeverè inferebant, non intellectus creatus, ſed ſolus Pater ſua infinita ſapientia ſciebat, ac cognoſcebat. Incognitus. *Tu ſcis, ait, quantum eſt ex parte Judæorum, Tu ſcis, quantum eſt ex parte mea.*

Incogn.

QUÆSTIO IX.

Chriſtus crucifixus ingens admiratio univerſo orbi.

73. Cyprian. DIvus Cyprianus de Paſſione Domini, ſic fatur. *Conſideravi opera tua, & expavi, clavis ſacros pedes terebrantibus foſſiſque manibus de vulnerum anxietate non loqueris, de ſpinis ſacrum caput pungentibus non quereris, ſed ſatagis ut innoteſcat poſteris, quare derelictus à Deo videaris, expoſitus contumeliis, & Judæorum ludibriis.* Ac ſi diceret, conſideravi te Domine in cruce pendentem, clavis affixum, ſpinis coronatum, verberibus affectum; tot ac tantis opprobriis appetitum, conſideravi, & expavi videns tuam ſummam patientiam, quod inter hæc de nullo conquereris, ſed tantum te dicis à Patre derelictum, ut cunctis innoteſcat, quod tot ac tanta patiaris, ac ſi à Patre eſſes derelictus. *Conſideravi opera tua, & expavi.*

Chriſti paſſio admiratio.

74. Ierem. 2. Ait Jeremias cap. 2. num. 12. *Obſtupeſcite cœli ſuper hoc, & portæ ejus deſolamini vehementer, dicit Dominus.* Inſpecta Chriſti morte, ac paſſione, *obſtupeſcite cœli, & portæ ejus deſolamini,* ſeu ut vertit Leo Hebræus, *exareſcite,* Maldonatus. *Rumpimini,* more deſolatorum mœſtitiam indicate, & præ ſtupore tot tormentorum mei Jesu, ac horrore tantæ impietatis Iſraël in ſuum redemptorem, ac ſalvatorem, rumpimini, ac deſolamini, quod idem eſt, ac ſolo æquari, veſtráque gloria, ac venuſtate privamini.

Hebr. Maldonat.

75. Zach. 13. Hebr. Videns Zacharias 13. numer. 6. Chriſtum plagatum per admirationem, quærit. *Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum?* Hebræus. *Inter manus tuas,* Propheta ſupernaturali lumine illuſtratus erat. Cur ergo ſic interrogat tanquam ſi ignoraret, quid eſſent plagæ illæ; tam mirabile eſt videre Jesum plagatum, ut etiam mens ſupernaturaliter elevata non valeat tantum myſterium capere, & intelligere, & ideò admirans quærit, ut audiat, & doceatur.

76. Quid enim mirabilius à ſæculo, quid magis ſtupendum in cœlo, aut in terra, quam Deus in cruce, quam Deus plagatus, clavatus, ſpinis coronatus, crucifixus? Eum intuens obſtupuit Sol, Luna, omniáque ſidera, adeò ut in ſuo curſu ceſſaverint, ut infrà dicam, cum de ecclipſi fuerit ſermo, ſuóſque radios à tam indigno ſpectaculo retraxerunt, obſtupuerunt ſepulchra, ſaxa, quando in ejus paſſione diviſa crepuerunt; obſtupuit orbis univerſus, quando ad ejus necem exhorreſcens terræ motu conquaſſatus, & quaſi è centro convulſus abſceſſit. Obſtupuerunt, & ſtupent Angeli Deum patientem, & inde exclamant. *Obſtupeſcite cœli ſuper hoc, & portæ ejus deſolamini vehementer.*

Ad mortem Chriſti obſtupuit totus orbis.

77. Dupliciter vidit Joannes viginti quatuor ſeniores adorare Deum, magno tamen diſcrimine, nam primo, cum Deus ſederet in throno majeſtatis, ſuam divinitatem oſtentans, ait Apocal. 4. num. 10. *Procidebant viginti quatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viventem in ſæcula ſæculorum.* Secundò, ait, quòd vidit Agnum ſtantem tanquam occiſum habentem cornua ſeptem, & tunc ſubdit Evangeliſta, capit. 5. n. 8. *Et viginti quatuor ſeniores ceciderunt coram Agno,* Arabic. *Proſtraverunt ſeſe coram Agno.* Et iterum infra, num. 14. *Et viginti quatuor ſeniores ceciderunt in facies ſuas.* Quid eſt, quod quando cœleſtes cives cum Deum reverentur in ſua majeſtate, ſtant tanquam erecto pectore, ac vultu, ſubmiſſo tamen animo, at verò cum accedunt ad Agnum tanquam occiſum Chriſtum mortuum, & paſſum exprimentem, non ſtant, ſed proſternunt ſeſe cadentes in facies ſuas. Primaſius. *Proſternunt ſeſe ante Agnum, in quo paſſio Chriſti figuratur.* Cum adorant Deum, ſtant erecto pectore, tanquam illam imminentem celſitudinem contemplantes; At verò cum ad Agnum occiſum Chriſtum ſcilicet paſſum ſe convertunt magnitudine tanti myſterii ſic obſtupeſcunt, ac admirantur, ut in eum non valeant aſpicere, ſed corruentes ſeſe proſternunt, & in facies ſuas cadunt.

Apoc. 4. Apoc. 5. Arabicus. Primaſ. *Ad præſentiam Chriſti paſſi obſtupeſcunt cœleſtes Spiritus.*

78. Auguſt. Divus Auguſtin. in meditat. capit. 6. ad præſentiam Chriſti crucifixi convocat in admirationem cœlum, & terram: & Angelos, & homines, ut Dominum ſuum plagatum, crucifixum, ac mortuum videant, & inde ad Æternum parentem convertit ſermonem. Dicens. *Specta gloriosè Genitor gratiſſimæ prolis lacera membra. Vide Redemptoris ſupplicium, & redempti dimitte delictum.*

QUÆSTIO X.

Quare Chriſtus D. non aliud mortis genus elegit, niſi tantum crucis?

79. SIcut Chriſtus oblatus eſt, quia ipſe voluit, ac voluntariè mortem ſubivit, ſic & voluntariè mortis genus elegit, poterat enim mori combuſtus, lapidatus, vel gladio jugulatus; cur crucifixus tantum dat ſpiritum?

80. Prima cauſa deſumenda eſt ex crudeli odio Judæorum in Chriſtum, ut ita exactius nomen ejus, doctrinam, ac legem extinguerent, inde eum morte ſummè infami, ac ignominioſa voluerunt punire, ut dicitur Sapient. 2. *Morte turpiſſima condemnemus eum.* Talis erat inter omnia mortis genera mors crucis, ut notat Divus Auguſtinus tract. 36. in Joan. *Illa morte,* ait, *pejus nihil fuit inter omnia genera mortium,* Et ſermon. 18. de verbis Domini. *Si genus mortis,* ait, *exhorreſcit infirmitas, nihil eo tempore fuit ignominioſius, quàm mors crucis, non enim fruſtra commendans ejus obedientiam Apoſtolus addidit dicens, factus eſt obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis.* Ut ergo hac probroſa crucis morte damnarent mentientes fabricarunt, quod ipſe Judæorum regnum à Cæſare voluiſſet uſurpare, nam rebelles, ac ſeditioſi regnum ambientes, Romanorum lege crucifigebantur, ut qui cæteris in regno eminere ambiebant, cæteris in ſupplicio eminerent.

Sapient. 2. Auguſt. *Morte ſummè ignominioſa.*

81. Secundò. Ex parte Dei, quia ut ait Paulus 1. Cor. 1. ubi verbum crucis Dei virtutem appellat, & ſubdit. *Quia quod ſtultum eſt Dei ſapientius eſt hominibus, & quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus.* Ut cunctis innoteſceret conſilium divinæ ſapientiæ, per ſtultitiam crucis redemit mundum; nam ut ait ipſe Apoſtolus citato loco, num. 23.

1. Cor. 1. *Deus damnationis inſtrumentum vertit in ſalutis remedium.*

Crux

Crux ipſa. *Judæis eſt ſcandalum gentibus ſtultitia, ipſis autem vocatis, & electis Dei virtus, & ſapientia.* Et ut ita crux, quæ erat tribunal mortis, & damnationis fieret Domini, ac vitæ tribunal. Leo. D. Leo ſerm 8. de Paſſione. *O admirabilis potentia crucis,* ait, *ô ineffabilis gloria paſſionis, in qua, & tribunal Domini, judicium mundi, & poteſtas eſt crucifixi.* Athanaſ. Et D. Athanaſ. in 5 Paraſceve. *Lignum,* ait, *quod erat damnationis inſtrumentum damnatis hominibus libertatis fructum produxit.*

82. Idem. Tertiò D. Athanaſ. de Incarnatione Verbi. *Nam ſi ideò venerat,* ait, *ut noſtra piacula, execrationéſque portaret, quomodo alia ratione execratio, aut piaculum fuiſſet, niſi execrabilem mortem in ſe recepiſſet? Eſt autem hoc ipſum crux, quemadmodum ſcriptum eſt:* Execrabilis quicumque in ligno Deut. 21. pendet. Deuter. 21. num. 25. Item Paulus *Chriſtus redemit nos de maledicto, factus pro nobis maledictum.* Galat. 3. Galat. 3 num. 13. Homo per peccatum adſtrictus erat maledictioni, execrationi, doloribus, ac pœnis; Crux autem erat veluti compendium, ac epilogus omnium dolorum, pœnarum, maledictionum, ac execrationum, ideo Chriſtus mortem crucis elegit, ut in ſe ſuſcipiens omnes pœnas, dolores, maledictiones, execrationes, pro nobis ſatisfaciens, nos ab illis omnibus liberaret; *Ut noſtra piacula, execrationeſque portaret;* & ſubdit, *Eſt autem hic ipſum crux.*

In cruce ſuſcepit Chriſtus noſtras pœnas, ac execrationes.

83. Offic. Eccl. Quartò. Deſumitur ratio ex his, quæ canit Eccleſia. *Per lignum ſervi facti ſumus, & per ſanctam crucem liberati ſumus* Et iterum *Ut unde mors oriebatur, inde vita reſurgeret, & qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur* D. Ambroſ. D. Ambroſ. in c. 4. Luc. *Mors per arborem, vita per crucem.* Leo. D. Leo Papa ſerm. 6 de Paſſ. ait. *Per lignum erigitur lapſus in ligno, & guſtu fellis, & aceti diluitur eſca peccati.* Damaſ. D. Damaſcenus lib. 4. de fide, cap. 12. *Quoniam morti per ligna aditus patuerat conſentaneum erat, ut per lignum quoque, vita & reſurrectio donaretur.* Mors in ligno indè maximè conſentaneum fuit ad ſatisfaciendum pro peccato primi parentis, qui extendens manum ad lignum vetitum, & fructum ſumens mortem induxit. Chriſtus ergo; *Quæ non rapui, tunc exſolvebam* Pſal 64. Pſalm 64 Extendens manus ad crucis arborem ſalutis fructum dedit, & vitam in orbem terrarum introduxit. Cantic. 8. Cantic 8. num. 5. *Sub arbore malo ſuſcitavi te. Ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua.* Id eſt ſub arbore crucis ſuſcitavi te ad vitam, ubi multis peccatis corrupta, ac depravata fuerat, mater tua antiqua, ſynagoga ſcilicet ut ibi explicant D Gregorius, Caſſiodorus, Beda, Rupertus, Anſelmus, & alii.

Vita per lignum, per quod fuit mors.

Gregor. Caſſiodor. Beda. Rupert. Anſelm.

84. Auguſt. Quintò. D. Auguſtinus Append de Diverſis ſerm 59 *Noluit,* ait, *lapidari, aut etiam gladio percuti, quia videlicet nos ſemper nobiſcum lapides aut ferrum ferre non poſſumus, quibus defendamur. Elegit verò crucem, quæ levi motu manus exprimitur, qua & contra inimici verſutias muniamur.* Noluit Dominus lapidari, nec ferro jugulari, quia lapides, vel ferrum non erat ſemper in noſtra poteſtate nobiſcum ferre. At verò crux facili manus motu fit in fronte digito, vel uno digito impoſito ſuper alium, ut ſic ſemper inſtrumentum noſtræ ſalutis nobiſcum haberemus, tanquam fortiſſimum munimen, ac ſcutum adversùs inimicorum inſidias; deinde ſi lapidaretur, non poterat cum hominibus communicare, ac loqui; nec ita oſtendere divitias ſui eximii amoris, erga Matrem, Diſcipulum, Latronem, ac erga homines, dum moriens pro eis rogat ad Patrem.

Noluit Dominus lapidari vel jugulari, ut crucem ſemper habere mus nobiſcum.

Sextò. D. Hieron. in cap. 15 Marc. *Species crucis,* ait, *quid eſt niſi forma quadrata mundi? Oriens de vertice fulgens, Arcton dextera tenet, Auſter in læva conſiſtit, Occidens ſub plantis firmatur.* 85. Hieron. Beda.
Quod etiam ipſe docuerat in cap. 27. Matth Beda in cap 22. Luc. & alii. Moritur in cruce tanquam totum orbem in ſe complectens, ſignificans, quod ſuæ mortis virtute, totus orbis ad ſe adducendus erat. Lactantius lib. 4 de vera ſapientia, cap 26. *Extendit in paſſione manus ſuas, orbémque dimenſus eſt, ut jam tunc oſtenderet, ab ortu Solis uſque ad occaſum, magnum populum ex omnibus linguis, & tribubus congregatum, ſub alas ſuas eſſe venturum: & ſignum illud maximum, atque ſublime frontibus ſuis ſuſcepturum.* D. Athanaſ. lib. de Incarnat. Verbi, conſiderans manus Chriſti extenſas in cruce, ſic ait. *Ut hac quidem veterem populum, illa verò gentiles attraheret, & ambos in ſe conjungeret.* De quo latius in hac quæſtione ad finem.

Ut totum orbem omplectens omnia ad ſe traheret. Lactant. Athanaſ.

Septimò. D. Auguſtinus in Pſalmo 104. *Ut diſcipuli ejus,* ait, *mortem non modo non timerent, ſed nec genus mortis horreſcerent.* Idem Auguſtin. lib. de agone Chriſti, cap. 11. *Noluit,* inquit, *timere contumelias, & cruces, & mortem, quia ſi timerent homines, non ea pateretur homo quem ſuſcepit filius Dei* Elegit Chriſtus crucis mortem, ut ſuo exemplo diſcipuli muniti non ſolum mortem, ſed nec etiam quamlibet probroſam ignominiam, non perhorreſcerent. & ideò extenſus in cruce voluit mori: veluti in ſe ſuſtinens omnes ignominias, omnéſque pœnas, quæ omnia in cruce recapitulabantur, ut Martyribus præberet exempla ad perferenda tormenta, crux, manus, pedéſque ſecat, ut gladius corpus, & equuleus diſtendit; veluti ungula lacerat, ac ſicut leo, vel alia ferox beſtia laniat, tanquam focus cruciata urit & quaſi lento igne hominem aſſat, & necat Unde ait Divus Laurent. Juſtinian. lib. de triumphali Chriſti agone, cap 19 *In Stephano lapidabatur, in Laurentio aſſabatur, ſicque in ſingulis ſingula martyrum cæterorúmque juſtorum ſuſtinebat tormenta.* 86. D. Auguſt.

Moritur in cruce, ut nullus timeat mortē, nec genus mortis. Laurent.

Octavò. D. Athanaſ. lib. citato *de Incarnatione Verbi Dei, ejúſque corporali ad nos adventu* Sic ait loquens de redemptione generis humani *Quonam alia ratione,* ait, *iſtud fieri poterat, niſi ea, qua in aëre tolleretur; de cruce eſt, quod loquor: ſolus ille in aëre moritur, qui in cruce vitam finit. Quare non ſine ratione, eam Dominus ſuſtinuit: ita enim ſublimatus aërem purificavit & purgavit ab omni diaboli, aliorúmque dæmonum infeſtatione dicens.* Luc 10. n. 18. *Vidi Satanam inſtar fulguris deſcendentem.* Sicque docent alii Patres. Cum Lucifer ſequacéſque ejus de cœlo per aërem caderent, ipſum aërem perturbarunt, ac coinquinarunt: ut ergo ipſum aërem Dominus purificaret in cruce exaltatus, in aëre mori decrevit. 87. Athanaſ. Luc. 10.

Ut purificaret aerem.

Aliter mentem ſanctorum Patrum interpretatur Velaſquez tom. 1. in epiſtola ad Philip. c 2. verſ. 8. adnot 1. §. *Benè quidem.* Moritur Chriſtus in cruce ut purgaret noſtrum communem aërem ab omni diaboli infeſtatione; expellens ab illo Dæmonem principem poteſtatis aëris hujus Ad Epheſ. 2. n. 2. Aëris hujus ſcilicet mundani, ſuperbiæ, vanitatis, divitiarum, ac mundanæ gloriæ, 88. Vel aq.

Ut ſuo corpore expelleret omnes vanitates.

quæ omnia inania, ac ventorum flatus ſunt, & ideò Chriſtus crucifixus nudus moritur in aëre ut ſuo corpore noſtrum hemiſpherium ab hoc mundano aëre purgaret Paul. ad Coloſſ. 2. n. 15. *Expolians principatus, & poteſtates traduxit confidenter palam triumphans ipſos in ſemetipſo.* Syriacus, *per ſemetipſum*, non doctrina, nec verbo, ſed ſuomet corpore, ſummâque ignominia, magniſque cruciatibus aërem naturalem noſtri hemiſpherij à mundana vanitate purgavit.

Coloſſ. 2. Syriac.

89. Nonò. Divus Chryſoſtomus hom. de cruce, & latrone, tom. 3. refertur à D. Thom. 3. part. quæſt. 46. art. 4. in corpore. *In excelſo ligno, & non ſub tecto paſſus eſt, ut etiam ipſius aëris natura mundetur; ſed & terra ſimile beneficium ſentiebat decurrentis de latere ſanguinis ſtillatione mundata.* Moritur in cruce, ut aërem purificaret, imò & ut omnia elementa mundaret, aërem corpore, terram ſanguine defluente, aquam lateris emanatione, ignem corde, in corde enim vehementiſſimi amoris flamma erat.

D. Chryſ. D. Thom. *Omnia elementa mundat, ac purificat.*

90. Decimò. D. Ambroſ. in cap. 23. *Ut non ſibi ſoli*, ait, *ſed omnibus vinceret, manus in cruce extendit, quo omnia ad ſe traheret; ut nodo mortis exuta, jugo fideli ſuſpenſa, cœleſtibus ea, quæ prius erant terrea, ſociaret.* Moritur JESUS in aëre tanquam pacificans, ac aſſocians cœleſtibus terreſtria, Ad Coloſſ. 1. num. 10. *Pacificans per ſanguinem crucis ejus, ſive quæ in terris, ſive quæ in cœlis ſunt.*

D. Ambr. *Aſſociat cœleſtia terreſtribus.* Coloſſ. 1.

91. Undecimò. Victimæ olim elevabantur in ſacrificio, ut denotaretur eas offerri Deo in altiſſimis cœlorum habitanti, deinde igne cremabantur, Exod 29 num 24. & n. 26. ait Deus Moyſi. *Sumes pectuſculum de ariete, quo initiatus eſt Aaron, ſanctificabiſque illud elevatum coram Domino.* Levit. 8. n. 39. *Tulit pectuſculum elevans illud coram Domino.* Et Levit. 9. num. 21. & 10. num. 15. Num. 5. n. 25. & 6. num. 20. Sic Chriſtus Dominus elevatus in cruce, elevatiſque, ac expanſis manibus ſe Deo Patri in holocauſtum, ac victimam pro peccatis noſtris obtulit, ad quod alludens Regius Vates Pſal. 140. n. 2. ait. *Elevatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.* Ut explicant D Auguſt. Theodoret. N. Incognitus, Caſſiodor. de Chriſto Domino. Qui elevatis manibus in cruce, ad veſperam, ſeu declinante jam ſole, ſemetipſum obtulit in ſacrificium. D. Iſidorus ibi. *Veniente*, ait, *quaſi mundi veſpere, ſive declinante jam ſole ad veſperam. Dominus elevans manus ſuas obtulit ſeipſum ſacrificium, & deleta ſunt peccata noſtra.* Et ſicut victimæ poſt elevationem cremabantur, ſic & Chriſtus Dominus elevatus in cruce amore hominum aſſus, toſtus eſt: ſicut ejus typus agnus Paſchalis diſtentus in veru in modum crucis aſſabatur.

Exod. 29. Levit. 9. *At vera victima Chriſtus in aërem elevatur.* Pſal. 140. D. Auguſt. Theod. Incognit. Caſſiod. D. Iſidor.

92. Duodecimò. D. Cyprian. ſive Auctor tract. de Paſſione. *Conſidero*, ait, *opera mea, & admiror te cruci inter damnatos affixum, jam nec triſtem, nec pavidum, ſed ſuppliciorum victorem elevatis manibus triumphantem de Amalech, & quaſi ſanctificantem de excelſo plebem, & elevatum in ſublimi, & quaſi cœlo proximum ſuperioribus inferentem conſummati agonis vexillum, & inferioribus erexiſſe ſcalam in Patris occurſum.* Multa & præclara docet S. Pater: moritur in cruce ut de ipſa nobis faceret ſcalam in cœlum, ut etiam docet D. Chryſoſtomus hom. de cruce ſub finem tom. 3. & ut olim victores in magnifico curru elevabantur, ſic Chriſtus ut victor omnium adverſariorum in triumphali crucis curru erigitur, elevans in altum vexillum tanti triumphi, ac agonis, ut omnes gentes convocaret ad ſe juxta illud, quod ipſe dixit. Joan. 12. num. 32. *Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.* Maldonatus, ibi, *Traxit exaltatus omnia ad ſemetipſum, quemadmodum aquila in ſublime volans prædam trahit.*

D. Cyprian. *Chriſtus ut triumphans, ac trahens ad ſe omnia, exaltatur.* D. Chryſ. Joan. 12.

De Chriſto Domino ait Iſaias 12. num. 10. *In illa die radix Jeſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur, & erit ſepulchrum ejus glorioſum.* Sed ſtatim in limine obſervandum, quod ubi nos habemus in ſignum populorum, Pagninus ex Hebræo legit. *Stabit ut vexillum populorum.* Septuaginta transferent. *Conſurgit ut princeps Gentium.* Valdè mirum eſt, quod Propheta ſimul connectit regale, ac triumphale ejus ſignum, ac vexillum, & principatus cum ſepulchro, cum apud homines certiſſimum ſit, quod omnis principatus, ac magnificentiæ vexillum in ſepulchro finiatur, & terminetur. Aliter tamen, ait Propheta, eſt in Chriſto, & ait, radix Jeſſe ô Emanuël cum tetenderis ad ſepulchrum tuum ſtans in cruce, eris in ſignum, ac vexillum, ut omnes gentes ad te concurrant, tanquam ad ſuum verum Principem in regali throno reſidentem, ut te ſolum adorent, in teque uno glorientur. Rupertus ibi. *Quid enim fuit*, ait, *in ſignum populorum ſtare radicem Ieſſe, niſi filium hominis exaltari à terra, & omnia trahere ad ſeipſum*, inquit, gentes ipſum deprecabuntur, & erit ſepulchrum ejus glorioſum. *Ecce hodie gentes ipſum deprecantur, & in ſepulchro, id eſt in morte ejus gloriantur, in quo enim alio gloriari. Mihi*, inquit Apoſtolus, *abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri JESU Chriſti.* 93.

Iſai. 12. Pagnin. Septuag. *Chriſtus in cruce convocat gentes ad ſui adorationem.* Rupert.

Ait Habacuc in ſuo Cant. cap. 3. num. 11. *Sol & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo.* Septuaginta, ac Græci Patres. *Elevatus eſt Sol, & Luna ſtetit in ordine ſuo.* Sive ut legit N. D. Cyrill. Alex. *Elevatus eſt Sol, & Luna ſtetit in ordine ſuo ad lucem.* Sermo de Chriſto Domino, ut planum, qui à Prophetis Sol nominatur, tamen cum elevatur, tunc refundit radios, ut Luna maximè niteret, ac ſi quando Chriſtus deguit inter homines, lucem ſuam contraxerit, cum paucis tantum diſcipulis communicavit, at verò cum elevatus eſt in cruce, tanquam è ſublimi omnem ſuum ſplendorem emiſit, quo maximè illuminata Luna, Eccleſia nempe ejus, lucem ſuam de die uſque ad extremas orbis partes, ut omnes gentes ad ipſum adorandum tanquam ad verum Solem concurrerent, ac convenirent. N. D. Cyrill. Alex. ad præfata verba Habacuc. *Idem, & ſcitiſſimè quidem Emanuëlem dictamus: Sic enim nominatus eſt à Malachia, & verè Sol eſt. At Lunam, ut ex ſimilitudine elementi dici exiſtimandum eſt, Eccleſiam Dei apparentem his, qui in tenebris ſunt, Juxta vocem Prophetæ*, elevatus eſt Sol: *crucem enim pretioſam Chriſtus propter nos aſcendit, tunc enim Eccleſia ex gentibus lumen dedit.* Et ſtetit in ordine ſuo ad lucem. *Hoc eſt pleno lumine, ut Luna quædam, & ordinem orbis ſui ſervans, lux facta eſt eis, qui verſabantur in tenebris.* Amen dico vobis, niſi granum frumenti mortuum fuerit, ipſum ſolum manet, ſi autem mortuum fuerit multum fructum affert. Joan. 12. num. 24. 94.

Habacuc. 3. Septuag. Cyrill. *Chriſtus in cruce erectus ſui ſplendorem dedit in omnes gentes.* Cyrill. Joan. 12.

QUÆSTIO

QUÆSTIO XI.

Jeſus crucifixus, magna, & ſublimia nos docuit.

95. Auguſt. *Crux Cathedra docentis.* D.Thom.

AIT D. Aug. tract. 119. in Joann. non longè à principio. *Lignum illud, ubi erant fixa membra morientis, etiam Cathedra fuit Magiſtri docentis.* Quæ verba tractans D. Thomas in epiſt. ad Hebr. Quatuor, ait, ab hac Cathedra nos docuit Chriſtus, obedientiam ad Deum, charitatem ad proximum, patientiam in adverſis, exemplúmque omnium virtutum, de quibus omnibus breviter agendum eſt.

96. *Docuit obedientiam.* Philip. 2. D. Hilar.

In cruce moriens Chriſtus ſummam obedientiam erga Patrem declaravit, ut ait Apoſtolus ad Philipp. 2. n. 8. *Factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis.* D. Hilar. lib. 9. de Trinit. *Totum hoc*, ait, *referens ad paterni mandati obedientiam.* Et ut notavi jam ſuperiori quæſt. non ſolùm dicitur factus obediens uſque ad mortem, ſed cum magna emphaſi additur uſque ad mortem crucis, ut valde probroſam, ac ignominioſam.

97. Pſal. 39. Hebr. 10. *Totus Chriſtus obedientia ad Patrem.*

In perſona Chriſti, ait Regius Vates Pſal. 39. num. 9. *Sacrificium, & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi.* Pro ultimis verbis Paul. ad Hebr. 10. num. 5. vertit, *Corpus autem aptaſti mihi.* Aures nota obedientiæ ſunt, ut planum eſt in tota ſcriptura, eleganter ergo per ſynecdochem, partem pro toto, aures nimirum pro corpore toto poſuit David, ut denotet Chriſti corpus, omnéſque ipſius partes, ſenſus, & membra, totum denique Chriſtum aurium nomine ſignificari, quod nempè ad Patri obedientiam exhibendam à primo uſque ad ultimum vitæ inſtans ſe totum compoſuerit, ac adaptaverit, & quidquid in ſe fuerit, totum Patris voluntati adimplendæ deputaverit? De redemptione generis humani agens. Iſai. 53. n. 10. (Iſai. 53.) *Voluntas Domini in manu ejus dirigetur.* Septuaginta. *Vult Dominus in manu ejus* Rectè connectitur voluntas Domini, ſeu Patris cum manu ejus, quia idem eſt, quod Pater velit, ac quod manus ejus obedienter operetur, & quod nihil aliud faciat manus ejus, quam quod voluerit ac determinaverit. Ad verba illa Zachariæ 13. n. 6. (Zach. 13. Rupert.) *Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum?* Rectè ait Rupertus ibi: *Quæritis quid ſint plagæ iſtæ? Et ego dico vobis, quia teſtimonia ſunt inobedientiæ, ſigna voluntatis, & juſſionis paternæ.*

98. *Crucifixus eximiam charitatem docuit.* Rom. 5.

Chriſtus crucifixus ſuum eximium amorem erga nos homines oſtentavit. Ait Paulus Rom. 5. num. 8. *Commendat autem Deus charitatem ſuam in nobis, quoniam cum adhuc peccatores eſſemus ſecundum tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* Valdè admirabilem, & illuſtrem reddit Deus ſuam charitatem erga nos, quia cum adhuc peccatores eſſemus, pro nobis mortuus eſt; non enim pro nobis mortuus eſt, quia benefici, ſervi, & juſti eramus, ſed ſecundum tempus cum adhuc iniqui, & perverſi eſſemus, ſic ob ſuam infinitam bonitatem nos dilexit, ut nos ſuo ſanguine lavaret, ac purificaret: Theodoret. (Theod.) *Deus inſignem ſuam in nos charitatem oſtendit, quod Chriſti mors non pro juſtis fuerit, ſed pro peccatoribus.*

99. Hebr. 10.

Iterum veniat locus ſuprà citatus Paul. ad Hebr. 10. n. 5. *Ingrediens mundum dicit, Hoſtiam, & oblationem noluiſti, corpus autem adaptaſti mihi.* Quæ ultima verba ex Hebræo ſic legunt, D. Cyrill. Alexand. & Arnobius. (D. Cyril. Arnob.) *Corpus confodiſti, perforaſti mihi:* Ac ſi àb ingreſſu in mundum corpus ejus fuerit perforatum laboribus, preſſuris, ac innumeris ærumnis, & nunc verò in paſſione flagellis, ſpinis, clavis, lancea, ac multis opprobriis. Et totum ſanguine madens, ac cruciatibus preſſus, injuriis appetitus, inter hæc ſic deliciatur, ac ſi exiſteret inter chariſſimorum amplexus, & oſcula, ſic in Chriſti perſona loquitur Divus Chryſologus ſermon. 108. *Clavi iſti*, ait, *non mihi infigunt dolorem; ſed veſtram mihi infigunt altius charitatem, vulnera hæc non educunt gemitus meos; ſed magis vos meis viſceribus introducunt. Extenſio corporis mei vos dilatat in gremium.* Ecce præ vi amoris tota Dominici corporis laniena in amatoria convertitur officina. Vide hoc lib. c. 1. quæſt. 6.

Omnis cruciatus in Chriſto amoris officina. Chryſol.

Supereminentem Chriſti patientiam inter tot ac tantos cruciatus, dolores, ac afflictiones, nobis explicat Iſaias 53. num. 7. dicens: *Quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet.* Admiranda eſt Agni patientia, coram tonſore ſuo, ita ut nec gemitum, nec balatum edat; multo admirabilior patientia mei Jesu obmutuit enim coram tortoribus non tondentibus capillaturam, ſed carnem, & ſanguinem, ita ut nuda oſſa dinumerare poſſent. 100. *Admirabilis Chriſti patientia.* Iſai. 53.

De hac eximia Chriſti patientia admirans David Pſalm. 37. num. 8. dicebat. *Non eſt ſanitas in carne mea.* Sic enim vulneratus, & attritus erat. Deinde conſiderans contumelias, ac injurias, quæ in Chriſtum jactabantur *Qui inquirebant mala mihi locuti ſunt vanitates, & dolos tota die meditabantur.* Et cum tot cruciatus eſſet paſſus in ſuo corpore, ut non eſſet ſanitas in carne ſu a, & cum tot opprobria, ac convitia ſuſtineret tota die; ſubdit. *Ego autem tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum, & factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones* Seu ut legunt alii *increpationes.* n. 13. & 15. cum tanta patientia tot tormenta patiebatur, totque convitia ſuſtinebat, ac ſi non haberet os ad loquendum, ac ſe conquerendum, nec etiam aures ad audiendum, nec haberet redargutiones ad aliquid pro ſe dicendum, quo poſſet adverſarios convincere, ac ſi inter tot adverſitates æquanimiter erat veluti mutus, & ſurdus. D. Anſelm. in ſpeculo, cap. 6. *Hæc*, ait, *& ſimilia blaſphemantes, & aliquoties lapidibus te impetentes, JESU bone, patienter ſuſtinuiſti, & factus es coram eis quaſi homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones.* Vide lib. 7. c. 6. n. 9. & 146. 147. & lib. 8. n. 45. 101. Pſal. 37. *Sic dolores, ac blaſphemias ſuſtinebat, ac ſi eſſet mutus & ſurdus.* Anſelm.

Exemplum omnium virtutum in Jesu crucifixo habemus. Reſpondet in eo obedientia in Deum, charitas in homines, patientia in adverſis ut jam dixi, & hoc cum ſumma fortitudine, ac conſtantia, itaut de eo dicatur Job. 6. numer. 12. *Nec fortitudo lapidum fortitudo mea*; ac ſi fortitudo ejus lapidum fortitudinem excedat. Eminuitque eximia reverentia, ac cultus in Deum, indeque bis eum Deum ſuum appellat: *Deus Deus meus.* Divina ſapientia tunc declarata eſt in condendo ſuo teſtamento, rebúſque Eccleſiæ diſponendis, profundiſſimaque humilitas etiam manifeſtata eſt, nam cum in forma Dei eſſet, ſic ſe in forma ſervi exinanivit; ſummáſque ejus paupertas nudo exiſtente, ſummaque puritas virginalis in toto corpore, cum magna erubeſcentia ex ipſo nudato, radiavit magnifica liberalitas in latronem. *Hodie mecum eris in paradiſo.* Eximia cura in matrem, 102. *Omnes virtutes in Chriſto crucifixo reſplendent.*

ac diſcipulum. *Mulier ecce filius tuus.* Solicitudò que de hominum ſalute, pro quibus rogavit Patrem. *Pater dimitte illis*, ipſóſque, ut multi Patres dicunt, ſub Joannis perſona Matri commendavit. Tunc etiam prodivit admirabilis ejus abſtinentia, nam cum jejunus eſſet uſque ad horam nonam, id eſt tertiam poſt meridiem aceto potatur. *Cum accepiſſet acetum.* Et ſic de cæteris omnibus virtutibus.

103. Philipp. 1. Hilar. *Chriſtus crucifixus ſequendus, ac imitandus.* Loquutus Paulus de morte Chriſti Jesu, ait, *Hoc ſentite in vobis, quod in Chriſto JESU.* Ad Philipp. 2. n. 5. D. Hilar. legit *hoc ſapite.* Quod explicantes Theodoretus, ac D. Thomas dicunt, *imitamini eum, qui eſt omnium Dominus.* Ac ſi dicatur. Hoc ſtudete, hoc agire, quod Chriſtus agere, & pati non recuſavit, æquum eſt enim, ut id à vobis agatur, quod in Chriſto Jesu actum videtis. Favet textus Græcus *Hoc ſentiatur in vobis.* Interlin. Explicat Gloſſa Interlin. *Ut experimento cognoſcatur eſſe in vobis, quod & in Chriſto JESU.* Dicitur Exod. 25. Moyſi Exod. 25. n. 40. *Inſpice, & fac ſecundùm exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt.* Chriſtus Jesus exemplar omnium virtutum, quod nobis in monte Calvario monſtratur; ſecundum ergo illud faciat unuſquiſque in animo ſuo, ut ad ejus imitationem ſe præparet, ac componat. D. Leo. Leo ſerm. 2. de Reſurrect. *Si magnæ*, inquit, *pietatis ſacramentum intelligitis, & quod pro ſalute humani generis unigenitus Dei filius geſſit, hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto JESU.*

104. Apoc. 14. Ait Joannes in ſua Apocal. 14. num. 1. *Vidi, & ecce Agnus ſtabat ſupra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia.* Miraris tot millia eſſe cum agno. Supra montem Sion, ut mireris magis adverte quod poſtea dicitur n. 4. *Hi ſequuntur Agnum quocumque ierit.* Chriſtus Dominus ſub variis figuris exprimitur in Scriptura, Apoc. 5. Leone Apocal. 5. n. 5. *Vicit Leo de tribu Juda.* Deuter. 32. *Chriſtus crucifixus ad ſe omnes allicit ac attrahit.* Aquila Deuter. 32. n. 11. *Sicut Aquila provocans pullos ſuos ad volandum*; &c. Et tamen tunc non dicitur quod omnes ſequantur, ut modo quando repræſentatur ut Agnus occiſus, quia Chriſtus crucifixus, ac mortuus peculiarem habet vim alliciendi, ac trahendi ad ſe omnes. D. Bernard. Divus Bernardus ſerm. 6. de Aſcenſ. *Sequamur fratres*, ait, *ſequamur Agnum quocumque ierit, ſequamur patientem, crucifigatur homo noſter ſimul cum illo, ut deſtruatur homo peccati.* Vide hoc lib. cap. 1. quæſt. 9. 10. & 11.

QUÆSTIO XII.

Jeſus Crucifixus, ejúſque vulnera, & crux, clavi, lancea per totum orbem clamant.

105. Joan. 3. Num. 21. De ſe exaltato in Cruce ait Chriſtus Dominus. *Sicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis.* Joan. 3. n. 14. qui ſerpens æneus erat. Num. 21. n. 9. & cur ſerpens, qui Chriſtum in cruce exaltatum repræſentabat, æneus eſt; æris quidem natura, ut obſervat Rupert. Rupertus ſuper omnia metalla ſonora eſt; ut denotaretur, quod Chriſtus in cruce ſublima- *Jeſus crucifixus clamat per totum orbem.* tus, ac moriens altius, ac ſublimius extulit vocem ſuper cæteros Prophetas, ac Prædicatores; ſic & ipſe moriens clamavit, voce magna, Matth. 27. Paſchaſ. num. 50. Quæ vox, ut notat D. Paſchaſ. lib. 12. in Matth. inſonuit in cœlo uſque ad thronum Patris, & in terra uſque ad ultimas partes orbis, ad cujus vocem contremuerunt abyſſi, Sol obſcuratus eſt, Luna non dedit lumen ſuum, ſtellæ ſteterunt, terra tremuit, petræ ſciſſæ ſunt, tanquam recognoſcentes Chriſtum verum filium, & tamen ſoli homines obdurati in ſua malitia perſiſtunt, eum ſeductorem appellantes. *Recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit.* Matth. 27. Matth. 27. num. 63.

D. Auguſt. ait cap. 23. in meditationibus. *Clavi, & lancea clamant.* Si verò roges quid clamant? 106. Auguſt. Bernard. *Clavi, & lancea clamant.* Reſpondet D. Bernard. de Paſſion. *Clamat clavus, clamat vulnus, quod in Chriſto ſit Deus reconcilians mundum ſibi.* Clamant quod Jesus tot ac tantis doloribus, pœnis, ac cruciatibus erat pro nobis ſatisfaciens Deo, ut nos mundaret, ac purificaret à peccatis, ut ſic nos reconciliati eſſemus Deo. Pulchrè D. Laurentius Juſtinianus ſerm. de Paſſione. D. Lau. Juſt. *Clamant ſputa*, ait, *clavi, lancea, irriſiones, & verbera, ut ipſe toto corde, totiſque viribus diligatur, qui pro dilectione noſtra talia, ac tanta pati dignatus eſt.*

Ait Rupertus cap. 13. in Joan. de Chriſti vulneribus loquens, 107. Rupert. *Plaga Chriſti grandem habuerunt vocem.* *ſingulæ plagæ, vel percuſſiones grandem habuerunt vocem.* Salvatoris vulnera vehementer clament ad hominis cor, ut homo cor ſuum convertat, ut ſuper tot vulnera commoveatur. *Lazarus jacebat ad januam ejus*, ſcilicet divitis, *ulceribus plenus.* Luc. 6. n. 20. Luc. 6. ſic alta Dei providentia factum eſt, ut quot erant vulnera in Lazaro, tot in ipſo eſſent ora, quæ clamarent, ac expoſtularent à divite pietatem erga mendicum. D. Chryſolog. ſerm. 121. *Ut in admonendo divite*, ait, Chryſoſt. *tot eſſent pauperis ora, quot vulnera.* Si plagæ Lazari ſollicitant cor divitis ad commiſerationem, cum inflictæ fuiſſent, non cauſa ipſius divitis, ſed complexione naturæ, ejuſque morbo, quanto magis cordis noſtri affectum debent provocare Chriſti vulnera quibus vi amoris ad noſtram ſalutem percuſſus eſt.

Gillibert. ſerm. 20. in Cantic. 108. Gillibert. *Chriſtus crucifixus efficaciter allicit.* *Omnia, quæ in te ſunt, bone JESU*, ait, *quandam habent alliciendi efficaciam, & cogitantes ſollicitant in affectum, ſed ad omnia non poſſumus omnes attingere; ſublimia ſolis ſublimibus ſunt, humilia omnibus, & quæ major humilitas, quam exaltari in cruce, efficax ad trahendum humilitas iſta quidni? Quis non ad ſimplicem cogitatum hujus rei ſtupore, & extaſi repleatur?* Vox, ac præſentia Chriſti crucifixi valdè efficax ad alliciendum, ac trahendum humana corda.

Pro parta victoria, & trophæo adorant Agnum viginti quatuor ſeniores. 109. *Habentes ſinguli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum.* Apoc. 5. n. 8. Cur illi Apoc. 5. *Chriſtus crucifixus ſuper omnia myſteria allicit animos.* ſeniores habent citharas? per citharam crucem agni deſignari exiſtimat Primaſius. *Citharis*, ait, *in quibus ligno imminentes chordæ tenduntur, Chriſti paſſio figuratur.* Idem etiam docent Beda, Rupertus, Anſbertus, Hugo, & alii. Nam ſicut chordæ extenduntur in ligno citharæ, ſic Chriſtus extenſus fuit in cruce; ſed cur Chriſtus in cruce potius denotatur per citharam, quàm per aliud inſtrumentum muſicum? Quia inter cætera inſtrumenta vox cytharæ efficacior, ac ſuavior eſt ad trahendum, ac domanda humana pectora. Sic inter omnia myſteria, ac inſtrumenta divinæ omnipotentiæ vox Chriſti crucifixi fortior, ac vehementior ad hominum corda allicienda, ac trahenda. Clemens Alexand. in exhort. ad gentes. Cle. Ale. Poſtquam gentium mores comparat cum ſerpentibus,

tibus, Leonibus, lapidibus, ait quod omnes Chriſtus Dominus ſuis verbis in cruce domavit. *His ergo omnes*, ait, *immenſas feras, & tales lapides ipſe cœleſti cantico in manſuetos homines transformavit.*

110. Obiter nota. Dicitur prius quod ſeniores tenuerint citharas, deinde phialas, quæ ſunt orationes ſanctorum. *Singuli tenentes citharas, & phialas plenas.* Et cur prius accipiunt citharas, quàm phialas: Citharæ crucem Chriſti, ac ejus paſſionem repræſentabant, phialæ verò orationes ſanctorum, ut enim oratio cujuſlibet grata, ac præjucunda ſit Deo, debet procedere ex meditatione, ac contemplatione crucis, ac paſſionis Chriſti Hugo. *Congruè*, ait, *poſt citharas phialæ ponuntur, quia prius Dominus paſſus eſt, & ſua paſſione taliter oſtendit latitudinem charitatis, dum ſuis crucifixoribus dixit, Pater ne ſtatuas illis hoc peccatum.* Poſtquam paſſus eſt, orarit Chriſtus, ut nos doceret, quod poſt paſſionis memoriam orandum ſit.

Apoc. 5.
Oratio procedat ex paſſionis meditatione.
Hugo.

QUÆSTIO XIII.

Quare cum Jeſu crucifixi ſunt duo latrones, & de modo, quo crucifixi ſunt?

111. Cum Jeſu crucifixi ſunt duo latrones, ut habent ſacri Evangeliſtæ, aculeis, & clavis ſimilibus, ut ait Nonnus Joan. 19. n. 19. Nam ſi ſolus Jeſus crucifixus fuiſſet cũ clavis, ſola Chriſti crux habuiſſet foramina, ac proinde quando tres cruces inventæ fuerunt à Beata Helena, non eſſet dubium, qualiſnam ex illis eſſet crux Chriſti, at cum hoc maximè dubitatum fuerit, ita ut magno miraculo eſſet inveſtigandum, profectò rectè concluditur, & latrones clavis affixos fuiſſe. Et confirmatur ex modo loquendi Evangeliſtarum, dicunt enim *ibi crucifixerunt eum, & latrones cum eo.* Eodemque verbo crucifigendi utuntur loquentes de Chriſto, ac latronibus, ergo ſicut reſpectu Chriſti denotat clavos, ſic & reſpectu latronum; idque docent ſancti Patres D. Auguſt. tract. 37. in Joan. & in Pſalm. 39 & ſerm. 130. de temp. *Clavis infixi diu cruciabantur, manus clavis inhærebant; pedeſque transfixi erant.* D. Chryſoſt. homil. de cruce, & latron. & homil. 15. in epiſt ad Rom. *Mente ſana vigilabat clavorum confixione conſtrictus.* Idemque habent D. Gregorius Papa lib. 18. moral. cap. 15. D. Ambroſ. de obitu Theodoſii ſub fine. D. Pauli Epiſt. ad Sever. Sulpit.

Nonnus.
Latrones clavis crucifixi ſunt.
D. Auguſt.
D. Chriſoſt.
D. Gregor.
D. Ambroſ.
D. Paulus.

112. Ad principale quæſitum. Ratio literalis eſt, quod ex eo cum Chriſto crucifixi ſunt duo latrones, quia latronum ſupplicium proprium erat crux, ut ergo Chriſtus eorum Princeps, ac anteſignanus videretur, in medio conſtituitur, eo quod regnum Judæorum à Cæſare voluerit uſurpare, ut ipſi dicebant, ut ita Chriſti innocentiam obnubilarent, & ſic eum infamare apud populum intendebant, ſed Deus eorum technas non ſolum evertit, ſed etiam crucem in maximam Chriſti gloriam convertit, qua clarificatus, cognitus eſt in mundo; ait Habacuc. 3. n. 1. *Domine audivi auditionem tuam, & timui.* Addunt Septuaginta. *Conſideravi opera tua, & obſtupui*; pergit Propheta. *In medio annorum notum facies.* Legunt Septuaginta. *In medio duorum animalium cognoſceris.* Per hæc duo animalia D. Auguſt. lib. 18. de civit. Dei, cap. 32. intelligit duos latrones, in quorum medio Chriſtus crucifixus exiſtens maximè cognitus, ac manifeſtatus eſt, ejúſque divina virtus declarata, quod rectè ponderat D. Chryſoſtomus hom. 84. in Joan. *Voluit*, ait, *Dæmon rem ipſam obtegere, non tamen valuit. Crucifixi ſunt tres, claruit unus JESUS, ut intelligas ejus virtute omnia proveniſſe, atque tribus crucifixis miracula patuerunt, nemo tamen ullum alteri latronum attribuit, ſed ſoli JESU. Ita Diaboli inſidiæ irritæ factæ ſunt; & in ejus caput omni modo irruerunt. Nam ex duobus unus ſolus ſalvus factus eſt. Non ſolum igitur crucifixi gloriam non offendit, ſed non parum auxit; neque enim minus fuit in cruce latronem converti, & paradiſum intrare, quam petras collidi.*

Habacuc. 3.
Septuaginta.
D. Auguſt.
D. Chryſ.
Deus manifeſtavit gloriam Chriſti cruce, quam Judæi eam voluerunt obſcurare.

113. Secundò D. Cyril. lib. 12. in Joan. cap. 28. *Inter duos latrones*, ait, *crucifixus eſt, ex malitia Judæorum; qui ut turpiſſimam mortem ejus oſtenderent, juſtum cum impiis condemnarunt.* Judæi præ odio, ac malitia non ſolum intendebant Chriſtum occidere, ſed etiam ejus ſanctiſſimi nominis gloriam fœdare, inde inter latrones crucifigitur, ut vitiorum fæcibus turpatus videretur. Ex quo de Chriſti morte in perſona ejus, ſic loquitur David Pſalm. 68. n. 3. *Infixus ſum in limo profundi.* Nebienſis *in loco profunditatis.* Infixio enim crucis inter latrones ſic erat, quaſi infixio in limo, ſeu luto profundi, ut inde ſordidus, & turpatus appareret, quid enim ſordidius latronum cruce, unde Chryſoſtomus aſſignans rationem, cur mors crucis electa fuerit à Judæis, ſic ait in cap. 2. epiſt. ad Philip. *Iſta namque omnium videbatur probroſiſſima; iſta plena dedecore, iſta maledicta, propterea Judæi ſtudio iſta morte interimere eum ſatagebant, ut probroſum quoque efficerent.*

D. Cyril.
Chriſtus cruci affigitur inter latrones ad extremam ignominiam.
Pſalm. 68.
Nebienſ.
D. Chryſ.

114. Tertiò. Altero divino conſilio crucifigitur Jeſus inter latrones, objicitur nobis tanquam brachia protendens, ut nos ad ſui amplexum alliciat. *Ego*, ait, *tanquam nutritus Ephraim portabam eos in brachiis meis.* Oſeæ 11. n. 3. quæ verba ſic commentatur ibi Stephanus. *In brachiis meis in cruce diſtentis. Ibi enim extendit Dominus brachia ſua, ad amplectendum nos, & portandum.*

Chriſtus nos allicit ad ſui amplexum.
Oſeæ 11.
Steph.

115. Quartò N. D. Cyril. Alexand. citato l. 12. c. 28. *Duorum igitur*, ait, *crux latronum, ut ab eventu didicimus, duorum populorum conjunctionem cum Chriſto ſignificabat, qui una cum Chriſto, quodammodo mortui erant, carnali voluptate ſpreta, & mundana vita ſepulta, ut cum Domino ſuo ſpiritualiter viverent.* Crucifigitur meus Jeſus, & adjunguntur illi etiam duo latrones tanquam ſocii, & ſimul cum eo crucifixi, ut ibi clara imago exprimatur eorum, qui in virtute Jeſu adhærere, eiq; aſſociari volunt, qui debent carnem ſuam, ejuſque appetitus ſimul cum mundo occidere, ac crucifigere. Ait Paulus ad Galat. 2. n. 19. *Chriſto confixus ſum cruci, vivo autem jam non ego, ſed vivit in me Chriſtus.* Ut Chriſtus in eo viveret, jam ipſe tanquam, mortuus in ſe non vivebat, ſed cruci affixus erat; eleganter ſic pergit citatus Cyrillus. *Mundanæ namque converſationis mors Evangelicæ vitæ origo, ac fundamentum.*

D. Chril.
Illi adjunguntur Chriſto, qui carnem crucifigunt.
Galat. 2.
D. Cyril.

116. Ait Joannes in Apocal. 5. n. 6 *Et vidi, & ecce in medio throni quatuor animalia, & in medio ſeniorum Agnum ſtantem tanquam occiſum: Et venit, & accepit de dextera ſedentis librum, & cum aperuiſſet librum*, &c. Ecce apparet Agnus, & viginti quatuor ſeniores, ac quatuor animalia plena oculis, & tamen ſolus Agnus venit, & accedit ad Dei thronum, accepitque librum è Dei manu, illumque aperit, eique decantatur triumphus,

Apoc. 5.

Qui moritur mundo, ad Deum venit, & ab eo exaltatur. Dignus eſt Agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem, divinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, &c. Ibidem n. 12. Cur ſolus Agnus ſic ſupereminet accedens ad Dei thronum, nullus verò ex ſenioribus, nec ex animalibus. Solus Agnus apparebat ut occiſus. *Vidi agnum ſtantem tanquam occiſum.* Ut denotetur, quod ſolus ille, qui mundo occiditur, poteſt ad Deum accedere, magnâque & glorioſa victoria ab ipſo extolli, ac ſublimari. Paulus Oroſ. lib de libero arbitrio. *Agnus Dei*, ait, *filius Dei, ut accipiat librum de manu Patris, profert ſtemmata paſſionis, non judicans perpetratam niſi in morte, & reſurrectione victoriam.*

Oroſ.

117. Pſalm. 127. D. Hieron. D. Auguſt. *Ex amputatione carnis creſcit fructus.* Ait Regius Vates Pſal. 127. n. 3. *Uxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.* Seu ut legit D. Hieron. *Uxor tua ſicut vitis fructifera* D. Aug. *Sicut vinea fertilis.* Ubi ſermo eſt de Eccleſia ſancta quæ magnum fructum per totum orbem produxit; ſed cur hæc potius comparatur viti, quam olivæ, palmæ, ſeu platano? Vitis ut fertilis ſit, magiſque fructus producat, multam amputationem patitur, ligno adhærens; ſic vera Eccleſia Chriſti, ut amplos ſalutis fructus proferat, à ſuo ſponſo edocta ligno crucis adhærens, multas preſſuras, multámq; carnalium voluptatum amputationem in ſuis membris, ac filiis patitur, ex morte enim, ac amputatione carnalis vitæ abundans, ac ingens fructus exurgit in Eccleſia. D. Zeno ſer. 6. de verbis Iſaiæ. *Dominus*, ait, *Eccleſiam ſua pro voluntate plantavit: quam ſacerdotalibus officiis excolens, pia ne putatione fœcundans felici ligno ſuſpenſam uberrimam docuit afferre vindemiam.*

D. Zeno.

QUÆSTIO XIV.

Quare Jeſus crucifigitur medius inter duos latrones, unus à dextris, alter à ſiniſtris?

118. RATIO prima, & literalis eſt, quia ut dixi ſuperiori quæſt crucifigitur JESUS inter duos latrones, tanquam eorum dux, & princeps, ita ex ſociis JESUS virtutem obſcurare intendebant Judæi. At meus JESUS cur latronum conſortium admiſit? Eleganter Arnoldus Carnotenſ. orat. ad illa verba. *Pater ignoſce illis.* Sic ait: *Hujus latitudinis myſterii Chriſtus etiam inter ſupplicia commendans in eo, quòd expanſis manibus, elevatâque læva, & dextera inter latroneſe medium exhibebat, volebat intelligi commune eſſe illud beneficium; & non ſolum bonis, ſed & impiis, quod agebatur proficere, & ſe potius medicamina illa ægris propoſuiſſe, quàm ſanis: gratia pari libertate donaſſe eos, qui de libera & eos, qui nati fuerant de ancilla*, Inter latrones crucifigitur JESUS, tam ampla eſt ejus benignitas, quod omnes ad ſe excipiat, & neminem excludat, & ſi multorum criminum reus convictus exiſtat.

Arnoldus. *Jeſu benignitas omnes excipit, & nullum excludit.*

119. Secundò D. Auguſt. tract. 31 in Joan. *Ipſa crux*, ait, *ſi attendas tribunal fuit: in medio enim judice conſtituto, unus qui credidit liberatus, alius qui inſultavit damnatus eſt: jam ſignificabat, quod facturus eſt de vivis, & mortuis, alios poſiturus ad dexteram, alios verò ad ſiniſtram.* Et D. Ambroſ. in cap. 23 Luc. *Unum à dextris, alterum à ſiniſtris*, ſic ait *Denique unus à dextris, & alter à ſiniſtris, quia ſic erit in die judicii.* Pendebat meus JESUS in cruce inter duos latrones, unus erat à dextris, alter à ſiniſtris; repræſentabat ibi ultimi judicii formam; per latronem à dextris deſignabantur juſti, per latronem à ſiniſtris peccatores; quid eſt, quod cum Chriſtus ſumma benignitate redimeret mundum in cruce, ibi rigoroſum ultimi judicii tribunal nobis objicitur? quia ut redemptioni hominum felix progreſſus annuntietur, tremendum tribunal judicii ob oculos proponendum; memoria ultimi judicii valdè utilis, ut vitam componentes fructus noſtræ redemptionis colligamus.

D. Auguſt. D. Ambroſ. *Ultimi judicii recordatio maximè inſervit ad percipiendos redemptionis fructus.*

Tertiò. D. Hilarius canon. 33. *Cui*, ait, *duo latrones affiguntur omnem humani generis univerſitatem vocari ad ſacramentum paſſionis Domini oſtendentes.* Erant duo latrones, unus ad dexteram, & alter ad ſiniſtram, & ambo crucifixi, quod qui in ſiniſtris erat, cruce premeretur, non mirandum, valdè verò mirabile, quod ille qui erat ad dexteram ea tamen eſt hujus mundi miſeria, ac natura, quod nullus ab ærumnis immunis ſit, ſive ſit in dextera, ſive in læva labores, ac cruciatus invenit, nullus ab his effugit ſive benè, ſive malè agat. 120.

D. Hilar. *Quilibet ſuos habet labores.*

Ait Job. 10 n. 15. *Et ſi impius fuero, væ mihi eſt: & ſi juſtus non levabo caput, ſaturatus afflictione, & miſeria.* Proponit ſanctus Job non eſſe viam, per quem homo poſſit ſe à laboribus, ac preſſuris in hac vita liberari. Duæ enim ſe offerunt viæ, per quas homo valeat incedere, vel per ſemitam juſtitiæ, vel per latum campum iniquitatis; ſi impietati ſis deditus, multæ afflictiones, ærumnæ, ac cogitationes irruunt, ut torqueant Et tandem ultimum væ damnationis te apprehendit, ſi omiſſa iniquitate juſtitiam tenes, non inde temporalia damna effugies, juſtus enim ac amicus Dei ſuis doloribus, ac laboribus non caret, ſic ait Job. *Si juſtus fuero non levabo caput, ſaturatus afflictione, & miſeria* D. Gregor. Magn. lib. 9. moral. c. 41. *Conſideres ergo* ait, *vir ſanctus, quod aut repitens homo vitiis, præſenti labore afficitur: aut ſuccumbens perpetuæ afflictioni mancipatur.* 121.

Job. 10. *Sive juſtus, ſive injuſtus ſuos habet labores.* D. Gregor.

CAPUT XIV.

Sortes in veſtes, Titulus in cruce, Blaſphemiæ in ore Judæorum.

Sortes in veſtes.

Matth. 27 *n.* 35. Poſtquam autem crucifixerunt eum, diviſerunt veſtimenta ejus, ſortem mittentes: ut impleretur, quod dictum eſt per Prophetam dicentem: diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.

Num. 36. Et ſedentes ſervabant eum.

VERSIONES.

Syriacus. n 36. Partiti ſunt veſtimenta ejus ſorte.

Græcus. Diſpercierunt veſtimenta ejus.

Vatablus. Diviſerunt inter ſe veſtimenta mea

mea, & ſuper veſtitu meo miſerunt ſortem.

Arias. Jecerunt ſortem.

Syriacus n. 36. Et ſedebant, ac cuſtodiebant eum illic.

Pagninus. Et cuſtodiebant ibi.

Alter Textus.

Marc. n. 24. Et crucifigentes eum diviſerunt veſtimenta ejus mittentes ſortem ſuper eis, quis quid tolleret.

Luc. 23. n. 34. Dividentes verò veſtimenta ejus miſerunt ſortem.

Joan. 19. n. 23. Milites ergo cum crucifixiſſent eum, acceperunt veſtimenta ejus (& fecerunt quatuor partes unicuique militi partem) & tunicam. Erat autem tunica inconſutilis, deſuper contexta per totum.

Num. 24. Dixerunt ergo adinvicem: non ſcindamus eam: ſed ſortiamur de illa cujus ſit. Ut impleretur ſcriptura, dicens: Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi, & in veſtem meam miſerunt ſortem.

Et milites quidem hæc fecerunt.

EXPOSITIO I.

1. *Veſtium diviſio granais dolor Chriſto.* POSTQVAM *crucifixerunt eum.* Ut jam explicavimus ſuperiori capite. *Diviſerunt veſtimenta ejus.* Meus Jesus in conſpectu totius mundi nudus erat in cruce, quod ei fuit graviſſima ignominia, ut jam ſupra dixi; Nunc verò ut dicitur in Pſalmis, *ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Dum in oculis ſuis, ac coram ſe videbat inſolenter veſtes ſuas à militibus lacerari, & talis vel ſorte jacta dividi, ſed pro nobis voluit in extrema paupertate, nuditate, ac opprobrio mori, & pati. *Diviſerunt veſtimenta ejus* Veſtem nempè ejus exteriorem, nam de interiori, ſeu inconſutili, loquitur D. Joannes, de qua inferius, & latius in quæſtionibus. *Quatuor milites crucifixores Chriſti.* Bis milites ſortem miſerunt, ſemel pro partibus tunicæ exterioris, de qua loquuntur D. Matt. Marc. & Lucas, eámq; fecerunt in quatuor partes, ut ſcribit D. Joan. *Unicuique militum partem.* Ex quo ait D. Auguſt. (D. Auguſt.) *Unde apparet quatuor fuiſſe milites qui in eo crucifigendo præſidi paruerunt.*

2. Secundò Sortem miſerunt, ſeu jecerunt ſuper veſtem inconſutilem, de qua ſic ſcribit Joann. *Erat autem inconſutilis:* Carens nempè ſutura, quæ non erat conſuta ex pluribus partibus, ac proinde diſſui non poterat. *Deſuper contexta per totum.* Syriacus, *à ſummo contexta tota.* Origenes (Syriacus. Origen.) tract. 35. in Matth. *A ſurſum textilis per totum.* Id eſt à ſumma ejus parte contexta erat uno continuo opere ad imam uſque partem. *Dixerunt ergo ad invicem*, ſcilicet milites, *non ſcindamus eam.* Ut cætera veſtimenta ejus ſcidimus, quia ſcindi in partes utiliter non poteſt, utpote tota texta, & carens ſutura: nam ſi ſcindatur, mox tota diſſolvetur in fila, ex quibus texta eſt; *ut impleretur ſcriptura.* Non enim cauſa ſignificatur, quæ nihil movit impios milites, ſed eventus, ſeu conſecutio, quia nimirum ſic futurum erat, ideò ſic in ſcriptura prædictum eſt. *Partiti ſunt veſtimenta mea.* Pſal. 21. Diviſerunt in partes, quod adimpletum eſt, quando veſtimentum ejus exterius diviſum eſt in quatuor partes, *& ſupra veſtem meam miſerunt ſortem.* Hebraïcus *Projecerunt ſortem.* Hebraicus. Quod maximè refertur ad veſtem inconſutilem, nam licet ſuper veſtimenta exteriora miſſa eſſet ſors; Tamen peculiariter veſtis inconſutilis ſic data eſt ſorte, ut non fuerit diviſa in partes. *Et milites quidem hæc fecerunt*; non juſſu Pilati, nec inveſtigatione Judæorum, ſed propria voluntate, ac ſi ex communi uſu tales veſtes damnati ad mortem ad eos pertinerent, ut ex Patribus dicam quæſt. 2.

3. *Et ſedentes ſervabant eum.* Milites, qui lictores fuerant cum Jesus penderet in cruce *Servabant eum* Syriacus addit, *illic*, Pagnin. *ibi.* (Syriacus. Pagnin.) Milites ergo cum Judæis cuſtodiebant Jeſum, ne aliquis ex diſcipulis, vel amicis ejus eum de cruce deponeret vel ne ipſe per miraculum è cruce deſcenderet. D. Hieron. Rectè D. Hieron. *Diligentia militum*, ait, *& Sacerdotum nobis proficit, ut major, & aptior reſurgentis virtus appareat.* Ne quis diceret, quod ipſe vivus è cruce fuerit ſublatus, ac proinde cum ipſe multis poſtea redivivus apparuerit, neceſſe eſt fateri eum à morte reſurrexiſſe.

QUÆSTIO I.

De veſtibus Chriſti, ac earum numero & qualitate.

QUÆRO primò, Quot fuerint Chriſti veſtes. 4.
De veſtibus, ac femorib. & calceis Chriſti Abulenſ.
latè diſſerit Abul. paradox. 5. c. 15. & ſeqq. Fuerunt *Quot fuerint Chriſti veſtes.*
aliqui, qui exiſtimarunt quinque Domino fuiſſe tunicas; quod cuique militi è quatuor una obveniſſe ſcribatur, & inconſutilem tunicam ſortiti ſunt; hanc ſententiam optimè refellunt Euthym. Euthym.
& Janſen. in ſua concordia, c. 143. quia Joannes Janſen.
ſcribens partes quatuor factas, indicat eandem veſtem, quæ ritu Hebræorum, fimbrias habebat in quatuor angulis diviſam fuiſſe, & indecens eſt Chriſtum tot tunicas geſtaſſe, quibus nemo alius induebatur.

D. Cyrillus Jeroſolym cath. 13. exiſtimat una 5.
tantum veſte Chriſtum fuiſſe uſum, & tunica una. D. Cyril.
Euthym. in c. 27. Matth. ad hæc verba. *Diviſerunt* Euthym.
veſtimenta ejus Conjecturatur tria fuiſſe Chriſti *Tres Chriſti veſtes.*
indumenta. Nimirum tunicam inconſutilem, interiorem ſcilicet corpori in modum ſubuculæ applicatum: ſecundum exterius, quo tunica illa tegebatur. Tertium pallium. & hæc eſt communis ſententia; & revera Chriſti veſtimentum non erat unum, & ſimplex, ſed ex pluribus veſtibus componebatur. Dicitur enim Joan. 13. n. 3. *Surgit à* Joan. 13.
cœna, & ponit veſtimenta ſua. Ergo præter illud veſtimentum, quod depoſuit aliud habebat, non enim decebat, ut omnino nudus maneret. Exiſtimo tamen, quod quando Chriſtus è domo Pilati exivit bajulans crucem, pallium non portaverit, ſed tantum tunicam interiorem, & exteriorem, ut indicat communis pictura Eccleſiæ, & videtur ſatis conveniens bajulanti crucem.

Addit citatus Euthym. quem ſequuntur omnes 6.
recentiores, tunicam illam inconſutilem ex Euthym.
tradi

Veſtis inconſutilis opus Beatæ virginis.

traditione Patrum accepimus opus fuiſſe Virginis Mariæ, & communis ſententia aſſerit cum Chriſto creſcente eam creviſſe, ut Hebræorum veſtes peregrinantium per quadraginta annos in deſerto cum eis creſcebant. Tunica hæc inconſutilis hodie Trevis magno venerationis cultu oſtenditur, & habetur.

7. Matth. 10. *Præoccupatur objectio.*

Nec cum hoc pugnat id, quod Chriſtus præcepit Matth. 10. n. 10 *Neque duas tunicas habeatis*; Quia ut explicavi tom.3 cap.7.expoſit.2.Non loquebatur Dominus de veſtibus diverſarum rationum, quæ ſingulæ ad munus ſuum neceſſariæ ſunt,ut homo integer, ac decenter veſtiatur, ſed agebat de veſtibus ſuperfluis, ac mutatoriis, quæ domi ſervantur.

8. *Qualitas veſtimentorum Chriſti.* Matth. 11. Peluſiota. Euthym. Montan.

Quantum ad qualitatem veſtimentorum Chriſti certum eſt, quod veſtes Chriſti non fuerint cilicinæ, nec ex pilis camelorum contextæ, ſicut Joannis, nec etiam erant pretioſæ, quamquam multi hoc de veſte inconſutili opinati ſint, ſed non rectè, cum ipſe dixiſſet, *qui mollibus veſtiuntur in domibus regum ſunt.* Matth. 11. num 8. Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 74 ad Cratonem ait fuiſſe veſtem, qua utebantur pauperes Galilæorum; Euthym. exiſtimat viliora fuiſſe Chriſti indumenta, quam latronum. Montanus in cap. 27. Matth ait munda fuiſſe, & honeſta, vel nitidiſſimo cuique ad uſum idonea.

9. *Veſtis Chriſti communis & honeſta.* D.Chryſ. Albertus Janſen. Suarez. D.Thom. Matt. 9. Hebr. 2.

Exiſtimo ergo quod veſtimenta Chriſti non erant pretioſa, ut jam dixi, nec erant omnino vilia,alias milites tantam diligentiam non adhibuiſſent, ne fieret alicui injuria, nec inter ſe contenderent, aut eas partirentur, ſortem mittentes. Erant ergo communes veſtes, & honeſtæ communi more apud Judæos Ita D. Chryſoſt. hom. 12. in Matth. ait *Communi hac veſte tectus.* Idemque docent Albertus Magnus in cap. 7. Luc. Janſen.in concordia,cap. 47. Suar.tom.2.ad 3 part.d. 28.ſect.3. § *Dicendum verò* Et hoc optimè probat D.Thomas 3. p q 40.art. 1. quia ſic expediens fuit ad Incarnationis finem, ut prædicatione ſua, ac familiari uſu poſſet homines ad ſe allicere, unde cum calumniaretur quod cum peccatoribus, & publicanis manducaret, reſpondit *Non veni vocare juſtos, ſed peccatores.* Matth. 9 Opus ſummæ ejus charitatis fuit, quod *debuit per omnia fratribus famulari,ut miſericors fieret.* Ad Hebr.2.n.17.

10. Nonnus. Turon. Incognit.

Color verò exterioris veſtis erat vinei coloris,id eſt ſubrubri, ut tradunt Nonnus,Greg. Turon. lib.1.de gloria Martyr.cap.8.& 11.& alii, & ita communiter depingitur. Non omittam hîc referre id quod narrat Incognitus in Pſalm. 37. quod cum Pilatus multorum criminum reus, tunica Chriſti inconſutili ſemel, ac iterum coram Tiberio ſtetiſſet, Imperator magno horrore correptus, eum liberum dimiſit, ac verò cum tertio ſine tunica veniſſet, capitali ſententia damnavit. Hujus tamen hiſtoriæ non firmum video fundamentum.

QUÆSTIO II.

Quare Chriſti veſtis dividitur inter milites qui ſunt Romani, & non Judæi?

11. Joan. 19.

IN limine hujus quæſtionis maximè ponderanda ſeries textus Divi Joan. ait enim ipſe Joann. 19. num. 19. quod juſſu Pilati ſuffixus eſt cruci titulus, qui Chriſtum Regem Judæorum publicabat, *JESUS Nazarenus Rex Judæorum.* Et immediatè poſt appoſitum titulum, apponit Evangeliſta. *Milites ergo cum crucifixiſſent eum, acceperunt veſtimenta ejus, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem.* O magnum documentum, cum JESUS reſplendet regio titulo, ſtatim bona ſua militibus dividuntur. Cum regius titulus in eo publicatur, ſtatim bona ſua in ſuos dividit, ut ipſi de bonis ejus oſtendantur veſtiti. Se denudat meus JESUS ut ſuos cooperiat, ac veſtiat. Divus Ambroſ. lib. 10. in Luc. *Quantos verò Chriſtus*, ait, *ſua veſte veſtivi? puto autem quod non quatuor, ſed omnes veſtivit milites, & omnibus abundavit.* Meus JESUS Magnus Princeps ac Rex ſe denudat, ut ſuorum nuditatem cooperiat Vide tom. 3. cap.5.q 1.n.9.10.11. & ſuperiori cap quæſt. 6 n. 44.

Rex ſe exuat ut ſuos veſtiat, & cooperiat. D. Ambroſ.

Milites crucifixores Chriſti partiti ſunt ejus veſtimenta quod idem dici poteſt de thorace laneo,ſive lineo, & femoralibus, cum calceis, ſeu caligis, tamen ſacri Evangeliſtæ peculiariter faciunt mentionem de veſtimento, ut oſtendant adimpletum vaticinium Davidis. *Diviſerunt ſibi veſtimenta mea.* Pſ. 21. n. 19. Quæ diviſio ut rectè obſervat Janſenius cap. 143. Concordiæ: non ſic intelligenda eſt, ut unicuique militi una ſit data veſtis, nam Joannes explicans veſtimentorum diviſionem ait; *Fecerat quatuor partes unicuique militi partem.* Ex quo intelligitur unam veſtem in quatuor diviſam fuiſſe, & quamvis præcitatus Auctor de pallio interpretetur, juxta illud Deuter. 22. n. 12. Ubi præcipitur pallium habere fimbrias per quatuor angulos, tamen cum exiſtiment, quod Chriſtus bajulans crucem non portaverit ſecum pallium, talis diviſio de veſte exteriori intelligo, quæ facta eſt per ipſius veſtis ſuturas in quatuor partes, juxta numerum militum, quos quatuor fuiſſe, ex hoc deducit D. Auguſt. ut jam dixi in expoſitione. 12.

Pſalm. 21. Janſen. *Eadem veſtis in quatuor partes diviſa eſt.* Deut. 22. D. Auguſt.

Primò inquiro. Cur milites Chriſti veſtimenta diviſerunt? Primò reſpondet Procop. in cap.28. Geneſ. milites fuiſſe multum ſolicitos, ut haberent partem veſtium Chriſti præſertim tunicam, quia ſperabant in eis virtutem ad ſanandos morbos, audierant enim multos ex ejus contactu ſanatos fuiſſe. Et in hac ſententia ſunt etiam Rupertus, Paulus Burgenſ. in c. 19. ſed ſi eum occidebant, quomodo poterant ſperare ejus virtute ſanitatem conſecuturos? Euthym.in c. 27. Matth. exiſtimat milites diviſiſſe veſtimenta, ſubſannantes,quaſi regis veſtimenta eſſent. Toletus in Joan. hoc attribuit militum avaritiæ. *Manifeſta*, ait, *hinc fit avaritia militum, qui veſtes Chriſti non pretioſas ſibi diviſerunt.* Militum avaritia, ac audacia nulli rei ſacræ parcit. 13.

Procop. Rupert. Paul. Burg. Euthym. Toletus. *Militū avaritia.*

Noſter Divus Cyrillus Alexandrinus lib. 12. in Joan. c. 32. de militibus, ſic ait, *Veſtes damnatorum quaſi hereditatis lege ad ſe pertinentes ſibi vendicant.* Diviſa ſunt à militibus veſtimenta, hic erat mos carnificum, ut & veſtes damnatorum, ſicut & apud noſtros, inter ſe dividerent, velut propriam hereditatem Unde etiam efficitur veſtes latronum diviſiſſe. D. Chryſoſtom. homil 48.in Joan. *Veſtes*, inquit, *inter ſe partiuntur, quod in condemnatis vilibus, & abjectis fieri ſolet, ac omnino deſtitutis* Addit Chryſoſtomus. *Partiuntur ea veſtimenta per quæ miracula facta ſunt; ſed nunc nihil efficiebant, Chriſto ineffabilem illorum virtutem cohibente.* Veſtes illæ ſalutiferæ, tamen ægrotorum militum petulantiam non ſanant, 14.

D. Cyrill. *Veſtes dānatorum hæreditas carnificum.* D. Chryſ. *Ad miraculum cognitio.*

nant, quia virtus divina ab eis non erat agnita, & inde Deus cohibebat virtutem; ne exiens ſacrilegis mederetur.

15. D. Damaſc. *Data veſtis pignus eſt, quod Deus ſe communicavit.* Myſticè rem explicat D. Damaſcen. Cur nempè Chriſtus voluerit veſtem ſuam inter milites Romanos dividi; ſic ait hom. de ſabbato ſancto. *Veſtem quoque militum ſorti permittit, quod futurum ſit, at reſurgens à mortuis, mittat gentibus; quod ipſe delegit diſcipulos, fidique ipſe fidelibus divini baptiſmatis indumentum Quicumque enim, inquit Paulus, in Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis,* Diſponit Chriſtus Dominus, ut veſtimenta ſua dividantur, non inter Judæos, ſed inter milites Romanos, ut jam inde in Romanis, nempè in Gentibus oſtenderetur pignus quod totus Jesus ad illas erat transferendus, cum enim Deus, vel filum aliquod præſtat, pignus eſt, quod & ſeſe totum aliquando præſtare debet. Juxta Septuaginta ait Iſai. 61. 10. *Exultet anima mea in Domino. Induit me veſtimentum ſalutaris, & tunicam lætitiæ, quaſi ſponſo circumdedit mihi mitram.* Ex Hebræo legitur, ut notat D. Cyril. lib. 9. in Geneſ. *Induit me veſtimenta JESV.* Et ex eo quod ei dedit veſtimentum Jesus conſequens erat. *Quaſi ſponſo circumdedit mihi.* Ut ſe illi daret ut ſponſum, cui dederat veſtimentum ſuum.

Iſai. 61. — Hebræus. D. Cyril.

QUÆSTIO III.

Quotuplex fuerit ſors miſſa ſuper Chriſti veſtimenta, & quid eorum partitio myſticè ſignificet?

16. Maldon. QUÆSTIO eſt, an ſemel tantum fuerit miſſa ſuper Chriſti veſtimentum, ejus nempè tunicam inconſutilem. Ita affirmat Maldonat. in cap. 27. Matth. ad verſum 35. & in eam ut probabiliorem inclinat hic Barradas tom. 4. lib. 7.

Barradas. *Fundamentum.* cap. 12. Fundamentum eſt, quia Joannes de ſola inconſutili refert milites dixiſſe, *non ſcindamus eam, ſed ſortiamur.* Ergo ſors ſuper hanc veſtem tantum jacta eſt, & David in ſua prophetia loquitur in ſingulari. *Super veſtem meam miſerunt ſortem.* Et pro hac ſententia videtur ſtare D. Auguſt. tract. 118. in Joan.

17. *Bis ſors miſſa.* D. Auguſt. Tamen oppoſita ſententia mihi eſt verior, quod ſcilicet bis miſſæ fuerint ſortes, ſemel ſuper veſtem exteriorem, ſemel ſuper interiorem, ſeu inconſutilem. Probatur primò hæc ſententia ex D. Marco, qui ait. *Mittentes ſortem ſuper eis quis quid tolleret.*

Verior ſententia. D. Marc. Ubi apertè indicat, quod quidquid unuſquiſque militum accepit, ſorte definitum eſt. Deinde preme verbum. *Mittentes ſortem ſuper eis.* Scilicet partibus veſtium: ergo ſuper veſtem, quæ diviſa eſt in partes, miſſa eſt ſors. Secundò. D. Matth.

D. Matth. D. Marcus. D. Lucas ſcribunt. *Dividentes veſtimenta miſerunt ſortes.* Ergo ſortes jactæ ſunt ſuper veſtimenta, quæ fuerunt diviſa, de quibus Matthæus, Marcus, & Lucas agunt. Nam de veſte inconſutili ſolus Joannes ſcribit. Valdè durum videtur, quod tres Evangeliſtæ dicant ſortem miſſam ſuper Chriſti veſtimenta, intelligentes inconſutilem, nullam de ea facientes mentionem, & non ſuper alia veſtimenta, de quibus ipſi ſcribunt. Tertiò. Valdè conſentaneum fuit, quod fieret diviſio per ſortes, ne alicui militum fieret injuria, & etiam ne inter eos eſſet aliqua contentio.

D. Ambroſ. Hanc ſententiam docent D. Ambroſ. in cap. 23. Luc. dicens. *Dividuntur veſtimenta. Alii aliud ſorte defertur.* Theophilact. ad locum citat. Marc. Janſen. in ſua concordia, cap. 143. Toletus in cap. 19. in Joann. annot. 14. Suar. tom. 2. ad 3. part. diſp 37. ſect. 1. *Tertiò circa.* Lorin. in Pſalm. 21. in comment. ad verſ. 19. Franc. in Matth. cap. 27. n. 35. Theoph. Janſen. Toler. Suar. Lorin. Franc. Luc.

Nec huic ſententiæ repugnat Joan. textus, ſenſus enim illius eſt ſolam veſtem inconſutilem manſiſſe indiviſam, & tantum integram alicui ſorte obtigiſſe, ſuper cæteras verò veſtes, quæ diviſæ fuerunt, non excluditur, quod de illis jacta fuerit ſors. Nec locus prophetiæ obſtat; quia frequenter in ſcriptura numerus ſingularis pro plurali ponitur. 18. *Diluuntur fundamenta contraria.*

Tertiò quæro. Quid myſticè ſignificet hæc veſtis diviſio in quatuor partes: Primò, ut docent D. Aug tract. 118. in Joan. D. Chryſoſtom. hom. 84. in Joan. D. Ambr. in cap. 23. Luc D. Cyril Alexandr. lib. 12. in Joan. cap 32. Veſtis Chriſti ſignificat Eccleſiam, de juſtis enim dicitur Iſai. 49. *His omnibus tanquam ornamentis veſtieris.* Eccleſiæ ergo amplitudo in quatuor veſtimentorum partibus ſignificatur, quæ per quatuor orbis partes dilatanda erat. Citatus Divus Auguſtinus *Quadripartita*, ait, *veſtis Domini JESV Chriſti, quadripartitam figuravit ejus Eccleſiam, toto terrarum orbe, qui quatuor partibus conſtat, diffuſam, & omnibus ejuſdem partibus concorditer diſtributam.* 19. D. Auguſt. D. Chryſoſt. D. Ambroſ. D. Cyril. *Eccleſia per totum orbem dilatata.* Iſai. 49.

Secundò. D. Ambroſ. in cap. 23 Luc. ait, quod hæc diviſio in quatuor partes ſignificat quatuor Evangeliſtas, qui ſorte, ſeu electione divinæ gratiæ geſta Chriſti inter ſe tractanda diviſerunt, quod eleganter proſequitur S. Pater citatus. 20. D. Ambroſ. *Quatuor Evangelia.*

Tertiò D. Athanaſ ſer. de Paſſ. & cruce. *Diviſere carnifices veſtimenta Chriſti, ait, prorſus immemores, ſe inter gentes dividendos eſſe, & ut compendio dicam adverſus ſe provocarunt diem quam prædixit Iſaias; dies enim judicii Domini, & talionis judicii Sion.* Judæi veſtimenta Chriſti in quatuor partes diviſerunt, & eos dies, ſeu pœnas talionis premit, dum ipſi per quatuor orbis partes ſine rege vagantur diviſi, ac diſpertiti. 21. D. Athan. *Judæis pœna talionis niſi per quatuor orbis partes.*

QUÆSTIO IV.

Quare tunica inconſutilis non dividitur in partes, ſicut & aliud Chriſti veſtimentum?

AIT Joannes, quod cum milites accepiſſent Chriſti veſtimenta, quæ in quatuor partes ſunt partita, acceperunt etiam tunicam. *Erat autem tunica inconſutilis, deſuper contexta per totum, dixerunt ergo adinvicem non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cujus ſit.* Aſſignat Evangeliſta rationem, cur hanc tunicam noluerunt milites partiri, erat enim tunica contexta deſuper per totum, id eſt textura à ſupernis, ſeu à ſummitate incipiebat, & per totam ſine ſutura continuabatur; ſi ergo veſtis ſcinderetur, nullius eſſet utilitatis, tota enim diſſolveretur, hac de cauſa ſortem miſerunt ſuper eam, cui contingeret. Moraliter nota quod ex eo quod tunica eſſet, *deſuper contexta per totum.* Non diſſolvitur, nec dividitur, quod enim à ſupernis contextum, ac determinatum eſt, nullo modo poteſt ſcindi, ac diſſolvi. 22. Joan. 19. *Ratio litteralis.* *Quod è ſupernis eſt ordinatum non poteſt ſolvi.*

23. Secundò

23\. D. Cyrill. Secundò & myſticè N. Divus Cyril. lib. 12. in Joan. cap. 32. *In quatuor partes*,ait., *veſtimenta diviſa ſunt, & tunica ſolum indiviſa remanſit: quod myſticè, cujuſdam rei ſignum fuiſſe dixerim. Nam quatuor orbis partes ad ſalutem reductæ, indumentum Verbi, id eſt carnem ejus impartibiliter, inter ſe partiti ſunt. In ſingulos enim partibiliter tranſiens unigenitus, & animam, atque corpus eorum per carnem ſuam ſanctificans impartibiliter, atque integer in omnibus eſt.* Quod etiam habet D. Athanaſ. ſerm. de Paſſ. & cruce. Quatuor milites quatuor orbis partes ſignificantes, conveniunt ad Chriſti tunicam inconſutilem, quæ integra, & impartibilis perſeverat, tunica enim hæc carnem Chriſti denotabat, quæ in ſacramento Altaris,in omnibus mundi partibus integra, & impartibilis perſeverat, ſingulos ſanctificans, in qualibet enim parte hoſtiæ totus Chriſtus eſt.

D. Athanaſ. Caro Chriſti integra, & impartibilis eſt in Sacramento.

24\. D. Proſper. Tertiò. D.Proſper lib. de promiſſ. p. 1. cap.26. *Tunicam enim milites*, ait, *dividere noluerunt, unitatem Eccleſiæ firmantes, à cujus ſorte excluduntur hæretici, quoniam ſorte provenit, ut eam unus, id eſt unitus poſſideret.* Externa veſte Chriſti diſtributa ſuper tunicam inconſutilem mittuntur ſortes, & cur hæc ſortibus committitur. Sors denotat, quid unus è multis ferat, inde Chriſti tunica ſortibus ſubjicitur, ut pateat nihil Chriſti habere poſſe, niſi quis fuerit unus, *ut eam unus, id eſt unitus poſſideret.* Non enim invenitur aliquid Chriſti, niſi in vera unione; & inde hæc tunica ſignificat Eccleſiam, quæ in ſe maximè una eſt, & minimè ab hæretica pravitate dividi poteſt, *Unitatem Eccleſiæ firmantes.*

In unione habetur Chriſtus.

Eccleſia Chriſti una.

25\. D. Bernard. Et ideò ob hanc ſignificationem Eccleſiæ D. Bernard. in Apologia ad Guilielmum hanc tunicam non ſolum appellat inconſutilem, ſed etiam polymitam, qualis fuit illa Joſephi. Gen. 37.n.3. ſic ait S. Doctor. *Polymitam ob multorum ordinum, qui in ea ſunt, multimodam diſtinctionem; inconſutilem verò propter indiſſolubilis charitatis individuam unitatem.* Eccleſia Catholica in ſe una eſt fide, ac doctrina, tamen gradus, ac varietates habet multorum miniſtrorum, juxta illud Pauli 1. Corinth. 12. n. 4. *Diviſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus: & diviſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus: & diviſiones operationum ſunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus.*

Geneſ. 37. In Eccleſia multorum ordinum gradus.

26\. German. Quartò. Germanus Conſtantinopol. orat. in crucem Dominica 3. Quadrag. apud Grethſerum tom. 2. *Diſcimus*, ait, *etiam hinc nihil morari, ſi qui dividant veſtimenta ex quadruplici elementorum ſerie coagmentata: quid enim nocumenti afferre queant, ſi tunica ſuperis in oris contexta anima,inquam, ſalva, & integra permaneat.* Maximè ponderandum, quod Jesus dedit corpus ſuum ſcindendum, cur ſic cavit, ne tunica illa inconſutilis ſcindatur? In Chriſto duplex veſtis, exterior una, quæ per quatuor milites dividitur, & denotabat corpus, quod ex quatuor elementis componitur, quod ſi tradatur carnificum manibus ad ſciſſiones, percuſſiones, ac mortes, tamen de his nihil faciendum, cum tunica interior ſcilicet anima ſemper ſalva, & integra ſit.Unde inimicorum furor timendus non eſt, qui in corpore ſiſtit, & ad animam non valet accedere.

Non timenda ira quæ deſævit in corpus, & animam non valet lædere.

27\. D. Cyprian. Quintò. D. Cyprian. lib. de unitate Eccleſiæ, *Cum duodecim tribus Iſraël ſcinderentur; veſtimentum ſuum Propheta Ahias diſcidit. At verò quia Chriſti populus non poteſt ſcindi, tunica ejus per totum textilis, & cohærens, diviſa poſſidentibus non eſt.* Celebris eſt hiſtoria, 3. Reg. 12.num.30.quod Ahias Propheta occurrit Jeroboam pallio novo indutus, & ut Jerobam vidit. *Apprehendens Ahias pallium ſuum novum, quò coopertus erat, ſcidit in duodecim partes.* Hoc factum eſt in pallio Prophetæ. At Jesus tunicam ſuam non paſſus eſt ſcindi. Et cur quod ſuſtinet Ahias non patitur Jesus? An Jesus minorem patiendi habebat ſitim, quam Ahias? Abſit hoc. In utroque veſtimento oſtendebatur populi ſui ſtatus. In Ahiæ, ut dilacerandus, & ſcindendus erat populus ſuus Iſraëliticus, quod optimè manifeſtabatur in tanti viri veſtibus laceratis. In Jesu tunica indiviſa ſtatus populi Chriſtiani oſtendebatur, cujus felicitas integra & ſalva Jesu habitu apparebat. Sic in præſtantiſſimorum virorum habitu, ac ſpecimine populorum ſuorum eventus indicatur.

3. Reg 12.

In habitu, ac geſtu excellentiſſimorū virorum fortuna populi declaratur.

Sextò, Doctiſſimus Idiota lib. 1. de amore divino, cap. 24. *Iſta veſtis*,ait,*ex pretioſis filis, id eſt tuis beneficiis homini collatis contexta, & ſutili magiſterio facta, & decorata, quæ deſignatur per tuam tunicam inconſutilem, quæ nec ſciſſa eſt, nec diviſa, quia amor neque dividi debet, nec ſcindi.* Tunica hæc ut ex traditione Patrum teſtatur Euthym. à ſacratiſſima Virgine confecta eſt, & dilectiſſimo filio ſuo Jesu data eſt in ſignum, ac pignus ſui amoris erga illum, inde minimè dividi potuit inter inimicorum manus; nam verus amor in magnis, ac maximis adverſariorum contrarietatibus nec dividi, nec ſcindi poteſt. Accinit D.Bernard. jam hac quæſt. citatus. *Tunicam hanc*, ait, *fuiſſe inconſutilem propter indiſſolubilis charitatis individuam unitatem.* 28.

Idiota. Verus amor non poteſt dividi.

D. Bernard.

Septimò. Divus Athanaſ. ſer. de Paſſ. & cruce. *Cum penderet*, ſcilicet Chriſtus, *ut homo principatus perſequebatur diabolum, comprehendebat, carnifices deterrebat, ne tunicam ſcinderent, ut ea manente maneret: & Judæorum probrum, quod non multo poſt accidit, nimirum cum velo ſciſſo tunica Chriſti nec à carnificibus quidem diviſa eſt, ſed integra manſit. Manet enim ſemper Evangelium integrum cum membra dividantur.* Scribit Matth. quod cum Chriſtus emiſiſſet ſpiritum. *Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes à ſummo uſque deorſum.* Cap 27.num. 50. Velum templi, quod illius populi honor ac decus majeſtatis erat diſtractum, in duas partes corruit. At tunica Chriſti ex militum manibus incolumis, & integra apparet. Unde hoc? Licèt Chriſtus in hoc bello occumbat, veſtis tamen ejus integra & ſalva inter inimicorum manus eum victorem, ac triumphatorem indicat. At verò dum adverſarii veſtem, ac honorem ſui templi non poſſunt tueri, quin ipſa Chriſti morte divellatur, ac dividatur, jam ipſos ſe eſſe victos, populúmque ſuum corruiſſe, apertiſſimè demonſtratur. *Manet enim ſemper Evangelium, cum membra dividantur.* Veſtis Chriſti, ut victoris manet integra, velum templi ut devicti ſcinditur. 29.

D. Bernard. Veſtis Chriſti integra velum templi ſciſſum.

Octavò, Citatus Athanaſ.*Cum enim*,ait, *Adamus peccaſſet ac deinde moriturus eſſet, accepit pelliceas tunicas ex morticinis animalium factas, inſigne, notamque mortalitatis ſibi inflictæ. Cæterum Dominus omnia noſtra propter nos recipiens, induit ea, ut rurſus exueret;& pro iſtis nos veſtiret vita, & immortalitate. Induit etiam, cum illis,tunicam inconſutilem deſuper in totum contextam, ut vel inde Judæi crederent,quiſnam eſſet ille,qui eam induiſſet;eum non ſcilicet è terra, ſed verbum eſſe, quod advenerat deſuper. Unde* 30.

D. Athan.

Unde carnifices alia veſtimenta dividunt, cum eſſent diviſibilia, & in quatuor partes diſtinguerentur, id ea de cauſa quod pro peccatis quadripartiti Orbis ea geſtabat, quæ ſpectans Joannes indutum eum narrat. Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Hanc tunicam ſolam ſcindere non potuerunt. Subtiliter ex mente Sancti Patris colliges; cur milites quædam Chriſti veſtimenta dividunt, cur alia non dividunt. Chriſtus D. crucem aſcendens habitum induit peccatoris, ac immaculati Agni. Cum Chriſtus filiorum Adæ peccata portaſſe, illas etiam pelliceas veſtes aſſumpſit, quibus Adam contectus, & mortis ſententiæ poſt peccatum fuerat adſcriptus, & tunc peccatoris, ac ſcelerati repræſentabat perſonam, quibus etiam ſimul inconſutilem innocentiæ veſtem, ut ſibi propriam gerebat. In cruce ergo exaltatus utrumque indumentum innocentiæ, & peccati in militum manibus depoſuit veſtem innocentiæ, ut propriam, peccati veſtem ut alienam; propria etiam contendentibus militibus indemnis ſervatur, oſtendens ſanctitatem ſuam eſſe inexpugnabilem, & de omnibus adverſariis triumphatricem; at verò aliena diſcerpitur, ac diſſecatur, peccati ruinam indicans, & ſe pro illis mortuum oſtendens Æqualem enim potentiam declaravit comprimens milites ne veſtem inconſutilem abſcinderent, ac eos compellens, ut cætera veſtimenta, quæ peccati erant, dividerent. Tunica, quæ innocentiam exprimebat, ut triumphatrix ſine ulla læſione incolumis ſervatur; alia verò veſtis pelliceas Adami peccatrices tunicas adumbrans, dividitur, ac dilaceratur, ut peccata jam omnino abrupta, & perempta manifeſtentur.

Cur tunica inconſutilis non ſcinditur ſed alia veſtis.

Sanctitas, ac innocentia expugnabilis.

Titulus in Cruce.

Joan. 19. *n.* 19. Scripſit autem & titulum Pilatus: & poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptum: Jeſus Nazaræmus Rex Judæorum.

Num. 20. Hunc ergo titulum multi Judæorum legerunt: quia prope civitatem erat locus ubi crucifixus eſt Jeſus: & erat ſcriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè.

Num. 21. Dicebant ergo Pilato Pontifices Judæorum: Noli ſcribere Rex Judæorum: ſed quia ipſe dixit Rex ſum Judæorum.

Num. 22. Reſpondit Pilatus: Quod ſcripſi, ſcripſi.

VERSIONES.

Syriacus. n. 19. Quin etiam ſcripſit tabulam Pilatus, & impoſuit cruci ejus. Ita verò ſcriptum erat: Hic eſt Jeſus Nazaræmus, Rex ille Judæorum.

Arabicus. Deinde ſcripſit titulum Pilatus: & poſuit illum ſuper crucem ejus; & in eo erat ſcriptum.

Arabic. n. 20. Hunc autem titulum multi ex Judæis legerunt, quia propinquus civitati erat locus.

Syriacus. Et ſcriptum erat Hebraicè, & Jonicè, & Romanè.

Syriacus n. 21. Dixerunt autem Principes Sacerdotum Pilato: ne ſcribas: Rex ille Judæorum: ſed illum dixiſſe Rex ſum Judæorum.

Arabicus. Noli ſcribere, quia ipſe eſt Rex Judæorum.

Pagnin. Sed quod ille dixerit, Rex ſum Judæorum.

Syriacus n. 22. Dixit Pilatus.

Arabicus. Quod ſcriptum eſt, jam ſcriptum eſt.

Alter Textus.

Matth. 27. *n.* 37. Et impoſuerunt ſuper caput ejus cauſam ipſius ſcriptam, Hic eſt Jeſus Rex Judæorum.

Marc. 15. *n.* 26. Et erat titulus cauſæ ejus inſcriptus, Rex Judæorum.

Luc. 23. *n.* 38. Erat autem & ſuperſcriptio ſcripta ſuper eum literis Græcis, & Latinis, & Hebraicis. Hic eſt Rex Judæorum.

EXPOSITIO II.

Divus Matthæus poſt diviſa veſtimen- 31.
ta, ſubdit poſitam fuiſſe *cauſam ſuper* D. Matth.
caput ejus. Joannes verò prius narrat tituli inſcriptionem, poſtea veſtium diviſionem; ſed hoc nihil adfert difficultatis, quia ut ſæpè jam dixi, non oportet ordinem narrationis ordini rerũ reſpondere, nec dum Evangeliſtæ aliquid prius commemorant, propterea affirmant factũ eſſe prius. Titulus ergo hic inſcriptus eſt non in papy- *Lyranus.*
ro tabulæ affixa, ut vult Lyranus, ſed inſtrumento ferreo inſculptus eſt in tabula, ut patet ipſo titulo, qui Romæ ſervatur, hic autem titulus poſitus eſt in ſummitate crucis, in quo ſcripta erat cauſa mortis ipſius, de quo qu. ſequenti, & ſic communiter fiebat in damnatis ad mortem, de quo q. 6. Et indicat. D Matth. *Poſuerunt ſuper caput ejus cauſam ipſius.* Seu ut vertit Syriacus. *Occaſionem mortis ejus.* Et titulus erat *Hic eſt Rex Judæorum.* *Syriac.*
Quod ſcilicet regnum Judæorum affectaſſet.

Si in titulo apponitur illa particula *hic eſt*; 32.
nullus Evangeliſtarum totum titulum integrè ac planè exprimit. Nam D. Matth. habet: *Hic eſt Jeſus Rex Judæorum.* D Marc. *Rex Judæorum.* D. Lucas *Hic eſt Rex Judæorum.* D. Joan. *Jeſus Nazarænus Rex Judæorum.* Maldon. cum multis aliis *Maldon.*
exiſtimat hunc fuiſſe titulum. *Hic eſt*, habent Matthæus, & Lucas *Jeſus Nazarænus Rex Judæorum.* Boſius verò, Pagnin. Grethſerus, Cornelius *Pagnin.*
à Lapide, & alii omittunt, *Hic eſt*, quia hoc ſatis *Boſius.*
ſignificatur inſcriptione affixa crucifixo, omnes *Grethſ.* *Gomel.*
quatuor Evangeliſtæ in titulo notant appoſitam cauſam mortis Rex Judæorum, quod ſcilicet affectaſſet regnum Judæorum.

Scribit Joannes. *Hunc ergo titulum multi Ju-* 33.
dæorum legerunt. Et cauſam aſſignat Evangeliſta. *Quia prope civitatem erat locus*, propinquitas enim urbis, in cauſa fuit, ut multi Judæorum concurre-

rent ad montem Calvarium, illo enim tempore maxima multitudo extraneorum convenerat in Jeruſalem, ad diem feſtum. Erat ſcriptum *Hebraice, Græcè & Latine.* Non quod partim eſſet Hebraice, partim Græcè, partim Latinè; ſed totus integer titulus his tribus linguis ſcriptus erat.

34. Syriac. *Dicebant ergo Pilato Pontifices Judæorum*; ſeu ut vertit Syriacus, *Principes Sacerdotum.* Qui paulo antea clamarunt, *non habemus regem niſi Cæſarem*; hoc cap. Joan. n. 15. Maximè enim invidebant gloriæ Jeſu; graviter eos arguit Chryſoſt. hom. 84. in Joan *Quid*, ait, *hoc vobis nocebat, Judæi: Nihil. Nam ſi mortalis erat, & imbecillis, & moriturus, quid ſcripturam timuiſtis, quod eſſet Rex Judæorum?* Non quidem ferebat invidia etiam ridiculum, & inanem regni titulum in Jeſu videre, & inde illum eradere nituntur. D. Cyril. Alexand. lib. 12 c. 31. ſic ait, *Non poſſunt ferre hujuſmodi titulum principes Judæorum, ſed acri turbati invidia, regnum pernegant Chriſti.* Vmbratus honor torquet invidos.

Chryſoſt. *Invidia nec ridiculum regis titulum poteſt videre.* Cyrill.

35. *Reſpondit Pilatus, quod ſcripſi, ſcripſi.* Ac ſi diceret. Quod ſcripſi, recte, ac bene ſcripſi, nolo enim id mutare, aut revocare. Pilatus idem intendebat ſignificare, quod Pontifices clamabant, quod ipſe dixerit Rex ſum Judæorum, ſed Deus manum ejus direxit, & alio ſenſu, eoque vero ſcripſit ſimpliciter. *Rex Judæorum.* Beda in Marc. *Nec occidendo ergo efficere Judæi potuerunt, ut Jeſum Regem non haberent.* de quibus in quæſtionibus.

Beda.

QUÆSTIO V.

Quare Jeſu crucifixo apponitur in titulo cauſa mortis ejus, Jeſus Nazarænus, Rex Judæorum?

36. DE more Romanorum, ut dicam q. ſequenti Jeſu crucifixo apponitur titulus, ut ait D. Joannes, in quo oſtendebatur cauſa condemnationis ejus ad mortem, ſic habet Matth. *Impoſuerunt ſuper caput ejus cauſam ipſius ſcriptam.* Aliqui ex Græco pro *cauſam ipſius*, legunt crimen ipſius, utrumque enim, ut ait Franc Luc. vox Græca ſignificat. Syriacus vertit *occaſionem mortis ipſius* quod ſcilicet regnum Judæorum ſolicitaſſet; altius res eſt inquirenda.

Græcus. Franc. Luc. Syriac.

37. Ex juſſu præſidis Pilati titulus crucis continens cauſam mortis Chriſti ſcriptus eſt, ut patet ex Joanne. *Scripſit autem & titulum Pilatus*: Quomodo ex ejus imperio imponitur cauſa mortis ejus; nam ipſemet Pilatus dixit ad Judæos apud D. Lucam 23. n. 5. *Nihil invenio cauſæ in homine iſto.* Et apud Joan. 19. num 6. *Ego enim non invenio in eo cauſam*; Quomodo ergo nunc cauſam invenit, & eam fixam in cruce publice apponit; quandiu Pilatus juſtitiæ metas intendebat ſervare, cauſam non inveniebat ad Chriſtum morti condemnandum; at verò cum correptus fuit aliorum timore, ac indebito reſpectu. *Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris, omnis enim qui ſe regem facit contradicit Cæſari.* Joan. 19 num. 12. Statim cauſam finxit, ac fabricavit, ut iniquiſſimè juſtitiam prævaricaret, ac innocentem Agnum morti traderet Et quanti mali judices in hac parte Pilatum imitantur, qui cum juſtitiæ attendant non inveniunt cauſam ad iniqua perpetranda, at verò ſi corrumpantur mille chymeras fingunt ad omne jus violandum. Huc advoca quæ dixi. 4. capite qu. decima & capite 47. quæſt. 1. num. 6. 7. 8.

Luc. 23. Joan. 19. *Judex ſæpe non invenit cauſam ad iniqua attendēs juſtitiæ, maximè cum illam corrumpit.*

Mirabilem mortis Chriſti cauſam in divina bonitatè invenit D. Ambroſ. in cap. 23. Luc. ad hæc præſentia verba *Lego*, ait, *cauſam Chriſti ſuper caput ejus ſcriptam, cum lego; & Deus erat verbum, caput enim Chriſti Deus.* Et ſi Chriſtus non haberet cauſam infamem, ac turpem ad mortem, habebat aliam ſublimem, & altam, quod eſſet nempe filius Dei Patris, cujus infinita bonitas hominum amatrix in cauſa erat, ut pro hominum ſalute vitam daret, quod etiam eleganter ponderavit D. Cyprian. ſerm. de Paſſion *Cauſam*, ait, *mortis in te non eſſe Pilatus ipſe prædixerat, & Caypbas mortem tuam pro inimico populo ſatisfacturam, cum eſſet Pontifex anni illius prophetaverat. Tu de morte non agis, de opprobriis non contendis? ſed hoc vis intelligi, quæ ſit cauſa mortis, quis quæſtus, ut utraque recognita peccatum appareat, & gratia.* Maximè gratia, ac benignitas noſtri ſalvatoris commendatur, cum nulla alia in eo tot terribilium ac innumerabilium tormentorum cauſa inveniatur, quam libera ejus voluntas hominum amatrix. Unde alta divina providentia Pilatus teſtatur, quod nullam in eo inveniat cauſam, & Pontifex ſic aperte clamat unum hominem debere mori pro omnium ſalute, ut inde omnes confiteantur omnium cruciatuum cauſam in divinam voluntatem eſſe refundendam, quæ tam efficaciter homines dilexit. Vide hoc libro capite primo q. 3. 38.

Ambroſ. Cyprian. *Cauſa mortis Chriſtus, ejus voluntas hominum amatrix.*

Sed jam ſingillatim cauſam appoſitam in titulo explicemus. Cauſa ergo cur Chriſtus ad mortem damnatur à Pilato, quia eſt *Jeſus*, & quia *Nazaræus*, & quia *Rex*, & quia particulariter *Judæorum Rex.* Quæ omnia in mentem Pilati venerunt, Spiritu ſancto inſpirante. 39.

Primò ergo Chriſtus morti adjudicatur, quia Jeſus, quod erat ejus nomen proprium; & interpretatur ſalvator: ſic dixit Angelus Joſeph. *Vocabit nomen ejus Jeſum: ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* Matth. 1. n. 12. Et quomodo ſalvum faciet niſi pro peccatis noſtris pœnam ſolverit, quam nos merebamur? Ipſe enim dixit; *quæ non rapui, tunc exolvebam.* Pſal 68 n. 5. Et quomodo pœnam quam totius mundi peccata merebantur ſolvere, niſi turpiſſima morte condemnatus, cum enim noſtra peccata eſſent maxima, pro eorum ſatisfactione maximi cruciatus erant perferendi; ad hoc enim ſignificandum, *ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio*: ait Paulus. Hebr. 9. n. 22. Sic erat olim, quod per ſanguinis effuſionem victimarum fiebat remiſſio, ut Spiritus ſanctus denotaret, quod ſine ſui ſanguinis effuſione, Chriſtus non eſſet nos à peccatis erepturus; dicitur quod ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio. Condemnatur ergo morti, quia Jeſus id eſt ſalvator; ut morte ſua ſuum ſalvatoris munus adimpleat mundum à peccatis purificans. Vide multa c. 1. 2. & 3. ac 4. in Indice ſyllabarum. Verb *Officium.* 40.

Matth. 1. *Moritur, quia Jeſus id eſt ſalvator.* Pſal. 68. Hebr. 9.

Secundò. Adjudicatur morti, quia *Nazaræus* ſic communiter dicebatur à patria Nazareth. *Invenimus Jeſum filium Ioſeph à Nazareth.* Joan. 1. n 45. Matth. 21. verſ. 11. Joan. 18. num. 5. Joan. 19. num. 19 Marc. 16. num. 6 Adjudicatur morti ergo, quia Nazaræus; nam ut Auctor eſt D. Hieron. in cap. 2. Matth ad illa verba. *Nazaræus vocabitur.* Sic ait Sanct. Doctor. *Nazaræus* 41.

Joan. 1. Matth. 21. Joan 18. Joan. 19. Marc. 16.

ræus ſanctus interpretatur. Et quia ipſe ſolus erat ſanctus, & innocens, ſegregatus à peccatoribus, ipſe ſolus nos poterat mundare, ac purificare. Secundò D Bernard. ad milites templi. Nazaræus id eſt conſecratus, ac dedicatus Deo, Chriſtus D. per obedientiam conſecratus, & dedicatus eſt Patri, ut ſe efferret in ſacrificium, & hoſtiam pro peccatis. Secundo Nazaræus ſignificat florem, germen, virgultum, Chriſtus, flos, germen, virgultum.

Iſai. 53. Iſai. 40. *Chriſtus flos cecidit in mortem ob hominum peccata.*

Iſai. 53. n. 2. *Aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti.* Iſai. 40. n. 6. *Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus quaſi flos agri. Exſiccatum eſt fœnum, & cecidit flos, quia ſpiritus Domini ſufflavit in eo.* Verè omnes homines fœnum ſunt, & verè omnis eorum gloria Chriſtus eſt; quia ergo homines qui erant fœnum propter peccatum exſiccati ſunt (*aruit tanquam teſta virtus mea.* Pſ. 21.) neceſſe fuit ut Chriſtus, qui erat flos, caderet in crucem, ac mortem; cecidit igitur quia Dominus ſufflavit in eum, conſtituens ſuper dorſum ejus omnium hominum peccata.

42. Quartò. Chriſtus Nazaræus id eſt flos; *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice ejus.* Iſai. 11. n. 1. De ſe ait Chriſtus D. *Ego flos campi*, Cant. 2. num. 1. Et inde flos campi, ac totius mundi eſt Chriſtus quia ut explicat Origenes hom. 2. ex duabus in Cant. per ipſum totus mundus repletus eſt odore, ac gratia omnium cœleſtium donorum, quæ omnia à Chriſti morte in nos dimanarunt. Vide hoc lib. cap. 1. q. 8.

Iſai. 11. Cant. 2. Origen. *Chriſtus replet mundũ odore omniũ donorum.*

43. Tertiò. Adjudicatur Chriſtus morti, quia Rex, ſufficientiſſima cauſa mortis, quod Rex ſit ut pro ſubditis vitam impendat. D. Paſch. l. 12. in Matt. *Ecce*, ait, *conductus eſt miſer populus ad clamorem, & petitionem mortis Chriſti, nec tamen inveniunt cauſam, qua digne moriatur, niſi quod Rex eſſet.* At ſi Rex eſt, digniſſimè cauſam habet, ut pro ſuis moriatur. Hoc enim veri, ac proprii Regis eſt. Sic pergit citat. Paſchaſ. *Scribitur*, ait, *cauſa Jeſu ſuper caput ejus, & ponitur quaſi corona, ut cunctis liqueat, quod ipſe eſt verus Rex Judæorum.* Et inde Regis titulus in ligno crucis ei affigitur, quia hujuſmodi titulus, multos dolores, cruciatus, anguſtias, ac tandem ipſam mortem ſecum habet affixam. Rabbanus apud D. Thom. *Cum ſuæ carnis hoſtiam in altari crucis offerret, Regis quoque dignitatem titulus prætendit* Unctus Saul in regem Iſraël, mittitur ad ſepulchrum Rachelis, diciturque ei, *Invenies duos viros juxta ſepulchrum Rachel:* 1. Reg. 10. n. 1. quid eſt, quod creatus Rex primos ſuos ſubditos apud ſepulchrum invenit, quia idem eſt invenire ſubditos, ac ſepulchrum invenire, ut vita data ibi conditus jaceas. Vide tom. 3. cap. 8. quæſt. 1 n. 6. 7. 8. & tom. 4. cap. 40. quæſt. 7. n. 40. & 41.

D. Paſc. *Regis eſt vitam pro ſuis dare.*

Rabbanus.

Idem eſt habere ſubditos, ac ſepulchrum.

1. Reg. 10.

44. Adjudicatur Chriſtus morti, *Quia Rex Judæorum* peculiariter quę hujus populi Rex. Primo D. Aug. tract. 118. in Joan. *Rex*, ait. *Judæorum ſed Judæorum circumciſione cordis, ſpiritu non littera.* Literali ſenſu de ſolis Judæis Pilatus intellexit, qui titulum juſſit apponi, myſtico vero ſenſu intelligi poteſt de Judæis ſpiritualibus, id eſt de filiis Abrahæ ſpiritu, non carne. Secundò; dicitur illius populi Rex. Ad cujus patres facta eſt peculiariter de Chriſto, ac de redemptione in ſanguine ejus promiſſio. Sic ait Paulus Act. 13. n. 32. *& nos vobis annuntiamus eam, quæ ad patres noſtros repromiſſio facta eſt. Quoniam hanc Deus adimplevit filiis noſtris reſuſcitans Jeſum.* Sic & ait Zachar. in ſuo Cantico Luc. 2. 68. *Fecit redemptionem plebis ſuæ.* Et poſtea ſubdit n. 10. *Juſiurandum, quod juravit ad Abraham Patrem noſtrum, daturum ſe nobis.* Ut ita promiſſionem factam & verbum datum morte ſua adimpleret. Secundò, quia de eorum ſtirpe carnem, & ſanguinem ſumpſerat, ut ita quod de eis aſſumpſerat, totum in eorum ſalutem refunderet. Tertio. Ut videretur infinita Dei bonitas, nam Judæi intendebant ei mortem inferre, at ipſe intendebat eos à morte liberare, eiſque æternam vitam largiri. Huc trahe quæ dixi ſupra hoc libro cap. 4. q. 15. n. 121. 122. 123. & c. 12. q. 7. n. 45. 46.

D. Auguſt.

Actor. 13. *Adimplere promiſſum.*

Infinita bonitas Chriſti dat vitam pro infligentibus mortẽ.

QUÆSTIO VI.

Quare Regis titulus affigitur in Cruce?

IUs su Pilati ſuper caput crucifixi, ut ait D. 45.
Matth. milites affixerunt titulum, in ea nempe crucis parte, quæ ſupra caput Jeſu eminebat, *Poſuerunt ſuper caput cauſam ejus ſcriptam.* In ſummo nempe apice crucis; tum quia ſic erat Romana conſuetudo, ut ſtatim dicam, *& quia*, ut ait Beda in Lucam, *licet in cruce pro nobis hominis infirmitate dolebat, ſupra crucem tamen regis majeſtate fulgebat.* Tum etiam ob venerationem ſanctiſſimi nominis Jeſu, & quia ſi blaſphemiæ, ac injuriæ, quæ ex ore Judæorum in Chriſtum jactæ aſcenderent in cœlum, divinam iram provocantes prius ſanctiſſimum nomen Jesus evolaret miſericordiam impetrans. Mandavit Deus Moyſi facere teſtamenti arcam, ſupra quam erat propitiatorium; quod duo Cherubin manibus tenebant; *Reſpiciantque ſe mutuo verſis vultibus in propitiatorium, quo operienda eſt arca; in qua pones teſtimonium, quod dabo tibi.* Exod. 25. n. 20 21. Et cur propitiatorium imminebat ſuper arcam? In arca erat teſtimonium ſeu lex, quia ſi ipſa clamaret in cœlum, contra ſui violatores, prius præveniret propitiatorium, ad Dei thronum miſericordiam præoccupans, & impetrans. Vide t. 1. lib. 2. c. 3. q. 9. num. 42.

Beda.

Nomẽ Jeſus miſericordiã præoccupat.

Exod. 25.

Ad quæſtionem. Communis, & litteralis ratio eſt, quia hæc erat Romanorum antiqua conſuetudo, ut in cruce apponeretur titulus, qui in damnatis cauſam pœnæ indicaret, quod late multis exemplis confirmat, & declarat Lypſius l. 2 de cruce c. 11. Malon. de cruce, & titul c. 6 Greth. ſer. t. 3. l. 1. de cruce c. 27. quod ideo ex eo fiebat, ut indicaretur ſupplicium illud inferri, non ex principis tyrannide, aut judicis malevolentia, ſed ob delicti atrocitatem, genus illud ſupplicii expoſcentem; & ideo etiam ſuus titulus appoſitus fuit latronibus, & ſi concedamus id, quod vult D. Chryſoſt. citandus, quod latronibus non affixus eſt titulus, id ex eo factum eſt, quia talis titulus non in omnibus ſed in magnis, ac inſignibus caſibus affigebatur. 46.

Lypſius. Malon. Grethſer. *Romanorum conſuetudo.*

Secundò. Rupert. lib. 13. in Joan. exiſtimat, quod ut in illis verbis. *Expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat*, Joan. 11. alium enim ſenſum habuit ipſe, & alium Spiritus ſanctus: ita & hic titulus alio ſenſu ordinatus eſt à Spiritu ſancto, & alio ſenſu à Pilato, nam Spiritus ſanctus in gloriam, & honorem Chriſti, Pilatus verò in ludibrium & jocum illum appoſuit; putabat enim ſe gloriari poſſe apud Cæſarem, quod pro ejus imperio, ac fide hominem affectantem regnum, & quem multa illius gentis 47.

Rupert. Joan. 11. Luc. 19.

tis turba cum ramis palmarum receperat, regiáſque illi laudes acclamaverat, dicens: *Benedictus, qui venit Rex in nomine Domini.* Luc. 19 num. 38. acerrimo crucis ſupplicio affeciſſet; ac proinde ex injuſtitia facta conabatur gratiam Imperatoris ambire. Hanc ſententiam ex parte amplectuntur Cajetan. & Janſenius, prout exiſtimant irriſionis, ac ludibrii cauſa, à Pilato titulum appoſitum fuiſſe, ut regni affectationem exprobraret.

Ex injuſtitia gratiam regis ambire.

Cajetan. Janſen.

48\. Chryſoſt. Tertiò D. Chryſoſt. hom. 84. in Joan. *Scripſit autem*, ait, *& titulum Pilatus, tum ut Judæos ulciſceretur, tum ut Chriſtum excuſaret: nam cum eum tamquam pravum tradidiſſent & ſententiam hanc latronum ſocietate confirmare vellet, ne quis jam turpem mortis notam inurere, & tanquam malum, & perditum accuſare poſſet, ut calumniatoribus os obſtrueret, in Regem ſuum ſurrexiſſe denuntiat.* Affixit titulum Pilatus tum ut oſtenderet Chriſti innocentiam, qui quamvis eſſet inter latrones; ne ſimilis reputaretur à vulgo, eum ſimpliciter regem dicit; ut ex invidia populi cruci damnatus agnoſceretur; tum etiam. *Ut Judæos ulciſceretur.* Qui ob ſuam pertinaciam, ac malitiam in proprium regem, ac Meſſiam, uſque ad crucis necem inſurrexerunt, unde ipſi titulum appoſitum ægrè tulerunt, ac Pilato dixerunt. *Noli ſcribere Rex Judæorum, ſed quia ipſe dixit Rex ſum Judæorum.* Quibus Pilatus reſpondit, *quod ſcripſi, ſcripſi.*

Inimicorum invidia multum potens.

49\. Euthym. In hac etiam ſententia eſt Euth. *Scripſit ergo*, ait, *Pilatus dictam cauſam: inſtituitque, ut ſcripta cunctis nota fieret, ne poſſent ſua malitia Judæi Chriſto aliam cauſam affigere, ſimulque hos notavit, & illi patrocinatus eſt; quod propter invidiam eſſet crucifixus.* Pilatus Chriſtum crucis infami ſupplicio affixerat, ut ergo indicaret ejus innocentiam, cúmque eſſe liberum ab omni infamia, oſtendit, quod cum eſſet Rex, nulla ex cauſa damnatus eſt, niſi ex invidia ſuorum inimicorum, quia non infame ſupplicium, ſed illius cauſa hominem infamat, & deturpat. Poſtulabat David à Deo liberari ab iniquo Saul, ſive Abſalone; & dicebat. *Judica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta.* Pſal. 42 num. 1. Multis laboribus, perſecutionibus, ac anguſtiis premebatur David, tamen non poſtulat à Deo ut ipſas calamitates diſcernendo judicet à gente mala, & peſſima, ne quis exiſtimet, quod ipſe juſtè ab inimico afflictus ſit, & inde rogat, ut Deus oſtendat cauſam ſuæ innocentiæ, quia virum magnanimum non labores, ſed eorum cauſæ, premunt, & affligunt. S. Thomas de Villa nova Conc. 2. adventûs *Non angores ſolos denumeres*, ait, *ſed diſcerne cauſam meam de gente non ſancta, de populo vano, hæc eſt judicii tota ratio, hoc pondus, hoc totius ſpei meæ unicum firmamentum.*

Non ſupplicium ſed illius cauſa hominem infamat.

Pſal. 42.

S. Thomas de Villa-nova.

50\. Paleot. Quartò. Paleotus in explicat. Sacræ Synod. c. 4. ſic ait. Titulus iſte Servatori perbelle convenire viſus eſt, tanquam qui de hoſtibus triumphum ductaret Maximo Regi, cum præſertim vetus inoleviſſet mos, in triumphis magnificos extruere fornices, & in ipſis titulos, nomine, patria, & devictarum gentium prænomine triumphantis ad laudem peregregiè inſcripto. Tunc ſubdit. *Factum eſt, ut eſt* (ignorantes tamen quid facerent) *ſanctiſſimo cœli, terrarúmque Regi in triumpho, quem devictis Diabolo, morte, ac peccato reportavit, crucis arcum erexerint infixo titulo, in quo nomen Jeſus, Nazarena patria, Regia dignitas, ſubditi quoque Judæi inſcripti fuere.* Sic ait D. Chryſoſt. cit. hoc. 84. *Tamquam trophæo cuidam literas inſculpſit clara voce, & victoriam, & regem profitentes.* Chryſoſt.

Scribitur nomen ut in triumpho.

Ex his rectè colligit Philothæus Conſtantinopol. orat. de cruce apud Grethſerum to. 2. Cur Adamus, qui extendit manus ſuas ad Paradiſi arborem, ſic erubeſcentia affectus eſt, ut maximè ſeſe occultari intenderit; at Chriſtus extendens manus ſuas ad crucem, maximè ſe videndum exhibet, & amat ab omnibus perſona, ac nomine cognoſci, nec eſt mirandum, ab arbore enim paradiſi victus erat Adamus, & ut victus erubeſcebat cognoſci, at Chriſtus in ligno crucis glorioſus Victor extabat, & ut athleta victorioſus ſic ſe omnium conſpectibus dabat ut nomen ſuum in æternum agnoſcendum exhiberet. Sic ait citatus Auctor. *Lignum paradiſi in ſervitutem adduxit nuditatémque Adamo indixit, & ut ſe ſe occultaret, effecit; ut lignum crucis Chriſtum in excelſo ſitum, omnibus ſpectandum exhibuit. Tanquam enim generoſus quidam athleta, adverſarias virtutes Chriſtus ſublimis ex ligno pendens contrivit.* 51.

Chriſtus ut triumphator Vult nomine cognoſci.

Philoth.

Quintò D. Cyrill. Alexand. lib. 12. in Joann. cap. 29. *Habebat autem*, ait, *Diabolus adverſus naturam noſtram chirographum, maledictionem legis divinæ tranſgreſſoribus debitam, & priſcam Dei ſententiam, quæ adverſus primum hominem juſtiſſimè fuit prolata in quo genus univerſaliter noſtrum, quia nemo abſque peccato eſt, condemnatum fuit: hoc igitur adverſus genus noſtrum Chirographum titulo in cruce confixo ſalvator delevit: liquido namque hic titulus mortem in ligno ſuam ſignificavit, quam pro condemnatorum vita paſſus eſt, & pro delictis pœnam dedit ſufficientem.* Per peccatum noſtrum habuit diabolus adverſus nos Chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, ut ait Paulus Coloſſ. 2. n. 14. quod erat quædam obligatio, reatus, ac debitum pœnæ æternæ, tanquam Chirographum manu noſtra conſignatum ut juxta Syriacum explicant D. Auguſt. in cap. 68. Origenes homil. 13. in Geneſ. & alii. Hoc ergo Chirographum Chriſtus D. crucis titulo, qui mortem ſuam denotabat, delevit, ac abolevit, & ab omni pœna abſolvit. 52. D. Cyrill.

Titulo crucis deletur Chirographum noſtrorum delictorum.

Coloſſ. 2. Auguſt. Origen. Cornel.

Sextò. Permittit Chriſtus hîc apponi titulum qui regnum ejus prædicabat, & tamen poſt ſaturatum populum apud Joan. 6 num. 16. *Jeſus ergo cum cognoviſſet, quia venturi eſſent, ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem.* Regnum nunc fugit, & modo ejus titulum in cruce admittit. Etſi in deſerto quinque millia hominum eſſent ſaturata, non tamen ibi omnium hominum multitudo comprehenditur. In cruce autem pro omnibus pretioſum ſuum ſanguinem effundebat, univerſorum ſalutem adimplens. Cum ergo in crucis ligno totius humani generis cauſam ageret, & licet in deſerto multorum, non tamen omnium fami, ac neceſſitati conſulebat, inde regis titulum, quod in deſerto reſpuit, in cruce admittit, nam qui omnium utilitati, ac bono conſulit, digniſſimus ut regali dignitate præemineat. 53. Joan. 6.

Verus Rex omnium utilitati conſulat.

In exordio mundi. *Fecit Deus duo luminaria magna: luminare majus, ut præeſſet diei, & luminare minus, ut præeſſet nocti.* Gen. 1. n. 16. Cur inter aſtra principatus defertur Soli, ac Lunæ, forſitan, quia lucidius reſplenderent, & dividunt diem, ac noctem? D. Ambroſij acumen aliam aſſignat rationem, quia non ſibi, ſed univerſo conſulunt, illuminant enim, non inæqualiter, ſed ex æquo in omnes ſuos 54. Gen. 1.

ſuos radios diffundentes, magnaque æqualitate
Rex non ſibi ſed omnibus æque provideat. univerſalem omnium cauſam agunt, & inde propter totius univerſitatis commoda inceſſanter longiſſimum iter rapidiſſimo motu agunt. Citatus
Ambr. D. Amb. de Sole & Luna ſic loquitur. *Quæ in quacumque parte fuerint cœli illuminat omnia, & æquè ſpectantur à cunctis ut tanquam ſuis tantum regionibus immorari, & ſibi tantum adeſſe, atque lucere ſinguli populi credant, cum ſimiliter luceant univerſis. Nam & ſi interdum Luna augeatur lumen, atque minuatur, tamen eadem nocte, qualis mihi apparet, talis & omnibus* Vide multa hoc tomo, ac ſuperioribus. Verb. *Rex* & verb. *Communicare.*

QUÆSTIO VII.

Quare titulus Crucis tribus linguis ſcribitur?

NOTANT D. Luc. ac D Joan. quod crucis ti-
55. Luc. Joan. tulus triplici lingua Hebraïca, Græca, ac Latina erat ſcriptus, quod ita eſt intelligendum, ut totus titulus eſſet in unaquaque lingua ſcriptus ut dixi in expoſitione; & licet latronibus affixus fuiſſet titulus, hoc tamen extitit Hebraïca lingua, ut notat Lipſius ſuperiori quæſt. datus: Chriſto autem ex magno myſterio triplici lingua factum eſt, ut ſtatim dicam.

56. Et ita ordinatus eſt titulus, ut in eo literæ He-
Ordo literarum. Hebræi ultimo loco ad fidem converſi. braicæ eſſent à parte ſuperiori; ſecundo Græcæ, tertio Latinæ; Quia Religio Chriſtiana primo ab Hebræis ad Græcos, deinde à Græcis ad Latinos derivanda erat. D. Luc non abſque myſterio poſt Græcos, ac Latinos ultimo loco poſuit Hebræos, and id profectò recipiens, quod ultimo loco ad fidem eſſent convertendi. *Cum plenitudo gentium intra-*
Rom. 11. *verit, tunc omnis Iſraël ſalvus fiet.* Rom. 11. n. 25.

57. Cum hoc tamen obſervandum eſt, linguam
Lingua Latina in loco illuſtriori poſita. Latinam, in honorificentiori loco, id eſt ultimo poſitam eſſe tum quia vicinior capiti Chriſti, tum quia ultimus locus honoratior erat apud
Gretſer. Romanos, ut docte probant Greth. t. 1. de cruce;
Baron. Baron. anno Chriſti 16. Unde Nicolaus Papa in
Nicol. Pap. Epiſtola ad Michaëlem Imperatorem, qui in linguam Latinam debacchabatur, Sic ait. *Latina lingua cum Hebræa, & Græca in titulo Domini à reliquis diſcreta, inſignem principatum tenens omnibus nationibus prædicat Jeſum Nazarenum Regem Judæorum.* Pilatus, illuſtriorem locum linguæ Latinæ tribuit, accommodans ſe ad ſuum Imperatorem Tiberium, qui authoritatis, ac majeſtatis linguæ Latinæ maximè ſtudioſus erat; ut refert citatus Baron. & omnes, Romani magnum honorem deferebant Latino ſermoni, ut illius comparatione omnia aliarum linguarum idiomata contem-
Valer. nerent, ut teſtatur Valerius Maxim. l. 2. c. 2.

58. Ad quæſtionem. Cur non uno, & eodem idiomate, ſed pluribus conſcriptus fuerit titulus, alia eſt ratio facti, alia ſacramenti: cauſa facti in promptu, ut à pluribus agnoſceretur cauſa mortis Chriſti, ſeu Deus Pater, & ſublime ordinavit, ut Chriſtus agnoſceretur omnium ſalvator, ac Rex, & hac de cauſa divina providentia ordinavit; quod titulus crucis Chriſti, & non latronum, eſſet tot, ac tantis linguis ſcriptus, ſicut & in die Pentecoſtes, quando Chriſti magnalia erant primo prædicanda à D. Petro. Scribit D. Luc. Actor. 2. n. 5. *Tunc in Hieruſalem erant viri habitantes ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt.*

Secundò etiam myſticè N. D. Cyril. Alexandr. 59.
l. 12. in Joan. c. 30. *Divinitus, ait, ut ego puto, factum eſt, ut trium linguarum (quæ præcipuæ ſunt) literis* Cyril. Alex.
ſcriptus fuerit titulus: omnium enim gentium regnum Chriſto attribuendum eſſe ſignificavit. Ipſi enim, inquit Daniel, honor, & regnum datum eſt & Dan. 7.
omnes tribus, & linguæ ei ſervient. Et Paulus ad Philip. 2. n. 11. *Omnis lingua confiteatur, quia* Philipp. 2.
Dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. Titulus igitur iſte per præcipuas linguas omnium linguarum Jeſum futurum prædicabat. Ponitur titulus tribus linguis, quæ præcipuè, & celebriores erant, ſub quibus omnes aliæ comprehendebantur, ut ita omnium gentium, ac linguarum Chriſtus prædicaretur Rex, & princeps.

Tertio. Arnoldus Carnotenſ tract. de ſeptem 60.
verbis Domini in cruce; ad illa verba. *Pater ignoſce.* Arnold.
Sic ait de Chriſto: *Crucem autem ſuperhumerale ſacrificium oblaturus pro populo humeris impoſuit; & plaga ſanguinis loco Rationalis, non* *Chriſti ſanguis effuſus pro omnibus.*
ſolum intra ſe duodecim filiorum Iſraël nomina concluſerunt, ſed totius generis humani opus illud complexum eſt naturam, ſicut & infixus capiti titulus continebat ſcriptus, Græcè, Hebraicè, & Latinè. Proponit Arnoldus Chriſtum D. ſummum Sacerdotem ſecundùm ordinem Melchiſedech *Habentes Pontificem magnum, qui penetravit cœlos.* Hebr. 4. n. 14. Ornatum ſuperhumerali crucis, & Rationali ſui ſanguinis, non ſolùm continentem in ſe duodecim Tribus ſicut olim Rationale Aaronis.
Exod. 28. n. 10. Sed univerſum hominum genus Exod. 28.
quod denotat inſcriptio illa crucis linguis Latinis. Græcis, & Hebraïcis. Quæ utpote capita omnium nationum cæteras ſub ſe comprehendebant, ut apertè denotaretur ſanguinem illum non eſſe effuſum pro uno populo, ſed pro univerſo hominum genere.

Quarto. Theoph. in c. 23. Luc. *Hoc ſymbolum* 61.
fuit, ait, quod potentiſſimi gentium, quales Romani, Theophyl.
& ſapientiſſimi quales Græci; & Religioſiſſimi, quales Hebræi, regno Chriſti ſubjiciendi eſſent. Ex omnibus linguis, in his tribus apponitur crucis titulus, quia in Romanis denotabatur poteſtas; in Græcis ſapientia, in Hebræis religioſitas; quia omnis poteſtas, omnis ſapientia, omniſque religioſitas divini cultus, Chriſto ſubjicienda erat, eumque ut verum Regem ac verum filium Dei veneratura. *Omnis poteſtas ſapientia, ac religioſitas Chriſtum veneratur.*

Quinto. D. Auguſt. in Pſal 58 *Cum Dominus,* 62.
ait, crucifigeretur, titulus inſcriptus eſt à Pilato, & Auguſt.
poſitus Rex Judæorum tribus linguis Hebræa, Græca, & Latina, quæ linguæ in toto orbe maximè excellunt. Quæ excellentiora ſunt Chriſtum Regem adorant, & prædicant. *Excellentiora Chriſtum adorant.* Sexto, quia tribus illis linguis Evangelium erat ſcribendum, nam D. Matthæus ſcripſit Hebraïcè, Divus Marcus Latinè, D. Lucas, & D. Joannes Græcè, ut jam notavi ex multis Auctoribus tom. 1. in Prooemio c. 4. num. 14.

Septimò. Pilatus una lingua adjudicavit Chri- 63.
ſtum Jeſum morti, & tamen triplici lingua titulum crucis ſcripſit. Pilatus promulgavit mortis ſententiam adverſùs Chriſtum Jeſum, ut criminatorem, ac reum mortis; & tamen titulum crucis, quem ipſe appoſuit ad declarandam Chriſti innocentiam, ac ſanctitatem; & tantum ipſum crucifixum fuiſſe ob invidiam Judæorum, ut ex D. Chryſoſtomo, & Euthymio dixi ſuperiori quæſt. ſcripſit Hebraïcè, Græcè, ac Latinè. Una lingua Pilatus ut malefactorem condemnavit, *Si una lingua in ſert injuriam ad eam delendam multiplex neceſſaria.*

multiplici verò lingua, eum ſanctum, ac juſtum fixo titulo declaravit, ad dedecus, ac infamiæ notam inferendam una lingua ſufficiens fuit; at verò ad honorem recompenſandum, nominiſque injuriam in hominum oculis propulſandam, multiplex lingua interponenda, multiplicique lingua ejus regia dignitas ſcribenda, ac publicanda erat.

64. Philipp. 2. Ait Paulus ad Philipp. 2. n. 11. *Omnis lingua confiteatur quia Dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.* Cur potius Apoſtolus convocat omnem linguam ad confitendum, quod Chriſtus eſt in gloria Dei, quam potius ad confitendam ejus proceſſionem ab æterno à Patre in unitate eſſentiæ, vel ejus immenſitatem, infinitatem, ac potentiam? Cum Chriſtus eſſet interrogatus à Caypha, an eſſet Dei filius, ipſéque reſpondiſſet, *Dico vobis, amodo videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei: & venientem in nubibus* Matth. 26. *cœli* Matt. 26. n. 6. Pontifex ſcindens veſtimenta ſua exclamavit dicens: *Blaſphemavit.* Inde Paulus ait. Quod omnis lingua confiteatur, quod *Mala lingua injuria omni lingua confutanda.* *Dominus Jeſus in gloria eſt Dei Patris.* Pontifex Hebraïco ſermone aſſeruit, blaſphemiam eſſe Chriſtum venturum in gloria Patris ſui. Ad repellendam iniquam Pontificis calumniam contra debitam Chriſti majeſtatem, ad recognoſcendámque divinam veritatem, quod ipſe ſit in gloria Dei Patris, omnis lingua hoc dicat, & confiteatur, & ut impudicam audaciam, quam una iniqua lingua protulit, evertatur ac eradicetur, omni lingua omnique ſermone gloria, & honor publicandus, ac evulgandus eſt.

65. Act. 2. In ſacro Pentecoſtes die repleti divino Spiritu Apoſtoli, *Cœperunt loqui variis linguis.* Actor. 2. n. 4. Linguis nempe omnium nationum, ut explicant Chryſoſt. Oecumenius, & alii. Statim Petrus habuit magnum, & ſublimem ſermonem in gloriam, & honorem Chriſti D. *Viri Iſraëlitæ*, ait, *audite verba hæc: Jeſum Nazarenum virum probatum à Deo in vobis, virtutibus, & prodigiis, & ſignis.* Ibidem. n. 22. virum probatum à Deo ideſt juſtum, ſanctum, ut rectè explicat Tertull. lib. de carne Chriſti c. 15. Petrus dirigebat ſuum ſermonem ad Hebræos. *Viri Iſraëlitæ audite.* Cur non in Hebræo tantum, ſed variis linguis loquitur, ita ut ab omnibus nationibus, quæ ſub cœlo ſunt, audiretur, ac intelligeretur. Cum Judæi ſuo Hebraïco ſermone clamaſſent ad Pilatum adversùs D. Jeſum dixerunt; *ſi non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum.* Joan. 18. n. 30 Petrus ergo, cum dicit Chriſtum virum ſanctum, juſtum, ac probatum à Deo, non uno ſermone, ſed variis linguis teſtificatur, injuria enim, quam depravata peſſimorum lingua finxit, non una lingua, ſed variis linguis expurganda, ac refutanda eſt.

Chryſoſt. Oecum. Tertull. Joan. 18. *Quod mala lingua finxit variis linguis delendum.*

QUÆSTIO VIII.

Quare inſtantibus Judæis ut Pilatus crucis titulum deleret, ipſe reſpondit, quod ſcripſi, ſcripſi?

66. *Regni titulus in Chriſto firmus eſt.* CUm Pontifices Judæorum efficaciter Pilatum urgerent. *Noli ſcribere Rex Judæorum, ſed quia ipſe dixit, Rex ſum Judæorum.* Et cum etiam Pilatus in tali titulo id intenderat, quod ipſe nempe dixiſſet ſe Regem eſſe Judæorum, ut in expoſitione dixi; tamen reſpondit ipſe *quod ſcripſi, ſcripſi.* Non enim permiſſum eſt à Deo mutare, ſed quaſi divina manu retentus, qua prius actus fuerat ut titulum in hanc formam dictaret; nam aliàs Pontificum voluntati, ſicut iniquè in omnibus aliis, ſic etiam in hoc obſequutus fuiſſet. Id, quod ergo ſcriptum firmum, ac immotabile permanſit, non tam voluntate Pilati, quàm voluntate Dei Patris, qui univerſo orbi hunc veriſſimum titulum inteſcere voluit. D. Cyril. Alexandr. libr. 12. in Joan. cap. 31. *Non vult*, ait, *Pilatus mutare titulum, quia non fuit ei divinitus permiſſum, ſtabile namque, ac ſupra calumniam Chriſti regnum eſt, etiam ſi Judæi nolint, etiamſi gloriam ejus conteſtari non patiantur.* Cyrill.

Hanc tituli immutabilitatem prædictam à Davide fuiſſe teſtatur D. Auguſt. tractat. 117. in Joan. *O ineffabilem*, exclamat, *vim divinæ operationis, etiam in cordibus ignorantium; nonne occulta quædam vox Pilato intus, quodam (ſi dic poteſt) clamoſo ſilentio perſonabat, quod tanto ante in Pſalmorum libro propheatum eſt? Ne corrumpas tituli inſcriptionem.* Pſalmus enim 58. pro titulo habet. *In finem ne diſperdas.* Quod ipſe exponit, de titulo minimè obliterando. 67. Auguſt. *Inſcriptio tituli non corrum pendæ.*

Moraliter Arnold. Carnotenſ. tract de ſeptem verbis Domini, ſic ait: *Licet tam inſignem titulum deleri perfidia Judæorum clamore expeteret, obtinere nullo modo prævaluit.* Et rationem ſubdit. *Jam ad hanc ſcripturam pertinebat latro crucifixus, & eum inter ſe illæ litteræ colligebant.* Cum Jeſus eſſet crucifixus, Latro eum Regem ſæculorum exclamat. *Domine memento mei cum veneris in Regnum tuum.* Cui Dominus è regali faſtigio ait, *Hodie mecum eris in paradiſo.* Inde regni titulus indelebilis eſt, Jeſus verus Rex orbis terrarum, pœnitentem latronem condigno præmio condecorat; blaſphemum, ac impœnitentem debito ſupplicio afficit, & nil magis firmius regnum ſuffulſit, ac corroboravit, quam indignos pœna deprimere, benemerentes gloria, & honore evehere. *Licet tam inſignem titulum* deleri perfidia Judæorum clamore expeteret, obtinere nullo modo prævaluit. *Jam ad hanc ſcripturam.* 68. Arnold. Luc. 23.

Tertiò. Pilatus malus, & iniquus; in hoc tamen vtces boni judicis agit, dum ait, *quod ſcripſi, ſcripſi,* Judex hoc habeat, ut id quod ſemel ſcripſit, irrevocabile reſcriptum ſit, & pertinaci quadam conſtantia perduret, in ſententia ſemel à ſe ſcripta, & publicata, Judex antequam ſententiam proferat, rem conſideret, & cuncta perpendat; at ſententia ſemel recte data pertinax, & immutabilis ſit; D. Paſchaſ. lib. 12. in Matth. *Quod ſcripſi immutabile ſcripſi.* 69. *Judex firmus ſit in ſententia bene prolata.*

Ait Regius Vates Pſalm. 140. n. 6. *Abſorpti ſunt juncti petræ judices eorum.* Pſalterium Ambroſianum, & lectio apud Hilar. legit. *commutati ſunt petræ Judices eorum*, Radix Græca *Abſorpti ſunt inſtar petræ judices eorum.* Juxta quas lectiones Judices ſic firmi, conſtantes, ac inflexibiles ſint, ut juſtitiæ affectu toti abſorpti ad inſtar naturæ petræ videantur, ut explicat Theodor. tanquam lapidei ſcopuli in medio maris videantur, qui nec blandientis undæ illecebris, nec ſævientium fluctuum minis cedunt, ſed ſemper pertinaci duritie perſiſtunt. D. Bernard. ſer. 10. in Pſalm. *Qui habitat*, ita ait, *abſorpti plane in affectum juſtitiæ, & petræ ſoliditatem, cui juncti ſunt, imitantes. Tu ne putes flexibile quippiam inveniendum in judicibus* 70. Ambro. Pſ. 140. Hilar. Græcus. *Judex ſit aliquando inſtar petræ.* Bernard.

junctis

junctis petræ? In vero judice, qui conjunctus eſt petræ ſeu inſtar petræ, nihil flexibile invenitur.

Blaſphemiæ Judæorum.

Matth.27.n.39. Prætereuntes autem blaſphemabant eum, moventes capita ſua.

Num. 40. Et dicentes: Vah qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædificas: ſalva temetipſum: ſi filius Dei es, deſcende de cruce.

VERSIONES.

*Syriac.n.*39, Illi autem, qui tranſibant, blaſphemabant adversùs eum.

Vatablus. Prætereuntes autem impia convitia jaciebant in eum.

*Syriac.n.*40. Dicentes: Deſtructor templi ædificans ipſum triduo: libera animam tuam.

Vatabl.Pagn. Dicentes: Tu ille deſtructor templi, quod in triduo ædificas ſerva temetipſum.

Arabicus. O deſtruens templum, & ædificans illud.

Theophylact Qui deſtruebas templum.

Arias. Diſſolvens templum.

EXPOSITIO III.

71. Euthym. Antioch. PRÆTEREUNTES *autem*, via nempè illa, homines nempè, qui ibant in Jeruſalem, vel ab illa egrediebantur, ut interpretantur hîc Euthymius, & in Marc. Victor. Antiochen. *Blaſphemabant eum.* Verba nempe contumelioſa in divinam, regiamque ejus majeſtatem conjiciebant. Rectè divus Chryſoſtom. homil in Matt. 88. *Non poterant adhuc*, ait, *animum explere, ſed in patibulo pendentem videntes amaris omnes impetunt verbis, & quæ rebus ipſis mihi graviora videntur.* Ita impletum eſt illud Pſal. 68. num. 27. *Quem tu percuſſiſti, perſequuti ſunt, & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Et rectè vocat Origenes homil. 35. in Matth. *Prætereuntium ergo*, ait, *& declinantium opus eſt, Jeſum blaſphemare.* Blaſphemantes ſunt prætereuntes, qui nulla ſtabilitate fundantur, ſicut enim ſtabilitas multa bona ſecum adducit, ſic inſtabilitas omne malum parit, & dicitur, *prætereuntes blaſphemant.* Nam qui, ſtant, & Jeſum Chriſtum ſerio contemplantur, compaſſione commoventur, & ſummè ipſum venerantur, & adorant pro tam admirabili beneficio.

Pſal. 68. — Origen. — *Inſtabilitas multa mala parturit.*

72. *Moventes capita ſua.* Movendo caput inſultabant, & ſubſannabant eum, ac ſi dicerent, bene habet, quod tu ibi in ligno ſis affixus; & pro ſubſannatione, de ſuis inimicis ait David. Pſal. 108. num. 25. *Viderunt me, & moverunt capita ſua.* Et rectè dicitur, moventes capita ſua, oſtendentes, quod in ruinam jam præcipitabantur, cum à Chriſto eſſent alienati, in quo eſt tota hominis ſecuritas, & firmitas. D. Auguſtin. in Pſalm. 41. *Ideo enim*, ait, *& caput agitabant, quia vero capiti non inhærebant.*

Pſal. 108. — *Qui Chriſto non inhæret, ruit.* — Auguſt.

Dicentes contra id, quod dicitur. *Non irrideas hominem in amaritudine animæ ſuæ.* Eccleſiaſt. 7. n. 12. *Hîc*, non loquitur Græcè, nec Syriace, & interjectio eſt irridentis, & objurgantis, inſultantis, deteſtantis, ac exprobrantis, ut notat hîc Euthymius. *Qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædificas.* Hæc verba reſpiciunt dicta falſorum teſtium, de quo ſupra diximus, Matth. 26. num. 60. 61. & Marc. 14. n. 59 Conficta mendacia, & vulgo temere ſparſa pro veris criminibus objiciunt. *Salva temetipſum*, ab ipſa nempè cruce *ſi filius Dei es* pro ut gloriatus es, *deſcende de cruce*, hoc ſigno potentiam, ac divinitatem tuam oſtende. 73.

Eccleſ. 7. — Euthym. — Matth. 26. — Marc. 14.

*Matt.27.n.*41. Similiter Principes Sacerdotum illudentes cum Scribis, & ſenioribus dicebant.

Num. 42. Alios ſalvos fecit, ſe ipſum non poteſt ſalvum facere. Si Rex Iſraël eſt, deſcendat nunc de cruce, & credemus ei.

Num. 43. Confidit in Deo: liberet nunc ſi vult eum: Dixi enim quia filius Dei ſum.

VERSIONES.

Syriac.n. 41. Illudebant ei cum Scribis, & ſenioribus, ac Phariſæis.

*Syriacus.n.*42. Alios ſervavit, ſe ipſum non poteſt ſervare: ſi Rex Iſraël eſt, deſcendat nunc de cruce, ut videamus, & credamus in eum.

Arabicus. Et credemus in eum.

*Syriac.n.*43. Confidit in Deo, redimat eum nunc, ſi vult eum.

Arabicus. Liberet eum, ſi diligebat eum, dixit enim.

Vatablus. Liberet eum nunc, ſi favet ei.

Alter Textus.

Ut Matthæus habet, Marcus c. 15. num. 30. 31. 32. & Luc. cap. 23. n. 35.

EEPOSITIO IV.

SIMILITER dictum putat Euth. propter blaſphemiam; nam hi quoque *blaſphemiis eum appetebant, licet aliis verbis.* Et dicitur *Principes ſacerdotum.* Id eſt ſummi ſacerdotes, quorum erat ſua auctoritate, ac exemplo vulgus à Crucifixi conviciis compeſcere, ne afflicti cruciatus ſuis conviciis augerent, tamen ſuæ dignitatis obliti, Chriſto inſultant, blaſphemiæ in eum contorquent verba, à vilibus deſpici grave eſt, ſed à principibus ſacerdotum, ac ab his, qui majori auctoritate inter cæteros pollent, graviſſimum. *Cum Scribis.* Scilicet legis doctoribus; *Senioribus*, judicibus nempe populi. Syriacus addit. *Phariſæis*, id eſt cultoribus religionis ac ſanctitatis, & ſuperiori verſu facta eſt mentio de pertranſeunte vulgo: & ſic omnium 74.

Euthym. — *Grave deſpici à magnatibus.* — Syriacus.

 hominum

hominum gradus, ac conditiones convenerant, ad irridendum, ac ſubſannandum Dominum Jeſum.

75. *Alios ſalvos fecit.* Populi vulgus, cum blaſphemiis Chriſto inſultaret, Chriſtum alloquebatur. *Vah, qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædificas.* At verò principes Sacerdotum ſic ſuperbia efferebantur, ut Jeſum alloqui dedignarentur, ſed mutuo inter ſe habent verba, quibus obliquè in Jeſum audientem convitia jactabant. *Se ipſum non poteſt ſalvum facere*, detrahunt, & calumniantur ejus miracula, tanquam non facta Dei virtute, ſed dæmonis ope, aut certe non fuiſſe vera, ſed phantaſtica, ut interpretantur Euthym. Theophylact & Victor Antioch in Marc. Nam ſi talia miracula Dei virtute perpetrata eſſent, Deus eum in ſumma afflictione conſtitutum liberaret, quod cum non ſit factum, ſignum eſt illum eſſe Pſeudoprophetam, & non à Deo miſſum. *Volebant enim, ut tanquam ſeductor arrogans, & jactabundus in conſpectu omnium vituperatus decederet.* Ait. D Chryſoſt ut ita ejus nomen, doctrinam, ac ſcholam delerent.

Euthym. Theoph. Victor. Antioch.

D. Chryſ.

76. Rectè contra Judæos argumentatur D. Hieron. Epiſtol. de viro perfecto, *Veſtrorum ergo*, ait, *ſententia vos vicimus. Veſtri promiſerunt, ſe credituros eſſe, ſi præſtitiſſet Jeſus ſalutem ſibi quam aliis præſtare conſueverat. Cur ergo non creditis, quod eſſe præſtantius non negaſtis.* Sto, quod ipſe Dominus non poſſit ſe ipſum ſalvare, ſi alios vere ſalvavit, adoleſcentem è feretro, Lazarum è tumulo in vitam excitavit, cur non eſſe virtus Dei in eo credatur? An divinius eſt ſibi potius, quam aliis ſalutem afferre? ſine dubio illud eſt clariſſimum Divinitatis opus quod in re ſalutis, ut totus ſis aliis, minimè tibi ſis ſalutaris.

D. Hier.

Divinum eſt aliis potius, quam ſibi conſulere.

77. *Confidit in Deo, liberet nunc ſi vult eum.* Hoc facto oſtendunt Pontifices, & ſacerdotes, ſe ipſos eſſe Chriſti illuſores à Davide prædictos Pſal. 21. num. 8. *Omnes videntes me deriſerunt me: locuti ſunt labiis, & moverunt caput. Speravit in Domino eripiat eum: ſalvum faciat eum, quoniam vult eum.* Et etiam Sap 2 num. 16. *Confidit in Deo.* Id eſt homo in extremis malis, ac in agone mortis conſtitutus, nullam poteſt habere in humanis ſpem, ſed tantum in Deum confidentiam. *Liberet nunc ſi vult eum.* Arabicus. *Diligebat eum*, id eſt ſi Deus eum vult, ipſumque diligit, ut filium ſuum, ut ipſe de ſe teſtabatur. Nunc ergo in ultimis, oſtendat hanc dilectionem liberando eum à tantis cruciatibus, quod cum non faciet, ſignum eſt non eſſe Dei filium, ſed impoſtorem Deo exoſum. Rectè contra hos argumentatur Chryſoſtom. homil. 88 in Matth *O inſani ſceleſtique homines, an Prophetæ non erant Prophetæ, & juſti, quos occidiſtis juſti non erant, quoniam eos Deus à periculis non eripuit? Imo vero erant.* Euthym. *Prophetæ, & juſti erant, nec minus tamen periculis ſubjacuerunt ſecundùm variam diſpenſationem.*

Pſal. 21.

Sap. 2.

Arab.

Ærumnæ, & preſſuræ oſtendunt dilectum Dei.

Chryſoſt. Euthym.

QUÆSTIO IX.

Quare Judæi fraudulenter dicunt, quod ſi Chriſtus deſcendat de cruce, credent in eum?

78. MALIGNA, ac perverſa fraudulentia Judæi dicebant; *Si Rex Iſraël eſt, deſcendat de cruce, & credimus ei.* D. Hieron. ibi. *Fraudulenta eſt promiſſio, cum addunt, & credimus ei, quia enim plus eſt, de cruce adhuc viventem deſcendere, an de ſepulchro mortuum reſurgere? Reſurrexit, & non creditis, ergo etiam ſi de cruce deſcenderet, non crederetis.* Rabbanus. *Expectavit Dominus, ait, paululum, irriſionem ſuſtinuit, qui de cruce ſurgere noluit, de ſepulchro reſurrexit.*

Hieron.

Rabban.

Ad quæſtionem. Primò Judæi magna ira, & furore concitati erant in Chriſtum, nunc verò maximè, quia Pilatus ipſis rogantibus noluit delere crucis titulum. *Rex Judæorum.* Sed reſpondit. *Quod ſcripſi ſcripſi.* Divus Chryſoſt. homil. 88. *Ideo, ait, vituperando nitebantur oſtendere, quia Rex non eſſet, ideo tumultuantes iſta, & illa dicebant. Si rex Iſraël eſt, deſcendat de cruce.* Tot vituperiis, ac contumeliis nomen regis volunt obſervare. 79.

D. Chryſ.

Secundò. Judæi hæc dixerunt Dæmonis ſuggeſtione, qui virtute crucis Chriſti, jam ſuas vires fractas cognoverat, citat D. Hier. *Deſcendat de cruce, & credimus ei, mihi videtur hoc dæmones immittere: ſtatim enim, ut crucifixus eſt Dominus, ſenſerunt virtutem crucis, & intellexerunt fractas vires ſuas & hoc agunt, ut de cruce deſcendat.* 80.

Virtute crucis vires dæmonis fractæ.

Tertiò Divus Bernardus ſermon. 1. in die Paſchæ, deſcendat & credimus ei. *Hæc planè*, ait, *ſerpentis aſtutia, hæc adinventio nequitiæ ſpiritualis. Noverat impius, quantum pro ſalute illius populi zelum gerere videretur: propterea malitiosè nimis, linguas erudiens blaſphemorum, ſuggerebat, ut dicerent, deſcendat, & credimus, quaſi jam nihil poſſet obſtare, quin deſcenderet, qui eorum crudelitatem tantopere deſideraret.* Conſequens erat, ut cum Judæi dicerent, ſi Rex Iſraël eſt deſcendat de cruce, habebimus eum ut Regem, conſtituemus eum regem, hoc tamen non dicunt, ſed *credimus ei*: bene ſciebat Dæmon, cujus perſuaſu hæc dicebantur, Chriſtum maximè noſtram ſalutem deſiderare, quam omnibus ſuis commodis præferebat, ideo non regnum, ſed fidem, quæ neceſſaria eſt ad ſalutem, pollicetur, Chriſto enim noſtra ſalus, omni regno charior, ac gratioſior erat. Vide l. 7. cap. 5. q. 37. n. 240. 81.

Bernard.

Noſtra ſalus Chriſto charior omni regno.

Theophylactus, *Diabolus autem*, ait, *incitabat illos, ut dicerent, deſcendat nunc de cruce. Quia enim cognoſcebat auctor mali, quod ſalus per crucem fieret.* Diu in cruce Chriſtum manere dæmones ferre non poterant ſtatimque deſcenſum ſuadent, ut humani generis ſalutem impediant, ſimilique ſua malitia quotidie in Chriſtianos Dæmones agunt, ſi enim vident quempiam tribulationis, mortificationis cruci ſponte affixum; maximè torquentur, omnique conatu curant, ut deliciis indulgens crucem deponat. 82.

Theoph.

QUÆSTIO X.

Quare meus Jeſus, qui vehementiſſimè deſiderabat omnium ſalutem, dicentibus Judæis deſcendat de cruce, & credimus ei, noluit deſcendere?

COMMUNIS ſanctorum Patrum ſententia eſt, quia cognoſcebat Jeſus Judæorum nequitiam, & fraudulentiam ut dixi ſuperiori quæſtione, & ideo noluit deſcendere. D. Bern ſerm. 1. in die Paſchæ. *Non movetur Dominus, ait, urna* 83.

D. Bern.

pollicita

pollicitatione credimus ei, qui novit omnium corda. Et quippe tendebat malitioſa ſuaſio, ut non ipſi crederent, ſed noſtra fides in eum omnibus modis deperiret. D. Hieron. qui tenet Judæos Dæmonis ſuggeſtione dixiſſe, ut dixi ſuperiori q. ait: *Dominus ſciens adverſariorum*, id eſt dæmonum *inſidias, permanet in patibulo, ut diabolum deſtruat.* Theophylactus. *Chriſtus, quia filius Dei, non obedivit inimico: ut & tu diſcas, quod non ſit diaboli technis cedendum, ſed benè operandum, etiam ſi homines malè de nobis ſentiant.*

D. Hiero. *Dæmonum inſidiis obſiſtendum.* Teoph.

84\. Secundò. D. Chryſoſt. ſerm. de paſſion. apud D. Thomam. *E contrario*, ait, *quia filius Dei eſt, ideo non deſcendit de cruce. Nam ideo venit, ut crucifigeretur pro nobis.* Cùm eſſet verus filius Dei, verúſque Iſraël Rex, verúſque Meſſias, non venit ut aliquid ſibi acciperet, ſed ut omnia nobis daret, pro nobiſque vitam profunderet. D. Ambr. lib. 10. in Lucam. *Noluit deſcendere, ne deſcenderet ſibi, ſed moreretur mihi.* Hic eſt ſummi regis ſplendor, & decus, quod non ſua, ſed quæ ſubditorum ſunt, intendat, & quærat D. Athanaſ. ſer. de Paſſion. & cruce. *Judæi cum dicerent, ſi Rex Iſraël eſt, deſcendat de cruce, & credimus ei: Dominus autem revera ſervator, qui non ſua, ſed noſtra quæreret, non in ſe ſalvando, ſed in creatura redimenda ſalvatorem ſe eſſe innoteſcere volebat, non deſcendit. Non item ſol ſuum jubar in ſe contrahens pro lumine agnoſceretur, niſi etiam Orbi terrarum ſuos radios exporrigat, & tenebras illuminet.*

D. Chryſ. *Tunc verus filius Dei, ac rex oſtenditur, cum non ſua, ſed ſubditorum quærit.* D. Ambroſ. D. Athan.

85\. Tertiò. D. Athanaſ. citato ſermone *Neque deſcendendo de cruce voluit filius Dei agnoſci, ſed ex eo quod in cruce permaneret.* Perfidus populus promittebat fidem, quam maximè Chriſtus ſitiebat, ut ſalutem conſequeretur, tamen Chriſtus noluit deſcendere, quia non vult ſine cruce, ut filius Dei venerari, & cognoſci. *Neque deſcendendo de cruce voluit filius Dei agnoſci.* Sic tanta æſtimatione crucis gloria illi erat.

D. Athan. *Sine cruce non vult cognoſci ut filius Dei.*

86\. Quartò Theophyl in cap. 15. Marc. *Si voluiſſet deſcendere, neque à principio aſcendiſſet. Sciens enim per hoc ſalvandos homines, ſuſtinuit ut crucifigeretur, aliáque multa pateretur, perficereturque ejus opus.* Valdè alienum eſt à Dei filio, opus inceptum relinquere, ſi enim deſcenſurus eſſet de cruce, illam non aſcenderet; ſed ex eo quod crucem aſcendit, opúſque noſtræ redemptionis inchoavit, cœpitque inimicum debellare, non potuit deſiſtere abſque eo quod totum negotium noſtræ ſalutis perficeret, & conſummaret; Nam ut de noſtra redemptione ait D. Anaſtaſius Sinaita lib. de fidei dogmatibus. *Salus cœpti operis erat conſummatio.* Excellentia, ac gloria operis non cernitur in illius inchoatione, ſed in conſummatione D. Zeno ſerm. de Paſſione. *Neque tantam in multiplicandis Virtutibus laudem ponis, quantam in finiendis.* Vide ſupra lib. 7. c. 17. n. 14. 15. 16. & c. 20. n. 36. 37.

Theoph. *Dei filii eſt opus inceptū conſummare.* D. Anaſtaſ. D. Zeno.

87\. Quintò. D. Aug. tract. 37. in Joan. *Quare*, ait, *cum Judæi inſultarent pendenti, & dicerent: ſi filius Dei es, deſcende de cruce, non deſcendit, ut eis deſcendendo ſuam potentiam monſtraret? Quia patientiam docebat, ideo potentiam differebat; ſi enim commotus ad eorum verba deſcenderet, victus conviciorum dolore putaretur.* Si Chriſtus D. à cruce deſcendiſſet, ſéque à clavorum confixione expediſſet, maximè ſuam divinam omnipotentiam oſtentaſſet; ſed cum in cruce perſiſtit ſuſtinens tot cruciatus, angores, ac dolores, tótque exprobrantium convitia, maximè manifeſtavit ſuæ divinæ patientiæ apicem, tanquam ſupremum divinitatis indicem. Cum Jeſus penderet in cruce, Deus Pater ordinavit, ut cuncta elementa teſtificarentur ipſum eſſe filium ſuum; ſic & ordinavit, ut ipſemet Chriſtus de ſua divinitate daret teſtimonium tam alta, & admirabili patientia, quæ ſolius filii Dei erat.

D. Auguſt. *Patientia magnus divinitatis index.*

88\. Deinde expende verba ſancti Doctoris, ſi enim commotus ad eorum verba deſcenderet, victus conviciorum dolore putaretur. In cruce agebat Chriſtus D. negotium noſtræ ſalutis, & ideo nullo modo poterat cruciatibus videri victus, cum ejus animus, ut pro nobis pateretur, eſſet invincibilis, & maxime tormenta ſitiret, & ut etiam ſua patientia nobis daret exemplum patientiæ in adverſis. Tertullian. lib. de corona cap. 14. *Abſtulit*, ait, *virtus cruci omnes aculeos mortis in Dominici capitis tolerantia obtundens.*

Chriſti amor cruciatibus non vincebatur. Tertull.

89\. Sextò citatus D. Bernard. *Quid*, ait, *conſequentiæ videtur habere, ut deſcendat de cruce, ſi Rex Iſraël eſt; & non magis aſcendat? ſic tibi Judæe, excidit, quod audiſti: quia Dominus regnavit à ligno: ut Regem abneges, quia manet in ligno? Imò quia Rex Iſraël eſt, titulum regni non deſerat, Virgam imperii non deponat, cujus imperium ſuper humerum ejus, ſi Pilatus, quod ſcripſit ſcripſit, Chriſtus non perficiet, quod incœpit.* Perpende quia Rex non deſcendet, alias Regis titulum deſereret, Regis eſt pro ſuorum ſalute vitam dare, ſi ipſe deſcenderet, nos non ſalvaret, ac proinde deſcendendo regis titulum deſereret.

D. Bernard. *Regis titulus eſt dare vitam pro ſuis.*

90\. Expende. *Quomodo deſcendet de cruce, quia Dominus regnavit à ligno.* Si Rex Iſraël eſt, quomodo deſcendet de ligno, qui regnum ſuum in ligno conſtituit, ipſúmque ut ait D. Ambr. lib. 10. in Lucam. *Ut currum ſuum triumphator aſcendit.* Ibi triumphavit, diabolum devicit, ibíque regnavit, cum ibi pro nobis vitam ſuam daret; quod erat ei maximè in votis ac deſiderio; *Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit.* Hebr. 2. n. 16. Et cur Dei filius relicta angelica natura humanam aſſumere dignatus eſt, Angelus cecidit à ſuo felici ſtatu, in quo fuerat conditus, ſimiliter & homo cecidit, non ſtetit; quare ergo homo præfertur Angelo. Pulchrè Doctor Ludovicus Tena ad prædicta verba. *Quia natura Angelica non eſt capax paſſionis, & mortis, ſicut eſt natura humana.* Ideò natura humana præfertur Angelicæ, quia eſt capax mortis, crucis, ac tormentorum, quorum ſitim maximè habebat Dei filius, ſi enim Divinum verbum Angelicam naturam ſibi uniret, crucis fulgore non frueretur At humana natura aſſumpta pati, & crucifigi potuit; juſtè meritò humana natura angelicæ antefertur, ut in ea verbum trophæo crucis reſplendeſceret.

Hebr. 2. *Verbum Divinū voluit reſplendeſcere gloria crucis & mortis.* Lud. Tena.

CAPUT XV.

Jeſus orat pro inimici.

Luc. 23. *n.* 34. Ieſus autem dicebat: Pater dimitte illis: non enim ſciunt quid faciunt.

VERSIONES.

Syriacus. Ipſe verò Ieſus dicebat: Pater remitte eis.

Vatabl.

Vatabl. Pagn. Pater ignoſce illis.
Arabicus. Quia ipſi non comprehendunt quid faciunt.
Arnoldus tract. 7. de verbis. Quia ignorant.

EEPOSITIO Unica.

1. Arnold. INcipimus explicare ſeptem verba à Chriſto in cruce prolata, de quibus ait Arnold. Carnoten. in præfatione ad præfata verba. *In eis ſua omnia Chriſtus recapitulavit dogmata, & tam diffusè prius prædicata brevibus coarctat capitulis.* Et primum verbum eſt oratio pro inimicis.

2. Chryſoſt. *Jeſus autem dicebat.* Sui perſecutores omni crudelitate, ac inhumanitate eum duris clavis cruci affixerant, eúmque omni tormento affecerant, blaſphemabant & illudebant eum, & tamen inter hæc Jeſus pro eis orat. Divus Chryſoſtom. orat. in Paraſceve apud Grethſerum to. 2. *Illi quidem*, ait, *dicebant, ſi filius Dei es, ſalva te ipſum. Ipſe verò elaborabat, quomodo illos ſalvaret, illos inquam, à quibus opprobria perpetiebatur; & illudebatur.* In hoc oſtendebatur ejus divina progenies, cum tam patientiſſimè pro inimicis oraret, omni ſollicitudine, ac cura ſuam charitatem erga eos oſtendens, ita ut hoc eſſet primum ejus verbum, ac oratio. *Pater*, ait, ob eximium rationis affectum, *dimitte illis*, Hoc tam grande peccatum, hanc tam grandem injuriam, quam in te, & in me committunt; hîc adimplevit ſummo exemplo, quod præcepit. *Orate pro perſequentibus vos, quia neſciunt.* Quæ ignorantia quoad principes, ac majores fuit craſſa, ſupina, & affecta, de quo infra. *Quod faciunt.* O ſumma Chriſti clementia, cum in eum crudeliter ſævirent inimici, in ipſomet actu crucifixionis, actu ſuos crucifixores excuſat, & pro illis orat ad Patrem, pro illis petebat veniam, à quibus adhuc injuriam accipiebat. Miniſtri grandi furore eum interficiebant, & Chriſtus grandi charitate, & amore eos preſequebatur. D. Auguſtin. tract. 31. in Joann. *Illis*, ait, *jam petebat veniam, à quibus adhuc accipiebat injuriam, non enim attendebat, quod ab ipſis moriebatur, ſed quia pro ipſis moriebatur.* D. Aug.

QUÆSTIO I.

Quare cùm Jeſus pro ſuis inimicis orat, non Deum, ſed Patrem dicit?

3. CUm pro ſuis inimicis orat Jesus, non Deum, ut alibi dixi, *Deus, Deus meus*, ſed Patrem vocat, quia cum pro inimicis oravit maximè ſe declaravit filium ſui Æterni Patris. Arnoldus Carnoten. tract. de ſeptem verbis ad hæc verba poſtquam eleganter deſcribit Chriſtum crucifixum pendentem à ligno, ſic ait. *Se ipſum inter regulas ſuas concludens voluit ut à capite patientiæ forma prodiret in membra, & in hoc æmulatio filiorum probaretur, ſi non ſe degeneres exhiberent, Igitur converſus ad Patrem orat. Pater dimitte illis.* Perpende verba. *Et in hoc æmulatio filiorum probaretur.* Tunc enim quis cœleſtem, & divinam originem æmulatur, cum adverſus inimicos ſuos eximium amoris affectum exhibet, ac declarat.

Arnold. *Inimicorum amor veluti cœleſtes ac divinos efficit.*

Secundò. Cur ipſe peccata non dimittit qui Deus, ut Pater erat? Rogat ergo quà homo, & quà Deus unus cum Patre voluntatis pariter dimiſit. Tamen Patrem orat, ait D. Thomas, *Non quia non poſſet ipſe relaxare, ſed ut nos pro perſequentibus orare doceret, non ſolum verbo, ſed & opere.* Et hac de cauſa non ſecreto, ac in ſilentio, orat ſed publica, & alta voce; ut cunctis daret exemplum. Eleganter D. Auguſt. *Attende*, ait, *quia in cruce hoc fecit, non in cœlo. Semper enim Deus in cœlo cum Patre: in cruce autem pro te homo, ubi ſi imitandum præfuit omnibus. Pro te enim emiſit ipſam vocem, ut ab omnibus audiretur. Nam potuit pro illis orare ſilentio, ſed tu non haberes exemplum.* 4. D. Thom. *Clara voce orat ut daret exemplum orandi pro inimicis.* Auguſt.

Tertiò. Arnoldus Carnoten. citato tract. ad hoc verbum, Dimitte illis. *Sciens Jeſus*, ait, *quia omnia dedit ei Pater in manus, cum dare poſſet, quod petebat, & poteſtativè hoc propria contineret auctoritas, ſupplicantis tamen pro tempore perſonam exhibuit. Propria* poteſtate ut filius Dei, qui quà Deus unam, & eamdem potentiam habet cum Patre, dimittere poterat peccatum. *Supplicantis tamen pro tempore perſonam exhibuit.* Erat enim in cruce in ſumma humilitate, & abjectione, ibi enim *abſcondita eſt fortitudo ejus.* Pro præſentis enim temporis conditione, ac ſtatu non utitur ſuprema poteſtate donans peccata, ſed ſupplicantis inducit affectum. Ait David in perſona Chriſti Domini Pſ 74 n. 3. *Cum accepero tempus.* Ait D. Auguſt. jam alibi à me datus. *Ut filius Dei dat tempus, ut filius hominis accipit tempus.* Ut filius Dei omnia temporis momenta, ut filius hominis accipit quodlibet tempus, quod opportunum offerebatur ad omnium ſalutem. 5. Arnold. *Tempori anſtatui accõmodandum.* Pſal. 74. Auguſt.

Quartò. Caëtanus hoc loco. *Docet modo*, ait, *exemplo orans pro crucifixoribus: & tanto affectu pro illis orat, ut paternum imploret amorem.* Ad quid paternum amorem poſtulat, cum ejus voluntas, ac amor, qua Deus idem omnino ſit cum Patre, cur ipſe in hoc non oſtendat divitias ſui amoris, ut ipſe eis remiſſionem peccatorum tribuat? ut & ipſe auctor tanti beneficii agnoſcatur, hæc eſt enim ſumma altitudò, ac ſublimitas amoris, ut non ſolum abſcondat eximia beneficia, quæ præſtat, ſed ipſum ſuummet amorem occultet, & diſſimulet, & quæ major dilectio quam quod auctor beneficii non agnoſcatur, & amor à quo procedit non videatur, ita ut ſolum diligit, quia diligit, ſine alicujus recompenſationis reſpectu. 6. Caëtan. *Ingens amor non ſolum abſcondit beneficium, ſed etiam ſeipſum.*

Ait D. Chryſoſtom. hom. 24. in 2. ad Corinth. ſacram Euchariſtiam *Signum dilectionis maximum* appellat: & ex quo motivo eam dicit ſignum maximum dilectionis? Inſtituens Chriſtus D. hoc Sacramentum ſummum beneficium in nos contulit nobis largiens ſuam carnem, & ſanguinem in cibum, & potum; tamen ſic nos dilexit abſque alicujus intuitu, ut non ipſam carnem, & ſanguinem, ipſumque ſummum beneficium abſconderit, ſed etiam ſuum amorem, à quo tot dona in nos emanarunt; cum totus ſit abſconditus ſub ſpeciebus, ita ut à ſenſibus nihil apertè videatur. 7. Auguſt. *Ingens amor abſconditur ut ſolum ſit amor, & non reſpectus remunerationis.*

QUÆSTIO II.

Quare Jeſus crucifixus, pro crucifixoribus orat?

8. GRANDIS, & valdè efficax hæc vox Chriſti *Pater dimitte illis.* Et tam potens fuit hæc una vox, ut præſtiterit, quod cætera miracula non præſtiterunt. Ad hanc enim vocem ſecundùm Evangelium Nazaræorum, multa millia Judæorum aſtantium circa crucem crediderunt; non enim humanum, ſed divinum eſt, injurias accipere, & injuriarum oblivisci, & pro injurias inferentibus toto affectu exorare.

9. Cyprian. Ad quæſtionem. Reſpondet primò D. Cyprian. ſerm. de Paſſione, oſtendit ſe Dominus his verbis verum Pontificem, verumque mediatorem inter Deum, & hominem. Nam ut ait Paulus

Hebr. 5. *Chriſtus Pontifex orat.*

Hebræor. 5. n. 1. *Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in iis, quæ ſunt ad Deum, ut offerat dona, & ſacrificia pro peccatis.* Et ſtatim de Chriſto ſubjungit Apoſtolus: 7. *Qui in diebus carnis ſuæ preces, ſupplicationeſque ad eum, qui poſſit illum ſalvum facere à morte, cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reverentia.* Exauditus dicitur ad oſtendendam vim, ac efficaciam ſuæ orationis.

10. Secundò. Chriſtus clavis manus pedeſque terebrantibus, contumelioſo ſtipiti dirè inter duos latrones affigitur ab inimica Judæorum turba, & tunc conſummatæ ſuæ virtutis præclaras notas dat in ſignum ſuæ divinitatis, cum pro inimicis orans, ait, *Pater dimitte illis.* Quod egregiè ponderat Euſebius Emiſſ. hom. 8. in Paſchaſ.

Euſeb.

Dimitte illis Domine, ait, *quia neſciunt quid faciunt Benedictus victus, qui liberat paſſus: intervenit reus, abſolvitque damnatus: quia & ut adverſarii reſipiſcant, redemptionem tribuit interemptus.* Valdè perexcelſum Chriſtianæ perfectioni prodigium apparet. Ut ab æmulis *victus* illis largiter benedictionem impendat, *ut reus* pro accuſatoribus amicè exoret; *ut paſſus* tormentorum carnifices liberet: *Ut damnatus*, damnationis miniſtros abſolvat; ac ſi dicat, & ſi magna fuerint Chriſti opera, ac virtutes, quibus plaudentibus turbis cœli doctrinam prædicavit, & acclamantibus populis, & paucis adverſariis præ livore frendentibus tot edidit miracula; præ reliquis tamen admirari licet, quod homo, qui quaſi omnium criminum reus ſub judice ſiſtitur, adhuc pœnaliſſimis ſuppliciis damnatus tunc majora virtutis documenta edat, *& redemptionem tribuit interemptus.* Hoc nota eſt non humanæ conditionis, ſed divinæ naturæ, ex quo ô Judæi Chriſtum non purum hominem, ſed verum Deum cognoſcere debuiſtis.

Grande Chriſti elogium, quod intervenit ut reus, & abſolvit damnatus.

11. Nazianz. Tertiò. D. Gregor. Nazianz. orat. de perfecta Chriſti forma. *Pater*, inquit, *ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Nonne poterat contra eos ſuperius, vel cœlum perfringere; vel ipſos terræ hiatibus abolere, vel dimovere ex propriis terminis mare, & voraginibus terram ſubmergere: vel ſodomiticum ignis imbrem dimittere unico verbo, vel aliquod aliud acerbum ſupplicium irrogare? Attamen hæc omnia mitè, patientique animo pertulit; vitæque tuæ per ſe ipſum leges patientiæ dedit.* Uno nutu rigida pœna eos Dominus poterat diſperdere; attamen tantum abeſt, quod Chriſtus D. eos ſubvertat, quin potius pro eis ad Patrem rogat. *Vitæ tuæ per ſe ipſum leges patientiæ dedit.* Et quæ major, & ſublimior patientia; quam non ſolum inimicis, non nocere, ſed etiam pro eis bona rogare, ac ſupplicare.

Chriſti patientia inimicos non perimit, ſed pro eis rogat.

Quartò. D. Laurentius Juſtinian. de Chriſti agone, cap. 17. *Plus eorum animas*, ait, *quam corporis mei magnipendo ſalutem, Nam & ſi cruciatus patior, mihi graviſſimus eſt, eorum tamen acerbior mihi eſt perditio.* Tam diris tormentis preſſus, ſua non curat, nec ut ab eis liberetur rogat, ſed tantum ſuorum memor, pro eis ſupplicat, ſed cum pro ſuis agit, ſatis ſua curat, quia curat quæ ad ſuos pertinent. Et quod Chriſtus in tantis pœnis conſtitutus ſic ſuorum ſaluti invigilet, hoc novum, & divinum eſt. 12.

Laurent. *Divinum quod Chriſtus in tantis pœnis aliorum ſaluti invigilet.*

Quintò. D. Auguſt. tract. 1. in Epiſt. 1. B. Joan. *In cruce pendens*, ait, *Pater ignoſce illis, quia neſciunt, quid faciunt. Neque enim dixit: Pater, vivant iſti multo tempore: me quidem occidant, ſed ipſi vivant. Sed quid agit? Ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Mortem ſempiternam ab eis expellebat prece miſericordiſſima, & potentia præſtantiſſima.* Non diuturnam vitam, nec opes, ſuis occiſoribus precatur, ſed miſericordiam, ac indulgentiam peccatorum. Illius præcipuè cura Chriſtus tangebatur, quia non de vita ac bonis hujus ſæculi eſt agendum, ſed de vita ſpirituali ac de gratia cum Deo præcipuè, ac totaliter eſt agendum. 13.

Auguſt. *Non de vita temporali, ſed ſpirituali eſt agendum.*

Sextò. D. Ambroſ. lib. 10. in Luc ad hæc verba. *In cruce poſitus*, ait, *poſtulat pro inimicis, ut plenitudinem legis, quam docuerat, demonſtraret.* Præcepit Dominus ſuis diſcipulis. Matth. 5. *Diligite inimicos veſtros, benefacite iis, qui oderunt vos.* Hoc ipſe adimplet inter crucis vulnera, inter diros mortis cruciatus cum pro ſuis crucifixoribus orat; A Paulo Rom. 13. n. 10. dilectio vocatur legis cumulus, perfectionis apex. *Plenitudo legis eſt dilectio.* Ad quæ verba eleganter D. Ambroſ. *Ut juſtitia ſit diligere proximum: abundans vero & perfecta juſtitia etiam inimicos diligere.* Ad quam legis perfectionem nos maximè nominis Jesus inſtruxit, ac monuit. D. Gregor. homil. 17. in Evangel. *Sic inimicos diligant diſcipuli*, ait, *dum vivunt, quando & tunc inimicos diligit Magiſter, cum occiditur.* 14.

Ambroſ. Rom. 13. D. Ambr. *Dilectio inimicorum legis perfectio.* Gregor.

Septimò. Et quomodo Chriſtus pro ſuis crucifixoribus ac carnificibus tam ſollicitè orat ad Patrem? Arnoldus Carnoten. tract. de ſeptem verbis. *Et ediſſerit eſſe inconveniens, ut amplioris ſit virtutis delictum, quam donum, & prævaleat malitia bonitati, & perditio ſaluti.* Introducit citatus Doctor Chriſtum hanc quæſtionem Patri proponentem. Non decet, quod fortior ſit malitia, ac ingratitudo hominum crucifigentium, quàm bonitas, ac pietas crucifixi; alienum enim eſt ab omni ratione, quod vehementius ſit peccatum, quàm gratiæ, malitia quàm bonitas, perditio quam ſalus. Et ſic pergit. *Cum enim ipſe ad hoc niteretur, ut ſalventur, & Judæi ad hoc, ut damnentur, plus debet apud Deum poſſe filii charitas, quàm populi cæcitas.* Erat veluti quædam contentio, nam Judæi conabantur ſe ipſos perdere. Jesus verò intendebat eorum ſalutem. *Plus debet poſſe filii charitas, quam populi cæcitas.* Et inde Jesus ſe eorum cæcitati opponens, eorum ſalutem affectuosè ſollicitat, pro eorúmque venia ad Patrem deprecatur. 15.

Arnold. *Plus poteſt charitas Chriſti quam hominum malitia.*

16. D. Bern. Octavò. D. Bernard. ſermon. de Paſſi. feriæ 4. majoris

majoris Hebdomadæ tractans hæc Chriſti verba. *Pater dimitte illis.* Sic ait : *Mira res, ille clamat : Ignoſce : Judæi, Crucifige. Molliti ſunt ſermones ejus ſuper oleum, & ipſi ſunt jacula*, Et ſtatim ad Judæos convertit ſermonem, *O Judæi lapides eſtis. Sed lapidem percutitis molliorem, de quo reſonat tinnitus pietatis, & ebullit oleum charitatis. Quomodo potabis Domine Jeſu deſiderantes te, torrente voluptatis tuæ, qui ſic profundis crucifigentes te oleo miſericordiæ tuæ.* Summa charitas ſanguinis Chriſti ut etiam ad ſui occiſores, ac interfectores miſericordia extendatur Multum mirabatur olim hæreticus Abailardus, quomodo Chriſtus placandus eſſet in homines, cum ab hominibus fuiſſet necatus : dicebat enim ille, ſi peccatum Adæ expiari non potuit niſi morte Chriſti ; peccatum ergo, quo ipſa mors inflicta eſt Chriſto, quam expiationem habebit ? Ad quem D.Bernard. Epiſtol. 190. *Ipſum*,ait, *ſanguinem,quem fuderunt.*Et ſtatim ſubdit. *Fuit ſanguis, qui effuſus eſt,tam multus ad ignoſcendum, ut ipſum quoque peccatum maximum, quo factum eſt,ut effunderetur, deleret.*

Chriſti pietas ſalvat eos, à quibus interficitur.

D.Bern.

17. D. Cypr. De hac pietate in ſuos occiſores admiratus D. Cyprianus libello de Bono patientiæ ; ait. *Quid* inquit, *poteſt patientia, quid benignius dici. Vivificatur Chriſti ſanguine, etiam qui effudit ſanguinem Chriſti.* Et hoc adeo ut ſanguis Chriſti, non tam ad ipſum Chriſtum, quam ad occiſores Chriſti ſpectare videatur. Nec tam ipſius Chriſti, quam hominum, in quorum gratiam effuſus eſt, ſanguis appelletur, juxta illud Iſai. 63. num. 3. *Aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea.* Dicturus enim erat. *Aſperſus eſt ſanguis meus*, & dixit *eorum.* Id eſt Judæorum, in quorum utilitatem totus effundebatur.

Iſai. 63.

QUÆSTIO III.

An Chriſti oratio fuerit exaudita à Patre?

18. Beda. AD primam quæſtionem in titulo poſitam, Beda ad hunc locum Luc. exiſtimat, quod Chriſtus D. non pro Judæis, ſed militibus Romanis, qui in crucifixione miniſtrarunt, preces fuderit, hi enim legem, & Prophetas ignorabant. Tamen etiam quod pro Judæis oraverit, communis eſt Patrum ſententia. An ergo pro Judæis oratio fuerit exaudita à Patre, ut Judæis peccatum dimitteret, dubium eſt.

19. D.Thom. Reſpondet.Primò D. Thomas 3. p. quæſt. 21. art. ultimo ad 2. Patrem Chriſti orationem exaudiſſe, omnibuſque Judæis ignoviſſe, pro quibus Chriſtus oravit ; oravit autem pro ſolis prædeſtinatis. Secundò,dici etiam poteſt Chriſti crucifixores dignos fuiſſe, quod protinus in infernum demergerentur, Chriſtum tamen ſua oratione obtinuiſſe, ut illius vita extenderetur ad locum pœnitentiæ ; unde multi exiſtimant, propter hanc Chriſti orationem Judæorum ſupplicium, per quadraginta, & eo amplius annos dilatum fuiſſe, ut poſſent, ſi velint pœnitentiam agere, ſuique peccati remiſſionem conſequi. Ut indicant D. Cyprian. ſerm. de Paſſione. Tertio Reſpondetur orationem Chriſti fuiſſe conditionalem ; multos autem ex Judæis conditionem non compleviſſe, quia Spiritui ſancto, Evangeliique prædicationi reſtiterunt. D. Hieron Epiſt. ad Hebidiam q 8. *Imperavit quod petierat Chriſtus, multaque ſtatim de Judæis millia crediderunt, & uſque ad 42. annum datum eſt tempus pœnitentiæ.* D. Leo ſerm. 11. de Paſſio. *De hujus*, ait, *rationis potentia fuit, ut prædicatione Petri Apoſtoli, uno die baptizarentur ferè tria millia Judæorum, fieretque omnium cor unum,& anima una.* D. Auguſt. tract. 11. in Joan.

Oratio Chriſti audita.

D. Leo. D. Aug.

QUÆSTIO IV.

An Judæi cognoverint Chriſtum Jeſum verum eſſe Deum,ac Meſſiam?

EST prima ſententia aſſerens quod Judæi cognoverunt Jeſum eſſe verum Deum, ac Meſſiam. Origen. tract 19 in Matth. Chryſoſt in Imperfecto homil 40. Euthym. Lyran, in c 21. Matth Et fundantur in verbis Chriſti D Joan 7. num. 27. *Unde ſim ſcitis.* Joan. 15.n.27 *Viderunt, & oderunt me.* Matth. 12. n. 38. *Hic eſt hæres, venite occidamus eum.* 20.

Origen. Chryſoſt. Euthym. Lyran. Joan. 7. Matth. 12.

Secunda ſententia affirmat Judæos neque cognoviſſe Chriſtum eſſe Meſſiam, neque verum Deum, ita Abulenſ. in cap. 21. Matth. q. 204. & 205. Caëtan. 3. p. q. 47. art. 5. Barradas tom. 4. in Evangelia lib. 7 cap. 14. §. *de hac ignorantia.* Præcipuè his verbis Chriſti D. *Neſciunt quid faciunt.* Et D. Petrus Actor. 3. n. 17. *Scio quia per ignorantiam feciſtis ſicut & principes veſtri.* Deinde quia Judæi ex falſo errore expectabant Meſſiam, tanquam regem temporalem, Chriſtum autem regem temporalem non eſſe cernebant. Tandem quia Judæi expectabant Meſſiam natum in civitate Bethlehem, putabant autem natum in Nazareth Galilææ. Unde dicebant Joan. 7. num. 41. *Nunquid à Galilæa venit Chriſtus, nonne Scriptura dicit, quia de Bethlehem Caſtello.* Et infra Nicodemo objiciunt n. 52. *Scrutare Scripturas, & vide quia à Galilæa Propheta non ſurgit.* 21.

Ambroſ. Caëtan. Barrad. Act. 3. Joan. 7.

Tertia & ultima ſententia eſt D. Thomæ 3. p. q 47. art 5. Docet Judæorum Principes cognoviſſe Meſſiam, ignoraſſe tamen eſſe Deum, ignorantia affectata. Vulgus autem neque cognoviſſe Deum,neque Meſſiam ; quæ ſententia rectè intellecta vera eſt, ut ait Suar. tom. 2. ad 3 p diſp. 31. ſect 4. §. *Secundo de aliis.* De communi hominum plebe patet, quia hi neſciebant Scripturas, nec etiam ſciebant virtutem miraculorum, nec ſenſum verborum Chriſti, nec alia multa, quæ ad hanc cognitionem erant neceſſaria. 22.

D.Thom. Suarez. *Plebs non cognovit.*

Quoad Principes verò etiam in eis fuit aliqua ignorantia, ut aperte teſtatur Petrus. *Scio quia per ignorantiam feciſtis, ſicut & principes veſtri.* Quia ut etiam docet D. Thomas non cognoverunt Chriſtum Filium Dei naturalem, quia ut ait Suar citatus §. *Tertio*, pauci, vel nulli ex Principibus Judæorum,qui eo tempore vivebant,intelligebant Meſſiam futurum verum Deum, neque myſterium Incarnationis ſuſpicabantur. Invidia, ac odio obcæcati, ignorantia craſſa, & affectata non cognoverunt Jeſum eſſe verum Meſſiam, cum tamen ex circumſtantia temporis, ac ejus vita, doctrina,miraculis, ac oraculis Prophetarum eum eſſe verum Meſſiam cognoſcere tenerentur, & ſi quid dubitationis in hoc habebant, facta parva diligentia facilè poterant à Chriſto, ejuſque diſcipulis edoceri, ac veritatem intelligere, ſed ut dicitur Joan. 12. n. 37. *Cum tanta ſigna feciſſet coram eis, non credebant in eum ut ſermo Iſaiæ Prophetæ* 23.

D.Thom. *Principes ignorantia affectata non cognoverunt.* Joan. 12.

Prophetæ impleretur, excæcavit oculos eorum, & induravit cor eorum.

24. Et unde in Judæis fuit tam craſſa, & perverſa ignorantia, ex nempe diuturna conſuetudine Chriſtum perſequendi, ex diuturnáque conſuetudine ſuorum vitiorum, ac iniquitatum, in quibus enutriti erant. Arnoldus Carnotenſ. in tractat. de hoc verbo. *Pater ignoſce*, ſic ait, *Uſque adeò in hoc malo voluntarij ut voluntas conſuetudinem, & conſuetudo faceret neceſſitatem Neceſſitas verò uſque ad illam vecordiam erumperet, ut neſciret quid faceret.* Prava, & iniqua conſuetudo ad omne malum, ac nequitiam trahit, & impellit. Refert Moyſes Gen. 6. n. 4. & 5. deputatos, ac inveteratos poſteriorum Caini mores, quorum ad delinquendum conſuetudo ſic inolevit, ut dicatur, *& cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore.* De eis ait D. Baſil. Seleucus, orat. 5. *Quæ legum pravitas non apud eos pro lege ſtatuebatur?* Perverſa nempe peccandi conſuetudo illis pro lege erat, & inſtat præceptum ad omne nefas, ſic enim à prava conſuetudine graſſata eſt iniquitas, ut nihil aliud ſcirent, niſi quod eſſet malum.

Arnold.
Geneſ. 6. *Prava conſuetudo pro lege eſt homini.*
Baſil. Seleuc.

CAPUT XVI.

Bonus Latro.

Luc. 23. *n.* 39. Unus autem de his, qui pendebant, latronibus, blaſphemabat eum, dicens: ſi tu es Chriſtus, ſalvum fac temetipſum, & nos.

VERSIONES.

Syriacus. Unus quoque ex maleficis illis, qui ſuſpenſi erant cum eo, blaſphemabat eum, dicebátque ſi tu es Meſſias ille, ſerva te ipſum, & ſerva nos quoque.

Arabicus. Unus ex malefactoribus, qui crucifixi erant cum eo blaſphemabat eum: ſalvum fac teipſum, & ſalvos fac nos.

Vatabl. Euth. Unus autem, qui erant ſuſpenſi, facinoroſorum, convitia dicebat in eum, dicens: ſi tu es ille Chriſtus.

ALTER TEXTUS.

Matth. 27. *n.* 44. Id ipſum autem, & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei.

Marc. 15. *n.* 32. Et qui cum eo crucifixi Erant, convitiabantur ei.

EXPOSITIO I.

1. UNUS *autem ex his*, qui nempe erat à ſiniſtro latere Chriſti, *qui pendebant*, Syriacus addit *cum eo latronibus*. Syriacus. *Maleficis*, Arabicus. *Malefactoribus.* Et dicitur *Blaſphemabat eum*; dira & aſpera convitia in eum jactabat.

Syriacus Arabicus.

Voluit Chriſtus irrideri, blaſphemari ab omni hominum genere; non ſolum Scribis, Judæis, ſed etiam ab ipſo latrone ſui ſupplicii ſocio, quod erat maximè acerbum; nam cum iſte latro ex pœna ſui ſupplicii deberet compati Chriſto, de ſaluteque animæ ſuæ agere, his oblitus irriſiones, ac ſubſannationes dicebat in Jeſum. *Si tu es Chriſtus.* Datur hic intelligi, quod etiam ipſe erat Judæus cum Chriſti nomine utatur. *Salvum fac temetipſum*, id eſt libera te à cruce, ac morte, *& nos tecum ſimul crucifixos.* Petebat Chriſti commodum, ac liberationem, ut inde optatam ſuam vitam, ac ſalutem haberet. De his Latronis verbis q. ſequenti latius.

QUÆSTIO I.

Quare cum unus latro blaſphemaſſet, Divus Matthæus, & D. Marcus ſcribunt, quod latrones blaſphemabant.

ELEGANTER Rupertus in Geneſ. ait *Joſeph duorum medius vinctorum in carcere, utriuſque ſomni ſui proferens interpretationem, Salvatoris noſtri forma eſt, vel umbra, qui duorum medius latronum, in cruce utrique juxta fidem, & meritùm ſuum dignè dedit ſententiam.* Joſeph in carcere inter duos vinctos typum geſſit JESU in cruce inter duos latrones juxta utriuſque meritum, unum abſolvens, alterum condemnans. 3.

Rupert. *Joſeph typum geſſit Chriſti.*

Quæſtio præſens eſt, cum D. Matthæus dicit. *Id ipſum & latrones, qui cum eo crucifixi erant, improperabant ei*, Et D. Marcus. *Et qui cum eo crucifixi erant, convitiabantur ei.* Quomodo ergo D. Luc. ſcribit unum tantummodo latronem blaſphemias protuliſſe in Chriſtum? 4.

D. Matth. D. Marc. *Difficultas quæſtionis.*

Prima ſententia eſt Græcorum hoc loco Origenis, D. Chryſoſt. Theophylact. Euthymij Boſtr. Et ex latinis, D. Hilarij, qui probabiliter putant utrumque latronem initio Chriſtum blaſphemaſſe, ſed alterum poſtea viſa Chriſti patientia, tenebris, aliiſque ſignis, & miraculis reſipuiſſe, & in Chriſtum crediſſe; ac proinde ait hæc ſententia, quod ambo latrones in principio blaſphemabant. Titus Boſtrenſ. *Initio*, ait, *uterque latro æque ac cæteri Judæi Chriſto inſultabat; forſan quod hac ratione gratiam illorum emeriti, venia potirentur, aut aliquod ſaltem pœnarum laxamentum conſequerentur.* Latrones in exordio blaſphemabant, ut in hoc gratiam Principum inirent, ut inde aliquid proprii commodi ab eis conſequerentur. Vide ſuprà cap. 4. n. 30. 31. 5.

Origen. Chryſoſt. Theoph. Euthym. Boſtrenſ. D. Hilar. *Blaſphemant ut gratiam gerant principibus.*

Secunda ſententia, & veriſimilior, quæ eſt Latinorum D. Hieron hoc loco D. Aug. lib 3. de Conſenſ. Evang c. 16 D. Ambr. l. 10 in Lucan D. Leonis ſerm. de Paſſ D. Cyprian de Paſſio. D. Gregor. lib. 17. Moral. cap. 36. D. Paſchaſ. lib. 12 in Matth. Maldon. Franc. Luc. & aliorum, qui omnes dicunt per Synecdochen numerum pluralem poni pro ſingulari, ac proinde *Latrones*, id eſt unus Latronum ſic & dicuntur Luc. 23. n. 36. *Milites obtuliſſe Jeſu acetum*; ac proinde milites id eſt unus militum. Sic & cum Magdalena Dominum unxiſſet. Matt 26. dicitur; *videntes diſcipuli indignati ſunt.* Cum tamen Joan. 12. Judam ſolummodo aſſerat objeciſſe. *Ut quid perditio hæc.* Ut explicat Divus Hieron. ponitur unus pro multis. 6.

D. Hier. Auguſt. D. Leo. Cypr. Paſchaſ. Maldon. Franc. Luc. D. Hier.

7. Secundò Aliter explicat D. Paſchaſ. citat. ait, quod dicuntur latrones blaſphemare, quia in uno latrone impio deſignati ſunt quicumque cum Adamo pomum vetitum rapuere, ac divinam legem tranſgrediuntur. Hi enim Chriſtum blaſphemant. *Non dicit*, ait, *ambo, ſed unus, quia unus hoc fecit.*

Paſchaſ. *Qui peccat, Deum blaſphemat.*

8. Tertiò. Latrones blaſphemabant, ut ſcribunt D. Matth & Marcus, tamen D. Luc. id ab uno latrone factum dicit, nam alter facti pœnitens, ingenuè fatetur. *Nos quidem, nam digna factis recipimus.* Inde Divus Luc. tacet Latronem bonum maledixiſſe, nam pœnitentia celeri maledici, ac blaſphemantis nomen amiſerat. D. Hieron. in Matth. *Quod unus crediderit in Jeſum, & priorem negationem ſequenti confeſſione deleverit.* De Davide ait Petrus in perſona Dei. Act. 13. n. 22. *Inveni David filium Ieſſe virum ſecundum cor meum.* Vir ſecundum cor Dei, denotat virum juſtum ſine peccato, quomodo ergo David dicitur vir ſecundum cor Dei, cum moltoties peccaverit? D. Juſtin. Reſponſ. 78. Benignè pœnitentiam honorans Deus; ſic velox eſt pœnitentia in peccato expurgando, ut quem peccator ducit colorem, tam cito facti pœnitentia abluat, unde nec videtur perdidiſſe ſanæ mentis colorem.

Qui pœnitentia delet peccatum, peccator non dicitur. Hieron. Act. 13. Juſtin.

9. Quartò. Bonus Latro ſimul cum malo pendebat, & inde ex pravo ſocio notari poterat, ac ſi blaſphemus eſſet; ſic & in unctione ſupra citata Magdalenæ, cum unus Judas obmurmuraſſet, omnes diſcipuli, etſi ſanctiſſimi quodammodo involvuntur, ut dicatur, *Indignati ſunt diſcipuli*; ferè homines cum ſuis ſociis in idem aſſimilantur, ac reputantur meritò Theod. q. 50. in Gen. miratur, quod omnes homines etiam piiſſimi filij Seth perierint diluvio generali. Quæ tanti rigoris fuit cauſa? Cur non magis dedit pœnas ſolus peccator? *Sanè*, ait, *delere ſobolem Cain voluit Deus, & quia piorum tribus illi permiſſa erat, ob id ſupplicij fuit particeps.* Sic ſolet obfuſcare iniquorum ſocietas, ut etiam cum illis pij pereant, & eidem ſupplicio adſcribantur.

Quilibet ex ſuo ſocio ſimilis reputatur, ac cum eo involvitur. Theodor.

10. Quintò. Unus blaſphemavit latro, tamen dicuntur latrones blaſphemaſſe, cum unus deliquit, omnes dicuntur diliquiſſe, quia ſic afficitur Chriſtus dolore, perditione unius ac ſi omnes perdidiſſet. Redeat iterum Judas obmurmurans de Magdalena Dominum ungente. *Ut quid perditio hæc?* Tamen D. Matthæus ſcribit non unum Judam, ſed omnes diſcipulos murmuraſſe. Quomodo hoc cohæret? Sic Dominus triſtabatur amiſſione unius oviculæ, ac ſi totus electorum diſcipulorum cœtus quodammodo periiſſet.

Sic triſtatur Chriſtus in unius perditione, ac ſi omnes perdidiſſet.

11. Cum meus Jesus penderet in cruce, clamat ad Patrem, *Deus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me.* Matth. 27. num. 47. D. Hilar. *ſuam ſolitudinem conqueritur.* Et quomodo in cruce ſe dicit ſolitarium nonne ipſe dicebat, *cum exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipſum.* Joan. 12. n. 32. Si Domine omnia ad te traxiſti, cur clamas te eſſe ſolitarium? Admittebat unum latronem, & inde ut omnium ſolitarius, ac ab omnibus derelictus videbatur, ſic unum amittens latronem, anxiabatur Dominus, ac ſi ab omnibus expoliatus omnes perdidiſſet.

Matth. 27. Hilar. Joan. 21.

12. Ingrediens convivium cœleſtis Rex videns hominem non veſtitum veſte nuptiali ſuis miniſtris imperat, ut in tenebras detrudatur. *Mitte eum in tenebras exteriores.* Matt. 22. n. 13. Hunc damnatum exiſtimat D. Hieron. eſſe *multitudinem malorum.* Doceat nos ſanct. Doctor, ſi unus malus eſt, quomodo omnium multitudo appellatur? Optimè ſanè. Cum unus eſſet mittendus ad gehennales ignes, ſic hoc erat durum, ac grave Jesu, ac ſi omnium multitudo damnata periret.

Matth. 22. D. Hier. *Jeſus unius perditione ſic dolet, ac omnium.*

QUÆSTIO II.

Quare moriente Jeſu, janua cœlorum aperta. Impius latro crucifixus damnatur?

13. Depravatus latronis animus in tribus ſuis verbis prolatis manifeſtatur, dicebat ad Jeſum, *ſi tu es Chriſtus*; per irriſionem, ac ſubſannationem hæc dicebat, ſunt homines ſic in ſua iniquitate obfirmati, ut etiam in hora mortis à ſua perverſitate, à ſuiſque irriſionibus, ac ſubſannationibus non deſiſtant. *Salva temetipſum.* O peſtiferi hominis vox! conſulebat ſummo Regi, ut prius de ſe quam de aliis ageret, cum è contrario debeat eſſe, ut Rex prius de ſuis, quam de ſe ſolicitus. Tertiò, ait, *& nos*, id eſt *ſalva temetipſum, & nos.* Salute nempè temporali, ſed cur impius latro non ſolùm de ſe agit ut à cruce deponatur, ſed etiam de ſocio, ac bono latrone, cum ipſe maximè conformaretur, ac diceret. *Nos quidem juſtè, nam digna factis recipimus.* Impius latro ex ſe judicabat de aliis; & cum ipſe vehementer exoptaret à cruce liberari, idem de ſocio ut certum adſtruebat. Furioſi, & obſtinati animi ſunt hæc verba. Ita ſolent homines deſperati, quæ effugere nequeunt tormenta per contumaciæ verba ulciſci.

Impius latro obſtinatus in malo. *Unus de ſe præſumit de aliis.*

14. Hanc miſeram hominis conditionem perpendit D. Athanaſ. ſerm. de Paſſion. *Vides latrones*, ait, *ſed non ambo in eiſdem. Alter regnum hæreditavit, alter in gehennam dimiſſus eſt.* Et quæ magis deplorata miſeria, quod quando ſanguis Jesu charitatis fervore profundebatur, & ſalus cunctis aperiebatur, & homo erat in portu ſalutis, ibi naufragaret, ac in æternam damnationem incurreret, cum ſocius ſuus ibi ſalutem, & vitam inveniret.

Athanaſ. *Magna miſeria in portu ſalutis perire.*

15. Secundò ad quæſtionem D. Laurent. Juſtin. de triumphali Chriſti agone. *Jam illum*, ait, *Diabolus abſorbuerat, & in corpus ſuum trajecerat. Ideo, niſi quod ille volebat, agere non poterat. Inter mortuos computatus erat, propterea vitam, quam habebat juxta ſe, minimè cognoſcebat.* Chriſtus in cruce pendens omnium ſalutis negotium agebat; cur ergo permittitur, ut hic miſer tanto paſſionis beneficio careat? Erat homo totus à Diabolo, ac peſtifero mortis veneno abſorptus, & inde venit, ut ſalvatoris morti vicinus, vitæ donatorem non cognoverit, ſic erat detentus homo à Diabolo, ac à ſuis peccatis, ut eum umbra Divini mortui non melioraret: *Inter mortuos computatus erat, propterea vitam, quam habebat juxta ſe, minimè cognoſcebat.*

Irremediabilis eſt.

16. Tertiò. Iſte impius latro, damnatus, & pœnis attritus, non mitiora, ac meliora cogitat, ſed adhuc injuriis inferendis inſtat, inde illi in extremam ruinam præcipitium manifeſtum. In quo perdendorum Judæorum eleganter ponit ſignum D. Iſidor. Peluſ. lib 1. Epiſt. 255. *Duo Latrones*, ait, *duos populos adumbrabant. Ille ut qui ad extremum uſque ſpiritum improbitatem, animique perverſitatem per ſe tulerit, ac nec ultimam quidem captivitatem, quam à Romanis perpeſſus eſt, in contumeliarum Chriſto illatarum pœnam, atque ultionem ſe ſubiiſſe confeſſus eſt.*

Damnati animi eſt quod in pœnis non reſipiſcat. Peluſ.

17. Quartò.

17. Quartò. Hugo Victorinus, *In cruce ſiniſtri*, ait, *latronis pœna pro culpa, & poſt damnatio.* Et quæ major miſeria quam quod homo vivus dolores crucis pateretur, & poſtea damnatus in infernum deturbaretur, Super perverſos, & obſtinatos peccatores inclamat Jerem. 17. n. 18. *Et duplici contritione contere eos.* Non una tantum pœna; ſed duplex poſtulatur, una nempe in hac vita, altera in inferno, ut etiam interpretatur Cardinalis Hugo, ut ita iniquus nunquam evaderet tormenta tam in hoc ſæculo, quàm in futuro.

Hugo. *Duplici pœna affligitur peccator.* Jer. 17. Hugo.

18. *Regem Hai ſuſpendit in patibulo.* Joſue. 8. n. 29. legunt Septuaginta, *Regem Hai ſuſpendit ſuper lignum geminum.* Cur non uno ligno, unaque cruce, ſed duplici ligno, duplicique cruce ſuſpenditur? Rex Hai ſignificabat peccatores, & damnatos, ut docet Origen. Strabus, D. Iſidor & alii,& inde non uni cruci, ſed duplici affigitur, quia peccator duplicem habet crucem; unam multorum laborum, ac ærumnarum in præſenti,alteram in futuro gehennalium cruciatuum in æternum.

Joſue 8. Septuag. Origen. Strabus. D. Iſidor.

*Matth.*27.*n.*40. Reſpondens autem alter increpabat eum dicens: neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es.

*Num.*41. Et nos quidem juſtè, nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali geſſit.

VERSIONES.

Syriacus n. 40. At objurgavit eum ſocius ejus, & dixit ei: nec Deum quidem times, qui & ipſe ſis in eodem judicio.

Syrus. Etiam non à Deo timens tu.

Arabicus. Non times Deum, cum ſimus ſub hac damnatione.

*Syriac.n.*41. Et nos quidem juſtè; nam pro ut digni fuimus, & prout egimus luimus pœnas: iſte verò nihil odioſum geſſit.

Arabicus. Et nos quidem juſte retributionem ſuſcipimus ſicut operati ſumus: hic verò non fecit quicquam.

Vatabl.Caët. Nihil abſurdi geſſit.

Arias. Nihil inſolens egit.

Franc. Luc. Nihil abſonum, indecens geſſit.

EXPOSITIO II.

19. RESPONDENS *autem alter.* Tacebat Jeſus ad convitia ſiniſtri Latronis, tunc ſanctus latro, qui à dextris erat jam diſcipulus Domini factus partes reſpondendi pro Magiſtro ſuo ſuſcipit. *Increpabat eum*; ſeu objurgabat, jam veritatis prædicator, ac doctor, ut ait *D.* Hieron. valdè audax ad peccata reprehendenda. *Neque tu times Deum.* Syrus vertit *etiam non à Deo timens tu:* Ac ſi dicat, quamvis ſcribæ, & Judæi non timeant Deum,& ideo ſubſannent Chriſtum, ut autem qui cruce es pendens, & jam

D. Hier. Syrus.

proximus es morti, debes timere Deum'ne ſtatim poſt mortem acriter te puniat; quod *in eadem damnatione.* Syriacus *Judicio*, ſupplicio *es*, ac proinde cum in ſimili cruce ſis crucifixus, damnatus maximè debes timere Dei judicium, cui ſtatim rationem es redditurus. Arabic.D.Chryſ. *Cum ſimus ſub eadem damnatione*; ſcilicet in ſimili cruce eandem pœnam ſuſtinentes. Arab.

Et nos quidem juſte, ſumus crucifixi, ac conſtituti in hac crucis pœna, *nam digna factis* noſtris nempè ſceleribus, ac criminibus, *recipimus*, pro meritis noſtris mercedem accipimus. Ecce illuſtriſſimus actus profundiſſimæ, ac publicæ pœnitentiæ, contritionis, ac confeſſionis, quo antiqua ſua ſcelera expiavit. *Nihil enim mali fecit.* Nihil enim abſonum, indecens, ac incongruum geſſit, *Hic verò nihil mali geſſit.* Sancte Latro quid dicis? Ad necem,ac crucem damnatus eſt Jeſus poteſtate prætoria, & tamen eum recognoſcis hominem probatæ, ac innocentis vitæ, unde id colligis? à patientia nempe, qua inter dolores,ac cruciatus ſe exhibebat. Vide ſupra c. 14.n.77. 20.

Publicata Latronis pœnitentia.

QUÆSTIO III.

Quare cum bonus Latro proximior adhæret Chriſto, tamen primò non loquitur cum Chriſto, ſed cum ſuo ſocio?

STABAT meus Jeſus crucifixus inter duos latrones, ac proinde bonus latro proximior erat Chriſto, quam ſuo alteri ſocio, tamen primò non loquitur Chriſto, ſed ſuo alteri ſocio. *Increpabat eum nec tu times Deum.* Cur non prius cum Chriſto loquitur, quam cum ſuo ſocio, cur non prius de ſe quam de ſuo ſocio agit? 21.

Reſpondet primo D.Chryſ. *Priuſquam ſibi*, ait, *quicquam petat, curat ſocium lucrari, quæ inſignis eſt charitas.* Antequam ſanctus Latro pro ſe cum Chriſto habeat verba, cum ſocio loquitur *Dicens neque tu times Deum.* Quanto amore in proximum ferebatur latro, antequam quicquam à Chriſto peteret, intendit ſalutari correctione ſocium lucrari. *Quæ inſignis eſt Charitas.* Et qui tam promptus erat in aliena ſalute, non mirum, quod tam promptum ad paradiſum donandum inveniret Chriſtum. 22.

Chryſoſt. *Latro ex charitate prius agit de ſocio, quã de ſe.*

Secundò D.Auguſt. ſer. 130. de tempore. *Ita ex abundantia recepta juſtitiæ proximum, & ſocium quondam arguens.* Bonus Latro ſuam auſpicatur ſalutem à refutando ſcelerum ſocio; tum cum ſocius ſiniſter Chriſtum blaſphemaret; *ſi tu es Chriſtus, ſalva temetipſum, & nos.* Ne quis ex ſuo ſocio ſanctum Latronem ſimilem reputaret, inde diſerte eum increpat. *Neque tu times Deum.* Et etiam ut probaret, ac oſtenderet ſe diſiunctum ac ſegregatum à conſilio illius impii quod magnum erat initium ſalutis. 23.

S. Aug. *A malis ſegregari initium ſalutis.*

Tertiò D.Auguſt. citato ſer. *Quis,ait, non admiretur, & compungatur? Non ſolum enim, quod in ipſo erat, ſed & ea, quæ circa ſe ipſum erant, relinquens, de altero curam gerebat in cruce, doctor effectus,& corripiens, & dicens: neque tu times Deum.* Cur ô bene Latro, ſocium latronem loqueris ea in hora,qua de tua ſalute debebas eſſe ſolicitus? Cur excellentiſſimum vitæ tempus conſumis cum ſocio iniquo, & peccatore? Juxta te habes Deum tuum,ſalvatorem tuum, alloquere illum, cum vi- 24.

Auguſt. *Latro Doctor in cruce. Divina virtus non de ſe, ſed de alterius ſalute agere.*

cinum Deum pertranſiens feſtinas ad remotum ſocium latrocinii? Hoc ſane multum mirandum in homine tot ac tantis malis circundato, nam pœnarum, quas patiebatur oblitus, alterum latronem erudit, & inſtruit, ac ad bonam frugem reducere conatur. D. Chryſoſt. hom. de cruce, & latrone apud Grethſerum lib. 2. de cruce, & latrone. Non ſolum, ait, non advertebat mentem ad cruciatus; ſed omnibus ſuis relictis, res alterius curabat; & ut illum ex errore eriperet, & Magiſter ejus in cruce fieret, omni ope ſtudebat. *Neque tu times Deum*, *inquit*. Ubi ſentit in ſe ſcintillam divinam gratiæ, ſtatim ardet deſiderio, & ipſa in ſocium derivetur, & tendat. — D. Chryſ.

25. Divus Gregor. lib. 1. in Ezech. hom. 12. *Nullum enim*, ait, *tale eſt omnipotenti Deo ſacrificium, quale zelus animarum.* Poſtquam Iſaias vidit Dominum, volat ad eum unus Seraphim, & calculo tangens expurgat labia ejus dicens, auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur, & ſtatim ei dicitur. *Quem mittam*, *& quis ibit nobis?* Tunc ſtatim Propheta, ait. *Ecce ego mitte me.* c. 6. n. 8. Quid eſt quod Propheta carbone ignito expurgatus non illico in cantica, ac gratiarum actiones reſonat, ſed ociſſimè ſeſe iturum offert ad populum, ut ei Domini mandata, ac verba denuntiet? Dei Amaſius; cum ardorem divinæ gratiæ in ſe ſentit, neſcit moras, ſed ſtatim proſilit, ac vult currere, ut & ipſa gratia in proximos derivet; ut & ipſi illuminati ad Deum trahantur. Eleganter Nazianz. Scoliaſtes Nicetas ſic ait. *Iſaias cum remiſſis ſibi peccatis audiſſet: Quis proficiſceretur ad populum hunc? Atque exiſtimaret, eam ob cauſam nuntium quæri, ut pari beneficio fruerentur illi ad quos mitteretur, præ animi lætitia ſe ipſum offert, ut illis quoque peccata remitterentur.* — D. Greg. — Iſai. 6. — *Qui juſtitiâ recipit, vult ut alii ejuſdem ſint participes.* — Nicetas.

26. Matthæum publicanum ſedentem in telonio vocat Chriſtus, *Et ait illi ſequere me.* Matth. 9. n. 9 & ſtatim ſubditur. *Et factum eſt diſcumbente eo in domo: Ecce multi publicani, & peccatores venientes, diſcumbebant cum Jeſu, & diſcipulis ejus* Ipſi publicani, & peccatores invitati à Matthæo jam Chriſti Apoſtolo; dic mihi magne Apoſtole, quonam conſilio cum Jesu ipſamet puritate, ac ſanctitate vocas ad menſam publicanos, & peccatores, quænam Chriſti conventio, ac Belial, quomodo tam diverſi eadem in menſa accumbent? Victor Antioch. in cap. 2. Marc. *Ne ipſe ſolus beneficia accipiat.* Erat D. Matth. jam Chriſti Apoſtolus factus, divinaque gratia illuſtratus, inde jam amore humanæ ſalutis flagrabat, indeque eos hoſpitio invitat, epulo ac menſa excipit, ut Divinum Magiſtrum piè monentem audiant, ut gratia, quam Matthæus in ſe exceperat, in eos etiam diffluat, eorum mentes illuminans, animaſque ſanctificans. — Matth. 9. — Victor. Antioch. — *Matthæus Dei gratia illuſtratus vult, ut comites illuſtrentur.*

27. Cornelius vir juſtus, ac timens Deum, cum cognoviſſet quod Petrus cum aliis piis hominibus è Chriſti ſchola ad ſe veniret. Cornelius. *Expectabat illos; convocatis cognatis ſuis, & neceſſariis amicis.* Actor. 10. num. 24. Ad quid cum veniret Petrus, amicos & neceſſarios ſuos vocat? Pulchrè D. Chryſoſt hom. 23 in acta Apoſtolorum. *Hoc*, ait, *amici officium, hoc pii eſt, in tantis bonis amicos facere ſocios.* — Act. 10. — Chryſoſt.

QUÆSTIO IV.

Quare primum verbum, quod ſanctus Latro protulit, timorem Dei ſonat?

Respondet Primò D. Bonavent. *Neque tu times Deum*, *quod dicit deteſtando alienam culpam*, *quod eſt opus verè pœnitentis.* Cùm Dimas dicit, quod ſiniſter latro blaſphemat, quia non timet Deum, oſtendit ipſum blaſphemare, ac convitia dicere in Chriſtum contra omnem legem, rationem, ac juſtitiam; hæc omnia violat, qui ſine Dei timore agit, quod indicans Abrahamus in Geraris ait, *Non eſt timor Dei in loco iſto.* Gen 20. n 11. — D. Bonav. — Geneſ. 20.

Secundò. Euſebius Emiſſenus homil. de Latrone. *Neque tu times Deum*, *hæc dicebat*, ait, *futuri examinis diem cogitans.* Cum jam ſanctus Latro eſſet divina gratia illuſtratus, ac ſuorum criminum bene conſcius, cogitatio extremæ rationis maximè mentem ejus occupavit, ita ut primum verbum, quod protulit, timorem ſonaret. Poſt peccatum primorum parentum, *Cum audiſſent vocem Dei.* Hebraicè *judicis deambulantis in paradiſo*, *abſcondit ſe Adam.* Quæ vox quidem valdè terrifica, ut vox judicis erat; & cum Adamus vocaretur à Deo, reſpondit. *Vocem tuam audivi, & timui*, Geneſ. 3. n. 10 Ubi maximè notat Lippoman quod reſpondit Adamus abſque aliqua honoris præfatione, non ait vocem tuam Domine, Deus, Creator meus audivi, ſed his omiſſis tantum ait. *Vocem tuam audivi, & timui.* Sic enim voce, ac conſideratione Dei judicis conturbatus eſt, ut debitæ reverentiæ præfatione oblita, illud tantum verbum habuit in ore, quod timorem diceret, & ſignificaret. Lippom. inquit *Attonitus voce Dei corripientis, & conſcientia confuſus, vocem tuam, ait, audivi, & timui.* — 29. Emiſſen. — *Deus judex terret, ut ſolum timorem cogitemus.* — Gen. 3. — Lippoman.

Tertiò. D. Chryſoſt. hom. de cœco nato. *Aliter probus*, ait, *invenitur in judicio reus, in cruce judex, ſed timorem docet. Prima enim vox latronis ad ſocium latronem hæc fuit: Neque tu times Deum.* In rigido & arido ligno pendebat Dimas, & juxta parentes, ac uberes pietatis fontes poſitus erat, & non miſericordiam inclamat, ſed unum tantum Dei timorem deſiderat jam divina gratia illuſtratus, jam bene ſciebat, quod Dei timor maximè fœcundat animam in vitam æternam, nihil enim ſic animos replet, ſic munit, ſic virtutes eorum æternat, ut Dei timor. 30. — Chryſoſt. — *Dei timor fœcundat, & replet animâ omni bono.*

Magna tempeſtate omnium malorum, ac deperditis omnibus bonis, filiis, ac etiam propria ſalute, percuſſus ulcere peſſimo ſtabat Job ſedens in ſterquilinio c. 21. n. 8. lætus, & quieto animo, ut notant Divus Gregor. Origen. Odonus, & alii, ſed quomodo ille ſpoliatus omnibus bonis, ſic placidus erat; de Job dicitur, quod erat vir *rectus ac timens Deum.* Cap. 1. n. 1. Et licet eſſet vacuatus omni ſua ſubſtantia, tamen plenitudine divini timoris maximè gaudebat, nam in uno Dei timore ſe omnia habere cognoſcebat; ideo in illo tanquam omnia poſſidens maximè lætabatur, ac exultabat. D. Zeno lib. 2 ſer 16. *In ſterquilinio fœtido*, ait, *ſcaturiente vermibus Job ſedet, quaſi nihil paſſus, ſed ſolo Dei timore contentus.* 31. — Job. 21. — Gregor. Origen. Odon. — Job. 1. — *In Dei timore omnia bona.* — D. Zeno.

Valdè mirum quod iſte bonus Latro, qui antea in flagitiis vitam traduxerat, qui in principio juxta multorum ſententiam ſcommata in Chriſtum conjiciebat, ut retuli q. 1. ſtatim ſic 32. — *Dei timor extinguit omne malū*

mutatus

mutatus eſt, ut omni illuſtri virtute, ſublimi, ac heroico actu niteret, ac reſplendeſceret. Unde illi tam ſubita mutatio? Quia adimplevit eum Dei timor, cum quo omnibus virtutibus ditatus
Chryſoſt. eſt. D. Chryſ. hom. de cruce, ac latrone apud Greihſerum. *Quoniam exiguo tempore*, ait, *ut oportuit Chriſtum timuit, beatus factus eſt, dicente eo, neque tu times Deum; nullum enim eſt malum, quod non extinguat Dei metus.* De hoc Dei timore multa dixi ſuperioribus tomis.

QUÆSTIO V.

Profundiſſima, & alta pœnitentia, ac confeſſione dicit Dymas ſua peccata.

Nos quidem juſtè.

33. DUM Dymas ait. *Nos quidem juſtè, nam digna factis recipimus*, Sua peccata fatetur, à quibus, & confeſſione ſua juſtificatur. D. Chryſ.
Idem. *Nullus illum coëgit, ait, nemo accuſavit, nemo inſtitit: ipſe ſui ipſius fit accuſator, qua de cauſa in poſterum omni accuſatore caruit.* Ipſe ſe accu-
Prov. 18. Auguſt. ſat ut dicitur. Prover. 18. n. 17. *Juſtus prior eſt accuſator ſui.* Quod idem docet D. Auguſt. ſerm. 130. de tempore. *Nemo vim fecit, ſed ipſe ſe divulgavit.* Et ſic hic bonus latro, ſua, ac conſortis ſcelera damnat, ut nullam in eis excuſationem portendat, nec ad veniam, nec ad liberationem ſupplicii, ſed ſolum Chriſtum pronuntiat ſanctum, & innocentem. *Hic nihil mali fecit.* Sic ait D. Chryſoſt. apud Caten. *Hic bonus (ſcilicet Latro) fungitur*
Latro ſe ipſum accuſat. D. Chryſ. *vice judicis condemnatus, & incipit de veritate cenſere. Sed Chriſtum pronuntiat innocentem, cum ſubdit.* Hic vero nihil mali fecit. *Quaſi dicat: Nos viventes occidimus, hic mortuos ſuſcitavit: nos aliena ſumus furati, hic & ſua jubet tribuere.*

34. Arnold. *Qui ſua delicta agnoſcit, ſuam crucem libenter ſuſtinet.* Secundò. Arnoldus Carnotenſ. ad hoc verbum. *Increpat, ait, maledicum, nec ſibi parcit.* Arguit impium latronem. *Neque tu times Deum*, ſe innocentem non dicit, ſed ſemetipſum accuſat. *Nos quidem digna factis recipimus.* Et verè increpat alium non tantum verbis, ſed etiam facto, ſua nempe magna patientia, qua ob præterita facta ſuam crucem ſuſtinebat; ſuam crucem libens quis patitur, qui ſe agnoſcit reum ſcelerum.

35. Ad quærendam alimoniam à parente ſuo Jacob accepit Judas in tutelam ſuam fratrem ſuum minimum Benjamin, ſpondens, quod ſi ipſum ſalvum non redderet parenti, quod eſſet peccati reus omni tempore vitæ ſuæ; cum ergo proficiſcerentur in Ægyptum, & acciperent frumenta in ſaccis, & reverterentur, comprehenſi ſunt à ſervis Joſeph accuſantibus eos, quod ſcyphum Domini ſui, quo augurari ſolebat, furati eſſent, & cum ſingulorum ſaccos ſcrutati eſſent miniſtri, inventus eſt ſcyphus in ſacco Benjamin, & cum
Ex conſideratione delictorum patienter ſuſtinetur calamitas. ex tam ſiniſtro caſu Benjamin ex pacto inito manſuetus eſſet perpetuo ſervus in Ægypto; non iraſcitur Judas, nec contra ſe, nec contra fratres, quod non conſideraverint, ac examinaverint, quæ in ſaccis ſuis receperint, nec iraſcitur contra miniſtros, an illud eſſet ex aliquo dolo, cum à ſua, ac fratrum conſcientia alienum eſſet furtum. Unde illi tanta patientia; ait Judas Joſeph. *Quid reſpondebimus Domino meo, aut quid loquemur? Deus invenit iniquitatem ſervorum tuorum*, Gen. 44. n. 16. Cum ipſe recogitave- Geneſ. 44.
rit, quod propter peccata ſua in tantam afflictionem inciderit; ideo, æquanimiter patitur, ac ſuſtinet præſentem miſeriam, ac anguſtiam, qua nulla major ei obvenire poterat Lippom. *Juſto Dei ju-* Lippom.
dicio, ait, propter aliqua occulta noſtra delicta, quorum ſatisfactionem diſtulit uſque nunc, contigit nobis hæc vexatio, peccatorum ſuorum meminit, ultionem juſtitiæ agnoſcit.

Luc. 23. n. 42. Et dicebat ad Jeſum: Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum.

VERSIONES.

Arabicus. Deinde dixit ad Jeſum.
Syriacus. Memento mei Domine mi.
D. Auguſt. Domine in mente me habe.
Franc. Luc. Cum veneris in regno tuo.

EXPOSITIO III.

ET dicebat. Bonus quidem Latro, qui à dex- 36.
tris erat, ac proinde ut notat Del Rius jux- Del-Rius.
ta Virginem Mariam, quæ quidem à latere dextero crucis exiſtebat, *dicebat ad Jeſum.* Poſt defenſionem inſignem ejus innocentiæ. Hic nihil mali geſſit, poſtquam humilem confeſſionem ſuorum ſcelerum, quo ſibi paravit viam ad conciliandam ejus gratiam, *Domine.* Syriacus. *Domine mi.* Quem Syriacus.
verò credo non injuriis, ac blaſphemiis eſſe appetendum, ſed ſummo cultu, ac reverentia colendum: *Memento mei*; non ait ut impius latro, *ſalvum fac te ipſum & nos.* Cum jam divina fide crederet facilè hoc ei eſſet poſſibile, nec ait participem me fac regni tui, ſed ſumma modeſtia quid minimum poſtulat, ut nempè poſt largam ſuorum ſcelerum ſatisfactionem, poſtque pœnas pro eis perſolutas, ut ipſius tantum recordetur. *Cum veneris in regnum tuum.* Cum ſuperata hac morte crucis glorioſus triumphator in regnum tuum, in regnum nempe cœlorum, quod prædicaſti, adveneris, ac glorioſè ſederis.

QUÆSTIO VI.

Quare Bonus Latro, qui antea blaſphemaverat, jam Chriſti magnalium prædicator, non cum populo, ſed potius cum Chriſto loquitur?

PRIMO ad quæſtionem, Latro cum ſuo ſocio 37.
in exordio blaſphemavit Chriſtum, ut ex multis Patribus dixi q. 1. Unde audet tam cito ad Chriſtum loqui, undeque ſperat ab illo, quod
Regius animus in ſuos hoſtes benevolus. ipſe JESUS faveat blaſphematori ſuo? Agnoſcebat, quod ipſe erat JESUS valdè benignus, & clemens in pœnitentes, ut infra latiùs dicam. Deinde habuit fiduciam loquendi cum ipſo, ſperandique ejus favorem, ex illis verbis, quæ dixit. *Dum veneris in regnum tuum.* Et cum eum regem agnoſcit ex regio animo ingenitam benevolentiam, in ſuos etiam hoſtes ab eo ſperat D. Cyrill. Jeroſol. D. Cyril.
in Catena Græca ex Catech. 13. *Non dico, ait, aliter ut mei memineris, quam cum veneris in regnum tuum. O lumen perpetuum illuminans obſcurates:*

ideo & juſtè audit, confide; non quod opera tua digna ſint confidentia, ſed quia Rex eſt, qui gratiam confert. Opera confidentiam excludebant, tamen cum Rex ſit cujus gratiam quærit, inde ex regio animo fiduciam habet obtinendi optata.

38. Secundo & jam ad principalem quæſtionis partem. Bonus Latro in cruce factus eſt prædicator innocentiæ, ac ſanctitatis Jesu; *Hic autem nihil mali fecit.* De chriſti innocentia hæc & pauca verba ſolum cum ſuo ſocio habuit, cur etiam circunſtanti populo hoc non teſtificatur? Et quando novit Jeſum Regem, omni culpa immunem. Cur etiam pluribus ejus gloriam non prædicat? Cur multis non procurat eam circunſtanti populo perſuadere? Cur relicto populo ad ſolum ſocium convertitur, illique pauca dicit, & ſtatim ad Dominum convolat? Vidit Bonus Latro omnium auditus ad veritatem percipiendam obtuſos, clauſos, & inde ad illos non habet ſermonem, ut pote bene conſcius, quod in hoc ſine fructu tereret tempus, & ideo illis relictis ad Dominum pro ſe oraturus convertitur D. Chryſoſt. in Catena apud D. Thomam. *Beatus igitur,* ait *adſtantes docebat talia diſſerens, quibus alterum increpabat. Sed ut videt extinctos auditus adſtantium; redit conſequenter ad eum, qui novit præcordia.*

Qui habet auditus obturatos ad veritatem percipienda dimittendus.

Chryſoſt.

39. Cum Sara vidiſſet Iſmaelem irridentem, ſubſannantem, vexantem, imo & perſequentem filium ſuum Iſaac, ait Abrahamo. *Ejice ancillam, & filium ejus* Gen. 21. n. 9. Valde mirum, quod tam diſtrictè Sara ſuadeat Abrahamum, concubinam Agar, ac filium ſuum Iſmaëlem à ſua domo expellat. Iſmaël adoleſcentulus erat duodecim, vel ſexdecim annorum, cur ergo non dicit Abrahamo, ut tanquam Pater filium ſuum corripiat, & corrigat, & ſi non emendaverit tunc dimittetur, ſed ſtatim diſtrictè ait, ut à domo ablegetur. Et quod magis eſt. *Dixit Deus Abrahamo, Non tibi videatur aſperum ſuper puero, & ſuper ancilla ſua, omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem ejus.* Ibidem n. 12. Cur ergo non præmiſſa correptione paterna ſtatim expellendus eſt; perpenſa, ac conſiderata malignitate, ac perverſitate naturæ pueri, pro certo erat, quod minimè reſipiſceret, ac proinde omnis reprehenſio in eo expers effectu erat, & ideo hac omiſſa à domo ejiciendus fuit. Lippom. *Ejici eam ſuperbam, & præſumptuoſam cum filio irriſore, non tuo, ſed illius.* In moribus enim erat filius Abrahæ, ſed ancillæ.

Geneſ. 21.

Si natura obſirmata ſit in malo expers eſt correptionis.

Lippoman.

40. Cum Thare eſſet in Ur Chaldæorum genuit tres filios Abraham, Nachor, & Aran. Mortuus eſt Aran ante Patrem ſuum, tunc dicitur, Gen. 11. n. 31. *Tulit itaque Thare Abraham filium ſuum, & Loth filium Abran, filii ſui, & ſarai nurum ſuam uxorem Abraham filii ſui.* Grandis quæſtio ob idololatriam, ac pravos mores, qui erant in civitate Chaldæorum, Thare ex ea eduxit ſecum Abram, & nepotem ſuum Loth, cur ergo etiam bonus pater non eduxit Nachorem filium ſuum, & tunc apud impios reliquit? ait D. Auguſt. lib. 16. de Civit. cap. 13. *Non eduxit ſecum,* ait, *cur putamus niſi forte, quod à paterna, & fraterna pietate deſciverat, & ſuperſtitioni adhæſerat Chaldæorum.* Erat pro illa occaſione temporis Nachor maximè addictus idololatriæ, & monentibus Patre Thare, ac fratre Abramo, non acquievit, & ideo fuit relinquendus; Vide tom. 4. c. 26. quæſtion. 5. n. 37. 38.

Gen. 11.

Auguſt.

QUÆSTIO VII.

Quare in extrema hora poſt tot graviſſima ſcelera totius vitæ audet bonus Latro accedere ad Chriſtum, & ab eo veniam petere?

Omne totius vitæ tempus Bonus Latro furtis, rapinis, ac aliis graviſſimis criminibus conſumpſerat, & tamen modo in extrema vitæ periodo ad Chriſtum accedit, ab eoque miſericordiam petit. 41.

Reſpondeo primò. Veniam à Chriſto petit, 42. præmiſſa tamen ſuorum peccatorum confeſſione; nam ante *Memento mei* dixit, *nos quidem digna factis recipimus:* ac proindecum ex confeſſione decorem, ac pulchritudinem induiſſet, *confeſſio, & pulchritudo in conſpectu ejus.* Pſal. 95. num. 6. Inde ad Dominum audet accedere, & ab eo miſericordiam petere. Divus Chryſoſt. hom. de cruce, & latrone. *Non eſt,* ait, *auſus dicere, memento mei, niſi confeſſione peccati ſarcinam remiſiſſet.* D. Auguſt. ſermon. 130. de temp. *Non eſt auſus,* ait, *ante dicere: Memento mei, quam per confeſſionem iniquitatis præteritæ ſarcinam peccatorum deponeret.* Sic & prodigus cum diſponat venire ad Patrem ſuum, poſt tot graviſſima ſcelera commiſſa; ſolum quia meditatur confeſſionem, quem judicem poterat timere, jam Patrem nominat. *Surgam, & ibo ad patrem meam, & dicam ei, Pater peccavi in cœlum, & coram te.* Luc. 15. n. 28. Eleganter D. Gregor. Nyſſen. in Cantic. *Confeſſionis meditatio placavit ei Patrem.*

Ex confeſſionis decore ad Chriſtum venit petens.

Pſal. 95.

Chryſoſt.

Luc. 15.

Nyſſen.

Secundò. Divus Athanaſ. homil. in Paraſceve. 43. *O Latro, ait, fidei parturitionem non egere tempore ad partum, manifeſtans.* Latro accedit ad Chriſtum in extremo tempore, illuſtriſſimo fidei actu eum ut Dominum Deum, ac Regem confitens, *Domine memento mei cum veneris in regnum tuum.* Felix fidei parturitio, quæ quovis tempore opportuna, ac matura eſt in omnibus rebus, quæ ſub ſole ſunt dantur partus immaturi, fœtus abortivi, ſola fides eſt, quæ dum pariat ſemper maturè parit, ſemper convenienti tempore ſuum dat effectum.

D. Athanaſ.

Fidei profeſſio nunquam eſt intempeſtiva.

Huc ſpectat, quod dicit D. Auguſt. ſerm. 120 44. de tempore ad fidem *Ergo etiam ex hoc in extremo placuit Deo quia ad conſequendam fidem, non fuit extrema illa hora, ſed prima.* In extremo vitæ puncto latro conſtitutus meruit ad regna exaudiri. Et ſi tu redactus jam ſis ad ultimum articulum, ſecutus clama & noli timere, quod tarde venis, nam illam extremam horam tu tibi primam feciſti vitæ, & ſalutis, in illáque hora tu primus es. Non fuit extrema illa hora, ſed prima. Ait Iſai. 60. n. 9. *Me enim inſulæ expectant, & muris naves in principio, ut adducam filios tuos de longe.* Septuaginta legunt, *me inſulæ expectarunt, & naves Tharſis in primis, ut adducant filios tuos de longe.* Valde difficile intellectu eſt illud. *In principio,* ſive *In primis,* nam ibi eſt ſermo de converſione gentium, quæ ad Chriſti vineam dicuntur venire in ultima, ac duodecima hora juxta Parabolam Matth. 20. n. 9. Si ergo in ultima hora acceſſerunt, quomodo dicuntur venire *in principio,* ſive *in primis?* Sanè, quacumque hora peccator ingemuerit, ad Deumque ſe ex toto corde convertat. Illa hora prima eſt Deo, qui perditam ovem invenit; illaque hora prima

Auguſt.

Quavis hora, & ſi ultima cum ſit converſionis prima Deo, & homini.

Iſai. 60.

Septuag.

Matth. 20.

prima eſt homini ſuæ ſalutis, qua ſe Deo non tardus,ſed primus, ac imprimis Deo offert.

45. Hieron. Pſal. 118. Arnob. *Quod libet tempus in quo bono venit ad Deum, maturum eſt.*

Tertiò. Quia ut ait D. Hieronym. Epiſt. 47. *Nulla eſt ſera pœnitentia.* Et cum Latro veniat vera pœnitentia, opportunè venit. Ait Regius vates Pſal. 118. n. 147. *Præveni in maturitate.* Explicat Arnobius *in maturitate prævenire*, ait eſſe in ſenectute venire, finem vitæ attendendo. Venire in ſenectute, ac in ultima vitæ periodo, videtur quod non ſit venire in maturitate, ac convenienti tempore; ſed immaturo, & diſconvenienti,ramen ait *in maturitate præveni*, quia cum ſit venire ad Deum omne tempus etiam ſi ſit ultimæ ſenectutis,eſt maturum, & conveniens. Alii legunt. *Præveni ante horam, ante tempus:* ergo non mature, ſed immature,non convenienti, ſed diſconvenienti tempore, rectè tamen ait: *Præveni in maturitate.* Quia cum ſit venire ad Deum, quamvis humano judicio videatur eſſe ante, ſeu extra tempus, & horam, mature eſt prævenire cum veniat ad Deum, cum ad ipſum accedat.

46. Gen. 7. *Brevis vitæ horæ ſufficit ad pœnitentiam.* D. Ambr.

Factum eſt diluvium ſuper univerſam terram ob peccata humani generis ab Adamo, uſque tunc, cum elapſi eſſent pluſquam duodecim millia annorum; ex Dei juſſu ingreditur Noë in arca cum filiis ſuis, aitque ei Deus. *Adhuc diebus ſeptem ego inducam pluviam ſuper terram.* Geneſ. 7. n. 4. Hi ſeptem dies dantur ad ſpatium pœnitentiæ, ut eſt communis ſententia; & ſi in ultima hora ipſorum dierum homines pœnituiſſent, miſericordiam impetrarent, & pœna relaxaretur? Maxime quia una brevis hora pœnitentiæ ſufficit ad delenda peccata non ſolùm unius hominis, ſed etiam totius generis humani, quæ per multa ſimilia annorum ſæcula perpetrata ſunt D. Ambroſ. lib. de Noë c. 13. *Multorum annorum*, ait, *offenſionem à conſtitutione mundi in finem uſque contractam, paucis diebus, ſi pœnituiſſent, eos voluit relaxare.*

47. Auguſt. Salm. Bernard.

Bene ergo acceſſit Latro ad Jeſum manus habens diſtractas, ait D.Auguſt.in Manuali cap. 23. *Paratus in amplexus peccatorum;* bonuſque fixis pedibus cruci hærebat, ut venientem peccatorem excipiat. Salmeiron.,tom. 10. tract 6. *Crucifixus eſt pedibus ut te expectet.* Per vulneraque in toto corpore patebant miſericordiæ viſcera, per ipſaque vulnera undique miſericordiarum fontes defluebant. D. Bernard. ſermon. 61. in Cantic. *Quoniam*, ait, *miſericordiæ affluunt, nec deſunt foramina, per quæ fluant.*

QUÆSTIO VIII.

Unde ſancto Latroni tam illuſtris confeſſio, in qua prudentiſſimè ſe habuit?

48. *Latronis converſio ex gratia Dei.* D. Cyril. D. Aug. Leo. D. Chryſ.

Confeſſio, ac converſio admirabilis ſancti latronis habuit exordium à Deo omnipotente, interius operante per ſuam efficaciſſimam gratiam, latrone ſimul cooperante. D.Cyrill. Jeroſolym. Catech. 13. *Quæ virtus*, ait, *te illuminavit, ô Latro. Quis te docuit adorare contemptum, & ſimul cruci affixum? ô Lumen perpetuum illuminans obſcuratos!* Idem docent D Auguſt. ſerm. 13. de temp. D Leo ſerm 2. de Paſſion. D.Chryſoſtom. de Latrone, & ſerm. 1. de cruce & Latrone. Qui ait. *Non minus fuit in cruce Latronem converti, & paradiſum intrare, quàm petras collidi.*

49. *Exemplar virtutum Chriſti.*

Secundò. Ad hoc Latro commotus eſt, per multa virtutum exempla, quæ in Chriſto reſplendebant, eximiæ ſcilicet charitatis, qua illum orantem pro inimicis audierat, ſuæque admirabilis patientiæ in cruce moleſtiæque, & omnium aliarum virtutum, de quo latius quæſt. ſequenti.

50. Vincent. Fer. Salm. *Virginis interceſſio.* Eſcob. Carthuſ. Anſelm.

Tertiò, addit S. Vincentius Ferreira, ſerm. de Bono Latrone. Eum converſum fuiſſe umbra Chriſti, cum ſcilicet Sole gyrante, umbra crucis Chriſti eum contigit. Sic & umbra Petri infirmos ſanabat Actor. 5. Salmeiron tom. 10.tr 40.refert ex Petro Damiano, idcirco Bonum Latronem reſipuiſſe, quia B Virgo inter crucem filii,& crucem Latronis poſita,Jeſum pro Latrone deprecata eſt. M.Anton Eſcobar.t.1.in Evang Sanctor. lib. 11. ſect 7 §.1. n. 5. refert ex D.Anſelmo, ac Carthuſ. Sacratiſſimam Deiparam cum Jeſu, & D. Joſepho fugientem in Ægyptum, in Latrones incidiſſe, & à bono hoc Latrone & de eorum fuiſſe manibus liberatam, unde Deipara antiquum obſequium novo hoc beneficio compenſavit. Quis ſervus Deiparæ non debeat à Domino ſalute donari, quæ noſtra parva obſequia ad recompenſationem in magno æſtimat.

51. Hieron. Chryſoſt. Origen. *Miracula neceſſaria, ut homo ſuam ſententiam mutet.*

Quartò D Hieron. in cap 27. Matth. *Poteſt dici*, ait, *quod primum uterque ſcilicet blaſphemaverit: deinde ſole fugiente, terra commota, ſaxis diruptis, & ingruentibus tenebris, unus credit in Jeſum, & priorem negationem ſequenti confeſſione emendavit.* Quod etiam docent D. Chryſoſt. hom. 2 de cruce, & latrone, & Origenes tractat. 34 in Matth. obiter notat, quod ut patet ex Evangelio, exceptis tenebris alia ſigna contigerunt poſt Chriſti mortem. Ad Hieron. revertamur in exordio, ambo iſti duo latrones blaſphemarunt, tamen viſis tot prodigiis, ac ſignis, Bonus Latro mutavit ſtylum, & Chriſti Encomiaſtes factus eſt. *Sole fugiente, terra commota, ſaxiſque diruptis, & ingruentibus tenebris priorem negationem ſequenti confeſſione emendavit.* Sic enim pertinaciter adhæret homo ſuæ ſententiæ, ut bonus latro à male inceptis deſiſteret, neceſſe fuit totum orbem, omniaque elementa conquati, ac à ſuo ordine moveri, Sole obſcurato, terra commota, ſaxis ruptis, ut unus homo ſententiam mutaret.

52. Hilar. *Labores ducunt nos ad Dei cognitionem.* Auguſt.

Quintò. D. Hilar. lib. 10. de Trinitate. *Et credo eum*, ſcilicet latronem, *ad hanc Beatæ confeſſionis fidem, auditus tranſeunte palmas clavo gemitus accendit, & regnum Chriſti per dolorem infirmitatis in Chriſti corpore didicit.* O grande doloris ingenium, ô admirabilis tribulationum eruditio; ecce latro tota vita criminibus addictus, ad Dei vivi cognitionem, ac fidem venit per clavos grandi dolore palmas tranſverberante tanquam per Doctores, ac concionatores, quibus manuducitur: rectè ait D Auguſt. lib. 2. cap. 2. *Profecto plaga cordatis hominibus doctrina efficitur.* Multa de hac re tom.4.cap.7.q.6.n 46.47 48.&c 24. q.17.n.114.115. 116. & cap 27 q.10 n. 76 77. 78. & aliis in locis.

53. Idem. Cyprian.

Sextò. D Auguſt. ſerm. 130 de tempore. *Vidiſti*, ait, *fiduciam latronis, vidiſti liberam voluntatem in cruce. Audiſti Philoſophiam in tribulationes, ſubito in ictu oculi de cruce in cœlum tranſilivit.* De tormentis, de cruce, ac ſuppliciis ſuorum criminum fecit bonus Latro virtutum ſcholam ut in cœlum tranſiret. D. Cyprian. ſerm. de Paſſio. *In cruce*, ait, *Latro confitens, non tantum indulgen-*

tiam meruit ſed Chriſti familiaris effectus, præmiſſus eſt in paradiſum; & factus eſt particeps regni, per confeſſionem factus collega martyrii. Quæ major, ac præſtantior prudentia potuit eſſe hominis, quam quod ſuum ſupplicium verteret in martyrium,& quod tormenta, ac tribulationes,& pœnalitates, quas patiebatur, verteret in heroicos virtutum actus, & crucem, in qua ob ſcelera ſua erat affixus,faceret ſuggeſtum, ut crimina ſua fateretur, & ut prædicator Chriſti innocentiam prædicaret, *nos verò digna factis recipimus, hic vero nihil mali fecit.* Ipſamque crucem convertit in viam, per quam jam converſus tranſiret ad Chriſtum, ab eóque veniam peteret. *Domine memento mei.*

Magna prudentia ut ſuas pœnas convertat homo in virtutum actus.

54. Num. 27. Numer. 27. num. 12. *Dixit Dominus ad Moyſem, Aſcende in montem iſtum Abarim, & contemplare inde terram, quam daturus ſum filiis Iſraël, cúmque videris eam, ibis & tu ad populum tuum, ſicut ivit frater tuus Aaron, quia offendiſtis me in deſerto Sin*, &c. ex quò apertè conſtat propter offenſam Deo illatam ad aquas contradictionis, non permiſit Deus ut Moyſes ingrederetur terram promiſſam, ſed ante ejus poſſeſſionem migravit è vita; & tamen quando Moyſes ex hac vita diſcedit, dicitur. *Mortuus eſt Moyſes ſervus Domini jubente Domino.* Deut. 34. num. 5. Cum potius videbatur dicendum: Mortuus eſt puniente Domino, cum in pœnam ſui peccati ut patet, talis mors inflicta fuerit; tamen dicitur mortuus *jubente Domino.* Seu ut Hebræus legit *ad os Domini.* Seu ut alii vertunt. *In oſculo Domini.* Quod ſignificat mortem quandam jucundiſſimam, ac ſuaviſſimam, ſi mors illa impoſita eſt in peccati pœnam, quomodo eam præjucunda,ac ſuavis? Hæc fuit magna præſtantia & excellentia Moyſis, qui agnovit id, quod erat offenſæ pœnale ſupplicium convertere in obedientiæ, ac virtutum facinora, aptando ſe cum illa morte valde conformiter ad divinam voluntatem; in eáque recognoſcendo divinam juſtitiam, ac miſericordiam, juſtitiam qua ejus culpa puniebatur, miſericordiam verò, cum multo minus eſſet ſupplicium, quam culpa expoſtulabat, & ita ſupplicium pœnale tranſmutavit in virtutum actus.

Deut. 34. Hebr.

Excellentia Moyſis pœnale ſupplicium vertit in facinora virtutum.

55. Jephe ob partam victoriam juxta votum ſuum, decrevit occidere filiam ſuam, quæ cum audiſſet Patris decretum, petit duorum menſium inducias, ut in montibus fleret virginitatem ſuam, quibus tranſactis, cum in montibus verſaretur, venit in domum, patri ſe offerens ad ſacrificium *Expletiſque duobus menſibus reverſa eſt ad Patrem ſuum, & fecit ei ſicut noverat.* Jud. 11. n. 39. In quo duo maxime notanda ſunt. Primo quod Jephte in occiſione filiæ magnam impietatem commiſit, & graviter peccavit, quia ipſe non erat Dominus vitæ filiæ ſuæ, ut docent D.Hieron. Procop. Abulenſ. q 56 Secundò maximè admirandum in hac filia animos, obedientiam, religionem, & amorem patriæ, quibus abſque aliqua replicatione ſe morti, immolationi generoſè & alacriter offert, ipſa enim venit & non vi tracta eſt à Patris miniſtris. Mors neceſſarium hominis malum, quæ huic puellæ accidit per Patris impietatem, & culpam, quæ tamen tam prodenter ſe habuit, ut totum verteret in charitatis, obedientiæ, ac religionis ſacrificium. D. Ambr. lib. 3. de offic. c. 12. *Rediit ad Patrem,ait, quaſi ad votum rediret, & voluntate propria cunctantem impulit, fecitque arbitratu ſpontaneo, ut quod erat impietatis fortuitum, fieret pietatis ſacrificium.*

Jud. 11. D. Hieron. Procop. Abulenſ. D. Ambroſ.

Patris impietatem, ac malum mortis vertit in ſacrificium obedientiæ.

QUÆSTIO XI.

Quare bonus Latro Jeſum crucifixum Deum, ac Regem fatetur?

RECTE ait D. Chryſoſt ſerm. de latrone. *Non illo tempore, ſcilicet Jeſus mortuum aliquem reddidit luci, nec mare à ſuo tumore compeſcuit, nec expulit dæmones. Sed cruce ſuſpenſus, clavis affixus, omnibus ſubjugatus, dedecoris ſuccumbens infamiæ, inſultantum torſione deluſus: latronis averſam mentem valuit commutare, ut ex omni parte ejus divinitas ſentiretur.* Et idem habet in Pſalm. 50 tot ac tanta miracula fuerunt neceſſaria, ut Chriſtus Jeſus hominibus oſtenderet ſuam Divinitatem, at cum ipſe crucem aſcendit, pauca verba locutus ſtatim ſuam divinitatem latroni perſuaſit Efficacior ſane ad humana corda trahenda Chriſtus crucifixus, humilitáſque ejus crucis quam omnia alia ſigna, ac miracula. Sic ait idem Chriſoſtom *Utique, nam ipſa crux regni mihi videtur ſymbolum eſſe propterea ipſum regem voco.* 56. Chryſoſt.

Crux regni ſymbolum & index. D. Chryſ.

Secundò. Et ratio à priori extitit Divina gratia, quæ Latronis mentem illuminavit, ut Jeſum verum Deum, ac regem cognoſceret, & fateretur, & ut regis titulum in Chriſto vere cognoſceret, ac legeret. Euſebius Emiſſenus homil. de bono Latrone. *Solus hic,ait, teſtis eſt majeſtatis, qui ſocius probatur doloris; & ideo adhuc in Latrone, poſitus inviſibilem Dominum Angelicis jam oculis vidit. Prædicat ſæculis judicem regemque ſæculorum.* Et ſi multa ſigna Chriſti radiarent, adhuc ejus majeſtas erat inviſa humanis oculis; Titulus regis apertè teſtificat Chriſtum verum Regem, tamen terrenus oculus non legebat; legit latro, ipsúmque omnibus ſæculis prædicat, ſed non *humanis, ſed Angelicis oculis, Dominum jam Angelicis oculis vidit.* Ut enim quis alienas excellentias, ac glorias, & ſi claras, & apertas introſpiciat, angelicos oculos debet mutuare; Jeſum crucifixum humanis oculis adſpiciebat, & Regem altis, & angelicis oculis legebat. Neceſſe eſt enim humanam conditionem exuere, & non tantum Angelicam, ſed & divinam induere ad alienas laudes, & glorias celebrandas. 57.

Emiſſenus. *Ad alienas laudes calligant humani oculi, Angelici neceſſarii ſunt.*

Tertiò.D.Ambr. ſerm.45.*Mira res, ait, latro honorificat patientem: quem Judas prodit oſculantem. Ab hoc blandimenta veneuntur: ab illo crucis vulnera prædicantur: plus in cruce Latro Chriſtum diligit, quam Judas dilexit in cœna. Ille per cibum ſupplantat magiſtrum; hic credidit Dominum per dolorem.* Ecce in Jeſu officia contemnuntur, dolores, ac paſſiones honorantur; ex beneficiis exhibiti oſculi, panis dati in menſa, malitia Judæ occaſionem arripuit majoris cæcitatis; at dolores, & paſſiones, & pœnæ exantlatæ indicium divinæ charitatis latroni repræſentarunt; Aliquando in beneficiis exhibitis aliqua eſt occaſio cæcitatis ait Marc. 6 n. 52. de Judæorum turbis miraculo à Jeſu exſatiatis. *Erat cor eorum obcæcatum propter panes.* Ex conceſſis panibus populus malitia ſua excæcabatur ne largitorem agnoſceret quod notat D Baſil Seleuc. orat. 25 *Erat,ait, cor eorum obcæcatum propter panes. Cujus effectus occaſio* 58. D.Ambroſ.

Ex donis exhibitis aliquando cæcitas. Marc. 6. *Patientia index divinitatis.* D.Baſil.Sel

occaſio fuit miraculi magnitudo. At verò dolores, & paſſiones apertiſſimè Divinitatem, ac majeſtatem patientis indicabant. *Hic credit Dominum per dolorem.* Vide ſupra lib. 7. cap. 6. num. 146. 147. & hoc lib. 8. cap. 2. num. 82. & cap. 14. num 77.

59. Bernard. Quartò. Maximè miratur D. Bernard. unde Latro Chriſtum crucifixum Regem agnovit. Sic ait ſer. 2. de Epiphan. *Ergo ne per ſupplicium vadit ad regnum? Quis indicavit tibi quoniam oportebat pati Chriſtum, & ſic intrare gloriam ſuam.* Reſpondebit Latro ab ipſiſmet Scribis, & Phariſæis Chriſtum blaſphemantibus illius divinitatem, ac regnum didiciſſe. Immediate ante Latronis converſionem, dicebant ipſi. *Alios ſalvos* Matth. 27. *Regis eſt pro ſuis vitam dare.* *fecit, ſe ipſum non poteſt ſalvum facere.* Matth. 27. num. 42. Quid hoc fuit, niſi tanquam digito Chriſtum verum Regem, ac principem demonſtrare, qui aliis potius, quàm ſibi conſulebat; illiſque potius, quam ſibi ſalutem afferens. Magnus ille belli dux Pelopides, ut Auctor eſt Plutarch. in ejus vita; cum ipſe ad bellum proPlutarch. ficiſceretur, ab uxore perſuaſus eſt, ut ſe ipſum ſervaret, regia voce reſpondit. *Id fœminis ſæpè ſuggerendum eſt, Imperatoribus verò, ut alios ſervent.* Pro quo vide multa, hoc tomo & aliis, verbo *Rex.*

60. Theoph. Quintò. Theophylact. *Unus Latronum*, ait, *cordatior agnoſcens bonitatem Jeſu ex voce, quam fecit pro crucifigentibus, Pater, dicens, remitte eis: non enim dixit, Domine oro te, dimitte eis, ſed magna authoritate, dimitte eis. Ex hac igitur voce agnovit prior blaſphemus Jeſum verum Regem.* Euthym. *Benignitas in hoſtes index regiæ dignitatis.* Idémque habet Euthym. Unde huic Latroni potuit venire in mentem, quod Jeſus crucifixus, inter tot infirmitatum & abjectionum ſigna, quod verus Rex erat: paulo ante audierat Jeſum pro ſuis carnificibus orantem. *Pater ignoſce illis quia neſciunt quid faciunt.* Et pro certo habuit illi regnum deberi, qui ſic in hoſtes, & adverſarios erat affectus.

61. Gen. 37. De Joſeph dicitur, quod *oderant eum fratres, nec poterant ei quidquam pacificè loqui.* Gen. 37. num. 4. Qui cum ſomnia ſua à ſe viſa referret. *Invidebant ei igitur fratres ſui.* Ibidem num. 11. ſi Joſeph ad clavum regni diſponebatur, & quod à fratribus adoraretur; ad quid permittitur quod ſic in odio, ac invidia eſſet apud fratres ſuos? *Ex benignitate in hoſtes commendatur regius ſplendor.* Ad quid conducebat odium, ac invidia fratrum ad tam regale faſtigium? Ut regius Joſeph animus manifeſtaretur, qui odientes, ac adverſantes fratres benignè excipit, largè ſaturavit, & multis donis cumulavit? odium fratrum erga Joſeph non provocavit in eo iram, ſed potius ejus regali animo extitit excitamentum gratiæ, & favoTheodor. ris. Theodoret. ſerm. 8. de Provid. *Non Ægyptiorum modò, ait, ſed fratrum nutritor fit, qui ipſum aliis devorandum propinaverant. Verè itaque illum aderant.*

62. Ambr. Sextò D. Ambr. ſer. 45. de ſanct. Latrone *Cernat, ait, licet ejus biantia vulnera, ſpectet ipſius ſanguinem profluentem, Deum tamen credidit, quem reum neſc[illegible].* *Summa puritas. & munditiés in Jeſu.* Unde potuit Ruſticus iſte latro ſuſpicari in Jeſu crucifixo regium, ac divinum ſplendorem? Ipſe ſuis verbis manifeſtat, dum dicit. *Hic verò nihil mali geſſit.* Ubi in eo agnovit ſummam munditiem ab omni peccati labe alienam, ſtatim in illo credidit regium, & divinum decus eſſe. *Deum tamen credidit quem reum neſciunt.*

63. Baptizato filio Dei Chriſto Jeſu ſcribit D. Marcus 1. n. 10. *Et ſtatim aſcendens de aqua vidit cœlos* Marc. 1. *apertos, & Spiritum ſanctum tanquam columbam deſcendentem, & manentem in ipſo.* Cur Spiritus S. deſcendit in ſpecie columbæ, ut ſuper Chriſtum maneret oſtendens eum filium Dei. Recole antiquam hiſtoriam: Cùm ceſſaſſent aquæ diluvii temporibus Noë, miſit columbam, & cum omnia inveniret luto, & ſpurcitie plena, *& non eſſet ubi* Gen. 8. *requieſceret pes ejus, reverſa eſt ad eum in arcam.* *In Deo maxima puritas.* Gen 8. n. 9. Nunc verò diviniſſima columba ſuper Chriſti naturam deſcendit, & requieſcit, oſtendens in illa natura nihil eſſe immunditiæ, ſed Cyrill. omnia pura & munda. D. Cyril. Alexand. lib. de unigenito Incarnato cap. 1. *Unctus eſt igitur*, ait, *exemplo noſtro Dei filius innocentiæ laudibus, in ipſa natura hominis illuſtrata, & digna jam ſortiri Spiritum ſanctum, non diſceſſurum jam, ſicut antea, ſed manſurum magis in ipſa. Ideòque ſcriptum eſt; Quod deſcendit quidem in eum Spiritus ſanctus, manſit autem ſuper eum.* Tanta puritas, & munditiés requiritur, ubi Deus habitat, & quieſcit.

QUÆSTIO X.

Quare Bonus Latro non petit regni primas ſedes ut filii Zebedæi, ſed tantum ſui memoriam. & hoc cùm venerit in regnum ſuum?

Sanctus Latro præ humilitate non apertè 64. auſus in regnum poſtulare, Non enim di- *Prudentes ſui memoriâ poſtulant.* xit. In cruce modo ad dexteram tuam poſitus ſum, fac & in regno tuo ad dexteram ſedeam. Abſtinuit ab hac petitione, & magis in cruce ſapuit, quàm filii Zebedæi, qui extra illam primas regni ſedes quæſierunt, ex eorum mente dicente matre. *Dic ut ſedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad ſiniſtram in regno tuo.* Matth. 20. num. 21. Prudentius, humilius, & Matth. 20. cautius latro ſui recordationem à Chriſto petit. Et inde non audit, *Neſcis quid petas.* Sed, hodie mecum eris in paradiſo.

Ait ſanctus Latro *Domine memento mei.* D. Cy- 65. ril. Jeroſolim. Catech. *Non dico*, ait, *ut operum* Cyrill. Jeroſ. *meorum memineris; hæc enim metuo, ſed omnis homo afficitur ad comitem ſuum: ſimul tecum eo ad mortem, memineris comitis tui.* Regem fatetur, & tamen ab eo poſtulat ut ſui recordetur, cur non *Poſtulat à ſimul crucifixo cum eo.* timet à ſupremo, ac juſtiſſimo Rege rigida pœna mulctari, ait ei, memento mei ſimiliter tecum cru- Drogo. cifixi. Drogo de ſacramento Paſſionis, *In eo*, ait, *quod imaginem meam in te video, ſimilem, & eandem miſeriam pati, quid ergo reſtat. Memento mei.* Ait Paulus 1. ad Timoth 2 n 5. *Unus enim me-* 1. Tim. 2. *diator hominum homo Chriſtus Jeſus* Qui enim eſt mediator hominum, ut pro hominibus loquatur, & intercedat, niſi etiam ejuſdem huma- Cajetan. næ naturæ particeps. Cajetan. *Qui tanto magis omnium hominum mediator eſt ad Deum, quanto ipſe eſt homo, quando ab ipſo nihil humani alienum eſt.*

Preme verba D. Cyril. *Omnis homo afficitur ad* 66. *comitem ſuum.* Nihil aliud proponebat, quam id D. Cyrill. in quo habebat aliqualem cum Chriſto ſimilitu- *Naturæ humanæ ſimilitudo facit Jeſum propitium.* dinem; de ſimilitudine enim venire ſciebat, quod obtinere poſſet munera à tanto rege. Canit Regius Vates Pſ. 99. n. 2. *Intrate in conſpectu ejus in* Pſal. 99. *exultatione.* Ad ejus conſpectum cœlorum columnæ

lumnæ contremiſcunt, quomodo jubentur homines illuc intrare cum lætitia, & exultatione; unde illis tanta præſumptio, & fiducia? Deus factus eſt homo, à ſuſcepta jam humana natura Deus in hominem inclinatur, cum enim carne
Chryſol. noſtra veſtitus ſit, neſcit Deus deſpicere carnem ſuam D. Chryſol ſerm. 6. *Unde eſt*, ait, *quod propterea hoc vos debere facere ſic præſumit? Unde eſt? Ex eo quod ſequitur. Scitote*, inquit, *quod Dominus eſt Deus.* Quia Dominus ille eſt Deus, qui fuit in carne noſtra puſillus.

67. Prudens Latro ſui memoriam petit à Chriſto non utcumque, ſed cum regium ſumpſerit diadema, regnique thronum aſcenderit. D. Cyril. Je-
Cyril. Jeroſ. roſol. catech. 13. *Non dico aliter*, ait, *ut mei memineris, quam cum veneris in regnum tuum. Quæ te virtus illuminavit, ô latro? Ideo & juſte audit: Confide, non quod opera tua digna ſint confidentia, ſed quia Rex adeſt, qui gratiam confert.* Homo miſer à Rege petit beneficium, cum in regno ſuo fuerit, quo jure, qua confidentia; cum in regno ſuo fuerit, ex eo enim quod ipſe eſt Rex, & regnum tenet, tenetur mei miſeri, ac deſtituti recordari, ip-
Regium nom. hominibus ſalutare. ſum enim regnum ei eſt excitamentum, ut mei memoriam habeat. Saulus adhuc minarum ſpirans ad terram dejectus, ſic clamat. *Quis es Domine?* Act.
Actor. 9. 9. n. 4. Cur potius non ait, quis ait, quis es carnifex, qui ſic me affligis? Unde regia & Dominica poteſtas ei in mentem venit ex eo quod ipſe flagelli miſericordia ei aderat, tantaque benignitate à ſua cæcitate revocare intendebat, eum clemen-
Chryſoſt. ter ad ſe advocans D. Chryſ. hom. de reprehenſ. ſer. *Agnoſcit Dominum*, ait, *virtutem didicit ab indulgentia, in cæcitate confitetur poteſtatem.*

68. Aliter ad hanc quæſt. reſpondet D. Auguſtinus
Auguſt. ſerm. 144. *Attendens*, ait, *merita ſua, non dixit. Memento mei, ut liberes me hodie: ſed cum veneris in regnum tuum, tunc memor mei eſto, ſi mihi tormenta debentur, vel quouſque veneris in regnum tuum.* Quare ſanctus Latro tantum remedium
Mala peccatorum diuturnam pœnam requirunt. ſuum differt? Cur non petit ut ſtatim illius recordetur? Agnoverat ipſe ſuorum criminum gravitatem, & magnam pœnam, quam ob illa merebatur, & ideo non audet petere niſi poſt multos longi temporis perpeſſos labores, & ideo non ſtatim, ſed cum venerit in regnum ſuum, & ſecundùm ſuam miſericordiam ei placuerit, tunc ſui recordationem petit.

69. Leproſo Naamo mandavit Parens Eliſæus.
4. Reg. 5. *Vade, & lavare ſepties in Jordane.* 4. Reg. 5. n. 10. ad quid mandatur ſepties lavari in Jordane, cum meus Jeſus, in cujus virtute Eliſæus operabatur, ſemel tantum miſerit cæcum ad lavacrum. *Vade,*
Joan. 9. *& lava in natatoria Siloë.* Joan. 9. n. 11. Cur ergo mandatur ut Naaman ſepties lavetur, cæcus vero ſemel, tam difficile erat dare viſum cæco à nativitate, ac leproſi carnem mundare. Unde ergo iſta differentia? Quæſtionem reſolvit Chriſtus D. dum
Pœna infligitur juxta gravitatem peccati. de cæco teſtatur. *Neque hic peccavit, neque parentes ejus, ut cæcus naſceretur.* Cæcitas huic homini non in pœnam peccati contigit, & inde non eſt mirum, quod tam facilè à Domino habeat curationem. Lepra autem Naamani, pœnarum typum repræſentabat, quæ in peccatis fundantur, & ideo pluribus ac multiplicatis lotionibus emundanda
Tertull. fuit. Tertullian. lib. 4. contra Marc. c. 9. *Syro facilius*, ait, *emundato ſignificat per nationes emundationes in Chriſto, quæ ſeptem maſculis delictorum [capitalium] inhærent. Quapropter, ſepties, quaſi per ſingulos titulos in Jordane lavit.*

QUÆSTIO XI.

Quare ſanctus Latro tam fervidè non de cruciatibus, ſed de regno agit, quod furandi arte ſibi præoccupat?

Eleganter Euſebius Gallicanus hom. de bono Latrone? *Vidimus*, ait, *qualis fuerit ipſa* 70. Euſeb.
deprecatio confitentis: memento, inquit, *mei, Domine cum veneris in regnum tuum. Non dixit. Si Deus es, de præſenti ſupplicio eripe me: ſed magis, quia Deus es, de futuro judicio libera me. Quam cito eum replevit S. Spiritus eruditio? nondum vocatus, & jam electus, nondum famulus, & jam amicus, nondum diſcipulus, & jam magiſter, atque ex latrone confeſſor.* *Expectationis cruciatus maximus.* Bonus Latro non agebat de præſentibus cruciatibus, ac tormentis, ſed tantum expectatione regni futuri premebatur? eleganter D. Auguſt. ſerm. 119. *O Latro*, ait, *quid in* Auguſt.
futura ſæcula fidem in te perfectam fatigas. Plus ille vexabatur expectatione futura, quam præſenti tortura, de cruciatibus obliviſcitur, & de expectatione tantum agit; expectationis fatigatio tam magna eſt ut omnes alios cruciatus excedat, & ſuperet.

Principaliter ad quæſtionem D. Gregor. Niſſ. ora. de Sanctis 40. Martyribus. *Quamquam*, ait, 71. Nyſſen.
non ſponte ſua latro ad crucem acceſſit; ſed poſtquam prope ſalutem fuit animadvertit, acutus, & ingenioſus fur theſaurum, & nactus occaſionem, vitam rapuit arte furandi pulchre, & ſolerter abuſus. Latro *Sua furandi arte præoccupat regnum.*
cum in tota vita nihil aliud ediſceret præter latrocinia, ut Chriſti regnum acquireret, intra furandi artem ſeſe continuit. Ob quam in ſui ſalutem ingenioſi latronis explevit munus non quidem ad ignota voluit tranſire officia, ſed intra noviſſimæ artis regulas ſeſe recipiens, non prætermiſſa occaſione totum ſibi rapuit paradiſum. D. Aug. ſer. 49. *Confeſſus eſt*, ait, *& tanta fiducia robur accepit, ut regum de latrociniis depoſceret.* Sagaciter agit, qui inter ſuum munus ſcit quærere Deum.

Secundò D. Athan. orat. in Paraſceve ſic excla- 72.
mat. *O latro, mirum incantamentum tibi ad theſau-* D. Athanaſ.
rum hunc mirum conciliandum excogitaſti! Dum latro toto corde ſe ad Deum convertit magna contritione, pœnitentia, ac confeſſione. *Nos quidem digna factis recipimus.* Divinamque miſericordiam efflagitat. *Domine memento mei.* Mira in- *Miro incantationis veluti modo ad ſe latro omnia trahit.*
cantantia conficit carmina, quæ animam à peccati barathro extrahant, quæ de lupo agnum efficiant, & rigoroſum judicem in mirificum largitorem transferant, qui latroni æternas gloriæ ſegetes, ſpirantes vitam paradiſos confeſtim, nulla interpoſita mora abundanter conferat. Iſai. 3. n. 3. Iſai. 3.
Virum magnum, & excellentem appellat. *Pruden-* Theodor. Hieron.
tem eloquii myſtici. Theodoretus vertit *Incantatorem.* Ut etiam favet D. Hier. Incantator in Eccleſia Dei eſt ille, qui ardore charitatis, ac fervore & zelo honoris Dei, & etiam propria pœnitentia, ſuiſque actibus ſcit tanquam per mirum incantamentum ſibi comparare æternas ſedes. Sic & latro ardore charitatis ſocii. *Et tu in eadem damnatione es*, ac zelo honoris Dei, *hic nihil mali fecit*, ac propria pœnitentia, *nos quidem digna factis recipimus*, in cœlum tranſmigrat.

Tertiò, idem D. Athanaſius ſerm. contra om- 73.
nes hæreſes. *O Beatum latronem*, ait, *rapuiſti in* D. Athanaſ.
mundo latrocinando, rapuiſti item regnum cœlorum, iſta

iſta confeſſione. Latro multum fervidus ac diligens fuit in rapinis comparandis, ut nullam furandi amitteret occaſionem, ſic etiam totum ſuum

Turpe eſt negare Deo, quod dediſti mundo.

negotium, ac ingenium convertit ad divina comparanda, ut hanc occaſionem cœlum rapiendi non prætermitteret. Valde enim diſſonum eſt negare divinis, quod terrenis datur, ſi multam artem adhibuiſti ad terrena comparanda, non minorem debes applicare ad Cœleſtia obtinenda.

74. Prudens illa Peccatrix Magdalena, quæ tota inſudaverat, torquendis, colendiſque crinibus, unguentis conficiendis, quibus mundanas animas alliceret, & amatoriis amplexibus, & oſculis

Luc. 7.

Quæ dediſti mundo, converte in Dei obſequium.

D. Gregor.

irretiret, jam melior, *ut cognovit quod Jeſus accubuiſſet in domo Phariſæi.* Luc 7. n. 37. Ut Jeſum ſibi ſponſum alliceret, priſtini amoris immemor, ſed memor officii, ad crines, unguenta, & oſcula recurrit, & crine, oſculis, unguentis quaſi aliter neſciret ſibi copulat Chriſtum D. Greg. Magnus in catena. *Quot*, ait, *in ſe habuit oblectamenta, tot in ſe invenit holocauſta.* Non aliena, & ignota præoccupat officia, ſed ex notis, & aſſuetis, quibus voluptati ſervierat, placitura nititur Chriſto deferre obſequia.

75. Cum ſacerdotes portantes arcam, tranſiſſent

Joſue 3.

Jordanem, dicitur, *Ingreſſiſque eis Jordanem, & pedibus eorum parte aquæ tinctis, ſteterunt aquæ deſcendentes in loco uno & ad inſtar montis intumeſcentes apparebant.* Joſue 3. n. 15. ubi aquæ agnoverunt pedes portantium arcam, earum fluctus, qui magno impetu ferebantur in mare, ſteterunt, retro, ſeſe ſurſum attollentes, inſtar montium cacuminum. *Quid eſt tibi mare, quod fugiſti? &*

Pſal. 113.

tu Jordanis, quia converſus es retrorſum. Pſal. 113. n. 5. Aquæ ubi ſenſerunt pedes Sacerdotum, ſuum curſum non amiſerunt, ſed mutarunt, ut ſurſum ſeſe attollerent. *Ad inſtar montis intu-*

Richard.

meſcentes apparebant. Quod, ad fidelium converſionem pulchre allegorizat Richard. Victorin. Opuſcul. 1. parte art. 4. *Qualis quæſo*, ait, *iſta eſt converſio Jordanis? Totum impetum amoris, totam inundationem dilectionis, totam affluentiam delectationis magna cum feſtinatione currere non deorſum, ſed ſurſum, quærere quæ ſurſum ſunt, ita ut veraci-*

Fervor, ac diligentia, qua ſervivit mundo, ſerviat etiam Deo.

ter profiteri poſſis, quia Jordanis converſus eſt retrorſum. Ad hunc etiam modum cum anima Chriſtiana in ſe ſentit teſtamenti arcam. Deum ſcilicet, ac ejus divinam gratiam, curſus ille, quo toto cordis impetu præcipitabatur in mare deliciarum, totum debet mutare, ut ſurſum feratur, totoque mentis affectu nihil aliud quærens, niſi quæ ſurſum ſunt, & veloci, ac concitato gradu terrena intendebat, fervido mentis curſu in cœlum feratur, ut nihil aliud cogitet niſi cœleſtia. *Cum magna feſtinatione currere non deorſum, ſed ſurſum.* Inſtarque montis ſe attollat in cœlum.

76. *Dedit Deus Salomoni latitudinem cordis, quaſi*

3. Reg. 4.

arenam, quæ eſt in littore maris. 3. Reg 4. 29. Quid eſt quod cordis latitudo reſpondere dicitur arenæ, quæ eſt in littore maris? Richar in allegoriis

Richard.

Tilmani, ait, ſic *Ut tanta ſit copia cogitationum bonarum, quanta fuit prius multitudo inutilium, & vanarum: cum adhuc cor tuum juxta mare magnum hujus mundi per deſiderium requieſceret, & amore nimio inhæreret.* Sunt mundani homines, qui juxta mundana reſident, mundialibuſque incumbunt, earumque continuas alternationes, fluxus & refluxus expectant, ſicut arena in littore reſidens veluti quotidiano exercitio ſuſtinet, ac ex-

Quãtus fuit homo in vitiis ſectandis tantus ſit in virtute amplectenda.

pectat undas, & fluxus marinos, ſic prudens, cum ad Deum venit, taliter ſe debet gerere, ut tantus inveniatur in exercitiis virtutum, quantus fuerat in vanitatibus inutilibus, ne remiſſio ſit in exercitio probitatis, ac eſt arena maris in fluxu mundialium undarum; & ſicut hæc quotidiano exercitio marinas aquas ſuſtinet, ſic & tu quotidiano exercitio divinis appliceris.

QUÆSTIO XII.

Quare Illuſtriſſima virtutum opera ſancti Latronis commemorantur?

Eleganter ait Arnoldus Carnot. tract. ad 77.

Arnold.

hæc Chriſti verb. *Licet*, ait, *tam inſignem titulum deleri perfidia Judæorum clamoſe expeteret obtinere, nullo modo prævaluit. Jam ad hanc ſcripturam pertinebat Latro crucifixus, & eum intra ſe illa colligebant.* Efficacia ſacrarum litterarum, quæ erant in titulo nempe nomen Jeſu, id eſt ſalvatoris, Nazarænus, hoc eſt floridus totum mundum replens mirabili odore, *Rex Judæorum*, ut pro ſuis vitam daret; tanta inquam efficacia illarum literarum in ſe recipiebat, & trahebat ſanctum latronem, ut in magna ſanctitate, juſtitia, ac virtute reſplendeſceret, quod breviter nunc oſtendo.

D. Greg lib. 18. Moral. c. 23. *In cruce clavi ma-* 78.

D. Gregor.

nus ejus pedeſque ligaverunt, nihil pœnis in eo liberum, niſi cor, & lingua remanſerunt. Inſpirante Deo totum illud Deo obtulit, quod in ſe liberum invenit: ut juxta hoc quod ſcriptum eſt, corde crederet ad juſtitiam, ore confiteretur ad ſalutem. Tres autem virtutes, quas Apoſtolus memorat, ſubito repletus gratia, & accepit latro, & ſervavit in cruce, Fidem namq; habuit, qui regnaturum Deum credidit, quem ſecum pariter morientem vidit. Spem habuit, qui regni ejus aditum poſtulavit dicens: Domine memento mei, &c. *Charitatem quoque in morte ſua vivaciter tenuit, qui fratrem, & collatronem pro ſimili ſcelere morientem de iniquitate ſua redarguit.* Neque tu times Deum, &c.

In ſancto Latrone virtutes Theologicæ.

Illuſtriſſima fuit ſancti Latronis fides, qui ſic 79.

efficaciter in Chriſtum credidit, ut jam dixi ex D. Chryſ. ſupra q 9. n. 60. Tantæ fidei excellentiam eleganter nobis explicat Drogo Hoſtienſ. de ſacramento Domin. Paſſio. *In te*, ait, *Beatiſſime Confeſſor, & martyr de totius mundi ſterilitate.* (ad minimum ſacratiſſimam Virginem Matrem excipe) *Fidei reliquias collegit Chriſtus; tu fugientibus diſcipulis, & Petro negante, comes, & ſocius Paſſionis ejus fieri gaviſus es. Tu Petrus in cruce fuiſti, & Petrus in domo Caiphæ latro. Tandiu hic Petrus latro fuit, quandiu intus latitans Chriſtum foris negavit, & ideo Petrum præceſſiſti in paradiſum.* Quid illuſtrius, ac ſi Dominicæ paſſionis tempore, totus mundus fidei infœcundus extabat, (non loquor de ſacratiſſima Virgine ut jam dixi) ut inde uberior fidei proventus in ſancto latrone exiſtere videretur, ut totius mundi ſterilitas in re fidei, in ubertate fidei unius latronis compenſaretur. *In te, Beatiſſime Confeſſor, & Martyr, de totius mundi ſterilitate fidei reliquias collegit Chriſtus.* Pulchrè Drogo meditatur, quod latro in cruce ſe reciprocavit in Petrum, alias dicentem, *Tu es Chriſtus filius Dei vivi.* Et Petrus in atrio Pontificis ſe digeſſerit in latronem: dum & Petrus negando aſſumpſit, quod erat Latronis

Drogo.

In Latrone fidei reliquiæ.

Latro in cruce fuit Petrus, & Petrus in domo Caiphæ latro.

nis,& latro in cruce confitendo, quod Petri erat; aſſumpſit. *Tu Petrus in cruce fuiſti, & Petrus in domo Caiphæ latro.* Adhuc in ſterilitate fidei ingens fides non poteſt deeſſe in mundo, obſcuratur fides Petri, prodeat latronis fides, ut ingens fides irradiet, & reſplendeat in mundo. *Tandiu hic Petrus latro fuit, quandiu intus latitans Chriſtum foris negavit.* Magna fides Petri negando obſcurata eſt, prodeat ingens latronis fides confitendo, ut in ſterilitate fidei præexcelſa fides niteat.

Ingens latronis fides.

80. Auguſt. Ex quo fidem ſancti Latronis, tempore Paſſionis ſuper Apoſtolicam fidem extollit. D. Auguſt. ſerm. 120. de tempore. *Ecce,* ait, *inter ſigna, atque Virtutes atteſtantibus miraculis; & acclamantibus, aliquoties in diſcipulis mens jam robuſta titubavit; & nunc Chriſti ſuppliciis quodammodo contradicentibus in Latrone fides novella convaluit.* Idem fere habet ſerm. in feria 3. Paſch. Annoſa, & robuſta Apoſtolica fides inter virtutum acclamationes enutrita, modo titubat, imo & labitur; tunc latronis fides inter mortis cruciatus, qui poterant videri cum Divinitate, ac regia majeſtate repugnare, maxime irradiat, fulget, & nitet, & pretioſior, tum quia novella, tum etiam quia illa annoſa, & perantiqua obſcurabatur, tunc iſta fides novella fervide, ac animoſe in publicum prodit, Jeſum crucifixum verum Deum confitens. Vide quæ dixi tom. 3 c. 31. q. 15. n. 96. 97.

Titubante aliorum fide novella latronis fides prodiit.

81. Idem. De hac magna Latronis fide ait D. Auguſtin. ſerm. 144 poſt medium. *Vim feciſti, credidiſti, rapuiſti, hodie mecum eris in paradiſo. Non te differo, tantæ fidei, hodie reddo, quod debeo.* Euſeb. Euſebius Emiſſenus homil. de bono Latrone. *Advertamus plenius,* ait, *quo tempore Dominum confitetur, ſerpebat impietas negantium, exultabat impietas blaſphemantium Contritio; & vulnera Chriſtum ſolum hominem demonſtrabant, ſacrarum manuum in ligno crucis extenſio, & reverenda confixio per omnia infirmitatem hominis aſſerebat, tantum abſcondebat Dominum; aliis poſt divina miracula deſperantibus, hic non acquieſcit, ſcandalo crucis, & mortis, hic eſt teſtis majeſtatis, qui ſocius probatur doloris.* Fides eſt de rebus non apparentibus, ſed Heb. abſconditis. Unde Paulus Hebr. 11. eam appellat *argumentum non apparentium.* Atqui Divinitatis ſplendor in Chriſto fuit maxime abſconditus in cruce. *Cornua in manibus ejus, ibi abſcondita eſt* Habacuc. 3. *fortitudo ejus.* Habac. 3. n. 4. ergo tunc inſigniter reſplenduit latronis fides Chriſti divinitatem ſumme abſconditam credens, & confitens, nam quanto res credita eſt magis abſcondita, tanto fides illuſtrior videtur.

Maxime grādis latronis fides.

82. Singularis ſpes latronis. Quando omnes circunſtantes irridebant, atque clamabant, *Se ipſum ſalvum facere non poteſt.* Tunc latro divina gratia illuſtratus totam ſpem ſuæ ſalutis in Chriſto reponit; videbat latro Chriſtum Jeſum cruxifixum, nudum, in extrema paupertate, ac humilitate, ita ut de ſe ipſo Chriſtus diceret. *Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non* Matth. 8. *habet, ubi reclinet caput.* Matth 8. n. 20. & tamen tam ingens fuit ſpes in latrone, ut habuerit fiduciam impetrandi regnum ab eo. *Domine memento mei cum veneris in regnum tuum.* Dicitur Eccl. 36. Eccleſiaſt. 36. num. 28. juxta Tigurinam. & alios. *Quis credit ei, qui non habet nidum, & commoranti ubicumque adveſperaſcit, quaſi ſuccinctus latro exiliens de civitate in civitatem.* Ac ſi dicat Sapiens: fieri non poteſt, ut homo cordatus in ſua paupertate ad eam ſublevandam habeat ſpem in illo, qui nec habet domum, in qua habitet, nec lectum, in quo jaceat, nec menſam, in qua comedat, ſed omnibus expoliatus eſt tanquam latro ſine loco. Videbat Dominum meum Jeſum ſine domo, ſine lecto, ſine cibo, & potu, imo pro his ei miniſtratum fel, & acetum, videbatque ipſum nudum, & ab omnibus expoliatum, ita ut de eo diceretur; *Ego ſum vermis & non homo.* Tamen ſancti Pſalm. 21. Latronis tanta fuit ſpes, ut habuerit firmiſſimam fiduciam in Chriſto, quod non ſolum ab eo ſublevandus erat à tanta ſua miſeria, ſed etiam quod ab ipſo transferendus erat in ampliſſimum regnum, ſummamque ejus felicitatem.

Ingens latronis ſpes in Chriſto; crucifixo.

Unde ſancto Latroni tanta ſpes, ut tanta fiducia regnum poſtularet. Arnold. tract. de ſeptem verbis. *Itaque,* ait, *illuſtris concionator, victoriæ ſuæ palmam, & auctoramentum exigens, converſus dixit. Memento mei.* Videbat ſe jam Latro Chriſti gratia, ac multis virtutibus ab eo infuſis victorem de mundo, ac diabolo, & victoriæ ſuæ palmam, ac auctoramentum exigebat, in illa enim cruce multa patientia; ac martyrii fortitudine, ſe Deo in ſacrificium offerebat, & inde ab eo ſperabat regnum. *Sacrificate ſacrificium juſtitiæ, & ſperate in Domino.* Pſ. 4. n. 6. non præcipit quibuſcumque ſperare, ſed illis, quibus dicitur *ſacrificate ſacrificium juſtitiæ.* Optimè enim à bono juſtitiæ ad ſpem ſalutis perpetuæ gradus fit, qui enim juſtitia ſplendet condignus eſt ut ſperet. D Hieron. Hieron. *Sacrificium,* inquit, *Deo immolate, & conſequenter ſperabitis in Domino.* Vide tom. 3. c. 1. q. 4. n. 30. 31. 32. & tom. 4. c. 22. q. 10. n. 69. 83. Arnold. Pſalm. 4.

Qui merita habet, digne ſperat.

Charitas ſancti latronis maximè reſplenduit, 84. ejus præcepta duo ſunt, unum ad Deum, alterum ad proximum, de hoc ſecundo præcepto ad proximum, ac ſocium ſuum multa dixi ſupra hoc c. q. 34. & 5.

Charitas ſancti Latronis.

Charitas ejus ad Chriſtum valde eximia fuit, 85. ſimul erat cum Chriſto crucifixus, & ſui oblitus pro gloria, ac honore Chriſti ſtabat eum à ſocii contumeliis defendens, ejuſque innocentiam publicabat. *Hic nihil mali fecit.* Et unde illi tantus amor, tantaque charitas in Jeſum D. Maxi hom. 7. Maxim. *Scivit,* inquit, *quod illa in corpore Chriſti vulnera, non eſſent Chriſti vulnera, ſed latronis, atque adeò plus amare cœpit, poſtquam in corpore ejus ſua vulnera recognovit.* Ardentiſſimo amore ſanctus Latro ferebatur in Chriſtum cruxifixum, & plagatum, cognoſcebat enim, quod illa vulnera in corpore Chriſti non eſſent tantum Chriſti vulnera, ſed potius ipſius latronis, ab ejus nempe peccatis inflicta, & pullulantia, cum etiam vidiſſet, quod tam patienter ob hominum ſalutem tot vulnera patiebatur. *Tunc plus amare cœpit poſtquam in corpore ejus ſua vulnera recognovit.*

Ardenter amat, dum cognoſcit Chriſti vulnera eſſe ſua.

Princeps ille Eunuchus Reginæ Candacis cum 86. ab Hieruſalem reverteretur, ab Spiritu ſancto adductus adhæret Philippus currui ejus, qui ut hominem legentem Iſaiam vidit, de materia lectionis interrogat, quod notanter ait textus. *Locus ſcripturæ, quem legebat, erat: tanquam ovis ad occiſionem ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe ſine voce, ſic non aperuit os ſuum.* Actor. 8. n. 32. locum Act. 8. explicat de Chriſto Jeſu Philippus, cum ad aquarum fluenta approximant. Exclamat Eunuchus: *Ecce aqua, quis prohibet me baptizari.* Alii legunt, *quid prohibet me baptiſari:* ac ſi dicat cum Paulo, neque mors, neque vita, neque inſtantia neque futura me impedire, & prohibere poſſunt, quominus fidem Jeſu accipiam. Unde tamen in homine

Ex cognita Chriſti paſſione, & morte ardentius inflammatur. homine gentili tantus fidei ardor; nónne ipſe venit in Jeroſalem Deum adoraturus, & tamen ibi inter exhalantes Religionis cultus, non ſic inflammatur ad fidem ut modo? Modo cognovit à Philippo Jesum paſſum, plagatum, ac crucifixum & divina gratia illuſtratus ſciebat paſſiones illas, plagas, & dolores, non tantùm eſſe Chriſti, quam ipſiuſmet Eunuchi in remedium ſalutis ejus, & inde vehementius amare cœpit, ut omni re contempta ejus diſcipulus ſuſcepto baptiſmo fieri velit. D.Hilar. *Ut à Philippo audivit agnum paſſum, & crucifixum, ſacramentum Baptiſmi, adeò impatienter poſtulavit, ut à Diacono miniſterium Apoſtolici officii ſalutis ſuæ cupidus exigeret.* Hilar.

87. *Arnold. Latronis multæ virtutes.* Alias multas virtutes ſancti Latronis recenſet Arnoldus Carnotenſ. tract. de ſeptem verbis. *Doctor Evangelii latro efficitur, & [quod perſuaderi illa hora difficile erat] Chriſtum Deum in cruce fatetur, ibi orat, ibi adorat, multa ſimul pietatis officia complectitur, credit, timet, compungitur, & pœnitet, confitetur & prædicat, amat, confidit, & orat; fide illuminatur, timore ſubditur, compunctione mollitur, pœnitentia concutitur, confeſſione purgatur, prædicatione zelatur, dilectione dilatatur, confidentia ſperat, oratione impetrat.* Tot ac tantis virtutibus reſplendet ſanctus Latro.

88. *Multiplici laureola coronatur.* Inde multiplici laureola meruit coronari, nam ut patet ex S. Patribus datis hac quæſt. Ipſe enim fuit Confeſſor. Doctor, Pœnitens, Præcurſor ac Martyr. Fuit Confeſſor ſuorum criminum. *Nos quidem digna factis recipimus.* Doctor prædicans Chriſti innocentiam. *Hic nihil mali fecit.* Ac ejus prædicans regiam poteſtatem. *Cum veneris in regnum tuum.* Pœnitens, dum magno dolore, ac contritione ad Chriſtum ait, *Domine memento mei.* Præcurſor annuntians ſanctis Patribus redemptionem factam per Chriſti mortem, ut ex Arnoldo dicam q 13 fuit etiam Martyr, dum ſuam crucem, ac mortem Chriſto offert; quod magis explico.

De Martyrio S. Latronis.

89. *Patres latronem Martyrem dicunt.* Communiter ſancti Patres Latronem Martyrem vocant D. Cyprian. ſerm. de Paſſ. Chriſti ſic ait. *Latro confitens non tantum indulgentiam meruit, ſed Chriſti familiaris effectus, præmiſſus eſt in paradiſum, & factus eſt princeps regni, per confeſſionem factus collega Martyris.* D. Aug. tom 7.lib.de anima, & ejus origine, c.9. *Latro,* inquit, *tantum valuit confeſſus Dominum crucifixum quantum ſi fuiſſet pro Domino crucifixus.* D. Hier. epiſt. 13. ad Paulin, *Latro,* ait, *crucem mutat paradiſo, & facit homicidii pœnam Martyrium.* Martyremque vocat Drogo Hoſtienſ citatus in hac quæſt. Euſebius Emiſſenus homil. 1. de Latrone. *Memento,* inquit, *mei: hac glorioſa voce præſentes temperat cruciatus. Temperat, diximus: quid etſi pœna cœperit in latrone, novo genere conſummatur in Martyre.* Quæ verba deſumpta ſunt ex D. Aug. ſerm. 120. de tempore. Non curavit bonus Latro à cruciatibus, ac pœnis liberari: quia pœnæ illæ, quæ in principio fuerunt pœnæ latronis, nec alium finem habebant, quam latronis delicta, ac crimina caſtigare; tranſlatæ ſunt in pœnas martyris: quaſi propter Deum veraciter cultum, amatúmque ſuſtinerentur.

D. Cyprian. Auguſt. Hieron. Drogo. Emiſſenus.

90. Auguſt. Quia ſemper urget illa ratio D. Auguſt lib. 3. contra Creſconium cap. 4. & epiſt. 34. concl 2. *Martyrem non pœna ſed cauſa facit.* Cum ergo Latro non ob fidei cauſam, ſed ob propria ſcelera damnatus fuiſſet ad mortis pœnam, non videtur, qua ratione poſſit Martyr dici. Reſpondeo. Quod quando milites venerunt ut latronum crura frangerent Joan. 9. n. 32. Quia ita moris erat crucifixos hoc ſupplicii genere afficere, ad ſanctum Latronem accedentes, cum eum Chriſti magnalia prædicantem audiſſent. *Hic nihil mali fecit.* Et iterum *Domine memento mei.* &c. ferocius, crudelius, ac tyrannius miro, & extraordinario modo fregerunt ejus crura, magnum tormentum ei inferentes, & ideò milites venientes ad frangenda crura ſuſpenſorum, hujus ſancti Latronis primo magno furore fregerunt crura Joan. 19. n. 32. ut dicam c. 20. n. 2. quod cum Dymas patienter ſuſtinet ob præclarum teſtimonium quod de Chriſti innocentia, ac regno protulerat, non dubito cum ſanctis Patribus eum Martyrem vocari. Joan. 19. *Oſtenditur quod S. Latro fuerit Martyr.*

Luc. 23. *n.* 43. Dixit illi Jesus: Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiſo.

VERSIONES.

Arabicus. Quia hodie mecum eris.
D. Auguſt. Hodie mecum eris.
D. Chryſoſt. hom. de cæco nato. Amen, amen dico tibi.

EXPOSITIO IV.

91. Damian. Dixit illi Jesus, Pulcrè Petrus Damianus ſerm. 48. *Judicatus judicat, & addictus crimini, crimen ex poteſtate relaxat. Ipſam porrò crucem, in qua pendet, quodammodo dictantis cenſuræ ſolium facit, & inter latronem, & latronem, velut jam inter agnos, & hœdos æquitatis jura diſcernit.* Latronem pœnitentem abſolvit, pertinacem damnat, ac ſi crux, in qua pendebat, judicis ſolium extitiſſet: *Amen.* Seu ut legit D. Chryſoſt. *Amen Amen,* Salmeiron, tom. 10. tract. 40. *Promittit,* ait, *cum affirmatione, tam inſignis enim peccator, vix crederet dandum ſibi paradiſum.* Valdè periculoſum eſt, ut Latronis exemplo homo ad ſeram, & ultimam pœnitentiam confugiat. D. Bernard. ſer. 38. ex minoribus. *Noli,* ait, *tam periculoſæ expectationi credere temetipſum.* Et ait, *dico tibi,* ſoli, *hodie,* in hac die tam copioſæ redemptionis: *hodie,* non aliquando dumtaxat, ſed hac præſenti die. *Mecum eris.* Non ſolum tui memor ero, ſed ubi ego ſum, tu mihi ſocius eris, nunquam à me ſeparandus, *in paradiſo:* nempè in cognitione ac viſione beatifica divinæ eſſentiæ, in quo conſiſtit cœleſte regnum, ac æterna beatitudo. Chryſoſt. Salm. *Pœnitentia ſera difficilis.*

QUÆSTIO XIII.

Quare D. Jeſus, qui nec blaſphemantibus Judæis, nec Herodi, nec Pilato reſpondit, & valde moroſe Chananææ, nunc tam citò bono Latroni?

92. Primo ad quæſtionem. Stabat meus Jesus crucifixus, *& prætereuntes blaſphemabant eum, ſimiliter & principes Sacerdotum illudentes eum cum ſcribis, & ſenioribus.* Matth. 27. num. 39. Matth. 27.

numer. 39. ad quorum convitia, & contumelias veluti ſurdus, ac mutus videbatur Jesus: nunc verò ad latronis verba ex fide, pœnitentia, ac humilitate prolata, promptè reſpondit. Optimi enim Paſtoris forma eſt, vocem deperditæ ovis agnoſcere, & clamanti citò reſpondere, ferarum verò rugitus non timere, ſed præterire, ac contemnere.

Ad convitia tacet, ad latronis verba citò reſpondet.

93. Secundò Adſtans Jesus coram Præſide Pilato, & in multis interrogatus, *non reſpondit ei verbum, itaut miraretur Præſes vehementer.* Matth. 27. n. 14. Similiter cum duceretur ad Herodem nihil ei reſpondit Luc. 23. n. 9. Nunc verò cum crucifixus eſſet, à bono latrone requiſitus, placidiſſima dedit verba; cur Domine Latroni das verba bonorum plena, quæ principibus Pilato, ac Herodi negaveras.

Matth. 27. Luc. 23.

94. Ad quæſtionem reſpondet Arnoldus Carnotenſ. tract. de ſeptem verbis. *Modo ultro loquitur* ait, *qui paulo ante ad Herodis, & Pilati inquiſitionem conticuit: Curioſitatem, & faſtum tumentium hominum aſpernatus, pauperes ſpiritu de patibulo edocet.* Principes illi Herodes, & Pilatus ſuperbia, & elatione inflati, ſuæ pravitatis immemores erant. At bonus latro ſuam paupertatem, ac miſeriam profitebatur. *Nos quidem digna factis recipimus.* Dominus autem aſpernatur faſtuoſos Principes, ac animo tumentes, homines verò ſuam paupertatem recognoſcentes diligit, in illóſque refundit dona ſua, talíque humili cognitione maximè ſe homo præparat ad divina beneficia excipienda. Paſturus Jesus ingentem turbam ait. *Facite homines diſcumbere. Erat autem fœnum multum in loco illo.* Joan. 6. num. 10. Poterat ſtantibus cibum præbere; cur vult ut ſedeant, & ſuper fœnum, non enim divina beneficia panduntur ſuperbè ſtantibus, ſed humiliter jacentibus ſuper fœnum, & fœnum ſe exiſtimantibus. Euſebius Emiſſenus. *Quicumque igitur es, qui vis ſatiari de panibus Chriſti, diſcumbe prius ſuper fœnum: imò prius fœnum te eſſe cognoſce.*

Arnold. *Humilis excipit divina beneficia, à quibus ſuperbus excluditur.*

Joan. 6.

Euſeb.

95. Tertiò. Quare Dominus ad unicum latronis verbum benignè, ac piè reſpondit, continuò ei paradiſum reſerans: Cananæam verò longa oratione interpellantem pro vexata à Dæmone filia, ne alloqui dignatus eſt, quin ut eam dimitteret Apoſtolis rogantibus durè etiam reſpondit. *Non ſum miſſus niſi ad oves, quæ perierunt domus Iſraël.* Matth. 15. numer. 24. Cur etiam erga latronem non ſe ſeverum exhibuit, ſed valdè benignum; fortè, quia latro non de corpore, ſed de animo agebat, Syropheniſſa verò non animam, ſed corpus à vexatione redimi ſupplicabat.

Matth. 15. *Non de corpore, ſed de anima agendum.*

96. Aliter reſpondet D. Cyprianus tract. de cœna Domini. *Ipſe Dominus noſter,* inquit, *derelictorum perſonam gerens in cruce, ſi queritur derelictum: & ne deſperarent etiam in ultimis conſtitui, feſtinans in adjutorium illico adeſt, & re in arcto poſita non differt beneficium, ſed repentè indulgentiæ ſceleris documentum ejuſdem ſtatuit, & exemplum, latroni inquiens, hodie mecum eris in paradiſo.* Chananæa eos exprimebat, qui in decurſu vitæ ad Deum veniunt, & latro iſte eorum imaginem portabat, qui peccatorum correctionem in ultimam vitæ periodum differunt, & quamvis hic ſtatus periculoſiſſimus ſit, ne homines in ultimo vitæ puncto conſtituti formident, & occluſos miſerendi tramites autument, ſed ingenti contritione intendant ſemetipſos ad Deum convertere, indéque protinus latroni reſpondit, eúmque abſolvit, quamvis cum Phœnicia moras trahat, *ne deſperent etiam in ultimis conſtituti feſtinans in adjutorium.* Ut cum ſuam cauſam cæteri præferri tales homines cernant, erigantur ad magnam ſpem de creatoris benignitate, optima quæque ſibi pollicentes, & ideò cum aliàs Chriſtus in cruce ſileret inter blaſphemantium injurias, nunc citò latroni reſpondet D. Chryſoſt. hom. de cæco nato. *Quoniam,* ait, *grave admodum, & incommodum ſilentium erat, jam reſpondit, atque latroni: Amen, amen dico tibi, hodie.* Rupto ſilentio ſuæ benignitatis manifeſtat theſauros erga latronem in ultimæ vitæ puncto ad eum confugientem.

Cyprian.

Deus ſceleratiſſimis citò condonat, ut peccatores magnam concipiant ſpem.

D. Chryſ.

Ab hoc bono latrone non diſcedamus. Arnoldus Carnotenſ. tract. 2. de verbis Domini in cruce, ſic meditatur. *Ecce unus de derelictis aſſumitur, latro ille collateralis tuus, damnatus ob ſcelera: illum victoria tua præcurſorem conſtituis, & vivificatum ex gratia, in paradiſum præmittis, in quo confuſus eſt inimicus.* Magnum examen requirit hoc effatum Arnoldi. *Illum victoria tua Præcurſorem conſtituis.* Magnus Joannes Baptiſta ex utero matris ſuæ Spiritu ſancto repletus ob ſuam eximiam celſitudinem dictus eſt Domini Præcurſor, quomodo ergo latro de rapinis exurgens, hujus tantæ dignitatis ſit particeps, ut & Præcurſor dicatur? Joannes Baptiſta extitit, Domini Præcurſor annuntians Chriſtum jam natum & venientem in mundum ad hominum redemptionem. At bonus latro fuit Prodromus victoriæ Chriſti juxta mentem Arnoldi annuntians ejus triumphum devicta morte concluſis Patribus limbo, tanto enim honore voluit Chriſtus ſuum collateralem ſocium condecorare, ut ante eum præcederet in ſinum Patrum; ut nos doceat Chriſtus, quam primum vera intercedit pœnitentia, maximè obliterari priſcorum ſcelerum memoriam: proindéque latronem ſero converſum, licet ſub ultima periodo Præcurſorem deſignavit, & quaſi iiſdem condecoravit titulis, quibus Baptiſtam ſemper innocuum ſublimavit. 97.

Arnold.

Veluti Baptiſta latro Præcurſor ob ſuam pœnitentiam.

Premebatur fame Elias, imperat Deus corvis, ut eſurienti ſuccurrerent. *Corvi deferebant ei panem, & carnes manè, ſimiliter panem, & carnes veſperi, & bibebat de torrente.* 3. Regum 17. numero 6. O optime rerum gubernator, corvum eligis inter volatilia, cui carnes deportandas credis? Nonne apertum eſt quod corvus ſit latro, & Prophetam cibario defraudaturus ſit? Et deinde cum ipſe valdè ſit infidus, nam cum eum ex arca emiſiſſet Noë ſcire volens, num aquæ diluvii retroceſſiſſent, ultra non eſt regreſſus. Geneſ. 8. numer. ſeptimo Paſcebatur enim carnibus extinctorum cadaverum, ut placet D. Auguſt. Chryſoſtom. & aliis Patribus. Cur non potius ad Prophetam mittitur columba, quæ ſui miniſterii fidem ſervans ſemel & iterum revertitur ad Noë, vel cur non potius aquila, cui Dominus in portandis pullis comparatur. Deuteronom. 23. numero 11. Sed corvus deſtinatur. O magnum documentum, non inde omnes corvi damnandi ſunt, ſed in miniſterium etiam aſſumendi. Ad rem noſtram corvus peccatoris ſymbolum eſt, qui tamen 98.

3. Reg. 17.

Geneſ. 8.

Si unus è congregatione peccat, non omnes damnandi.

Deut. 23. *Peccator ſi pœnitens nobilitandus.*

ſi

ſi Deo ſubditur ejus mandatis obtemperans obliviſcens ea, quæ retro ſunt, conſideratione præſentis juſtitiæ defixus, contendat ad anteriora, etiam eximio honore nobilitandus; ut tanquam fidus miniſter ad Prophetam carnes deferat, & ſic in obſequium deputetur, ut quiſquis alius fidelis ſervus. Sedulius lib. 1. operis Paſchalis, capit. 23. *Nunc Eliæ corvus bonus, ac fidus, qui Noë quandam ac perfidus, in terris abluit culpam, in aquarum inundatione contractam.* Vide tom. 4. cap. 8. q. 15. n. 133. 134. & cap. 26. q. 9. n. 75. 76. 77. & multis aliis in locis.

QUÆSTIO XIV.

Quare Chriſtus Dominus qui nihil dixit ad verba mali latronis, nunc verò tam citò, ac promptè reſpondet bono Latroni?

99. *Difficultas quæſtionis.* LATRO malus blaſphemabat eum dicens. *Salva temetipſum & nos.* Bonus verò dicebat. *Hic nihil mali fecit*; deinde converſus ad JESUM *Domine memento mei.* Huic reſpondit JESUS, minimè verò illi.

100. *Honor plus æſtimandus quàm vita.* Dico ad quæſtionem Quod JESUS blaſphemantem præterit & contemnit, ad humilem, ac trementem ſermones ejus reſpicit. Deinde malus latro totus intentus erat ad vitam. *Salva temetipſum & nos.* At bonus Latro pro nominis Chriſti honore, ac gloria ſtabat. *Hic nihil mali fecit.* Qui de vita agit, contemnitur, qui de honore, ac innocentia maximè acceptus, & præjucundus; charior eſt enim honor quam vita.

101. 1. Reg. 28. *Vir nobilis magis de honore, quā de vita agit.* 1. Reg. 15. Prædixit Samuël Sauli mortem ipſius, & filiorum ejus. *Dabit Dominus Iſraël tecum in manus Philiſthiim: cras autem tu & filii tui mecum eritis,* 1. Reg 28. n 19. Et tamen Saül audita morte ſua, ac filiorum ejus, non deprecatur Samuëlem ut pro ipſo oraret, ac rogaret, ut alibi fecerat, dicens. *Honora me coram ſenioribus populi mei.* 1. Reg. 15. n. 10. Cur ergo denuntiata morte non inſtanter replicationibus obſiſtit Saül, ut fecit quando decorem ſui honoris, ac regalis purpuræ amiſſum audivit. In primo loco agebatur de vita, in ſecundo de honore. Et Saül ut nobilis ac illuſtris, quæ vitæ erant, contemnit, de honore verò toto affectu agit, & multis loquitur.

102. Cum cuſtodes ſepulchri veniſſent in civitatem glorioſam Domini reſurrectionem annuntiantes. *Tunc Judæorum ſeniores concilio accepto pecuniam copioſam dederunt militibus: dicentes, dicite quia diſcipuli ejus nocte venerunt & furati ſunt eum vobis dormientibus.* Matth. 28. n. 12. [Matth. 28.] At Judæ, ut JESUM traderet ad mortem. *Conſtituerunt ei triginta argenteos.* Matth. 26 n. 15. [Matth. 26. *Charior honor, quam vita.*] Cur illi tam copioſa pecunia, hic tam parva; pacti ſunt Judæi cum Juda, ut emerent Chriſti vitam, pactique ſunt cum cuſtodibus ſepulchri, ut illius honorem emerent, negantibus ipſis quod JESUS reſurrexiſſet, quod maximè erat ejus gloriæ, & honoris, & perverſi Judæi intellexerunt, quod plus conferendum erat pro honore, quam pro vita emenda, cum ille multo pretioſior ſit. Vide ſupra lib. 7. cap. 16. n. 36. & tom 4. c. 8. q. 17. n. 145. 146. & c. 31. q. 10. n. 70. 71. & alia loco ibi citata.

QUÆSTIO XV.

Quare tam cito conceditur regnum latroni, quod ferventi Petro charitate ardenti denegatur?

103. *Arnoldus.* ARNOLDUS Carnot. tract. de ſeptem verbis Domini, ad illud. *Amen dico tibi,* &c. Sic in perſona Chriſti Petrum alloquitur. *Te tamen juxta crucem, ait, non video, territus lates, nec ibi Apoſtolica auctoritate uteris, ubi ad invicem fixis juxta crucibus privata miſcens alloquia Salvator, & peccator, abſens eras, & miniſterii tui claves (quod pace tua dixerim) modo non proferes. Supplet vicem tuam ſummus Sacerdos: apertiſque ſeris antiquis latro primitiæ delictorum introducitur, aperiente Chriſto in regnum cœlorum.* Indicat Arnoldus, quod licet Summus Sacerdos, & qui tunc omnium excellentiſſimum ſacrificium Patri libabat, ſi tunc Petrus adeſſet, cum latronem abſolvit, [*Munus commiſſum Deus non aufert, vel impedit.*] & paradiſum ei reſerat, quod nequaquam ipſe Summi Sacerdotii munere eſſet functurus, ſed Petrò committeretur ut latronem abſolveret, & januas cœli aperiret. *Supplet vicem tuam ſummus Sacerdos: apertiſque ſeris antiquis latro primitiæ delictorum introducitur, aperiente Chriſto in regnum cœlorum.* Quo tamen fundamento innititur Arnoldus, cum ſentit latronem à Petro fore à peccatorum ſarcina relevandum, paradiſique portas reſerandas ſi cruci tunc adeſſet? Divinæ ſapientiæ diſpoſitionem alta mente ebiberet Arnoldus, quod noverat Deum elargiti officii, delatæque poteſtatis functiones, à miniſtris ſuis, nec auferre nec impedire. Cum ergo illa poteſtas remittendi peccata, & portas cæli aperiendi, delata eſſet Petro, minimè impedienda, vel auferenda fuit ab eo, ſi ipſe tunc ibi adeſſet. Vide tom. 3. cap. 18. quæſt. 1. n. 11. 12. & tom. 4. cap. 35. q. 25. num. 211. 212. & aliis locis ibi citatis.

Quæſtio præſens eſt, quare cum Petrus interrogaret Chriſtum. 104. *Difficultas quæſtionis.* Joan. 13. *Domine quo vadis? Reſpondit JESUS: quò ego vado, non potes me modo ſequi: ſequeris autem poſtea.* Joan. 13. n. 36. Petro in multis probato, non potes me ſequi modò, & tamen latroni recente converſo datur modò ſequi. Audi à Domino. *Hodie mecum eris in Paradiſo.*

Reſpondet primò D. Ambroſ. epiſt. 19. 105. Ambroſ. *Is, ait, qui ſub ictu mortis convertititur, & confitetur Dominum JESUM, mereatur incolatum Paradiſi. Qui verò multo ante ſe exercuit, & Chriſto militavit, acquiſivit populorum animas pro Chriſto ſe obtulit, habet paratum ſtipendii ſui Dei regnum, cujus ſe remuneratione donatum gaudeat. Ideò Petro dicitur.* Tibi dabo claves regni cœlorum. *Ex latrocinio converſus, requiem habet, in Apoſtolatu, probatus accipit poteſtatem.* Non uni omnia conferuntur; Latroni recente converſo dicitur. *Hodie mecum eris in paradiſo.* Petro verò Matth. 16. *Tibi dabo claves regni cœlorum:* Matth. 16. [*Divinæ virtutis eſt omnia munera non uni conferre, ſed per plures dividi.*] non uni tantum datur utriuſque nobilitatis inſigne, ſed denuò converſo ad oſtenſionem divinæ bonitatis requies paradiſi offertur, altero verò in multis probato ad ſapientem rerum diſpoſitionem declarandam ſublimis, cœlorum poteſtas confertur; ſic & apud cœleſtes cives dignitatis inſignia variantur, ne quis ſua gloria, ac decore careat; alius enim eſt ſplendor

ſplendor Solis, alius ſplendor Lunæ, alius ſtellarum ſplendor, ſic decoris diadema partiuntur. Vide ſupra lib. 7. c. 18. n. 19. 20. & tom. 3. c. 1. q. 6. n. 49. & c. 27. q. 13. 88.

106. Paſchaſ. *Cœlorum regnũ per crucem obtinetur.*

Secundò. D. Paſchaſ. lib. 12. in Matth. *Latro pendebat in cruce, quam nondum Petrus aſcenderat.* Nemo poteſt Chriſtum ſequi in gloriam niſi tollens crucem ſuam; hanc expertus fuerat latro, qua & Petrus carebat, ideò ille admittitur, huic verò dicitur *ſequeris poſtea*, Vide tom. 4. capit. 7. quæſt. 6. n. 46. 47. 48. & in Indice rerum verb. *Labor.*

107. Maxim. *Qui eſt ſocius laboris, ſit & gaudii.*

Tertiò. D. Maxim. homil. 8. de S. Latrone; *Petro dicitur à Chriſto*, ait, non potes me modo ſequi, ſequeris poſtea. *Et huic dicitur.* Hodie mecum eris in paradiſo. *Tanquam diſcipulns ille differtur, & hic tanquam ſocius invitatur. Ille adhuc reſervatur ad præmium, ad conſortium: iſte diligitur. Non in aliud differtur tempus, non in diem alteram reſervatur.* Quilibet ſit in ſuo ordine, ad quem ad quem aſſumitur. Petrus electus eſt in diſcipulum, ut per totum orbem prædicet Evangelium, Latro verò aſſignatur in ſocium. Petrus qui & diſcipulus adimpleat munus ſuum prædicans Evangelium, *tanquam diſcipulus ille differtur, & adhuc reſervatur ad præmium,* At verò Latro qui & ſocius deſtinatur, qui eſt ſocius in ligno crucis, ſit & ſocius in ligno vitæ, ut cum ſocio ſuo Chriſtus Jesus in regnum transferatur, nam qui ſocius eſt laboris, ſit & gaudii.

108. Chryſoſt.

Quartò. D. Chryſoſtomus homil. de cruce, & latrone apud Grethſerum tom. 2. de cruce. *Quid latro ejuſmodi agit*, ait, *ut ex improviſo de cruce dignus paradiſo judicaretur? Quando Petrus diſcipulorum princeps, negabat infra, tunc ille ſuffixus cruce confeſſus eſt.* Quid potuit in latrone inveniri meritorum tantæ ſalutis? Venit ille in feliciſſima occaſione, quando Petrus diſcipulus Domini amantiſſimus ob paſſionem ejus eum negaverat. Petrus generosè multa promiſit. *Quare*, ait, *non poſſum te ſequi modo?* Animam meam pro te ponam. Joan. 13. num. 37. & iterum etiamſi oportuerit me mori tecum, non te negabo: Matth. 26. num. 35. In quibus defecit, & Magiſtrum negavit. At verò bonus Latro magno amoris affectu convertitur in Chriſtum, à quo affectu blaſphemantium verbis juxta crucem, *alios ſalvos fecit, ſeipſum non poteſt ſalvum facere.* Matth. 27. minimè dimoveri potuit. Et non quia magna ſpondet, & reſilit, ſed qui in bonis inceptis perſiſtit ad alta dignus eſt, multiſque ſublimandus, ac extollendus.

Joan. 13. Matth. 26. *Non qui deficit, ſed qui perſiſtit ad magna dignus eſt.* Matth. 27.

109. Chryſoſt. *Valdè gratũ eſt obſequiũ quando alii deficiunt.*

Quintò. Iterum ad eadem verba. *Quando Petrus diſcipulorum princeps negabat infra. Tunc ille affixus cruci confeſſus eſt.* Quando Petrus Dominicæ Eccleſiæ princeps in ſchola Chriſti enutritus Regem cælorum negaverat; tunc acceſſit Latro, & Jesum confitetur: ex quo maximè immortalitate donatur, cum eximiè aſtricti deficiunt, tunc noſtra officia magis conſpicua ſunt Deo, magiſque Deo commendantur. Magdalena ad Chriſti pedes magna obſequia exhibebat, ob quod cum Phariſæus murmuraſſet, ait ei Chriſtus Luc. 7. num. 44. *Vides hanc mulierem? Intravi in domum tuam: aquam pedibus meis non dediſti; hæc autem lachrymis rigavit pedes meos, & capillis terſit. Oſculum mihi non dediſti; hæc autem ex quo intravi, non ceſſavit oſculari pedes meos: propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa.* Et unde tam celebre extitit hoc mulieris obſequium, ut propter illud remiſſa ſint ei peccata multa, & quod in toto mundo dicetur, ac prædicetur in ſui memoriam. Phariſæus recipiens hoſpitio Chriſtum in multis obſequiis in domo ſua erga eum defecit, aquam pedibus non dedit, nec oſculum pacis præſtitit; quæ mulier de foris, ac extranea abundantiſſimè ſuppeditavit: & inde ad ſummam felicitatem evehitur; quod obſequia cumulatiſſimè Chriſto exhibet, quando illa circinebat, ac diminuebat Phariſæus, qui invitaverat. Euthym. *Tu quidem*, ait, *ea etiam, quæ facilia erant, non feciſti, hæc verò, quæ etiam difficilia ſunt operata eſt.* Vide tom. 3.

Euthym.

110. Chryſoſt. *Multum dignus eſt, qui multitudinis verbis ſeſe opponit.*

Sextò Idem D. Chryſoſtomus homil. de latrone. *Petrus diſcipulus*, ait, *puellæ viliſſimæ minas tolerare non potuit: O latro ſuſpenſus, undique populum circumſtantem deſpiciens, oculis fidei cœlorum Dominum pura mente cognovit.* Dicitur Latroni. *Hodie mecum eris in paradiſo*, quod & negatum eſt Petro, qui ardenti ardebat charitate, & cur datur latroni, quod & Petro non eſt conceſſum? Petrus ad unius mulieris vocem labitur. At verò latro cum crucifixus aſtaret cum meo Jesu, magna populi multitudo circumfuſa juxta crucem aſſiſtebat, & cum blaſphemaret, illuderet, & cum plurima maledicta, ac probra contorqueret in Jesum. Tunc Latro multitudinis voces pro nihilo ducens, & eas contemnens; *populum circumſtantem deſpiciens*, illíque ſe opponens crucifixum ſuper omnia æſtimat, illius laudem prædicat; Petrus unius puellæ voci acquievit; at verò Latro multitudinis vociferationibus pro crucifixo reſtitit. Et maximè dignus, qui improbæ multitudini ſe opponit, ac deſiſtit.

111. Job. 39.

Multum extollitur à Job. 39. n. 5. Onager ille, hoc eſt præſtantiſſimus vir. *Quis*, ait, *dimiſit Onagrum, liberum, & vincula ejus quis ſolvit? Cui dedit in ſolitudine domum, & tabernacula ejus in terra ſalſuginis. Contemnit multitudinem civitatis, clamorem exactoris non audit. Circumſpicit montes paſcua ſua, & virentia quæque perquirit.* Maximè condecoratur Onager, id eſt homo, qui ſpiritu vivit, ut interpretantur Olympiod. & Nilus in Catena Græca, qui liber eſt ab omni vinculo iniquitatis, qui habet domum, ac habitaculum in terra optima, ac magni ſaporis, cuique communicantur cœleſtia paſcua, floridaque æternitatis prata cum terra viventium, quid tamen egit, ut tanta bona mereretur? *Contemnit multitudinem civitatis?* Vir tam magnus & excelſus, qui deſpicit voces multitudinis, & ejus veſtigiis cavit inhærere. Nec ducitur multitudinis placito, ſed judicio, ac ratione. D. Gregorius lib. 30. moral. cap. 12. *Cum paucis*, ait, *namque ingredi anguſtam portam deſiderat: non cum multis lata itinera appetit, quæ ad interitum ducunt: & recta conſideratione accepta imaginis ſequi vulgi multitudinem dedignatur.*

Olymp. Nilus. *Qui non populi multitudine, ſed ratione ducitur valdè magnus.* D. Gregor.

112. *Idem confirmatur multis exemplis.*

Nullis ex filiis Iſraël, qui egreſſi ſunt de Ægypto, datum eſt videre terram promiſſionis, niſi Caleb, & Joſue, & quæ hujus rei cauſæ? Cum populus audiret nuntios habitatorum terræ Chanaan, obmurmurans locutus eſt contra Dominum, *quo audito Moyſes, & Aaron ceciderunt in terram coram omni multitudine filiorum Iſraël, tanquam impetum multitudinis timentes,*

Num. 14. *timentes.* Num. 14. n. 5. At verò Joſuë, & Caleb obſiſtentes multitudini dixerant. *Terra, quam circuimus, valdè bona eſt, ſi propitius fuerit dominus inducet nos in eam.* Ibidem n. 7. & inde ipſi ſoli poſſeſſione promiſſæ terræ gaudent. Sic & ſummum Sacerdotium defertur Phinees, ac filiis ejus, quia cum Iſraël fornicaretur cum filiabus Ma-
Num. 15. dianitarum, ipſe facto & opere reſtitit. Num. 15. num. 10. Sic & Mathatias magnus effectus eſt reſiſtens multitudini obtemperanti Antiocho. 1.
1. Macha. 2. Machab. 2. num. 27.

QUÆSTIO XVI.

Quare bono Latroni non ſolum promittit Chriſtus ejus memoriam, ſed etiam ultra id, quod poſtulaverat hodie regnum?

117. Cyrill. *Regii animi eſt magna beneficia dare.* INgentem beneficentiam erga ſanctum Latronem oſtendit Chriſtus D. dicens ei. *Hodie mecum eris in paradiſo.* D. Cyrillus. Hieroſol. ibi in Catena Græca ex Catech. 13. *Ideò juſte*, ait, *audit: confide: Non quia opera tua digna ſint confidentia, ſed quia Rex adeſt, qui gratiam confert.* Nota illud *Rex adeſt qui gratiam confert.* Regalis animi eſt gratiam conferre etiam indigniſſimis.

118. *Chriſtus implet promiſſa.* Ad quæſtionem. Bonus Latro poſtulavit à Chriſto memoriam, ac recordationem ſui, non aſſignando diem, nec horam, ſed dicens. *Cum veneris in regnum tuum.* Chriſtus ſtatim, & ſine dilatione reſpondit: *Hodie mecum eris in paradiſo.* Ac ſi dicat non ſolum tui memor ero, ut poſtulas, ſed etiam mecum eris, tanquam meus ſocius à me nunquam ſeparandus, juxta illud quod promiſi Joan. 12. n. 26. *Ubi ego ero, illic & miniſter meus erit.* Et eſt prima ſolutio quæſtionis.

119. Joan. 12. Chryſ. *A Chriſto crucifixo omnia bona.* Reſpondet primò D Chryſoſt. ſer. de Latrone. *Quid ais, ô Chriſte? Crucifixus es, & paradiſum tam facilè polliceris? Volo*, inquit, *ut in cruce poſſint meam omnes invenire virtutem, ut in ligno mea largitas demonſtretur. Et quoniam crux dedecoris erat ſignum; crucis infamiam mirandis beneficiis decoravit, & ex hoc magis, magiſque virtutes ejus oſtenduntur.* Latro totam vitam conſumpſerat in rapinis, ac latrociniis, & tamen à Chriſto ſupra id quod ipſe poſtulaverat, impetrat ſempiternam beatitudinis felicitatem; erat Jesus crucifixus, ad Jesum crucifixum confugit latro, indéque largiter omnia bona defluxerunt in ipſum, *Volo*, ait Chriſtus, *in cruce poſſint meam omnes invenire virtutem, ut in ligno mea largitas demonſtretur.* Vis habere omnia bona, ad Chriſtum crucifixum confuge, & ſummam ejus largitatem experieris. Vide hoc libr. cap. 1.

120. D. Ambr. *Datur ſupra id quod petierat.* Secundò D. Ambr lib. 10. in Lucam. *Uberior eſt gratia*, ait, *quam precatio, ſemper enim Dominus plus tribuit, quam rogatur. Ille rogabat, ut memor ſui eſſet, de Domino autem ſequitur, & dixit illi JESUS: hodie mecum eris in paradiſo.* Dat Dominus ſuperabundanter ſuper id quod latro poſtulaverat, petierat ipſe conſiderans ſuam miſeriam, Dominus dat attendens ſuam benignitatem, & miſericordiam. Vide ſuprà lib. 7. cap. 19. n. 12. 13. Vide multa ſuperioribus Tomis in Indice. Verb. *Petere.*

121. D. Aug. Tertiò D. Auguſt. in Pſalm 39. *Salutem ſuam,* ait, *longè futuram ſperabat Latro, & poſt longum tempus accipere contentus erat; in longum ſperabat, dies non eſt dilatus. Ille dixit* Memento mei cum veneris in regnum tuum. *Ille reſpondit: Hodie mecum in ligno crucis, hodie mecum in ligno ſalutis. Paradiſus habet ligna felicia.* Cur non differtur latroni paradiſi ingreſſus, ſed dicitur ei. *Hodie mecum eris.* hodie in eadem crucis, ac paſſionis pœna erat cum Jesu, ergo etiam hodie erit cum Jesu in gloria, non enim differtur ſalus ei, qui eandem cum Jesu viam paſſionis terit. *Chriſto patiente celerior ſalus.*

122. Chryſ. Quartò D. Chryſologus ſerm. 61. *Tunc Latro rapuit paradiſum, quando latrocinii ſui pœnas eſt appenſus, ut ſolveret.* Ex Dei permiſſione inflictæ ſunt latroni pœnæ pro ſuo delicto, & ſtatim affulſit divina miſericordia. Nam ſupplicia à Deo illata pro peccato, maximè vicinam oſtendunt miſericordiam. Eleganter D Athan. de divinit. Chriſti expendens illam vocem. *Hodie mecum eris in paradiſo.* Sic ait: *O miraculum ingens maledictionis crucifixæ! aperuit paradiſum in promiſſione latronis.* Valdè excellens ex culpa caſtigata, & maledictio crucifixa, ut cum ipſa oſtenditur, ſtatim Dei filius patefaciat paradiſum. Huc advoco quod elegantiſſimè dixit D. Leo ſer. 4. de Paſſ. *Cui propria impietas intulit pœnam, Chriſti gratia dat coronam.* Mundus intulit pœnam, Chriſti gratia dat coronam, & præmia. D. Athan. *Cum culpa eſt caſtigata, aditus paradiſi patefit.* Leo.

123. Aug. *Cruce Chriſti omnia bona obtinentur.* Chryſ. Quintò, D Auguſt. in Pſal. 86 *Hoc fecit ille latro fortior in cruce, quam in fauce.* Tam velociter tranſit latro in cœlum, tamque citò tot bona valet à Deo impetrare, non verbis tantum, ſed virtute crucis. Pulchrè, ait D. Chryſoſt. ſerm. 3. de Reſurrect. *Fecit Latro*, ait, *de cruce impetum, & intravit paradiſum, romphæa flammea circumdatum.* Ad quæ bona velociſſimè non intret, qui crucis potentia armatur?

124. Origen. *Zelans Dei honorem, facilè omnia impetrat.* Sextò Origenes hom. 35. in Matth. *Reſpondens autem JESUS dixit ad eum, qui increpaverat blaſphemantem. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo.* Cur Jesus tam velociter latroni conceſſit majora ſuper poſtulata, unde ejus oratio tantam velocitatem accepit? Zelabat ille divinum honorem adverſus blaſphemantem, *neque tu times Deum, hic nihil fecit.* Et zelator divini honoris blaſphemantis increpator, ſtatim à Deo accipit omnia quæ poſtulaverat.

125. Exod. 32. Poſt adoratum vitulum iraſcitur divinus furor contra populum ad eum delendum. Tunc Moyſes Exod. 32. n. 12 orabat Dominum Deum ſuum dicens: *Cur Domine iraſcitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxiſti de terra Ægypti in fortitudine magna, & manu robuſta? Ne quæſo dicant Ægyptii: callidè eduxit eos, ut interficeret eos.* Et ſtatim ſubditur n. 14. *Placatus eſt Dominus ne faceret malum.* Cur Dominus tam citò quieſcit ab ira ſua jam dicta, & promulgata, quod fuit in oratione Moyſis qui tam citò valuit mitigare divinum furorem, tota Moyſis oratio nitebatur in zelo divini honoris, ne nomen divinum malè haberetur apud hoſtes ſuos, *ne quæſo dicant Ægyptii: callidè eduxit eos:* quæ ratio ſic fuit efficax, ut ſtatim impetraret omne quod optabat. Lippom in Caten. *Ardentiſſima oratio Moyſis fideliſſimi in populum jam ſuum, & Dei, plena nimirum fidei, & ſinceritatis, & ad gloriam Dei, quam unicè zelabat piis hominibus nihil gravius, & intolerabilius, quam blaſphemia in Deum, & contemptus.* *Oratio ex zelo Dei efficax.* Lippom.

QUÆSTIO XVII.

Quare Chriſtus Dominus bono Latroni non ſolum promittit regnum, ſed etiam & ſocietatem.

126. AIt Chriſtus Dominus Latroni. *Hodie mecum eris in paradiſo*; non terreſtri Adami, non etiam cœleſti, vel in cœlo Empyreo, ſed generaliter in loco aliquo voluptatis, puta in conſortio ſanctorum Patrum, ac in clara Dei viſione, in qua conſiſtit æterna beatitudo, quæ clara Dei viſio intuito mortis Chriſti, ſtatim, ac ipſe expiravit, ac ad inferos deſcendit, conceſſa eſt omnibus in limbo. Ita Bellarm. lib. 1. de Sanctor. beatitud. cap. 3 Janſen. Barrad. Eſtius, Tirinus, & alii hoc loco.

Bellarmin. Janſen. Barradas. Eſtius. Tirinus.

127. Ambr. *A Chriſto omne firmamentum, & gaudium.*

Ad quæſtionem D. Ambr. in Pſal. 39. *Pulchre*, ait, *ſubjunxit, mecum eris in paradiſo. Hoc eſt noli timere, ne & tu cadas de paradiſo, ſicut cecidit Adam. Sed audi, quia mecum eris: quo præſente cadere non poſſis. Ceciderat caro in paradiſo antequam ſuſciperetur à Chriſto. Non dixerat Adæ; mecum eris, quia ſciebat eſſe caſurum.* Cum Chriſtus latroni promiſit paradiſum, vereri poterat latro, ne ſibi contingeret, quod Adamo, qui inter tot delicias tantam invenit miſeriam: à Latrone ergo Chriſtus procul fugavit timorem, dicens, *hodie mecum eris in paradiſo.* Nam ſi primus parens in eo fecit jacturam, ex eo fuit, quia Dei non fruebatur præſentia, abierat enim Deus ab Adamo; at Latroni magna ſecuritas promittitur in paradiſo. *Mecum eris in paradiſo, hoc eſt noli timere*, ne & tu cadas de paradiſo, Dei præſentia omne bonum firmatur, ac ſtabilitur, cum inconcuſſa perſeverantia.

128. Pſal. 61. Ait David Pſalm. 61. n. 3. *Suſceptor meus non movebor amplius.* Quod ſi Dei præſentia, ac eo ſuſceptore firmamur in via, quanto magis in patria D. Ambr. ibi. *Semel in patria locatus, lubricum non debet habere veſtigium, ſed tenere ſtatus proprii firmamentum.* Hinc ex Dei præſentia ſummum gaudium, ac lætitia in ſanctis. Inquit Regius Vates Pſ. 67. n. 17. *Currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium, Dominus in eis.* Omnium populorum verum gaudium, ſolidam lætitiam firmiſſimamque conſolationem denuntiat, & unde *Dominus in eis*: à quo eſt omne firmamentum & gaudium D. Aug. ſic fatur. *Mirificè cum dixiſſet millia lætantium, continuò ſubjecit, Dominus in illis, ne miremur, quod lætentur, Dominus in illis.* A Dei præſentia ſumma firmitas cum ingenti gaudio, ac lætitia.

Ambroſ. *In Chriſto noſtra firmitas, & gaudium.* Pſ. 67. D. Auguſt.

QUÆSTIO XVIII.

Quare Chriſtus Dominus latroni poſtulanti regnum, non regnum, ſed paradiſum pollicetur?

129. *Ratio difficultatis.* LAtro dixit, *Domine memento mei cum veneris in regnum tuum.* Reſpondit Chriſtus: *Hodie mecum eris in paradiſo.* Quorſum Dominus vocem regni devitavit & paradiſi meminit. Magis enim videbatur conſentaneum, ſi hodie mecum eris in regno meo, Dominus aſſeruiſſet. Quid proprium, vel idoneum plus habuit paradiſus, quàm regnum cum Latrone.

Reſpondet primò D. Ambr. epiſt. 19. ad Horontium. 130. *Chriſtus*, ait, *non de regno reſpondis, ſed ad cauſam Hodie mecum eris in paradiſo: id eſt reformandum eſt antea, quod amiſſum eſt, poſtea conferendum id, quod augendum eſt, ut per paradiſum ad regnum perveniatur, non per regnum ad paradiſum.* Latro ab alto crucis feſtinabat Jesu regnum videre, ſed Jesu illum ad videndum paradiſum convertit. Adamus in quo erant filii ejus, collocatus eſt à Deo in paradiſum, à quo & per peccatum ejectus. Hinc Chriſtus bono latroni non regnum ſed paradiſum pollicetur, non enim datur ingreſſus ad regnum, niſi principia deperdita reformentur, & quæ amiſſa erant, reſtaurentur. Et poſtea ad majora erit aſcendendum. *Reformandum eſt antea, quod amiſſum eſt, & poſtea conferendum, id quod augendum eſt.*

D. Ambroſ. *Principium malorum reformandum, ut ad majora bona conſcendas.*

Secundò D. Chryſoſt. hom. de cæco nato. *Primum hominem*, ait, *Adamum non ob multa peccata; ſed ob unam inobedientiam è paradiſo ejecit: ita juſtitiæ ſtatera latroni primum in paradiſum ingreſſum promiſit, non cum multa quadam confeſſus eſſet, verum cum unam fidei confeſſionem obtinuiſſet.* Homo ejectus à paradiſo per unam inobedientiam, per unam humilem confeſſionem reſtituitur; imò ut homo ejiceretur à paradiſo peccavit Eva, peccavit & Adamus, cum inobedientia, & elatione, qua ſimilis Deo voluit eſſe; at verò ut latro introducatur in Paradiſum, unica ejus confeſſio ſufficiens eſt; quia omnia bona deperdita unica confeſſione reſtaurantur. 131.

Chriſ. *Bona deperdita confeſſione reſtaurantur.*

Tertiò, Idem D. Chriſoſt. citatus, valde appoſitè, ac eleganter ad quæſtionem, ſic ait. 132. *Hodie mecum eris in Paradiſo. Nemo hactenus Judæorum, aut Patriarcharum, de Paradiſo fieri mentionem audivit, ex quo tranſgreſſus eſt Adamus, & ex illo egreſſus eſt: tametſi Deus hominibus innumera fidelibus promiſit, nuſquam homini apparet Dei ore promiſſum eſſe Paradiſum, poſtquam ejectus Adamus eſt, niſi huic primum Latroni. Antiquis verò promittit Deus, dabo tibi terram lacte, & melle manantem. Apoſtolis dicit: Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Nuſquam paradiſus. Nunc in medio Paradiſum, ut latroni primum promittit. Licet enim dixerit Paulus; raptus ſum in paradiſum. Poſtulationem tamen accedit.* Poſtquam Adamus è Paradiſo ejectus, multáque bona promiſſa ſunt hominibus, *Nuſquam homini apparet Dei ore promiſſum eſſe paradiſum, niſi huic primum latroni.* Aliis promiſſa fuerunt bona terræ, *Bona terræ comedetis.* Apoſtolis, ac diſcipulis: Regnum cœlorum. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.* Iterum, *Beati, qui perſecutionem patiuntur, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.* At ſancto Latroni primum promittitur paradiſus, qui cum ſit idem ac regnum cœlorum, tamen nunc primum ſub nomine paradiſi promittitur. Tam illuſtriſſimæ fuerunt virtutes, & actus heroïci fidei, ſpei charitatis, pœnitentiæ, contritionis, timoris Dei, ac zelus ejus honoris in ſancto Latrone, quod ſub novo nomine fuerunt celebrandæ, ac remunerandæ, non enim communi, ſed novo, ac ſingulari nomine ejus retributio aſſignatur. Pro magna excellentia Pauli dicitur raptus in paradiſum, at anteſignanus fuit latro, primus ipſe in paradiſum introivit.

Chryſ. *Primum latroni promittitur paradiſus.* Matth. 5. *Excellentiſſima Latronis merita novo modo fuerunt.*

Angelo Pergami dicitur. *Vincenti dabo calculum candidum, & in calculo nomen novum.* Apoc 2. n. 17. Cur dicitur dandum eſſe nomen novum, 133. Apoc. 2.

cur

Nova victoria novo modo celebranda.

cur non potius nomen perantiquum, illuſtre, ac nobile eximiæ magnitudinis. Sed tantum dicitur nomen novum, ut novitate nominis victoriæ magnitudo exprimatur, tam rara, & nova victoria, novo nomine fuit celebranda, novóque præmii munere retribuenda; nam ut ait D. Auguſt. de doctrina Chriſtiana: *Novæ res novis nominibus ſignificantur.* Hinc vigintiquatuor ſeniores Chriſti trophæum celebrantes dicitur Apoc. 5. n.9. *Cantabant canticum novum.* Richard. Victorin. *Novam victoriam novo cantico decantabant.*

QUÆSTIO XIX.

Quare tam liberaliter dat Chriſtus regnum cælorum latroni, ut ipſe primus illius videatur particeps?

134. *Heſych.*

Ad quæſtionem ut reſpondeam, noto primò ex Heſychio Hieroſolymitano hom. 1. de ſancta Maria. *Aperiebat enim paradiſum, quoniam latronem introducturus in eum.* D. Epiphanius ſer. de Deipara. *Paradiſum clauſum aperuit; & per latronem rurſum Adamum complantavit.* (*D. Epiph.*) Imò Petrus Damianus citandus inquit, quod latro primitus introductus eſt ad vitam. Cur ergo cœlorum regnum dicitur inſigniter à Chriſto apertum non ad Joannem Baptiſtam, non ad Moyſem, aut ad aliquem ex Prophetis; ſed ad latronem, ut docent Patres citati.

135. *Per latronem peccatores concipiunt ſpem regni cœlorum.*

Reſpondeo quod ſi mortales audiſſent empyrea limina patere Baptiſtæ, Jobo, ac ſimilibus, maximè formidarent ſibi, perſuadentes magnos tantum Heroes admittendos eſſe, at verò modo cum vident hominem inſignem rapinis, & ſeditionibus in loco æternæ pacis collocari, maximè peccatores ſpem concipiunt, quod & pœnitentia poſſint ad ſimilem locum tranſire. Unde hoc tantum beneficium latroni conceſſum in omnes fideles refunditur, ſic ait D. Auguſt. *Abſit, ait, non illi ſoli hoc præſtitum eſſe deprehendimus, nam dum tantum reum benigne relaxat, humano generi ſubſcripſit ſecuritatem, ut conſolatio atque ſpes totius populi, abſolutio unius deſperati eſſet, & privatum donum creſceret in publicum beneficium.* Hic eſt benignus Pater, qui petenti uni ambobus diviſit & dum uni dat dona, omnibus benefacit, D. Chryſ. hom. de pœnitentia, ſic ait. *Latroni paradiſum patefecit. Uno enim tempore duo beneficia videmus eſſe conceſſa, unum in quo paradiſum patefecit, alterum quo latronem in eum introduxit.*

D. Aug. Particulare donum commune beneficium. — *D. Chryſ.*

136. *Petr. Dam. Latro veluti primogenitus fructus à ſanguine Chriſti realiter effuſo.*

Secundò Petrus Damianus ſer. de bono Latrone *Eorum, itaque, inquit, qui trahendi erant, latro prævius fuit, cui mox dixit: Hodie mecum eris in paradiſo, quem ergo de perpetuæ mortis laqueo primum traxit, hunc ad vitam primitus traxit.* Latro extitit veluti primogenitus fructus ex pretioſo ſanguine Chriſti realiter, & actualiter profluente in cruce, ex quo ipſe tot ac tantis meritis maximè inſignitus reſplenduit, inde conſequens erat, ut ipſe veluti primogenitus à fructu tanti ſanguinis introduceretur ad vitam, ut ita merita debito ordine proportionarentur. *Quem de perpetuæ mortis laqueo primum traxit, hunc ad vitam primitus traxit.*

137. *Emiſſenus. Latro Etſi poſtremus veniat, prior eſt in regno.*

Tertiò. Euſebius Emiſſenus homil. de Latrone. *Ille, ait, nec religionem ante, nec Chriſtum ſcivit, quod ſi ſciſſet fuiſſet forſitan inter Apoſtolos non poſtremus in numero qui prior factus eſt in regno.* Tot ac tantis meritis conſpicuus fuit latro, quod ſi illis antea reſplendeſceret, ſciens, ac adorans Chriſtum forſitan inter Apoſtolos eſſet annumeratus, quia tamen ultimus, & poſtremus venit inter Domini diſcipulos, non inde defraudatur ſua debita præmii excellentia, qui ultimus advenit, ſi meritis eminet, ſuum debitum primatum obtinet; *Non poſtremus in numero qui prior factus eſt in regno.*

138. *D. Ambr. Pœnitentia totum peccati regnum corruit.*

Quartò Divus Ambr. in Pſal. 39. *Tripudiabat Draco, ait, quod Apoſtolum ſubtraxerat Chriſto. Plus amiſiſti, quam ſuſtuliſti, qui latronem vidit in Paradiſum eſſe tranſlatum. Nemo eſt, qui poſſet excludi, quando raptus eſt latro.* Cur primus divinæ victoriæ latro eſt? Ad confundendum, ac conterendum regnum peccati, quod de ſubtracto Apoſtolo exultabat: nam diaboli regnum acquiſivit unum, at nunc multos alios ſibi captos vidit non ſolum unum latronem, ſed etiam in ipſo multos. Quid æreæ portæ poſſunt adverſus Jesum, quando latrones in ultimo puncto ſalvantur? Sanè facili negotio totum peccati regnum cadit, ſi mundialia contemnuntur, & cor contritum pœnitentia convertitur ad Deum.

139. *D. Chryſ. Magna gloria Jeſu, quod ex abjectis peccatoribus magnos efficiat ſanctos.*

Quimò. Divus Chryſoſtomus ſerm. in Paraſceve apud Grethſerum lib. 2. de cruce, fol 445. *In ſanctam Patriam, ait, ingreſſus JESUS, latronem ſecum introducit, non inhonorans paradiſum, abſit pedibus latronis, ſed hoc magis honorans. Honor enim paradiſi eſt habere talem Dominum tam potentem, & humanum ut & latronem poſſit effi ere dignum paradiſi deliciis. Etenim quando publicanos, & meretrices in regnum vocabat, non utique id fecit, cum regni ſui dedecore, ſed potius majori cum honore. Oſtendit enim ejuſmodi eſſe, qui etiam meretrices, & publicanos tam probatos facere queat, ut videantur digni ea, quæ inibi eſt, gloria & munere.* Deus bone, defuítne tibi aliquis nobilis Decurio, vel princeps, quo comitatus ingredereris paradiſum? Cur Domine non magis refugis hujus latronis ſocietatem? Quid dicant cœleſtes Spiritus dum te videant latroni aſſociatum exire de mundo? Siccine dedecorandus eſt triumphus tuæ victoriæ? Abſit: imò inde ſummum Jesu decus apparebit. *Honor enim paradiſi eſt habere talem Dominum tam potentem, ut latronem poſſit effi ere dignum paradiſi deliciis.* Hoc ſummum decus eſt Jeſu, quod non ſolum ſibi aſſociavit latronem, ſed quod ſic mutaverit illum, ut tot ac tantis meritis eſſet conſpicuus, ut primas regni ſedes ſibi poſſet præripere. *Oſtendit enim ſe ejuſmodi eſſe, qui etiam publicanos tam probos facere queat, ut digni videantur ea, quæ inib eſt, gloria & munere.*

140. *Joſue 6. Divina gratia ſic valet mutare, ut meretrices ad magnam gloriam elevet.*

Cum tota civitas Jericho eſſet devaſtanda, præcepit Joſuè exercitus principibus, ac ducibus. *Sola Raab meretrix vivat, cum univerſis, qui cum ea in domo ſunt.* Joſuè 6. n. 17. Cur magnus Princeps pereunte tota civitate, una meretrix ſervanda ſit, imò quia meretrix maximè morti videbatur addicta? Hoc poterit videri in principis dedecus credere, quod ex omnibus una impudica mulier cuſtodiatur ad vitam, forſitan Joſuè, ut mundani principes, propenſus eſt in meretrices? Abſit hoc; cur ergo hæc ſola in vita ſit cuſtodienda, hoc non à Joſuè factum, ſed potius in figura, ac umbra diviniſſimi Jesu Dei filii, ſub cujus habitu, ac gratia abjectiſſimæ meretrices ſic ſe componunt, ut exuentes omnem meretricis turpitudinem, ſic juſtitia, ac virtute induuntur, ut ſibi primas gloriæ ſedes efficiant.

Chryſ. Divus Chryſoſt. hom. 5. de pœnitentia, ſic ait *JESUS ille, qui dicit, Raab meretrix vivat, & imago Domini JESU dicentis meretrices, & publicani prævenient vos in regnum Dei.*

141. Exod. 18. Exod. 18. num. 1. dicitur. *Cum audiſſet Jethro Sacerdos Madian, cognatus Moyſi,* &c. Erat Jethro idololatra, imò idolorum Sacerdos, cujus filiam Moyſes in matrimonium duxit, cur hoc non magis reticetur ob Moyſis honorem? Videtur enim quod ad Moyſis dedecus ſpectet, quod ipſe conſortio ſe copulaverit cum impiis, imò & quod conventu idololatrarum gauderet? Abſit quod hoc ſit dedecus Moyſis, imò magna ejus gloria, quod ex ejus conſortio impii, ac idololatræ ad Dei cognitionem venirent, ac mores mutaverint. Hoc advoco id, quod D Baſil. Seleuc. orat 40 de Phariſæo Chriſtum obmurmurante ob ſuſceptam Magdalenam Luc. 7. ſic ait *Cur illam Chriſtus ſuſceperit, dicis ut ab improbitate eam abſolvat: quare non id ſolum conſideres, quod ſuſceperit, verum etiam animadverte quomodo mutaverit.*

Juſtus admittit improbos, ut corrigantur. D. Baſil. Seleuc.

CAPUT XVII.

Deipara juxta Crucem.

Joan. 19. n. 20. Stabant autem juxta crucem Jesu Mater ejus, & ſoror matris ejus Maria Cleophæ, & Maria Magdalenæ.

VERSIONES.

Syriacus. Stabat autem ad crucem Jeſu Mater ejus.

Arabicus. Erat autem ſtans apud crucem ejus, mater ejus & ſoror matris ejus Maria filia Cleophæ.

Euthym. Uxor Cleophæ.

Arias. Maria illa Cleophæ.

EXPOSITIO I.

1. STABANT *juxta crucem JESU.* Ita propè ut non ſolum poſſent Jesum videre, ſed etiam loquentem audire. Et dicitur *juxta crucem*; ſeu ut habet Arabicus *apud crucem*; quia anima ejus præ dolore ſimul cum filio crucifigebatur. *Mater ejus*; quia in tanto doloris conflictu matris amorem oſtendit. *Et ſoror matris ejus.* Id eſt cognata matris ejus ut interpretantur Euthymius, Theophylactus, Barradas tom... lib. 6. cap 15. §. *Prima concluſio*, ex D. Hieronymo, Beda, Divo Thoma, & aliis contendit, quod hæc Maria erat ſoror Virginis, & filia Annæ. Ab hac quæſtione abſtraho. *Maria Cleophæ*, id eſt uxor Cleophæ, quæ eſt mater Judæ, & Jacobi minoris Apoſtolorum. *Et Maria Magdalenæ.* Quæ nunc maximè in Jesu amorem exarſit; dum vidit eum ſanguine abluere peccata ſua, quæ ipſa nuper lachrymis abluerat.

Arab. Euthym. Theoph. Hieron. D. Thom. Beda. Barrad.

QUÆSTIO I.

Quare Joannes Evangeliſta poſt ſortem miſſam in Chriſti veſtem ſcribit, quod Jeſus viderit Matrem, de ipſaque recordatus ſit?

MAXIME expendenda eſt ſeries textus D. Joannis, quonam verò tempore, quáve occaſione meus Jesus pendens in cruce de matre ſua recordatus eſt. Forſitan fuit, quando ſpiritum in Patris manus commendavit, vel quando Latroni regnum cœlorum conceſſit, vel quando pro inimicis exoravit? Minimè. Sed juxta Joannis textum. *Milites ergo acceperunt veſtimenta ejus Erat autem inconſutilis, deſuper contexta per totam, dixerunt ergo ad invicem, non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cujus ſit.* Tunc immediatè poſt de veſte finitam hiſtoriam narrat Evangeliſta *Stabat juxta crucem JESU Mater ejus: cum vidiſſet JESUS Matrem.* 2.

Illa ſacra veſtis inconſutilis contexta eſt à ſacratiſſima Virgine, ut ſupra dixi, ab eáque data eſt Chriſto in ſignum, ac veluti in pignus ſui amoris, vel ut vult D. Auguſt. illa veſtis præfigurabat Chriſti humanitatem à ſanctiſſima Virgine acceptam. Cum ergo vidiſſet Jesus quod Phariſaica malitia intendebat ab illo dividere, ac ſeparare tunicam illam, in qua exprimebantur arctiſſima vincula, ac obligationes amoris, ac naturæ erga matrem ſuam, ut ita illius obliviſceretur, tam alienum fuit ab eo de Matre obliviſci, quin potius exinde deprompſit motivum, ut ſingulariter de illa, ejúſque levamine meminiſſet, recommendans eam diſcipulo, ut miniſteria, ac obſequia tanquam filius ei præſtaret, quanto enim magis humana malitia voluit in Chriſti pectore extinguere memoriam materni amoris, tanto magis Chriſtus illum habet ante oculos, illiuſque memoriam habet. 3.

Auguſt. *Si iniquitas vult extinguere memoriam beneficiorum, tunc prudens magis recordatur.*

In illo celebri colloquio, quod Deus habuit cum Diabolo collaudans ſervum ſuum Job, utpotè maximè juſtum. *Quod ſit homo ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo.* cap. 1. num. 8. Egreſſus Diabolus à facie Domini, omni molimine machinatur, ut Job. 1. n.... obliviſcens de omnibus, quæ è manu Dei acceperat, in ipſum Deum blaſphemias contorqueat, & ad hoc Diabolus igne conſumpſit pecora, & armenta, interfecit filios, deſtruxit domos. Inter quæ Job in Cantica laudatoria divinæ majeſtatis prorumpit. *Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum.* Et ſubjungit Spiritus ſanctus. *In omnibus his non peccavit Job labiis ſuis, neque ſtultum quid contra Deum locutus eſt* Septuaginta. *Non dedit inſipientiam Deo.* Pagnin. Vatabl. *Nec tribuit aliquid inſulſum Deo.* Id eſt valdè prudenter, & ſapienter locutus eſt, ut Patres & Expoſitores interpretantur; ex quo maximè ponderandum eſt, quod in primo loco, ac congreſſu quem Deus habuit cum diabolo, ſolum extollitur Job, quod ſit vir rectus, juſtus, & ſimplex, at verò modo in ſecundo loco non ſolum celebratur ut juſtus, ac rectus *in omnibus his non peccavit.* Sed etiam ut prudens, & ſapiens. *Non dedit inſipientiam Deo.* Quando Job erat in placida quiete, tunc ſolum ut juſtus, & rectus oſtendebatur. At poſtquam diabolica malitia ſeſe armavit in ipſum, ut memoriam beneficio- 4.

Job. 1. Septuag. Vatabl. Pagnin.

rum

rum Dei deponeret, ipsúmque malediceret; tam diverſum fuit à Job quod ob calamitates ingruentes Deum blaſphemaret, quin potius exinde divinam majeſtatem laudibus celebrat: *Sit nomen Domini benedictum.* Tunc non ſolum ut juſtum, ac rectum ſe habuit, ſed etiam altiſſimo faſtigio ſublevatus eſt, ut divina, ac ſupernaturali ſcientia reſplendeſceret. Favet Orig. lib. 1. in Job. ad fin. *Beatus Job*, ait, *firmus & ſtabilis fuit; idcirco omnis impetus nequiſſimi, & omnis inundiatio diaboli ſubvertere, vel dejicere immobilem illum non potuerunt; hoc demonſtrans dicit, non dedit inſipientiam Deo, non extitit infidelis, neque ingratus.* Et poſtea ſubdit. *Sed in benedictionibus perſtitit.*

Diabolus intendit, ut Job Deum maledicat, inde ipſe magis eum benedicit. Origen.

5. Cum vidiſſent Phariſæi cæcum à nativitate ad viſum reſtitutum, convocant ipſum, & multis conantur ei perſuadere, cum non fuiſſe ſanatum Chriſti virtute, inde impudico ore multa contra Chriſti ſanctitatem loquuntur. *Non eſt hic homo à Deo, qui ſabbatum non cuſtodit.* Joan. 9. n. 16. Et iterum. *Nos ſcimus, quia hic homo peccator eſt.* Et inde inferebant quòd ipſe non poterat eum ſanare. At contrà cæcus aperta voce dicebat. *Ille homo dicitur* Jesus, *lutum fecit, & unxit oculos meos & video.* Multiſque Chriſti magnalia prædicat, quod ſit Propheta, Sanctus, & juſtus; *ſcimus quia Deus peccatores non exaudit, ſed ſi quis Dei cultor eſt: à ſæculo non eſt exauditum, quia quis aperuit oculos cæci nati.* Ibid. n. 31. Quomodo tam diſertè cæcus audet tanta magnalia de Chriſto publicare contra principes, & magnates cum ob hanc cauſam parentes ejus maximè formidarent aliquid dicere, & ideò cum eſſent inquiſiti à Judæis, quomodo vidiſſet Reſponderunt parentes ejus, *ipſum interrogate, ætatem habet, & hæc dixerunt parentes ejus, quia timebant Judæos.* Parentes cum eſſent ſeniores timent Judæos, & cæcus non timet. Unde hoc D. Aug. *Sanatus eſt mente, & corpore.* Cæcus ſanatus erat mente, parentes verò mente ægrotabant; cum ergo cæcus cognoviſſet, quod malitia Phariſaica multis intenderet recordationem tanti beneficii à pectore ejus eradicare; deinde ipſe ut ſanus mente magis, ac magis ſe aſtrictum ſentiebat, ut ſuæ ſalutis auctorem recognoſceret, ac veneraretur, ac adoraret, à quo abſtinebant parentes ejus, utpotè mente ægroti, & malè habentes.

Joan. 9.

August. *Sanus mente non timet publicare auctorem beneficii, maximè malè mente laborans.*

QUÆSTIO II.

Quare mulieres non ſedebant, ſed ſtabant, & prætereuntes blaſphemabant?

6. Mulieres ſtabant, & non ſedebant, erant in conſpectu Chriſti morientis, & patientis, & inde non quieſcebant ſedentes, ſed ſtabant, qui eſt habitus laborantis, ac ſuſtinentis; qui enim in intuitu Chriſti crucifixi, ſibi requiem quærit, & non potius laborem, ac mortificationem. Magdalenam juxta crucem maximè his verbis commendat D. Hier. *Sacerdotes, & Phariſæi*, ait, *crucifigunt filium Dei, & Maria Magdalena plorat ad crucem; verè turris Libani, quæ reſpicit faciem Damaſci, ſanguinem videlicet Salvatoris, ad ſacci pœnitentiam provocantem.* Dicitur Magdalena à D. Hieron. juxta crucem turris Libani, quæ reſpicit faciem Damaſci, hæſit ſanctus Doctor in verbo illo *Damaſci*, Damaſcus enim idem *ac propinans ſanguinem*, ut teſtatur Georgius Venetus in Armon. Cant. 5. tom. 7. c. 13. erat Magdalena Damaſci facies proſpiciens, ut propinaret conſideratione, ac contemplatione ſanguinem Jesu effuſi, nimirum mortificationem, ac dolorum tolerantiam, ſi Chriſtus crucifixus indigno ibi propinat omnes dolores, & afflictiones, quis refugiat pro ipſo bibere omnes mundi amaritudines.

D. Hier.

Chriſtus crucifixus nobis mortificationem, ac pœnitentiæ rigorem perſuadet.

Dicebat Chriſtus Dominus Matth. 22. num. 21. *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; quæ ſunt Dei, Deo.* Quæ ſunt Dei, quæ Deo reddi debent? Eleganter Tertullian. de fuga in perſecut. *Quomodo reddam*, ait, *quæ ſunt Dei, Deo? Utique perinde imaginem, & monetam ipſius inſcriptam nomine ejus, id eſt hominem Chriſtianum. Quid autem debeo Deo ſicut denarium Cæſari, niſi ſanguinem, quem pro me filius fudit ipſius.* Hoc à me exigitur, hoc à me poſtulatur, ut mortificationem induam, ac ſanguinem fundam, ut propinanti Domino ſanguinis poculum, correſpondeam ſimile bibens, pro quo cap. 1. 7.

Matth. 22.

Tercull. *Chriſto crucifixo cum carnis mortificatione correſpondeamus.*

Principaliter tamen quæſtio inquirit, quod mulieres *ſtabant, prætereuntes autem blaſphemabant eum.* Ut ſcribit D. Matth. 27. nu. 39. qui ſunt in obſequio, ac amore Jesu ſtant, & firmiter perſiſtunt, qui verò blaſphemant, prætereunt, & tranſeunt, quod notavit Origenes hom. 35. in Matth. *Nemo ſtans*, ait, *JESUM blaſphemat, nec rectè incedens: tranſeuntes autem, & prætereuntes cum blaſphemant, qui etiam macerie vineæ diſſoluta, vindemiant eos, qui remanſerunt.* Et poſtea ſubdit. *Stans poteſt dicere Deo: ſtatuiſti ſuper petram pedes meos, & non blaſphemat JESUM, ſi autem præterierit, vel tranſierit, eum blaſphemat* 8.

Matth. 27. *Qui adhæret Deo firmus, qui mundo inſtabilis.* Origen.

De anima juſti ait Regius Vates Pſalm. 24. num. 13. *Anima ejus in bonis demorabitur.* At verò aliter ſponſa loquitur. *Deſcendi in hortum nucum, ut viderem poma convallium.* Cantic. 6. n. 11. apud Theodoretum legitur. *In hortum nucis deſcendi ut viderem in germinibus torrentis.* Quid eſt quod anima juſti in bonis Dei dicitur moras trahere & ibi habitaculum, ac domum conſtituere, at verò deſcendit in hanc vallem lachrymarum, nil aliud invenit, niſi germina torrentis, quia in Deo, in domóque ejus invenitur firmiſſima, permanentia, ac conſiſtentia, in hoc verò mundo nihil aliud, niſi germina, ſeu impetus torrentis, qui magno, ac rapidiſſimo impetu fertur; & tranſit. Catena trium Patrum ad citatum locum Cantic. *Torrentis enim inſtar, tum gloria, tum opes, tum regnum, tum deliciæ, atque alii hujuſcemodi vitæ flores diluuntur.* 9.

Pſal. 24.

Cant. 6. Theod. *In Deo permanentia, in mundo tranſitus velox.*

Cat. Pat.

De ſe ait Regius Vates Pſal. 2. n. 6. *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo.* Aliter verò loquitur Salomon filius ejus Eccleſiaſtes 1. n. 12. *Ego Eccleſiaſtes fui Rex Iſraël in Jeruſalem.* Quando Salomon hæc ſcribebat, nondum regnum amiſerat, nondum purpuram poſuerat, & tamen ait, de præterito *fui Rex*, cur non de præſenti, *ſum Rex*, ut pater ejus loquitur. Hoc eſt diſcrimen, quod David erat juſtus, toto corde ſuo ſerviens Deo; Salomon verò in multis peccaverat, & deliquerat, David ut juſtus habet conſiſtentiam, & permanentiam *Rex ſum.* At Salomon cum eſſet peccator omnia ab eo tranſierant, nil firmum ac ſtabile habebat; & quamvis videretur, quod eſſet actualiter Rex, tamen in rei veritate non erat, quia omnia ab eo tranſierant. Hugo Victorin. 10.

Pſal. 2. Eccleſ. 1. *Qui Deo ſervit, permanet; qui mundo, tranſit.*

Hugo, Victórin. hom. 5. *Rex fui jam non ſum.* Sic iniquorum univerſæ res fluunt, ut verius de quolibet poſſis affirmare, quod fuerit, quam quod ſit. Vide ſuprà lib. 7. c. 7. n. 244.

QUÆSTIO III.

Quare in nuptiis Cana Galilææ dicitur, quod erat ibi Mater Jesu, *modo verò in Calvario, quòd ſtabat juxta crucem?*

11. 2. Reg. 6. NOn innotatum omittam, quod Michol videns Davidem nudatum irriſit, ac contempſit eum. Dicebat illa 2. Reg. 6. n. 20. *Quam glorioſus fuit hodie Rex Iſraël diſcooperiens ſe ante ancillas ſervorum ſuorum, & nudatus eſt, quaſi nudaretur unus de ſcurris.* At verò Virgo Maria cum videret Jesum filium ſuum nudatum in cruce, non contempſit, ſed miro amore, & charitate eum amplexa eſt, eique adhæſit. *Stabat juxta crucem.* Unde hoc, quia celſitudo humilitatis, nuditatis, & abjectionis ob Dei amorem, non ſub aula regali, ſed ſub cruce cognoſcitur, & intelligitur. *Humilitas, & abjectio ſolum ſub cruce Chriſti intelligitur, & augetur.* Parenti ſuo morituro apponit Joſeph duos filios ſuos Ephraïm, & Manaſſem, ut eis benediceret, quid tunc Jacob, *qui extendens manum dexteram poſuit ſuper caput Ephraim minoris fratris, ſiniſtram autem ſuper caput Manaſſe, qui major natu erat, commutans manus, benedixitque Jacob filiis Joſeph.* Gen. 48. Gen. 48. n. 14 Commutans Jacob manus in benedictione hoc effecit ut minor ſub dextera, major ſub ſiniſtra benediceretur. Et unde minor ſic placet, ut ad regnum eligatur, major verò inter privatos adſcribatur? In cancellatis manibus figura crucis exprimebatur, & ſub ſigno crucis illud evenit, ut qui minor, ac humilior erat magis placeret. D. Peluſ. D. Iſidor. Peluſiota lib. 1. epiſt. 362. *Manuum*, ait, *cancellatio ſalutiferam crucem adumbrabat, atque inferioris adductio novum populum ſubindicabat; cum crux in benedictione apparebit, inferior populus augebitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.*

12. *Animi fortitudo non in proſperitatibus, ſed in adverſitatibus.* Ad quæſtionem. Fiunt nuptiæ in Cana Galilææ, & dicitur. *Erat mater JESU ibi*; hoc eſt ibi aderat ibique inventa eſt mater Jesu; at verò nunc in Calvario *ſtabat juxta crucem.* Verbum *Stabat* propriè ſignificat animi conſtantiam, & generoſitatem, animi enim robur, ac fortitudo, non in nuptiis, ac felicitatibus, ſed in adverſitatibus, ac contrarietatibus, declaratur, & exprimitur.

13. Moyſes cum aſcendiſſet in montem Sinaï, & ibi Dei colloquio, ac ejus gloria frueretur, dicitur. *Et fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* Exod. 24. Exod. 24. num. 19 At poſt vitulum adoratum, cum Moyſes maximè vidiſſet Deum iratum diſtrictè minante populum illum à ſe deſtruendum, ac diſpergendum eſſe, Ait ei Deus. *Cerno, quod populus iſte duræ cervicis ſit: dimitte me ut iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos,* Exod. 32. Exod. 32. n. 9. Tunc Moyſes in tanta oppreſſione multis ſeſe opponit ad mitigandum divinum furorem *Cur quæſo*, ait, *iraſcitur furor tuus contra populum tuum, ne quæſo dicant Ægyptii callidè eduxit eos, &c. Recordare quæſo Abraham, Iſaac, Jacob ſervorum tuorum: aut dimitte eis hanc noxam; aut dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti.* Pſal. 105. Quod narrans Regius Vates Pſ. 105. nu. 23. *Dixit ut diſperderes eos, ſi non Moyſes electus ejus ſtetiſſet in confractione in conſpectu ejus.* Expende quod dicitur ſtetiſſet, id eſt cum magno animo, ac multa generoſitate. Divus Auguſtin. N. Incognitus obicem ſe ad impetum Dei iraſcentis opponens, & R. Moyſes ait, *Interrito ſe animo oppoſuit Deo.* Ut pro populo ſuo rogaret, ac loqueretur. Auguſt. Incogn. R. Moyſ. *Generoſitas, ac valor animi in contrarietatibus declaratur.* Ex quo nota quando adfuit in gloria, dicitur *fuit ibi.* At verò cum interrito animo ſe opponit divino furori. Tunc ſcribitur *ſtetiſſet*; cum multa nempe animoſitate; in eo quod Moyſes eſſet in Dei gloria, manifeſtata eſt ejus ſanctitas, quæ tantum Dei favorem promeruit; at verò quod divino furori reſiſteret, ſeque illi pro populo opponeret, tunc maxime ejus animi valor prodit, qui in contradictionibus, ac contrarietatibus inſigniter declaratur.

Ait ſacer Textus Geneſ. 39. num. 1. quod poſtquam Joſeph venditus eſt à fratribus ſuis. 14. Gen. 39. *Igitur Joſeph ductus eſt in Ægyptum, emitque eum Putiphar de manu Iſmaëlitarum, à quibus productus erat.* Ecce ſervus emptus factus in omnibus valdè prudenter ſe agebat; ſic de eo ſtatim ſubditur. *Erat vir in cunctis proſperè agens.* Alii ex Hebræo. Hebr. *Erat vir viriliter agens.* Sed cur modo dicitur de eo, quod erat *vir proſperè agens, viriliter agens*, & non potius quando erat in domo Patris ſui, accuſavitque fratres crimine peſſimo, ſed tantum in domo Putiphar. Scribitur quod viriliter agebat. Apud Patrem, *qui diligebat eum ſuper omnes filios ſuos, fecitque ei tunicam polymitam.* Gen. 37. Gen. 37. n. 3. Erat in multo favore, ac benignitate: in domo verò Ægyptii erat ſub ſervitute ac ſub jectione tanquam ſervus emptus, quod valdè acerbum, & durum erat viro ingenuo, ac nobili: inde dicitur, quod ibi in cunctis viriliter agebat. *Viri robur declaratur non in ſecundis, ſed adverſis rebus.* Animus virilis, & fortis non aperitur favente aura ſed in tempeſtatis commotione. Joſeph. Joſeph lib. 2. Antiq. cap 3 *Innatam tamen*, ait, *virtutem propter hanc ſui ſtatus mutationem non amiſit, docuitque prudentiam adverſanti fortunæ non ſuccumbere, ſi quis ea legitime, & non ſecundis tantum rebus utatur.*

QUÆSTIO IV.

Quare Virgo Maria ſine Judæorum metu tam fortiter, ac conſtanter ſtabat juxta crucem ſpectans acerbiſſimam mortem filii ſui?

FOrti, ac virili animo ſtabat Virgo Maria juxta crucem, ut patet ex revelationibus B. Brigittæ lib. 5. cap 10. & l. 4. cap. 70. S. Bonavent. in meditationibus vitæ Chriſti cap. 77. & 79. S. Bernard. in opuſcul. de Lament. Virgin. Favent. D Auguſt. epiſt. 58. Laurent. Juſtin. de triumphali Chriſti agone, cap. 21. Divus Ambroſ. in cap. 23. Luc. *Stabat & ſancta Maria juxta crucem filii: ſtantem lego, flentem non lego.* 15. B. Brigit. D. Bonav. D. Bern. D. Auguſt. Laurent. D. Ambr. Ex quo ait Divus Amadeus homil. 5. de Martyrio Virg. Amad. *Propterea in tanta poſita adverſitate, nec reſolvit pudorem verecundiæ, nec amiſit vigorem conſtantiæ. Ad cujus rei probationem ait de ea Ambroſius.* Lego ſtantem juxta crucem, non lego flentem. *Valdè regium in ſumma adverſitate non perturbari.* *Stare namque in illa cordis amaritudine magnæ adſcribitur conſtantiæ.* In tanta rerum adverſitate, magna generoſitate, ac animoſitate ſtabat Virgo, nec aliquid exhibuit alienum à ſumma mode

modeſtiâ, ac verecundiæ pudore. *Nec reſolvi pudorem verecundiæ.*

16. D. Ambr. Divus Ambroſius apud Catenam. *Maria Mater Domini ante crucem ſtabat filii, nullus me docuit, niſi ſanctus Joannes Evangeliſta. Mundum alii concuſſum in paſſione Domini conſcripſerunt, cœlum tenebris obductum, refugiſſe ſolem.* Hoc eſt manifeſtè dicere; alii Evangeliſtæ terrificum illum terræ motum narrent; lapidum concuſſionem referant, Solis obſcuritatem non prætermittant, nec mortuorum omittant reſurrectionem in teſtimonium patientis, ut ejus divinitatem declarent: ac Joannes, cui divinitatem commendare, incumbebat ex munere, ſolum narrat matris conſtantiam, & fortitudinem juxta crucem, nam quod Virgo Mater ſpectans ſuis oculis tam acerbiſſimam filii mortem inter tot tumultus, ac ſtrepitus Judæorum firmiſſimè, magna animi generoſitate, ac conſtantia ſtetiſſet, profectò magnum erat divinitatis ſignum, & quod non purum hominem, ſed Deum hominem genuiſſet, cùm tanti animi robur in tali conſtantia ſuper omnes humanas vires eſſet.

Tanta conſtantia Mariæ divina erat, utpote Mater filii Dei.

17. Guarr. Secundò. Guarricus Abbas ſermon. 4 de Aſſumptione. *Plenè Mater, ait, quæ nec in terrore mortis filium deſerebat. Meritò igitur juxta crucem Mater agnita eſt, ubi maximè probata eſt matris ad filium ſincera charitas.* Maternus ingens amor robur, & vires miniſtrabat, ut à filio etiam moriente non diſcederet, ſed juxta crucem ſtaret, ideò *juxta crucem Mater agnita eſt.* Nam tripliciter Evangeliſta eam matrem dicit, & vocat. *Stabat juxta crucem JESU mater ejus.* Secundò *Cum vidiſſet JESUS Matrem.* Tertiò *dicit Matri ſuæ.* Ibi matris munera perfectiſſimè adimplebat D. Ambroſ. de inſtit. Virgin. cap. 7. *Stabat non degeneri mater ſpectaculo.*

Juxta crucem matris munera adimpleat.

18. Arnold. Tertiò. Arnoldus Carnotenſ. tract. de laudibus Mariæ *Chriſtus quidem expenſis contumeliis, & tormentis, jam hora propinquante in matre amplius, quam in ſe pati videbatur.* O bone Jesu cur hoc facis? Cur provides, ut inter crucis cruciatus ibi mater aſſiſtat? An inde aliquod levamen habeas? Imò ut inde majus dolorum pondus excreſceret, & hoc eſt de mente Divi Cyrill. Alexandrin. lib. 12. in Joan. cap. 33. ubi quærens cur inter ſævos filii Dei dolores Evangeliſta meminerit Matris juxta crucem dolentis putat hoc ad magnum Dominicæ paſſionis pertinuiſſe augmentum. *Cur autem hæc memorat Evangeliſta, ait, docere, ut ego arbitror, voluit, tantam paſſionis Chriſti fuiſſe dignitatem, ac magnitudinem, ut matrem etiam ejus mors crucis, & Judæorum illuſiones commoveret.* Ex præſentis matris lachrymis, & mœrore maximè declaratur magnitudo, ac atrocitas Dominicæ paſſionis. Multum enim creſcit dolor patientis ex afflictione, & lachrymis aſtantium tuorum dilectorum. Dum Paulus multa paſſurus cum proficiſceretur Jeroſolymam, ad ſuos flentes circunſtantes diſcipulos dicebat. Actor. 21. num. 13. *Quid facitis flentes, & affligentes cor meum.* Divus Chryſoſtomus hom. 45. in Acta, ſic legit. *Quid facitis flentes, & diſcerpentes cor meum.* Multas pœnas paſſurus ibat, & tamen non ſic illis cruciabatur, ac ſuorum lachrymis, & afflictionibus.

In tuorum dolore maximus tibi dolor.

Act. 20.

Chryſ.

19. Quartò Hildephonſ. ſermon. 5. de Aſſumpt. Mariæ ſic ait. *Piis oculis ſpectabat non filii mortem, ſed mundi ſalutem.* Cur Virgo non intendis deliteſcere erubeſcens tam turpem mortem filii tui, cur coram ab omnibus deſpecto aſtas? In crucifixo Jesu duo conſideranda erant, mors viliſſima, ac valdè abjecta, & ſalus mundi inde proventura; Virgo Maria non attendebat ad acerbitatem mortis filii ſui, ſed potius ad mundi ſalutem, & redemptionem, quem charitatis ſpiritum à dilecto filio ſuo hauſerat. Bajulans Jeſus crucem ad mulieres Jeruſalem flentes dixit Luc. 23. n. 28. *Filiæ Jeruſalem nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete, & ſuper filios veſtros.* Et quæ juſtior poterat eſſe cauſa flendi, quam mors filii Dei? D. Leo ſerm. 10. de Paſſione, *Nolite flere pro mundi redemptione morientem.* Apparebat mundi ſalus, & inde non tam mortem ſuam, quam mundi ſalutem attendebat, ac proinde lachrymas ſiſtere mandabat.

Maria ſpectabat non filii mortem, ſed mundi ſalutem.

Luc. 23.

Leo.

Quintò. Guarricus Abbas citato ſerm. 4. *Maria, ait, comes individua veſtigia JESU adhærebat, pendebatque ex ore docentis adeò ut nec procella perſecutionis, nec horrore ſupplicii à conſpectu filii potuerit abſterreri.* Tam ardenter Virgo amabat filium, ut tam dira procella mortis, ac tormentorum minimè potuerit Mariam ſeparare à filio ſuo. Ait anima ſancta Cant. 5. n. 7. cum quæreret ſponſum ſuum. *Invenerunt me cuſtodes, percuſſerunt me, vulnerarunt me.* Per cuſtodes intelligunt Judæos, & Tyrannos Theodoret. Juſtus. Orgilitan qui multis inflictis doloribus, qui penetrant uſque ad animam percuſſerunt, eam. Statim ipſa ait. *Adjuro vos filiæ Jeruſalem, ſi inveneritis dilectum meum, ut annuncietis ei quia amore langueo.* Et ſi tantis doloribus, & moleſtiis eſſet percuſſa, & affecta, non tamen deſtitit, ut ſponſum quæreret, ſed tunc ardentius, ac vehementiori affectu ei adhærere conatur, & inde omnes filias Jeruſalem convocat, ut amorem ejus illi annuntient: *Annuntietis ei quia amore langueo.* 20. Guarr.

Maria nullâ procella tormentorum potuit à Jeſu ſeparari.

Cantic. 5.

Theod. Orgilit.

Sextò Richardus à S Laurentio lib. 4. de laudibus Mariæ: *Ad hoc autem, ait, ſe interpoſuit cruci, & Aquiloni, ne diabolus ſignatus per Aquilonem poſſet eos impedire, qui venire vellent per fidem ad brachia Salvatoris extenſa. Sicut fecit latro dexter, & ſicut feciſſe videtur Centurio ille, & qui cum eo erant, qui videntes ea quæ fiebant, dixerunt: Verè filius Dei erat iſte.* Matth 27. ſupponit Magnus Doctor communem Patrum ſententiam, ut dixi ſupra cap. 13. q. 7. n. 60. Quod Chriſtus Dominus in monte Calvario ea fuerit forma crucifixus, ut facies ejus Occidentem reſpiceret, à dextris autem ejus eſſet Aquilo, à ſiniſtris verò Meridies. Inter Aquilonem ergo & dexteram Jesu ſtabat Maria; & cur Virgo Maria ſtat inter Aquilonem, & Jesu dexteram? *Ab Aquilone,* juxta Prophetam; *panditur omne malum.* Inde Maria ſeſe opponit Aquiloni, ut omne malum excludat, ac rejiciat, & ſic cunctis liber ſit acceſſus ad Jesu dexteram; *ad hoc interpoſuit cruci, & Aquiloni.* Maria abigit omnes malos incurſus, & parat tutum acceſſum, ut perveniatur ad Chriſtum, ut habuerunt latro, & Centurio cum ſuis, qui à dextris erant, & prope Mariam. 21. Rich.

Matth. 27.

Maria nobis parat ſecurũ acceſſum ad Chriſtum.

Septimò D. Ambr. In cap. 23. ad illa verba. *Stabant autem omnes noti ejus à longè.* Sic ait, *Aula regalis putabat ſe, & ſua morte publico muneri aliquid additurum*, Mariam appellat Aulam regalem 22. Ambr.

Maria aula ſupremi regis omnium virtutum. regalem ſupremi regis ornatam omnibus donis, gratiis, & excellentiis, *putabat ſe & ſua morte publico muneri aliquid addituram.* Non ea mente hoc aſſerit S.Doctor, ac ſi exiſtimaverit, quod Maria aliquid in redemptione totius generis humani potuerit opitulari, noſtram redemptionem abundantiſſimè ſolus Chriſtus Dominus præſtitit. *Iſai. 63.* *Torcular calcavi ſolus.* Iſai. 63. numer 3. *Sed publico muneri aliquid addituram*, ſuis nempè precibus, ac orationibus rogabat, ut de tam copioſo fructu redemptionis omnes participarent, ac ſalutem conſequerentur, ac proinde ut filius ſuus etiam pro crucifixoribus orabat. *Arnold. Maria in redemptione generis humani cooperabatur ad eum propitiandum.* Unde Arnoldus Carnotenſ. tract. de ſeptem verbis, ad hoc verbum. *Mulier ecce filius tuus.* Sic ait, *Cooperabatur tamen plurimum ſecundum modum ſuum ad propitiandum Deum, ille Matris affectus.* Et ob hanc cauſam eam appellavit Divus Hier. ſerm. de Aſſumptione. *Salutis hominum auctricem.* *D. Hieron. D. Auguſt. Bern. Irenæus. D. Fulg. And. Ier. D. Anſel. Dam.* D. Aug. ſermon. 17. de Nativit. *Meriti auctricem*, vocat D. Anſelm. citand. *Hominum reparatricem.* D.Bernard. ſerm. 2. de Aſſumptione. *Totius humani generis mediatricem.* Et Carthuſian. citand. *Mundi ſalvatricem.* Divus Irenæus lib. 3. contra hæreſes cap. 38. Divus Fulgentius ſerm. de laudibus Mariæ. Andreas Jeroſolym. oration. de Dormit. Vir. D. Anſelmus de excellentia Virginit ca. 9. Petrus Damian. ſermon. 1. de Annuntiat. Richard. Victorin. cap. 26. in Cantic. Qui omnes uno ore eam prædicant, & dicunt noſtræ ſalutis cauſam, quia eam ſuis orationibus, ac rogationibus à filio impetrat.

23. *Carthuſ. Miſericordiæ regnum Mariæ commiſſum eſt.* Octavò. Carthuſianus lib. 2. de laudibus Mariæ cap 23. ſic fatur. *Amantiſſima Dei Virgo dici poteſt mundi ſalvatrix propter eminentiam, virtuoſitatem, & meritum ſuæ compaſſionis, qua patienti filio fideliſſimè, ac acerbiſſimè condolendo excellenter promeruit, ut per ipſam, hoc eſt per preces ejus, ac merita virtus, ac meritum paſſionis Chriſti communicetur hominibus. Ipſa quoque eis, qui à gratia Chriſti prolapſi ſunt, rurſus procurat eandem, & regnum miſericordiæ ei commiſſum eſt:* Stabat Jesus operans humani generis ſalutem, condenſque teſtamentum ſuum pro univerſa Eccleſia; tunc alta Dei diſpoſitione aſtat Maria juxta crucem, ut ſua interceſſione, prece, ac rogatione fructum tantæ redemptionis impetraret, ut cunctis pararet introitum ad gloriam, nam quidquid miſericordiæ, ac pietatis in ligno operabatur, totum per manus Mariæ voluit communicare, *& regnum miſericordiæ ei commiſſum eſt.*

24. *Cant. 7.* De ſe crucem aſcendente, ait Chriſtus Dominus Cantic. 7. num. 8. *Dixi aſcendam in palmam, & apprehendam fructus ejus; & erunt ubera tua, ut botri vineæ.* Ubi divinus ſponſus crucem aſcendit, in crucis palmam aſcendit, ejúſque fructum, hominum nempè redemptionem collegit, quid ſtatim in ſanctiſſima Matre ejus ſequitur. *Erunt ubera tua ſicut botri vineæ.* Cur cum Chriſto crucifixo materna ubera tantam largitatem, abundantiam, ac dulcedinem effundent, ut botri totius vineæ? Sanè ad Chriſtum recenter *Ex quo Virgo aſtitit filio crucifixo ubera ejus plena ad filios adoptivos.* natum data ſunt Mariæ ubera de cœlo plena, at ad Chriſtum crucifixum quid Mariæ ubera conducunt? Hæc pleniſſima ubera non ad crucifixum ſpectant, ſed ad regeneratos per illum filios ſpirituales Mariæ; ex quo filio crucifixo aſtitit, ſic ubera ejus ſunt plena pietatis, ac miſericordiæ, ut omnibus redemptis à filio procuret gratiam, & ſalutem, tam largiter ad omnes extendit ſua pietatis ubera. Guillelm. Abbas apud Delrium ſic ore Chriſti fatur. *Guillelm.* *Cum aſcendiſſem palmam, tu ô pia Mater ſtabas juxta palmam, ſtabas juxta crucem JESU tui, & per affectum maternum pariter crucifigebaris. Porro cum jam apprehendiſſem fructus palmæ, ubera tua de cætero aſſimilata ſunt botris: habet enim pia Mater & ſpiritualia ubera, quibus datum eſt illi adoptivos fratres filii ſui nutrire. De iis ergo dictum eſt piæ Matri, erunt ubera tua ſicut botri. Plane illa quotidie parturiens infirmiora membra filii ſui, neminem à ſuæ pietatis ſinu repellit, ſed potius invitat, & trahit univerſos.*

Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter ubera mea commorabitur. Cant. 1. n. 13. 25. *Cant. 1.* Cur inter ubera ait, & non potius inter brachia, ut eſt communis modus dicendi, faſciculus myrrhæ ob ſuam amaritudinem denotat Chriſtum paſſum, & mortuum, ut eſt communis vox Patrum, cum D.Bern. *D. Bernard. Ubera Virginis plena in filios adoptivos.* ſer. 43. poſt medium. Inde ait inter ubera commorabitur, quia ex eo quod Chriſtus Dominus morte, ac paſſione ſua faſciculus myrrhæ factus, inſigniter dicitur inter ubera Virginis commorari, ut multis donis ea adimpleas, quæ in filios adoptivos diffundantur. Carthuſ. lib. 2. de laudib. Virgin. *Carthuſ.* Mariæ. *Multo dolore, ac anguſtia*, ait, *ſtabat Virgo juxta crucem filii patientis, cujus defluente ſanguine ſpiritualiter repleta ſunt ubera Matris, ut filiis ſuis adoptivis cœleſtia alimenta præberet.*

QUÆSTIO V.

Quare fugientibus Apoſtolis mulieres tam animoſè ſtabant juxta crucem?

26. AIt Evangeliſta. *Stabant autem juxta crucem Jeſu, Mater ejus & ſoror matris ejus Maria Cleophæ, & Maria Magdalena.* Mulieres conditione fragiles, natura timidæ, quomodo ergo inter ſtrepitus, ac tumultus Judæorum tam animoſè cruci adhærebant.

27. *D. Chryſ. Paſſio, ut crux Chriſti fulcimentum noſtrum.* Reſpondet D. Chryſoſt. hom. 84. in Joan. *Imbecillior ſexus tunc fortior apparuit, ita omnia reformavit.* Unde fœminis tanta conſtantia? Ex crucifixi, ac crucis vicinitate, ſic Chriſtus paſſus ante oculos poſitus omnia reformabat, ut faceret imperterritas, & conſtantes ſtare fœminas. Umbra crucifixi firmiſſimum fidelium fulcimentum. Circa eſum Agni Paſchalis præcipiebat lex. *Sic autem comedetis illum, renes veſtros accingetis; & calceamenta habebitis in pedibus: tenentes baculos in manibus* Exod. 12. num. 11. *Exod. 12.* Ad quid baculum in manibus, cum in uno loco conſiſterent? Agnus ille typus erat Chriſti crucifixi, ac patientis, cujus umbra baculum, ac fulcimentum eſt, ut etiam infirmi fortiter ſe habeant, & nullus ſit, qui corruat. D. Gregor. Nazianzen. orat. 2. in Paſch. *Nazianz.* Sic ait: *Sic lex fulcientem baculum tibi præſcribit, nec ubi animo titubes, dum ſanguinem Dei, & paſſionem audis, ac mortem.*

28. Secundò. Aſtat crucifixus meus Jesus, & illi adhærent piæ fœminæ (non loquor modo de ſacratiſſima Virgine, nam ipſa excelſior eſt omni pura creatura) ſunt inquam piæ fœminæ, Maria Cleophæ, & Maria Magdalena, ac Joannes Apoſtolus. Ubi eſt modo illa generoſitas Sacrorum Apoſtolorum, Thomæ,

Thomæ qui dicebat, *eamus, & moriamur cum eo.* Joan 11. num. 16. & Petri, qui magnis vocibus proteſtabatur. *Domine tecum paratus ſum, & in carcerem, & in mortem ire*, Luc. 22. n. 33. Et tandem omnium Apoſtolorum, qui pro Chriſti defenſione dicebant; *Domine ecce duo gladii.* Luc. 22. n. 38. Et iterum *Domine ſi percutimus in gladio.* Ibid. num. 49. Ubi modo eſt tanta animoſitas Apoſtolica? Apoſtoli cum adhuc gratia Divini ſpiritus non eſſent repleti, aliquibus imperfectionibus laborabant; & cum adhuc eſſent imperfecti, idem profecto fuit quod multa promitterent, ac quod debito tempore in omnibus deficerent. At mulieres utpote ſexu fragiles, & Joannes Evangeliſta cæteris Apoſtolis adoleſcentior, ex quo parum roboris de eis præſumi poterat, tamen in tanta rerum procella Chriſto generoſe adhærent; & audacter illius collaterales ſocios juxta crucem ſe exhibent.

Joan. 11. Luc. 12. *Qui multa jactanter promittunt, deficiunt, è contra modeſti.*

29. Venit ad Jeſum adoleſcens quidam dicens illi, *ſequar te quocumque jeris.* Luc. 9. num. 57. offerebat ſe ut Chriſtum in omnibus ſequeretur, Chriſtus eum non admiſit in ſuo collegio, imo potius eum graviter reprehendit, objiciens ei ſuam paupertatem *Vulpes foveas habent*, ut ex D. Hieron. Chryſoſt. Euthym. Theophylact. D. Thoma, & aliis notavi tom. 2. cap. 23. quæſt 4. Venit etiam Nicodemus, & hic *venit ad Jeſum nocte*, Joan. 3. n. 2. Hunc benignè excipit, & larga colloquia cum eo habet. Quomodo hæc compatiuntur. Scriba ille, qui publicè, & aperta voce promittit te in omnibus ſequi, rejicitur & contemnitur: Nicodemus vero qui nocte, & abſcondite veniebat, valde benevole recipitur: Adoleſcens omnia pollicebatur. *Sequar te quocumque jeris.* Et qui omnia ſpondet, nihil in te præſtabit. At Nicodemus etſi abſcondite, & nocte veniret, ac inde parva de eo ſpes concipi poſſet, attamen occurrente occaſione omnia debita officia perſolvit, nam ipſe corpus Chriſti honorificè monumento ſepelivit, inde hic parum promittens aſſumitur, ille verò multa, dimittitur. D. Athana. apud Caten. reddens rationem, cur hic adoleſcens rejicitur, ſic ait; *Auſus fuit enim æquiparare ſe incomprehenſibili Salvatoris poteſtati dicens: ſequar te quocunque jeris.*

Luc. 9. D. Hieron. D. Chryſ. Euthym. Theop. D. Thom. Joan. 3. *Adoleſcens retrocedit, Nicodemus magna exhibet.*

30. Vehementer Anima ſancta ſui dilecti præſentiam optabat. Hic dicebat Cantic. 1. num. 1. *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Id eſt mihi non per figuras, ac umbras loquatur, ſed clare, & aperte ore ad os, ut Cant. 1 n. 6. *Indica mihi ubi cubes, ubi paſcas in meridie.* Et iterum *Dicite ei, quia amore langueo.* Contigit ut veniret ſponſus, & pulſaret ad oſtium. *Aperi mihi ſoror mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.* Statim illa multas excuſationes objicit. *Expoliavi me tunica mea quomodo induar illa, lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos.* Cantic. 5. numer. 3. Quomodo hæc inter ſe cohærent? Uſque modo ſponſa tot, ac tantos amoris affectus jactabat ut optata ſui dilecti præſentia frueretur, adeſt oportuna occaſio, cur velociter non ſurgit ut eum ad ſe introducat. Hic ſponſa animam Juſti denotabat adhuc cum ſuis imperfectionibus, ut ex multis Patribus adnotat Ghiſlerius expoſit. 1 & 2. dum ſponſa tot ac tantos affectus exhibet circa aſſiſtentiam ſui dilecti, maxime videbatur denotare ſummam æſtimationem ejus converſationis, ac præſentiæ, attamen ut adhuc imperfecta data occaſione retrocedit, dum oſtium aperire recuſat ardentes effectus exhibiti in occaſione remittuntur, & frigeſcunt. Legionenſis in Bibliothec. tom. 11. *Proprium eſt fœminarum, cum rogantur, inepta quadam cauſificari, & ſe nolle fingere ea, quæ maximè, & ardentiſſimè cupiunt.*

Cant. 1. Cant. 5. *Ardentes affectus in occaſione frigeſcunt.* Ghiſler.

QUÆSTIO VI.

Quare mulieres, quæ juxta Matth. erant à longe, nunc juxta crucem dicuntur, & non lachrimantur, ut Magdalena apud ſepulchrum?

31. ERANT ſanctæ fœminæ cum Magdalena juxta crucem, & tamen non dicuntur in lachrymas prorumpere, ut legitur de Magdalena, quando ſepulchrum vacuum invenit *Maria autem ſtabat ad monumentum foris plorans.* Joan. 20. n. 11. Cur potius lachrymis proſequitur ſublatum à monumento, quam vitam exhalantem tantis tormentis in cruce?

Cur non plorant? Joan. 20.

32. Reſpondet D. Auguſt. tract. 121. in Joan. *Oculi, ait, qui Dominum quæſierant, & non invenerant, lachrymis jam vacabant, amplius colentes, quod fuerat de monumento ſublatus quam quod fuerat in ligno occiſus, quoniam Magiſtri tanti, cujus & vita ſubtracta fuerat, nec memoria remanebat.* Juxta crucem non exprimuntur mulierum ſanctarum lachrymæ, nam quamvis dolor eſſet vehementiſſimus, adhuc ante earum oculos Chriſtus erat cujus intuitus omnem dolorem delinibat, ac mitigabat. At verò poſt reſurrectionem ablato corpore, ablata erat, ab oculis Domini præſentia; & inde nil magis ſibi putabat dolendum, nil magis ſibi putabat lachrymandum, nam & ſi dolor de Chriſto crucifixo eſſet magnus, vehementior tamen erat de Domini præſentia ablata, ſuper omnia dolendum eſt quod Deus penitus abeat ab oculis noſtris, & quod præſentia ejus penitus ſimus deſtituti.

D. Auguſt. *Maximè dolendum ex ablata Dei præſentia.*

33. Quæſtio tamen principaliter inquirit cur mulieres quæ erant à longè, ut narrant Divus Mat. 27. numer. 55. *Erant autem ibi mulieres multæ à longè inter quas erat Maria Magdalena, & Maria Jacobi, & Joſeph mater, & mater filiorum Zebedæi.* Similiter & Divus Marcus 15. n. 41. *Erant autem omnes noti ejus à longe: & mulieres quæ ſecutæ erant à Galilæa.* Lucæ 23. num. 19. Joannes ait, quod ſtabant juxta crucem, quomodo hæc cohærent?

Difficultas quæſtionis. Matth. 27. Mac. 15. Luc. 23.

34. Reſpondet primò D. Auguſt l. 3. de Conſenſ. Evang. c. 21. *Poſſumus intelligere, ait, quod illæ quæ ſimul aderant cum Matre Domini, poſtquam eam diſcipulo commendavit, abire jam cœperant, ut à denſitate turbæ ſe eruerent, & cætera, quæ facta ſunt longius intuerentur, ut cæteri Evangeliſtæ qui poſt mortem Domini eas commemorant.* Et ſi cæteræ mulieres abierint ac receſſerint à crucifixo, Virgo Maria propinquior cruci, ac juxta crucem ſemper permanſit, ait Chryſoſtomus homil. 84. in Joan. *Et cum aliæ mulieres adſtarent, nullius alterius meminit niſi Matris.* Quia ſola illa propinquior erat cruci, & ita propinquior ut nunquam à filio potuerit ſeparari.

D. Auguſt. *Maria ſemper ſtetit propinqua cruci, & nunquam diſceſſit.* D. Chryſ.

35. Secundò. Euthymius hic *Stabant verò, ait, mulieres juxta crucem, tunc nactæ ſecuritatem;*

Euthym.

primum omnes diſcipulæ cominus conſpiciebant: veluti cæteri docuerunt Evangeliſtæ. Tres Evangeliſtæ narrant quod mulieres erant à longè. Joannes abſolutè juxta crucem, affirmat. Quomodo hæc poſſunt ſtare? Dicam, quandiu miniſterium crucis parabatur, & Jeſus cruci in terram dejectæ affigebatur, tunc mulieres Judæorum metu non audebant accedere, & erant à longè; ubi verò crux in altum fuit erecta, & crucifixus omnium oculis apparuit, ſic ejus aſpectu mulieres ſunt corroboratæ, ut magna ſecuritate adepta ſupra naturam auderent, & nullum periculum metuentes propinquiùs accederent. Expende illud, *tunc nactæ ſecuritatem*, ab intuitu crucis omnia vires ſumunt, & ſecuritatem in omnibus aſſequuntur.

A conſpectu crucis, ac crucifixi omnia vires ſumunt, & metum abjiciunt.

36. Tertiò. Mulieres à longè ſtare cum notis ejus ſcribunt Evangeliſtæ, Joannes verò juxta crucem, ſi è longè quomodo juxta? Crediderim, quod mulieres à principio à longè ſtabant, tamen cum ſacratiſſima Virgo Maria ſequens veſtigia filii ſui adveniſſet in montem Calvarium, ſtatim acceſſit ad dilectiſſimum filium ſuum, ac ad crucem ejus quod cum vidiſſent cæteræ mulieres, quæ à longè erant, exemplo Virginis Mariæ animatæ etiam acceſſerunt, quod ex eo confirmo, quia Evangeliſtæ exprimunt nomina mulierum, quæ erant à longè, Mariæ Magdalenæ, Mariæ Jacobi uxoris Cleophæ, & Matris filiorum Zebedæi, & nullam faciunt ibi mentionem de Virgine Matre, quia ipſa nunquam fuit à longè, ſed juxta crucem, ut ſcribit Joannes, imò omnibus propinquior cruci. Euthymius. *Tunc Dei mater*, ait *propinquius cruci aſtitit, quam cæteræ mulieres, idque viſcerum inflammatione, Judæorum vincente timorem.*

Maria prima acceſſit ad crucem, cujus exemplum ſequuntur mulieres.
Euthym.

37. Perpende Joannis textum. *Stabant juxta crucem Jeſu mater ejus, & ſoror matris ejus Maria Cleophæ, & Maria Magdalena.* Cur Virgo Maria prima nunc nominatur, cum alibi mulieribus poſtpoſita legatur. Act. 1. num. 14. *Hi omnes erant perſeverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, Maria matre Jeſu.* Ex magno myſterio variatur caſus. Ubi ſermo eſt de crucis ignominia, quæ à filio in Matrem derivabatur; prima Maria ſcribitur, quia præcipuè, ac prima opprobriorum ejus erat particeps; extra verò hanc occaſionem, eximia ejus humilitas poſtremum ſibi elegit locum.

Act. 1.
Maria prima, ac præcipuè particeps dolorum. Chriſti.

38. Mulieres ergo, quæ à longè erant, Mariæ Virginis exemplum ſequentes juxta crucem convenerunt. Ad ſuum dilectum ait ſponſa. *Trahe me poſt te, & curremus in odorem unguentorum tuorum.* Cant. 1. num. 3. Si una eſt ſponſa, & ſi una trahi poſtulat, quomodo de omnibus ſuis ſororibus dicit. *Curremus*, fieri poteſt, quod cum una conſiſtat, multæ ſint? Idem erat, quod ipſa ſacratiſſima Virgo Maria dilectiſſimo ſponſo ſuo JESU adhæreret, ac quod ejus exemplum invitantes ſorores, & etiam ſequerentur. In odorem unguentorum illorum, quæ ad Chriſti ſepulturam pertinebant, Divus Bernardus ſermon. 41. in Cantic. *Non curram*, ait, *ego ſola, & ſi ſola me trahi petierim: currant, & adoleſcentulæ mecum: ego in odorem unguentorum tuorum, illæ verò excitatæ meo exemplo, atque hortatu, ac per hoc omnes in odorem unguentorum tuorum curremus.* Expende illud. *Illæ verò excitatæ meo exemplo.*

Cant. 1.
Exemplum Mariæ Virginis ſequuntur Mulieres ut veniant.
Bernard.

Joan. 19. n. 26. Cùm vidiſſet ergo Jeſus Matrem, & diſcipulum ſtantem quem diligebat, dicit Matri ſuæ: Mulier ecce filius tuus.

VERSIONES.

Syriacus. Jeſus verò conſpicatus matrem ſuam, & diſcipulum illum, quem ipſe amabat, adſtantem; dixit Matri ſuæ; &c.

Arabicus. Reſpexit autem Jeſus in Matrem ſuam: hic eſt filius tuus.

EXPOSITIO II.

CUM vidiſſet ergo Jeſus. Non erat Jeſus in cruce vagis oculis, ſed toto mentis affectu, offerebat ſemetipſum ſuoſque cruciatus, pro nobis oblationem, & hoſtiam Deo in odorem ſuavitatis. Epheſ. 5. n. 2. Et cum ſciret quod ſtabat Mater juxta crucem, levabit oculos, ut in hac extrema hora eam honoraret *Matrem*, & non dicitur quam diligebat, hoc enim ſecum nomen matris adfert, & involvit; de hoc aliam rationem moralem dabo q. 10. in limine. *Et diſcipulum ſtantem.* Modeſtiæ cauſa, ut ait Theophil. nomen ſuum Joannes occultat; *Quem diligebat*; erga quem exterius majora dilectionis ſigna declaraverat. Eo quod cæteris eſſet junior, verecundior, modeſtior, caſtior, & Virgo. *Dixit matri ſuæ.* Fixis in eam oculis. Et hoc eſt tertium Chriſti verbum prolatum in cruce. *Mulier.* Non matrem appellat, ne vehementius ejus cor vulneraretur. *Ecce Filius tuus*; hic deinceps ſit tibi meo loco pro filio, ut in omnibus ſit tibi levamen, & miniſtret ac obſequia præſtet. 39.

Epheſ. 5.
Theoph.

Quod verbum fuit ingentis doloris ſacratiſſimæ Virgini, ita ut D. Bernard. tunc adimpletam exiſtimet Simeonis prophetiam dicentis. *Tuam ipſius animam doloris gladius pertranſivit.* Luc. 2. ait D. Bernard. ſerm. ſuper c. 12. Apoc. *At non tibi pluſquam gladius fuit ſermo ille (revera pertranſiens uſque ad diviſionem animæ, & ſpiritus) mulier ecce filius tuus? O commutationem! Joannes tibi pro Jeſu traditur.* Edmundus Cantoarienſ. in ſpeculo Eccleſiæ c. 23. *Maria magnum habuit dolorem, quando recepit ſervum pro domino, & filium peccatoris pro filio Dei.* 40.

D. Bernard.
Luc. 2.
Ingens dolor Virginis ex tali commutatione.
Edmund.

QUÆSTIO VII.

Quare cum multæ piæ fœminæ aſtarent juxta crucem, ſolum tamen dicitur, quod viderit Jeſus Matrem, & diſcipulum, quem diligebat?

OMITTO, quod in monte Calvario in circuitu crucis erant multæ turbæ Judæorum, ac militum, tamen ſolum in quæſtionem voco eum, ut patet ex Joannis textu, multæ piæ fœminæ aſtarent juxta crucem, ut Maria Cleophæ, & Maria Megdalena, tamen ſolum dicitur quod viderit Jeſus matrem, & diſcipulum. *Cum vidiſſet Jeſus matrem, & diſcipulum ſtantem quem diligebat.* Cur non dicitur, quod viderit etiam alias mulieres. 41.

Difficultas quæſtionis.

42. Reſpondeo

42. *Quæ amantur maximè videntur.* Reſpondeo primò ad quæſtionem, quod non dicitur quod videret Jesus carnifices Judæorum, nec alias pias fœminas, niſi tantum Matrem, & diſcipulum, quos ſingulariter diligebat, nam illa dilectio ſub nomine Matris involvitur, ut dixi in expoſ. de Diſcipulo exprimitur, *quem diligebat Jeſus*. Ideo dicitur, quod eos viderit Jeſus quos vehementius amamus, præ cæteris oculi requirunt, in eoſque totus noſter oculorum intuitus intenditur, ac dirigitur. Cum Apoſtoli piſcarentur Chriſtus redivivus eis apparuit; & nullus ex Apoſtolis eum agnovit. *Dixit ergo diſcipulus ille, quem diligebat Jeſus Petro Dominus eſt.* Joan. 21. n. 7.
Joan. 22. Cur cum multi adeſſent diſcipuli ſolus Joannes eum agnovit? præ cæteris Jeſum diligebat, inde præ cæteris eum vidit, & cognovit. Pulchrè D.
D. Chryſ. Chryſolog. ſerm. 78. *Primus qui diligitur*, ait, *videt, quia ſemper amoris oculus acutius intuetur.*

43. Amiſſis omnibus bonis, & percuſſus Job ulcere peſſimo à planta pedis uſque ad verticem, cumque ipſe ſederet in ſterquilinio, venerunt tres amici, ut viſitarent eum. Et ubi noſtra vulgata
Job. 2. habet. *Cumque levaſſent procul oculos.* Cap 2. n. 12. vertit Origenes: *Videntes illum de longè.* Quomodo fieri potuit ut homo, qui omni infirmitate, ac ægritudine deformatus erat, ac maxime exanimatus, cujus facies ſic macie tabeſcebat, ut nec à proximo poſſet videri; ut eum à longè agnoverint, de ejuſque calamitate magna ſigna ediderint; erant amici & diligebant eum, amorque viſum acuebat, ut à longe ſic eum viderint, ac ſi
Origen. *Qui amant acutiſſimo viſu pollent.* prope eſſet. Orig. 3. in Job. *Merito de longe viderunt eum*, ait, *quia de longe cogitabant de eo atque de longe erant ſolliciti pro illo. Nam amicus amicum ſuum de longe videt, ſine corporis viſione, ſive animi ſinceritate cum memor ſit ejus.*

44. In ſua ſacratiſſima paſſione aſtat meus Jeſus,
Luc. 22. *Oculi tendunt in res amatas.* miniſtris obſeſſus, & tamen narrat Lucas 22. num. 61. *Et converſus Dominus reſpexit Petrum.* Cum ibi eſſet tanta miniſtrorum turba, ſolum Petrum videt, Petrum diligebat, & inde in Petrum oculi præ cæteris diriguntur, & tendunt.
D. Ambroſ. Gen. 43. Nam ut ait D. Ambr. lib. de Joſeph. c. 10. explicans illa verba Geneſ. 43. n. 29. *Attollens autem Joſeph oculos vidit Benjamin fratrem ſuum.* Aderant omnes fratres, & in ſolum Benjamin extollit oculos, utpote magis dilectum, ait Sanct. Doctor *Morale eſt ut quos diligimus, eos videamus præ cæteris, & quos animi intentio tenet, priores eos obtutus offendat oculorum.*

QUÆSTIO VIII.

Quare juxta Arnoldum, Pater reſpiciebat vulnera filii, & filius ubera Matris?

45. Arnold. *Quod Chriſti vulnera apud Patrem ubera matris negotiantur apud filium.* AIt Arnoldus Carnotenſ. tract. de verbis. Ad hoc verbum ſic ait. *Matre ſupplicante, filio interpellante, & Patre propitiante. Filius ad pectus matris, & ubera, & Pater ad filii crucem, & vulnera reſpiciebat.* Expende ultima verba. Ut Pater propitiaretur, ac dimitteret peccata totius generis humani; *ad filii crucem, & vulnera reſpiciebat.* Et Chriſtus D. ut redemptionem totius generis humani conſummaret, omniumque peccatorum veniam obtineret, *Filius ad pectus Matris, & ubera reſpiciebat.* Id enim quod crux, & vulnera Chriſti ſollicitabant erga Patrem, id pectus, & ubera matris negotiabantur cum filio, nam per manus matris omnia nos voluit Chriſtus habere: per ejus interceſſionem, & preces omnia nobis ſunt ſalutaria. Ut ait D.
Bernard. ſermon. 4. in vigilia Nativitat. *Nihil Deus nos habere voluit quod per Mariæ manus non tranſiret.* D. Bernard.

Clamat Divina ſponſa Cantic. 8. num. 1. *Quis mihi det te fratrem meum ſugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris & deoſculer te.* Foris eum exoptat, *ut deoſculer te.* Ut omni bono, ſuavitate ac dulcedine ejus fruatur, & gaudeat. Id enim per oſcula intelligitur, & ad hoc foris eum deſiderat, nonne vides Anima ſancta *quod Cain dixit ad fratrem ſuum Abel: Egrediamur foras,* &c. Et ibi eum interfecit, cur & tu ſimile non times? Cur inde foris expectas ab eo omne bonum? Volebat eum invenire foris extra civitatem in monte Calvario ſugentem ubera Matris, cum conſideratione, ac cognitione uberum Matris, *ut deoſculer te*, ut deinde ab eo obtineret omnem gratiam, favorem, ac benignitatem, Chriſtus è cruce pendens, cum videret ubera, & pectus matris omnia dona conceſſit, ac elargitus eſt. Tertullian. lib. de carne Chriſti. *Eva*, ait, *enixa eſt Diabolum parricidam. Contra Maria eum edidit, qui carnalem fratrem Iſraëlem interemptorem ſuum ſalvum quandoque faceret. In vulvam ergo Deus verbum ſuum detulit, bonum fratrem, ut memoriam mali fratris eraderet.* 46. Cantic. 8. *A cruce Chriſti omnia bona derivantur in nos per matrem.* Tertull.

Ait ſponſa ſuo dilecto, Cantic. 1. n. 7. *Indica mihi ubi paſcas, ubi cubes in meridie.* Quod Philo Carpatius refert ad horam Paſſionis, & mortis Chriſti, *id ipſum nomen meridiei refert.* Quando ab hora ſexta uſque ad nonam tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram, cum de accubitu in cruce requirat ſponſa, ſtatim ei ſuus dilectus reſpondit. *Egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum, & paſce hœdos tuos.* Ibid. n. 8. Valde mirum quod Chriſtus meridiano tempore recumbens in cruce loquens cum Matre ſua, dicat ei *Paſce hœdos tuos.* Petro dicitur Joan. 21. n. 15. *Paſce agnos meos*, & iterum *Paſce oves meas.* Oves & Agni Jeſu committuntur Petro, & Mariæ non agni, nec oves Jeſu, ſed hœdi qui ad ſiniſtram ſunt, & longiſſimè à regno Chriſti, Cur ergo non Petro, ſed Mariæ committuntur hœdi, qui peccatores denotant cum ipſa ſtaret juxta crucem. Dantur ei hœdi à filio, ut ab ipſa paſcantur, nam cum exinde ipſa conſtituta eſſet peccatorum mater, ei committuntur, ut ipſa ſua oratione, ac interceſſione, eos adducat, ac convertat, ut ex hœdis faciat agnos, & ex his, qui ſunt à ſiniſtris, tranſmutet in oves, quæ ſunt ad dexteram. Pulchrè Guiliel. Abbas apud Delrium. *Piæ Maris hœdos vocat*, ait, *non quod ipſa fecit, vel vult eſſe hœdos, qui ſtatuantur ad ſiniſtram, ſed quos magis, magiſque convertit in oves ponendos ad dexteram.* 47. Cant. 1. Philo Carp. Joan. 21. *Maria peccatorum mater, ut ipſos adducat ad Chriſtum.* Guilielm.

QUÆSTIO IX.

Quare Chriſtus D. non in cœnaculo, ſed pendens in cruce, Matrem Joanni commendat, Matrique loquitur?

PEndens meus Jeſus in cruce inter ultimos vitæ halitus, & jam ſpiritum emiſſurus tanquam in ultima ſui teſtamenti verba, 48.

cum

cum Matre loquitur. *Mulier ecce filius tuus.*
Guar. Quod ſic expendit Guarricus Abbas ſerm. 4. de
Jeſus ſummè dilexit Mariam in vita, & morte. aſſumpti. *Cæterum*, ait, *cum dilexiſſet eam Jeſus, in finem dilexit eam, ut non ſolum propter ipſam finem vivendi, verum & in ipſam finem pene faceret loquendi. Dum velut inter ultima verba teſtamenti, curam matris, cujus debitorem ſe agnoſcebat, chariſſimo tranſcribit hæredi.* Sic Jeſus Mariam dilexit in finem, ut ſicut in vita noluit eſſe ſine Maria, ſic nec ad mortem accedere, quin vel ultima ejus verba Matrem involverent, cum matreque loqueretur, ſic tanto amoris pondere Jeſus affectus ac propenſus erat in Matrem.

49. Joan. 19. De Jeſu moriente ait Joannes 19. num. 30. *Inclinato capite tradidit ſpiritum.* Cur filius Dei traditurus ſpiritum caput ad terram inclinat? Cur non magis ſuſtulit caput in cœlum, quo erat iturus; ſic & ſuis diſcipulis dicebat B. Martinus. *Jeſus propenſus & inclinatus in Mariam.* *Sinite me cœlum potius quam terram aſpicere.* Sic & noſter ſanctus Albertus *fixis in cœlum oculis efflavit animam.* Cur ergo Jeſus ſpiritum directurus in manus paternas, non in cœlum, ſed ad terram inclinat caput? Erat in terra juxta crucem Maria Mater ejus, ad cujus ulnas
Philipp. inclinatus voluit occumbere. Philippus Abbas lib 1. in Cant. cap. 25. *Vidit Jeſus ſtantes*, ait, *juxta crucem, matrem & diſcipulum, quem dilexit. Et ſuper iſtos quos Spiritus ſanctus obumbrabat, eo gratius, quo ſuavius requievit, & inclinato capite ad iſtam tradens Spiritum obdormivit.*

50. Quæſtio principaliter quare Chriſtus D. Virginem Mariam commendaverit diſcipulo pendens in cruce, ac ultima vitæ periodo, cur non potius in Jeruſalem, ſeu in cænaculo ad quid cum eſſet in cruce.

51. *Occaſio invidiæ amputanda.* Reſpondeo Primò. Ut evitarentur invidiæ occaſiones, coram aliis diſcipulis non datur virgo ſanctiſſima in matrem Joanni, nam ſi ex eo
Matth. 17. quod inventam monetam in ore piſcis, mandaverit Chriſtus Petro, *Da eis pro me, & te.* Matth. 17. num. 26. Magna orta fuit contentio, ac invidia inter Apoſtolos, ut inde interrogarent, *Quis putas major eſt in regno cœlorum*, ut ibi notat D.
Paſchaſ. Hieron. Paſchaſ. & alii, quænam ergo eſſet invidiæ contentio, ſi coram cæteris diſcipulis, ſacratiſſima Virgo inter omnes puras creaturas quid
Magna non tradenda niſi experto miniſtro. excellentiſſimum aſſignaretur diſcipulo, non fuit ergo coram aliis danda in matrem Joanni. Secundo; inde non fuit committenda diſcipulo, niſi ejus fidelitas, conſtantia, ac fortitudo manifeſtata, ut factum eſt, cum diſcipulus ſtaret juxta crucem. Res Magnæ non tradantur alicujus fidei, niſi prius ejus probitas, ac fidelitas experientia nota ſit. Vide t. 3. c. 5. q. 9. n. 65 66.

52. Tertiò. Non in cœnaculo, nec in Bethania, nec in Jeruſalem, datur ſacratiſſima virgo in Matrem Joanni Evangeliſtæ, ſed in Calvario, ac ultimo vitæ puncto, & optimè ſanè, non tam nobilis, ac excellens titulus, quod Virginis filius diceretur, non conceditur ei, niſi eo tempore, quo tali muneri inſervire debebat, eique debita
Magni tituli conferendi, quando eorum oneri ſatisfaciendum eſt. fidelitate, ac miniſterio correſpondere, cum autem ab illa hora, ac morte Chriſti inciperet Joannes, tanquam filius eſſe in Virginis miniſterio, ac obſequio, ex illa ergo hora voluit Chriſtus ut Joannes tanquam Virginis filius haberetur, ac diceretur, ut nobis fieret manifeſtum, quod ampliſſimorum titulorum ſpecioſitas, ac magnitudo non ſit conferenda alicui, niſi quando eorum oneri poſſumus ſatisfacere, illorumque ad vinculatas obligationes perſolvere.

Quando Angelus Zachariæ prænuntiavit Baptiſtæ nativitatem, ait illi *Elizabeth pariet tibi* 53.
filium, & vocabis nomen ejus Joannem. Luc. 1. n. 13. Luc. 1.
Petro etiam Chriſtus impoſuit nomen non antequam eſſet conceptus, vel natus, nec in pueritia, ſed in ſenectute cum ingrederetur Collegium Apoſtolicum. *Tu es Simon filius Jona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.* Jo. 1. n. 42. Quænam ratio poteſt eſſe ob quam Deus, qui omnia Joan. 1.
optimo jure diſponit, hos duos magnates ac intimos amicos ſuos, tam diverſo tempore nominibus inſigniverit, ſi Baptiſta nobilitatur nomine ante nativitatem, cur non etiam Petrus Apoſtolorum princeps? Deus amplas nomenclaturas non confert, niſi quando illarum oneri, ac penſioni ſatisfaciendum ſit, Baptiſtæ ante nativitatem aſſignatur Joannis nomen, quod gratiam denotat, nam adhuc ex utero Matris ſuæ replendus erat gratia, gratiæque operibus. At verò Simoni non conferrur nomen Petri, quod petra, ſeu fundamentum ſignificat, quando concipitur, ſeu naſcitur, vel adoleſcens eſt, ſed quando jam ſenex, ac collegio Apoſtolico adſcribitur, tunc enim incipiebat eſſe petram, ac Eccleſiæ fundamentum, & cum inciperet munus tanti nominis perſolvere, tunc ei Petræ nomen confertur. *Tunc nomina dantur, quando munera deſignata adimplentur.* D. Chryſ. hom. Chryſoſt.
18. in Joan. *Joanni*, ait, *cœlitus nomen impoſuit, qui enim debebant ab ineunte ætate virtute pollere, eis tunc indita ſunt nomina: qui verò ætatis progreſſu profecturi erant, poſtmodum.*

Ait Iſaïas Propheta 48. num. 1. *Audite* 54.
hæc domus Jacob, qui vocamini nomine Iſraël. Iſai. 48.
Quid ſignificant hæc ultima verba. *Qui vocamini nomine Iſraël:* facilius erat dicere. Audi Iſraël. Ad quid hac ambage utitur, qui nomine Iſraël appellamini; Iſraël idem eſt ac fortitudo, cum autem Iſraël in multa vitia prolapſus eſſet, omnino fortitudinem in Dei obſequio amiſit, inde Propheta abſolutè non dicit populum illum Iſraëlem, ſed tantùm hi, qui nomine Iſraël vocantur, qui enim advinculatæ nominis obligationi non ſatisfacit, nec illius munus adimplet, idem eſt ac quod tale nomen non habeat, nec illo inſigniri debeat. *Si homo non reſpondet, nomen illud non habet.* N. D. Cyril Alex. lib. 4. in Iſai. orat. 3. *Nomen nudum hab bant, ſed mente diſſidebant, aliis moribus, alia mente præditi.* Cyrill.

QUÆSTIO X.

Quare Joannes expreſsè de ſe non teſtatur quod erat juxta crucem, ut de mulieribus dixit, ſed tantum, quod viderit eum Jeſus ſtantem? Diſcipulum quem diligebat Jesus.

IAM in expoſitione notavi, quod Evangeliſta de ſe teſtatur, quod Jeſus eum diligebat, non verò hoc ſcribit de Matre quod eam diligebat Jeſus cum evidentiſſimum ſit, quod Jeſus ſuam matrem diligebat ſuper omnes creaturas; hujus rei rationem literalem dedi in expoſitione, nunc quandam moralem profero. 55. *Rex non attendat ad conſanguineos, ſed ad bene merentes.*
Chriſtus Jeſus pendens in cruce perſonam agebat ſupremi Regis, & inde alta Dei providentia in cruce affixus ei eſt titulus *Rex Judæorum.*

56. Non

56. Non dicatur tunc quod diligebat matrem, quod nomen eſt intimæ ac ſtrictæ conſanguinitatis, ſed quod diligebat diſcipulum, quod nomen laborem, ac moleſtiam indicat in ſequendo Magiſtrum, ejuſque mandatis adhærendo, ut nobis ſit hoc morale documentum, quod Regis amor totus non feratur in conſanguineos, ſed in eos qui ſerviunt, ac bene merentur.

57. *Magna nobilitas aliorum merita dicere, & propria tacere.* Quæſtio tamen eſt. Cur Evangeliſta de ſe expreſſe non ait, quod erat juxta crucem, ut de mulieribus narrat. *Stabant juxta crucem Jeſu Mater ejus, & Maria Cleophæ, & Maria Magdalena.* Magna animi generoſitas eſt, non propria, ſed aliorum referre obſequia. Hinc Joannes, non ſua, ſed mulierum refert aſſiſtentiam juxta crucem. Tota difficultas tamen eſt, cur Joannes non ait de ſe expreſſe, quod erat juxta crucem, ut de mulieribus dixit, ſed ſolum, quod viderit eum Jeſus ſtantem. *Cum vidiſſet ergo Jeſus matrem, & diſcipulum ſtantem.*

58. *Gratus commemorat beneficia exhibita, & tacet obſequia præſtita.* Reſpondeo, quod Joannes ut valdè magnus, ac præexcelſus animo, non commemorat obſequia, quæ præſtitit Chriſto, quod juxta crucem ſtaret, ut ejus individuus ſocius, tali tempore, ac occaſione, quando deſertus erat ab omnibus; ſed tantum commemorat, ac in medium adducit, amplum beneficium, quod Chriſtus ei contulit, dum ſuos oculos in eum defixit, *Cùm vidiſſet Jeſus diſcipulum ſtantem;* & quod ſacratiſſimam Virginem ei Matrem deputaverit *Ecce mater tua* Indeque obſequia exhibita juxta crucem præteriit, beneficia accepta à Magiſtro expreſſe refert, & evulgat.

59. Gen. 22. Multum ponderandum eſt, quod nec quando Abrahamus ex Dei mandato, Geneſ. 22 pergit ad ſacrificandum filium ſuum Iſaac, nec quando cum eo vivo regreditur à ſacrificio, aliquid Sarai uxori ſuæ indicaverit, cum tamen ſit multorum Patrum opinio, Procopii, Ruperti, & aliorum, quod ei manifeſtaverit Abrahamus, quot & quantis donis eum cumulaſſet Deus, quot & quanta ei promiſerit; *Faciamque te in gentem magnam & robuſtam, ut benedicendæ ſint in te omnes nationes terræ.* Gen. 18. num. 18. Indeque Sara tam accuratè nutrivit Iſaac, atque à domo ſua ejecit Iſmaëlem, ne pravis moribus inficeret filium ſuum Iſaac. Si ergo Abrahamus tam magnarum rerum participem fecit Saram, cur ei non aperuit mandatum de ſacrificio Iſaac, & ſi hoc noluit ei aperire, quando ad ſacrificium tendebat, poſtea verò quando cum filio vivo revertitur, cur totam rem non manifeſtavit ei, ut inde ipſa maxime lætaretur, & exultaret cum filio ſuperſtite. Cum Abrahamus eſſet multa modeſtia præditus, non evulgat obſequia quæ Deo præſtitit, ſed beneficia, quæ ab eo accepit; offerre filium ſuum unigenitum in ſacrificium Deo, magnum erat obſequium, & ideo hoc ſilentio involvit; at quod Deus tot promiſſionibus eum ſublimaret, & quod in Iſaac eſſent benedicendæ omnes gentes, ſingulare erat divinum beneficium, & ideo Abrahamus hoc narrat, & publicat.

Procop. Rupert. Gen. 18. *Narrat beneficia, tacet ſacrificium.*

60. Hanc conditionem hauſerunt Juſti, à ſupremo omnium Magiſtro Chriſto; qui ſolet tacere ſua beneficia, & commemorare noſtra obſequia. In perſona Chriſti ait Iſaias cap. 63. num. 3. *Aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea;* id eſt membra mea Cardinalis Hugo. *Sanguis eorum, id eſt Judæorum:* jam inſurgit difficultas ſanguinis, qui effuſus eſt in paſſione totus erat ſanguis Chriſti D. quomodo dicitur ſanguis eorum. In Incarnatione Divini Verbi homines hoc obſequium præſtiterunt filio Dei, ut ei miniſtrarent carnem & ſanguinem, quem ipſe ſibi hypoſtatice univit, & hic fuit ſanguis, qui à Chriſto D. in ſua paſſione eſt effuſus, quomodo ergo Chriſtus ſanguinem, quem pro nobis dedit, appellat ſanguinem illorum? *ſanguis eorum;* ut ita faceret mentionem de obſequio ab hominibus exhibito in eo quod ei miniſtraverint ſanguinem, & ſilentio involveret admirabile beneficium, quod nobis contulit, dum pro nobis tam copioſè ſuum precioſum ſanguinem effuderit. Vide quæ dixi tom. 4. cap. 5. quæſt. 10. n. 103. 104. 105.

Iſai. 63. Hugo. *Chriſtus commemorat noſtra obſequia & tacet ſua beneficia.*

QUÆSTIO XI.

Quare cum multæ fœminæ adeſſent, ſolius matris facit mentionem, eamque ſolam diſcipulo recommendat?

COMMUNE dubium excitatum à Chryſ. hom. 84. In Joan. *Cur non alterius cujuſpiam mulieris meminit, cum adeſſent? Admonens quod amplius matribus tribuendum. Ut enim cum ſpiritualia impediant, parentes nec cognoſcendi quidem ſunt: ita cum nihil impediunt, meritò omnia his ſunt tribuenda, & omnibus præferendi.* Cur aliis fœminis aliquod verbum non dixit, niſi tantum matri? quia parentes omnibus præferendi ſunt. 61. Chryſoſt.

Secundò. Pulchrè D. Ambroſ. in cap. 23. Luc. *Solus me docet Joannes, quod alii non docuerunt, pluris æſtimans, quod victor ſuppliciorum, victor Diaboli, pietatis officia dividebat, quam quod regnum cœleſte donabat, nam ſi religioſum eſt quod Latroni venia donatur, multò religioſius, quod mater honoretur à filio.* Perpende ſingula aurea verba *Quemadmodum in cruce poſitus appellaverit matrem, pluris putans.* Aderat Jeſus in cruce, ut in regali ſede, ut victor, ac triumphator Diaboli, ac tantarum pœnarum, & tunc magis erat, quod de afflicta matre, ac afflicto diſcipulo recordaretur, quam quod dividens officia pietatis latroni regnum cœlorum daret. *Quod matrem appellaverit pluris æſtimans, &c.* 62. D. Ambroſ. *Valde præclarum in triumpho de afflictis recordari.*

Solus ergo me docet Joannes, ait, *quod alii non docuerunt.* Joannes, id quod erat præſtantiſſimum in cruce attendit, ut ſcriptis mandaret, nihilque tam dignum, tam illuſtre, tam decorum, & glorioſum crucifixo invenit, quam ſollicitam illam pietatem in matrem. Inde quomodo latroni veniam dederit, omittit, narrans quanto affectu matrem honoraverit. *Nam ſi religioſum eſt, quod latroni venia donatur, multo religioſius, quod mater honoretur à filio.* 63. D. Ambr. *Religioſius quod mater honoretur, quam quod latroni detur venia.*

Profundè conſidera, quod poſtquam Joannes narrat Chriſtum Virginem diſcipulo commendaſſe, ſtatim refert, quod libato aceto dixiſſet *Conſummatum eſt, & inclinato capite tradidit ſpiritum.* Ac ſi conſummatio omnium rerum eſſet honorificentia Chriſti, ac ejus amoris affectus in ſacratiſſimam Virginem Matrem, pro qua cogitatione D. Ambr. 10. Epiſt. 79. expendens hanc Chriſti curam erga matrem. *Hoc ergo*, ait, *teſtamentum filii eſt, de matris integritate, hæc Mariæ locuples integri pudoris hæreditas, hic totius* 64. *Honorificentia Virginis matris conſummatio.*

finis conſummationis. Denique hoc dixit, & emiſit ſpiritum, conſummans omne myſterium bono fine pietatis. Conſummatur omne myſterium pietatis fine in Matrem.

65. D. Cyril. *Nulla calamitate urgente obliviſcatur de ſuis parentibus.*

Tertiò. Noſter D. Cyrill. Alexandrin. lib. 12. in Joan c. 34. *Cum igitur per legem*, ait, *ita præceperit, cumque omnis virtutis ipſe fons ſit, quodammodo non oportebat ab ipſo, & per ipſum nos diſcere; nec quando intolerabiles imminent ærumnæ, negligendos eſſe parentes.* Nulla paſſionum tempeſtas nullaque ærumnarum procella ſic afficit animum ejus, qui divino agitur ſpiritu, ut parentum obliviſcatur; unde citatus D. Cyrillus ſic ait *Providit matri, quaſi parum de magnitudine doloris curaret, & ſi acriter patiebatur.* Ac ſi ipſe eſſet liber ab omni malo, ita maternæ orbitati conſulebat.

66. Arnold. Quartò. Arnoldus Carnotenſ. tract. de ſeptem verbis; ad hoc verbum ſic ait. *Mulier*, inquit, *Chriſtus, ecce filius tuus. Præſens erat Joannes, cui dicitur, ecce mater tua. Non eſt paſſus Chriſtus, ut Judaïca rabies in ſanctuarium ſuum mitteret prophanam manum, vel aliqua infeſtatione violaretur illud templum Spiritus ſancti.* Sed nunc in verbis Arnoldi mihi inſurgit difficultas. Chriſtus pendebat, & permiſit, ut ſacrilega Judæorum rabies in templum corporis ſui manum mitteret prophanam; cur ergo tanta cura circa Matrem intentus eam Joanni commendavit, ne rabies Judaïca temerario auſu aliquid contra illud templum ſacratiſſimum matris ſuæ intentare præſumeret; & ſi de templo ſui corporis oblitus maximè de ſacratiſſima Matre recordatur; non curat de propriis injuriis vitandis, & de maternis maximè curat: ſic ſacratiſſimum templum Matris ſuæ venerandum, & colendum eſſe voluit, ut nihil indecens contra eum permiſerit rabiem Judæorum intentare.

Chriſtus maximè voluit venerari, & coli Virginem Matrem.

67. Toletus. *Nobilis ex ſua nobilitate movetur ad largienda beneficia.* Quintò. Chriſtus D. ut verus filius Dei poteſtate excellentiæ ſupra legem erat, nulli legi aſtrictus tenebatur, ſed tantum voluntariè, ac liberè in exemplum noſtrum, ut ex Ambroſ. ac aliis Patribus advertit Toletus annot. 44. Meminit de Matre non tam ex vi præcepti, ſed potius quia Jesus erat ſummè matrem diligens, & ut debitor amori Matris correſponderet, eam mirificè honorificans in magnum exemplum noſtrum: animus præexcelſus potius ducitur ſua nobilitate, ac magnitudine, quam obligationis vi ad dona impendenda, & largienda.

68. Creavit Deus terram, & præceptum impoſuit ut produceret plantas, herbas, flores; *germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen.* Geneſ. 1. n. 11. produxit plantas, & arbores, & præcepto mandavit, ut fructus darent. *Et lignum pomiferum faciens fructum juxta genus ſuum.* Creavit & Deus aquas, præcepitque eis. *Producant aquæ reptile animæ viventis, & volatile ſuper terram.* Ibidem num. 20. Creavit quoque Deus Cœlum, Solem, Lunam, Stellas, & nullum datum eſt eis mandatum. Cur etiam his non imponitur præceptum, cum ſint cauſæ univerſales, quæ neceſſariò debent concurrere ad generationem, ad conſervationem uniuſcujuſque rei ſublunaris. Terræ, aquæ, plantis, arboribus datur præceptum, nam cum ſint res humiles ac inferioris conditionis, ut aliis benefacerent, ac emolumentum afferrent, præcepto erant aſtringendæ. At verò Cœlum, Sol, Luna, Stellæ, ut illuminarent, ac benignè influerent in terrena, ſat erat eorum præexcelſa natura cum tam eminenti ſuperioritate in omnia irrorarent.

Gen. 1. *Ingenuus non præcepto, ſed ſua nobilitate movetur ad benefaciendum.*

Et hoc à fortiori jure militat in animo nobili, ſi ſe aliquo beneficio, vel amoris ſigno obligatum agnoſcit. Poſtquam Rahab meretrix in Jericho excepit exploratores Iſraël, & abſcondit, dimiſit eos, ne comprehenderentur à concivibus ſuis, detiſque mihi verum ſignum, ut ſalvetis patrem meum, & matrem, fratres, ac ſorores meas. Joſuè 2. n. 13. Meritò dubitabis, quare tantum jurejurando ſignum quærit de ſalute patris, matris, fratrum, ac ſororum, non verò de propria incolumitate aliquid agit, vel tractat. Abul. q. 51. *Petebat mercedem ſuæ miſericordiæ, quam in omni caſu indubitatam habebat.* Exploratoribus recommendat patrem, matrem, ac fratres, nihil de ſua propria ſalute agit. Agnoſcebat eos viros nobiles, & ingenuos, ac proinde quod ut eam cuſtodirent, nullum juramenti fœdus neceſſarium erat, ſed quod ad hoc abundanter eos impellebat tanti beneficii exhibiti memoria, ac recognitio. 69.

Joſue 2. Abulenſ. *Memoria beneficii abſque alia obligatione ingenium aſtringit.*

QUÆSTIO XII.

Quare cum Evangeliſta tripliciter Virginem Matrem Chriſti dicat, Chriſtus eam non Matrem, ſed mulierem vocat?

Tripliciter in præſenti Joannes Virginem Mariam Matrem Chriſti dicit 1. *Stabat juxta crucem Jeſu mater ejus* 2. *Cum vidiſſet Jeſus Matrem* 3. *Dixit matri ſuæ.* Et tamen Chriſtus eam mulierem dicit. Cur ergo Evangeliſta tripliciter matrem Chriſti vocat, cur & toties matrem dicit? 70.

Sublimis Joannes Aquila optimè agnovit, quod Chriſtus D. in ſacratiſſima Virgine diſſimulabat nomen matris, eam mulierem dicit, ut eam ipſi Joanni daret in matrem. *Mulier ecce filius tuus.* Inde Evangeliſta ut tanto Chriſti beneficio maximè gratum ſe exhiberet, eam tripliciter matrem Chriſti vocat, optimè deprehenſum habebat, nihil eſſe magis gratum, ac præjucundum Chriſto, quam eum filium Virginis Mariæ dici, ac publicari, inde ter nomine matris Chriſti repetito, tam ingenti beneficio correſpondere intendit. 71.

Chriſtus maximè gaudet filium Mariæ dici.

Quæſtio tamen principaliter requirit commune dubium; cur Chriſtus D. Virginem Mariam non dicit Matrem, ſed mulierem? Communis ſolutio eſt. Ne nomen Matris animam ſacratiſſimæ Virginis majori dolore afficeret, vehementiùſque ejus viſcera commoverentur, ut canit Noſter Baptiſta Mantuan. *Ne materna pium laceraret viſcera nomen.* 72.

Mant.

Secundò. Chriſtus nomen Matris, vel Mariæ tacet, & vocabulum mulieris profert? Forſitan in materni nominis commendationem; ardebat namque Chriſtus hominum redemptionem ſua morte conſummare: capite inclinato, morti, ut accederet, annuebat: ne ergo Mariæ nomine mors territa defugeret, mulierem dicit, Mariam tacuit. Tertiò. Pendebat Jeſus in cruce condens teſtamentum ad emolumentum totius Eccleſiæ, inde non dicit Matrem, nec Mariam, ſed mulierem, ne quis ob excellentiſſimas Virginis virtutes errando cogitaret ipſam eſſe aliquid ſupra eſſe humanum, ac muliebre, inde Chriſtus in 73.

Mariæ nomē mortem fugat.

in ſuo teſtamento apertè declarat ipſam eſſe mulierem indéque mulierem vocat. Quod docuit D. Epiphanius lib. 3. Hæreſ 97. *Quo non putarent, ait, aliqui magis eximiam eſſe ſanctam Virginem, appellavit mulierem.* Tum hoc loco, tum etiam Joan. 2. n. 4. *Quid mihi, & tibi mulier.* Hinc ab hominum ſerie texit D. Matthæus hujus magnæ Matris proſapiam, *Abraham genuit Iſaac.* Matth. 1. n. 2. Ne quis errando fœminam eſſe neget, quæ tanto virtutum, ac donorum apparatu in Dei matrem optatur.

74. Ammom. Quartò. Ammonius Alex. in harmonia Evangel. *Commendabat, ait, Jeſus Mariam Genitricem cruci vicinam Joanni diſcipulo, mulierem appellans, ne quid affectibus humanis tribuere videretur, qui Patris cœleſtis jam ageret negotium.* Erat Chriſtus in cruce agens negotium humanæ ſalutis ſibi à Patre commiſſum, inde Virginem non Matrem, ſed mulierem dicit, ubi enim Dei virtutiſque cauſa tractatur, nullus carnis affectus eſt attendendus, ſed ſolus ſpectandus eſt Deus. Dum Abrahamus diſtricto gladio vellet filium ſuum Iſaac immolare, dicitur ei de cœlo. *Ne extendas manum tuam ſuper puerum.* Gen. 22. Cur puerum dicis, & non potius filium appellas, vel ſaltem Iſaac nominas. Quando Abrahamo intimatur præceptum de ſacrificio, dicitur: *Tolle filium tuum, quem diligis Iſaac*; quando ad ſacrificium deſtinatur, dicitur Iſaac, & quando manus revocatur, ne gladio percutiatur, vocatur puer. D. Hieron. in cap 32. ſic. *Abraham Domino dexteram ſuam, dum parricidium facere non recuſat, implevit, qui filii ſui, dum illum Deo armat, oblitus eſt.* Sic Abrahamus intentus erat in divino mandato exequendo, ut Iſaac, nec ex nomine, nec ut filium agnoſceret.

Cum Dei cauſa agitur, omnis carnis affectus deponendus.

Geneſ. 22.

D. Hier.

75. Quintò Erat Jesus pendens in cruce, ut ſalvator generis humani adimplens negotium noſtræ redemptionis, inde Virginem non matrem, ſed mulierem dicit, nam dum mulieris oneri ſatisfiat non reſpiciendum eſt, nec ad carnem, nec ad ſanguinem; ſed ad injuncti officii obligationes, & ad omne quod cum eis adſtrictè advinculatum eſt, inde omiſſo particulari nomine matris, eam communi, ac univerſali vocabulo mulierem appellat.

In exequendo proprio munere omnis ſanguinis affectus abjiciendus.

76. Multum negotium eſt ſacris Expoſitoribus, modus, quo Chriſtus ſe habuit erga adoleſcentem illum cui dixit. *Sequere me.* Luc. 9. n. 59. Cui adoleſcens reſpondit, *Domine permitte mihi primum ire, & ſepelire patrem meum.* Primo aſpectu nulla petitio juſtior videri poterat, quam quod filius parentem mortuum terræ mandaret, tamen Chriſtus facultatem negans eum reprehendit dicens: *ſinite mortuos ſepelire mortuos ſuos.* Quemlibet mortuum tumulare opus miſericordiæ eſt, quanto magis filium parentem ſuum, quod ſtricti juris obligatio eſt, cur ergo talis facultas ei denegatur; talis adoleſcens eligebatur à Chriſto, ut eſſet ejus diſcipulus, ac Evangelium per totum mundum prædicaret, ſic ei dicitur. *Tu autem vade, & annuntia regnum Dei.* Et homo, qui à Chriſto deſignabatur ad publicum munus diſcipuli, ac prædicatoris, in eo omninò extinctos eſſe decebat omnes affectus carnis, ac ſanguinis, patris, ac matris. D. Ambroſ. ibi *Non paterni funeris ſepultura prohibetur, ſed neceſſitudini generis divina religionis pietas anteſertur.*

Luc. 9.

Ad proprium officium dimitte, quæ ſanguinis ſunt.

Ambr.

77. Sextò, Mulierem dicit, ut tale mulieris nomen in tot ac tantis laboribus eſſet ei ſolamen, ac ſi illi diceret. Ego cum Deus ſim, tantos cruciatus, ac anguſtias ſuſtineo, ob mala ab una muliere introducta, ergo tu cum mulier ſis ac illa, multa animi conſtantia, ac fortitudine tales dolores, ac afflictiones debes ſuſtinere, cum ante oculos habeatur, quod Deus tot ac tanta patiatur; huic cogitationi ſuffragantur Philippus Abbas, & Hugo Cardinalis.

Conſideratione Dei patientis omnis noſtra paſſio levis fit.

Cum Judæorum miniſtri vellent injicere manus, ut Chriſtum comprehenderent; ait illis: *Si ergo me quæritis, ſinite hos abire, ut impleatur ſermo, quem dixi quos dediſti mihi perdidi, ex eis quemquam.* Joann. 18. n. 8 ut enim ipſe in inimicorum manibus traderetur, res ſub inito pacto, ac conditione facienda erat, ut Apoſtoli incolumes permanerent, ne aliquis eorum perderetur. Et ſi Apoſtoli ſimul cum Chriſto vitam dediſſent, perderentur? Philipp. Abbas Epiſt. 14. *Ut igitur, ait, ſermo, quem dixerat de illis non perdendis, impleretur, ipſe pro ſalvandis illis prior elegit mori, ut poſtmodum facti fortes, idem referant Salvatori.* Noluit Chriſtus D. ut Apoſtoli ante ejus mortem occumberent, ne in diſcrimen adduceretur Apoſtolorum patientia, quæ intuitu mortis Chriſti valdè ſecura, & firma conſiſtebat; nam Apoſtoli contemplantes, quod Deus, qui immunis, ac ſuperior erat omni morte, ob eorum ſalutem mortem ſubibat, ipſi qui homines erant, & ratione primi hominis morti ſubjecti erant, multa & magna conſtantia debebant mortis cruciatus ſuſtinere; quis enim multa patientia non muniatur, conſiderans Deum patientem, ac pro ſe ipſo morientem. 78.

Joan. 18.

Philipp.

Inſpecta Chriſti morte mors noſtra ſuavis.

In hac conſideratione totus defixus erat Salomon, cum à Deo expoſtularet. *Mitte ſapientiam de cœlis ſanctis tuis, & à ſe de majeſtatis tuæ, ut mecum ſit, & mecum laboret.* Sap 9. n. 10. poſtulat Divinam ſapientiam, ut cum eo eſſet, cum eóque laboraret; loquitur de ſapientia increata, ac Verbo æterno, huic enim Sapientiæ increatæ convenit in divinis miſſio, ſapientia enim creata datur, & communicatur. Cur ergo ſapiens Rex poſtulas, ut ſapientia increata tecum ſit, & tecum laboret? Ut videns ipſe quod Deus ſecum laborabat quomodo & ipſe forti animo, ac multa patientia, non ſuſtineret, ac pateretur omnes labores? Hugo Cardinalis. *Ut ipſe videns Dominum ſuum laborantem facilius ferat laborem ſuum.* 79.

Sap. 9.

Ex Deo laborante labor fit levis.

Hugo.

QUÆSTIO XIII.

Quare Chriſtus D. pendens in cruce, Patrem dicit Patrem, Matrem verò non Matrem, ſed mulierem appellat?

CUM meus JESUS eſſet affixus in cruce clamans ait. *Pater in manus tuas commendo Spiritum meum.* Luc. 23. n. 46. Nunc vero cum matre loquitur, eam non matrem, ſed mulierem vocat; *Mulier ecce filius tuus.* Quæſtio inquirit, quænam ſit hujus rei ratio? 80.

Luc. 23.

Reſpondeo, quod Chriſtus commendans ſpiritum ſuum dicit Patrem, nec enim Chriſtus poterat Spiritum ſuum in alterius manus commendare, niſi tantùm Dei Patris; at verò cum ſacratiſſima Virgo datur Joanni in matrem; non Mariam, nec matrem ſuam dicit, ſed mulierem, ſic Deifica omnium oculis appare- 81.

bat Maria, quod non crederent mater in alio filio, qui divinæ origini non reſponderet, ac proinde cum aſſignatur in matrem Joanni, dicitur mulier, quia Joannes ut purus homo habebit mulierem in Matrem, non verò erit facile perſuaſibile Mariam Chriſti matrem, unius puri hominis matrem eſſe, cum proprius illius filius ſolus ſit Dei filius. Huic cogitationi dat lucem. D. Bernard. ſerm. 2. *Super miſſus eſt.* Sic dicens. *Porro Deum hujuſmodi decebat nativitas, qua non niſi de virgine naſceretur: talis congruebat & virgini partus, ut non pareret niſi Deum.*

De Maria non alius filius crederetur niſi Dei filius. Bernard.

82. Viſitat Maria cognatam Eliſabeth, quæ repleta Spiritu ſancto exclamat. *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.* Luc. 2. num. 42. Bene cognoſcebat Eliſabeth filium Dei conceptum eſſe in utero Mariæ, cur non ait Benedictus Filius Dei, vel benedictus Dominus meus utero tuo, hoc prædicare maximè videbatur ad excellentiam tanti fructus ſpectare. Sed profectò idem fuit dicere fructum ventris, Mariæ ac filium Dei prædicare, nec enim Marianus venter alium fructum edere valebat. Richardus de ſancto Victore lib. 2. de laudibus Mariæ, *Fructus ventris Mariæ filius Dei, nec virginea vulva alium fructum conceperit, niſi filium Dei, cui talis partus debebatur.*

Luc. 2.

De Virgine Maria ſolus Deus naſci poterat.

83. Sic Maria Deo connexa eſt, ut ſit veluti illius naturale ſignum, videntes Cœlites B. Virginem ſic ſe interrogant. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & univerſi pulveris pigmentarii.* Cant. 3. n. 6. Quid eſt quod Virgo Maria cum fumo comparatur, cum fumus quandam obſcuritatem in ſe involvat, cum ipſa ſit tota lucida, & fulgida. Unde dicitur. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit ſicut aurora conſurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol.* Quid habet charitas auroræ, Lunæ, & Solis cum denſitate fumi? Quomodo ergo Maria cum fumo comparatur? Omnia ſuam habent proportionem. Deus ignis dicitur. Deuter. 4. n. 24. *Dominus Deus tuus ignis conſumens eſt.* Et Exod 19. n. 18. In ſpecie ignis deſcendit Deus in monte Sinai. *Totus autem mons Sinai fumabat, eo quod deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne*, Deus noſter ignis eſt, & ſub igne oſtenditur, & prædicatur, hinc Maria ſummo jure ab Angelis veluti fumus prædicatur: nam ſicut fumus ſignum naturale eſt ignis, & ignem evidenter, ac naturaliter oſtendit, ſic & Maria Mater veluti virgula fumi ex aromatibus omnium virtutum veluti quoddam ſignum naturale, ac evidens eſt Dei, qui ignis eſt, vel ſub igne latet, cum quo intimam habet connexionem. D. Cyril. Alexan. Collectan. ſuper Exod. c. 17. fumum exhalantem Sinai expendens ſic ait. *Fumus autem facile innuebat arcanum Divinæ naturæ.* Quæ verba attenta mente ſunt expendenda.

Cant. 3.

Deut. 4. Exod. 19.

Virgo veluti ſignum Chriſti naturale. Cyril.

QUÆSTIO XIV.

Quare ſacratiſſima Virgo datur potius in Matrem Joanni, quam alteri Viro, vel fœminæ?

84. ANtequam ad quæſtionem veniamus præmitto hîc quod dixit Petrus Damian. ſer. 64. expendens hæc verba. *Mulier ecce filius tuus.* Sic ait, *Sicut enim dixit Matri: Hic eſt filius tuus, ita dixit diſcipulis. Hoc eſt enim corpus meum. Et tantus fuit in illis verbis effectus, ut illico panis ille, quem dabat Dominicum fieret corpus. Dixit enim omnia facta ſunt; ex quadam itaque ſimilitudine, ſi dicere audeamus, & B. Joannes non ſolum filii potitus eſt nomine, ſed propter illa verba Dominica quoddam majus neceſſitudinis ſacramentum apud B. Virg. meruit obtinere.* Hæc ſententia eſt omnino improbabilis. Et in exemplo adducto eſt multùm diſparatio. Nam verba conſecrationis in ſacra Euchariſtia dicunt veram, & realem converſionem tranſubſtantialem unius ſubſtantiæ in alteram; At vero verba hæc dicta Virgini, ac Joanni nullam inter eos efficiunt relationem phyſicam, ac realem Matris, & filii: nam hæ relationes non poſſunt dari niſi poſito fundamento, evidens eſt autem quod inter Virginem, & Joannem non datur talis relationis fundamentum, quod eſt generatio; ergo verba non ſignificant Virginem eſſe matrem Joannis, nec Joannem eſſe filium naturalem Virginis, ſed tantus his verbis impreſſus fuit à Chriſto ſingularis quidam mutuus affectus maternus, ac filialis inter Virginem & Joannem.

Damian.

Nulla eſt relatio phyſica inter Virginem, & Joannem.

Ad quæſtionem reſpondeo primò, quod cum 85.
D. Joſeph eſſet jam mortuus, & ex Apoſtolis ſolus Joannes adfuerit cruci ſua multa conſtantia ac tanta amoris demonſtratione, hunc eximium honorem, ac ſingulare beneficium promeruit dum & Virginis conſtantiam imitatur, & ſequitur. Expende verba textus. *Cum vidiſſet ergo Jeſus Matrem, & diſcipulum ſtantem quem diligebat dicit matri ſuæ. Ecce filius tuus.* Ut Jeſus Joannem Virginis filium conſtitueret, opus profectò fuit notare quandam ſimilitudinem, qua Joannes Mariæ Virgini conformaretur, ut cauſa tantæ filiationis aſſignaretur. De Maria Evangeliſta dixerat. *Stabat juxta crucem.* Ergo cum devenitur ad Joannis honorem, quo filius Dei matris conſtituitur, valdè expediens fuit, ut præmitteretur, eum pariter juxta crucem ſteтиſſe, ut hac ſimilitudine maternitatem Mariæ Joannem meruiſſe dignoſcatur ſoluſque Joannes ſua conſtantia Virginis Mariæ conſtantiam imitabatur, ſtabat Maria juxta crucem, ſtabat & ille, inde tam ſingulari privilegio dicatur.

Ex ſimilitudine conſtantiæ cum Virgine Joannes promeruit tantum honorem.

Secundò Ut Virginem Virgini commendaret. 86.
Theophylact. *Puro pura commiſſa eſt.* Idem habent Nonnius in Paraphraſi. D. Ambr. cap. 7. de Inſtit. Virgin. & Arnold. ad hoc verbum. *Unum igitur contubernium Joannis, & Mariæ Virginitas accepit, & unius moris in domo unum integritatis propoſitum, unam habitationem meretur, communemque convictum.* Morum ſimilitudo parit eundem affectum. Cum Joannes eſſet Virgo, mundiſſimus in hac ſpirituali virtute jure debuit Mariæ filius reputari, ipſa enim mater eſt Virginum, ab ipſaque Virginitas in cunctos derivatur, Galfridus apud Tilmanum in Allegoriis. *Quodammodo*, ait, *Joannes virginis matris in Virginitate filius fuit: cujus illa ſi non carnem, carnis tamen integritatem edidit, & illum ſi non hominem, tamen Virginem genuit; & quam multos hodie parit ſanctiſſima illa, fœcundiſſimaque Virginitas.* Quem ſi non carne ſaltem integritate edidit Virgo Maria. Agnoſcant Virgines Virginem Mariam eſſe matrem ſuam.

Theophil. Nonnius. Ambroſ. Arnold.

Galfrid. *Maria Virginum Mater.*

Tertiò Arnoldus Carnotenſ. tract. de ſeptem 87.
verbis ad hoc verbum, *Diſcipulus*, ait, *qui in cœna Dominica cervical ſibi in pectore magiſtri aptavit,*

Arnol.

tavit, ecce iterum alio privilegio honoratur; & poſt illud reclinatorium, in quo viderat: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, officina illa, in qua verbum caro factum eſt, diligenter à filio ei commendatur. Vices filii naturalis filius accepit adoptivus. Solus Joannes in cœna ſupra pectus Domini recubuit, ibique vidit illam æternam generationem. *In principio erat verbum.* &c. Indeque ibi præparatur; ut illi commendetur officina illa in qua verbum caro factum eſt. Ut de ſinu filii biberet Joannes cogitationem celſitudinis Mariæ, & qualiter eam debebat colere, ſoluſque ille, qui ſuper omnes creaturas evolavit uſque ad Thronum Dei contemplans ejus infinitam majeſtatem, ex quo eructavit *In principio erat verbum.* Solus hic dignus eſt, ut debito famulatu obſequia Virgini Mariæ præſtet, eamque reverenter veneretur, ac colat: cum ergo ſolus Joannes ad illam Verbi cogitationem evolaverit, inde ipſe ſolus præparatus eſt, ut Verbi officina ei committeretur.

Solus, qui cognoſcit Dei altitudinem poteſt Virginem cognoſcere, & colere.

88. Ambroſ. Quartò, D. Ambroſ. in exhortatione ad Virg. *Ideo illam, Dominus, ait, de cruce diſcipulo ſuo dilectiſſimo tradidit ſancto Joanni, qui dixit Patri, & Matri ſuæ, non novi vos. Denique vocatus à Chriſto, reliquit Patrem, Verbum ſecutus. Huic traditur Virgo, qui ſuos neſciat: huic traditur Virgo, qui ſuos non cognovit.* Cur ſolus Joannes fit cuſtos tam pretioſiſſimi theſauri? Cur ejus tutelæ tantùm committitur Virgo? Conſidera Joannis virtutes, quibus meruit tanto honore inſigniri? De ſolis filiis Zebedæi exprimitur quædam non ſolum omnium bonorum, ſed etiam carnis, ac ſanguinis cum patre abrenuntiatio, ut Chriſtum ſequerentur. *Relictis retibus, & patre ſecuti ſunt eum.* Matth. 4. n. 22. inde fit manifeſta Joannis virtus, qua hujus Divini theſauri cuſtos intelligitur: qui ob Deum reliquerit, non orphanus erit, ſed Deum, ejuſque Virginem Matrem habebit in ſuos parentes, & quia Joannes ob Chriſtum reliquit patrem, inde Deus ei providit ſacratiſſimam Virginem in matrem, quæ eſt pluſquam omnes creatos parentes, ut ejus tutela munitus nullum adverſarium timeat, ſed ſemper in virtute proficiat. *Ideo illam Dominus de cruce diſcipulo ſuo tradidit, qui dixit patri, & matri ſuæ non novi vos.* Et qui pro Deo terrena dimittit, cœleſtia recipit.

Matth. 4. *Qui pro Deo relinquit unum patrē recipit ab eo millia millium matrum.*

89. Hieron. Quintò. D. Hieron. Epiſt. ad Principiam de Marcellæ Epitaphio inquiens, *Unde, ait, & Jeſus Joannem Evangeliſtam amabat plurimum; qui propter generis nobilitatem erat notus Pontifici, & Judæorum inſidias non timebat, in tantum ut Petrum introduceret in atrium, & ſtaret ſolus Apoſtolorum ante crucem.* Hoc magnopere Joannem extulit, fecitque, quamplurimum à Domino Jeſu amari, quod cum maximè fulgeret generis nobilitate, qua de cauſa notus erat Pontifici; hoc tamen non obſtante in re tanti periculi adversùs Chriſti diſcipulos non formidavit, nec timuit, ſed imperterritus ingreſſus eſt in atrium Pontificis, ſtetitque, ut Chriſti diſcipulus ante crucem; & valdè inſignis, ac ſingularis eſt prærogativa Joannis, quod cum nobilitati illuſtris exiſteret, temporalia vitæ pericula non timuit, ſed contempſit. Prædicant Magi Jeroſolymis Regem natum. *Turbatus eſt Herodes, & omnis Hieroſolyma cum illo.* Matth. 2. n. 8 Cur potens Rex turbatur in ortu puerilis Regis D. Paſchaſ. *Turbatur Herodes*, ait, *quia Cæſar Auguſtus & ſenatus decreverunt, ne quis Rex, aut Deus diceretur ſine ipſorum conſilio. Idcirco forſan audito Regis nomine furore movetur; ne in ſe ſi vulgatum eſſet ſenatus decreta violaſſe diſcriminis ſententia verteretur.* Ubi aliquod diſcrimen temporale imminet, ſtatim reges, ac principes timore concutiuntur, ac conturbantur.

Nobiles, ac Principes inſpecto periculo trepidant.

Matth. 2. Paſchaſ.

Sextò, Theophylact. ad hæc verba. *Concredit diſcipulo*, ait, *præfecturam matris: jam papæ quomodo honorat diſcipulum, fratrem ſuum illum faciens? Uſque adeo bonum eſt ſtare apud patientem Chriſtum, nam in fraternitatem illius ducit.* 90. Theophil.
Unde Joannes ſic ſublevatur, ut & filius Mariæ dicatur, & quaſi Jeſu frater habeatur; unde illi tam inſignis honor, ſtabat cum intimo dolore, ac magna animi afflictione juxta Jeſum patientem. qui enim cum laboribus Jeſu compatitur, ejuſque laboris fit particeps, ſic evehitur, ut veluti illius fit conſanguineus ac ejuſdem generis cum illo. Ad hoc pertinet illud Pauli ad Epheſ. 1. n. 22. *Et ipſum dedit caput ſupra omnia Eccleſiæ, quæ eſt corpus ipſius.* Tota namque fidelium congregatio corpus Jeſu conſiſtit, cui tanquam membra adhærent; & quomodo homo poteſt conſtitui tanquam membrum, quod corpori Chriſti adhæreat, eo nempe ipſo, quod Jeſu doloribus, ac paſſionibus aſſimilatur, & conformatur, ex quo ſic tranſit in quandam affinitatem Jeſu, ut & corpus illius fiat. D. Chryſoſt. hom. 3. poſtquam Chriſtum clavis crucifixum conſiderat, ſic ſubdit. *Si corpus Chriſti es, fer crucem, ille enim tulit, fer purulentas, ac ſanioſas execrationes, fer alapas, fer denique clavos, Tale erat ille Domini corpus.*

Qui tribulationes cum Jeſu patitur fit veluti Jeſu conſanguineus. Epheſ. 1. Chryſoſt.

Septimò. Joannes ſingulariter pluſquam omnibus dilectus, inde datur ei Virgo in Matrem, ut in Joanne omnibus fidelibus (quos Chriſtus ſummè diligebat,) daretur Maria Virgo in Matrem. Pro quo expende modum loquendi. *Deinde dicit diſcipulo: ecce Mater tua.* Non ait; dicit Joanni, ſed diſcipulo. Inter utrumque nomen hæc eſt differentia, quod Joannes nomen eſt particulare, unius particularis perſonæ. At vero diſcipulus nomen eſt commune, nam omnes qui eo tempore Chriſto adhærebant, diſcipuli vocabantur: Utitur ergo hîc nomine communi omnibus, ut denotetur, quod ipſa Virgo Maria dabatur omnibus in Matrem. Ruffin. deſcribens Joannem ſupra Chriſti pectus accumbentem, adducens illud Gen. 49. n. 14. *Accumbens inter terminos.* Sic ait: *Requieſcet in medio fortium, ideſt in medio terræ bonæ fluentis lac, & mel, in medio ipſius requieſcunt. Quæ terra erat Jeſus fluens lac & mel, ſupra cujus pectus non ſolum Joannes, ſed in Joanne omnes diſcipuli recumbebant* 91.

Virgo datur in omnium fidelium matrem. Ruffin. Gen. 49.

De Virgine Maria dicitur, Cant. 4. n. 13. *Emiſſio es tua paradiſus malorum punicorum.* Vatabl. & alii pro emiſſionibus legunt. *Plantationes*, vel, *plantæ tuæ*; Alii *horti tui* In Virgineo utero unica fuit planta unicus filius ejus Jeſus, & tamen proùt Jeſus fuit in illa Virginea terra, jam multas fœcundiſſimas arbores producit, quod poſtea fœcundiſſimus Eccleſiæ paradiſus protulit, Gillibert. Abbas apud Delrium. *Emiſſiones fructus ſunt ex Maria emiſſi. Unicus enim fructus eſt, qui ab efficaci ſalute Jeſus dictus eſt: in uno omnium ſalvatore plurimos Maria peperit ad ſalutem, eo ipſo quod mater eſt capitis, multorum membrorum mater eſt. Mater Chriſti mater eſt membrorum Chriſti: unde etiam ab omnibus mater appellatur, & ab omnibus cultu debito, ut mater honoratur.* 92. Cantic. 4.

Virgo Mater Chriſti naturalis Mater eſt ſpiritualis fidelium. Gillibert.

93. Ait

93. Cant. 4. Ait Divinus Sponſus ad Virginem Mariam, Cant 4 n. 5. *Duo ubera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in liliis.* Virgo Mater duo habet ubera,ut cæteræ mulieres, tamen valde mirabile eſt, quod uberibus ejus dicantur duo hinnuli, duoque filii lætari; unicus & ſingularis extitit filius Mariæ. Agnus ſine macula Jeſus, qui lac ejus guſtavit,unde ergo dicuntur duo ab uberibus ejus pendere; eo ipſo quod Agnus matris ubera ſugebat, cæteros omnes, qui ſibi adhærebant,tanquam membra capiti, Virgineis favoribus repleri faciebat.Guill.citat. apud Delrium. *Porro,ait,eo ipſo quod Maria ſibi magnum illis hinnulum corporaliter genuit, duos ſibi hinnulos ſpiritualiter adoptavit. Siquidem per hoc quod facta eſt Verbi mater, mater corporalis, facta eſt membrorum ejus mater ſpiritualis.*

Lac Chriſto exhibitum patrimonium erat fidelibus.

Guillelm.

94. Apoc.12. Apparet Virgo Maria in Cœlo,de qua ait Joannes Apoc.12.n.1. *Signum magnum apparuit in cœlo mulier amicta Sole.* Et cur hæc ſolis ornatur pulchritudine, ac ſplendore, ſi pro fulgore,ac nitore majus erat dicere, mulier amicta ſtola gloriæ, ut de juſto dicitur. *Stola gloriæ veſtiet illum*, Eccl. 15. n.5 Stola gloriæ fulgentior,ac ſplendidior eſt ſuper ſolem. Cur ergo non gloria, ſed ſole amicta dicitur? ut univerſalis ejus beneficentia declaretur. Nam ſicut Sol nemini negat lucis ſuæ radios juxta illud Matth.5.n.51. *Quem Solem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos.* Sol enim omnia illuminat, fovet,& generat,ac producit: Sic Maria,quæ ſole exhibetur amicta, nemini ſuum negat patrocinium, omnibus prodeſt, omneſque ſub ſuo ſolari tegumento protegit. D. Bernard. de verbis Apoc. ait. *Quemadmodum ſol ſuper bonos, & malos indifferenter oritur; ſic ipſa quoque præterita non diſcutit merita, ſed omnibus ſeſe exorabilem, omnibus clementiſſimam præbet, omnium denique neceſſitates ampliſſimo quodam miſeratur affectu.* Vide ſequenti c.18.q.9.n.70.71.72. valde opportuna.

Eccl. 15. Matth. 5.

Maria omnia ſuo pio intuitu protegit, fovet, & creat. Bernard.

*Joan.19.n.27.*Deinde dicit diſcipulo: Ecce Mater tua, & ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuã.

VERSIONES.

Syriacus. Dixit autem diſcipulo illi: Ecce Mater tua, & ex illa hora recepit eam diſcipulus ille apud ſe.

Arabicus. Et dixit diſcipulo: Hæc eſt Mater tua, & illa in hora accepit eam apud ſe.

Pagninus. Accepit eam diſcipulus in propria.

Vatablus. Accepit eam in ſuam.

EXPOSITIO III.

95. Euthym. DEINDE *dicit diſcipulo.* Illi quem, Jeſus tantopere diligebat. *Ecce mater tua.* Euth. *Tu eris ei pro me, oportet te hujus ſicut matris habere curam.* Ac ſi diceret eſto tu ei ut filius, & pro me omnia pietatis, ac miniſterii officia ei exhibe Ex quo conſtat, & notat D.Ambr.in c 23. Luc. B Joſeph jam mortuum eſſe. Et ex illa hora incunctanter ab ipſo temporis articulo, præſtitit Joannes, quod ei mandaverat Jeſus omnia pietatis officia ſacratiſſimæ Virgini exhibens. *Accepit eam diſcipulus* Græcè additur, *ille*. In ſua id eſt ſua propria cura, adminiſtratione, ut omnia obſequio illi diligentiſſimè præſtaret.

Ambroſ.

QUÆSTIO XV.

Quomodo dicitur quod Joannes, qui nihil habebat, & omnia dimiſerat, recepit Virginem in ſua.

AIt N. D. Cyrill. Alex. lib. 12. in Ioan. c. 34. 96. Cyrill.
Commendavit Chriſtus matrem diſcipulo, ut officium filii in eam ſervaret. Matrem ſimiliter admonuit, ut parentis in diſcipulum authoritatem haberet. Amore videlicet, atque charitate, non minus illos conjungi voluit, quam ſi naturæ maxima propinquitate conjuncti eſſent. Hoc ergo ſibi commendatum Joannes adimplens.

Eximius amor inter Virginem, & Joannem.

Ait de ſe. *Et accepit eam diſcipulus in ſua*,Sic legunt Codices Græci, & Romani, Syrus, & Arabicus *apud ſe*. Pagnin. *In propria*, nempe adminiſtratione, ac cura; & in numero eorum, quorum magnam curam gerere debebat. D. Auguſt. *Suſcepit eam in non ſua prædia, quæ nulla propria poſſidebat: ſed officia, quæ propria diſpenſatione curabat.* Vatabl. & alii legunt *in ſuam*, quod ſic aliqui interpretantur in ſuam domum. Nonnius Paraphraſtice, ſic vertit. *Virginem partu felicem, convictricem habuit diſcipulus intra domum ſuam.* Beda ait. Alia littera habet *in ſuam* ſcilicet matrem, ut quidam volunt, ſed convenientius intelligitur in ſuam curam, & adminiſtrationem. Ex quo S. Joannes tendens in Epheſum ſecum duxit B. Virgin. unde in Synodo Epheſina, cap. 26. in Epiſtola Synodica habetur, quod ſacratiſſima Virgo, & S. Joannes aliquandiu coluerunt Epheſinorum Civitatem. 97.

Auguſt. Vatabl. Nonnus. Beda. Syn.Epheſ.

Secundò D. Ambroſ. in exhortatione ad Virg. 98. Ambroſ.
Quid eſt in ſua, ait, cum reliquerit patrem, & Chriſtum ſecutus ſit? Quæ ſua habebat Joannes, qui mundana ſæcularia non habebat, quia de mundo non erat? Bonus verbi ſapientiæque poſſeſſor, bonus receptor gratiæ. Audite quæ Apoſtoli à Chriſto acceperunt; accipite inquit Spiritum ſanctum. Neque enim Mater Domini migraret, niſi ad poſſeſſionem gratiæ. Joannes omnia ſua reliquerat cum Patre. Matth. 4. num. 22. Acceptoque Spiritu ſancto de ipſis primis fidelibus dicitur. *Nemo aliquid ſuum eſſe dicebat eorum quæ poſſidebat, ſed erant illic omnia communia.* Actor. 4. n. 32. Quæ ergo ſua habebant Apoſtoli niſi acceptam gratiam Spiritus ſancti. *Audite quæ Apoſtoli à Chriſto acceperunt, Accipite, inquit Spiritum ſanctum.* Joannes in ſua gratia nempe Spiritus ſancti data accepit B Virginem, ut illi debitum miniſterium exhiberet, ſolus ille, qui Spiritu ſancto repletus eſt, doniſque ejus ditatus in ſuis poteſt accipere B. Virginem, ut illi obſequium, & famulatum præſtet. *Neque enim Mater Domini migraret niſi ad poſſeſſionem gratiæ.*

Matth. 4. Actor. 4.

Qui repletus eſt gratia poteſt obſequia dare B.Virgini.

Tertiò.Idem D. Ambroſ. in Pſalm. 118. ſerm. 99. Ambroſ.
15. *Intelligendum eſt, ait, ſic diſtributum eſſe huic diſcipulo, quod opus erat, ut illic etiam B Maria tanquam Matris ejus portio poneretur.* Quod etiam habet D.Auguſtin.tract. 119. in Joan quaſi non proviſum eſſet Joanni, quod ei opus erat, niſi ei Deipara Maria attribueretur, ſine Maria jejunus, & prorſus vacuus maneret Joannes; cum Maria omnia neceſſaria habet, & ſine Maria omnium

Auguſt.

Cum Matre omnia quæ nobis opus ſunt.

nium expers erit, & qui Mariam accipit in ſua, ut ei miniſtret, & ſerviat, in hoc habet omnia ſibi neceſſaria, *Et ſic diſtributum eſſe huic diſcipulo, quod opus erat.*

100. D. Ambroſ. *Adhærens uſque ad extremum Magiſtro jus habet ad dona.* Quartò. Ad eadem Ambroſii verba. Ut illic etiam *B. Mariæ tanquam Matris ejus portio poneretur*, B. Joanni datur B. Virgo in Matrem tanquam portio ejus, & veluti hæreditatio jure ad eam cuſtodiendam pervenit, cum ad crucis ſtipitem cum Domino perſeveranter ſteterit. Poſtulat Eliſæus à Parente Elia duplicem Spiritum, cui ait Elias, *Si videris me quando tollar à te, erit tibi, quod petiſti* 4. Reg. 2. n. 10. Non ait. Do tibi, ſed *erit tibi.* Perſeveranti cum Magiſtro uſque ad diſceſſum, ac uſque ad extremum vitæ non datur, ſed quodammodo ex quodam jure donum redditur. Rupertus lib. 5. in lib. Reg. cap. 18. *Veluti ex latere meritum attigit Eliſæi, videlicet, quia perſeverando cum illo, quaſi hæreditario jure ſpiritum perciperet Magiſtri.* Perpende illud, *Quaſi hæreditario jure* perſeverando cum Magiſtro promeruit accipere Spiritum ejus.

4. Reg. 2.

Rupert.

QUÆSTIO XVI.

Quare ſicut Joannes de Virgine Matre ait, quod accepit eam diſcipulus in ſuam non dicitur etiam quod Mater accepit diſcipulum in ſuum?

101. Salmeiron. *Virgo latiſſime remunerat obſequia ſibi exhibita.* Reſpondet primò Salmeiron tom. 10. tract. 41. *Quia dubitari poterat*, ait, *an Joannes Mariam in ſua acciperet (quoniam adhuc non plena lux illuxerat, nec Spiritus ſanctus eum donis ſuis illuſtraverat) expreſſit quod magis dubium eſſe poterat, tacuit quod minus erat dubium.* Deinde aliam adhibet ipſe rationem, *Ædes præterea habebat Joannes, in quibus reciperet Deiparam: Maria vero nullas, in quibus reciperet Joannem. Sed pro illis ædibus ad tempus B. Virgo excepit Joannem in cœleſtibus manſionibus, & æternis tabernaculis, tanquam peculiarem filium ſuum.*

102. Viguer. *Virgo conſcia ſecretorum Chriſti.* Secundò Viguerius Chord. 7. cap. 146 *Accepit Joannes ex illa hora, qua Magiſtri, & Domini ſui voluntatem intellexit. Non ſic autem Virgo Mater Domini, quoniam erat gratia plenáque ſcientia, filii ſecretum ad paſſionem præſertim accommodatum, eam latere non decuit; quoniam conſentaneum eſt Jeſum, antequam pateretur, Matri aperuiſſe quicquid in cruce ſuſpenſus eſſet acturus. Magna igitur ratione de ſe ipſo dicit Evangeliſta. Ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam: non de Virgine, ut nobis certum relinqueret, Virginem ſapientiſſimam non inopinatè, ut ille pro temporis ratione ſe filium adoptaſſe, neque ex illa hora Dominum Jeſum ad optionem inſtituiſſe, ſed tantum indicaſſe ſcienti.*

103. *Joannes exprimit onus ſibi impoſitum, tacet verò honorem.* Tertiò. Dicitur, quod Joannes acceperit Virginem in matrem, non tamen exprimitur, quod Virgo acceperit eum in filium, nam quod Joannes haberet Virginem in Matrem, quid oneris, ac laboris denotabat, ut ei miniſterium, ac obſequium exhiberet tanquam matri; quod autem Virgo Maria Joannem pro filii vicibus reputaret, eximius Evangeliſtæ erat honor, ac ſplendor, & ipſe ut prudentiſſimus modeſtiæ cauſa, quod erat ſibi laboris, ac honoris adjuncti apertis litteris exprimit, quod verò honoris, ac gloriæ alto ſilentio involvit.

Annuntians Angelus Sanſonis Nativitatem, 104.
apparens matri ſuæ ait ei. *Cave ne bibas vinum, ac ſiceram, nec immundum quidquam comede: quia concipies, & paries filium, cujus non tanges caput novacula: erit enim Nazaræus Dei ab infantia ſua, & ex utero matris, & ipſe incipiet liberare Iſraël de manu Philiſthinorum.* Jud. 13. n. 4. & 5. Duo hic Angelus bonæ fœminæ dixi, & quod caveat vinum jam conſecrans Deo filium, & quod filius magna patraturus erat adversùs Philiſthæos. Quid tunc mulier? Angeli, imo Dei verbum narrat marito inquiens, quod Vir Dei apparuerit ei, qui ei dixit. *Ecce concipies & paries filium: cave ne vinum bibas, nec ſiceram, & ne aliquo veſcaris immundo. Erit enim puer Nazaræus Dei ab infantia ſua, ex utero Matris ſuæ uſque ad diem mortis ſuæ.* Ibidem n. 7. Mulier hæc dixit Marito, tacuit verò cætera, quæ Angelus ſubjunxit, ut rectè ponderat D August q. 52. in Judic. *Et quod legitur dictum*, ait, *ipſe incipiet ſalvum facere Iſraël, non eſt à muliere memoratum.* Et cur illuſtris fœmina, quæ multa fuit in explicanda abſtinentia à vino ſibi indicta, & conſecratione pueri, naſcituri pueri etiam præclara facinora, & victorias de Philiſthinis ſibi revelatas nec dixit, nec illarum videtur meminiſſe. Pia fœmina onus ſibi impoſitum, ut aliquid veritum ne manducaret in medium proponit. *Cave ne vinum bibas, nec ſiceram, & ne aliquo veſcaris immundo.* Gloriam verò & honorem ſibi provenientem ex filio qui liberaturus erat Iſraël omnino ſuppreſſit. *Et ipſe incipiet liberare Iſraël de manu Philiſtinorum* Onus adjunctum commemorat, honorem inde provenientem tacet.

Jud. 13.

D. Auguſt. *Jejunia impoſita dicit, filii honorem ſupprimit.*

QUÆSTIO XVII.

Quare auditis Chriſti verbis Virgo Maria, & Joannes non reſpondent aliquid?

Loquitur Chriſtus Matri, ac Joanni: 105.
Matri dat diſcipulum in filium ad miniſteria exhibenda *Mulier ecce filius tuus.* Diſcipulo dat Virginem in Matrem ad eum maxime condecorandum; *Ecce mater tua.* Tamen Virgo, & Joannes tacent, & Chriſti verbis nihil dicunt. *Difficultas quæſtionis*

Reſpondet primò D. Bernardus de Lament. 106.
B. Mariæ de ipſa, ac Joanne loquens: *Tacebant ambo illi martyres, & præ nimio dolore loqui non poterant.* Virginem, & Joannem appellat Martyres ſanctus Doctor ob multam pœnam, & anguſtiam, quam patiebantur, de quo infra; & præ vehementi animi dolore tacebant, & non loquebantur. Sic & amici Job cum veniſſent ad eum viſendum, *Sederunt cum eo in terra ſeptem diebus, & ſeptem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum*, c. 2. n. 13. vehementi dolore comprimebantur eo. Vide ſupra hoc lib. c. 5 n. 103.

D. Bern. *Dolor vehemens non ſinit loqui.* Job. 2.

Secundò, Virgo Mater, ac Joannes audientes 107.
Chriſti verba tacent, & nihil reſpondent, ſilentio venerantes alta ſacramenta, quæ in Chriſti verbis videbant abſcondita, magnaque myſteria, quæ in cruce meditabantur; mandavit Deus Moyſi, ut juxta arcam poneret duos Cherubim aureos. *Utrumque latus Propitiatori tegant expandentes alas, & operientes oraculum, reſpiciantque ſe mutuò verſis vultibus in propitiatorium.*

Virgo, & Joannes ſilentio venerantur myſteria.

Exod. 25. *toriam.* Exod. 25. n. 20. Erant Cherubim prope arcam tenentes propitiatorium, ubi divina beneficia pandebantur? At cur quaſi attoniti, & muti fabricantur? cur non potius ad ſimilitudinem loquentium, ac converſantium viſuntur? Cur ſolum mutuo ſe aſpicientes conſpiciuntur? Cum eſſent juxta arcam aſpicientes propitiatorium, ubi venæ divinæ pietatis manabant in homines, ideò ſilentium indicant, & oſtendunt largitatem, ac eminentiam tantæ miſericordiæ ſilentio venerantes, ac ſi ipſa divina beneficia potius ſilentio, quam verbis eſſent recolenda. Sedul. Sedulius cap. 8. lib. de templo Salomonis. *Porro*, ait, *quod Cherubin in ſanctis ſanctorum propitiatorium obumbrant magnum, & penè inſcrutabile habet myſterium, in quo diſquirendo etiam ſanctos laborare video, adeo ut nihil pene niſi ſilentium diſcamus, ſilentium inquit; quo humana fragilitas divinæ lucis celſitudine reverberabatur.* Sic & apud propitiatorium crucis ſtabant duo Cherubin Maria, & Joannes ſilentio venerantes alta myſteria, quæ à fontibus miſericordiæ largiter in homines defluebant.

108. *Et cum aperuiſſet*, ſcilicet Angelus, *ſigillum ſeptimum, factum eſt ſilentium in cœlo, quaſi media hora.* Apoc. 8. Apoc. 8. n. 1. & cur aperto ſeptimo ſigillo in cœlo, fit ſilentium ſemihoræ ex contemplatione Cœleſtium donorum, quæ hominibus communicabantur, ut interpretantur Primaſius, & Victor, fit tantum ſilentium in cœlo, ac ſi illo ſilentio venerarentur illa cœleſtia dona: Victorin. *Et partem ſilentii vidit Joannes: qui adhuc eadem viſurus erat.* Quia cœleſtia dona viſurus erat, partem ſilentii vidit Joannes, ut tanto ſilentio talia dona veneraretur. (Primaſ. Victor.)

CAPUT XVIII.

Ultima quatuor Chriſti verba in Cruce: Sacratiſſimaque ejus mors.

Matth. 27. *n.* 46. Et circa horam nonam clamavit Jeſus voce magna, dicens: Eli, Eli lamma ſabacthani? hoc eſt, Deus meus, Deus meus, quid dereliquiſti me?

VERSIONES.

Syriacus. Et circiter horam nonam exclamavit Jeſus, alta voce, & ait.

Vatablus. Mi Deus, mi Deus, cur deſeruiſti me.

Tertullian. adverſ. Prax. cap. 30. Ad quid dereliquiſti me.

D. Ambroſ. in cap. 23. *Luc.* Quare dereliquiſti me.

Pagnin. Cur dereliquiſti me.

ALTER TEXTUS.

Marc. 15. *n.* 34. Et hora nona exclamavit Jeſus voce magna dicens: Eloi, Eloi, lamma ſabacthani? Quod eſt interpretatum: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me.

EXPOSITIO I.

PRIMUM Chriſti in cruce, *Pater ignoſce illis.* Secundum fuit Latroni: *Hodie mecum eris in Paradiſo*, Tertium B. Virg. ac Joanni, *mulier ecce filius tuus*, &c. Nunc quartum verbum enarrans Evangeliſta, ait circa *horam nonam;* hoc eſt circa horam tertiam poſt meridiem, jam quaſi tribus horis de cruce pendebat. *Clamavit Jeſus voce magna.* Syriacus *alta voce.* De quo Paulus Hebræor. 5. n. 6. *Cum clamore valido, & lachrymis offerens.* Exclamavit autem voce magna jam pene emiſſurus Spiritum, ut in eo eſſe vires ſupra naturam humanam indicaret, *Eli, Eli lammaſabacthani*, Et interpres Græcus poſuit tantorum verborum interpretationem, ut notat Franciſc. Lucas, ut tantorum verborum myſterium nobis eſſet notum, *Deus meus, Deus meus.* Inter tot pœnarum cruciatus ſumma reverentia uſque ad extremum Spiritum loquitur cum Deo, ut nos ab eo diſcamus etiam in omni preſſura Deum ſummè venerari, & honorare uſque ad extremum. *Ut quid dereliquiſti me.* Seu cur, ſeu quare dereliquiſti me. Hæc verba Chriſtus dixit ut homo, non quod ſe à Deo derelictum putaret, in cujus manus paulo poſt Spiritum ſuum commendavit, ſed quod ita ſe pati videret, abſque ullo levamine, & conſolatione, quemadmodum, ac ſi ab eo derelictus fuiſſet. 1. (Syiac. Hebr. 5. Græc. Franc. Luc.)

QUÆSTIO I.

Quare Chriſtus clamavit voce magna, Eli, Eli, Lammaſabacthani, quæ verba tali idiomate ponuntur in noſtro textu?

CLAMAVIT JESUS voce, ob multiplicem rationem 1. Origenes. Vocem fuiſſe magnam, non tantum ſono vocis, ſed potius plenitudine doctrinæ, ac myſterii. Interpretatio tamen multum eſt allegorica, & non cohæret cum proprietate textus 2. Chryſoſtom. ait, quod cum tenebræ eſſent diffuſæ, clamat, ut circumſtantes agnoſcerent, eum adhuc vivere 3. Euthym. ut cruciatuum, quos patiebatur, acerbitatem declararet 4. Maldonat. Clamat voce magna, ut omnes, qui aderant, verba Pſalm. 21. *Deus Deus meus*; audientes ſe, eum eſſe intelligerent Chriſtum, de quo Pſalmus loquebatur 5. Exiſtimo voce alta ſic clamaſſe, ut ſe verum Deum ac hominem oſtenderet, nam ut homo tot patiebatur cruciatus, ut Deus ſupra humanas vires operabatur, talis enim fuit hujuſmodi clamor; in morientibus enim ſolent ſpiritus, ac vires deficere, ita ut vox ſit tenuis, exilis, aut nulla, tamen è contra hic accidit, ut intelligeretur, quod ſicut homo moriebatur, tamen ut Deus poterat ſe in vita conſervare. 2. (*Clamat Jeſus voce magna.* Orig. Euthym. Mald.)

Ad ſecundum, & principale quæſtionis. *Eli, Eli Lammaſabacthani.* Verba hæc *Eli*, Idem ſignificant, quod Deus meus, *Lamma*, Quare *Sabacthani*, dereliquiſti me. Duo priora verba Eli, Eli, Hebraica ſunt; poſteriora vero Lamma-ſabactha 3.

ſabacthani, Syriaca; ex quo pondera, quod quatuor diverſæ figuræ inſervierunt ad myſteria Calvarii. Tres titulos crucis. Hebraïca, Græca, Latina; & hic præter Hebraïca, Syriaca: per has quatuor linguas vocabantur ad Chriſtum quatuor orbis partes, cum ſuis nationibus, Hebraïca verò bis ad denotandam duritiem illius populi; qui ſemel, ac iterum, & multipliciter à Chriſto vocatus renuit venire.

Quatuor linguæ, quæ intervenerunt in myſterio crucis. Durities Judæorum.

4\.
Epiph.

Unde meritò dubitabis, cur voluerit Chriſtus D. in exordio ponere vocabula Hebraïca in fine, ac termino Syriaca. Reſpondet D. Epiphan. l. 2. contra hæreſes, hæreſi 69. *Ut confiteretur*, ait, *id dictum, de ſe dictum eſſe à Propheta, per hoc, quod Eli, Eli, dixit; quod verò reſtabat, non amplius Hebraïca lingua, ſed Syriaca proferebat. Quò ſubverteret eos qui Hebraïcam jactant: & honoraret etiam alias linguas: ad impletionem eorum, quæ de ipſo dicta ſunt. Expaſſurus enim erat jam ſui cognitionem in omnes gentes, & non in Hebræos ſolum.* Ac ſi diceret; Hæbraïcè exorſus eſt, ut illud exordium Pſalm. 22. numer. 1. *Deus, Deus meus.* Seu ut eſt in Hebræo: Eli, Eli, ſuo nomine à Propheta dictum fuiſſe oſtenderet; Syriacè verò peroravit, ut etiam alia idiomata nobilitaret. *Et honoraret etiam alias linguas.* Et ut jam inde Hebræos à ſuo colloquio arcere videretur, quia jam ad alias gentes, ac nationes ſuum dirigebat ſermonem. *Expaſſurus erat enim jam ſui cognitionem in omnes gentes, & non in Hebræos ſolum.* Et ut etiam Judæi, qui hactenus Hebraïcè loquentem non audierant; deinde Syriacis, aliiſque externis linguis loquentem non intelligant.

Pſal. 22.
Chriſtus nobilitavit alias linguas
Judæi repudiantur.

5\.
Cur verba tali idiomate ſcribuntur.

Scribuntur autem hæc verba tali idiomate in noſtro textu, ut explicetur, quare circunſtantes dixerunt. *Eliam vocat iſte.* Quia milites Ethnici, ac Romani ignari linguæ Hebraïcæ, ut notat D. Hieron D. Paſchaſ. ex nomine Hebræo *Eli*: occaſionem ſumpſerunt, dicendi *Eliam vocat*, ut hoc cap. dicam infrà expoſit. 2.

QUÆSTIO II.

Quare Chriſtus D. hanc vocem querelæ emiſit ad Patrem, Deus meus, ut quid dereliquiſti me?

6\.
Impius Calvinus refutatur.

De ſuo more venena evomit impius Calvinus, ait verba hæc eſſe Chriſti deſperantis; nam Chriſtus pro peccatis noſtris debuit ſuſtinere omnem iram divinam, ac per conſequens damnatorum pœnas, quarum una eſt deſperatio. Grandem blaſphemiam loquitur Hæreticus, nam ſi Chriſtus in cruce deſperavit, peccavit quod erat impoſſibile, quomodo dici poteſt deſperaſſe Chriſtum, qui ſtatim moriens clamavit. *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.*

7\.
Conqueritur cum inter tot tormenta nullam haberet conſolationem.

Ad quæſtionem, Prima, & communis ſolutio, dicitur Chriſtus derelictus à Deo, non quia Divinitas, ſeu unio hypoſtatica ab eo diſceſſerit, nec quia gratia, amicitia, & amor Dei ab eo fuerit ſeparatus, ſed quia ab inſtante tam dira morte eum Pater non eripiebat, & quia inter tot acerbiſſimos cruciatus, ac dolores abſque ulla conſolatione, & levamine tam in corpore, quam in anima ſecundum partem inferiorem permittebat eum vexari, & affligi. Ita D. Chryſ. D. Hier.

D. Chryſ. Hieron.

D Paſchaſ. Euthym. Theophyl. D. Thom. Albert. Magnus, & alii hic ex Greg. Nyſſen orat. 1. de Reſurrect. D. Anaſtaſ. lib. de Incarnat. D. Auguſt. tract. 47. in Joan.

Paſchaſ. Euthym. D. Thom.

8\.
Paſchaſ.

Quia verò, ut ait D. Paſchaſ. lib. 12. in Matth. *Neſcio fratres mei, ſi ullus mortalium intelligere poſſit in hoc myſterio querulæ vocis, quanta qualiave ſint ſacramenta, quæ offert.* Et Origenes ait. *Vox plena myſteriis, & doctrina.* Alias etiam interpretationes proferamus.

9\.
Euthym.

Secundò His verbis oſtendit Chriſtus acerbitatem dolorum crucis, ac paſſionis, & etiam ut ait Euthym, *Quod verè crucifixus ſit, & non phantaſticè prout multi hæretici delirarunt, neque enim niſi dolens ita clamaſſet.* Similiter Arnold. ad hoc verbum.

Arnob.

10\.

Tertiò. Sic blande conqueritur. Quare Pater ſic me mori paſſus es, quare non tranſtuliſti à me calicem, ut petivi in horto, ſed uſque ad ultimas feces haurire voluiſti? En facta eſt voluntas tua. Ita Theophylact D. Thom 1. p. q. 50 art. 2. D. Leo ſerm. 16. de Paſſione ait: *Ipſa vox eſt non exauditi.* Hac querula voce clamat ad Patrem, quare oratio à ſe facta in horto pro declinanda paſſione juxta carnis infirmitatem exaudita non eſſet in quo ſummam ſui deſpectionem, & abjectionem videtur oſtendere. Pſal. 21. n. 3. *Deus meus clamabo per diem, & non exaudies. In te ſperaverunt Patres noſtri, ſperaverunt, & liberaſti eos, ad te clamaverunt, & ſalvi facti ſunt. In te ſperaverunt, & non ſunt confuſi. Ego autem ſum vermis, & non homo.* Inde deducit ſuam extremam vilitatem, quia cum Patres clamaverint, & exauditi fuerint, ipſe verò clamans pro repellenda morte, non fuerit exauditus, ſed relinquitur mori, in quo videtur tractari, quaſi non ſit homo.

Theoph. D. Thom. D. Leo. Duriſſimum non exaudiri in petitione. Pſal. 11.

11\.

Quartò. Cum ait Chriſtus; *Eli, Eli*, hoc eſt Deus meus, Deus meus, utitur verbis Pſal. 21. n. 1. *Deus meus, Deus meus, reſpice in me, quare me dereliquiſti.* Ut oſtendat ſe eſſe illum, de quo ad literam locutus fuerat David; ut ſuperiori q. dixi ex D. Epiphan. Imo ut eſt communis interpretum ſententia totus hîc Pſal. 21. qui eſt de Paſſione, recitatus fuit à Chriſto in cruce, ut indicaret Judæis ſe eſſe verum illum Meſſiam pronunciatum à Propheta; ac proinde ob omnium ſalutem non deſcendebat de cruce.

In cruce recitatus eſt Pſalmus.

12\.
Theopyl. Origen.

Quintò. Theophyl. *Ut quid dereliquiſti me*, id eſt meum genus, meum populum Judæorum, qui ſecundum carnem mihi cognati ſunt. Sextò Origenes exiſtimat Chriſtum queri de paucitate ſalvandorum, & multitudine damnandorum, qui à fructu mortis, ac paſſionis Chriſti excluſi ſunt.

13\.
D. Ambroſ. Hilar.

Septimò. D. Ambroſ. in cap. 23. Luc. *Clamavit homo Divinitatis ſeparatione moriturus.* Et idem ferè habet D. Hilar. Hoc eſt clamavit humanitas, quia moritura ſeparanda erat à Divinitate. Certum eſt enim triduo non manſiſſe humanitatem quia nexus ille, quo corpus, & anima Chriſti. D. inter ſe vinciebantur, fuit diſſolutus; tametſi anima, & corpus ſtrictiſſimo, & ineffabili vinculo unionis hypoſtaticæ Verbo manſerint unita. Quare ergo Chriſtus in cruce pendens clamat ſe derelictum à Patre, quia proſpiciebat imminere jam corporis, & animæ unionis diſſolutionem, & qui nec verbera patiens, nec crudelem transfixionem ſuſtinens clamaverat, vocem & querelam emiſerat. *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me.* Ut hanc ſuarum partium ſeparationem prævidit, hanc

Maximè abhorret Chriſtus diviſionem, ac ſeparationem.

querelæ vocem emiſit, magis dolens de ſuarum partium ſeparatione in ſe ipſo, quam de injuriis, flagellis, & clavis, ſic tanto affectu omnem ſeparationem, ac diviſionem abhorrebat Chriſtus

14. Laurent. *Conſideratio felicitatis exaggerat dolorem calamitatis.*

Octavò. D. Laurentius Juſtinian. de Triumphali Chriſti agone, cap. 8. *Altiſſimo divinitatis conſilio*, ait, *actum eſt dum pendens clamaret: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me? Ut tota Divinæ fruitionis gloria in eo militaret ad pœnam.* Quadam pia querimonia à Patre expoſtulare videbatur Chriſtus, quare omni conſolatione, ac præſidio tam divino, quam humano ipſe veluti deſtitutus videbatur. Et quomodo. Nonne anima Chriſti Domini etiam è cruce pendens viſione beata fruebatur; Fruebatur quidem, ſed ea viſionis gloria paſſionis dolorem non minuebat, ſed augebat. Quid acerbius eſſe poterat; quam ab hominibus tanta ignominia tractari, qui à Deo tanta gloria ſublimabatur, conſideratio præſentis gloriæ, augebat profectò dolorem ignominiæ, & non minuebat in parte inferiori: conſideratio eximiæ felicitatis maximè exaggerat dolorem præſentis calamitatis.

15. Cyprian. *Lingua ſævior ac crudelior, quam omnia tormenta.*

Nono D. Cyprianus de Paſſione. *Clavis*, ait, *ſacros pedes terebrantibus, foſſiſque manibus, de vulnerum anxietate non loqueris, de ſpinis ſacrum caput pungentibus non quereris, ſed ſatagis, ut innoteſcat poſteris, quare derelictus à Deo videaris, expoſitus contumeliis, & ludibriis Judæorum.* Cur modo Chriſtus ſe dicit derelictum à Patre. Perpende ſeriem textus D. Matth. *Prætereuntes autem blaſphemabant eum moventes capita ſua, & dicentes: Vah qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædificas: Salva temetipſum: ſi filius Dei es, deſcende de cruce. Similiter & Principes Sacerdotum*, &c. Vix talia Judæi jactabant, quid ad hæc Jesus? ipſe clamans voce magna ait; *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me.* Ecce quod ſpicula, verba, ſpinæ, clavi non potuerunt, Judæorum linguæ faciunt queribundum Jeſum, non mirum; quod adeò Jesus præ omnibus aliis linguarum ſpicula ſentiat; nam quæcunque alia tela adversùs vitam armantur, at linguæ gladius in totius orbis ruinam extenditur. Tranſverberatur lancea pectus Jeſu, clavi, ſpinæ, verbera ejus corpus lacerant; at Judæorum linguæ petunt crucis deſcenſum, quo noſtræ redemptionis opus impediatur & totius orbis pereat.

Lingua totius orbis interitum machinatur.

16. Eccleſ. 10. Chaldæus. Coſta.

Dicitur Eccleſiaſtes 10. n. 12. *Labia inſipientis præcipitabant eum.* Quæ verba Chaldæus Complutenſis ſic transfert. *Labia viri ſtulti plena ſunt increpationibus; propterea conſumitur omne ſæculum*, Chaldæus Coſti ſimiliter legitur. *Labia autem inſipientis hominibus increpationem invehunt, atque adeo univerſo orbi interitum.* Sic linguæ jacula totius orbis interitum moliuntur, quo orbis aſſertor, ac defenſor maximè ſentit Jeſus.

QUÆSTIO III.

Circa hæc verba Deus meus, Deus meus, Quare dereliquiſti me *quinque quæſtiones ſolvuntur.*

17. Quæſt. 1.

QUÆRO primo. Quare Chriſtus D. potius circa horam nonam exclamavit Deus meus, Deus meus, &c. Cur hanc vocem querelæ non emiſit potius in horto vel quando comprehenſus eſt, ſeu flagellatus, ſeu affixus in cruce hora ſexta, hoc eſt meridiana, ſed circa horam nonam. 18.

Reſpondeo; ut oſtenderet gravitatem, ac acerbitatem tormentorum quæ abſque ulla conſolatione patiebatur: Chriſtus tamen maximè, tormenta ſentiebat, unde dicebat in horto. *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem.* Si ergo modo eſt in poſſeſſione ſui ardentiſſimi deſiderii, cur querelas defert ad Patrem; *Ut quid dereliquiſti me.* Clamavit Chriſtus *circa horam nonam.* Tertiam ſcilicet poſt meridiem, cum comprehenditur in horto, flagellatur, ſpinis coronatur, ſexta hora crucifigitur, adhuc multa reſtabant tormenta ſuſtinenda, at cum nona hora adeſſet, cognovit Chriſtus jam præfinitum patiendi tempus adimpleri. Ecce querelæ cauſa, non ferebat amor diem, ac horam præſcribere tormentis, ideo ergo de Patre queritur, & ſe derelictum pronunciat, cum videt ultimum terminum cruciatibus præfigi. Huc advoco D. Bernard. de verbis Iſai. 2. *Quaſi quædam enim*, ait, *derelictio fuit, ubi nulla fuit in tanta neceſſitate virtutis exhibitio.* Ubi enim in tanta neceſſitate, ac vehementi deſiderio patiendi, non fuit quædam exhibitio virtutis, ut vita non finiretur, & patiendi amplius tribueretur occaſio, *quaſi quædam derelictio fuit.* Vide hoc lib. cap. 1. n. 37.

Præ amore, cum terminus patiendi adeſt, conqueritur. Bernard.

Quæro Secundò. Quare Chriſtus hic conqueritur de Patre, & non potius de diſcipulis, à quibus deſertus eſt in horto, nam ut de eis ſcribit D. Matth. 26. n. 56. *Tunc diſcipuli relicto eo omnes fugerunt.* Reſpondeo, quod valde frequens; ac quotidianum eſt in mundo ut reprobatum, & rejectum relinquant homines; at quod Deus eum derelinquat, quando unicum, & ſingulare eſt Divinitatis elogium, quod de reprobatis, & rejectis faveat, id quaſi novum, & inauditum videbatur, unde cum Chriſtus D. maximè ſe videret dejectum, ac reprobatum inter homines, ut non tanquam homo, ſed vermis reputaretur, & nulla adeſſet divina conſolatio, inde ut quid rarum, & mirabile exclamat cur ſic derelictus eſſet. 19. Quæſt. 2.

Matth. 26. *Valdè mirum quod Deus rejectis hominibus non faveat.*

Quæro Tertiò, cum Deus multis nominibus dicitur Hebraicè *Jehova*; id eſt Deus magnus ſanctus *Elohim*, id eſt Deus Judex, cur hîc Chriſtus eum vocat *Eli?* Nam Hebraicè *El* dicitur Deus à fortitudine, ut notat hic Franciſcus Lucas; ac proinde juxta phraſim Hebraicam, *Eli*, Deus meus fortis. Et rectè Chriſtus D. appellat hic Patrem Deum fortem, quia magna fuit fortitudo Divinitatis, quod Pater filium ſuum Jeſum ſummè dilectum tot ac tantis tormentis expoſuerit abſque aliqua conſolatione, & levamine, *qui proprio filio pepercit, ſed pro nobis, omnibus tradit illum.* Rom. 8. numero 32. Et de tanta fortitudine. *Quare dereliquiſti me.* Expende *quare* per interrogationem, per modum admirationis, non quod in Chriſto fuerit admiratio, cui omnia erant intuitu, ſed in externa apparentia, ac ſecundum noſtrum modum loquendi. Ipſe increata ſapientia oſtenderit quandam ſpeciem admirationis, de ipſa Patris fortitudine erga filium tam acerba patientem. 20. Quæſt. 3.

Franc. Luc. *Magna, & mirabilis fortitudo Divinitatis, quod Pater filium cruci tradiderit.* Rom. 8.

Quæro Quartò, quare non appellat Patrem, ſed Deum? Jesus pendens in cruce, erat ſatisfaciens de toto rigore juſtitiæ, ſuo Æterno Parenti 21. Quæſt. 4.

renti tanquam ſupremo Domino, ac Judici, pro peccatis generis humani. *Quæ non rapui tunc exſolvebam.* Pſal. 68. n. 5. Cum ergo Æternus Pater ageret perſonam ſupremi Domini, ac judicis, cui Chriſtus pro noſtris peccatis ſatisfaciebat, inde eum non Patrem, ſed Deum dicit, ut nobis innoteſcat, quod ille, qui perſonam judicis tenet nullus in eo debet apparere affectus amoris, ac conſanguinitatis, unde Æternus Pater, cum judicis vices repræſentaret erga dilectiſſimum ſuum filium, non ſe oſtendit tanquam Patrem, ſed tanquam Deum, inde à filio non Pater, ſed Deus appellatur. Vidè tom. 4. cap 22. quæſt. 11. num. 76. 77. 78. & cap. 33. q. 11. n. 70. & aliis multis in locis.

Pſ. 68. *Judex ſit alienus ab omni amoris affectu.*

22. Quæſt. 5. Quæro quintò. Quare Chriſtus non ſolum dixit Deum, ſed *Deum ſuum appellat*; ſuum dicit, quem ipſe ſummè diligebat: utpotè Patrem, & à quo viciſſim præ omnibus aliis diligebatur, ut filius, in quo totam ſuam fiduciam fixam habebat, & ad hoc clarius indicandum repetit hanc vocem, repetitio enim affectionis intentionem declarat. Aliter reſpondet Arnoldus Carnotenſ. de ſeptem verbis tract. 1. *Suum dicit*, ait, *ut manifeſtum fiat, quod ille, qui ſuus eſt, in nullo ei contradicere poſſit. Deum ſuum dicit, ut nobis minime formidandum judicem intimet, quem ſicut ſuum flectere poſſit, & ad eum tutum eſſe acceſſum, quem non ut alienum appellat, ſed ſuum.* Non dicit Chriſtus Deum tantum, ſed Deum ſuum, qui enim Deus Jeſu Chriſti oſtendebatur, maximè inde erat manifeſtum, quod hominibus eſſet ſalutaris; maximéque omnibus benignus, & facilis, ad eos excipiendos, ut jam inde nullus ſit timor, quidquid enim Jesu eſt, valdè ſalubre eſt homini.

Arnold. *Quidquid à Chriſto eſt, nobis eſt ſalutare.*

23. Adducit Andreas Petrum ad Jesum. *Intuitus autem eum Jeſus, dixit: Tu es Simon filius Jonas, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.* Joan. 1. num. 42. Mutat Simonis nomen, & qui ut Præſul maximè parabatur blandus hominibus, cur à duritie petræ nomen ei imponitur, cur non potius à ſuavi, ac blando aliquo ei nomen derivatur, erat ille futurus ex chariſſimis diſcipulis, & conſtituendus erat totius Eccleſiæ Vicarius, & diſponebatur, ut eſſet maximè affabilis, ac ſuavis hominibus, inde à petra nomen accipit, petra erat unum ex attributis nominibus Jesu, inde placuit Jesu aliquid de ſuo apponere Petro, quem ordinabat, ut eſſet maximè ſalutaris, ac beneficus hominibus. Tertull. lib. 4. contra Marci. *Mutas Petro nomen*, ait, *de Simone: ſed cur Petrum? An quia, & petra, & lapis Chriſtus? Siquidem & legimus poſitum eum in lapidem offendiculi, & in petram ſcandali, itaque affectavit chariſſimo diſcipulorum de figuris ſuis peculiariter nomen communicare puto propriis quam non ſuis.*

Joan. 1. *Quod à Chriſto derivatur nobis beneficium.* Tertull.

Matth. 27. *n.* 47. Quidam autem illic ſtantes, & audientes, dicebant: Eliam vocat iſte.

VERSIONES.

Syriacus. Homines autem ex iis, qui adſtabant illic, quum audiſſent, dicebant: iſte Eliam vocat.

ALTER TEXTUS.

Marc. 15. *n.* 35. Et quidam de circunſtantibus audientes, dicebant, Eliam vocat.

EXPOSITIO. II.

QUIDAM *autem illic ſtantes*; quinam fuerint iſti maximè dubitatur. Theophylactus exiſtimat fuiſſe Judæos rudes, & imperitos ex vulgo. Probabilius verò D. Hieron. Paſchaſ. Beda, Strabus, & Euthym. fuiſſe milites Romanos nam hi acetum Chriſto porrexerunt, ut conſtat ex D. Luc. 23. n. 36 cum iſti Ethnici milites linguam Hebræam non caperent, cum audiſſent Chriſtum clamantem *Eli, Eli*, exiſtimarunt à Chriſto Eliam invocari. à Judæis enim audierant ante adventum Meſſiæ Eliam rediturum. Et ut interpres aſſignaret cauſam, ob quam circunſtantès dixerunt; *Eliam vocat iſte*, poſuit illa Hebraïca verba. *Eli, Eli.* 24.

Theoph. D. Hieron. Paſchaſ. Beda. Strabus. Euthym. Luc. 23.

Joan. 19. *n.* 28. Poſtea ſciens Jesus, quia omnia conſummata ſunt, ut conſummaretur ſcriptura, dixit, ſitio.

Num. 29. Vas ergo erat poſitum aceto plenum: illi autem ſpongiam plenam aceto, hyſſopo circunponentes, obtulerunt ori ejus.

VERSIONES.

Arabicus. n. 28. Poſt hæc vidit Jesus, quia omnia conſummata ſunt, ut adimpleretur ſcriptura, dicit: Ego ſitiens ſum.

Euthymius. Poſtea intuitus Jesus.

Syriacus. Poſtea ſciens Jesus omnia abſoluta eſſe, ut impleretur ſcriptura.

Græcus apud Franciſcum Lucam. Quia omnia jam perfecta ſunt, ut conſummaretur illa ſcriptura: dixit, ſitio.

Arabicus. n. 29. Vas autem erat illic aceto plenum, illi autem impleverunt ſpongiam aceto, & impoſuerunt eam ſuper arundinem, & obtulerunt eam ori ejus.

D. Hilar. in Pſal. 68. Et concha erat poſita aceto plena: illi igitur ſpongiam plenam aceto, & hyſſopo admiſcentes.

Pagn. Vatabl. Illi verè impleverunt ſpongiam aceto, & hyſſopo impoſitam admoverunt ori ejus.

Syriac. Illi verò impleverunt ſpongiam aceto, & impoſuerunt eam hiſſopo.

Alter Textus.

Matt. 27. *n.* 48. Et continuo currens unus ex eis acceptam ſpongiam implevit aceto, & impoſuit arundini, & dabat ei bibere.

Marc. 15. *n.* 36. Currens autem unus, & implens ſpongiam aceto, circumponenſque calamo, potum dabat ei.

Luc. 23. *n.* 26. Illudebant autem ei, & milites accedentes, & acetum offerentes.

EXPOSITIO III.

25. *Quintum Chriſti verbum.* QVINTUM Chriſti verbum explicat Joannes. *Poſtea*, Cum jam ferè tribus horis JESUS penderet in cruce, ac mors inſtaret: *Sciens Jeſus quia jam conſummata ſunt omnia:* jam nen pè perfecta, & adimpleta eſſent omnia, quæ ſcripturæ Prophetarum prædixerunt, ac Pater ſuo conſilio decreverat ab eo ante mortem eſſet ſuſtinenda. *Ut impleretur ſcriptura.* Pſal. 68. n. 22. *Et in ſiti mea potaverunt me aceto.* Ut hoc acerbum tormentum ſuſtineret, ut pro aqua refrigerante, daretur ei acetum acredine ſua ſevere, ac dire pungens *Dixit ſitio.* Verè, & realiter ſitiebat Chriſtus, quia omnem humorem cum ſanguine effuderat, ut dicam latius q. ſequenti.

26. *Dominus bis aceto potatus.* *Vas ergo erat poſitum,* Illa conjunctio illativa *ergo*, inſinuare videtur vas iſtud ex induſtria ibi fuiſſe poſitum. *Aceto plenum.* Hoc vas erat diſtinctum ab illo, ex quo Dominus ante crucifixionem potatus eſt, nam illud erat acetum felle mixtum Matth. 27. num. 34. hoc autem erat abſque felle.

27. Luc. 1. D. Luc. ſcribit, quod de ſiti Chriſti illudentes milites offerebant ei acetum. D. Matt, & Marc. ſcribunt, quod currens unus ex militibus *implens ſpongiam aceto:* nam cum Chriſtus D. eſſet elevatus in cruce non poterant ei porrigere poculum, ei apponunt ſpongiam, ut ſcilicet Chriſtus ex ſpongia exſugeret acetum. Hæc ſpongia religioſe ſervatur Romæ in Baſilica Lateranenſi. D. Matth. D. Marc. D. Matth. & impoſuit arundini, Divus Marcus; & circumponens calamo, qui idem eſt hic, ac arundo. Joannes ait in plurali. *Illi autem ſpongiam circumponentes*. unus militum ſpongiam obtulit, ut ſcribunt Matth. & Marcus, tamen quod unus facit, toti cohorti, ac militum ſocietati adſcribitur.

28. Joannes narrat: *Illi ſpongiam plenam aceto hyſſopo circumponentes*: Ad quid hic inſerviret hyſſopus, magna eſt interpretum lis. Primo D. Chryſoſt. Theoph. Euthym. D. Thom. Lyranus. Titelm. Carthuſ. Barrad. Chryſoſtomus, Theophylactus, Euthymius, & Thomas, Lyran. Titelmanus, Carthuſian. Barradas inquiunt, quod calamus, cui impoſita fuit ſpongia, erat hyſſopus; ac proinde, quod inſervierit pro virga ut admoveretur ori Chriſti; tamen hyſſopus herba eſt humillima, ut videre eſt apud Dioſcorid. lib. 3. cap. 28. Plinium lib. 26. cap. 4. 3. Reg. 4. Unde dicitur de Salomone 3 Reg. 4 numer. 33. Diſputavit *Super lignis à Cedro, quæ eſt in Libano uſque ad hyſſopum, quæ egreditur de pariete.* Sà. Tyrin. Tolet. Alii, ut Sà & Tyrinus dicunt hyſſopum fuiſſe pro ligamine, ſeu filo ad circumponendam ſpongiam arundini. Tertiò, Toletus, Antonius Eſcobar inquiunt, quod miles ſpongiam implevit aceto, & ne imbibitus liquor elaberetur, hyſſopum Eſcob. herbam ob amaritudinem ſatis funeſtam circumpoſuit, ita ut hyſſopus ſuis foliis ſpongiam compleret & involveret. Quartò alii dicunt ſuccum hyſſopo expreſſum mixtum cum aceto, ſpongia exceptum, impoſitum fuiſſe arundini. Hæc ſententia eſt de mente Divi Hilarii citati in verſionibus. Hæ duæ ultimæ ſententiæ probabiliores, de quo q 5.

QUÆSTIO IV.

Quare Jeſus, qui aquam habebat in pectore, ſic ſitibundus erat, ut pendens in cruce dicat: Sitio.

BIs JESUS in Calvario potatus eſt, ſemel ante crucifixionem, iterum verò poſt illam nunc. 29. Primo oblatus ei potus ex vino myrrhato, ſeu felle admixto, Dominus cum guſtaſſet, noluit bibere ob multas rationes, quas dedi ſupra cap. 13. quæſt. 3. Poſtea verò nunc potato aceto.

Verè, & realiter vehementiſſimè JESUS ſitiebat. 30. Exſiccata erat illa ſacratiſſima caro humido naturali effuſione totius ſanguinis conſumpto, *Verè & realiter Jeſus ſitiebat.* tum etiam quia tota nocte in vigilia tranſacta, nihil manducaverat, nec biberat à cœna pridiana, & tandem quia acerrimi cruciatus, ac dolores ingentem ſitim excitabant N. Divus Cyrillus Alexand. lib. 13 cap. 35. Cyrill. *Dolores*, ait, *innatum calorem exagitant, vel quod in profunditate eſt humidum, conſumunt, & igneis ardoribus dolentis viſcera urunt.* Ex quo fauces exſiccantur, & ardenti ſiti diſcruciantur, & tunc impletum eſt in Chriſto, quod prædictum erat à Davide Pſalm 21. numer. 16. *Aruit tanquam* Pſ. 21. *teſta virtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis.* Sicut exſiccatur teſta igne cocta, ſic virtus mea tormentis, doloribus, anguſtiis, *Exſiccat oſſa ſpiritus triſtis.* Proverb. 17. numer. 22. *Et* Prov. 17. *lingua mea adhæſit faucibus meis.* Tertullian. lib. Tertull. 4 contra Marc. cap. 92. *Agglutinata eſt gutturi meo* D Cypriau. contra Jud. c. 13 *Agglutinata eſt* Cyprian. *faucibus meis.* Ita ut lingua humidi defectu moveri non poſſet.

Chriſtum JESUM bibiſſe acetum apertè explicat D. Joannes. 31. *Cum accepiſſet Jeſus acetum.* An guſtando, vel in ſtomachum tranſmittendo dubitabis. D. Anton. 1. part. tract. de Paſſione, Anton. ait: Cum accepiſſet acetum, non quidem bibendo, ſed guſtando, eum ſequitur Titelman. Titelm. Tamen communior, & mihi verior eſt ſententia, quod Chriſtus hauſerit acetum, hoc denotat germana ſignificatio verbi *cum accepiſſet acetum.* Caëtan & alii ſequentes Divus Ambroſ. in Caëtan. cap. 23. Luc. Ambroſ. *Acetum bibitur, vinum cum felle non bibitur.*

Hanc Chriſti ſitim in ſenſu literali jam explicavimus, 32. Arnold. nunc verò in ſenſu morali, nam ut ait Arnoldus Carnotenſ. tract. de ſeptem verbis; ad *Si Chriſtus habebat aquam in pectore, quomodo ſitit.* hoc verbum: *Profluentibus de ſacro latere aquis viventibus, emanantibus de fonte uberi largis liquoribus Chriſtus ſitire ſe perhibet.* In quo magna, myſteria omnes venerantur.

Secundò. D. Auguſt. tract. 119. in Joann. 33. Auguſt. *Sitio*, ait, *tanquam diceret, hoc minus feciſtis, dare quod eſtis*

eſtis, Judæi quippè erant acetum. Hæc omnia tormenta, quæ in me inflicta ſunt à vobis, *hoc minus feciſtis.* Infundite in me omnem amaritudinem aceti, quod vos eſtis, adhuc deſidero majora, & majora tormenta. Venerabilis Abbas Ludovicus, Bloſius in explicatione Paſſ. c. 18. expendens hoc verbum *Sitio*, ſic ait, *Habuit aliam ſitim, puta amplius patiendi, atque evidentiùs ſuum nobis demonſtrandi amorem*, Et quamvis ipſe ſuſtinuiſſet alapas, flagella, ſpinas, Crucem, clavos; tamen in perſona Chriſti ſubdit cit. Author. *Nondum ſatisfactum eſt cordis mei deſiderium: amoris mei flamma nequaquam reſtincta eſt. Etenim ſi fieri poſſit, & patri meo gratum foret, vel millies ob ſalutem omnium veſtrum crucifigi optarem.* Cum jam adeſſet Tempus conſtitutum à Patre, ac terminus præfixus moriendi, ac amplius cruciatus, & dolores non patiendi, ideo in ultima vitæ periodo clamat *Sitio*, quia adhuc plura, & majora tormenta patiendi pro nobis flagrabat vehementiſſimè. Vide ſupra in hoc capite q. 3. §. Quæro Primo, & etiam l. 7. c. 5. n. 31. 32. 33. 34.

Bloſius. — *Sitiebat plura tormenta.*

34. Tertiò ſitiebat, ut ipſe optans exhauriret omnes noſtros cruciatus, dolores, & afflictiones. Cum tres pueri Hebræi eſſent miſſi in caminum ardentem. *Angelus Domini deſcendit in fornacem, & excuſſit flammam ignis.* Dan. 3. n. 49. Tertull. citandus legit. *Exhauſit flammam ignis.* Quiſnam hic eſſet, qui hominum flammas ſic optabat, ne illi pueri ab igne torquerentur, nullus alius erat niſi magni conſilii Angelus Jesus? Qui ob ſitim, quam habebat noſtratum pœnarum, flammas, ne pueris nocerent, hauriebat. Tertullian. lib. 4. contra Marci. cap. 21. *Verbum*, ait, *in fornacem deſcendens, flammam ignis exhauſit pœnas hominum ſitiens.*

Dan. 3. — *Sitit ut exhauriat noſtras pœnas.* — Tertull.

35. Quartò. Drogo Hoſtienſis de Paſſione Domini. *Domine quid ſitis?* ait, *ergo ne plus cruciat ſitis, quam crux; de cruce ſiles; & de ſiti clamas, ſitio, quid? Veſtram fidem, veſtram ſalutem, veſtrum gaudium, plus animarum veſtrarum, quam corporis mei cruciatus me tenet*, De ſuis cruciatibus tacet, ſolum de ſiti noſtrarum animarum clamat. D. Laurent. Juſtin. lib. de Agone cap. 19. *Quod Chriſtus*, ait, *Samaritanæ dixerat*, Da mihi bibere, *hoc in cruce omnibus ait, ſitio.* Et poſtea ſubdit. *Sitis hæc de ardore dilectionis, de amoris fonte, de latitudine naſcitur charitatis; ſitiebat, & dare ſe nobis deſiderabat.* Quod etiam dixit D. Auguſt. in Pſalm. 61. *In cruce poſitus*, inquit, *ſitio dixit, quamvis illi non dederunt, quod ſitiebat. Ipſos enim ille ſitiebat, at illi acetum dederunt, non vinum novum.* Sitiebat Jesus vinum novum, ut ipſos nempe Judæos ſuos interfectores, & crucifixores, eos in ſalutem adduceret.

Drogo. — *Jeſus ſitiebat hominum ſalutem.* — Laurent. — Auguſt.

36. *De torrente in via bibet*: ait Regius Vates, Pſalm. 109. num. 7. Si bibet, cur non potius de limpido, ac criſtallino fonte, vel de fluvio inundante. Sed de torrente. D. Hieron. *Torrens nunquam habet mundam aquam, ſed ſemper turbidam.* Bibi pro ſiti, ſed quam aquam de torrente turbidam nempe peccatores turbidos, & fœdatos maculis ſuorum peccatorum, de quibus magnam habet ſitim, ut eos purificet, ac ſanctificet in vitam æternam.

Pſal. 109. — D. Hieron. — *Chriſtus ſitit peccatores.*

De Chriſto Domino ait Regius Vates, Pſalm. 61. numero 5. *Cucurri in ſiti.* Et quomodo tam affectuosè, ut nonquam dicatur à ſuo curſu ceſſare, cum ad eum adorandum omnes gentes conveniant, ut merito in commentario Pſalmi adducet Divus Auguſtinus dicens. *Quid tibi deeſt ô corpus Chriſti? Impletur de te, quod prædictum eſt: adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes ſervient ei. Quid ergo ſitis? Tantis populis non ſatiaris.* Meus tamen Jesus currit in ſiti unius peccatoris fugientis, ac terga vertentis, & ſi omnes Reges terræ, & gentes ad eum veniant, ſi unus peccator ab eo fugit, ſic præ illius ſiti cucurrit, ac ſi omnium eſſet eſuriens. Unde ait citatus Auguſt. *Multos bibit, ſed nunquam erit ſine ſiti.* Cum aliqui fugiant ab eo. Vide quæ dixi ex Divo Ambroſio, & ex Divo Hilario ad illa verba Matt. 4. *Poſtea eſurit.* tom. lib. 3 cap. 3. quæſt. 9. num. 52.

Pſal. 61. — Auguſt. — *Chriſtus currit in ſiti unius peccatoris.*

QUÆSTIO V.

Quare acetum circumpoſitum hyſſopo datur Chriſto Domino.

Ait Joannes ſpongiam aceto plenam, hyſſopo circumponentes, de quo multa dixi in expoſitione, ubi varias ſententias retuli, hîc tamen adverto juxta Columellam lib. 12. cap. 35. & Plinium lib. 14. cap. 16. quod hyſſopus ſolebat ad vinum, ſeu acetum adhiberi, nam ut tradit Galenus hyſſopum vino admixtam, exanimatis vires, ac animum reddere animique deliquium expellere. Vide Dioſcorid libro tertio capit. 26. Joann. Ruellium lib. 3. de ſtirpibus capite 24. Dodonæum, Pemptade 1. lib. 4. cap. 19. Ac proinde ut mihi eſt conjectura ex his antiqua erat conſuetudo, ut crucifixis, ſeu damnatis daretur vinum miſſum in ſpongia, quæ circumligata erat foliis hyſſopi, ut ſi aliquid vini ex ſpongia difflueret, ac diſtillaretur, hyſſopi faſciculo exciperetur, ut ita crucifixus tam hyſſopi, quam vini ſuccum ex ſpongia ſugeret, ut ita animum, vireſque reciperet, quod videtur deſumi ex loco Proverb. Salomon, ut ſtatim dicam Chriſto vero pro vino datum eſt acetum, ut jam explico. 37.

Colum. — Plinius. — Galenus. — Dioſcor. — Ruell. — Dodon. — *In ſpongia vini erat hyſſopus ad recuperandas vires.*

Quæſtio principaliter inquirit quare Chriſto Domino datum eſt acetum? Reſpondeo primò, & hæc eſt germana ratio ad litteram, quod datum eſt acetum per illuſionem, ac irriſionem, ut expreſſe ait Divus Lucas. *Illudebant autem ei, & milites accedentes, & acetum offerentes ei.* Si ex conſuetudine eſſet dare acetum damnatis, non diceret Evangeliſta; *Illudebant ei.* Sed cum ex more in ſpongia circundata foliis hyſſopi, daretur vinum crucifixis, milites ut placerent Judæis Chriſto infenſis, pro vino miſerunt in ſpongia acetum, Lyran. ad cap. 27. Matth. num. 34. Sic ait adducens illud Salomonis. *Date ſiceram mœrentibus, & vinum his, qui amaro ſunt animo.* Proverb. 31. num. 6. ſic ait: *Ideo ex occaſione hujus verbi, ſeniores Judæorum ſtatuerunt ut condemnatis ad mortem, daretur vinum aromaticum ad bibendum, ut facilius tolerarent paſſionem, in Jeruſalem autem erant Matronæ devotæ, quæ hoc vinum ex devotione procurabant; ſed Judæi tale vinum datum pro Chriſto, & aliis duobus acceperunt ſibi, & loco ejus poſuerunt acetum.* 38.

Luc. — *Ut illuderent dant acetum.* — Lyranus. — Prov. 31.

Secundò. Pro magno cruciatu in ſiti Domini, non dant dulcem, ac ſuavem potum, ſed valde acrem, & acerbum, ut maxime Dominum torquerent, & ut ejus ſitim non extinguerent, ſed augerent nam 39.

Judæorum ſævitia.

nam acetum licèt in exordio videatur ſitim minuere, mox tamen maximè accreſcere facit, quia cum valdè ſiccum ſit vehementer deſiccat.

40. Baron. Tertiò Baron. tom. 1. anno Chriſti.34.n.1626. Exiſtimat acetum datum fuiſſe Chriſto, ut ſanguinem reſtringeret, ac à profluvio ſiſteret, ſtomachumque cum cæteris membris roboraret, ut cum Chriſtus diutius conſervaretur in vita, vehementior, ac longior eſſet ejus cruciatus. E contra verò quartò Theophylactus, Caëtan. Janſenius, Tolet. Emmanuel Sà, Franciſcus Lucas, Barradas, & alii aſtruunt acetum fuiſſe Chriſto porrectum, ut mors ejus acceleraretur, idque factum fuiſſe à cuſtodibus fameſcentibus jam hora nona, ut ad domos ſuas convenirent ad prandium; nam inquiunt, acetum ſua malignitate magnam vim habet penetrandi, ut ſanguis citiùs è vulneribus, ac plagis inſtilletur.

Theophyl. Caëtan. Janſen. Tolet. Sà. Franc. Luc. Barrad.

41. Auguſt. *Quilibet dat ſecundum id, quod eſt.* Quintò Divus Auguſt. tract. 119. *Date,* ait, *quod eſtis Judæi; quippe erant acetum degenerantes à vino Patriarchârum, & Prophetarum, & tanquam vas plenum aceto, habentes, ſcilicet cor plenum iniquitate, & velut ſpongiam cavernoſis, & tortuoſis latibulis fraudulentum.* Unuſquiſque dat id, quod habet, cum Judæi eſſent acerbum acetum, Chriſto D. acetum dant, & porrigunt.

Origen. Origenes lib 7. contra Celſum. *Semper veritatis inſidiatores fel ſuæ malitiæ, & acetum proclivitatis ad malum offerunt Domino Deo ſuo.*

42. D. Cyril. Sextò D. Cyrill. Alexandrinus, lib. 12. cap. 35. *Inter cætera igitur,* ait, *quæ crudeliter in Chriſtum facta ſunt, hoc quoque poculum judicamus. Ex quo non parum utilitatis conſequi poſſumus. Diſcimus enim hinc non poſſe ſatiari adverſariorum animos in perſequendis amicis Chriſti, ſed uſque ad ultimum ſpiritum magnum undique tentationum commovent æſtum.* Erat meus Jesus pendens in cruce ferè mille tormentis, ac doloribus jam penè confectis, & ultimum ſpiritum agens, unde tanta ferocitas in hominibus crederetur, ut pro ſuavi, ac dulci aqua miniſtrarent acre acetum. Cur non miſeremini, ut ſitibundo parum aquæ præberetis? Cur tantis tormentis inflictis non lenteſcit veſtri cordis rigor? Neſciunt miteſcere Chriſti hoſtes, nec in ſua rabie ſiſtere, ſed in perſequendis Dei amicis nova ſemper meditantur, nec jamjam ultimum ſpiritum agentibus parcunt, imò nec erga mortuos Dei ſervos eorum furor moritur, ac quieſcit.

Chriſti hoſtes neſciunt ſuam crudelitatem terminare.

43. Pſal. 78. *Hoſtium crudelitas nec finita vita exhauritur.* Valdè admirans ait David Pſalm. 78. num. 2. *Poſuerunt morticina ſervorum tuorum eſcas volatilibus cœli, carnes ſanctorum tuorum beſtiis terræ,* Morte extincti erant Dei ſervi, & tamen rabies inimicorum non extinguitur, nec ablata furoris materia, quæ erat vita juſtorum, qui eis adverſabantur, eorum crudelitas lenteſcit, ſed adhuc novis inceenditur flammis novâque machinatur.

Euſeb. Euſebius Gallican. homil. de ſancta Blandina, ſic ait: *Id elaborabat jus iniquitatis, ut ſe ipſum ſcelerum novitate ſuperaret. Sacra corpora funeris honore privantes ignibus dabant, & poſt hominum mortem contra ipſam pugnabant humanitatem Et cum jam cauſa periiſſet furoris, finem non ponebant crudelitati.* Expende ultima verba. *Cum cauſa periiſſet furoris, finem non ponebant crudelitati.*

Matth. 27. *n*. 49. Cæteri verò dicebant ſine videamus, an veniat Elias liberans eum.

VERSIONES.

Syriacus. Reliqui verò dicebant: ſinite videamus, an veniat Elias, ut redimat eum.

Theophylact. Liberaturus eum.

Vatablus. An veniat Elias ſervaturus eum.

Alter Textus.

Marc. 15. *n.* 36. Potum dabat ei dicens: Sinite videamus, ſi veniat Elias ad deponendum eum.

EXPOSITIO. IV.

A Marco aliquantulum videtur diſſentire Matthæus. Nam D. Matthæus ait unum ex illis acetum dediſſe Chriſto, cæteros vero dixiſſe: *Sine videamus an veniat Elias.* Marcus verò ait unum ex illis potum dediſſe Domino, eundémque dixiſſe, *Sinite videamus an veniat Elias;* Tamen nulla eſt diſſenſio inter D. Matthæum, & Marcum; utrumque verum eſt; poſtquam enim Chriſtus dixit *Eli, Eli,* &c. Et ſtatim etiam dixit, *ſitio*, unus accurrens acetum offerebat ei, reliquis dicens, *ſinite illum*, nihil illi mali inferatis. Videamus an veniat Elias, ut eum de cruce deponat, ut ſcribit D. Marcus. Tunc verò cæteri idem repeterunt dicentes, Tu quoque ſine videamus, an veniat Elias, ut narrat D. Matthæus. Ita interpretatur Theophylact. in Matth. *Acetum,* ait, *Chriſto in potum dabant, ut moreretur priuſquam veniret Elias: unde alii dicunt, ſine videamus, an veniat Elias, hoc eſt, ſine eum, ne facias mori ut ſciamus, an juvetur ab Elia.* 44. *Concordia Evangeliſtarum.* Theoph.

Joan. 19. *n.* 30. Cùm autem accepiſſet Jesus acetum, dixit conſummatum eſt.

VERSIONES.

Syriac. Cùm autem accepiſſet illud acetum Jesus, dixit eſſe conſummatum.

D. Proſper. de Promiſſ. Dei part. 3. *promiſſ.* 24. Cùm accepiſſet Jesus acetum plenum felle.

D. Aug. in Pſal. 86. Dixit perfectum eſt.

EXPOSITIO V.

Sextum Chriſti verbum in cruce. Notat D. Joan. quod *Sciens Jeſus, quia omnia conſummata ſunt, ut conſummaretur ſcriptura, dixit ſitio.* Videns Jesus, quod omnia, quæ de eo erant ſcripta jam eſſent adimpleta, & quod tantùm reſtabat, ut acetum potaret; ſcriptum erat de eo. *In ſiti mea potaverunt me aceto.* Cum ergo illud hauſiſſet, nec enim parvulas guttulas aceti præterire voluit; dixit: *Conſummatum eſt.* Id eſt omnia tormenta, omniáque myſteria, quæ Pater ſuo æterno decreto prædefinivit à me ſuſtinenda ac peragenda, & Prophetæ prædixerunt jam ſunt adimpleta; ſolum ergo reſtat, ut morte mea, reatum mortis, quam Adamus peccando introduxit, 45. *Sextum Chriſti verbum.*

duxit,

duxit, expurgem, ac expiem hominéſque in æternam vitam reſtituam.

QUÆSTIO VI.

Quare Chriſtus clara voce dixit. Conſummatum eſt?

46. *Completa omnia.* D. Auguſt. AIt Chriſtus *Conſummatum eſt*, id eſt quidquid ſcriptura prædixit, & Pater decrevit à me agendum in hac mortali vita, ante mortem, à me jam perfectum & abſolutum eſt D. Auguſt. tract. 119. in Joan. *Conſummatum eſt*, ait, *quid niſi quod Propheta tanto ante tempore prædixerat? Deinde quia nihil remanſerat, quod antequam moreretur, fieri adhuc oporteret.* Theoph. Theophyl. *Hæc ſcilicet Prophetia cum aliis impleta eſt, nihil ſupereſt, omnia conſummata ſunt.* Sícque de Chriſto paſſim loquitur ſcriptura Act. 13. Act. 13. n. 29. *Cumque conſummaſſet omnia*, &c. Unde Paulus appellat Hebr. 12. eum conſummatorem Hebr. 12. n. 2. *Aſpicientes in Auctorem fidei, & conſummatorem Jeſum.*

47. *Solvitur objectio.* Dices. Quomodo Chriſtus ait conſummata eſſe omnia, cum mors omnium præcipuum adhuc eſſet obeunda. Reſpondeo quod Chriſtus loquitur imminente morte. De his, quæ ab eo facienda erant ante mortem, ac ſi diceret, impletum eſt, quidquid à me agendum eſt in hac vita pro hominum ſalute, nihil reſtat niſi ipſa mors, tempus eſt jam ut moriar, non eſt opus diutiùs vivere.

48. D. Chryſoſt. Secundò D. Chryſoſt. hom. 84. *Ubique demonſtrare admittitur novam hanc mortem fuiſſe, ſiquidem in poteſtate morientis erat, ne priuſquam ipſe vellet, & omnia impleta eſſent, moreretur.* Theoph. Theophylact. *Non prius, ait, mors corpus ejus invaſit, quam ipſe voluit, voluit autem cum compleſſet omnia.* *Mortuus eſt cum voluit.* Híſque verbis apertè denotatur, quod tunc mortuus eſt, cum voluit, & quod mori noluerit, antequam omnia eſſent adimpleta, voluit autem mori, mox ut omnia fuerunt adimpleta; tunc D. Auguſt. decrevit Spiritum tradere. Quod etiam ait D Auguſtin. lib. 3 de conſenſ. Evangel. c. 18. *Ut perfectum in illo eſſet, quod de illo prophetatum erat, qui utique cum vellet, moreretur.*

49. D. Paſchaſ. Tertiò D. Paſch. lib. 12. in Matth. *Conſummata omnia, ait, quæ Pater mandaverat.* Quo declaravit *Summa obedientia erga patrem.* ſummam obedientiam erga Patrem, qua æquanimiter elegit ferre, quidquid Pater diſpoſuerat, & ordinaverat uſque ad mortem, mortem autem crucis, ut antequam omnia eſſent conſummata, noluerit ultimum diem obire

50. D. Iſid. Quartò D. Iſidor. lib. 2. Different. lit. P. notat quod dixit Chriſtus, *Conſummatum eſt*, & non perfectum eſt, nam inter utrumque eſt differentia, ait citat. Doctor. *Quod perfectum eſt, cui jam addi nihil poteſt, conſummatum verò eſt quodlibet opus in finem deductum.* *Chriſti amori omnia videbantur pauca.* Magnum inter unum, & alterum eſt diſcrimen. Nam perfectum eſt, cui nihil jam addi poteſt. Conſummatum verò, quamvis ſit ad fidem deductum poteſt admittere aliquid perfectionis, vel augendo, ſeu addendo. Inde Chriſtus D. opus noſtræ redemptionis dicit conſummatum, & non perfectum, nam tam vehemens eſt ejus amor, ardénſque ejus charitas erga hominem, quem ſumme diligit, ut non videatur totum exhibitum, quod meus amor poſtulat, ac exoptat.

51. Coloſſ. 1. Ait Paulus ad Coloſſenſ. 1. numer. 24. *Adimpleo ea, quæ deſunt paſſioni Chriſti in carne mea.* Pro verbo *Adimpleo* Syriac. legit, Suppleo. Quid Syriac. dicis Doctor gentium? in paſſione Chriſti nihil deeſſe potuit, nam ut ait Regius Vates Pſal. 123. *Copioſa apud eum redemptio.* Quomodo ergo magnus Doctor ait *Adimpleo* ſeu *ſuppleo* Chryſoſt. ingenioſè, & acutè explicat prædicta Pauli verba. Chryſoſt. *Adimpleo ea quæ deſunt paſſioni Chriſti in carne mea.* Sic ait ſanctus Doctor *Adeo nos diligit Chriſtus ut tanquam non ſufficiant priores paſſiones, & afflictiones, poſt mortem etiam patiantur in meo corpore, non enim contentus eſt morte, ſed adhuc innumerabilia facit.* Adeò ardenter nos Chriſtus *Amor Chriſti adhuc deſiderat plura pati.* amat, ut ejus amor non fuerit ſatiatus crudeli, ac acerba morte, quam ſuſtinuit; ſed adhuc in ſuis membris, ac à dilectis Petro, Andrea, ac Joanne multa denuò patitur, *non enim contentus eſt morte, ſed adhuc innumerabilia facit.* Et cur meus Jeſus poſt tam duram & crudelem mortem ſuam, adhuc in ſuis membris tanta vult pati, & ſuſtinere. Theoph. Theoph. ibi. *Quod exiſtimet nondum eum paſſum, quod debuerit.* Infinitus Chriſti amor cum tam acerba pertulerit, adhuc in carne, ac corpore Pauli, ac ſuorum electorum vult tormenta ſufferre. *Quod exiſtimet nondum paſſum, quod debuerit.*

Joan. 24. n. 46. Et clamans voce magna Jeſus ait: Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Et hæc dicens expiravit.

VERSIONES.

Syriacus. Et clamavit Jeſus alta voce, dixítque Pater mi, in manus tuas depono Spiritum meum: hoc dixit, tradidit Spiritum.

D. Greg. Nyſſen. Pater tibi in manus tuas commendo Spiritum meum.

Vatabl. Franc. Luc. Deponam Spiritum meum.

Arabicus. Depono Spiritum meum, & cum hoc dixiſſet.

ALTER TEXTUS.

Matth. 27. n. 50. Jeſus autem iterum clamans voce magna emiſit Spiritum.

Marc. 15. n. 37. Jeſus autem emiſſa voce magna expiravit.

Joan. 19. n. 31. Inclinato capite tradidit Spiritum.

EXPOSITIO VI.

52. *Septimum Chriſti verbum.* SEptimum Chriſti verbum narrat D. Luc. *Clamans voce magna Jeſus.* Magna fuit hæc vox ex magno orandi affectu. *Pater.* Patrem dicit. mortem amplectens in confeſſione ejus, quod ſe Dei filium dixerat, & ut etiam oſtenderet, quanta fiducia erga Deum ferebatur, quem in ultimo ſpiritu Deum ſuum dicebat. *Clamavit voce magna, ut omnes audirent, omnéſque ſcirent, quod ad extremum uſque ſpiritum, Patrem Deum appellaret, & univerſa in eo referret, nec eſſet ei contrarius*, ait Euthym. Euthym. *In manus tuas*; per manus

Arabic. Græcus. Hebraicus. intelligit curam, tutelam Divinæ bonitatis, potentiæ, ac providentiæ. *Commendo*, Arabicus, & alii legunt. *Depono.* Ex quo à radice Græca ac Hebraica deducitur depoſitum, ut ſcilicet tanquam depoſitum illud mihi cuſtodias, & ſuo tempore reſtituas, *Spiritum meum*; id eſt meam animam, quam à corpore meo emitto. Verba

Pſal. 6. hæc ſunt Pſalm. 6. n. 6. Quæ David tam in ſua, quam in Chriſti perſona dixit.

53. Et inclinato capite ait Joannes, quem uſque modo ſimul cum corde erectum habebat ad Patrem, moriens tamen Chriſtus inclinat caput, oſtendens ſuam obedientiam ac reverentiam erga Patrem, & quod voluntarie animam efflabat, ut dicam quæſt. 9. tradidit Spiritum in manus Dei Patris D. Ambroſ. lib. 10. in Lucam. *Bene tradidit*, ait, *qui non invitus amiſit.* Omnes Evangeliſtæ Chriſti mortem exprimunt, extitit enim ipſa totius noſtræ ſalutis fons, ac origo.

QUÆSTIO VII.

Quare Chriſtus D. clamans dixit Pater in manus tuas commendo Spiritum meum?

54. D. Nyſſen. LUCULENTER D. Gregor. Nyſſen. in Catena Græca D. Luc. explicat hæc verba. *Si quæris*,

Iſai. 49. ait, *quomodo in paradiſo ſe Patris manibus commendarit, tibi ſublimius Iſaias reſpondebit*, c. 49. n. 16. *De cœleſti Jeruſalem, tanquam nihil aliud, niſi paradiſum eſſe credimus ex Dei perſona: Deſcripſi muros inquiens tuos in manibus meis. Quare ſi Jeruſalem, hoc eſt paradiſus in manibus Patris deſcripta eſt, conſtat eum, qui in paradiſo ſit, in Patris manibus, in quibus deſcriptionem habet*

A Patris manibus omnis ſecuritas ac tranquillitas. *Divina Civitas, commorari.* Cum enim juxta Prophetam cœleſtis Jeruſalem deſcripta ſit in manibus Patris, Chriſtus ſe manibus Patris commendaverit, ſtatim intelligitur in eo compleri omnem felicitatem, ſecuritatem, ac tranquillitatem Paradiſi; Divina enim manus ſuis prætendit refugium ac tanquillitatem paradiſi, ac totius jucunditatis, ac felicitatis.

55. D. Hieron. Secundò. D. Hieron. in Pſalm. 30. verſ. 6 In manus tuas commendo Spiritum meum. *Hoc eſt*, ait,

Cur fideles in mortis articulo hæc verba dicūt. *in poteſtatem tuam commendo animam meam. Hoc exemplum accepit Eccleſia à Chriſto. Hoc & S. Stephanus fecit. Hoc & ſancti orant, quando exeunt de corpore. Hoc in cruce poſitus Dominus dixit quod in Patris manibus Spiritum commendaverit, cito cum ipſo reſuſcitante ſumpturus.* Hinc hæc verba fideles recitant in mortis articulo, quo fatentur: Primo animam ſuam non à parentibus, ſed à ſolo Deo recipi, indeque eandem ſuo creatori reddunt. 2. Fatentur animæ immortalitatem, eam nempe poſt mortem vivere. 3. Carnis reſurrectionem, indeque ipſam Deo commendant ut tanquam depoſitum ſervet, & in reſurrectione iterum corpori noſtro reſtituat. Tandem ut in ultimo mortis agone, quem cum Dæmone ſubimus, nos protegat ac cuſtodiat.

56. Rupert. Tertiò. Rupertus lib. 2. de operibus Spiritus ſancti lib. 1. de Sapientia cap. 19. *Qui ſic tradidit*

Ut Divinus Spiritus in homines deſcendat. *Spiritum ſuum, ecce omnibus filiis regenerationis ſuæ acquiſivit Paraclitum Spiritum ſanctum. Alias niſi Spiritum ſuum, hic homo tradidiſſet, Spiritus Paracletus non veniret.* Præmiſit Jeſus Spiritum ſuum in manu Dei Patris, ut ſic illas paternas manus benignas redderet, ut dona Divini Spiritus in remiſſionem peccatorum in homines defunderentur.

Quartò D. Anſelmus. Pater in manus tuas 57.

commendo Spiritum meum. *In hac commendatione*, D. Anſelm.

ait, *cum hoſtia ſanguinis commendabat Chriſtus Deo Patri Matrem dulciſſimam, quæ ſcrinium eſt, & puriſſimum habitaculum ſancti Spiritus, una cum hominibus qui de Spiritu ſancto victuri ſunt uſque ad finem ſæculi.* Commendans Chriſtus Spiritum ſuum, ibi commendabat homines, & præcipue B. Virginem. Nunquam Chriſtus B. Mariæ obliviſcitur, & in morte maximè ejus curam gerit, commendavit eam diſcipulo; commendavit eam nunc Patri ſimul cum omnibus ſuis juſtis, ac electis, quos in tantum diligebat, ut ſub nomine ſui Spiritus intelligeret, quos in manibus Patris ponebat, ut multis donis ab ipſo vivificarentur. D. Athan. de oratio. Chriſti. *Cum in cruce* D. Athan.

vicit: Pater in manus tuas depono Spiritum meum, in eo omnes homines apud Patrem deponit, ac commendat per ipſum, ac in ipſo vivificandos. *Chriſtus ſub nomine Spiritus cōmendat Matrē, ac juſtos Æterno Parenti.*

Theophylactus ad hæc verba, *Hac autem vo-* 58.

ce, ait, primum libertatem aſſecutæ ſunt animæ Theop.

noſtræ, diabolo, poſt hæc nullam in eas habente poteſtatem, utpote Patri commendatas. *Ante mortem Chriſti magnum jus fuit Diabolo in animas. A quo autem tempore filius non inferno, ſed paternis manibus commendavit Spiritum, libertatem conſecuti ſumus ab inferno* Maxima nota, *Nullam in eas diabolo habente poteſtatem ut pote Patri commendatas.* Ex eo quod Chriſtus nos commendavit ſuo Æterno Parenti, omne diaboli jugum à nobis abigatur, nec ejus tyrannicè poteſtas valet nobis aliquid mali inferre, ſed omnino Diaboli tyrannis confracta eſt. *A Deo Patre omne munimen contra Diabolum.*

Omne ergo ſecuritatis munimen, quod habe- 59.

mus, Æterno Parenti totum tribuere debemus.

Ait Paulus ad Galat. 2. n. 20. *In fide vivo filii Dei.* Ad Gal. 2.

qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum propter me. Quæ verba tractans D. Leo ſerm. 1. de Paſſ. ait. *Tradidit ſemetipſum pro nobis, cooperante in hoc ipſo Patre, qui filio proprio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.* A Patre habemus, quod pro nobis filius traditus ſit, à quo habemus omnem ſalutem, illiuſque ſecuritatem. *A Deo Patre omne bonum.*

QUÆSTIO VIII.

Quare meus Jeſus, Spiritus oris noſtri, ſub cujus umbra vivimus, dicitur, quod clamans emiſerit Spiritum, & non potius animam?

CLAMANS Jeſus voce magna. Pro quo 60.

recole quæ dixi hoc c. q. 1. per quod teſtatum voluit facere; quod non invite, ſed ſponte moreretur, nolens ſe amplius conſervare in vita hac, nam qui moriuntur, ac vi tormentorum interficiuntur, ac deficiunt, vix loqui poſſunt, ut ejus vox audiatur, ac ipſe ſic clamans ſpirat, oſtendens, *Chriſtus ſponte moritur.*

in manu ſua eſſe vigorem ſuæ virtutis. D. Chry- D. Chryſ.

ſoſtom. homil. 89. *Idcirco*, ait, *magna voce clamavit, ut oſtendat ſua hæc poteſtate fieri, hoc eſt enim illud, quod dixerat: Poteſtatem habeo ponendi* Joan. 10.

animam meam, & poteſtatem habeo rurſus ſumendi Victor. Antioch.

eam. Joan. 10. n. 18 Victor. Antiochen. in Marc. cap. 15. *Per hoc factum Dominus Jeſus demonſtrabat*

bet ſe totam vitam, mortémque ſuam in libera ſua poteſtate poſitam habuiſſe, & ideo dicit, *emiſit Spiritum*; quia in ſua poteſtate erat retinere ſi voluiſſet. D. Ambroſ. D. Ambroſ. in c. 23. Luc. *Quod enim emittitur, voluntarium eſt, quod amittitur neceſſarium.*

61. D. Thom. Secundò. Quamvis D. Thomas exiſtimet 3. p. q. 47. art. 1. ad 2. quod Chriſtus conſervaverit naturæ ſuæ corporeæ vigorem, ac robur uſque ad extremum, tamen multi & verius cenſent, vires in Chriſto tot laboribus, cruciatibus, ac tormentis defeciſſe, ut naturaliter clamare non poſſet, ſed tantum miraculoſe, ac per virtutem divinam. *Divina virtute clamavit.* D. Hieron. Commentator nomine D. Hieronym. in Marc. *Cum ima voce, vel ſine voce morimur, qui de terra ſumus: ille vero cum exaltata voce expiravit qui de cœlo deſcendit.* Unde & Centurio clamavit. *Vere hic homo Filius Dei erat.* Marc. 15. n. 39.

62. Tertiò. Ut tanto clamore vehementem ſuum amorem in Deum, ejus cultum, ac religionem & affectum, & deſiderium noſtræ ſalutis manifeſtaret. Hebr. 5. Unde Paulus Hebr. 5. num. 7. *Qui in diebus carnis ſuæ preces, ſupplicationéſque ad eum, qui poſſet illum ſalvum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reverentia.* *Deſiderium noſtræ ſalutis.* In perſona Chriſti ait Regius Vates Pſalm. 114. n. 1. Pſalm. 114. *Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ.* Tanquam ſi diceret, vehementiori charitate amicos, & inimicos diligo in finem, inde ardentiori, ac excelſiori affectu pro eis orare intendo & quare n. 3. *Circum dederunt me dolores mortis;* Strabus. Strabus. *Ideò dilexi, ideò invocabo, hæ ſunt cauſæ diligendi, hæ clamare faciunt.*

63. D. Hilar. Quartò D. Hilar. Can. 33. ait. *Spiritum cum clamore magnæ vocis emiſit dolens non omnium ſe peccata portare.* *Jeſus dolet de hominum damnatione.* Adhuc dolebat maxime in extremis conſtitutos, & hujus doloris vi clamabat, dum ageret animam, quod non omnes ad ſalutem venirent, ſed quod aliqui remanſuri erant in peccatis damnandi. Hebr. 5. Veniat iterum citatus locus Pauli ad Hebr. 5. *Cum clamore valido, & lachrymis offerens.* Ad quid tantus Chriſti clamor? Ad quid tot lachrymarum imbres? totque ſanguinis rivi? An his intendebat nos à morte liberare? Minime, ad quid ergo tot labores, ſudores, lachrymæ, preces, ac ſupplicationes adhibitæ ſunt à ſummo Principe Jeſu, ut nos à damnationis ſententia liberaret, à poteſtateque diaboli eriperet. Primaſ. Primaſius ait. *Dicitur autem Jeſus fudiſſe preces, ſupplicationéſque cum lachrymis, non timore mortis, quam ſponte ſuſcipiebat: ſed cauſa noſtræ ſalutis.*

64. *Innocentia facit extollere vocem* Quartò. Clamavit Jeſus voce magna in teſtimonium ſuæ puritatis, ſanctitatis, ac innocentiæ. Condemnatur Suſanna ad mortem. *Exclamavit autem voce magna.* Dan. 13. Daniel. 13. num. 42. Hujuſmodi autem vocis exaltatio, ad quid tendit? Lyranus. Lyran. *Exclamavit ex conſcientia pura.* Juſtus & ſi in diſcrimine ſit conſtitutus, maxime tamen vocem ſuam exaltat, & extollit; ipſa innocentia dat robur ad clamorem.

65. *Cur non anima, ſed Spiritus.* Quæro tamen ad calcem hujus quæſtionis, emiſit Spiritum, id eſt animam, quare potius hoc loco dicitur Spiritus quam anima. Reſpondet Beda in Joan. *Dicit Spiritum, qua Spiritus nomen eſt rei ita incorporeæ, quod etiam independens eſt à corpore, juxta id, quod ſuperius dictum eſt, Spiritus eſt Deus.* Anima ſecum reſpectum involvit ad corpus, Spiritus autem dicit veluti rem per ſe ſubſiſtentem, emittebatur autem Spiritus, ut per ſe ſine corpore eſſet ſubſiſtens ad tempus uſque nempe ad diem Reſurrectionis. Deinde, quia in creatione primi Parentis Deus *inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ.* Geneſ. 2. n. 7. Geneſ. 2. Ut videatur ſumma hominis ingratitudo, Deus hominibus dedit Spiritum vitæ, ipſi vero cruciatibus ac tormentis à Filio Dei auferunt Spiritum vitæ.

QUÆSTIO IX.

Quare Jeſus non ut cæteri moribundi erecto ſed inclinato capite emiſit Spiritum?

COMMUNITER moribundi etiam ſi antea habeant caput inclinatum, cum tamen Spiritus egreditur, vi, ac impulſu quodam naturæ veluti violenter caput erigunt, efflata anima, & extincto vigore, ſuo pondere in pectus caput inclinatur. Tamen Jeſus contrario modo, capite nec erecto, nec repente exiliente, ſed inclinato & pectori incumbente, emiſit Spiritum, ut omnibus modis fieret evidens ſe non violenter, ſed voluntarie mori, & leniter Spiritum reddere, non neceſſitate, ut debilem, ſed poteſtate ut fortem. D Chryſoſt. hom. 84. in Joan. *Inclinato capite, quod aſſiduum non erat, tradit Spiritum, hoc eſt expiravit. At qui non poſt inclinatum caput expiratur, ſed poſt expirationem caput inclinatur. Hic autem contra accidit, per quod oſtendit eum Evangeliſta eſſe omnium dominum*, Theophyl. *Manifeſtatur quod ipſe fuerit Dominus mortis.* Alias rationes morales proferamus. 66. *Chriſtus moritur ut fortis.* D. Chryſ. Theoph.

Secundò. Hac capitis inclinatione denotavit Chriſtus ſummam adorationem, ac reverentiam erga Patrem cum gratiarum actione pro cruciatibus toleratis, hominum redemptione adimpleta, & præcipuè valdè ſubmiſſam oſtendit obedientiam uſque ad obitum juxta illud Pauli ad Philipp. 2. n. 8. *Factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis*, Carthuſ. *Inclinavit caput factus obediens uſque ad mortem, quaſi gratias agens.* 67. Phylip. 2. Carthuſ.

Tertiò. S. Athanaſ. q. 6. ad Antiochum. *Quia mors*, ait, *Chriſtum metuens, ad ipſum non audebat accedere, Chriſtus autem inclinato capite eam vocavit, antequam enim inclinaſſet caput, propius accedere, verebatur.* Caput inclinat, tanquam mortem, quæ ab illo declinabat, alliceret, ac invitaret. 68. D. Athan. *Invitat mortem ut accederet.*

Quartò Origen. hom. 85. in Matth. *Inclinat caput, quaſi ſupra Patris gremium caput reponens.* Clamavit Chriſtus: Pater in manus tuas commendo Spiritum meum, & inclinato capite tradidit Spiritum, tanquam ſupra Patris manus reclinans. Origen.

Quintò. D. Laurent. Juſtin. lib. de Agone c. 20. *Caput*, ait, *dum paſſionum ludibria, & mortis ſupplicia pro hominibus pertulit mediator, liquefecit ad miſericordiam, flexit ad gratiam, inclinavit ad indulgentiam.* Inclinat caput tanquam advocans, ac alliciens peccatores, ut ad tantam miſericordiarum indulgentiam accedant. Cardinalis Hugo, Inclinat caput ad crucifixores, ad peccatores, ut oſtendat eis paratam indulgentiam, vel ut oſtendat quod porrectas aures habet, & inclinatas ad audiendas hominum preces; vel quaſi ſupponens humerum ad portandum nos, & onera noſtra. 69. Laur. juſt. *Inclinat caput alliciens & advocans peccatores.* Hugo.

Sextò Philippus Abbas lib. 1. in Cantica c. 25. ubi ponderat, quomodo Virgo ſtabat juxta crucem. Et ſubdit. *In linato capite ad iſtam tradens Spiritum obdormivit.* Et quare ad Virginem Mariam caput inclinat, explicat Cardinalis Hugo. 70. Philipp. Hugo.

In gravi neceſſitate ad Virginis patrociniū confugiendum.

Inclinato capite ex parte Matris ſuæ. Quaſi diceret, per ipſam veniam petite. Moriens Matrem deſignat, ac oſtendit, ut doceat fideles, quod cum ipſe adiret, & tranſiret ad Patrem, quod illi in gravi, ac urgente neceſſitate debeant ad Mariam confugere. Nam, ut ait Germanus Patriarcha homil. de Zona Virg. *Quis poſt tuum filium curam gerit humani generis, ſicut tu? Quis ita nos defendit in noſtris afflictionibus? Quis ita in ſupplicationibus adeo pugnat pro peccatoribus.* Unde ait idem auctor citatus. *Propterea patrocinium tuum majus eſt, quam intelligentia apprehendi poſſit.*

71. Cant. 6.

Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra ut luna, electa ut ſol. Cant. 6. n. 9. ſi Maria comparatur cum ſole majori luminari, ad quid confertur cum luna, & aurora? Radiante Sole, nec luna, nec aurora nitent, & luna cum lucet aurora non comparet? Ad quid ergo combinatio cum his tribus? Sol fulget die, nocte occultatur, Luna nocte nitet, mane verò maxime ejus radii hebetantur, ex adveniente ſole, & tunc ſuccedit aurora Sol ergo die, luna nocte, aurora mane lucet. Hinc Maria cum his comparatur, quia ſuo auxilio, ac patrocinio in omni momento, in omnique circonſtantia temporis adeſt, nullumque eſt inſtans in quo ab eo ceſſet, ſed ſemper, & ubique nobis nitet, & fulget, vel quia Maria non ſolum adeſt juſtis ut ſol in die claro juſtitiæ, ſed etiam præparantibus ſe ad pœnitentiam ut aurora, ac tanquam luna proficua eſt peccatoribus ſedentibus in umbra mortis ut reſipiſcant. Innocentius Papa ſerm. 2. de Aſſumptione. *Luna lucet in nocte, aurora in diluculo, ſol in die. Nox autem eſt culpa, diluculum pœnitentia, dies gratia. Qui ergo jacet in nocte culpæ reſpiciat Lunam, deprecetur Mariam: qui ad diluculum pœnitentiæ ſurgit, reſpiciat auroram, deprecetur Mariam.*

Mariæ patrocinium in omni inſtanti, & nunquam ceſſat.

Innocent.

72. Luc. 1. Syriac. Cajet.

Ait ſacratiſſima Virgo in ſuo Cantico. *Magnificat anima mea Dominum, & exultavit Spiritus meus in Deo ſalutari meo.* Luc. 1. n. 46. Syriac. & Cajetanus legunt *in Deo ſervatore meo.* Maxime expendenda eſt illa particula, *meo.* Maria maxime gaudebat de omnium ſalute, ac redemptione; Cur ergo ait *ſervatore meo*; Cur non potius ait ſervatore noſtro, ſervatore omnium; ut pro omnium ſalute, ipſa videretur gratias agere. Nam in eodem Cantico ait, *ſicut locutus eſt ad Patres noſtros Abraham, & ſemini ejus* Cum de promiſſione eſt ſermo, ait quod facta ſit ad Patres noſtros, de ipſo vero redemptore, ait *meo. In Deo ſervatore meo.* Perpende; Promiſſio quæ facta eſt particularis extitit, at redemptionis beneficium commune omnibus. Promiſſio de Incarnatione cum fuerit particularis, dicitur facta Abrahamo, & Davidi; at cum ſalus fuerit omnibus, dicitur Mariæ *in Deo ſervatore meo.* Quia ſalutare ſervationis remedium, cum ſit Mariæ eminentiſſimè omnium eſt. Nam vita, ſalus, omniaque cœleſtia dona, quæ Mariæ communicantur, non in ea ſola ſiſtunt, ſed inde in omnes fideles derivantur, & fluunt. Hinc communis cunctorum ſalus, dicitur inſigniter ſalus Mariæ, ut ipſa per manus ſuas cuncta omnibus impartiatur, ac largiatur. Hoc advoco Guarricum Abbatem ſerm. de Aſſumpt. *Hodie aſcendit Virgo ad thronum gloriæ, ut ibi nos aſcendere faciat; Aſcendit cœleſtibus gratiis, & donis ſublimata, ut nos filios ſuos repleat.*

Dona Mariæ in nos derivantur.

Guarr.

CAPUT XIX.

Prodigia in morte Chriſti.

Matth. 27. *n.* 45. A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram, uſque ad horam nonam.

VERSIONES.

Vatabl. A ſexta autem hora tenebræ obortæ fuerunt.

D. Greg. Nyſſen. Tribus autem horis tenebræ factæ ſunt.

ALTER TEXTUS.

Marc. 15. *n.* 33. Et facta hora ſexta, tenebræ factæ ſunt per totam terram, uſque in horam nonam.

Luc. 23. *n.* 44. Erat autem fere hora ſexta, & tenebræ factæ ſunt in univerſam terram uſque in horam nonam, & obſcuratus eſt Sol.

EXPOSITIO I.

A *SEXTA autem hora*; Meridiano tempore quo tenebræ hæ cœperunt, quando nempe Jeſus crucifixus, ac exaltatus eſt, & durarunt, per tres ſequentes horas, quamdiu nempe Jeſus vivus pependit in cruce, & perſeverarunt tenebræ ſuper totam terram uſque ad horam nonam, id eſt uſque ad tertiam poſt meridianam, qua hora Jeſus expiravit, & ab hora meridiana, quando lux eſt clariſſima, & valdè fulgida fuerunt tenebræ, ut manifeſte appareret has tenebras fuiſſe inſolitas, prodigioſas, ac miraculoſas, ac ſi cœlum, & terra lugeret mortem ſui creatoris, & lucem retraxerunt à terrigenis ſuum creatorem interficientibus. D. Chryſoſt. ſerm. in Paſſione D apud Caten. *Non poterat ferre creatura injuriam creatoris, unde ſol retraxit radios ſuos, ne videret impiorum facinora.* Hocque vaticinavit Amos. 8. n. 9. *Et erit in die illa, dicit Dominus, occidet ſol in meridie, & tenebreſcere faciam terram in die luminis.* Hæc verba de præſenti myſterio interpretantur D. Hieron. D. Cyrill. Hieroſolym. Catech 13. D. Iſidor. lib. de Paſſione Domini cap 45. D. Cyprian. lib. 2. ad Quiri. cap. 23. D. Auguſt. lib. quæſt. ex utroque teſtamento q 15. Tertull. lib. 4 contra Marcio. cap. 42. Qui de hoc myſterio interpretantur verba Iſaiæ 50. n. 3. *Induam cœlos tenebris.* Jerem. 15. n. 9. *Occidit ei Sol cum adhuc eſſet dies.* 1.

D. Chryſ. Ambr. 6. D. Hieron. D. Cyrill. D. Iſidor. D. Cyprian. D. Auguſt. Tertull.

QUÆSTIO I.

Circa tenebras, quæ in morte Chriſti factæ ſunt, quatuor expendo quæſtiones.

SEXTA hora, hoc eſt meridiana JESUS crucifixus eſt, à qua hora, ut ſcribunt Matthæus, & Marcus, tenebræ factæ ſunt ſuper 1.

D. Matth. D. Marc.

ſuper univerſam terram, & Sol obſcuratus eſt, ut

D. Luc.

narrat D. Lucas uſque ad horam nonam, hoc eſt tertiam poſt meridiem, in qua expiravit. Circa has tenebras.

3.

Quæſt. 1. *Quomodo tenebræ factæ ſunt.* Origen. Euthym. Theoph. Sedul. D. Hieron.

Primò quæro. Quomodo hæ tenebræ factæ ſunt, & unde ortæ? Origenes, Euthym. Theophil. in Matth. & Sedulius exiſtimant tenebras factas fuiſſe per interpoſitionem denſarum nubium inter Solem & terram. Aliter Cajetanus exiſtimat per Divinam potentiam ſubtractos Solis radios, abſque interpoſitione Lunæ, vel nubium, & in hac ſententia videtur eſſe D. Hieron. in Matth. *Videtur*, ait, *mihi Sol retraxiſſe radios ſuos, ne pendentem Dominum videret, aut impii blaſphemantes ſua luce fruerentur.* Similiter. D. Cyprianus de bono patientiæ, & D. Chryſoſt. citatus in expoſitione.

D. Cyprian.

4.

Vera ſententia. Chryſoſt. Gaud. Athanaſ. Tertul'. D. Thom. Janſen. Maldonat.

Oppoſita ſententia eſt communis, quod tenebræ acciderint ex Solis defectione, ac Eclypſi. Ita D. Chryſoſtom. homil 89. in Matth. D. Gaud. tract 3. in Matth. D. Athanaſ. ſermo. de Paſſ. Tertullian. lib. 4. contra Marcio. c. 42. D. Thom. 3. p. q. 44. art. 2 ad ſecundum. Suar. tom. 2. ad 3. p. diſp. 39. ſect 1 § *D cend.* Janſenius, Maldonatus, Franciſcus Lucas, Barradas, Cornelius & alii.

5.

Dionyſ.

Probatur hæc ſententia ex D. Dionyſ. Areopagita, qui propter Lunam interpoſitam inter Solem, & terram tenebras factas Heliopoli in Ægypto ſe vidiſſe teſtatur. Sic enim ait agens de ſe, & Apollophane Epiſt. 7. ad Polycarp. *Eramus una ambo, & ſtabamus ad Heliopolin, ac cernebamus nec opinatò, cum Luna ſe Soli objiciebat (neque enim conjunctionis tempus erat) rurſuſque cum eadem ab hora nona ad veſperum, ſe mediæ ſolis lineæ præter naturæ ordinem opponebat.* Quod latiùs ipſe proſequitur. Et Tertullian. in Apologetico cap. 21. indicat Romæ viſam eſſe illam ſolis defectionem & ex Græcis idem habet Phlegon. lib 14. Olympiadar. ejuſdem Eclypſis meminit; ut etiam Origenes refert, & Euſebius in Chronico ſub Tiberio, Oroſius lib. 7. ſuæ hiſtoriæ cap. 4. Sedul. lib. 5. Paſchal. & alii.

Eclypſis interpoſitione Lunæ, & viſa in multis terris. Tertull. Phlegon. Origen. Euſeb. Oroſ.

6.

Quæſt. 2. *Quot miracula in Eclypſi.*

Secundò quæro. Quot miracula in hac Eclypſi contigerint. Et primum quod Luna ſe Soli objecerit tempore plenilunii, erat enim tunc Luna decima quinta, ut ſæpe diximus Eclypſis autem Solis nequit fieri in plenilunio, ſed in novilunio contingit: tunc luna decimaquinta, quæ Soli erat oppoſita, ad Solem venit, & inter Solem, ac terram ſeſe interpoſuit.

7.

Secundùm quod duraverit ad tres horas, cum alias Eclypſis Solis parum duret, eo quod Luna Solem regens celerrimè moveatur, & Solem pertranſeat. Hic ergo Luna ſub Sole conſtitit per tres horas, quod magnum fuit miraculum. Tertium, quod Luna poſt Eclypſim à Sole diſceſſit, ſuóque loco reſtituta, & è regione illi ſe oppoſuit: permanſerúntque cœlorum motus in ſuo naturali ordine, quem ſervabant.

8.

Sol ſubtrahit radios.

Quartum. In Eclypſi naturali Luna ſolet moveri ab Occidente in Orientem, ideóque in Eclypſi Solari ab Occidente Solem ſubingreditur; hic autem ſubingreſſa eſt Solem ab Oriente, ut teſtatur D Dionyſius. Quintum. Cum Luna ſit minor Sole, non poteſt totum Solem obſcurare, & abſcondere, unde non obſtante interpoſitione Lunæ, ac Eclypſi Solis, Sol multis in locis apparet, ac lucis ſuæ radios in terram diffundit, hic autem Sol ſic obſcuratus eſt, ut tenebræ eſſent in univerſa terra, quod factum fuit ea ratione, quod præter interpoſitionem Lunæ Deo agente Sol ſubtraxerit radios ſuos à terra, filium Dei interficiente. Ita D. Hieron. & D. Chryſoſtom. citatus in Expoſit D. Cyprian. ſerm. de bono patientiæ. *Cum Sol ne Judæorum fa inus aſpicere cogatur, & radios & oculos ſuos ſubtrahebat.* Idem habet Beda in c. 15. Marc. & in cap. 23. Luc. Oroſ. lib. 7 Hiſtor cap. 8. Cajetan.

Hieron. Chryſoſt. Cyprian. Beda. Oroſ.

9.

Quæſt. 3.

Quæro tertiò. Quales fuerint hæ tenebræ? Multi exiſtimant, ut Cornelius à Lapide, quod fuerint ut tenebræ Ægyptiæ inductæ à Moyſe Exod. 10. num. 23 Sapient. 17. num. 3. de quibus dicitur. Quod *nemo vidit fratrem ſuum, nec movit ſe de loco in quo erat.* Tamen probabilius eſt, quod fuerint tenebræ ſicut in nocte ſerena, ſeu in crepuſculo ſive matutino, ſive veſpertino; quando lux & tenebræ ſunt permixtæ, tunc ſtellæ apparent, ut hic apparuiſſe teſtatur Auctor libri de mirabilibus ſacræ Scripturæ apud D. Auguſtin. tom. 3 lib. 3. cap 12. Nam his tenebris conſiſtentibus, multi titulum crucis legerunt, & milites ſuper veſtes ſortes miſerunt, quamquam dici poteſt, quod hæc facta ſunt, cum tenebræ inciperent, & etiam milites viderunt ſe mutuò, & arundinem, ſpongiam, & vas aceto plenum, & os cui acetum propinaverunt Licèt affirmari poſſit, quod hæc acciderint, cum tenebræ deſierint, quia nec ſubitò exortæ ſunt, nec ſubito terminatæ, ſed paulatim.

Exod. 10. Sap. 17. *Quales fuerint tenebræ.* D. Aug.

10.

Quæſt. 4. *An in toto orbe.* Origen. Maldon. Euthym. Theophyl. D. Hieron. D. Thom.

Quæro quartò. An Eclypſis fuerit generalis ſuper totam terram? Origenes, & Maldonat. hanc Eclypſim arctant ad ſolam Judæam; & ita explicant *ſuper univerſam terram*, ſcilicet Judeæ Tamen communis ſententia tenenda eſt, quod Solis defectio fuerit univerſalis in toto orbe, ita Chryſoſt hom. 89. in Matth. Euthym. Theophylactus, D. Hieron. & communiter Auctores cum D Thoma. 3. p q 44 art. 2. ad 2. & verba Evangeliſtarum ita ſunt expreſſa, ut ita Suar. citata diſp. 39. ſect. 1. §. *Dicendum verò*, quod ſit temeritatis ea reſtringere, aut ſine fundamento in ſenſu improprio interpretari.

11.

Et confirmatur, quia hæc Eclypſis fuit index Divinitatis Chriſti, & Sol obſcuratus eſt in ſignum mœſtitiæ, quod ille qui moriebatur, erat Filius Dei, ergo cum Chriſtus eſſet Dominus totius univerſi, conveniens erat, ut in toto univerſo ingens mœſtitiæ ſignum daretur, & ut morientem Dominum, Sol, Luna, cælum & terra, omniaque elementa ſuo luctu, ac mutatione luxerint; & hæc Eclypſis Heliopoli in Ægypto viſa eſt à D. Dionyſio, & Romæ à multis, ut dixi in hac quæſtione ſupra num 5. ergo fuit univerſalis.

QUÆSTIO II.

Rationes morales harum tenebrarum, ac hujus Eclypſis expendo.

12.

D. Chryſoſt. *Delet creatura in calamitate ſui creatoris.*

RESPONDET Primo D. Chryſoſt homil. 3. de Paſſione *Spectabant*, ait, *cuncta elementa exitium proprii Conditoris: axem ſuum mundus extremum vergere cupiebat in limitem. Volebat, credo, ſæculum iri protinus in ruinam: ne authoris ſui tacens præteriret interitum.* Ad quid tanta rerum mutatio in mundialibus? Nulla creatura eſt adeo lapidea, quæ in interitu, ac injuria authoris ſui valeat cohibere ſuum dolorem,

continere

contineréque ſuam triſtitiam; quin in magna ſigna prodeat.

13. *D. Chryſ.* Secundò D. Chryſoſt. homil. 89. *Poſt omnia vero*, inquit, *quæ per inſaniam, & furorem fecerunt, quando deridendo ſaturati ſunt, quando contumeliando animum ſuum expleverunt, quando denique omnia ab ipſis dicta ſunt, quæ valebant tunc tenebræ apparent. Sed quomodo*, inquit, *omnes mirati homines adeo non ſunt, ut Deum ipſum putarent.* O ſol, ad quid abſcondis tuos lucidiſſimos radios? Cur non potius multiplicas tuam fulgentem lucem, ut magis appareat, & videatur ſalvatoris innocentia. Vidit ſol patientiſſimum Jeſum inter jactata opprobria, & convitia, inde retrahit ſuos radios, abſcondit lumen, ſic inter opprobria Jeſus ſanctitas fulgebat, ut ad eam cognoſcendam, ac venerandam, nullum aliud lumen eſſet neceſſarium, niſi ipſamet patientia objecta, ac tolerantia exhibita. *Quomodo omnes mirati homines adeo non ſunt, ut Deum ipſum putarent.*

Patientia depellit tenebras, ut divinitas cognoſcatur.

14. *D. Athan.* Tertiò D. Athan. in illud: *Omnia mihi tradita ſunt.* Sic ait: *In ſalutifera paſſione non apparuit ſol; indicans finem prioris creaturæ adeſſe, & principium alterius ſupervenire, quæ diluculum ſuum, & exortum in Salvatore conſecuta eſt.* Ubi Chriſtus crucifixus apparuit, ſol ſtatim obſcuratus eſt, nam Chriſto crucifixo, omnis antiqua lux periit, & nova exorta eſt in mundo. Non ergo jam ab Aſtris, non à militia, & ſplendore cœli, ſed à Jeſu ſolo noſtram ſalutem, & vitam auſpicari debemus.

In Ieſu nova lux exorta.

15. *D. Baſil.* Quartò D. Baſilius Seleucus orat. 40 *Vidit ſol*, ait, *quæ prius non didicerat, alienæ lucis fulgoribus oculi doctus eſt.* In transfiguratione. *Reſplenduit facies ejus ſicut ſol.* Matth. 17. num. 2. Nunc vero in paſſione *obſcuratus eſt ſol.* ut ſcribit D. Lucas. Doluit ſol in paſſione eruditus in transfiguratione. Sol paſſionis ſe conſortem in Calvario præbuit, quia in Thaboris gloria, Dominus illum ſocium admiſit: etiam morienti adſtitit, quia eo reſplendente colluxerat, in morte non negavit ſolatium, quia illi denegatum non fuit in Transfiguratione conſortium.

Socius in ſplendore ſit & in paſſione.

16. *D. Leo.* Quintò Divus Leo ſerm. 2. de Paſſio. *In vos ergo Judæi*, ait, *Cœlum, & terra ſententiam tulit, vobis ſol ſervitium ſuam, diémque ſubtraxit, vobis famulatum ſuum elementorum ordines denegarunt, & recedente à legibus ſuis miniſterio creaturæ, veſtra obcæcatio veſtra eſt ſignificata confuſio.* Ipſa elementorum confuſio, ipſa obſcurati ſolis facies aperte ſignificabat, quales Judæi mente, ac animo erant. Hic Chriſtus D. poſtquam vidit tenebras totam Judæam occupare, ac inſpecta manifeſta ſui populi perditione clamat ſe derelictum, ac deſolatum. *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me.* Origenes homil. 35. *Poſtquam autem*, ait, *ſuper omnem Judæam tenebræ factæ ſunt, dixit magna voce ſua, quare me dereliquiſti, illud oſtendere volens per hæc, quod volens dereliquiſti me Pater, & talibus exinanitum calamitatibus tradidiſti, ut populus, qui fuerat apud te honoratus, implens menſuram Patrum ſuorum privetur lumine tuæ proſpectionis, & fiat in tenebris.*

Judæorum mens in tenebris.

Origen.

Dolet Chriſtus de perditione Judæorum.

17. *Sedul.* Sextò. Sedulius lib. 5. Paſchalium. cap. 16. *Sol*, ait, *radiis remotis abſconditus, terra velatus palla delituit, orbemque luctibus alienæ noctis infecit. Talem ſiquidem vultum Patris orbata ſolatiis meruerunt elementa ſortiri, ut cujus ortu lætata ſunt, triſtarentur occaſu.* In Chriſti nativitate cum Angelus apparuit paſtoribus. *Claritas Dei circumfulſit eos.* Luc. 2. Nunc in Chriſti morte ſua luce viduatur orbis, qui in Chriſti nativitate fulgore radiabatur, in Chriſti occaſu tenebrarum caligine obtenebretur, & qui in jucunda nativitate gaudebat, etiam in atra morte triſtitia occupetur.

Qui gaudet in jucunditate, in calamitate triſtatur.

Septimò. Divus Cyrillus Jeroſolymit. catech. 3. *Propter Ezechiam ſol reverſus eſt, propter Chriſtum vero ſol obſcuratus eſt, non retrocedens, ſed deficiens, atque per hoc utriuſque differentiam, & Ezechiæ, & Jeſu monſtravit.* Cum regnaret Ezechias ſol iterum reverſus eſt ad ſuum orientem. *Reduxit umbram per lineas, quibus jam deſcenderat in Horologio Achaz, retrorſum per decem gradus:* 4. Reg. 10. n. 11. at verò nunc Chriſto moriente non retrocedit, ſed deficit ſol, in ſignum divinitatis Chriſti, magis Chriſtum patibulatum venerans, quam regem in ſuo magnifico palatio, & quod majus omnipotentiæ argumentum quam facere, ut ſol luminare majus, majorem nudo, ac crucifixo, quam purpurato, ac regali dignitate fulgenti honorem exhiberet: & notandum, in cœlo, & non in terra majorem reverentiam exhiberi virtutibus adornato, quam diademate ſplendenti. Nam virtus in terra habetur in contemptu, faſtus vero in pretio. 18. *D. Cyril.*

4. Reg. 10. *Creaturæ nō virtutem ſed faſtum venerantur.*

Octavò D. Chryſoſt. hom. 10. de Paſſione. *Poſt omnia vero, quæ per inſaniam, & furorem fecerunt, factum eſt, quod jam ipſe furor ceſſavit, quando deridendo ſaturati ſunt, quando contumeliando animum ſuum expleverunt, quando denique omnia ab ipſis dicta ſunt, quæ volebant, tunc tenebræ apparent, ut ſaltem tunc ira depoſita nonnihil ab hoc ſigno conſequerentur.* Cur modo tenebræ fiunt, quando Chriſtus aſcendit crucem, cur non antea vel quando ad flagella denudatur; ſeu ſpinis coronatur, vel bajulans crucem exivit in Calvariam? Cur poſt hæc omnia miſſæ ſunt tenebræ? Expectatum eſt, ut peracta tota crucis carnificina, populi furor, ac principum aliquantulum deferveſceret, ut per poſita miracula divinæ omnipotentiæ perciperentur rationabilia, ac divina non proponenda in furoris fervore, ſed dum magis, ac magis miteſcit ac deferveſcit. 19. *D. Chryſ.*

Divina non proponenda in furoris fervore.

Maxime iræ furore concitatis principibus, miſſus eſt Jeremias in carcerem, ubi multis diebus ſub ſilentio degit, & tandem ait ad Regem, *Nunc ergo audi obſecro, Domine mi Rex, valeat deprecatio mea in conſpectu tuo:* Jerem. 37. n. 19. & cur non magis, quam antea confidit ſuam deprecationem eſſe exaudiendam? Diuturno carceris ſqualore ſuperato, conjecturabat principum iram poſſe deferveſcere, & ideo præexiſtente iræ furore, non audet quidquam dicere, ut modo poſtquam animus ab ira ſedatus erat. 20.

Jerem. 37. *Sedata ira diſponendum eſt.*

Qui Isboſeth filium Saul occiderant, ſtatim David juſſit eos interfici 2. Reg. 4. numer. 12. At Joabum Abneris interfectorem liberum reliquit, & poſt multum temporis à filio ſuo Salomone jubet occidi. *Tu quoque noſti, quæ fecerit mihi Joab filius Sarviæ*, &c. 3. Reg 2. num. 5. Et cur qui adeo feſtinus fuit ut primos delinquentes puniret, adeo tardus eſt, ut trucidaret perfidum homicidam? Filii Sarviæ Joab utpote, & Abiſaï graves, & moleſti erant regi, ut ipſe dixit: *Porro viri iſti filii Sarviæ duri ſunt mihi* 2. Reg. 3. numero 39. Cum ergo tam duri, & graves eſſent Regi, inde non 21.

1. Reg. 4. *3. Reg. 2.* *2. Reg. 3.* *Deferveſcat ira, ut vindicta ſumatur.*

audet

audet ſtatim in eos inſurgere, veritus ne) iræ commotio juſtitiam excedat, & debitam rationem offendat, inde vindictam differt, ut dilatione vindicta juſtificetur, & pœna debito jure inflicta
Theodor. habeatur. Theodoret. quæſt. 14. *Ipſe*, ait, *id in verbis oſtendit.* Iſti, inquit, viri filii Sarviæ ſunt mihi duriores. *Reddat*, inquit, *Dominus facienti mala ſecundum malitiam ſuam. Nam ubi eſt ei facilè juſta uti ira, nulla utitur dilatione, neque quicquam reveretur. Eos enim qui Iſboſeth occiderant, ejus caput abſtulerunt, extremis membris mutilatos agit in crucem.*

Matth.27.n.51. Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes à ſummo uſque deorſum, & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt.

VERSIONES.

Syriacus. Et ſtatim ſuperficies januæ templi ſciſſa eſt in duas partes à ſummo uſque ad imum, terraque commota eſt, & petræ ſciſſæ.

Vatablus. Ecce velum templi ſciſſum eſt bifariam à ſummo uſque ad imum.

Arias. Et ecce inter expanſum templi ſciſſum eſt in duo à ſurſum uſque deorſum.

S.Hilarius. Et terra movetur, & petræ ſciſſæ ſunt.

ALTER TEXTUS.

Marc.15.n.38. Et velum templi ſciſſum eſt in duo à ſummo uſque deorſum.

Luc.23.n.45. Et velum templi ſciſſum eſt medium.

EXPOSITIO. II.

22. ET *ecce.* Crucis mortem, ac opprobria ſequuta ſunt multa, magna, ac præclara ſi-
Syriac. gna, quæ mortuum filium Dei indicabant. Syriacus habet. *Et ſtatim.* At Chriſtus inclinato capite emiſit ſpiritum, in eodem enim puncto, quo Chriſtus emiſit ſpiritum, velum templi ſciſſum eſt, &
D. Auguſt. cætera ſigna ſecuta ſunt; ut notavit D. Aug. lib.
Lucas. de conſenſ. Evangel. c. 19. D. Lucas uſus eſt anticipatione, prius enim ſciſſi veli meminit, quàm mortis Domini, ſciſſum eſt autem velum, ut ſcribit
D. Matth. D.Matthæus, in duas partes, à ſummo uſque deor-
D.Lucas. ſum, & ſciſſum eſt medium, ut narrat D. Lucas, &
Syriac. Syriacus ibi explicatius *per medium*; hoc autem factum, ac ſi templum Chriſti mortem lugeret, in cujus doloris ſignum ſcinderet veſtimenta ſua, omniumque ſui Pontificum, ac Sacerdotum.

23. *Et terra mota eſt.* Tota ſcilicet, ac univerſalis, tanquam ſi à ſuo centro, ac loco commoveretur. *Et petræ ſciſſæ ſunt.* Eo maximè terræ motu rupes Golgothana, tanquam ſi terra, & petræ horreſcerent immane ſcelus in ſuum creatorem admiſſum.

QUÆSTIO III.

Quare Chriſto mortuo tanta creaturarum commotio ſit?

AD præſentem quæſtionem. Primò reſpon- 24.
det Paulus Emiſſenus hom. 2. de nativita- Paul. Emiſſ.
te Chriſti habita in tom. 6. Conc. Epheſini cap. 14. *Deus*, ait, *compreſſit ſolis radios, diffudit tenebras, excitavit mortuos. Hæc omnia autem operatus eſt, ut intelligeres, quod aderat corpori patienti.* Totus orbis concutitur, Sol obſcuratur, templi velum ſcinditur, terra tremuit, petræ ſciſſæ ſunt, monumenta aperta, ut totius univerſi commotione oſtenderetur, quod divinitas in illo ſacro cadavere manebat, & quod ille, qui in infirmitate mortis, & crucis moriebatur, ut Deus manifeſtabatur, quando inter ipſas crucis abjectiones, ac infirmitates perterrefaciebat orbem. D. Paulin. in Panegerico de obitu D. Paul.
Celſi pueri.

Inter crucis abjectiones divinitas manifeſtabatur in Chriſto.

In cruce fixus homo eſt Deus è cruce terruit 25.
orbem. Secundò Euthym. *Univerſaliter autem*, ait, Euthym.
quæ facta ſunt, divinæ iræ ſigna erant, Judæorum inſenſibilitatem reprehendentia, horumque perditionem prædicantia. Quid aliud denotat ille ſolis defectus, & terræ motus, & petrarum quaſſatio, quam publicata ſeveriſſima ſententia in Deicidas, nam ſi inſenſibilia ſic perturbantur, tanquam ſi in interitum, ac perditionem abeant, ad intuitum mortis ſui conditoris; qualiſnam erit mors, perditio, ac interitus in tanti criminis Auctores. D. Leo D. Leo.
ſerm. 4. de Paſſ. cap. 4. *Cum ad tantam*, ait, *divinitatis inclinationem totius mundi compago quateretur. Cum facinus impium omnes ſui confuſione creaturæ damnarent, & manifeſtam in reos ſententiam elementa proferrent.* Expende ultima verba: *In reos ſententiam elementa proferebant.*

Elementa Judæos damnabant & eorum perditionem publicabant.

Tertiò. D.Leo ſerm. 17. de Paſſione, c. 2. *Adji-* 26.
ciebatur iis elementorum omnium tremenda com- D.Leo.
motio, & authoribus crucis Chriſti ipſa ſe naturæ officia ſubtrahebant. Unde tanta creaturarum commotio? alta ſanè diſpenſatione; cum enim authoris crucis Chriſti ſuo creatori denegarent ſuum debitum obſequium, inde factum ut univerſæ creaturæ ab eis ſubtraherent ſua officia, ut Sol eis non luceret, terra nec firmo motu quieſceret, & petræ tanquam magno ſtrepitu in eos inſurgerent, & ſic cunctæ creaturæ tali occaſione ſeſe à peccatorum ſervitio ſubtrahebant.

Quartò D. Leo ſerm. 13. de Paſſ. *Contremiſcat,* 27.
ait, *in Redemptoris ſui ſupplicio terrena ſubſtantia; rumpantur infidelium mentium petræ, & qui mortalitatis gravantur ſepulchris diſcuſſa obſtaculorum mole proſiliant. Appareant nunc quoque in civitate ſancta, in Eccleſia Dei futuræ Reſurrectionis indicia, fiat in cordibus, quod gerendum eſt in corporibus.* In Salvatoris morte univerſæ creaturæ commoventur; ac ſi indicarent, quod id quod fiebat in corporibus, ſpiritualiter gerendum eſſet in cordibus, terra contremiſcit, ut & hominis cor contritione contremiſcat; ſcinduntur petræ, ut & humana mens dolore ſcindatur, & ſi quis in ſepulchro mortis jacet, reſurgens proſiliat, ut appareat in ſancta civitate, hoc eſt in Eccleſia, ſicque in negotio ſuæ ſalutis ab inſenſibilibus inſtruitur homo: *fiat in cordibus, quod gerendum eſt in corporibus.*

Ab inſenſibilibus inſtruitur homo.

28. *Ex intuitu crucifixi miteſcunt creaturæ.* Aut. Græc.

Ad calcem hujus quæſtionis quæro. Cur terra quæ vehementi motu ſepulchra aperis, & mortuos evomis, impios Judæos non magis deglutis? Et cur petræ, quæ vos ad invicem percutitis, non magis ſceleratos illos quatitis, ac confringitis? In cruce pendebat meus JESUS, cujus crux, ſanguis, ac mors, omnes creaturarum impetus frænabat, ne cui homini, etiam impio inferrent damnum, ac nocumentum. Auƈtor Græcus in oratione exaltationis crucis, apud Grethſerum tom. 2. *Omnis ſub cœlo creatura, ipſo horrore inſtruƈta, & ad ultionem pro eo, qui in cruce pendebat, ſumendam, erat pro præparata, ab ipſo tamen, qui in cruce pendebat, prohibita.*

29. Exod. 22. *Sanguis Agni omne malum fugitat.*

In noƈtis medio percuſſit Dominus omnem primogenitum in terra Ægypti; *à primogenito Pharaonis, qui in ſolio ejus ſedebat, uſque ad primogenitum captivæ, quæ erat in carcere.* Exod. 12. num. 29. Cum tranſiret Angelus interficiens, nec parcens regali potentiæ, nec vilitati perſonæ, ita ut nullum eſſet ſubterfugium ab Angeli gladio, nec in palatio, nec in carcere, ſolum una erat proteƈtio, ſanguis Agni Paſchalis impreſſus ſuperliminaribus, qui Angelum percuſſorem prohibeat ne domum illam ingrederetur, aliquodve nocumentum ibi inferret. *Tranſibit Dominus percutiens Ægyptios, cumque viderit ſanguinem in ſuperliminari, tranſcendet oſtium, & non ſinet percuſſorem ingredi domos veſtras, & lædere* Ibidem num. 23. Ecce nec regia majeſtas, nec vilitas cohibebat Angelum, ſed ſolum typus ſanguinis digniſſimi Agni eum refrænabat. Huc advoco id, quod dixit D. Chryſoſt. de Chriſti ſanguine homil. 45. *Dæmones enim cum Dominicum ſanguinem in nobis vident, in fugam convertuntur.*

D. Chryſ.

QUÆSTIO IV.

Quare velum templi ſciſſum eſt in Chriſti morte?

30. Joſeph. *Duplex velum templi.* Levit. 16.

TEmpli velum duplex erat, ut tradit Joſephus lib. 6. Belli. Unum interius in oſtio Oraculi, ſeu Sanƈta Sanƈtorum, quæ erat ſacratiſſima pars templi, & ideò ſemper erat velo clauſa, nec in illam aliquis ingredi poterat, niſi ſolus pontifex, & ſemel tantum in anno, in feſto nempè expiationis, Levit. 16. n. 2. Aliud erat velum, quod dicebatur exterius, in oſtio nempè exteriori domus, in quam quotidie Sacerdotes ingrediebantur.

31. D. Hieron. Origen. D. Leo. D. Cyril. Euthym. Cajet. *Sciſſum velum interius.*

Dubitatur, de quonam velo loquantur Evangeliſtæ. D. Hieron. epiſt. 150. ad Hedibiam q. 8. de velo exteriori interpretatur. Cui ſententiæ adhæret Origenes. Tamen D. Leo ſerm. 10. de Paſſ. D. Cyrill. Alexandr. Euthym. Cajetan. & communiter recentiores velum interius ſciſſum exiſtimant, nam hoc velum ante Sanƈtum Sanƈtorum erat Sanƈtiſſimum, abſolutéque velum dicebatur, quia ſemper velabat Sanƈtum Sanƈtorum, hoc enim ſemper clauſum erat, excepto die expiationis, quo Pontifex illud expiaturus ingrediebatur. Levit. ibid. n. 27.

32. *Scientia templi ornatus.*

Quod autem hoc velum ſciſſum eſſet per medium in duas partes, magno miraculo factum eſt; nam hoc velum, ut tradunt Hebræi, tam denſum, ac groſſum erat, ut ejus denſitas quatuor digitorum eſſet, nec ullo modo tranſluceret, & in textas figuras commodè repræſentaret; velum hoc intextos Cherubinos habebat, ut aliqui obſervant, quia templi ornatus, ſcientia, ac eruditio eſt, & hinc meritò velum templi Judæorum ſciſſum eſt, quia omnis Judæorum ſcientia, ac ſcripturarum cognitio, ab eis ſciſſa, & ablata eſt.

33. *Per Chriſtū omnia antiqua patefaƈta.* D. Leo.

Ad quæſtionem. Communis ſolutio Antiquorum eſt, quod in Chriſti morte ſciſſum eſt templi velum, ut denotaretur omnia myſteria antiqua, ac figuras, ſciſſio veli jam eſſe patefaƈta, ut in ipſum Sanƈtuarium, in ipsáque legis veteris penetralia, quæ maximè erant abdita, ac velo occulta, jam apertiſſimè omnes poſſent intueri. Divus Leo citato ſerm. *Velum,* inquit, *ſciſſum eſt, ſacrum illud myſticumque ſecretum, quod ſolus Summus Pontifex juſſus fuerat intrare, reſeratum eſt, ut nihil jam eſſet diſcretionis, ubi nihil reſidebat ſanƈtitatis.* Idemque docent Origenes homil. 36. in Matth. D. Ambr. lib. 10. in Luc. D. Hieron. Euthym Theophylaƈt. hoc loco.

Orig. D. Ambroſ. D. Hieron. Euthym. Theoph.

34. Theophyl. *Templum luges Chriſti mortem. Omnia Judæorum ſciſſa, & patefaƈta.* D. Leo. Hieron.

Secundò. Sciſſio veli ſignificat ipſum templum ſciſſa veſte tanquam lugens Judæorum ſcelus deteſtari. Theophyl. aƈtus: *Sicut,* ait, *erat mos Judæis in blaſphemiis contra Deum ſcindere veſtes: ita nunc quoque divinum templum, quaſi ægrè ferens Chriſti mortem diſrupit veſtem ſuam, hoc eſt velum.* Tertiò. Veli ſciſſio ſignificat in Judæis omnia jam eſſe ſciſſa, & ablata, nam velum erat quid ſacratiſſimum inter Judæos, ſignificabatque à ſynagoga fieri tranſmigrationem ad Eccleſiam. D. Leo citato ſerm. *Per veli ſciſſionem,* ait, *repudiatos vos ô Judæi debuiſtis agnoſcere, & omne jus ſacerdotis perdidiſſe.* Et ſermon. 17. *Adeò,* ait, *tunc à lege ad Evangelium, à ſynagoga ad Eccleſiam, à multis ſacrificiis ad unam Hoſtiam, quæ Deus eſt, ejuſdem eſt faƈta tranſlatio, ut emittente Domino ſpiritum, velumve ſubdita ſcinderetur.* Patefaƈta ſunt omnia, quæ erant templi, ut ait D. Hieron in præſenti, quæ antea tegebantur, quia ad gentium populum tranſibant.

35. Theoph. *Via cœli oſtenditur.* Euthym.

Quartò. Theophylaƈtus in cap. 15. Marc. *Sciſſum eſt velum,* ait, *per hoc manifeſtante Deo, quod gratia ſpiritus è templo evolet, quod Sanƈta Sanƈtorum omnibus conſpicua, & manifeſta fiant.* Ut ſignificaretur templum illud deinceps prophanandum fore, ac cum ſuis ritibus, & cæremoniis ſcindendum ac diſſolvendum eſſe. Quintò denotatur per Chriſtum apertam eſſe viam in cœlum, quæ antea erat clauſa Euthy. *Sciſſum,* inquit, *velum ſignificavit diviſum jam eſſe medium parietem inter cœlum, & terram, qui inter Deum erat, & homines, & factum eſſe hominibus cœlum pervium.*

36. D. Ambroſ. *Judæi ſparſi, & diviſi.* Gen. 11.

Sextò. D. Ambroſ. lib. de Joſeph. cap. 3. *Velum templi ſciſſum eſt,* ait, *ut diviſum regnum talibus manifeſtaretur indicibus deſtruendum: quia omne regnum diviſum deſtruetur. Et verè diviſum, quando hoc, quod erat Chriſti, cœpit eſſe etiam diaboli. Neque enim poterant indiviſi manere, qui à patre filium ſeparaverant.* Scinditur velum, ut denotaretur, quod poſt Chriſtum mortuum Judæi eſſent dividendi, ac ſcindendi per totum orbem, qui enim à Deo dividebantur, etiam dividendi erant. Ædificarunt filii Adam turrim Babel exiſtimantes ſe poſſe ſtare contra Dei voluntatem, ac beneplacitum, quid factum eſt inde. *Diviſit eos Dominus ex illo loco in univerſas terras.* Gen. 11. n. 8. qui enim diviſi ſunt à Deo, diviſi ſunt inter ſe in varias partes.

37.

37. Ad calcem quæſtionis quæro. Quare velum templi per tot ſæcula annorum illæſum rumpitur, nunc etiam vigilantibus Sacerdotibus, tunica verò Chriſti inconſutilis inter furentes militum manus conſervata triumphat? Reſpondet Divus

D. Athanaſ. Athanaſ. ſerm. de Paſſione. *Carnifices deterrebat, ait, ut tunicam ſcinderent, ut ea manente, maneret Judæorum opprobrium, quod non multo poſt accidit,*

Qui Chriſto ac virtuti ſervit, nullum malum timet. *nimirum cum velo ſciſſo, tunica Chriſti, nec à carnificibus quidem diviſa eſt, ſed integra manſit,* Quid ſanctius Judæorum velo in templo? Quid majori cuſtodia, & cura ſervatum per tot tempora? & vigilantibus etiam nunc Levitis, cuſtodienti turba ſacerdotali, nihil locus munitiſſimus templi; nihil profuerunt vigiliæ, ut velum illud ubi primum deſinit inſervire Chriſti myſteriis ſciſſum rueret, & rumperetur. At verò tunica, quæ maximè Chriſto Domino inſervierat, ejus altiſſima myſteria indicans, ut dixi ſupra cap 14. q. 4. in carnificum manibus non timet ſciſſuram, inter ſpicula, inter furentes gladios integra, ac impartibilis conſiſtit.

QUÆSTIO V.

Quare contremuit terra in Chriſti morte?

38. Origen. *Terræ motus univerſalis.* ORigenes exiſtimat hom. 35. in Matth. quod hic terræ motus fuerit particularis ſolius Judææ, ut de Eclypſi aſſerit. Tamen communis eſt ſententia, quod terræ motus fuerit univerſalis, ac vehementiſſimus in toto orbe, ut ſupra de Eclypſi Solis diximus. Ita Paulus

Oroſ. Oroſius. l. 7. c. 4. ſequuntur communiter omnes recentiores Janſen. Maldon. Barrad. Franciſc. Lucas, Cornelius, & alii.

39. Phlegon. Euſeb. Phlegon libertus Adriani Imperatoris, quem citat Euſebius in Chron. anno Chriſti 33. ubi refert, hoc terræ motu extra Judæam, quam plurimas domos Nicææ in Bithynia fuiſſe collapſas;

Plin. & Plinius l. 2. c. 84. ſcribit regnante Tyberio, ſub quo paſſus eſt Chriſtus, grandi terræ motu duodecim civitates in Aſia everſas fuiſſe. Idem-

Suet. que teſtatur Suetonius in Tyberio c. 48.

40. *Globus terræ è contra commotus.* Dydim. Job. 9. Ex his ſatis patet, quam magnus, & ingens fuerit hic terræ motus, itaut Didymus in Catena Græca in cap. 9. Job. exiſtimet quod totus globus terræ à ſuo centro fuerit commotus, ſic ait vaticinatum fuiſſe à Job. cap. 9. num. 6. *Qui commovet terram de loco ſuo, & columnæ ejus concutiuntur.*

41. *Omnia elementa mortem ſui creatoris loquebantur.* Si ergo totus terræ globus è centrò commotus eſt, ergo etiam mare, & flumina, terra cum mari unum globum conſtituit, ac proinde moriente Chriſto, mare cum fluctibus æſtuavit, exundavit ac ingenti fremitu inſonuit: Sol, & cœlum ſubtraxerunt radios ſuos; aër obſcuratus eſt, terra tremuit, petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta mortuos dederunt, omnia ſui creatoris necem teſtificabantur; veluti ad conſpectum

D. Ambr. tanti criminis obſtupeſcentes. D. Ambroſ. lib. 5. de fide cap. 2. *Cœlum, ait, caligine obducit, ut illuminet; terras tremefacit ut ſolidet; maria conturbat, ut mitiget: referat tumulos mortuorum, ut oſtendat domicilia vivorum.*

42. *Oſtenditur Chriſti divinitas.* Ad quæſtionem. Ratio literalis, ac communis Patrum, ut terrena omnia, tanquam lugentes darent ſignum in nece ſui creatoris. Concuſſio enim terræ Deo tribuitur, indexque eſt divinitatis. Hinc eſt illud Dei ad Eliam. *Ecce Dominus tranſit, & ſpiritus grandis, & fortis ſubvertens montes, & conterens petras ante Dominum,* 3. Reg. 19 num. 11. *Deus cum egredereris in conſpectu populi tui, cum pertranſi.es in deſerto, terra mota eſt.* Pſalm 67. num. 8. *Moveatur mare, & plenitudo ejus, orbis terrarum, & qui habitant in eo à facie Domini.* Pſalm. 97. num. 7. & Pſalm. 98. num. 1. Pſalm. 113. n. 6. Pſalm. 46. n. 7. Joël 2. n 10. & cap. 3. num. 16. Aggæi 1. num. 21. 23. Ac proinde tanto terræ motu divinitas Chriſti morientis oſtendebatur, ut adnotat Theophylactus in Lucam. 3. Reg. 19. Pſal. 67. Pſal. 97. Pſal. 98. Pſalm. 113. Pſal. 46. Joël. 2. Agg. 1.

Secundò. Ex D. Chryſoſt. ac Tito, Euthym. *Univerſaliter, quæ facta ſunt divinæ iræ ſigna erant.* Frequenter in ſacris literis, terræ motu divina ira ſignificatur. Pſalm. 17 n. 8. *Commota eſt, & contremuit terra, fundamenta montium conturbata ſunt quoniam iratus eſt eis.* 43. Euthym. *Significatur divina ira.*

Tertiò. Amphilochius ſerm. in ſabbato ſancto ait, *Heri terra commota, velut de fuga conſilium iniit.* Ubi myſteria crucis fulgere cœperunt, ſtatim omnia terrena ſe fugæ dederunt, tanquam ſi in longè abirent, utpote jam ab hominibus deſpicienda. Quartò. D Damaſcen. hom. in ſabbato ſancto. *Terra, ait, concuſſa eſt, Dominico reſperſa cruore, tabem, ſordeſque idolorum excutiens.* Cum terra Chriſti ſanguinem in ſe recipe ret, motu concutitur, tanquam abjiciens à ſe ſcelera, ac ſordes idololatriæ, ut ab illis expurgaretur. 44. Amphyl. *Ad crucifixi conſpect. m mundialia vileſcunt.*

Quintò. D. Auguſt. ſerm. 119. de Tempore. *Terra ipſa, ait, concuſſa à fundamentis ſuis, quaſi quæ crucem Domini vix ſuſtineat.* Cur ſic terra tremuit, & concutitur? Tantæ molis crux erat tantæque molis myſteria crucis extabant, ut hæc vix magnus mons ſuſtineret, ſed eorum pondere totus orbis à ſuis fundamentis concutitur, ac contremuit, & humana mens inconcuſſa hæc conſiderat, ac recogitat. 45. D. Auguſt. *Pondere crucis tremuit terra.*

Sextò. D. Hilarius lib. 3 de Trinitate. *Terra quid fecit, ait, ad onus Domini pendentis in ligno, intremuit eum, qui moriturus erat, intra ſe conteſtatam non capere. Nunquid, & portionem ſuam rupes, & ſaxa concedunt? Sed rupta deſiliunt, & naturam ſuam perdunt, cæſamque ex ſe arcam incontinentem condendi corporis confitentur.* Ad quid terra tremuit, & ſcinduntur petræ? Sic majeſtatem defuncti corporis venerabatur, dum terra terrore concuſſa, ſeſe ejus ſuſceptioni indignam oſtendebat; terra & ſaxa majeſtatem ſuſcipiendi Jesu paventes terroribus teſtificabantur incapacitatem ad filium Dei recipiendum, quod etiam ipſe D. Hilar. ait canon. 33. in Matth. *Occultum divinæ operationis myſterium, totius creationis ſtupore ſentitur.* 46. D. Hilar. *Etiam inſenſibilia Dei receſſum reverentur.* Hilar.

Cum deſcenderet Deus in montem Sinaï daturus legem dicitur Exod. 19 num. 18. *Totus autem mons Sinai fumabat eo quod deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne, eratque omnis mons terribilis.* Ultima verba transfert Chaldaïcus. *Et contremuit mons valdè* Pagninus. *Et commotus eſt omnis mons valdè.* Unde mons tam firmus, ac ſtabilis ſic contremuit, ac commovetur, pertimeſcebat Dei majeſtatem venientem in ipſum, ac proinde veluti ex pavore contremuit, conteſtans indignitatem ſuam, ad tantam Domini celſitudinem recipiendam. 47. Exod. 19. Chald. Pagnin. *D. in majeſtatem timet mons.*

QUÆSTIO VI.

Quare petræ ſciſſæ ſunt?

48. BARONIUS anno Chriſti 34. exiſtimat ex concuſſione terræ motus, ſaxa, & rupes eſſe ſciſſas, & quamvis fortè, aliquæ petræ ita ſciſſæ ſint, tamen hoc ut peculiare miraculum nar-
D. Hieron. rant Evangeliſtæ; & D. Hieron. teſtatur in Evangelio Nazaræorum legi, ſuperliminare templi eximiæ magnitudinis fractum eſſe, atque diviſum.

49. Cyril. *Magna ſciſſio in rupe Calvarii.* Refertur, quod petra ac rupes montis Calvarii rupta, ac ſciſſa fuerit, ut teſtatur D. Cyrillus Jeroſolym. catech. 13. Et hæc ſciſſio petrarum maximè facta eſt inter crucem Chriſti, ac impii latronis, ut teſtatur Auctor commentar. in Marc. apud D.
Hieron. Adrichom. Hieron. & Adrichomius in deſcriptione Jeruſalem, n. 251. Et ſubdit. *Cujus quidem ſciſſura ea eſt latitudo, quod humani corporis craſſitiem facilè capere poſſit. Profunditas verò tanta, quod ab hujus rei curioſis dimiſſa bolide nequaquam potuerit inveſtigari, ut veriſimile ſit in infernum uſque petere: & quemadmodum latroni dextro via per Chriſti mortem in cœlum reſerata eſt, ita per petræ hujus ſciſſuram latroni ſiniſtro, via in infernum aperta eſt.*

50. Euſeb. Plutarch. Barradas. Teſtatur etiam Euſebius lib. 5. præpar. Evang. c. 9. ex Plutarch. ſub Tiberio apud Paxis inſulam auditam vocem, *Magnus Pan mortuus eſt.* Pan Chriſtum ſignificare Barradas, & multi exiſtimant. *Pan* enim, idem eſt ac omne, Chriſtus autem, quia Deus eſt, Pan eſt, hoc eſt omnia eſt.

51. Mich. 1. *Luctus in morte Domini.* Ad quæſtionem Ratio literalis. Hæc ſciſſio petrarum facta eſt, ut petræ darent ſignum in morte ſui creatoris, ſciſſio enim petrarum ſignum eſt divinitatis. Mich. 1. n. 4. *Valles ſcindentur, ſicut cera à facie ignis.* Sciſſio veſtium fiebat in ſignum ſummæ triſtitiæ lugentis, ſic audita morte Saül *David veſtimenta ſua ſcidit.* 2. Reg. 1. num. 11. & multis aliis locis. Scinduntur petræ tanquam lugentes mortem ſui Domini.

52. *Arguitur durities Judæorum.* D. Ambroſ. D. Chryſ. Tertiò, ut argueretur durities Judæorum, quia ipſi obfirmati ſtabant in ſua nequitia, cum ad intuitum Chriſti morientis petræ ſcinderentur. D. Ambroſ. lib. 10. in Lucam. *O duriora ſaxis pectora Judæorum: finduntur petræ, ſed horum corda durantur: horum immobilis duritia manet orbe concuſſo,* Et Chryſoſt. hom. de Cruce, & latro. *Hodie,* ait, *apud Judæos, qui mente audaci contra Deum vadunt, petræ ſciſſæ ſunt.*

53. D. Cyr. Al. *Durities peccatorum tollitur à Deo.* Quartò. D. Cyrillus Alexandr. in capite 14. Zachar. Petras diruptas eſſe videtur ſignificare idololatrarum ad ſalutaria feſtinationem. *Hi enim cum creaturæ potius ſervirent, quam Creatori, velut lapideum cor, durumque & inflexibile, & in morem petrarum, nullos fructus afferentium habebant. Sed enim quid de ipſis Deus per Ezechielem, ait? Et auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo ipſis cor carneum, ut cognoſcant me.* In Chriſti morte ſcinduntur petræ? In petris oſtendebantur obdurati in peccatis homines, quorum lapidea corda unus Deus valuit emolleſcere, confringere, ut in ſalutem veniant.

54. Jerem. 23. Ait Deus per Jerem. 2. num. 23. *Nunquid verba mea ſunt quaſi ignis, dicit Dominus, & quaſi malleus conterens petram.* Nulla eſt cordis durities, quæ non cedat malleo, ac igni Verbi Dei.
Hieron. D. Hieron. *Meus, ait, ſermo nuntiat futura ſupplicia, ut deterreat homines à peccato, & ut inſtar ſilicis indomabilia ſermonis ſui malleo conterantur, auferens cor lapideum, ut ponat pro eo cor carneum.*

Marc. 27. *n.* 52. Et monumenta aperta ſunt: & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt.

Num. 53. Et exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem ejus, venerunt in ſanctam civitatem, & apparuerunt multis.

VERSIONES.

Syriac. n. 52. Et cadavera multa Sanctorum qui obdormierant.

D. Proſper. Multa corpora Sanctorum dormientium.

Vatablus. Qui dormierant, ſuſcitata ſunt.

Origen. hom. 35. Qui dormierant, ſurrexerunt cum eo.

Vatablus. n. 53. Et egreſſi de monumentis.

Arias. Poſt excitationem ejus.

EXPOSITIO III.

MONUMENTA *aperta ſunt.* Cum terra mota eſt, ac petræ ſciſſæ ſunt, 55.
multa marmorea operimenta, quibus ſepulchra tegebantur, excuſſa ſunt ipſo terræ motu, ſi mortui contremiſcerent de cæde, quam vivi non verebantur inferre. *Et multa corpora Sanctorum.* Eorum nempe, qui in vera Dei fide, ac charitate deceſſerant, ut Abraham Iſaac, Jacob, & alii. *Qui dormierant.* Mors juſtorum, ob eorum quietem, dicitur ſomnus, *ſurrexerunt.* In die nempe reſurrectionis cum Chriſto, hoc apertè denotat D. Matth. cum ait, ſequenti verſu, *Exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem ejus.* Ad quid mortui redivivi remanerent triduo in ſepulchris. Poſtquam ergo Chriſtus reſurrexit, & mortui revocati ſunt in vitam, Chriſtus namque eſt primogenitus mortuorum. D. Hieronymus in præſenti. D. Hieron.
Tamen cum monumenta aperta ſunt, non antea reſurrexerunt, quam Dominus reſurgeret, ut eſſet primogenitus reſurrectionis ex mortuis. Similiter D. Chryſoſt. Euſebius Emiſſen. hom. 6. de Paſcha. D. Chryſoſt. Euſeb.

Et exeuntes de monumentis. Egreſſi nempè à ſuis ſepulchris, *poſt reſurrectionem ejus,* quia tunc ſurrexerunt, ut modo dixi. Venerunt in ſanctam civitatem, Jeroſolymam ſcilicet. Dicta eſt autem civitas ſancta ob templum, & cultum unius Dei, quod autem Evangeliſta Auctore retineat hoc nomen, modo recenter polluta Chriſti morte reſpondet D. Hieron. epiſt. 150. ad Hedibiam, q. 8. *Nulli violentum eſſe videatur, cum uſque ad deſtructionem ejus, ſemper Apoſtoli templum ingreſſi ſint, & ob ſcandalum eorum, qui de Judæis crediderant, legis exercuerint ceremonias.* Vel quamvis civitas in præſenti eſſet fœdata Chriſti parricidio, tamen Evangeliſta ſanctam dicit ob antiquam ſanctitatem eam venerans tam honorifico nomine appellat. *Apparuerunt multis,* Apoſtolis ſcilicet, diſcipulis, multiſque Judæis, etiam nondum ad Chriſti fidem converſis, ut illis veram Chriſti fidem, ejuſque reſurrectionem 56. D. Hieron. *Antiqua ſanctitas veneratur.*

nem, tanquam teſtes prædicarent ac affirmarent.
Euthym. Euthym. *Ut ex eorum reſurrectione alii certiores redderentur, & de reſurrectione illius*, ſcilicet Chriſti, *cogitantes quod qui hos reſuſcitavit; multò magis ſeipſum reſuſcitavit.*

QUÆSTIO VII.

Circa hanc Sanctorum reſurrectionem duæ quæſtiones reſolvuntur.

57. SAncti, de quibus D. Matth. hic ait, non ſurrexerunt niſi poſt Chriſti reſurrectionem, ut fatentur omnes Patres, Hieron. Origenes, Beda, D.Thom.& alii Nam Paul. Coloſſ. 1. n. 18. Chriſtum vocat primogenitum mortuorum, & primitias reſurgentium. Quo poſito.
Coloſſ. 1.

58. Quæro primò. Quando monumenta aperta ſunt? Nam mortui non ſurrexerunt niſi poſt Chriſtum, ergo non in morte, ſed in reſurrectione Chriſti aperta ſunt monumenta, ad quid in morte aperienda erant monumenta, & ideò hanc ſententiam tenet Maldonatus.
Quæſt. 1. Maldon.

59. Reſpondetur, quod communis ſententia eſt monumenta eſſe aperta, in Chriſti morte, & hoc inter cætera prodigia, ut magnum miraculum refert Evangeliſta; ut fieret evidens, quod Chriſtus erat Dominus vivorum, ac mortuorum, vi ergo terræ motus excuſſa ſunt operimenta marmorea à ſepulchris. Ut nunc cadavera viſa à multis Ethnicis, ac fortè etiam Judæis, licet ipſi ab hoc abſtinerent, ne contaminarentur, eorum reſurrectio facilius crederetur.
Ubi terræ motus ſepulchra aperta.

60. Deinde ſepulchra in Chriſti morte aperta ſunt ut denotarentur vi paſſionis Chriſti mortem eſſe ſuperatam, & vitam humano generi reſtitutam.D Hier. epiſt.150.q. 8. *Monumenta aperta ſunt in ſignum futuræ reſurrectionis.* D. Ambroſ. lib. 10. in Lucam. *Monumentorum reſurrectio*, ait, *quid aliud, niſi clauſtris mortis effractis reſurrectionem ſignificat mortuorum.* Similiter D. Hilar. ac alii Patres.
Signa reſurrectionis. D. Hieron. Ambroſ. Hilar.

61. Quæro ſecundo. An iſti ſancti, qui poſt Chriſtum reſurrexerunt, iterum obierint, an potius in cœlum cum Chriſto immortalitate donati aſcenderint? Gravis, & antiqua eſt controverſia D. Auguſt.epiſt 99.ad Evodium, Euthym. Theophylact D.Thom.3.p.q.53.art. 3. ſequuntur recentiores, Franc. Lucas, Barradas, & alii cenſent, eos iterum obiiſſe. Et probatur ex Paulo ad Hebr. 11. n. 39. de Patribus antiquis loquens cit. *Non acceperunt promiſſionem, ut non ſine nobis conſummarentur.* Ergo ſi ſancti Patres ſine nobis non ſunt conſummati, ſine nobis perfecta animæ, & corporis beatitudine non ſunt donati.
Quæſt. 2. *An reſurrexerint ad vitam æternam.* Auguſt. Euthym. Theop.

62. Oppoſita ſententia, quod hi ſancti ſurrexerint ad vitam æternam, mihi probabilior, eam docent hic D Hieron. Origen. D Thom. Beda, D.Anſelm. D Ambroſ lib.4.de fide, c. 1. Clemens Alexandr. lib.6 stromat. Euſebius lib. 4. demonſtrat. Evang. cap.22.Epiphan. hæreſ. 75.Probatur primò, quia maximè conveniebat, ut Chriſtus Dominus fructum ſuæ mortis, ac reſurrectionis ſtatim oſtenderet in beata hac ſanctorum reſurrectione. Secundò, quia cum animæ horum ſanctorum jam eſſent beatæ, non decebat eas uniri, niſi corporibus jam glorioſis, ac immortalibus, quibus & multis apparuerunt. Deinde quia valde exigua fuiſſet eorum felicitas. Tandem maximè decebat, ut ſicut hi ſancti Chriſtum reſurgentem ſunt concomitati, ſic aſcendentem in cœlum concomitarentur.
Hieron. Origen. D. Thom. Beda. Anſelm. Ambroſ. Clem. Epiph.

Ad locum Pauli rectè reſpondet Cajetan. illam particulam *ſine nobis* non referri ad perſonas ſingillatim,ſed ad ſtatum legis gratiæ, ſic enim Deus diſpoſuit, ut illi ſancti Patres non beatificarentur, niſi adveniente ſtatu legis gratiæ, ac Evangelicæ; & ideò hanc ſententiam maximè ſequuntur recentiores cum Cajetano, Suar tom 2.ad 3. p q. 53 art. 3. in comment. § *Poſterior ſententia.* 63.
Suar. Cajet.

CAPUT XX.

Lancea Latus aperitur.

*Joan.*19.*n.*31.Judæi ergo (quoniam Paraſceve erat) ut non remanerent in cruce corpora ſabbato (erat enim magnus dies ille ſabbati) Rogaverunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, & tollerentur.

*Num.*32. Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura & alterius, qui crucifixus eſt cum eo.

VERSIONES.

*Syriacus.n.*31. Judæi verò, quoniam Paraſceve erat, dicunt: nequaquam pernoctabunt corpora iſta in cruce, quandoquidem ſabbati illuſceſcet dies (erat enim magnus dies ſabbati illius) & efflagitaverunt à Pilato, ut confringerent crura eorum ſuſpenſorum, atque tollerent eos.

Arabicus. Judæi ergo quoniam dies Paraſceve erat. Dixerunt hæc corpora non maneant ſuper cruces ſuas propter ſabbatum. Rogaverunt ergo Pilatum, ut frangerentur, ac deponerent ea.

*Syriacus.n.*32. Venerunt itaque milites, & confregerunt crura prioris, & ejus alterius, qui crucifixus erat cum eo.

Arabicus. Et primi quidem fregerunt crura, & crura alterius, qui crucifixi fuerant cum eo.

Arias. Qui crucifixi fuerant ei.

EXPOSITIO I.

JUDÆI *ergo.* Primi, ac Principes Judæorum, & hæc perpetrarunt, antequam ſcirent à Jesu traditum fuiſſe ſpiritum (*quoniam Paraſceve erat.*) Feria nempè ſexta præcedente diem ſabbati, & dicebatur *Paraſceve* Græco vocabulo, hoc eſt præparatio. In ea enim præparabantur neceſſa- 1.

neceſſaria ad ſequentem diem feſtum. De quo quæſt. ſequenti. *Ut non remanerent in cruce corpora ſabbato.* Præceperat Dominus in lege, ut cadavera ſuſpenſorum eadem die deponerentur. Deuter. 27. de quo eadem quæſt. quod nunc verò citiſſimè erat faciendum ante ſolis occaſum, tunc enim in illo occaſu ſuſcipiebat ſabbati ſolemnitas (*erat enim magnus ille dies ſabbati.*) Non erat ut vulgaris dies ſabbati, ſed valdè ſolemniſſimus utpote Paſchalis. *Rogaverunt Pilatum.* Princeps nempè vel per ſeipſos, vel per nuntios. *Ut frangerentur eorum crura.* Fortiſſimis ictibus mallei, aut ferrei inſtrumenti, hoc fine, ut citius morerentur, D. Cyril. tum ut ait D. Cyrillus lib. 12. in Joannem 39. *Ob magnitudinem doloris, ac ob ſanguinis exundationem.* Plin. Tum quia ut ait Plinius lib. 11. cap. 45. *Cruribus, ac genibus ineſt vitalitas, namque in ipſa genus utriuſque commiſſura dextra, lævaque à priori parte, gemina quædam buccarum inanitas ineſt, quæ perfoſſa ſeu jugulo ſpiritus fugit.*

2. *Venerunt ergo milites.* Annuit Pilatus eorum rogationibus, Venerunt ergo milites à Pilato deſtinati, *ac Judæorum voluntati obſequentes.* Ut ait Cyril. Euthym. noſter D. Cyril. *Et primi*, id eſt, ut notat Euthym è crucifixis latronis dextri, qui Chriſti ſanguine juſtificatus erat, ſemper juſtus primus eſt in tormentis, & ab hoc ſancto Latrone magno odio, ac ita incœperunt, utpotè quia Chriſti confeſſor erat. *Et alterius*; ſcilicet latronis ſiniſtri, & iniqui.

QUÆSTIO I.

Quare tam inſtanter Judæi rogant Pilatum, ut deponerentur corpora ſuſpenſorum, eo quod Paraſceve erat?

3. PRæcepit Deus, ut crucifixi cadaver, eadem die qua fuit ſupplicio affectus ſepeliretur. Deuter. 21. Deuter. 21. n. 22. *Non permanebit cadaver ejus in ligno, ſed eadem die ſepelietur*, Et ſtatim ſubditur cauſa. *Quia maledictus à Deo eſt, qui pendet in ligno, & nequaquam contaminabis terram tuam.* Maledictum hic ſumitur pro execrabile, ut notat Cajetan. Cajetan. Volebat Deus facinoroſos, quorum pœna erat ſuſpendium, omnino deleri de terra, tam ipſos, quam quidquid eorum erat, utpotè cadaver, nam juxta phraſim ſcripturæ ſicut terra malis coinquinatur, ita eorum cadaveribus.

4. *Cur feria ſexta Paraſceve.* Quando Dominus crucifixus eſt, erat feria ſexta, omnis enim feria ſexta Paraſceve, Græco nomine dicebatur, id eſt præparatio, quia in ea cibi præparabantur in ſabbatum, quos ipſos ſabbato præparari non licebat. Judæi ergo, quia Paraſceve erat, hoc eſt feria ſexta, quam ſequebatur ſabbatum, rogabant Pilatum ut deponerentur corpora ſuſpenſorum, tum quia ſabbato non poterant tolli, cum in eo non poſſent aliquod opus ſervile exercere, & quia Judæi mortuorum Levit. 27. tactu contaminabantur. Levit. 27. numer 31. Deut. 14. Deuter. 14. n. 8. Ut inde non poſſent Paſcha celebrare. Deinde ne ſolemniſſimum illud ſabbatum ipſis cadaveribus ſuſpenſis deturparent, fœdarent, ac horrore afficerent, ut ait D. Auguſt. D. Auguſt. Debebant ergo rei mori, ac ſepeliri ante Solis occaſum; ſabbatum enim incipiebat à veſpera, & ſolis occaſu.

5. Magno cum myſterio Chriſtus Dominus in die Paraſceve crucifigitur & moritur, ut ponderat D. Bernard. ſermon. 5. in vigilia Nativitatis. D. Bernard. *Paſſio Chriſti illis prodeſt, qui ſe ad mortem præparant.* *In Paraſceve, ait, paſſus eſt, id eſt in die præparationis. Meritò omnibus dicitur, ſanctificamini hodie, & eſtote parati iiſdem ſiquidem maximè prodeſt, Chriſti mors, & paſſio, qui mortem propriam prævenientes, & prævidentes ad illam præparantur, nos imparatos interficiat mors.* In die Paraſceve moritur Chriſtus, quia animus ſemper ſit præparatus ad meditandum in Chriſti morte, & illis maximè prodeſt paſſio Chriſti, qui ſe præparant ad mortem. *Iiſdem ſiquidem maximè prodeſt Chriſti mors, & paſſio qui mortem propriam prævenientes ad illam præparantur.*

6. Rogant Judæi Pilatum, ut frangerentur eorum crura, ne in ſabbato remanerent corpora, & cur *Impiè ſævit, qui pietatis prætextu ſævit.* non potius rogant, ut lancea aut gladio transfodiantur, hoc facilius erat, & celeriorem mortem reis inferebat, ſed crurifragium poſtulent, hoc enim erat valdè durum, & grave tormentum, & illud prætextu religionis ſabbati, ac ſpecie pietatis Chriſto inferre. Ait Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis, Matth. 7. num. 15. Mat. 7. *Attendite à falſis Prophetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.* Cavenda dicitur luporum rabies in iis, qui ovium integumento falſo veſtiuntur. Sub palliata namque virtutis ſpecie major ſemper crudelitas in ſanctos nutritur. Ad hoc reſpiciens D. Hilar, Conſtantio Hilar. Auguſt. lib. 1. contra illum dicebat: *At tu omnium crudelitatum crudeliſſime, damno majori in nos, & venia minore deſævis, ſubreptos nomine blandienti occidis ſpecie religionis.*

7. Dicitur 1. Reg. 19. n. 9. *Factus eſt ſpiritus Domini malus in Saül: ſedebat autem in domo ſua, &* 1. Reg. 19. *tenebat lanceam: Porro David pſallebat manu ſua. Niſuſque eſt Saül configere David lancea in pariete.* Quærunt Interpretes an in Davidem pſallentem Saül contorqueret lanceam agitatus ab ſpiritu malo, an ab eo liberatus; non dæmonis impulſu, ſed tranquillo animo? Baſilius Seleucus Seleuc. eleganti ratione comprobat orat. 15. Paulum, ait Dæmonis exitu levatus Saül, & adverſorum deterſa caligine in Davidem, quem præſentem cognoverat, haſtam ejaculatus; medicinæ pretium cædem obtulit. Pondera ſequentia. Quaſi ad mentem ſobriam ideò ſe recepiſſet, ut iterum ſerviret *Crudelius peremit Saül ſobrius quam furioſus.* invidiæ, hoc eſt crudeli odio, nimia fuit aſtutia; ut Saül non contorqueret lanceam in Davidem, quando furore maligni ſpiritus agitabatur, ſed dum ab illo liberatur ſana eſſet mente, ut non rabie, ſed ſobriè ſævire videretur, ut plaga, & vulnus inflictum, non ira, ſed ratio, non furor ſed conſilium putaretur, ut ita ſub rationis, ac juſtitiæ prætextu graviter hominem in vita, ac fama feriret, ac cruentaret. Vide ſuprà lib. 7. cap. 16. num. 38. 39. 40. & lib. 8. cap. 3. num. 64. 65. & cap. 4. num. 66. & aliis in locis ibi citatis.

Joan. 19. *n.* 33. Ad Jeſum autem cum veniſſent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura.

Num. 34. Sed unus militum lancea latus ejus aperuit, & continuò exivit ſanguis & aqua.

VER

VERSIONES.

Syriac. Arabic. n. 33. Cúmque veniſſent ad Jesum viderunt eum jam eſſe mortuum, neque confregerunt ejus crura.

Syriac. n. 34. Sed unus ex militibus feriit eum in latere ipſius lancea.

Arabicus. Unus ex militibus lancea ſua in latere ejus dextero perforavit.

Pagnin. Vatabl. Latus ejus fodit, & continuò fluxit ſanguis & aqua.

Marc. Lancea latus ejus pupugit.

Arabic. D. Chryſ. hom. ad Neophytos, tom. 5. Aqua fluxit, & ſanguis.

EXPOSITIO. II.

8. Euthym. AD JESUM *cum veniſſet.* Fractis cruribus duorum latronum ultimo loco veniunt ad Jesum Euthym. *Poſtremò ad eum venerunt, majore contumelia, in gratiam Judæorum ipſum afficere volentes.* Exiſtimat quod quid crudelius in Chriſtum cogitabant, quam in latrones. *Et ut viderunt eum jam mortuum*, forſitan hoc ante viderant, & ideò ultimo loco ad Chriſtum venerunt, nam Centurio obſervavit, quod clamans expiraſſet Marc. 15. n. 39. idipſum dixerunt non ſolum milites, ſed etiam aliqui ex Judæis. Luc. 23. n. 48. ſed nunc iterum ad majorem certitudinem, hoc voluerunt videre *Non fregerunt ejus crura*, judicantes id ſuperfluum; quia cauſa frangendi crura erat ad accelerandam mortem, quod ex alto Dei conſilio factum eſt, ut ſcriptura adimpleretur, *os non comminuetis ex eo.* Ut infra dicam.

Marc. 15. Luc. 23.

9. Cyrill. *Unus militum*, quibus hoc negotium commiſſum eſt, *lancea latus aperuit*, hoc fecit, ut exiſtimat noſter D. Cyrillus dubitans, an mortuus eſſet, & ſi non eſſet mortuus, ut hoc vulnere illi mortem accelerat Noſtra vulgata habet *lanceis.* Græcus *cuſpide haſtæ*, Nazianz. *Enſe.* Nonnus. *Machæra*, Theoph. explicat *romphæa*, quod erat quoddam genus ferramenti. Noſtra vulgata habent *aperuit.* Vatabl. Pagnin. *fodit.* Quo videtur denotari lanceam totum latus Chriſti penetraſſe, ita ut multi exiſtiment, quod uſque ad coſtam tranſiret, alii autem autumant, quod inflictum eſt vulnus per latus dexterum, & tranſverſo modò exiret per ſiniſtrum. De quo infra, ubi etiam de latitudine hujus vulneris dicam; *& continuo* abſque ulla mora ex eo vulnere *profluxit ſanguis, & aqua*, valdè miraculosè, ita ut viſu ſanguis diſcerni potuerit ab aqua, & quod Joannes hoc viderit oculis corporalibus adnotat dicens: *Et qui vidit teſtimonium perhibuit.*

Græcus. Nazianz. Nonnus. Theophyl. Vatablus. Pagnin.

QUÆSTIO II.

Quare iſte miles potius quam alius Chriſti latus aperuit & quiſnam ille eſſet?

10. *Quis iſte miles.* Uſuardus. Ado. AB hoc ultimo incipio quæſtionem. Quiſnam eſſet iſte miles? Uſuardus, Ado, Beda, D. Auguſt. in Manuali cap. 23. ſcribunt hunc militem Longinum appellatum, de quo ait D. Iſidorus. *Longinus latus Salvatoris aperuit, & gutta ſanguinis Chriſti, cum eſſet altero oculo privatus: illuminatus eſt extra, & intus lumine fidei, & per Apoſtolos baptizatus, & poſt longum tempus in eremo, Epiſcopatus honorem, & Martirii coronam meruit.* Hæc referuntur apud Salmeiron, tom. 10. tractat 47. in proprio tamen volumine Iſidori non potui invenire. Idémque de viſu accepto teſtantur Petrus Comeſtor c. 179. Petrus de Natalibus. Noſter Mantuanus, Nazianz. in tragœdia, quæ omnia aliquibus videntur incerta & apocrypha dicit Baron. tom. 1. ann. Chriſti 34. n. 131. licet fundamenta non apponat.

Beda. D. Iſidor. Salmeir. Comeſt. Pet. de Nat. Mant. Nazianz. Baron.

Quæſtio tamen principaliter inquirit, quare potius hic miles, quàm quilibet alius Chriſti latus percuſſit. Eundem hunc militem eſſe ac illum qui Chriſti Domini tunicam inconſutilem ſorte accepit; exiſtimat Drogo Hoſtienſ. de Paſſione Domini. *Quis eſt ille*, ait, *unus militum niſi forte ille, qui tunicam tuam inconſutilem ſorte accepit: ipſa eſt nimirum unitas fidelium, quæ tibi ſoli militat.* Milites ſtantes ad crucem veſtem Chriſti exteriorem in quatuor partes diviſerunt, *Acceperunt veſtimenta ejus, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem.* At verò de veſte inconſutili ob ſuam excellentiam *Dixerunt ad invicem; non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa, cujus ſit.* Quæ juxta citatum Auctorem huic militi ſorte obvenit, & ſuper cæteros maximè nobilitavit, & ex tanto dono accepto conjicit Hoſtienſis, quod ipſa pectus Domini vulneravit; ſic namque magna beneficia injuriis repenſare hominibus frequens eſt, qui pro collato beneficio crudele vulnus inferre ſolent, ita ut unum beneficium ſit magnæ injuriæ index, ac argumentum. 11.

Drogo. *Pro beneficio injuriam homines inferunt.*

Crudeliter Saül Davidem perſequebatur, inter quæ contigit, ut cum David in quadam ſpelunca cum ſuis latitaret, in eam ingreſſus eſt Saül, tunc data opportuna occaſione vehementer ſocii adurgebant Davidem, ut Saüli necem inferret, & ut de inimico ſuo ulciſceretur, à quo David maximè abſtinuit, & viros ſuos compreſſit, oram tantum chlamydis abſcidit, non in ſervatæ vitæ ſignum, ſed pòtius in reverentiæ argumentum Cumque poſt tergum Saül clamaſſet David, eique totam rem aperuiſſet, quomodoque ſe abſtinuit, cum eum poſſet occidere; quod cum agnoviſſet Saül. *Levavit vocem ſuam, & flevit, dixitque ad David: juſtior tu es quàm ego: tu enim tribuiſti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala.* 1. Reg. 24. n. 18. finitoque ſermone ait textus. *Abiit ergo Saül in domum ſuam, & viri ejus aſcenderunt ad tutiora loca.* Ibidem n. 23. Non alibi, ſed hic tantum legitur, quod David & viri ejus aſcenderint ad tutiora loca, & cur modo cum Saül multa ſigna retractationis ſuæ voluntatis, multáque amoris ſigna erga Davidem oſtenderit, in domúmque ſuam tanquam deſiſtens perſequi Davidem abierit. David ut valdè generoſus inimico parcit, ut prudentiſſimus tamen fugit. David magnum beneficium contulit Saüli, ei vitam donans, & licet antea eum ut invidum timuerit, modo ut beneficum maximè pertimeſcit: cum enim familiare ſit hominibus in benefactorem inſurgere, quanto magis cum beneficiis aſtrinxit, tanto magis novas furoris machinas perhorreſcit, & inde maximè eum cavere cœpit, nam ex conceſſa vita ait Carthuſ. *David & viri ejus conjecerunt, quod eos in brevi inſequeretur.* Vide ſupra hoc lib. 8. cap. 3. n. 186. & 12.

1. Reg. 24. *Beneficium conceſſum odii fomentum.*

cap.4.n.46. & tom.4 cap.13 q. 10 n. 74 75.76. 77.& cap.17. quæſt. 16. num.105.106.107.

QUÆSTIO III.

Quare nomen hujus militis non exprimitur?

13. Joan. 18. Reſpondeo primò. Quod Evangeliſta nomen hujus militis tacet: ſicut & illius qui dedit alapam Jesu. Joan. 18. n. 22. Cum tamen exprimeret nomen eorum, qui ſtabant juxta crucem. Joan 19. Joannes 19. numer. 25 *Stabat juxta crucem JESU, Mater ejus, & ſoror Matris ejus Maria Cleophæ, & Maria Magdalena.* Sicut & exprimit nomen Joſeph ab Arimathæa, & Nicodemi, qui venerunt, & tulerunt corpus Jesu, & ſepelierunt. Ibidem num 38. 39. Nam ſacri Evangeliſtæ in bonis operibus, quæ nobilitant, eorum Auctores ſcribunt, in malis verò, quæ dedecorant, tacent, & occultant. Vide tom. 3. cap 6.q.9. n.51.52.53 & tom. 4 cap.5 q. 8. num.66.

Sancti tacēt mala, dicunt bona.

14. Secundò. Nomen hujus militis non declaratur, nam hic miles Chriſtum multum dilexit, eique maximè extitit aſtrictus beneficio accepti viſus, indéque nomen Jesu, ac fidem prædicavit dans teſtimonium, quod eum ut verum filium Dei clamantem vidiſſet expirare. Multis citatis Auctoribus placet, quod hic miles eſſet Centurio ille, qui in Chriſti morte dixit. *Verè hic homo filius Dei erat.* Marci 15. n. 39. Et apud hominum æſtimationem diligentis, ac obligati teſtimonium non multum prævalet, & ideò ne quiſpiam aliquid contra ejus teſtimonium opponeret, nomen illius tacetur.

Teſtimonium magnæ auctoritatis. Mar. 15.

15. Quantum ad teſtimonium diligentis comprobatur, ex his quæ Chriſtus dixit de Spiritu ſancto. *Non loquetur à ſemetipſo.* Joan. 16. num. 13. Cur dicitur quod non loquetur à ſemetipſo, cum ſit verus Deus? Moraliter dico; Spiritus ſanctus cum ſit amor, teſtimonium diligentis in negotio dilecti, non in magna auctoritate eſt apud homines, hoc notavi jam: ac explicavi ſupra lib. 7. capite 17 expoſit. 4. n. 71. præfata verba expendens. Vide ibi dicta. Sic & Joanne cum Chriſtum ſummè diligeret in teſtimonio proferendo ſuum nomen tacet. *Qui vidit teſtimonium perhibuit.* Joan. 19. n. 35.

Joan. 16. *Teſtimoniũ diligentis apud homines ſuſpectum.*

16. Pro beneficiis aſtricto facit, quod cum claudus eleemoſynam peteret à Petro, & Joannes introeuntibus in templum, ait illi Petrus. *Argentum, & aurum non eſt mihi, quod autem habeo hoc tibi do; in nomine JESU Chriſti ſurge, & ambula.* Actor. 3. n 6. Cur non aliqua moneta ei in eleemoſynam datur ab Apoſtolis dicitur. *Intravit cum illis in templum ambulans, & exiliens, & laudans Deum.* Cum ipſe eſſet teſtimonium redditurus, non aliquid pecuniæ accipiat, ne inde teſtimonium debile appareat. D Baſil.Seleuc. orat. 21. *Pro tua debilitate fer ſententiam, ait, eáque debilitas abacta integra à muneribus voce judicium exerceat.*

Act. 3. *Obligati teſtimonium non multum valet.* Seleuc.

QUÆSTIO IV.

Quare lancea non vulneratur alia pars corporis, niſi latus dexterum, ita ut ad cor penetraret, agitur de latitudine, ac profunditate hujus vulneris?

17. Corpus Chriſti poſt mortem, antequam de cruce deponeretur lancea vulneratum eſſe, ejúſque latus apertum, de fide eſt, ut definit Clemens V. cum Concilio Viennenſi in Clementina de ſumma Trinitate, & fide Catholica & apertè patet ex textu Joan. *Ad JESUM autem cùm veniſſent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura, ſed unus militum lancea latus ejus aperuit.* Vulnus autem permiſſum eſt non ad meritum; meritum enim in morte conſummavit Chriſtus, nec enim jam mortuus mereri potuit, licet vivens in præviſione, ac acceptatione hujus vulneris multum promeruit; actualiter ergo ordinatum eſt vulnus ad myſterium, ut notat Cornelius à Lapide, de quo in quæſtionib. ſequentibus.

Clem. V. *Vulnus actualiter non fuit ad meritum.* Cornel.

18. Poſtquam ergo milites fregerunt crura utriuſque latronis, ultimo loco venerunt ad Chriſtum ut ait Euth. cit. in expoſitione, majori contumelia ipſum afficere volentes in gratiam Judæorum; ut notat D. Chryſ. vel etiam cum Centurio, ac milites territi fuiſſent viſis miraculis in Chriſti morte, clamaſséntque *verè hic homo filius Dei erat:* inde quadam reverentia ducti, ejus crura noluerunt frangere, tamen ne fortè vivus è cruce deponeretur, unus miles lanceam intorſit in latus, ut tranſverberando cor, ſi non eſſet mortuus, ut N.Cyrill Alex. ſtatim obiret, & ita ſine dolore crurifragii è vita diſcederet, agnoſceréntque Judæi ideò illi non fuiſſe crura facta, qui jam mortuus erat.

Euthym. Chryſoſt. *Cur miles lancea latus vulneravit.* Cyrill.

19. Circa hoc vulnus multa ſunt inquirenda. Et cum duplex ſit latus, dextrum, & ſiniſtrum, dubitatur quodnam eſſet? aliqui recentiores ut Suar. tom.2.ad 3. p. diſp. 41. ſect.1.Franc. Lucas exiſtimant ſiniſtrum, tamen communiter Pictores, & Antiqui exiſtimant fuiſſe Dextrum. Ita D. Bernar. ſerm.17. in Pſam. *Qui habitat* Innocent. lib. 2. de myſteriis Miſſæ, c.58 D Bon. in ſuis medit. c.80. D. Greg. Nazianz in Tragœd. *Adegit illi lanceam in dextrum latus.* B. Brigitta lib. 7 c. 15. *Infixit lanceam in latere ejus dextro.* D. Franciſcus recipiens à Chriſto quinque ſtigmata in latere dextro accepit ſtigma, ſicut in manibus, ac pedibus, ut teſtantur D. Bonav. in ejus vita, Lucas Vvalding. in annalibus minor. ann. Chriſti 1224.n.19.

Dexterum latus. D. Bernard. Innocent. D.Bonav. Greg. Naz. B. Brigit. Franc.

20. Miles lancea cor Chriſti transfixit, ut teſtatur B.Brigitta lib. 2. cap. 21. *In corde punctus erat tam amare & immiſericorditer, quod pungens non deſtitit, donec lancea attigit coſtam, & amba partes cordis eſſent in lancea.* Quod ergo lancea penetraverit cor docent etiam D. Cyprian. de duplici Martyrio; Gabriel. tract. de Paſſione. D.Vincentius, & alii explicantes illud Ezechielis c. 47. n. 2. *Et ecce aquæ redundantes, à latere dextro cum egrederetur vir ad orientem.*

Transfigitur cor. B. Brigit. Cyprian. Gabr. Vincent. Ezech. 47.

21. Dices. Lancea percuſſit dexterum latus, ergo non tranſverberavit cor. Reſpondetur quod lancea per latus dexterum tetendit in cor, cor enim ferè eſt in medio pectoris, licet quædam pars ejus pulſet

pulſet in ſiniſtro Cornelius à Lapide exiſtimat, quod lancea adacta eſt per dexterum Chriſti latus, & tranſierit per cor, & pericardium, atque cuſpis ejus exierit per latus ſiniſtrum ad popil-
Prudent. lam. Sic canit Prudentius De Chriſti Paſſione.

Trajectus per utrumque latus laticem, atque cruorem.

Ebi iſtus agit.

22. Hoc vulnus lateris valdè profundum fuit, ut
Lateris vulnus profundum, & latum. etiam ad coſtam penetraret; ut modo ex revelatione B. Brigittæ retuli, *Donec lancea attigit coſtam:* Idémque habet D. Athan. citandus quæſt.
B. Brigitt. ſequenti. Vulnus etiam hoc valdè latum fuit, ut
Joan. 20. patet ex Chriſti verbis ad B. Thomam Joan. 20. n. 27. *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum.* Sicut ergo clavorum vulnera talia erant, ut in eis poſſet digitus immitti, ita lateris vulnus tale fuit, ut in eo poſſet tota manus Thomæ intromitti.

QUÆSTIO V.

Moraliter locus vulneris, ejúſque latitudo, magnitudo cùm tranſverberatione cordis expenditur?

23. OMnia, quæ ſuperiori q. explicata ſunt, cum
Athanaſ. magno myſterio fuerunt. Percutitur Chriſti latus D. Athan. ſerm. de Paſſ. *Mactatus JESVS eſt*, ait, *non alibi, quam in latere ad coſtas, ut quoniam prius per mulierem è coſta formatam profluxerat deceptio, ita nunc per coſtam ſecundi Adæ, redemptio, & emundatio prioris Adæ dimanaret;*
Antioch. D.Ambr. *Vnde malum inde remedium.* Antiochus Ptolemaïdos in Catena Græca; *JESVS vulnus Adæ curare volens, opponit latus lateri, ut unde vulnus promanavit; inde ſalus exiret.* D. Ambroſ. l. 5. de Sacram. c. 1. Quare de latere, quia unde culpa, inde gratia ex latere, ſeu coſta Adæ dormientis formata eſt mulier, quæ prævaricationis peccatum in mundo intulit: percutiatur ergo mortui Chriſti latus, ut ex ipſo altera Eva, Eccleſia nempè prodeat, in qua ſit ſalus, & vita, ut unde radix peccati exiverat, inde fons gratiæ naſcatur, & ut id quod erat fœdatum ſcaturigine culpæ, nobilitetur abundanti ſalutis irriguo. Vide l. 7. c. 5. n. 158. to. 2. c. 26. n. 114. & 115. & 116.

24. Secundò. Dexterum latus vulneratur. D Ber-
D. Bern. nardus ſer. 7. in Pſalm. *Qui habitat*, ſic ait: *Dominus meus JESVS, etiam dextrum ſibi propter me*
Omnia à Chriſti latere nobis feliciſſima. *paſſus eſt latus fodi: quod videlicet, nonniſi dextera mihi propinare vellet.* Dexterum latus ſibi Dominus aperiri voluit, quia omnia, quæ ab illo ſacro fonte manant, nobis dextera, & auguſtiſſima ſunt. Vidit Joannes Chriſtum Dominum in medio candelabrorum aureorum, caput ejus, & capilli albi tanquam lana munda, oculi ejus velut flamma ignis, *pedes ejus ſimiles aurichalco ſicut in camino ardenti, & habebat in dextera ſua ſtel-*
Apoc. 1. *las ſeptem.* Apoc. 1. n. 15. Valdè mirabile eſt, quod cum Chriſtus Dominus totus deſcribatur in omnibus ſuis partibus, capite, capillis, oculis, ore, pectore, pedibus, ſolum tamen de dextera ejus fit mentio, nulla verò eſt de ſiniſtra, *habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem.* Cum tamen alibi de ipſo in forma judicis dextera, & ſiniſtra exprimitur *ſtatuet oves à dextris ſuis, hœdos autem à ſiniſtris.*
Matth. 25. Matth. 25. n. 33. Cur ergo hic ſolùm dextera commemoratur? Chriſtus Dominus in citato loco

Apocal. repræſentabatur in ſua paſſione crucifixus Galfrid. Abbat. tr. 34. Pannon. & alii. *Pedes ejus* Galfrid.
in camino ignis fidem vitæ Chriſti deſignant, qui Pannon.
pro nobis igne charitatis inflammatus ſe totum Patri *A Chriſto crucifixo*
obtulit in odorem ſuavitatis. Hinc eſt, quod ſolum *omnia bona.*
in eo dextera exprimitur, & non ſiniſtra, quia in Chriſto crucifixo nihil nobis apparet ſiniſtrum, ſed ipſe ſe nobis totum exhibet in dextera omnia bona ingenti, ac abundanti felicitate in nos dimanant. Vide hoc lib. 8. c. 10. n. 53. 54. 55. 56.

Tertiò. Hoc vulnus fuit valdè latum, & amplum, ut manet explicatum, ut denotaretur quod 25.
Iſai. 60.
nos omnes ab hoc divino fonte ampliſſimè omnia cœleſtia alimenta haberemus. Ait Iſaias 60. n. 4. *Filii tui longè venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent.* Forerius ex Hebræo pro ſurgent, legit Forer. *Sugent.* Pagninus. *Nutrientur.* Vatablus. *Fove-* Pagnin. Vatabl.
buntur, ab hoc ſacratiſſimo latere omnes divinum *A latere*
nectar ſugimus, eóque nutrimur, ac fovemur, in *Chriſti nu-*
eóque os, & linguam infigimus D Cyprianus *trimur.*
de Cœna Domini: *Ibi*, ait, *ſanguinem ſugimus, & intra ipſa Redemptoris noſtri vulnera figimus linguam.* D. Auguſtinus in Manual. c. 23. *Longinus* ait, *aperuit mihi latus Chriſti lancea, & ego intravi, & ibi requieſco ſecurus.*

Quartò Lancea tranſverberatur cor, & à quo- 26.
nam milite, ab illo nempe, qui erat tunica inconſutili amictus, pro quo iterum audiendus eſt Drogo Hoſtienſ. de Paſſione datus quæſt. 2. *Quis* Drogo.
eſt ille unus militum, ait, *niſi forte ille qui tunicam tuam inconſutilem ſorte accepit: ipſa eſt nimirum unitas fidelium, quæ tibi ſoli militat.* Miles *Vnitas cor*
iſte crudeli mucrone lanceæ latus Domini per- *Domini, ſibi*
foravit, ita ut cor tranſverberaret, ſtat iſte miles *ſubripit.*
amictus tunica illa inconſutili, in qua fidelium unitas Chriſto Domino militantium deſignabatur. *Ipſa eſt nimirum unitas fidelium, quæ ſibi ſoli militat.* Ergo miles hic unitate, ac concordia fidelium inſtructus Domini latus aperit, ut per illud vulnus ſibi cor Domini ſubriperet, nec alius eſt, qui ſic cor Chriſti ſibi comparet, ut eſt unitatis, & concordiæ amator.

Maximè divinus ſponſus ſauciatum ſe dicit à 27.
ſua divina ſponſa. *Vulneraſti cor meum, ſoror mea, ſponſa, vulneraſti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui.* Cant. 4. n. 9. Hebræus, & Cant. 4.
Septuaginta transferunt. *Abſtuliſti cor meum,* Hebraicus.
Alii. *Excordaſti me.* Non mirum, quod ſponſus Septuag.
ſe dicat vulneratum amore ſuæ amaſiæ, ſed valdè mirabile, quod hoc fateatur, in uno oculorum illius, ac in uno crine, nonne ipſe eam laudaverat eo quod eſſet ex omni parte elegantiſſima. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Cur ergo eam non decantat ab oculis, à crinibus, pulchritudo ſponſæ non ab uno oculo, nec ab uno crine componebatur, ſed à duplici oculo, ac multiplici crine, ſi enim unum tantum oculum, vel crinem haberet, omnino indecora, ac indeformis eſſet. Cur ergo non ex ambobus oculis, ſed ex uno ſponſi cor vulneratur? Cur uno crine; & non omnibus ſponſi viſcera ſagittantur? Ab uno tamen oculo, & ab uno crine cor ſuum ſaucium, & ablatum prædicat ſponſus. Quia licet oculi duo, *Vnitas cor*
munus tamen indiviſum, ac valdè uniforme ha- *Chriſti vul-*
bebant, ut in conſpiciendo ita unirentur, ac ſi *nerat, &*
unus oculus eſſet: ſic & crines quamvis multi *ſauciat.*
tamen vinculo erant inter ſe colligati, ac ſi indiviſibiles, & inſectibiles eſſet unus crinis. Ecce cur ab uno oculorum, & ab uno crine cœleſtis ſponſi cor vulneratur, ac ſubripitur, quia inter ſe indi-
viſum

viſum, ac concorde munus habebant. D. Anſelm *Vulneraſti*, ait, *dico, in uno oculorum, id eſt: quia uniuntur in me una conſpiciendo; & inquirendo illi, qui ſunt in te oculi: & ſimiliter illi qui ſunt crines tui* Vide multa, tam in hoc tomo, quàm aliis ſuperioribus. Verb. *Unitas*, ſive *Concordia*.

QUÆSTIO VI.

Quare non in corpore Chriſti vivo, ſed mortuo infligitur hoc lateris vulnus?

28. RAtio litteralis jam ſæpè eſt repetita, ex noſtro D. Cyrillo; voluit ſcire miles an Chriſtus revera obiiſſet, & ſi jam non eſſet mortuus, ut mors illi celerius inferretur, & alta Dei providentia hoc etiam ordinavit, ut mors Chriſti apertè conſtaret, & ut ex ipſius latere fluerent ſanguis, & aqua ob magna myſteria. De quo quæſt. 8.

29. Chryſoſt. Primò. Reſpondet D. Chryſoſt. hom. 84. in Joan. *Ad Judæorum*, ait, *gratiam conciliandam latus ejus lancea aperuerunt, & mortuo adhuc inſultant. Malo illi animo patraverunt, veritati conſentiebant, prophetia hinc impleta eſt, inquiens.*
Zachar. 12. Vivunt, in quem transfixerunt. Zach. 12. n. 10. *Neque hoc tantum, ſed & credituris fuit fidei argumentum: ut Thomæ, & qui cum eo erant ad hæc, ut arcanum myſterium conſummatum eſt.* Illi perverſo animo vulnus in latere inflixerunt, ſed infinita Dei bonitas, hoc ad valdè ſublimia elevavit, ut prophetia impleretur, ut Thomæ eſſet argumentum ad credendum, & cunctis fons omnium ſacramentorum, quæ à Chriſti latere manarunt, pateficeret; infinita Dei ſapientia ex noſtris pravis actionibus multa bona educit. Vide ſupra lib. 7. c. 16. n. 33. & hoc lib 8. c. 5. n. 39. 40. 41. & tom. 3. c. 5. q. 21. n. 123. & c. 9. q 4. n. 21. to. 4. q. 6. n. 36.

Deus ex noſtris pravis actionibus multa bona educit.

30. Secundò Chriſtus Dominus dolorum ac tormentorum maximè erat ſitibundus, cur ergo non permiſit hoc vulnus ſibi inferri vivo, ſed mortuo? vulnus, quod infertur in corpore vivo poteſt callum obducere, ac conglutinari, minime verò in corpore mortuo, &c. Chriſtus voluit lateris vulnus nobis ſemper eſſe patens, & apertum, ut in illo noſmetipſos reciperemus, ut ibi ſubſidium, ac ſubterfugium in cunctis haberemus, de quo plura dicam infrà.

Chriſti latus nobis apertum ad ſubſidium.

31. Tertiò. Si Chriſtus adhuc vivens lancea transfigeretur, magnum ſentiret dolorem, cur lancea non percutitur vivens, ſed mortuus? Aqua, quæ profluxura erat à latere, homines denotabat; juxta
Apoc. 17. illud Apocal. 17. num. 15. *Aquæ quas vidiſti, ubi meretrix ſedit: populi ſunt, & gentes.* Cum ergo aquæ illæ intra præcordia Chriſt incluſæ homines deſignarent, non permiſit lateris vulnus adhuc vivens, veritus adhuc in typo ab hominibus ſeparari, tanto amore erga nos flagrabat, ut nec adumbratam hominum abſentiam pateretur. Poſt mortem verò anima ad inferos ad ſinum Patrum deſcendit, ac in viſceribus terræ in triduo habitavit. Tunc percuſſo pectore, aquæ homines adumbrantes defluunt in terram, in qua anima Chriſti morabatur, ut nec ad breve tempus ab hominibus abeſſet, quos in finem dilexerat.

Ægre ferebat Chriſti amor ab hominibus ſeparari.

32. Loquens Chriſtus. D. cum anima ſancta, ait: *Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es,*
Cant. 4. Cantic. 4. num. 1. Et iterum repetit. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te*, numer. 7. Et ſtatim ſubdit: *Veni de libano ſponſa mea, veni de libano, veni*; numer. 8. Cum Divinus ſponſus loquitur: cum ſua dilecta, *tota pulchra es.* Cum ea utpotè præſenti loquitur: ergo ſi ipſa non erat abſens, ſed præſens, ad quid ter repetit. *Veni, veni, veni, de Libano?* Pulchrè nodum ſolvit D. Bern. D. Bern.
ſermon. 29. *Vehementis affectus, ait, argumentum eſt, quod tertio vocat.* Vehementer amans, & prudenter timens ſponſus, dilectam vocat: non quia abeſſet, ſed quia aliquantulum diſtaret præ amoris affectu propinquius eam deſiderat, & ſi ipſa ſaltem in ſpecie ſe trahere volebat, ille hoc durè ferens ter eam ut accederet rogat, parvam, & aliqualem illius diſtantiam non ſuſtinens.

Vehemens amor confert amati diſtantiam.

Quartò. Divus Hypolitus Martyr epiſtola ad Regin. citatus à Theodoreto Dialog. 3. *Atque etiam*, ait, *cum ſit corpus mortuum humano more, magnam vitæ in ſe habet facultatem. Quæ enim ex mortuis corporibus non profluunt, ea ex ipſo profluxerunt ſanguis, & aqua, ut ſciamus, quantum ad vitam valeat poteſtas, quæ in corpore habitavit, ut nec ipſum corpus mortuum aliis ſimile appereat nobis autem ea, quæ ſunt vitæ cauſa poſſit profundere.* Ferè ſimilia habent Apollinar. in Catena Græca. D. Ambroſ. in cap. 23. Luc. poſt mortem lancea percutitur, ut videatur divini corporis virtus: cæteri homines omnem ſuam beneficentiam in morte finiunt, ac terminant, at corpus Chriſti mortuum adhuc ſanguinem, & aquam ad mundi ſalutem mittit, ab illo corpore mortuo omnium ſalus, & vita eſt. 33. D. Hypolit.

Corpus Chriſti mortuum nobis beneficum, & ſalutare.

Cum audiſſent diſcipuli ſepulchrum vacuum eſſe divino cadavere, ad illud currunt, & cum non inveniſſent, quid tunc? *Abierunt iterum diſcipuli ad ſemetipſos. Maria autem ſtabut foris ad oſtium monumenti.* Joan. 20. n. 11. Viſo ſepulchro vacuo, Apoſtoli abierunt ad ſua, ſola Maria juxta illud manet, ſi ablatum à ſepulchro credebat, cur non recedit, quid amplius ibi requirebat? Erant ibi ſacri corporis exuviæ, & cum ibi eſſent ejus ſigna, maximè eis adhærere conſtituit, ſub quibus omnia ſalutifera, ac vitalia ſibi reſervari ſperabat. Huc tendit Origenes hom. ult. de diverſis. Sic introducit Magdalenam loquentem. *Melius eſt mihi ſepulchrum Domini mei cuſtodire, quam ab illo longius ire. Sepulchrum Domini mei erit mihi honor, & requies.* 34. Joan. 20. Origen.

A corpore Chriſti mortuo, ſalus, & vita.

Quintò. Iterum premo citata verba Hyppoliti, *ut ſciamus quantum ad vitam valeat poteſtas, quæ in corpore habitavit,* Chriſtus vivens totus nobis ſalutiferus, corpore ſuo ſanctificabat omneſque noſtras infirmitates ſanabat, ſanguinemque ſuum nobis propinandum dabat, ideò exanime illius corpus hoc ſtudio non videtur exutum, ideò aperto latere dat aquam, & ſanguinem: aquam ut nos in baptiſmate mundaret, ac ardorem priſtinæ Adami febris extingueret: & dat etiam ſanguinem, ut qui vivus ſuum ſanguinem hominibus propinabat, mortuus noluit exiſtere illius avarus, quod ergo fuit in eo vivo, mortuus ſuis non denegavit, *ut ſciamus quantum ad vitam valeat poteſtas, quæ in corpore habitavit.* Scilicet virtus. 35. Hippolit.

Affectus, qui fuit in corpore vivo, eſt etiam in corpore mortuo.

Dicitur 4. Reg 13. n. 21 *Quidam autem ſepelientes hominem, viderunt latrunculos, & projecerunt cadaver in ſepulchro Eliſæi, quod cum tetigiſſet oſſa Eliſæi, revixit homo, & ſtetit ſuper pedes ſuos.* Magna inſurgit difficultas, cur iſti pheretri portitores 36. 4. Reg. 13.

titores in tumulum Prophetæ cadaver illud intulerunt? dicunt multi quod latronum viſu perterriti inconſulto corpus illud in monumentum Prophetæ projecerunt, ſed his non aſſentio, fieri enim non poterat, ut ſepulchrum tanti Prophetæ, ita eſſet incultum ut tanquam ferarum cavea pateret, oſsáque illius adeò irreverenter eſſent expoſita aperto ſepulchri ore, ut projectum corpus illa tangeret. Alta ſine dubio illis illapſa eſt mens, recogitarunt namque quod Eliſæus vivens puerum hoſpitæ ſuæ Sunamitis tactu ſui corporis evocavit ab inferis, vivúmque reddidit ma-

4. Reg. 4. tri ſuæ 4. Reg.4.n.34. Cum ergo portitores hanc

Ex viventis virtute colligitur virtus illius corporis vivi.

antiquam virtutem Eliſæi recogitaſſent, pro certo ſtatuentes, quod oſſa Prophetæ adhuc ſuam antiquam virtutem non exhalaſſent, volentes mortuum illum revocare in vitam, in monumento Prophetæ reponunt, ut ſpecimen ſuæ antiquæ virtutis daret, & ſicut olim contactu ſuo, mortuo puero infudit ſpiritum; ita & nunc huic mortuo, antiqui facinoris efflaret odorem, ideò aliqui ex-

Abulenſ. cogitarunt, ut refert Abulenſis. *Dicunt aliqui*, ait, *quod fecerunt, ut ſuſcitaretur mortuus:* hoc autem erat veriſimile, quia Eliſæus ſuſcitaverat jam unum mortuum, *ſcilicet filium Sunamitis; ſic ergo poterat ſuſcitare nunc mortuum iſtum.*

37\. Iterum eidem Parenti Eliſæo adhæreo, de eo

Eccl. 48. ait Eccleſiaſticus 48. n. 14. *Et mortuum prophetavit corpus ejus.* Quomodo cadaver Eliſæi vaticinium ediderit, non invenimus. Reſpondent communiter Interpres, Lyra, Hugo, Janſen. Palacius, & alii, tunc Eliſæum vaticinaſſe poſt mortem, cum ad oſſium ſuorum contactum vitam mortuo reſtituerit, ſed quomodo hæc reſurrectio vaticinii nomen ſuſtineat, non facilè eſt explicare. Dicam quod ſentio. Eliſæus vivens contactu ſuo mortuum ſuſcitavit, hancque habuit excellentem virtutem evocandi in vitam, hinc & cadaver ejus in monumento prophetizabat, quod mortuum ſuo contactu ad vitam reduceret, à virtute, qua ſplenduit in vita, corpus in monumento non erat evacuatum, ſed adhuc & illius

De virtute corporis vivi prophetat corpus mortuum.

Carthuſ. ſuam exhibebat ſpeciem & odorem Carthuſian. *Mortuum ejus corpus prophetaſſe dicitur, dum injectum cadaver in ſepulchrum ipſius revixit ad tactum oſſium ipſius.*

38\. Bonus Propheta, qui venit ad Jeroboam deceptus à malo Propheta, occiditur à Leone, in quodámque monumento reconditur, in quod Pſeudo Propheta corpus ſuum mortuum mandavit

3\. Reg. 13. reponi. 3. Reg. 13. n. 30. poſt aliquos elapſos annos, cum pius Rex Joſias per illum tranſiſſet locum à ſuis quæſivit. *Quis eſt titulus ille, quem video? Reſponderúntque cives urbis illius, ſepulchrum eſt hominis Dei, qui venit de Juda, & prædixit*

4\. Reg. 23. *verba hæc quæ feciſti ſuper altare Bethel.* 4. Reg. 23. n. 16. Maximè hæſitant interpretes, quibus indiciis, ac ſignis adductus eſt Rex, ut ſpecialiter de illo ſepulchro præ cæteris percontaretur? Reſ-

Rabb. Salo. pondet Rabbi Salomon, quam ſequitur Lyra ibi.

Lyranus. *Cum ibi eſſent multa ſepulchra, ait, quæritur, quare ibi Joſias ſpecialiter quæſivit de illo? Ad quod reſpondet Rabbi Salomon; quod vidit ex uno latere ſepulchri herbas fœtidas, & pungentes ortas, ut ſpinas, & urticas, & hujuſmodi; ex alio verò latere herbas bonas, & ſuaviter redolentes, ut balſamum, & hujuſmodi.* Utrinſque corpus fructus proferebat proportionatos, ut in vita; ſicut enim bonus Propheta in vita dabat virtutum germina, ſic & mortuus producebat jucundos ſuaviſſimi odoris flores; & ſicut Pſeudo-propheta protulit malos fructus in vita, ſic & in morte.

Cadaver dat ſimilem odorem, ut habuit in vita.

QUÆSTIO VII.

Quare Evangeliſta non dixit quod miles lancea latus ejus percuſſit, ſeu vulneravit, ſed aperuit?

DIvus Auguſt. ſerm. 120. in Joan ſic ait. *Vigilanti verbo Evangeliſta uſus eſt, ut non diceret, latus ejus percuſſit, aut vulneravit; ſed aperuit: ut illic quodammodo vitæ oſtium panderetur, unde ſacramenta Eccleſiæ manaverunt, ſine quibus ad vitam, quæ verè vita eſt, non intratur.* Alta conſideratione Evangeliſta non dixit, vulneravit, ſed aperuit. Nam ſacratiſſimum illud latus amoris cuſpide erat jam vulneratum; ut meditatur D. Bernard c, 3. de Vite. *Foderunt, & perfoderunt Judæi non ſolum manus, ſed & pedes, & latus quoque, & ſanctiſſimi cordis intima furoris lancea perfoderunt quod jam dudum amoris lancea fuerat vulneratum.* Vulneraſti, inquit ſponſus, cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum. *Quid neceſſarium fuit illud ab inimicis ultra vulnerari: ſi vulneratum eſt, imo quia vulneratum eſt, quid ſecundum vulnus appo-nis.* Hominum amor in corde Chriſti prius vigilavit, ut ipſum vulneraret, proindéque quæcumque extrinſecus advenerunt vulnera, jam ſecunda erant, & quod vulneratum eſt, aperiunt.

39\. Auguſt.

Cor Chriſti prius erat vulneratum amoris cuſpide.

D. Bernard.

D. Cant. 4.

Ait Paulus Hebræorum. 10. n. 5. *Ideò ingrediens mundum dicit: Hoſtiam, & oblationem noluiſti: corpus autem aptaſti mihi.* Ex Hebræo. D. Cyrill. Alexand. Arnob. & alii legunt. *Corpus confodiſti*, ſeu *perforaſti mihi.* Ex eo enim, quod ipſe venit de cœlo in terram ſaliens in montibus tranſiliens colles, jam corpus ejus confoſſum, ac perforatum erat à divino amore ſecundùm omnes ſuas partes, hincque lancea non perforavit latus ejus, ſed aperuit. 40.

Hebr. 10. D. Cyrill. Arnob.

Amor vigilavit ad vulnus.

Huc ſpectat Zachar. 3. n. 9. cujus ab ore loquens divinus amor ait. *Ecce ego cælabo ſculpturam ejus, ait Dominus exercituum.* Chriſtus Dominus quaſi lapis cælatus fuit in Paſſione tum clavis, ſpinis & flagellis: tum vulneribus, plagis paſſivè, quibus totum corpus ſuum fodi, & aperiri voluit, ut immenſam ſuam in nos charitatem intus latentem, per has quaſi rimas oſtenderet, ac declararet, juxta illud: 41.

Zach. 3.

Cernis ut in toto corpore ſculptus amor.

Radix Hebraica. *Ecce ego aperiam, apertionem ejus.* Syrus, Arabicus, Antiochenus. *Ecce ego aperiam portas ejus.* In latere ergo Chriſti jam à divino amore apertio, ac porta facta erat, inde lancea non effodit, nec intulit vulnus, ſed apertionem, ac portam tanquam clavis aperuit. D. Chryſ. in Pſal. 14. in principio. *Lancea tanquam clavo in arcam injecta dediſti pretium ex paterno theſauro.* Ac ſi diceret, quod lancea, non lanceæ munus peregit confodiendo, vulnerando, ſed potius clavis adimplevit munus dum per foramen factum injecta non rupit, ſed aperuit cæleſtem theſaurum, ex quo pretium noſtræ redemptionis dimanat. De quo vide infra.

Hebr. Syrus. Arab.

D. Chryſ.

Lancea veluti clavis ad aperiendum vitæ oſtium.

QUÆSTIO VIII.

Quare ex percuſſo latere Chriſti exivit ſanguis, & aqua.

42. Aperto latere Chriſti verus ſanguis, veráque aqua fluit, quod eſt de fide definitum
Innoc. III. ab Innocentio III cap. *In quadam de celebratione Miſſarum*, & fluxerunt ſanguis, & aqua non permiſta, ſed ſeparata, ita ut unum ab altero diſcerni poſſet. Ut latius dicam infrà q. 10.

43. *Miraculosè fluxit, ſanguis, & aqua.* Naturaliter autem hoc fieri non potuit; tum quia ſanguis in mortuo ex frigore condenſatur, ac congelaſcit, unde fluere nequit, ut docent communiter Medici, & quotidiana experientia indicat. Tum etiam quia aqua ex eodem mortuo profluere non poteſt, aqua enim hæc fuit vera, & pura, & non pituita, ſeu phlegmaticus quidam humor, quare magnum miraculum fuit hujuſmo-
D. Ambroſ. Euthym. Theop. di ſanguinis, & aquæ fluxus, ut docet D. Ambr. in c. 23. Luc. & hic Euthym. Theophyl. hic, qui ait, *Contumelia in miraculum vertitur, & ſanguinem quidem ex mortuo corpore prodiiſſe mirabile eſt: Verum tamen poſſet quis ſycophantarum dicere, quod veriſimile ſit, vitalem quandam virtutem adhuc fuiſſe in corpore: aqua autem egreſſa omnem controverſiam miraculo tollit.* Quod latè explicat
D. Thom. D. Th. 3. p. q. 66. art. 4. ad 3.

44. *Corpus Chriſti, verum corpus humanum.* Omnes Patres Eccleſiæ conveniunt ad magnum myſterium ſignificandum aquam, & ſanguinem ex latere Chriſti mortui fluxiſſe. Et primò, ut veritas naturæ humanæ aſſumptæ illo teſtimonio probaretur, ait Joannes 1. Canonic. c. 5. num. 8. *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis.* Spiritus cum clamore valido emiſſus in Chriſto verum fuiſſe animum rationalem indicat. Sanguis oſtendit verum fuiſſe humanum corpus Chriſti ex quatuor humoribus compoſitum, quorum præcipuus eſt ſanguis. Aqua verò declarat corpus ex quatuor elementis conſtitutum, quorum unum eſt aqua, quæ ad hujuſmodi miniſterium magis erat accommoda, quam cætera elementa.

45. *In conſecratione miſcetur aqua vino.* Secundò. Ut ſignificaretur ex morte, ac latere Chriſti quaſi ſecundi Adæ dormientis in cruce, Eccleſiam quaſi alteram Evam Chriſti ſponſam formatam eſſe, quod intellige ſymbolicè, ac figurativè, quod ſcilicet, per mortem, ac ſanguinem Chriſti Eccleſia ſit redempta, inſtituta, ac formata cum omnibus ſacramentis, & ideò ad tantum myſterium ſignificandum, ad hancque effuſionem ſanguinis, & aquæ ex latere Chriſti repræſentandam in conſecratione Calicis, aqua vino miſcetur; ut docent D. Cyprianus tract. de paſſione. Ruffinus in expoſitione ſymboli, & alii.

46. Tertiò. Tertullianus lib. de Baptiſmo, cap 16.
Tertull. *Qui Chriſti ſanguine potantur, laventur aquâ.* *Ideò* continuò exivit ſanguis, & aqua; *quia*, ait, *qui ſanguinem crederent, aqua lavarentur, qui aqua ſe lavaſſent, etiam ſanguinem potarent.* Non prius divinus ſanguis ad propinandum exivit, quin ſimul aqua porrigeretur, ut lavari, ac purificati aqua, divinum ſanguinem potaremus. In nuptiis Cana ad miraculosè vinum producendum mandavit Jesus implere hydrias aqua.
Joan 2. Joan. 2. num. 7. Ad quid hoc? bene poterat ipſe nulla ſubjecta materia creare vinum in vaſibus, ad quid prius mandat in illis aquam reponi. Ubi myſterium ſanguinei poculi pandebatur, intromittenda erat aqua, ut illa lavati, ac mundati ſanguinem Domini liquorem guſtarent. D. Chry- Chryſol.
ſolog ſerm. 5. de Epiphan. *Aqua*, ait, *in ſanguinis erat convertenda myſterium, ut mera pocula de vaſe corporis ſui Chriſtus bibentibus propinaret.* Vide infrà n. 59.

Quartò. D. Athanaſ. ſerm. de Paſſione. *Fluxit* 47.
ſanguis, & aqua, ut ita, ait, *redemptio, & emundatio* Athanaſ.
prioris Adæ dimanaret, & per ſanguinem redemptio, per aquam verò emundatio obtingeret. Similiter D. Ambroſ. lib. de Sacram. c. 1. *Unus*, ait, *de militibus lancea tetigit latus Chriſti, & de latere ejus aqua fluxit, & ſanguis; Aqua ut mundaret, ſanguis ut redimeret.* Per peccatum primi parentis humanum genus non ſolum in culpam incurrit, de qua ſanguine Agni per ſatisfactionem Deo Patri oblatam debebat redimi. Sed etiam ſic ſorduit Deo, ut nequiret in regnum ingredi, niſi illi pararetur novum lavacrum, pro quo exivit aqua; itaque ad noſtram ſalutem duo remedia exigebantur; deſiderabatur remedium redemptionis ab antiqua captivitate, quod fiebat per ſanguinem Jesu ſatisfactione Deo facta; inſuper deſiderabatur remedium lavacri, quod fiebat per aquam; ſanguine redemit à vetuſta tyrannide, aqua paravit lavacrum ut mundarentur ſordes. D. Ambr. *Sanguis redemit ab antiqua tyrannide, aqua mundat ſordes.*

Quintò D. Hieron. epiſt. 83. *Latus Chriſti*, ait, 48.
percutitur lancea, & Baptiſmi, atque Martyrii Hieron.
pariter ſacramenta funduntur, Meus Jesus pendens ſanguinem, & aquam in cruce, cunctos filios ſuo pectore nutriri voluit, cunctiſque de latere ſuo providit; Martyribus ſanguinem, ut illo effuſo ſanguine, animarentur ad ſuum ſanguinem effundendum, ut ſanctificati evolarent in cœlum; non Martyribus providit aquam, ut ipſo ſalutifero lavacro mundati elevarentur in cœlum. *Ut Pater cunctis providit de pectore.*

Sextò. Pluit ſanguis, & aqua; ſanguis, ut Judæis 49.
denotaret ſupplicium; aqua verò gentibus in lavacrum proponeretur. Eleganter D. Cyrill. Jeroſolym. catech 13. *Erant hæc duo de latere, judicanti aqua, clamantibus verò ſanguis*: Gentili, ac judici Pilato, in eóque omni Gentili, dedit ex latere aquam in ablutionem; at verò Judæis inſidiatoribus, ex ſanguine damnationem: ut qui injuſtè ſanguinem clamarunt ad mortem, juſtiſſimè damnarentur; quod etiam ad incredulos, ac infideles extendit Ruffinus in ſymbolo Ruffin.
ſic loquens. *Produxit aquam, qua credentes diluat; produxit etiam ſanguinem qui condemnet incredulos.* *Aqua in ablutionem, ſanguis in ſupplicium.*

Septimò. Richardus de S. Laurent. de laudibus 50.
Beat. Mariæ lib 5. *Ad animas noſtras colorandas*, Rich.
ait, *& quaſi picturandas dedit Chriſtus ex pretioſo vaſe corporis ſui ſanguinem, & aquam; ſanguinem ad rubricandum, aquam ad dealbandum: ut ei aſſimilemur; qui candidus, & rubicundus eſt, Sine hac coloratione, pallida eſt, & diſcolor anima, & indigna Chriſto Domino.* Chriſtus Jesus Cant. 5.
totus pulcher, & elegantiſſimus. Inde dicitur, *Candidus, & rubicundus.* Cant. 5. n. 10. Meus Jesus maximè magnificus, ac liberalis in nos, ut quidquid in ſe habebat, quantum fieri potuit, nobis voluerit communicare. Hinc & ſuæ pulchritudinis nos voluit participes facere, ut ei ſimiles eſſemus candidi, & rubicundi: ideò ex latere ejus manavit aqua, & ſanguis, Aqua, ut illa dealbati, candidi eſſemus omni puritate, ſanguis etiam manavit, ut illo rubicundi, ac colorati, maximè grati efficeremur in *Sanguis, & aqua exivit, ut Chriſti pulchritudini aſſimilemur.*

in Dei conſpectu : *Sine hac coloratione pallida eſt, diſcolor anima, & indigna Chriſto D.*

51. D. Cypr. Octavò D.Cyprian. Epiſt. 36. *Quando in calice,* ait, *vino aqua miſcetur, Chriſto populus adunatur, & credentium plebs ei, in quem credidit, copulatur & conjungitur. Quæ copulatio aquæ, & vini ſic miſcetur in calice Domini, ut commixtio illa non poſſit ab invicem ſeparari. Unde plebem in Eccleſia conſtitutam, fideliter, & firmiter in eo, quod credit, perſeverantem, nulla res ſeparare poterit à Chriſto.* Pretioſus ſanguis ſacram Euchariſtiam repræſentans, de latere Chriſti ſecum aquam adduxit, in qua populi ſignificantur, ut ex Apocalypſi jam notavi q. 6. n. 3. Ut inde pateat, quàm maximè per Euchariſtiam Chriſtus nobiſcum adunatur, quò ſpectans Eccleſia, in calice Divini ſanguinis conficiendo, vino admiſcet aquam, qua religione oſtenditur conjunctio Chriſti, & hominum per Euchariſticum convivium, ut enim vinum ſemel aquæ mixtum nequit ab illa ſeparari, ſic Chriſtus per Euchariſtiam ſemel homini adjunctus, ab illo, quantum eſt ex ſe ſeparari nequit, ſecundum præſentem Dei ordinationem; quod etiam cum D.Cyprian. docet D. Paſchaſ. lib. de corp. & ſanguin. Dominici, c. 11.

Euchariſtia, in quantum eſt ex ſe inſeparabiliter homines conjungit Chriſto.

D.Paſchaſ.

52. Proverb. 9. Dicitur Proverb. 9. n. 1. *Sapientia ædificavit ſibi domum, immolavit victimas ſuas, miſcuit vinum, & propoſuit menſam; miſit ancillas ſuas, ut vocarent ad arcem & ad mœnia civitatis.* Sapientia conſtruxit domum, quæ ſic erat fortiſſima, ac veluti turris, & murus civitatis: & tamen ipſis vocatis paravit menſam mixto vino: & quid eis denotare voluit hac vini mixtione? intimam nempe unionem, quam iniebat cum vocatis qui ad eam confluebant; veluti ſactum vinum in altari cum aqua, à qua ſejungi non poteſt; ſed unum totum ſit, ita homo per Euchariſtiam totus Chriſto unitur, ut in illius forma inveniatur, & Chriſtiferus fiat. D. Paſchaſ. citato lib. cap. 21. *Invenimus in Salomone*, ait, *quod ſapientia miſcuit vinum ſuum, quod ſane vinum eſt illud, quod refunditur ad altare. Ut interior homo noſter per hoc plenius innovetur, & conjungatur Chriſto, non modo moribus, & vita; verum etiam unitate naturæ per corpus, ut hinc inde in illius forma inveniamur.*

Euchariſtia nos adunit Deo.

D. Paſchaſ.

53. Cum Judæi eſſent profecturi in terram Promiſſionis, mandavit eis Deus, ut comederent Agnum Paſchalem: *Comedetis feſtinanter: eſt enim Phaſe, ideſt, tranſitus Domini*: Exod. 12 n. 11. At verò cum Chriſtus D. tranſiret ex hoc mundo ad Patrem. Joan. 13. num. 1. Sacrum convivium corporis, & ſanguinis ſui inſtituit? Cur ergo ad tranſitum Judæorum unus agnus de mundiali grege aſſignatur, ad tranſitum cum Jeſu ad Patrem cœleſtis Agnus porrigitur? Ut Judæi tranſirent ad mundialem terram, unus mundialis cibus ſufficiebat; at verò ut Chriſtiani tranſirent ad Cœleſtem Patrem Euchariſticum epulum exigebatur: *Scriptum eſt enim: nemo aſcendit in cœlum niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis.* Joann. 3. num. 13. Cum ergo ſolus filius Dei deſcenderit de cœlo, nos qui de terra ſumus, ut in cœlum elevaremur, expedit nobis convivium Euchariſticum, ut per illud Chriſto uniti in cœlum aſcenderemus, de hoc enim tanto epulo, habemus, ut unum facti cum Chriſto, in hac tranſitoria vita ad Patrem perveniamus. Ad hoc reſpicit Algerus l. 1. de ſacram. cap. 22. *Cum corpus Chriſti ſuſceperimus, & corpus ejus facti fuerimus, tranſibit ipſe in nobis ad Patrem; tranſibimus & nos cum illo, ut cum illo in tanti tranſitus labore unum facti unum ſemper ſimus, in perventionis gaudio.*

Exod. 12.

Joan. 3.

Per Euchariſtiam Chriſto unimur, ut tranſeamus ad gloriam.

Alger.

QUÆSTIO IX.

Quare à Chriſti latere non ſolum profluxit ſanguis, ut ex ejus aliis vulneribus ſed etiam ſanguis, & aqua?

VUlneratus eſt Chriſtus à planta pedis uſque ad verticem, ita ut non eſſet in eo ſanitas, à vulneribus tamen capitis, manuum, ac pedum ſolùm exivit ſanguis, at cum ipſe eſſet jam mortuus, percuſſo latere, non tantùm exivit ſanguis; ſed etiam permixtus cum aqua: *Exivit ſanguis, & aqua.* 54.

Ratio difficultatis.

Reſpondeo, quia ut ait Clem. Alex. lib. 5. Stromat. *Eſt pectus habitaculum cordis, & animæ.* Indeque lancea percutiens Chriſti pectus, cor ejus percuſſit, ac tranſverberavit, ut dixi ſupra quæſt. 4. n. 20. proindeque ex hoc vulnere profluentibus aqua, & ſanguine, ædificata, ac formata eſt Eccleſia, ut ait Clemens 5. in Clementina una, de ſumma Trinitate, ſicut Eva formata eſt ex coſta Adami, ut dicam infra q. 11. Indeque ex hoc vulnere manavit ſanguis, & aqua quibus denotantur, omnia ſacramenta, ut eadem q. dicam, quibus Eccleſia ditatur, à latere, ac pectore Chriſti manare. 55. Clem. Alex.

Clementina unica.

Secundò. Et ſi omnia Chriſti vulnera maximè ejus amorem declarent, ac oſtenſent; tamen valde peculiariter ejus videtur index, hæc lateris percuſſio; tranſverberavit enim cor, quod eſt proprium amoris habitaculum, ubi amor naſcitur, & nutritur. Unde hoc vulnus amoris proprium appellabimus; inde ergo ex eo, non ut de cæteris vulneribus manuum, ac pedum, ſolus ſanguis profluxit, ſed ipſe ſanguis inſuper cum aqua manavit; nam cum hoc eſſet magis peculiare amoris vulnus, per illud tanquam per eximium amoris ſtigma, voluit Chriſtus, amplius aliquid largiri, quam per pedum, ac manuum plagas, ut ex profluenti tam larga ſanguinis, & aquæ copia, ejus ingens amor erga homines admirabiliter pateſieret. 56.

Amoris opus liberali largitate eminet.

Ait regius Vates Pſal. 129. n. 7. *Quia apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio.* Et tam copioſa fuit redemptio, ut totus Chriſti ſanguis eſſet effuſus; & ad quid tam copioſa redemptio? Cum una ſanguinis gutta ſufficeret? In redemptionis opere duo conſideranda ſunt, unum ipſum redemptionis opus in ſe; alterum affectus redemptionem operantis; ad opus redemptionis, ut genus humanum à dæmonis jugo liberaretur, una ſanguinis gutta erat abundans, ad ipſum operantis affectum, qui erat Divinus amor totus ſanguis exigebatur. Petrus Damian. ſer. 1. dè exaltat. Crucis: *Largiter*, inquit, *unda ſanguinis, de corpore Chriſti per quinque partes manavit: ſufficeret ad redemptionem orbis vel una pretioſiſſimi ſanguinis gutta; ſed data eſt copia, ut virtus diligentis in beneficiis redundatione claruſceret.* Perpende ultima verba: *In beneficii redundatione.* 57. Pſalm. 129.

Amoris opus abundans.

Damian.

Ad ſuum dilectum ſponſum ait ſponſa: *Oleum effuſum nomen tuum.* Cantic. 1 num. 2 Et ita effuſum dicitur, ut nullus aſſignetur præfixus terminus De Deo ait Salomon: *Omnia in menſura* 58. Cantic. 1. Sapient. 11.

& numero, & pondere diſpoſuiſti. Sap. 11. n. 21. Quomodo ergo nomen dicitur effuſum abſque limite, & termino? Per hoc nomen interpretatur Philo Carpat. ardentiſſimum Dei amorem, *Hoc eſt,* ait, *nomen illud effuſum ſumma Charitas ardentiſſimus amor creatoris ad creaturam.* Omnia quæ Deus ſua infinita ſapientia, ac providentia operatur, in menſura, & pondere diſponit; quo & mundum creavit, & illum gubernat; at verò ſi conſideretur ejus eximius amor, ac ardentiſſima charitas, qua homines dilexit, eoſque ſuo ſanguine redemit, tam largus, & liberalis fuit amor ſicque in omnes diffuſus, ut abſque limite, & termino videatur extenſus; dilatatus. Hoc ſpectat D. Aug. Concione 5. in Pſal. 30. *Nec,* ait, *unguentum miſericordiæ tuæ in Jeruſalem, quaſi in vaſe, tenuiſti; ſed tanquam confracto vaſe, unguentum diffuſum per mundum, ut impleretur, quod dicitur:* Unguentum effuſum nomen tuum: *& ita mirificaſti miſericordiam tuam in civitate circunſtanti, id eſt, in omnibus gentibus diffundens miſericordiam tuam.*

Phil. Carp. — *Amor ſine termino, ac limite effuſus.* — Auguſt.

QUÆSTIO X.

Quomodo Joannes potuerit videre aquam fluentem cum ſanguine; & quomodò aqua, & ſanguis fluxerint?

59 *Textus lectio* Arabicus. Tertull. Chryſol.

PErcuſſo Chriſti latere, habet noſtra vulgata: *Continuò exivit ſanguis, & aqua;* Arabicus verò, & Tertull. lib. de Baptiſmo c. 25 & D. Chryſoſtom hom ad Neophytos legunt: *Et continuò exivit aqua, & ſanguis* ſic ait Chryſ. *Exinde aqua fluxit, & ſanguis. Unum Baptiſmatis ſymbolum, aliud ſacramenti: & ideò non ait; exiit ſanguis, & aqua; ſed exiit aqua primùm & ſanguis quia prius Baptiſmate diluimur, & poſtea myſterio dedicamur.* Qui ad Chriſti ſanguinem potandum accedunt, priùs ſe debent mundare aqua, ac puritate baptiſmali, ut jam dixi ſupra q. 8. ex Tertull & quamvis hæc lectio Tertul. Chryſ. apta ſit ad theſes morales, tamen lectio noſtræ vulgatæ præferenda eſt: *Exivit ſanguis, & aqua.*

Noſtra vulgata.

60. *Sanguis, & aqua quo modo fluxit?* Quomodò ergo aperto latere, exivit ſanguis, & aqua, inquirendum eſt? Non enim exiit aqua ſanguine permixta; ſic enim diſcerni non poterat oculis. Joannes autem denotat, ſe corporeis oculis vidiſſe aquam, & ſanguinem fluentem. D. Cypr. tract. de Paſſione: *De latere tuo,* ait, *Domine, fons egreditur, in vitam æternam proſiliens, & de eadem conſubſtantiali origine, diviſis limitibus, aqua, & ſanguis emanant.* Idem habet Prudenti. de Paſſio. hymno 9. ac proinde diverſis viis ſimul fluxerunt aqua, & ſanguis; ita ut in eodem fluxu, ex una parte eſſet aqua, ex altera ſanguis. Simon vero Caſſian. l. 13 Salmeiron tom. 10 tract. 47. & Suar. tom. 2 ad 3. p. diſp. 42. ſect. 1. §. *Unum verò;* & alii exiſtimant, quòd poſt ſanguinem exivit deinde aqua; unde dicunt, quòd poſt ſanguinem fluxit aqua, ad ſignificandum, quòd Chriſtus totum ſanguinem profuderat, quo nos ad bibendum de aqua vitæ æternæ invitaret. Ex his duabus quælibet opinio probabilis: ſecunda accommodatior, & facilior.

Cyprian. — Prudent. — Caſſian. Salmeiron. Suar.

61. Cyrill. Jeroſol. Dicam etiam moraliter Vidit Joannes aquam & ſanguinem fluentem. D. Cyrill Jeroſolym. Catech. 12. *Tibi verò, ait, nunc credenti per aquam ſalus.* Non mirum quòd Joannes videret aquam fluentem cum ſanguine quando aqua ſalutis erat bajula, ſalutemque præ ſe ferebat; neſcit enim Dei pietas ac benignitas ſe abſconderet, Sole enim ſunt clariora quæcumque charitatis facinora ipſaque ſemetipſa oculis objiciunt. *Dei dona per ſemetipſa manifeſtatur.*

Ait Joannes Apocalypſis 21. n. 23. *Civitas non eget Sole, neque Luna, ut luceant in ea: nam claritas Dei illuminavit eam, & lucerna ejus eſt agnus.* 62. Apoc. 21.
Cur præſtantiſſima Luminaria Solis, & Lunæ non ſunt neceſſaria ad illuminandum? *Lucerna ejus eſt agnus.* Inſigniter dicitur, quòd lucerna ejus eſt Agnus; ubi enim ſe Deus pro nobis agnum oſtentat, ubi fulget ipſa agnina benignitas, ſic patent charitatis opera omnium oculis, ut alia Luminaria ſuperflua ſint, & nulla alia requirantur; ipſa Dei magnalia lucem eximiam per ſe diffundunt; ut omnibus in promptu pateant. Eleganter dixit D. Irenæus lib. 4. *Nemo inveſtigavit altitudinem ejus, nec veterum, nec eorum, qui non ſunt: ſecundum autem dilectionem, cognoſcitur ſemper per eum per quem conſtituit omnia. Eſt autem hic verbum ejus Dominus noſter Jeſus.* Expende illud: *Secundum dilectionem cognoſcitur.*

Dei beneficia luce non egent ad ſui manifeſtationem. — D. Iren.

Scribens D. Joannes uſualem, ac myſticam Salvatoris menſam, & etiam pedum lotionem; verba, & facta amoris plena, poſt largiſſimam horum omnium relationem, ad Judam deveniens, ait. *Cum ergo accepiſſet buccellam, exivit continuò; erat autem nox.* Joan. 13. n. 30. Magno myſterio omnia referuntur; cur huc uſque noctis non meminit Joannes? Dum recenſetur ſacra Divini convivii inſtitutio, & lotio pedum; ac etiam proponuntur Divini amoris ſigna, nulla in his nocte fit mentio; ſed tantum cum Judæ exitus commemoratur: *Exivit continuò; erat autem nox?* Ubi Divinus amor in cœna tot, ac tantis donis ſe ſe prodibat, nihil obſcurum, ac nocturnum apparebat, ſed omnia in luce clarebant; *& nox illuminatio mea in deliciis meis.* Pſal. 138. n. 11. At in Judæ exitu jam Divinus amor non operabatur; ſed Satanas immiſſus in cor ejus, eum agitabat ad turpe proditionis facinus peragendum; & ideò ſubitò noctis caligo notatur, in tam turpi, & execrabili facto. 63.

Joann. 13. — *Dei beneficentia in omnium oculis reſplendet.* — Pſalm. 138.

QUÆSTIO XI.

Quare dicitur, quòd ex latere Chriſti formata ſit Eccleſia; ab ipſoque latere omnia ſacramenta manaverint?

SICUT ex coſta dormientis Adami formata eſt Eva, ſic & ex latere Chriſti mortui formata eſt Eccleſia. Ita Clemens 5. in Clem. de ſumma Trinit. & fide: *Emiſſo ſpiritu,* ait, *Chriſtus ſuſtinuit, lancea perforari latus ſuum, ut exinde profluentibus undis aquæ, & ſanguinis, formaretur unica, immaculata, ac virgo ſancta Mater Eccleſia, conjux Chriſti: ſicut de latere primi hominis ſoporati Eva ſibi in conjugium eſt formata.* D. Cyprian. lib. de monte Sina, & Sion: *Sanguis, & aqua fluebat,* ait, *unde ſibi Eccleſiam ſanctam fabricabat.* Sanctitas Eccleſiæ, quæ fidelibus communicatur, conſiſtit in ſacramentis quæ cum à latere Chriſti manaverint, inde & ab eo Eccleſia formata dicitur, juxta illud, quod ex D. Chryſoſtom ait Theophyl. *Eccleſia fit,* 64.

Eccleſia à Chriſti latere formata. — Clem. 5. — D. Cypr. — D. Chryſ. Theoph. D. Hieron.

&

& conſiſtit per ſacramenta. Quòd Eccleſia fuerit formata in Chriſti latere, etiam docent D. Hier. ad Epheſ.c. 3. D. Aug tract. 9. in Joan. & lib.9.de Geneſ. ad liter.c.19.D.Leo Epiſt 22.Enchiri Rupert. in cap. 3. Gen.

D. Auguſt. D. Leo. Enchiri. Rupert.

65. *Omnia ſacramenta manarunt à latere Chriſti.*

Omniaque Sacramenta à Chriſti latere manarunt; fluxit namque à ſacro latere ſanguis, & aqua, Aqua ſignificat Baptiſmum, qui eſt janua Eccleſiæ, principiumque cæterorum ſacramentorum, ſanguis verò repræſentat Euchariſtiam, quæ omnium ſacramentorum eſt finis, & complementum; ad quæ duo,quaſi ad principium, & finem, cætera omnia ſacramenta reducuntur. D. Auguſt. jam citatus tract. 120. *Non dixit*, ait, *percuſſit,aut vulneravit, ſed aperuit, ut illic quodammodò vitæ oſtium panderetur, unde ſacramentà Eccleſiæ manarunt, ſine quibus ad veram vitam non intratur.* D. Chryſ. hom. 84. in Joan. *Non caſu*, ait, *& ſimpliciter hi fontes ſcaturiunt, ſed quoniam ex ambobus Eccleſia conſtituta eſt. Sciunt hoc initiati, per aquam enim regenerati: ſanguine, & carne nutriti. Hinc myſteria ortum habent, ut quoties ad admirandum calicem accedis, tanquam ab ipſo latere hauriens accedas.* D. Cyprian. tract. de Paſſi. *De latere tuo*, ait, *fons egreditur, in vitam æternam proſiliens. Sacramenta in perpetuum duratura, & fontis illius ubertas perenni lapſu univerſam Eccleſiam rigat, & fœcundat.* Idem habet. Noſter D. Cyrill. Alexand. & alii.

66. *An ſacramenta fluxerint figurativè, & meritoriè.*

Quæres: Quomodo à latere Chriſti fluxerint ſacramenta? Reſpondetur primò, ſymbolicè, ac ſignificativè; illo enim ſanguine, & illa aqua ſignificabantur ſacramenta, ut modò dixi; & quamvis actualiter, quandò apertum eſt latus, ſacramenta non fluxerunt meritoriè, quia tunc cum corpus eſſet mortuum, carebat anima, & vita, à qua eſt principium; & radix meriti. Poteſt etiam dici, quòd ſacramenta fluxerint meritoriè à latere Chriſti, ex acceptatione præviſa; quia Chriſtus D. adhuc vivens, cum præviderit, hoc vulnus poſt mortem corpori ſuo infligendum eſſe, illud cum multa obedientia erga Patrem, multaque conformitate cum ejus voluntate, acceptavit, quod ita diſpoſuit, & ordinavit: ergo cum illo ſic præviſo meruit, & operatus eſt in negotio noſtræ ſalutis.

QUÆSTIO XII.

Percuſſo latere Chriſti, in corpore ejus fulgent quinque pretioſiſſima vulnera in noſtræ ſalutis remedium?

67. 3. Reg.4. DE magnifico Salomone dicitur 3. Reg. 4. n. 32. *Locutus eſt Salomon quoque tria millia parabolas, & fuerunt carmina ejus quinque millia: & diſputavit ſuper lignis à Cedro.* Valde mirum quòd tot carmina dictentur ab Spiritu ſancto; & illud valdè myſterio plenum, quòd nec in majori, vel minori numero eructentur. Admiratio tamen tollitur, cum dicitur: *Diſputavit ſuper lignis à Cedro.* Denotabatur ibi quòd cum verus Salomon Chriſtus Jeſus exiſteret in ligno crucis, fulgens quinque vulneribus, ad eorum fulgentes glorias, ac triumphales majeſtates decantandas, multa millia carminum, ac Canticorum exigebantur. Petrus Damian. l. 7. Epiſt.5. *Fuerunt*, ait, *carmina illius quinque millia: ubi præſtò ſubjungitur: Quia diſputavit etiam ſuper lignis; quæ ſcilicet redemptori noſtro,non ambigo, cuncta congruere. Cujus carmina quinque millia ſunt, quia quinque ſunt vulnera Domini corporis, quibus per univerſum orbem triumphalis ejus victoria prædicatur. Sub eodem numero carmina ſupputantur, ſub quo tenentur & vulnera, per quæ victoria ſingularis, laudis æternæ gloriam promeretur.* Expende verbum: *Sub eodem numero carmina ſupputantur, ſub quo tenentur & vulnera.*

Ad laudanda Chriſti vulnera, multa millia carminū. Damian.

68. Pſalm.23. Ait Regius Vates Pſal. 23. n. 7. *Attollite portas, principes veſtras, & introibit Rex gloriæ.* Expende præfata verba, in quibus aliquid vulgare, & aliquid ſatis peculiare dicam. Vident Spiritus Angelici Dominum Jeſum introeuntem in cœlorum ſublimia, & dicunt; *tollite portas*, cur non aperite? Filio Dei veniente de cœlo,apertæ ſunt portæ; nunc regrediente quinque vulneribus conſpicuo, ad ejus ingreſſum pro majori amplitudine portæ mandantur tolli. D. Greg. Nazianz. orat. in Paſſi. *Non dicunt aperite*, ait, *ſed attollite. Atque hoc loco explicat illud: factus obediens uſque ad mortem, propter quod Deus exaltavit illum; ac proinde in ſummam ſublimitatem provectus, ſublimiores quoque portas fieri poſtulat, ad ipſius exceptionem.* Hæc vulgaria ſunt.

Chriſtus ſuis vulneribus valdè magnus. Nazianz.

69. Pſalm. Nunc verò profundè adverte, quod in prædicto Pſalmo Chriſtus quinquies Rex gloriæ appellatur. Primò n. 7. *Elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.* Secundò n. 8. *Quis eſt iſte Rex gloriæ?* Tertiò iterum n. 9. *Et introibit Rex gloriæ.* Quartò iterum: *Quis eſt iſte Rex gloriæ?* Quintò ibidem: *Dominus virtutum, ipſe eſt Rex gloriæ.* Cur viſo Chriſto Domino, cives cælici quinquies ipſum Regem gloriæ appellant, & celebrant? Ac ſi pro vulnerum pluritate, acclamationes regiæ dignitatis, motivaque præexcelſæ reverentiæ, ac jura glorioſæ majeſtatis increverint. Sic glorioſus Chriſtus D. quinque plagis in conſpectu Angelorum apparuit, ut toties applaudentes regis titulum decantarent. Huc advoco D. Aug. ſerm. 178. *Viderunt cœlites cuncti*, ait, *ſpecioſum vulneribus Chriſtum, & admirantes fulgentia Divinæ virtutis vexilla, talibus concrepant hymnis: Quis eſt iſte Rex gloriæ?*

Chriſtus ſuis plagis maximè Rex glorioſus decātatur. D. Auguſt.

70. Nunciata ab Apoſtolis Chriſti D Reſurrectione Thomæ, ait ipſe: *Niſi videro in manibus ejus fixuram clavorum,& mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus ejus, non credam.* Joan.20. n. 25. Quis ad Reſurrectionis, & vitæ ſignum, peteret lethalia vulnera? Si nuntiatur vita, conſequenter mortis oblitæ cauſæ renuntiatur; ſi glorioſa corporis reſurrectio affirmatur, cur ad hujus rei probationem, non poſtulat Thomas aliquam corporis glorioſi dotem. cur non ait, niſi videro ejus claritatem, vel ſubtilitatem, non credam; ſed quatuor dotibus prætermiſſis clavorum locum ſolùm requirit. Prophetico ſpiritu agebatur Thomas, ut majores celſitudinem, ac ſplendorem recognoſceret in corpore Chriſti, ab ejus quinque plagis, quàm à quatuor dotibus glorioſis, & ideò his omiſſis, ſolùm vulnera requirit, quia quot erant in corpore Chriſti vulnera, tot erant celſitudinis motiva ad credendum. Huc veniat D. Chryſ. ſerm. 84. *Quæſivit iſta Thomas*, ait, *non ſolum cordis ſui, ſed omnium hominum curans incertum: certè prophetia magis, quàm cunctatio fuit.*

Joan.20. *Chriſti, maximè ejus gloriam indicant.* D.Chryſoſt.

71. Cum Divinus ſponſus pulſaret ad oſtium animæ dilectæ, ait ipſa: *Surrexi, ut aperirem dilecto meo: manus ejus ſtillaverunt myrrham.* Cantic. 5. num.5.

num. 5. poſtea verò anima ſancta quæſita de manibus, ſui dilecti partibus, eodem cap. n. 14. ait: *Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ hyancinthis.* Si myrrha aderat in manibus, quæ eſt amariſſima, quomodò, manus dicuntur aureæ, plenæ hyacinthis? Per myrrham, ob ſuam amaritudinem, intelligunt Patres in ſecundo Concilio Hiſpalenſi, quod habetur tom 3. cap. 13. manus Chriſti

Divinitas Jeſu maxime reſplendet in ſuis vulneribus. perforatas in ſua paſſione; quæ inde dicuntur aureæ, plenæ hyacinthis; aureæ ob ſuam Divinitatem, ac potentiam, quia cum manus Chriſti perforatæ ſunt in cruce, tunc maximè reſplen-

Phil. Carp. duerunt, ac ſigna dederunt ſuæ Divinitatis, ac potentiæ, ibi: *abſcondita eſt fortitudo ejus:* In tot, tantiſque ſuſtinendis. Philo Carpat. *Aureæ, tornatiles factæ ſunt Chriſti manus, quando illas extendit in cruce, quando eæ claves perforatæ fuerunt, quæ ob Chriſti Divinitatem, puritatem, atque potentiam, aureæ dicuntur.* Dicuntur manus *tornatiles, plenæ hyacinthis?* quia plenæ ſunt pretioſitate, ac odore omnium cœleſtium donorum, ut in nos effundant Et hoc ſemper omni promptitudine, ac ce-

Orgelit. leritate. Orgelitanus. *Tornatiles, quia ſemper ex-*

Beda. *titerunt paratæ.* Beda: *Manus Chriſti*, ait, *plenæ fuere hyacinthis, quia in cruce clavis perforatæ, & rubore ſanguinis, quaſi colore purpureo, reſperſæ ſunt hyacinthis boni odoris.*

72. Cur ergo à Chriſti vulneribus tot dona, ac miſericordiarum fontes in nos defluant, ad ipſa confugiamus, ut in eis protegamur, ac abſcondamur

Iſai. 2. à facie iræ furoris Domini. Ait Iſai. 2. n. 10. *Ingredere in petram, abſcondere in foſſa humo, à facie*

Pagnin. *timoris Domini.* Ultima verba transfert Pagninus: *Abſconde te in pulvere à facie formidinis Domini.*

Septuag. Septuaginta: *Occultamini in terram à facie timoris Domini.* Quænam petra eſt hæc, & quænam terra & pulvis, in cujus foſſa, ac apertura abſconditi, & cuſtoditi ſimus à furore, ac timore Domini? Eſt Chriſtus Jeſus; ipſe enim, prout Deus fortiſſima petra eſt; prout homo verò, terra, & pulvis conſiſtit. Introeuntes ergo in hujuſmodi foſſæ humo, in Jeſu nempe vulneribus, ibi fortiſſima

Guerric. *In Christi vulneribus noſtra protectio, ac ſecuritas.* præſidia habebimus, & ſecurum munimen à jaculis inimici, ac ab ipſamet ira Dei. Guerricus Abbas ſerm. 4. in Ramis Palmarum: *Ingredere igitur in petram, ô homo, abſcondere in foſſa humo, pone tibi latibulum in crucifixo; ipſe Petra, ipſe humus; quia Deus, & homo: ipſe petra forata, humus foſſa; quia foderunt manus meas, inquit, & pedes meos. Abſcondere, inquit, in foſſa humo à facie timoris Domini: hoc eſt, ab ipſo fuge ad ipſum, à judice ad redemptorem, à tribunali ad crucem. Quin imò non ad ipſum tantum, ſed in ipſum fuge, in foramina petræ ingredere, in foſſa humo abſcondere, in ipſis manibus foratis, in foſſa latere te ipſum recon-de.* Quid elegantius? In cujus ſenſum etiam ipſe

Cant. 2. explicat illud Cant. 2. n. 13. *Surge amica mea, ſpecioſa mea, & veni, columba in foraminibus petræ in caverna maceriæ.* De Chriſti vulneribus. Vide l. 9. cap. 5. q. 11.

Joan. 10. n. 35. Et qui vidit teſtimonium perhibuit: & verum eſt teſtimonium ejus. Et ille ſcit, quia vera dicit: & ut vos credatis.

Num. 36. Facta ſunt autem hæc, ut ſcriptura impleretur: os non comminuetis ex eo.

Num. 37. Et iterum alia ſcriptura dicit: videbunt in quem transfixerunt.

VERSIONES.

Syriacus n. 35. Et qui vidit, teſtatus eſt; & verum eſt teſtimonium ejus; & ipſe novit, ſe vera dicere.

Arias. Et qui vidit, teſtificavit.

Arabicus. Et ille ſcivit, quia dixit veritatem.

Arabicus n. 36. Quia hoc factum eſt: ut ſcriptura impleretur: os ne frangatur ei.

Euthym. Ut ſcriptura compleretur

Syriac. Os non comminuetur in eo.

Syriac. n. 37. Et rurſus alia ſcriptura dixit: Reſpicient in eum, quem perfoderunt.

Arabicus. Alia ſcriptura, quæ dicit; videbunt, quem pupugerunt.

Tertull. D. Auguſt. In quem confixerunt.

EXPOSITIO III.

ET *qui vidit, teſtimonium perhibuit:* Et qui 73.
vidit hanc rem magnam, & mirabilem, ſanguinem, & aquam fluentem ex latere Chriſti. D. Chryſoſt. *Non aliunde audivi, ſed ipſe* D. Chryſ.
adfui, hoc teſtificatur, quod viderit ſuimet oculis corporalibus, ex quo patet, quòd Joannes valde propinquus erat cruci, cum viderit aquam, & ſanguinem manantem ex latere Domini; erat Metaphr.
etiam ſatis propinqua B. Virgo; ſiquidem ut re- *Virgo colligebat ſanguinem & aquam.*
fert Metaphraſtes 15. Auguſti, aquam & ſanguinem multa cum reverentia collegit, quantum licuit. *Et verum eſt teſtimonium ejus.* Nam Euthym.
ut recte ex Chryſoſtomo ait Euthymius: *Verum eſt teſtimonium ejus, ut qui ea vidit, de quibus teſtatur; & præſertim, qui de Magiſtri ſcribit contumeliis. Nam contumelia erat lateris apertio, quamquam ad hanc ſecutum ſit miraculum.* Et ſubdit textus: *Et ille ſcit, quia vera dicit*; ut de hac re nulla poſſit eſſe dubitatio. *Ut vos credatis* A Jeſu latere ſanguinem, & aquam fluxiſſe, ex quo manarunt omnia Eccleſiæ ſacramenta; & ideo propter magnam excellentiam hujus fluxus aquæ, & ſanguinis, tam aſſeveranter, ait Joannes, ſe vera dicere, verumque teſtimonium proferre.

Facta ſunt hæc, ut nempe ejus crura non fran- 74.
gerentur, ſed latus aperiretur, in teſtimonium, quòd jam eſſet mortuus, *ut ſcriptura adimpleretur*, ut perficeretur, *os non comminuetis ex eo.* Quod præceptum erat datum de Agno Paſchali: Exod. 12. num. 46. ut in comedendo Agno Paſchali, nulla illius oſſa comminuerentur. In ſu- Exod. 12.
blimiori tamen ſenſu verba de Chriſto D. eſſe intelligenda, hic ſcribit Joannes, de quo quæſt. ſequenti.

Videbunt in quem transfixerunt. Ob magnum 75.
myſterium vulneris in latere Chriſti, alio vati- Zach. 12.
cinio utitur Evangeliſta. Ex cap. 12. Zachar. n. 10. Deus loquens per Prophetam ait: *Aſpi-*

c'ent in me quem confixerunt. Seu transfixerunt; ut habet Joannes; hoc eſt in Chriſtum, cujus latus lancea transfixerunt, ſeu percuſſerunt. Hæc dicta ſunt de poſteriori parte vaticinii, quæ latere nempe Chriſti aperto, adimpleta eſt. Prior verò pars, videbunt, cum futurum reſpiciat adimplebitur in die judicii: tunc omnes Judæi videbunt Jeſum, quem transfixerunt. Similiter Joannes in Apoc. 1. num. 7. ait: *Ecce venit in nubibus cœli, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt.* Et hoc teſtimonio demonſtratur, Chriſtum eſſe verum Deum. Nam Deus per Prophetam ait: *Videbunt me, quem transfixerunt.* Ergo cum Joannes doceat, hæc verba eſſe de Chriſto intelligenda, miles transfigens Chriſtum, Deum transfixit.

Apoc. 1. *Chriſtus verus Deus.*

QUÆSTIO XIII.

Quare Chriſto D. oſſa non ſunt confracta?

76. Ait Joannes in præſenti, quod hæc facta ſunt, ut Chriſto D. oſſa non confringerentur, ut impleretur ſcriptura: *Os non comminuetis ex eo.* Hoc ad litteram mandavit Deus Exod. 12. n. 46. in comeſtione Agni Paſchalis *Nec os illius confringetis* quòd Deus ideo mandavit in Agno, quia Hebræi feſtinantes, tanquam tranſeuntes illum comedere debebant, & idcirco Hebræi in Jeſu Agni, contundendi, ad medullam ejus excipiendam, & exſugendam non conſumebant tempus. Hoc quod de Agno Paſchali mandabatur, typica, ac allegorica ſignificatione in Chriſto eſt adimpletum, ut in ejus paſſione, ac morte milites ipſius, ut aliorum crucifixorum, oſſa ac crura de more non frangerent; & ideo ſcriptura dicitur à Joanne modò adimpleta in paſſione. Typus enim, & figura propriè ipſa rei veritate impletur, cùm ſcilicet illud fit, quod figura futurum præſignabat.

Exod. 12. *Ut feſtinantes comedebant.*

77. Cur autem hoc Divina ſapientia ſic ordinaverit inveſtigandum eſt? Et primò exiſtimo, hoc factum in maximam reverentiam, ac honorem corporis Chriſti, qui pro Patris obedientia tot cruciatus ſuſtinuit, ſicut ait Iſaias de eo c. 11. n. 10. *Erit ſepulchrum ejus glorioſum*: Sic non permiſit Deus, ut aliquid ex oſſibus Chriſti frangeretur, ſed integrum corpus permaneret, ob reverentiam tanti corporis; & etiam ſi in triduo mortis fieret conſecratio, corpus ipſum ſub ſacramentalibus ſpeciebus cum aliqua diviſione, ac mutilatione partium poneretur, ut latè dixi tom. 3. c. 35. q. 30. n. 209 210. & 211.

Iſai. 11. *Non frangitur os, ob reverentiam.*

78. Secundo. Ait Lactantius l. 4. c. 26. quia corpus Chriſti ſanctum, ac Divinum, mox erat reſurrecturum; ideò debuit integrum, ac infractum permanere. Tertio. Rupert. in c. 22 Exod. quòd per oſſa ſignificatur Chriſti Divinitas; quæ erat quaſi os ſuſtentans carnem Chriſti; quæ in paſſione, cum ſit impaſſibilis, integra, & illæſa permanſit. Quarto. Hypol. Martyr apud Theod. Dialog. 3. D. Thom. oſſa denotant Chriſti robor, ac ejus virtutes, quarum nulla frangi potuit tot cruciatibus; fortitudo, patientia, charitas, humilitas, obedientia, cæteræque omnes infractæ permanſerunt. Quinto: Non ſunt ergo fracta crura Chriſto, ut oſtenderet, ſemper ſe habuiſſe crura ad currendam viam indefeſſo curſu, inſtar gigantis, *Exultavit ut gigas ad currendam viam*, Pſalm 18. ſexto D. Auguſt. in Pſal. 34. D. Hieron. in Pſal 21. D. Gregor. 24. Moral. c. 30 dicunt, oſſa corporis Chriſti denotare ſacros Apoſtolos, qui minimè confringendi erant.

Lactant. Rupert. Hypol. Thom. Pſalm. 18. Auguſt. Hieron. Gregor.

79. Septimò. Valde mirum eſt, quòd Chriſtus D. in ſua carne tam diros habere voluerit tortores, in oſſa verò tam humanos. D. Hilar. ait per oſſa Chriſti, univerſam ejus Eccleſiam intelligi, juxta illud Apoſtoli loquentis de ſtructura Evæ ex coſta Adami, de qua formata fuit: Sic ait: *Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto & Eccleſia.* Epheſ. 5. n. 32. Permiſit Chriſtus D. ut ſuum corpus verum ac reale, ut vocant, multis vulneribus ſcinderetur; noluit tamen ut ſuum corpus myſticum, Eccleſia nempe, ullas diviſiones, ſeu diſcordias pateretur, & ideo non ſolum unitam ſed etiam unam eſſe voluit Eccleſiam. Ex quo graviter D. Athan. de Incarn. Verbi, arguit eos, qui inter Chriſti membra myſtica, perſonas ſcilicet Eccleſiaſticas, ſeminant diviſiones, diſcordias, ac partialitates: Sic ait ſanctus Doctor: *Quocirca neque Joannis mortem, Dominus ſuſtinuit, capitis truncatu; neque ſicut Iſaias, ſerra diſſectus eſt; ut & in morte, ſine mutilatione, integrum corpus ſervaret; & cauſa ſubderetur iis, qui Eccleſiam in partes cupiunt diſcindere.*

Hilar. Epheſ. 5. *Unitas Eccleſiæ, ac memororum ejus.* Athan.

80. Ex quo Paulus 1. Corinth. 11. n. 18. maximè admiratur eſſe in Eccleſia Dei, inter perſonas Eccleſiaſticas diſcordias: *Convenientibus, ait, vobis in Eccleſiam, audio, ſciſſuras eſſe inter vos, & ex parte credo.* Cur non ex toto, ſed ex parte credit? Quia tam horrendum facinus pene incredibile videbatur, præcipuè inter eos, qui in Eccleſiam Dei convenerant: Et ſi antequam ad Eccleſiam accederent, paſſim diſcordias ſeminarent; tamen in Eccleſia Dei conſtituti, mutuam fovere concordiam tenebantur. Et ideo cum ait: *Ex parte credo*, gravitatem facinoris objicit, ut illud à ſe abjiciant. D. Chryſoſtom. homil 27. Epiſtol. 1. ad Corinth. dicens: ex parte credo, ait: *Quo verbo ſolicitudinem eis incutit, ut corrigantur.*

1. Cor. 11. *Diviſiones in Eccleſiâ magnum crimen.* Chryſ.

CAPUT XXI.

Sepultura Domini Jeſu.

Marc. 15. *n.* 42. Cum jam ſerò eſſet factum (quia erat Paraſceve, quod eſt ante ſabbatum.)

Num. 43. Venit Joſeph ab Arimathæa, nobilis Decurio, qui & ipſe erat expectans regnum Dei & audacter introivit ad Pilatum, & petiit corpus JESU.

VERSIONES.

Syriacus. n. 42. Et cum eſſet veſpera.

Caëtan. Cum jam ſero fieret,

Vatablus. Cum jam adveſperaviſſet (quoniam erat Paraſceve, quæ eſt pridie ſabbato.)

*Syriacus.n.*43. Venit Joſeph ille ex Arimathæa, honorabilis ſenator, qui ipſe præſtolabatur regnum Dei: Et confidens introivit ad Pilatum, petiitque corpus ipſius JESU.

Theophil. Venit Joſeph ortus ex civitate Arimathæa, honeſtus ſenator, qui & ipſe erat expectans regnum Dei; & ſumpta audacia, &c.

Arabicus. Et erat nobilis Decurio, gravis aſpectu regio, & erat qui expectabat regnum Dei: auſus eſt, & intravit ad Pilatum, & petiit ab eo corpus JESU.

Caëtan. Et erat honeſtus Conſul, & ipſe erat expectans regnum Dei.

Franc.Luc.ex Græco. Vir honeſtus, plenus gravitatis & dignitatis, conſiliarius; & ipſe erat expectans regnum Dei & magnanimus introivit ad Pilatum.

ALTER TEXTUS.

*Matth.*27.*n.*57. Cum autem ſero factum eſſet, venit quidam homo dives ab Arimathæa, nomine Joſeph, qui & ipſe diſcipulus erat JESU.

*Num.*58. Hic acceſſit ad Pilatum, & petiit corpus JESU.

*Luc.*23.*n.*50. Et ecce vir nomine Joſeph, qui erat Decurio, vir bonus, & juſtus.

*Num.*52. Hic non conſenſerat conſilio, & actibus eorum, ab Arimathæa civitate Judææ, qui expectabat, & ipſe regnum Dei.

*Num.*52. Et hic acceſſit ad Pilatum, & petiit corpus JESU.

*Joan.*19.*n* 38. Poſt hæc autem rogavit Pilatum Joſeph ab Arimathæa (eò quod eſſet diſcipulus Jeſu, occultus autem propter metum Judæorũ) ut tolleret corpus Jeſu.

EXPOSITIO I.

1. CUM *jam ſero eſſet.* Quatuor ſacri Evangeliſtæ narrant glorioſam Chriſti ſepulturam à duobus ejus diſcipulis, Joſeph ab Arimathæa, & Nicodemo exhibitam; alta tamen Dei Patris providentia ordinatam. *Cum jam ſero eſſet.* Seu ut habet Syriac. *Cum jam eſſet veſperas.* Nam quamvis adhuc dies Paraſceves, ſeu feriæ ſextæ duraret, declinabat tamen jam in veſperam; nam ante veſperam, in qua ſolemne illud ſabbatum incipiebat, in quo quieſcendum erat ab omni opere, debuit corpus JESU ſepeliri. Syriac.

2. *Venit Joſeph ab Arimathia:* Natus nempe in hac civitate, quæ ut tradit D. Hieron. de locis Hebraicis, eſt illa, quæ 1. Reg. 1. vocatur; *Ramathaim Sophim*, in qua commorati ſunt Elcana, & Anna, & Samuëlem genuerunt, ut refert Beda hic in Marc. & Abulenſis 1. Reg. 1. Conſtituta erat hæc urbs juxta Dioſpolim, & diſtabat ab Jeruſalem 20. milliaribus. Sita erat in loco excelſo, unde olim appellabatur Rama, ideſt, excelſa. Hinc, ut ait D. Hieron. de nominibus Hebraicis, dicta eſt: *Arimathia:* ideſt, altitudo; & congruit hæc patria Joſeph, qui hac charitate in Chriſtum maxime fuit exaltatus, & elevatus. Hieron. 1. Reg. 1. Beda. Abulenſ. *Quæ civitas eſſet Arimathæa.*

3. *Nobilis Decurio*, id eſt Senator, ac vir Conſiliarius, ut ex radice Græca, ac aliis dicam quæſt. ſequenti; ubi etiam advertam, quod juxta alios Evangeliſtas dicitur, *Dives, bonus, & juſtus.* Et ut ſcribunt D. Marc. & Luc. *Et ipſe erat expectans regnum Dei.* Credebat in Chriſtum, & per ejus gratiam ſperabat ſalutem, & gloriam cæleſtem; & ideò hac ſpe munitus ſe expoſuit periculo pro Chriſto: *Audacter:* ac ſpe, ac gratia Chriſti animatus, introivit ad Pilatum, & petit corpus JESU. *Joſeph nobilis Senator.*

QUÆSTIO I.

Quiſnam eſſet Joſeph ab Arimathæa?

4. ORtus erat Joſeph ex civitate Arimathæa, quæ celſitudinem ſignificat, ut jam dixi; & ſanè divina providentia; nam hic Joſeph multis virtutibus excelſus erat; & inde dicitur Joſeph, ideſt, auctus; nam tantis virtutibus multum excreverat in Dei obſequio, à D. Matthæo appellatus, *dives* à Joanne dicitur, Chriſti *Diſcipulus, occultus tamen propter metum Judæorum:* à D. Luca dicitur, *Decurio*, à D. Marco *nobilis Decurio.* Ab Arabico legitur; *Nobilis Decurio, gravis aſpectu regio.* Decurio hoc loco non ſignificat eum, qui decem præeſt militibus, ſed juxta radicem Græcam, ut legunt Syriacus, Theophylactus, Vatablus, Pagninus, ideſt, Senator, ſeu Conſiliarius; qui enim Romæ dicebatur ſenator in municipiis dicebatur Decurio: Hic autem Joſeph ſenator erat Jeroſolymis, ubi habitabat; & ideò ibi ſibi excideret ſepulchrum. *Joſeph virtutibus excelſus.* *Joſeph nobilis ſenator.* Græc. Syriac. Theoph. Vatabl. Pagnin.

5. De eo etiam ſcribit D. Lucas. *Erat vir bonus & juſtus; hic non conſenſerat conſilio, & actibus eorum.* Ex quo Maldonatus conjicit, eum interfuiſſe Concilio Judæorum de capiendo, & crucifigendo Chriſto. Matth. 26. n. 4. ipſum tamen noluiſſe, cum aliis aſſentiri, ac eorum ſententiæ ſubſcribere; unde refert D. Hieron. in cap. 17. Matth. hoc loco, *quidam putant, de ipſo primum Pſalmum eſſe compoſitum: Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum, &c.* Luc. Mald. D. Hieron. Pſalm. 1.

6. Hic Joſeph conſtanter Jeſum Chriſtum verum Deum confitens, à Judæis impoſitus eſt navi ſine velis, & remis, cum Magdalena, Martha: Lazaro, & Maximino, Dei tamen providentia Maſſiliam appulit, indeque in Angliam tranſmigravit; ibique Chriſtum prædicavit, ubi glorioſè defunctus eſt. Unde ab Anglis, ut Angliæ Apoſtolus vocatur, Ita Baronius anno Chriſti 35. tom. 1. capit. 4. Lucius Dexter in Chronico Anno Chriſti 48 ejus dies feſtivus recolitur ab Eccleſia in Martyrologio Romano die 17. Martii *Joſeph Angliæ Apoſtolus.* Baron. Dext. Martyr.

tii, & ab antiquis Hiſpaniæ Breviariis, præſertim Aſturicenſi, & Palentino, ut refert Franciſcus Bivarius ad citatum locum Lucii Dextri. Bivar.

7. Magna cum advertentia omnes ſacri quatuor Evangeliſtæ notarunt, nomen hujus viri eſſe Joſeph; ſicut & lapideum ſepulchrum, ut manifeſtetur, quod Salvatoris mors, ac exortus maxime ſibi reſponderunt; quod egregiè notavit D. Epiphanius orat. de Jesu ſepultura: *Faſciæ illius*, ait *exortum ſuſceperunt, & hic quoque, faſciæ, quibus involveretur, non defuere; myrrham ſuſcepit natus; myrrham rursùs, & aloë ſuſcepit in ſepulchrum illatus: ibi adfuit Joſeph Mariæ maritus, hic etiam Joſeph ab Arimathæa deſideratus non fuit: Partus in Bethleem, editus, in præſepio depoſitus eſt: in ſepulchro itidem, ac in quodam præſepio collocatus Chriſtus eſt.* Altiſſima providentia ordinatum eſt, ut omnia quæ in Chriſti cunabulis reſplenduerunt, etiam in ejus ſepulchro niterent Utrobique Maria, Joſeph, Angeli, ſaxeum receptaculum, myrrha, & faſciæ; ut ex his diſcat Chriſtianus, hanc felicitatem totis viribus procurare, ut illæ virtutes in morte non deficiant, inter quas fuit natus, & educatus, ſed ut magis eum uſque ad ſepulchrum comitentur, & ſequantur.

D. Epiph. *Felix qui in exordio, ac fine vitæ retinet eaſdem virtutes.*

8. Ait Iſaias 16. num. 1. *Emitte agnum, Domine, Dominatorem terræ de petra deſerti.* Propheta magno affectu poſtulat, emitti divinum agnum: & magna obſervatione ait; *de petra deſerti.* Cur non potius petit, emitti ab altiſſimis cœlorum, à ſinu Divini Parentis, vel ut à virginali utero Matris? His tamen omiſſis, ſolù petram commemorat, Divinus Agnus, in vitæ fine, recondendus erat in ſepulchro effoſſo in petra, hinc & naſcens, è petra, ex lapidea nempe ſpelunca, prodire voluit. Sic enim Dei patris ſapientia ordinavit, ut vitæ initia ejus glorioſo fini proportionarentur. Guarricus Abbas ſermon. 2. de Annunt. ſic ait: *Cujus corpori monumentum erat excidendum in petra, ipſe ab initio conceptus ſui, & corpus ſibi excidit de petra.* Venit Chriſtus, ut totius perfectiſſimæ vitæ exemplar: inde in ſeipſo à primordio voluit oſtendere ea, quæ eum mortuum comitari debebant.

Iſai. 16.

Guarric. *Finis vitæ primordiis illius correſpondeat.*

9. Cum narratur mors Joſuë in ſcriptura, dicitur filius Nun: *Mortuus eſt Joſuë, filius Nun, ſervus Domini, centum & decem annorum.* Joſuë cap. 24. num. 29. Quando eligitur Joſuë, ut Moyſi adminiſter dicitur filius Nun. Exod. 33. num. 11. quando ei datur poteſtas à Domino ut populum gubernet, ac introducat in terram Promiſſionis, dicitur filius Nun, *Præcepitque Dominus Joſuë filio Nun, & ait; Confortare, & eſto robuſtus, tu enim introduces filios Iſraël in terram*, &c. Deut. 31. num. 23 quando & ingreditur terram Promiſſionis, dicitur filius Nun: Joſuë cap 1. numer. 1. cap. 2. num. 1. Ergo & etiam, quando moritur. Valde enim ſui ſimilis fuit Joſuë, in vitæ principio, in electione officii, in admiratione illius, ac in fine, & vitæ termino Omnes virtutes, ac perfectiones, quibus in vita refulſit, in illius morte non ſunt extinctæ, ſed tunc ſuos radios emiſerunt.

Joſuë 24. Deut. 31. Joſuë 1. *Quis ſimilis ſit ſui in morte, ac vita.*

QUÆSTIO II.

Quare tam notanter advertit Evangeliſta, quòd Joſeph erat vir nobilis?

De Joſeph ait D. Marc. nobilis Decurio; hoc eſt, ex Græco, honeſtus moribus, & vita; plenus ſanè gravitatis, authoritatis, ac dignitatis, & inde animum concepit, ut audenter introiret ad Pilatum, & peteret corpus Jesu; & hæc eſt ratio litteralis. 10.

11. Secundò Divus Chryſoſtomus homil. 89 in Matth. *Non ignobilis quiſquam, aut ignotus erat, ſed ex conſilio unus, atque inſignis. Unde fortitudo ejus maxima admiranda eſt, cum propter amorem Jeſu periculum mortis ſuſceperit, & univerſorum ſe odio tradiderit.* Theoph. in Catena Græca apud D. Luc. *Quamvis conſiliarius eſſet, ac dives, audet petere corpus hominis crucifixi, quaſi perduellis, ac ſeditioſi, nullumque periculum ſuſpicatur, licet periculum eſſet divitiarum, ſed petit, & honorificè ſepelit.* Magno odio omnes Judæorum principes fremebant in Jeſum; & tamen pro ipſo mortuo, & crucifixo, tanquam ſeditioſo audet Joſeph, ejus cauſam agere, ac pro ipſo loqui, res valde mirabilis, & inſolita, quòd audeat unus vir dives, & potens, contra placitum principum, in regali aula, pro Deo, ac veritate ſtare; ſolent enim potentes, contra juſtitiam, Regum voluntati, adulari ne ſua rum rerum faciant jacturam. Eccl. 9. n. 14 dicitur: *Civitas parva, & pauci in ea viri, venit contra eam Rex magnus, & vallavit eam, extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta eſt obſidio: inventus eſt in ea vir pauper, & ſapiens, & liberavit urbem.* Rex toto nixu intendebat occupare Civitatem; quiſnam audet, Regis cupiditati obſiſtere, virine magni, qui erant in civitate? Minimè, ſed unus tantum pauper, qui nullam jacturam metuebat.

D. Chryſ. Theoph. *Viri potentes & divites non audeat, obſiſtere regis cupiditatis.* Eccl. 9.

12. Tertiò. Ad Chriſti ſepulturam conveniunt Joſeph vir Decurio, Senator, ac Conſiliarius, & Nicodemus princeps, ſicut enim Chriſti ſepulchrum, fuit magnum, ac glorioſum, ut ait Iſaias, ſic ad ejus miniſterium conveniunt viri illuſtriſſimi, ac magni: Chriſto crucifixo, ac mortuo, non miniſterium exhibent viri ignobiles, & ſervi, ſed magni, ac principes. Cum Abrahamus pergeret ad ſacrificandum filium ſuum Iſaac, ipſe de nocte conſurgens ſtravit aſinum, & deferens duos ſervos ſecum, cum perveniſſet ad locum deſtinatum: *Dixit ad pueros ſuos: Expectate hic cum aſino, ego, & puer illuc uſque properantes, poſtquam adoraverimus, revertemur ad vos* Gen. 22. n. 5. Ipſe verò cum filio ſuo Iſaac pergit ad montem, Iſaac aſportabat ligna, Abrahamus verò gladium, & ignem, cumque deveniſſent ad montis cacumen, Abrahamus ædificavit Altare, ligna componit, & puerum ligat; cur ad hæc officia ſervos non ſecum defert in montem, ſed ad ejus radicem eos mandat expectare? in illa immolatione Iſaac præfigurabatur mors, ac paſſio Chriſti, cui non debebant obſequia dare ſervi & ignobiles, ſed viri principes, & illuſtriſſimi, ut erant Abrahamus, & Iſaac filius ejus, qui in generis claritate, ac nobilitate, cunctis in mundo præferebantur. Petrus Damian ſerm. de Invent. Sanctæ Crucis, ait; *Servos illos ſignificare ſerviliter ſapientes, & carnaliter viventes.*

Geneſ. 22. *Chriſto mortuo Viri illuſtriſſimi inſerviunt.* Daima.

13. Hora ſexta crucifixus eſt Jeſus, & ut ſubdit

Luc. 23. D Lucas 23. n. 44. *Sol obſcuratus eſt*, &c. ingenti Eclypſi, ut ſupra cap. 19. n. 3. & 4. explicavi; & inde aër obtenebratus eſt; poſtea verò hora nona ait D. Matthæus 27. n. 50. *Terra mota eſt, petræ* Matth. 27. *ſciſſæ ſunt*: & pariter ad terræ commotionem, materia, & flumina commota ſunt; quid eſt, quòd ad *Nobilior prior in obſequio Chriſti mortui.* indicandam mœſtitiam, & dolorem in morte Salvatoris, Sol prior eſt, & omnia elementa antecellit? ſicut enim ipſe præeſt omnibus in nobilitate, ſic neceſſe erat, ut præeſſet obſequio, ac mœrore conditoris interempti. Sic de Rege Ninive, qui prior cæteris induit ſe ſacco, Joan. 3. n. 6. ait. D. S. Maxim. Maximus homil. de hac re. *Neceſſe enim erat, ut qui potentior cunctis fuerat, devotior fieret.*

QUÆSTIO III.

Quare D. Matthæus notat de Joſeph, quod eſſet dives?

14. D. Hieron. Paſchaſ. AD Matth. appellatur noſter Joſeph, homo dives; ſolent divites grati, ac noti eſſe potentatibus, ac præſidentibus; ſi enim ille pauper exiſteret, auſus non fuiſſet, ad Pilatum Præſidem Romanum accedere, & crucifixi corpus impetrare. Ita D. Hieronym. Paſchaſ. & alii.

15. D. Matth. D. Lucas. Secundò De hoc noſtro Joſeph ſic ſcribit D. Lucas: *Qui erat Decurio, vir bonus, & juſtus.* D. Matth. vero: *Venit quidam homo dives ab Arimathæa, nomine Joſeph.* D. Lucas eum dicit juſtum, & bonum, Matthæus divitem; mira diverſitas, & multum ponderanda; frequenter enim, qui divitiis abundat, juſtitia pauper eſt, quare ergo de iſto Joſepho, quod dives, & quod juſtus eſſet af- D. Ambroſ. firmant Evangeliſtæ? Præclarè D. Ambr. ad hunc locum Luc. 23. Hunc Joſeph juſtum dixit Lucas, *In Jeſu omnium divitiarum abundantia.* Matthæus divitem; *Et meritò dives hoc loco dicitur, ubi corpus ſuſcepit Chriſti ſuſcipiendo enim divitem neſcivit fidei paupertatem.* Juſtus erat Joſeph, & cum ſuſciperet corpus Jeſu, dives erat, non quomodolibet, ſed omnium divitiarum ſupellectili abundans; nam cum juſtus eſſet, ſuſcipiens totum Divinitatis theſaurum, omnes ſibi opes com- D. Epiph. paravit. D. Epiphan. orat. de Chriſti ſepultura; *Verè dives*; inquit, *utramque enim ſubſtantiam Chriſti à Pilato, dono acceperat: verè dives, ſicut margaritam illam, quæ omnem pretii æſtimationem excedit, ſecum aſportare promeruerat: Vere dives ſacculum namque plenum geſtabat, nempe ipſummet Divinitatis theſaurum.* Cum corpus Chriſti accepit, utramque ſubſtantiam, divinam, & humanam accepit; ibi omnem plenitudinem bonorum, ac theſaurorum divinitatis accepit.

16. Ruth. 20. Dicebat Ruth. cap. 2. n. 12. Booz: *Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Iſraël*: plenam, & perfectam *In Jeſu omnium bonorum integritas.* mercedem ei precatur; & quænam tam plena, & larga erit merces? in eo quòd eſſet facta Jeſu progenitrix; ubi Jeſum attigit, ubi omnia plena, Theodor. & integra in eam defluxerunt. Theodoret. ibi: *finem conſecuta eſt Booz benedictio. Accepit enim Ruth. plenam mercedem à Domino, ut quæ fuerit progenitrix benedictionis.*

17. Zaram, & Phares adhuc exiſtentes in utero matris ſuæ omni nixu contendebant pro primatu; tamen Zaram fratri ſuo Phares naſcendi tribuit opinionem: *Inſtante autem partu, apparuerunt gemini in utero: atque in ipſa effuſione infantium unus protulit manum, in qua obſtetrix ligavit coccinum, dicens: iſte egredietur prior: ille vero retrahente manum, egreſſus eſt alter.* Gen. 38. n. 27. totis Geneſ. 38. viribus contendebat Zaram, primatum in ortu habere, ut in domo patris primogenituram obtineret; & hac de cauſa manum protulit, ut in naſcendo primas partes occuparet; cum tamen in manu eſſet alligatum coccinum, ſtatim manum contrahit: & tanquam omni juri cedens, dat locum, ut frater prior exeat. Unde tam ſubita mutatio? Quidnam habuit alligatura illa, quæ ſic animum pueri invertit; omnemque ejus appetitum ſatiavit, ut nihil jam de primogenitura paternæ domus curet? Vita illa coccinea Chriſti ſanguinem ſignificabat, ut Auctor eſt N. D. Cyrill. D. Cyrill. Alexand. apud Lippomanum: *Coccinum*, ait, *ſanctiſſimum Chriſti ſanguinem ſignat.* Cum quoddam ſignum, ac pignus Euchariſtici ſanguinis *In Chriſti ſanguine omnium bonorum conpendium.* Chriſti accepit, ita illo ditatus, ac ſublimatus eſt, ut omnia ſæculi etiam pinguiſſima, cum omni honore, ac dignitate, valde inſignita contemneret, ac in nihilo reputaret; inde omnia hæc à ſe dimittit, & abjicit, ac ſi fratri diceret; tu bonorum paternorum meorum eſto ſucceſſor, & hæres cum omnibus ſuis honoribus, divitiis & dignitatibus; hoc ſignum ſanguinis Chriſti, pro omnibus mihi ſat eſt, illoque omnis meus affectus abundantiſſime ſatiatus eſt, ut nihil amplius deſiderare valeam.

Ait Deus per Iſaiam 65. num. 12. *propter hoc, hæc dixit Dominus Deus: Ecce ſervi mei comedent* 18. Iſai. 65. *& vos eſurietis: ecce ſervi mei bibens, & vos ſitietis.* Bene ſe res habet, quod ſervi Dei comedant, ac cur inde dicitur, quod cæteri eſurient? Nunquid ſervi Dei omnia comedent, ut non ſuperſit aliis *Solo Jeſu ſatiatur appetitus.* cibus, cur ergo alii fame opprimerentur? Cibus ſervorum Dei eſt Chriſti corpus, quo reficiuntur ſervi Dei, cæteri verò & ſi omnibus mundialibus bonis fruantur, maximè fame laborant, cum ſolum in cœleſti pane ſit omnium affluentia, ſine illo verò univerſorum eſuries, & fames D. Cyrill. D. Cyrill. Alex. l. 5. in Iſai. *Comedent enim*, ait, *qui ſerviunt mihi: at vero vos eſurietis. Nam qui vere Deum agnoverunt, deliciabuntur vere ſupernis benedictionibus ſaginantes corda, accedentes ad vivificam menſam omnium noſtrûm Servatoris Chriſti panem vitæ edentes.*

QUÆSTIO IV.

Quare Arimathæus, qui antea occultus erat Chriſti diſcipulus, nunc manifeſtus audacter introivit ad Pilatum?

AIt D. Marcus, quod mortuo Chriſto Joſeph petens corpus Jeſu introivit ad Pila 19. D. Marc. Theoph. Vatab. tum *audenter*. Syriacus *confidens*. Theophylact. Vatabl. *Sumpta audacia* ob ſuam nobilitatem, dignitatemque ſenatoriam, ac divitias, nam ipſe nobilis erat centurio, id eſt ſenator, ac dives, quæ omnia animum, ac confidentiam miniſtrant? altius tamen res eſt inveſtiganda.

Secundò. Arimathæus iſte dum Jeſus viveret 20. metuebat videri illius diſcipulus, nec publicè eum ut magiſtrum colere audebat, ut ait Joannes 19. num. 38. Joan. 19. *Diſcipulus occultus propter metum Judæorum.* At dum vidit illum crucifixum, & mortuum, audenter ſe manifeſtat, & honorem illius ſepulturæ

ſepulturæ procurat, *audenter introivit ad Pilatum.* Ut ſcribit D. Marcus. Unde metu pulſo vires capit ſenator, & magnos ſumit ſpiritus, ut nec necem, nec crucem, nec metum Judæorum timeat? Lyran. *Exemplo mortis Chriſti animatus, oſtendit ſe publicè Chriſti diſcipulum eſſe.* Ubi Arimathæus vidit Divini Magiſtri patientiam, crucem, ac mortem, jam nec lictores, nec minas, nec crucem, ac mortem timet, ſed exemplo Chriſti corroboratus omnia ob illius amorem contemnit.

Lyran. *Chriſto crucifixo animatur homo ad mortem.*

21. Mac. 10. Poſtulant Jacobus, & Joannes primas ſedes in regno à Chriſto quibus ipſe ait Marc. 10. n. 38. *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibo.* Dum eis proponit calicem, ad cruces, ac labores invitat, tamen ſignanter appoſuit, *quem ego bibo.* Nam Deo duce, inſpecto ejus exemplo urgeantur diſcipuli ad patientiam rerum omnium aſperrimarum. D. Chryſoſt. homil. 66. in Matth. *Perſpice, qualiter ipſo interrogationis modo hortatur, & allicit.* Sciebat optimus Magiſter facilè homines hautire difficultates rerum acerbiſſimarum Deo in cruce inſpecto, & ideo addit *Quem ego bibo.* Pergit. D. Chryſoſt. *Ut communicatione laborum promptiores redderemur.* Vide ſupra cap. 1. quæſt. 16.

Duce Chriſti libenter juſtus fert crucem. D.Chryſ.

22. Theoph. Tertiò. Theophylact. *Beatus Joſeph*, ait, *adhuc legi ſerviens Chriſtum, & Deum agnovit, ideo laudatum audet facinus. Neque cogitabat, dives ſum, & divitias amittere poſſum.* Magno odio, ac furore omnes Hieroſolymitani armati erant in Jeſum, & eo crucifixo, ac mortuo exultabant tanquam victores capta præda. Tunc audet Arimathæus partes Jeſu ſuſcipere ejuſque extremum ſepulturæ honorem procurare, unde illi tam illuſtris auſus, tantumque animi robur? Ille ut ſcribit D. Lucas. *Expectabat regnum Dei.* Habebat Joſeph in oculis ſuis, in ſuaque conſideratione Deum, ejuſque regnum, cujus gratia illuſtratus vivebat, inde magna fortitudine, ac audacia erat animatus, quia nihil vereretur, ac omnia pro Deo contemneret unum tantùm Deum quærens.

Qui Deum conſiderat, magno pro ipſo aggreditur.

23. Joan 17. In ultima cœna orabat Chriſtus ad Patrem. *Pater ſancte, ſerva eos in nomine tuo, quos dediſti mihi* Joan. 17. num. 11. Æterno Parenti commendat Chriſtus ſuos Apoſtolos, ut in omni labore, periculo, ac preſſura ſui invincibiles, ac victorioſi reddantur, & cum hoc exorat Patrem vocat ſanctum, cur non magis eum dicit omnipotentem, infinitum, immenſum? Ut fortiſſimi reddamur ad omnia difficilia aggredienda, ad omniaque imminentia pericula ſuperanda, Chriſtus non petit à Patre, ut communicet nobis aliqualem effectum ſuæ omnipotentiæ, ſed ſuæ ſanctitatis, cujus participatione ac gratia corroborati, magna audemus & omnia difficilia ſuperare poſſumus; Dei gratia communitus homo quia Deum cogitat, ejuſque regnum expectat omnia mundi pericula ſpernit. D. Cyrill. Alexandr lib. 11. in Joann. cap. 28. *Per Spiritum ſanctum nos invicto robore Dominus firmans ſanctificationem à Patre nobis petebant.*

Di gratia armamur ad fortia. D.Cyrill.

24. Antiochen. Quartò. Victor Antiochen. in Marc. *Præclarum facinus*, ait, *auſus eſt Joſeph: neque enim ignotus, aut obſcurus erat, ſed unus à ſenatoribus.* Nullus Joſepho eſt metus, ſed audenter introivit ad Pilatum. Et unde illi tanta generoſitas? Nobilis Decurio. Ex Græco, ideſt Senator, ſeu Conſiliarius, à nobilitate ingenita, ab honore domeſtico tantus animus innatus eſt Joſepho, ut audacter introiret ad Pilatum. Ab avo nobili, & avunculo ſtrenuo hauſit Aſcanius militares vires apud Maron. lib. 3.

Nobilitas ad magna impellit.

Ecquidem in antiquam virtutem, animoſque viriles.
Et pater Anchiſes, & avunculus excitet Hector.

25. Cum mittendi ſint viri ad explorandam terram, ait Deus Moyſi. *Mitte viros, qui conſiderent terram Chanaam, ſingulos de ſingulis tribubus, ex principibus.* Num. 13. n. 3. Notanter eſt advertendum, quod viri, qui deſtinandi ſunt ad perluſtrandam terram Promiſſionis juxta Dei mandatum ex omni tribu eligendi ſunt viri ex principibus, nobiles nempe, & cur non ibunt etiam aliqui homines vulgares, ſed omnes nobiles, hi nempe natura duce maxime urgentes ad magnos auſus, inde hi præ cæteris aſſumuntur. Abulenſ. ibi q. 14. *Quia, ait, iſti exploratores aggrediebantur aliquid dubium, non accederet quilibet; ideo mitti debuerunt tales, qui auderent: & hoc magis credebatur de principibus.* Magnum, & procerum Gigantem *percuſſit Jonathan filius Samma fratris. David.* 2 Reg. 21. n 21 D. Hieron, ad 1. Paralip. c. 20. *Idcirco hic nomen Patris ponitur, quia inter præliatores numeratur.* Tam illuſtre facinus non à vulgari homine, ſed ſolum illuſtri edendum erat.

Num. 13. *Virtutem acuit nobilitas.* Abul. 2. Reg. 21. D. Hieron.

26. Omnes penè Hebræi, qui ab Ægypto egeſſi ſunt in vaſtis Arabiæ locis perierunt, ſic ait Deus Num. 14. n. 26. *Omnes, qui numerati eſtis, à viginti annis, & ſupra, & murmuraſtis contra me, non intrabitis terram.* Quod Paulus ad Hebræ. 4. n. 3. Cur procreati in Ægypto, cum eſſent ſenes, & maxime experti, à terra promiſſionis excluduntur? Excluduntur tanquam inepti præliis, ac rebus magnis gerendis omnes enim ſervi ac adhuc ſervis parentibus nati, & educati erant, ac proinde parum virilis animi habebant ad magnos auſus perpetrandos. Abulenſ. q 1. ad citat. cap. 14. Num. *Quia omnes, ait, in ſervitute Ægyptiaca enutriti fuerant ſervi autem nunquam audent.* Utpote ſerviliter educati inepti ad magna.

Num. 14. Hebr. 4. *Humiliter educati, inepti ad magna.* Abul.

QUÆSTIO V.

Quare Joſeph petiit à Pilato corpus Jeſu ſibi tradi?

27. PRUDENTIALITER Arimathæus per communia media rem vult perficere, & adimplere, & inde poſtulat, ut corpus Jeſu mortui, ſibi concedatur, ut citra cujuſquam prohibitionem eum de cruce valeat deponere, ac ſepelire? Nam abſque judicis aſſenſu nemo poteſt damnatorum cadavera è patibulis auferre, aut ſepulturæ tradere, ut à civilibus legibus cautum eſt, inde Joſeph ſenili, ac ſenatoria prudentia poſtulat ſibi dari corpus Jeſu.

Prudentialiter per media communia agit Joſeph.

28. Secundò Victor Antiochen. in Marc. *Ex hoc facto, ait, ſummam Joſephi conſtantiam, & fortitudinem expectare licet. Propter amorem Chriſti periculum mortis ſuſcepit, & univerſorum, ſe odio tradidit.* Nam quamvis uſque modo Arimathæus eſſet diſcipulus Domini occultus, tamen cum occaſio poſtulat, amor urget, eum in publicum prodire facit, ut patenter corpus Jeſu ad honorem ſepulturæ poſtulet. D. Damaſcen. homil. in Paraſceve. *O invictam animi audaciam, libertatémque ipſius ſingularem, quam fides, ac numinis amor excitarat,*

Vict. Ant. *Amor in occaſione declaratur.*

citarat. Hinc communiter malogranatum pro amoris ſymbolo habetur, nam cum clauſum ſit, urgente tempore aperitur, & rubicunda grana manifeſtat, ſic amor quamvis abſconditus, & occultus ſit, cum occaſio poſtulat, ſe prodit, & declarat.

29. D. Auguſt. Tertiò: D. Auguſt. ſerm 133. de Dominica ſepultura. *Joſeph juſtitia perſuaſit.* Juſtitia vires dat, animóſque miniſtrat, pro quo vide tom 4 cap 18. quæſt. 18. n. 140. 141. 142 Quartò Joſeph acceſſit ad Pilatum, & petiit corpus Jeſu. Metaphraſtes in vita B Vir. Mariæ ſic ſcribit. *Venit ad Joſeph. Virgo Maria, & ait: da ergo mihi hanc gratiam, & communi huic Magiſtro audacter pete illius corpus, ut deponatur, & mandetur ſepulturæ. Ex me non poſſum quidquam facere, ut vides cum ſim ſola, & hoſpita.* Ecce Maria Joſephum convenit,& ab illo petit, ut Pilatum adeat, & depoſcat dari ſibi corpus Jeſu ſepeliendum.

Metaphr. *Virginis hortatu petit corpus.*

30. Quintò. In præſentiarum compone Judæorum principes, ac magnates volentes ſibi tradi Jeſum ad necem, pecunias pro eo offerunt Judæi. At Joſeph poſtulans Jeſu corpus ſibi dari nullas pecunias offert. *Acceſſit ad Pilatum, & petiit corpus Jeſu.* Quare ergo Judæ pro Jeſu pecuniam promittunt. Matth. 26. n. 15. Joſeph vero ſibi gratis concedi poſtulat? Judæi dum requirunt Jeſum ad necem; ſuammet propriam perditionem procurant. At Arimathæus dum corpus Jeſus ad ſepulturam gratis exoptat, magnum ſibi gloriæ, ac meritorum pondus comparat; & hæc eſt rerum diſpoſitio, quod propriam perditionem, ac damnationem quilibet multis pecuniis, multiſque bonorum ſumptibus ſibi emat; ut æternam ſalutem, ut quiſque gratis ſibi negotiatur. Quia talis negotiatio in mera gratia fundatur. Judæi pro Chriſto ad proprium exitium dant pecunias, non vero Joſeph pro ejus corpore ad æternam ſalutem obtinendam. D. Laurent. Juſtin. de triumphali Chriſti agone, cap. 21. *Illud ſibi donari popoſcit ſperans locupletem meritorum cumulum ſe in ſublimibus cœlorum manſionibus poſſe mereri.*

Matth. 26. *Magno diſpendio comparatur perditio, non ſic ſalus æterna.*

D. Laur. Iuſt.

31. Perpende combinationem inter Phariſæum orantem,& contritum, Publicanum. Orabat Phariſæus, *Jejuno bis in ſabbato, decimas do omnium, quæ poſſideo.* Luc 18. n. 12 At Publicanus à longe ſtans nil à ſe oblatum dicebat, ſed tantum compuncto corde ait: *Deus propitius eſto mihi peccatori.* Cur ille tantum rerum diſpendium proponit, decimas omnium bonorum ſuorum à ſe datas commemorat, hic verò nullum diſpendium à ſe exhibitum refert; *& tamen hic deſcendi juſtificatus in domum ſuam ab illo.* Unde tanta rerum differentia? Publicanus vanitatis, præſumptionis; ac elationis ventos emebat, & ideo in ruina ſuæ perditionis, ingens rerum diſpendium faciendum fuit? At Publicanus æternam vitam, Deique gratiam procurabat, in quo negotio nihil deperditur, nec conſumitur, ſed omnia ſalva, & cuſtodita ſunt in theſauris æternæ vitæ. D. Chryſoſt. hom. de David, & Saul. *Quot labores erant ſubeundi Publicano, jejunando, humi dormiendo, vigilando, bona ſua pauperibus elargiendo? At Publicanus cum nihil tale fecerit, ſimplici verbo omnem depoſuit iniquitatem, idque ſine ſudoribus, ſine laboribus, & abſque longi temporis mora.*

Luc. 18. *Multum diſperditur in rebus mundanis, non ſic in negotio ſalutis.*

D. Chryſ.

QUÆSTIO VI.

Quare cum Arimathæus petat à Pilato corpus Jeſu, non aliqua illius dicit magnalia?

Joſeph introivit ad Pilatum, & *petiit corpus Jeſu.* Cur non dixit aliqua magnalia, & opera ejus maxime celebranda, paulo ante Centurio clamavit. *Vere hic homo filius Dei erat.* Marc. 15. n. 39. Vxor Pilati *Nihil tibi, & juſto illi.* Matth. 27. n. 19. & Pilatus. *Regem veſtrum crucifigam.* Joan. 19. n. 15. ſi ergo Chriſtus tam honorificis titulis ab extraneis honoratur, cur Joſeph, qui Domini diſcipulus erat, tam humiliter corpus Jeſu petit, cur non dixit corpus filii Dei, illius juſti, vel Regis Judæorum? Forte Joſeph ut juſtus, ac ſanctus intelligebat quod dicens corpus Jeſu, ibi includebat omnes honorificos titulos Divinitatis, juſtitiæ, ac regiæ majeſtatis, quæ omnia ſub nomine Jeſu tanquam in compendio continentur. 32.

Marc. 15. Matth. 27. Joan. 19. *In Jeſu omnia magnalia.*

Aliter reſpondet D Epiphan. orat. de Sabbato Sancto, *Ingreſſus eſt Joſeph, ait, petens corpus Jeſu ſummaque in ea congreſſione uſus eſt prudentia. Nam ne Pilatum, cum quo ipſi res erat, ira accenderet, adeoque petitionis ſuæ fructum amitteret, haudquaquam magnifica, aut faſtum aliquem ſpirantia verba de Chriſto deprompſit. Non enim dixit. Da mihi Pilate, corpus illius Jeſu, qui paulo ante ſolem obſcuravit, petras & ſaxa diſrupit, qui terram quaſſavit, qui monumenta aperuit, nihil ille horum omnium ad Præſidem attulit. Dixit autem, da mihi demortuum illius Nazaræi corpus, pauperis illius Jeſu.* Petens Joſeph Jeſu corpus multa magnalia de eo poterat in medium afferre, quæ edidit in cruce, ſicut & multis magnis titulis eum dicere poterat, tamen ab his omnibus cavit prudens ſenator. ſciebat enim, quod mundiales Principes aliorum magnaliis auditis in furorem,& iram ſæpe rapiuntur, ideo timens malignam Pilati invidiam, dum corpus Jeſu poſtulat, illius decora paulisper diſſimulat Joſeph, ne ſi illa audiret Pilatus in majorem rabiem accenderetur, & poſtulatum denegaret, ut ergo traheretur ad concedendum; humiliter proponit Arimathæus, ac ſi diceret. *Da mihi demortuum illius Nazaræi corpus, pauperis illius Jeſu.* 33.

D. Epiph. *Cum mundialibus diſſimulanda decora, ne ira accendatur.*

Ab alto monte loquens David cum Saül in deſerto, ait: *Quem perſequeris Rex Iſraël? Canem mortuum perſequeris, & pulicem unum* 1. Reg. 24. n. 15. non ait, ut recte meditatur M Baeça Goliathi interfectorem, Iſraëlis propugnatorem, regis generum perſequeris, ſed *canem mortuum, & pulicem unum.* Nulla ſua magnalia proponit David, ſed humilia ſciebat, quod invidioſus principis animus propoſitis alterius ſplendoribus maxime in furorem ſtimulatur, & ideo cavenda eſt magnalium oſtentatio coram principibus ab eo, qui non vult eorum voluntates irritare, ſed in ſuum affectum inclinare. 34.

1. Reg. 24. *Aliorum gloria ſtimulus principibus ad iram.*

Hinc Joſeph introducens fratres ſuos ad Pharaonem coram Principibus, monet eos, quod requiſiti, quinam eſſent,ait eis: *Reſpondebitis, viri paſtores ſumus ſervi tui ab infantia noſtra uſque ad præſens, & nos, & patres noſtri.* Geneſ. 46. n. 34. Multa, & magna de ſe poterant dicere, quod erant viri bellatores, qui urbem Sichem expugnarunt, qui nepotes potentiſſimi, ac illuſtriſſimi 35.

Geneſ. 46.

Aliorum magnalia dicta apud principes, iræ ſtimulatio. ſimi Abrahami, ac Iſaac cur ab his omnibus cavit Joſeph, ne fratres ſui in Palatio Pharaonis tantam gloriam ſuam evulgent, ſed maluit ut eam diſſimulent, & ſe paſtores dicerent, bene ſciebat quam male audiatur à principibus aliorum commendatio, quæ maximè eis ad iræ ſtimulos inſervit, ideo his omiſſis ſolum humilia de ſe publicari permittit, ne principum æmulationi daretur locus. Joſeph lib. 1. cap. 4. *Ait paſtoralem artem callere, & nihil aliud exercere, idque eo conſilio reſpondit ne æmulatio cum Ægyptiis interveniret.* Joſeph.

Marc. 15. *n.* 44. Pilatus autem mirabatur, ſi jam obiiſſet, & accerſito Centurione, interrogat eum, ſi jam mortuus eſſet.

Num. 45. Et cum cognoviſſet à Centurione, donatur corpus Joſeph.

VERSIONES.

Syriacus. *n.* 44. Pilatus autem miratus eſt, ſi jam mortuus eſſet, & advocavit Centurionem, & interrogavit eum, an jam dudum mortuus eſſet.

Arabicus. Quod mortuus eſſet, advocavit Centurionem quærens ſcire ab eo, qua hora mortuus eſſet.

Vatablus. Et accerſito ad ſe Centurione interrogavit illum.

Syriacus n. 45. Cumque didiciſſet, dedit corpus JESU Joſeph.

Theophyl. Vatabl. Re cognita à Centurione.

Arabicus. Præcepit illi dare corpus JESU.

ALTER TEXTUS.

Matth. 27. *n.* 58. Tunc Pilatus juſſit reddi corpus.

EXPOSITIO. II.

36. Syriacus. *PILATUS autem mirabatur.* Seu ut legit Syriacus *Miratus eſt.* Et hujus admirationis cauſa ſubditur. *Si jam obiiſſet.* Si jam mortuus eſſet, ut Joſeph dicebat. Conſiderabat Pilatus dolores crucis in ſociis latronibus, nondum illis mortem attuliſſe, & inde mirabatur, quod tam cito obiiſſet Jeſus, non proponebat ante oculos Pilatus alios Chriſti cruciatus; tunc etiam mirabatur Pilatus, ait Euthymius. *Sperabat eum tarde moriturum tanquam Divinum quendam hominem, qui cæteros excederet: ipſe vero lege naturæ mortuus eſt.* Qua de cauſa *accerſito Centurione.* Ex vicina arce Antonia, vel per nuntium *interrogavit eum ſi jam mortuus eſſet.* An verè mortuus eſſet: ne Joſeph Jeſu diſcipulus, corpus illius adhuc viventis, tanquam mortui peteret, ut ſub ratione exhibendæ ſepulturæ, à cruce, ac morte liberaret, atque Medicinæ curatis ejus vulneribus. Euthym.

37. *Et cum cognoviſſet à Centurione*, qui crucifixioni præerat: ipſum jam eſſe mortuum *Donavit corpus Joſeph.* Tanquam magnum, & excellentiſſimum donum, ut ait Theophylact. qui addit *Verum cum Joſeph dives eſſet, veriſimile eſt, quod Pilato aurum dederit.* At verbum. *Donavit*, quod utitur Evangeliſta ex radice Græca, mere gratis abſque auro datum ſignificat. Theoph.

Io. 19. *n.* 39. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Jeſum nocte primum ferens mixturam myrrhæ & aloës, quaſi libras centum.

VERSIONES.

Syriacus. Is qui primum venerat ad Jeſum noctu, & attulit ſecum miſturæ myrrhæ, & aloës, quaſi libras centum.

Euthym. Ad libras ferè centum.

EXPOSITIO III.

38. VENIT *autem & Nicodemus*, qui erat Princeps Judæorum, *qui venerat ad Jeſum nocte primum.* Joan. 3. *ferens mixturam myrrhæ, & aloes.* Ut tali pretioſo unguento magnifice corpus Jeſu condiret, ac ſepeliret. Myrrha, & aloë herba, quæ cum ſint amariſſimi ſucci vim habent reſiſtendi vermibus, ac corruptioni. Ex quo D. Thomas 3. p q. 51. art. 2. ad 2. ait per myrrham, & aloë propter amaritudinem ſignificari pœnitentiam, per quam fit, ut Chriſtum in nobis ipſi ſervemus perſeverantem. *Quaſi libras centum.* Ut tam magna copia largiſſime totum corpus Chriſti perfunderet, ac oppleret. Ubi enim major eſt pietas, ibi major pium in officium ſumptus fit. Unde monet Tertull. in Apolog. cap. 30. *Quantiſcumque ſumptibus conſtet, lucrum eſt pietatis nomine ſumptum facere.* Forte omnes haſce centum libras non inſumpſit, ſed ex eis quantum neceſſarium erat. Joan. 3. D. Thom. *Chriſtus in nobis per pœnitentiam.* Tertull.

39. Adverto hic tamen, quod D. Chryſoſt. homil. 84 in Joan. unctores hos Chriſti, arguit imperfectæ fidei, quod adhuc eum ut purum hominem generalibus corruptionis legibus ſubjectum reputabant, & inde tali unguento condiebant, tamen ut rectè animadvertit Suar. tom. 2 in 3. par diſp. 41. ſect. 2. §. *Unum vero* Si Joſeph, & Nicodemus thymiamata vellent condire ſacrum cadaver in plores annos, eviſcerato utero debebant linire coſtas, ſic enim Ægyptii primi conditorum corporum Artifices facere conſueverunt, ut memorant Herodot. lib. 3. & Diodor. Siculus l. 2. Bibliothec. certum eſt autem nunquam detractum fuiſſe aliquod inteſtinum noſtri Salvatoris; Exterior itaque cum ſolum fuerit unctio illa; ad honorem, & reverentiam facta eſt, non autem ad præſervandum, à corruptione, ac proinde ex magna devotione, ac reverentia adhibita eſt unctio. D. Chryſ. Suar. Herod. Diod.

QUÆSTIO VII.

Quare ad miniſterium ſepulturæ Chriſti è diſcipulis ejus eliguntur duo timidi, & qui occulti erant?

40. MUlti erant Domini diſcipuli, & ut tales patenter ab omnibus agnoſcebantur, & tamen ad ejus ſepulturam duo eliguntur Joſeph

Joan. 19. Joſeph Arimathæus, & Nicodemus, qui tanquam timidi erant diſcipuli occulti, De Joſeph ait D. Joannes in præſenti quod erat *Diſcipulus occultus propter metum Judæorum.* Et de Nicodemo, ait, idem Joannes. *Qui venerat ad Jeſum nocte primum,* ad hoc tantum myſterium non aſſumitur aliquis diſcipulus manifeſtus, & generoſus, ut Thomas, qui dicebat. *Eamus & nos ut moriamur cum eo.*
Joan. 11. Joan. 11. numer 16. ſed hi duo timidi, & occulti?

41. Reſpondeo primò, quod hi duo præ cæteris eliguntur, ut videatur virtus mortis, ſanguinis, ac crucis Chriſti, quod illi qui antea timibundi, ac occulti propter metum Judæorum erant ejus diſcipuli, ita ut non auderent in publicum prodire,
A cruce, ac morte Christi animantur diſcipuli ſic Chriſti ſanguine, ac morte ſunt corroborati, ut jam patenter coram principibus, ſe eſſe ejus diſcipulos fateantur. Cum meus Jeſus bajulans crucem perveniſſet in Montem Calvarium, ſcri-
Matth. 27. bit D. Matthæus 27. n. 55. *Erant autem ibi mulieres multæ à longè, quæ ſecutæ erant Jeſum à Galilæa, inter quas erat Maria Magdalena, & Maria Jacobi, & Joſeph mater, & mater filiorum Zebedæi.* De eiſdemmet mulieribus agens
Joan. 19. Joannes 10. num. 25. ait. *Stabant juxta crucem Jeſu mater ejus, & ſoror Matris ejus, Maria Cleophæ, & Maria Magdalena.* Ex quo magna inſurgit dubitatio ſi mulieres erant à longe, quomodo juxta crucem? Nunquid inter ſacros Scriptores eſt aliqua diverſitas? Nulla ſane, quomodo ergo hæc cohærent! Mulieres erant à longè, & juxta crucem pro temporis diverſitate, quando crucis miniſterium humi agebatur, ac præparabatur, mulieres erant à longe, at cum meus Jeſus crucifixus exaltatus eſt, & ſupremi regis vexillum crux ſcilicet in orbe apparuit, mulieres natura timidæ, ſic animatæ ſunt, ut per armatas militum cohortes erumperent, & ut diſcipulæ juxta
Euthym. crucem Divino Magiſtro adhærerent. Euthym. ad cit. Joan. locum, *ſtabant vero juxta crucem tunc nactæ ſecuritatem: primum enim omnes diſcipulæ eminus conſpiciebant, ut cæteri Evangeliſtæ docuerunt.*

42.
Epiphan. Secundò. D. Epiphan. orat. de ſepultura Chriſti *Ordines omnes cœleſtes ſtupent, horrent, & dicunt: quod hoc magnum ſpectaculum eſt, quì à nobis corporis expertibus ſupernè ut Deus clare videri nequaquam poteſt (intellige naturæ viribus) is inferne, non à mortalibus tantum, ſed à mortuis nude & clare; & inoffenſe cernitur. Cui cum reverentia, & timore Cherubim aſſiſtunt, hunc Joſeph*
Mundum dimitte ut ad crucifixum accedas. *& Nicodemus omnis formidinis vacui ſepulturæ committunt.* Cur hi viri, qui vivum Jeſum convenire timebant, nunc verò à Judæis occiſum, & crucifixum contingere audent? antea mundiali vita vivebant & inde timidi erant, & ad ipſum vivum non accedebant. At inſpecto Jeſu mortuo in cruce ſic mutati ſunt, ut jam non mundo viverent, ſed ſoli Jeſu, & ideo cum omnia mundialia, à ſe abjicerent, inde digni inventi ſunt ut mortuum corpus Jeſu tangi eis permitteretur: *Non à mortalibus tantum, ſed à mortuis nude, & clare, & inoffenſe cernitur.*

43.
Epiphan. Tertiò. Idem D. Epiphan. orat. in die Paſchat. *Papæ, ait, abſconditum inter omnia myſteria myſterium, duo occulti diſcipuli veniunt, ut eum ſepulchro occultent, qui occultè apud inferos degebat: integumento occultabatur, Deum eſſe.* Maximè ponderandum, quod tam notanter Joannes advertis, quod ii duo miniſtri ſepulturæ eſſent diſcipuli occulti, ut jam ponderavi in limine quæſtionis, & cur in tam glorioſo facinore, hi duo notantur, quod occulte, ac abſcondite Jeſu adhærent, hoc illis erat in gloriam, imo hoc illis in *Valde auſpicatum Jeſu formam repræſentare.*
maximam gloriam cedebat; cum enim de ſepulchro Chriſti ipſi agerent, ſua occultatione repræſentabant formam Jeſu abſconditi, & occulti. *Sua illa occultatione docentes id quod ſub carnis integumento occultabatur.* Jeſus occultus ſervandus erat in lapide, ut tamen debito tempore glorioſè prodiret, ſic & illi occultè ſervabant Jeſu amorem, ut hac convenienti occaſione in publicum exiret, & maxime glorioſus ſub tanta conformitate cum Jeſu appareret.

Quartò D. Ambroſ. in cap. 23. Lucæ *Veni & tu, ait, vel ſero, vel nocte, vel quacumque hora: quandocumque veneris invenies Jeſum ad ſuſcipiendum paratum, nec minorem ſero venientibus mercedem, pia largitate ſolventem.* Agit ſanctus Doctor de Nicodemo, qui venerat ad Jeſum nocte: & cur ille præ omnibus Apoſtolis ad tantum miniſterium eligitur, ut mereretur accipere corpus Jeſu, & illud ſepulturæ mandare? Cur tam ingens donum ei conceditur? Notanter ait Joannes de Nicodemo, *qui venerat ad Jeſum nocte.* Ut inde denotetur illorum felicitas, qui ad Jeſum veniunt, quamvis enim ſeri, tardi, nocte, accedant, non erunt vacui, ſed maxime locupletabuntur. 44. D. Ambr. *Felices, qui veniunt ad Jeſum quacumque hora veniant.*

Clamant ſanctæ ſodales. *Poſt te curremus in odorem unguentorum tuorum. Introduxit me Rex in cellaria ſua, exultabimus, & lætabimur in te.* Cantic. 1. n. 3. Multæ virgines currebant poſt ſponſum, & ſi una citius cucurrerit, & inde introducta ſit in cellaria, tamen aliæ, etſi moroſius acceſſerint, à lætitia, ac exultatione cum ſponſo non ſunt excluſæ? Cur non ſolum eſt particeps illa, quæ prius pervenit, cur etiam aliis concedi tur? Pietatis, fons in primo accedente non exhauritur, ſed redundat in omnes, & ſi tardius veniant. Illa cæteris præcucurrit, & præoccupavit Domini cellaria, cæteræ etſi ſerius veniant, nulla tamen remanet vacua, ſed omnes lætitia, ac exultatione ſponſi replentur. Origenes homil. 1. in Cantic. *Currunt ergo, ait, adoleſcentulæ poſt ipſum; unaquæque tamen pro viribus; alia quidem velocius, alia paulo tardius. Veruntamen currunt omnes, ſed una eſt perfecta, quæ currit ſic, ut perveniret, & acciperet palmam. Sola eſt, quæ dixit, introduxit me Rex in cubiculum ſuum. De his autem adoleſcentulis, quæ poſt ipſum currunt, & procul ab ea in currendi ſpatiis remanſerant, dicitur. Adducentur Regi Virgines poſt eam, adducentur in lætitia, & exultatione.* 45. Cantic. 1. *Nullus recedit vacuus à Jeſu etiãſi tarde veniat.* Origen.

Matth. 27. n. 59. Et accepto corpore Joſeph, involvit illud in ſindone munda.

VERSIONES.

Syriacus. Et accepit Joſeph corpus, & involvit illud linteo lini mundi.

Arias. Et accipiens Joſeph.

Vatablus. Et cum accepiſſet corpus Joſeph involvit illud ſindoni mundæ.

ALTER.

ALTER TEXTUS.

Marc. 15. *n.* 46. Joſeph autem mercatus ſindonem, & deponens eum involvit ſindone.

Luc. 23. *n.* 53. Et depoſitum involvit ſindone.

Joan. 19. *n.* 40. Acceperunt ergo corpus Jesu, & ligaverunt illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Judæis ſepelire.

EXPOSITIO IV.

46. D.Marc. D. Joan. *Et accepto corpore Joſeph.* Cum ergo Joſeph ex donatione Pilati accepiſſet ſacrum corpus ad deponendum, ac ſepeliendum, D. Marc. *deponens eum à cruce.* Joſeph & Nicodemus, ut ait D.Joan. *Acceperunt corpus Jeſu & ligaverunt illud*, ſcilicet manus, & pedes inſtitis, ſeu faſciis, quemadmodum factum fuiſſe legimus Joan. 11. num. 44. cum aromatibus prætioſis, myrrha ſcilicet, & Aloë ampliſſimo ſumptu, ut fiebat in corporibus magnorum Principum. *Sicut mos eſt ſepelire Judæis*; nam ut ait D.Aug. in Joan. tract. *Non mihi videtur Evangeliſta fruſtra dicere voluiſſe, ſicut mos eſt Judæis ſepelire, ita quippe niſi fallor, admonuit, in hujuſmodi officiis, quæ mortuis exhibentur, morem cujuſque gentis eſſe ſervandum.* Ut ex his inſtruamur, quod in ſepeliendis mortuorum corporibus nihil omittendum de his, quæ moris ſunt uniuſcujuſque gentis. *Involvit illud ſindone munda.* Talis debebatur Chriſti corpori.

Joan. 11. — Auguſt. — *Corpori mortuo exhibendum ultimũ officium.*

QUÆSTIO VIII.

Deponitur Jeſus à cruce & involvitur ſindone munda, ac præparatur corpus ad ſepulturam.

47. *Exhortatu Virginis petit corpus.* EX Virginis Mariæ hortatu Joſeph petiit à Pilato corpus Jesu, ut ex Metaphraſte ſupra dixi q. 5. Nam abſque Præſidis juſſu damnatorum corpora non poterant à patibulis auferri, nec etiam poterant inferri in ſepulchra cæteris communia, ſed privatim, & ſeorſim ab aliis, ut ex Baronio infrà dicam q ſepelienda erant.

48. Conceſſo corpore Jesu, accedunt ad illud deponendum è cruce Joſeph Arimathæus vir nobilis Conſiliarius, de quo multa dixi ſupra hoc capite, & Nicodemus Princeps Judæorum quem Chriſtus Magiſtrum vocat. Joan 3.n.10. *Ubicumque fuerit corpus illic congregabuntur & aquilæ.* Matth. 24. n. 28. Hi duo viri aquilæ, nempè nobilitate, ingenio, & intellectus acumine, tales conveniunt ad corpus Chriſti mortuum, ut dixi ſupra q. 2. Convenerunt etiam cum B. Virgine, & Joanne, ac ſanctis mulieribus, D etiam Petrus, & D. Jacobus frater Domini, ut vult D.Anſel. tract. de Paſſion. ad finem.

Joan. 3. — Matth. 24. *Qui convenerunt ad Chriſti cadaver.* — Anſelm.

49. Quomodo Joſeph, & Nicodemus Chriſtum è cruce depoſuerint proſtratâne humi cruce, an ſtante erecta? Non conſtat. Humi proſtratam fuiſſe crucem ſimul cum corpore aliqui exiſtimant. Tamen Divus Greg. Nazianz in Tragœd. de Chriſto patiente, & Nonnus. Græci Auctores tradunt corpus extractis clavis fuiſſe depoſitum à cruce erecta, & in ſublimi manente, cui opinioni opitulantur communes Eccleſiæ picturæ, de qua re extat revelatio facta B. Brigitt. prout refertur. lib. 2. ſuarum Revelat. *Hi duo Nicodemus, & Joſeph, qui filium meum deponebant è cruce, tres applicabant ſcalas, una protendebatur ad pedes: ſecunda ſubtus aſcellas, & ad brachia, tertia ad medietatem corporis.* Ex quo maximè hujus funeris honor reſplendet, hucuſque inauditum eſt, viros illuſtriſſimos ac dignitate præexcelſos damnatorum patibulum aſcendere ad eorum corpora deponenda, at Joſeph, & Nicodemus majeſtatem pendentis conſiderantes, non dubitarunt hunc honorem corpori Chriſti deferre propriiſque manibus illud è cruce deponere, & quamvis lex Lev. 11.n. 11. 24. 27. præciperet vitare morticina, ne contaminarentur; tamen Joſeph, & Nicodemus hoc corporis Chriſti morticino rectè exiſtimarunt ſe ipſos non contaminari, ſed maximè purificari, ac ſanctificari ad Paſcha, ac divina celebranda; ſicque hi duo viri Chriſti corpus è brachiis crucis ad brachia Virginis tranſtulerunt.

Greg. Nazianzenus. — B. Birgit. — *A viris nobilibus deponitur Chriſti corpus.* — Levit. 11.

50. Baron. *Quinam componebant cadavera.* Modus verò componendi defunctorum corpora, ex R. Jacob. & R. Moyſi refert. Baron. ad annum Chriſti 34.n.134 *Solebant*, ait, *viri virorum, fœminæ fœminarum corpora curare, hoc modo oculos imprimis, & ora claudebant defunctorum, ſtringebant faſcia, tondebant capillos, lavabant corpus, unguentis ungebant, linteis involvebant, ſicque curatum in ſepulchro locabant.* Quod ſi ita eſt, ut ſoli viri cadavera curarent, fit inde manifeſtum, Magdalenam, reliquaſque fœminas plangere quidem potuiſſe, & corpus deoſculari, funeri tamen obſequium non præſtitiſſe, quod videtur ſignificare Marc.16. n. 47. *Maria Magdalene, & Maria Jacobi aſpiciebant, ubi poneretur.* Secutæ funus aſpiciebant, ubi cadaver eſſet ponendum. Marc.16.

51. Tamen exiſtimo ſacratiſſimam Virginem dilectiſſimi filii corpus curaſſe, nec enim conſentaneum videtur, matres è filiorum funere curando lege aut conſuetudine excluſas fuiſſe. Et Simeon Metaphraſt, referend. q. ſequenti die 15. Auguſti ait quod Virgo inſervivit ad deponendum corpus filii è cruce. Et ſubdit. *Virgo Joſepho in manus tradens ſudarium ait; tibi curæ ſit ut ſepulturæ tradens, hoc cum honeſte componas, myrrha condias, & ei juſta facias.* Ubi videtur denotare quod Virgo legi, ſeu conſuetudini ſe accommodans curam corporis ad ſepulturam Joſepho commiſiſſe.

Virgo corpus filii curavis Metaph.

52. Cadavera defunctorum Judæi Ægyptiorum conſuetudinem imitantes uno ex triplici modo ſepulturam præparabant, ut tradunt Tacitus lib. 11. Annalium, Herodotus l. 2. & primo, ac minimo ſumptu. In hominibus vulgaribus, ac communibus, eorum corpora abluebantur Secundo, & mediocris ſumptus pro civibus, ac nobilibus eorum cadaveribus nitrum apponebatur, de quo etiam meminit Plinius lib. 16. cap. 11 & lib. 24. cap 5. Nitrum autem in corporibus, eam habet vim, ut carnes defunctorum tabeſcere faciat, cute tantum, & oſſibus relictis. Tertius ac præſtantiſſimus principum, ac magnorum erat, ut eorum cadavera pretioſo aromate ex myrrha, & aloë condirentur, & ita factum eſt in corpore Chriſti ex magna veneratione, ac reverentia Joſeph, & Nicodemi in ipſum.

Tacit. Herodor. *Triplex modus in curandis cadaveribus.*

QUÆSTIO IX.

Depoſito Jeſu à cruce in ſinu Virginis conſideratur ejus ingens dolor, ac ſanctarum fœminarum, & Diſcipulorum.

53. Metaph. SIMEON Metaphraſtes die 15. Auguſti ait: *Virgo in deponendo Chriſto à cruce maternis manibus inſervivit, & clavos, qui extrahebantur in ſinu ſuo accepit, & membra illius amplexata eſt.* Et quòd Virgo in hoc miniſterio deponendo corpus filii ſui à cruce inſervierit, etiam videtur ſentire Philo ad illa Cantic. verba 7. num. 8. *Dixit: aſcendam in palmam, & apprehendam fructus ejus.* Et quamvis in hoc obſiſterent aliquæ difficultates, tamen Virginis amor omnia contemnit, modo Chriſtum è cruce tollat, eumque manibus, ac brachiis amplexetur. Richardus Victorinus lib. 1. Inſtitut. Monaſticarum cap 22. *Difficultatem aſcenſus aufert dulcedo guſtus:* Ut ſuo amplexu de illo ſuaviſſimo fructu guſtaret. *Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus ejus*, & Chriſtum de cruce deponam. Citatus Philo. *Qui adeo*, ait, *me dilexit ut acerbiſſimam crucis mortem ſubire non dubitaverit, altitudineſque dolorum, ac ignominiarum, non modo vicerit, verum etiam amabiles reddiderit.*

Virgo miniſtravit, ut filius à cruce deponeretur. Philo. Cant. 7. Rich.

54. Nazianz. D. Anſel. Cum ſacrum cadaver eſſet depoſitum à cruce, Joſeph, & Nicodemus in materno Virginis gremio ponunt, ut conſiderant D. Gregor Nazianz. D Anſelm. & alii. O quantus matris dolor! de qua re textus non agit: ſatius tacere putans, quam parum loqui de tanto materno dolore. Nemo tamen dubitat ingentem fuiſſe matris dolorem, qui explicari minimè poteſt, ingens enim dolor vocem intercludit. Vide hoc lib. cap. 5. num. 103. & cap. 17 n. 106.

55. Poſito ſacro cadavere in Virginis gremio præfati Domini diſcipuli coronam ſpinis textam detrahunt à ſacro capite, quæ ſic infixa erat, ut difficulter divelli poſſet, & ex acutis aculeis ſpinarum meditabantur dolorem capitis Chriſti. *Caput ejus aurum optimum.* Cant. 5 n. 11. *Quomodo obſcuratum eſt aurum optimum?* Thren. 4. n. 1. tali corona intexta. *Ex ſpinis, opinor, ac tribulis in figuram delictorum.* Ait Tertullian. de Corona militis c. 14. Ipſe enim voluit ſibi aſſumere ſpinas noſtrorum delictorum, ut nos gratia participes faceret de auro Divinitatis ſuæ. Videbat os illud ſacratiſſimum felle, & aceto denigratum, quod illis erat amarius ſuper amaritudinem fellis, & aceti, contemplabantur manus, & pedes clavis perforatos. D. Bernard. ſerm. 61. in Cantic. *Clavus penetrans, clavus reſerans factus eſt mihi.* Clavi illi illorum animam, & corda dolore penetrabant, ac reſerabant, quòd idem dicam de lancea, præcipue cum poſito corpore in gremio Virginis adhuc à ſacro latere manabat ſanguis, & aqua; ut meditatur D. Laurent. citandus.

Cant. 5. Thren. 4. Tertull. *Contemplantur Chriſti corpus.* Bernar. Laurent.

56. D. Bernard. Plutarch. Quid inter hæc diceret pia, ac ſacratiſſima Mater quæ, ut ait Divus Bernard. citatus. *De filio malè tractato ſatiari non poterat.* Refert Plutarch. in Agi, quod cum quædam Mater filium malè interfectum pro defenſione patriæ, in ſinu reciperet, magno dolore in hæc verba prorupit. *Nimia fili mi, in patriam charitas, nimiaque humanitas te ſimul, & me perdidit.* Ingens charitas filii Dei in homines, ingenſque hominum inhumanitas in Deum, filium, & matrem doloribus mortis affecerunt. Ita ut filii vulnera, plagæ, dolores, totaque paſſionis ſeries in corde, ac vultu Matris tanquam in ſpeculo repræſentabatur, Divus Laurent. Juſtin. de Chriſti agone cap. 21. *Clariſſimum paſſionis Chriſti ſpeculum, effectum erat cor Virginis, nec non, & perfecta mortis imago: In illo agnoſcebantur ſputa, convitia, verbera, & redemptoris vulnera. Jam juxta Simeonis vaticinium paſſionis gladius, ipſius pertranſierat animam. Iamque cum extincto filii corpore ſpiritualiter expiraverant.*

In vultu Virginis repræſentabatur ſeries paſſionis. D. Laur. Juſtin.

57. Exiſtimans Jacob dilectiſſimum filium ſuum Joſeph mortuum, videns illius tunicam cruore madidam eam amplexu tenebat, quam à ſe avelli non patiebatur; illud repetens: *Tunica filii meì eſt.* Geneſ. 37. n. 33. quod pulchrè ponderans D. Gregor. Nazianz. oration. 14. *Cruentam, ait, pueri veſtem quaſi filii corpus deoſculans, eadem re, &* dolorem incendens, & mulcens, Sic & Virgo Maria ſacro corpore filii dolorem incendebat, nam ut ait citat. Laurent. Juſtinian. *Sicut cæteros præcellebat gratia, ſanctitate, & merito, ita dolore, cruciatu, & pœna.* Eodemque ſacro cadavere mulcebat dolorem ob Patris beneplacitum ac redemptionem generis humani. Vide ſupra cap. 17. n. 21. 22. de dolore, ac anguſtia Virgin. Vide multa cap ſequenti.

Gen. 37. Nazianz. *Virgo corpore filii dolorem incendens & mulcens.*

58. D. Anſelm. tract de Paſſi. ad finem, Sic ait, *Tunc accurrens Joannes Evangeliſta cecidit ſuper pectus Jeſu plorans, & dicens. Heu: heu de iſto pectore heri potabam dulcia, hodie triſtia, & lamentabilia. Tunc Petrus advenit, & quod ipſum negaverat, amariſſimè flere cœpit.* Tanquam dicens. Tu Domine pro me tot, & tanta ſuſtinuiſti, & ego pro te non potui ſuſtinere vocem unius mulierculæ. Venit & Magdalena ſecum tacita ſuſpirans, gemens, & lugens revolvebat, quanta ab eodem Domino olim in amplexibus pedum perceperat beneficia, propterea non ſatiabatur amplexibus, neque ſe temperare valebat à luctu; omneſque qui aderant in magnos lachrymarum imbres perſolvebantur, ita ut dicat citatus Laurentius Juſtinia. *Reſonabat locus ille clamoribus, aſpergebatur lachrymis, ac gemitibus replebatur.* Etſi de more corpus eſſet abluendum aqua, tanta erat lachrymarum copia, ut ad hanc lotionem abundantiſſimè ſufficeret. Ex quo ait citat. ſanct. Doctor. *Tu verò ſi ſapiens fueris, ex oculorum fontibus, imbres lachrymarum educes, atque ex ipſis ad lavandum corpus (prout moris eſt) plenum vaſculum comportabis.*

Anſelm. *Joannis, & aliorum planctus.* Laur. Juſt.

59. Quis non doleret, ac fleret conſiderata hominum in Deum carnificina? Priuſquam Jeremias de Chriſto paſſo diceret, Thren. 3. num. 52. *Venatione ceperunt me.* Et huic verſui proxima litera eſt *Ayn*, id eſt *fons, ſive oculus*; ac ſi moneret vates, mittendos ex oculis eſſe fontes lachrymarum, ubi quis Chriſti venerationem ab inimicis, ſive ejus paſſionem habet in memoria, ac conſideratione.

Thren. *Ex memoria paſſionis fons lachrymarũ.*

60. Omnes tamen amplexantes, ac oſculantes, illud ſacrum cadaver cum eoque loquentes miram ſuavitatem, ac dulcedinem percipiebant; dum tam ſacra myſteria meditarentur. Piè David Chriſtum repræſentans ſuos carnifices, apes vocat. *Circumdederunt me ſicut apes.* Pſalm. 117. numer. 12. Quæ verba ſic commentatur D. Aug.

Pſal. 117. D. Aug.

D. Aug.

A Chriſto mortuo mira dulcedo in nobis. D. Auguſt. *Neſcientes perſecutores Domini, illum nobis fecerunt ſua paſſione dulciorem.* Semper meus Jesus ſuavis, & dulcis, ſed dum quis eum meditatur paſſum, crucifixum, ac mortuum, ibi dulciores favores invenit, proindeque ejus perſecutores fuerunt tanquam apes, qui aculeis clavorum, lanceæ, ſpinarum eum interficientes, *illum nobis fecerunt ſua paſſione dulciorem.*

61. Samſon interfecit Leonem, *Poſt aliquot dies declinavit, ut videret cadaver Leonis & ecce examen apum in ore Leonis erat, ac favus mellis*, Jud. 14. Judic. 14. n. 8. Leo iſte Chriſtum mortuum repræ- D. Auguſt. ſentabat. D. Auguſt. ſerm. 107 de tempore. *Leo iſte Chriſtus erat, ait, quem exacerbavit iniquitas, eique aceti, & fellis amaritudinem propinavit, ab eoque plebs gentium in vita dulcedinem converſa ſuſcepit.* Qui enim Chriſtum mortuum videt, & contemplatur, in eo favum mellis invenit, imo & examen apum, & quanto magis cor in ejus meditatione exardeſcit, tanto ſemper majores, & novos favos Mellis productos recipit: à contemplatione Chriſti mortui nova dulcedo perenniter in nobis generatur, ad quod denotandum in ore Leonis mortui non ſolùm ineſt favus mellis, ſed etiam examen apum.

QUÆSTIO X.

Quare Jeſus non ſolùm involvitur ſindone ſed etiam in ſindone munda, & nova?

62. D. Matth. Syrus. AIT D. Matth. quod Joſeph involvit corpus Chriſti in ſindone munda. Syrus habet *in linteo lini mundi.* Sindon, eſt pannus ex ſubtiliore, ac delicatiore lino textus: dicta eſt ſindon à Sidone urbe Phœniciæ, in qua primùm Martial. texi cœpit, ex quo canit Martialis.

Nec ſic in Tyria Sidone tutus eris.

Sindō nova. Joſeph ergo corpus Chriſti in ſubtiliſſimo velo lineo, ab omni ſorde alieno compoſuit, *involvit eum in ſindone munda.* Et etiam nova, ideo D. D. Marc. Marc. ait. *Joſeph mercatus ſindonem*, ſcilicet novam nullis antea uſibus accommodatam, talis enim debebatur corpori Chriſti ob ejus eximiam munditiem, puritatem, ac reverentiam, ſicut & ei ſepulchrum novum eligitur, ut notat D. Matth. D. Joan. *Poſuit illud in monumento novo.* Et D. Joann. *in quo nondum quiſquam poſitus fuerat.* Quod altius eſt examinandum.

63. Paſchaſ. *Corporale in Miſſa.* Et ante omnia adverte ex D. Paſchaſ. lib. 12. in Matth. ad hunc locum, quod hac de cauſa corpus Chriſti in Miſſa non ponitur niſi in ſindone mundiſſima, quæ vulgo *corporale* vocatur à corpore Chriſti, quod ad inſtar ſepulchri in ſe continet.

64. D. Epiph. Et primò pro excellentia obſequii Joſeph in hac re D. Epiphan. orat. de Chriſti ſepultura, de Joſeph. & Nicodemo ſic loquitur. *Prælati ſunt hi Dei miniſtri ſex alis inſtructis Seraphim, quippe qui Chriſtum non alis, ſed ſindonibus, & linteis operuerint, ac honoraverint.* Componit Sanct. Doctor Nicodemum, & Joſeph cum Seraphim apud Iſai. 6. *Gratiſſimum obſequium, quo quis ſua à ſe aufert, ut Deo offerat.* Iſai. 6. n. 2. Nicodemus, & Joſeph Deum ſindone velant, Seraphim verò ſuis alis. Quodnam Deo perjucundius, ac gratius obſequium? Seraphim Deum velant alis, quas adhuc ſibi retinent, & minimè à ſe expellunt. Joſeph autem, & Nicodemus Deum ſindone, & ſepulchro velant, quod omninò à ſe dimittunt, & totum Deo conſecrant, ex quo illuſtriſſimi hi duo viri Seraphinis præferendi ſunt & inde horum diſcipulorum obſequium Deo gratius. *Prælati ſunt hi Dei miniſtri ſex alis inſtructis Seraphim.* Illud ſiquidem præſtantius eſt obſequium, quo quis ſua à ſe aufert, ut ea Deo offerat, & dedicet.

Secundò. D. Hilar. in Matth. can. 33. *Joſeph munda ſindone, ait, corpus Jeſu involvit, & quidem in hoc eodem linteo reperimus de cælo, ad Petrum univerſorum animantium genera ſummiſſa.* Conſiderat ſanctus Pater linteum illud, quod oſtenſum eſt Petro Actor. 10. n. 11. Ubi dicitur, quod Petrus *vidit cœlum apertum, & deſcendens vas quoddam velut linteum magnum quatuor initiis ſubmitti de cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ, & volatilia cœli, & facta eſt vox ad eum: ſurge Petre, occide, & manduca.* In linteo offeruntur Principi Apoſtolorum in cibum omnia quadrupedia animalia, & ſerpentia, & unde feroces terræ ſerpentes ſic potuerunt mitigari, ac ſuaviſari, ut ab Eccleſiæ Præſule devorarentur? Veniebat in linteo, quod juxta D. Hilar. repræſentabat Chriſti linteum, in quo ipſe involutus fuerat ad ſepulturam, & cum ibi exprimerentur ſtigmata vulnerum, ac ſigna ſanguinis ejus, inde ſub tali linteo omne ferum animal, ac venenoſum ſuaviſatur, ac mitigatur, ut inter Eccleſiæ membra ad omne gratiarum augmentum recipiatur. 65. D. Hilar. Actor. 10. *Sub Chriſti ſindone omne ferum mitigatur.*

Tertio Cum D. Marc. ait quod *Joſeph mercatus ſindonem*, denotat quod ſindon erat nova, & nunquam alicui uſui inſerviſſet. Origenes apud D. Thom. *Non fortuito, ait, ſcriptum eſt, quoniam involvit corpus in ſindone munda, & poſuit in monumento novo: quoniam omnia, quæ ſunt circa corpus Jeſu munda ſunt, & nova, & omnia magna valde.* Non ſolum Joſeph adhibuit linteum mundum, quod ſcilicet aqua eſſet ablutum, & à ſordibus reparatum, ſed etiam recenter emptum, quod aquam non vidit, ſuum & ſuum ſemper primum ſplendorem retinuit. Si Deus ſua alta providentia, tantam munditiem requiſivit in ſindone, in qua per 36. horas involvendum erat corpus Chriſti, ut non ſolum eſſet candida, & alba, ſed etiam nulla unquam macula fœdata, qualem providentiam habuerit, ut Marianus uterus eſſet expers ab omni inquinamento, in quo per ſpatium novem menſium continendus erat Dei filius, & ſi Deus tam alte providit, ut ſindon, in qua extrinſecè involvendum erat corpus Chriſti, nulla unquam fuerit macula deturpata, quam alta, & ſublimis eſſet providentia ut caro, & ſanguis Mariæ immunis exiſteret ab omni inquinamento, cum ex illo realiter, ſubſtantialiter, ac intrinſecè componendum ac conſtituendum eſſet corpus filii ejus. 66. Origen. *Maria ab omni macula originali aliena.*

Quarto D. Paſch. 22. in Matth. *Involvit, ait, in ſindone munda, & poſuit in monumento novo, narratur mundam fuiſſe: quia dignum erat, ut mundiſſimum corpus Domini mundo involveretur in linteo, ſed & corpus Jeſu magis præſtabat munditiam, quam illud ex quo involutum erat; quia quæcunque tangebat auctor vitæ, omnia fiebant nova & munda.* Magna eſt virtus Salvatoris ad extirpandam hominis vetuſtatem, ac novitatem inferendam; nam & ſi linteum eſſet mundum, & novum, tamen ex accepto corpore Chriſti majorem munditiem, ac novitatem habuit, quam antea Origen. hom. 35. in Matthæum. *Puto autem, ait, magis munditiem ſindon illa habebat, ex quo involutum eſt corpus Chriſti, quàm prius?* 67. D. Paſchaſ. *Quod Jeſus pertingit, ornat, & illuſtrat.* Origen.

68. Pſal. 21. *Christo omnia virent, & florent.* In perſona Chriſti ait Regius Vates. Pſalm. 21 n. 15 *Sicut aqua effuſus ſum.* Quid habet meus Jesus, in quo eſt plenitudo gratiæ cum effuſione aquæ? Multum ſanè per omnem modum, aqua loca, per quæ defluit, expurgat, ac emundat, aridam vetuſtatem ab eis depellit, illáque loca floribus, ac amœnitate replet; ſic aqua, quæ à ſacro Chriſti altari exilit, non modo reficimur, & expurgamur, ſed & animæ vetuſtate depulſa gratiæ flore, ac eleganti donorum viriditate illuſtramur. Richard. de S. Laurent. de laudibus B Mariæ lib. 9. *Aqua loca vicina viridia reddit, & florida.* D Chryſ hom. 60. ad populum. *Hic ſanguis pulchritudinem, atque nobilitatem animæ infundit, quam ſemper irrigat, & nutrit, & langueſcere non ſinit.* (Richard. Chriſoſt.)

69. Ait idem Pſalmographus. *Qui replet in bonis deſiderium tuum, renovabitur ut aquilæ juventus tua.* Pſal. 102. n. 5. Et quomodo homo perantiquus, & vetuſtus deveniet in juventutem aquilæ, nunquid à ſenectute poteſt dari regreſſus? Loquitur de animæ ſenectute, & quomodo poteſt tranſire in juventutem aquilæ? Perpende, quod dixit: *Qui replet in bonis deſiderium tuum.* D. Hier. in c 3. Eccl. *Hoc ſolum habemus, ait, in præſenti ſæculo bonum ſi veſcamur carne Domini, cruoréque potemur.* Qui hoc eximio bono carnis, ac ſanguinis Domini repletur, ſic vireſcit, ac floret, ut in juventutem aquilæ deveniat. (Pſal. 102. Hieron.)

Matth. 27. *n.* 60. Et poſuit illud in monumento ſuo novo, quod exciderat in petra, & advolvit ſaxum magnum ad oſtium monumenti, & abiit.

VERSIONES.

Syriacus. Et advolverunt ſaxum ingens ac poſuerunt ſuper oſtium monumenti, & abierunt.

Vatablus. Pagnin. Et advoluto ſaxo ingenti ad oſtium monumenti, abiit.

ALTER TEXTUS.

Marc. 15. *n.* 46. Et poſuit eum in monumento, quod exciderat de petra, & advolvit lapidem ad oſtium monumenti.

Luc. 23. *n* 53. Et poſuit eum in monumento exciſo, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat.

Joan. 19. *n.* 41. Erat autem in loco ubi crucifixus eſt hortus: & in horto monumentum novum, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat.

Num. 42. Ibi ergo propter Paraſcevem Judæorum, quia juxta erat monumentum, poſuerunt Jesum.

EXPOSITIO. V.

70. AIT D Joannes. *Erat autem in loco, ubi crucifixus eſt hortus.* Prope nempè ipſum montem Golgotha, ſeu ad radices ipſius montis erat hortus, ſed quædam pars montis ad hortum pertinebat. *Et in horto erat monumentum.* Nemo Judæorum, ut obſervat Franciſcus Lucas, poterat in civitate ſepeliri, & inde opulentiores ſibi, ſuæque familiæ ſepulchra extruebant in hortis, villis, aut agris, quod Abrahamum ſuo tempore obſervaſſe conſtat, ex Gen. 23. & hoc monumentum, ut notant D. Matth. & Joannes, erat novum. Et D. Lucas, *In quo nondum quiſquam poſitus fuerat.* In hoc collocarunt Chriſti corpus ob ejus magnam puritatem, reverentiam, ac majeſtatem, *quod exciderat in petra.* Quod excidi ſibi curaverat, ex lapide vivo, & magno, non ex multis lapidibus, ſed ex uno vivo lapide exciſum eſt Chriſti ſepulchrum, de quibus omnibus infra q. 11. latius dicam. (Franc. Luc. Gen 23. D. Matth. Joan. D. Lucas.)

Et notat Joannes *Ibi ergo propter Paraſcevem,* ſcilicet ſabbati imminentis, in quo nihil operari, nec aliquem ſepelire licebat, ut notant D. Chryſoſt. Theophylactus, Euthym. *Quia juxta erat monumentum.* Vicinum nempè Golgotha. *Poſuerunt Jeſum.* Euthym. Volebant Jeſum in alio digniore monumento, quod longius à civitate diſtabat collocare; & divina providentia factum eſt, ut corpus non poneretur in alio monumento, quod longius à civitate diſtabat, ut ait D. Chryſoſt. quod ſicut mors ejus fuit manifeſta, ſic fieret & reſurrectio; & ut etiam calumnia, ex corpore longius aſportato, tanquam non ſepulto, ſed rapto evitaretur. & ait D. Matth. *& advolvit,* ſcilicet Joſeph. Syriacus *Advolverunt.* Scilicet Joſeph & Nicodemus, *ſaxum magnum ad oſtium monumenti.* Ne quis corpus Chriſti auferret, vel ſubriperet. Et dicitur ſaxum magnum: omnia, quæ ad Chriſti corpus pertinent magna ſunt. 71. (Chryſoſt. Theoph. Euthym. *Sepelitur Chriſtus ex myſterio prope civitatem*)

QUÆSTIO XI.

Quare Chriſtus in monumento ſepelitur? agiturque de ipſo monumento.

FORMAM monumenti Domini deſcribit Beda ad c. 15. Marcus quod fuerit, *Domus rotunda, de ſubjacente rupe exciſa tantæ altitudinis, ut intro conſiſtens homo vix manu extenta culmen poſſit attingere: quæ habet introitum ab oriente, cui lapis ille magnus advolutus eſt. In cujus monumenti parte Aquilonari, ſepulchrum ipſum hoc eſt Domini corporis locus, de eadem petra factus eſt, ſeptem habens pedes longitudinis, trium vero palmorum menſura cætero pavimento altius eminens. Color autem ejuſdem monumenti, ac loculi rubicundo, & albo dicitur eſſe permixtus.* 72. (Beda. *Forma monumentis*)

De hac re agens Adrichomius in deſcriptione Jeruſalem n. 239. ſic ait: *Sepulchrum Domini glorioſum, monumentum erat novum octo pedes longum, quod à monte Calvariæ centum, & octo pedibus, à monte autem Sion paſſibus mille diſtabat in horto montis Calvariæ propinquo, quod in petra ſibi Joſeph exciderat: Joſeph ergo ſuum ſepulchrum Chriſto, & Chriſtus in alieno.* 73. (Adrich.)

In hoc ergo tumulo voluit Chriſtus ſepeliri, ut veritas carnis, ac mortis conſtaret. D. Chryſolog. ſerm. 59. *Crucifixus eſt Jeſus. Ut quia per lignum mors venerat, rediret vita per lignum, & ſepultus eſt; ut officia tota mortis impleret.* Cum Jesus ſe pro nobis morti tradiderit nihil 74. (Chryſol. *Jeſus officia mortis adimplet.*)

nihil mortis voluit dimittere, ſed & poſt crucem ſepulturam accepit, ne dimidiaret, ſed tota mortis impleret officia.

75. D. Dama. Divus Damaſcenus homil. in ſabbato ſancto ſic meditatur dicens: *qui hominem, ut in terram converteretur, damnaverat, in terra ſepultis oblivionique traditis nunc annumeratur:* Dederat Deus olim ſententiam, quod homines terræ mandarentur. Gen. 3. n. 19. A qua ſententia Deus ſeipſum noluit eximere, ſed moriens in cruce diſponit, ut corpus ſuum terræ mandaretur. Eadem quippè menſura, ſe & alios menſus eſt, ſua, & aliena eidem ſententiæ ſubmittit, ac ſubjicit.

Gen. 3. *Eidem ſententiæ ſe, & alios ſubjicit.*

76. Baron. *Quæ inſerviebāt damnatis, cum eis ſepeliebantur.* Refert Cæſar Baronius ad annum Chriſti 34. num. 137. ex Rabbinis, Miniſtros ea quæ damnatorum corpori inhæſiſſent, unà cum eis ſepelire conſueviſſe, eo quòd legis maledictioni ſubjecta eſſent; qua ratione ductus exiſtimat, ſpineam coronam, clavos in ſepulchro Domini incluſos; crucem verò, quam locus ſepulturæ non caperet, in propinquiori aliquo ſpecu eſſe reconditam, & ſi hoc verum eſt, miniſtri omnes cruces, quæ damnatorum corporibus adhæſiſſent, ſepeliri conſueverunt.

77. *Sepulchrum Domini perenniter in memoria.* Hunc tumulum Joannes monumentum vocat: *Et in horto monumentum novum.* Hoc eſt quaſi *movens mentem*, de Chriſti amore, morte, ac ſepultura. Docet Divus Marcus eſſe monumentum *exciſum in Petra*, ne qua eſſet oblivio de Chriſti ſepultura, Caëtan. *ad perennem etiam ex loco memoriam.* Et ſic de ſanctis mulieribus ſcribit Divus Matth. 27. numero 61. *Erant autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria ſedentes contra ſepulchrum:* tanquam Domini ſepulchrum meditantes, ac ſi ibi eſſent eorum oculi, ac mentes defixi, ac cum Domino ſepulti.

Matth. 27. Caëtan.

78. Metaph. *An Virgo per triduum fuerit apud ſepulchrum.* Simon Metaphraſtes die 15. Auguſti ſcribit, Virginem Deiparam aſſediſſe ſepulchro, donec redivivum vidit filium ſuum. Sed cum ſepulchrum militibus eſſet cinctum, non videtur, id decuiſſe Virginem, quæ ab omni tumultu erat aliena.

79. B. Brigit. *Cor Virginis in ſepulchro.* Et quid dicam de corde, mente, ac animo ſacratiſſimæ Virgin. Mariæ? Ipſa nobis rem aperuit ſua revelatione facta B. Brigittæ, lib. 2. Revelat. cap. 21. *Vere, ait, dicere poſſum, quod ſepulto filio meo, quaſi duo corda in uno ſepulchro fuerunt. Nunquid non dicitur, ubi eſt theſaurus tuus, ubi eſt & cor tuum? Sic in ſepulchro filii mei, ſemper cogitatio, & cor meum verſabatur.* Narrat Plinius lib. de funeral. Antiq. in veterum conſuetudine fuiſſe, cum amicus moriebatur, in ſepulchro ejus cordis figuram inſculpere, ut hoc ſymbolo denotaretur, ſimul cum amico cor, cogitatum ſepeliri, ac in monumento recondi, quod inſigniter dici poteſt de ſacratiſſima Virgine Maria, quæ ſicut animam, & cor, filium ſuum diligebat: *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter ubera mea commorabitur.* Cantic. 1. numer. 13. Septuaginta legunt. *Alligamentum, ſtactes, ſive guttæ, fratruelis meus, in medio uberum meorum dèmorabitur.* D. Ambroſ. in Pſalm. 118. ſerm. 3. *Inter media ubera mea requieſcit.* Meus dilectus alligatus odoriferis aromatibus ut erat conditus in ſepulchro inter ubera mea, tanquam cor requieſcit, ac recumbit. Origenes homil. 2. ex quatuor in Cantica. *Cum talis ſit, ait, in medio uberum meorum demorabitur, & commanet, & requiem, ac manſionem ſuam facit in loco pectoris mei.*

Cant. 1. D. Ambr. Origen.

QUÆSTIO XII.

Gloria ſepulchri Domini ex multis circumſtantiis ponderatur.

DE Chriſti D. ſepulchro ait Iſaias 11. n. 10. *Erit ſepulchrum ejus glorioſum.* Alii transferunt: *Manſio ejus erit in gloria* Septuaginta *Erit requies ejus honor.* Originale Hebræum habet. Honor ſcilicet regalis, ac imperialis & hic honor non ut Regum, ac Imperatorum terræ, ſed ſupremus honor, ut Divini Regis, ac Domini dominantium. De terreno rege ait David Pſal. 48. num. 18. *Cum interierit, non ſumet omnia, neque deſcendet cum eo gloria ejus.* Ex quo juxta mentem Divi Chryſoſtomi pondera quam diverſus modus contigerit in vita, & morte Chriſti ac in vita, & morte aliorum Principum, & Regum; hi in vita glorioſi; in morte inglorii pereunt. E contra vero Chriſtus Dominus *Inglorius inter viros aſpectus ejus*, Iſaiæ 52. num. 14. Glorioſus autem in morte obiit, ad quod ſignificandum glorioſo ſepulchro collocatur corpus ejus, & quam magnificum fuiſſet hoc ſepulchrum, ex multis eſt expendendum. 80.

Iſai. 11. Septuag. Hebr. Pſal. 48. *Quanta ſepulchri gloria.* D. Chryſoſt. Iſai. 52.

Primò Locus ſepulchri erat hortus, ut ait Joannes: *Et in horto monumentum.* Cujus rei rationem aſſignat D. Thomas 3. p. quæſt. 71. art. 2. ad 4. *Chriſtus ſepelitur in horto*, ait ad ſignificandum, quòd per mortem, & ſepulturam ipſius liberamur à morte, quam incurrimus per peccatum Adæ in horto paradiſi commiſſam. 81.

Joan. D. Thom.

Secundò. Sepelitur Chriſtus, non in proprio ſepulchro, ſed alieno, Theophylactus in Matth. cap. 27. *Qui non habuit domum in vita, neque ſepulturam habet in morte, ſed in alieno deponitur, & cum ſit nudus, à Joſeph veſtitur.* Vita morti proportionatur, ſicut in vita non habuit habitaculum, in quo reclinaret caput, ſic & in morte non habet propriam ſepulturam. Divus Auguſt. ſermon 133 de tempor. *Ideò, ait, in aliena ſepultura ponitur, quia pro aliorum moriebatur ſalute; ut quid illi propria ſepultura, qui in ſe propriam mortem non habebat? ut quid tumulus in terris, cujus ſedes manebat in cœlis? Ut quid illi ſepultura, qui tridui tantum temporis ſpatio, non tam in ſepulchro mortuus jacuit, quam velut in lecto quievit.* 82.

Theoph. Auguſt. *Non habet propriam ſepulturam, qui propriam mortem non habet.*

Tertiò. Ipſum ſepulchrum erat lapideum. Quod exciderat in petra, ut teſtantur Divus Matth. & Marcus. Voluit Deus, ut ſuum ſepulchrum eſſet ex uno integro marmore fabricatum, ob magnam nobilitatem ipſius ſepulchri, ut notavit D. Chryſ. hom. 84. in Joan. 2. Ut hoc perpetuum ſuæ mortis, ac Reſurrectionis extaret monumentum D. Damaſcenus orat. de ſabbato ſancto. *Lapis ille angularis, ait, quique nulla manu ſcindi poterat ſciſſa excluditur, molles enim, & quæ facilè in voluptates effunduntur animæ, Divinum verbum admittere non ſuſtinent, ſed firmæ tantum, & maſculo quodam robore ad virtutem amplectendam, exercendamque præditæ.* Non in arena, non in pulvere, ſed in petra recipitur Jesus, hoc eſt, non in illo, qui eſt in relapſu, ac vitiorum effuſione, ſed in eo, qui habet firmita- 83.

D. Chryſ. Dam. *Verbi Dei non eſt capax mollis, ſed firmus.*

firmitatem, ac conſtantiam in virtute, ſolus enim ille, qui habet robur, & firmitatem juſtitiæ, capax eſt Divini verbi. *Molles enim & quæ facile in voluptates effunduntur animæ Divinum verbum admittere non ſuſtinent, ſed firmæ tantum.*

84. Quartò. Hoc Domini ſepulchrum, non ex multis lapidibus, ſed ex uno integro fabricatum eſt. D. Hieron. *Ne ſi ex multis lapidibus fabricatum eſſet, ſuffoſſis tumuli fundamentis, ablatus furto diceretur.* Et ſicut Chriſtus in vita ſummè dilexit unitatem, ſic & in morte voluit eam in ſuo ſepulchro denotare, & inde diſponit, ut non ex multiplici lapide, ſed ex uno eſſet extructum, quia ſolùm ubi eſt unio, ibi requies Chriſti invenitur.

D. Hier. *In unione requies Chriſti.*

85. Quintò. Ait D. Matthæus, *Poſuit illud in monumento novo.* D Lucas. *In quo nondum quiſquam poſitus fuerat.* Novum ſepulchrum elegit Dominus, tum quia non decebat, ſanctiſſimum ipſius corpus, quod ut unitum naturæ divinæ, ita corruptionem non erat ſubiturum, miſceri putridis cadaveribus peccatorum, tum ne reſurrectio ipſius, à quocumque poſtea vocari poſſet in dubium. Secundò D. Hieron. lib. 1. adverſ. Jovinian. cap. 17. *Quod clauſum eſt*, ait, *atque ſignatum ſimilitudinem habet matris Domini, Matris & Virginis. Unde & in ſepulchro ſalvatoris novo, quod in petra puriſſima fuerat exciſum, nec antea, nec poſtea quiſquam poſitus eſt.* Chriſtus in cruce tanquam leproſus, ac noviſſimus virorum inter latrones erat; ut mortuus aromatibus componitur, ſindone munda involvitur, & in novo monumento, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat, ſepelitur. Cur illi tanta cura de monumento? Sepulchrum corpus Chriſti recipiens præfigurabat ſacratiſſimam Virginem, quæ ipſum recepit, in utero ſuo, cum ergo ſepulchrum Virginis figuram repræſentaret, neceſſe erat, ut eſſet mundum, purum, ac novum, ſine ulla vetuſtatis, corruptionis, aut vermiculi nota, ac proinde ſepulchrum, tanquam ſecunda Chriſti Mater, expediebat, ut haberet analogiam cum prima, quæ omnino fuit aliena ab omni maligna ſuſpicione maculæ.

D. Matth. Hieron. *Virgo Maria pura, aliena ab omni corruptionis nota.*

86. D. Damaſcen. oration. de ſabbato ſancto. *Chriſtus*, ait, *in novo ſepulchro reponitur? Expurgemus nos ipſos à fermento veteri, novaque conſperſio fiamus, ut idoneum Chriſti habitaculum fiamus.* In novo ſepulchro ponitur Dominus, ut denotetur, quòd ad recipiendum Chriſtum vetuſtas expellenda, vitæque novitas requirenda.

Dam. *Purificandū pectus ad excipiendum Jeſum.*

87. Sextò. Et Joſeph ad *oſtium ſepulchri advolvit ſaxum magnum.* Ut ſcribunt D. Matth. & Marc. ne quis Chriſti corpus auferret, quod factum eſt alta Dei providentia, ne reſurgente Chriſto Judæi dicerent, ipſum non ſurrexiſſe, ſed Apoſtolos corpus ejus abſcondite è ſepulchro fuiſſe furatos, & ab ipſis evulgari, eum reſurrexiſſe; & ob hanc rationem ordinavit Divina ſapientia, ut Chriſti corpus à viris fide dignis, nempe Joſeph, & Nicodemo ſepeliretur, & ſepulchrum magno lapide obſignato clauderetur, ad majorem reſurrectionis teſtificationem.

Reſurrectio maximè fuit teſtificata.

88. Divus Hilar. aliter ſic fatetur de hac re, Can. 34 *Et quia nihil eſt*, ait, *quod præter eum oporteat in pectora noſtra penetrare, lapis oſtio advolvitur, ut quia nullus antea in nos divinæ cognitionis auctori fuerat illatus, nullus abſque eo poſtea inferatur mortuus.* Clauditur Jesus in monumento, ibique aſſervatur, magnum ſaxum occludit monumenti oſtium, ut innuatur, quàm maneat occluſus aditus omni malo, in pectore illo, in quo Jesus retinetur, & aſſervatur.

D. Hilar. *Ubi Chriſtus adeſt nullum alium.*

Ait Chriſtus ſuis Apoſtolis. *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes.* Matth. 10. num. 16. Quænam eſt prudentia ſerpentis, quæ nobis commendatur? Serpens in omni conflictu illud curat, ut caput cuſtodiat, quo cuſtodito totum corpus tutum exiſtimat, caput noſtrum Deus eſt; in omni ergo conflictu, hoc caput retineamus, & cuſtodiamus in nobis, quod qui obtinuerit, omnia ſua in tuto habet. Divus Ambroſ. in Pſalm. 118. ſermon. 8. *Hoc caput*, ait, *humani ſervate ſerpentes; etiam ſi omnia membra cædantur, totum uratur corpus incendiis, mergatur profundo, hoc tamen capite cuſtodito, vita integra eſt, ſalus tuta.* 89.

Matth. 10. D.Ambr.

Matth. 27. *n.* 61. Erant autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria ſedentes contra ſepulchrum.

VERSIONES.

Syriacus. Erant autem illic Maria Magdalene, & Maria altera, quæ ſedebant è regione ſepulchri.

ALTER TEXTUS.

Marc. 15. *n.* 47. Maria autem Magdalene & Maria Joſeph aſpiciebant, ubi poneretur.

Luc. 23. *n.* 55. Subſecutæ autem mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum poſitum erat corpus ejus.

EXPOSITIO IV.

ERAT *autem*, pro *erant*, ut habet Syriacus *Altera Maria*, ſcilicet Jacobi, & Joſeph Mater, has ſupra n. 56 Evangeliſta memoravit, uno Mariæ nomine appellatas. Mater autem filiorum Zebedæi ob aliquam congruam rationem videtur, quod diſceſſerit, ut mox mortuum videret. Metaphraſtes die 15. Auguſti exiſtimat, Virginem perpetim manſiſſe apud Chriſti ſepulchrum uſque ad ipſius reſurrectionem, quam ipſa die tertio futuram, ut Chriſtus prædixerat, certo ſciebat, & ſperabat, ut jam dixi, quod non videtur congruum ſupra n. 78. 90.

Syriacus. Metaph.

Advertit autem Euthym. ad num. 56. Matth. *Erant autem ibi mulieres à longè.* Sic ait: *Chorus enim erat diſcipulorum apud Dei matrem conjunctorum, & expenſas de ſuis facultatibus ſuppeditantium. Et vide converſum ordinem, diſcipuli ſiquidem fugerant, diſcipulæ verò aſſiſtentes permanebant.* Cum diſcipuli vident Chriſtum in horto comprehenſum, fugiunt, diſcipulæ cum vident eum mortuum conveniunt cum aromatibus, ac expenſis; plus attraxit præſentia ipſius magiſtri mortui in ſepulchro, quàm ipſiuſmet viventis inter carnifices, nam cum ipſe comprehenditur, fugiunt diſcipuli, ad ipſum mortuum accedunt mulieres, ut debitum officium impendant. 91.

Euthym. *Mortuus maximè allicit ad opus pietatis.*

Sedentes

92. *Sedentes contra Sepulchrum.* Conveniens erat, ut jam dixi, Jeſum utpote virum, non à fœminis, ſed à viris lavari, linteis involvi, & ſepeliri, quæ obſequia dum viri præſtabant, fœminæ ex honeſtate, non ingrediebantur ſepulchrum, ſed expectabant, ut viri ſuum munus abſolverent, ut poſtea intrarent, & viderent, quomodo tranſacto inſtante ſabbatho, quo Judæi quieſcere debebant, ungendus eſſet ab eis Jeſus.

CAPUT XXII.

Ingens Virginis Mariæ martyrium, dolor, ac ſolitudo, ex Jeſu Filio dilectiſſimo paſſo ac ſepulto.

QUÆSTIO I.

Ingens dolor Beatiſſimæ Virginis ex Filio paſſo, & mortuo.

1. Ambroſ. TAM ingens fuit dolor Virginis Mariæ in paſſione, ac morte Filii ſui, ut ſine ſpecialiſſimo robore Filii ſui non exiaret in vivis, ſed morte periret, Divus Anſelmus de laudibus Virgin.c.5 *Utique*, ait, *pia Domina, non crediderim, te potuiſſe ullo pacto ſtimulos tanti cruciatus, quin vitam amitteres, ſuſtinere, niſi ipſe ſpiritus vitæ, Spiritus conſolationis, Spiritus ſcilicet dulciſſimi filii tui te confortaret, te conſolaretur.* Ad hunc ſenſum in perſona Virginis inclamat ſponſa Cantic. 2. n. 3. *Fulcite me floribus, ſtipate me malis quia amore langueo.* Septuaginta. *Quia vulnerata charitate ego ſum.* Quæ ad Paſſionem Dominicam referunt Guilhelm. & N. Joannes Carmelita. Cum Virgo mater aſpiceret filium ſuum mortuum, tam vehementi vulnere erat ſauciata, ut niſi à filio ſuo Jeſu, qui eſt *flos campi, & malus inter ligna ſylvarum.* Cantic. 1. n. 3. fulciretur ac confortaretur ſuo divino, ac ſpeciali robore, omnino dolorum vehementia vitam efflaret, & ad hanc doloris magnitudinem declarandam, ſemel, & iterum imploratur auxilium. Primo. *Fulcite me floribus:* Secundò *ſtipate me malis.*

Virgo, ne vi doloris vitã finiret ſpecialiter fuit confortata à filio.

Cant. 2.

Guilh. Joan.Carm.

2. D. Thom. Hinc ingens dolor Virginis ex multis poteſt demonſtrari, ait, D. Thomas 3. p.q.46 art. 6. quod dolor Chriſti fuit maximus inter dolores præſentis vitæ, propter circunſtantias in paſſione, ac morte ejus intervenientes: ob eaſdem etiam circunſtantias Virginis dolores fuerant valde magni inter omnes dolores, quos una anima afflicta, ac anguſtiata ſuſtinere poteſt in hac vita.

3. Primo. Virgo Mater apertiſſimè, ac clariſſimè cognoſcebat magnitudinem dolorum Chriſti filii, tum ob nobilitatem ſui intellectus, tum ob celſitudinem ſcientiæ tam naturalis, quam infuſæ, videbátque totum ejus corpus dirè, ac crudeliter ſuper omnem modum à ſuis inimicis tractatum: *Ut à planta pedis uſque ad verticem non eſſet in eo ſanitas.* Iſai. 1. num. 6. Nam caput ſpinis erat vulneratum facies tumeſcens alapis, os, & lingua amaricatum felle, & aceto, manus & pedes clavis tranſverberati, latus lancea transfixum, & totum corpus diris, & inhumanis flagellis vulneratum & percuſſum. Secundo conſiderabat Virgo magnitudinem dolorum filii ex optima, ac delicata compoſitione, ac organizatione. Nam ut ait Ariſtoteles lib. de ſenſu, & ſenſibili, cap. 1. *Quò potentia nobilior eſt, eò magis objecti apprehenſiva.* Tertio. Augebatur magnitudo doloris ex mortis genere, videbat filium ſuum pendentem, ac mortuum in cruce, nam pro illa ætate in omni republica hæc erat maxime indecora, ignominioſa, ac infamis mors, nam ſolum pro magnis, & extremis criminibus crucis mors inferebatur, ut teſtatur Plutarchus de ſera numinis vindicta, columna 7. & hac de cauſa inter latrones crucifixus eſt.

Iſai. 1.

Ex conſideratione dolorum Chriſti ingens Virginis dolor.

Ariſt.

Plutarch.

Quartò Conſiderabat Virgo Mater majeſtatem, ac divinitatem Corporis Chriſti, quam verum eſſe Dei filium, certiſſime ſciebat D.Bernard. de lament. Virg. *Quare*, ait, *ego miſer non ploro, cum abjectio plebis factus eſt filius Dei Patris.* Quinto conſiderabat ejus eximiam puritatem, ac ſanctitatem, quod innocentiſſimè ſine ulla propria culpa, tam crudeli morte ab hominibus afficiebatur. Nam in cruciatu, ac tormento, ob propriam culpam pati, aliquale eſt levamen. Unde bonus Latro ad ſocium dicebat: *Nos quidem juſte, nam digna factis recipimus; hic vero nihil mali geſſit.* Lucæ 23. num. 41. Sexto cogitabat etiam Virgo ſummam filii charitatem; & eximiam hominum ingratitudinem, nam ipſe vitam dabat pro ſalute eorum, à quibus tam crudeli morte afficiebatur. 4.

D. Bernard.

Propria culpa in pœna eſt ſolatium.

Luc. 23.

Septimò maximè percuſſit Virginis animam quod JESUS pendens in cruce clamaret, *Deus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me?* Videbat Virgo Mater filium ſuum tantis pœnalitatibus circundatum, abſque ullo levamine, & conſolatione, ut ſe derelictum à Patre clamaret, quæ vox maxime matris animum vulneravit, ut ipſa B. Brigittæ revelavit. lib. 1 c. 27. *In morte filii mei eram, ſicut mulier habens cor affixum quinque lanceis. Prima enim lancea erat nuditas verecunda, & vituperoſa. Secunda erat accuſatio ejus, nam accuſabant eum, dicentes eum proditorem, & mendacem, & etiam inſidiatorem, quem ego ſciebam juſtum eſſe, & veracem, nullumque offendiſſe. Tertia lancea mihi erat ſpinea corona ejus, quæ ſic immaniter pupugit caput ejus ſanctiſſimum, ut ſanguis efflueret in os ejus, in barbam, & in aures ejus Quarta lancea vox lamentabilis in cruce, qua clamavit ad Patrem dicens: O Pater, quare me dereliquiſti? Ac ſi vellet dicere: Pater non eſt, qui miſereatur mei, niſi tu. Quinta lancea, quæ cor meum pertranſibat, erat mors ejus duriſſima.* 5.

B. Brigittæ.

Cor Virginis quinque lanceis vulneratum.

QUÆSTIO II.

Ingens dolor Virginis Mariæ in Paſſione filii ſui declaratur ex repræſentatione in anima, ex ejuſque ſummo amore materno.

HOc libro 8 c. 1. quæſt 5. à n. 23 probavi quod Chriſti dolor in paſſione tam internus, quam externus, tam ſcilicet animi, quam corporis fuerit maximus inter omnes dolores hujus vitæ. Hoc ergo Chriſti dolore excepto, inter omnes alios mortales valde ingens 6.

 fuit

fuit dolor Virginis Mariæ in paſſione Filii ſui. Nam tota paſſionis ſeries explicata ſuperiori quæſtione cum multis aliis circunſtantiis exactiſſime repræſentabatur intellectui ejus, indéque ejus dolor, utpote in parte intellectuali, in anima nempe: *Tuam ipſius animam pertranſivit gladius* Luc. 2. numero trigeſimo quinto, erat vehementiſſimus ſuper omnes alios dolores in parte ſenſitiva. Luc. 2.

7. Chriſti mors in monte Calvario inflicta tot ac tantis pœnalitatibus, ac cruciatibus ab ipſo Chriſto appellatur conſummata pœna: *Conſummatum eſt.* Joan. 19. num. 30. At vero ipſa mors repræſentata in monte Thabor dicitur dolor exceſſivus ſeu exceſſus dolorum: *Dicebat exceſſum ejus.* Luc 9. num. 31. explicat Gloſſa. *Mortem ejus.* Cur ergo mors in Calvario execrationi data, appellatur conſummata paſſio, in Thabor verò menti objecta exceſſus in patiendo, ac ſuſtinendo? Ratio eſt, quòd mors in Calvario conſideratur, prout inferebat dolorem, ac cruciatum in parte ſenſitiva: in Thabor ut verſabatur in parte intellectuali, in anima ſcilicet, ac intellectu, cui repræſentabatur, hinc mors, prout ipſum corpus cruciabatur, dicitur pœna conſummata; *Conſummatum eſt.* Cum verò partem intellectualem, animam nempe, attingeret, dolorum exceſſus ſcribitur. *Dicebat exceſſum ejus.* Hæc dixi; ut explicem, quàm vehemens, & acutus ſit dolor ex repræſentatione in anima. Ex quo infero, quod dolor Virginis Mariæ in morte Filii ſui fuerit omnium maximus inter puras creaturas, hic enim dolor verſabatur in parte ejus intellectiva, quæ ob ſui perſpicaciam maxime conſiderabat, ac appendebat gravitatem dolorum Filii, ut dixi ſuperiori quæſtione, quem intime, & ſumme diligebat, ita ut ipſa revelavit B. Brigittæ lib. 1. Revelat. c. 35. *Audacter dico, quia dolor ejus erat dolor meus, quia cor ejus erat cor meum.*

Joan. 19. — Luc. 9. — *Dolor ex repræſentatione in anima vehementiſſimus.* — B. Brigitta.

8. Inter omnes Prophetas Regius Vates maxime Chriſti mortem deflet, ac lamentatur, ut patet ex toto Pſalterio Pſalm. 21. Pſalm. 2. Pſal. 50. 51. 52. & ex omnibus ferè, Cur ipſe tot ac tantis repetitis locis lachrymas, ac gemitus effudit in Chriſti morte? Inter cæteros Prophetas ipſe erat Avus, ac Chriſti progenitor, & cum ipſe videret in Chriſto Jeſu carnem ſuam crucifixam tantis tormentis, ac cruciatibus affectam, inde ſuper cæteros ſe totum in ingentes lachrymarum imbres profudit D. Leo. ſerm. 6. de Paſſion. *Vere enim David, ait, in Chriſto paſſus eſt, quoniam Jeſus vere crucifixus eſt in carne David.* Multo gravius dolet Mater, utpote, quæ Filium ſuum incomparabiliter magis amet, quem in utero ſuo geſtaverat, uberibus lactaverat, ſinu, ac gremio amplexata erat. D. Anſelm. de excelient. Virg. c. 4. *Excedit, ait, omnes amores parentum in filios amor iſtius Matris in filium ſuum.*

Pſalm. 21. Pſalm. 2. Pſalm. 50. — *David ut Chriſti progenitor maximè dolebat.* — D. Leo. — Anſelm.

9. Volens Abrahamus ſacrificare filium ſuum Iſaac poſitum, & alligatum ſuper altare, ait textus, *Extendit manum, & arripuit gladium, ut immolaret filium ſuum.* Statim Angelus de cœlo clamat. *Ne extendas manum ſuper puerum, nec facias illi quidquam.* Geneſ. 22. num. 12. Ille, ut patet ex textu, jam extenderat manum; quomodo ergo ab Angelo prohibetur, ne manum extendat? Senſum literalem omitto; ſpiritualem ſcrutemur. Perpende quod ait Angelus: *Ne extendas manum ſuper puerum.* Abrahamus cum evaginaſſet gladium extendit manum, ut duplicem percuſſionem duplexque vulnus inferret; unum in proprio ſuo corde, aliud in filii gutture; unde cum extendiſſet manum, jam charitatis affectu cor ſuum repræſentat filii morte vulneratum; inde notanter clamat Angelus: *Ne extendas manum ſuper puerum, nec facias illi quidquam.* Nam percuſſio in corde tuo ſufficit, & nulla alia requiritur D. Chryſolog. ſerm. 10. de Abrahami ſacrificio, iterum in hoc c. dandus. *Patris ibi erat tota paſſio, ubi filius immolabatur.* In hoc ſacrificio tota paſſio amoris vehementia in corde Patris verſabatur; Ex quo intelliges, quàm percuſſum, ac vulneratum erat Virginis cor clavis, lancea, ſpinis, flagellis, ſputis, & alapis non extentis tantum ſuper corpus Jeſu, ſed etiam inflictis, & transfixis in cor ſuum, nam ipſa pluſquam ſe incomparabiliter filium diligebat. D. Amedæus hom. 5. de Deipara *Maria*, ait, *vicit ſexum, vicit hominem, & paſſa eſt ultra humanitatem, torquebatur enim magis, quam ſi torqueretur ex ſe, quia ſupra ſe incomparabiliter diligebat id, unde dolebat.*

Geneſ. 22. — Chryſol. — *Ingens Virginis dolor in corde.* — Amed.

Clamat Chananæa ad Chriſtum, opem ejus expoſtulans filiæ dirè ab ægritudine vexatæ. *Miſerere mei fili David.* Matth. 15. n. 22. filia infirmitate afficiebatur, cur non ait, miſerere filiæ meæ morbo, ac dæmone vexatæ, ſed tantum ait, *miſerere mei?* bona mater plus cruciabatur filiæ ægritudine, quam ipſamet filia tot ſuſtinens moleſtias D. Chryſoſtom. homil. 17. ex Var. in Matth. *Vide prudentiam*, ait, *non dixit miſerere filiæ meæ, ſed miſerere mei ſpectatricis laborum, & malorum, quibus quotidie cruciatus meos video.* In filiæ cruciatibus ſuos proprios cruciatus, & dolores mater videbat, & patiebatur, hæc maximè accommodari poſſunt ad B. Virginem, quæ in ſui dilectiſſimi filii cruciatibus ſuos proprios videbat, & conſiderabat, ſic ipſam ad filium loquentem introducit Ephrem. orat. de planctu Virg. *Tu mihi anima vita eras.* 10.

Matth. 15. — *Dolor filii magnus matris dolor.* — D. Chryſ. — D. Ephrem.

QUÆSTIO III.

Sacratiſſima Virgo Maria in Paſſione, ac morte filii ſui glorioſior extitit Martyr omnibus aliis ſanctis Martyribus.

SACRATISSIMA Virgo Maria quamvis à tortoribus non ſuſtinuiſſet illata tormenta, tamen in morte ac paſſione filii ſui tantus fuit ejus dolor, ut non ſolum Martyr extiterit, ſed etiam pluſquam Martyr. Quam concluſionem probabimus ex Patribus, ex Scriptura, & rationibus & tandem ad objecta erit ſolutio. 11.

D. Hieronymus ſerm. de Aſſumptione, eam pluſquam martyrem vocat, *Quia*, ait, *mente paſſa eſt, pluſquam martyr fuit. Nimirum & ejus dilectio, amplius fortis, quam mors fuit, quia mortem Chriſti ſuam fecit.* D. Ildephonſus ſerm. 2. de Aſſumpt. *Pluſquam martyr fuit, quia in animo, non minus amoris, quam mœroris fuit: eſt intus gladio vulnerata; parata enim ſtetit, ſi non deeſſet manus percuſſoris. Beata Dei Genitrix jure pluſquam martyr mater eſt quæ nimio amore vulnerata teſtis extitit ſalvatoris, & pro mœrore in animo cruciatum ſuſtinuit.* Idem docent D. Bernard. Serm. in ſignum Mag. *Tum, ait, ô Virgo, animam pertranſivit* 12.

12. — D. Hieron. — *Virgo pluſquam Martyr.* — Joſeph. — Bern.

iis doloris, ut pluſquam martyrem non immerito prædicemus, in qua nimirum corporea ſenſum paſſionis excesserit compaſſionis affectus. D. Anſelmus lib. de excellent. Virg. cap. 5. dandus quæſt. ſequenti, Albertus Magnus ſuper *Miſſus eſt.* c. 161. & alii

D. Anſelm. Albertus Magnus.

13\. Joël. 2. Ait Joël capite 2. num. 31. *Sol convertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem.* Quid eſt, quod cum Sol obſcuratur, Luna tota ſanguinolenta apparet? quænam conſequentia unius ex alio? per Solem Chriſtus ſignificatur, per Lunam ſanctiſſima ejus mater; Cum verus ſol juſtitiæ Chriſtus Jeſus penderet in cruce, ibi Eclypſim paſſus, *ibi abſcondita eſt fortitudo ejus*, Luna ejus Virgo Mater ſic doloribus, cruciatibus, ac anguſtiis afficiebatur, ut tota tanquam ſanguine perfuſa appareret: proindeque huic accommodari poteſt illud, quod Noëmi dixit: Ruth. 1. num. 20. *Non vocetis me Noëmi, id eſt pulchram, ſed vocate me Maria ideſt amaram, quia amaritudine valde replevit me omnipotens.* In paſſione filii Virgo erat plena amaritudine, undique circundata clavis, lancea, cruce, flagellis, ac ſpinis D Boventura in ſtimulo amoris. *Quæro matrem Dei,* ait, *& invenio ſpinas, & clavos: quæro Mariam, & invenio vulnera, & flagella: Quia tota converſa eſt in iſta.*

Maria doloribus plena, veluti ſanguine purpurata. Ruth. 1. D. Bonav.

14\. *Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis libani, columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum: media charitate conſtravit* Cantic. 3. n. 9. 10 quæ verba communiter de ſacratiſſima Virgine Maria interpretantur; cujus uterus fuit Chriſti ferculum, ac geſtatorium de lignis libani ob ejus incorruptibilem virginitatem, ac puritatem. Columnæ fuere duo brachia Virginis quibus Chriſtum totius orbis Athlantem ſtringebat. Reclinatorium fuit ejus ſinus, & pectus, in quo ſe Chriſtus reclinabat; *media charitate conſtravit:* Seu ut legitur ex Hebræo: *Medium ardens amore*, ideſt cor, quod in medio pectoris eſt, totum erat incenſum, & ardens amore. *Aſcenſus purpureus:* Mens nempe ejus aſcendens ad altiſſimam contemplationem paſſionis, ac mortis filii ſui, doloribus, ac anguſtiis tanquam martyrio quodam tota erat purpurea, ac rubricata. Maria, & Jeſus intima identitate ſibi cohærebant, ut eſt communis vox Patrum, & quod alibi latius demonſtravi. Unde vulnerato Jeſu, Maria quodammodo vulneratur. Sanguis exterius non apparet profluens è vulnere Mariæ, ſatis eſt, quòd appareat dimanans à vulneribus Jeſu; vulnera corporis Jeſu, vulnera ſunt animæ Mariæ Guilhel Parv. apud Delrium. *Eidem* ait, *Glorioſæ Virgini, & Matri de munere ejus, qui natus eſt, ad culmen perfectionis, non defuit Martyrii ſublimis meritum: ſequitur in ferculo, Aſcenſus purpureus. Aſcenſum purpureum media charitate conſtravit.* Statímque Virginem commartyrem Chriſti appellat, ut dicam quæſtione ſequenti.

Cant. 3. Hebræus. *Maria accenſa charitate, veluti martyrio purpurata.* Guilhelm.

15\. Cantic. 7. Dionyſ. Honor. Alanus. D. Epiph. *Statura tua aſſimilata eſt palmæ.* Cantic. 7. n. 7. quod D. Epiphan, Hæreſ. 78. D. Dionyſius in Epiſtol. ad Joan Honorius in ſigillo Mariæ, Alanus ibi de B. Virgine juxta crucem interpretantur, per palmam crucem exponentes. Compone ergo hæc Cantic. verba cum illis Joan. *Stabat juxta crucem.* Ac ſi dicatur, illa tua ſtatura, illud tuum ſtare, ô Virgo, juxta crucem filii tui, maximam ſimilitudinem habebat cum illius cruce. Ille crucifixus clavis erat in ligno, tu verò doloribus & anguſtiis tranſverberata, ac veluti crucifixa eidem ligno adhærebat, ita ut tui dolores multam ſimilitudinem haberent cum illius clavis, *ſtatura tua aſſimilata eſt palmæ*, aſſimilata eſt cruci; nam & ſicut ille clavis à ligno pendebat, ita & tu doloribus, ut meditatur D. Bernard. de lament. Virg. & ad citat. Cantic. locum Guillel. apud Delrium. *per palmam*, ait, *qua manus Victoris antiquo ritu ornatur, inſigne illud, ac victorioſum crucis lignum notatur, Cui nimirum Evangeliſta ſtaturam piæ Matris aſſimilatam inſinuans, ait ſtabat juxta crucem Jeſu Mater ejus. Plane illa fortis, illa intus patiebatur crucem. Stabat illa juxta crucem ſui Jeſu, atque ea ipſa ſibimet quodammodo erat in crucem erecta ſtando juxta crucem: ipſa ſibi per affectum quodammodo erat crux.* Sic ergo cum ſtaret juxta inſignem illam palmam, ſtatura ejus aſſimilata eſt palmæ, ideſt cruci.

Maria ſimilitudinē habebat cum doloribus filii ſui. D. Bernard. Guilhelm.

Comæ capitis tui ſicut purpura Regis vincta Canalibus. Cantic. 7. n. 5 per comas capitis cogitationes B Virginis communiter interpretantur, & quid habent hæ cogitationes cum purpura Regis; ſermo eſt de cogitationibus Virginis, prout referuntur ad ſacramentum paſſionis Chriſti; ſicut enim regis purpura juncta canalibus, per quos diſcurrebat ſanguis ſacrificiorum; rubra eſt perpetuo ſanguinem dimanans; ſic cogitationes Virginis ex perenni memoria, ac repræſentatione paſſionis filii ſui, ſemper rubræ erant tanquam ſanguinem diſtillantes. Hailgrinus. *Cogitationes tuæ tinctæ in ſanguine Dominicæ paſſionis: & affectæ ſic ſemper fuere, quaſi recentem viderent ſanguinem de vulneribus profluentem.* Guillelm. *Rubebat caro filii ſanguine paſſionis, rubebant maternæ illæ cogitationes, ut ita dicam de ſanguine paſſionis. Bene ergo dicitur, Comæ capitis ejus, ſicut purpura regis.* Rupertus late hanc explicationem proſequitur. 16. Cantic. 7.

Cogitatione Virginis tanquam ſanguinem diſtillantes. Hailgrin. Guillelm. Rupert.

Probatur reſolutio ratione. Primo Magnitudo ac excellentia Martyrii ex gravitate gladii, ſeu inſtrumenti, torquentis, ac ex parte potentiæ patientis, conſideranda eſt, ac proinde quanto potentia fuerit magis capax doloris, tanto rigidius, & efficacius erit tormentum. Ex utroque capite excellentia martyrii Virginis ſuper alios martyres demonſtratur. 17.

Ex duplici capite martyrii gravitas.

Et primo ex parte inſtrumenti. Alii martyres, ut rectè notat D. Hieronym. citatus, cruciati ſunt corporali, ac materiali inſtrumento; Virgo verò ſpirituali. *Tuam ipſius animam pertranſibit gladius:* Spirituale autem inſtrumentum multo acutius eſt omni corporali, ut notat Albertus Magnus, ſuper *Miſſus eſt* capite 161. tam exacutus, ac limatus erat hic gladius, ac ſi dimidium cor transfigeret, & diſſecaret, ut ipſa Virgo revelavit B. Brigittæ lib. 2. revelat. capite 55 *Cum ipſe pateretur, ſenſi, quod quaſi dimidium cor meum patiebatur: ſicut enim illud, quod dimidium eſt extra, & dimidium intra ſi illud pungitur, quod eſt extra, æque ſentit dolorem, quod intus eſt; ſic ego, cum flagellaretur, & pungeretur filius meus, quaſi cor meum flagellabatur, & pungebatur.* 18. D. Hieron.

Albertus. Brigitta.

Ex parte ſubjecti probatur excellentia hujus martyrii: ſubjectum patiens in B. Virgine erat anima, quæ cum excellentior ſit corpore, cæteris erat excellentius hoc Virginis martyrium. Lyra ſuper 3 ſent. ait quòd dolor corporis noſcatur ex carnis læſione, ac proinde redundat in ſenſus, & animam: Dolor autem charitativæ compaſſionis naſcitur, & inchoatur in anima, & inde 19. Lyranus.

inde redundat in carnem, ac ſenſus: anima cum
Dolor animæ vehementior dolore corporis. ſit potentior, magnumque dominium habeat ſuper carnem, quæ maxime debilis eſt, & animæ ſubjecta, ac proinde dolor: qui naſcitur ex anima & communicatur corpori, efficacior, & penetrabilior eſt quocumque alio dolore proveniente à corpore. Et hic dolor proveniens ab anima, tam præpotens eſt in corpore ad illius viſcera, venas, & arterias commovendas, ut valeat mortem inferre; ſic & uxor Phinees audiens,
1. Reg. 4. arcam Domini captam eſſe, mortua eſt. 1. Reg. 4. num. 20.

20. Ex quo bene infertur, quòd dolor in anima
Dolor Virginis diviſus omnes creaturas necaret. Virginis ex paſſione, ac morte filii ſui major, ac vehementior fuerit quàm dolor in parte corporea, ac corruptibili cæterorum martyrum; ipſa tamen vi tanti doloris vitam non finivit, quia confortata, ac corroborata eſt ſpeciali Dei gratia, ut quæſt. 1. in principio dixi ex D. Anſelmo. Ipſa enim multo magis diligebat filium ſuum Jeſum, quàm uxor Phinees arcam, quæ ex nunrio illius captivitatis mortua eſt; Deinde hic dolor in corde Virginis tam ingens fuit, quòd ſi divideretur per omnes homines, ſufficiens erat, ut omnes illo perirent, ac occumberent. D. Ber-
D. Bernard. nard. tom. 1. ſer. 61. *Tantus fuit dolor Virginis, quòd ſi in omnes creaturas, quæ dolorem pati poſſunt, divideretur, omnes ſubito interirent.*

21. Probatur ſecundo juxta multos, & graves Doctores, quos citat, & ſequitur Dionyſ. Riche-
Richel. lius lib. 3. de Laudibus Virg. art. 24. Chriſtus Jeſus pendens in cruce plus dolebat de damnatione, ac reprobatione ſui populi electi, quòd de tam copioſo redemptionis fructu ſalutem non lucraretur, quàm de doloribus, ac pœnalitatibus, quas in corpore ſuſtinebat, ergo etiam ſacratiſſima Virgo ob ſuum eximium, ac ſummum amorem, quo pluſquam omnes creaturæ collectivè ſumptæ, filium ſuum Jeſum diligebat, vehementius cruciabatur in anima illius doloribus, quàm martyres quacumque alia paſſione, ac dolore corporali.

22. Argues primo; quia ut eſt communis doctri-
1. Argum. na Theologorum, & docent D. Thomas in 4.
D. Thom. D. Iſid. diſt. 49 q. 5. art. 3. q. 2. ad 4. D. Iſidorus lib. de vita, & morte ſanctorum c. 68. Martyrem non facit voluntas, ſed paſſio: ergo ille dolor in Virginis affectu non eſt ſufficiens ad martyrium, alias omnes, qui dolentes meditantur Chriſti paſſionem, erunt Martyres. Confirmatur, quia juxta D.
D. Ambroſ. Beda. Timoth. Hieroſ. Ambroſ. c. 2. Luc. ad illa verba. *Pertranſibit gladius:* ibidem Beda, Timoth. Hieroſolym. orat. de Simeone. Ex nulla hiſtoria conſtat, quòd Virgo Mater gladio, ſeu inſtrumento materiali vitam terminaſſet, juxta Simeonis prophetiam gladius doloris pertranſierit animam ejus: ergo Martyr non eſt dicenda.

23. Reſpondetur, quòd Martyrem facit, non voluntas, ſed paſſio, ſufficiens ſcilicet ad mortem inferendam, cum autem Virginis dolor, niſi ipſa fuiſſet ſuffulta Dei auxilio, eſſet ſufficiens, ut
D. Anſelm. periret, ut ait D. Anſelm. imò ut omnes homines decederent, ut dixi ex D Bernard. inde fit, quòd tantus dolor ſufficiens erat ad martyrium. Quod
Lyra. corroboratur ex Lyra in 3. ſentent. ad diſt. 16. quòd martyres, licet torquerentur in corpore, in anima habebant parum doloris, imò & multam conſolationem. At virgo vehementiſſimum, & intenſiſſimum dolorem obtinebat in anima, & tanto impetu, ut dicat Simeon Metaphraſtes de Dormit Virg. quod viſcera, ac materna membra non poterant ſtare, niſi adeſſet ſpecialis Dei gratia, & Arnoldus de B Virg. *Parentis* Arnold.
affectu commoritur, & pectus maternum immanitate dolorum arctatur. Ex quo patet ſolutio ad confirmationem.

Argues ſecundò: quia ut ait D. Auguſt. lib 3. 24.
contra Creſconium c. 4. & Epiſtol. 34. Concion. 2. Argum. Auguſt.
2. *Martyrem non pœna, ſed cauſa facit.* Atqui Chriſti interfectores non intendebant directè Virginem affligere propter Chriſtum, ergo videbatur, quòd non detur cauſa ſufficiens ad ejus martyrium.

Reſpondetur eum Suar. tom. 2. ad 3. p. diſp. 21. 25.
ſect. 4. §. *Dubitatio*, quòd licet Chriſti carnifices Suar.
non intenderint directè Virginem vexari propter Chriſtum, tamen reipſa, cùm Chriſtum perſequerentur, Virginem perſequebantur, & Chriſtum occidentes, quantum in ipſis erat, Virginem occidebant qui modus perſecutionis, ac paſſionis ſufficiens eſt ad martyrium, ut ex Innocentibus apparet, qui fuere verè Martyres, quamvis perſecutores non affectaverint eos occidere propter Chriſtum, ſed ſolum in eis interficere Chriſtum: ergo ex hac ratione Virgo ſufficienter paſſa eſt propter Chriſtum. Deinde propter intimam unionem amoris affectu, quæ erat inter Virginem, & Chriſtum, unde Virgo totius paſſionis Chriſti erat clariſſimum, ac perfectiſſimum ſpeculum, ut ex D. Laurentio Juſtini. dixi ſuper cap. q. 9.

QUÆSTIO IV.

Præclariſſimum Virginis Martyrium ſuper omnes martyres ex multiplici circumſtantia declaratur.

VALDE ſublime, & excellens ſuper alios 26.
Martyres eſt martyrium ſacratiſſimæ Virginis Mariæ; ita ut dicat D. Anſelm. de Excel- Anſelm. *Maria honor & decus Martyrum.*
lent. Virg. c. 5. *Quicquid crudelitatis inflictum eſt corporibus Martyrum, leve fuit aut potius nihil comparatione tuæ paſſionis, quæ nimirum ſua immenſitate transfixit cuncta penetralia tua, tuique benigniſſimi cordis intima.* Unde à Ephrem. orat Ephrem.
ad Virginem Mariam appellatur ipſa *Martyrum honor, ac decus.* Cujus tanta excellentia ex aliquibus circunſtantiis conſideranda eſt.

Et primò; quia Deipara non ſolum fuit 27.
Martyr, ſed etiam commartyr cum Chriſto. Guill.
Guillel apud Delrium ad illud Cantic. 3. *Ferculum fecit ſibi Rex Salomon.* Sic ait: *Plane* *Virgo non ſolum Martyr, ſed commartyr cum Chriſto.*
gladius acutiſſimus, dolor Dominicæ paſſionis animam piæ Matris penetrans, atque transverberans, eam ſpiritualiter commori filio fecit. Martyres alii fuere, moriendo pro Chriſto; hæc commoriendo Chriſto. Martyr fuit, & Commartyr Chriſti. Plus eſt, eſſe Commartyrem Chriſti, quam martyrem Chriſti. Martyres ſuo, hoc eſt hominum foris ſanguine, ſed Maria filii, hoc eſt Dei ſanguine intus rubebat. Expende illud: *Plus eſt, eſſe commartyrem Chriſti.* Virgo commartyr fuit Chriſti, quia tormentorum, dolorum, ac mortis Chriſti fuit ſocia, & particeps, nam clavi, lancea, crux, ſpinæ, flagella: quæ corpus Chriſti percutiebant, ac transfigebant, ſimul & matris cor transfigebant, unde mens ejus dicitur ſimul crucifixa cum Chriſto à Guerrico Abbate ſer. 4. Guerr.
de

de Aſſumptione. *Plane juxta crucem ſtabat*, ait, *cujus mentem dolor crucis ſimul crucifigebat, ſuamque ipſius animam tam multiplex pertranſibat gladius, quantis confoſſum corpus filii cernebat vulneribus*

28. Secundò. Excellentia hujus martyrii conſideranda eſt ex multitudine, ac gravitate dolorum; non enim ſolùm ſemel tota Deipara patiebatur, ob quemcumque ſingularem dolorem corporis Jeſu, ſed quælibet Chriſti plaga, innumera Mariæ vulnera inferebat, quod adnotavit Simeon Metaphr. de dormit. Deipar. *Hæc omnia illam tranſverberant profundius, quam illam clavi: & pro una filii plaga innumeris ipſa plagis ſauciabatur.* Virginis animus compaſſionis, ac charitatis affectu tranſilit terminos animati corporis patientis. Totus animus in quolibet membro vulnerato extitit unicus quidem. At animus Deiparæ multiplex reſidet apud quodlibet membrum Salvatoris, ut pro qualibet ſingularis membri plaga, innumeris tota Virgo afficeretur vulneribus. Quoties illa oculos levabat, & manus, & pedes dilectiſſimi Filii clavis transfixos videbat, tot erant illi gladii animam penetrantes; quoties videbat ſacrum caput ſpinis circundatum, tot acutiſſimi ſpinarum aculei erant in ejus anima infixi, ut meditatur D. Laurent. Juſtin. lib. de Chriſti agone cap. 21.

Quilibet dolor Chriſti, multiplex dolor erat Matri. Metaphr.

Laurent.

29. Tertio conſideratur excellentia hujus martyrii ex parte ſubjecti patientis, quod fuit nimirum anima. D. Sophronius ſerm. de Aſſumpt. *Beata*, ait, *Virgo Dei Genitrix, quia in ea parte paſſa eſt, quæ impaſſibilis habetur, & atrocius paſſa eſt gladio paſſionis Chriſti, pluſquam Martyr fuit, unde conſtat, quia plus omnibus dilexit* Maxime ponderandum eſt effatum ſancti Patris, quòd Virgo paſſa eſt in ea parte, quæ impaſſibilis habetur. Impoſſibile expers eſt paſſionis, quomodo Virgo in parte impaſſibili pati potuit? hoc martyrium ſic extitit ſuper omnes vires creatas, ac humanas, ut illud, quod ex natura ſua erat impaſſibile, hîc acutiſſimo doloris gladio pateretur; De quo multa dixi ſuperiori quæſtione.

Sophr.

Martyrium hoc ſuper omnes vires

30. Quarto Excellentia hujus martyrii ponderanda eſt ex ejus intentione, ac duratione Nam ſacratiſſima Virgo Maria maxime erat exercitata in lectione, ac intelligentia ſacræ Scripturæ ut perfectiùs, & excellentiùs, intelligere ipſas ſcripturas, quàm ipſimet Prophetæ, ac ſcriptores Canonici, qui eas ſcripſerunt, ut docent D. Bernard. ſerm. in ſignum mag. ad finem, Dionyſ. Richel. lib. 2. de laudib. Virg. Articul. 26. & inter cætera peroptimè cognovit omnia myſteria vitæ, & mortis filii ſui contenta in ſcriptura, totamque ſeriem paſſionis, dolorum, ac tormentorum ejus, maxime à die conceptionis ejus uſque ad diem mortis illius, inter quas defluxerunt triginta quatuor anni completi, ut dixi ſupra c. 13. q. 4. num. 28. & notat D. Bernard. Seneſ. tom. 3. ſer. 6. art. 2. c. 1. *Virgo*, ait, *cum Chriſto crucifixa eſt in hora hujus conceptionis, & in ſignum, quod crucifixa crucifixum concepit, ordinavit ſumma ſapientia Dei, quòd eodem die Virgo Chriſtum concepit, quo etiam fuit paſſus.*

In Virgine excellentiſſima cognitio myſteriorum Paſſionis.

D. Bernard.

Dion. Rich.

D. Bernard.

Deipara crucifixa crucifixum concepit, & peperit.

31. Summum Virginis dolorem ex Chriſti paſſione, per totum tempus vitæ Salvatoris ipſamet Virgo aperuit B. Brigittæ lib. 1. Revelat. c. 10. dicens. *Quando conſiderabam loca clavorum in manibus, ac pedibus ejus, quos ſecundum Prophetas, crucifigendos audivi, tunc oculi mei replebantur lacrymis, & cor meum quaſi ſcindebatur præ triſtitia.* Et iterum ſacratiſſima Virgo ſic revelavit eidem Brigittæ lib. 6. c. 57. *Fuit dolor in cognitione mea, nam quoties aſpiciebam filium meum, quoties involvebam eum pannis, quoties videbam ejus manus, & pedes, toties animus meus, quaſi novo dolore abſorptus eſt, quia cogitabam quomodo crucifigeretur.* Et lib. 7. c. 7. *Sciat etiam, quod quandocumque ego induebam ipſum illa tunica propter utilitatem ſui ſanctiſſimi corporis, tum oculi mei ſtatim replebantur lachrymis, & totum cor meum torquebatur tribulatione, & dolore, & affligebatur intenſa amaritudine, eò videlicet, quòd ego bene noveram modum, quo in futurum illa tunica ab eodem filio meo eſſet ſeparanda, ſcilicet tempore paſſionis ejus, quando ipſe nudus & innocens à Judæis crucifigendus eſſet.*

B. Brigitta.

Altera revelatio lib. 6. cap. 57.

Lib. 7. c. 7.

32. In Virginis perſona ait ſponſa Cantic. 1. n. 13. *Faſciculus Myrrhæ dilectus meus mihi inter ubera mea commorabitur.* Hebræus legit *Pernoctabit.* D. Ambroſ. *Requieſcet.* Quid habet dulcedo lactis dimanantis ab uberibus, cum amaritudine myrrhæ? Chriſtus Jeſus in ſua paſſione faſciculus myrrhæ, ut eſt communis vox interpretum, dum ipſe Jeſu erat pendens ab uberibus Matris ſugens illius ſuaviſſimum lactis nectar, ipſi Virgini erat veluti amara myrrha: *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi*: Prout eum conſiderabat in ſua paſſione pro illo dulciſſimo lacte, potatum amariſſimo felle. Rupertus ad hunc Cantic. locum. *Nolite*, ait, *ſolam attendere horam, vel diem illum, in qua vidi talem dilectum ab improbis comprehenſum male tractari, ſcilicet illudi, ſpinis coronari, flagellari, crucifigi*, &c. Et tunc ſubdit: *Cum igitur carne mea taliter progenitum talem filium ſinu meo foverem, ulnis geſtarem, uberibus lactarem, & talem ejus futuram mortem ſemper præ oculis haberem, qualem, quantam, quàm prolixam me putatis materni doloris pertuliſſe paſſionem: Hoc eſt quod dico: Faſciculus myrrhæ dilectus meus inter ubera mea commorabitur*: Et poſtea ait, *Ad ubera de foris cingebatur, & eiſdem lactabatur uberibus ſimulque inter ubera intus in corde præſcio futurorum ſemper patebat, quaſi eſſet morte moriturus.*

Cantic. 1.

Hebræus.

Rupert.

Virgo præſcia futurorũ ubera præbens dolebat de paſſione.

QUÆSTIO V.

Virgo Mater præſtantiſſima aureola Martyrii ſuper omnes martyres fulget, ac nitet in Patria.

33. CONCLUSIO eſt affirmativa, & pro ea citari poteſt D. Ephrem orat. ad Virg Albert. Magnus ſuper *Miſſus eſt* c 161. Vigerius inſtituit. c. 14. § 3. verſ 2. Suar. tom. 2. ad 3 p. diſp. 21. ſect. 4. Salas 1. 2. tom. 1. q. 4. art. 1. tract. 2. diſp. 8. ſect. 4. Ægyd. Luſita. cum multis de Beatit. tom. 3. lib. 5. q. 9. art 7. num. 16. R. P. Joſephus de ſancta Maria noſter Carmelita in lib. de hiſtoria Virginis Mariæ lib. 4. c 46.

Reſolutio affirmativa.

Ephrem.

Albert.

Viger.

Suarez.

Salas.

Ægyd. Luſi.

34. Et poteſt primo probari ex quadam revelatione facta B. Brigittæ: cum eſſet Romæ in Eccleſia S. Mariæ Majoris, vidit magnificum templum, & in eo ſanctum ſenem Simeonem paratum ad Chriſtum excipiendum in ulnas ſuas Virginémque ingredientem cum magno comitatu ad filium offerendum; tunc ſic habetur lib. 7 Revelation. B. Brigittæ c. 2. *Vidi, deinde*, ait, *innumerabilem multitudinem Angelorum, & diverſorum*

B. Brigit.

ordinum

ordinum ſanctorum Dei, & ſanctarum Virginum, & dominarum B. Virginem Matrem Dei præcedentium, & eam cum omni lætitia, & devotione circumdantium, ante quam portabatur à quodam Angelo unus gladius longus, & valde latus, & ſanguinolentus, qui ſignificabat illos maximos dolores, quos Maria paſſa eſt in morte filii ſui, qui figurabantur in gladio, quem juſtus Simeon prophetabat, ipſius animam pertranſiturum eſſe. Unde tota exultante Curia cœleſti, dictum fuit ſponſæ, ſcilicet Brigittæ: *Ecce quantus honor, & gloria rependitur in hoc facto Reginæ cœli pro gladio dolorum, quos ſuſtinuit in ſui dilecti filii paſſione.* Ex quibus conſtat, quàm excellens præmium accidentale cum laurea martyrii deferatur Virgini in cœlo, ob ejus præclarum dolorum martyrium, quos in paſſione filii ſui ſuſtinuit.

35. Probatur Concluſio ratione; Martyres in cœlo habent ſuas aureolas, ut omnes fatentur; atqui Virgo Maria non ſolum fuit Martyr, ſed etiam pluſquam martyr, ut dixi quæſt. 3. & 4. ergo ſui martyrii habet aureolam; & cum ejus martyrium fuerit cæteris præſtantius, & cæteris eſt præſtantior ejus aureola, ſplendore, elegantia, ac pulchritudine, ut ponderat D. Bonaventur. in ſpeculo Virg. cap. 6. ut ſupremæ Reginæ cœlorum, ac Dei matri debetur, & ſicut ipſa in ſe fuit quid novum ſuper terram, ut ait Hierem. 31. n. 22. *Creavit Dominus novum ſuper terram.* Ita ordinavit Divina ſapientia, quòd inſignia, & aureolæ in Virgine, quid mirabile, & novum, ſuper omnes cæteras puras creaturas apparerent.

Bonav.

Hierem. 31.

36. Secundo, quia ut docent D. Hieron. Epiſt. 27. ad Euſtochium, D. Damaſcen. lib. 4. cap. 15. Divus Bernard. Epiſtol. 174. ante medium, quidquid perfectionis communicatum eſt cuilibet Beato in particulari, excellentiſſimè datum eſt B. Virgini, ita ut nulla prærogativa ei deſit ex illis omnibus, quæ puris creaturis conceſſæ ſunt, & ita non debuit carere gloria martyrii. Confirmatur ex Alberto Magno ſuper *Miſſus*, quia ordines ſuperiores continent omnem perfectionem ordinum inferiorum, cum multo majori excellentia, quam ipſi inferiores; atqui in ordine inferiori, nempe in aliis puris creaturis, datur aureola Martyrii; ergo & in B. Virgine quæ eſt in altiori ordine.

D. Hieron. Damaſc. Bern.

Albertus.

37. Ait ſacratiſſima Virgo in Cantic. 4. num. 6. *Vadam ad montem Myrrhæ, & ad collem thuris.* Arabicus, *Vadam cum eo.* Mons myrrhæ, ut communiter interpretantur Patres, ob ſuam amaritudinem, mons eſt paſſionis Chriſti. Guillelm. apud Delrium. *Vadam in montem myrrhæ paſſurus ad Calvariæ montem.* Et notandum; quòd hic mons myrrhæ, & thuris, erat mons Libanus, ubi noſtra vulgata habet, & *ad collem thuris.* Græcus, & Hebraicus legunt, & ad collem Libani. Richardus de S. Victore ibi: *Libanus quippe eſt mons, in quo creſcunt myrrha, & thus.* Et rectè mons paſſionis, dicitur Mons Libanus, ob ſuam celſitudinem, & eminentiam, quia maximè excelſa, & eminens apparuit divina charitas, dum filius Dei pro noſtra ſalute dat vitam, ſtatimque de hoc monte Calvario, de hoc Libano vocatur Virgo Maria. *Veni de Libano, ſponſa mea, veni de libano, veni coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon.* Ibidem n. 8. tripliciter vocatur, ut triplici diademate coronetur de Amana, Sanir, & Hermon, triplici nempe aureola

Cant. 4. Arabic.

Græcus. Hebraicus Guilhelm. Rich.

Virgo ex mõte Calvario fulget aureola martyris.

Virginitatis, Doctoratus, & Martyrii. Ita hunc locum explicat Ghiſler. expoſit 4. *Ipſa*, ait, *Virgo Virginum extitit, & Magiſtra Evangelizantium Apoſtolorum: & cum crucifixo filio martyrum rege martyr.* Deipara ab ineunte ætate Virgo, ex alta ſcientia ſibi communicata Magiſtra; ex approximatione ejus ad filii crucem, quando gladius pertranſivit animam ejus, martyr extitit.

Ghiſl.

QUÆSTIO VI.

Jeſu ſepulto, vehemens matris deſiderium expenditur.

IN lectulo meo per noctes quæſivi, quem diligit anima mea; quæſivi illum, & non inveni. Cant. 38.
3. n. 1. ſepulto Jeſu, recipiens ſe ſacratiſſima Virgo in lectulum ſuum, in domum ſuam, oculis quæſivit dilectum filium ſuum Jeſum. Cardinalis Hugo. *Quæſivi illum gemitibus, & ſuſpiriis multiplicatis.* Videbat, quòd deficiebat in domo ejus in ejuſque oculis, ac præſentia, lætitia cordis ejus filius Jeſus: Et ait, *per noctes*; ſolùm noctes, & non diem Virgo habebat in lachrymis ac luctu; tantus erat dolor de morte filii ſui, ut diem verteret in noctem. Ieremias deflens extremam ruinam ſuæ Hebrææ gentis, ait, *Plorans ploravit in nocte.* Thren. 1. n. 2. Cur lachrymas fudit nocte, & non in die? Paſchaſ. *Quia non licebat in die*, Tanta erat inhumanitas Chaldæorum, ut non ſinerent, homines manifeſtè communem ruinam deplorare, ac gemere: in rem noſtram dicam, quòd ingens mœſtitia, ac angor animi erat in cauſa, ut clara dies obſcura, & funeſta nox eis videretur, quo motivo pia mater dicebat: *Per noctes quæſivi.*

Cant. 3.

Hugo.

Thren. 1. Paſch.

Magnum Virginis deſiderium.

Et ait: *Quæſivi, & non inveni*: In cubiculo 39.
ſuo, in domo ſua Rupertus ad hunc locum. *Quæſivi illum. Nunquid hoc mihi fuit inveniſſe dilectum? Imo fuit mihi, inveniſſe gladium, qui pertranſivit animam meam. Sepultus eſt, clauſum, & ſignatum fuit monumentum: & ego quali mente quærebam eum? Quali deſiderio deſiderabam eum?* Quali affectu, qualique deſiderio Virgo filium ſepultum quærebat, de cujus præſentia, & colloquiis tota ejus vita pendebat. Unde eam ſic ad filium loquentem introducit D. Bernard. ſer. de Lament. Virg. *Nihil certè mihi amarius, quàm vivere poſt tuam mortem?* Et poſtea ſubdit. *Morte mori melius erat quàm vitam ducere mortis.* Cum ipſo mori, erat ſemel unam ſubire mortem, at poſt ipſum vivere, non eſt vita vivere, ſed in una longa, ac diuturna morte perdurare, ac verſari.

Rupert.

Dilectum ſepultum magno deſiderio quærit.

Bernard.

Cum Abrahamus ſtricto gladio filium ſuum 40.
Iſaac ſacrificare vellet, Geneſ. 22. ait Chryſolog. ſer. 10. de ſacrificio Abrahami. *Patris ibi erat tota paſſio, ubi filius immolabatur.* Si filius ſacrificandus erat, gutturque ſuum ipſe gladio ſubjiciebat, vitámque ſuam morti exponebat, corpus flammæ, ac igni tradebat: *Ubi filius immolabatur.* Quomodo tota pœna, totuſque dolor in patre conſiſtebat? *Patris ibi erat tota paſſio.* Tam vehemens, ac auctus eſt dolor Parentis in morte filii, ut ejus comparatione non appareat dolor alius. Verum eſt, quòd Iſaac guttur gladio, vitam morti, corpus igni tradebat. At Abrahami cor longior, & prolixior gladius tranſverberabat; nam Iſaac uno vulnere inflicto totam vitam ſuam in ſacrificium offerebat. At Abrahamus filii orbatu totam

Geneſ. 22. Chryſol.

totam ſuam longinquam ætatem ſacrificabat, ut omnibus diebus, horis, & momentis de morte, ac abſentia filii cor ejus percuteretur, ac transfigeretur; quis poterit dubitare, quod durius eſt vulnus unius totius longinquæ ætatis, quàm unius percuſſionis, quæ brevi tranſit, ac terminatur? Patris ibi erat tota paſſio, ubi filius immolabatur.

41. Cum accepiſſet David Saülem, & Jonatham mortuos eſſe in bello, ſic deplorans inclamat:
2. Reg. 1. *Saül, & Jonathas amabiles, & decori in vita ſua, in morte quoque non ſunt diviſi.* 2. Reg. 1. n. 23. ad quæ verba Lyranus. *Lamentabile eſt, quòd tales duo ſint ſimul interfecti.* Valdè lamentabile fuit Reipublicæ, quòd à tantis viris ſimul privaretur. Eleganter tamen in rem noſtram, ſic ait D. Chryſoſt. hom. 2. de David, & Saül. *Nec in morte ſua ſunt ſeparati; verba ſunt, nihil aliud agentis, quam ut hoc cedat in ſolatium doloris. Jam enim inquit, non poteſt dici, quòd filius orphanum eſſe ſe lugeat, neque quod Pater orbitatem ſuam deploret: verum quod nullis inquit, obtigit, illis contingit, videlicet uno eodémque die è vivis eripi, neutro alteri ſuperſtite. Exiſtimabat enim vitam injucundam fore, ſi alter ab altero fuiſſet divulſus.* Quod fortiſſimus parens, ac robuſtiſſimus filius uno eodémque tempore moriantur, pro magna conſolatione, ac levamine eis accidit. *Ut hoc cedat in ſolatium doloris.* Nam ſi tali filio mortuo, pater ſuperſtes eſſet, perpetuis lachrymis ſuam ſolitudinem, ac orbitatem deploraret; & ſimiliter filius ſi parente mortuo, vivus, & relinqueretur, ergo quòd mors ſimul illis accidit, non pro pœna fuit, ſed pro magno conſolationis motivo. *Exiſtimabat enim vitam injucundam fore, ſi alter ab altero fuiſſet divulſus.*

D. Chryſ.

Dulcis mors cum filio, ſeu amico, dura vita ſine illo.

42. Valdè ingrata, & injucunda eſt parenti vita, mortuo filio, jucundiúſque ei eſſet, unà cum pignore ſimul ſepulchro abſcondi; ab illa vidua cibos poſtulat Parens meus Elias, cui illa ait: *En colligo duo ligna, ut faciam mihi, & puero meo, ut comedamus, & moriamur* 3. Reg. 17. num. 12. Radix Hebraica habet. *Ut comedamus, & moriamur amlo.* Ad quæ verba Rupertus. *En meam conſolor inopiam, amplectens crucis ligna, ut comedamus, & moriamur ego, & filius meus.* In extrema inopia, qua mulier cum filio ſuo verſabatur, hoc erat ei pro magno levamine, & conſolatione, ut unà ſimul cum filio periret, ne mater eſſet ſine filio, nec filius ſine matre. Sic & Deipara diceret: hoc erit mihi pro magna conſolatione, ſi ſimul cum filio tollar in crucem, ſíque ſimul cum ipſo moriente moriar. Sic Virgo loquitur ad filium, ut meditatur D. Bern. ſerm. de lament. Virg. *Exaudi obſecro, in tuo me ſuſcipe patibulo, ut qui una carne vivunt, & uno amore ſe diligunt, una morte pereant.*

3. Reg. 17. Hebr. Rupert.

Mors cum filio conſolatio Matris.

Bern.

QUÆSTIO VII.

Virginis dolor in ſolitudine ſua ex deſiderio filii ſepulti, abſque omni levamine, & conſolatione.

43. Thren. 3. n. 13. *VI comparabo te; vel cui aſſimilabo te filia Jeruſalem. Magna eſt enim velut mare contritio tua: quis medebitur tui?* Hæc verba ad Virginem Mariam poſt filium mortuum, ac ſepultum communiter adaptant recentiores, Sanchez, Cornelius, & alii: per admirationem quærit Propheta Jeremias, cui comparabo te, cui aſſimilabo te? ac ſi nulla ſit, nulla unquam fuit calamitas, triſtitia, ac doloris cauſa, cui hæc præſens poſſit comparari & aſſimilari, *magna eſt velut mare contritio tua*, ideſt plaga, pœna, afflictio tua. Vatablus legit. *Clades tua velut immenſum mare.* Velut mare ait, ſicut enim nulla aquarum copia cum mari comparari poteſt, ſic nullus dolor cum tuo dolore conferri valet, velut Lyra. ſicut mare tam vaſtum eſt, ut claudi non poſſit, ſic tuus dolor tam magnus eſt, ut nullo conſolationis obice cohiberi poſſit.

Sanchez. *Sylveira in Evang.* Tom. V.

Corn.

Vatabl.

Ingens matris dolor.

Lyran.

Cum nunciatum fuiſſet Jacob, filium ſuum Joſephum eſſe mortuum, in longos, & diuturnos fletus ipſe prorupit, & cum filii vellent delinire dolorem patris, noluit conſolationem accipere ſed dicebat: *Deſcendam ad filium meum lugens in infernum.* Gen. 37. n. 35. Perpende quod non dixit lugeam filium meum uſque ad mortem, ut notavit M. Joannes de la Hay, ſed deſcendam lugens in infernum. D. Auguſt. q. 141. *In infernum quia cum triſtitia*, tanto filii deſiderio pater tenebatur, tantúmque dolebat; quòd ab eo eſſet deſertus, & orbatus, ut nullam conſolationem admitteret, ſed omni conſolationis genere, ut ait Olypodius: *Vis calamitatis largior erat.* Unde ait deſcendam ad filium meum lugens in infernum, non ſolum in morte temperabuntur lachrymæ, ſed etiam adhuc perdurabunt, donec deſcendam ad filium meum in infernum, hoc eſt in limbum Patrum, ut ibi in cœtu ſanctorum inveniam, & videam filium meum Joſephum, cujus præſentia ibi fruar, & delectabor; de filio tam vehemens erat deſiderium, ut nullo alio poſſet deliniri, ac mitigari, niſi præſentia ipſius filii. 44.

Gene. 37.

D. Auguſt.

Ingens filii deſiderium, ſolùm filii præſentia ſatiatur.

Vox in Rama audita eſt, ploratus, & ululatus multus Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari quia non ſunt. Matth. 2. nu. 18. Urbs Rama multas leucas diſtat à Bethleem, tamen tantus fuit muliebris ejulatus, ut ibi audiretur, ſed quænam mater ita flevit, ut tam longè ploratus ejus advolaret? *Rachel*, inquit, *plorans filios ſuos.* Nonne jam ipſa olim defuncta erat, quomodo dicitur innocentium cædem deflere? Præclarè Hugo. *Notatur doloris exaggeratio, qui tantus eſt, ut mortua dicatur flere.* Tantum erat matris deſiderium de filiis ſuis, tantumque dolebat de eorum morte, ac orbatu, & ſolitudine ſua, abſque ullo levamine, ut etiam mortua, ac ſepulchro clauſa per exaggerationem dicatur ſe à lachrymis non temperaſſe, ſed adhuc natos ſuos flere. Quid dicam de B. Virgine, quæ multo magis, quam Joſeph, ac Rachel diligebat filium ſuum, vehementiorique illius deſiderio tenebatur. 45.

Matth. 2.

Ingens dolor etiam per exaggerationem poſt mortem.

Hugo.

Magdalena ſicut aſtitit præſens juxta crucem in Calvaria, ſic etiam aſtitit in horto, ubi erat Domini ſepulchrum. Cum verò facer textus facit de ea mentionem, quòd ipſa proxima erat cruci, cum meus Jesus in ea penderet in Calvario, nulla de illius lachrymis eſt expreſſio. *Stabant juxta crucem* JESU *Mater ejus, & Maria Magdalene.* Joan. 19. n. 25. At verò cum prope ſepulchrum, cum ſublatum crederet Dominum, tunc ingentes lacrymarum imbres ab oculis ejus dimanare dicuntur: *Maria autem ſtabat ad monumentum foris plorans.* Joan. 20. num. 11. Cur hic tot lachrymæ, nullæ verò in Calvario referuntur, cum ibi Jesus crucifixus, & mortuus eſſet? D. Auguſt. tract. 121. in Joan. *Oculi, qui do-* 46.

Joan. 19.

Joan. 20.

Auguſt.

minum quæſierant , & non invenerant , jam lachrymis vacabant , plus dolentes , quod fuerat de monumento ſublatus , quam quòd fuerat in ligno occiſus. Valdè mirabile eſt aſſertum ſancti Patris , &

Solitudo omnium dolorum exceſſus.

cur oculi ejus plus doloris ſignum oſtendunt, ex eo *quòd fuerat de monumento ſublatus , quam quòd fuerat in ligno occiſus ?* Cum Jesus penderet in cruce, adhuc Magdalena ſuum dilectum , licet tantis doloribus, ac morte circundatum tenebat præſentem, adhuc ejus præſentia fruebatur, at in horto juxta ſepulchrum omnino ipſo carebat , ejúſque præſentia erat orbata, ab eóque ut ſolitaria relicta, cum ablatum crederet , etſi multum doleret Magdalena , cum Dominus eſſet occiſus , ipſum enim pluſquam vitam ſuam diligebat magiſque de ejus morte, quam ſi propria fuiſſet, affligebatur , tamen multo magis affligebatur, quòd monumento eſſet ablatus , tunc enim ſe videbat à Domino ſuo deſertam , túncque lamentabatur orphanitatem, ac ſolitudinem ſuam , & dolor , ac afflictio unius ſolitudinis per exaggerationem exceſſus eſt dolorum , & afflictionum ſuper omnes dolores , & afflictiones ? *Plus dolentes , quod fuerat de monumento ſublatus , quàm quod fuerat in ligno occiſus.* Cum Dominus eſſet crucifixus , & mortuus, adhuc ejus præſentia Magdalena ſolamen habebat , at cum de monumento eſſet ſublatus , ejus corporali præſentia omnino carebat , inde nulla conſolationis ſupererat ratio. *Plus dolentes , quod fuerat de monumento ſublatus.*

QUÆSTIO VIII.

Vehemens Virginis amor , ac deſiderium in ſua ſolitudine erga filium Jeſum

47. *Amoris lamentationes.* Bernard.

SI magnopere dolebant alii in ſua ſolitudine, ut vidimus ſuperiori quæſt. Quanto magis fleret, ac doleret Maria Virgo, quæ multo plus amabat , & de ſuo *ſic male tractato filio* , ſcilicet mortuo, & crucifixo , non poterat ſatiari , ut ait D Bernard. de lament. Virg. Quid in hac ſolitudine diceret , ac loqueretur amor in corde ejus. *Ducam eam in ſolitudinem , & loquar ad cor ejus.* Oſeæ 2. num. 14. Quid amor loqueretur in corde ejus? Valdè mirum eſt, Regem ſuum Joſiam interfectum quantis dulcibus nominibus appellet Jeroſolyma princeps Provinciarum , ac domina gentium. Thren. 4. n. 20. Nunc ſuos vocat oculos. *Oculus meus afflictus eſt.* Cap. 3. n 49 Nunc omnem magnificentiam ſuam. *Abſtulit omnes magnificos meos.* c. 1. n. 16. Nunc omnem ſuum decorem, ac pulchritudinem : *Egreſſus eſt à filia Sion omnis decor ejus.* Cap. 1. n. 6. His nominibus , ut doloroſa mater , filio occiſo , ſuam deplorat orphanitatem, Lyra ait ; *ſicut mater lamentans filium, nominat ipſam vitam ſuam , & ſic de aliis.*

Oſeæ. 2. *Thren. 4.* *Lyra.*

48. *Affectus creſcit ex abſentia.*

Potiori jure, ac multo majori affectu , filio ſuo Jesu ſepulto , quot & quanta diceret Virgo Mater , cum ante oculos haberet ejus dolores , cruciatus , ac ignominias , recolénſque ejus pulchritudinem, dulcia verba & colloquia , ac delectabilem præſentiam, quot , & quanta diceret ? Parcior in Chriſto laudando eſt divina ſponſa, cum ſponſus adeſt: at verò, cum abeſt, tunc tota ſeſe in Chriſti laudes Virgo effudit. Cant. 5. à n. 10. *Dilectus meus candidus , & rubicundus electus ex millibus,* &c. Abſentia enim provocavit affectum , incendit amorem , ut ait Seneca ad Marcian, c. 17.

Cant. 5. *Senec.*

Ait Eliſæus ad Eliam : *Obſecro , ut fiat in me duplex ſpiritus tuus.* Cui reſpondit Elias : *Si videris me , quando tollar à te , erit ibi quod petiſti* 3. Reg. 2. n. 10. Et cur Elias tanti doni largitatem ad illud tempus reſervat , quando ab eo ſeparandus ſit, cur poſtulatum non ſtatim concedit , ſed illud differt ad ſui diſceſſus horam ? Eliſæus diligebat Eliam , ut chariſſimum parentem , ac amantiſſimum Magiſtrum ; Hinc magnus Elias poſtulatum donum , duplicem nempè ſuum ſpiritum , in ſui raptus occaſione diſponit ei concedere , ac ſi ad ſuſtinendam abſentiam , ac ſolitudinem ſui dilectiſſimi Parentis unus veluti ſpiritus , una anima; unaque vita non ſufficeret ; ſed ad tanti doloris vulnus ſupportandum , duplex exigeretur ſpiritus, anima, & vita , ut ſubſiſtat , ac vivat , & non pereat , & ideò cum diſcederet ab eo , hoc duplici ſpiritu , vult eum confortare , ac corroborare. 49.

3. Reg. 2. Ad quandã ſolitudinem ſuſtinendam duplex ſpiritus neceſſarius.

Præclarè ſanctus ſenex Simeon cum puerum Jesum reciperet in ulnas ſuas , ſic deprecatur, *Nunc dimittis ſervum tuum , Domine.* Luc. 2. n. 29. Cur tam affectuosè poſtulat dimitti , ac abſolvi à præſenti corpore. Si ipſe per ſpatia tot annorum inter ſpei anxietates vixit : *Erat expectans conſolationem Iſraël.* Cur poſt Chriſtum viſum non vult adhuc inter vivos demorari ; cum ipſe loco eſſet ſeparandus à Chriſto , ſic ex Chriſto viſo , ipſóque inter brachia amplexato , ex ejúſque colloquiis cum ipſo divino puero , tot vehementia deſideria perſentiebat in corde ſuo excitari , ut pro certo haberet , longiorem vitam , non vitam , ſed tormentum futurum. Inde poſtulat dimitti. D. Cyril. in catena Græca. *Simeon ſuſcepit illum in ulnas , ac ſuperna plenus dilectione , benedicit Deum dicens Nunc dimittis ſervum tuum.* Qui inter ſpei cruciatus longam vitam duxerat, inter deſiderii , ac amoris aculeos brevem agere ſe non poſſe exiſtimat ; quid inter tot deſideria, ac amoris affectus ageret Virgo ? D. Bernard. cit. de lament. *Gravius illi erat , vita vivere tali, quam diro gladio ſævè necari ab impiis. O grave martyrium ! ô frequens ſuſpirium !* 50.

Luc. 2. Vivit Simeon inter ſpei anxietates, non verò inter deſiderii aculeos. *Cyrill.* *Bern.*

QUÆSTIO IX.

Filio Jeſu ſepulto , Virgini Mariæ ſolitudo maximè doloriſera.

QVOMODO *ſedet civitas plena populo , facta eſt quaſi vidua Domina Gentium ? Non eſt , qui conſoletur eam ex omnibus charis ejus.* Thr. 1. n. 1. & 2. Per magnam admirationem quæ rendum eſt quomodo ſacratiſſima Virgo Maria, quæ eſt civitas ſancta Dei , *plena populo* , utpotè omnium populorum, ac gentium per ſuam eximiam pietatem Mater , advocata , ac patrona , Domina gentium , cum ſit Regina cœli, & terræ : Sedet ſola ſine filio ſuo Jesu. Cujus odor eſt ſicut agri pleni ? *quaſi vidua* , utpotè orbata filio ſuo , qui erat unica ejus ſpes ? *non eſt, qui conſoletur eam* , hoc ad cumulum doloris accidit , quod eſſet omnino expers conſolationis, & in nullo poſſet habere levamen , *ex omnibus charis ejus.* Nam amici , diſcipuli, ac devoti omnes ſunt dolore affecti , anguſtia , ac afflictione undique circundati , & quia tantus eſt dolor , quia nulla ſunt verba, nulla motiva, nullæque rationes, quæ ei medicamen , ac levamen poſſint afferre. 51.

Thren. 1. Vehemens dolor ſine conſolatione.

Sedet

52. Sedet ſola ut largius, & amarius fleret. Petrus
Luc. 22. ex ſuo peccato contritus, ait D. Lucas 22. n. 62.
Solitudo ad *Egreſſus foras flevit amarè.* Cur in atrio Pontifi-
lachrymas cis in cœtu hominum non commoratur, ſed fo-
apta. ras exiit, & ad ſpeluncam ſe recepit; ut eſt com-
munis traditio, & ſuo loco dixi. Paſchaſ. ait: *ut*
haberet liberum flendi locum. Ipſa enim ſolitudo
maximè ad mœrorem retinendum, ac ad lachry-
mas fundendas nota, ac opportuna eſt.

53. Hac etiam mente Jerem. 9. n. 1. cum ait; *Plo-*
Jerem. 9. *rabo die, ac nocte.* Statim ſubdit. *Quis dabit me in*
ſolitudine? Quid eſt, quòd cum tam largos lachry-
marum imbres promittit, ſtatim ſolitudinem ex-
optat? Scienter quidem vates ſolus eſſe cupit,
cum ſe ad fletum accingit, utpote ipſa ſolitudo
maximè ad lachrymas proportionatas D. Na-
Nazianz. zianz. orat. 15. *Solitudinem amplectitur, ut ab in-*
terna plaga levetur. Solitudinem ſic quærit, ut
maximè oculos figeret in plagas ſuas, in labores
ſuos, ac calamitates ſuas. *Ut ab interna plaga le-*
varetur. Virgo mater ſola domi flebat, & flebat
liberius, quò ſecretius. Meditabatur enim ſecum,
qua vi dolorum Chriſtus vitam ſuam finierat, &
quos ille clavos, ſpinas, verbera, ac ignominias
pertulerat, hos omnes clavos, ſpinas, & ignomi-
nias animo Mater ferebat. *Tuam ipſius animam*
pertranſivit gladius.

54. *Sedet ſola*, utpote mœrore, ac triſtitia confecta,
Præ triſtitia Amans maximè triſtis ſocium, & comitem exclu-
ſola. dit, & non admittit. Sepulto Jesu, cum aliis piis
fœminis tendit Magdalena ad ungendum ſacrum
corpus, nocte quidem, & inter milites cu-
ſtodientes ſepulchrum. *Ut venientes ungerent*
Marc. 16. *JESUM.* Marc. 16 num. 2. Et cur ſe domi
non continent? Exire domo cogit fœminas
D. Hieron. magnus Chriſti amor. D. Hieron. epiſt. ad Hedib.
q. 5. de Magdalena ait: *Domi enim ob ejus deſide-*
rium manere non poterat. At Virgo Mater, quæ
plus omnibus diligebat, pluſque omnibus dole-
bat: quare ſuo ſe claudit cubiculo, cur cum his
fœminis non pergit ad monumentum? Grandio-
ri affecta amore, grandiorique affecta dolore
ac mœſtitia, nullum aliarum conſortium, ac ſo-
cietatem admittebat, ſed omnium omnino de-
vitabat.

55. Jonas navigans in Tharſis, cum gravi tempe-
Joan. 1. ſtate premitur navis in mari, *Tunc deſcendit ad*
Triſtis alio- *interiora navis.* Cap. 1. n. 5. Urgente tempeſtate,
rum ſocieta- ac ſævientibus ventis, ſolent omnes navigantes
tem fugit. ad ſuperiora navis conſcendere, ut remis, ac velis
miniſtrandis dent opem; & ut tandem naufra-
gante navi, in una tabula poſſint habere reme-
dium ad ſalutem, qui eſt quod præter omnium
conſuetudinem Jonas deſcendit ad interiora, ac
D. Hieron. ſecretiora navis? D. Hieron. ibi. *Ideò deſcendit ad*
interiora navis, & triſtis abſconditur. Propheta
agnoſcens tempeſtatis gravitatem, illiúſque cauſã,
præ triſtitia, ac animi anguſtia etiam cum evidenti
vitæ periculo hominum cœtum fugit, & declinat,
occulta, & remota quærens. Virgo Mater latet, &
domo manet, ex magno mœrore concepto.

56. Tertiò *ſedet ſola* præ intima afflictione, ſoli-
tudo enim eſt tanquam crux quædam, in qua
anima veluti crucifixa ultimum halitum emittit.
Cum primus noſter parens eſſet collocatus in
Gen. 2. paradiſo, Ait textus Gen. 2. n. 21. *Immiſit Domi-*
nus Deus ſoporem in Adam. Hunc profundum
D. Aug. ſomnum contemplans D. Auguſt. lib. 12. contra
Fauſtum apud Lippoman. ait. *Miſit ſoporem in*
Adam, id eſt Deus Pater per crucis lignum mortem
in Chriſtum. In ſomno illo repræſentabatur mors
Chriſti in ligno, qualiſnam convenientia poteſt
conſiderari, ut ſomnus habeat cum morte, para-
diſus cum crucis ligno? Somnus placida requies,
mors anxietas dolorum; paradiſus ſuavis delitia-
rum copia, crux pœnarum compendium, quo-
modo ergo ſomnus in paradiſo, quædam extitit
repræſentatio mortis Chriſti in ligno? Perpende
textum, & invenies moraliſſimam rationem. Di- *Solitudo*
citur de homine. *Non eſt bonum, hominem eſſe ſo-* *quædam di-*
lum. Erat Adamus in paradiſo ſolitarius, abſ- *ra mortis*
que aliqua ſuæ ſpeciei ſocietate, & ſuavitas *crux.*
ſomni inter paradiſi delicias in ſolitudine, eſt ve-
luti repræſentatio quædam diræ mortis crux.
Per crucis lignum mortem in Chriſto.

Ait Job. 3. n. 14. quod Reges, & Principes terræ, 57.
qui ædificant ſibi ſolitudines; quòd Reges ædifi- Job. 3.
cent ſibi civitates, populos ad multiplicandum,
ac dilatandum ſuum imperium, hoc poſtulat hu-
mana ambitio; at quod ipſi ſibi ædificent ſolitudi- Pineda.
nes, hoc humana mens non capit. Pineda, Sanch. Sanchez.
interpretantur ſepulchra, ac ſi idem eſſet quære- Septuag.
re unam ſolitudinem, ac in uno monumento *Solitudo idem*
ſepeliri. *Qui ædificant ſolitudines.* Septuaginta *ac ſepulchrũ*
habent. *Qui gloriantur in gladiis*; ac ſi in vita in *& gladius*
ſolitudine ſit idem ac gladiis eam confodi, lon- *penetrans.*
gáque mors in tormentis.

In hac ergo ſua ſolitudine, ſacratiſſima Virgo 58.
erat veluti crucifixa cum Chriſto in patibulo
pœnarum, animáque illius dolorum gladiis
tranſverberata. *Tuam ipſius animam pertranſibit*
gladius. Ac tandem per maternum affectum cum
Chriſto clauſa. *Lectulus noſter floridus.* Cant. 1. Cant.ic. 1.
num. 15. Per lectulum hunc multi Chriſti ſepul- *Monumen-*
chrum intelligunt, & hic lectulus floridus dici- *tum commu-*
tur, nam Chriſti ſepulchrum erat in horto, ut *ne filio ac*
ſcribit D. Joan. 19. n. 41. lectulus non duplex, *matri.*
ſed unus & communis. *Lectulus noſter*, quia ſpe- Guillelm.
lunca hæc duos morientes excipit, unum verè
mortuum, alterum per affectum Guillelm. elegan-
ter ſic ait. *Lectulus ille tuus, in quo caro tua per*
triduum requieſcet, nonne & meus? Nempe per
maternum ero tibi commoriua affectum.

QUÆSTIO X.

Quare ſacri Evangeliſtæ in Paſſione Domini ſcribunt quòd piæ fœminæ plangebant, & lamentabantur Dominum, non ſic verò de B. Virgine narratur?

Cum meus Jesus ſuam crucem bajularet, 59.
ſcribit D. Lucas 23. num. 27 *Sequebatur* Luc. 23.
autem illum turba populi, & mulierum, quæ
plangebant, & lamentabantur eum. At de Virgine
Matre ait Joan. 19. *Stabat autem juxta crucem JE-* Joan.
SU Mater ejus. Ex quo ait D. Ambroſ. D. Ame- D. Ambroſ.
dæus citati cap. 17. q. 4. *Stantem lego, plorantem* Amed.
non lego. Cur nullus fletus, aut lamentatio Mariæ
dicitur, quando cæteræ mulieres plorabant, ac
lamentantes ſedebant? An quia minor dolor erat
in Matre, quam in cæteris? Abſit hoc.

Imò quia Virginis dolor erat ſupra omnes do- 60.
lores, tamque vehementer concutiebat omnia in-
terna viſcera, ſicque omnes internos affectus ra-
piebat, ut illorum comparatione externæ corpo-
ris partes, ſic apparerent, ac ſi nihil paterentur.

Arnold.

Pulchrè Arnoldus Carnotenſ. ſerm. de B. Virg. *Pectus maternum*, ait, *immanitate doloris arctatur, ſuſpirat intrinſecus, & erumpentes revocat lachrymas, & eò amplius anxietas intumeſcit quò prohibetur egredi, & per lamenta luctuſque diſſolvi. Emergebant quidem aliquando gemitus, ſed increpati reprimebantur, & collidebant ſe invicem introrſus, eratque in anima illa tempeſtas valida, occurrentibus ſibi procellis; & quaſi in ſartagine frixis medullis ebulliebant amaritudines, quas excoquebat, & coagulabat exacerbatio perſeverans.* Et ſi minor dolor in ploratum prorumpat, ille tamen maximus eſt, qui ſic totus interna præoccupat ut nullum gemitibus, ac ploratibus præbeat locum. *Pectus maternum immanitate doloris arctatur, ſuſpirat intrinſecus, & erumpentes revocat lachrymas.*

Pſal. 106. Hebr.
Dolor Virginis ſilentio venerandus.

61. Ait Regius Vates Pſalm. 106. num. 29. *Statuit procellam ejus in auram.* Ex Hebræo legitur. *Statuit procellam ejus in ſilentium.* Obiter dican Procella amaritudinum, dolorum, ac anguſtiarum B. Virginis in ſilentium, quòd potius magis ſilentio veneranda ſit, quàm verbis explicanda. Ad rem noſtram: *Statuit procellam ejus in ſilentium.* Exterius nempè, tanta fuit procella dolorum, ac afflictionum in anima, ac viſceribus Virginis, ut omnis locus externis ſignis denegaretur. Non enim erat Mariæ procella hujuſmodi, ut lamentorum fragoribus ſentiretur, ſed quæ intrinſecus ſæviens externa omnia immota referebat Citatus Arnold. ſic pergit loquens de B. Virg. *Verum illa tantarum procellarum ſalſuginem ebiberat, & clauſo tanti doloris tormento intrinſecus alium vultum exhibebat.*

Ingens dolor interius, & non exterius dat ſigna.

Arnold.

Jerem. 8.
Magnitudo doloris ſic comprimit cor ut exteriora ſubriſus videantur.

62. In vehementi ſua afflictione ait Jerem. 8. n. 18. *Dolor meus ſuper dolorem, in me cor meum mærens.* Super omnem dolorem Propheta exaggerat ſuum dolorem, ſed unde agnoſcendus eſt hic ſummus dolor, omnes alios dolores excedens? Radix Hebraica hoc nobis indicabit, nam pro verbo Græco dolorem ſignificante habet *Meidiama*, quod ſignificat illum dolorem, qui ſic totus corrodit interiora, ut illius comparatione, quæ exterius ſunt, videantur ſubridete. Ecce unde hic dolor ſuper omnes dolores, qui totus eſt interius, ut exteriora ſubridere videantur. D. Hieron. *In Hebræa non tam dolor eſt*, ait, *qui Græcè dicitur, Ordini, quam Meidiama, quod nos interpretari poſſumus riſum oris dolore contracti, & habentem riſus ſimilitudinem.*

D. Hieron.

63. Sacratiſſima Virgo tantis anguſtiis, ac doloribus affecta interius in corde ſuo, in omnibus tamen myſteriis paſſionis filii ſui tam intimè per affectum maternum erat cum eo, ut diceret. *Vadam ad montem myrrhæ.* Cantic. 4. n. 6. hoc eſt ad montem Calvarium, ad montem dolorum Chriſti, unde ſtatim, ac immediatè ab ſponſo grandes proferuntur illius laudes. *Tota pulchra es amica mea* n. 7. Theodoretus. *Quoniam ſciebat, ipſam ſecum eſſe crucifixum, rurſus commendat his verbis: Tota pulchra es.* Dicebat D. Bernardus ſermone 45. in Cantica. *Quam mihi decorus es, Domine mi, in ipſa hujus poſitione decoris?* Sic & dicamus nos. O Virgo Mater, quàm pulchra es nobis in ipſa nos pulchritudinis poſitione, inter tuos dolores!, & anguſtias, pro quibus auxiliare nobis.

Cant. 4.

Theodor.

D. Bernard.

LIBER

LIBER NONUS.

De glorioſa Chriſti Reſurrectione, ejuſque apparitionibus, uſque ad illius mirabilem Aſcenſionem.

CAPUT PRIMUM.

Jeſus mortis Triumphator glorioſè reſurgit.

Marc.16.n.1. Et cùm tranſiſſet ſabbatum Maria. Magdalene, & Maria Jacobi, & Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Jeſum.

Num.2. Et valdè mane unà ſabbatorum veniunt ad monumentum, orto jam ſole.

VERSIONES.

Syriacus.n.1. Et cum præteriiſſet ſabbatum, Maria Magdalene, &c. ut venirent eum uncturæ.

Arias. Peracto ſabbato.

Arabicus. Maria mater Jacobi, & Salome, emerunt aromata, ut venientes aromatizarent Jeſum.

Syriacus n. 2. Diluculo verò prima ſabbati venerunt ad domum ſepulchri, quum Sol eſſet exortus.

Theophylactus. Et ſummo diluculo diei primi ſabbatorum.

Vatabl. Valdè mane primo ſabbatorum.

ALTER TEXTUS.

Matth.28.n.1. Veſperè autem ſabbati, quæ luceſcit in prima ſabbati venit Maria Magdalene, & altera Maria videre ſepulchrum.

Luc.24.n.1. Una autem ſabbati valdè diluculo venerunt ad monumentum portantes, quæ paraverant aromata.

Joan.20.n.1. Una autem ſabbati Maria Magdalene venit mane, cùm adhuc tenebræ eſſent ad monumentum.

EXPOSITIO I.

CUM tranſiſſet ſabbatum. Sanctæ- 1.
fœminæ, ut patet ex Divo Mar- Marc. 15.
co 15. numero quadrageſimo ſeptimo obſervarunt, ubi Jeſus ſepeliretur, ut ad ſepulchrum redirent, JESUM que unguento perfunderent pretioſo: unguentoque compoſito redierunt, ſed non eadem die, quâ Dominus eſt ſepultus, id eſt feria ſexta ſub veſperi, quia non
ſuppetebat tempus illa die faciendi quòd op- Luc. 23.
tabant. *Sabbato quidem*; ut ait Divus Lucas *Opus præceptum ob devotionem non violandum.*
23. numero quinquageſimo ſexto. *Siluerunt ſecundum mandatum*; id eſt quieverunt, ceſſarunt ab opere, ac negotiatione, quia diei feſtivitas id poſcebat; Jeroſolymis enim dabatur ſignum è templo incipientis, ac finientis ſabbati, ut omnia ritè, ac ſuo tempore tractarentur. Sabbato tranſacto, ſequenti die in ſepulchrum aromata portantes pergunt. O magnum documentum! Pro illo tempore obſervatio ſabbati erat ex præcepto; ungere corpus devotionis opus; & ſanctæ mulieres præceptum, ob devotionis opus non violant.

Maria Magdalene, & Maria Jacobi, & Sa- 2.
lome. Joannes Evangeliſta unum enumerat Mag- Joan.
dalenam. D. Matthæus duas tantum. D. Marcus D. Matth. D. Lucas.
tres refert; D. verò Lucas plures videtur denotare. Cap. 14. n. 10. *Erat autem Maria Magdalene, & Joanna, & Maria Jacobi, & cæteræ quæ cum*
eis erant, quæ dicebant ad Apoſtolos hæc. Ad- Baron.
dit Baronius, non eſſe improbabile, quòd iverit etiam Martha. Simpliciter tamen dicendum, quòd tres fœminæ tantum ad monumentum properarunt, ut narrat D. Marcus, ſcilicet Magdalena, & Maria Jacobi Minoris, & Judæ mater Marc. 15. num. 4. Et Maria Salome Joannis Evangeliſtæ ac Jacobi Majoris parens: Si verò Matthæus
ſolum duas narrat, Joannes unicam ſolum Mag- Hugo.
dalenam ut ait Cardinalis Hugo *Non tamen negat, alias veniſſe.* D. Lucas non ſcribit, quòd illæ fœminæ iverint ad corpus Domini ungendum; ſed ſolum, quòd dicebant ad Apoſtolos hæc: Audita nempè die Reſurrectionis à ſanctis tribus illis mulieribus.

Emerunt aromata; quæ ut advertit Carthuſian. 3. Carthuſ.

non

Munus in obſequio quilibet per ſeipſum exhibeat. non poterant emere, die ſabbati perdurante, ſed veſpere facto, in quo ſolemnitatis magnitudo finiebatur, ex quibus paraverunt unguenta, ut venientes ad ſepulchrum, nempe relicta civitate ſacrilega, hoc obſequium præſtarent corpori Jesu. *Ungerent JESUM.* Non mittunt, qui ungant: ſed veniunt ipſæ, id enim quod quilibet præſtare poteſt in Dei obſequium, per ſeipſum exhibeat, & aliis præſtandum non committat.

4. *Et valdè manè.* Summo mane; *Una ſabbatorum.* Hoc eſt prima die hebdomadæ, nempè die Dominica, nam apud Hebræos Hebdomada dicebatur ſabbatum, ſeu ſabbata, ut dicam q. 2. Unum apud Hebræos, idem eſt ac primum. Gen. 1. n. 5. *Factum eſt veſpere, & mane dies unus.* Aggæi 1. n. 1 *In die una menſis.* Id eſt, in die prima. Nam prima dies ſabbatorum, ſeu hebdomadæ una eſt. *Veniunt ad monumentum.* Cum unguentis, quæ pridie veſperi paraverant. *Orto jam ſole.* Seu ut habet Syriacus *Cum Sol eſſet exortus*: hoc eſt cum ad Solis exortum in orizonte jam cœlum albeſceret, ex Orientis parte ut ſolet fieri in aurora, ut citata q. ex D. Auguſt. ac aliis dicam. Et tamen ſummo mane veniunt mulieres, utpotè fervidæ in amore, qui diu moras trahere non permittebat, honeſtatis affectu, ut hominum oculos, ac congreſſum vitarent, Religionis impulſu, ut Deo placerent, & magno prudentiæ judicio, unde dicebant: *Quis revolvet nobis lapidem?* Et tandem ut maximè beneficiis acceptis gratæ.

Gen. 1. Aggæi. 1. Syriac. D. Auguſt. *Virtutum ornatus in mulieribus.*

QUÆSTIO I.

Tota glorioſæ Reſurrectionis Jeſu Chriſti ſeries, à qua omne noſtrum bonum explicatur.

5. *Quot horis corpus Chriſti fuit in ſepulchro.* MEus Jesus mortuus eſt feria ſexta hora pomeridiana, illicò quoad animam deſcendit ad inferos, id eſt limbum Patrum; corpus verò Chriſti è cruce depoſitum fuit lotum & ſindone involutum, hora ferè quinta poſt meridiem, ita ut ante noctem (erat enim nox ſabbati in qua quieſcendum erat Judæis ab omni opere) ſepultus fuerit. Ex quo patet, quod Chriſtus fuerit in inferno per 36. circiter horas. In ſepulchro verò 34. tot enim invenies, ſi numeres à tertia hora pomeridiana feriæ ſextæ uſque ad horam tertiam poſt mediam noctem Dominicam. Chriſtus reſurrexit prædicta hora tertia ante auroram ut ex D. Auguſt. & aliis dicam quæſt. ſequenti, erat enim tunc nox æqualis diei, ſcilicet 12. horarum, quia erat circa æquinoctium. Unde valdè mirum eſt, quod D. Auguſt. lib. 3. de Trinit. c. 6. à Chriſti morte uſque ad ejus reſurrectionem numeret horas 40. à ſepultura verò uſque ad reſurrectionem 36. fortè ſanctus Doctor numerat prædictas 40. uſque ad manifeſtationem Reſurrectionis factam mulieribus.

D. Auguſt.

6. Tunc Chriſtus, ut ingreſſus eſt in limbum, ſtatim Adæ, Abrahæ, Davidi cæteriſque Patribus, ac Prophetis oſtendit, non tantum animam ſuam, ſed & divinitatem ei conjunctam: eoſque illico viſione divinitatis ſuæ beavit, indeque infernus, erat quaſi cœlum. Unde Chriſtus dixit Latroni, ituro cum ipſo ad limbum: *Hodie mecum eris in paradiſo.*

7. Pro hujus rei majori intelligentia ſuppono quòd apud inferos quatuor ſint receptacula animarum, limbus Patrum, Purgatorium, locus puerorum, qui peccato originali contaminati è vita diſcedunt, & locus damnatorum, ex loco damnatorum ac puerorum, qui in originali obierunt, nullum liberavit Chriſtus. Ex limbo Patrum omnes eduxit & etiam ex peculiari privilegio, animas Purgatorii ab ignibus eripuit, ut multis placet, & mihi eſt probabile: in die mortis Chriſti, deſcenſuſque ejus ad inferos tantam indulgentiam illis animabus conceſſam, ut à cruciatibus liberarentur, ex ſumma Chriſti pietate, licet exiſtimare.

Probabile quod animæ purgatorii exierint.

8. Sub horam nonam noctis Dominicæ, ſeu ſub horam tertiam poſt mediam noctem, egreſſus eſt Chriſtus cum Patribus ex limbo, & etiam cum animabus Purgatorii ut eſt probabile, hoc ampliſſimo comitatu venit ad ſepulchrum, ibique eis oſtendit totum ſuum ſacratiſſimum corpus defiguratum, cruentum, vulneratum clavis, lancea, flagellis, ſpinis, pro ſalute generis humani; omneſque illæ animæ ſanctæ ſacrum illud cadaver reverenter adoraverunt, tunc corpus illud ſacratiſſimum divinitus ab omni ſanguine, livore, ac unguento purificatum eſt, rurſum vel miniſterio Angelorum, vel divina virtute ſanguis Chriſti offuſus in horto, flagellatione, ac cruce, & per iter ſparſus collectus eſt, ac rurſus venis corporis inditus, ſicut & capilli avulſi collecti, & ſuis locis appoſiti fuerunt. Tunc anima Chriſti glorioſa illud ſacratiſſimum cadaver introiens, ſibique veniens animavit, vivificavit, ac glorificavit, gloriamque ſuam veluti Sol per radios in illud transfudit, præſertim in quinque plagas quæ cæteris membris ſplendidius fulgebant.

Sanguis, & capilli reſtituti corpori Chriſti.

In ſole poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Pſ. 18. num. 6. Chriſti anima in illo ſanctiſſimo corpore habitavit, tanquam in ſuo tabernaculo radiante, tanquam Sole, ſeu ut verius dicam ſplendidiore Sole. Tunc Chriſtus magna feſtivitate, gaudio, ac exultatione tanquam ſponſus proceſſit de thalamo ſuo, de recubitu ſuo ſepulchri. 9.

Pſalm. 18. *Gloria corporis Chriſti*

Illico multi ſancti è Patribus antiquis reſurrexerunt cum ſuis corporibus, ut ſupra dixi ad c. 27. Matth. n. 53. qui maximè Chriſtum Dominum magna reverentia, ac veneratione adoraverunt, quam adorationem horum patrum, qui cum Chriſto ſurrexerunt, multi exiſtimant denotari in illa profunda, & alta reverentia, qua viginti quatuor ſeniores, ad pedes agni proſtrati *mittebant coronas ſuas ante thronum.* Apoc. 4. n. 10. tanquam confitentes Chriſtum auctorem, ac largitorem totius ſuæ gloriæ, eique, ejuſque meritis omnem eorum reſurrectionis pompam referentes. Andreas Cæſar ſic ait. *Tu Domine victoriarum coronarum Auctor, & largitor extitiſti; quamobrem ab univerſa creatura gloria, & gratiarum actio jure merito tibi debetur.* 10.

Matth. 27. Apoc. 4. Andr.

A Chriſti reſurrectione omnis noſtra reſurrectio, ac gratiarum, & bonorum affluentia eſt, de civitate ſancta ait Regius Vates Pſalm. 45. n. 6. *Adjuvabit eam Deus mane diluculo*; ſeu ut alii legunt in *Aurora*, ſeu *matutino tempore*, & cur mane diluculo, ſeu in aurora promittitur Dei auxilium profecturum in civitatem ſanctam? quia tali tempore prævidebatur futura Chriſti reſurrectio, & ab eo tempore, ex quo Chriſtus à lacu mortis redivivus cœpit apparere, omne auxilium, ac adjuvamen dimanavit in Eccleſiam, ac ejus 11.

Pſal. 45. *A Chriſti reſurrectione omne auxilium in nos.*

D. Baſil. ejus fideles, ut ad bona promoveantur. D. Baſilius ibi: *Quoniam diluculo*, ait, *reſurrectio futura erat: adjuvabit eam Deus mane diluculo, hoc eſt victoriam contra mortem de tertia matutina confecit.*

12. Vidit Joannes quatuor animalia, quæ Deo dabant gloriam, & honorem. Et ſubdit. *Et animal primum ſimile Leoni, ſecundum animal ſimile vitulo, & tertium animal habens faciem quaſi hominis, & quartum animal ſimile aquilæ volanti.* Apoc. 4. Apocal.4 num. 7. Chriſtum Dominum in his quatuor
Synaït. animalibus denotari, multorum eſt ſententia, cum
In reſurrectione manifeſtatur Chriſti majeſtas. quibus eſt D. Anaſtaſ. Synaïta lib. 4. in Hexamer. nam Chriſtus Dominus in Incarnatione fuit homo, in Paſſione vitulus multa ſuſtinens, in Reſurrectione Leo vincens, in Aſcenſione Aquila volans in ſublime. Cur ergo Leo in primo ponitur loco? Nam ſi ordo myſteriorum obſervandus eſſet, primus debebat poni homo, in quo exprimitur Incarnatio: ſecundus vitulus denotans paſſionem; tertius Leo deſignans reſurrectionem. Cur ergo Leo primum obtinet locum? Meritò ſanè; nam Leo ſignificabat triumphantem Chriſti Reſurrectionem de diabolo, mundo, morte, ac omnibus vitiis. *Vicit Leo de tribu Juda.* Inde ei aſſignatur primus locus. Nam reſurrectio eſt primum myſterium, in quo maximè ſeſe declaravit, ac oſtentavit Chriſti majeſtas in toto mundo. In Incarnatione divini-
Iſai. 45. tas abſcondita erat in Chriſto. Unde ait Iſai. 35. n. 15. *Verè tu es Deus abſconditus.* In paſſione maximè abſcondita fuit divina omnipotentia. *Cornu in manibus ejus, ibi abſcondita eſt fortitudo ejus.*
Habac. 3. Habac. 3. n 4 At in reſurrectione maximè Chri-
Reſurrectione Chriſti corroboratur noſtra ſpes gloriæ. ſti majeſtas tantis glorioſis dotibus, ſignis, ac ſplendidis manifeſtationibus ſeſe declaravit, ac patefecit Reſurrectio fuit primum, ac ſublime myſterium, quo maximè corroboratur omnis noſtra ſpes, quia ſi Chriſtus reſurrexit, & nos reſur-
1. Cor. 15. gemus, juxta illud Pauli 1. Corint. 15. n. 12. *Si autem Chriſtus prædicatur, quod reſurrexit à mortuis; quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam reſurrectio mortuorum non eſt?* Reſurrectio Chriſti cauſa exemplaris noſtræ reſurrectionis, de quo
Suar. latè agunt Theologi in 4. diſt. 43. 44. 45. quos citat ac ſequitur Suar. to 2. ad 3. par. diſp. 50. ſect. 5. & 6. quia ergo à Chriſti reſurrectione noſtra ſpes maximè excitatur ad gloriam aſſequendam, inde Leo eſt in primo loco. In rem noſtram.

13. Vel Leo primum animal nominatur, quia videbat Joannes, per reſurrectionis prædicationem, converſionem mundi futuram juxta illud Pauli
1. Cor. 15. 1. Corint. 15. n. 14. *Si Chriſtus non reſurrexit, ina-*
Reſurrectione trahitur orbis ad Chriſtum. *nis eſt ergo prædicatio noſtra, inanis eſt fides noſtra.* Inde facies Leonis primò ponitur, quia quamvis primus ordine ſit homo, primus tamen
Ansbert. virtute ad trahendas gentes eſt Leo. Ansbertus, qui proponens hoc dubium, cur primum animal Leo dicitur? Sic ſolvit dubium. *Attende*, ait, *unde in Chriſtum maximè mundus credidit: & tunc cognoſces, quare Leonem primum poſuerit Joannes: non enim idcirco, in eum crediderunt populi quia vel natus, ut homo, vel occiſus ut vitulus, ſed quia poſt mortem ſurrexit, ut Leo, quia ergo per id, quod à mortuis ſurrexit, mundum in ſe compulit credere, rectè Joannes animal primum Leonem dixit* De his iterum quæſt. ſequenti.

QUÆSTIO II.

Explicatur, & concordatur textus Evangeliſtarum, Clariſſimaque dies, ac hora Reſurrectionis.

Pro exacta declaratione textus, duo expli- 14.
canda ſunt. Primò methodus ſcribendi *Explicatur, textus Matthæi.*
Evangeliſtarum; ſecundò tempus, quo fœminæ ad monumentum venerunt; & quantum ad primum præcipua difficultas eſt in textu D. Matth. qui ita ſcribit: *Veſpere autem ſabbati, quæ luceſcit in prima ſabbati.* Circa hæc verba, eorumque intelligentiam multæ ſunt ſententiæ, quas referunt recentiores, quæ ſententiæ magnam habent difficultatem, & obſcuritatem: facillimè juxta communem Patrum ſenſum rem explico. Pro quo duo nota

Primò, quod Hebræi noctem vocabant veſpe- 15.
ram, nam juxta radicem Hebraicam idem eſt *Veſper id eſt nox.*
veſpera, ac obſcurare, ſeu obtenebreſcere. Unde
Habac. 1. n 8 *Lupi veſpertini*; id eſt nocturni. Habac. 1.
Pſalm. 29 n 6. *Ad veſperum demorabitur fletus,* Pſal. 29.
& ad matutinum lætitia. Id eſt fletus erit in nocte. Ita D. Auguſt. lib. 3. de conſenſu Evang c. 14 Auguſt.
ſic ait. *Veſper enim eſt nox quam lux terminat.* Et iterum. *Sic itaque dictum eſt veſpere ſabbati, ac ſi diceretur, nocte ſabbati*, quod ipſe latius ex- Proſp.
plicat. Idémque docet D. Proſper in ſentent. 203. Theoph.
& hic Theoph. Euthym. D. Thom & alii. Euthym. D. Thom.

Secundò notandum cum D. Hieron. epiſt. ad 16.
Hedib. q. 4. quòd Hebræi totam hebdomadam Hieron.
ſabbatum vocabant, juxta illud Luc. 18. n. 2. *Je-* Luc. 18.
juno bis in ſabbato, à ſabbatoque [tanquam die *Hebræi à ſabbato numerabant dies.*
principali cæteros numerabant; dicebaturque ab eis prima ſabbati, ſecunda ſabbati, tertia ſabbati, ſicut à nobis dicitur feria ſecunda, feria tertia, feria quarta.

Hoc poſito Clariſſimus eſt textus; veſpere autem 17.
ſabbati, hoc eſt in nocte, quæ ſequebatur ſabbatum, *Explicatur textus Matthæi.*
quæ luceſcit in prima ſabbati, id eſt primo die poſt ſabbatum, quæ luceſcit poſt ſabbatum, & fortè Matthæus de tali veſperi facit mentionem, quia nocte illa ex emptis aromatibus paraverunt mulieres unguenta: nec cum his pugnat, *quæ luceſcit in prima ſabbati*, Videbatur dicendum, qui veſper, nam veſper maſculini eſt generis, tamen teſte Calepino apud multos, fœminei eſt etiam generis.

Quantum ad tempus, quo ſanctæ hæ mulieres 18.
ad ſepulchrum venerunt, magna eſt quæſtio. Nam *Tempus quo mulieres venerunt.*
D. Matth. ait *Veſpere autem ſabbati*, id eſt in nocte ſabbati D. Joannes, *Venit Magdalene mane, cum* Joan.
adhuc tenebræ eſſent, D. Lucas, *valdè diluculo ve-* D. Luc.
niunt D. Marcus, *valdè mane, orto jam ſole.* Reſ- D. Marc.
pondent primò noſter D. Dionyſius Alexandr. Dionyſ. Alexand.
epiſt ad Baſilid. Montan. quòd tenebræ erant, Montan.
cum mulieres egreſſæ ſunt è domo venerunt autem ad monumentum orto Sole, ut habet Marc.

Aliter reſpondet D. Auguſt. lib 3. de conſenſu 19.
Evang cap. 23 ut componat illud Joannis. *Ma-* Auguſt.
ne, cum tenebræ eſſent, & illud Marci: *Valdè mane orto jam ſole*: Sic ait ſanctus Doctor Oriente jam Sole, *hoc eſt, cum cœlum ab Orientis parte albeſceret, quod non ſit, niſi ſolis Orientis vicinitate.* Erat enim tunc aurora, ſive diluculum, quando nondum Sol apparebat, ſed ex ejus exortu, ac advento in horizonte, cœlum ex parte Orientis jam incipiebat albeſcere, quod quando fit

adhuc aliquæ in aëre extant tenebræ, nam aurora confinium eſt lucis, & tenebrarum.

20. Chryſol. *In hac die Sol exortum acceleravit.*

Aliam cauſam aſſignat D. Petrus Chryſologus ſermon. 2. de Reſurrect. Sol in hac die exortum ſuum anticipavit. *Erant*, ait, *juxta naturam tenebræ, & tamen dicitur, orto ſole, quia eo die* (quo Chriſtus reſurrexit.) *Sol quaſi Chriſto reſurgenti congratulans, antelucanus fuit, & prius ſolito exortus eſt.* Ait Regius Vates Pſ. 138. n. 12. *Nox ſicut dies illuminabitur, ſicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus.* Quod de ſacratiſſima Reſurrectionis nocte interpretatur noſter Incognit. *Prævidens*, ait, *Pſalmiſta tempus Chriſti paſſionis, & reſurrectionis, quod ſcilicet tempore paſſionis lux diei per tres horas obſcuraretur, volens Chriſtus ſatisfacere lumini diei amiſſo in ſua reſurrectione, per tres horas illuminavit noctem, ſic quòd Sol ante tempus, ſecundùm curſum naturæ debitum, per tres horas ante ſurrexit.* Ab hac conſideratione non diſtat ſanctus Maxim. hom. de reſurrect. *In reſurrectione*, inquit, *Chriſti, elementa omnia gloriantur: nam, & ſolem ipſum arbitror in hac die ſolito clariorem fuiſſe.*

Pſal. 137.

Incognit. *Sol ſeſe anticipavit ad recompenſandum defectum in Chriſti morte.*

S. Maxim.

21. Hieron. Euthym.

De hora Reſurrectionis ait D. Hieron. epiſt. ad Hedibiam, quæ ait. *Reſurrexit hora, qua ipſe voluit, quæ nulli mortalium eſt cognita.* Euthym. hoc loco. *Quando Chriſtus reſurrexit, nullus Evangeliſta indicavit, ſolus enim hoc novit, qui ſolus ſurrexit.* Tamen hoc feliciſſimum tempus extitit Aurora, ut Eccleſia canit: *Aurora lucis rutilat, cum Rex ille fortiſſimus, victor ſurgit de funere.*

Hym. Eccl.

QUÆSTIO III.

Feſtivus, ac clariſſimus, Reſurrectionis dies magis explicatur.

22. D. Matth. *In die Reſurrectionis expellitur nox, & lux fulget.*

Ait D. Matthæus 28. numer. 1. *Veſpere autem ſabbati, quæ luceſcit in prima ſabbati.* Veſper finis eſt diei, non initium, veſper idem eſt ac nox, ut dixi ſuperiori quæſt. Nox tenebras, non lucem diffundit, quomodo ergo ait Evangeliſta, quòd veſper illuxit in clariſſimam lucem? aderat tempus ſacratiſſimæ reſurrectionis, & inde expulſis tenebris cuncta reſplendent in luce; Nox obſcuritas, ac tenebrarum caligo, triſtitiæ, ac mœſtitiæ ſignum, claritas, ac ſplendor, lætitiæ nota; inde in Reſurrectionis tempore tenebræ exulantur, apparet lux, & fulgor, ut cuncta feſtivis gaudiis ſuo creatori inſerviant. D. Chryſolog. ſerm. 74 *Veſpere autem ſabbati, quæ luceſcit in prima ſabbati*; ſic ait: *Hæc neſcit lux ſæculi, hòc non habet mundi uſus, veſper finit, non inchoat diem, tenebreſcit veſper, non luceſcit, non in auroram vertitur: quia lucis ortum ignorat. Veſpera mater noctis parturit diem, radiat de novitate myſterium, anhelat creatori ſuo ſervire: non tempori* Stupendum prodigium, mutatur rerum ordo, ut veſpera principium ſit diei, & noctis obſcuritas mutetur in lucis fulgorem. *Anhelat creatori ſuo ſervire non tempori.* Et D. Ambroſ. in Pſ. 118. *Veſper*, ait, *qui in profundam ſemper caliginem vergit totam tunc Chriſtus tetendit, & erexit in lucem.* Vide ſuperiori quæſt. n. 20.

D. Chryſ.

D. Ambr.

23. *Hac die, ex nocte prodiit lux.*

In quæſtionem voco: Cur cum corpus Chriſti jaceret in ſepulchro, anima Chriſti ingrediens, ibi eum animavit, ac vivificavit? cur non extrahitur divina virtute à ſepulchro, ſed ibi ſacratiſſima anima illa animatur, ut à ſepulchro ſplendidè triumphans reſurgat? D. Hilarius Arelatenſis homil. 1. de Reſurrect. *Exulta cœlum*, ait, *& lætare terra, dies iſta amplius ex ſepulchro radiavit.* Ac ſi ab horrore ſepulchri, & mortis manſione, tanquam à parente, nova nativitate fulgor ſplendoris exoriretur.

D. Hilar. Arel.

Chriſtus Dominus reſurrexit die Dominica, ut tenet Eccleſia, & apertè colligitur ex textu Evangeliſtarum, ut dixi ſuperiori quæſt. & communiter docent ſancti Patres D. Clemens lib. 5. cap. 16. D. Ignatius in epiſt. ad Trallianos. D. Auguſtin. ad finem Pſalm. 58. Cur dies Dominica ad tantum myſterium eligitur potius, quam ſabbatum, vel feria ſecunda, ſeu tertia? Dies Dominica fuit prima dies creationis, in qua Deus creavit lucem, in qua propulſata confuſa caligine tenebrarum, novus lucis ſplendor enituit in mundo, ſic in regeneratione reſervatur Dominicæ diei novus ſplendor lucis, & gloriæ, Chriſto reſurgente, ut effulgeat in orbe. Sedulius lib. 4. Paſchal. 24.

D. Clem. D. Ign. D. Auguſt. Gen 1. *Cur reſurrectio die Dominica.*

Sedul.

Cœperat interea poſt triſtia ſabbata felix
Irradiare dies, culmen cui nominis alti
A Domino dominante trahit, primùſquè videre
Promeruit naſci mundum, atque reſurgere
Chriſtum.

25. Apoc. 22. Arab. *Fulgens Chriſti reſurrectio magnos nobis vitæ ſplendores indicat.*

Apocal. 22. n. 16. ait Chriſtus *Ego ſum JESUS, ego ſum radix, & genus David, ſtella ſplendida, & matutina.* Arabicus. *Stella matutina lucida, vel ſtella, quæ oritur in mane.* Maximè dubitabis, cur Jesus ſe ſtellam ſplendidam dicit, cum ſit ipſemet Sol juſtitiæ illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum? Et creſcit dubium, cur ſolum ſe ſtellam matutinam nuncupat, cum omnibus inſtantibus diei, ac noctis non ceſſet fideles illuſtrare. Stella matutina, ſive aurora apparet expellens noctis tenebras, & ſplendida luce nitens, ſolem, ac clarum diem indicans. Hinc Chriſtus Jesus dicitur ſtella matutina, nam in ſacratiſſimo mane ſuæ Reſurrectionis, apparuit tenebras mortalitatis diſſipans: illuſtriſſima, & divina luce fulgens, nobiſque novos, ac perennes gloriæ, ac beatitudinis ſplendores demonſtrans, Ansbertus. *Sic*, ait, *Redemptor noſter, dum extrema mortalitatis noſtræ tempora reſurrectionis ſuæ luce perfudit, naturæ quoque noſtræ innovatione mane in proximo demonſtravit, ad quod utique pervenientes etiam nos ipſi perfecta dies in æterno die erimus? An non ſtella ſplendida: & matutina nobis factus eſt, qui diſcuſſis mortalitatis noſtræ tenebris, nova vita fulgens, diluculo, ab inferis reſurrexit?*

Ansbert.

Iſraëlitæ mare rubrum tranſierunt, poſt eos ingreſſi ſunt Ægyptii, ait Textus. *Jamque advenerat vigilia matutina, & ecce reſpiciens Dominus ſuper caſtra Ægyptiorum, interficit exercitum eorum.* Exod. 14. n. 24 Quod cum vidiſſent Iſraëlitæ. Exod. 15. n 1. tunc cecinit, Moyſes & filii Iſraël, *carmen hoc: Cantemus Domino: glorioſè enim magnificatus eſt.* Similiter & Maria ſoror Moyſis ſumpſit tympanum in manu ſua, & ſimiliter omnes mulieres in tympanis, & choris præcinebant: *Cantemus Domino glorioſè magnificatus eſt.* Ibidem n. 20. Cur modo hæc victoria tam feſtivis demonſtrationibus celebratur, ac decantatur? Multas, & illuſtriſſimas victorias habuit Moyſes in deſerto. Deſtruxit Amalechitas Exodi 27. n 13 debellavitque, ac devicit Chananæum. Num. 21. n. 3. ſuperavitque Amorrhæos & Og regem Baſan, ibidem n. 34. & tamen in nulla 26.

Exod. 14. Exod. 15.

Exod. 27. Num. 21.

ex his victoriis aliqua feſtivitas, vel cantus legitur peractus: cur modo poſt tranſitum maris rubri tantus applauſus? Perpende tempus. *Jámque advenerat vigilia matutina.* In hac aurora, ac vigilia matutina prævidit Moyſes ſpiritu prophetico vigiliam matutinam Reſurrectionis Chriſti, in qua ipſe tranſacto mari rubro ſuæ paſſionis, devictiſque hoſtibus noſtræ mortalitatis, noſtrorúmque peccatorum, ipſe glorioſus, victor triumphavit, & ubi adfuit umbra Reſurrectionis Chriſti, inter cætera, quæ celebranda ſunt, hic dies ſolemnizandus venit cum omni feſtivitate, tympanis, choris, ac cantionibus; pro quo etiam magis nota; quod in nativitate dicitur Chriſtus magnificatus eſt; *Magnificatus eſt Rex pacificus* at in Reſurrectione non ſolum dicitur magnificatus ſed additis ſplendidiſſimis titulis. *Glorioſè magnificatus eſt.* Origenes hom. 6. ſic doctè, ait. *Quaſi non ſufficeret dicere, magnificatus eſt, addit glorioſè magnificatus eſt, etenim aliud eſt magnificari, aliud glorioſè magnificari, nam cum Dominus meus JESUS carnem ex Virgine Maria pro noſtra ſalute ſuſcepit, magnificatus eſt quidem, quia venit quærere, quod perierat, non tamen glorioſè magnificatus eſt. At quando reſurrexit, certè tunc glorioſè magnificatus, quia tunc & fœminæ exultant, & viri ad lætitiam invitantur, & totus orbis tripudiare jubetur.*

In die Reſurrectionis Domini glorioſa feſtivitas.

Origen.

27. Ait Regius Vates Pſal. 56. n. 9. *Exurge Pſalterium, & cithara: exurgam diluculo.* D. Hier. *Mane.* Græcus. *Matutinis*, alii multi *in Aurora.* Cum ait ſurgam diluculo, ſeu matutino tempore, Chriſti reſurrectio denotatur, quæ diluculo, ac in aurora fuit. N. Incognitus. *Quia Chriſti reſurrectio diluculo celebrata fuit.* Quid tunc ad hæc expoſtulat? *Exurge pſalterium, & cithara?* En fiat feſtivitas, reſonent muſica inſtrumenta, perſonent voces ſuaviter modulantes, & totus orbis omni feſtivitate applaudat.

Pſal. 56.
D. Hieron.
Græcus.
Incognit.
In die Reſurrectionis magna feſtivitas.

QUÆSTIO IV.

Quare non Apoſtoli, ſed mulieres primæ vadunt ad ſepulchrum, eliguntúrque ad ferenda reſurrectionis nuntia?

28. RESpondet Primò eleganter D. Chryſol. ſerm. 79. *Non poſtponuntur Apoſtoli fœminis, ſed ad majora ſervantur: fœminæ obſequium Chriſti ſuſcipiunt, Apoſtoli Chriſti ſuſcipiunt paſſiones: illæ portant aromata, iſti flagella, illæ intrant ſepulchrum, iſti carcerem; illæ obſequium feſtinant, iſti pervolant ad catenas: infundunt illæ oleum, iſti ſanguinem fundunt. Quid multa? Reſident illæ domi: ad acies iſti tendunt.* Quanta hæc ſolicitudo fœminarum pro JESU? Illæ vigilant, ut aromata deferant JESU defuncto, minime id præſtant Apoſtoli, ſed domi ſedent, cum illæ pergunt ad monumentum? Sed quia hæc non præſtant Apoſtoli, minoris virtutis ſunt? abſit. Hæc eſt diviniſſima Dei ſapientia quæ electorum viribus accommodat munera commiſſa, ne fortiores implicentur in minimis, ſed ad præſtantiſſima proſiliant, & ne infirmiores impar onus ſuſcipiant cui ſuccumbant, ad aromata conficienda, molliaque obſequia præſtanda mulieres aſſumuntur, utpote fragilioris conditionis: at ad peragenda negotia ſanguinis, & pulveris, ad carceres, flagella, ac prædicationem totius orbis, viri utpote animo robuſtiores aſſumuntur.

D. Chryſ.
Munera juxta uniuſcujuſque capacitatem diſtribuenda.

29. Ait Divus Lucas 13. n. 19. *Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis quod acceptum homo miſit in hortum ſuum.* Opus arboris alendæ, ac excolendæ viro committitur. De fermento verò ſtatim ſubditur. n. 21. *Simile eſt fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſata tria.* Animus infirmus mulieris ad pulverem aromatum, ac farinæ deſtinatur, virilis verò utpotè fortis, ac robuſtus, ad agrum excolendum. Divus Chryſologus ſerm. 99. *Vir in agro ſynapis arborem ſerit domi, mulier fermentum procurat, & panes præparat alimoniæ, quia virum foris expectat labor, intus mulierem domeſtica cura conſtringit.*

Luc. 13.
Officia proportionata cujuſlibet viribus.
D. Chryſ.

30. Secundò. Idem. Divus Chryſologus citato ſermon. *Non eſt ergo mirum*, ait, *ſi ad lachrymas, ad funus, ad ſepulchrum, ad obſequium Dominici corporis fœminæ ardentiores Apoſtolis ſic videntur, ubi mulier prima cucurrit ad lachrymas, quæ prima cucurrit ad lapſum.* Sepulchrum res luctus, & lachrymarum, meritò ergo mulier, quæ prima cucurrit ad culpam, nunc cucurrit ad luctum, ac lachrymas, quia peccatum ſemper involvit ſecum annexas lachrymas, & optima ſanè eſt diſpoſitio, ut qui primus fuit in lapſu, primus ſi in lachrimis. *Ubi mulier prima currit ad lachrymas, quæ prima cucurrit ad lapſum.*

D. Chryſ.
Prima ſit in lachrymis, quæ prima fuit ad culpam.

31. Tertiò. D. Auguſtinus ſerm. 17. de temp. *Quod Chriſtus*, ait, *tertia die ab inferis reſurrexit; primum mulieres per Angelum adorantes accurrunt, quibus ideò jubet reſurrectionem Apoſtolis nuntiare ut homini oſtenderetur; ecce per quam cecidiſti in mortem per ipſam vobis reſurrectio mortuorum nuntiatur, mulier enim quia prior guſtaverat, prior etiam Reſurrectionem vidiſſe monſtratur, ut ne perpetui reatus apud virum opprobrium ſuſtineret, quia quæ culpam nobis transfuderat, transfudit & gratiam:* mulier quæ olim mortis guſtum detulit, vitæ præconia nunc deferat, & quæ olim malè cauta, mortis fuerat magiſtra, vitalem nunc tradat diſciplinam, reſeratáſque vias vitæ nuntiet, ut opprobrium culpæ, quod olim intulit viro, nunc diluat deferens reſurrectionis glorias. *Quæ culpam nobis transfuderat, transfudit & gratiam.* Ut ab antiqua injuria mulier vindicaretur infra in hoc c. q. 17. num... Vide tom. 3. cap. 28 q. 8 n. 53. tom. 1. lib. 1. cap. 5. q. 4 n. 6.

D. Auguſt.
Mulier diluat opprobrium, quod viro intulit.

32. Quartò. Mulieres primæ tendunt ad monumentum, inde illis reſurrectio Chriſti prius annuntiata eſt, quòd hoc illæ pro ſua, ac religioſa ſedulitate promeruerunt, quemadmodum & nativitas Domini, primo eſt paſtoribus patefacta, quod illi ſua ſimplicitate, & vigilantia conſequuti eſſe videntur.

Pia diligentia multum promeretur.

33. Quintò. Mulier ut tacendi impatiens, ita nuntia publicandi avidiſſima; inde mulieres deſtinantur, ut primæ reſurrectionis myſterium agnoſcentes, illud citiſſimè evulgent, & annuntient, cum exploratores Iſraël reciperentur in Jericho à Rahab, & per feneſtram demiſſi ab ipſa, ſalutem ſpondent, ea tamen conditione. ut eos non prodat. *Quod ſi nos prodere volueris, & ſermonem iſtum proferre in medium, erimus mundi ab hoc juramento.* Joſuë 2. n. 17. ubi Abulenſ. q. 55. *Nondum erant ſecuri exploratores de Rahab*; Exploratores apertè intuentur mulieris pietatem, charitatem, ſolicitudinem, ac fidem, & tamen ſilentium non credunt, ſed de illo dubitant: ne ſermonem illum in publicum evulget, ſemel, & iterum monent,

Mulieres ad loquendum, ac evulgandum ſecretum valdè promptæ.
Joſuë 2.
Abulenſ.

monent, quia etſi ſua mulieri intereat, negotiumque illius ſalutis ſit, rem illam celaturam non credunt: *Nondum erant ſecuri exploratores de Rahab.*

34. Cum Jericho eſſet capienda ab Iſraël, mandat Deus ut ipſam urbem circumientes teneant ſeptem diebus,& in ſex prioribus, ut ſint in ſilentio, juxta illud Joſuë 6. n. 10. *Præceperat autem Joſuë populo dicens: non clamabitur, nec audietur vox veſtra, nec ullus ſermo ex ore veſtro egredietur, donec veinat dies, in quo dicam vobis: clamate, & vociferamini.* Qui dies vociferationis fuit dies ſeptimus, ut apertè patet ex textu; *die autem ſeptimo* n. 15. Igitur *vociferante omni populo*, &c. n. 20. tradunt Hebræi, quòd *ſex prioribus diebus mulieres ſeparatæ ſunt ab exercitu; ſeptima autem die advocatæ.* Quænam ratio hujus diſpoſitionis potuit eſſe: Ut mulieres per ſex dies eſſent ſeparatæ ab exercitu, & ſeptima die venirent? niſi quia ſex prioribus diebus ſilentium obſervandum eſſet, *nec audietur vox veſtra, nec ullus ſermo ex ore veſtro egredietur*: Et tempore tacendi abſint mulieres, nam ora comprimere, ſilentium tenere, difficillimum eſt eis. At die ſeptima: *Vociferante omni populo*: cum eſſet vociferandum, veniant mulieres, nam ipſæ maximè aptæ, ac proportionatæ ſunt ad loquendum, clamandum, ac vociferandum.

Joſuë 6.

Tradit. Hebr.

Mulier ſilentii impatiens vociferationis avidiſſima.

QUÆSTIO V.

Quare hæ tres fœminæ tantum præ cæteris veniunt ad monumentum; earúmque præclaritas expenditur?

35. Tres ſanctæ fœminæ Magdalene, & Maria Jacobi minoris Parens, ac Maria Salome Joannis Evangeliſtæ, ac Jacobi majoris mater, ut exprimit D. Marcus, perrexerunt ad monumentum, ut jam dixi in expoſit. 2. explanans Evangeliſtarum textum.

An Deipara Virgo acceſſerit.

36. Dubitant aliqui, An etiam Deipara acceſſerit ad ſepulchrum? Affirmant D. Greg. Nazianzen. oratio. 42 D. Greg. Nyſſen. oratio. 2. de Reſurrect. Sedulius in Tragœdia de Chriſto patiente. Nicephorus lib. 3. cap. 33. Theophylact. in Matth. 27. ad illa verba: *Sedentes contra ſepulchrum*; fundantur in eo, quia Matth. 28. *Venit Maria Magdalene & altera Maria videre ſepulchrum*: dicunt; Virginem Deiparam appellari ab Evangeliſta alteram Mariam. Hæc tamen excogitatio omnino excludenda eſt Deipara enim in Evangelio non vocatur altera Maria; ſed valdè reverenter Mater Chriſti, neque Mariæ Magdalenæ poſtponitur: cum ergo, cæteras fœminas fide magno intervallo ſuperaret, crederétque filium ſuum unguentis non indigere, & tertia die valdè diluculo in vitam rediturum, expectabat illum domi, orationibus, ſanctiſſimiſque meditationibus vacans, & de ſepulchro inviſendo non curabat.

Nazianz. Nyſſen. Sedul. Nycephor. Theoph.

37. Quæſtio tamen inquirit, cur hæ tres fœminæ præ cæteris tamen cito veniunt ad monumentum? fortè quia cæteris ferventius diligebant, Virginem Mariam ſemper excipimus. Sic de Magdalena ait D. Hier. epiſt. 150. ad Hedib. q. 5. *Domi enim ob ejus deſiderium manere non poterat.* Amor quieſcere non valet. Vide tom. 1. lib. 1. cap 6. q. 2. num. 9.

Amor non ſinit moras agere. Hieron.

38. Secundò ex omnibus mulieribus, quæ Jesum ſequebantur, hæ tres ſolæ veniunt ad ſepulchrum, utpotè maximè gratæ beneficiis acceptis à Jesu: Nam Magdalena à ſeptem dæmoniis liberata, à peccatorum univerſitate mundata erat, magniſque donorum gratiis cumulata extiterat. Maria Jacobi maximè erat propinqua Jesu, & quia ipſe tres filios ejus Jacobum minorem, Simonem & Judam ad Apoſtolatum vocaverat: Maria Salome tenebatur eadem propinquitatis neceſſitudine, & etiam ejus filios Jacobum majorem, & Joannem Evangeliſtam inter Apoſtolos numeraverat Dominus? cum ergo hæ tres fœminæ tot ac tantis beneficiis eſſent Chriſto Domino aſtrictæ, inde præ cæteris valdè mane cum aromatibus ad ſepulchrum veniunt, ut obſequia benefactori ſuo Chriſto exhibeant.

Quo major eſt obligatio, major ſit gratitudo in obſequendo.

39. Ait Paulus 2. Corinth. 5. num. 14. *Charitas enim Chriſti urget nos: æſtimantes hcc, quoniam ſi unus pro omnibus mortuus eſt: ergo omnes mortui ſunt.* Magnam difficultatem involvit diſcurſus Apoſtoli, nam ex eo quòd Chriſtus pro omnibus mortuus ſit, inde refert; omnes nos mortuos eſſe, cum potius inferendum videatur, omnes vivere; ſiquidem Chriſti morte mors noſtra mortua eſt, ac destructa; ergo hæc conſequentia deducenda videbatur, Chriſtus pro omnibus mortuus eſt; ergo nos omnes vivimus; mors enim ſua extitit fons, à quo vita noſtra manavit. Valdè ſublimis eſt illationis vis, Chriſtus mortuus eſt ut nobis vitam donaret, jure ergo gratitudinis debemus omnes nos ei vitam noſtram offerre, ut ita nobis jam non vivamus, ſed ei, qui pro nobis mortuus eſt. D. Gregor. lib. 1. Paſtor. c. 5. *Si Chriſtus*, ait, *pro omnibus mortuus eſt: ergo omnes mortui ſunt; & ſi pro omnibus mortuus eſt: ſupereſt, ut qui vivunt, jam non ſibi vivant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt.*

2. Cor. 5.

Jure gratitudinis vita noſtra debita eſt Chriſto.

Gregor.

40. Chriſti voce vocatus Lazarus, vivus reſurgit à monumento. *Et ſtatim prodiit, qui fuerat mortuus ligatus pedes, & manus inſtitis, & facies illius ſudario erat ligata* Joan. 11. n. 44. Cur Chriſtus Dominus, qui juſſit tollere lapidem monumenti, vittas quibus pedes, & manus Lazari ligabantur, ſolvere non imperat? nam ab his vinculis abſolutus, expeditior prodiret à monumento; & augetur dubium: Cum ad vitam revocatur, ad quid aſportat hujuſmodi funebres ligaturas? Sic aſtrictus prodiit à funere, ut ſuam gratitudinem declararet; vitæ beneficium acceptum, manus, & pedes alligabat, ut animus recipientis eſſet in ſervitutem redactus ſuo benefactori, ut ait D. Chryſ. ſerm. 142. *Quia devotus animus inſulis beneficiorum creſcit ad obſequium.*

Joan. 11.

Vinculis gratitudinis aſtricti ſumus Deo.

D. Chryſ.

QUÆSTIO VI.

Quare mulieres dicuntur, emere aromata; cum tamen Magdalena, quando primùm unxit caput Jeſu, non dicitur, illa emere?

41. In limine quæſtionis nota, quòd mulieres non dicuntur emere unguenta, ſed aromata, ex quibus conficienda erant unguenta, ut rectè ponderavit D. Bernard. ſerm. 12. in Cantica *Emunt, non unguentum*, ait; *ſed aromata, & unctio in obſequium Domini non facta aſſumitur, ſed nova conficitur.* Sanè potuiſſent unguenta doctè jam

D. Bernard.

jam condita emere, ne operam, & laborem impenderent ipſæ, conficiendis illis. At devotæ, & piæ fœminæ determinant, non labori parcere, ſed omnem ſuam operam, & ſtudium offerre Chriſto; & ideò ſimplicia aromata emunt, ut habeant, quod amplius laborando officiant. Petrus in Thabor ait Chriſto (quem verum Deum omnipotentem agnoſcebat;) *faciamus hic tria tabernacula* Matth. 17. n. 4. non ait, fac, crea tua omnipotentia; ſed faciamus laborem, & operam ſuam in Chriſti obſequium non recuſabat exhibere. Divus Ambroſ. in cap. 9. Luc. *Et quamvis neſciret*, ait, *quid diceret: tamen pollicebatur officium, in quo non inconſulta petulantia, ſed prœmatura devotio fructum pietatis accumulat.*

Pius animus non parcit labori in obſequio Dei. Matth. 17. D. Ambroſ.

42\. Quæſtio tamen inquirit; quòd cum Jesus accumberet in domo Phariſæi, venit Magdalena; attulit alabaſtrum unguenti, & pedes Jesu ungebat. Luc. 7. n. 37. Et tamen non dicitur, tunc unguenta emiſſe, ſicut nec Matth. 26. nu. 7 Quando effudit ſuper caput ipſius recumbentis: cur ergo modo Magdalena cum cæteris mulieribus dicitur illa emere?

Luc. 7. Matth. 26. *Ratio difficultatis.*

43\. Reſpondeo primò; quò quis ſanctior, eò magis iis caret, quæ ad delicias ſpectant. Secundò in ſignum ſummæ æſtimationis, qua corpus Chriſti proſequebantur, ut ob illius obſequium pecunias erogarent, omnes expenſas facerent & nulli pretio parcerent. Ut plaga peſtis graſſantis ceſſaret, ex Dei mandato poſtulat David à Jebuſæo partem areæ ſuæ ut in ea ædificato altari, offerat Domino ſacrificia, quod cum audiſſet Jebuſæus, libentiſſimè gratia obtulit regi aream, boves, triticum, ac ligna ad ſacrificium. *Tunc dixit ei Rex David: Nequaquam ita fiet ſed argentum dabo, quantum valet* 1. Paral. 21. n. 24. Cur David munus tam larga voluntate gratis oblatum non acceperat, ſed exhibito pretio perſolvit? Ut declararet Rex, in quanta æſtimatione erat ei illud ſacrificium, in cujus obſequio magnas expenſas facere ſatagebat, & in hoc negotio tam profuſus erat regis animus; ut alterius gratuita donatio non admitteretur, ſed totum ex regio ærario perſolvi diſponebatur. Abulenſ. ibi quæſt. 68. ſic in perſona David loquitur: *Non eſt juſtum*, ait, *quòd ego ſic accipiam ſine pretio, & offeram Deo holocauſta gratuita, ideſt, quæ nihil conſtant*; ſed quæ magnis meis expenſis fiant.

Animus devotus magnas expenſas facere intentat in Dei obſequium. 1. Paral. 21. Abul.

QUÆSTIO VII.

Quare cum hæ fœminæ ſcirent, Chriſtum eſſe unctum à Joſeph, & Nicodemo, eum tamen ungere volunt?

44\. Nota, quòd olim Magdalena unxit pedes Jesu, Luc. 7. num. 37. Secundò effudit ſuper caput ipſius recumbentis. Matth. 29. n. 7. hic verò totum corpus ungere diſponit. Ut diſcas, quòd ſemper in bono opere homo proficere debet, & ſemper plura, ac majora in Dei obſequium præſtare. Aliter reſpondet D. Bernard. ſerm. 12. in Cantica. *Non ad ungendum*, ait, *tantum aliquam corporis partem, v. g. pedes aut caput; ſed ut venientes ungerent* Jesum, *quod eſt totius complexio. Itaque ſi te induas viſcera miſericordiæ, liberalem, benignumque te exhibeas ad omnes.* Non ſolum pedes, vel caput Chriſti, ſed etiam totum ejus corpus ungere parat Magdalena, ut in corpore ejus myſtico ſimiliter tu te habeas; eleemoſyna enim eroganda eſt ſine ullo termino, ac diſcrimine in omnes, ſive in hos, ſive in illos, ſive amicos, ſive extraneos. *Tu quoque ſi te induas viſcera miſericordiæ, liberalem, benignumque te exhibeas ad omnes.*

Luc. 7. D. Bernard. *Eleemoſyna ſine ullo diſcrimine eroganda.*

Quæſtio ergo eſt: mulieres benè ſciebant: Chriſtum unctum à Joſepho, ac Nicodemo, ad quid ergo volunt eum ungere? Reſpondet primò Cajetan. fœminas non adfuiſſe unctioni, ſed à remotiori loco ſpectaſſe, quid ageretur. Nam Marc. 15. n. 40. ait: *Erant autem mulieres de longè aſpicientes.* Et ſubdit ipſe Caëtan. *Verecundia ſiquidem muliebri, & optimo more aſſuetæ procul eſſe à conſortio virorum, non auſæ ſunt appropinquare ad videndum, quid facerent circa corpus* JESU *Joſeph, & Nicodemus cum ſuis miniſtris.* Tamen ut dixi ſuperiori libro cap. 21. Mulieres propiùs acceſſerunt, & quid ageretur viderunt, ut ſcribit D. Lucas 23. n. 53. *Mulieres viderunt monumentum, & quemadmodam poſitum erat corpus ejus.* Si ergo viderunt, quomodo poſitum erat corpus, unctum fuiſſe, etiam viderunt, ac proinde benè ſciebant, Domini corpus unguentis copioſè perfuſum fuiſſe. Ad quæſtionem. 45.

Caëtan. *Muliebris pudicitia.* Luc. 23.

Reſpondeo ſecundò. Fortè conſuetudo erat illius ætatis, ut cadavera, quæ plurimi fiebant, ſæpius pluribuſque continuis diebus ungerentur, donec humore, vi aromatum exſiccato, diu corpora ſervari poſſent integra, ac ſalva ab omni corruptione. Tertiò ſanctæ fœminæ agunt, ut ipſæ quoque pietati ſervirent, nam pius animus, aliorum opere impenſo, à bonis operibus non avocatur, ſed potius aliorum exemplo ad opus ſanctum ſtimulatur, ac proinde quamvis ſcirent, corpus Domini unctum eſſe ab aliis, ut tamen ſuo amori, ac affectui correſpondeant, ſuum unctionis miniſterium impendere ſtudent, & minimè ab illo avocari potuerunt. 46.

Pius animus aliorum pio opere non hebetatur ſed excitatur.

Cum fabricaretur tabernaculum ex Dei mandato, petit Moyſes ab univerſo populo munera ſua: *Omnis voluntarius*, ait Moyſes, *prono animo offerat eas Domino: aurum, & argentum, & æs, hyacintum, & purpuram, & byſſum retortam, & pilos caprarum:* Exod. 35. n. 4. & 5. pretioſa munera mandantur offerri, aurum, & argentum, ad quid etiam & pili caprarum? Vult Deus, ut omnes ad tabernaculi opus ſua ope confluant; nulluſque à pietatis opere excuſetur, nam & ſi principes, ut potentes dant magna; humiles tamen, ac pauperes, non iſti, excluduntur, quin & debeant ſua offerre cum & hæc omnia ſint in tanta æſtimatione, ut & primitiæ dicantur. *Separate apud vos primitias Domino.* Ibidem num. 5 D. Cyrillus in Catena Græca. *Non immeritò*, ait, *primitias appellavit: quæcumque ex eis offerri voluit, ſive à magno, ſive parvo.* Quamvis Nicodemus, ut princeps Judæorum, ad ungendum corpus Jeſu attulerit *mixturam myrrhæ, & aloës, quaſi libras centum.* Joan. 19 num. 39. hoc tamen non frigeſcunt piæ fœminæ, quamvis pauperes, ut ſuis unguentis opus pietatis corpori Chriſti impendant. 47.

Exod. 35. D. Cyrill.

Quæstio

QUÆSTIO VIII.

Prima apparitio reſurgentis Jeſu facta ſacratiſſimæ Virgini Mariæ.

48\. *Prima apparitio facta Virgini.* Brigitta.

CHRISTUS reſurgens à mortuis primo, & ante omnes alias creaturas apparuit ſacratiſſimæ Virgini Mariæ, ſic ab ipſa Virgine revelatum eſt B. Brigittæ lib. 6. cap. 94. *Mihi verò, quæ ſum mater Dei, cum poſt mortem ejus, incomprehenſibili dolore mœſta eſſem, apparuit idem filius meus, priuſquam aliis, & palpabilem ſe oſtendit mihi, conſolans me, quamvis hoc non ſit ſcriptum, propter humilitatem meam: tamen iſta eſt rei veritas, quod filius meus reſurgens primò mihi apparuit, quam alicui alii.* Idem docent D. Ambroſ. de Virg. *Vidit Maria*, ait, *reſurrectionem Domini, & primo vidit, & credidit.* D. Bernard. ſerm. de Reſurrect. *Prima*, inquit, *vidit Dominum in forma glorioſa, & non ad confirmationem dubii, ſed addo ſolationem gaudii: unde & Evangeliſtæ eam non recenſent.* Rupertus l. 7. de divinis officiis. Nicephorus l. 1. Eccleſ. Hiſtor. c. 23. D. Anſelm. de excellentia Virg. c. 6. D. Antoninus 1. p. cap. 7. de Chriſti Reſurrect. titul. 5. de Chriſti apparit. c. 7.

D. Bern. Rupert. Niceph. D. Anſelm. D. Ant.

49\. Marc. 16.

Confirmatur ex Scriptura Marc. 16. num. 7. ait Angelus mulieribus: *Ite, dicite diſcipulis ejus, & Petro.* Non dixit, & Matri; ſciebat Angelus, Chriſtum jam apparuiſſe Virgini, priùs quam hoc mulieribus eſſet dictum Et corroboratur ex Sap. 1. n. 3. *Apparet illis, qui fidem habent in illum.* Atqui Virgo Maria fuit columna immobilis in fide; ergo congruum erat ut ei primò appareret, & Joan 14. n. 21. dicitur. *Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum & manifeſtabo ei me ipſum*, Atqui Virgo Maria ſupra omnes creaturas diligebat Chriſtum, ergo jure optimo omnibus fuit præferenda, ut ei primò Chriſtus appareret.

Sap. 1. *Valdè congruum erat, ut ei primò appareret.*

50\. Pſal. 136. *Alia lectio.*

Declarans Regius Vates ſuum eximium amorem erga communem patriam Jeruſalem, dicebat Pſalm. 136. num. 6. *Adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non propoſuero Jeruſalem in principio lætitiæ meæ.* Alii legunt *in exordio*, ſeu *capite jucunditatis meæ.* Solent qui ſummè aliquem diligunt, ſtatim in exordio ſuorum gaudiorum, de illo habere memoriam, illiuſque recordari. D. Chryſoſt. ibi. *Propoſuero, hoc eſt. In Cantic. procœmio, ac præludio poſuero, loquens verbum eorum, qui valdè deſiderant, imo vero eorum, qui ejus magno amore tenentur, & inflammantur.* Cum Regius Vates ſummo amore proſequeretur Jeruſalem, inde proteſtatur, quod in omni ſuo gaudio eam in principio participem habebit. Atqui Chriſtus Dominus multò magis diligebat ſacratiſſimam Virginem, quam David Jeruſalem, ergo ſine dubio eam habuit in principio lætitiæ ſuæ Reſurrectionis, illiuſque eam participem fecit.

D. Chryſ. *Qui diligit, ſtatim ſuæ lætitiæ participem facit dilectum.*

51\. Pſal. 41.

Totus Pſalmus 41. *Deus noſter refugium, & virtus:* In præconia B. Virginis Mariæ eſt compoſitus, unde illum in ejus officio parvo, ac feſtivitatibus Eccleſia canit; ait ibi Regius Vates. *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei.* Et tamen ſubdit. n. 6. *Adjuvabit eam Deus mane diluculo.* D. Hieron *in ortu matutino*, Hebræus, *in aurora*; & illud adjuvare, idem eſt ac favore, & benignitate proſequi, ut explicat D. Ambr. ex illo Geneſ. 4. n. 4. *Reſpexit Deus ad Abel.* Multi præſentem Pſalmum ſic legunt: *Adjuvabit eam Deus vultu ſuo, mane diluculo*, ſeu *in aurora.* Cujus verſionis faciunt mentionem Arnobius, Thomas, Beda, Haymon, & alii, Apollinarius in Paraphraſi ad hunc Pſalm. in commentario. *Ex aurora auxiliatorem habet providum oculum.* Quæ verba de ſacra reſurrectione interpretatur ibi D. Baſil. *quoniam diluculo reſurrectio futura erat: juvabit eam Deus mane diluculo.* In hac enim ſacratiſſima die, in ejuſque aurora, ac mane diluculo Jesus reſuſcitatus apparens ſacratiſſimæ Virgini Mariæ, eam oculo ſuo, vultu ſuo, ac præſentia maximè adjuvit, multóque favore, benignitate, ac recreatione lætificavit, ſummóque gaudio affecit.

D. Hier. Hebræus. D. Ambr. Arnob. Thomas. Beda. Apoll. D. Baſil. *Chriſto reſuſcitato, maximè virgo Maria recreata eſt.*

Ait ipſe Regius Vates Pſalm. 131: n. 8. *Surge Domine tu, & arca ſanctificationis tuæ.* Alii legunt *exurge*, ſeu, *conſurge Domine.* Et ubi nos habemus *arca ſanctificationis tuæ.* Legit D. Hieron. *fortitudinis tuæ.* Græcus *potentiæ tuæ.* Per arcam communiter intelligitur ſacratiſſima Virgo Maria, ipſa eſt enim arca ſanctificationis, in qua plus ſanctitatis repoſitum eſt, quàm in omnibus aliis puris creaturis collectivè ſumptis, ut dixi tom. 3. cap. 16 quæſt 18. num. 24. 25. 26. Eſtque arca fortitudinis Domini, in cujus utero brachium fortitudinis Dei eſt manifeſtatum in ineffabili myſterio Incarnationis, eſtque arca potentiæ Dei, qua Deus multa, & magna miracula eſt operatus. Ait Regius Vates: *Exurge Domine tu & arca ſanctificationis tuæ*; poſtulat reſurrectionem filii, & matris; quoad reſurrectionem filii benè res intelligitur, nam ipſe erat mortuus in ſepulchro, at verò matris reſurrectionem, quæ erat in vivis, poſtulat? Et ſi filius tenebatur vinculis mortis, etiam mater tenebatur vinculis magnorum dolorum, quibus anguſtiabatur. Ait ergo: *Exurge Domine tu, & arca ſanctificationis tuæ.* Exurge tu Domine, in hac ſacratiſſima die à vinculis mortis, exurgat & Mater à dolorum nexibus, quibus affligebatur, nam viſo filio reſuſcitato, revixit ſpiritus ejus, ut dicitur de Jacob Gen. 45. numero 27. cum audiſſet, quòd filius ſuus Joſeph viveret; à tantiſque anguſtiis maximè Virgo recreata eſt, ſummoque gaudio perfuſa.

52\. Pſal. 131. D. Hieron. Græcus. *Reſurgente filio revixit Mater.* Gen. 45.

Benedicens Jacob filium ſuum Judam, ait Geneſ. 49. num. 9. *Catulus Leonis Juda, ad prædam fili mi aſcendiſti, requieſcens accubuiſti, ut Leo, & quaſi leæna: quis ſuſcitabit eum?* Hunc locum de Chriſto reſurgente interpretantur communiter Patres. D. Athanaſ. in quæſt. ad Antiq. quæſt. 103. D. Ambroſ. de Benedict. Patriarch. Auguſt. lib. 26. de civitate Dei, cap. 41. S. Bernard. homil. *ſuper Miſſus.* D. Gregor. in Pſalm. 101. In verbis prædictis tria de Chriſto habentur. Primum: *ad prædam fili mi aſcendiſti.* Quod nempè in montem altum, rupem aſperam crucis, aſcenderit, ut inde hominum corda prædaretur. Secundum ait; *Requieſcens accubuiſti, ut Leo:* quia prævidebat, corpus ejus in ſepulchro requieſcere; ut David prædixit Pſalm. 15. *Caro mea requieſcet in ſpe.* Tertium tandem adjungit *& quaſi Leæna: quis ſuſcitabit eum?* Origenes hom. 47. in cap. 9. Geneſ. D. Auguſt. ſerm. 108. Eucherius ad præfata verba advertunt, catulum Leonis recens natum dormire per dies tres, & totidem noctes; tertia verò Leæna ejus mater vehementem adeò rugitum emittit, ut locus

53\. Gen. 49. D. Athan. D. Ambr. D. Auguſt. D. Bern. D. Gregor. Origen. D. Aug.

cubilis

Eucherius. cubilis tremefactus dormientem excitet ; tunc Eucherius ſic loquitur. *Matrem fortiſſimi Leonis, ſcimus eſſe beatam Virginem, eique nomen Leænæ aptiſſimè commodatur, unicum enim Leæna habet partum (teſte Epiphanio) Leænæ non accidit ſecundus partus.* Deipara ergo unum edidit filium, *Chriſtus acceleravit reſurrectionem ob matris levamen.* Leonem de Tribu Juda, & ſicut Leæna, dormiente catulo, præ dolore tremendos repetit rugitus, quibus dormientem catulum tertia die excitat, ita hæc beata Leæna, ſacratiſſima Virgo Maria, ſuum fortiſſimum Leonem Chriſtum Jeſum de tribu Juda ſomno mortis dormientem, ac jacentem in ſepulchro, ſuis validiſſimis ſuſpiriis, gemitibus, ac clamoribus tertia die ad vigiliam vitæ revocat. Valde mihi veri ſimile eſt Chriſtum Dominum ob gemitus hujus ſacratiſſimæ Leænæ, atque ad leniendum Matris dolorem tempus ſuæ reſurrectionis acceleraſſe.

54. D. Vincent. Ferreira. Quomodo autem hæc apparitio facta eſt Virgini Mariæ, ſcribit Divus Vincentius Ferreira ſerm. 1. in Paſcha, ait, revelatum fuiſſe B. Gregorio Papæ, Angelum Gabrielem, qui ante Incarnationem venturum Deum Virgini nuntiaverat illis verbis: *Ave gratia plena*: poſt reſurrectionem Virginem ſalutaſſe illis verbis, quæ canit Eccleſia: *Regina cæli lætare*: *Quomodo apparitio facta.* Sicut enim poſt Angelicum nuncium Chriſtus adfuit thalamo Virginali: ſic in reſurrectione poſt Angeli adventum, Chriſti reſurrectionem Virgini prædicentis, mox Chriſtus ipſe ei apparuit, & B. Virgo ſuum dilectum filium intuita eſt; valde veriſimile, quòd in hac prima apparitione advenerat Chriſtus comitatus cum illis Patribus antiquis, quos ab inferis eduxerat, qui omnes Virginem ſalutaverunt.

55. *Cur Evangeliſtæ eam non ſcribunt.* Si verò Evangeliſtæ de hac apparitione non faciunt mentionem, ex eo eſt; primo propter humilitatem Virginis, ut revelatum eſt Sanctæ D. Bernard. Brigittæ, & retuli in hac quæſt. Secundò ut dixi ex Divo Bernardo, commemorant apparitiones, quæ factæ ſunt ad excludendum dubium, in Virgine autem nullum fuit dubium, ipſa enim fuit columna firmiſſima fidei, quæ certiſſimè credebat filii reſurrectionem. Tertiò, quia ut ait D. Anſelm. D. Anſelmus hoc erat valde ſuperfluum, cum ex ſe eſſet evidens, & manifeſtum.

Matth. 28. *n.* 2. Et ecce terræ motus factus eſt magnus: Angelus enim Domini deſcendit de cælo: & accedens revolvit lapidem, & ſedebat ſuper eum.

Num. 3. Erat autem aſpectus ejus, ſicut fulgur: veſtimentum ejus, ſicut nix.

Num. 4. Præ timore autem ejus exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui.

VERSIONES.

Pagn. Vatabl. n. 2. Angelus Domini, qui deſcenderat de cælo, accedens revolvit lapidem.

Syriacus. Revolvit ſaxum ab oſtio, & ſedebat ſuper illud.

Vatablus n. 3. Erat autem ſpecies ejus ſimilis fulguri, & indumentum candidum, ſicut nix.

D. Greg. Nyſſen. Cujus aſpectus quidem fulguri haud diſſimilis, ſtola verò ſimilis nivi.

Caietan. Species ejus ſicut fulgur, veſtimentum ejus album, ſicut nix.

Franciſ. Lucas. Idea, & vultus ejus, ſicut fulgur.

Euthym. Indumentum ejus candidum, ſicut nix.

Syriacus n. 4. Et præ timore ipſius contremuerunt ii, qui cuſtodiebant, & facti ſunt inſtar mortuorum.

S. Proſper. A metu autem ejus expaverunt cuſtodes.

Pagnin. Vatabl. Præ timore autem ejus concuſſi ſunt cuſtodes.

Arias. Exterriti ſunt ſervantes.

ALTER TEXTUS.

Marc. 16. *n.* 3. Et dicebant ad invicem: quis revolvet nobis lapidem ab oſtio monumenti?

Num. 4. Et reſpicientes viderunt revolutum lapidem. Erat quippe magnus valde.

Num. 5. Et introeuntes in monumentum, viderunt juvenem ſedentem in dextris, coopertum ſtola candida & obſtupuerunt.

EXPOSITIO II.

SCRIBIT Divus Marcus, quòd mulieres *dicebant ad invicem* inter ſe mutuò. *Quis revolvet nobis lapidem?* Saxum illud magnum *ab oſtio monumenti?* An nos, quæ tres ſumus numero, poterimus, illud amovere? An erit ibi aliquis, qui hoc officium præſtet? Et de nullo alio impedimento mulieres ſunt ſolicitæ, cum ibi multa adeſſent, nam ſepulchrum erat in horto, qui clauſus erat, utpote Joſeph, ſed forte ab eo impetrarunt facultatem ingrediendi: Erat etiam aliud impedimentum, quia ſepulchrum cum cuſtodia militum erat, cur de hac cuſtodia non loquuntur; quia ut mulieres ſanctæ, & honeſtæ, ſepulchrum à militibus cuſtodiri neſciebant; nam mulieres diſceſſerant à ſepulchro feria ſexta, cuſtodia autem adhibita eſt altera die, id eſt ſabbato. Ut ſcribit Divus Matthæus 27. numer. 61. Vel nec de ingreſſu in hortum, nec de cuſtodia militum ſunt ſolicitæ, quia opus pietatis, quod volebant exhibere corpori Chriſti mortuo, pro certo habebant, à nulla creatura rationali fore impediendum. 56.

Fœminæ utpote ſanctæ neſciebant de cuſtodibus.

Matth. 27.

57. D. Matth. Scribit D. Matthæus. *Et ecce terræ motus factus eſt magnus.* Dum ergo mulieres eſſent in itinere, & appropinquarunt horto illi, in quo erat ſepul

ſepulchrum. *Et ecce.* Res magna,ac notabilis,*Terræ motus factus eſt magnus.* In horto illo, ac locis
D.Chryſoſt. circumſtantibus, ut notat D. Chryſ. hom 91. *Angelus enim Domini* terræ motum effecit; hoc indicat illa particula *enim*, deſcendit de cœlo in terram viſibili forma, juvenis nempe, ut indicat D.
D.Marc. Marcus, & accedens ad ſepulchrum revolvit lapidem. Rectè Severian in catena. *Non dicit, volvit, ſed revolvit lapidem, quia lapis advolutus probavit mortem, & revolutus, extitit reſurrectionis aſſertor.*

58. *Sedebat ſuper lapidem*, quomodo Divus Thom.
Concordatur Matthæus. & Marcus. dicat, Angelum ſediſſe ſuper lapidem revolutum, qui erat in oſtio monumenti, cum Divus Marcus dicat,quòd mulieres non extra, ſed introeuntes in monumentum, id eſt intra ſepulchrum, viderint
Theoph. Angelum? Reſpondemus. Angelum revolviſſe lapidem ab oſtio monumenti. Ita Theoph. & tunc ſediſſe ſuper eum, ut perterrefaceret cuſtodes ſepulchri,ut fugerent; & ut pararet ingreſſum mulieribus, dixit, *Surrexit, ſicut dixit, venite & vi-*
Barrad. *dete locum, ubi Dominus erat poſitus.* Barradas aliter interpretatur, quod nempe diverſus eſt Angelus, de tuo Matthæus, ab eo, de quo Marcus. Nam Angelus apud Matth. ſedebat ſuper lapidem extra ſepulchrum, in quod mulieres ingredi mandavit, ingredientes verò alium Angelum in-
D. Auguſt. venerunt, de quo Marcus. Tertiò D.Auguſt. lib 3.
Franc. Luc. Corn. de conſenſ Evangeliſt. cap. 24 Franc. Lucas,Cornelius, mulieres, inquiunt, introiſſe in monumentum, ut ait Marc. hoc eſt veſtibulum, ſeu ſeptum, quod erat ante monumentum, quodque illud dividebat, & ſeparabat à reliquo horto, à quo docebat ſepulchrum ſæpe, vel ſepto quopiam ſejungi, ac proinde introeuntes in ſeptum monumenti, dicuntur ingredi monumentum, à cujus domunculæ oſtio Angelus amovit lapidem ſi ve-
D. Luc. rò D. Luc. ait quòd duo Angeli à mulieribus viſi fuerint, diverſa eſt narratio ab hac Matth. & Marci, ut infra dicam.

59. *Sedebat ſuper lapidem.* Non tanquam feſſus ex labore amovendi lapidem, ſed ut cuſtodes ſepulchri terreret, & mulieribus pararet tutum ingreſſum ad ſepulchrum, de quo quæſt. 10. *Erat autem aſpectus ejus, ſicut fulgur.* Sic ſæpe deſcribun-
Ezech. 1. tur Angeli Ezechiel 1. n. 14. *Ibant, & revertebantur*
Dan. 10. *in ſimilitudinem fulguris coruſcantis.* Daniel 10.n. 6. *facies ejus, velut ſpecies fulguris coruſcantis.* Et additur in textu, *& veſtimentum ejus ſicut nix*; tum ob puritatem Angelorum, tum etiam ob gaudium feſtivitatis, de quo infra q. 12.

60. *Præ timore autem exterriti ſunt cuſtodes.* Tam ex viſu Angeli, quam ex terræ motu facto, ut ait Euthym. Quid autem egerint explicat D. Hieron.
Euthym. D. Hieron. Epiſt.ad Hedib. q. 6. qui fuerunt, ait tanto timore perterriti, ut putarentur mortui, aut dimiſiſſe ſepulchrum, & fugiſſe credendi ſunt: aut ita corpore, & animo obtorpuiſſe, ut non dicam viros, ſed ne mulierculas quidem, ſepulchrum intrare cupientes, auderent prohibere.

QUÆSTIO IX.

Quare in die reſurrectionis tantus terræ motus factus eſt?

61. HIc terræ motus non fuit ex ſolito more factus, ſed magnus, & ingens, ut exprimit D. Matth. ita ut dicat D. Hieron. Epiſt. ad Hedib. D. Hier. q. 6. quòd fuerit tam magnus ut cuncta concuteret,& everſionem terræ funditus minaretur, cauſas hujus terræ motus quærimus. Terræ motus magnus.

Primò factus eſt hic terræ motus, ut eo ſignifi- 62.
caretur potentia, majeſtas,ac magnificentia Chriſti reſurgentis, qui ut verus filius Dei dominatur inferis, cœlo, & terræ, quique nutu ſuo totum concutit orbem. Indicatur Dei potentia & majeſtas. Terræ motu enim Deus in Sina, ac ſæpe alibi ſuam præſentiam, potentiam,ac majeſtatem oſtendit, juxta illud Pſal. 113 n.7. *A fa-* Pſal. 113.
cie Domini mota eſt terra. Et Pſalm. 66. n. 8. *Deus* Pſal. 66.
cum egredereris in conſpectu populi tui, cum pertranſires in deſerto, terra mota eſt.

Secundò. D. Chryſoſt. D. Auguſt & alii ſic do- 63.
cent; ut mulieres non ſolùm Angelum cognoſce- D.Chryſoſt. D.Auguſt.
rent ex luce, ac ſpecie, ſed etiam ex terræ motu, ac impulſu facto, ut faciliuſque reſurrectionem ab Angelo nuntiatam crederent præcipuè, quia Angelus hoc terræ motu revolvit lapidem ab oſtio ſepulchri, ut mulieres illud ingrederentur, ac ex ſepulchro vacuo aperte deprehendiſſent, Ut cuſtodes excitati, fiant teſtes.
Chriſtum ſurrexiſſe. Tertiò. Ut milites cuſtodes ſepulchri, qui frigore, vel ſomno oppreſſi erant, excitarentur, & teſtes reſurrectionis fierent, ita Theoph. Euthym.
Theophyl. Euthym. qui ait *Ut timore terræ motus erecti: & horrore ejus, qui lapidem revolverat, conſternati fugerent, & hæc Judæis nuntiarent, ac teſtes ipſi fierent veritatis.*

Quintò, Divus Chryſologus ſerm. 74. *Modò,* 64.
ait, *terræ motus magnus. O ſi tunc, vel levis turbo* D. Chryſol.
arborem mortiferam dejeciſſet. O ſi nebula fumus mulieris illius tenebraſſet aſpectum. O ſi terra nubes lethalis pomi ſpeciem caligaſſet. O ſi peccati diem tenebraſſet nox injuſta, & lamenta mundi, & incrementa mortis, & creatoris injuriam tunc tuliſſet; ſed vitiis ſemper ſerviunt blandimenta, lenocinantur dulcia delictis. Virtutibus verò auſtera, & fortia ſunt amica. Ut homo caderet à felici ſtatu, ſerpens invitat, paradiſus allicit, pomum lenocinatur, auræ, tellus, & omnia placida ſe oſtendunt aſpectu: ut verò homo redivivus reſurgat à ſepulchro, magnus fit terræ motus, multæque difficultates inſurgunt, & ſi ad lapſum omnia ſint prompta, ut verò homo ſurgat, ac Vitiis blandimenta, virtutibus difficilia ſunt amica.
elevetur, multam perturbationem faciunt, ut enim fructus virtutis percipias, ſudores, luctæ, ac multæ difficultates ſuperandæ ſunt. *Vitiis ſemper ſerviunt blandimenta, virtutibus verò auſtera & fortia ſunt amica.* Nullis motibus turbata ſunt elementa, cum homo labitur, magnus verè terræ motus fit cum exurgit, ac erigitur, ſed homo terræ motu, quàm tranquillitate felicior.

Quintò. Terra, quæ in Chriſti morte præ 65.
multo horrore tota contremuit, in ejus reſurrectione præ gaudio veluti ſubſiliit, ac reſurgenti congratulata applauſit. In die Reſurrectionis terra ſubſiliit, & applauſit.
Hunc ſacratiſſimum diem prævidens David dicebat. Pſalm. 96. Pſal. 69.
numer. 1. *Dominus regnavit, exultet terra, lætentur inſulæ multæ.* Huic Pſalmo titulus eſt. *Pſalmus David quando ei terra reſtituta eſt.* D. D. Gregor.
Gregor. lib. 9. Moral. cap. 21. *Nomine terræ* carnem, ac corpus Chriſti intelligit. *Quid nomine terræ*, ait, *niſi caro exprimitur?* Ac proinde totus Pſalmus compoſitus eſt pro Chriſti reſurrectione, quando ejus caro, ſeu corpus reſtitutum eſt animæ; tunc ait, *Dominus regnavit:* triomphavit nempe devicta morte, devicto peccato devictaque dæmonum ſervitute. Quid tunc ſequitur? *Exultet*

tet terra; Applaudat terra, ac ſubſiliat, ſaltus, ac
Procop. exultationes edens. Procopius in cap. Iſai. 52. *In occaſionem, & argumentum feſtivitatis, ac lætitiæ*: Tunc pergit. *Lætentur inſulæ multæ.* Vel proprie intelliguntur inſulæ maritimæ, vel myſtice, qui perſecutiones, ac afflictiones patiuntur, ſicut inſula, quæ undique circunſtrepentibus fluctibus tunditur. Hi omnes in ſacratiſſimo Reſurrectionis
D. Leo. die lætentur, & exultent. Hinc D. Leo ſerm. ultimo de Paſſione. *In reſurrectione tua Domine, cœli, & terra lætentur.*

66. Ait Chriſtus Dominus *Abraham Pater veſter exultavit, ut videret diem meum, vidit, & gaviſus*
Joan. 8. *eſt.* Joan. 8. n. 56. Exultans vehementi, ac flagranti deſiderio gaudii, & exultationis præoptavit Abra-
Theodor. hamus videre *Diem meum.* Reſurrectionis nem-
Turrian. pe, ut interpretatur Theodor. & Torrian. lib. 8. Conſtit. Clem. cap. 12. n. 3. per antonomaſiam hic dies appellatur tanquam cunctorum dierum princeps. Sic canit Eccleſia. *Hæc eſt dies quam vidit, & gaviſus eſt*; quando Iſaac in Chriſti figura vidit immunem, ac liberum à morte; & inde divina providentia filia ejus vocatus eſt Iſaac, id eſt riſus. quia in hac die omnia ſunt plena riſus, gaudii, & exultationis.

67. Quinto. Eleganter D. Chryſoſt. in Pſalm. 2. *Se-*
D. Chryſoſt. *pulchrum acceptio corpore*, ait, *tertium, quò l Patris theſaurum accepiſſet, depoſitum cum tremore red-*
Matth. 27. *dit* Cum terra ſuſceptura ſit corpus Chriſti con-
Terra tremēdo reverentiam oſtendit erga corpus Chriſti. tremiſcit. *Terra mota eſt.* Matth. 27. n. 51. cumque reddituta ſit ipſum corpus: *terræ motus magnus eſt.* Suo nempe tremore magnam reverentiam, ac cultum exhibens corpore Chriſti, tam cum ipſum accipit, quam cum reddit.

68. Cum arca tranſiret per Jordanem, ait textus.
Joſuē 3. Joſue 3. n. 16. *Steterunt aquæ deſcendentes in lo-*
D. Chryſol. *co uno, & ad inſtar montis aſcendentes apparebant.* Quærit D. Chryſolog. ſerm. 140. cur aquæ ad arcæ intuitum ſteterunt, & inſtar montis velut ſui naturalis curſus oblitæ intumeſcebant? Pulchrè reſpondet. *Ibi elementa corripit, ut ſervulos inſtituat ad timorem.* Cum arca ingrederetur Jordanem aquæ præ timore reverentiali illius præſentiam non valent ſuſtinere, ſed tanquam fugam intumeſcentes oſtendunt. *Ibi elementa corripit, ut ſervulos inſtituat ac timorem.* Si inſenſibilia tantum reverentiam, ac timorem exhibent coram arca Chriſti typo, quanto timore, & reverentia inſtruitur homo, cum ad auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum accedit.

A ſenſibilibus inſtruitur homo, ut Deo habeat reverentiam.

QUÆSTIO X.

Quare Angelus ſedet ſuper lapidem ſepulchri, & à dextris, & quiſnam eſſet iſte Angelus?

69. QUÆSTIO I. Quiſnam eſſet iſte An-
Quæſtio 1. gelus? Franciſ. Lucas, & multi alii exiſti-
Angelus Gabriel. mant fuiſſe Gabrielem, quia juxta ſuum nomen adminiſter eſt fortitudinis Dei, illiuſque opera exequitur, & adimplet, Gabriel enim idem eſt ac *fortitudo Dei.*

70. Quæſtio 2. Quare Angelus non in ſpecie ſe-
Quæſtio 2. nis, ſed juvenis apparuit, ut exprimit Divus
D. Marcus. Marcus *Viderunt juvenem ſedentem in dextris?* Reſpondeo primo, quia juventus denotat Angelorum vigorem decorem, ac perenne robur, nam Angeli ſemper natura vigent, ac florent, & nunquam ſeneſcunt, aut marceſcunt. Ita Divus D. Dionyſ. Dionyſius de cæleſti Hierarchia, & commentarius in Marc. qui dicitur Hieroym. *Viderunt juvenem*, ait, *non ſenem, non infantem, ſed jucundum ætate. Hic juvenis formam reſurrectionis timentibus oſtendit.* Secundò juventus ſignificat robur validum, & bellicoſum, ut contra cuſtodes pugnet. Hinc quidam Græcus dicebat: *opera ſunt virorum, bella juvenum, conſilia verò ſenum.* Tertiò juventus repræſentat pulchritudinem, vivacitatem, immortalitatem, agilitatem, gloriam corporis glorioſi, quod Chriſtus in reſurrectione aſſumpſit.

Græcus. *Juvenis ad bella.*

Quæſtio 3. Quare Angelus ſedebat ſuper lapidem monumenti, ut ait D. Matth. *Accedens Angelus revolvit lapidem; & ſedebat ſuper eum?* Sedebat non tanquam feſſus ex labore, ſed ex myſterio. 71. Quæſtio 3.

Et primò reſpondet D. Hieronym. *Sedebat, ut eſſet cuſtos ſepulchri Dominici.* Ne aliquis videns illud vacuum, aliud cadaver in illud inferret indeque diceret, Chriſtum non ſurrexiſſe. Secundò ut oſtenderet, ſe eſſe eum, qui lapidem amoverit: pro morali documento, ut qui veluti ſuſtinuit lapidis pondus in eo amovendo, habeat & in eo requiem ſedendo. Tertiò. Ut mulieres advenientes placide, & benigne exciperet, ac contra adverſarios cuſtodes tueretur. Quartò. Ut reſurrectionis glorias quas nuntiabat, fixas, & permanentes indicaret. Divus Thomas. *Sedebat ſuper petram, ait, ut ſoliditas ſedentis daret credentibus firmitatem.* Quintò. Sedebat ſuper lapidem ſepulchri, ſuper lapidem mortis, tanquam illius morti non eſt obnoxius, tum quia denuntiata Chriſti reſurrectione, mors devicta manifeſtabatur. 72. D. Hieron.

Unde quis laborat, ibi habeat requiem.

D. Thom. *Reſurrectionis gloria perpetua.*

Sextò, Severianus in catena. *Sedebat ſuper eum*, ait, *ſedebat inquam, cui nulla inerat laſſitudo, ut fidei doctor, ut reſurrectionis magiſter.* Similiter D. Chryſolog. ſerm. 75. *Sedebat ad docendam reſurrectionem, non ad laſſitudinem ſublevandam. Cæleſtis natura ignorat laſſitudinem, neſcit laborem: ſed factus eſt lapis vas Angelicæ ſeſſionis, doctrinæ cæleſtis cathedra.* Sedebat, non quia eſſet in removendo ſaxo fatigatus ſed ut tanquam Doctor è cathedra myſterium reſurrectionis doceret, vel moraliter, quia cum corpus humanum apparenter aſſumeret, etiam ſpeciem laboris repræſentat, cum appareret in forma humana, quæ illius erant non reſpuit: vel ſedet, *ut fidei Doctor, ut reſurrectionis magiſter*: cum apparentiam magiſtri ac doctoris exhibet, ſedet indicans quantus ſit labor in prædicando, ac docendo, quòd ut denotet ſedet, cum aliàs nulla ineſſet laſſitudo. 72. Severian. D. Chryſol.

Qui alicujus formam induit, illius conditiones teneat.

Septimò. D. Chryſoſtom. homil. de Joan. Baptiſta. *Angelus ille, ait, qui revolvebat lapidem, & ſedebat ſuper lapidem, quid oſtendebat? Lapis, cui ego inſideo, qui ſervus ſum iſtius non poteſt includere Dominum meum, cum prematur à ſervo.* Non poterat Dominus eſſe in loco, cujus erat ſervus poſſeſſor, & cui ſupereminebat ſervus: ut moraliter dicam, & Dominus non debet poſſideri ac dominari à ſervo. 74. D. Chryſol.

Dominus non debet dominari à ſervo.

Quæſtio 4. Quare Angelus ſedet in dextris, ut ſcribit D. Marc. *Viderunt juvenem ſedentem in dextris?* Ab oſtio nempe monumenti, ac proinde ingredienti per oſtium Angelus erat à dextris. 75. Quæſtio 4.

76. Reſpondet primò D. Gregor. homil. 41. in Evangel *Notandum verò nobis eſt, quidnam ſit, quod in dextris ſedere Angelus cernitur, quid namque per ſiniſtram, niſi vita præſens, quid verò per dexteram niſi perpetua vita deſignatur? Unde in Canticis Canticorum ſcriptum eſt: læva ejus ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me, quia ergo Redemptor noſter jam præſentis vitæ corruptionem tranſierat, rectè Angelus, qui nuntiare perennem ejus vitam venerat, in dextera ſedebat.* Siniſtra præſens ſæculum denotat, dextera vero futurum perenne, & æternum; inde Angelus, qui nuntiare venerat perennem, ac perpetuam Chriſti vitam, in dextera ſedet, accommodans ſe proportionato loco ſuæ miſſionis ac legationis.

D. Gregor. *Quilibet ſe accommodet proportionato loco ſuæ legationis.*

Severian.

77. Secundò. Severianus in Catena. *Ad dexteram ſedebat*, ait, *quia reſurrectio nihil recipit ſiniſtrum.* Quidquid enim eſt in reſurrectione, totum feliciſſimum, perjucundum, ac hilare eſt. Videt Ezechiel. cap. 1. n. 10. illa animalia, myſteriis plena; de quibus ait: *Similitudo autem vultus eorum facies hominis, & facies Leonis à dextris ipſorum quatuor facies autem bovis à ſiniſtris ipſorum quatuor.* Maximè notatu dignum, quòd homo, & Leo ſint à dextris, vitulus verò à ſiniſtris, unde tanta differentia conſideranda eſt? Homo ſignificat Verbi Incarnationem, qua Deus factus eſt homo, Leo Chriſti reſurrectionem; ut jam dixi in hoc capite; tunc enim vicit Leo de tribu Juda. At vitulus, qui in ſacrificio Deo offerebatur, Chriſti Domini ſacrificium in Ara Crucis denotat, in quo ipſe ſe Patri obtulit in hoſtiam vivam. Hinc vitulus eſt à ſiniſtris, homo, & leo à dextris. Nam vitulus Chriſti paſſionem præfigurabat, quæ maximè contriſtavit diſcipulos, eoſque multum mœrore, ac anguſtia affecit, & ideo vitulus hanc triſtitiam denuntians eſt in ſiniſtris, at Domini Incarnatio, ejuſque glorioſa reſurrectio per hominem, & leonem adumbratæ maximè præjucundarunt orbem & ideò in dextera apparent; non ſicut in nativitate Chriſti melliflui facti ſunt cæli; & decantantes Angeli exultant, ita in reſurrectione omnia, gaudio, & lætitia replentur. D. Gregor. Magn. homil. 4. in Ezechiel *igitur*, ait, *Leo à dextris eſſe perhibetur, vitulus verò à ſiniſtris: à dextris enim læta, à ſiniſtris vero triſtia habemus: unde & ſiniſtrum nobis dicimus hoc quod adverſum eſſe deputamus, & ſicut præfati ſumus, per hominem incarnatio, per vitulum paſſio, per leonem verò Auctoris noſtri reſurrectio deſignatur. De Incarnatione autem unigeniti filii, qua redempti ſumus, omnes electi lætati ſunt: de morte verò illius, ipſi electorum primi ſancti Apoſtoli contriſtati, qui iterum de reſurrectione gaviſi ſunt, quia ejus nativitas, & reſurrectio diſcipulis lætitiam præbuit, quos ejus paſſio contriſtavit. Homo & Leo à dextris, vitulus verò à ſiniſtris ejus fuiſſe deſcribitur.* Idem ferè habet Richard. ibi.

Ezechiel. 1.

In reſurrectione omnia feliciſſima, ac perjucunda.

In reſurrectione Chriſti omnia feſtiva & læta.

D. Gregor.

Richard.

QUÆSTIO XI.

Quare Angelus apparet reſplendenti vultu veluti fulgure?

78. REGALI majeſtate, & magno apparatu apparet Angelus ſedens ſuper lapidem, fulgenti facie, candida veſte, ad quandam veluti ſimilitudinem, qua Chriſtus radiis Divinitatis in Thaboris jugo ſe exhibuit, & ad quid reſpicit tam inſolitus apparendi modus? Tam conſpicua gloriæ pompa? Tam inuſitatus corporis habitus, ut ſimilis Angelorum in tota Scriptura non inveniatur? Ad quid tam rarum, & admirabile indumentum? Et etiam ut ipſe Angelus tanquam Dominus ſederet? Sanè ut indicaretur, quòd cum ipſe ad tam feſtivæ legationis munus aſſumeretur, omni majeſtate, & gloria debebat fulgere, cum nihil eſſet ſublimius, & excellentius, ad quod ipſe evehi poſſet, & quod ab ipſo dici, ac annuntiari valeret, quàm Domini reſurrectio.

Tanta Majeſtas in Angelo ob reſurrectionis nuntia.

Erat autem aſpectus ejus, ut ait D. Matthæus, *ſicut* fulgur, Angeli cum apparent, ea ſpecie apparent, quæ conveniat rei, propter quam apparent. Cum ergo hic Angelus appareat, ut repræſentet glorioſam Chriſti reſurrectionem, hinc facies ejus micanter fulgurabat; unde optime exprimat quatuor dotes corporis glorioſi, tam Chriſti, quam beatorum, ſcilicet claritatem, impaſſibilitatem, ſubtilitatem & agilitatem. Ignis clarus, impaſſibilis, & omnia velociſſime pervadit, ac penetrat. Hinc de Angelis in curru Ezechielis 1. num. 14. dicitur. *Ibant, & revertebantur in ſimilitudinem fulguris coruſcantis.* Secundò fulgur repræſentabat gloriam, ac ſplendorem corporis Chriſti reſurgentis, nam per reſurrectionem Chriſti, ut ait D. Leo ſer. de Aſcenſ. *Infirmitas in virtutem, mortalitas in immortalitatem, contumelia tranſivit in gloriam.* Hinc Angelus apparet claritate fulguris; gloriam enim, ac ſplendorem, quem Dominus in corpore ſuo habebat, in ſuos miniſtros, ac ſervos refundebat, eumque illis communicabat. 79.

Fulgur exprimit, dotes beatorum.

Ezechiel. 1.

Dominus ſervis communicat gloriā.

D. Leo.

80. Tertiò. Ait D. Nyſſenus orat. 1. de reſurrect. *Aſpectus ejus, ſicut fulgur. Ut ipſo terribili habitu perterrefaceret cuſtodes.* Ac proinde fulgur repræſentabat iram, ac terrorem Angeli contra impios Judæos, cuſtodeſque ſepulchri, indeque Gabriel ſolis cuſtodibus apparuit tanquam fulgurans, ita ut in eos videretur veluti fulmine velle inſilire. Mulieribus verò fulgur hoc Gabriel attemperavit, ut vultum glorioſum, blandum, ac benignum oſtenderet; unde ſolis ut eſt probabile, mulieribus in veſte candida apparuit, ut habet Divus Marcus, ut vehementiam fulguris, levitate candoris, leniret, ac mitigaret D. Gregor. hom. 21. in Evangel. *In fulgure enim*, ait, *terror timoris eſt, in nive autem blandimentum candoris. Quia verò omnipotens Deus, & terribilis peccatoribus, & blandus eſt juſtis, rectè teſtis reſurrectionis ejus Angelus, & in fulgore vultus, & in candore habitus demonſtratus, ut de ipſa ſua ſpecie terreret reprobos, & mulceret pios. Unde rectè quoque populum per deſerta gradientem, columna ignis in nocte, & columna nubis præibat in die. In igne terror eſt, in nube autem viſionis nivis blandimentum: dies verò vita juſti, & nox accipitur vita peccatoris.*

D. Nyſſen.

Deus terribilis peccatoribus, blandus juſtis.

D. Gregor.

Rigor attemperandus.

Quartò. Facies Angeli ſicut fulgur apparet? nam Angelus erat reſurrectionis magiſter, & prædicator, inde ſicut fulgur apparet. Divus Nazianzenus orat. pro Baſilio ait *Tonitruus tuus erat ſermo, ac vita fulgur.* Unde Joannes, & Jacobus à Chriſto vocantur Boanerges Marci 13. num. 17. hoc eſt tonitrui filii, id eſt tonantes, & fulminantes opere, & ſermone contra impios, ac iniquos. 81.

Fulget, at reſurrectionis prædicator.

Marc. 13.

Propter

82. Propter peccatum ejicitur homo è paradiſo: *Et Deus collocavit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, atque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.* Gen. 3. n. 24. Non ſolum ponitur Cherubim, ſed cum enſe, & enſe flammeo. Philo lib. de Cherubin. *Sermonis flammeus gladius, ait, velociſſimus enim, & calidus ſermo eſt.* Oportet ut gladius Cherubini non ſolùm gladius ſit, ſed & flammeus Cherubim cum ſit ſpiritus ſapientiæ doctorem, ac prædicatorem ſignificat, habeat ergo & ipſe flammeum gladium, quia cum per illum Dei ſermo denotetur, non ſolum debet ſplendorem emittere, verum & ardorem fulgurare, tanquam ſi innueretur, quòd Doctor non ſolùm ſplendeat verbo, ſed & ardeat in vita, charitate ad Deum, & proximum. Hinc Chriſtus monebat ſuos diſcipulos Matth. 5. n. 13. *vos eſtis ſal terræ, vos eſtis lux mundi.* Comparantur luci propter verba, ſali propter opera: non enim Doctoris eſt ſolùm loqui, ſed & operari, & prius fit mentio de ſale, quàm luce, prius ſint opera quàm verba. Vide ſupra lib 7. cap 10. n. 36. 37. 38. Et in prioribus tomis, verb. *Prædicator*, multa.

Gen. 3. *Doctor fulgeat opere, & ſermone.* Philo.

QUÆSTIO XII.

Quare Angelus veſte candida veluti nive apparet?

83. D. Matth. D. Marc. DE hoc Angelo ait D. Matthæus, *& veſtimentum ejus ſicut nix*, Divus Marcus inquit, ipſum *coopertum ſtola candida.* In Biblia non invenies ita deſcriptum Angeli veſtitum, ut dicatur ſicut nix, ut ſpecialiter in præſenti dicitur cujus rationem inquirit præſens quæſtio.

84. D. Greg. *Veſtis candida pro feſtivitate, ac gaudio.* Reſpondet primò. D. Gregor. homil. 21. in Evang. *Qui ſtola candida, ait coopertus apparuit, quia feſtivitatis noſtræ gaudia nuntiavit.* Candor enim veſtis ſplendorem denuntiat noſtræ ſolemnitatis Noſtræ dicamus an ſuæ? Sed ut verius fateamur, & ſuæ dicamus & noſtræ. *Illa quippe Redemptoris noſtri Reſurrectio, & noſtra feſtivitas fuit, quia nos ad immortalitatem reduxit, & Angelorum feſtivitas extitit, quia nos revocando ad cœleſtia, eorum numerum implevit.* In reſurrectione Chriſti ac tanti triumphi ejus à morte, pro ſigno feſtivitatis, ac gaudii in veſtimento candido apparet Angelus. Hanc tantam Chriſti victoriam celebrant cœleſtes Spiritus, & dicunt: *Alleluia, quoniam regnavit Dominus Deus noſter omnipotens Gaudeamus, & exultemus.* Apoc. 19. n. 67. Et ſtatim additur: *Exercitus, qui ſunt in cœlo, ſequebantur eum in equis albis, veſtitis byſſino albo, & mundo.* Cur potius in veſte alba, quam purpurea, vel viridi? & cur non in equis rufis, pallidis, vel nigris, ut Angeli apparuerunt, Apoc 6. num. 4. ſed in equis albis? Pro inſigni feſtivitate, ac gaudio, in quo lætandum, ac exultandum erat, decantantes *Alleluia*, & ideo omnia alba, nil nigrum, vel pallidum. Petrus Damianus in vita ſanctorum Martyrum Mariani, ac Jacobi: *In equis, ait, itaque fortitudo pugnantium, in candore autem gloria invenitur triumphantium.*

Apoc. 19. Damian.

85. Drogo. Secundò. Drogo lib. 1. de Sacramento Dominicæ Paſſionis. *Quid autem, ait, per candorem nivis, & veſtimentorum ſpeciem, niſi corporis noſtri frigida & mundiſſima caſtitas ſignatur, quæ præſidenti in ſe Angelicæ claritati ſimilis, & teſtimonium præbet, & obſequium.* Cur Angelus non purpura, ſed candore veluti nive induitur? Frigiditas nivis, & candor, veſtis caſtitatis Angelicæ ſignum eſt; ut ergo exterior veſtis interiori candori correſpondeat, quo nitet Angelus, non purpura, ſed veſte alba apparet exterius; nec diverſa ſint, quæ inſunt internè, & externè apparent. De anima ſancta, ait divinus ſponſus: *Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra es.* Cant. 1. n. 14. Cur non ſemel tantum, ſed duplicata voce pulchram dicit? Ut ejus perfectam formoſitatem, ac decorem decantet, nam ſi externa pulchritudine nitet, etiam ſimili internè condecorata eſt. Philo Carpathius: *duplici laude celebrat, ut non modo extrinſecùs eam formoſam eſſe oſtendat, verùm & intrinſecùs decoratam.*

Exterior ornatus correſpondeat interiori. Cant. 1. Philo.

86. Tertiò Valdè notanter hic in reſurrectione Angeli amictus inſigniter niveus dicitur, tanquam puritatis ac caſtitatis ſymbolum, ut ait Drogo citatus. *Per candorem nivis mundiſſima caſtitas ſignatur.* Et cur Angelus hic in externa apparentia ſignum ſuæ puritatis exhibet? Angelus aderat, ut cum ſanctis, ac piis mulieribus haberet blandum, ac ſuave colloquium de Domini reſurrectione, & quamvis Angelus ſuæ naturæ aſylo maximè totus ſit à qualibet incautæ libidinis ſcintilla, tamen ne aliquis ignarus myſterii, ac naturæ ejus valeat aliquid ſiniſtrum oblatrare, inde ipſe ut eximiè cautus omnium oculis aperta ſigna ſuæ puritatis, ac caſtitatis objicit, ut impiorum ora obmuteſcant: tam periculoſum eſt, cum muliere agere, tantáque cautela in hoc negotio requiritur, unde dicebat D. Fulgentius ſerm. in De. collatione Joannis. *Quocumque pacto perſequitur mulier, ſi placat, jugulat; ſi diſplicet pejus diſcruciat.*

Magna cautela, ne colloquium mulieris faciat pravam ſuſpicionem. D. Fulgent.

Quartò Venerat Angelus ad decantandum, ad celebrandum Dominicæ reſurrectionis Sacramentum, inde in veſte candida ut nive apparet; ad indicandum, quod Paſchale feſtum cum omni puritate, ſinceritate, ac virtutum candore peragendum ſit. Ut Iſraëlitæ Paſcha celebrent, eis præcepit Deus: *Renes veſtros accingetis, & calceamentum habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus.* Exod. 12. n. 11. cur tot ceremoniæ ad Paſchale feſtum commendantur? Cur renes accingendi ſunt? Cur lumbi reſtringendi? In lumbis luxuria, ac carnis delectatio ineſt; hinc David Dominum rogabat dicens *Ure renes meos* Pſalm. 25 num. 2. & inde præcipitur illis, ut renes accingant, omnem nempe concupiſcentiam à ſe amputent, calceos, & baculos tenentes, tanquam à terrenis ſeparati, & ab eis profecturi, ut ita cum omni munditia, ac puritate Paſcha peragerent; ſi tot ab illis requirebantur ad umbram quandam agendam, quæ puritas, & ſanctitas nobis neceſſaria eſt ad verum Paſcha celebrandum, cum immolatione veri agni Chriſti Jeſu, ejúſque glorioſa Reſurrectione? D. Greg. Magn. hom. 22. in Evangel. *Qui Paſcha comedit, habere renes accinctos debet, qui ſolemnitatem reſurrectionis, atque incorruptionis agit, corruptioni jam per vitia nulla ſubjaceat, voluptates edomet, carnem à luxuria reſtringat, neque enim cognovit, quæ ſit ſolemnitas incorruptionis, qui adhuc per incontinentiam corruptioni ſubjacet.* 87.

Exod. 12. *Paſchale feſtum magna puritate celebrandū.* D. Gregor.

QUÆSTIO XIII.

Quare Angelus deſcendens de cœlo revolvit lapidem?

88. MUlti dubitant, quot lapides Angelus revolverit? aliqui putant duplicem; dicunt enim duplicem fuiſſe lapidem ſepulchri, unum exteriorem, quo cubiculum ſeu Camera, in quo erat ſepulchrum, claudebatur, alterum (aſſerunt) quo ipſum ſepulchrum à parte ſuperiori erat opertum.

Unus tantùm lapis revolutus ab Angelo.

89. Tamen Evangeliſtæ unius tantum lapidis faciunt mentionem. D. Matth. *Angelus accedens revolvit lapidem.* D. Marc. ait, mulieres dixere: *Quis revolvet nobis lapidem ab oſtio monumenti?* Unus ergo tantum erat lapis, quo oſtium ſepulchri deorſus claudebatur. Interius enim ſepulchrum Domini non erat à parte ſuperiori patulum, ſed clauſum lapide immobili: ex latere verò à parte auſtrali, apertum erat. Beda ad c. 27. Matth. *Locus Dominici corporis*, ait, *de eadem petra factus eſt, qui non deſuper ſed à latere meridiano per totum patulus eſt.*

Beda.

Revolvitur lapis, ut Chriſti reſurrectio manifeſtetur.

90. Et certum eſt, quod Angelus non revolvit lapidem, ut Chriſtus tunc reſurgens exiret de ſepulchro, jam antea ſurrexerat, ſepulchro clauſo, ſicut & clauſo Virginis utero natus eſt: Revolvit ergo lapidem Angelus, ut mulieribus pateret aditus ad ſepulchrum, quod cum mulieres vidiſſent corpore vacuum, clariùs Angelus eis oſtenderet, Chriſtum jam ſurrexiſſe. D. Hier. Epiſt. ad Hedib. q. 6. *Non putemus*, ait, *Angelum idcirco veniſſe, ut aperiret ſepulchrum Chriſto Domino reſurgenti, ſed poſtquam Dominus reſurrexit, indicaſſe, quod factum eſt, & ſepulchrum vacuum revolutione lapidum oſtendiſſe*: Idem docent D. Aug. ſerm. 138. de tempore. Nyſſen. orat. 2. de Reſurrect. D. Juſtin. q. 117. ad Orthodox. S. Epiph. orat. de ſepultura Domini. D. Nazianz. in Tragœd. de Chriſto patiente. D. Chryſol. ſerm. 75. *Lapis*, ait, *advolutus probavit mortem: revolutus extitit reſurrectionis aſſertor.*

D. Hieron. Nyſſen. D. Juſtin. D. Epiphan. D. Nazianz. D. Chryſol.

Servis Dei adeſt auxilium Angelorum.

91. Venit ergo Angelus, & revolvit lapidem. Victor. Antioch. in Marc. cap. 16. *Poſtquam Dominus*, ait, *reſurrexerat, venit Angelus Domini, & ſubmovit monumenti lapidem; ſubmovit autem à ſepulchri oſtio grande illud ſaxum propter mulieres.* Convenerant mulieres ad ſepulchrum, ut eximium pietatis opus, ungentes corpus Jeſu, impenderent, inde præſtò adſunt Angeli ſubmoventes lapidem omnémque difficultatem excludentes; ſemper Angeli ad eos deſcendunt, qui in Dei obſequio opus pietatis exhibent.

Vict. Ant.

92. Cum Jacob juxta Patris, ac Matris beneplacitum, tenderet in Meſopotamiam, obdormiſſetque in loco quodam, vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram. *Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam.* Gen. 28. n. 12. Quid eſt quod tam celerrimè adſunt Angeli Jacobo, ipſum patrocinantes, ac cuſtodientes ab omni timore nocturno, ab omnique incurſu malo, ac ſiniſtro eventu. Ibat Jacob totus intentus Dei mandatis, ut in omnibus rebus ejus beneplacito ſerviret, & in cunctis illi daret gloriam, non ergo mirum, ſi tam ſedulò advolent Angeli in ejus tutelam, ac adjuvamen, removentes omne obſtaculum, & cuncta ſecura reddentes D. Cyrillus Alexandr. lib. 1. Glaphyrorum? *Oſtendit enim*, ait, *quòd multitudo Angelorum undequaque proſiliens facilè liberatura ſit eos, qui Deo ſubditi parent.*

Gen. 28. D. Cyrill.

Marc. 16. *n.* 6. Qui dicit illis: Nolite expaveſcere: Jeſum quæritis Nazarenum crucifixum: Surrexit, non eſt hic; ecce locus, ubi poſuerunt eum.

VERSIONES.

Syriacus. Is autem dixit eis: ne timeatis, Jeſum Nazarenum quæritis illum, qui fuit crucifixus. Surrexit non eſt hic: En locus, ubi poſitus fuerat.

Euthym. Ne obſtupeſcatis.

Arabicus. Jam ſurrexit: non eſt hic.

Franc. Luc. Ubi ſepelierunt eum.

ALTER TEXTUS.

Matth. 28. *n.* 5. Reſpondens autem Angelus, dixit mulieribus: nolite timere vos: ſcio enim, quod Jeſum, qui crucifixus eſt, quæritis.

Num. 6. Non eſt hic, ſurrexit enim, ſicut dixit: venite & videte locum, ubi poſitus erat Dominus.

EXPOSITIO III.

QUi dicit illis: Seu ut habet D. Matth. Reſpondens autem *Angelus dixit mulieribus*, ſcilicet Magdalene, Mariæ Jacobi, & Salome. Nolite timere. D. Matth. *Nolite timere vos.* Magnam emphaſim habet illud *vos*, ac ſi dicat. Timeant milites, qui malo animo adſunt ſepulchro, tanquam reſurrectionem Domini impedituri, vos verò non timeatis, quæ ad opus charitatis, ac pietatis exhibendum venitis. Opus bonum dat confidentiam, & animum, ſicut & malum timorem. D. Cyrillus Hieroſolymit. Catech. 14. D. Chryſoſtom. homil. 90 D. Gregor. homil. 21. in Evangel. *Paveant*, ait, *illi, qui non amant adventum ſupernorum civium: pertimeſcant, qui carnalibus deſideriis preſſi, ad eorum ſe ſocietatem pertingere poſſe deſperant. Vos autem cur?* Deinde Angelus expellit timorem. *Nolite expaveſcere.* Ut mente placida poſſint; quæ dicuntur audiri. 93.

93. D. Matth. Ex bono opere confidentia, ex malo timor provenit.

Jeſum quæritis Nazarenum crucifixum. Gabriel non ſolum ſe oſtendit Dei Angelum vultus ſplendore, veſtium candore, ſed etiam verbis, dum mulieribus earum votum, ac itineris cauſam aperit, quo & ſimul oſtendit, quòd non debeant expaveſcere; nam ſicut mulieres veniunt in obſequium Jeſu, ſic & Angelus in ejus obſequium deſcendit, operis autem ſimilitudo maximè animos aſſociat, & conjungit, Chriſtianus Druthmarus ſic in perſona Angeli loquitur: *Ad illius obſequium veni, ad cujus vos venitis, & unum Dominum habemus & unam voluntatem.* Et Dominum Jeſum crucifixum appellat, oſtendens, non erubeſcere, ſed palam crucem confiteri, de illáque maximè gloriari. 94.

94. Similitudo operis aſſociat animos. Druthmar.

95. *Surrexit non eſt hic.* Non ſatis fuit dicere : non eſt hic, poterat enim illic non eſſe, nec tamen reſurrexiſſe, poterat enim inde eſſe tranſlatus, aut furto ſublatus, & ideo addit : *Surrexit.* Ideo non eſt hic, quia ſurrexit. Addit D. Matth. *Sicut dixit:* Probat Angelus Chriſti reſurrectionem, ulterius, non ſolum, quia ipſemet Angelus dicat, ſurrexit, nec quia tantum locus ſit vacuus ſine eo : *Non eſt hic*, ſed maximè ex Chriſti promiſſione, ac verbis: *Sicut dixit*, nam cum ipſe ſit verus Dei filius, non poteſt mentiri, aut deficere in verbis ſuis, *Ecce locus ubi poſuerunt eum*, & ita per oculorum intuitionem videre, quòd corpus non ſit, ubi poſitum fuerat. De quo quæſt. 16.

Matth. *Ex Chriſti oraculo probat Angelus reſurrectionem.*

QUÆSTIO XIV.

Quare inter Chriſti reſurgentis glorias Angelus eum Crucifixum appellat?

96. IN limine quæſtionis ponderandum eſt, quod prius Chriſti D. reſurrectio denuntiatur mulieribus, ac diſcipulis, quam Dominus eis appareat. Paulatim præparandi fuerunt animi ad reſurrectionis Sacramentum videndum, ne ſi Dominus ſubitò eis appareret, ipſi timerent, ac eſſe phantaſma exiſtimarent, ut alibi putarunt, & ut etiam nunciata Chriſti reſurrectione magis deſiderium ipſum videndi accenderetur, cúmque videntes majori gaudio, ac lætitia perfunderentur.

Cur prius nuntiatur Chriſti reſurrectio, quàm ipſe appareat.

97. Quæſtio præſens eſt : Quare cum Angelus Chriſtum Dominum dicat gloria, & honore coronatum in ſua reſurrectione, eum tamen crucifixum dicit, *Jeſum quæritis Nazarenum crucifixum, reſurrexit?* Reſurgentis glorias publicat Angelus, & tamen adhuc crucifixum appellat; quid habet crucis ignominia, ac tormentum, cum reſurrectionis vita, ac pompoſo trophæo?

Ratio difficultatis.

98. Reſpondet primò Vict. Antioch. ad hunc locum Marci. *Non erubeſcit*, ait, *crucifixi nomen: hoc uno enim nomine, & re omnium bonorum noſtrorum ſumma continetur.* Aperta voce dicit Angelus crucem, & crucifixum, non enim de his erubeſcit, ſed hæc habet pro ſummo honore, & gloria, nam omnium bonorum noſtrorum compendium, & ſumma in Jeſu crucifixo continetur, & clauditur, de quo multa dixi ſuo loco, & lib. ſuperiori cap. 1.

Victor. Ant. *Jeſus crucifixus ſumma omnium bonorum.*

99. Secundò D. Cyrill. Hieroſol. Catech. 13 ſic Angelum alloquitur. *Non potuiſti dicere, ô Angele, ſcio quem quæritis meum Dominum?* Poterat ſanè ita dicere, ad quid addere voluit *crucifixum?* Deſcenderat Angelus, ut mulieres certiores faceret de Chriſti reſurrectione, ad quid ergo quem glorioſum prædicat, crucifixum proponit? ut certè ex cruce clareſcat gloria reſurrectionis Sic pergit citatus Cyrill. *Sed confidenter dicit; ſcio quòd crucifixum quæritis : Corona enim eſt crux, non ignominia.* Cum Angelus Chriſti reſurrectionem prædicat, confidenter crucem commemorat. Crux enim corona Chriſti eſt, cum ergo Chriſtus in reſurrectione triumpharet, conveniens erat, ut exprimeretur ejus corona, qua ipſe maximè nitet, & reſplendet. In tanto apparatu reſurrectionis crux corona triumphalis, *corona enim eſt crux, non ignominia.*

D. Cyril. *Crux, ut corona triumphalis, Chriſti reſurrectionem illuſtrat.*

100. Tertiò. D. Chryſol. ſerm. 76. *Angelus prædicat nomen, crucem dicit, loquitur paſſionem, fatetur mortem : ſed reſurrectionem mox, mox, Dominum confitetur. Angelus poſt tanta ſupplicia, poſt ſepulchrum agnoſcit Dominum, ſuam loquitur ſervitutem, & injuriam paſſionis totam tranſiſſe ſentit reſurrectionis in gloriam.* Ad quid Angelus crucem loquitur, ac paſſionis commemorat tormenta; ut ſumptuoſius cumulet Reſurrectionis gaudia, quandoquidem devictis tantis pœnalitatibus auguſtior eſt triumphalis pompa, & ſuperatis tenebris fulgidius inradiat gloria, de paſſione decus victoriæ augetur, & de ſepulchri tenebris magis ſplendeſcit lumen, & de tanta plagarum, ac dolorum congerie magis victoriæ incrementur lætitia, & tota tranſacta paſſio nunc maximè militat, ad oblectationis gloriam; præcedens enim calamitas maximè felicitati blanditur ad gratiam, & augeſcit lætitiam. Dixit Caſſiodorus lib. 8. Variar. c. 20. *Bonum inſolitum plus amatur, & ſequenti gaudio confert dulcedinem temporum præmiſſa triſtitia.*

D. Chryſol. *Præterita calamitas felicitati blanditur ad incrementum, lætitiæ.* Caſſiodor.

101. Quartò Chriſtus ab Angelo redivivus prædicatur crucifixus, quia ſi majeſtatis gloria reſurrectionis ſplendore terrorem incutit, de crucifixi forma, dat confidentiam, quod in noſtris miſeriis ab eo ſalutem, & miſericordiam impetrare valeamus.

102. Ait Regius Vates Pſal. 93. num. 1. *Dominus regnavit, decorem indutus eſt, indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe.* Quæ verba exponens Liran. ait : *Regnavit Dominus quia in reſurrectione poteſtatem ſuper omnem creaturam accepit; Decorem indutus eſt, cum corpus paſſibile, & deturpatum in paſſione, in reſurrectione fuit glorioſum. Præcinxit ſe, quia tanquam fortis præcinctus in inferno detentos potenter eduxit.* Optima eſt interpretatio, ſed adhuc expoſitione indiget illud verbum. *Præcinxit*, quo crucifixio denotatur juxta id, quod Chriſtus dixit Petro. Joan. 21. n. 18. *Cum ſenneris, Petre, alius cinget te.* Quibus verbis Chriſtus Petro ſuam crucifixionem ſignificavit; hodie ergo in ſua reſurrectione, inter illius ſplendores decantatur à Davide, quod Dominus geſtet crucifixi formam, ut etiam dicit D. Auguſt. *Crucifixus redit ab inferis.* Et ad quid cum regno, illius decore, ac fortitudine, crucifixi formam refert Dominus? quia ſi ſigna regni, ac majeſtatis decoris, & fortitudinis nos terreant, crucifixi forma nos alliciat ac det confidentiam, ad miſericordiam, ac pietatem ab eo obtinendam.

Pſalm. 93. Lyranus. Joan. 21. D. Auguſt. *Sicut glorioſus terret, ut crucifixus dat confidentiam ad miſericordiam.*

QUÆSTIO XV.

Quare Angelus cum Chriſtum annuntiat ſurrexiſſe, eum Nazarenum vocat, ubi de floribus Paſchalibus ſermo eſt?

103. CUM Angelus dixit, Chriſtum ſurrexiſſe, eum Nazarenum, id eſt, floridum vocat, Nazarenus enim à floribus derivatur. D. Hieron. ibi : *Jeſum quæritis Nazarenum, Radix amara crucis evanuit; flos enim vitæ cum fructibus erupit.* Rectè in ſua glorioſa reſurrectione Chriſtus Nazarenus dicitur, id eſt, floridus, in hac ſacratiſſima die, tranſacta jam eſt acerbitas, ac amaritudo crucis, & flores cum fructibus gratiæ, vitæ, ac ſalutis erumpunt; unde pro tam feſtiva ſolemnitate dicam illud Eccleſiaſt. 39. num. 19. *Florete flores, quaſi lilium, & date odorem, & frondete in gratiam*

D. Hieron. *In die reſurrectionis flores pullulant.* Eccleſ. 39.

gratiam & collaudate canticum. Omnia muſicis, ac canticis reſonent. Florete flores, date odorem, frondere in gratiam viridibus, ac perjucundis ramis, ac floribus: in gratiam, inquam, non lege, ac impetu naturæ, ſed in gratiam, ac ſolemnitatem feſtivi diei. *Florete flores.*

104. Cantic. 1. Aponius. Ad Chriſtum D ait anima ſancta. Cantic. 1. n. 16. *Lectus noſter floridus.* Per hunc lectulum, Domini ſepulchrum interpretatur Aponius. *Per hunc lectulum*, ait, *floridum, id eſt ſparſum floribus ſepulchrum Domini per ænigmata ab Eccleſia intelligitur dictum.* (*Sepulchrum Domini floridum.*) Quid habet horror ſepulchri cum jucunditate, ac amœnitate florum? Ad diem reſurrectionis referenda ſunt verba Animæ ſanctæ. In hac enim ſacratiſſima die, cum Chriſtus D. luce, ac fulgore ſplendens exiit è ſepulchro, tunc totum ſepulchrum mira elegantia floridum apparuit, ait de hoc ſepulchro Joan 19. n. 41. *Et in horto monumentum novum, ibi poſuerunt eum.* Sine dubio totus hic hortus tunc eleganti florum varietate, ac eorum odore ſuaviſſimus apparuit: *Florete flores, date odorem.*

105. Pſalm. 21. In perſona Chriſti ait Regius Vates, Pſalm. 21. num. 15. ſicut *Aqua effuſus ſum*: Quòd gloria, ac ſplendores ejus reſurrectionis ſicut aquæ per totum orbem diffuſæ, ac diſperſæ ſunt, ſed cur cum aqua comparantur? Richard. Richardus de S. Laurentio de laudibus B. Mariæ lib. 9 jam ſuperiori libro datus, ait *Aqua loca ſicca viridia reddit, & florida.* (*Dies reſurrectionis omnia viridia ac florida reddit.*) Reſurrectionis gloriæ, ubi diffuſæ, ac avulgaræ ſunt, cuncta fœcundarunt, florida ac virida reddiderunt cum multa elegantia, ac pulchritudine, amœna cuncta facientes.

106. Apoc. 4. In ſpiritu elevatur Joannes in cœlum, Apoc. 4. n. 3. & ecce in cœlo ſedes poſita erat. *Et qui ſedebat, ſimilis erat aſpectui lapidis jaſpidis & ſardinis: & iris erat in circuitu ſedis ſimilis viſioni Smaragdinæ.* Per hunc, qui ſedebat Chriſtum D. in ſua reſurrectione interpretatur Alcazar, & inde dicitur ſimilis colori lapidis jaſpidis, & ſardinis. Jaſpis maximè reſplendet, Sardius vero rubeus eſt, nam Chriſtus reſuſcitatus pereximiè reſplendet, ruborem tamen ſuorum quinque vulnerum retinet, *& iris erat in circuitu ſedis, ſimilis viſioni Smaragdinæ.* Iris, ſeu arcus cœleſtis, cum varius ſit colore, florum varietatem denotabat, ut Andræas. interpretatur Andreas Cæſarienſis, Smaragdus verò maximam viriditatem, virides ramos, ac viridia Solonius. folia ſignificabat, ut ait Solonius cap. 17. Cum Chriſtus glorioſè reſuſcitatus ſuis quinque vulneribus nitens reſplendet, ſtatim flores, viridéſque rami, ac perjucunda gramina ſeſe oculis objiciunt, ac offerunt. Adeſt Reſurrectionis Dominicæ feſtivitas, *florete flores*, cuncta floribus, roſis, ac viridibus ramis, pulchrè componantur, ac exornentur. (*Chriſtus reſuſcitatus apparet cum floribus, viridibuſque ramis.*)

QUÆSTIO XVI.

Quare cum Angelus oſtendat ſepulchrum vacuum, non indicat etiam ubi modo Chriſtus præſens ſit?

107. PRIMÒ valdè mirum eſt, quòd Angelus inter Reſurrectionis glorias horrorem ſepulchri indicat, cur non potius obliviſcitur de morte? ad quid vitæ aſſecla in conſiderationem mortis trahis? Sapienter volebat Angelus in earum animis ingerere ſpem ſalutis, ac vitæ æternæ, & inde eas ad videndum Dominicæ paſſionis ſpectaculum adducit, à ſola enim Chriſti paſſione nobis provenire poteſt ſalus, & vita D. Chryſol. D.Chryſol. ſerm. 77. *Mulieres vocat Angelus*, ait, *ad videndum, ut ſacri corporis locus mundaret oculos; quos Diabolo claudente, vitæ arboris macularet aſpectus. Ingrediuntur ſepulchrum, ut conſepultæ Domino totam fidei reſurgerent in ſalutem.* Ingrediuntur ſepulcrum, ut illius aſpectu mundarentur earum oculi, ac in earum animis conſepulta fides renovaretur in ſalutem. (*Sepulchri aſpectu mundantur oculi, & fides renovatur in ſalutem.*)

Secundò. D. Hier. in c. 16. Marc. *Oſtenditur mortalitas*, ait, *immortalibus ad gratiarum actionem dedit, ut intelligamus, quid fuerimus; & ſciamus, quid futuri erimus.* Nota Angeli prudentiam, inter Reſurrectionis glorias, ad ſepulchrum mulieres adducit; ut recordentur, & intelligant ſuam terrenam originem, & inde omnia ſua ſecura, ac in tuto erunt. 108. D. Hieron. (*Memoria terrenæ originis aditus ad bona.*)

Hæc moraliter ſunt dicta, tamen ratio litteralis eſt: cum mulieribus, Angelus ingrediens monumentum, ſepulchrum vacuum oſtendit, *videte locum, ubi poſitus erat Dominus.* Ut per ocularem inſpectionem, ait D. Chryſ. videatis corpus ejus hic non eſſe, ſed ex eo ſurrexiſſe. D. Hier. in Matth. *Ut ſi meis verbis non creditis, vacuo credatis ſepulchro.* Quamvis Angelus fulgenti vultu ſicut fulgure, ac veſtium candore, ſicut nive, multa auctoritate polleret in ſuis dictis: *Surrexit*; tamen mulieres introducit, ut ſepulchrum vacuum intueantur, quæ enim videntur, maximè animos movent, ac attrahunt. 109. (*Ratio literalis.*) D. Chryſ. D. Hieron. (*Quæ videntur, maximè animos movent.*)

Quæſtio tamen principaliter inquirit. Quare, cum Angelus dicat mulieribus: *Non eſt hic, ſurrexit.* Non eis explicat locum, quò abiit, ubi ſit, ubique eum invenire poterunt? Cur ergo Angele pias fœminas de ſinis dubias de loco ubi ſit Jeſus, cur tantum dicis, quod ibi non ſit, ut ſanctæ fœminæ magis laborent in illo inquirendo. 110.

Præclare ad dubium reſpondet D. Chryſoſt. homil. de Joanne Baptiſta. *Audi*, ait, *quid dixit Angelus ad mulieres: Quid quæritis viventem cum mortuis? Quid quæritis Dominum in ſepulchro? Certè, ſi ſciretis, illum eſſe viventem, audiretis: Medius inter vos eſt, quem vos ignoratis. Regnum Dei intra vos eſt. Jeſum quæritis in ſepulchro. Credite eum reſurrexiſſe, & putate in vobis, quem quæritis.* Satis eleganter pungit ſanctus Doctor mulieres, quod ut tepidæ in fide Chriſtum quærebant mortuum in ſepulchro, quem ut reſurgentem debebant expectare, ſicut ipſe dixerat, *tertia die reſurgam*, ſi enim ipſum quærerent perfecta, ac conſummata fide, non amplius laborarent, non amplius vagarentur, ſed in ſeipſis illum haberent, illúmque experirentur. *Credite eum reſurrexiſſe, & putate in vobis, quem quæritis. Regnum Dei intra vos eſt.* Qui enim plenus eſt fide viva, Deum in ſe habet. 111. D. Chryſ. (*Si Deum perfecta fide quæras, eum in te habet.*)

Valdè diligenter per vicos, & plateas quærit anima ſancta ſuum dilectum, tunc ut ipſa teſtatur, inveni, quem diligit anima mea, *tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ.* Cantic. 3. num. 4. ſponſa in præſenti detentum tenebat ſuum dilectum, cur ergo de præſenti non ait, teneo eum, detentúmque habeo, nec dimittam, donec introducam in domum matris meæ? ſic conſequentius videbatur dicendum, ſed aliter ait, in præterito, *tenui eum*, ipſa quæſivit eum per vicos, & plateas, & idem fuit, quòd 112. Cantic. 3. (*Omnis, qui Deum quærit, invenit, & eum habet.*)

quòd ipſe charitate vulnerata quæreret eum, ac quòd ipſum inveniret, ſi enim anima fervida fide, ac charitate Deum quærit, eum ſtatim in ſe ha-
D. Ambroſ. bet; eúmque invenit D. Ambroſ. lib. de Iſaac. c. 5. *Modico cum tranſivi ab eis, inveni eum, tenui eum, non dimiſi eum, omnis qui quærit, invenit.*

113. Iſai. 21. Ait Iſaias 21. n. 11. *Ad me clamat ex Seir: Cuſtos quid de nocte? Cuſtos quid de nocte? Dixit cuſtos: venit mane, & nox, ſi quæritis quærite.* Maximè expendendum illud mane de nocte quærebat, ac interrogabat? *Cuſtos quid de nocte?* & reſponſum accepit *Venit mane.* Cur quærenti de nocte, ſtatim mane objicis (quærebat Deum in nocte, &
Montanus. *Quærens Deum nocte invenit mane.* ſtatim in ipſa nocte invenit lucem claritatis divinæ, & ſic explicat Montanus; *Venit mane, & nox*, id eſt, cum nox ſit jam venit tibi quærenti mane D. Gregor. lib. 6. Moral. c. 13. *Bene*, ait, *à*
D. Gregor. *cuſtodibus additur, venit mane, & nox, quia per ejus præſentiam nova lux mundo claruit.*

Matth. 16. *n.* 7. Sed ite, dicite diſcipulis ejus, & Petro, quia præcedet vos in Galilæam: ibi eum videbitis, ſicut dixit vobis.

VERSIONES.

Syriacus. Sed abite dicturi diſcipulis ipſius, & Petro: Ecce præit vobis in Galilæam.
Arabicus. Quia ipſe præcedet vos.
Vatablus. Illic videbitis.

ALTER TEXTUS.

Matth. 28. *n.* 7. Et citò euntes dicite diſcipulis ejus, quia ſurrexit: & ecce præcedet vos in Galilæam: ibi eum videbitis; Ecce prædixi vobis.

EXPOSITIO IV.

114. SED ite. D. Matth. *Et cito euntes*, & ait Angelus *cito*, ut cito, levetis, & abſtergatis diſcipulorum mœrorem conceptum ex Chriſti morte, eorúmque triſtes animos erigatis, & magno gaudio repleatis, feliciſſimo nuntio Divini Magiſtri reſuſcitati,
In aliorum ſalute, ac gaudio mora auferenda. & cito ire jubentur, mora quippe omnis auferenda, cum in aliorum ſalute laborandum ſit *Dicite.* Non una tantum mulier mittitur, ſed omnes tres, in ore enim duorum vel trium ſtat omne verbum, ut ita earum teſtimonium de Angeli viſione, ac de Chriſti reſurrectione audita, majori fide, ac auctoritate reciperetur à diſcipulis. Et quia una ſola mulier per publicas vias, non debet incedere, nec huc, & illuc curſitare, *diſcipulis ejus*: addit & Marcus; *& Petro*: utpote Principi Apoſtolorum, & ne ipſe ob negationem exiſtimaretur à diſcipulorum numero excluſus, de quo quæſt. 18.

115. Euthym. *Deus nos prævenit ad beneficia ſua danda.* *Præcedit vos*: præcedere vos decrevit per agilitatis dotem. Euthym. *præcedit*, hoc eſt *prævenit vos*, prius enim ibi erit, quàm vos, ſemper Chriſtus nos prævenit ad beneficia ſua communicanda. *In Galilæam*, utpote veſtram patriam, de quo quæſt. ſequenti. *Ibi eum videbitis.* Mulieres pro ſtudio quærebant Chriſtum, & plus inveniunt, quam cogitaverant; quærebant mortuum, & vivere eum intelligunt, ſpémque videndi accipiunt.

QUÆSTIO XVII.

Quare ab Angelo nunc mittuntur mulieres, ut diſcipulis denuntient, quod in Galilæa videndus ſit Dominus, quatuor quæſtiones reſolvuntur.

QUÆSTIO. Quare Angelus primò oſtendit 116.
mulieribus ſepulchrum vacuum à corpore Quæſtio 1.
Chriſti? deinde eas mittit ad annuntiandam ejus reſurrectionem ut notavit Ammon, in Harmonia Ammon.
Cum lapidem, inquit, *ingentem ab oſtio ſepulchri motum cernerent, ac corporis Domini veſtigium, id quod referebant faſciæ, jubentur ab Angelis Chriſti reſurrectionem diſcipulis illius nuntiare, & prædicare.*

Reſpondeo Non antea, ſed poſt viſum ſepul- 117.
chrum, & paſſi corporis veſtigia, nimirum faſcias viſas, jubentur fœminæ ire prædicaturæ diſcipulis, de conſpectu enim paſſionis maximè roboramur, ut illius prædicatores ſimus. Cantic. 3. Cantic. 3.
n. 11. *Egredimini filiæ Sion, & videte regem Sa-* Luc. 14.
lomonem in Diademate, &c. Cur ad tam horrendum ſpectaculum, Jeſum ſpinis coronatum, invitantur fœminæ? cum tamen Luc. 14. n. 16. Dicatur: *A Paſſione Chriſti infirmæ mentes roborantur ad prædicandum.*
Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos. Qui omnes erant viri, ut patet ex Domini verbis: *Nemo virorum illorum, qui vocati ſunt, guſtabit cœnam meam.* Qui vocantur ad nuptialem cœnam viri ſunt; quæ autem vocantur ad videndum ſpineam coronam, filiæ dicuntur; ac proinde fœminæ; & quando ad cœnam vocantur viri, cur ad ſpineam coronam fœminæ invitantur? Ut agnoſcas, quanta vis ſit in conſpectu Paſſionis Chriſti, ut ab illo infirmiſſimæ, ac muliebres mentes ſic roborentur, ut non ſolum ipſæ ſequantur, ſed alios trahant, ut Chriſto adhæreant.

Quæſtio ſecunda. Quare Chriſti D. reſurrectio 118.
non denuntiatur Apoſtolis per Angelos, ſed per Quæſtio 2.
mulieres? Hoc dubium proponit, & ſolvit Salmei- Salmeiron.
ron, t. 11. tr. 11. *Mulieres*, ait, *Chriſti Domini, quem deſiderabant, jam à mortuis ſuſcitati nuncium fauſtiſſimum acceperunt, atque ad illum Apoſtolis nunciandum ab Angelis ſunt deſtinatæ: qua in re ſingulare Divinæ providentiæ detegitur conſilium, ut cum Angeli illud poſſint per ipſos multo facilius præſtare, illóſque ſuſcitati ad vitam immortalem Chriſti certos, reddere, ac confirmatos, voluerit tamen potius opera mulierum uti, quo illam fidem ita excitaret magis, & charitatem communicati gaudii in Apoſtolos conferrent, atque illos utpote tardiores in credendo, & duriores, illarum exemplo confunderet.* *Minorum exemplo excitantur majores.* Semper Deus diſponit res per media communia, & uſitata, & ideo reſurrectio non denuntiata eſt per Angelos, ſed per mulieres, quæ venerunt ad monumentum, & ut diſcipuli maximè moverentur illarum exemplo, nam ſi mulieres infirmæ credebant Chriſti reſurrectionem, ut ipſe dixerat, quanto magis illi debebant credere, & tandem ut ait D. Gregor. homil. 25. in Evang. *Quia in* D. Gregori.
paradiſo mulier viro propinavit mortem, à ſepulchro, mulier viris annuntiet vitam. Vide ſupra in hoc cap. q. 4. n. 61.

Quæſtio 3. Quare, cum Angelus multa loqua- 119.
tur cum mulieribus, tamen nulla verba ab eis Quæſtio. 3.
proferri

Multum loquar parvus in opere. proferri audivimus? Ut diſcant mulieres pauciores eſſe in verbis ut diligentiores ſint in operibus; ferè qui multa effundunt verba, ad opera torpent: pulchrè Caſſiodorus lib. 2. variar. c. 6. loquax largus verbis, ait: contractus operibus, liberalis ore, miſer manu.

120. Quæſtio. 4. *Cur in Galilæa ſe vult Chriſtus manifeſtare.* Quæſtio quarta. Quare Dominus ſe promittit ſuis in Galilæa manifeſtandum? Reſpondeo primò, quia Galilæa erat Apoſtolorum patria, in quam redire, erat eis valdè jucundum, ut apud ſuos commodius, & tutius agerent. Secundò, in Galilæa, & non in Judæa voluit Dominus ſuos congregari; nam Judæi erant maximè infeſti Chriſti diſcipulis, multúmque eos perſequebantur, ac proinde minimè permitterent, eos ſimul congregari, & ideo ab omni metu, perturbatione, ac difficultate eos liberans, mandat in Galilæam convenire. Victor. Ant. Victor Antiochenus ibi. *Rectè in Galilæam, ait, non etiam in Jeruſalem: per hoc enim ab omni difficultatis, & diſcriminis formidine illas abſolvit, idque tum ob alia, tum vero præcipue, ne metu fidem illarum plus juſto conturbet.* *Deus ſuos ab omni difficultate liberat.* Deus omnia diſponit per media communia, ac ſoavia, ab omni difficultate, ac impedimento ſuos liberans, & tutos faciens; hinc Angelus ad adventum mulierum revolvit lapidem ab oſtio monumenti, terrefecit cuſtodes, ut fugerent, ut mulieribus ſine impedimento præberet ſecurum acceſſum.

121. D. Gregor. *Transſmigrādum à vitiis ut reſurrectionis fructum obtineas.* Tertiò. D. Gregorius homil. 21. *Galilæa rámque, ait, ſignificat transſmigrationem à morte ad vitam. Jam quippe Redemptor noſter à Paſſione ad reſurrectionem, à morte ad vitam, à pœna ad gloriam, à corruptione ad incorruptionem transſmigraverat, & prius poſt reſurrectionem in Galilæa à diſcipulis videtur, quia reſurrectionis ejus gloriam poſt læti videbimus, ſi modo à vitiis ad virtutum celſitudinem transſmigramus.* Ad fructum reſurrectionis percipiendum, neceſſe eſt transſmigrare è vitiis, quæ dixi q. 12.

122. *Deus plus donat, quam promittit.* Tamen appoſitum diſcederent in Galilæam, illis apparuit Chriſtus in Judæa: promiſſum ſuperans apparens in Judæa, & poſtea in Galilæa; nam mulieribus apparuit etiam in hac via, Matth. 28. n. 9. ibique etiam Dominus apparuit Simoni, in Judææ nempe Luc. 24. n. 34.

123. Iſai. 1. Semper Deus donis ſuis ſua promiſſa longè ſuperat, ait: Deus per Iſaiam cap. 1. num. 9. *Si audieritis me, bona terræ comedetis.* Hæc tantum bona dilectoribus ſuis à Deo ſunt præparata. Quid Epicurus aliud ſuis alumnis provideret, niſi bona terræ? Quid ergo Deus ſuis promittit, non tantum bona terrena ſimpliciter, ſed ipſa bona maximè reformata, quæ ita ſe extollunt, ut pariant illa præſtantiſſima cœleſtia, quæ omnem Tertull. ſenſum, & cogitatum ſuperant? Tertullian. lib. de Reſurrect. Carnis apud Iſajam, ait, *Bona terræ comedetis, bona carnis intelliguntur, quæ illum manent in Regno Dei reformatam & Angelificatam, & conſecuturam, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt; alioquin ſatis vanum, ſi ad obſequium Deus fructibus agri, & cibariis vitæ hujus invitet.* Vide ſupra lib. 7. cap. 29. num. 11. 12. 13. & ſuperioribus tomis. Verbum *Promiſſio.*

QUÆSTIO XVIII.

Quare Angelus mandans, dare Reſurrectionis nuntia diſcipulis, expreſsè nominat Petrum?

AIT Angelus. *Ite, dicite diſcipulis ejus & Petro.* Et primò. Ipſum nominatim exprimit 124. *Peccatores animandi.* Angelus, quia poſt Chriſtum Petrus erat caput, & Princeps Apoſtolorum, ut dixi in expoſitione. 2. Ne ſe Petrus putaret expunctum à numero diſcipulorum, ac à ſuo loco excluſum, ex eo, quod magiſtrum negaverat, & tam graviter offendiſſet Deum, ex quo inſtruimur peccatores, ubi in gravia ſcelera ceciderint, animandos eſſe, ne deſperent, vel ne nimio mœrore tabeſcant.

Tertiò. Angelus ſignatè Petrum nominat, & 125. aliis diſcipulis præfert ob pœnitentiam, quæ ma- *Pœnitentia delet peccatum.* ximè Deo placet, & omne peccatum diluit. Audiens Sara ſibi prolem futuram, riſit de oraculo tanquam ludens, in quo peccavit licet leviter, & ideo ab Angelo monetur tanquam ſi riſu ſuo læſiſſet oraculi fidem. Unde Angelus dixit: *Quare riſit Sara* Geneſ. 18. n. 13. tamen Apoſtolus tradit, Saram Geneſ. 18. fide integra concepiſſe prolem. *Fide, & ipſa Sara ſterilis virtutem in conceptionem ſeminis accepit.* Hebr. 11. n. 11. Qua fide Sara concepit, quæ in Dei Hebr. 11. promiſſis riſum edidit. Quomodo hæc cohærent? Optimè D. Athanaſ. *Riſit quidem, ſed convicta* D. Athanaſ. *extimuit; quod utique præſtita fidei argumentum eſt.* Sara de ſuo riſu ſtatim doluit, timore enim perterrita eſt, ut ibidem dicitur n. 15. ac proinde ſic præexcellens evaſit, ut læſæ fidei notam non incurreret, quæ cito ad fidem à riſu converſa eſt.

Quartò. Druthmarus, *Ut quem fœmina fecerat* 126. *negare, fœmina faceret confiteri.* Mittuntur mulie- Druthmar. res ad Petrum Eccleſiæ caput cum Reſurrectionis nuntiis, ut ſi una mulier in cauſa fuerat ejus negationis, alia eum ad confitendum induceret, ut ita ſexus ſuum honorem, quem per unam fœminam perdiderat, per aliam repararet, & ab injuria illa deliberata eſſet fœminæ conditio. Vide ſupra in hoc cap. q. 5. n. 61.

Quintò Euſeb. Apud. D. Damaſc. lib 2. Parallel. 127. *Verebatur, ait, forſan Petrus in conſpectum Chriſti* Euſeb. *venire, quòd peccatum ſuum ſolutum non eſſet exiſtimet: ac proinde dixit, & Petro, ut ſine ulla cunctatione reliquis Apoſtolis Jeſum videat.* Nomina- *Juſtus ſi aliquando deliquit, habet pudorem à conſpectu Domini.* tim exprimit Angelus Petrum, agnoſcebat enim bene in Petro affectum veri pœnitentis, quo ſui peccati conſcius non auderet accedere ad Chriſti præſentiam, & ideo ut cum confidentia, ac animo Petrus ad Magiſtrum conveniret, ei nominatim mandat Angelus dare nuntia.

Compone modo Judam, & Magdalenam, uter- 128. que peccatis ſcatebat; uterque Dominum oſculatur. Judas coram accedens intrepide facie ad faciem loquitur, *Et oſculatus eſt eum.* Matth. 26. Matth. 26. num. 49. Magdalena verò acceſſit, quidem, ſed veluti per quandam ambagem; *Stans retro oſculabatur pedes ejus* Luc. 7. n. 38. Conſideranda eſt dif- Luc. 7. ferentia veri pœnitentis, ac iniqui proditoris, hic Domini faciem oſculatur, ac oculis ejus ſe præ- *Iniquus ſine pudore juſtus cum multo, ut ſtet coram Domino.* ſentat, illa verò, ut maximè contrita, Domini præſentiam declinat, & tantum à retro ſtans ad pedum oſcula audet ſe extendere; maximè verus pœnitens Domini faciem timet. Citatus Euſebius,

Euſeb. bius. *O mulieris*, ait, *ſapientiam! O diſcipuli inſcientiam! Meretrix pedes Jeſu exoſculata perditam animam recuperavit: Judas autem eundem oſculatus de vitæ libro expunctus eſt. O fraudulentum oſculum gehenna cruciatum conciliaus!*

129. Valdè celebres, & notæ ſunt virtutes ſanctiſſimi Regis Ezechiæ; tamen cum viro tam ſancto, tantíſque virtutibus condecorato, eſſet ab Iſaia mors ejus denuntiata: *Convertit faciem ſuam ad* 2. Reg.20. *parietem, & flevit fletu magno.* 4. Reg.20.n.2. Cur audita morte, ſic affligitur ſanctus Rex? Juſti in *Timet juſtus Dei conſpectum.* morte gaudere ſolent, cur ille ſic triſtatur? Conſideravit Ezechias ſe per mortem ire, ut ante Domini oculos appareret, inde tanto timore, ac tremore ſimul, & pudore perfunditur, ut fugiens omnium aſpectum converſus ad parietem in largos lachrymarum fletus proruperit, ſemper enim pudor, D. Hieron. ac reverentia ſanas mentes comitatur. D. Hier. l. 2. adversùs Pelagian. *Juſtus erat Ezechias*, ait, *& corde perfecto: Iturus erat ad Dominum, plorare non debuit. Quæris rationem fletuum? Si cogitaveris hominem non miraris cauſam doloris: nullus enim intrepidus venit ad judicium Domini, habent conſcientiam peccatorum.* Expende ultima verba.

CAPUT II.

Petrus, & Joannes currunt ad monumentum, Magdalena foris ſtat plorans.

Joan.20.n.2. Cucurrit ergo (ſcilicet Magdalena) & venit ad Simonem Petrum, & ad alium diſcipulum, quem amabat Jeſus, & dicit illis, tulerunt Dominum de monumento, & neſcimus ubi poſuerunt eum.

Num.3. Exiit ergo Petrus, & ille alius diſcipulus, & venerunt ad monumentum.

Num.4. Currebant autem duo ſimul, & ille alius diſcipulus præcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum.

VERSIONES.

Vatablus.n.2. Venit ad Simonem Petrum, & ad illum alterum diſcipulum.

D. Auguſt. tract. 120. Ad alium diſcipulum, quem diligebat Jeſus.

Syriacus. Suſtulerunt Dominum noſtrum ab illo monumento, & neſcio ubi poſuerunt eum.

Syriacus n.3. Exiit itaque Simon.

Vatablus Et ille alter diſcipulus.

Syriacus. Currebant autem duo illi ſimul: Sed ille diſcipulus curſu præceſſit Simeonem: venitque prior ad monumentum.

Arabic. Præceſſit Petrum currens, & venit primum ad monumentum

ALTER TEXTUS.

Luc.24.n.12. Petrus autem ſurgens cucurrit ad monumentum.

EXPOSITIO I.

CUCURRIT *ergo.* Cumque Magdalena vidiſſet lapidem ſublatum ab oſtio monumenti, ipſúmque monumentum vacuum à corpore Chriſti, aliter non affirmaſſet, *tulerunt Dominum*, & 1. quamvis audiſſet Angelum dicentem, Chriſtum reſurrexiſſe, hoc Magdalena non credidit, nec intellexit, ex quo ipſa multum feſtinans, & anhelans, *cucurrit ad Petrum, & Joannem.* Tunc undecim Domini diſcipuli erant ſimul congregati. Luc. 24. n. 9 & 10. Magdalena tamen ad hos Luc. 24. duos ſecretè, ſeu particulariter, ſeu præcipuè direxit ſuum ſermonem. Ad Petrum locuta eſt, ut ad primum Apoſtolorum, ac Eccleſiæ Vicarium; ad Joannem ſimiliter locuta eſt, quia ipſum ſciebat plus aliis diligi à Chriſto, ac proinde pro certo habebat, quòd ipſe futurus erat cæteris diligentior inquirendi corpore Chriſti. *Tulerunt Dominum de monumento.* Nullis ſalutationis, aut honoris verbis præmiſſis ſuum dolorem aperit mulier. D. Hieron. Epiſt. 150. ad Hedibiam q. 5. D. Hieron. *Error mulieris*, ait, *cum pietatis ſocietate pietas in* *Aliquando error mixtus eſt pietate.* *eo quod deſiderabat eum, cujus noverat majeſtatem, error in eo quod dicebat, tulerunt.* Similiter D. Ambroſ. lib. 3 de Virg. Imperfectæ fidei Magdale- D. Ambr. nam inſimulat. *Erras mulier*, ait *quæ putas, ab aliis Chriſtum de monumento fuiſſe ſublatum, & non poteſtate propria reſuſcitatum.*

Exiit ergo Petrus, & ille alius diſcipulus, verbis 2. mulieris auditis, nullo illi dato reſponſo, *& nulli aliorum quidquam dicentes*, ut ait Euth. ſed magno Euthym. impulſu currunt, reliqui verò diſcipuli à domo non moventur; forte, quia verbum mulieris non audierant, vel quia ejus verbis non crediderunt, vel quia timore Judæorum non auſi fuerunt foras egredi. Petrus, & Joannes currunt, & veniunt ad monumentum, quia amor eorum, ac deſiderium videndi Chriſtum maximè eos impulit.

Currebant autem duo ſimul. Tum vehementi de- 3. ſiderio rem cognoſcendi, tum etiam ut antequam plenè luceſceret, poſſent domum reverti, abſque Toletus. dubio etiam, ut notant Toletus, & Franc. Lucas, Franc. Luc. etiam eos ſequebatur concitato greſſu Magdalena, quæ volebat reditu ſuo confirmare veritatem rei, quam annuntiaverat, *Duo ſimul*, ſimili fervore, ait Euthym. *Præcucurrit citius Petro.* Curſu eum præceſſit, erat námque ætate junior, ac proinde agilior corpore. *Tanquam robuſtior vigore corporis*, ait Euthym. Euthym.

QUÆSTIO I.

Quare ſimul currentes Petrus, & Joannes, Joannes tamen præcucurrit citius Petro?

CURREBANT, ait, Euthym. *Duo ſimul* 4. *ſimili fervore, ſe & cætera deſpicientes.* Cum Petrus,

Amor omnia contemnit.

Petrus, & Joannes eſſent fervore amoris agitati, ſed, & cætera deſpiciunt; nempe Judæos cuſtodes ſepulchri, & ſe etiam, ſuam nempe authoritatem, ſuum nempe honorem, quòd cum eſſent homines venerabiles, ac magnæ reputationis, ſic currerent; amor omnia contemnit, omniáque deſpicere facit.

5. Ad quæſtionem. Secum maximè pugnare videtur Evangeliſta dicens, quòd Petrus ſenior, & Joannes junior cucurrerint ſimul, & quòd Joannes junior præcorrerit citius Petro. Nam ſi unus antecedit in curſu, alius dicitur non propriè ſimul currere, ſed potius poſt currere, vel ſequi currentem. Quomodo hæc poſſunt ſtare?

6. Reſpondet Primò Toletus in commentario. *Præ nimio deſiderio currunt*, ait, *& greſſus accelerant* (ecce æquale utriuſque meritum) *Joannes autem utpote adoleſcentior curſu prævenit Petrum, eo poſt terga relicto: quem tamen non minus deſiderium, ſed debiliores vires poſteriorem fecerunt.* Quod olim his duobus Domini Apoſtolis contigit, nunc multis candidatis accidit. Qui & ſi æquales ſint meritis, tamen quia ſenior debiliores habet vires; quia nempe patrono, favore, ac pecunia eſt deſtitutus, negotiationis ignarus, & ambitionis expers invenitur & ſi currant ſimul, junior antecellit, ac præcurrit, quia ſeniorem *debiliores vires poſteriorem fecerunt.*

Toletus.

Et ſi merita ſint æqualia junior ob majores vires antecellit.

7. Secundò. Carthuſ. *Ait, forſitan Petrus magis timuit notari quam Joannes, quia jam ante negavit, ſe eſſe Chriſti diſcipulum.* Viderat Petrus, peccatum ſuum eſſe valdè notum, & manifeſtum, inde tardior eſt in curſu, ac moroſior in via, nam peccatum enervat vires, hebetat animum. De quo multa dixi aliis in locis.

Carthuſ.

Peccatum corpore hebetat vires.

8. Tertiò D. Hieron. in cap. 56. Iſai. *Petro tardius ambulante, Joannes elatius Virginitatis alis cucurrit ad Dominum.* Quomodo fieri potuit, ut Joannes in curſu vinceret Principem Apoſtolorum, qui tam fortis, & generoſus erat, ut contra unum militum exercitum armatum exemerit gladium? uſus eſt Joannes virginitatis alis, & ideo quemlibet alium etiam velociſſimum valuit ſuperare, & antecellere.

D. Hier.

Virginitas maximè expedita, & velox.

9. Ait Iſaias 19. num. 1. *Ecce Dominus aſcendit ſuper nubem levem, & ingredietur Ægyptum.* Ex Hebræo legitur, *Ecce Deus equitat ſuper nubem velocem, & ingredietur Ægyptum.* Sermo eſt de deſcenſu Domini in Ægyptum, quænam eſt hæc nubes velociſſima, quæ pro equitatu paratur Domino: num ſunt ventorum alæ? minimè, brachia ſunt Mariæ Virginis, quæ pura virginitate ſua velociſſimas ventorum alas ſuperat, ubi enim pura adeſt virginitas, abeſt pondus, & perpetes alæ naſcuntur, quibus à malis refugitur, & ad Deum confugitur. D. Ambroſ. in Exhortat. ad Virg. *Nubem itaque Mariam dixit*, ait, *quia carnem gerebat: levem, quia virgo erat, nullis oneribus gravata conjugii.*

Iſai. 19.

Hebræus.

Virginitas velocitate tranſcendit pennas ventorum.

D. Ambroſ.

10. Ait Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis Luc. 12. n. 7. *Nolite timere, multis paſſeribus pluris eſtis vos.* Suos diſcipulos componit Dominus cum paſſeribus; quid poteſt habere humanum corpus cum paſſeribus? Paſſeres pennati hinc inde diſcurrunt, æthera expeditiſſimis volatibus replent; corpus autem, quod corrumpitur, aggravat animam: quomodo ergo poterit, inſtar paſſerum corpus habere pennas? Chriſtus non omnes, ſed ſuos diſcipulos paſſeribus comparat; *Multis paſſeribus pluris eſtis vos.* Diſcipuli Domini terrenas concupiſcentias abjecerant, carnis appetitus edomitos habebant, in caſtitate, ac puritate viventes, inaptiſſimi ad volandum in ſublimi; eo ipſo, quòd corpus carnis voluptates excutit, gravedinem expellit, alas aſſumit, quibus liberos & perpetes conatus edat. D. Ambroſ. lib. 7. in Luc *Caro*, ait, *ſi conſentiens Dei legi, & exuens ſe lege peccati, in naturam animæ ſenſuum puritate tranſierit, alis ad cœlum ſpiritualibus elevatur. Quia volandi nobis gratiam natura dedit, voluptas abſtulit.*

Luc. 12.

Caſtitas homines veloces edit.

D. Ambroſ.

Joan. 20. n. 5. Et cum inclinaſſet ſe, vidit poſita linteamina, non tamen introivit.

Num. 6. Venit ergo Simon Petrus, ſequens eum, & introivit in monumentum, & vidit linteamina poſita.

Num. 7. Et ſudarium, quod fuerat ſupra caput ejus, non cum linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim involutum in unum locum.

VERSIONES.

Syriacus. n. 5. Et proſpiciens vidit lintea poſita, introeundo autem non introivit.

Græcus. Vidit jacentia linteamina.

Syriac. n. 6. Venit autem Simon poſt eum, & introiit in monumentum, conſpexitque lintea poſita.

Vatablus. Et vidit linteamina poſita.

Syriacus. n. 7. Et ſudarium illud, quo comprehenſum fuerat caput ejus, non cum linteis ſed involutum, poſitúmque ſeorſum in uno loco.

Arabicus. Sed ſeparatim involutum in loco alio.

EXPOSITIO II.

ET *cum inclinaſſet ſe.* Inclinavit ſe Joannes, ut per oſtium ſpeluncæ, in qua extabat ſepulchrum, introſpiceret: & quid ibi eſſet contentum intueretur, inclinavit enim ſe, quia cùm oſtium illud eſſet humile, ab erecto inſpici non poterat moraliter, qui ad ſepulchrum accedit, inclinet ſe, humiles ſpiritus aſſumat, pulverem ſe eſſe cogitans. *Vidit poſita linteamina.* Sindonem nempe, qua involutum fuerat corpus Jeſu. *Non tamen introivit* reverentiam Petro, quaſi ſeniori, ac digniori deferens, ut ipſe prior introiret, ut inquiunt Beda. Lyranus, & alii, aut quodam ſacro timore, ac horrore correptus loci illius, in quo fuerat ſepultum corpus Jeſu, aut quia ſibi ſatis eſſe putavit, videre ſepulchrum vacuum. Euthym. ait. *Non introivit, tremore detentus, aut his jam contentus.* D. Gregor. homil. 22. Myſticè Synagogam per Joannem, Eccleſiam gentium per Petrum ſignificari dicit. *Venit*, ait, *Synagoga prior ad monumentum, ſed non intravit, quia legis quidem præcepta, & prophetias de paſſione Dominica* 11.

Beda.

Lyranus.

Euthym.

D. Greg.

accepit

accepit ſed credere in mortuum noluit ſecuta poſterior Eccleſia gentium, mediatorem Dei & hominum Jeſum Chriſtum, & cognovit carne mortuum, & credidit viventem Deum.

12. *Venit ergo Simon Petrus ſequens eum.* Concitato gradu eaque celeritate, qua potuit Joannis veſtigia ſecutus *& introivit in monumentum.* Non contentus fuit, à Joanne audire, ſed propriis ocu-

Theophyl. lis voluit videre. Theophyl. *Petrus ferventiſſimus, introgreſſus, omnia diligenter exploravit.* Et nota, quod quamvis Joannes præcucurrerit, & Petrus poſtea venerit, non tamen curſus præmio caret, nemo eſt, qui in via Dei currat, & ſit vacuus.

Origen. *Omnes, qui in via Dei currũt, coronam accipient.* Origenes in præſenti. *Intrat Petrus in monumentum: deinde Joannes: ac ſi ambo currunt: ambo intrant.* Currunt ambo, non tamen unus intrat, ſed quotquot currunt, intrant in Dei domum. Ait

1. Cor. 9. Paul. 1. Corinth. 9. n. 26. *Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum.* Magna eſt differentia inter eum, qui currit in ſtadio Dei; in ſtadio mundi, omnes incerti currunt, cum unus accepturus ſit coronam; at in ſtadio Dei omnes certi curiunt, quod

D. Anſelm. coronam accipient. D. Anſelm. *Non curro*, ait, *quaſi in incertum, ſicut illi, qui currunt ad ſæculare bravium, nec ſi poterunt accipere, ſunt certi.*

13. *Et vidit ſudarium, quod fuerat ſuper caput ejus.* Vidit nempe Petrus ſudarium, ſeu linteum, quo caput Jeſu obvelatum, ac contectum fuerat, uti mortuis fieri ſolet, honeſtatis cauſa, *non cum lin-*

Joan. 11. *teaminibus ſed faſciis:* De quibus inde Joan. 11. n. 44 ſed ſeparatim involutum, ſeu complicatum in

Arabicus. unum locum Arabicus, *in alio loco*; ac ſi ex profeſſo aliquis hæc omnia ordinaſſet, ut nihil eorum, quibus mortuum Chriſti corpus fuerat involutum

Euthym. deeſſet: Euthym. ait.

14. D. Nyſſen. *Sepulchrum. reſplendebat.* Quærit tamen hic D. Gregor. Nyſſen. orat. 1. de Reſurrectione. Quomodo cum adhuc tenebræ eſſent, ut ait Joan. c. 22. num. 1. Petrus, & Joannes potuerint videre linteamina, & vacuum ſepulchrum. Reſpondet ſanctus Doctor: *Plenum luminis erat ſepulchrum, etiam ſi nox eſſet*; bene illa poſſent videre; aliter reſpondetur, quòd quando mulieres venerunt ad monumentum; adhuc tenebræ erant, at verò modo cum Petrus, & Joannes veniunt, jam ſatis lucis diem præbuiſſe, qua videri poterant linteamina.

QUÆSTIO II.

Quare Chriſtus reſurgens non aſſumpſit ſecum ſudarium, & linteamina, ſed magis ea voluit relinquere in monumento.

15. *Difficultas quæſtionis?* AD fidem Reſurrectionis faciendam, quòd ille, qui mortuus fuerat, reſurrexit, vulnerum cicatrices ſibi Chriſtus reſervavit, quas & oſtendit diſcipulis, cur ergo cum cicatricibus vulnerum linteamina non ſervavit, illaque ſecum tulit, ut illis objectis teſtaretur etiam ſuis diſcipulis, quòd ipſe qui mortuus fuerat, reſurrexerit? cur hæc maluit in ſepulchro relinquere?

16. D. Chryſoſt. *Judicium videns reſurrectionis.* Reſpondet primo, & maxime ad litteram D. Chryſ. hom. 84. Voluit Dominus, ut remanerent in ſepulchro linteamina, & ſudarium. *Quod erat*, ait, *reſurrectionis ſignum. Neque enim ſi qui corpus abſtuliſſent in corpore nudando operam conſumpſiſſent: neque ſi furati eſſent, ſudarium detrahere, & illud involvere, & ponere in unum locum curaſſent, ſed ut erat corpus abſtuliſſent: propterea prædixit Joannes, quòd cum multa myrrha eſſet ſepultus, quæ non minus, quam pix corpori linteamina conglutinat. Ut cum audieris ſudaria in ſepulchro ſeparatim poſita, furto abreptum non arbitreris; non enim fur adeò ſtultus fuiſſet ut in ſuperflua re tantum laboraſſet. Qua enim gratia ſudaria admiſit.* Similiter Ammonius in Catena Græca. *Indicium hoc* Ammonius
erat, ait, *reſurrectionis: nam ſi ab inimicis ſublatus fuiſſet, lucri gratia veſtimenta minime reliquiſſent ſin ab amicis, nudum ſane corpus non permiſiſſent dedecori affici.* Idem etiam docet Severus in Cate- Severus.
na Græca.

Secundo Idem D. Chryſoſt. ſerm. de Reſurrect. 17. D. Chryſoſt. *Reſurrectionis ſpe ab omni malo recreamur.*
Linteamina Chriſtus reliquit, unde extergat lachrymas luctus tui, & ſudores refrigeret deſiderii tui. Chriſtus reſurgens, & abiens à mortalium oculis, maluit ut linteamina & ſudarium manerent nobis Ut in eis haberemus levamen noſtrorum laborum, & ſudorum, ac lachrymarum. In fide enim reſurrectionis habemus, unde omnes noſtri ſudores, & lachrymæ abſtergantur, labores minuantur, & unde in quacunque calamitate recreemur; *unde extergat lachrymas luctus tui, & ſudorem refrigeret deſiderii tui.* Prævidebat Dominus, quod ex ſui abſentia, ac aſcenſu in cælum diſcipuli maxime erant triſtandi ac proinde voluit, eis relinquere ſudarium, & linteamina tanquam ſui dulces exuvias ad eorum deſiderium refrigerium. 18.

Tertio. Severus. *Refert*, ait, *antiquum Adæ ſtatum,* Severus.
ut in paradiſo nudus exiſtens non erubuerit: alioquin enim, ut Deus, & ſi incarnatus, Divina gloria veſtitus erat, cum ipſe eſſet amictus lumine, ſicut veſtimento ut Propheta David ait. In ſtatu innocentiæ nudus degebat Adamus in paradiſo, abſque eo quod erubeſceret; nudus è ſepulchro reſurgit Chriſtus abſque ſudario, & linteaminibus, ut videatur per ejus reſurrectionem recuperatus antiquus ſtatus, in Adamo amiſſus. *Per reſurrectionem recuperatur antiqua felicitas.*

Quarto D. Chryſoſt. homil. 84. *Conſolatus eſt* 19. D. Chryſoſt. *Funerum ſumptus contemnendus.*
Joannes, ait, *videndo linteamina poſita, & ſudarium ſeparatum revolutum. Tu autem cum audieris, nudum Dominum reſurrexiſſe: ceſſa quæſo ab inſana funeris impenſa. Quid ſibi hoc ſuperfluum vult, & inutile diſpendium, quod ipſis qui faciunt, plurimum affert detrimenti, mortuis autem utilitatem nullam, ſed damnum potius! Sumptuoſa namque ſepultura nunquam cauſa eſt, ut fures cadaveri cuſtodiant, & nudum, & inſepultum, projiciant.* Reſurgit Chriſtus nudus relinquens in ſepulchro ſudarium, ac linteamina & cur hæc ſecum non aſſumit? ut oſtendat parvi eſſe æſtimanda ea, quæ ad ſolos funerum ſumptus conducunt, inde quæ ſepulchri ornamenta erant, reliquit Chriſtus in monumento, ut nos ab eo diſcamus illa contemnere, & deſpicere & ſolum de Reſurrectionis vita cogitare.

Sumptuoſus enim apparatus in ſepulchro, ut 20.
ait Chryſoſt. *Mortuis utilitatem nullam, ſed damnum potius affert.* Loquens D. Luc. de paupere La- Luc. 16.
zaro, ac divite epulone, ait c. 16. n. 22 *Factum eſt autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt autem dives & ſepultus eſt in inferno.* Vterque mortuus eſt uterque ſepultus; de Lazari ſepultura, cum humilis eſſet nulla fit mentio, maxime verò de divitis ſepultura Euthym. *Ambitio ſepulchri ſpe præcipitium ad inferos.*
ob illius ſumptuoſam ambitionem. Ut advertit Euthym. *De mendico*, ait, *non dixit, quod ſit eò quod vile eſſet pauperis ſepulchrum: de divite verò maxime, propter pretioſitatem ſepulchri divitis.*

Et quando de tam magnifica, ac pompoſa ſepultura agit Evangeliſta, quid adjungit infernum? *Sepultus eſt in inferno.* Ac ſi illa ſumptuoſitas ſepulchri, magnum eſſet præcipitium in infernum, ſæpe ambitio ſpecioſi ſepulchri cedit in pabulum infernalis ignis.

21. Audiens Jezabel, quod Jehu victor ingrediebatur urbem, ornavit ſe tota regia magnificentia, ac ornatu; & non compoſuit ſe tanto apparatu, ut Jehu juveni placeret, nam ipſa vetula erat, nec ſic ſe compoſuit, ut Jehu feſtivè exciperet, quem ſciebat eſſe hoſtem ſuum, qui filium ſuum Joram regem interfecerat; ad quid ergo tantus ornatus? Cornelius. Sanchez. Cornelius, Sanchez exiſtimant, quod tantum ſumpſit apparatum ad mortem nempe, volebat animoſe, & nobiliter mori; ſed quid tunc factum eſt? præcipitatur è feneſtra cum omni ſuo ornatu & à canibus dilacerata, ac devorata eſt: *ſermo Domini, quem locutus eſt per Eliam: canes comedent carnes Iezabel.* 4. Reg. 9. 4. Reg 9.n.36. quis dubitabit, quòd hic aliquid magnum denotatur, quod ipſa cum tam regali ſpecioſitate detur comedenda canibus; *Ornatus ſepulchri, eſca infernalium canum.* ipſa tam ambitioſo ſumptu ſe ſe aptavit ad mortem, ac ſepulchrum: ornatus & funeralis pompa divitum fit in eſcam, ac pabulum infernalium canum D. Ambr. D. Ambroſ. lib de Nabuch. c. 11. *Denique & Jezabel ipſam comederunt canes, & volucres cœli, ut oſtenderetur quòd ſpiritualis nequitiæ fiat præda divitis ſepultura.*

Joan. 20.*n.*8. Tunc ergo introivit & ille diſcipulus qui venerat primus ad monumentum: & vidit, & credidit.

Num. 9. Nondum enim ſciebant ſcripturam, quia oportebat eum à mortuis reſurgere.

Num. 10. Abierunt ergo iterum diſcipuli ad ſemetipſum.

VERSIONES.

*Syriacus.n.*8. Tunc introivit etiam diſcipulus ille, qui venerat prior ad ſepulchri domum.

Arabicus. Introivit alius diſcipulus, qui venerat in principio.

Vatablus. Ille alter diſcipulus qui venerat prior.

*Syriacus.n.*9. Nondum enim noverant ex ſcripturis, eum reſurrecturum à mortuis.

Arabicus Quia non cognoverant, quod eſt in ſcriptura, quia ipſe reſurgeret à mortuis.

Arabicus. Abierunt iterum duo diſcipuli.

Syriacus Iterum ad locum ſuum.

Mari. Redierunt iterum ad domum ſuam.

EXPOSITIO III.

22. Euthym. TUNC *ergo*, ut ait Euthym. invitante Petro, *introivit ille diſcipulus*, ſcilicet Joannes, ut ambo eſſent oculares teſtes. *Vidit*, D. Chryſoſt. D. Auguſt. Theoph. corpus non eſſe in monumento, *& credidit.* D. Greg hom. 22. in Evang. D. Auguſt. tract. 120. in Evang. & l. 3. de conſenſ. Evang. cap. 24. Theoph. & Janſen. dicunt credidiſſe, non Chriſtum reſurrexiſſe, ſed è monumento ſublatum eſſe; D. vero Hieron. Epiſtola ad Hedibiam q 5. D. Cyrill. D. Chryſoſt. Euthym. & alii dicunt credidiſſe, Chriſtum reſurrexiſſe An hoc verbum *credidit* referendum ſit ad ſolum Joannem, an etiam ad Petrum, multi dubitant? Ad utrumque referendum exiſtimant Barrad. Franc. Luc. & alii: tamen verius Toletus, ac Cornelius ad ſolum Joannem pertinere dicunt: Nam Evangeliſta utitur verbo ſingulari *credidit*, Petrus tamen ob reſurrectionis novitatem, & ingens Chriſti redivivi videndi deſiderium, tardiùs hoc ipſum credidit. Unde notanter Angelus dixit mulieribus. *Dicite diſcipulis ejus, & Petro.*

Ianſen. D. Hieron. D. Cyrill. D. Chryſoſt. Euthym. Barradas. Franc. Luc. Toletus. Cornelius.

Nondum enim ſciebant ſcripturam Hoc Joannes refert tam ad ſe, quam ad alios diſcipulos, ac ſi dicat, nec ipſe hoc antea credidit, nec diſcipuli antea hoc crediderunt quia non intelligebant ſcripturas quæ eum reſurrecturum prædixerant. Nam quamvis Chriſtus ſæpe dixiſſet, ſe reſurrecturum, tamen diſcipuli ob rei magnitudinem, tantum myſterium non capiebant. 23.

Abierunt ergo iterum diſcipuli. Poſtquam viderunt ſepulchrum. D. Cyrill. lib. 22. cap 45. *Citius autem*, ait, *arbitror reverſos fuiſſe, quoniam Judæorum iram adverſus diſcipulos Chriſti non ignorabant, unde nec ſibi tutum putabant, ad diem uſque circa monumentum immorari.* Et ideo hi duo Apoſtoli Petrus admirans Luc. 24. n. 11. & Joannes credens, eum reſurrexiſſe. *Abierunt ad ſemetipſos* Syrus. *In locum ſuum* Marius, *In domum ſuã*, ubi diſcipuli erant congregati, quibus narraverunt, corpus Jeſu non eſſe inventũ in ſepulchro, ut refert Lucas cap. 24. n. 24. 24. D. Cyril. Luc. 24. Syrius.

Joan. 20.*n.*11. Maria autem ſtabat ad monumentum foris plorans: dum ergo fleret, inclinavit ſe, & proſpexit in monumentum.

Num. 12. Et vidit duos Angelos in albis ſedentes unum ad caput, & unum ad pedes, ubi poſitum fuerat corpus Jeſu.

VERSIONES.

Arabic. Maria autem ſtans apud monumentum plorabat, & dum ipſa plorans eſſet inclinavit ſe, & proſpexit ad monumentum.

Syriacus. Maria ſtabat ad ſepulchrum, flebatque.

Græcus. Incurvavit ſe, & proſpexit.

*Syriacus.n.*12. Videt duos Angelos in albis ſedentes, unum à cervicali, & alterum à pedibus ejus.

Arabic. Duos Angelos in veſtitu albo.

Euthym. Amictos albis.

Theophylact. Illi ubi poſuerunt eum.

Græc. apud. Franc. Luc. Eo loco, ubi, jacuerat.

EXPOSITIO IV.

MARIA *autem ſtabat.* Cucurrerunt ad ſepulchrum videndum Petrus, & Joannes, ac Magdalena, viſoque ſepulchro Petrus, & Joannes redierunt 25.

runt in domum ſuam, ut patet ex ſuperiori verſu. n.10. at verò Magdalena amoris affectu non receſſit à monumento. *Stabat*, non ſedebat; ſed *Stabat*, quærentis in morem, foris apud oſtium monumenti, à parte exteriori. Carthuſ. inquit. *Cur ſtetit foris, & non potius intus? Dicendum; ut oculos ſuos hinc, & inde circumduceret, ſi forte videndo aliquid de ſuo dilecto Magiſtro perciperet, quemadmodum moris eſt his, qui quærunt amiſſum.* Et dicitur in textu *plorans* ob Dominicum corpus, quod ablatum exiſtimabat cujus loci inſcia erat. *Inclinavit ſe, & proſpexit.* Græcus *Incurvavit ſe*, ut proſpiceret in monumentum. Proprium eſt quærentium aliquid non inventum nimio deſiderio inveniendi, ſæpe eundem locum perluſtrare, & ad eum ſe perſcrutando convertere, non, ut ait Divus Gregorius hom. 25. *Amanti ſemel adſpexiſſe non ſuffi it, quia vis amoris intentionem multiplicat inquiſitionis.*

Carthuſian. Græcus. D. Gregor.

25. *Vidit duos Angelos* juvenum ſpecie, quos Apoſtoli non viderant, *in albis*, indutos nempe veſtibus albis, & ut ait D. Chryſoſt. in c. 16 Marc. *plenos ſplendoris, & lætitiæ?* & hæc viſio præparatio jam fuit ad Dominum videndum, *ſedentes:* non ſtantes Angelos videt, ne corpus ibi eſſe ſuſpicetur; ſi enim corpus adeſſet, ſteriſſent Angeli adorantes, & reverentes præſens corpus Divinitati unitum. *Unum ad caput, & unum ad pedes*, tanquam totum ſepulchrum cuſtodientes. *Ubi poſitum fuerat corpus Jeſu.* Ut ex tanta cuſtodia majeſtas loci corporis Chriſti perfulgeret.

D. Chryſoſt.

QUÆSTIO III.

Quare Apoſtolis recedentibus à monumento, Magdalena ſtabat juxta illud?

26. PETRUS & Joannes viſo ſepulchro vacuo abierunt ad ſuum locum, *abierunt ad ſemetipſos*, ut patet ex verſu antecedenti n. 10. & jam dixi in expoſitione. Cæteræ mulieres à monumento jam longius receſſerant, ut patet Matth. 28. n. 9. At verò ſola Magdalena remanet, & ſtat juxta monumentum.

Matth. 28.

27. Reſpondet primò D. Auguſt tract. 121. in Joan. *Viris recedentibus, infirmiorem ſexum in eodem loco fortior figebat affectus* Receſſerunt Petrus, & Joannes à monumento ob Judæorum metum, ut ex D. Cyrillo dixi ſupra n. 34. At verò Magdalena omnem contemnens inimicorum metum, nullum verita periculum, remanet apud monumentum, nec ab eo avelli poteſt; flagrabat enim incredibili Domini amore. Secundo Carthuſ. *erat unicum ei*, ait, *ſolatium, quod vel in loco eſſe potuit*, inquit, *Dominum ſuum reliquit, non valens ei amplius approximare.* Stabat in loco, in quo ſteterat, quem ipſa unicè diligebat, & quia ipſum habere non poterat, locus ſaltem ejus corporis refrigerabat ejus deſiderium.

D. Auguſt. *Amor omne contemnit periculum.* Carthuſ. *Amor dilecti refrigerat.*

28. Tertiò, Galfrid. in Algor. apud Tilm. *Stabat Maria foris*, ait, *quia intus Dominicum corpus non eſſe jam viderat. Stabat plorans, quid aliud ageret; quid offerret aliud non habebat. Stabat ad monumentum, quia eum alibi quærere neſciebat.* Si in monumento cerni non eſſe Jeſum, cur non alibi quærit eum, ſed in monumento tantum? Prudens fœmina quærens Jeſum, à monumento non diſcedit, neſciebat enim alibi quærere Dominum, niſi

Galfridus. *Memoria mortis via ad inveniendum Dominum.*

Sylveira in Evang. Tom. V.

perſiſtens tantum in mortis memoria: per mortis recordationem, tanquam per ſcalam, ad Deum aſcenditur, ut ipſe inveniatur.

Quartò, Origenes homil. ultim. de Diverſ. *Petrus & Joannes*, ait, *timuerunt & ideo non ſteterunt.* 29.
Maria autem non timebat, quia nil ſuſpicabatur ſibi ſupereſſe, quod timere deberet. Perdiderat enim Magiſtrum ſuum, quem ità ſingulariter diligebat, ut præter ipſum nihil poſſet diligere, nihil poſſet ſperare. Firma Magdalena adhæret ſepulchro, diſcipuli verò metibundi recedunt, quos temporalis reſpectus, ſive metus, ſive reverentia tenebat, & qui tali affectu tanguntur, in magno periculo verſantur, ut à virtute incepta reſiliant, in qua firmius perſiſtit qui hos omnes reſpectus contemnit, & in unum Jeſum intentus eſt. Expende etiam verba. *Quia nihil ſuſpicabatur ſibi ſupereſſe, quod timere deberet.* Si amiſiſſet Jeſum, nihil ſibi reſtare putabat, quod timere poſſet, quando in Jeſu omnia ſua perdere certò ſciebat.

Origenes. *Solus reſpectus in Jeſu firmat homines in virtute.*

Quinto Origenes ibidem. *O Maria, quid ſpei,* 30.
quid conſilii aut quid cordis erat tibi, ut ſola ſtares ad monumentum, diſcipulis abeuntibus? Cur hoc feciſti, ſapiebas plus illis, aut diligebas pluſquam illi, quia non timebas, ut illi. Abeuntibus diſcipulis Maria una perſiſtit ad monumentum; vehemens amor in cauſa erat, ut mulier nil timeret, & omnem difficultatem ſuperans, à dilecti ſepulchro ne diſcederet.

Origenes. *Verus amor non timet.*

In hac feliciſſima Reſurrectionis die apparet 31.
Angelus fulgenti vultu, revolvens lapidem cum ingenti terræ motu. *Præ timore autem exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui, Reſpondens autem Angelus, dixit mulieribus nolite timere*, Matth. 28. n. 4. Ecce apud ſepulchrum præ timore milites cadunt in terram, tanquam mortui, quorum timorem minime Angelus expellit, à quo timore longe erant mulieres, & ſi aliquis timor eas apprehendit, ab eo eas levat Angelus dicens: *Nolite timere.* Si milites tanto timore concutiuntur, cur mulieres non timebunt? Amabant mulieres Dominum ingenti ac ferventi amore, & inde nulla erat cauſa, unde timere poſſent; at milites valde longe erant à Chriſti amore, & inde timor vehementer eos tenebat, ac conturbabat D. Cyrill. Hieroſolymit. Catech. 4. *Angelus ad mulieres dixit*, ait, *ne timeatis vos; non dico militibus, ne timeatis, ſed vobis. Illi timeant: vos autem non eſt neceſſe timere. Perfecta enim charitas foras mittit timorem.*

Matth. 28. *Qui amat non timet, ſecus qui non amat.* D. Cyrill.

Moyſes juſſus à Domino populum ducere per 32.
deſertum, multis ſe excuſat ab injuncto onere, & tamen ad Deum clamans ait: *Si non tu ipſe præcedas, non educas nos de loco iſto.* Exod. 33 n. 15. At verò Iſaias audiens à Deo, quiſnam eſſet mittendus ad populum; ait ipſe: *Ecce Ego, mitte me.* Iſaias 6. nn. 8. ſi Moyſes cognoſcens populi duritiem, & odium in Prophetas, ac duces ſuos, detractabat munus. Cur Iſaias ſimiliter non ſe excuſat? An ignorabat magis, quam Moyſes furorem populi in duces, ac Dei nuntios, quos populus lapidaverat, & occiderat? Nullo modo hæc ignorabat Iſaias, ſed cum ipſe fuiſſet tactus Seraphico igni, ibidem num. 6. vehementius ſuum populum amabat, à qua amoris vehementia omnis timor foras emiſſus eſt, ſic amor hominum animos tenet, ut nihil ob dilectum timeant. D. Baſilius orat. 17. de humilitate, & vana gloria: *Recuſat Moyſes*, ait, *quidem, quod populus eſſet ſceleratus, Iſaias verò propter amoris exuperantiam ſibi perſuadebat, nihil eorum, quæ acciderant, unquam à populo ſibi accidere*

Exod. 33. Iſai. 6. *Amoris exuperantia excludit timorem.* D. Baſil.

accidere potuiſſet. Duritiem, ac nequitiam populi timebat Moyſes, non verò Iſaias ob exuperantiam amoris.

QUÆSTIO IV.

Quare nec diſcipuli, nec aliæ mulieres, ſed ſola Magdalena dicitur plorare?

33. STABAT Magdalena foris plorans. Nam ſicut, ſtare habitus eſt fortitudinis, ac conſtantiæ, ita ſtantem plorare; magna externi luctus, (D. Hieron.) ac publici doloris ſigna ſunt. Quod egregiè notavit D. Hier. fletus ad oculorum lachrymas, ploratus verò ad exrernam ejulationem, ac ad externa lamentationum verba refertur, ut aperte indicat (Jerem. 31.) illud Jeremiæ 31 n. 16. *Quieſcat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis.* Unde plorantem ſtare, idem fuit ac Chriſtum inſigni luctus pompa colere, ipſius crucem palam profiteri, ipſumque ſublatum manifeſtis doloris ſignis proſequi; & ſignate dicitur ſtare foris plorans, ut oſtendatur, quanta fidei conſtantia, Chriſtum palam confitebatur & de eo gloriabatur, ut quæ non domi recluſa, ſive abſcondita, ſed omnium oculis, & toti Solis luci expoſita eum expectabat, & invenire affectabat, & ideo hic locus videtur alludere ad (Cantic. 8.) illud Cant. 8. n. 1. *Quis det te fratrem meum ſugentem ubera matris meæ? Ut inveniam te foris, & deoſculer te, jam me nemo deſpiciat.*

Magdalena magna conſtantia, ac doloris ſignis, quærebat Dominum.

34. Ad quæſtionem. Petrus, & Joannes abjerunt ad ſemetipſos, ad ſuum nempe locum, ut patet ex verſ. 10. Alteræ mulieres, Maria nempe Salome, & Maria Cleophe, longius erant Matth. 28. n. 9. Et nec Apoſtoli, nec mulieres dicuntur ploraſſe, ſed tantum Magdalena, cujus rei rationem inquirit præſens quæſtio.

35. Reſpondet Primo. D. Chryſoſt. hom. 85. (D. Chryſoſt.) *Proclive eſt, ait, & ad miſericordiam facile muliebre genus: quod dico ne admireris, cur Maria tam amarè fleret, ad ſepulchrum, non autem Petrus.* Audierat Maria Chriſtum ab Angelis ſuſcitatum, Marc. 16. n. 6. Et tamen quia ipſa exiſtimavit ablatum, quæ fuit opinio Petri, & Joannis ut patet ex hoc c. 20. Joan. n. 8 9. tamen ſola Magdalena in lachrymas prorompit, tum quia hoc familiare eſt muliebri generi, tum quia ita firmiter mens humana adhæret ſuæ opinioni, ut etiam nec auditis verbis Angelorum quieſcat, ſed pro re à ſe concepta lachrymarum imbres emittat.

Firmiter homo adhæret ſuæ opinioni.

36. Secundò. D. Ambr. l. 3. de Virg. *Quæ foris eſt,* (D. Ambroſ.) ait, *plorat, nam quæ intus eſt, plorare non novit. Plorat autem quia corpus non vidit Chriſti, & periiſſe putat, quia ipſa non cernit.* Mulier, ſive mens, quæ tota foris eſt, & quæ carnalibus, ac externis adhæret, quæ non vidit oculis ſuis non credit, ſecus verò quæ interna eſt, & lumine fidei ducitur, hinc Petrus, & Joannes, utpote ſpiritualiores, ubi non vident Jeſum in ſepulchro, credunt, eum vivere: mulier autem, utpote carnalior, quæ non videt putat omninò periiſſe. Ideo Chriſtus ei apparuit, ut reducat eam ad internum ſpiritum, ut Deum (Drogo.) in ſe cognoſcat. Drogo de ſacrament. Dominicæ Paſſionis ſic introducit Chriſtum loquentem ad Magdalenam. *Fletus tuus* ait, *pietas tua, deſiderium tuum, opus meum eſt: habes me intra te, & neſcis: ideo quæris foris, & ecce ego foris apparebo, ut te introducam, & invenias intus, quem foris quæris.*

Carnalis homo nihil putat eſſe, niſi quod videt oculis.

37. Tertiò D. Aug. tract. 121. in Joan. *Oculi, qui Dominum quæſierant, ait, & non invenerant, lachrymis jam vocabant amplius dolentes, quod fuerat de* (D. Auguſt.) *monumento ſublatus, quàm quòd fuerat in ligno occiſus.* Quid eſt quòd Joan. 19. n. 24. ait: *Stabant* (Joan. 19.) *juxta crucem Jeſu Mater ejus, & ſoror matris ejus Maria Cleophe, & Maria Magdalena?* Magdalenam juxta crucem non lego plorantem, ut modo apud monumentum. Dum meus Jeſus penderet in cruce, compaſſionis affectu, ingens lachrymarum copia debebatur; at verò modo de ſepulchro auferri parum demortui intererat corporis, & Maria plus dolet ſepulchro carere, quam patibulo diſcruciari. O magna mulieris prudentia, plus doluit, mortuum requie, ac honore debito carere, quam patibulo affigi vivum non tam lugenda vitæ tormenta, quam poſt mortem infortunia. *Amplius dolebat, quòd fuerat à monumento ſublatus, quam quod fuerat in ligno occiſus* Nam labores ac dolores pati in vita, vita ipſa finiuntur, at honore, & requie carere poſt mortem, vitæ exaggerat ærumnas, & quodammodo donotat veluti ſine fine miſeriam.

Magis dolendum de infortunio poſt mortem quā de tormentis in vita.

Quartò. Citatus Auguſt *Oculi amplius dolentes,* 38. *quòd fuerat de monumento ſublatus, quam quòd* (D. Auguſt.) *fuerat in ligno occiſus, quoniam magiſtri tanti, cujus & vita ſubtracta fuerat, nec memoria remanebat.* Ad idem ſuperius dubium; lachrymas fudit, non quando pendet in cruce, ſed quando de monumento cernitur Dominus ſublatus, nam dum in cruce fixus erat, & ſi mortuus, ſacrum corporis pignus ad magnum ſolatium erat: quòd è monumento eſſet ſublatum, calamitas erat conſummata, & nihil ad memoriam relictum, nec ad deſiderii levamen. *Quoniam Magiſtri tanti, cujus, & vita ſubtracta fuerat, nec memoria remanebat* Exuviæ defunctorum ſolatium amanti.

Defuncti pignus ſolatiū amanti.

Quinto. Origen. hom. 10 in diverſos. *Metuebat,* 39. ait, *ne amor magiſtri ſui in corpore ſuo frigeſce-* (Origen.) *ret, ſi corpus ejus non inveniret, quo viſo recaleſceret.* Plorabat Magdalena, quia timebat, ne cor ſe cum ex abſentia corporis ſui Magiſtri refrigeſceret, at verò, ſi ipſum inveniret, omnium bonorum quæ deſiderari poſſunt, compendium ſe habere reputabat, & ideo tanti theſauri opportunitatem amittens, lugubri lamentatione, ac mœſto fletu proſequitur.

Chriſti corpus omnium bonorum compendium.

Sexto. Origen. citato loco. *Si non inveneris,* ait, 40. *in corde tuo Jeſum, Sta foris, & plora, permane in* (Origen.) *fide, & reſpice foris ad alios, ſi forte in aliquo videris eum, & plorando ora Jeſum, ut indignetur intrare in te, & habitet ibi.* Non videbat Magdalena Jeſum intus in ſepulchro, & ſtabat foris circunſpiciens ea, quæ foris ſunt, at ſi forte ab aliquo inſtrueretur iret ad Jeſum: ſi non habes Jeſum, ſta foris, aliorum virtutes, ac profectus proſpiciens, ut ab eis doceaaris, quos ſi plorando ſecutus fueris, invenies Jeſum, ut intret in animam tuam.

Aliorum virtutes edi-ſcendæ ut illas imiteris.

Canit Regius vates Pſal. 26. n. 6. *Circuivi, & im-* 41. *molavi in tabernaculo ejus hoſtiam jubilationis.* (Pſalm. 26.) Expende quam diligentiam, ac cogitationem proponit David ad offerendum ſacrificium Deo. *Circuivi,* ait, cur non magis in cubiculo ſuo ſe abſcondit, ſecretùmque aliquod quærit? Nonne videt ipſe, quod circuitus valde ſuſpecti ſunt, & ſemper ex eis defectus contrahuntur, ut neceſſarium ſit lavare pedes; & ſi aliquando ita contingat; præclarus tamen circuitus, qui non eſt ad vagandum, ſed ad aliorum virtutes contemplandas, ac ſequendas, ut illis inſpectis, habeas exemplar, quod imitari debeas, ut excellentem hoſtiam ad

Ex aliorum virtutibus imitatis fit hoſtia jubilationis.

Deo

Deo immolandum præpares, optimum enim medium ad virtutem eſt, aliorum virtutes obſervare, ut ad illarum normam te componas. D. Gregor. homil. 17. in Ezechiel. *Ecce*, ait, *ut immolaret jubilationis hoſtiam, circuibat: quia niſi animam huc illucque ad bonorum vitam exquirendam mitteret, ipſe uſque ad jubilationis ſacrificium non perveniret.*

D. Gregor.

42. Per vicos, & plateas quærebat Anima ſancta ſuum dilectum, & dicebat ad omnes, quos obvios habebat: *Nunquid quem diligit anima mea vidiſtis?* Cantic. 3. n. 3. Cur anima pia non potius ſe abdit in ſecreto domus ſuæ, ſed per plateas quærit? & maximè modus inquirendi conſiderandus. *Nunquid vidiſtis*, ait, cur de viſione aliorum quærit? Cur non potiùs de ſua teſtatur, nunquid inveniſtis dilectum meum, quem ego ſæpe vidi, cujuſque præſentia, ego maximè delectabar, cujuſque colloquia maximè mihi ſunt in votis? Sed his omiſſis, de aliorum viſione quærit. *Nunquid vidiſtis*: Optime ſanè, ut ex aliorum viſione ac videndi modo ipſa inſtruatur, ad eum videndum, ac tenendum, nam aliorum virtutes propoſitæ, ſæpè excellentiores in animo imprimunt. Gilibertus ſerm. 1. in Cantic. *De viſione illorum*, ait, *ſe viſuram præſumit ideo diligenter inveſtigat cuſtodum viſionem, eorum ſperans alloquio, vel in ſecretiora duci, vel dulcioribus affici.*

Cantic. 3.

Contemplare aliorum virtutes ut videas Deum.

Gilibertus.

QUÆSTIO V.

Quare Angeli teſtificantes Chriſti reſurrectionem, apparent fœminis, & non diſcipulis?

43. ANGELUS annuntians Chriſti reſurrectionem apparet mulieribus Matth. 28 num. 2. Marc. 16. n. 5. Duoque Angeli hic Magdalenæ apparent, & tamen Sanctis Domini diſcipulis, ut Petro, & Joan. ut patet ex hoc c. 20. n. 6. 7. Nunquam eis apparuit Angelus ad annuntiandam Chriſti reſurrectionem; quam quæſtionem graviſſime proponit N. D. Cyrill. Alex. l. 12. in Joan. c. 46. *Ambigere aliquis non injuria poterit, quamobrem diſcipulis Petro, dico, atque Joanni, Angeli non apparuerunt, mulieri autem, & apparent, & loquuntur?*

Matth. 28. Marc. 16.

D. Cyrill.

44. Ipſe ſanctus Pater egregie quæſtionem ſolvens, ſic reſpondet. *Diſcipulos enim rerum exitus, ſcripturæ, Chriſtique prædicationibus conveniens ad firmiſſimam fidem induxit. Supervacaneum igitur erat, firmiter credentes voce Angelorum doceri. Mulieri autem penitus neceſſarium quæ nec litteras ſciret, nec alio modo ſublimi reſurrectionis myſterium percipere poſſet.* Quid illuſtrius? Ex alta Dei ordinatione frequentius Angeli apparent mulieribus; cum enim hæ literas neſcirent, magis indigebant iis auxiliaribus favoribus ut firmiùs in altis fidei myſteriis radicarentur. At ſapientes viri, cum rerum eventus vident correſpondentes ſcripturæ, ac doctrinæ à Chriſto traditæ, inde aperte in fidei myſteriis inſtruuntur, ut Angelorum apparitionibus non egeant. Deus enim, cum ſit optimus proviſor, facit diſpenſationes juxta rerum indigentiam; ut Angelorum apparitiones his, qui indigent, & non aliis fiant.

D. Cyril.

Deus facit ſuas diſpenſationes juxta rerum indigentiam.

45. Committens Deus Moyſi negotium libertatis populi Iſraëlitici de jugo Pharaonis, mandat ei Deus, ut hujuſmodi legata enarret ſenioribus Iſraël congregatis. *Vade congrega ſeniores Iſraël, & dices ad eos: Dominus Deus Patrum veſtrorum apparuit mihi dicens: viſitans viſitabo vos*, &c. Exod. 3. n. 16. Cur Angelus, qui hic veniebat in nomine Domini, non apparet his ſenioribus congregatis, ut illos de tempore libertatis imminentis edoceat. Nonne Angelus Domini apparuit Agar Abrahæ ancillæ in deſerto, & eam de multitudine prolis inſtruxit? Geneſ. 16. n. 9. Cur ergo etiam non apparet ſenioribus Iſraël, qui multo majoris erant auctoritatis in multiſque majoribus negotiis informandi? Agar cum eſſet fœmina ſimplex, & ignara literarum divinarum, ei neceſſaria erat Angelorum apparitio, ut in magnis informaretur; at ſeniores Iſraëlis, qui multa ſapientia, ac prudentia pollebant, qui ſcripturas, & majorum traditiones percallebant; ex ipſarum ſcripturarum monumentis, ſine Angelorum apparitionibus, ſed qualibet inſtructione firmi, ac conſtantes reddebantur, ad magna, & alta percipienda, Lippoman. *Seniores illi*, ait, *prudentes erant promiſſiones, Patriarchis de liberatione eorum poſteritatis ex Ægypto, introductioneque in terram Chanaan factas noverant: Tempus à Deo præfixum, ex numero generationum adimpletum eſſe cernebant.*

Exod. 3.

Viri ſcriptura inſtructi non indigent viſione Angelorum, ut mulieres.

Lippoman.

QUÆSTIO VI.

Quare Magdalenæ hic duo Angeli apparent, cum aliis mulieribus unus tantum Angelus ſe exhibuerit, unuſque fuerit Angelus ad cuſtodiendum Paradiſum; unuſque ſpiritus deceperit primos parentes.

SUB hoc titulo tres quæſtiones reſolvuntur. 46.
Et prima quæſtio eſt, Quare cum Maria Magdalena, & Maria Cleophe, & Salome venirent manè diluculo ad monumentum, unus tantum Angelus eis apparuit, dans reſurrectionis nuntia, Matt. 28. n. 2. Marc. 16. n. 5. hic verò Magdalenæ duo Angeli ſe manifeſtant, unus ad caput, & alter ad pedes?

Quæſtio 1.

47. Reſpondet N. D. Cyrill. Alex. l. 12. in Joan. c. 46. *Apparuerunt autem*, ait, *duo ſedentes alter ad caput, alter ad pedes, ut mulieri corpus Domini tranſlatum putanti ſignificarent, neminem potuiſſe, vim ſanctiſſimo illi corpori afferre, quod ab Angelis defendebatur.* Ad dandas reſurrectionis nuntias, unus veniat Angelus, at verò modo mulier opinabatur, corpus fuiſſe ablatum, adſint ergo duo Angeli cuſtodes, ut fiat evidens, quòd nulla vis inferri potuit theſauro illi, qui ab Angelis ſic cuſtodiebatur, ubi enim aliquod eſt diſcrimen, aliquodque dubium, ibi major cura adhibenda, ut omne dubium excludatur.

D. Cyrill.

Ubi dubium ibi major cura adhibenda, ut excludatur.

48. Secundo, Galfrid. apud Tilm. in Allegori. *Meritò proinde*, ait, *duos vidiſſe Angelos, ad caput unum, & ad pedes alterum, perhibetur: nam & ad pedes Domini unguentum fuderat, & ad caput & pedes aliquando fuderat.* Hic Angelorum ſitus quòd unus ſit ad caput, & alter ad pedes, magnum habet myſterium, nam Magdalena aliquando unxit pedes Jeſu. Luc. 7 n. 38 Aliquando caput Matth. 26. n. 7 inde ipſa ſublimatur, ut ad caput, & pedes Jeſu ubi fuerat, videat Angelos, ut fiat evidens, quòd in his, in quibus Chriſto damus obſequia, mercedem recipimus. Vide t. 2. c. 13 q 3. n. 10. 11.

Galfridus.

In quibus Deo damus obſequia, mercedem habemus.

49. *Quæſtio 2.* Quæſtio 2. Quare cum duo Angeli eſſent cuſtodes ſepulchri, Magdalena ad illud audet accedere? Et ratio difficultatis eſt; quia cum pro cuſtodia Paradiſi eſſet conſtitutus unus Cherubin: *Collocavit ante Paradiſum voluptatis Cherubin, & flammeum gladium, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.* Gen. 3 n. 24. Nullus fuit homo, qui auderet cedere ad locum ligni vitæ, duo verò modo Angeli ſtant pro cuſtodia ſepulchri, à quo verum vitæ lignum Jeſus ſurrexerat, & tamen Maria non veretur ad ſepulchrum ſtare, ad illudque ſe inclinare; ſed propter unum Cherubin nullus homo audet accedere ad Paradiſum, quomodo propter duos Angelos Maria non timet ad ſepulchrum convenire?

Geneſ. 3. Difficultas quæſtionis.

50. *Lachrymæ ad omnem locum habent aditum.* Reſpondeo, quòd Cherubin in oſtio paradiſi, flammeo, ac verſatili gladio omnes ad fugam impellebat, at apud ſepulchrum Angeli erant in albis, quod eſt blandimentum amoris, indeque invitabant, ac alliciebant Magdalenam, ut prope accederet: deinde erat Maria tota in lachrymas effuſa, quæ nullo verentur accedere loco, imò potius Angeli maximè plorantem adjuvabant, ut in cognitionem veræ vitæ arboris Jeſu intraret; non arcebant Angeli plorantem, ut de cognitione dulciſſimæ vitæ arboris Jeſu guſtaret, ſed eam invitabant. D. Cyrill. Alexandr. l. citat. *Vide rurſus, ait, non fruſtra illam ploraſſe, nec amoris erga Chriſtum mercede caruiſſe. Nam cum circa monumentum perſeveraret plorans, voce Angelorum ad cognoſcendum Chriſtum juvatur.*

D. Cyrill.

51. *Quæſtio 3.* Quæſtio 3. Quare hic duo Angeli ſplendenti indumento apparent ad perſuadendam Magdalenæ fidem reſurrectionis, quando unus dæmon ſufficiens fuit ad inſinuandum mulieri evidens mendacium promiſſæ divinitatis? *Scit enim Deus, quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dii.* Gen. 3. n. 3.

Gen. 3.

52. *Veritas difficile, mendacium facilè creditur.* Reſpondeo. O quantum diſcrepat humana conditio, dum veris, vel falſis dat aſſenſum, dum gloriam, vel ingloriam alterius credit: ad veræ reſurrectionis fidem adſtruendam, veniunt duo Angeli ſplendenti habitu, & oſtenſo etiam vacuo ſepulchro; at ad mendacium perſuadendum unus dæmon ſerpentis effigie perſonatus ſufficit, ut Chriſti veram gloriam teſtificentur, adſunt duo Angeli, ut Divinitatis injuriam: *Scit enim Deus, quod in quocumque die comederitis, eritis ſicut Dii,* proponat, unus tantum malus dæmoni apparet. O mentis humanæ ruditas ad alterius gloriam! O perſpicacia, ad alterius ignominiam! Evæ ingenium improbè, ac maligne Deum invidum percipit, & tamen humana mens valde hebes glorioſum non percipit. Bruti verbis aures mulier accommodat, & indigna credit altera mulier videns ſepulchrum vacuum, & ſplendentes Angelos, non acquieſcit, Chryſoſt. homil. 85. in Joan. *Cum mulieris mens humilis eſſet, & rudis, nec ex ſudario reſurrectionem conjectaret, videt Angelos ſedentes ſpecioſos.*

Ingloria citò creduntur, glorioſa dubitantur.

D. Chryſoſt.

53. Luc. 24. Adhuc iiſdem primis parentibus adhæreo. Scribit D. Lucas, quomodo piæ fœminæ Apoſtolis reſurrectionem narrarunt cap. 24. num. 10. *Erant autem Maria Magdalena, & Joanna, & Maria Jacobi, & cæteræ, quæ cum illis erant, quæ dicebant ad Apoſtolos hæc* [reſurrexiſſe Chriſtum ſcilicet] *& viſa ſunt ante illos ſicut deliramenta, verba iſta.* Eva Geneſ. 3. n. 6. *Tulit de fructu, deditque viro ſuo, & comedit.* Referens ſerpentis verba; *ſcit Deus quod in quocumque die comederitis, eritis ſicut Dii.* Mulieri acquievit Adamus, & comedit, nullus major error, nullumque majus deliramentum dici poterat, quam Deum invidum de alterius gloria proponere, hoc enim apertè erat evidens contra lumen naturale, & illud credidit Adamus. At Apoſtoli reſurrectionem à mulieribus teſtificatam, cohærentem cum ſcripturis, ac verbis Chriſti, judicant deliramenta: ſic hebetatur humana mens ad alterius gloriam, cum valde perſpicax ſit ad injuriam, inde uni mulieri Deum ambitioſum temerè, ac nefarie aſtruenti datur fides, multis verò veraciter mortem detriumphatam conteſtantibus denegatur. D. Chryſolog. ſerm. 79. *Adam novus, ait, citò credit, & dum facile dat aures ad mulieris auditum ſe, ſuoſque poſteros peſſimo addixit inimico: at veteranus Petrus fœminam non facile audit, fœminis nuntiantibus tarde credit.* Expende illud *Adamus facilè credidit;* è contra verò *Petrus fœminis nuntiantibus tarde credidit.*

Geneſ. 3.

Citò dedecora creduntur, decora tardè.

Chryſolog.

Impudica mulier maledica lingua falſum crimen inclamat de Joſeph. *Tunc his auditis Dominus, & nimium credulus verbis conjugis, iratus eſt.* Geneſ. 39. num. 19. Deinde dejicitur Joſeph in carcerem, & poſtea eductus clavum regni tenens agnitus eſt à fratribus, qui gloriam illius renuntiantes Parenti, ab eo tanquam illuſores habiti ſunt. *Nunciaverunt ei dicentes: Joſeph filius tuus vivit, & ipſe dominatur in omni terra Ægypti. Quo audito, Jacob quaſi de gravi ſomno evigilans non credebat eis.* Geneſ. 45. n. 26. Uni mulieri falſum dicenti multum credidit vir, cum multæ eſſent circumſtantiæ, quæ contrarium perſuadebant, fidelitas nempe, ac caſtitas Joſeph: at Jacob undecim filiis ſuis, & magnæ authoritatis non acquieſcit, cùm tamen apparatus, ac multitudo rerum, quibus venerant, veritatem indicabant, unde hæc Joſeph exaltatio tot fratrum teſtimoniis, ac oculorum evidentia ſtabilita, quaſi ſomnium, ac deliramentum judicatur: & commentita luxuriæ calumnia, cui ipſæ accuſatricis manus contradicebant, ut comprobatum crimen punitur? In alterius gloria mens hæſitat, in gloria firma perſiſtit. Ad hanc noſtram cogitationem tendit Lippoman. *Ut audivit, ait, inſolitum, impoſſibile, & maximum hæſitavit, & conſtitit ſecum Jacob, & quaſi ſomnium ſe audire putans.* Magna, & felicia de Joſeph ut ſomnium putabantur. In gloria, ut certiſſimè comprobata. 54.

Geneſ. 39.

Gen. 45.

Infauſta verà habentur felicia minimè.

Joan. 13. *n.* 20. Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis, quia tulerunt Dominum meum: & neſcio, ubi poſuerunt eum.

Num. 14. Hæc autem cùm dixiſſet, converſa eſt retrorſum, & vidit Jeſum ſtantem: & non ſciebat quia Jeſus eſt.

VERSIONES.

Arabicus. n. 13. Dixerunt autem ei.

Syriac. Vatabl. Quia ſuſtulerunt Dominum meum, nec ſcio, ubi poſuerint eum.

Arabicus. n. 14. Et dixit hoc, & converſa retrò ſe, vidit Jeſum ſtantem, & non cognovit, quia Jeſus eſſet.

Arias

Arias. Et hæc locuta, converſa in ea, quæ poſt.

Theophylact. Et videt Jeſum ſtantem, & non ſciebat, quia Jeſus eſt.

EXPOSITIO V.

55. DIcunt ei illi: Vel ambo ſimul, vel unus in perſona amborum. *Mulier.* Eam ad loquendum Angeli invitarunt, quæ niſi præventa fuiſſet, non auderet interrogare, ut

D.Chryſoſt. Euthym. obſervant D. Chryſoſtom. hom. 85. Euthym. tanquam ſtupefacta eorum aſpectu. *Quid ploras.* Optimè Angeli cauſam fletus ſciebant, ſed interrogant, ut objurgantes ejus fletum, ſimul ei gaudium, & lætitiam denuntiata Domini reſurrectio-

D.Cyrill. ne miſceant. N. D. Cyrillus. *Nam morte jam & interitu deſtructo, lacrymarum tempus, inquiunt, non eſt: rerum exitus ad contrarium potius invitat. Quid igitur ploras, quæ lætari, & gaudere modo debes?* Illa, ut neſcientes, interrogare exiſtimans,

D. Aug. ut ait D. Auguſt. *Tulerunt Dominum meum*, ſive, amici, ſive inimici? ecce una cauſa tanti fletus, quia ſi ego ipſum viderem, oſcularer, & ungerem aliquale levamen haberem in meo dolore. *Et neſcio ubi poſuerunt eum.* Ecce quod me magis affligit,

Permittitur vexatio ad majorem conſolationem. quia neſcio, quò illum tranſtulerunt, ut eum requiram. Permittit Deus ſuorum dilectorum animas ignorantiæ tenebris vexari aliquando, ut deſiderium magis accendatur, & creſcat, ut facta revelatione major ſit lætificatio, ac accuſatio.

55. Hæc cum dixiſſet Magdalena, nullo Angelorum expectato reſponſo: *Converſa eſt retrorſum.* Reſpexit nempe retrorſum. *Vidit Jeſum ſtantem.*

Salmeiron. Notat Salmeiron tom. 11. tract. 12. *Semper*, ait, *Poſt reſurrectionem, ſtans viſus eſt Dominus, quoniam reſurgens ex mortuis, jam non moritur.* Ut denoteiur, jacere amplius non debere, qui ſpiritualiter reſurrexit, & neſciebat, *quia Jeſus eſt*, non agnoſcebatur ab ea: in manu ejus eſt, ſe cum vellet hominum oculis ſubtrahere, ita ut etiam præſens non videatur ab eis.

QUÆSTIO VII.

Quare Magdalena Petro, & Joanni, ait, Tulerunt Dominum de monumento, *nunc vero Angelis addidit*, Tulerunt Dominum meum.

57. CUm Magdalena veniſſet ad ſepulchrum, idque vidiſſet vacuum à corpore Chriſti; Currit ad Petrum, & Joannem, dicens: *Tulerunt*

Joan. 20. *Dominum de monumento.* Joan. 20. num. 2. Nunc

Difficultas quæſtionis. vero in præſenti loquens cum Angelis, *dicit eis. Tulerunt Dominum meum.* Non ſolum dicit Do-

D.Chryſoſt. *Magdalena multo amore vulnerata.* minum, ſed addit *meum.* Rectè D. Chryſoſtom. homil. 85. ait: Magdalena *fervore quodam, & amore percita*, veluti amoris vehementia ebria, hæc dicebat.

58. Galfridus. Ad quæſtionem recte reſpondet Galfridus in Allegor. Tilmani. *Sane ad Apoſtolos dixerat*, ait, *tulerunt Dominum, cum quibus optabat habere communem non modo ejus dominationem, ſed laborem quærendi, & de ipſa inveniendi ejus difficultate mœrorem. Nunc vero regreſſis illis à monumento, quid illi reſtat, quæ ſola remanſit niſi, ut dicat, Tulerunt Dominum meum?* Loquens cum Angelis dicit Dominum meum, cum Apoſtolis vero Dominum tantum. *Tulerunt Dominum.* Apoſtolis vitæ ſuæ ſociis, Dominum proponit, non ut ſibi proprium tantum, ſed ut communem ſibi ac illis, ut illos ad communes labores Dominum quærendi invitaret dum ipſa ſola eſt, ubi ſibi Deum, ac res virtutis appropriat, at quando cum Apoſtolis eſt vitæ ſuæ ſociis, nil virtutis vult aggredi, quod non amet eſſe cum illis commune; Inde illis communem proponit Dominum, ac commune damnum, ut eos alliciat ad labores quærendi Dominum ac ad commune damnum amiſſionis illius corporis lugendum. Perfecta charitas ſuos vult habere ſocios, in bonis operibus.

Juſtus ſibi chariores in opere charitatis vult ſocios.

Excipiens Abrahamus Angelos, ut hoſpites, in domum ſuam. *Feſtinavit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque ei, accelera tria ſata ſimilæ commiſce! & fac ſubcinericios panes*, &c. Gen 18. n. 6. Hoc munus potius committendum erat ancillis, quàm Dominæ, cur non potius ad Agar, vel ad aliquam ancillam cucurrit Abrahamus, cum in domo ejus tot & tantæ eſſent, ſed ad Saram? vir illius non parcit ætati, erat enim non agenaria, ſed omnia feſtinanter eam præparare ſuadet? Negotium erat eximiæ virtutis, ac charitatis, & inde bonus vir clariorem ſibi uxorem, ad tantum opus invitat, & ſicut eam habuit ſociam à juventute, ſic & in bono opere ſociam vult habere. D. Chryſoſt. hom. 41. in Gen. *Quoniam ſciebat boni operis magnitudinem, volebat vitæ ſuæ ſociam, etiam retribuendarum mercedum eſſe participem.* 59

Gen. 18. *Juſtus ſuos bonorum operum facit participes.* Chryſoſt.

Cum nuntiaſſet Cham fratribus ſuis, verenda Patris eſſe nudata *Sem, & Japhet pallium impoſuerunt humeris ſuis, & incedentes retrorſum operuerunt verenda Patris ſui*, Geneſ. 9. num. 23. Duo erant viri Sem & Japhet, & unuſquiſque ſuum pallium habebat, quomodo ergo dicitur *pallium impoſuerunt?* videbatur in plurali dicendum, pallia; verum eſt, quod duo fratres erant, tamen ſic erant uniti, ac confœderati in opere charitatis, ut debitum honorem deferrent Patri, ac ſi in eis non eſſet duplex pallium, ſed unum tantum, ſic erant aſſociati in virtutis opere impendendo, tanquam ſi ſe mutuo ad hoc adjuvarent. De his vide multa hoc tomo, & ſuperioribus, verbo *Communicare.* 60.

Gen. 9. *Juſti ſe mutuò faciunt participes boni operis.*

QUÆSTIO VIII.

Quare Magdalena loquens cum Angelis nullo eorum expectato reſponſo, retrorſum converſa eſt?

MAria modo loquebatur cum Angelis. *Tulerunt Dominum meum, & neſcio ubi poſuerunt eum; & hæc cum dixiſſet, converſa eſt retrorſum.* Cur relictis Angelis nullo eorum dato reſponſo, convertitur retrorſum Maria? Cum mulier Angelos prætereis? Cur ab Angelis avertis oculos? 61.

D.Chryſoſt. D. Athanaſ. Theoph.

Reſpondent primo D. Chryſoſtom. homil. 85. in Joan. D. Athanaſ. ſive quiſquis eſt Auctor quæſt. 78. ad Antioch. Theophylact. & alii quòd cum Magdalena loqueretur cum Angelis, tunc Chriſtus à tergo Mariæ apparuit, Angeli cum 62.

 cum

Divinitas extorquet à nobis reverentiam. eum aſpicerent, ſurrexerunt caputque illi inclinarunt, & aliæ reverentiæ, ac adorationis ſigna illi exhibuerunt: Magdalena tunc converſa eſt retrorſum, ut videret, quis ille eſſet, quem Angeli tam reverenter ſalutabant; ſic ait Euthym. *Quia ſubitò apparente Chriſto poſt eam, Angeli viſo Domino ſuo, ſtatim ſurrexerunt cum tremore, more ſervorum in eum intuentes; Converſa eſt ergo ut videret*, &c. Divinitatis præſentia maximè à nobis extorquet reverentiam, unde de Magdalena hic, relictis Angelis, converſa ad Chriſtum, præclare ait Origenes citandus: *Quàm ſcienter neſcit, quam doctè errat.* (Euthym. — Origen.)

63. Secundò. Alii exiſtimant, quòd Chriſtus cum ingreſſus locum in quo erat Magdalena, pedibus ſonitum excitavit, & idcirco illa retrorſum converſa eſt, ut videret, quiſnam eſſet ingreſſus: præcipuè cum illa magno Chriſti amore ferveret, ingens affectus quærendi Chriſtum, illam huc atque illuc vertebat.

64. Tertiò. Origenes, homil. ult. in Diverſos, ſic in perſona Magdalenæ loquitur: *Intra ſe cogitat dicens; Proh dolor, qualis eſt iſta conſolatio? Qualis iſta Angelorum viſitatio? Oneroſi ſunt mihi omnes conſolatores, gravant me, & non conſolantur; ego autem quæro Creatorem, & ideo gravis eſt mihi ad videndum omnis creatura.* Cur Magdalena Angelorum colloquio non frueris? Cur Angelos ſic præteris? Illa dolens quærebat Jeſum, unumque Jeſum ſuſpirabat, in quo ſolo tota erat, indeque omnes creaturæ in faſtidio, ac onere erant, inde omnium colloquia devitabat, ne eorum ſermonibus aliquantulum cor ſuum diverteretur ab amore ſuo. Sic ait citatus Origenes. *Nolo Angelos videre, nolo cum Angelis manere. Si cœperint mihi mala narrare, & ſi voluero illis ad omnia reſpondere, timeo ne amorem meum magis impediant, quam expediant.* (Origen. — *Quærenti Deum omnia temporalia ſunt in contemptu.* — Origen.)

65. Maximè deſiderans, auxie quærebat ſuum dilectum anima ſancta, & ait: *Quæſivi, & non inveni illum; vocavi, & non reſpondit mihi. Invenerunt me cuſtodes; qui circumeunt civitatem, percuſſerunt me ac vulneraverunt me; tulerunt pallium mihi.* Cantic. 5. num. 6. 7. fervide quærebant dilectum ſuum apud Angelos ſanctos, quos per cuſtodes civitatis intelligunt & interpretantur. D. Gregor. Nyſſen. homil. 12. D. Ambr. lib. 3. de Virgin. & lib. de Iſaac. cap. 6. Tres Patres, Pſellus, Theodoret. & alii. Vide tamen mirum, quòd ad hos Angelos perveniens, noluit cum illis paulisper requieſcere, nec apud eos aliquantulum detineri, imo & cum illis nullum habuit ſermonem, nec unum verbum protulit Ipſa perſeverat: *Vox ſponſi pulſantis ad oſtium:* Eodem cap. 5. num. 2. Ex quo ſic tota mente ferebatur in Deum, qui in ſe præſens erat, ut omnes creaturas, etiam excellentiſſimas, ut Angelicas, parvi æſtimaret, ut cum illis nollet immorari, nec miſcere unum etiam verbum, ut celeriùs, ac expeditius veniret ad dilectum ſuum, quem tota mente optabat. Imò & dum apud ipſas creaturas detinetur, magnam moleſtiam videtur pati, magiſque deſiderio, ac vulnere charitatis ſui dilecti percuti, indeque videtur à mente ejus velum auferri, ut clarius cognoſcat præſtantiam ſui ſponſi, quæ in infinitum ſuperat omnes creaturas. Theodor. ibi. *O pulcherrimam virginis progreſſionem? Ecce enim ad Angelos uſque perveniens: Velum, inquit, abſtulerunt ab oculis meis, ut clarius ſponſum intuerer, qui nec ab Angelis quidem omnibus poteſt comprehendi. Quamobrem incertior diſcedent omnino, cuſtodes, id eſt Angelos, averſatur, quod nec ab illis quidem ingens ſponſi deſiderium queat imminui.* Expende illud. *Angelos averſatur.* (Cant. 5. — D. Nyſſen. — D. Ambr. — Tres Patres — Pſellus. — Theod. — *Si Deus ſpectatur, omnis creatura prætereunda.* — Theod.)

Recipiens Abrahamus tres Angelos hoſpitio, ait: *Domine, ſi inveni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſervum tuum.* Gen. 18. num. 3. Tres erant Angeli tamen cum uno tanquam ſingulari loquitur, cur non magis ad omnes tres habet ſuum ſermonem? Præſenſit Abrahamus in ipſis Angelis Dominum, inde jam ipſos Angelos præterit, & cum eis non habet verba; ſed tantùm cum Domino, in cujus conſpectu omnis creatura, etiam præſtantiſſima, æſtimanda non eſt. D. Aug. quæſt. in Gen. *In Angelis Dominum ſentiens*, ait, *Domino potius, quam Angelis loqui elegit.* 66. (Gen. 18. — *Ubi Deus ſentitur, omnis creatura vileſcit.* — D. Auguſt.)

Joan. 20. *n.* 15. Dicit ei Jeſus: mulier quid ploras. Quem quæris? Illa exiſtimans, quia hortulanus eſſet: dicit ei Domine, ſi ſuſtuliſti eum, dicito mihi, ubi poſuiſti eum, & ego eum tollam.

Num. 16. Dicit ei Jeſus: Maria converſa illa, dicit ei: Rabboni (quod dicitur Magiſter.)

VERSIONES.

Syriacus.n. 15. Illa verò putabat hortulanum eſſe, & dixit ei, Domine mi, ſi tu ſuſtuliſti eum, dic mihi ubi eum poſueris, proficiſcar eum ſublatura.

Arabicus. Et vadam ego accipere eum, & ungere eum.

Euthym Vatabl. Si tu aſportaſti eum.

Syriacus n. 16. Ac dixit ei: Hebraicè Rabboni, quod dicitur, Magiſter.

Marian. Magiſter meus.

Græc.apud Franc.Luc. Quod dicitur præceptor.

ALTER TEXTUS.

Marc. 16. *n.* 19. Surgens autem Jeſus mane prima ſabbathi apparuit primò Mariæ Magdalenæ, de qua ejecerat ſeptem dæmonia.

EXPOSITIO. VI.

67. DIXIT ei *Jeſus*. Cum Magdalena vultu eſſet converſa in Jeſum, dixit ei: *Mulier.* Mulierem hic appellat & non Mariam, ut ſequenti verſu, de quo infra, & rectè mulierem vocat, ait D. Ambr. lib. 3. de Virg. *Qui non credit, mulier eſt, nam qui credit, in virum perfectum reſurgit, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, mulier inquit, non de ſexu, ſed de cunctatione convitium eſt; & benè mulier, quæ nutabat, quia virgo jam crediderat.* Et ait illi, *quid ploras.* Cauſam lachrymarum rogat, ut deſiderium vehementius acuat. *Quem quæris?* Geſtum Mariæ, affectum quærentis repræſentabat: ſolicitudinem, quam habebat in corde, repræſentabat in exteriori. Illa exiſtimans, *quia hortulanus eſſet*, illius nempe horti, in quo (D. Ambr. — *Exterior facies reſpondet interiori.*)

quo erat ſepulchrum, cultor, ac cuſtos. *Dicit ei Domine*; honorifico titulo Domini eum proſe-
D. Auguſt. quitur, ut ſtatim ex D Auguſt. dicam, à quo adjuvamen, & patrocinium ſperabat.

68. *Si tu ſuſtuliſti eum.* Non dixit ſi tu ſuſtuliſti
D. Bernard. Chriſtum, vel cadaver illius mortui. D. Bernard. ſerm. 7. in Cantic. *Si tu ſuſtuliſti eum? Quem eum? Non aperit, quia planum omnibus eſſe credit, quod*
D. Gregor. *à ſuo corde nec ad momentum recedere poteſt.* D.
Amor exiſtimat, omnes tractare de ſuo dilecto. Greg. hom. 25. *Vis amoris*, ait, *hoc agere ſolet in animo, ut quem ipſe ſemper cogitat, nullum alium ignorare credat.* Ingens mulieris amor exiſtimabat quòd omnes de nullo alio tractarent, niſi de ſuo dilecto *Ubi poſuiſti eum?* Hoc verbo potius utitur quàm alio, illud audivit bona fœmina ex Chriſti ore, dum de Lazaro quæreret, dixit: *Ubi poſuiſti eum?* Joan. 11. n. 34. Inde cum oporteret, ut Magdalena aliqua diceret, ad Jeſu verba recurrit, ut fletus amaritudinem temperaret dulcedine
Origen. verbi divini. Origenes homil. ultima in Diverſos
Chriſti verba amaritudinem expellunt. *Certè*, ait, *dulce hoc fecit dulcedo tua, Jeſu, facit hoc ipſa pro amore tuo, quoniam meminit, te dixiſſe de fratre ſuo, ubi poſuiſtis eum? Ex quo enim audivit verbum hoc in ore tuo conſervavit illud diligenter in corde ſuo, & delectata eſt, uti eo in ſermone ſuo.* Et magnitudinem ſui amoris exprimit mulier dicens: *Ego eum tollam*; ſive ſit in atrio
Origen. Principis ſacerdotum, ſive Pilati, nam ut inquiunt
D. Chryſ. Origenes, citat. Chryſ. omnia vincit amor, & etiam impoſſibilia, tanquam poſſibilia ſibi proponit.

69. *Dixit ei Jeſus: Maria.* Nomine proprio, & conſueto ſono vocis, ſuavitate, ac gratia, qua cum illa ſolebat loqui in vita. *Converſa illa*, nam cum
D. Chryſoſt. Jeſus, quem hortulanum putabat, non ſtatim reſponderet, vertit ſe ad Angelos, ut ait D. Chryſoſt. homil. 85. in Joann. ut illos diligentius intueretur. Iterum nunc audita Chriſti voce, Maria, ſe convertit ad Jeſum, apertis oculis, ut inquiunt
D. Cyrill. D. Chryſoſt. Cyrillus, Chryſoſtom. eum cognoſcens, erumpitque in hanc vocem. *Rabboni*, ideſt Magiſter mi, qua familiari voce diſcipuli Jeſum ſalutabant, & hoc nomine teſtatur Maria, non tantum Jeſum præſentem certò ſibi cognitum eſſe, ut alii in fractione panis dixerunt, ſed etiam ſe ejus eſſe diſcipulam, & ipſi tanquam Magiſtro ſed ad eam docendum tradere.

QUÆSTIO IX.

Quare Magdalena exiſtens inter Angelos, Jeſum non cognoſcit, ſed hortulanum exiſtimat; at Stephanus inter perfidos Judæos Jeſum videt?

70. VIdens Magdalena Dominum Jeſum, exiſtimavit hortulanum eſſe, quia, ut ait Noſter
D. Cyrill. D. Cyrillus Alexandr Divina ſua poteſtate non permiſit, ſe cognoſci. Non quia, ut rectè ait D.
D. Hieron. Hier. Epiſt. ad Hedibiam. quæſt. 5. alia vultus ac corporis forma præditus fuiſſet quam ea, quæ ante mortem; ſed quia non permiſit, ut forma ſua integre per ſpecies ferretur ad oculos Magdalenæ, quod ſæpe contigit ex impedimento tenebrarum luci mixtarum, aut intervalli longioris, id
Theoph. Euthym. Dominus fecit ſua poteſtate; & illa exiſtimavit eum hortulanum, non quia ſarculum, aut ligonem manu teneret, ſed quia inquiunt Theophylactus, Euthym. *A communi, & viliori habitu, &c. quia in horto erat arbitrata eſt hortulanum eſſe.* Et fortè quia ſine pallio apparebat, inde judicavit, eum eſſe veluti domi.

Ad primam partem quæſtionis, Cur in ſpecie 71.
hortulani apparuit Dominus? Origen. hom. ultima Origen.
in Diverſos. *Ecce Jeſus venit ad te, ait, & quem quæris, quærit te: mulier quid ploras? Et tu eum hortulanum exiſtimas, ut ipſum non cognoſcas. Etenim Jeſus eſt, & hortulanus, quia & ipſe ſeminat omne ſemen bonum in horto animæ tuæ, & in cordibus fidelium ſuorum.* D. Greg. homil. 25. *Annon, ait, ei* D. Gregor.
hortulanus erat, qui in ejus pectore per amoris ſui ſemina virtutum virentia plantabat. Jeſus verus hortulanus, qui hortum Eccleſiæ ſanguine ſuo irrigaverat, ligno crucis proſciderat, ſementem fidei ac virtutum plantaverat; excluſis errorum ſentibus. Ergo cum eſſet verus hortulanus, in corde Magdalenæ, ſementem fidei ſuæ reſurrectionis fecit, avulſis ſpinis triſtitiæ, ac doloris. *Chriſtus in corde plantat ſemen virtutum.*

Secundò Severus in Catena Græca: *Fortaſſis,* 72.
ait, *non abs re Jeſum ſuſpicata eſt, eſſe hortulanum,* Severus.
cum ille ipſe eſſet Paradiſi cultor verus, atque immortalis, in horto monumenti, tanquam Paradiſo mulierem, quæ Adamum primum hortulanum deceperat erudiens. Adamus primus fuit hortulanus paradiſi, hunc decepit una mulier; venit nunc alter hortulanus mulierem erudiens, ut damnum, quod unus hortulanus intulit, per alium reſtauraretur, ac recuperaretur. *Damnum illatum per unum per alterum reſtauratur.*

Tertiò. Ad ſecundam partem quæſtionis: Cur 73.
Maria exiſtens inter Angelos, habens Jeſum præſentem ante oculos, ipſum non agnoſcit, nec ullum guſtum ex ejus præſentia recipit? At Stephanus inter perfidos Judæos Jeſum videt, & ab illo ſingulariter confortatur. Stephanus, *cum eſſet plenus Spiritu ſancto, intendens in cælum vidit gloriam Dei, & Jeſum ſtantem à dextris virtutis Dei,* Act. 7.
Actor. 7. n. 15. Unde ergo Maria inter Angelos, nec Jeſum agnoſcit, nec aliquam conſolationem ex præſentia ejus haurit, ſed multis lachrymis plorans aſtat? at verò Stephanus inter Judæos conſiſtens, & Jeſum videt in cælo, ejuſque cæleſtis gloriæ viſione fruitur? Unde hic in cæleſtibus videt Jeſum, illa verò proximè eum tenens non agnoſcit? *Cur Magdalena exiſtens inter Angelos non agnoſcit Chriſtum.*

Eleganter reſpondet D. Ambroſ. ſerm. in hoc 74. D. Ambr.
Evang *Stephanus, ait, non ſupra terram quæſivit, qui ſtantem te ad dexteram Dei recognovit Maria juxta Dominum conſtituta, eum tangere non meretur, Stephanus in terris poſitus Chriſtum tangit in cœlo. Illa inter Angelos præſentem non videt Salvatorem, Stephanus inter Judæos Dominum cernit abſentem.* Maria adhuc in terrenis immorans Jeſum quærebat in terra, & inde non videt Jeſum; at Stephanus terrena contemnens, Spiritu totus ad cœleſtia ferebatur, quo Jeſu favoribus repletur. Dimitte terram, deſpice terrena omnia, & Jeſum invenies, illiuſque donis gaudebis. *Stephanus inter Judæos vidit Jeſum abſentem, Maria inter Angelos non vidit præſentem.* *Soluti qui à terrenis ſeparantur Chriſti donis ditantur.*

Dicitur Apoc. 19. n. 17. *Vidi unum Angelum in* 75.
Sole, & clamavit voce magna dicens omnibus Apoc. 1.
avibus, quæ volabant per medium cæli venite, & congregamini ad cœnam magnam Dei. Ad cœnam Dei omnes invitantur aves cæleſtes, & nulla ex illis auditur, à tali cœna ſe excuſare. At Luc. 14. Luc. 14.
n. 16. ſcribitur: *Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos, &c.* ſtatim ſubditur, *& cœperunt omnes ſimul excuſare.* In utroque loco

cœna, & cœna magna paratur, & in utroque loco multi invitantur. Apud Apocalypſim nullus profert excuſationem, quam apud Lucam omnes exhibent; & quando omnes illic excuſantur, cur hic nullus auditur recuſaſſe? In Apocalypſi invitabantur cœleſtes aves, quæ dimiſſis terrenis rebus per medium cœli volabant, cœleſtia tantum ſpectantes, & conſiderantes. In Luca verò convocabantur homines terrenis rebus maximè dediti, uxoribus, villis, & jugis boum complicari; non ergo mirum, quòd hi ad cœleſtis Regis menſam non veniant, cujus illi participes ſunt, qui terrenis adhærent, cœleſtia non guſtant, quorum pabulo, à terrenis ſeparati tantum reficiuntur. Rupert. lib. 11. in Apoc. *Homines, quidem*, ait, *ſe excuſaverunt; alius dicens, villam emi, alius juga boum emi quinque: alius uxorem duxi. Aves autem iſtæ, ſive volatilia, quæ ſicut non ſerunt, neque metunt, ita nec villas emunt, neque juga boum, neque voluptatum habent ſtudium, non ſe excuſaverunt. Quod eſt dicere: Cupidi amatores ſæculi vocantem contempſerunt, hi autem, qui liberum cor à cupiditatibus habere meruerunt, ſecuti ſunt eum.*

Dimitte terrena ut cœleſtibus fruaris.

Rupert.

QUÆSTIO X.

Quare Chriſtus interrogat Magdalenam, quid ploras? quem quæris? *Cum ipſe optime omnium cauſas agnoſceret?*

76. *Ratio dubitandi.*

AD quid hæc Domini interrogatio tendit? cum valde notum ſit, quòd afflictus animus vehementius affligitur, & exacerbatur, cum cogitur meminiſſe, & cauſas ſuorum dolorum proferre, cur ergo afflictum vis magis affligere tali interrogatione? Deinde Domine, cur ita te occultas, ut amantiſſimam diſcipulam, non ſuo nomine appelles, ſed mulierem dicas? Cum ſtatim illi ſis manifeſtandus, ipsáque à te illico honorabili Mariæ nomine ſit condecoranda.

77. Drogo. *Deus diſſimulat beneficia, ut largiora conferat.*

Reſpondet. Primò Drogo Hoſtienſis de ſacramento Dominicæ Paſſionis: *Occultat ſe*, ait, *ut ardentius requiratur, & requiſitus cum gaudio inveniatur: inventus cum ſolicitudine teneatur, & tentus non dimittatur, donec in amoris ſui cubiculo manſionem facturus, introducatur. Hac arte ludit ſapientia in orbe terrarum, & deliciæ ejus eſſe cum filiis hominum.* Hæc enim eſt divinæ largitatis ars negare aliquando beneficia, ut largiora conferat, inflammare deſiderium, ut donum conceſſum gratius accipiatur.

78. Origenes.

Secundò Origen. homil. ultima in diverſos. *Tu dicis*, ait, *quid ploras? quem quæris? tu ſcis, quia te ſolum quærit, te ſolum diligit, propter te omnia contemnit. Tota pendet in te, tota manet in te, tota ſperat de te, & tota deſperat de te. Ita quærit te, ut quærens nihil quærat, nihil cogitet præter te.* Dominus in ſpecie hortulani quærit à Magdalena: *Mulier quid ploras? quem quæris?* Sed ſicut dixit, *quid ploras?* cur non etiam dixit, *quid quæris?* Sed mutat ſtylum, dicens: *quem quæris?* nihil voluit amori Magdalenæ detrahere, nam ſi diceret: quid quæris? denotabatur, quòd multa quærebat, nam (quid) cum ſit in neutro, multa involvit; ait ergo: *quem quæris?* quia ut vera Dei amatrix nihil aliud quærebat, nihil aliud attendebat, niſi dilectum ſuum Jeſum: amanti ſufficit ſuus dilectus, & nihil aliud præter eum expectat, & quærit. Vide hoc tomo lib 7. cap. 13 num. 29.

Verus amor ſolum Deum quærit.

79. D. Ambr.

Tertiò, D. Ambr lib. 10. in Luc. *Quem quæris*, ait, *Bene addit quem: non quòd iſte dubitet, quem requirat: ſed quia illa quem quærebat, ignoret: non enim Chriſtum quærit: quem puta raptum.* Sciebat Dominus, quem Magdalena requirebat quare ab ea interrogat, quem quærebat? Ut oſtenderet, illam totaliter inſciam eſſe Chriſti virtutis, dum illum quaſi furto ſibi raptum deplorat, qui nulli poteſt patere perditioni, nullique furto; non enim is eſt Chriſtus D. qui ubi ipſe eſt, locum dari furibus permittat, ſed omnia integra, & ſecura ſuis ſervat. Quæcumque ſine Chriſto habes, & furibus, & perditioni ſubjecta ſunt; quæ autem habes in Chriſto, nullam perditionem, vel ruinam metuunt.

Qui habentur cum Chriſto, nullam ruinam metuunt.

80. Coloſſ. 3.

Ait Paulus ad Coloſſ. 3. n. 1. *Quæ ſurſum ſunt, quærite, ubi Chriſtus eſt.* Valde mirum eſt, quòd non contentus ſit Apoſtolus perſuadere nobis, ut ſuperna quæramus, ſed inſuper illud addidit: *Ubi Chriſtus eſt.* Valde mirum eſt, quòd non contentus ſit Apoſtolus perſuadere nobis, ut ſuperna quæramus, ſed inſuper illud addidit. *Ubi Chriſtus eſt.* Cur addidit illud? pulchrè D. Chryſ. ſer. 23. rationem aſſignat. *Ut tali cuſtode dormias, tu ſecurus; quia ubi ille eſt, ibi locus nullus eſt furi.* Nulla dantur bona, quæ furibus, ac perditionibus non ſint obnoxia, niſi illa quæ ſervantur ſub cuſtode Jeſu. Ubi ille non eſt etiam ſi paradiſus ſit, decipientes latrones admittit, ubi ille non eſt, etiam ſi juſtus & probus adſit, ruina, & perditio multis imminet.

D. Chryſol. *Solum quæ cum Chriſto habentur, ſecura ſunt.*

81. D. Nyſſen.

Pro qua re accipe elegantem, & acutam ponderationem D. Greg. Nyſſ. hom. in Cant. *Duodecim Virgæ*, ait, *pro numero filiorum Iſraël ex præcepto divino accipiuntur à Moyſe; ſed una omnibus ante lata eſt, quæ ſola præ cæteris floruerat. Rurſus ab Jeſu Nave pares numero tribubus Iſraël lapides aſſumuntur, ex Iordane quorum omnium nullus rejicitur.* Aſſumit Moyſes duodecim virgas ex duodecim tribubus Iſraël, quas in tabernaculo poſuit, ex quibus una electa eſt, & undecim datæ ſunt in perditionem. Num. 17. n. 8. *Una omnibus ante lata eſt, quæ ſola præ cæteris floruerat.* At Joſue 4. n. 7. ponit in medio Jordanis duodecim lapides, omnes ſervantur, & nullus ex eis perditur. *Quo niam omnium nullus rejicitur.* Et unde tanta differentia. Conſidera, quid Jeſu manus poſſint, quid Moyſis vel alterius creaturæ; ſiquidem ex duodecim virgis manus. Moyſis undecim perditioni remiſit: Jeſus autem manus duodecim lapides integros, & ſecuros ſervat, quorum nullus rejicitur, nec in perditionem datur.

Num. 17. Joſue 4. *Cuncta in manibus Domini ſecura; ſecùs in manibus ſervi.*

QUÆSTIO XI.

Quare Magdalena, non Angelos ſed hortulanum Dominum vocat, & Jeſum ſolum dixerit Magiſtrum?

82.

IN limine quæſtionis notandum eſt, quòd loquens Magdalena cum Angelis, ait, illis: *Tulerunt Dominum meum, & neſcio ubi poſuerunt eum.* Modo loquens cum Jeſu ſub hortulani ſpecie, ait: *Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi.* Cur ergo etiam ad Angelos non dixit: ſi vos ſuſtuliſtis eum, ſed ſolum ait, *tulerunt Dominum meum.* Loquebatur in ea Spiritus Chriſti, qui ſciebat, quòd nulla poteſtas creata, nec ipſa etiam Angelica, poteſt à nobis Jeſum auferre. Sic ait Origenes homil. ultima de Diverſis. *O quam*

Nemo poteſt à nobis Chriſtum auferre.

Origenes.

quam ſcienter neſcit, quàm doctè errat : Angelis dixit, tulerunt, & poſuerunt, & non dixit tuliſtis, & poſuiſtis, quoniam Angeli non poterant ex toto dicere, quod de te factum eſt, nec de monumento te tulerunt, neque te in aliquo loco poſuerunt. Quæ ſunt Dei, ſolus Spiritus Dei ſcit, cui nulla virtutis creata poteſt obſiſtere, nec à nobis Chriſtum auferre vel elongare.

83. *D. Maxim.* Secundo. D. Maxim. homil 3. de Paſſi. & ſepultura Domini, *Sancta*, ait, *& ſimplex fœmina Chriſtum requirebat à Chriſto, ac devotione mentis prophetat, & neſcit : ait enim Domino de ſemetipſo : ſi tu tuliſti illum, dicito mihi. Recte interrogat : ſi tuliſti eum : ipſe enim tulit corpus ſuum, qui ſe ſuſcitavit : ipſe tulit corpus, qui illud jacens, & dormiens, ſua aſpiratione collegit; ipſe tulit corpus, qui divinitatis illud virtute geſtans, portat ad cælos.* Quantum poteſt ſimplex, ac pius affectus devotæ mentis, ut neſciens prophetizet, ac verum dicat; non Angelis dixit : Tuliſtis eum, ſed Chriſto : *Tuliſti*; quia ipſe reſurgendo tulit corpus ſuum, quod jacuerat, illudque divinitatis virtute tulit in cœlos. Ac proinde pia, & devota fœmina verum dicit, & prophetizat, verum dicit, quia ipſe tulit corpus ſuum de ſepulchro : prophetizat, quia ipſum corpus in cœlos portabit.

Pia & devota fœmina neſciens, verum dixit, & prophetizat.

84. *Galfridus.* Tertio, & maximè ad quæſtionem : Galfridus in Allegor. Tilman. *Nil mirum*, ait, *qui tetigit venam cordis, ſi ei cordis intima reſponderunt.* Hortulanum vocat dominum, & Angelos Dominos non vocat. Cur non Angelos ſed hortulanum vocat Dominum? Ab illo, cum quo loquebatur ſub ſpecie hortulani jam tangebatur in corde, jam aliquid afflatus Divinæ donationis in ſe conceperat, ex quo Domini præſentia jam ſentiebatur. Dicebat Jeſus Nicodemo Joan. 3. n 8. *Spiritus ubi vult, ſpirat, & neſcis, unde veniat, aut quo vadat.* Ex quo, Chriſtiano ait D. Bernardus ſer. 33. in Cant. *Tu ergo, ſi vocem ejus audis, non jam neſcis, unde veniat, aut quo vadat, ſciens quia à Deo exit, & ad cor vadit.* Homini rudi, & imperfecto, ut Nicodemo, dicitur, quòd cum habeat inſpirationem Divini Spiritus in corde ſuo, neſciat unde veniat aut quò vadat, at perfectus, in Charitate Dei inſtructus, bene agnoſcit, hujuſmodi inſufflationem ab infinita Dei bonitate provenire; *Non jam neſcit, unde, aut quò vadat, ſciens, quia à Deo exit, & ad cor vadit.*

Cor Magdalenæ Divinitatis afflatum jam conceperat.
Joan. 3.
D. Bernard.

85. *D. Aug.* Quartò Jam & ad utramque partem quæſtionis, D. Aug. tr. 121. in Joan. *Nemo calumnietur mulieri*, ait, *quòd hortulanum dixerit Dominum, & Jeſum magiſtrum, ibi enim rogabat, hic agnoſcebat, ibi honorabat hominem, à quo beneficium poſtulabat, hic recolebat Doctorem.* Res maxime notanda; Magdalena cum hortulano loquens, ipſum Dominum vocat : *Domine ſi ſuſtuliſti eum.* At ubi Jeſum agnoſcit, & cum eo habet verba, non Dominum, ſed Magiſtrum dicit, & cur, quæ ſic æſtimat hortulanum, ſicque extollit, ut dicat eum Dominum, cum Jeſum ſolùm Magiſtrum dicit : *Rabboni, quod interpretatur, Magiſter :* Prudens fœmina aptis utitur vocabulis, Jeſum ſolum dicit Magiſtrum, quia ejus fidei, verbis, ac doctrinæ cor ſuum tradebatur, ut ab eo doceretur, ac inſtrueretur : *Dominus Deus aperuit mihi aurem :* Iſai. 50. n. 5. Hoc eſt, me ſibi diſcipulum aſſumpſit ad docendum, ac inſtruendum.

Iſai. 50.
Magdalena tota ſe tradit Chriſti doctrinæ.
Iſai. 50.

86. At cum hortulano agens, Dominum vocat, quia eum rogabat, illiuſque ope ſe indigere exiſtimabat, ut hac honorifica appellatione, ac reverentia, facilius eum flecteret, & ab eo impetraret, quod ſummopere deſiderabat. Cum meus Jeſus eſuriret in deſerto, apparens Diabolus, & oſtendens illi omnia regna mundi, ait illi : *Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraveris me.* Matth. 4. n. 9. Poſtea verò decurſu temporis, videns Dæmon venientem Jeſum, ad ejus pedes provolutus eum adorat, magnificiſque nominibus Unigenitum Dei filium appellat. *Videns Jeſum à longe cucurrit, & adoravit, clamans voce magna, Quid mihi, & tibi Jeſu fili Dei altiſſimi?* Marc. 5 n. 7. In deſerto Diabolus, ab ipſo Deo eſſe adorandum præſumit : nunc verò ſic mutatur ſtylus, ut totus ad ejus pedes procumbat, illiuſque majeſtatem, ac celſitudinem altis vocibus fateatur; unde tanta rerum mutatio? Cur in deſerto tam inſolenter ſe habet Diabolus, & modò proſtratus adorat? Utrobique Chriſtus erat, ſed non utrobique eadem argumenta in eo apparebant; in Deſerto vidit Diabolus Chriſtum famelicum, & inde tanquàm pauperem deſpexit, at verò apud Marcum, eum potentem intuebatur, à quo ſibi multum formidabat, & inde eum tanta adoratione proſequitur, tam magnificiſque vocibus acclamat, ut ſic tali adoratione, ac acclamatione poſſet ad ſe aliquantulum flectere, quem humilem deſpexit in deſerto; nunc verò potentem tam ſubmiſſa reverentia veneratur. D. Chryſol ſer. 17. *Quid eſt, Diabole, ait, quem promiſſione regni, ut te adoraret ſubdolus ambiebas, nunc tremens, & miſerandus prolaberis, & adoras? Obſequens hic adorat, evadere cupiens pœnam.*

Matth. 4.
D. Marc.
Adoratione ac nomine veneratur, qui alterius favorem procurat.
D. Chryſol.

QUÆSTIO XII.

Quare Maria bis dicitur converſa, non tamen primò, ſed ſecundò agnovit Jeſum?

Magdalena in præſenti bis dicitur converſa. Primo, cum loqueretur cum Angelis, *dicens illis : tulerunt Dominum meum*, &c. & ſtatim ſubditur : *Converſa eſt retrorſum, & vidit Jeſum*, & non cognovit eum, exiſtimans hortulanum. Et cum loqueretur cum eo, dicens : *Si tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi, & ego eum tollam :* Immediatè ſubditur. *Dicit ei Jeſus : Maria : Converſa illa dicit ei : Rabboni.* Ecce Maria bis dicitur converſa, & primò cum videt Jeſum, eum non cognovit, exiſtimans hortulanum : at verò ad verbum ejus iterum converſa, tunc eum non cognovit, & magiſtrum vocat, ſed quæ primò converſa non cognovit Jeſum, quomodo ſecundo converſa eum cognovit; quid habuit hæc ſecunda converſio, pluſquam prima, ut in ſecunda, & non prima converſione cognoverit Chriſtum. 87.

Difficultas quæſtionis.

Reſpondet rectè D. Aug. tr. 121. in Joan. *Sed ſi iſta mulier, ait, quæ jam converſa fuerat retrorſum, ut videret Jeſum quando eum eſſe putavit hortulanum, & cum illo utique loquebatur quam rurſus converſa dicitur, ut ei diceret : Rabboni, niſi quia tunc converſa corpore, quod non erat, putavit; tunc corde converſa, quòd erat, agnovit.* Non quando primò converſa eſt, cognovit Jeſum, ſed quando ſecundò Nam primò converſa eſt corpore, ad nihilque aliud attendebat, niſi ad id, quod poſſet percipere externis ſenſibus corporalibus, oculis, ac auribus, quiſnam erat locus in quo dilectus ejus poſitus erat, & cum Magdalena corpore tantum eſſet 88.

D. Auguſt.
Jeſus non eſt quærendus carnali ſenſu, ſed ſpiritu.

eſſet converſa, cum non cognovit, ſed hortulanum exiſtimavit, at ſecundò converſa eſt corde,& Spiritu,& tunc divinum Magiſtrum cognovit; ſolum enim qui fide, & Spiritu quærit Jeſum ipſum invenit, & agnoſcit;antea, dum corpore quærit, non ſentit Jeſum,ſed modo,cum Spiritu quærit.

89. Secundò. Idem Jeſus loquebatur antea, & modo; antea quaſi hortulanus relinquitur, modo ut Deus cognoſcitur, & adoratur, cur ad prima verba non proſternitur ad ejus pedes, ut modo ſecundò D.Chryſ. hom. 85. in Joan. *Cum dixit Maria: tunc cognovit ita non viſus, ſed vocis fuit cognitio.* Magdalena erat ex ovibus Chriſti, & cum ejus vocem cognoſceret, nec Chriſtum admittit, niſi prius audita, & cognita voce ipſius: nec prius ad ejus pedes cucurrit, quàm illius ſibi notam vocem audierit. Dicitur Sap. 1. n. 7. *Spiritus Domini replevit orbem terrarum, & hoc, quod continet omnia, ſcientiam habet vocis* Videbatur ad commendationem Divini Spiritus, quòd ipſe contineret omnia, & omnia repleret, ad quid etiam additur, *quod ſcientiam habet vocis?* maxime ſpectat, ad Divini Spiritus commendationem, ut cum illabitur in animam, illi communicet ſcientiam ſalutaris vocis, ut ipſa anima cognoſcat vocem ſalutiferam, quæ à Deo venit Richardus Victor. ſerm. de Spiritu S. *Et quomodo, ait, idem Spiritus ſcientiam vocis habet? in eo quod haberei facit.*

D. Chryoſt. *Oves Chriſti ſolùm ejus vocem ſequuntur.* Sapient. 1. Richardus.

90. Tertiò, Noſter D Cyrillus Alexandr. *Quoniam* ait, *Chriſtum ſemper Dominum appellar t, & ferventem erga ipſum amorem hoc modo oſtenderet, propterea etiam ipſum videre digna judicata eſt.* Magdalena imperfecta erat, cum adhuc non bene calleret Reſurrectionis fidem, unde ergo ad tantam excellentiam venit, ut prima Dominum redivivum agnoſceret Nota dicentis verba: *Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum*, &c. ex ignorantia hortulanum judicabat, & tamen eximio affectu Dominum vocat, perſentiebat ibi Domini Jeſu habitum, & inde eum cum ſummo honore extollit, & veneratur,& ideo tantum obtinuit bonum, ut tanti gaudii fieret particeps, omnia obtinuit honor Dei exhibitus, reverentiaque debita ei impenſa.

D.Cyrill. *Qui Deum honorat, maxime extollitur.*

91. Quartò D. Greg. homil. 25. in Evang *Diſcipulis recedentibus*, ait, *non recedebat: exquirebat, quem non inveniebat, unde contingit, ut eum tunc ſola videret, quæ remanſerat, ut quæreret, quia nimirum virtus boni operis perſeverantia eſt.* Cur mulier in tantum ſublimatur, ut ante Apoſtolos Chriſtum videat ſuſcitatum? Cur unius mulieris impetrat votum, quod Apoſtolorum non aſſequitur deſiderium? Apoſtoli currunt, ſed cito recedunt; *Abierunt ad ſemet.pſos*, n. 10. at Maria conſtanter immoratur, dolenter perſeverat, & unius perſeverantia obtinuit, quod maximi Apoſtolorum non ſunt aſſequuti.

D. Gregor. *Vnius perſeverantia multum impetrat.*

92. Mandavit Deus Moyſi, ut nomina filiorum Iſraël eſſent ſculpta in lapidibus pretioſis in pectore Pontifices, cum ingrederentur ſancta ſanctorum: *Duodecim nominibus cælabantur, ſinguli lapides nominibus ſingulorum.* Exod. 28. n. 21. Cur duriſſimo in lapide ſint ſculpenda nomina, & non potius filio intexenda, vel penicillo depingenda? quod ſic exaratur perpetuò in omni caſu, ac adverſitate durat, & qui ſic tam conſtans, ac perſeverans eſt, ut ſit veluti è ſaxo delatus, hic aptus eſt, ut in pectore ſummi Pontificis ingrediatur in ſancta ſanctorum, ut ad magna, & alta myſteria percipienda admittatur Arnoldus tract de ſeptem verbis: *Quos nulla tribulatio, cum inſculpti ſemel fuerint, tradere poterit, vel delere.*

Exod. 28. *Firmiter perſeverans ad magna elevatur.* Arnold.

Ait Moyſes ad populum. *Vos tulit Dominus, & eduxit de fornace ferrea Ægypti, ut haberet populum hæred tarium* Deut. 4. n. 29. Non dixit, ut populum mercenarium, vel conductum, ſeu ſubditum,ſed hæreditarium; nam quod eſt mercenarium, vel conductum, ſubditum licet aliquando ſit ſub domino ſuo ad tempus tamen recedit; at hæreditarium firmam, ſtabilem, ac perſeverantem poſſeſſionem dicit; & qui talis eſt, à Deo eligitur, ac ab ergaſtulo hujus mundi tollitur, ut ad terram promiſſam æternæ felicitatis introducatur. Lyranus. *Populum hæreditarium, id eſt, ait, immobiliter ſibi adhærentem, ſicut hæreditas eſt poſſeſſio immobilis.* lib 7. c. 17. q. 2. n. 14. 15. 16. 93.

Deut. 4. *Deus perſeveranter eligit.* Lyran.

QUÆSTIO XIII.

Quare Magdalena, quæ prius vocata fuit à Chriſto mulier, nunc Maria dicitur?

CUm Chriſtus primò ſub hortulani ſpecie ſe Magdalenæ objicit eam mulierem dicit: 94
Mulier quid ploras? Dum verò ſe ei manifeſtat, Mariam vocat: *Dicit ei Jeſus: Maria, converſa illa dixit: Rabboni:* Dum illa imperfecta fide laborabat & myſterium reſurrectionis non percipiebat, mulier apparebat mulierque dicitur; at cum jam de Domini præſentia roborata eſt, & Chriſtum redivivum agnoſcit, tantum in Domino proficit, ut jam, Maria nomine Matris Jeſu vocetur, ſic per gradus creſcit in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.D Ambr. lib. 3. de Virg *Quando non credit, ait, mulier eſt, quando converti incipit, Maria vocatur, hoc eſt, nomen ejus accipit quæ parturiv t Chriſtum.* Vera converſio in Deum maxime animam nobilitat, & extollit, ut quæ mulier antea dicebatur, cum jam converſa eſt, & ex imperfecta cognitione, ad veram cognitionem myſteriorum fidei devenit, nomine Matris Dei, Maria dicta, ac nobilitata eſt.

Perfecta converſio maxima nobilitas hominum. D. Ambr.

Secundo Origenes hom. ultima in Diverſos. *O mutatio, ait, dexteræ excelſi. Converſus eſt dolor* 95.
magnus in gaudium magnum: mutatæ ſunt lachrymæ doloris in lacrymas amoris. Vbi Maria audivit, Maria præſenſit in nomine quandam ſingularem, vocationis dulcedinem, & per eam cognovit ipſum, à quo vocabatur, eſſe Magiſtrum ſuum. Magdalena cum Jeſu loquebatur, & tamen ipſum non agnoſcebat,nec à luctu,ac lachrymis ſe temperabat,at ut à Jeſu ore prolatum eſt nomen Maria,ſtatim quandam illuſtrationem,ac ſingularem dulcedinem accepit,ut Jeſum,quem antea non agnoſcebat,agnoſceret, & magno gaudio perceptus *lachrymas, & luctum depoſuit;præſenſit in nomine quandam ſingularem vocationis dulcedinem,& per eam cognovit ipſum à quo vocabatur, eſſe Magiſtrum ſuum.*

Origenes. *Nomen Maria recreat, ac illuminat.*

Tertiò,Modeſtus Hieroſol relatus à Patre Cerda tom. 2. in Tertul. lib. 4. c. 7. *Quemadmodum ait,* 96.
primitiæ Apoſtolorum ob immobilem fidem, quam habuit in Chriſtum petram, Petrus dictus eſt; ita diſcipulorum princeps propter ejus puritatem, & amorem, quem in Chriſtum habuit, Maria dicta fuit (de Magdalena loquitur) *eodem nomine, ac Mater ipſius ſalvatoris.* Sicut Simon Petrus, ob firmitatem fidei, nomen petræ antiquitus datum Chriſto accepit, ſic Magdalenæ puritas, & amor in

Modeſtus. Cerda. *Magdalena ab amore in Chriſtum dicta Maria.*

in Chriſtum, nobis retulit nomen matris ejus, cum Maria vocatur. Ob purum, & ardentem amorem, quo Magdalena Jesum proſequebatur, inde matris ejus cantatiſſimum nomen à Dominico ore accepit, ut Maria eſſet dicta.

97. Oſeæ. 11. Ait Oſeæ 11. n. 1. *Quia puer Iſraël, & dilexi eum: & ex Ægypto vocavi filium meum.* Puer Jesus in Ægypto dicitur Iſraël, & cur ibi hoc nomen illi datur? Labores, ac tribulationes, quas puer Jesus pertulit in Ægypto, per ſe ferebant quandam repræſentationem laborum, ac peregrinationum antiquorum Patrum in Ægypto: ſic nobilitati ſunt illi labores, ut quodammodo viderentur in Chriſto ante oculos poni: inde nomen Iſraël ei datur. Rupert. Rupertus ibi, *rectiſſimè puer iſte*, ait, *præſenti loco dicitur Iſraël, quod ſequitur, & ex Ægypto, vocavi filium meum Iſte numque puer pertulit tentationes, ſive tribulationes Iſraël, incipiens ab eo: quod fugit in Ægyptum, ubi quondam peregrinatus fuit Iſraël.*

Joan. 20. *n.* 17. Dicit ei Jeſus: Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad Patrem meum? vade autem ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum, Deum meum, & Deum veſtrum.

Num. 18. Venit Maria Magdalena annuncians diſcipulis, quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi.

VERSIONES.

Syriacus. Ne me tetigeris: nondum enim aſcendi ad Patrem meum, ſed proficiſcere ad fratres meos, & dicito eis.

Tertull. lib. contra Prax. Ne contigeris me.

Vatablus. Sed abi ad fratres meos.

Marian. Ne me tangendo moreris; dic eis mox aſcendam ad Parrem meũ.

Syriacus, n. 8. Tunc enim Maria Magdalena, & evangelizavit diſcipulis, ſe vidiſſe Dominum noſtrum, eáque ſibi dixiſſe

Euth. Renuntians diſcipulis.

Arabicus. Et quia dixit ei hoc.

EXPOSITIO VII.

98. Ribeira. NOLI *me tangere,* Magdalena agnoſcens ſuum dilectiſſimum Magiſtrum redivivum, tota provoluta ad ejus pedes, eum voluit tenere, & amplecti. Cui ait Jesus: *Noli me tangere.* Sciebat Magdalena, ait Ribeira, Chriſtum ad cœlum fore aſcenſurum, nec poſtea ſe fruituram ejus conſpectu, & colloquio: ideò occaſionem datam tangendi Chriſtum elabi nolebat; cui ait Dominus: *Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad Patrem meum.* Vade autem ad fratres meos nunc; nam poſtea tempus reſtabit tangendi me, & colloquendi; adhuc enim ſum in terra, nec aſcendi in cœlum, ideò noli nunc morari, ſed gaudio, quo frueris, fac ut fruantur Apoſtoli. *Vade ad fratres meos.* Ex mira dignatione Apoſtolos vocat fratres, tum ratione naturæ humanæ, tum ratione ſummi amoris, quo eos ut fratres proſequebatur. Divus Chryſ. hom. 2. de Reſurrect. *Vade*, ait, *dic fratribus meis, non dixit, dic errantibus, dic fugitivis, dic latentibus, dic negantibus, ſed dic fugitivis, fratribus meis. O admirabilis bonitas Salvatoris? appellat fratres, quos noverat negatores.* Sic ſui amoris memor noſtrarum injuriarum obliviſcitur. In tanta reſurrectionis majeſtate diſcipulos ſuos, fratres appellat Dominus, valdè diſſimilis iis, qui cum primum ad aliquem dignitatis gradum evehuntur, pauperes, humiles, ac afflictos conſanguineos non agnoſcunt. D. Chryſoſt. *Chriſtus ſui amoris memor, obliviſcitur injuriarum.*

Patrem meum, & Patrem veſtrum. D. Aug. in præſent. *Meum natura, veſtrum verò gratia.* Unde non dixit ad Patrem noſtrum D. Ambr. lib. 1. de fide, c. 6. *Non dixit*, inquit, *ad Patrem noſtrum: ſed aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum, ſeparatio iſta diverſitatem oſtendit; quòd illius genitor, noſter creator ſit* Et diligenter nota: Quod Chriſtus ſimul vocat Patrem, & Deum. Cum dicit: *Patrem meum:* Naturam ſuam divinam indicat, cum verò ait: *Deum meum*; naturam humanam à ſe aſſumptam oſtendit, ut rectè notat D. Hilarius lib. 11. de Trinit. 97. D. Auguſt. D. Ambroſ. D. Hilar.

Venit Maria Magdalena annuntians. Syriacus: *Evangelizavit.* Tacuit hic Evangeliſta, quòd inter eundem, iterum viderit Jeſum ſimul cum aliis mulieribus *Diſcipulis.* Apoſtolis nempe, cæteriſque, qui cum eis convenerant. Magdalena hîc à Chriſtò conſtituitur Apoſtolorum Apoſtola, ac Evangeliſta, unde ipſa poſt Reſurrectionem Chriſti, à Judæis miſſa eſt in exilium, & Maſſiliam veniens, illorum incolarum Apoſtola fuit. 100. *Magdalena Apoſtolorum Apoſtola.*

QUÆSTIO XIV.

Quare Chriſtus nunc prohibet Magdalenam à ſui tactu, cum illum conceſſerit ſanctis fœminis in via.

CUm Chriſtus D. dixiſſet Magdalenæ: *Noli me tangere.* Digitis frontem Magdalenæ tetigit, illique eorum veſtigia impreſſit, ut tradit Sylveſter Prieta apud Surium in vita S. Magdalenæ; nam cum ſacrum ejus caput, & grande valdè oſtendatur apud Maſſiliam carne denudatum, in eo tamen pellis clarè videtur, & in pelle duæ foſſæ duarum extremitatum digitorum, utpote ſigna, quod Chriſtus duobus digitis tetigit. 101. Prieta. *Veſtigia digitorum Chriſti impreſſa in fronte.*

Quæſtio præſens eſt, quare Chriſtus hic prohibet Magdalenam, ne eum tangat, cum hoc conceſſerit tribus fœminis in via, nempe ipſi Magdalenæ, ac duabus aliis, ut narrat D. Matth. 28. n. 9. *Illæ autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes ejus, & adoraverunt eum.* Cur ergo Magdalena modo à contactu arcetur? & magis creſcit dubium quia Chriſtus ei dixit: *Mulier quid ploras?* tanquam ſi ab ea amovere vellet lachrymas, ut ſtatim addit: *Noli me tangere.* Ut rectè notat Petrus Bleſſenſis ſerm. 23. de Magdalen. *Si dicturus erat*, ait, *noli me tangere, cur dixiſti: noli flere? Cur prohibita eſt à fletu, ſi prohibenda erat à contactu?* Ac ſi hæc duo eſſent valdè incompoſſibilia, ab amato ſeparari, & à lachrymis, ac luctu ceſſare: nil durius amanti, quam ab amato disjungi. 102. *Difficultas quæſtionis.* Matth. 28. *Durum amanti, ab amato ſeparari.*

Ad quæſtionem reſpondet primò D. Gregor. hom. 25. in Evangelia, *Noli me tangere*, ait, *quia in corde* 103. D. Greg.

Nondum credebat perfectè Chriſtum Dei filium.

corde tuo nondum aſcendi ad Patrem, id eſt, quia nondum æqualem me eſſe Patri credis. Ac ſi dicat, noli me tangere, quia mei contactu nondum digna es, nondum enim in corde tuo aſcendi ad Patrem, quia nondum perfectè credis, me eſſe Dei filium, & ad Patrem meum aſcendere. Ita communiter Patres D Hieron. ep. ad Hedib q 5. D. Aug tr. 121. in Joan. & ſerm. 155. D.Ambroſ. in cap.24.Luc. & lib 3. de Virg & ſerm. 58. D Leo ſerm. 2. de Aſcenſ D. Bernardus ſerm.28 in Cantica Tamen interpretatio magis videtur myſtica, quàm literalis.

D.Hieron. D. Auguſt. D. Ambroſ. D Leo. D.Bern.

104.
Genuina ratio.

Genuina, & germana ratio eſt, quam appoſui in expoſitione: Magdalena agnoſcens Jeſum in pedibus ejus tangendis voluit immorari, ut deſiderium ſuum optato Magiſtri amplexu exſatiaret. At Dominus volebat, illam feſtinanter mœſtis diſcipulis reſurrectionem nuntiare, ut à triſtitia paſſionis recrearentur, ideò nunc à pedibus illam repulit, dicens: *nondum aſcendi ad Patrem meum:* nondum in cœlum aſcendi adhuc in terra verſor, & ſæpè me videbis, licebitque tibi, ad pedes meos immorari, vade celeriter ad fratres meos, ac Apoſtolos, non enim fas eſt, in tanta reſurrectionis lætitia, eos mœſtitia tabeſcere, unde Chriſtus poſtea permiſit ab ea, ac ſodalibus tangi, ut patet citato loco Matth 28 n 9. quia jam erant in via, ut nuntiarent Apoſtolis Chriſti reſurrectionem. Ita Vatabl. Sà Salmeir tom. 11. tract. 12 Bañes 1 p.q. 1. art. 10. dub. 6 Suar. tom. 2 ad 3. p. diſp 49 ſect. 3. Barrad. Cornel.

In die reſurrectionis nulla ſit triſtitia.

Vatablus. S Salmeron. Bañez. Suarez. Barrad. Suarez.

105.
D. Cyrill.

Tertiò. D.Cyrillus Alex. lib. 12. c. 50. *Quia ergo,* ait, *Chriſtus nondum ſpiritum miſerat, ideò à tactu ſuo Mariam prohibebat, dicens: noli me tangere. Hinc Eccleſia regulam accepit. Prohibemus enim à ſacra menſa Cathecumenos. At cum Baptiſmum accipiunt, quia Spiritus ſanctus in illis habitare creditur, à tactu, & communione corporis Chriſti non prohibentur.* Nonne hæc eſt illa mulier, cui apud Phariſæum non ſolùm Dominus permiſit attactum, ſed & laudavit obſequium? Luc. 7. n.... Quare ergo nunc non permittit contingi. Ut ſignificaret Dominus neminem ad corpus ſuum glorioſum, ac jam etiam in Euchariſtiæ Sacramento tangendum, & ſumendum, accedere debere, niſi priùs accepto Spiritu ſancto, quem hùc nondum miſerat, ſed 50. poſt dies miſit: corpus ergo ſuum, quod antea toties permiſit contingi? poſt tanti Sacramenti inſtitutionem non ſinit tractari niſi ab anima majori ſanctitate, ac puritate ditata, utpote Spiritu ſancto repleta Quod confirmat S. Pater exemplo Catechumeni, quia licèt jam credat; & habeat fidem, non admittitur ad communionem, niſi poſt Baptiſmum, quia tunc creditur accipere Spiritum ſanctum.

Luc. 7.
Sacra Euchariſtia multa puritate ſumenda, ac tangenda.

106.
D. Chryſ. Theoph.

Quartò D.Chryſ. hom. 75. *Noli me tangere,* ait, *ejus mentem erigit, ut reverentius adeat.* Theoph. *Evexit ejus mentem, ut melius quidem de ſe ſentiret, majorique reverentia ſe obſervaret, dicens: Ne tetigeris me.* Similiter Euthym. ſentiunt enim, quòd Chriſtus Mariam admonuit de veneratione ſibi debita poſt reſurrectionem, utpote jam redivivo, glorioſo & immortali, ſeu quia devicta morte, ex cruce, ac paſſione majeſtas ejus maximè excreverit, ideò negat Mariæ oſculorum obſequium, & contractus cultum, cui ante crucem permiſerat.

Euthym.
Ex cruce crevit Chriſti gloria.

107.
Documentū, ut nullus cum ſola muliere loquatur.

Quintò. Quid eſt, quod cum plures fœminæ ad ſunt, tunc *acceſſerunt, & tenuerunt pedes ejus.* Cum nunc verò ſola eſt mulier, & ſine arbitrio ad Chriſti ſe pedes abjicit; mulierem à ſe Magiſter amovet? *Noli me tangere, vade ad fratres meos.* Quid hoc eſt mi Domine? Nullos negat, te hac fuga non tibi, ſed nobis conſuluiſſe, ut nobis detur documentum fugiendi tractationem cum ſola muliere ſine arbitris, inde ad noſtram doctrinam, tangi ſe non ſinit, cum mulier ſine comitatu eſt, imò abigit à ſe procul, ut legatione fungatur: *Vade ad fratres meos.* Quod notat Chryſol. ſer. 76. *Siquidem illud de figura eſt, hoc de ſexu.* Amplexatur Chriſtus à Magdalena, ac ſodalibus, cum in illis ſchola Chriſti ſignificatur; arcetur ab amplexu Magdalena, cum fœmineus ſextus in ea declaratur, ne aliqui, ex nobis ſolus cum ſola eſſe velit. Huc tendit D Epiphan. hæreſ. 26. *Ut oſtenderet,* ait, *manifeſtam caſtitatem, & ſanctimoniam per ſanctificationem, dicit Chriſtus Mariæ: Noli me tangere.* Non pro ſe hoc Dominus egit ſed ut divinus Magiſter pro noſtro documento. Quòd perfecta caſtitas, ac ſanctimonia non admittit tractationem unius cum una ſola.

D. Chryſ.
S. Epiphan.

Sextò. D. Ambr. ſerm. ſuper hoc Evangelium. 108.
Vide, ait, ne fortè ad objurgationem Magdalenæ vox iſta pertineat, noli me tangere, quia nondum aſcendi ad Patrem meum: quantum in te eſt, adhuc humilibus immoror; adhuc inhæreo terrenis: quia nondum me fides tua elevavit in cœlum. Quiſquis igitur vult contingere Dominum ſalvatorem, prius illum debet fide ſua ad dexteram divinitatis imponere, & collocare in cœleſtibus Pias ſanctas fœminas ad ſui amplexum ac tactum admittit Jeſus, non ſic verò Magdalenam, quid magis apparuit in illis devotis mulieribus, ut ad Jeſu pedes tenendos eleventur? *Illæ autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes ejus, & adoraverunt eum.* Non ita fœlix inventa eſt Magdalena, nam à Jeſu pedibus repellitur, *Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad Patrem meum.* Unde tanti diſcriminis ratio petenda eſt. Ab illis mulieribus maximè exaltabatur, & adorabatur, ut Deus; *tenuerunt pedes ejus, & adoraverunt eum.* A Magdalena verò, ut humilis deprimebatur, ut indicant illa verba; *nondum enim aſcendi ad Patrem meum,* in animo nempe tuo; illa enim nullam ejus divinitatis aſcenſionem, ac exaltationem meditabatur, quem adhuc in ſepulchro requirebat, quem adhuc humilibus, & terrenis immorantem conſiderabat, ut ex Patribus retuli hac q n. 103 Et ſolus ille admittitur ad amplexum Jeſu, qui ejus divinitatem recognoſcit, & veneretur non verò ille, qui ut rudis, & imperfectus, adhuc ab hac cognitione diſtat, ac elonginquat.

D. Ambroſ.
Solum qui Deum recognoſcit, & adorat, ad amplexum admittitur.

Septimò Idem D. Ambr. *Quid igitur,* ait, *noli me tangere? Noli manum adhibere majoribus, ſed vade ad fratres meos.* Probibetur ne ſtatim mittens manum tangat Jeſum gloria radiantem, ſed mittitur ad diſcipulos tanquam reſurrectionis nuntia, & meritò in virtutis negotio ei interdicitur, ne manum ad majora, ac excellentiora extendat, ad Chriſtum nempe gloria fulgentem, ſed prius ducitur, ut in minoribus exerceatur, in annuntianda Dominica reſurrectione, ut inde ad majora tranſeat, ac aſcendat. 109.

D.Ambr.
Ad perfectionem paulatim aſcenditur.

Poſtulabat dives epulo, ut aliquis ex mortuis mitteretur ad docendos fratres ſuos: Cui ait Abrahamus, *Habent Moyſem, & Prophetas, audiant illos.* Luc. 16. n. 28 At cum Jeſus eſſet conſtitutus in Thaboris vertice, cum ſuis Apoſtolis Petro, Joanne; ac Jacobo, & ſimul cum eo apparuiſſent Moyſes, & Elias, vox Patris de cœlo ſuper Jeſum intonuit. *Hic eſt filius meus dilectus ipſum audite.* Matth. 17. n. 5. Apoſtolis nil de Moyſe, & 110.

Luc. 16.
Matth. 17.

Elia

Elia dicitur, ſed tantùm unus: Jesus eis proponitur ad audiendum; & cur etiam, ut illis Epulonis fratribus, non proponuntur Moyſes, & Prophetæ? Nulli dantur omnia ſimul; illi fratres, cum eſſent carnalibus, ac terrenis dediti, paulatim, ac per partes, per Moyſem ſcilicet, ac Prophetas erigendi erant, ut poſſent pervenire ad perfectionem diſcipulorum Chriſti; at Apoſtoli jam audierant, & impleverant, quæ erant Moyſis, & Prophetarum, & ideò ad altiorem perfectionem, ad Chriſtum nempe audiendum, promovendi erant.

Tertull. Tertul. lib. 4. in Mar. *Non Moyſem, & Prophetas juſſit audiri, ſed Chriſtum. Merito: Tunc enim Apoſtoli ſatis jam audierant Moyſem, & Prophetas, qui ſequuti erant Chriſtum, credentes Moyſi, & Prophetis; apud inferos autem de iis dictum eſt, habent Moyſem, & Prophetas, audiant illos, qui non credebant, vel qui nec omninò ſic credebant, eſſe poſt mortem ſuperbiæ, & deliciarum annuntiata ſupplicia.* Qui Moyſem, & Prophetas impleverunt, eis proponitur Chriſtus ad audiendum; rudibus verò, & imperfectis tanquam prima rudimenta, ac virtutum elementa, Prophetæ ad audiendum aſſignantur. Vide hoc tomo, ac ſuperioribus, verb. *Paulatim.*

CAPUT III.

Diſcipuli in Emmaüs.

Luc. 24. *n.* 13. Et ecce duo ex illis ibant ipſa die in Caſtellum, quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Jeruſalem, nomine Emmaüs.

Num. 14. Et ipſi loquebantur ad invicem de his omnibus, quæ acciderant.

Num. 15. Et factum eſt, dum fabularentur, & ſecum quærerent, & ipſe Jeſus appropinquans ibat cum illis.

VERSIONES.

Syriacus. n. 13. Et ecce duo ex eis eo ipſo die iter faciebant ad pagum, nomine Emmaüs.

Pagninus. Eodem ipſo die.

Arias. In vicum diſtantem.

Vatablus. Quod aberat ſpatio ſtadiorum.

Arabicus. Stadiorum quaſi ſexaginta ab Jeruſalem, quod vocabatur Emmaus.

Arabicus. n. 14. Colloquebantur ad invicem de his omnibus quæ facta fuerant.

Theophyl. Et ipſi confabulabantur inter ſe.

Euthym. De omnibus, quæ contigerant.

Vatablus. Evenit, ut dùm colloquerentur, ac diſputarent, ipſe Jeſus appropinquans, iret unà cum illis.

Syriacus. Dúmque ipſi colloquerentur, & ſeſe mutuò rogitarent, venit ipſe Jeſus, & aſſequutus eſt eos, & iter faciebat cum eis.

Pagnin. Et confabularentur, & ſecum quærerent, & cum Jeſus appropinquaſſet, ibat cum illis.

Arabicus. Invicem quærerent, ecce ipſe Jeſus appropinquavit illis.

Alter Textus.

Marc. 16. *n.* 12. Poſt hæc autem, duobus ex his ambulantibus, oſtenſus eſt in alia effigie euntibus in villam.

EXPOSITIO I.

1\. Hugo. Et ecce. Ut res valdè magna, & admiranda proponitur. *Duo*, ut ait Hugo, charitate conjuncti, *ex illis*; ex numero nempe diſcipulorum, de quibus mentionem fecit Evangeliſta hoc cap. 24. num. 9. *Ibant ipſa die:* Dominicæ reſurrectionis; & ibant, vel negotiorum cauſa, vel metu Judæorum, ut ait Albert. Magn. vel ratione mitigandi dolorem, & triſtitiam conceptam ex Domini morte:

Albert. *Non ſtatim difficultati cedendum.*

Et notanter ait Evangeliſta: *ipſa die*, quia difficultati primo aſpectu ceſſerint, ſi enim tota illa die in Jeruſalem expectaſſent, ſequenti Die Dominum ſuſcitatum forſitan cognoviſſent, ut cæteri Domini Apoſtoli.

Haymon. Haymo. *Qui uſque in tertiam diem in Jeruſalem expectaverant, æſtimantes, eum tertia die reſurrecturum, ſicut ipſe promiſerat, quia ſponſionem non viderant, dubitantes ab Jeruſalem recedebant.* Et ſubdit: *Ignoſcendum eorum fragilitati, quoniam nondum erat eis Spiritus datus.* Pergit textus.

Syriacus. Arias. *In Caſtellum*, id eſt pagum, ut habet Syriacus, ſeu *vicum*, ut legit Arias. *Quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta*, hoc eſt milliaribus ſeptem cum dimidio; id eſt, ferè duabus leucis, ſi uni leucæ quatuor tribuamus milliaria. *Nomine Emmaüs*, de quo quæſt. ſequenti.

2\. *Et ipſi loquebantur*: familiariter colloquebantur, *ad invicem*, hoc eſt inter ſe, *de his omnibus, quæ acciderant.*

D. Auguſt. D. Auguſt. *Loquebantur ſecum de his, quæ acciderant in Jeruſalem, & iniquitate Judæorum, & Chriſti morte.*

Euthym. Euthymus. *Loquebantur de cruce, ſigniſque horrendis, quæ tunc facta erant.* Tam profundè eorum animis inſederant, quæ circa Jesum, ejúſque paſſionem, ac mortem contigerant, ut vix aliis de rebus loqui hi duo diſcipuli in itinere poſſent, & inde qui de Jesu loquuntur in via, Jesum habent comitem in via. *Et factum eſt*; præter eorum nempe opinionem, *dum fabularentur*, hoc eſt colloquerentur, quærerent, ac diſputarent, ac ſe mutuò interrogarent.

Lyran. Lyran. *Fabulari, dicitur à for, faris, quod eſt loqui, fabularentur, id eſt loquerentur.*

Bonavent. D. Bonav. *Dicuntur fabulari, quia loquebantur verba quæ certitudinem non habebant.* Ad magnum documentum preme verbum *fabulari*, quòd ſignificat, fabulas dicere, rem ſine fundamento, ac ratione aſtruere; ſed quodammodo hoc ſcribitur ab Evangeliſta? Nam hi homines loquebantur de myſteriis fidei, mortis, ac paſſionis Chriſti, quo ergo pacto dicitur, quòd fabulabantur? Hi duo diſcipuli ibant proponentes dubias objectiones,

Dubitationes contra fidei myſteria, ut fabula habenda.

ac oppoſitiones contra fidei myſteria; *nos autem ſperabamus, quia ipſe eſſet redempturus Iſraël.* Deinde, *& nunc ſuper hæc omnia tertia dies eſt hodie.* Et ponere dubias objectiones, ac contrarietates contra fidei myſteria, eſt fabulas dicere, rem ſine fundamento, ac ratione deſtruere. *Narraverunt mihi iniqui fabulationes, ſed non ut lex tua.*
Pſal. 118. Pſalm. 118. n. 85.

QUÆSTIO I.

Quinam eſſent hi diſcipuli, qualéve eſſet caſtellum Emmaüs?

3. IPſa die Dominica, qua ſurrexit Dominus primò apparuit ſacratiſſimæ Virgin. Mariæ: & quia Deipara cum famulis non eſt adnumeranda, de Apparitionibus, quæ factæ fuerunt famulis, loquimur. Chriſtus reſuſcitatus, primò apparuit Magdalenæ, ut narrat D. Marc. 16. n. 9. Secundò apparuit eidem Magdalenæ, ac cæteris fœminis in civitatem revertentibus. Matt. 28. n. 9. Tertiò apparuit Simoni Petro, ut conſtat ex hoc cap. 24. Luc. n. 34. Quartò apparuit his duobus diſcipulis.
Marc. 16. Marc. 28. Luc. 24.

4. *An ſit diverſa apparitio ab ea, quam narrat Marcus.* Euthym.
An verò hi duo diſcipuli ſint etiam illi, de quibus D. Marcus c. 16. n. 11. agit. *Poſt hæc autem, duobus ex illis ambulantibus, oſtenſus eſt in alia effigie, euntibus in villam.* Communiter interpretes affirmant, uno Euthymio excepto, qui exiſtimat, diverſos eſſe, diversámque Chriſti apparitionem, quod ex eo probat, quia ſubdit Marcus: *Et illi euntes nuntiaverunt cæteris, nec illis crediderunt.* D. Lucas autem hic n. 34. ſupponit creditos fuiſſe ab Apoſtolis dicentibus, *quod ſurrexit Dominus verè, & apparuit Simoni.* Reſpondeo ergo cum D. Aug. lib. 3. de conſenſu Evang c. 25. multos ex diſcipulis crediđiſſe, alios non crediđiſſe, ut patet de S. Thoma.
D. Aug.

5. *Quinam fuerint hi diſcipuli.* Origen. D. Epiphan. D. Ambr. Magiſt. hiſt.
Quinam fuerint hi duo diſcipuli, inquirendum eſt? & ut certum ſuppono, ut patet ex n. 18 Unum fuiſſe Cleopham, de quo infra in hac quæſtione, quiſnam alter incertum eſt. Origen. initio Commentar. in Joan. eum appellat *Simeonem.* S. Epiphan. hæreſi 23. eum vocat *Nathanaëlem*, de quo Joan. 1. D Ambr. lib. 10. in Lucam c. ultimo eum nominat *Amaon*, ſic nominatum à loco, tanquam ſi eſſet incola, ac civis Emmaus, quò tendebat Magiſter Hiſtoriæ ſcholaſt. *Ammonem* vocat, filium quidem Rufi, teſte Landulpho.

6. Theoph. D. Gregor. Doroth. Nycephor. Metaphr. Albertus 2. Cor. 12.
Multi alii probabilius cenſent, fuiſſe noſtrum Lucam. Ita Theoph. hic D Gregor. præfat. in Job cap. 2. Dorotheus, Nicephorus, Metaphraſtes in vita Cleophæ: facit pro hac ſententia, quòd ſocii nomine expreſſo proprii nominis non facit mentionem Ita Albertus Magnus, qui ait: *Alter iſtius Auctor erat libri Lucas. Mos enim eſt Auctorum ſacræ Scripturæ, quòd nomina ſua in ſolemnibus factis non ponunt, propter humilitatem.* Quod probat ex Paulo 2. Cor. 12. n. 2. *Scio, hominem in Chriſto ante annos quatuordecim, ſive intra corpus, ſive extra corpus neſcio.* Non nominat ſe Paulus, cum tamen ipſe ille homo fuerit. Nec contra hoc obſtat, quòd D. Lucas in exordio ſui Evang. dicat: *Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi viderunt.* Quia licet non viderit in principio, vidit poſtea, & ultimis temporibus.

Cleophas. Hegeſipp. Euſeb. D. Epiphan. D. Chryſ. Theod. Beda. Nicephor. Caſtro. Helcias. Martyrol.
Cheophas verò alter diſcipulus, fuit frater S. Joſephi, ſponſæ B. Virginis, ac Pater S. Jacobi Majoris, & Joannis Apoſtolorum, ut tradunt Hegeſippus, qui ſub tempore Apoſtolorum vixit apud Euſebium lib. 3. cap. 10. 16. & D. Epiph. D. Chryſ. Theodor. Beda, Nicephor. & alii, quos citat Chriſtophor. à Caſtro in hiſt. B. Virg. c. 1. de Cleopha ſic ſcribit Helcias Epiſcop. ad Chronicon. L. dextri, *Alphæus, qui & Cleophas, unus de 70. diſcipulis, ut docet S. Hieron. & frater Joſephi ſponſi B. Virg. in Caſtello Emmaünte, pro Chriſto à Judæis occiditur.* Cujus dies feſtus in Martyrologio Romano legitur die 25. Septembr.

8. *Significatio nominis Emmaus.* Pagnin.
Secunda quæſtionis pars eſt, qualenam eſſet hoc Caſtellum Emmaüs? Si Emmaüs in exordio per *Aleph* ſcribatur, idem eſt Hebraïcè ac *pavor*, ſeu, *terror Concilii.* Si verò ſcribatur per *Chet*, idem valet ac *calor Conſilii.* ut ait Pagnin. in nominibus Hebraïcis & utrumque aptè convenit in præſenti, nam hi duo diſcipuli cum pavido animo incederent, à Chriſto inflammati ſunt, & pavorem mutarunt in fervidum Chriſti amorem quo arſerunt. Alii ſcribunt per *Ain*, quod idem eſt Hebraicè ac *Maus*, id eſt, *populus reprobatus.* Ad quem hi duo per ſuam diffidentiam, ac dubitationem tendebant, ſed à Chriſto reducti ſunt ad gregem Apoſtolorum in Jeruſalem.

9. *Quare Emmaus.* Joſeph. Tripart. Albert. Plinius. Sozomen. Joſeph.
Emmaus ergo fit mentio lib. 1. Mach. c. 3. n. 40. Caſtellum hoc olim oppidum fuiſſe conſtat; ſed ob cæſos ibi Romanos milites, poſtea à Varo Syriæ Præſide crematum eſt, ut refert Joſeph. lib. 17. Antiquit. c. 12. & capta Jeruſalem à Romanis; Emmaus Caſtellum dirutum; factúmque eſt trophæum, & appellatum eſt Nicopolis. id eſt, victoriæ civitas, ut patet ex Hiſtor. Tripart. lib. 6 c. 24. Nobilis Palæſtinæ civitas, ait Albert Magn. *Cum ſtatum mutavit & nomen.* Plinius lib. 5. inter Judææ Toparchias annumerat Emmaus, Sozomenus lib. 5. c. 20. commemorans Emmaus, agit de ejus fonte, qui è Chriſti pedibus in eo ablutis virtutem medicinalem conſecutus eſt: licet Joſeph. lib. 4. de bello, c. 1. id potius naturali fontis virtuti, quàm miraculo tribuere videatur.

QUÆSTIO II.

Quare his diſcipulis inter ſe loquentibus Jeſus appropinquans apparuit, cum à ſuis in Horto eſſet deſertus?

10. Gloſſa. *Deus ſemper addit majora beneficia.*
GLoſſa in præſenti. *Poſt manifeſtationem Reſurrectionis Chriſti*, ait, *per Angelos mulieribus factam, ulterius manifeſtatur eadem reſurrectio per ipſius Chriſti apparitionem diſcipulis, unde dicitur ecce duo diſcipuli.* Magnum beneficium fuit, quod Chriſti reſurrectio eſſet manifeſtata his diſcipulis per mulieres ex viſione Angelorum, ut ipſimet dixerunt n. 22. *Sed mulieres quædam ex noſtris terruerunt nos*, &c Multò majus tamen beneficium eſt, quòd Dominus per ſeipſum eis ſuam reſurrectionem manifeſtet, & oſtendat.

11. Cùm eſſet Abrahamus valdè anxius, quod ſine filio diſcederet, ſtatim ex Dei verbo promittitur ei filius, qui egredietur de utero tuo, ipſum habebis hæredem, & ſubditur: *Eduxitque eum, foras*, Dominus ſcilicet, *& ait illi; ſuſpice cœlum, & numera ſtellas, ſi potes, & dixit ei, ſic erit ſemen tuum.* Geneſ. 15. nu. 5. Quid petierat Abrahamus à Deo,

à Deo ? unum ſolum, & unicum filium ? At Deus non ſolum unum promittit, ſed ita multiplicandum, ut cœli ſtellas promittit; non ſat erat, promiſſum concedere, ad quid tanta multitudo: Sic beneficus eſt Deus, ut non ſolum poſtulata concedat, ſed ſemper majora largiatur, beneficiis beneficia accumulet, ſemper ampliora donans, D. Chryſ. ibi: *Magnum promiſſum*, ait, *varia promiſſionis magnitudo. Vidiſti Domini liberalitatem cum certet beneficiis.* Vide tom. 4. c. 3. q. 5. n. 34. 35. 36. & c. 4. q. 5. n. 33. 34. 35. Pro quo vide multa tom.... lib. 2. 3. & 4. verb. *Beneficium.*

Deus beneficiis beneficia accumulat. — D. Chryſoſt.

11\. Haymo. *Converſatio de Jeſu, eſum habet comitem.*

Secundò. Haymo. *Non de ſuperfluis, non de vacuis, nec ea, quæ ad detractionem pertinent, neque riſum moventia, loquebantur; ſed ad invicem de his omnibus, quæ acciderant. Quia ergo de illis loquebantur, contigit, ut etiam illum, quem abſentem putabant, corporaliter viderent.* Agebant in itinere de Jeſu, myſteriiſque ejus mortis, ac paſſionis, & qui de Jeſu agit, ab eo non poteſt ſejungi Jeſus, ſed ipſum habet ſocium. *Ubi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Matth. 18. n. 20.

Matth. 18.

12\. Cantic. 1. *Qui de Deo loquitur Deum præſentem habet.*

Cant. 1. n. 11. dicitur. *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum. Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter ubera mea commorabitur.* Verba illa: *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo*, in cœleſti throno ſuo divinum ſponſum abſentem denotant; at verò illa quæ ſequuntur: *inter ubera mea commorabitur*; præſentem indicant; *in accubitu ſuo*, in cœleſti throno dicitur reſidere, at verò ſubitò introducitur in ejus pectore aſſiſtere, *inter ubera mea commorabitur.* Converſatio ſponſæ tota erat de ſuo dilecto Jeſu, inde conſequens fuit, ut ipſe, qui erat abſens, eſſet præſens, & qui in cœleſti throno reſidebat, inter ubera in ejus pectore aſſideret. D. Bern. ſerm. 43. in Cant. *Ante*, ait, *in accubitu regio, modo inter ſponſæ ubera, & qui longè erat, in brevi factus eſt propè: Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi.*

D. Bernard.

13\. Act. 2. *Ubi bona loquutio, ibi ſpiritus divinus.*

Scribitur D. Lucas. Actor. 2. n. 1. *Quòd cum ſacri Apoſtoli eſſent ſimul in eodem loco, factus eſt repentè de cœlo ſonus, tanquam advenientis ſpiritus:* Et apparuerunt ſuper Apoſtolos diſpertitæ linguæ. Cur modò & tam novo modo venit ſuper eos divinus Spiritus cum figura cœleſtium linguarum? erant tunc Apoſtoli loquentes de Deo, novo, & miro modo, & tam admirabilis eorum converſatio, evidens erat argumentum novo, & miro modo ſancti Spiritus præſentiæ. D. Bern. *Novum ſupervenisse ſpiritum, converſatio nova teſtatur.*

D. Bernard.

14\. *Chriſtus ſolus ſibi aſſumit dolores, nobis communicat glorias.*

Tertiò. Cum Jeſus traditur in manibus ſuorum inimicorum in Horto ad crucifigendum omnes relicto eo fugierunt. Matth. 26. num. 56. At verò modo cum ſit glorioſus, ſtatim ſuos quærit, eíſque aſſociatur. Bonus Jeſus dolores mortis, crucis pœnalitates ſibi ſoli aſſumit, at glorias, ſplendoréſque reſurrectionis ſuis communicat, eóſque illorum participes facit Bonus ille Paſtor, qui perdidit ovem, per deſerta, montes, & colles, vadit quærens eam; & cum venit in domum ſuam. *Convocat amicos, & vicinos dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam, quæ perierat.* Luc. 15. n. 6. Quare non convocat amicos, quando ovem perdidit, ac ſolicitè quærit, ſed quando eam invenit? anguſtiam, ac afflictionem ex ove deperdita, laboréſque in ea inquirenda, ſibi ſoli aſcribit, & gaudium, & lætitiam ex ipſa inventa, cum omnibus commune facit Vide hoc tom.... lib. 7. cap. 7. q. 15. n. 111. & cap. 14. n. 61. & tom. 4. cap. 8. q. 1. num. 9. & cap. 23. quæſt. 6. num. 38. 39. & in aliis locis ibi citatis.

Luc. 15.

QUÆSTIO III.

Quare ſub ſpecie peregrini Dominus Jeſus his duobus Diſcipulis apparuit?

Reſpondet primò Beda in præſenti. *Revera*, ait, *peregrinus erat Chriſtus diſcipulis, à quorum naturæ fragilitate, percepta jam reſurrectionis gloria, longe diſtabat.* Jeſus cœleſtis homo tota vita fuerat in terris peregrinus, ſed nunc præcipuè poſtquam reſurrexit, maxime peregrinas res vidit terra in Jeſu. Et quid magis peregrinum, quàm quòd homo eſſet comprehenſor, & viator! quam quod modo miraculis ſtupendis reſplendeſceret? & quòd homo à mortuis ſeipſum excitaret? & quòd homo conſtaret corpore immortali, ſplendido, ſubtili, ac agili? tandem quid magis peregrinum, quàm homo Deus? 15.

Beda. *Myſteria in Chriſto maximè peregrina, & inſolita in terra.*

Secundò. Sub ſpecie peregrini apparet D. Gregor. hom. 23. in Evang. *Hoc ergo egit foris Dominus in oculis corporis, quod apud ipſos agebatur intus in oculis cordis.* Chriſtus apud ipſos erat extraneus, ac peregrinus in corde, cum hi duo diſcipuli valdè frigidi in fide, ejus divinitatem, ac myſteria non cognoſcerent, & crederent; inde ipſe apud eorum oculos externos, & corporeos ſe peregrinum repræſentat, qualis namque apud eos erat in mente, talem & in apparentia externa ſe exhibet, juxta id, quod homo habet in mente, videt & corporeis oculis affectus: animæ maximè ad ſe trahit omnes ſenſus. 16.

D. Gregor. *Affectus animæ ad ſe trahit potentias externas.*

Tertiò. Sicut peregrini ignoti ſunt in terra, ſic Chriſtus ignotus erat in Jeruſalem, ignotus enim extitit principibus Sacerdotum, Phariſæis, ac Scribis, nec Deum, nec verum Meſſiam eum eſſe cognoſcebant. *Extraneus factus ſum fratribus & peregrinus filiis matris meæ.* Pſal. 68. n. 9. Nam ut ait Paulus, *Si Dominum cognoviſſent: nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent:* 1. Corinth. 2. n. 8. 17.

Pſalm. 68.

1\. Cor. 2.

Quartò. Si illicò clarè cum reſurrectionis gloria ſe Dominus eis oſtentaret, ipſum videntes, phantaſma videre putarent, ac proinde de reſurrectione dubii remanerent, at verò diu cum eis colloquens, corúmque paulatim corda inflammans, ac tandem ſe manifeſtans, omne ab eis de ſua reſurrectione dubium excludit.

Paulatim animi diſponendi.

Quintò. In peregrina ſpecie adeſt Jeſus, veniebam agere, ac tractare cum eis de rebus ad ſe ſpectantibus, ut fiat documentum, quod ſi Rex, vel Prælatus vult ſcire, quidnam de eo dicatur, quæve fama de eo vagetur, hoc non quærat aperta, ſed mutata, ſeu velata facie; nam ſi Rex de ſe, ſuóque regimine apertè quærat, Aulici mirabilia eructabunt, ut Cæſar puſillus ſit in conſpectu ejus, ſi ergo vult veritatem indagare, perſonam, & vultum tegat. Cum filius regis Jeroboam eſſet in extremo periculo vitæ, ait ipſe Rex uxori ſuæ. *Surge, & commuta habitum, ne cognoſcaris, quòd ſis uxor Jeroboam, & vade in Silo, ubi eſt Abias Propheta.* 3. Reg. 14. n. 2. Cur diſponit Rex, ut uxor ſua pergat velata facie, ut Prophetam interroget de filio ſuo ægrotante? Cur non potius incedet 18.

Si Rex vult ſcire verè, quid de ipſo dicatur, mutata facie interroget.

3\. Reg. 14.

aperto ore, ut Regina,ut à Propheta, ac omnibus honoretur; ibat ipſa, ut de ſalute filii ſui reſponſum haberet,inde diſponit Jeroboamus, quòd ipſa ut perſona ignota accedat; nam ſi regina agnita fuiſſet, timuit Jeroboamus, quod Propheta verum non diceret, ſed abſconderet ab ea. Carth. ad illa verba: *Ne cognoſcaris, quod uxor ſis Jeroboam, ne propter regium faſtum vereatur tibi*, ait, *Propheta dicere, quod verum eſt.* (Carthuſ.)

19. *Pro hominum ſ[alute] mille formas ſubit Dei filius.* D.Cyrill.

Sextò. In peregrini ſpecie apparet Jesus; hæc eſt enim ejus infinita bonitas, ut pro noſtra ſalute varias formas induat.Hæc maximè.Deus intendit, ut hominem reſtauret, ac reformet, illique antiquam Dei imaginem imprimat, cujus gratia mille induit formas, & figuras. D. Cyril.Hieroſ.Catech. 10.*Unicuique*, ait, *varius eſt ſalvator ad utilitatem. Qui enim indigent recreatione, & lætitia, illis fit vinea. Qui opus habent, ut ingrediantur, his conſtituitur oſtium: & qui cuperent offerre orationes illis fit mediator, ſummúſque Sacerdos. Rurſus habentibus peccata fit ovis, ut pro ipſis mactetur. Et omnibus fit omnia, ipſe idem natura permanens, qui eſt.*

20. Exod. 15.

Cecinit Moyſes Canticum dicens *Sanctuarium tuum Domine, quod firmaverunt manus tuæ.* Exod. 15. n. 27. Cur non potius ipſum ſanctuarium dicitur firmatum, ſeu formatum manu artificis, ſed Dei manibus? quas formas non ſubit Jesus, ut in nobis imaginem Dei deperditam reformet? hic dicitur fabricator, ſicut alibi agricola, qui plantavit vineam. Matth. 21. num.33 Origenes ad locum Exodi. *Ho[c] non dicit*, ait, *manu hominis factum, ſed Dei. Quid ergo? Propter te Deus & plantat, & ædificat, agricola efficitur, ſtructor efficitur, ne tibi aliquid deſit.* (Matth. 21. Origen.)

21. Irenæus. *Variæ figuræ notantur in Dei filio.*

Hunc diſcurſum terminat D. Irenæus l 4.c.37. varias verbi figuras notans pro noſtra ſalute. *Et Ipſe unigenitus Dei*, ait, *utpote dives, & multus exiſtens, non in una figura, neque in uno charactere videbatur videntibus eum, ſed ſecundum diſpenſationis ejus cauſas, & efficaciam, ſicut in Daniele ſcriptum eſt. Aliquando enim cum his, qui erant circa Ananiam, Azariam, Miſaël, videbatur aſſiſtens eis in fornace ignis, Et viſio inquit, quarti ſimilis filio Dei. Aliquando autem lapis à monte abſciſſus, ſine manibus, & percutiens temporalia regna, & ipſe replens univerſam terram. Rurſus videbitur ut filius hominis in nubibus cæli veniens ad veterem dierum, & ſumens ab eo univerſam poteſtatem, & gloriam.*

QUÆSTIO IV.

Quare inter omnes apparitiones, quas Chriſtus reſuſcitatus præſtitit, Magdalenæ tantum, & his duobus diſcipulis commutato habitu factæ fuerunt?

22. Matth. 28. Luc. 24. Joan. 20. Marc. 16. *Difficultas quæſtionis.*

Multas, & varias apparitiones fecit Chriſtus Dominus reſuſcitans mulieribus in via. Matth 28 n.9 Petro Luc 24. n 34 Diſcipulis congregatis Luc 24. n 36. Joan. 20.n.29. & cum elevaretur in cœlum, Marc.16.n 14 Quæ omnes apparitiones fuerunt apertæ, & manifeſta facie. At cum primò apparet Magdalenæ, ac his duobus diſcipulis commutato habitu apparet; Magdalenæ ſub ſpecie hortulani Joan. 20.n. 15. his verò in habitu peregrini. Ad quid inter tantas apparitiones tendit hujus figuræ ſimulatio; in his tantum duabus? Vel enim hæc commutatio habitus, eſt amoris, vel pœnæ ſignum;ſi ſpecies amoris eſt, concedatur Magdalenæ, & non his diſcipulis incredulis: & ſi pœnæ nota detur, his diſcipulis dubitantibus; & non Magdalenæ diligenti.

23. *Deus ſub ſimilibus actionibus diſſimiles fines intendit*

Reſpondeo, Quòd Chriſtus Dominus apparet commutato habitu Magdalenæ in amoris delicias, his verò diſcipulis in pœnam incredulitatis. Magdalenæ ſub hortulani ſpecie ſe exhibet, quem ficum ipſa videret, magna animi generoſitate eum interrogavit dicens: *Domine, ſi ſuſtuliſti eum, dicito mihi, ubi poſuiſti eum, & ego eum tollam.* Joan. 20. n. 15. ut ita fervidus amor Magdalenæ patefieret,& inde magna occaſio meriti, ac præmii, ei daretur; his verò diſcipulis ſub figura peregrini ſe præbet; ut eos tanquam extraneus interroget, & oſtenſa eorum frigiditate in fide, aſpere arguat,& increpet *O ſtulti, & tardi corde ad credendum.* Hæc eſt altitudo divinæ Sapientiæ, ac providentiæ, quòd ſub ſimilibus actionibus intendit fines, & motiva valde diverſa & diſſimilia: ſimulatio enim habitus, quæ uni datur ut amoris, ac meriti occaſio:aliis inſervit, ut reprehendantur,ac arguantur de ſua incredulitate, & ſtultitia.

Duos lapidum jactus valdè celebres invenies in ſcriptura: Unum, qui proceram, ac magnam illam ſtatuam Nabuchodonoſoris tangens in pedibus fictilibus, eam corruere fecit, & in favillam ac cineres redegit: *Abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus, & percuſſit ſtatuam in pedibus.* Dan. 2. n. 34. Alium lapidem contorſit David in frontem Philiſthæi, quo ſtatim ipſe cadens, proſtratus eſt ſuper terram. *Tulit unum lapidem & funda jecit, & circumducens percuſſit Philiſthæum in fronte.* 1. Reg. 17.n.49 Ecce in utroque caſu lapidum jactus: obiter tamen nota, quòd unus lapis ſine manibus per aërem tranſmittitur, alter verò multa vi adhibita *funda jecit, & circumducens.* Drogo Hoſt. de Paſſ. *Jactus eſt lapis, & percuſſit Goliath in fronte, & ſtatuam in pedibus. Iſte ictus eſt tuus ô Domine.* Apud Nabuchodonoſorem lapis ſine manibus volat, curſus enim ejus erat ad unum ſuperbum proſternendum, & contra unum ſuperbum, ac elatum lapides per ſemetipſos commoventur: at in Davide magnus impulſus fuit adhibendus: *Circumducens* Inſerviebat enim lapis, ut vir magnus,& fortis præmio ſublimaretur, & ut vir magnus, ac benemeritus præmio afficiatur, multa vis, ac induſtria erat adhibenda. Ad rem noſtram. Utrobique jactus ſunt lapidum, fines tamen intenti valdè diverſi, ac diſtincti: apud Danielem jacitur lapis, ut cadat, ac dejiciatur inflati ſuperbi ſtatua, at in Goliath jacitur lapis, ut erigatur, ac ſublimetur David. *Iſte ictus eſt tuus, ô Domine.* 24. (Dan. 2. 1.Reg. 17. Drogo. *Magna vis neceſſaria, ut benemeritus præmio remuneretur* *Sub eiſdem factis diverſi ſunt fines*)

Duplicem captivitatem ſuſtinuit populus Iſraël, unam in Ægypto, alteram in Babylonia.Ægyptiaca captivitas juxta D. Aug Chryſ. Lyran. & alios perduravit per ſpatium ferè ducentorum, & decem annorum: Babylonica verò per ſeptuaginta annos: cum ergo prima captivitas Ægyptiaca eſſet manifeſtata Abrahamo, nec triſtatur, nec affligitur, nec pro filiis ſuis loquitur, ſed cum quodam beneplacito conquieſcit. *Illa die pepigit Dominus fœdus cum Abrahamo.* Gen. 15. n. 18. At cum captivitas Babylonica eſſet revelata Jeremiæ, per totius ferè vitæ curſum in planctus, ac gemitus prorupit, ut diceret: *Quis dabit oculis meis fontem lachrymarum?* Cap. 9. n. 1. Unde Abrahamus conquieſcit, & non contradicit Ægyptiacæ captivitati 25. (D.Auguſt. Chryſ. Lyranus. Geneſ. 15. Jerem. 9.)

captivitati ; cum Jeremias multis lachrymis Babilonicam proſequatur ? Forſitan hic magis diligebat populum , quàm Abrahamus ? minimè : Quæ ergo diverſitatis ratio ? Verum eſt quòd utraque captivitas ac amiſſio libertatis erat ; tamen Ægyptiaca data eſt ad terram promiſſionis promerendam:ac Babylonica infligebat in pœnam delictorum. Hinc licèt primæ cum beneplacito conſentiat Abrahamus , ſecundæ cum lachrymis obſiſtit Jeremias : licet ergo in utroque caſu interveniret captivitas , tamen motiva maximè diverſificabantur, ut meritum , ac pœna inter ſe diſtant.

QUÆSTIO V.

Quare cum Chriſtus Dominus degeret in hac vita mortali , gloriam ſui corporis manifeſtavit in monte Thabor : nunc verò jam glorioſus ſub ſpecie hominis mortalis apparet ?

26. CUM Chriſtus Dominus eſſet in hac vita , ut mortalis ac paſſibilis homo , gloriam ſui corporis , aperuit in Thabor , nunc verò redivivus, ac glorioſus , ſub ſpecie hominis mortalis ſe ſuis repræſentat : cur quando paſſibilis , ſub forma corporis glorioſi ſe præbet , nunc verò glorioſus ſub figura mortalis hominis ſe oſtentat.

27. Pro ſolutione quæſtionis nota, quòd maximè ad Chriſti decus , ac auctoritatem ſpectabat dare vitam pro redemptione generis humani , unde quod Judas exivit , ut eum traderet Judæis , ipſemet Jeſus dixit Joan 13. n. 31. *Nunc glorificatus eſt filius hominis.* Græcus *honorificatus.* Et etiam ad ipſum,ut communem magiſtrum ſpectabat , quòd in omni ſublimitate , ab altitudine noſtram humilitatem habeamus ante oculos. Utrumque documentum nobis hic præbet Chriſtus

Joan. 13.
Græcus.

28. Ad quæſtionem expediebat , ut Chriſtus tractaret , & conſilium ageret de morte ſua cum Moyſe , & Elia : *Loquebantur de exceſſu , quem completurus erat in Jeruſalem.* Luc. 9. n. 31. Cum ergo agendum eſſet de morte , quæ multum ad ejus auctoritatem , ac honorificentiam ſpectabat diſponit , ut ſit ipſe transfiguratus , gloria corporis exterius reſultante audita Patris voce : *Hic eſt filius meus dilectus* , ut nos doceret , quòd in occaſione honoris , ac reputationis , ante oculos habeamus perſonæ nobilitatem, ac generationis ſplendorem. At verò hodie inter reſurrectionis radiantes glorias , ſub habitu mortalis hominis, his diſcipulis ſe objicit, pro noſtro documento , quòd in omni celſitudine , ac magnitudine , à mente non effugiat humilitas noſtræ naturæ ; diſce Chriſtiane , quòd mentis cogitationes ab ſtatu multum diſcrepare debeant ; in humili conditione, ſi honoris occaſio adurget ; conjice oculos ad illuſtrem tuam nobilitatem,ne quid indecorum committas, at in rerum ſublimitate oculos demitte ad humilitatem tuæ naturæ , ne vanitatis , ac ſuperbiæ vento inflatus ſis.

Luc. 9.
In celſitudine humilitas, in humilitate nobilitas conſideranda.

29. Acutè notavit D. Cyrillus lib. 2. Ad Reginas, *quod Chriſtus Dominus*,ait , *ſæpè in paſſione, ac morte dictus eſt Jeſus , vel filius Dei , filius verò hominis appellatur , cum in nubibus cœli dicitur venturus.* Omnes quatuor Evangeliſtæ valdè exactè Chriſti paſſionem narrant , à comprehenſione ejus uſque ad mortem,& ſepulturam, tamen tunc ſemper dicitur , ac nominatur Jeſus vel filius Dei : *Manus injecerunt in Jeſum ; dedit alapam Jeſu , & tradidit Jeſum flagellatum, &c.* Dicebat ad Jeſum, &c. Stabat juxta crucem Jeſus , &c. Verè *hic homo filius Dei erat* , &c. *Tu es filius Dei benedicti* , &c. Valdè mirum , quòd in toto paſſionis diſcurſu Jeſus vel filius Dei ſit appellatus , cum aliàs antea degens inter homines , frequenter aliis nominibus eſſet dictus. Nempe filius hominis , filius David, filius Joſeph , filius illius fabri, filius Mariæ. *Nonne Mater ejus , dicitur Maria ?* Matth 13. nu.15. Et tamen in paſſione ſemper dicitur Jeſus , vel filius Dei , & ſemel tantum invenitur appellatus filius hominis , cum in nubibus cæli dicitur venturus ad judicium. *Veruntamen dico vobis ; amodo videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei , & venientem in nubibus cæli.* Matth. 26 n. 64.Quando comprehenditur, flagellatur,crucifigitur, ac moritur Jeſus , vel filius Dei appellatur , at cum multa majeſtate venturus eſt ad judicium, filius hominis nominatur ? Comprehendi, crucifigi ac mori , ad gloriam , & honorem Chriſti ſpectabat,dicitur ergo tunc Jeſus,vel filius Dei,ut innuatur , quòd intervenienti occaſione ſui honoris , ac decoris , ante mentis oculos habebat ſuæ generationis celſitudinem , ac ſui muneris ſalvandi magnitudinem , at verò cum introducitur in multa majeſtate venturus ad judicandum , filius hominis nominatur,quia in tanto gloriæ ſplendore , humilitatis ſuæ humanæ naturæ non obliviſcebatur.

D. Cyrill.
Matth. 13.
Matth. 26.
Pro honoris , certamine nobilitas ſit ante oculos in magnitudine humilitas naturæ.

30. Cum meus Jeſus penderet in cruce poſuerunt ſuper caput ejus cauſam ipſius ſcriptam : *Hic eſt Jeſus Nazarenus Rex Judæorum* . Matth. 27. n. 37.At verò cum triumphans eſſet in cœleſti gloria apparet veſte aſperſa ſanguine : *Et habebat in veſtimento , & in femore ſuo ſcriptum : Rex Regum, & Dominus dominantium.* Apocal. 19 n. 16. Cum moritur , regius titulus eſt in capite , cum triumphat , in pedibus , ut D.Ambroſ. Rupertus , & alii communiter notant ; unde talis diverſitas ? Cum pendet in cruce , tanquam in domicilio ſuæ auctoritatis , ac honoris , regius titulus reſidet ſuper caput, tanquam in mente fixus ut illius recordaretur ; at in pompoſa majeſtate veſtis aſperſa ſanguine ante oculos, & regis nomen ad pedes , tanquam illius oblitus , & ſolum in capite , ac mente repoſita humilitas paſſionis , ac ſanguinis effuſi.

Matth. 27.
Apocal. 19.
D. Ambroſ.
Rupert.

*Luc.*24.*n.*16.Oculi autem illorum tenebantur,ne eum agnoſcerent.

Num 17.Et ait ad illos : qui ſunt hi ſermones, quos confertis ad invicem ambulantes , & eſtis triſtes ?

*Num.*18.Et reſpondens unus , cui nomen Cleophas, dixit ei : Tu ſolus peregrinus es in Jeruſalem , & non cognoviſti , quæ facta ſunt in illa his diebus ?

VERSIONES.

*Theophyl.n.*16. Cæterùm oculi eorum.

Arabic. Tenebantur à cognitione ejus.

*Arabic.n.*17. Et ait eis, quis eſt iſte ſermo de quo loquitur unus veſtrum ad ſocium?

Syriacus. Qui ſunt hi ſermones, quos loquimini unus cum alio, dum ambulatis, mœſtíque eſtis.

Cajetanus. Ambulantes, & eſtis vultu triſti?

*Syriacus,n.*18. Et reſpondit unus ex eis: Tu ne ſolus es extraneus ab Jeruſalem, qui neſcias, quid factum ſit in ea, iſtis diebus?

Arabicus. Tu ſolus peregrinus de Jeruſalem, cum non ſciveris, quæ facta ſunt in illa iſtis diebus.

Euch. Tu ſolus diverſaris in Jeruſalem.

Alii. Tu ſolus peregrinaris in Jeruſalem

EXPOSITIO II.

31. Carthuſ. *OCULI autem illorum tenebantur.* Impediebantur, *retinebantur, ne eum agnoſcerent.* Aliqui apud Carthuſianum dicunt, quòd percuſſi ſunt cæcitate, hoc propter dici non poteſt, cum Chriſto tanquam cum peregrino loquebantur. Cajetan. (Cajetan.) ait, quòd factum eſt per interiorem ecſtaſim, repugnat Marcus dicens. *Apparuit eis in alia effigie.* Tertiò. D. Auguſt. epiſt. 59. opinatur, id factum per immutationem faciei Chriſti, hoc non congruit dignitati corporis Chriſti glorioſi, cujus ſtatus mutabilitate, ac alteratione caret. Communis ſententia eſt, quòd Chriſtus Dominus hac divina virtute, poterat retinere vim ſuarum ſpecierum, ne totaliter in oculos diffunderentur, & hoc vel divaricando ſpecies, vel medium immutando, vel vim ipſius organi viſus reprimendo. Et ex his etiam modis provenire poterat, ut diſcipuli audientes ſonum vocis Chriſti, eum non agnoſcerent. Ita D. Thomas 3. p. q 54.n.1.ad 3 Suar. ibi & hoc loco Carthuſian. Franc. Lucas, Cornelius à Lapide, & alii. (D Thom. Suarez. Carthuſ. Franc. Luc. Cornelius.)

32. *Et ait ad illos.* Accedente Chriſto, diſcipuli ſermonem abruperant, vel alio divertebant, ob præſentiam hominis ignoti *Qui ſunt hi ſermones, quos confertis ad invicem?* Inter vos mutuò. *Ambulantes, & eſtis triſtes:* Vultu mœſto, & triſti, optimè ſciebat Chriſtus triſtitiæ cauſam, ſed interrogat, ut illi vulnus aperiant & optimum medicamen adhibeant. Et nota quod Chriſtus poſtea de ſtultitia, ac tarditate in credendo reprehendit. *O ſtulti, & tardi corde ad credendum:* tamen prius in eis ſuggillavit triſtitiam. *Ambulantes, & eſtis triſtes.* Cur præ omnibus triſtitia eis objicitur; aderat ſacratiſſimus Reſurrectionis dies, & ubi tanta eſt capitis lætitia, non decebat, ut membra triſtitia contabeſcerent, ſed ab eis omnis exulanda erat. Albertus Magnus, ſerm. de Reſurrect. *Ad hanc diem nos invitat David, ut nullius ſit triſtitia, ſed cunctorum gaudium, in qua Salvator noſter, deſtructa morte, victor glorioſus exurgit ad vitam. Uni tantus eſt triumphus, omnium ſit exultatio, & lætitia. Exultemus, & lætemur in ea.*

In die reſurrectionis nulla ſit triſtitia.

Alb.Magn.

33. *Et reſpondens unus, cui nomen Cleophas,* de quo egi quæſt. 1. no. 8. *Tu ſolus peregrinus.* Advena, & extraneus es. *In Jeruſalem.* Arabicus. *Peregrinus es de Jeruſalem.* Alii vertunt: *Peregrinaris in Jeruſalem.* Ut non cognoveris, quæ in illa facta ſunt his diebus, circa Jeſum Nazaræunm, ejuſque mortem, ac paſſionem, ut à nobis interroges quænam ſit noſtra converſatio, quæ vel cauſa noſtræ triſtitiæ: tam profundè, & altè inerat eorum menti cogitatio de Chriſto, ac triſtitia de ejus morte, & paſſione ut pro certo apud ſe ſtatuerent, quòd omnes de tali morte triſtarentur, & de nullo alio tractarent, niſi de tali morte, ideò ſolum ab homine tantam rem ignoranti interrogari poterat quænam eſſet converſationis materia, quæve triſtitiæ cauſa?

Arabicus.

Juxta ſuum animũ unus cogitat de aliis.

QUÆSTIO XI.

Quare Chriſtus hos diſcipulos interrogat?

QUÆRIT Chriſtus ab eis, *Qui ſunt hi ſermones?* Reſpondet primò Lyranus: Ut ex illorum reſponſione incredibilitas convenientius arguatur; ad morem Dei in hoc negotio ſe geſſit Chriſtus interrogans, quæ minimè ignorabat, ut quando Deus arguens Caïnum de Crimine, dicebat: *Ubi eſt Abel frater tuus?* Gen 4. nu. 9. Ut Cainum ad delicti ſalubrem confeſſionem excitaret. Adeſt patronus D. Auguſt ſerm. 144. de tempor. *Quærit, ait, ab eis, quid inter ſe loquerentur, ut quod ipſe ſciebat, ipſi faterentur.* Faterentur, inquam, ad vulneris medicinam. Theophylactus. *Ut ulcúſque ſuum detegerent,* ait, *ac pharmacum ſuſciperent.* 34. Lyranus.

D.Auguſt. *Ut fateantur vulnus ad medicinam.* Theophyl.

Secundò Euthym. *Qui, ait, ignorantiam fingit, ut etiam ex ore eorum audiat, quæ à corde eorum cognoſcebat, & ita objurget, ac increpet,* Apertè Dominus cognoſcebat eorum ſermonem, & quæ perpetrata fuerant in Jeruſalèm, tamen ignorantiam ſimulans, eos interrogat; magnæ enim prudentiæ argumentum eſt, aliquando exterius quandam inſcientiam repræſentare, ut cum majori efficacia aliquid intentum concludatur, ſeu obtineatur. 35. Euthym.

Prudens aliquando ſimulat ignorantiam.

Tertiò. Quærit Dominus ab his diſcipulis: *Qui ſunt hi ſermones?* Cum tamen communis ſit regula Chriſtiana, quòd in aliorum operibus, ac ſermonibus minimè nos intromittamus nec aliorum facta, ac verba ſcrutemur, ac inquiramus; Cur ergo hos interrogat Dominus de ſuis ſermonibus, ac vultu mœſto; volebat, eis opportunam medicinam exhibere: & qui valet remedium applicare, æquum eſt, ut inquirat, ac interroget: ſecus vero, qui nullum pharmacum valet præſtare, hoc eſt enim oblatrare, ac murmurare. Vide tom. 3. cap 31. q. 2. n 9. 10. 11. & alia loca ibi citata. 36.

Qui vult emendare interrogat.

Ad noſtrum principale intentum: poſt peccatum primorum parentum, Deus collocavit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, *ac verſatilem ad cuſtodiendam vitam ligni vitæ.* Gen. 3. n. 24. Stabat Angelus ſtricto gladio, nec verbum quidem dicebat, ſed tantum paratus erat ad interficiendum, ſi aliquis intraret, per oſtium ad arborem vitæ intrare: cum vero Agar fugeret è domo Saræ, Dominæ ſuæ, invenit eam Angelus Domini, qui dixit ei: Agar ancilla Saraï. *Unde venis? & quo vadis?* quæ cum dixiſſet quod à facie dominæ ſuæ fugeret: ait ei Angelus *revertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manum illius.* 37. Gen. 3.

Gen. 16. *illius.* Gen. 16. n. 9. Angelus ad oſtium paradiſi nec interrogat, nec loquitur, maximè verò cum Agar? Angelus ad oſtium paradiſi totus intentus erat ad puniendum: Cum Agar verò agebat, ut eam emendaret, & reduceret: *Revertere ad dominam* Lyranus. *tuam.* Lyran. *non quærit Angelus*, ait, *ex ignorantia, ſed ut ex reſponſione Agar efficacius corrigat eam.* Qui vult emendare, loquitur, interrogat, & monet: qui verò ad puniendum applicatur, totus addictus eſt, ut vulneret, ac percuſſiones exequatur, inde Angelus ad oſtium paradiſi nullum verbum; profert: maximè verò cum Agar.

Non qui tacet, ſed qui monet, emendare deſiderat.

38. Multa de ſeptem Aſiæ Epiſcopis manifeſtat Deus Joan. in ſua Apocalypſ. de Epiſcopo Epheſino ait: *Habeo adversùm te, quòd charitatem tuam* Apoc. 2. *primum reliquiſti*, Apoc. 2. n. 4. Epiſcopo Pergami. *habeo adversùm te, quia permittis tenentes doctrinam Balzaam.* Cap. 2. n. 14. Et Epiſcopo Thia- Apocal. 3. tiræ, habes mulierem Jeſabelem fornicariam. Cap. 2. n. 20. Et Epiſcopo Laodiceæ. *Quia nec frigidus nec calidus es:* Cap. 3. n. 16. & ſic de cæteris. Oſtendit Angelus Joanni. *Mulierem ſedentem ſuper beſtiam coccineam plenam nominibus blaſphemiæ.* Apoc. 17. Apoc. 17. num. 3. & nec invenies dictum mulieri unum verbum. Cur cum Epiſcopis tot admonitiones, totque verba, & nec unum dictum eſt mulie- Ansbert. ri? De Epiſcopis ait Ansbertus cap. 2. *Omnes ſuo modo admonet, ut meliores fiant:* eóſque variis modis circa ſuos defectus interrogat: cum muliere verò nec unum verbum habetur. Epiſcopi ad emenadationem vocantur, mulier in perditionem dabatur inde cum illis ſunt verba, minimè cum hac ut reprobata & ejecta.

Luc. 24. n. 11. Quibus ille dixit: quæ? Et dixerunt: de Jeſu Nazareno, qui fuit vir Propheta, potens in opere, & ſermone, coram Deo, & omni populo.

Num. 20. Et quomodo eum tradiderunt ſummi ſacerdotes, & principes noſtri in damnationem mortis & crucifixerunt eum.

Num. 21. Nos autem ſperabamus, quia ipſe eſſet redempturus Iſraël. & nunc ſuper hæc omnia tertia dies eſt hodie, quòd hæc facta ſunt.

VERSIONES.

Syriacus n. 19. Et dixit eis, quid? dicunt ei de Jeſu illo à Nazareth, qui fuit vir Propheta, poténſque fuit in ſermone, & opere coram Deo, & coram univerſo populo.

Arabicus. Et ille dixit: & quæ ſunt? Et dixerunt, quod factum eſt Jeſu. Nazareni, qui erat vir Propheta, & erat ei poteſtas.

D. Auguſt. Potens in factis & dictis.

Vatablus. Et dixerunt ei; quæ attinent ad Jeſum Nazarenum, &c. Coram Deo, & toto populo.

Syriacus n. 20. Quem tradiderunt principes ſacerdotum, & ſeniores judicio mortis.

Arabicus. In judicium mortis.

Vatablus. Ad ſupplicium mortis.

Vatabl. n. 21. Eum eſſe illum qui redempturus eſſet Iſraël.

Tertullian. lib. 4. contra. Marc. c. 43. Nos autem putabamus, ipſum eſſe redemptorem Iſraëlis.

Syriacus. Et ecce jam tres dies ſunt, ex quo hæc omnia facta ſunt.

Arabicus. Sed cum his omnibus hæc eſt dies tertia.

Arias. Tertiam hanc diem agit hodie.

EXPOSITIO III.

QVIBVS *ille dixit*: Preſſus urget, ut vulnus aperiant Diſcipuli ad medicinam: 39.
Quæ, nempe facta ſunt, *& dixerunt*, unus nomine amborum, de Jeſu, *qui fuit*, & jam ſublatus è vivis eſt, Propheta vir magnus, qui multa prædixerat, *Potens in opere, & ſermone.* Efficax nempe in operando, ac prædicando, bonus, & non invertendus ordo, præcedant opera, ſubſequatur doctrina, efficacius Prælatus, vel Doctor perſuadet exemplo, quàm verbo. *Coram Deo & hominibus*: Dei hominúmque judicio, ac teſtimonio: & hoc dicitur, ut mirabilior, ac miſerabilior ſit hiſtoria, quòd talis ac tantus vir tam indignè fuiſſet tractatus, & damnatus à principibus Sacerdotum. Et rectè dicitur. Primò *Coram Deo.* Theophyl. Deinde *hominibus*, ut ait Theophyl. *Nam primo placendum eſt Deo, deinde curandum, quantum poſſibile eſt, de innocentia apud homines.*

Et quomodo eum tradiderunt: Pilato ſcilicet 40.
Præſidi, ſummi Sacerdotes, & principes, ſeu ut legit Syriacus, *Seniores*; magiſtratus nempè *noſtri* Syriacus. quamvis iniqui, ac peſſimi eſſent, reverenter, *ac cum modeſtia* de eis loquuntur. *Tradiderunt eum ſummi Sacerdotes.* Sed quomodo tradiderunt, cum ſolus Judas dicatur tradidiſſe? Reſpondet Lyran. Lyran. *quia procurarunt ejus captionem, & perſuaſerunt populis, ut peterent ejus crucifixionem.* Quod aliis perſuades, hoc te prorſus feciſſe, exiſtima. Tamen hæc reſponſio Lyrani non placet; nam Evangeliſtæ ſimpliciter affirmant, Jeſum traditum fuiſſe à principibus Sacerdotum in damnationem mortis. Matth. 28 num 1. 2. & 18. Marc. 15. num. 1. & Matth. 28. aliis multis in locis. Judas tradidit Chriſtum Ju- Marc. 15. dæis comprehendentibus; Sacerdotes, & principes in mortis damnationem, ſeu *judicium*, ut habet Græcus. *Et crucifixerunt eum.* Hinc venit ex- Græcus. poſitio Lyrani, clamoribus, accuſationibus erga Pilatum.

Quod aliis perſuades, tu facis.

Nos autem ſperabamus, quia ipſe eſſet redemptu- 41.
rus Iſraël: à ſervitute, à Romanorum jugo, ac ſi dicerent, nos ſperabamus, ipſum eſſe verum Meſſiam, qui noſtram rempublicam collapſam erigeret, ac extolleret ad excellentiorem ſtatum, quem habuit ſub antiquis Regibus, ut ait Theo- Theophyl. phylactos; at vidimus eum à Judæis occiſum, mors enim ejus hanc noſtram ſpem valdè labefactavit, ac imminuit. D. Auguſt. ſermon. 120. de D. Auguſt. Temp. *O diſcipuli*, ait, *ſperabatis; ergo jam non ſperatis? Ecce Chriſtus vivit, & ſpes mortua eſt in vobis. Prorſus vivit Chriſtus. Vivens Chriſtus mortua diſcipulorum corda invenit: quorum oculis*

apparuit,

apparuit, *& non aperuit*, *& videbatur*, *& abſcondebatur.*

42. Arabicus. *Et nunc ſuper hæc omnia:* Seu ut habet Arabic. *ſed cum his omnibus.* Subdit textus: *Tertia dies eſt hodie*, hoc eſt, jam tertia dies agitur, ſubintelligitur hic, nam ipſe vivens dixit: *Tertia die reſurgam à morte.* Et jam hodie tertius dies eſt, & non ſcimus, eum reſurrexiſſe; *quod hæc facta ſunt*, quòd ſcilicet ipſe crucifixus, & mortuus eſt. Theophyl. de verbis horum diſcipulorum agens, ſic ait, *Et omnino, ſi conſiderentur ſermones, humani ſunt, & magnam dubitationem habent, & hominum perplexorum.*

QUÆSTIO VII.

Quomodo Chriſtus interrogat, & ipſi diſcipuli reſpondent?

43. *Chriſtus noſtra obſequia reputat in multum, ſua dona in paucum.* QUANTUM ad Chriſti interrogationem, cum diſcipuli dicerent, eſſe valdè nota omnia facta illis diebus in Jeruſalem, intelligentes circa mortem, & paſſionem Chriſti; Dixit illis JESUS. *Quæ?* nempe ſunt iſta? Et hæc eſt prima quæſtio. Ut illi ſuum vulnus aperiant, & ei conveniens medicamen adhibeat. Secunda ut oſtendatur, quòd tot, & tam larga paſſionis tempeſtuoſa congeries, quam pro nobis corpore ſuo pertulit, tam ſtricta, & minuta ei apparet, ut ei à memoria excidere videatur, & inde interrogat: *Quæ?* At verò noſtra obſequia in multum, & magnum reputat. Inde à filio oblato in holocauſtum, dixit Deus Abrahamo: Gen. 22. n. 16. *Quia feciſti hanc rem:* ſcilicet valdè magnam & generoſam. At quæ pro nobis præſtat, parva, ac minima ei videntur. Vide hoc tom. lib. 7. c. 5. n. 31. 32. 33. 34. & l. 8. c. 17. n. 33.

Geneſ. 22.

44. *Deum injuriarum obliviosus.* Secundò quærit Chriſtus, quænam fuerit ſuæ paſſionis, ac mortis ſumma? *Quibus ille dixit, quæ?* Ita Domine mi, ab animo ablegaſti, quæ ab impio carnifice, ac inſano lictore pertuleras, ut monitore egeas, qui illa auri tuæ repetat? ſic Dominus ſuarum injuriarum oblitus eſt, huic adaptabo illud antiquum proverbium. *Inimicitiam, in aqua oportet ſcribere, ut quam primum oblitere-tur*; quod celebrat Peluſiota lib. 1. epiſt. 215. Cum Iſraël iter ageret per deſertum, magna injuria affecit Amelech interficiens extremos agminis, qui laſſi erant. Deut. 24. n. 18. Statuit Deus optimus Judex, ac ſui populi vindex, ut ſuus hoſtis prematur, ac deleatur, ſicque ait ad Moyſem, *Scribe hoc ob monumentum in libro: delebo enim memoriam Amalech ſub cœlo.* Exod. 17. n. 15. injuriam ſibi factam, & bellum Amalecho movendum, libello ſcribi voluit Deus, cum enim ipſe nihil de vindicta cogitet, & de injuriis non recordetur, timens, quodammodo, ut noſtro loquendi modo, dicam, ne oblivisceretur, ad monumentum injuriam libello mandat commendari, Oleaſter. *Expende*, ait, *qualiter pius Pater ſe oſtendit in noſtra punitione obliviosum, ut libro ſit opus ad memorandum.*

Peluſiota.

Deut. 24.

Exod. 17.

Oleaſter.

45. *Delectatur Chriſtus ſuæ paſſionis memoria.* Tertiò, Ait: Chriſtus: *Quæ?* ut diſcipuli, quæ de ſua paſſione, ac morte erant, repeterent, ac commorarentur; maximè ei perjucunda, ac grata eſt ei cantilena de ſua morte, ac paſſione, de quo vide lib. 8. cap. 1. q. 2. & ideo ſacramentum Euchariſtiæ inſtituit, ut jam ex Ruperto notavi, non ſub memoria nativitatis, vel aſcenſionis; ſed ſub memoria ſuæ paſſionis. *Quotieſcumque manducabitis panem hunc, & Calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis.* 1. Cor. 11. n. 26. Ut paſſionis memoria perpetuò nobis eſſet defixa in mente, & ante oculos poſita, ut res ei maximè gratiſſima. Vide l. 7. c. 1. n. 103. & 104. & eodem. l. 7. c. 7. q. 24 & 25.

QUÆSTIO VIII.

Quare hi duo diſcipuli dicunt, Jeſum eſſe virum Prophetam, & non potiùs Dei filium; ut erat communis opinio in ſchola Chriſti?

CIRCA Chriſti perſonam valde diverſa erat opinio inter populum, ac Collegium Apoſtolicum, ad quod diſcipuli ſpectabant; nam populus Chriſtum reputabat Prophetam: *Quia Propheta magnus ſurrexit in nobis.* At Apoſtoli, & diſcipuli eum credebant filium Dei: *Tu es Chriſtus filius Dei vivi.* Si ergo hi diſcipuli Chriſtum exiſtimabant filium Dei, quare hi non reſpondent juxta propriam ſententiam, quòd erat filius Dei, ſed juxta vulgi opinionem, quòd Propheta exiſteret? 46. *Difficultas quæſtionis.*

Rectè reſpondet Beda. *Prophetam magnum fatentur, filium Dei tacent*, ait, *vel nondum perfectè credentes, vel ſoliciti, ne inciderent in manus Judæorum perſequentium, quia neſciebant quis eſſet, cum quo ſequebantur, quod verum credidere, celantes.* Valdè prudenter ſe egerunt diſcipuli in hoc negotio, nam videbant hominem peregrinum, & extraneum, nunquam ab eis antea viſum, vel in converſatione habitum, inde noluerunt ei aperire totum cor, ac animum, & ſecretum apud eos retentum, ſed juxta communem populi opinionem, dicunt; & reſpondent; ſecretum enim noſtrum non committendum eſt, niſi viro probato, & cognito. 47. Beda. *Peregrino ac extraneo non committenda ſecreta.*

Quod primo confirmo ex ſequentibus verbis, dicunt hi diſcipuli, num. 20. *Quomodo eum tradiderunt ſummi Sacerdotes, & principes noſtri in damnationem mortis.* Cur cum dicunt: *tradiderunt eum*, non addunt injuſtè, iniquè, odio, ac invidia, cum certiſſimè ipſi ita ſentirent, ac crederent? non agnoſcebant peregrinum, & timebant, ne ipſe eſſet ex parte Phariſæorum, vel aliquis explorator, qui eos apud Principes accuſaret, ut rebelles, ac tumultuarios, ut inde ipſi tanquam mortis rei haberentur. 48. *Non omnia dicenda.*

Mittitur ab Abrahamo Eliezer ſervus major, & ſenior domus ſuæ in Meſopotamiam, ut ex familia, ac ſtirpe ſua ducat mulierem ad deſponſationem cum Iſaac, cúmque perveniſſet ad locum juxta puteum, largiter Deum orat: *Fac miſericordiam cum Domino meo Abrahamo, Puella, cui ego dixero, inclina hydriam tuam, ut bibam: & illa reſpondit: bibe, quin & camelis tuis dabo potum: ipſa eſt, quam præparaſti ſervo tuo Iſaac.* Gen. 24. n. 14. Cur bonus ſervus totum negotium Deo committit, ac per miraculoſa ſigna rem inveſtigare decernit: *& illa reſponderit bibe, quin & camelis tuis dabo potum?* Cur debitam induſtriam, ac diligentiam non adhibet? cur per concives, ac vicinos non inquirit de Nachor, ac ejus familia Abrahamii conſanguinea? Cur de moribus filiarum ejus non ſcrutatur, ſed omni diligentia omiſſa, totus eſt in Deo exorando, ut per ſigna ad deſponſationem puella denotetur? Prudentiſſimè 49. Gen. 24. *Extraneo nõ dicenda, quæ tua ſunt.*

ſimè nihil inquirit homo, videbat ſe eſſe peregrinum in loco illo, ac proinde verebatur, quòd cives, ac vicini illius loci nollent aperire ſecreta ſuæ civitatis, ac vicinitatis homini ignoto extraneo, & inde rem manifeſtandam expectat à Deo

Lippoman. per ſigna. Lippomanus. *Et ipſe ad fontem Domino ſupplicat pro felici ſucceſſu operis, cui incumbit peregrinus.* Cum ſe videret peregrinum, timuit, quòd nullus vellet, ei revelare ſecretum ſui concivis, ac vicini, & inde per orationem reſponſum expoſtulat.

50. Ultimis temporibus divinus Magiſter multa ſeptus hominum turba ibat in urbem: *Aſſumpſit duodecim diſcipulos ſecretò & ait illis: Ecce aſcendimus Jeroſolymam, & filius hominis tradetur principibus Sacerdotum.* Matth. 20. num. 27. Marc. 10 num. 31. Græcus habet: *Separavit privatim*, ut ſuis Crucis myſterium communicaret, quod magis ad rem facit, maximè expedendum; quòd Chriſtus Dominus cum vocaret ſuos diſcipulos ad ſuam ſcholam, & valdè familiariter cum eis tractaret, magna, & alta doctrina eos inſtrueret, & tamen altum, & profundum ſecretum ſuæ mortis, ac paſſionis eis non aperuit, niſi poſtquam elapſi ferè ſunt tres anni, quibus ei adhærebant; pro noſtro magno documento, quòd ſecretum magni ponderis non recenter convocatis ſit manifeſtandum, ſed poſt largam experientiam comprobatis in multis ſit declarandum. Theophylactus in capite decimo Marci. *Secretum*, ait, *myſterium erat paſſio quod familiaribus dumtaxat erat revelandum.* Expende non tantum familiaribus, ſed *familiariribus*.

Matth. 10. Marc. 10. *Secretum non dicendum, niſi homini noto poſt largam experientiã.*

Theophyl.

QUÆSTIO IX.

Circa diſcipulorum verba quinque quæſtiones expendo.

51. QUÆSTIO prima. Quare non ſolùm dicunt Jeſum, ſed & Nazarenum appellant, multis appoſitis titulis *qui fuit potens opere, & ſermone?* Ex Chriſti habitu, in hac Reſurrectionis die Jeſum Nazarenum appellant, ſicut & Angeli dixerunt mulieribus: *Jeſum quæritis Nazarenum, ſurrexit, non eſt hic* Marc. 16. num. 6. Nazaræus, id eſt, floridus, In hac ſacratiſſima Reſurrectionis die omnia veſtita floribus, eiſque amœna, ac perjucunda apparent. Vide quæ dixi lib. 9. hoc cap. 1. quæſtione 15.

Quæſtio 1. *Flores in die reſurrectionis.*

52. Ex Chriſti habitu, ſublimè & altè de ipſo loquuntur, erat jam ipſe glorioſè reſuſcitatus; Paulus Chriſtum à mortuis excitatum, pluſquam hominem appellat ad Galat. 1. num. 1. ait: *Paulus Apoſtolus, neque per hominem, ſed per Jeſum Chriſtum.* Quid magne Paule dicis? Si per Chriſtum, nonne per hominem tuo defungeris Apoſtolatu? Chriſtus verus homo eſt. Addit Appoſtolus: *Suſcitavit eum à mortuis.* Et ſi in Chriſto ſuper omnem conditionem magna, & excelſa ſemper apparent, nunc maximè poſt reſurrectionem ob ſuam immutabilitatem, ac impatibilitatem. Theophylactus. *Ut hinc, ait, appareret, cur dixerit: Neque per hominem. Nam propter immortalitatem, jam nunc Chriſtus non homo eſt.*

Galat. 1. *Chriſti decor maximè nitet poſt ejus reſurrectionem.*

Theoph.

Quæſtio ſecunda. Quare prius dicunt: *Potens opere* poſtea *ſermone* Theophylactus. *Primò quidem eſt opus, ſecundò ſermo. Nullus enim doctrinæ ſermo approbatur; niſi prius is, qui docet, ſe oſtendant auctorem. Præcedit enim opus aſpectum. Nam niſi mundaveris intellectus aſpectum per opera, non emicat decor optatus.* Rectus, & perfectus ordo, ut prius Princeps, ac Prælatus fulgeat opere, deinde & ſermone. Paulus 2. ad Timoth. 4. num. 5. ait: *Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Evangeliſtæ.* Exhortatur eum, ut adimpleat Evangeliſtæ opus, id eſt, *Evangelici prædicatoris.* Expende ordinem Apoſtolicum: Vigila, in omnibus labora, opus fac Evangeliſtæ; præcedant opera, antequam eructentur verba Unde ait D. Anſelmus. *Opus fac Evangeliſtæ, id eſt, Evangelici prædicatoris; opus enim Evangeliſtæ eſt, bene vivere, & bene dicere: moribus, & verbis ſubditos inſtruere.* Unde qui bene dicit, & non bene vivit, & qui verbis, & non moribus ſubditos inſtituit, opus non facit Evangeliſtæ, nec Evangelici prædicatoris. Vide multa tom. 2. & verb. *Prædicator.* 53.

Quæſtio 2. Theoph.

2. Tim. 4. *Non facit opus prædicationis, qui benedicit, & non bene vivit.*

Quæſtio tertia. Quare hi diſcipuli dicunt Principes noſtri, cum Petrus aliter loquatur Actor. 3. num. 17. *Scio quod per ignorantiam feciſtis, ſicut principes veſtri?* Cur ergo hi diſcipuli dicunt, principes noſtri? Petrus verò principes veſtri? hi duo diſcipuli, cum eſſent rudes, & imperfecti: & adhuc multa ſtultitia, & ignorantia laborarent peſſimos ſynagogæ magiſtratus dicunt principes ſuos, & ideò, meritò à Chriſto vocantur ſtulti, *O ſtulti, & tardi corde*: Nulla enim eſt major ſtultitia, quàm homines iniquos, & Tyrannos, ut extabant ſynagogæ capita, eos principes, ac dominos dicere, cum ob ſuam nequitiam ab omni honore, ac dignitate ſint expolitari, & ideò Petrus, cum eſſet juſtus, & ſanctus, ac Spiritu ſancto repletus, & ab ipſo illuminatus, eos non dicit principes ſuos, ſed principes veſtros. Quamvis enim iniqui, & perverſi ſplendidiſſimis titulis perfulgeant, apud alios iniquos ipſiſmet ſimiles; minimè verò apud juſtos, & ſanctos, ut erant Apoſtoli apud quos in nulla habebantur dignitate. 54.

Quæſtio. 3. Actor. 3. *Iniqui apud juſtos in nulla reputantur dignitate.*

Quæſtio quarta. Quare commemorata Chriſti morte, ac paſſione, dicunt diſcipuli: *nos autem ſperabamus?* ergo jam de præſenti non ſperant, ac proinde fides, & ſpes de JESU Redemptore, jam erat deperdita in eis; ut ait Cajetanus, à cruce, ac morte Chriſti illuminatus eſt latro, illuminanturque omnes, ac verò hi duo diſcipuli ab ipſa morte in tantum fidei, ac ſpei torporem cadunt; quod rectè notavit. D. Auguſtin. hom. 2. in 24. Luc. *Latro dixit, ait, Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum. Non ſolùm credebat reſurrectionem, ſed etiam regnaturum: Et illi, nos autem ſperabamus, quod ipſe eſſet redempturus Iſraël. Ubi latro invenit, diſcipulus perdidit:* Viſa Chriſti cruce, eique adhærens illuminatur beatus Latro, & excluſa infidelitate, fideliter clamat: *Memento mei Domine:* & viſa, & commemorata cruce, hi duo diſcipuli excidunt. Nullus locus eſt adeò inſignis, adeò ſacer, ubi tuta ſit ſecuritas. Inſpecta cruce, latro ad pœnitentiam reſipiſcit, Cruce conſiderata, ac commemorata, corruunt diſcipuli. *Ubi latro invenit, diſcipulus perdidit.* 55.

Quæſtio 4. D. Auguſt. *Nullus locus adeò ſacer in quo ſit ſecuritas.*

In ſacratiſſima Paſſionis nocte, cum multis injuriis afficeretur Chriſtus in domo Pontificis, 56.

cum

eum negat Petrus Matth. 26. num. 70. Tunc etiam: *Miſit ad eum*, ſcilicet Pilatum, *uxor ejus dicens: nihil tibi, & juſto illi, multa enim paſſa ſum hodie propter eum.* Matth 27. n. 19. D. Paſchaſ. lib. 12 in Math. *Apoſtolus negat, uxor gentilis profitetur.* In eadem nocte, interveniente eadem Chriſti paſſione, Apoſtolus in Chriſti ſchola, enutritus negat, uxor Pilati habitans cum Gentili, cum eóque aſſueta loqui, Chriſtum juſtum clamat, ac fatetur.

Matth. 27. D Paſchaſ. *Negat Petrus, fatetur uxor gentilis.*

57. Dicebat Dominus Luc. 10. num. 18. *Videbam ſatanam, ſicut fulgur, de cælo cadentem.* Pſalm. 112. num. 7. de eo dicitur: *Suſcitans de terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem.* Compone modo ſtercus & cælum: In cælo cadit Angelus, in ſtercore erigitur pauper. Cur non magis tenuit cælum Angelum à lapſu? Cur non magis in ſublimi ſtatuit? Non equidem ea res erat locorum, ſed virtutes. D Chryſoſtomus hom. de cœco nato habita tom. 6. *Profunda eſt terra*, ait, *& cælum in ſublime tollitur, at è cœlo cadit diabolus, poſtquam tranſgreſſus eſt & exaltantur è terra inopes, Vides, non locorum diſcrimen efficere, ut ſuperiores evadamus, ſed ubique fidem, & patientiam, & ſpem promerentibus coronas acquirere.*

Luc. 10. Pſalm. 112. *Non loca, ſed merita dant coronas.* D. Chryſoſt.

58. Quæſtio quinta. Quare diſcipuli non reſpondent ad ſecundam partem quæſiti de triſtitia? Peregrinus duo quæſivit: *Qui ſunt ſermones hi, quos confertis ad invicem ambulantes, & eſtis triſtes?* Diſcipuli reſponderunt ad primam partem quæſiti de ſermone, ac converſatione; dixerunt enim de *JESU Nazareno, qui fuit vir Propheta.* &c. Hucuſque vidimus ejus dicta, debebant etiam rationem ſuæ triſtitiæ reddere, quare ergo cauſam interrogatam triſtitiæ non aperiunt Dicendum tamen eſt, Diſcipulos ſufficienter præfatæ interrogationi reſpondiſſe, dum adjiciunt: *Et quomodo tradiderunt eum ſummi Sacerdotes, & crucifixerunt eum.* Quæ major ratio poterat eſſe illorum triſtitiæ quam quod eorum magiſter tam crudeli morte eſſet de medio ſublatus? D. Gregor. homil. 23. in Evangel *Satis*, ait, *declarant cauſam triſtitiæ: cum narrant Paſſionem.*

De Chriſti morte ſumma triſtitia. D. Auguſt.

Luc. 24. *n.* 22. Sed & mulieres quædam ex noſtris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum.

Num. 23. Et non invento corpore ejus venerunt dicentes, ſe etiam viſionem Angelorum vidiſſe, qui dicunt, eum vivere.

Num. 24. Et abierunt quidam ex noſtris ad monumentum: & ita invenerunt, ſicut mulieres dixerunt, ipſum verò non invenerunt.

VERSIONES.

Syriacus. n. 22. Sed & mulieres ex nobis obſtupefecerunt nos diluculo prævenientes fuerunt ad monumentum.

Theophylact. Mulieres quædam ex nobis attonitos reddidere nos.

Arabicus. Mulieres quædam ex noſtris ſignificaverunt nobis, quia ipſæ manicaverunt ad monumentum.

Vatablus. Profectæ diluculo ad monumentum.

Syriacus. n. 23. Quæ cum non inveniſſent corpus ejus, venerunt, dicentes nobis, ſe vidiſſe Angelos illic, qui dicunt, eum vivere.

Arabicus. Qui dixerunt de eo, quia vivens eſt.

Arabic. 24. Et abierunt quidam eorum, qui erant nobiſcum, ad monumentum, & ita repererunt, ſicut mulieres dixerunt: ipſum verò non viderunt.

Syriacus. Quin etiam quidam ex nobis profecti ſunt.

EXPOSITIO. IV.

59. SED *& mulieres quædam ex noſtris terruerunt nos.* Græcus, *Stupefecerunt nos.* Theophylact. Vatabl. *Attonitos non reddiderunt.* Maximè hîc ſignificatur quædam Diſcipulorum admiratio, ſtupor, an timor, ex eo proveniens, quia mulieres aſſerebant, corpus JESU non inveniſſe, & Angelos ſe vidiſſe teſtificantes, eum reſurrexiſſe; quæ omnia, ut nova, ac magna eos ſacro horrore, ac timore replebant, & eorum diffidentiam concutiebant & eos ad fidem ac ſpem reſurrectionis excitabant.

Græcus. Theophyl. Vatablus.

60. *Abierunt quidam ex noſtris*, ſcilicet, Petrus, & Joannes: ex verbis maximè deprehenduntur hi duo eſſe Chriſti diſcipulos, dicunt n. 12. *Mulieres ex noſtris*, id eſt, ex Chriſti ſectatricibus, & modo, *quidam ex noſtris*, hoc eſt familia diſcipulorum Chriſti, & hoc dicunt ex noſtris, quia ipſi ex eadem familia erant. *Ipſum verò non invenerunt.* Titus Boſtrenſis. *Et ſi reſurrectionis famam, tum per mulieres, tum per Petrum, & Joannem, ad ſe perveniſſe, non diſſimulant; tamen quæ ea de re referunt, tanquam fide adhuc deſtituti referunt.* Quantum ad fœminas, de more levitatis fœminarum non credebant; *ſed neque illud quoque, quod Petrus, & Joannes de ſolis linteaminibus in monumento repertis teſtati erant, certum ſatis veræ reſurrectionis argumentum cenſebant; idque tum ob alia, tum ob id maximè, quòd ſe illum non vidiſſe affirmarent.* Ac proinde mulieribus, non credebant, ob earum levitatem, Apoſtolis etiam non credebant, quia licet ſepulchrum vacuum repererint, Angelos tamen non viderunt; unde Chriſtus maximè eos reprehendit, ob eorum tarditatem in credendis pronuntiatis à Prophetis.

Boſtrenſ.

Luc. 44. *n.* 25. Et ipſe dixit ad eos; ô ſtulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti ſunt Prophetæ.

Num 26. Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?

VERSIO

VERSIONES.

Syriacus. Tunc dixit eis Jeſus : ô expertes rationis, & graves corde ad credendum iis omnibus, quæ locuti ſunt Prophetæ.

Cajetanus. O amentes.

*D.Auguſt.ſerm.*140. O inſenſati.

Arabicus. Tardi cordibus non creditis.

*Syriacus.n.*26. Nonne hoc futurum erat, ut pateretur Meſſias, & ingrederetur in gloriam ſuam?

Arabicus. Nonne erat futurum, ut ſuſciperet Chriſtus ſuas paſſiones?

D.Aug. Et ita intrare in claritatem ſuam?

EXPOSITIO. V.

61. ET *Tipſe dixit ad eos.* Cùm eos audiſſet ſic vacillantes, inter ſpem, ac metum. *O ſtulti.* Græcus : id eſt, *inſenſati*, abſque
Græcus. mente, & ratione ad intelligendam reſurrectionem, quam toties à Chriſto pronunciatam audierant. *Et tardi corde :* Graves nempe, ac difficiles, ut capiant, & teneant Reſurrectionis myſterium, quod toties à Chriſto prædictum erat, *in omnibus :* hoc eſt, omnibus, ſeu omnia; phraſis Hebræa eſt : *quæ locuti ſunt prophetæ*, de Chriſto.

62. *Nonne hæc oportuit pati Chriſtum?* Ac ſi dicat, Quare Jeſum paſſum, ac crucifixum putatis? Forſitan ut inter mortuos maneret? Minimè ſanè : ſed ut è mortuis reſurgens, ſpem nobis reſurrectionis daret. Si ergo creditis Prophetarum oraculis, paſſionem, & crucem prædicentibus, quare eiſdem teſtificantibus, poſt mortem, & paſſionem, reſurrectionis gloriam, non datis fidem? Non ergo creditis in omnibus, quæ Prophetæ locuti ſunt.

QUÆSTIO X.

Quare Chriſtus hos diſcipulos ſtultos appellat?

63. VALDE mirum eſt, quòd cum unus ſolus ſit peregrinus, in hos duos diſcipulos tam ſevere invehatur, ut illi taceant, & nihil reſpondeant? magna ſanè prudentia, recognoſcebant enim ſuam culpam, & nulla major ſanè prudentia, quam ſui defectus cognitione tacere.

64. Præſens quæſtio eſt, quomodo Chriſtus ait ad eos, *ô ſtulti?* Hoc enim repugnare videtur doctri-
Matth. 5. næ ipſius Chriſti Matth. 5. n. 22. *Qui dixerit fratri ſuo fatue, reus erit gehennæ ignis.* Ad quæſtionem
D. Vincent. Ferreira. *Qui non credit fidei myſteria, ſtultus.* Primò reſpondet D. Vincentius Ferreira ſerm. 1. in Octavam. *Non*, ait, *eos vocat ſtultos propter ſtultitiam, ſed pro cæcitate intellectus.* Non abſolute eos ſtultos appellat, ſed ſolummodò ad credendum, valde ſtultus, ſeu ut habet Græcus, *inſenſatus eſt*, ſine mente; ac ratione, qui non cognoſcit, ac intelligit, ut credat fidei divinæ myſteria, eiſque aſſenſum præbeat.

65. Secundò videtur quod Chriſtus hîc innuat gradum ad rixas, at hoc eſt quando quis verbis injurioſus eſt in fratrem, & carnali affectu ac privata temeritatè, nomen fatui in proximum contorqueat; Chriſtus autem in præſenti hoc non dixit pro convitio, ſed pro officio ſuo, hoc non dixit carnali affectu ſed ſpirituali zelo, non privata temeritate, ſed publica auctoritate, ut ſeverè reprehendens, eorum ſaluti conſulat, eos à ſua cæcitate evocet, & ad ſalutem reducat. Dicere, *fatue* animo iracundiæ ad injuriam, malum eſt, dicere verò, *fatue*, animo charitatis ad corrigendum, ac emendandum, optimum ſanè.

Valde diverſum eſt, idem verbum hac vel illa intentione dicere.

Tertiò. Chriſtus mitiſſimus acriter increpat propter eorum incredulitatem. Et quamvis incredulitas ſufficiens cauſa ſit ad excitandam Divinam iracundiam; puto tamen, hanc incredulitatem reprehendere, quia ex crucis ignominia ſumebant argumentum diſcipuli, ad confirmandum dubium de reſurrectione : meritò ergo Chriſtus iraſcitur contra eos, & ſtultitiæ nota eos inurit; cum potiùs ex cruce, ac paſſione inferre deberent gloriam reſurrectionis, quod clare ex contextu verborum patet; nam cum eos Chriſtus ſtultitiæ notaret, ad hominem, ut dicunt Dialectici, argumentatur, dicens : *Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?* 66.

Crux, ac mors Chriſti gloriam reſurrectionis illuſtrat.

Chriſtus reſurgens à mortuis, clavorum, ac lanceæ vulnera conſervavit in corpore ſuo, & ea inter gloriæ reſurgentis radios manifeſtare dignatur; Divus Chryſoſtomus in catena D. Thomæ ad cap. 20. Joannis. Fuit auctor dubii. *Dignum autem eſt quærere*, ait, *qualiter corpus incorruptibile typos habeat clavorum?* Sic ſolvit dubium. *Sed ne tumultueris, condeſcenſionis enim erat, ut diſcerent, quoniam ipſe erat, qui crucifixus fuerat.* Tanquam ſi diceret; nullum reſurrectionis Chriſti ſupereſt dubium, clavorum, ac lanceæ ſtigmatibus conſervatis, reſurgendo ad vitam, ut exinde reſurrectionis gloriam dignoſcamus. Nam tantam ex crucis ignominia gloriam obtinuit, ut redivivus, gloria patibili, reſurrectionis triumphum cumulaverit, ut ex illa quodammodo : maximè iſta fulgeat. 67.

D.Chryſoſt. *A cruce maximè demõſtratur Chriſti gloria.*

Quartò. Titus Boſtrenſ. *Propterea*, ait, *Dominus illis ſe adjungens illos ſtultos, cordeque, & mente tardos appellat : Hac ratione animos illorum ad reſurrectionis fidem paulatim excitat.* Tanquam mortui erant hi diſcipuli, quibus Chriſtus ſe adjungens, ut eos ad gregem revocet, non ut Moyſes virga utitur, ſed verbo, & licet in principio aſperum videatur, *ô ſtulti, & tardi corde*, tamen valde ſuaviter, ac leniter cum eis agens, ac adaperiens ſcripturas, eos paulatim excitat, ac revocat ad vitam. 68.

Titus Boſtr. *Paulatim res diſponenda.*

Cum mortuus eſſet filius Sunamitis, venit illa tota lachrymis perfuſa ad Eliſæum, qui mittens puerum ſuum Giezi cum baculo ſuo, ait illi : *Pones baculum meum ſuper faciem pueri.* Quod cum Giezi feciſſet, minimè revixit puer; acceſſit Elizæus : *Et oſcitavit puer ſepties, aperuitque oculos, & revocatus eſt puer in vitam.* 4. Reg 4. num. 35. Non venit in vitam; quando rigor baculi imponitur, ſed quando adeſt benignitas halitus. Rabban. apud Gloſſam. *Alexque is, quem terroris virga ſuſcitare non potuit, per amoris ſpiritum, puer ad vitam redit.* Baculo non conſurgit, ſed in lenitate ſpiritus; baculo tamen diſponitur, ac præparatur, ut oſcitatione veniat in vitam : rigore ſo verbo ſtulti diſponunt 69.

4. Reg. 4. Rabbanus. *Puer revixit non rigore ſed lenitate.*

diſponuntur diſcipuli, ut veniente ſuavitate fra-ctionis panis, reſurgam in vitam.

QUÆSTIO XI.

Quare Chriſtus hos diſcipulos reprehendit ſolùm, quòd non crediderunt verbis Prophetarum, & non potius, quod non crediderint verbis ejus?

70. Difficultas quæſtionis. Matth. 20. AIT Chriſtus in præſenti. *O ſtulti, & tardi corde ad credendum in omnibus quæ loquuti ſunt Prophetæ.* De morte nempe, ac paſſione Chriſti. Unde ſtatim Chriſtus ſubjecit: *Nonne hæc oportuit pati Chriſtum?* Atqui etiam Chriſtus Dominus frequenter de ſua morte pertractavit: *Filius hominis tradetur, crucifigetur, & tertia die reſurget.* Quare ergo eos non reprehendit, quia non crediderunt verbis ejus, ſed ſolùm, quòd non crediderunt Prophetarum oraculis: *in omnibus, quæ loquuti ſunt Prophetæ?*

71. Reſpondeo Quòd magis gravatur Chriſtus injuriis ſuis illatis, quàm illis, quæ ipſimet inferuntur, inde eos, non arguit, quòd ejus dictis non acquieſcerent; ſed quod Prophetarum oraculis non crediderint.

72. Pſalm. 105. *Deus proprias injurias diſſimulat, ſuis factas punit.* Ait Regius Vates Pſ. 105. n. 7. *Patres noſtri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis miſericordiæ tuæ. Et irritaverunt aſcendentes in mare rubrum: & ſalvavit eos propter nomen ſuum.* Et proſequitur Propheta multa commemorans beneficia populo facta, & tandem addit David. n. 16. *Et irritaverunt Moyſem in caſtris, Aaron ſanctum Domini, Aperta eſt terra, & deglutivit Dathan, & operuit ſuper congregationem Abiron, & exarſit ignis in ſynagoga eorum, & flamma combuſſit peccatores.* Valde mirum, dum Deus irritatur: *Irritaverunt aſcendentes mare*; parcit, imò & multa beneficia largiter diffundit: *Salvavit eos propter nomen ſuum.* At verò dum Moyſes, & Aaron irritantur, tunc Deus iraſcitur & vindictam ſumit de peccantibus, eoſque igne comburit, ac delet? Dei Spiritus proprias diſſimulat injurias, illas, quæ ſuis nocent, rigide ſtatim punit; eleganter D. Chryſoſt. ibi: (D. Chryſ.) *Nec cum Deum in mari rubro ad iracundiam provocaſſent, nec cum eundem in deſerto tentaſſent, de ipſis ſupplicium ſumpſit; imò verò cupiditates eorum explevit. At cum Dathan, & Abiron Moyſem ira commoviſſent, dicentes: Nunquid Moyſi dumtaxat locutus eſt Deus, & non etiam nobis? Eos cum univerſa familia dehiſcenti terræ tradit.*

73. Grande peccatum commiſerunt Adamus, & Eva adversùs Deum, quo in mortis inciderunt ſententiam. *In quocumque die comederis morte morieris.* Gen. 2. n. 17. (Gen. 2.) Comederunt, & non mortui ſunt ſtatim, ſed vivi evaſerunt, & Deum pœnitentia placaverunt; non ſic fuerunt eorum poſteri, de quibus dicitur Gen. 6 num. 13. *Finis univerſæ carnis venit coram me: repleta eſt terra iniquitate à facie eorum, & diſperdam eos cum terra,* (Gen. 6.) univerſos homines tradit morti, diluvium inducens: Et cur quam removit à primis peccatoribus mortem, illam modo univerſis hominibus infert? Facilius tunc duo occidi poſſent, quàm modò pene innumeri; cur ergo qui duobus illis primis pepercit, ne morerentur, tam ingentem hominum multitudinem irremediabiliter vocat in ruinam? rationem indicat textus: *Repleta eſt terra iniquitate à facie eorum.* (Chaldaïc.) Chaldaic. *Repleta eſt terra rapinis.* D. Chryſoſt. (D. Chryſoſt.) *Repleta eſt terra injuſtitia ab eis* Non miror ergo, quòd Deus qui mortem diſſimulavit inferre primis hominibus ſibi odioſis, contraque ejus divinitatem delinquentibus, poſtmodum tantam multitudinem mactet, quæ terræ ipſi, ſeu hominibus terrenis per rapinam, homicidium, & injuſtitiam erat injurioſa; Deus enim promptior, & ſeverior oſtenditur in vindicandis alienis injuriis, quàm propriis. Vide l. 8. cap. 4. n. 54. 55. 56.

Severior Deus in vindicandis alienis injuriis, quàm propriis.

QUÆSTIO XII.

Quare dicitur, quòd oportuit Chriſtum pati, & per mortem, ac paſſionem intrare in gloriam ſuam.

DICITUR: *oportuit.* Suppoſito Patris decreto, prædictione Prophetarum convenientique rerum ordine, *& ita intrare gloriam ſuam.* 74. Gloria ſua erat, eique debita propter unionem hypoſtaticam, tamen juxta illud Pauli ad Philipp. 2. n. 4. *Non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes.* (Philip. 2.) Non ut ſuam conſiderabat cum ad eam venire diſpoſuiſſet per mortem, & paſſionem, ut eam tanquam meritorum mercedem, & coronam obtineret, ita ut ſine morte, cruce, ac paſſione ad gloriam noluerit pervenire.

Petrus Damianus ſerm. 3. *Duæ propenſius neceſſariæ probantur eſſe virtutes, charitas videlicet, & patientia, Per charitatem quippe, Dei filius ad noſtra deſcendit. Per patientiam verò, ſuſceptam noſtræ ſubſtantiæ veritatem ad paternam gloriam ſublimavit.* 75. Damian. Ad altiſſimam gloriam elevatus eſt Chriſtus, tamen tanta gloriæ ſublimitas ad patientiam referri voluit, eamque patientiæ titulo poſſideri: *Per patientiam verò, ſuſceptam noſtræ ſubſtantiæ veritatem ad paternam gloriam ſublimavit.* Sic honoratur, ac extollitur patientia, ut tanta gloria ei adſcribatur, ut ita nullum ſit Chriſti opus, nullaque ejus operatio, quod patientiæ prærogativa non fulgeat ac irradiet.

Chriſti gloria patientiæ adſcribitur.

Ait Jacobus c. 1. n. 4. *Patientia opus perfectum habet.* 76. Jacob. 1. Virtutes omnes opus perfectum ſortiuntur non enim virtutes conſiſterent, ſi opus perfectum non haberent; quid ergo peculiare eſt in patientia, ut de ea inſigniter dicatur, habere opus perfectum? Et qualenam eſt hoc opus perfectum patientiæ, quod cæteræ virtutes non habent? D. Zeno Veronen. ſerm. de Patientia: *Quia patientia,* ait, *non tam in multiplicandis virtutibus laudem ponit, quàm in finiendis.* Patientiæ opus non eſt, tantum multiplicare virtutes, ſed illas perficere, conſummare, ac in ultimo apice conſtituere; opus ergo patientiæ eſt conſummatio, ac perfectio virtutum D. Gregor. lib. 5. Moralium explicans illud Lucæ 21. num. 19. (D. Gregor. Luc. 21.) *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras:* Sic loquitur. *Quid enim eſt, ait, animas poſſidere? Niſi perfecte in omnibus vivere, cunctiſque mentis motibus, quaſi ex arce virtutis, dominari?* Patientia ergo virtutum multiplicatio eſt, ſanctitatis perfectio, bonorum conſummatio, ac meritorum exaggeratio.

Patientia virtutum conſummatio, ac perfectio.

Luc.24.n.27. Et incipientes à Moyſe, & omnibus Prophetis, interpretabatur in omnibus ſcripturis quæ de ipſo erant.

Num.28. Et appropinquaverunt caſtello quò ibant, & ipſe finxit longiùs ire.

Num. 29. Et coëgerunt illum, dicentes: Mane nobiſcum, quoniam adveſperaſcit, & inclinata eſt jam dies, & intravit cum illis.

VERSIONES.

Syriac.n.27. Et exorſus eſt à Moyſe, & ab omnibus Prophetis, & expricabat de ſe ex omnibus ſcripturis.

Vatablus. In omnibus ſcripturis, quæ ad ipſum attinebant.

Syriac.n.28. Et appropinquabant pago illi, in quem proficiſcebantur, & ipſe fingebat eis quaſi in locum longinquum iter habere.

Vatablus. Et appropinquando pervenerunt in caſtellum: quò iter habebant: & ipſe ſimulabat, ſe longius iturum.

Arabicus. In quod ibant. Erat in exiſtimatione eorum, quòd in locum diſtantiorem iret.

Euthym Præ ſe ferebat, longius ire.

Arabic.n.29. Et tenuerunt illum, dicentes. Sta nobiſcum: ſero eſt, & jam inclinata eſt dies, & intravit ut ſtaret apud illos.

Syriacus. Mane apud nos, quoniam dies nunc inclinat ad tenebras. Et ingreſſus eſt, ut maneret cum eis.

Vatabl.Theophyl. Quoniam vergit ad veſperam, & inclinatus eſt dies.

EXPOSITIO VI.

77. Euthym.
ET *incipiens à Moyſe*: à libris Moſaicis, ut recte notavit Euthym. *& omnibus Prophetis* Phraſis Hebraica, ideſt, percurrens per omnes
Syriacus. Vatabl.
Phrophetas, ac ſacros libros adducens: *interpretabatur*: Seu ut habet Syriac. *explicabat.* Textus; *quæ de ipſo erant*, ſeu ut habet Vatabl. *ad ipſum attinebant*, nempe de morte, paſſione, reſurrectione ſua.

78. Syriacus. Vatabl. Euthym. Arabic.
Et appropinquaverunt caſtello, ſeu *pago*, ut habet Syriacus, *& ipſe* Jeſus *ſe finxit, longius ire*, Vatab *Et ipſe ſimulabat, ſe longius iturum.* Euthym *Præ ſe ferebat longius ire.* Arabic. *Erat in exiſtimatione eoram, quòd in locum diſtantiorem iret.* Juxta noſtram vulgatam. *Finxit, ſe longius ire.* Ita Chriſtus adaptavit greſſus, ac ſi longius vellet ire, cum revera nollet, ſed tantum hac figura excitare voluit deſiderium diſcipulorum ad eum invitandum, ut ita digni præparentur ad eum in menſa agnoſcendum. Hæc tamen fictio, mendacium non fuit, volebat enim longius ire, niſi diſcipuli eum detinuiſſent, tamen quia bene ſciebat, ab ipſis eſſe detinendum, ideo nolebat, longius ire. Unde ait D. Auguſt. lib. 2. quæſt. Evan- D. Auguſt.
gelicarum c. 51. *Cùm*, ait, *fictio noſtra refertur ad aliquam ſignificationem, non eſt mendacium, ſed aliqua figura veritatis.* Et iterùm infrà: *Fictio ergo, quæ ad aliquam veritatem refertur figura eſt, quæ non refertur, mendacium eſt.*

79. *Et coëgerunt illum*: Diſcipuli delectati Chriſti ſermonibus, ac ſuavitate verborum ejus, *coëgerunt illum*: ne longius proficiſceretur, ſed cum eis maneret D. Gregor. hom. 23. *Ex exemplo col-* D. Gregor.
ligitur quòd peregrini ad hoſpitium non ſolum invitandi ſunt, ſed etiam trahendi. Et dicebant: *Mane nobiſcum, quia adveſperaſcit, & inclinata eſt jam dies*: ut ait Euthym. ad occaſum, nam Euthym.
non ita inclinata erat dies, ut ipſi exaggerant, ut ſuavi Chriſti colloquio fruerentur; nam poſtquam Chriſtum agnoverunt, adhuc eo ipſo die Jeroſolymam reverſi ſunt per ſtadia ſexaginta.

QUÆSTIO XIII.

Quare Chriſtus ſimulat ſe velle longius ire, cum apud diſcipulos manere diſpoſuiſſet?

80. *Hoſpitalitas inſervit ad ſalvatorem agnoſcendum.*
CHRISTUS deveniens ad caſtellum, ſeu pagum finxit, ſeu ſimulat longius ire, & tamen longius ire nolebat, ad quod reſpondeo. Primo. Voluit hujuſmodi fictionem excitare in diſcipulis hoſpilitatis, ac charitatis virtutem, per quam digni fierent, ut Salvatorem agnoſcerent, eiſque in menſa manifeſtaret Pulchrè D. Aug. D. Auguſt.
ſerm 140. de Tempore. *Tene hoſpitem*, ait, *ſi vis agnoſcere Salvatorem, quo tulerat infidelitas, reddit hoſpitalitas.*

81. Secundò. Noſter peregrinus iter agebat, & jam inclinata erat dies ad occaſum, cur ſe non invitat, ac offert, ut cum illis remaneret in caſtello, ſed ſic diſponit rem, ut diſcipuli eum cogant, ac compellant? Coëgerunt eum, dicentes: *Mane nobiſcum Domine.* Chriſtus verus Rex, inde non petit, valde enim alienum eſt à regia magnificentia, petere. Cum David eſſet in deſerto Pharam, & audiſſet, quòd Nabal tonderet gregem ſuum, neceſſitate urgente, per pueros ſuos ab eo cibaria poſtulat: *In die bona venimus, quodcumque invenerit manus tua, da ſervis tuis, & filio tuo David.* 1 Reg. 25. n. 8. At verò, cum Abſalon re- 1. Reg. 27.
bellaret contra Patrem ſuum Davidem, regnumque ejus vellet uſurpare, fugiens David à facie Abſalon, occurrit ei Berzellai Galaadites, *& ipſe præbuit alimenta regi, cum moraretur in caſtris.* 2. Reg. 19.
2. Reg. 19. n. 32. Cur apud Nabalem rogat David pro alimentis, non vero apud Berzellai. In primo caſu miles, in ſecundo Rex erat David, & ſi militem deceat petere, minime verò Regem, à quo hoc eſt valde alienum, & diſconveniens. *Alienum à Rege, petere.*

82. Tertiò D. Bern. ſerm. 74. in Cant. *Aliquando*, ait, *ſimulat ſe longius ire, non quia hoc volebat, ſed* D. Auguſt.
quia volebat audire; mane nobiſcum Domine. Cupiebat Chriſtus, apud eos manere, & tamen ſe longius ire ſimulavit, intimavit abſentiam, ut præſentiam glorioſiorem concederet imminet receſſu, ut quod negat, uberius conferat. Deus enim aliquando videtur denegare poſtulata, ut abun- *Deus aliquando ſimulat negare beneficiū, ut largius, concedat.*

dantius conferat. Nuntiata Lazari infirmitate,
Joan. 11. *Manſit in eodem loco duobus diebus Jeſus.* Joan. 11.n. 6. Et ſi Dominus procraſtinavit adventum, non fuit,quia amor erga Lazarum, & ſorores langueret, ſed ut majus eis impenderet beneficium
D. Auguſt. D. Auguſt. tract. 49. *Ille diſtulit ſanare, ut poſſet reſuſcitare.* Cum infirmitas Lazari ei fuit annunciata, non tunc iter arripit, ut eum ſanaret, ſed differt,ut eum majori beneficio cumularet, revocans ad vitam.

83. Quarto. Ad eadem Bernardi verba: *Aliquando*
D. Bernard. *ſimulat ſe longius ire, non quia hoc volebat, ſed volebat audire, mane nobiſcum.* Abſque dubio Chriſtus volebat, non dimittere diſcipulos quare,ergo finxit ſe longius ire?Ut precibus teneretur: ſimulatio illa Chriſti orta fuit ex deſiderio manendi cum diſcipulis, nam diſceſſus oſtenſus excitavit diſcipulorum animos, ut orarent, ne eos præteriret; ecce quomodo Chriſtus Dominus ad ipſum,quod dare deſiderat, vult, ab eo petamus.

Deus ult dare orationis interventu.

84. Audit Maria ab Angelo, quòd abſque macula Virginei pudoris Dei filium paritura erat, ſtatim inſigni humilitate, ac obedientia ait: *Ecce ancilla*
Luc. 1. *Domini fiat mihi ſecundum verbum tuum.* Luc. 1.
D.Bern. n. 38. D.Bernard. hom. 4. *Super miſſus eſt:* Exiſtimat., quòd illud verbum, fiat, non ſolum indicat conſenſum Mariæ, ſed etiam quòd denotat ſupplicationes, ac preces, ut tantum myſterium in ea perficiatur: *Nihil obſtat*, ait D. Bernard. *intelligi, fiat, eſſe verbum orantis, nemo quippe orat, niſi quod credit, & ſperat.* Sed nunc inſurgit dubium: ſi Maria ab Angelo ſalutata, audit aperte geniturum Altiſſimi filium, idque Dei nomine nunciabat Angelus, cur ergo Maria deprecatur, ut tantum fiat myſterium? Ad quid petis Regina cœli, quod Dei nuntius palam tibi offert?Quid proderunt tuæ preces, ubi adeſt tam aperta oblatio? Vult Deus exorari, ut id, quod liberaliter largitur, intuitu orationis obtineatur, & ut executio tam ſublimis myſterii,orationis interventu, perficiatur. Sic pergit D.Bernard. citat. *Vult autem, à ſe requiri, Deus quod pollicetur, & ideo forte multa, quæ dare diſpoſuit, prius pollicetur, ut ex promiſſione devotio excitetur.* Maria ergo idipſum, quod liberaliter à Deo,offertur, exorat, ut Deo noviter placeat, & apud ipſum mereatur, & ut etiam Divinæ largitati præter obſequium petens id quod ipſe offerebat.

Vult Deus, ut etiam id, quod ipſe offert, rationis interventu fiat.

85. Multa Deus Davidi beneficia promiſit, tam ipſi, quàm ejus poſteris conferenda: quæ cum ille audiſſet à Deo, ab eo iterum omnia poſtulavit: *Nunc ergo*, ait, *Domine Deus, verbum quod locutus es ſuper ſervum tuum, & ſuper domum ejus, ſuſ-*
2. Reg. 7. *cita in ſempiternum.* 2. Reg. 7 num. 25. promiſſum audit David à Deo, ad quid poſtulat, ut illud adimpleatur? Numquid Deus poteſt deficere in ſuis verbis? Minimè. *Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt.* Aut dubitavit Rex David, revocandane foret illa promiſſio? Nequaquam; Propheta enim erat, & abſolutam promiſſionem noverat, quæ revocari non poteſt. Ad quid ergo tam efficax extat orator. Et ſi promiſerat Deus adimpleri volebat, orationis interventu Deus dare deſiderat, tamen idipſum, quod promiſit poſtulari, vult, ut detur orationis merito, & agnoſcatur orationis excellentia, per quam
Lyranus. diffunditur divina largitas in nos. Lyranus: *Quia licet Deus*, ait, *velit dare beneficia in futuro: vult tamen ſuper hoc deprecari, ut recipientes mereantur.*

Deus vult, peti à ſe beneficia.

QUÆSTIO XIV.

Quare eum, quem antea peregrinum Diſcipuli vocabant, nunc Dominum dicunt?

Cum diſcipuli hunc illuſtriſſimum virum 86.
obviam habuerunt, eum peregrinum, ac ignarum rerum vocarunt: *Tu ſolus peregrinus es in Jeruſalem, & non cognoviſti, quæ facta ſunt in illa his diebus.* Modo verò Dominum vocant, reverenter cum eo agunt, & eum ſecum habere volunt: *Mane nobiſcum, Domine.*

Reſpondeo. Quòd Diſcipuli viderunt, quòd 87.
iſte ſanctiſſimus peregrinus eos de ſua frigiditate fidei, ac ſpei reprehenderit: *O ſtulti, & tardi corde:* eoſque docuit, ac inſtruxit in ſcripturis. *Et incipiens à Moyſe, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus ſcripturis:* Inde multa veneratione, ac honore eum proſecuti ſunt,honorificéque Dominum vocant. Ait Apoſtolus Petrus 2. Petri. 1.
in ſua Canonica 2. c.1. n. 18. quòd audivit quandam vocem allatam de cœlo: *Cum eſſemus cum ipſo in monte ſancto.* Petrus optimè ſciebat, montis nomen Thabor appellari, cur ergo eum nomine ſuo non appellat, ſed montem ſanctum vocat? In monte illo reprehenſus eſt Petrus: *Neſciens quid diceret.* Luc. 9. n. 33. In monte illo edoctus Luc. 9.
eſt Petrus: *Voce delapſâ ad eum hujuſcemodi à magnifica gloria: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipſum audite.* Cum ergo Petrus in illo monte eſſet reprehenſus, ac edoctus, eum habuit in tanta æſtimatione, ac veneratione, ut eum non alio nomine diceret,niſi montem ſanctum.

Qui te reprehendit, ac docet, venerandus.

Secundò. Quando eis primò Jeſus aſſociatus 88.
eſt, eum vocant peregrinum, ac ignarum rerum, eumque tanquam hominem vulgarem reputant, à quo nullum emolumentum accipere cogitabant.At verò modò,cum ejus converſationem experti ſunt, in qua in multis ab eo illuſtrati, ac edocti ſunt, eumque ut ſibi valdè proficuum agnoverunt:ſtatim Dominum dicunt, ac ad menſam invitant, Hæc eſt hominum conſuetudo, quòd ſi aliquid commodi à te ſperant, te ut Dominum venerantur,ſi verò nihil, ſtatim te ut peregrinum, ac ignarum abjiciunt, & contemnunt.

Solum homines venerantur eum, à quo emolumentum expectant.

Maximè ponderandum, quòd Moyſes in Pha- 89.
raonis aula educatus, ac reputatus nepos ejus, filius filiæ Pharaonis. Hebræ. 11.n. 24 inde evidens Hebr. 11.
fit,quòd ut princeps multa amicorum, ac famulorum turba circundatus erat, poſtea vero fugiens in terram Madian. Exod. 2. n. 15. Et inde ex Dei Exod. 2.
mandato egreſſus eſt,ac cum veniret in Ægyptum, ad agendum de populi libertate cum Pharaone, nullus extitit famulus, vel amicus,qui eum agnoſceret, cum tamen eodem ſuo nomine antiquo Moyſes appellaretur; tunc cum inviſus eſſet Pharaoni,omnibus in inimicitia erat; cum eſſet in palatio, multos habebat amicos, & famulos; tunc enim maximè gratus extabat regi, multis proficuus erat, & inde omnes ad eum frequenter conveniebant, at poſtea de libertate populi agens, maximè inviſus Pharaoni, & inde omnibus ignotus, & ideo nullus amicus, vel famulus ex antiquis de eo recordabatur. Vide tom. 4. c. 4. quæſt. 1.n.3.4.5.6.& cap.47. quæſt.6 num.48.49.50.

Solum venerantur homines ſibi proficuum.

Luc. 24.

Luc.24.n.30. Et factum eſt, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis.

Num.31. Et aperti ſunt oculi eorum, & cognoverunt eum, & ipſe evanuit ex oculis eorum.

VERSIONES.

Vatabl.n.30. Porrò autem, dum accumbebat ipſa cum eis.
Arabicus. Cum ſediſſet cum eis, &c. fregit, ac dedit eis.
Euthym. Sumpto pane, benedixit.
Syriacus.n.41. Et illicò aperti ſunt oculi eorum, & agnoverunt eum, ipſe verò ablatus eſt ab eis.
Arabicus. Et ipſe abſconditus eſt ab oculis eorum.
Vatablus. Et ipſe inconſpicuus abluit ab eis.
Arias. Non apparens factus eſt.
Cajetanus. Et diſparuit ex oculis eorum.

EXPOSITIO VII.

90. *Et factum eſt:* Quod dicitur, tanquam conſideratione valde dignum: *dum recumberet*, ſeu ut habet Arabic. Cum ſediſſet, nempe ad menſam, nam ut ingreſſi ſunt Caſtellum, ſtatim mandarunt, menſam apponi ſibi, ac ſuo hoſpiti, ut pote impranſis, ac famelicis ex itinere, & prius Divinus hoſpes comedit, ut ſe verum hominem demonſtraret, ne cum eum reſuſcitatum vidiſſent, phantaſma putarent; *accepit panem, & benedixit*, ut exiſtimo, proferendo verba illa conſecrationis: *Hoc eſt Corpus meum.* Eadem enim forma deſcribendi menſam utitur Evangeliſta, cujus uſus eſt in inſtitutione Sacræ Euchariſtiæ in ultima cœna. Matth. 26. n.26.Luc. 22.n. 19. ut ex modo deſcribendi denotetur idem ſacratiſſimus panis datus.

Arabic. — Matth.26. Luc. 22.

91. *Et aperti ſunt oculi eorum:* Syriacus: *illicò:* cum accepiſſent panem benedictum, ac conſecratum, ſtatim oculi eorum, qui hactenùs quoad cognitionem Jeſu fuerant clauſi, aperti ſunt. *Et cognoverunt eum.* Propria ipſius effigie glorioſa, tota ſe præbente ad conſpiciendum. *Evanuit ex oculis eorum.* Vix cognitus eſt, cum diſparuit, modò abiit à ſuis, cum modò maximè ſtare debebat cum eis, ut majori gaudio, viſo Domino, afficerentur Jeſu præſentia, *evanuit*, ſeu *diſparuit*. D. Auguſt. ſerm. 140. de Tempor. *Abſceſſit ab eis corpore, dum teneretur fide.* Evanuit Chriſtus ab eorum oculis, ut fides magis abſentia, quàm præſentia foveretur, & ſi deliciæ ejus ſint, eſſe cùm filiis hominum; tamen maximè ſuorum fide delectatur. Deinde Chriſtus ab eorum conſpectu ſe ſubduxit ut eorum annunciatione, aliis quoque diſcipulis conſuleret eorumque fidem per iſtos erigeret. Euthymius. *Et ipſe evanuit à conſpectu eorum, ne amplius tardarent ſed citius ad diſcipulos reverterentur.*

Aug. *Chriſtus delectatur ſuorum fide.* — Euthym.

QUÆSTIO XV.

An Chriſtus Dominus his duobus diſcipulis dederit panem conſecratum, tractaturque quædam quæſtio curioſa de Sacra Euchariſtia.

PARTEM negantem tenent Janſenius, & favent illi Lyran. ac Cajetanus. Et ex eo probatur. Quia hi duo diſcipuli erant tunc imparati, & non præparati ad tantùm ſacramentum ſumendum; nec ipſi noverant, quid eſſet Euchariſtia, cum non interfuiſſent in cœna. Unde dicunt Auctores, in fractione panis cognoviſſe, ac ſi Chriſtus ſolitus eſſet, ita panem manibus frangere, ac ſi cultello ſcinderet. 92. *Pars negativa.* Ianſen. Lyranus. Cajetan.

Oppoſita ſententia eſt vera, & tenenda. Probatur primo, quia eiſdemmet verbis, quibus hic, utitur Evangeliſta; factum eſt, *dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit & porrigebat illis:* Utuntur Evangeliſtæ, cum in ultima cœna de inſtitutione ſacræ Euchariſtiæ faciunt mentionem Matth. 26. n. 26.Marc.14.n.22. Lucæ 22. num. 19. ex alto, & ſupremo inſpiramine ut denotetur, quòd ſicut in ultima illa cœna datus eſt panis Euchariſticus, ſic & in hac menſa. Secundo, quando Chriſtus benedicebat communem cibum non erat in fine, vel in medio prandii; ſed in initio, antequàm quiſquam quidquam guſtaret, at hic non benedixit, ac fregit panem in initio, ſed in medio, vel in fine menſæ poſt guſtatos aliquos cibos, ne phantaſma putaretur Et colligitur ex textu *factum eſt, cum recumberet:* Græcus: *Cùm cœnaſſet:* ergo illa benedictio, ſeu fractio qua cognitus fuit, minime ad communem cibum, ſed ad Euchariſticum pertinebat. 93. *Affirmativa ſententia.* Arabicus. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.

Probatur tertio. Ex effectu, quia quem Diſcipuli itinere tot, ac tantis ſermonibus non agnoverunt, in panis fractione cognoverunt, ut ſignificetur peculiaris effectus illius divini panis Euchariſtici, qui eſt, illuminare mentem, aperire oculos. Et confirmatur, quia Actor. 2. n. 42. de primitivis Chriſtianis dicitur: *Erant autem perſeverantes in doctrina Apoſtolorum & communicatione fractionis panis.* Ubi communiter per illa verba, fractionis panis, ſacra Euchariſtia intelligitur, ut colligitur ex Paulo 1. Corinth. 10. *Panis, quem, frangimus, nonne participatio corporis Domini eſt?* 94. *Probatur ſententia ex effectu.* Act. 2. 1. Cor. 10.

Probatur 4. quia ita communiter ſentiunt Patres D. Chryſ. hom. 17. in Imperfecto. *Dominus in via*, ait, *non ſolùm benedixit panem, ſed de manu ſua dedit Cleophæ, & ſocio ejus. Quod autem de manu porrigatur, non ſanctificatum, ſed etiam ſanctificatio eſt, & ſanctificat accipientem.* D.Aug. ſerm.140. de tempor. *Ubi voluit Dominus agnoſci? In fractione panis ſecuri ſumus, panem frangimus, & Dominum agnoſcimus: noluit agnoſci, niſi ibi, & propter nos, qui non eum viſuri eramus in carne, & tamen manducaturi ejus carnem.* D.Hier. Epiſt. 27. quæ eſt Epitaphium Paulæ, c. 3. *Repetitoque itinere*, ait, *Nicopolim* (profecta eſt,) *quæ prius Emmaus vocabatur, apud quam in fractione panis cognitus Dominus Cleophæ domum in Eccleſiam dedicavit.* Idemque docent Theophyl. Beda, Haymon, ex Recentioribus Maldon, Franc. Luc. Cornel. & alii. 95. D.Chryſ. D. Aug. D. Hieron. Theoph. Beda. Maldonat. Franc. Luc. Cornelius.

96. *Solutio ad objecta.*

Ad fundamentum oppoſitum, Reſpondetur; quòd, illi diſcipuli imparati eſſent, potuitque illos Dominus in via parare, ac præparare, unde & dixerunt: *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis in via?* Et cognitionem, quæ de Euchariſtia neceſſaria erat, mentali ſermone donare, qui ſermo & illuminatio mentalis oculos illis aperuit, ut præſentem agnoſcerent. Quantum ad id verò, quod dicitur de fractione panis, quaſi manibus, ac cultello ſcinderetur; valde mirum eſt, viros doctos, tam levi, & nunquam ab Evangeliſta indicato fundamento niti.

97. Nierēberg. *An Euchariſtia ſit in cœlo?*

Indicit quædam quæſtio ſatis curioſa, quam excitat Pater Joannes Euſebius Nierembergius l. 8. de origin. Sacræ ſcripturæ, c. 34. An ſcilicet ſacramentum Euchariſtiæ in æternum ſit in cœlo conſervandum? Ad hoc adducit multas conjecturas, & una, ac præcipua eſt, quòd crux, noſtræ ſalutis inſtrumentum ſervanda eſt in cœlo poſt conſummationem ſæculi, ſiquidem Dominum judicaturum præcedet, ut communiter docent Patres,

Boſſius. Suar.

& canit Eccleſia: *Hoc ſignum crucis erit in cœlo, cum Dominus ad judicandum venerit.* Imo & multi apud Boſſium in ſuo opere de cruce, cap. ultimò. Et Suarez tomo 2. ad 3. p. diſp. 57 ſect. 2. tenent, crucem Domini in æternum ſervandam eſſe in cœlo Ex quo ſic argumentatur, ſi conſumpto ſæculo, crux in æternum ſervanda eſt, in memoriam Dominicæ paſſionis; ergo idem videtur dicendum de ſacra Euchariſtia, quæ inſtituta eſt in memoriam ejuſdem paſſionis.

98. *An reluceat in Chriſti viſceribus.*

Idemque probat Euſebius ex præſenti facto, nam in Emmaus Chriſtus Dominus panem fregit, ac conſecravit, hiſque duobus diſcipulis dedit, ut ex Patribus dixi, & valde probabile eſt, quòd Chriſtus Dominus ipſam ſacram Euchariſtiam acceperit; ſi ergo Chriſtus glorioſus ſumpſit Euchariſtiam, non videtur illas ſpecies ſacramentales corrupturus, ſiquidem corpus glorioſum nec digerit cibum, nec facit coctionem: ergo ſi non corrumpit ſpecies, in æternum conſervat; quod multis non ineruditis placet, ut refert idem Euſebius, & cum hoc quidem è publico ſuggeſto pronuntiaverit, magnus multorum fuit applauſus, nunc in cœlo adorari, & adorandam Euchariſtiam in præcordiis corporis Chriſti glorioſi tranſparentis, veluti limpidiſſimi cryſtalli, proponi. Hæc ex citato Auctore conſcripſi: Quæ etiam refert Doctor Didacus de Caſtillo de veſtibus Aaronis ad verſ. 18. ſillatione 146. n. 31 Qui auctores etſi, rem proponant, eam tamen definire non audent; nec ego eam definire intendo, ſed ut incertam, aliis determinandam relinquo.

QUÆSTIO XVI.

Quare, cum Jeſus porrigeret panem his duobus Diſcipulis, dicuntur oculi eorum aperti?

99. *Deus, facit cognoſcere, ac acclamare Dominum.*

AIt Evangeliſta: *Factum eſt, dum recumberet cum eis, accepit panem & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis, & aperti ſunt oculi eorum, & cognoverunt eum.* O quanta vis inſita eſt in hoc verbo, dare, bonaque per alios partiri, ut largitorem ſtatim agnoſcere faciant, ut Dominum, ac ut perſonam valde excelſam. Verum eſt, quod dum hic Divinus peregrinus per viam incedebat, hoſque diſcipulos docebat, Dominus erat, tamen non eſt agnitus ab eis, ut Dominus, niſi poſtquam frangendo illis panem porrigebat.

Ait Joan. Apoc. 14. n. 14. *Vidi, & ecce nubem* 100.
candidam, & ſuper nubem ſedentem ſimilem filio Apoc. 14.
hominis, habentem in capite ſuo coronam auream: & tamen nullus dicitur in textu, quòd cum ſequeretur, ac quòd ut regem acclamaret. At verò Cap. 19.
c. 19. num. 12. deſcribitur, quòd ipſe ibat ſuper equum album; *Oculi ejus ſicut flamma ignis, & in capite ejus diademata multa*: Et ſtatim ſubditur: *Et exercitus, qui ſunt in cœlo, ſequebantur eum:* Et additur quòd ipſe reget omnes gentes in virga ferrea; prima vice nullus ſequitur, nulluſque eum ut regem acclamat; ſecundo verò loco adſunt omnes exercitus Angelorum incedentes poſt eum, eumque fauſtis vocibus Regem publicantes, quid plus in eo enituit in ſecundo, quàm in primo loco? Verum eſt, quòd primò habebat coronam, unam tantum, qua coronatus ipſe reſplendeſceret, at in ſecundo: *In capite ejus diademata multa:* Interlineal. *Quibus ipſe, & ſui coronantur.* In Interlin.
prima apparitione, corona apparet ſibi tantum, & *Donorū largitorem ſequuntur homines.*
ideo nullus eum ſequebatur, à nulloque rex acclamabatur; at in ſecunda videbantur multæ coronæ, ut ſuis eas donaret, per eoſque diſtribueret, ex quo inde exercitus Angelorum eum ſequebantur, eumque magnifice Regem conclamabant D. Cyprian. l. 1. Epiſt. 6. *Militate fratres,* D. Cyprian.
ait, *dimicate conſtanter, ſcientes, vos ſub oculis præſentis Domini dimicare, qui non ſic eſt, ut ſervos ſuos tantum ſpectet, ſed & ipſe luctatur in nobis, & ipſe congreditur in certamine agonis noſtri, & coronat pariter, & coronatur.*

Cum Agar fugeret à facie Domini, apparuit 101.
ei Angelus, & ait illi: *Revertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manu illius: Et rurſum: Multiplicans*, inquit, *multiplicabo ſemen tuum, & non numerabitur præ multitudine*, Gen. 16. n. 9. & 10. Geneſ. 16.
Cui ſtatim reſpondit Agar, ait: *Tu Deus, qui vidiſti me.* Tria impræſentiarum facit Angelus. Primò, imponit præceptum Agar. *Revertere ad dominam tuam.* Secundò dat conſilium; *humiliare ſub manu illius.* Tertio. Promittit numeroſam progeniem. *Multiplicans multiplicabo ſemen tuum.* Et tamen Agar non vocat Angelum Deum, nec quando dat mandatum, vel conſilium ſed tandem tertiò, cum multitudinem filiorum pollicetur, ut notavit Rabbanus: *Angelus, & in forma hominis* Rabbanus.
loquebatur ancillæ, poſtmodum etiam Deus dictus *Benefactor.*
eſt. Cum promittit copioſam prolem, tunc Ange- *ut Deus, agnoſcitur.*
lum vocat Deum; hoc enim, quod eſt dare, ac promittere, maximè animos conciliat, oculoſque aperit ad recognoſcendam magnitudinem, ac celſitudinem alterius. *Tu Deus qui vidiſti me.*

QUÆSTIO XVII.

Quare Diſcipuli Dominum Jeſum in panis fractione agnoverunt?

REſpondet primo D. Laurent. Juſtin. de Triun- 102.
phali Chriſti agone cap. 25. *In panis frac-* D. Laurent.
tione potiuſquam in prædicatione, agnoſcere me- Juſtinianus.
ruerunt; quatenus ſicut egeni miſerti ſunt ita miſericordiam reperirent. Non in concomitatu cum Jeſu, non in ſermonibus ejus, ſed in fractione panis

panis agnoverunt ; ſicut enim diſcipuli egeni peregrini miſeri ſunt eumque ad menſam , ac hoſpitium invitarunt , panemque illi porrexerunt ; ſic & in pane miſericordiam ; & præmium invenire meruerunt , & in ipſa eleemoſinæ re , qua Jeſum ad menſam coëgerunt, miſericordes homines præmium acceperunt.

Eleemoſinator in ipſa re eleemoſinæ præmium recipit.

103. Valde celebris eſt hiſtoria Thabitæ , quæ erat illuſtriſſima fœmina , *plena operibus bonis , & eleemoſynis , quas faciebat :* quæ cum è vita diſcederet, vocatur Petrus , qui cum veniſſet, ac ſtaret juxta defunctam , eam evocavit in vitam , & accedens, *dans autem illi manum erexit eam.* Actor. 9. n 41. ſi Apoſtolus ſolum ſuo imperio defunctam è mortuis excitavit in vitam , ita ut jam oculos aperiret , ad quid ut de feretro erigeretur, neceſſarium fuit , extenſa manu eam apprehendere ? Erat illa Thabitæ manus, quæ multoties extenſa fuerat , ut pauperi ſubveniret , ejuſque inopiam ſublevaret, & ideo in tali manu eleemoſynæ fructus contactu Apoſtolico recipitur ; non in alio , ſed in ipſa eleemoſynæ re , eleemoſynæ fructus capi debuit. Arator. lib. 1. in acta. ſic canit :

Actor. 9.

Arator.

Illa manus meruit , Petri contingere dextram,
Pauperibus quæ larga fuit.

104. Secundo reſpondet Drogo Hoſtienſ. ſerm. 1. de Paſſione. *Panis , caro tua eſt* , ait , *fregiſti manibus tuis corpus tuum , quia poteſtatem habebas ponendi animam tuam , fregiſti corpus tuum , quod foris apparebat , & oſtendiſti medullam , quæ intus latebat; niſi enim patiaris , non cognoſceris. Ibi enim abſcondita eſt fortitudo tua , quam in paſſione tua nobis oſtendiſti.* In fractione panis agnitus eſt Chriſtus: & cur non potius in alia actione , ſeu in tam larga converſatione viæ ? Panis ille, caro Chriſti erat quæ dum ſuſceptis vulneribus frangitur , hoc eſt, ſcinditur , ac aperitur , majeſtas Chriſti perſonæ, ejuſque lateris divinitas ſtatim cognita eſt ab hominibus *niſi patiaris , non cognoſceris.* Pro quo vide multa hoc tomo verbo *Chriſti paſſio.*

Drogo.

Per paſſionem oſtenditur Chriſti majeſtas.

105. Tertio , Strabus. *Veritas* , ait , *melius operando quam audiendo intelligitur. Non cognoſcunt Chriſtum , niſi participes corporis ejus , ideſt Eccleſia, cujus unitatem commendat Apoſtolus in ſacramento panis dicens : Unus panis , unum corpus multi ſumus.* Non dum loquitur, agnoſcitur Chriſtus , ſed cum operando frangit panem , & ipſi ad talem cognitionem filii Dei deveniunt , cum per ſacramentum corporis Domini uniuntur unitati Eccleſiæ , quia in ſola Eccleſia Catholica agnoſcitur Chriſtus.

Strabus.

Veritas melius operando, quàm loquendo agnoſcitur.

106. Quarto D. Auguſt. ſerm. 40. de tempore. *Tene hoſpitem* , ait , *ſi vis agnoſcere Salvatorem , quod tulerat infidelitas , reddidit hoſpitalitas. Dominus enim præſentavit ſeipſum in fractione panis; diſcite , ubi Dominum quæratis diſcite ubi Dominum habeatis ; diſcite , ubi agnoſcatis.* Valde dure , & aſpere hos diſcipulos Dominus increpat in via, eiſque maximè auſterum ſe oſtendit & ubi domum ingrediuntur , & Dominus ſedet ad menſam , ac panis apponitur , ſtatim tota ſeveritas in eximiam benignitatem converſa eſt, ut detecto peregrini velamine ſui cognitionem ſimul cum communione ſui corporis eis præbeat ? O mira hoſpitalitatis vis ! O præpotens virtus ubi bonus Dominus diſcipulorum hoſpitalitatem eſt expertus , ſeveritate depoſita , omnis gratiarum fons aperitur , ut & Dominum cognoſcant , & inſuper ſacratiſſimo ſui corporis edulio reficiantur , ac recreentur : *Diſcite , ubi Dominum habeatis :* hoſpitalitatis gremio , cum omnium donorum copia habetur Dominus.

D. Auguſt.

Hoſpitalitas maximè allicit divinã bonitatem.

Quinto , D. Anaſtaſius Sinaita in examer. l. 10. *Ecce habes eſcam* , ait , *habes etiam per eſcam viſus recuperationem , & Dei cognitionem , quam per eſcam ignorarunt Protoplaſti.* Ibant hi duo diſcipuli maximè rudes , imperiti ac tardi ad credendum, unde eis dixit Chriſtus : *O ſtulti , & tardi ad credendum.* Ut ergo infirmitatem tantæ imperitiæ ac tarditatis , cœleſtis Medicus opportuno remedio excluderet , ac ſanaret frangendo dat eis cœleſtem panem quia ipſe in ſua Eccleſia majus pharmacum ad mentes hominum illuſtrandas non appoſuerat , & ideo , ut ipſe fregit panem, ſacram Euchariſtiam conſecrando , ſtatim & ipſi agnoverunt eum ; corde inflammati ſunt in charitate , & mente illuſtrati. D. Hilar. hom. 5. de Paſch. *Et quis panis Angelorum niſi Chriſtus qui eos cibo ſuæ charitatis , & lumine ſuæ claritatis exſatiavit.* 107.

D. Anaſtaſ.

Sacra Euchariſtia. mentem illuminat.

D. Hilar.

Poſtquam Chriſtus Dominus vera Dei ſapientia , domum ſibi ædificavit Eccleſiæ , vinum ſui ſanguinis miſcuit , corporiſque menſam appoſuit, deſtinavit ſervos , qui ſolos parvulos ad menſam vocarent. Ait Salomon Prov. 9. n. 3. *Miſit ancillas ſuas ut vocarent ad arcem : Si quis eſt parvulus veniat ad me.* Notandum , quòd non vocatur adultus, nec adoleſcens , *ſed ſi quis eſt parvulus* , ſi cœleſtis menſa paratur, cur ad illam non vocantur omnes, ſed ſignatè parvuli invitantur ? Utpote maximè indigentes cœleſti illuſtratione , quia utpote parvuli , imperiti , & inſipientes ſunt, & inde tales advocentur , ut ſacri muneris participatione , ſapientes, & periti reddantur. Cardinalis Hugo *Advocantur parvuli , ut ſapientes fiant.* Sacrum altare, ſchola eſt , homines ſancta percipientes , veræ ſapientiæ documentis imbuuntur , ac illuſtrantur. Vide multa de hac re hoc tom. l. 7. c. 7. n. 180. 181. 182. 183. & tom. 3. cap. 35. q. 21. n. 149. 150. 151. 108.

Proverb.

Euchariſtica menſa dat ſapientiam.

Hugo.

Luc. 24. *n.* 32. Et dixerunt ad invicem. Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis , dum loqueretur in via , & aperiret nobis Scripturas ?

Num. 33. Et ſurgentes, eadem hora regreſſi ſunt in Jeruſalem , & invenerunt congregatos undecim, & eos, qui cum illis erant.

Num. 34. Dicentes : quòd ſurrexit Dominus verè, & apparuit Simoni.

Num. 35. Et ipſi narrabant , quæ geſta erant in via : & quomodo cognoverunt eum in fractione panis.

VERSIONES.

Syriacus. num. 32. Et dicebant alter alteri: Nonne cor noſtrum ardebat in nobis ; dum colloqueretur nobis in via , & explicaret nobis ſcripturas ?

Arabicus. Et dicebat unus eorum ad alterum , nonne corda noſtra fuerunt ardentia in nobis , dum lo-

quereretur in via, & interpretaretur nobis Scripturas.

Euthym. Et dixerunt inter ſe: nonne cor noſtrum ardebat in nobis?

Origen. Cum reſeraret nobis Scripturas.

*Syriacus.n.*33. Et ſurrexerunt ea ipſa hora, & reverſi ſunt ad Jeruſalem.

*Num.*44. Dicentes: verè ſurrexit Dominus noſter.

Euthym. Eſt viſus eſt à Simone.

*Arabicus.n.*35. Et ipſi etiam loquebantur de his, quæ facta fuerant in via, & quomodo cognoverunt eum dum frangeret panem.

Syriacus. Quin etiam ipſi renuntiaverunt ea quæ contigerunt, & quomodo innotuit eis, dum frangeret panem.

Vatablus. Quomodo fuiſſet agnitus ipſis.

EXOSITIO VIII.

109. *Et dixerunt ad invicem:* Cum Dominus diſparuit inter ſe mutuò loquuntur jam magna lætitia profuſi; Dominus ſuos diſcipulos triſtes, ac mœſtos invenit, eos ingenti gaudio repletos reliquit. *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis?* Seu ut habet Græ-
Græc. cus: *Ardebat in nobis.* Euthym. *Incendebatur,*
Euthym. *ſaliebat, movebatur, ac vibrabat.* Sic exponen-
Origen. dum eſt; *Chriſti ſermones*, ut ait Orig. *Accendebant corda ad amorem divinum.* Ac proinde ex colloquio habito cum Chriſto, dicunt diſcipuli: *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis?* Cum enim ipſe loqueretur in via ſermonibus ejus corda noſtra erant inflammata, ita ut ipſamet corda pulſarent, & dicerent, quòd ille, qui loquebatur,
Theophyl. nullus alius erat, niſi ipſemet Jeſus. Theophilact. *Eo differente ſcripturas, percellebatur intrinſecus cor eorum, quòd ille, qui differebat, Dominus eſſet.* Chriſtus loquebatur exterius, ſed interius corda divino amore ſuccendebantur.

110. *Et ſurgentes eadem hora.* Illicò, nempe à menſa, & nondum finita cœna, *regreſſi ſunt in Jeruſalem.* Quamvis jam adveſperaſceret eaque hora pervolveretur in tenebras, tamen voluerunt in
Lyra. Emmaus pernoctare, ſed ut ait Lyra, fidei ardore mox veniunt in civitatem, ut iſta Apoſtolis nuntiarent, charitas enim de proximi utilitate valde ſollicita eſt. *Et invenerunt congregatos undecim.* Decem tantum erant, nam Thomas abſens erat, Judas ſe ſuſpenderat, tamen dicuntur undecim, quia collegium Apoſtolicum vocabatur tunc undecim virorum, ſicut conſilium quatuor, vel decem virorum, dicitur congregatum, etiam ſi unus, vel alter deſit, & *eos qui cum illis erant*, id eſt reliquos Chriſti diſcipulos qui Jeroſolymis aderant. Vel facilius dic; Quod quando hi duo diſcipuli advenerunt, erant undecim congregati, & ſimul cum eis Thomas; at cum hi duo diſcipuli de reſurrectione Magiſtri loquerentur, illorum dictis Thomas non acquieſcens diſceſſit; unde poſtea, quando Jeſus venit, & ſtetit in medio; *non erat cum eis Thomas.* Ut ſcribit Joan. 20. num.

111. *Dicentes, quòd ſurrexit Dominus verè, & apparuit Simoni.* Fœminæ Jeſum ſurrexiſſe nuntiaverunt, idque tum ex ſepulchro reſerato, tum ex Angeli teſtimonio probantes: nec tamen eis fides à diſcipulis datur. Apparet Jeſus Petro, eique id Magna auctoritas Petri.
aſſerenti fides præſtatur, quod maximè in laudem Petri, ac veritatis Prælati commendationem, ac efficaciorem teſtimonii comprobationem cedit, Cajetan. *Surrexit Dominus, verè, ait, Apoſtolis & diſcipulis mulieribus non credidere, ſed crediderunt Petro, dicunt, quòd ſurrexit Dominus verè, & apparuit Simoni.* Maximè lingua Prælati à mendacio debet eſſe aliena. Cur autem antè alios diſcipulos Chriſtus Petro apparuerit. Vide hoc libro c. 1. q. 18.

Et ipſi narrabant, quæ geſta erant in via. Hi duo 112.
diſcipuli omnia per ordinem referunt Apoſtolis, tam quæ in via, quàm quæ in menſa Cleophæ acciderant, *& quomodo cognoverunt eum in fractione panis:* Euchariſtici, ut ſuprà eſt expoſitum, cum communi ſententia.

QUÆSTIO XVIII.

Quare diſcipuli dicunt, quod in via dum Jeſus loqueretur, cor eorum ardens erat?

Cor eorum ardens fuiſſe in via dum Jeſus 113.
loqueretur, affirmant diſcipuli, non tamen explicant quanta ſuavitate ſint affecti, cum Eu- Suavitas Euchariſtiæ explicari non poteſt.
chariſtico ab illo paſti fuerunt pane, cum eum cognoverunt in panis fractione, & ſi deliciæ quæ ex Chriſti præſentia, ejuſque ſermonibus recipiuntur, dici queant, tamen quæ ex Euchariſtica menſa communicantur, minime dici, ac explicari poſſunt. Vide verbum Euchariſt. hoc tom. cap. 3.

Ad quæſtionem gemina ſolutio eſt, quam 114.
dixi in expoſitione ex Theophylact. *Eo differen-* Theophyl.
te, percellebatur cor eorum, quod ille, qui differebat, Dominus eſſet. Verba ſuum indicant auctorem. Acclamat ſponſa ad ſuum dilectum Jeſum: *Fac* Verba ſuum auctorem indicant.
me audire vocem tuam? Cantic 8. n. 13. in adventu Cant. 8.
Meſſiæ multa miraculoſa ſignata ſunt à Prophetis ad eum agnoſcendum. Iſai. 35. n. 5. *Tunc ape-* Iſai. 35.
rientur oculi cœcorum, & aures ſurdorum patebunt. Tunc ſaliet, ſicut cervus, claudus, & aperta erit lingua mutorum. At divina ſponſa nullum ex his ſignis, nullumque ex his miraculis poſtulat; ſed tantum vocem ejus; *fac me audire vocem tuam.* Divina ſponſa, utpote maximè inſtructa, ac erudita divinis eloquiis, optime ſciebat, quòd ſuus dilectus melius eſſet agnoſcendus per vocem quàm per quæcumque alia miracula, ac ſigna. Unde audita voce ejus ſtatim ſubdit ſponſa: *fuge dilecte mi aſſimilare capreæ hinnuloque cervorum.* Ac ſi dicat, ubi ego audivi vocem tuam, jam miniſterium tuum eſt abſolutum, jam curſum conſummaſti, ut à me cognoſcereris, cervi enim in morem, viam percurriſti, ideo revertere, & fuge. Huic adaptat Rupertus illud, Geneſ. 49. n 21. *Nephtali, cervus* Gen. 49.
emiſſus, dans eloquia pulchritudinis. Ut enim Chriſtus dedit pulcherrima eloquia ſtatim tanquam cervus emiſſus, totum ſuum curſum perfecit, ut eſſet cognitus ab univrſa Eccleſia Ruper- Rupert.
tus: *Cuncta, ait, ad Salvatorem referenda ſunt, cui veriſſime dictum eſt: Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. Qui tanquam cervus emiſſus, rem omnem brevi tempore confecit.* Unde ſponſa illi ait; *Revertere ſimilis eſto, dilecte mi, hinnulo cervorum:*

Secundo.

115. Drogo. Secundo Drogo, Hoſtienſ. lib. de ſacra paſſione. *Dum loquereris in via duobus diſcipulis, & nubes peregrina faciem tuam tegeret. Nonne, inquiunt, cor noſtrum ardens erat, dum loqueretur nobis in via? Ardebat nimirum intus columna ignis, quia foris columna nubis loquebatur ad eos.* Maximè ponderandum, quando hi duo diſcipuli ſe dicunt inflammatos corde à Jeſu, non quando ipſe panem frangens ſe manifeſtavit, ſed quando ſub peregrini forma, cum eis habebat ſermonem in via, & cur non magis eos inflammat in ſacri panis fractione, quàm cum in via, cum eis loquitur? In via erat occultus ſub forma peregrini, in panis fractione manifeſtus, & Deus quanto magis abſconditus, & occultus, tanto magis accendit & inflammat cor noſtrum. 4. Reg. 3. n. 5. *Apparuit autem Dominus Salomoni, per ſomnium nocte dicens: Poſtula à me.* Aderat Deus ut Salomonem multis bonis, ſapientia, prudentia, ac divitiis ditaret, cur non potius manifeſte, & patenter venit, ſed occulte, per ſomnium, ac nocte? Venerat Deus, ut daret Salomoni cor docile: *Dabis ſervo tuo cor docile, ut diſcernat inter bonum, & malum.* Ibidem num. 9. ut ergo Deus inflammaret Salomonis cor in docilitate, in veraque ſapientia, ac rectitudine, venit velatus caligine noctis ac ſomnii, quanto enim magis abſconditus, tanto magis ad accendendum humanum cor.

Quantò magis ſe Deus occultat tantò magis inflammat.

3. Reg. 3.

116. D. Gregor. Tertio. D. Gregor. homil. 30. in Evangel. *Exaudito ſermone, inardeſcit Dominus. Audire ei libet præcepta cœleſtia, & quos mandatis inſtruitur, quaſi tot facibus inflammatur.* Ait David Pſ. 118. n. 140. *Ignitum eloquium tuum vehementer.* Ibi D. Ambroſ. ſerm. 18. *Ignis, ait, hic, ſermo Chriſti eſt & bonus ignis, qui calefacere novit, neſcit exurere, niſi ſola peccata.* Unde in præſenti ait D. Auguſtin. ſerm. 140. de temp. *Nonne cor noſtrum ardens erat in via, cum aperiret nobis ſcripturas? Ardete; ne ardeatis igne, quo arſuri ſunt Dæmones, ardete igne charitatis, ut à dæmonibus vos diſcernatis. Ardor iſte ſurſum vos rapit, ſurſum tollit, in cœlum levat.*

Pſalm. 118. *Sermo Dei inflammat & peccata comburit.* D. Ambroſ. D. Auguſt.

117. Joan. 15. D. Ambr. Joan. 15. n. 3. ait Chriſtus Dominus. *Jam vos mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis.* D. Ambr. citatus Mundat ergo, ait, hic ignis: omnium conſumit errorem. Hoc igne urebatur rubus, & non exurebatur Exod. 3. n. 2. *Urit enim ſermo Divinus, ut corrigat conſcientiam peccatoris: non exurit, ut perdat.*

Cœleſtis ignis mundat. Exod. 3.

118. *Mittuntur juvenes Hebræi in medium fornacis ignis ardentis, & tamen non tetigit eos omnino ignis, neque contriſtavit, nec quidquam moleſtiæ intulit.* Daniel. 3. num. 50. unde ſic materialibus flammis evaſerunt? ardebat cor eorum in Dei amore, unde iniqui regis mandata contempſerunt, & in Dei laudes aperto ore cantica reſonabant, ignis ergo internus exſufflavit, ut ſanctos juvenes, nec attingeret, nec contriſtaret. Citatus Divus Ambroſius: *Hic ignis, ſcilicet internus ait, extinguere materialium ſæva flammarum conſuevit incendia. Denique Hebræi, hoc igne ſuccenſi, fornacis ardentis vaporem, nec timere, nec ſentire potuerunt.*

Ignis internus externum extinguit. D. Ambr.

CAPUT IV.

Diſcipuli congregati.

Luc. 24. *n.* 36. Dum autem hæc loquerentur, ſtetit Jeſus in medio eorum, & dixit eis: Pax vobis: ego ſum, nolite timere.

Num. 37. Conturbati verò, & conterriti, exiſtimarunt ſpiritum videre.

VERSIONES.

Pagnin n. 36. Stetit Jeſus ipſe.

Syriacus. Jeſus aſtitit inter eos, & dixit eis: Pax vobiſcum: Ego ſum, ne timeatis.

Arabicus. Ego ſum, ne timeatis.

Syriacus n. 37. At ipſi perterrebantur, & expaveſcebant; putabant enim ſe ſpiritum videre.

Vatablus. Expavefacti verò & perterriti.

Cajetanus. Stupefacti verò exiſtimant.

Arias. Conterriri facti ſunt.

ALTER TEXTUS.

Joan. 20. *n.* 19. Cum ergo ſerò eſſet die illo, una ſabbatorum, & fores eſſent clauſæ, ubi erant diſcipuli congregati, propter metum Judæorum, venit Jeſus, & ſtetit in medio, & dixit eis Pax vobis.

EXPOSITIO I.

DUM autem hæc loquebantur. Diſcipuli, qui advenerant ex Caſtello Emmaus, & narrarent, quomodo Jeſum cognoverint in fractione panis *Stetit Jeſus:* Subitò ac inopinatò, ac ſi non aliunde veniſſet, uſus dote agilitatis, viſibili modo præſentem eis ſe exhibuit, non quaſi ſedens pro ſua majeſtate, ſed ut ſtans pro noſtro auxilio, ut diſcipulorum timori, ac fragilitati ſubveniret. *In medio eorum.* Ut eſſet omnibus conſpicuus, ait Euthym. Apte Carthuſ. *Ad litteram, ut ab omnibus melius videretur, & audiretur, ſeque monſtraret eſſe eundem, qui ante paſſionem in medio eorum conſiſtere ſolitus erat. Spiritualiter, ut humilitatem commendaret, & virtutum magiſtrum ſe eſſe oſtenderet. Nam virtus conſiſtit in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat.* Et iterum ut dicitur Matth. 10. *Ubi ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Et ait illis: *Pax vobis.* Hæc erat Hæbræor. uſitata ſalutatio; ſub nomine pacis omne bonum ac ſalutarem proſperitatem precabantur. Ego ſum Jeſus Nazarenus Magiſter veſter, quem ex forma, & voce cognoſcitis. D. Chryſol. ſerm. 81. *Ego ſum, qui vos per gratiam vocavi, elegi per veniam, pietate ſuſtinui, portavi charitate, &* 1.

Euthym. Carthuſ. Matth. 10. D. Chryſol.

modò cum filium recipit: Et inde eos non arguit, quòd paſſionis tempore fugerint, vel quòd teſtibus reſurrectionis non crediderint, ſed multa dona largitur, aperiens ſenſum ad ſcripturas, dans
Syriacus. Spiritum ſanctum: *Nolite timere.* Syriacus? *Ne timeatis.* Me ſervatore, ac cuſtode, nihil mali à vobis timendum eſt.

2. *Conturbati verò, & conterriti*: Seu obſtupefacti; nam domus erat ſepta parietibus, & januæ clauſæ erant, & nulla apertura facta, Jeſus ſtetit in medio eorum, ac proinde quamvis vox fuerit ſalutaris: *Pax vobis* tamen ex ſubitanea apparitio-
D. Ambroſ. ne conturbati ſunt. D. Ambroſ. in Luc. *Et ſi Petrus de Reſurrectione crediderat, turbari tamen potuit; cum videret, quòd ſe Dominus in ea, quæ veſtibulis obſeratis, & obſtructis erant, ſepta parietibus improviſus infunderet.* Textus: *Exiſtimabant ſe ſpiritum videre.* Vel ipſius Jeſu, vel alicujus Angeli, ſumpta effigie corporis Jeſu apparenter.

3. *Cùm ſero eſſet die illo.* Eandem hiſtoriam narrat Joannes, ac Lucas; quamvis non eodem modo; præteriit enim Joannes aliqua, quæ ſcribit Lucas. Similiter Lucas nonnulla tacet quæ Joannes memoriæ prodit. Ait ergo: *cum ſerò eſſet.* Cùm ſerum eſſet diei, & ſub veſperi, & jam dies inclinaret in noctem. *Et cur hac hora? quoniam credi-*
D. Chryoſt. *bile eſt, eos magis formidare*; ait Chryſoſt. *Una ſabbatorum.* Ideſt prima die hebdomadæ, ut eſt explicatum; hoc lib. cap. 1. expoſit. 1. Ipſa enim die Dominica, qua Dominus reſurrexit, ipſis
Nonnus. diſcipulis congregatis apparuit. *Et fores eſſent clauſæ.* Nonnus *Cùm immoti, ac firmi vectes concluſiſſent fores.* Ut ſolet fieri ſub veſperi. Cætera ex ſuperiori Luc. expoſitione patent.

QUÆSTIO I.

Qualiter Chriſtus diſcipulis congregatis apparuerit, ut eum ſpiritum exiſtimarent?

4. CHristus D. tam improviſus, veluti ſpiritus per agilitatis, & etiam penetrabilitatis dotem, januis clauſis apparuit diſcipulis, & abiit, illóſque requirit, ut diſcipuli intelligerent, ſe jam habere alium ſtatum glorioſum, neque cum illis eſſe jam verſaturum, ut ante paſſionem verſatus fuerat: Sed dices, ſi dum ſubitò Jeſus eſt ingreſſus, diſcipulis oſtendit dotem agilitatis, & dum januis clauſis dotem penetrabilitatis
D. Auguſt. cur etiam eis non oſtendit dotem claritatis, qua
Divinus Princeps non ſuæ majeſtati, ſed ſuorum infirmitati ſe necommodat. glorioſus reſurrexit? Reſpondet D. Aug. l. 13. de civit. cap. 20. *Quia eam ferre non potuiſſent diſcipuli, ut in transfiguratione.* Ac proinde non ſuæ majeſtati, ſed eorum infirmitati, ſe accommodavit Divinus Princeps Unde ait Noſter D. Cyrillus in Joan. *Dominus non in ſui debita corporis gloria: ſed in prima figura cernebatur, ne alind corpus reſurrexiſſe putares.*

5. Quæres an Chriſtus nudus apparuerit diſcipulis, vel veſtitus.

6. Abulenſ. Paradox 5. c. 34. exiſtimat, nudum ap-
Abulenſ. *Ex ſtimat, quod nudus apparuerit.* paruiſſe. *Corpus Chriſti*, ait, *in reſurrectione maximam omnium corporum cepit pulchritudinem, ita ut in tota rerum univerſitate, nulla ei poſſit adæquari pulchritudo. Hoc dato, rationabilius erat, tam admirandam pulchritudinem aſpicientium oculis cernendum dari, quàm veſtibus opertam fore; unde poſt reſurrectionem corpus Domini nudum apparuit.*

D. verò Anſelmus in Lucidario, ait, *Tali forma* 7.
viderunt Chriſtum diſcipuli, ut eum conſueverant D. Anſelm.
ante videre, veſtes ex aëre aſſumpſerat, quo aſcendente, ex aëre evanuerunt. D. etiam Cyrillus hoc D. Cyrill.
loco in Joan, ait: *Latus Dominus denudavit, & manus clavis perforatas oſtendit.* Ergo ſi Dominus latus denudavit, ex mente D. Cyrilli veſtitus erat? D. Bonavent. in meditationibus vitæ Chriſti cap. 87. ait; apparuiſſe in veſtibus albiſſimis, & *Indutus Chriſtus veſtibus albiſſimis apparuit.*
hoc probabilius, ſive ex aëre ſive ex alia materia D. Bonav.
compoſitæ; illis enim potuit ſuum maximum ſplendorem oſtendere, ſicut & in monte Thabor, cum transfiguratus eſt.

Quæres tertio. Quomodo Apoſtoli videntes 8.
Jeſum putaverunt Spiritum; vel ipſiuſmet Chriſti, ut ſtatim ex Beda referam, vel alicujus Angeli ut dixi in expoſitione. Secundo & quamvis ipſe dixiſſet. *Ego ſum*: tamen præ gaudio, ſuum videre Magiſtrum, non credebant, & mirabantur & præ exultatione, veluti ſomniantes tantum bonum; *Res valde optata, præ gaudio, ut ſomnium exiſtimatur.*
juxta illud Pſalm. 125. n. 1. *In convertendo Domi-* Pſal. 25.
nus captivitatem Sion facti ſumus, ſicut conſolati, Hebraic Chaldaic. *facti ſumus, ſicut ſomniantes. Videbantur, tantum bonum libertatis ſuæ ſomniare.*

Tertiò Spiritus imperceptibilis eſt ſenſu cor- 9.
poreo: quomodo ergo in hanc cogitationem potuerunt Apoſtoli devenire, ut ſibi perſuaderent, Spiritum oculis corporeis videre; facilius enim erat credere, ſuum magiſtrum à mortuis reſurrexiſſe, quàm ſe corporeo aſpectu incorporeum Spiritum attingere: præcipuè cum ipſi cuperent ſui magiſtri reſurrectionem tertia die: ſic cæcutit humana mens ad alienam gloriam, ut potiùs ſibi perſuadeat id impoſſibile, obtutu nempe corporeo cernere Spiritum, quam tantam gloriam in alio eſſe exiſtimare, & ideò diſcipuli, cum adhuc eſſent rudes, & imperfecti, ſatius putant, ſe Spiritum oculis materialibus aſpicere, quàm excellentiſſimam feſtivæ Reſurrectionis gloriam in alio homine venerari. Beda. *Diſcipuli*, ait, *noverant*, Beda. *Aliena gloria incredibilis eſt homini.*
Chriſtum verum hominem, cum quo tanto tempore, fuerant converſati; ſed poſtquam mortuus eſt, non credunt, tertia die potuiſſe veram carnem de ſepulchro reſurgere: putant ergo ſe videre ſpiritum, quem emiſit in paſſione, Expende verba: *Non credunt, tertia die potuiſſe reſurgere, putant ergo ſe videre Spiritum.* 10.

Audiens Herodes, natum Regem Judæorum: ſcripturas conſulit, dictumque eſt à Sapientibus: *Tu Bethleem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda: ex te exiet dux qui reget populum meum Iſraël.* Quo audito, miſit Herodes Ma- Matth. 22.
gos in Bethleem, ut ad eum redirent, quod minime ipſi præſtiterunt. *Tunc Herodes videns, quòd illuſus eſſet à Magis, iratus eſt valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem.* Matt. 2. num. 16. Duo dicebant ſcripturæ: primum: *Inſipiens putat, poſſe irritum Dei decretum facere.*
locum nativitatis, ſecundum egredientem Ducem regnaturum: Herodes firmiter credit locum nativitatis alium non poſſe eſſe, niſi prædictum, eodem & modo ducem regnaturum debebat credere: impoſſibile enim erat, Dei decretum fruſtrari. Quomodo ergo, cum ſintentat Herodes perdere? Maximè hebetatur mens humana in alieno decore, & inde Herodes, quamvis impoſſibile eſſet, apprehendit, ut factibile, poſſe Dei decretum fruſtrari, ne in alio tanti regni gloriam agnoſceret. D. Chryſoſt. in Imperfect. homil. 2.

homil. 2. in Matth. *Si credis Herodes, verum eſſe, quod dictum eſt de puero, & de ſtella ejus; quare ſine cauſa inſanis in pueros? Nunquid potes tu mutare ſententiam Dei, aut perdere illum quem Deus defendit? ſed quid mirum, ſi Herodes homo iniquus putabat, ſe poſſe mutare conſilium Dei? quia zelus ſapere neſcit, & ira non poteſt habere conſilium.* Expende verbum: *Zelus ſapere neſcit*

11. Matth. 4. Accedit tentator ad Jeſum, & dicebat: *Si filius Dei es, dic, ut lapides iſti panes fiant.* Matth. 4. num. 3 Veluti quandam rem parvulam poſtulabat Diabolus, quod ſe Dei filius declararet, & nihilominus repulſam patitur, cum poſtulata Divinitatis declaratio proficua fuiſſet orbi terrarum. D. Cyprian. ſerm. de jejunio, & tentat. *Nec opus erat*, ait, *ut hoc facto inſidiatori innoteſceret; quia nullo ſigno, ejus poterat invidia commutari.* Poſtulatum ſignum Dominus diabolo non concedit, nam inimici invidioſus affectus, potius crederet illud miraculum non eſſe, quàm quòd Chriſtus Dei filius eſſet; quia nullo ſigno, ejus poterat invidia commutari.

Invidus miraculis non quieſcit. D. Cyprian.

QUÆSTIO II.

Quare Chriſtus Dominus Magdalenæ, ut hortulanus, diſcipulis in Emmaus, ut peregrinus apparuit; diſcipulis verò congregatis, manifeſta, & aperta facie, dicens, Ego ſum.

12. CHRISTUS D. in hac ſacratiſſima Reſurrectionis die apparuit diſcipulis euntibus in Emmaus, ſub ſpecie peregrini, & Magdalenæ cum hortulani forma ſe exhibuit, & ipſi volenti eum amplecti, dixit: *noli me tangere:* Joan. 20. n. 27. At verò modo his diſcipulis congregatis aperta & manifeſta facie ſe præbet Jeſus, dicens: *Ego ſum* ſuique notiſſimam facit evidentiam, dicens: *Videte manus meas, & pedes, quia ego ipſe ſum, palpate, & videte, quia Spiritus carnem, & oſſa non habet.* Unde tanta diſcriminis ratio, inquirit præſens quæſtio?

Joan. 20.

13. Reſpondeo, quòd Magdalenæ, ut hortulanus, Emmauntis, ut peregrinus ſe Dominus oſtendit; hos particulares favores uni, vel duobus factos dicebat: inde illos diſſimulata facie, mutato habitu Chriſtus concedit; at verò modo, coram omnibus diſcipulis ſe in medio eorum præſentat, ſuique admirabilem intuitionem exhibet, tanquam omnium Dominus; cum privata, ac particularia dona permittit, commutata facie peregrini, vel hortulani prodiit; at verò, cum communia beneficia in omnes largitur, ac diffundit, tanquam quòd de illis glorietur patenter ſe exhibet, & declarat, aperta voce de ſe publicat: *Ego ſum*, ad ſuique majorem evidentiam manus, & pedes offert.

Particulares favores Dominus occulte, cõmunes manifeſte Dominus facit.

14. Matth. 17. Poſtquam Chriſtus D. coram tribus Apoſtolis, Petro, Joanne, ac Jacobo, transfiguratus eſt in monte deſcendens cum illis præcepit eis: *Nemini dixeritis viſionem, donec filius hominis à mortuis reſurgat.* Matth. 17. n. 9. & cur Chriſtus D. noluit, tantam ejus gloriam evulgari, cum teſtimonio Patris corrobotatam: *Hic eſt filius meus dilectus?* Chriſtus tot, tantáque miracula operabatur in mundo, ut divinitas ejus nota fieret, & ad hanc manifeſtandam, quid magis conducere poterat, quàm tantæ gloriæ teſtimonium ſimul cum voce Patris audita? noluit tamen, eam publicari, quia non omnibus, ſed aliquibus peculiaribus, manifeſtata eſt viſio, ut ponderat D Damaſcen. apud Caten. in c. 9. Luc. *Hoc præcepit Dominus*, ait, *ſciens, diſcipulos adhuc imperfectos: ne corda aliorum, qui non viderant, ſubverterentur.* Vetat, viſionem propalari, quia ad peculiares facta eſt; ſed adhuc majus inſurgit dubium. Cur poſt reſurrectionem declaranda eſt viſio? tunc enim adhuc idem inconveniens perſeverabat. Poſtquam Dominus glorioſè reſurrexit, omnibus diſcipulis ſe exhibuit, oſtendens illis ſui corporis gloriam plenam ſupernaturalibus dotibus, inde ordinat ſui ſplendorem viſum in monte dici, ac prædicari, quandiu enim notitia gloriæ ſui corporis peculiaribus eſt communicata, non patitur, illam narrari: ſecus verò, cum talis notitia omnibus jam eſt communis: tunc præcipit, ac diſponit, ut annuntietur, ac aperta voce proclametur.

D. Damaſc.

Dei dona, ut peculiaria abſcondenda; ut communia evulganda.

Optimo jure de donis peculiaribus quodammodò verecundatur Deus illaque refugit: de communibus verò maximè gloriatur. Nam ſicut bona particularia, ſunt propria hominis, ſic & communia, ipſius Dei. Maximè ponderandum quòd poſtquam Iſaac benedixit Jacob, multis recuſat, dare benedictionem Eſaii. *Benedixi ei eritque benedictus:* illa benedictione impenſa Jacob omnes benedictiones exhauſtæ ſunt; cur eadem non reperitur, ut duo filii ſimul benedicantur; & inſtantia eſt manifeſta, nam Jacob ſimul benedixit duos nepotes ſuos Ephraim, & Manaſſen. *Benedixitque Jacob filiis Joſeph.* Cur ergo Iſaac tam tenaciter recuſat, duobus filiis benedictionem impendere, cum Jacob tam largiter nepotibus concedat? Pondera utramque benedictionem & rationem deprehendes. Iſaac nomine ſuo largitur benedictionem: *Benedicat tibi anima mea* Gen. 27. num. 4. At vero Jacob Dei nomine impartitur. *Deus in cujus conſpectu ambulaverunt Patres mei benedicat pueris iſtis.* Gen. 48. num. 15. Benedictio Iſaac, cum eſſet data nomine hominis: *Benedicat tibi anima mea*, non poterat, in multos diffundi, ſed in uno coarctabatur: at vero Jacob, cum Dei nomine: *Deus in cujus conſpectu.* Lippoman. *Non ſuo nomine benedicit, ſed Dei, cujus invocat bonitatem.* Et inde cum nepotes benedictione condecorat, non in uno terminatur, ſed in multos diffunditur.

15.

Mundana bona limitata, Dei vero larga & in multos diffuſa.

Geneſ. 27.

Geneſ. 48.

Lippoman.

QUÆSTIO III.

Quare in die Nativitatis, Pax annuntiatur hominibus per Angelum; his verò diſcipulis congregatis, non per Angelum ſed per ipſum Dominum.

PER pacem omne bonum, omnem felicitatem precari, jam dixi in expoſitione, & hac uſus eſt hic Chriſtus ex triplici cauſa Prima ut ſua conſueta voce utens facilius agnoſceretur: ſub mortem, ut ex Chryſoſt. notat Euthymius pacem diſcipulis nominatim dederat, & reliquerat. Joan. 14. num. 27. mox à morte rediens, pacem eis precatur, ut ſcirent eum eſſe, qui pacem eis perpetuò optaret. Secunda, ut mederetur timori, quo noverat diſcipulos eſſe correptos D. 16.

Chryſoſt.

D.Chryſoſt. Chriſoſt. citatus : *Simul & voce fluctuantem animum confirmavit, inquiens, Pax vobis, hoc eſt, nolite perturbari.* Non enim vobis adſum, ut triſtitiam, & angorem ingeram, ſed fauſta, & proſpera vobis affero. Sic Angelus Gedeoni: Judic. 6. n. 23. *Pax tecum, ne timeas non morieris.* Tertia cauſa, ut Chriſtus D. ſuis diſcipulis ſignificaret fructum mortis, & paſſionis ac reſurrectionis ſuæ, devictis humani generis inimicis, qui fructus eſt pax cum Deo, & hominibus; à Deo parata eſt vera Pax, quæ eſt ſalus æterna. Idem Chriſoſt. Moleſtias omnes diſſolvens, crucis merita colligit quæ ſunt pax; quoniam omnia ſublata ſunt impedimenta, & trophæum, clariſſimum ſtatuit, & omnia meliora facta ſunt.

Judic. 6.

Ex triplici cauſa Chriſtus dat pacem.

17. Præſens quæſtio inquirit, Cur Pax hic datur per Chriſtum, & non potius per Angelum: ſicut enim in nativitatis nocte, Angeli annuntiaverunt: Domini nativitatem, & ſimul hominibus pacem *Et in terra pax hominibus.* Luc. 2. n. 14. Cui ſimiliter Angeli annuntiantes, Domini reſurrectionem; Matth. 58. n 6. Marc. 16 n. 6. non hominibus pacem annuntiant, ſed modo Chriſtus hoc ſibi reſervat?

Luc. 2. Difficultas quæſtionis.

18. Reſpondeo primò. In nocte nativitatis erat meus Jeſus infantulus recens natus, & ut ætati ſerviret non ipſe annuntiat pacem, ſed hoc ſuis Angelis committit, at vero modo in reſurrectione, cum jam eſſet vir in ætate perfecta, tantum bonum pacis dicere, non alteri concedit, ſed ipſe ſibi aſſumit.

19. Secundo. D. Chryſol. ſerm 84. *Quid repetita pacis largitas iſta manifeſtat? niſi quod quietem vult inter eos repetitæ pacis donatione ſervari? Ut & arrogantis jactantiam, tumoremque reſecaret, & ejus qui infirmus fuerat ſanaret, & excluderet paſſiones, imperio pacis ſuæ bella naſcitura compreſſit. Petrus negat, Joannes fugit, Thomas dubitat, cuncti relinquunt, quibus niſi pacem ſuam Chriſtus dediſſet; & Petrus, qui primus eſt omnium, putaretur inferior, & ſequenti indebitè forſitan extolleretur adverſus primum.* Et ſi cum naſcitur Chriſtus, ejus nativitas, ac pax ab Angelis annuntietur: tamen poſt ejus nativitatem, ac prædicationem, exorta erat inter diſcipulos contentio de primatu, ac majoratu: *quis eorum videretur eſſe major?* talibus autem contentionibus (ne ſerpant) pax, & medicina à ſolo Deo venit. Expende: *Niſi pacem ſuam Chriſtus dediſſet*: ſolus enim Chriſtus Dei Filius eam pacem exhibere valet, quæ componat, ac reprimat contentiones, ac alterationes de primatu.

D. Chryſol.

Solus Deus dare poteſt medelam contentionibus de primatu.

20. In illa magna contentione de primatu exorta è Core, Dathan, & Abiron ſapienter Moyſes, nec illi obſiſtit, nec rem vult determinare, ſed unum tantum petit; ut cauſa ad Deum deferatur. *Hauſto cras igne, ponite deſuper Thymiama coram Domino; & quemcumque elegerit, ipſe erit Sanctus.* Numer. 16. num. 9. & cur Moyſes non vult hanc rem per ſe definire: nam Moyſes cauſas populi judicabat Exod. 18. n. 23. & 25. delinquentes, ut idololatras vitulum adorantes, punivit. Exod 32. n. 28. Cur in hos ſeditioſos non animadvertit? cur hanc cauſam prolata ſententia non determinat? magni principis erat, cauſas populi judicare, idololatras Dei majeſtatem denegantes, mortis pœna afficere; ac ſeditiones, & contentiones de primatu, unius ſolius eſt Dei, ſedare, reprimere, ac compeſcere; & ideo ad Deum, ut ad certum, ac unicum remedium confugit Moyſes.

Num. 16.

Exod. 18.

Exod. 32.

QUÆSTIO IV.

Quare in privatis apparitionibus Chriſtus Dom. non dat pacem, ut modò his diſcipulis congregatis?

21. Congregati erant diſcipuli: magna perſecutio commota à Judæis in Chriſti diſcipulos, eos cogebat in unum congregari, ac adunari: & quò magis hoſtium rabies furebat, eò arctiori, ac ſtrictiori charitatis vinculo ſeſe conſtringebant diſcipuli. Ait Paulus ſalutans Rom. 16. n. 7. *Andronicum, & Juliam cognatos & concaptivos meos.* Ac ſi ipſa captivitas maxime inſerviret ad mutuam, charitatem, ac amorem, nullum enim arctioris cognationis, ac amoris vinculum invenitur, quàm illud, quod exoritur ex ſimultanea captivitate, ac labore, ut de Paulo, & Joanne martyribus canit Eccleſia: *Quos eadem fides, & paſſio, vere fecit eſſe germanos.*

Perſecutio, ac diverſitas unitatem parit.

Rom. 16.

22. Quæſtio tamen, quæ eſt excitata à D. Laurentio Juſtiniano lib. de Chriſti agone cap 26. inquirit: Cur cum Magdalena ſepulchro adhærens, videt D. Magiſtrum. Joan. 20. num. 18. Vident & aliæ mulieres. quibus ipſe dixit: *Avete.* Matth. 28. n. 9. Videt & Magiſtrum Petrus, quod referunt reliqui apud Luc. 24 n 4. *Apparuit Simoni.* Vident & alii in menſa Emmaus, ubi Dominus panem fregit: Luc. 24 num 31. his omnibus tamen pacem non precatur, nec dixit: Pax vobis, ut his diſcipulis congregatis? Cur ergo his ſimul congregatis dat pacem, non verò illis in particularibus apparitionibus.

D Laur. Juſt. Joan. 20. Matth. 28.

Luc. 23. Difficultas quæſtionis.

23. Reſpondeo: Per pacem intelligit Divinus Magiſter omne bonum, ac proſperitatem, inde eam non dat privatis allocutionibus, ſed communibus, quia bona ſua ad privatos non coarctabat, ſed in omnes diffundebat: factoque docet D. Magiſter bonum eſſe omnibus communicandum: alienum eſt à perfecto Magiſtro, etiam brevi morula, unos admittere, & alios rejicere: ac proinde ſi illis privatis dediſſet pacem, videretur, illis dare omne bonum, ad quod nondum alii aſſumebantur, quod invidiæ poterat eſſe fomentum. Sic ait D Laurent Juſtin. *Propterea ne tollendæ pacis materiam Diabolus inveniret, quemadmodum & prioribus, ita & reliquis voluit apparere.*

Bonum omnibus communicandū.

24. Admirabili veſte, multa varietate compoſita, ornabatur Hebræus Pontifex, quando adibat Dei aram, ac ingrediebatur ſancta ſanctorum, ut pro univerſo populo Deum oraret. In hacque veſte erat cœlum, & terra, Ut dicitur Sap. 18. num. 2. *In veſte enim poderis totus erat orbis terrarum* Ut expendunt Joſeph. lib. 3. Antiq. cap. 8. n 11. Philo. lib. 3. de Moyſe & lib. 2. de Monarch. D. Hieron. Epiſt. 128. ad Fabiolam Clemens Alex. lib. 5. ſtromat. c. 3. Arnold. tract. de ſeptem verb. Dicuntque cælum hyacintho, mare, purpura, ignem cocco, terram byſſo denotari. Hac tam mirabili veſte adibat Pontifex ad aram, ut preces funderet: *Veſtietur ea Aaron, quando ingreditur, & egreditur ſanctuarium.* Exod. 26. num. 35. & recte quidem totum orbem deferebat in veſte, ne Pontifex privatim pro amico ageret, ſed publice pro univerſo cœtu. Philo. lib. 3. de Monarch. *Judæus Pontifex*, ait, *non ſolum pro humano genere, verum etiam pro naturæ partibus precatur, & gratias agit.* Nullus affectus privatus ſit in Pontifice, ſed totus

Sapient. 17. Joſeph. Philo. D. Hieron. Clem. Alex. Arnold.

Exod. 28.

In præfecto non ſit privatus affectus.

tus communis ad univerſos. Vide ſupra lib. 7. c. 5. n. 276. 277. 278. & c. 18 n. 18. 19. 20.

QUÆSTIO V.

Quare Chriſtus D. reſurgens à mortuis, dat pacem ſuis diſcipulis, oſtendens eis ſimul latus, & manus?

25. *Jeſus dat pacem ore, corde, ac manibus.* SCribit D. Joan. c. 20. *Venit Jeſus, & ſtetit in medio, & dixit eis: pax vobis, & cum hoc dixiſſet: oſtendit eis manus, & latus.* Magno cum myſterio dans pacem ore, ſimul latus, & manus præbet, ut denotaret, quòd pacem, quam ore dabat, etiam corde, ac manibus, ſeu operibus conferebat, ſe manifeſtans eundem eſſe verbis, corde, ac rebus, & quòd verba ejus, cor, & opera optimo conſenſu in idem convenirent, apud Lucam dicitur: *Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipſe ſum.* Non alius verbis, alius corde, & alius rebus. *Nec pacem, quomodo mundus, ego do vobis.*
Joan. 14. Joan. 14. n. 27. Mundus quippe ad inſtar Judæ, pacem oris oſculo dat; corde, & manibus inſidioſè tradit. At verò Jeſus pacem corde, ore, ac manibus
D. Chryſol. reddit, ex quo eleganter D. Chryſol. ſerm. 31. Chriſti divinitatem, & Phariſæorum malignitatem ponderat: *Hinc eſt,* ait, *quòd Chriſtus virtutum iux agebat liberè, loquebatur purè, præſtabat ut Deus, patiebatur ut parcus, ut Dominus arguebat, judæi verò, viperinum germen, & ſubmittebant capita, adulabantur lingua, vulnera dabant dolis, blaſphemiis,* &c.

26. Hoc ſimpliciſſimum ingenium, ac divinum candorem Deus in filiis ſuis adoptivis inſpirare voluit. Baptizatur Jeſus in Jordane à Joanne: *Et vidit Spiritum Dei deſcendentem, ſicut columbam, &*
Matth. 3. *venientem ſuper ſe.* Matth. 3. n. 16. Cur hic in Baptiſmo apparet Spiritus ſanctus, & tam exactè exprimitur ſub qua figura deſcendit, ſicut nempe columba deſcendens? in exordio rerum dicitur, quòd
Geneſ. 1. Spiritus Domini *ferebatur ſuper aquas.* Gen. 1. n. 2. non tamen declaratur, ſub qua forma; Modo in Jordane Eccleſiæ regeneratio, & fidelium per baptiſmum ortus, ac nativitas ſignificabatur, & quia in ipſis regeneratis Deus omnino omnimodam ſimplicitatem requirebat, ſine ſimulatione, dolo, ac fictione, hinc Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ ſe præbet, quæ ſi exteriùs ob niveum candorem quandam mitiſſimam ſimplicitatem proponit, ſic & interiùs felle, ac bilis amaritudine caret, & ſicut interiùs nulla eſt duplicitatis ruga,
Exterius ab interioribus non diſcrepet. ſic & exterius nil vafrum, ac doloſum apparet, non enim in ea diſcrepat interiùs ab exteriori, ſed optimo ordine ſibi conſonant, D. Paſchaſ. lib. 2. in
D. Paſchaſ. Matth. *Quia columba,* ait, *fel non habet, patenter inſinuat, quòd in felle amaritudinis eſſe non debet, quiſquis ad hanc gratiam venire devotus exoptat: ſed ſimplicitatem, atque innocentiam, quam de ſe videntibus exhibet, animo retinere, atque moribus conſpicientibus ſe in faciem ſimplicitatem vitæ repræſentare.*

27. Videt Ezechiel currum admirabili ſtructura,
Ezech. 1. de quo ait c. 1. n. 16. *Aſpectus earum, & opera, quaſi ſit rota in medio rotæ.* Nihil exteriora ab interioribus diſcrepabant, ſed optimè proportionabantur;
Exterius interiori aſſimiletur. nam ſicut aſpectus exterior prodibat, ita & opera interiora erant ſicut & rota rotæ aſſimilatur, eique adaptatur: *Quaſi ſit rota in medio rotæ.* Sicut rota, quæ eſt in medio rotæ, exteriori correſpondet, & rota exterior interiori, ſic & aſpectus exterior cum interioribus operibus adæquabatur, ita ut minimè ab illis diſcederet. Galfrid. in Allegor. Tilm. *Si* Galfridus.
ergo aſpectus, ait, *velut ſit rota in medio rotæ ad fugiendam diſſimulationem: ſint & opera ad evitandam ſimulationem. Quidam enim diſſimulant, quod ſentiunt, & non habent aſpectum, quidam vero ſimulant, quod non ſunt, ſed opera non inveniuntur in eis.*

Luc. 24. *n.* 38. Et dixit eis: quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt in corda veſtra?

Num. 39. Videte manus meas, & pedes, quia ego ipſe ſum, palpate, & videte, quia Spiritus carnem, & oſſa non habet, ſicut me videtis habere.

Num. 40. Et cum hoc dixiſſet, oſtendit eis manus, & pedes.

VERSIONES.

Syriac. n. 38. Dixit eis Jeſus; quid commovemini, & quare aſcendunt cogitationes.

Origenes. Et ratiocinia aſcendunt in corda veſtra?

Vatablus. Et quare cogitationes exurgunt in cordibus veſtris?

Arabicus. Et quare cogitationes veniunt?

Syriac. Vatabl. Pagn. n. 39. Aſpicite manus meas, & pedes meos, quia ego ipſe ſum, contrectate me, & aſpicite, quia Spiritus, &c.

Euthym. n. 40. Et hoc dicto, demonſtravit eis manus, & pedes.

Arabic. Syriac. Oſtendit eis manus ſuas, pedéſque ſuos.

ALTER TEXTUS.

Joan. 20. *n.* 20. Et cum hoc dixiſſet, oſtendit eis manus, & latus; gaviſi ſunt ergo diſcipuli, viſo Domino.

EXPOSITIO II.

ET *dixit eis Jeſus: quid turbati eſtis?* Formidoloſi nempe, & pavidi Cum maximè eſſet gaudendum, ac congratulandum tam vobis, quàm mihi. *Et cogi-* 28. Syriacus.
tationes: ſeu ut habent Syriac. Arabic. *quare co-* Arabicus.
gitationes, variæ, & diverſæ, *falſæ, & pernicioſæ* Beda. Euthym.
contra Chriſti reſurrectionem, ait Beda: & his, ut Theophyl.
rectè dicunt Euth. Theoph. Titus, *ſe oſtendit* Titus.
Chriſtus cordium cognitorem, & ſubdit, *aſcendunt* D. Auguſt.
in corda veſtra. Vatabl. Exurgunt, ſeu ſubeunt in corda veſtra. D. Auguſtinus ſerm. 69. de diverſis: *Cogitationes iſtæ,* ait, *terrenæ ſunt, ſi enim cæleſtes eſſent, deſcenderent in cor, non aſcenderent.* Nam ut, ait Beda: *ea, quæ Deus infundit, dicuntur deſcendere: ea quæ contra Deum ſunt, dicuntur aſcendere.* Unde Lucifer ſuperba cogitatione Deum impugnaturus, dicebat: *In cœlum conſcendam.* Iſai. 14. n. 13. *Venit,* ſeu *aſcendit muſca graviſſima.* Iſai. 14.
Exod. 8. n. 24 à pulvere nempe terræ, muſca valdè le- Exod. 8.
vis, & quomodo graviſſima? Per muſcas intelligũtur

D. Gregor. cogitationes terrenæ, quæ gravant, & perimunt animam. D.Greg.l.18.Moral.c.28.*Ægyptus muſcis percutitur, muſcæ perdunt ſuavitatem odoris, quia cogitationes ſuperfluæ perdunt* Animam ſcilicet.

29. *Videte manus meas, & pedes:* Si non ſufficit vobis faciem videre, ac effigiem;videte manus,& pedes, ac juxta Joannem *latus*; in quibus manent vulnerum cicatrices, ad inſinuandum, quòd verè in proprio corpore reſurrexit: *palpate*, ut tactu certificemini, nam quamvis corpus eſſet glorioſum,& ſubtile,pro ſua voluntate poterat, ſe palpabilem exhibere,de quo q.7 & videte;quia ego ipſe ſum, quia Spiritus, cum ſit incorporeus, & ſimplex,carnem,& oſſa non habet; ex quibus verum, ac ſolidum corpus conſtat, quod palpari poſſit. *Sicut me videtis habere.* Expoſita diſtinctione corporei hominis à Spiritu probat,ſe Spiritum non eſſe.

30. Euthym. *Et cum hoc dixiſſet, oſtendit eis.* Præbuit eis pertractandas *manus & pedes*; ait Euthym *perforatos, qui clavorum adhuc ferebant foramina.* Et ſimiliter latus in cruce à militis lancea transfixum, ſed de his plura infra quæſt. 8.

QUÆSTIO VI.

Quare viſo Domino, Diſcipuli turbantur, cum potius maxime eſſet gaudendum.

31. VISO Jeſu reſuſcitato, magna erat ratio gaudendi diſcipulis, tum ob gloriam, ac trophæum ſui magiſtri, tum quia ipſi diſcipuli maximè hoc exoptabant, & tamen apparente Domino, tanquam pavidi, & ſtupidi commoventur, ac turbantur.

32. Reſpondeo ad quæſtionem. Duplex extitit cauſa turbationis, ac timoris Apoſtolorum; & prima erat,implacabile bellum,ac odium Judæorum contra eos excitatum, juxta illud Joan. 20. n.19.*Congregati propter metum Judæorum.* Timebant Apoſtoli, quod ſi glorioſam Chriſti reſurrectionem prædicarent, à Judæis interficerentur, ſecunda timoris cauſa erat, quòd cum ipſi eſſent congregati, foribus clauſis, ut patet ex citato Joan. loco, Chriſtus ingreſſus eſt ad eos, nullo oſtio aperto, acproinde timentes turbabantur,ne ipſe eſſet Spiritus, vel phantaſma: uterque timor reprehenditur à Chriſto,& uterque exponendus eſt à nobis.

Joan. 20. *Duplex timoris cauſa.*

33. *Quid turbati eſtis?* Primò Chriſtus Dominus arguit ſuos diſcipulos de timore Judæorum, & cur non potius,quòd paſſionis tempore fugerint, eúmque ſolum dereliquerint? Vel quod non crediderint teſtibus ſuæ reſurrectionis?Sed his omiſſis, tantum eis objicit timorem Judæorum Apoſtoli conſtituti erant à Chriſto Eccleſiæ paſtores,ac totius orbis judices & licet in judice, ac præſule aliqui ſint defectus, qui deglutiri poſſint, minimè verò hominum timor in eis diſſimulandus eſt,nam & ſi judex multis aliis criminibus, ut luxuria,perjurio ſit deturpatus, fieri poteſt,ut in judicando ſit bonus judex,at ſi vero timore hominum correptus eſt, minimè vices judicis valet adimplere.

Prælatus, ac Judex timoris ſit expers.

34. Cum vidiſſet Moyſes, quòd quidam Ægyptius percutiebat quendam Hebræum ex fratribus ſuis: *Cumque circunſpexiſſet huc, atque illuc, & nullum adeſſe vidiſſet, percuſſum Ægyptium abſcondit ſabulo.* Exod. 2. n. 12. D. Auguſt. lib. 22. contra Fauſtum cap. 70. quem ſequuntur multi alii, tenent, quòd Moyſes in hoc facto peccavit, & D. Aug.(quod majorem ingerit difficultatem)innuit, Moyſem in hoc opere electum fuiſſe à Deo in Ducem, ac Principem totius populi, in hoc enim eventu valdè magnanimum,ac generoſum ſe oſtentavit Moyſes ad alta,& ampla operanda,ſic ait Auguſtin. *Non virtutum fructibus inutilis erat, ſed adhuc incultus vitioſa quidem, ſed magnæ fertilitatis ſigna fundebat.* At ſi opus ipſum erat peccaminoſum, quomodo potuit tunc à Deo deſtinari in ducem populi? Verum eſt quòd opus, ut iniquum, Deo diſplicuit, attamen factum erat hominis generoſi,ac animoſi,qui minimè Pharaonem Regem Ægypti timebat; homini ergo, qui timore regum non corripiebatur:homicidii crimen diſſimuletur, & imperii virga committatur: nam ipſe poſtea expolitus divina gratia, magnus,& inſignis paſtor erit; & ita diſcurrit Sanctus Doctor per omnes, quos Deus elegit in Duces, ac Principes ſui populi generoſos, ac magno præditos animo fuiſſe.

Exod. 2. D. Aug.

Moyſes, qui Pharaonem non timet, eligitur in ducem.

35. Matth. 26. D. Auguſt. Et tandem concludens, adducit in exemplum Petrum, quem Chriſtus ſuæ Eccleſiæ creavit Pontificem, *qui evaginato gladio, volens defendere Dominum, aurem perſecutoris abſcidit, quod factum Dominus ſatis minaciter cohibuit, dicens, reconde gladium.* Et tu,ô B.Petre, tam generoſus es, ut pro Domino contra militum exercitum evaginato gladio ſtares,fugientibus aliis! Tu ergo, qui plus animo omnibus polles, omnibus Prælatus eris, ut ſis omnium Paſtor, & præſul.

36. Valdè mirum videbitur, quod Saül ita Deus à regno excluſit; ob quandam inobedientiam, eò quod contra Dei mandatum pepercerit Agag regi Amalec, cum tamen aliqualis excuſatio videatur ſtare pro Saül,miſeratione enim commotus eſt ſuper hominem regem; tamen Samuel dixit Saül: *Pro eo, ergo, quod abjeciſti ſermonem Domini, abjecit te Dominus, ne ſis rex.* 1. Reg. 15. num.23.& tamen Deus patitur in regno Davidem, qui ſcandaloſum adulterium ſimul cum homicidio commiſit;ſuſtinétque inobedientem Salomonem,quam pluréſque reges idololatras,cum nihil magis Deus deteſtetur, quam idololatriam: *Non habebis Deos alienos coram me.* Exod. 20. num. 3. & tamen hi regno non privantur, maximè verò Saül ob unam inobedientiam. Joſephus relatus in Gloſſa. *Agag captivum, cujus corporis pulchritudinem, magnitudinémque miratus, decrevit eſſe ſalvandum.* Saül pepercit Agag ob ejus pulchritudinem, ac elegantiam. Alii reges, & ſi graviſſimis criminibus eſſent fœdati, perſeverant, & ſuſtinentur in regno, minimè vero Saül, qui acceptor eſt perſonarum, & reſpexit ad perſonam Agag; & ideo ineptus regno, *Abjecit te Dominus, ne ſis rex.* Nil magis repugnat regiæ coronæ, quàm affectuoſus hominum reſpectus.

1. Reg. 15. Exod. 20. Joſeph.

Qui reſpicit perſonas, ineptus, ut ſit rex, ac judex.

37. *Quid turbati eſtis?* Secunda timoris cauſa, ob quam diſcipuli reprehenduntur à Chriſto, ea eſt, quia cum cogitaverunt eſſe phantaſma, vel ſpiritum,non enim patitur Chriſtus, ut præſentia ejus, quæ eſt fons, & origo omnium gaudiorum, ac oblectationum inſerviat ad fomentum triſtitiæ, ac perturbationis.

Quod eſt ad gaudium, non ſit ad triſtitiam.

38. Inter multas alias ceremonias præcepit Deus Moyſi: *Non coques hædum in lacte matris ſuæ.* Exod. 23. num. 18. Seu ut alia litera habet: *Non coquas agnum:* Cum Agnus ſit mortuus, quid intereſt, quòd coquatur in lacte matris ſuæ, vel in alio liquore?D. Thomas 1. 2.q.102.art.6.ad 4.*Ad quandam*

Exod. 23. D.Thom.

quandam crudelitatem, ait, *pertinere videtur*, *ſi lac matris*, *quod datum eſt ei pro nutrimento adhibeatur ad conſumptionem carnium ipſius.* Non poteſt ſuſtineri, ut lac inſtitutum à natura ad nutrimentum hœdi, inſerviat ad conſumendas, ac perimendas carnes ejus; quod enim eſt ad vitam, non ſit ad interitum, ac mortem.

Quod eſt ad vitam, non ſit ad mortē.

QUÆSTIO VII.

Circa corpus Chriſti palpatum à diſcipulis, tres quæſtiones reſolvuntur.

39. Quæſtio I. QUÆRES I. Quomodo corpus Chriſti poſt reſurrectionem glorioſum, beatum, ac proinde ſubtile, ac penetrabile, potuerit palpari? Reſpondeo, quòd beatis relinquitur liber uſus dotis; unde ſi velint, non penetrantur, non reſiſtunt: vel ſi non reſiſtant, ut à quæſtionibus abſtrahamus, ſaltem per primas qualitates, & per alias tactiles: (neque enim deſinunt eſſe ejuſdem naturæ, cujus antea fuerunt; licet jam corrumpi non poſſint) ſenſum tactus immutant, & ſic ſentiri, ac palpari poſſunt ac proinde in ſua poteſtate eſt, ut reſiſtant, & palpentur, cum volunt; at verò ſi nolunt, nec reſiſtunt, nec palpari poſſunt. Ita D. Th. 3. p q 54. art. 3. ad 2. ibi interpretes Cajet. Suar. & alii. D. Thom.

40. *An Apoſtoli palpaverint?* Quæres ſecundò: An Apoſtoli revera, ut juſſi erant, palpaverint Chriſtum. Reſpondeo affirmativè cum D. Athanaſ. orat. contra Arianos. D. Leo Epiſt. 10. c. 5. D. Aug. in Pſal. 56. D. Ignat. Epiſt ad Smyrnenſes. Et probatur, quia hoc maximè conducebat ad veram fidem, ac ſpem in Chriſtum, tum quia Chriſtus ſe eis obtulit palpandum, imò juſſit, ut palparent, ut omne ab eis dubium excluderet: tum etiam quia Chriſtus hanc palpationem, voluit eſſe manifeſtum argumentum ſuæ reſurrectionis, non ſolùm Apoſtolis, ſed etiam eorum poſteris, ut Apoſtoli poſſent gentibus teſtificari, Chriſtum verè reſurrexiſſe. Unde Joan. Epiſt. 1. c. 1. n. 1. *Quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectaverunt de verbo vitæ*, &c. *hoc annunciamus vobis.* D. Athanaſ. D. Leo. D. Auguſt. D. Ignat. Joan. 1.

41. *An palpatio fuerit infallibile ſignū.* Quæres tertiò: An hæc palpatio, locutio, eſus, potus, & converſatio cum Apoſtolis fuerint infallibile ſignum reſurrectionis Chriſti? Reſpondetur, quod ſi hæc per ſe ſolum conſiderentur, non fuerunt infallibilia ſigna: nam etiam Angeli in aſſumptis aëreis corporibus palpati fuerunt ab Abrahamo Gen. 18. n. 1. & 4. & à Loth. Gen. 19. n. 1 10. 16. Tamen illa fuerunt infallibilia ſigna, quatenus juncta & erant claris verbis, & miraculis Chriſti, ac ſcripturis, & Prophetiis de eo, quibus Chriſtus reſurrectionem ſuam ex profeſſo ſtabiliebat, & quibus nulla fraudis ſuſpicio poterat ſubeſſe. Ita D. Thom. 3. p. q. 55. art. 6. ibi Commentatores, & hic Cornel. à Lapide, Tirinus, & alii. Geneſ. 18. Geneſ. 19. D. Thom. Cornel. Tirinus.

42. Dices tamen: Si diſcipuli corpus Chriſti palparunt, cur ſolum dicunt D. Thom. Joan. 20. *Vidimus Dominum:* Et non potius, vidimus, & palpavimus? Reſpondetur, quòd ſub viſu etiam tactus comprehenditur, ac proinde cum dicunt: Vidimus Dominum cum omni circunſtantia ad certitudinem, ipſum videndo, tangendo, & palpando Deinde quia tactus ſuos etiam habet oculos D. Chryſ. ſer. 81. ait Chriſtus: *palpate, & videte, oculus non videt, videat tactus*: id eſt, ſi oculus non videt, ut credat, tactus experiendo videat; ne diſcredat. D. Chryſol.

QUÆSTIO VIII.

Quare in corpore ſuo glorioſo Chriſtus ſervaverit quinque vulnera?

CHRISTUS D. in corpore ſuo glorioſo poſt reſurrectionem ſervavit quinque vulnerum non ſolum cicatrices, ſeu ſigna, ſed etiam foramina, idque verè, & non fictè, ut contra Porphyrium docet D. Aug. Epiſt. 49. idque etiam docent D. Cyrill. lib. de fide ad Theodoſ. D. Greg. Naz. Orat. 42. & patet ex verbis Thomæ. Joan. 20. n. 25. *Niſi videro in manibus ejus fixuram clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus ejus, non credam.* Speciali tamen miraculo Dei factum eſt, ut illa vulnerum foramina, in Chriſto non impediant, quo minus nervi, & arteriæ continuæ ſint optiméque diſpoſitæ ad omnes actiones, & motus vitæ à Chriſto obeundos, ut advertit Suarez diſ 47. ſect. 2. Ad quæſtionem. 43. D. Auguſt. D. Cyrill. D. Nazian. Joan. 20. *In corpore Chriſti non ſolum ſigna, ſed foramina vulnerum.*

Reſpondeo primò, ſervata fuiſſe illa vulnera, ut certiſſima, ac irrefragabilia ſigna, ac argumenta veritatis ſui corporis, veritatiſque ſuæ reſurrectionis, quia apertè oſtendebant ſtigmata, illud corpus quod vivum apparebat, fuiſſe idem numero, quod in cruce pependerat. D. Leo ſer. 1. de Reſurrect. *Ideo*, ait, *vulnus lateris, fixuras clavorum, & omnia recentiſſimæ paſſionis ſigna monſtrabat, ut agnoſceretur in eo proprietas divinæ, humanæque naturæ individua permanere.* D. Damaſc. lib. 4. de fide, cap. 18. D. Cyrill. Alex. Beda, & alii. *Oſtendens eis manus, & latus, dixit, quia ego ipſe ſum.* Qui de Virgine Matre natus ſum: in tanta æſtimatione erat ei caro de Virgine aſſumpta ut eam tanta gloriæ pompa honoraret, tantaque majeſtate in cœlos ſublimaret. D. Auguſt. tom. 9. homil. de Aſſumpt. Mariæ. *Ex quo ſiquidem cognoſcere poteſtis, qui in manibus, & pedibus meis clavorum ſigna clara videtis; ipſeque & idem cœlos aſcendit, carnem, quam de matre ſuſcepit, ſuper aſtra tranſvexit, honorans omnem humanam naturam, ſed multò magis maternam.* 44. *Stigmata, ut ſigna veri corporis re- divini.* D. Leo. D. Damaſc. D. Cyrill. Beda. *In magna æſtimatione eſt Chriſto quod eſt Matris.*

Secundò remanent talia vulnera in perpetuum victoriæ, ac triumphi de peccato, mundo, carne, ac diabolo inſigne, qui triumphus per mortem ac paſſionem ſuam partus eſt, ex quo colligit Divus Auguſtinus lib 22. de Civit. Dei cap. 20. in martyribus ſimili modo, perpetuò manſuras vulnerum cicatrices, quæ pro Chriſto ſuſtinuerunt. cum magno decore; ac accidentali gloria Ac proinde illi, quibus caput, vel aliud membrum amputatum eſt, non manent ſine capite, vel tali membro, de illis enim dictum eſt; *capillus capitis veſtri non peribit.* Sed tantùm valde glorioſè, cum ſigno, ac cicatrice talis vulneris. 45. D. Auguſt. *In martyribus ſigna vulnerum.*

Tertiò. Ad majorem fiduciam in nobis excitandam, eò quòd Chriſtus vulnera hæc Patri offerens, per ea pro nobis interpellat, & omnia impetrat; ita Beda, & communiter Patres. Dices; talia ſigna ſenſibilia non ſunt neceſſaria reſpectu Dei cui omnia ſunt in præſentia. Reſpondetur; cum Suar. tom 2. ad 3. p. diſput. 47. ſect. 2. §. *Tertia*, quod licet hæc ſigna non fuiſſent neceſſaria reſpectu Dei, ut merita Chriſti in memoriam ejus revocarent, fuerunt tamen neceſſaria propter nos, ut intelligeremus, Chriſtum per illa ingreſſum eſſe in cœlum, & etiam, ut ait D. Cyprian. ſerm. de Baptiſmo Chriſti: *Ut ſemper reſervata in corpo-* 46. Beda. Suar. D. Cyprian.

re plagæ ſalutis humanæ exigant pretium & obedientiæ donationem requirant; ut etiam ipſæ plagæ pro nobis expoſtulent miſericordiam à Patre. D. Anſel. in c.9.ad Hebr. *Ut appareat*, ait, *præſentiæ, ac benevolentiæ Dei Patris, intercedens pro nobis, oſtendens cicatrices vulnerum, quæ pro noſtra redemptione, pertulit; miro enim, & ineffabili ordine eum, qui nihil unquam poteſt oblivifci, qui ſemper miſereri paratus eſt, abſque intermiſſione Dominus Jeſus admonet, quam congruè hominibus miſereri debeat, pro quibus ipſe confligens mortis imperium moriendo proſtravit.*

Vulnera ipſa pro nobis interpellant.

47. Quarto ad accendendum, & provocandum noſtrum amorem, ut Chriſtum pro nobis vulneratum imitemur, & redamemus, & ejus exemplo propter ipſum,animum erigamus ad quælibet vulnera, mortem, ac laborem ſuſtinendum. Ita D. Ambr. lib. 10. in Luc. D.Bern.ſerm.61.in Cant.D. Greg tractans illud Cant. 2. *Columba mea in foraminibus petræ, in caverna maceriæ.* Sic ait. *Columba mea in foraminibus petræ; quòd in Chriſti vulneribus tota devotione verſetur, & jugi meditatione moretur in illis. Inde Martyrii tolerantia, inde illi magna fiducia quo ad Deum altiſſimum.* Quintò ut his ſtigmatibus Chriſtus judex in die judicii Judæorum, ac iniquorum impietatem, ac ingratitudinem redarguat, quod tantam charitatem, ac pretium contempſerint. Ita paſſim Theologi cum D.Auguſt. N D.Cyrill. lib.12.cap. 58. qui omnes docent, Chriſtum hæc vulnera aſcendendo,in cœlum intuliſſe, itaque in æternum illa ſervaturum, quod colligunt ex Zach.13 n 6 Joan.20.nu.28.

Noſtrũ amorem excitat Chriſtus.

D. Ambroſ. D. Bernard. D. Gregor. Cantic. 2.

Redarguitur iniquitas impiorum.

D.Auguſt. D. Cyrill.

48. Sextò, Euſebius Emiſſenus hom. 10. de Paſch. ſic ait: *Ne cauſam ipſam gloriæ obſcuraret fortaſſe lux gloriæ.* Cum vulnerum cicatricibus reſurgit Chriſtus, ne Reſurrectionis gloria deleat paſſionis gloriam, tantus eſt ſacrorum vulnerum ſplendor, ut gloria corporis glorioſi, ſine illis, imminuta videretur. Nam in corpore cernis Reſurrectionis gloriam, in ſacrorum ſtigmatum characteribus cernis gloriæ cauſam. In Paſſionis vulneribus victoriam, in Reſurrectione triumphum agnoſce; & ſine dubio eximius triumphi ſplendor, de victoriæ generoſitate gloriam fœneratur, ſordet ſine victoria triumphus, à qua ipſe illuſtratur, ergo probroſæ Paſſionis victrices reſculpſit cicatrices, *nec cauſam ipſam gloriæ obſcuraret fortaſſe lux gloriæ*: ne vulnera, quæ ſunt cauſæ gloriæ, obſcuraret lux gloriæ corporis.

Euſeb.

Chriſti gloria reſplendet ex vulneribus.

49. Quæres tamen: Cur Chriſtus in corpore ſuo glorioſo potius ſervaverit quinque ſtigmata clavorum, & lanceæ, quam cicatrices coronæ ſpinarum, vel flagellorum? Reſpondeo, hæc quinque vulnera ſervata eſſe in corpore Chriſti glorioſo, nam his vulneribus Chriſtus Dominus in cruce adimplevit, ac conſummavit opus noſtræ redemptionis, quo Diabolum, ac peccatum deſtruxit, nobis vitam dedit, & ſibi ſublimitatem, ac exaltationem promeruit, ac proinde hæc vulnera tanquam totius victoriæ, ac trophæi ſignum reſervavit. Beda ad hunc locum Luc. *Ut Patri pro nobis ſupplicans, quale genus mortis pro mortalium vita pertulerit, ſemper oſtendat.* Haymon. *Ut aſcendens, in cælum,quale genus mortis pro nobis ſuſtinuit, oſtenderet, velut ſi aliquis miles, jubente Imperatore ſuo, inierit ſingulare certamen contra hoſtem regni ſui, qui ſcilicet, ubi multa vulnera excipiat in capite,in dorſo,in manibus, tamen cum victoria revertitur ad Imperatorem ſuum refert illi Imperator multas gratias.*

Quare potius ſervantur hæc quinque vulnera quã alia?

Beda.

Haymon.

QUÆSTIO IX.

Quare Chriſtus D. ſuis diſcipulis manus, latus & pedes plagatos oſtenderit?

Ad quid, ad perſuadendas reſurrectionis glorias, oſtendit Dominus plagas mortalitatis ſigna? Mittens Chriſtus Dominus ſuos diſcipulos ad prædicandum Evangelium, dicebat illis: *Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta.* Luc. 10. nu. 4. Cujus rei rationem aſſignat Origenes; *ut qui currebant ad annuntiandam vitam æternam, omni carerent mortalitatis indicio.* Si ergo Dominus ſuis diſcipulis apparebat, ut eis annuntiaret, ac manifeſtaret gloriam ſuæ reſurrectionis, ac ſplendidam immortalitatem ſui corporis ad quid mortalitatis ſigna in medium adducit, ac proponit? Ad præſentem ſolutionem veniunt hic omnes rationes datæ ſuperiori quæſt. Et nunc ſpecialiter. 50.

Difficultas quæſtionis.

Luc. 10. Origenes.

Ad quæſtionem reſpondet primò D Cyrillus apud Caten. *Non alius eſt*, ait, *qui videtur, ſed ille idem, quem viderant in ligno mortuum.* Ingrediens Jeſus ad diſcipulos ſuos, ait illis. *Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipſe ſum.* Quamvis enim appareret in tanta reſurrectionis gloria ſublimatus, tamen ille idem ipſe erat, qui privatim hominem agebat, qui in patibulo mortuus, & crucifixus fuerat; tanto gloriæ faſtigio non eſt mutatus in alterum, *ſed ille idem, quem viderant in ligno mortuum.* De Chriſto Domino, ait Paulus ad Epheſ.4.n 10. *Qui aſcendit, ipſe eſt, & qui deſcendit*, & quis unquam dubitavit, quòd ille idem Dei filius erat, qui humilis, & abjectus ad terram deſcendit, ac ille, qui triumphali majeſtate in cœlos conſcendit, ad quid hoc explicat gentium Doctor? Lyran. *Idem eſt in perſona*: non erat talis Dei filius, ut homines, qui pro ſtatu mutant perſonam, ſed Dei filius idem met eſt glorioſus in pompoſa majeſtate, ac erat abjectus in eximia humilitate. Idem eſt, qui aſcendit, gloriæ apparatu, ac ille, qui deſcendit in humilitate. 51.

D. Cyrill.

Idem fit vir in honore, ac ille, qui erat in humilitate.

Epheſ. 4.

Lyranus.

Secundò. Euſebius ſerm. 3. ad feriam 3. poſt Paſcha. *Videte manus meas, ait, & pedes meos, quia ego ipſe ſum. Cognoſcite vel vulnerum cicatrices, ſi me, nec in perſona, nec in voce cognoſcitis*: Chriſtus Dominus familiari converſatione maximè notus erat ſuis diſcipulis ex præſentia, voce, habitu, & geſtu; & cum eum vidiſſent Apoſtoli reſurrectionis gloria fulgentem, ſuis occulte non credunt, quòd ille idem ipſe ſit: ad hoc perſuadendum vulnerum cicatrices oſtendit Dominus. *Cognoſcite vulnerum cicatrices, ſi me, in perſona, nec in voce cognoſcitis.* Et quomodo paſſio reſurrectionis argumentum? O rude hominum ingenium, cui ſic aliena gloria eſt incredibilis, ut de probroſa humilitate, ac abjectione, gloriæ credibilitas aſtruatur. Ex mandato Eliſæi venit unus ex filiis Prophetarum, & ſecreto unxit Jehu in regem, qui cum ac ſuos comites reverteretur, ab eo quærens. *Quid venit inſanus iſte ad te.* 4. Reg 9.n. 11. Qui cum eis narraſſet, ab eo eſſe unctum in regem, eum ſtatim regem acclamarunt; inſanum dicebant, & tamen ut Prophetæ, dictis ejus parent? ex utilitate fatuitatis Prophetiæ celſitudo credibilitatem mutuatur: ſic enim humanum ingenium alienæ gloriæ eſt avarum, ut alienum ſplendorem 52.

Euſeb.

Gloriæ ſublimitas ex vilitate credibilitatem mutuatur.

4.Reg. 9.

rem non agnoſcat, niſi ex apprehenſo probroſo dehoneſtamento.

53. Tertiò Non manifeſtat Chriſtus D. veritatem ſui corporis, exhibito aliquo miraculo, ſed cicatricibus oſtenſis. Pro certo ſtatuit, ac judicavit Dei ſapientia, apud virum prudentem, & nobilem majorem vim, ac fortitudinem habituram eſſe præteritorum beneficiorum memoriam quàm majeſtatis oſtentationem impræſentiarum exhibitam, proindéque Apoſtoli, ut prudentes, magis adducendi erant viſis vulneribus, quæ Chriſtus pro eorum ſalute pertulit, quàm quocunque alio divinæ omnipotentiæ ſigno demonſtrato.

Plus prævalet memoria beneficiorum, quam oſtentatio poteſtatis.

54. Apparet Deus Moyſi in illo mirabili rubo, qui ardebat, & non comburebatur, aítque ei Deus, quòd ipſe deſcenderit, ut liberaret populum ſuum, ut eúmque pro hujus rei negotio mitteret ad Pharaonem, Moyſes multis cœpit ſe excuſare: *Non credent mihi, neque audient vocem meam, ſed dicent, non apparuit tibi Deus.* Tunc Deus multa ſigna ſuæ omnipotentiæ oſtentavit, aítque ei, ut virgam, quam manu tenebat, projiceret, quæ ſtatim verſa eſt in colubrum, & iterum per caudam apprehenſa, mutata eſt in virgam, & manus ejus ſana immiſſa in ſinum, leproſa apparuit, & iterum ibi introducta, ſimilis erat carni reliquæ; & poſt tot, ac tanta ſigna adhuc Moyſes perſiſtit excuſans ſe dicens: *Obſecro Domine, mitte, quem miſſurus es.* Exod. 4. num. 13. Iratus Dominus ait, quòd frater ſuus Aaron, erit ſocius ejus, & ipſe loquetur ad Pharaonem. Profectus eſt Moyſes in Ægyptum ex inſpiratione Divina; ut habet Gloſſa interlinearis, occurrit ei Aaron obviam, cui Moyſes omnia narravit, & quomodo Deus ei apparuit, jubebátque, ut ambo ſimul, tanquam Dei Legati pergerent ad Pharaonem, ad negotiandam populi libertatem, quo audito, Aaron nulla contradictione interpoſita obtemperavit, *venerúnt ſimul* in Ægyptum Exod. 4. n. 29.

Exod. 4. — Interlin. — Exod. 4.

55. Ex quo grandis inſurgit quæſtio. Quare Moyſes tot miraculis viſis, recuſat legationem habere ad Pharaonem? Aaron verò nullo portento inſpecto, ſolùm ex narratis à fratre, Dei mandatis acquievit, & legatus ad Pharaonem ſe coram eo præſentat; & augetur dubium, quia in ipſo Aarone major viſebatur repugnantia; nam ipſe locutus erat ad regem Aaron, ut prudentiſſimus, ac ſenior; majorem vim apud eum habuit narratio beneficiorum, quæ Deus fecerat fratri ſuo, ac populo ad eum liberandum, quàm apud Moyſem prævaluit oſtentatio divinæ poteſtatis, tot, ac tantis miraculis, rubo ignito ſine combuſtione, virga converſa in colubrum, & manu leproſa cum ſanitate; ſæpè majorem vim obtinet beneficiorum recordatio, quàm illorum manifeſta præſentia.

Recordatio beneficiorum habet majorem vim, quàm illorum præſentia.

Luc. 24. *n.* 41. Adhuc illis non credentibus, & mirantibus, præ gaudio, dixit: habetis hîc aliquid, quod manducetur?

Num. 42. At illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi, & favum mellis.

Num. 43. Et cum manducaſſet coram eis, ſemens reliquias dedit eis.

VERSIONES.

Syriacus.n. 41. Et cum adhuc non crederent præ gaudio ſuo, & mirarentur, dixit eis, habetis hîc quid manducandum?

Arabicus. Cùm ipſi eſſent increduli præ gaudio, & admiratione, dixit: Eſt ne apud vos?

Vatablus. Habetis hic aliquid edulii;

Arias. Aliquod eſculamentum.

Arabic.n. 42. At illi dederunt ei partem piſcis aſſi, & favi mellis.

S.Epiphan. Particulam piſcis aſſi.

Theophylact. Partem Piſcis aſſati, & aliquid de favo apiario.

Syriac.n. 43. Et accepit, comeditque in eorum conſpectu.

S.Epiphan. De quibus cum manducaſſet coram eis, Apoſtolis ſuis reliquias impertiit.

Arabicus. Et accepit reliquias, & dedit illis.

EXPOSITIO III.

56. ADHVC *autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio.* Gaudium hic potius refertur ad non credentes, quàm ad mirantes. Ut patet ex Syriaco, *Cumque adhuc non crederent præ gaudio ſuo, & mirarentur.* Arabicus: *Cumque ipſi eſſent increduli, præ gaudio & admiratione;* gaudebant ergo, & credebant, quod ſic expono. Tanto afficiebantur gaudio ex Dominica reſurrectione, ut quodammodo non crederent, quod oculis intuebantur, & manibus contingebant; magnitudo enim gaudii præſentem felicitatem incredibilem efficiebat. Hujus ſententiæ eſt Carthuſ. *Apud Joannem*, ait, *legitur gaviſi ſunt diſcipuli viſo Domino. Ergo aliquo modo credebant; ſed mirabantur de tam nova, & inſperata conſolatione. Quia (ut aſſerit Auguſt.) quæ multum læta ſunt, vix creduntur. Occultè enim metuit animus, ne forſitan contingat oppoſitum.* Et ideo Jeſus, ut omnem metum excluderet: *Dixit eis, habetis hic aliquid, quod manducetur?* Ut rectè ait idem Carthuſianus. *Quatenus non tantum per viſum, tactum, auditum, ſed etiam per geſtum, meam vobis reſurrectionem demonſtrem.*

Syriacus. — Arabicus. — Carthuſ. — *Felicia ſæpè præ gaudio non creduntur.* — Carthuſ.

57. *At illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi*, ſeu ut habet Theoph. *aſſati*, cujus aliam partem jam forſitan ipſi comederant; *& favum mellis*; favus dicitur, quia nondum à cera mel expreſſum eſt.

Theophyl.

58. *Et cum manducaſſet coram eis.* In eorum conſpectu aſſumpſit partem vera ac propria comeſtione, ut notant Interpretes, & dicam infra quæſt. 10. qui totus cibus vel in ſtomacho annihilatus eſt, vel in aërem convertebatur. *Et ſumens reliquias dedit eis.* Dedit reliquias, ut ex illis diſcipuli agnoſcerent, quòd Chriſtus non ſimulatè, ſed verè, ac propriè aliquid comederit, & ut ex tali modo cognoſcerent, eum non eſſe aliquem vulgarem hominem, ſed ſuum Magiſtrum, qui cum illis ſolebat more ſuo comedere, & bibere; & ut etiam inde Apoſtoli maximè teſtificarentur Chriſti reſurrectionem, ſiquidem cum eo comederunt, & biberunt, ut Petrus. Actor. 10. num. 41. *Qui manducavimus, & bibimus cum illo, poſtquam reſurrexerit à mortuis.* Et ut moraliter

Actor. 10. — *Chriſtus majorem partem ſibi ſervas, minorem ſuis.*

liter dicam, per piſcem aſſatum intelliguntur. labores, ac ardores ignis, inde Chriſtus ſervat ſibi majorem partem, & minorem dat ſuis; *reliquias dedit eis.*

QUÆSTIO X.

Quare Chriſtus poſt reſurrectionem comederit cum ſuis diſcipulis.

59. *Chriſtus verè comedit.* IN limine quæſtionis notandum eſt, quod Chriſtus D. verè, & realiter comederit, nam verè ore, dentibus, ac faucibus uſus eſt, ejuſque ſaporem percepit, illúmque vera actione vitali in ſtomachum trajecit, ejúſque vi concoqui poterat, niſi ab ſtatu glorioſo impediretur.
D.Thom. D. Thom. in 3. ſentent. d. 21. q. 2. art. 3. *Vera comeſtio fuit*, ait, *quantum ad diviſionem cibi, & quantum ad trajectionem in ventrem; non autem quantum ad converſionem in humores; vel in ſubſtantiam comedentis.*

60. *Cibus ſumptus in aëre convertebatur.* Chriſtus D. hoc cibo nón fuit nutritus, quia ſtatus glorioſus talem nutritionem, ut docet D. Th. citatus. ac proinde totus ille cibus, vel in ſtomacho annihilatus, vel in aliam aëream materiam
Theoph. converſus. Theoph. *Comedens*, ait, *divina quadam*
Beda. *virtute conſumendo, quod comedebat* Beda: *Manducavit Chriſtus*, inquit, *poteſtate non neceſſitate. Aliter etiam abſorbet aquam terra ſitiens, aliter Solis radius. Terra indigentia, Solis radius poten-*
D. Auguſt. *tia.* Quod deſumptum eſt ex D. Auguſt. Epiſt. 48. &
D. Ambr. idem ex D. Ambroſ. adducit hic Alb Magn. Ad quæſtionem.

61. Primò reſpondet D. Thomas citat. *Per come-*
D. Thom. *ſtionem oſtendit, veram naturam humanam reman-*
Comedit Chriſtus ad oſtendendam veram naturam humanam *ſiſſe ex illis operibus vitæ, quæ infirma ſunt ſcilicet per comeſtionem.* Nam ut dixi in expoſitione ex Carthuſian. Chriſtus reſuſcitatus veritatem ſui corporis oſtendit per omnes ſenſus, viſum, auditum, tactum, ac guſtum. Quibus enim majoribus experimentis probari poteſt humanum corpus quàm figura, colore, tactu, greſſu, ſermone, eſuque, ac potu?

62. *Angeli non verè comedunt.* Dices, Per comeſtionem non bene probatur veritas humani corporis; nam Angelus apud Tobiam comediſſe dicitur, & tamen vero corpore, veráque humanitate carebat. Reſpondetur, quòd Chriſtus verè comedebat, quia verum habebat corpus, verúmque ſtomachum; at Angeli, cum aſſumunt corpus, videntur comedere, ſed revera non comedunt, quia verum corpus, ac ſtomachum non habent, nec vitaliter in illum cibum trajiciunt, ſed ſolum in ſtomachum aëreum, ac ſi in ſaccum la-
Tobiæ 12. neum cibus mittatur. Unde Raphaël ait Tobiæ 12. n. 19. *Videbar quidem vobiſcum manducare, & bibere; ſed ego cibo inviſibili, & potu qui ab hominibus videri non poteſt, utor.*

63. Secundò. Ad quæſtionem M. Didacus de Baeça
M. Baeça. tom. 6. de Chriſto figurato lib. 12. c. 13. §. *Secun-*
Sacra Euchariſtia mentem illuminat. *dò*: Chriſtus comedit, & ſuis porrigit eſcam, deinde de ſcripturis loquitur, & diſcipulis aperit ſenſum, ut eas intelligant, ſi illi ad ſcripturas vocandi erant, ut eas penetrarent; cur Dominus convivium ordinat, & illis præbet eſcas: Nonne per tales eſcas hebetiores redderentur ad ſcripturæ ſenſum capiendum? Cibus ille adumbrabat divini epuli eſcam, de qua venit, ut mentes illuminentur ad alta intelligenda, ad verúmque ſenſum tenendum, qui in ſacris literis traditur.

Tertiò. D. Hilarius homil. 6. de Paſcha. Myſti- 64.
cam etiam rationem aſſignat. In hac ſacratiſſima D. Hilar.
Reſurrectionis die apparuit Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis, pauperi, ac humili veſte indutus, ut ait D. Anſelm. in elucid. *Uti eum Diſcipuli conſueverant, ante videre*: Et inde ab eis in morem pauperum cibos poſtulat, ut ſignificaretur, quòd lætitia Paſchalis ſolemnitatis tunc optimè celebratur, quando pauperi petenti eleemoſyna ſubvenitur. *Feſtum Paſchale cum eleemoſyna in pauperes celebrandum.*
Citat D. Hilar. *Reſurrectionis celebrantes triumphum, fidem converſione decoremus, miſericordiam in pauperes faciamus, imitemur Deum*: Deum, inquam, curam gerentem de cibando paupere, dum ſub egeni ſpecie cibos poſtulat, ſicque divina diſpoſitione factum eſt, ut in hac ipſa die diſcipuli euntes in Emmaus Jeſum ſub ſpecie peregrini, ac egeni ad menſam invitarent, ut cum eleemoſyna charitatis, ac hoſpitalitatis, ſolemnitatem Paſchalem peragerent, & Deum in fractione panis agnoſcerent

Ad antiqui Agni celebrationem præcipit Deus 65.
Hebræis, quòd ad illum comedendum: *Si autem minor eſt numerus, ut ſufficere poſſit ad veſcendum agnum, aſſumat vicinum ſuum, juxta numerum animarum, quæ ſufficere poſſint ad eſum agni.* Exod. 12. Exod. 12.
n. 4. Et cur ſic ordinatur, ut ad celebritatem Agni Paſchalis vicinus aſſumatur? Et quiſnam vicinus, Pauper nempe, non enim volebat Deus, ut Paſchale feſtum fieret, niſi cum impenſa eleemoſyna in Theod.
pauperes. Theodor. *juſſit*, ait, *tot ad eſum agni convenire, quantum ſatis eſſet, ut fraternum amorem, atque erga pauperes miſericordiam illos doceret. Ut hac ratione cogeret Judæos ut ad feſti diei communionem pauperes vocarent.* Cogebantur Judæi totum agnum abſumere; & ideò ſi familia parva erat, quæ non ſufficiebat ad eſum agni, vocabat Rabbini.
vicinum pauperem; & ſi verò familia ampla, & dives, ut tradunt Rabbini, pauperibus vicinis dabat agnum, & ita ſive dies, ſive pauper, irrogata eleemoſyna in egenos, Paſchale feſtum celebrabat. *Agnus comedebatur cum eleemoſyna in pauperes.*

QUÆSTIO XI.

Quare piſcis aſſatus, & favus mellis Chriſto apponitur ad manducandum?

MAximè ponderanda eſt frugalitas Apoſto- 66.
lorum, non alium cibum habebant, quàm *Paupertas Apoſtolica.*
piſcem, & favum, qui pauperum eſt cibus: ſi enim carnes aſſas, vel coctas habuiſſent, abſque dubio, quod melius erat, Chriſto obtuliſſent; piſcibus ergo quaſi piſcatores veſcebantur; & etiam melle, cujus per montes, & valles magna copia habetur, maximè in Palæſtina.

Quæſtio inquirit. Quare tales eſcæ appoſitæ 67.
ſunt Chriſto? Et rationes poſſunt deſumi ex ſignificatione rerum; deinde ex earum natura; breviter. Et primò ex ſignificatione.

Primò reſpondet Beda; *Piſcis aſſus, Chriſtus* 68.
paſſus; latere enim dignatus eſt in aquis generis humani, & capi laqueo mortis noſtræ, & quaſi tribulatione aſſari, tempore paſſionis: ſed favus mellis extitit in reſurrectione. Mel in cera, divinitas in humanitate. Secundò Theophyl. *Piſcis aſſus, vita activa conſumens noſtram humanitatem, laborum prunis. Favus mellis, contemplatio dulcis eloquiorum*

rum Dei. Tertiò Gloſſa, ut denotetur, ait, quòd qui hic aſſantur tribulationibus pro Deo, vera poſtea dulcedine ſaturabuntur Quartò D. Gregor. Nyſſen. Legale Paſcha, ait, cum amaritudine, lactucis nempe agreſtibus, edebatur; poſt reſurrectionem verò cibus mellis dulcoratur Quintò. Cardinalis

Hugo. Hugo; Piſcis aſſus, fuit Chriſtus in paſſione aſſatus in ara crucis igne tormentorum, & dolorum, Favus mellis, eſt Chriſtus in reſurrectione, totus enim ſuavis, & dulcis ſuis apparet; igitur piſcem aſſum, & favum mellis offert Chriſto, qui fidem paſſionis, & reſurrectionis firmiter tenet. Anonymus in Catena Græca, aliam aſſignat rationem, quæ ad has reduci poteſt.

68. Sextò. Favus conſtat ex cera, inſulſi ſaporis, & quæ dentes hebetat, & ex melle jucundiſſimi; talia ſunt hujus mundi oblectamenta, quæ ſuavitate demulcent, & auſteritate pungunt, ad hoc

D. Bernard. *Jucunda in æternitate: temporalia amaritudine mixta.* reſpicit D. Bernard. ſerm. de fallacia præſentis vitæ, de cæleſti gloria ſic loquitur: *Nobis*, ait, *non favum mellis, ſed puriſſimum, & liquidiſſimum mel appoſuit Deus, ipſam plane lætitiam, vitam, gloriam.* Tanquam ſi diceret: in via quidem nobis favus apponitur ex cera, & melle confectus: quia inſulſa pariter, ac jucunda, ſine diſcrimine deguſtantur; at verò in patria purum, & ſincerum mel nobis datur: quia pura, & ſincera voluptas no-

Mendoza. bis propinatur, ita diſſerit M. Mendoza tom. 3. in lib. 1. Reg. cap. 10. n 27. Annot. 6. ſect. 2. n. 1.

69. D. Auguſt. Septimò. D. Auguſt. lib. 1. de mirabilibus Sacræ Scrip. c. 4. *Ac per hoc*, ait, *& Dominus cum mortis humanæ maledictum reſurgendo depoſuerat, non terreſtrium, ſed aquatilium carnem animalium co-*

Impiorum propinqui, illorum pœnis involvuntur. *medebat, cum ad confirmationem reſurrectionis coram diſcipulis, piſcis aſſi partem, & favum mellis accipiens manducavit.* Cur non potius carnes; ſed piſcem ſibi ordinat apponi Chriſti ſapientia, de terra natus eſt fructus, qui primo hominum peccato materiam dedit; non ſic fructus aquarum, qui nihil cum tali peccato habuerunt, & ideo fructus terræ à Deo excluſi ſunt; eligitur piſcis ex aqua, & mel, quod ex rore cæleſti ortum habet, quæ apponuntur in cibum Jeſu, nolenti terræ fructus guſtare, qui appropinqui erant fructui, per quem peccatum intravit in mundum.

70. Geneſ. 3. Poſt peccatum ait Deus Adamo: *Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea omnibus diebus.* Geneſ. 3. n. 17. & quare non ſimili

Quæ conjuncta ſunt materiæ peccati, cum peccatore puniuntur. maledictione percutiuntur aquæ? ſi terra in vindictam peccati Adami maledictione feritur, cur aqua ab hac eximitur maledictione? Et ſi aqua à maledictione liberatur, cur non etiam terra? fructus, qui tantæ maledictioni cauſam præbuit, à terra habuit ortum, minimè verò ab aquis; & ideo non mirum, quod terra talem maledictionem incurrat, cum talem fructum protulit, pœna illa temporalis non ſolum involvit fructum, ſed etiam omnem cognationem ejus, in qua includitur terra, ut illius parens, & aquæ excluduntur, cum nullam cum eo habeant propinquitatem. D.

D. Auguſt. Aug. cit. *Quare Deus etiam*, ait, *aquas in Adæ maledicto non maledixit? Cui facillime reſpondetur, quod non aquam contra interdictum Domini bibit, ſed de terræ fructu homo comedit.*

71. Cum Elias mandaret cælis ne pluerent, ut fame vexaretur terra Iſraëlis, fame etiam vapulabatur terra Sidoniorum, ut apertè patet ex textu; nam cum parens Elias mitteretur in Sarepta Sidoniorum ad viduam, ut ab ea victum acciperet, dixit illa Prophetæ: *Vivit Dominus Deus tuus quia non haboo panem, niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydria. En colligo duo ligna, ut ingrediar, & faciam illum mihi, & filio meô, ut comedamus, & moriamur.* 3. Reg. 17. n. 12. fames illa 3. Reg. 17.

Patria peccatoris cum peccatore punitur. premebat terram Iſraëlis, ob peccata Achab Regis, ac Jezabelis reginæ. cur etiam extendebatur ad populos Sidoniorum? Caſtigabantur peccata Jezabelis, debuit & etiam caſtigari Sidonia ipſius Jezabellis patria; cum enim terra illa eſſet tam vicina, & propinqua peccatrici fœminæ, cum illa ſimul involvenda fuit. D Auguſt lib. 2. de mirabil. D. Auguſt. Sacræ Script. c. 16. *Nec quem moveat, quòd Sidoniorum terra hanc eandem plagam pariter cum Iſraële perpeſſa erat dum eadem Jezabel perſecutrix Prophetarum, & totius vindictæ, & facinoris cauſa, Sidoniorum Regis filia paternam originem ducebat.*

Luc. 24. n. 44. Et dixit ad eos: Hæc ſunt verba, quæ locutus ſum ad vos, cum adhuc eſſem vobiſcum, quoniam neceſſe eſt, impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſis, & Prophetis, & Pſalmis de me.

Num. 45. Tunc aperuit illis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas.

Num. 46. Et dixit eis, quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat, Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die.

VERSIONES.

Syriacus. n. 44. Et dixit eis: Hi ſunt ſermones, quos locutus ſum vobiſcum, dum apud vos eſſem, oportere impleri, quicquid ſcriptum eſt in lege Moyſis, & in Prophetis, & Pſalmis de me.

Arabicus. Hic eſt ſermo, quem locutus ſum vobis.

Arias. Exiſtens vobiſcum.

Syriac. Vatabl. n. 45. Aperuit illorum mentem.

Arias. Impiorum ſenſum.

Syriacus. n. 46. Et dixit eis: ita ſcriptum eſt & expediebat pati Meſſiam, & reſurgere à domo mortuorum tertia die.

Arabicus. Quia Chriſtus omnino pateretur, & reſurgeret in tertia die.

EXPOSITIO IV.

ET dixit ad eos: Cum jam ſenſibus 72. eorum per omnia fidem feciſſet, quod non erat Spiritus, ſeu phantaſma, ſed verus homo, veruſque ſuus Magiſter. *Hæc ſunt verba, quæ locutus ſum ad vos:* id eſt, hæ nempe ſunt res, quas prædixi vobis, & ut prædixi, vos eas re ipſa perfectas, & completas videri. Res iſtæ, ſunt mea paſſio, crucifixio, mors & reſurrectio. Et hæ res non debent vobis novæ, & inopinatæ videri, quia jam olim

olim à me, à Prophetis, & Pſalmis prædictæ ſunt.
Beda. *Cum adhuc eſſem vobiſcum:* Beda: *Cum adhuc eſſem in carne mortali, quia licet in eadem carne reſuſcitatus eſſet, non tamen cum eis in illa mortalitate erat.*

73. Carthuſ. *Quoniam neceſſe eſt, impleri omnia:* Carthuſ. *Non neceſſitate coactionis liberi arbitrii, ſed præordinationis divini decreti.* Quod dicunt Theologi in ſenſu compoſito, non verò in ſenſu diviſo. *Quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi & Prophetis, & Pſalmis de me* Dividit hic Salvator ſacros libros, in Moyſem ſeu legem, Prophetas, & Pſalmos. Per Prophetas Dominus hic appellat, non ſolum Prophetas
D.Hieron. majores, & minores, ut notat D. Hieron. ſed etiam libros Regum, & ait *Prophetis, & Pſalmis:* Quia quamvis David inter Prophetas ſit numerandus, tamen liber Pſalmorum, ut diſtinctus, computatur à libris Prophetarum.

74. Syriac. Arabicus. *Tunc aperuit illis ſenſum:* Syriacus, Arabicus *Illorum mentem:* Ut ſcripturas intelligerent, illorum nempe intellectum illuminavit, ut Prophetarum vaticinia de Chriſti morte, & reſurrectione, quæ hucuſque non intelligebant, intelligerent, Carthuſian. *Intellectum diſcipulorum Jeſus illuminavit, ut intelligerent ſcripturas, non tamen tam perfectè, ſicut in die Pentecoſtes.*

75. Iſai. 53. Pſalm. 21. *Et dixit eis, quoniam ſic ſcriptum eſt.* Iſai. 53. & Pſal. 21. ac aliis locis; *& ſic oportebat, Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die.* In his fidei articulis aperuit Chriſtus Apoſtolorum ſenſum, & mentem, ut ſcripturas de talibus myſteriis Prophetantes intelligerent.

QUÆSTIO XII.

Quare Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis dat ſcripturarum ſcientiam?

76. IN præſenti. In ſcientia ſcripturarum illuminavit Chriſtus Dominus mentem ſuorum diſcipulorum. *Aperuit illis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas.* Quod Dominus fecit, tum ut Apoſtolos in fide ſuæ paſſionis, ac reſurrectionis ſolidaret, tum ut ipſos ejuſdem fidei doctores, & prædicatores efficeret.

77. *Prius quærenda ſufficientia quam dignitas.* Ordinabat Dominus ſuos Apoſtolos, ut ejus doctrinam prædicarent per totum orbem: *Et prædicari in nomine ejus pœnitentiam.* Verſ. 47. O magnum, & altum documentum! Chriſtus diſponebat ut ſui Apoſtoli prædicarent fidem, prius eos inſtruit in fide; & ut explicarent ſcripturas, prius eis infundit ſcientiam ſcripturarum. Ut ex hoc diſcant Rectores orbis, prius quærere in homine ſufficientiam, quàm dignitatem, ſeu offi-
78. cium, Ad miniſterium viduarum præſtandum, di-
Actor. 6. Tiguri. Vatablus. D.Bern. cunt Apoſtoli univerſo cœtui diſcipulorum: *Conſiderate ergo fratres, viros ex vobis boni teſtimonii.* Act. 6. n. 3. Tiguri. *Viros ſpectatæ probitatis.* Vatabl. *bono teſtimonio probatos.* Ad tantum munus præcipiuntur ſcrutari viri maximè probati. D. Bern. ſerm. 4. de Conſiderat. *Oportet eligi viros probatos, non probandos.* Multa experientia probandi ſunt homines, antequam in officio conſtituantur, ut ſint probati, non probandi.

79. Apoc. 4. Summi Imperatoris thronus deſcribitur Apocal. 4. n. 4. *Et in circuitu ſedis, ſedilia viginti quatuor, & ſuper thronos viginti quatuor ſeniores, circumamicti veſtimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ.* Ecce juxta ſupremum Imperatorem ſedilia viginti quatuor parantur, ut totidem reges excipiant, & cur, antequam reges introducantur, ſedilia oſtenduntur? Victor. lib. 2. in Apoc. c. 1. rationem inſinuat, dicens: *ſedilia ſunt merita:* Ut quis ad tantam dignitatem elevetur, ut throno ſupremi Imperatoris aſſiſtat, prius in eo parantur merita, quàm quòd homo ad tantam dignitatem introducatur, ac aſſumatur. *Dignitates ac loca per merita.* Victor.

Princeps Apoſtolorum Simon Joannis vocabatur: *Tu es Simon filius Jona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.* Joan. 1. n. 42. & 80. Joan. 1.
poſtea ſupra ipſum ædificavit Eccleſiam ſuam. *Ego dico tibi, tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Matt. 4 n. 18. Prius eum creavit, ac conſtituit petram fundamentalem, & poſtea ſuper ipſum poſuit Eccleſiam ſuam: & ſignanter ait ei Chriſtus: *Ego dico tibi:* quia nomen, quod ego impono, non eſt vacuum, ſed ſecum habet effectum, ut tibi det vim, ac virtutem ad tantum ædificium ſuſtentandum D. Hier. *Quid eſt, quod ait, Ego dico tibi; non ſermone caſſo, & nullum habente opus, ſed dico tibi; quia meum dixiſſe, feciſſe eſt.* Matth. 14. *Prius merita, quàm dignitas.* D. Hieron.

Datur Spiritus Sanctus.

Joan. 20. *n.* 21. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis: ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos.

Num. 22. Hæc cum dixiſſet, inſufflavit, & dixit eis, accipite Spiritum ſanctum.

Num. 23. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.

VERSIONES.

Syriacus n. 21. Dixit autem eis Jeſus: Pax vobiſcum ſicut miſit me Pater meus.

Arabicus. Vatablus. Ita & ego mitto vos.

Syriac. n 22. Quumque hæc dixiſſet, inſufflavit in eos, & dixit eis: Accipite Spiritum ſanctitatis.

Theophylact. Hæc cum dixiſſet, flavit in eos.

D. Cyprian. Inſpiravit in eos.

Syriacus. n. 23. Si remiſeritis peccata cuiquam, remittuntur ei; ſi alicujus retinueritis, erunt retenta.

Arabicus Et cui remiſeritis peccata, remiſſa ſunt.

D. Cypr. Orig. Pag. Quorumcumque dimiſeritis peccata, dimittentur illis: & quorum tenueritis, tenebuntur.

EXPOSITIO V.

DIXIT eis: Poſtquam diſcipuli crediderant 81.
quòd ille, qui apparebat, & loquebatur, *Cur ſit pacis repetitio?*
erat Magiſter ſuus Jeſus. *Iterum.* Repetit Dominus ipſam

ipſam apprecationem ſalutis, & omnium, bonorum. Cujus repetitionis variæ ſunt expoſitiones. Interlin. Beda. Interlineal. *Iteratio confirmatio eſt, dat eis pacem ſuper pacem, ſicut promiſit per Prophetam.* Beda: *Repetit; quia gemina eſt virtus charitatis* (ſcilicet ad Deum proximum) *vel quia ipſe eſt, qui fecit utraque unum.* Hugo. Hugo: Pax vobis: bis hoc repetit, *ad ſignificandum pacem temporis in præſenti, & pacem æternitatis in futuro.* Primo dedit pacem, ut ab Apoſtolis excluderet omnem turbationem, ac metum Judæorum: modo ſecundo dat pacem, inſtiturus Sacramentum pacis, nimirum, Sacramentum Pœnitentiæ, quo cum Deo, dimiſſis peccatis, pax conficitur æterna, ſi homo perſeveret in gratia.

Inſtituebatur Sacramentum pœnitentiæ, Sacramentum pacis.

82. *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos:* Illud *ſicut* maximè eſt expendendum: *Sicut*, id eſt, ſimili poteſtate, auctoritate, fine, ac modo. Ac proinde Chriſtus Dominus ſuos Apoſtolos illa particula *ſicut*, quodammodò ſibi pares facit, proportione ſervata, ut ſuos ſucceſſores, vicarios, ac delegatos.

83. *Explicatur illa particula, ſicut.* Illud *ſicut* denotat ſimilitudinem in officio, quodammodo ſimili poteſtate, & auctoritate ſpeciali, qua miſit me Pater, ad inſtituendam, ac regendam Eccleſiam, ego ſimiliter vos mitto, ut ſitis ejus doctores ac paſtores, ſicut ego ſum; tanquam mei delegati, juxta illud Pauli 2. Corinth. 5. n. 20. *Pro Chriſto legatione fungimur.* Ac proinde retineatis poteſtatem remittendi peccata, condendi leges, ſicut & ego habeo. Ita D. Cyrill. Chryſ. D. Aug. Theophyl. Rupertus, & alii. Secundò. *Sicut* denotat ſimilitudinem in fine: ad eundem finem, ad quem me Pater miſit in mundum, ad ejus fidem dilatandam, in ſalutem generis humani, ego etiam mitto vos. Ita D. Cyrill. Leontius. Tertiò *Sicut* reſpicit reciprocum amorem, quo amore me miſit Pater, ad meum ſanguinem effundendum pro hominum remedio, eodem ego mitto vos ad martyria & perſecutiones. D. Greg. hom. 26. in Evang. *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos: ea charitate vos diligo, cum inter ſcandala perſecutorum vos mitto, qua me charitate Pater diligit, quem venire ad tolerandas paſſiones fecit.*

2. Cor. 5. D. Cyrill. D. Chryſoſt. D. Auguſt. Theophyl. Rupert. D. Cyrill.

84. *Inſufflat Dominus.* *Et cum hæc dixiſſet, inſufflavit:* Non ſeparatim in ſingulos, ſed ſemel in omnes; unus enim flatus in omnes ſatis erat ad rem ipſam exprimendam: & inſufflatione uſus eſt, quæ eſt externa quædam corporei Spiritus datio, ut demonſtraret, à ſe intro in eorum animis ingeri incorporeum Spiritum, de quo quæſtione ſequenti. *Et dixit eis: ut* intelligerent, quid flatu illo ſignificaretur. *Accipite Spiritum Sanctum*; Ut jam ſæpe dixi, in his, ac ſimilibus locutionibus non eſt ſermo de natura, ſeu perſona Spiritus ſancti in ſe ipſa, ſed de donis Spiritus ſancti, quæ multiplicia, ac varia ſunt, & quaſi infinita. Ait ergo hic Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis; *Accipite Spiritum ſanctum*; id eſt, donum illius, ſeu chariſmata illius, ſeu ejus poteſtatem ad remittenda peccata. Et non dixit: Accipite poteſtatem remittendi peccata, ſed accipite Spiritum ſanctum, ut ſignificaretur poteſtatem remittendi peccata à ſolo Deo eſſe.

85. *Sacramentũ pœnitentiæ, Sacramentum reſurrectionis hominum.* *Quorum*, ſeu ut alii legunt, *quorumcunque remiſeritis peccata, remittuntur eis*, In ipſa ſacratiſſima reſurrectionis die, qua Chriſtus à mortuis reſurrexit, Sacramentum reſurrectionis hominum Chriſtus inſtituit. Quid enim aliud eſt Sacramentum Pœnitentiæ, ac peccatorum confeſſionis; quàm Sacramentum, quo homines ex peccati morte ad vitam reſurgunt? Manifeſtis, & apertis verbis Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis dat hanc maximam poteſtatem, & hominibus valde neceſſariam: *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Quæ verba clariſſimè ſonant, ac ſignificant poteſtatem judiciariam remittendi, ac detinendi peccata, quæ hic data eſt Apoſtolis, tanquam judicibus in foro, ac tribunali conſcientiæ, ita hunc locum intellexerunt omnes Patres, totaque Eccleſia in omni ſæculo, ut definit Conc. Trident. ſeſſ. 14. Can. 3. Conc. Trid. *Si quis dixerit*, inquit, *verba illa Domini Salvatoris:* Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur illis, & quorum retinueritis, retenta ſunt: *non eſſe intelligenda de poteſtate remittendi, & retinendi peccata, in Sacramento Pœnitentiæ, ſicut Eccleſia Catholica ab initio ſemper intellexit: detorſerit autem contra inſtitutionem hujus Sacramenti, ad auctoritatem prædicandi evangelium anathema ſit.*

QUÆSTIO XIII.

Quare quando Dominus dat Apoſtolis Spiritum ad remittenda peccata, inſufflavit?

Rationem litteralem jam dixi in expoſitione, ut hoc ſigno externi ſpiritus ſignificaret, ſe internum Spiritum dare; & ad verba voluit, hoc ſignum externum, adhibere, ut ſuos certiores faceret accepti Spiritus ſancti; flatus enim deſignat Spiritum ſanctum, quemadmodum & ventus. Actor. 2. num. 2. eo quòd Spiritus ſanctus ſit veluti flatus quidam Patris, ac filii; nam & hinc Spiritus vocatur. Ut jam alibi dixi. 86. *Ratio litteralis.* Actor. 2.

Secundò. D. Auguſt. lib. 3. de Trinit. cap. 20. & lib. 10. Geneſ. ad liter. c. 5. & lib. 13. civit. cap. 24. docet, flatum illum non fuiſſe Spiritum ſanctum, ſed ipſius ſignum: ſignificaſſe autem proceſſionem Spiritus ſancti ab ipſo filio: quemadmodum enim flatus ille ſenſibilis ab ejus corpore, ita Spiritus ſanctus, quem dabat, à ſua divinitate procedebat. 87. *Spiritus ſanctus procedit à filio.*

Tertiò. D. Cyrill. Alexandrin. lib. 12. in Joan. cap. 56. D. Baſil. lib. de Spirit. ſanct. cap. 16. D. Ambroſ. in Pſalm. 118. ſerm. 20. exiſtimant, quòd Dominus primitùs inſufflaverit in Adam non tantum animam, ſed etiam gratiam; & quia homo peccando illam perdiderat, hinc Chriſtus Dominus inſufflando eandem Apoſtolis, & per eos cæteris hominibus reſtituit; ex modo ergo operandi, ſe oſtendit Chriſtus, quod ipſe, qui fuit primus largitor gratiæ, ſit etiam ipſius amiſſæ reſtaurator cum inſufflando dat Spiritum ſanctum ad remittenda peccata in Sacramento Pœnitentiæ. Citat. D. Cyrill. *Ut ipſum, inquit, eſſe ſciamus, qui ab initio naturam noſtram creavit, & Spiritu ſancto ſignavit: rurſus in ipſo initio renovandæ naturæ, ſufflatione Spiritum diſcipulis largitur; Ut quemadmodum creati ab initio ſumus, ſic etiam renovemur.* 88. D. Cyrill. D. Baſil. D. Ambr. *Deus gratiæ largitor, & reſtaurator.* D. Cyrill.

Quartò. Idem D. Cyrill. cit. D. Athanaſ. q. 64. ad Antioch. Leont. Euthym. dicunt quod ſit hic alluſio ad illud Gen. 2. n. 7. quando in creatione: *Deus inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ, &* 89. D. Cyrill. D. Anaſt. D. Leo.

factus

Deus natura largitor, & reſtaurator. *factus eſt homo in animam viventem.* Ac ſi dicatur ſicut ego olim, qua Deus inſufflando Adæ, illi indidi animam, quæ ei vitam naturalem, ac animalem dedit: ſic ego modo inſufflando, dono vobis Spiritum ſanctum, qui dat vobis vitam divinam, & ſupernaturalem. Idem ego: qui fui olim hominum creator, & eorum ſum reſtaurator in præſenti.

90. D. Auguſt. D.Aug.tr.32.in Joan.ad c. 7. *Inſufflavit*, ait, *in faciem eorum, quo flatu primum hominem, quem fecit vivificavit, & de limo erexit, quo flatu animum membris dedit, ſignificans, ſe eſſe eum qui inſufflavit in faciem eorum, ut à luto exurgerent, & luteis operibus renuntiarent.* Dixerat Dominus immediatè antea; *ſicut miſit me Pater, ego mitto vos.* Ad labores, perſecutiones & martyria, & tunc inſufflavit, & hujuſmodi inſufflatio quale poterat eſſe auxilium adverſus tot pericula imminentia? Inſufflatio illa in memoriam revocabat, ſufflationem illam antiquam, qua homo è pulvere fuit eductus, ac ſi in eo tota hominis fortitudo, ac firmitas conſiſtat, quòd à pulvere ſciat, ſe excutere, & terrenis operibus renuntiare. Hoc curabat Dominus in illis, qui ad mundi pericula mittebantur: ut lutea opera, effectuſque terrenos relinquerent.

Renuntiare terrenis, ad ſuperanda mundi pericula.

91. Iſai. 52. Ait Iſaias 52. n. 1. *Conſurge, conſurge, induere fortitudine tua, Sion; induere veſtimentis gloriæ tuæ, Jeruſalem, Civitas ſancta; quia non adjiciet ultra, ut pertranſeat per te incircumciſus, & immundus, excutere de pulvere.* Aperte Dominus mandat, ut Sion fortitudine induatur ad pericula ſuperanda ad omnemque timorem à ſe excludendum, & quid faciet Sion ad tam generoſos actus obtinendos, ut periculis obſiſtat, & à timore non vincatur: *Excutere de pulvere*; ſi mente à pulvere exurgat, ſi opera terrena à ſe abjiciat, tanta fortitudine corroborabitur, ut mundi pericula deſpiciat, à mundialibuſque poteſtatibus nihil timeat Noſter D. Cyrill. ibi. *Quemadmodum*, ait, *fortitudinem brachii gloriamque induat clarè educet: primum enim jubet, pulverem excutere. Pulverem hic intelligere convenit, terrenum affectum, & carnalium cupiditatum impuritatem.* Exurge à terrenis cupiditatibus, ut ad alta pervenias.

Abjice affectus terrenos ut nil timeas. D. Cyrill.

QUÆSTIO XIV.

Quomodo Spiritus ſanctus, qui promiſſus eſt, poſt Aſcenſionem, detur hîc Apoſtolis.

92. *Difficultas.* SAncti Apoſtoli Divinum Spiritum jam ceperant, tam in Baptiſmo, quam in ſacra Synaxi: erant juſti, & ſancti: ejuſque plenitudinem accepturi erant poſt aſcenſionem in die Pentecoſtes, juxta illud Chriſti D. Joan. 15. n. 7. *Si non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: ſi autem abiero mittam eum ad vos.*

93. 1. Cor. 12. Reſpondeo, quòd multa, & varia ſunt dona Spiritus ſancti, de quibus agit Apoſtolus 1. Cor. 12. n. 9. Ac proinde in die Pentecoſtes promiſſus eſt Spiritus ſanctus, in eoſque deſcendit viſibiliter per igneas linguas, eoſque gratia ſanctificante replevit, ac confirmavit, omnibuſque ſuis donis cumulavit, præſertim efficacia prædicandi cum genere linguarum, ac ut fortitudine divina generoſè coram regibus ac tyrannis ſtarent. Hic autem Chriſtus Dominus dat Apoſtolis Spiritum ſanctum, ad alium uſum, & effectum, quem non habebant, ad remittenda nempe peccata, hoc eſt, datur eis poteſtas ad peccata remitenda per Spiritum ſanctum. Ita D.Cyrill. D. Chryſoſt. Theophylact. Euthym. Rupert. qui etiam notant, quòd hæc poteſtas datur ſacerdotibus, etiam in peccato mortali exiſtentibus, dummodo verè ordinati, ſint; nam Spiritus ſanctus eſt primarius Auctor qui in Sacramento operatur, & per illud peccata remittit, etiam ſi ejus miniſter ſit impius.

Datur hic Spiritus ſanctus ad alium ſuum. D. Cyrill. D. Chryſ. Theoph. Euthym. Rupert.

94. Ex quo patet, ut rectè inferunt D.Baſil. lib. 5. contra Eunomium, S. Ambroſ. lib. 3. de Spiritu ſancto c.19 D.Chryſoſt. hom. 6. in 2. ad Cor. Spiritum ſanctum, eſſe Deum, cum habeat poteſtatem remittendi peccata, eamque Apoſtolis communicare; ſolius enim Dei eſt remittere peccata. D. Baſil. D. Ambr. D. Chryſoſt.

95. Et quamvis hæc poteſtas remittendi peccata; ſit communis toti Trinitati, appropriatur tamen Spiritui ſancto, ut maximum ejus donum, ut notavit hic Rupertus, ſic ſcribens: *Cum dixiſſet*, ait, *Accipite Spiritum ſanctum, quaſi quærerent: In quo accipiemus eum? ſtatim ſubjungens, quorum* inquit, *remiſeritis, &c. quod primum? & maximum eſt Spiritus ſancti donum.* Tribuitur autem Spiritui ſancto peccatorum remiſſio: quia opera bonitatis, ac charitatis illis aſcribuntur: propterea quod ex Patris, & Filii voluntate procedit, cujus objectum eſt bonum, cujuſque actus charitas eſt: ſicut opera ſapientiæ filio tribuuntur, quoniam verbum Patris eſt, & per intellectum procedit: & Patri tribuitur potentia, quia eſt principium communicationis Divinitatis, ac totius potentiæ.

Remiſſio peccatorum tribuitur Spiritui ſancto. Rupert.

96. Sed jam ad quandam moralem rationem veniamus; cur & modò datur Apoſtolis Spiritus ſanctus? In Cœna illis Dominus exhibuit corpus ſuum ad manducandum: & tamen non prius inſufflavit, ut acciperent Spiritum ſanctum: ut modò, cum dat poteſtatem ad remittenda peccata, prius illis communicat Spiritum ſanctum? Valdè caute agit Dominus, cum homini committitur negotium tractandi aliorum peccata: valdè durus eſt homo homini, & ideo nulli hominum creditur remiſſio peccatorum, niſi priùs divinus, & verus peccatorum remiſſor, Spiritus ſanctus, eorum animis imprimatur, de cujus munere venit, ut valde leniter, ac ſuaviter peccatoribus proſpiciatur. D. Chryſolog. ſerm. 84. *Dedit*, ait, *poteſtatem remittendi peccata, qui inſufflatione ſua infudit ipſum cordibus eorum, & largitus eſt remiſſorem.*

Nullus durior homini peccatori, quàm alius peccator. D. Chryſol.

97. Cum Chriſtus comprehenderetur in horto, ait Petro: cui tradidit claves regni cælorum: *Converte gladium tuum in locum ſuum.* Matth. 26. n. 52. Ac ſi uni manui tradidit Dominus claves; & alteri imperat, ut gladium claudat, ac in vagina teneat, ut ſciat, gladium claudendum eſſe ab eo, qui peccatorum cauſas agit, ac qui peccatoribus proſpicere debet. D. Bern. lib. 4. de conſider. *Dracones*, inquit, *me mones paſcere, & ſcorpiones. Propter hoc inquam, magis aggredere eos? ſed verbo, non ferro. Quid tu denuum uſurpare gladium tentes, quem ſemel juſſus es ponere in vaginam?* Valdè circunſpectè providet Dominus, ut homines, quibus peccatores traduntur, prius gladios recondant, Spirituque ſancto repleantur, ut ſciant, non percutere, ſed parcere.

Matth. 26. *Maxima cautela neceſſaria, ut homo parcat homini.* D. Bernard.

98. Gravi procella urgente, periclitabatur navis conteri: deprehenditur, tempeſtatis cauſam eſſe Jonam ob Deum iratum, à cujus facie fugiebat: Tunc: *nautæ tulerunt Jonam, & miſerunt in mare.* Jon. 1. cap. 1. n. 15. qui ſtatim ſuſcipitur à bellua, à quo tamen incolumitas ſatius ſperaretur? A nauta in

navigio

Homo homini durior quàm bellua.

navigio an à bellua in mari ? A bellua potius ſupplicium , erat timendum , quam à nauta. O hominum impiorum mores!nauta in navigio accepit Jonam, & audiens ipſum deliquiſſe contra Deum, ſic peccantem caſtigat , ut mari , & belluæ tradat : bellua autem vorans Prophetam , illi navigium extitit , quo incolumis aſſervaretur. Pulchre Sedulius lib. 1. Paſchaſ. cap. 15. *Nauta feritatem prabuit , fera navigium miniſtravit.*

Sedulius.

CAPUT V.

Thomas Apoſtolus.

*Joan.*20.*n.*24. Thomas unus de duodecim, qui dicitur Didymus , non erat cum eis,quando venit Jeſus

Num. 25. Dixerunt ergo ei alii diſcipuli: vidimus Dominum. Ille autem dixit eis , niſi videro in manibus ejus fixuram clavorum,& mittam digitum meum in locum clavorum,& mittam manum meam in latus ejus , non credam.

VERSIONES.

Syriacus. *n.* 24. Thomas autem unus ex duodecim,is , qui dicitur gemellus , non erat illic cum eis , quando venit Jeſus.

*Num.*25. Vidimus Dominum noſtrum : ille verò dixit eis:niſi videro in manibus ejus locum clavorum & conjecero in eum digitos , & immiſero manum meam in latus ejus, nequaquam crediturus ſum.

Vatabl. D. Gregor. Nyſſ. Niſi videro in manibus ejus veſtigium clavorum, & miſero digitum meum in veſtigium clavorum.

Cajetanus. Figuram clavorum , & mittam digitũ meum in fixuram clavorum.

D.Aug. Et mittam digitum meum in cicatrices vulnerum ejus.

Euthym. Et mittam manus meas in latus ejus.

Origenes. Et contrecta vero manu mea latus ejus.

EXPOSITIO I.

1. *Cur non erat Thomas cum diſcipulis.*

THomas de duodecim,Apoſtolis ſcilicet, notatur ejus dignitas , ut exaggeretur ejus culpa ; qui *Dicitur Didymus*,id eſt gemellus , cujus rei rationes jam dedi tom.4.cap. 35. expoſit. 5. num. 67. & hic meritò hoc nomen ei notatur , ut dicatur Dydymus , id eſt , geminus , varius , ac dubius ; *non erat cum eis , quando venit Jeſus.* Quando Dominus hac ſacratiſſima reſurrectionis die ſuis diſcipulis ſe exhibuit, ut narrant Lucas , & Joannes , ac vidimus ſuperiori cap.non erat ibi Thomas cum cæteris,pro cujus rei cauſa duplex eſt ſententia D. Chryſoſt. Theophylact Euthym.Carthuſian.exiſtimant quòd cum in paſſione Domini omnes diſcipuli fugientes diſperſi ſint,tamen die Dominica ſenſim , ac ſero congregati ſunt , tunc illis apparuit Chriſtus, Thomas verò nec dum ex fuga redierat fortè ob metum Judæorum : veriſimilius tamen D. Auguſt. Beda,Lyran. D. Th. Albert. Magn. Cajet. Toletus exiſtimant, Thomam fuiſſe cum cæteris Apoſtolis, quando illi duo diſcipuli ex Emmaus venientes narraverunt , ſe vidiſſe Dominum. Luc. 24. n.33. Dicitur inveniſſe undecim congregatos , in quibus etiam erat Thomas,ut dixi c.3.expoſ.8 n.110.quæ narratio ita ei viſa eſt incredibilis, & ſic diſplicuit, ut à cæteris Apoſtolis credentibus diſceſſerit , ac abjerit,ut facere ſolemus, quando alicujus ſermone offenſi ſumus , quem ferre non poſſumus.

D.Chryſoſt. Theophyl. Euthym. Carthuſ. D. Auguſt. Beda. Lyranus. D. Thom. Albertus. Cajetan. Toletus.

Dixerunt ergo ei , alii diſcipuli , poſtquam ipſe nempe , ad domum rediit ; *Vidimus Dominum* : Et non addiderunt , inſufflavit in nos Spiritum ſanctum , nobiſque dedit poteſtatem ad remittenda peccata,ſed hoc ſilentio abſcondunt, ut denotetur, alia Dei bona non facile publicanda,ne aliqua inanis gloriæ ſubrepat jactantia.Tamen Apoſtoli multa alia dixerunt Thomæ , quæ hic non referuntur. *Niſi videro in manibus ejus fixuram clavorum.* Seu ut alii legunt : *locum clavorum* , ſeu *veſtigium* , ſeu *figuram*,vel *cicatricem* clavorum , & ne fortè oculi fallantur;*mittam digitum meum* ; non viſu contentus eſt,ſed etiam vult palpare,& contrectare;ait *digitum meum*, quia clavi manus , & pedes transverberantes , figuram digiti referunt , *& manum meam in latus ejus* ; ad latus manum offert ob latitudinem ipſius vulneris. 2.

Dei dona nõ publicanda.

QUÆSTIO I.

Quare Apoſtoli non reprehendunt Thomam cum ei dicunt ; vidimus Dominum , & ipſe eis non credit ?

DIXERUNT Apoſtoli Thomæ : *Vidimus Dominum*,ut ad fidem reſurrectionis articuli Thomam invitarent ; hoc affectu alienæ ſalutis flagrat Apoſtolicus ſenatus , & ſicut ipſi Apoſtoli laudes decantabant gloriâ ſui Magiſtri ſuſcitati , ſic & in eis celebrandis ſocium volebant Thomam. Ait Regius Vates Pſalm. 33. num. 1. *Semper laus ejus in ore meo.* Nunquam à Dei laudibus ceſſabat. Adjunxit tamen n.4. *Magnificate Dominum mecum.* Ecce zelus illius,qui alios convocet ad obſequium. D. Baſil. ibi : *Non patitur , ut ipſe ſolus hymnum texat.* 3.

Charitas flagrat aliorum ſalute. Pſalm. 33. D. Baſil.

Aiebat anima ſancta : *Inveni, quem diligit anima mea,tenui eum nec dimittam.*Cantic.3.n.4.& tamen n.11.filias Jeruſalem convocat, dicens : *Egredimini , & videte Regem veſtrum Salomonem.* Si tum vehementer exoptatum dilectum in ſinu tuo retines,fruere tuo bono , ad quid alias Virgines compellas,ut tuum ſponſum diligant ? Cave , ne ſi videant , tibi invideant , ad quid ergo in amoris negotio conſortium quæris alienum ? nodum ſolvit Nyſſenus orat 7. *Quemadmodum*,ait , *magnus ille Paulus pro damno ducebat , ſi non cum hominibus univerſis* 4.

Cant. 3. *Qui Deum amat , ſolus amare non amat.* D.Nyſſen.

univerſis bona ſua communicaſſet; opto (inquit) *non tantum te, ſed etiam omnes, qui audiunt, tales, hodie*
Actor. 26. *fieri, qualis ego ſum.* Actor.26.n.29. ſic & benigniſſima hæc ſponſa, &c.

5. *Difficultas quæſtionis.* Quæſtio tamen principaliter inquirit: Quare cum Apoſtoli dicunt Thomæ: *Vidimus Dominum.* Et ipſe pertinaciter diſſenſit & eorundem dictis non acquieſcit, dicens: *non credam.* Quare ſacri Apoſtoli eum non arguunt, & reprehendunt; maximè & Petrus, qui Collegii Apoſtolici erat princeps, & caput?

6. Reſpondeo, quòd Apoſtoli circa Reſurrectionis myſterium aliquando fuerunt increduli; nam cum ipſa reſurrectio eſſet eis annuntiata à ſanctis mu-
Luc. 24. lieribus, ait D. Lucas 24. n. 11. *Et viſa ſunt ante illos, ſicut deliramentum, verba iſta, & non crediderunt illis.* Et item ibidem n. 4. cum diſcipulis congregatis Chriſtus apparuiſſet, dicens; *Ego ſum,* eiſ-
Qui arguit caveat, ne ſit arguendus. que manus, & latus oſtendiſſet; ſubditur: *Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio.* Cum ergo ipſi aliquando tanto reſurrectionis myſterio non credidiſſent, Thomam incredulum non audent reprehendere, & arguere, qui alicujus crimen carpit, maximè expedit, ut ejus inquinamento non ſit deturpatus, ac fœdatus. Unde bene
Tertull. admonet Tertullian. de Patient. cap.1. *Oportet, conſtantiam commonendi, propriæ operationis auctoritate, dirigere.*

7. Liberavit Jeſus hominem à legione dæmoniorum, homo, qui ſanus factus eſt: *Rogabat illum vir, à quo dæmonia exierant, ut cum eo eſſet. Dimiſit au-*
Luc. 8. *tem eum Jeſus, dicens. Redi in domum tuam.* Luc. 8. n. 38. 39. Rogabat vir ille, ut ad officium ſcholæ Apoſtolicæ admitteretur; Chriſtus hominem à ſe ablegat, & non permittit eum in ſuo comitatu. Jeſus venerat vocare omnes, ut eum ſequerentur;
Abulenſ. hic ſe offert ad ſequelam, cur rejicitur? Abulenſ. ad cap. 11. Numer. q. 38. *Nec ob aliud,* ait, *repulit eum, niſi quia propter infamiam præcedentem, aptus non erat ad prædicationem.* Si ille homo Chriſti ſcholæ adſcriberetur, officium prædicatoris exer-
Dicere non poteſt homo vitio affectus. ceret: *At vero aptus non erat ad prædicationem.* Nam ſi homo diabolo captus vellet, alios homines verbo caſtigare, male audiret de vitio vitæ retroactæ: nec auditores moveret, licet moneret; abeat ergo in domum ſuam, & officium docendi non ineat: *Propter infamiam præcedentem, aptus non erat ad prædicationem.*

8. Cum omne genus humanum turpitudine peccatorum eſſet maximè depravatum, adducuntur, aquæ diluvii, *quibus conſumpta eſt omnis caro, quæ*
Geneſ. 7. *movebatur ſuper terram.* Geneſ. 7. n.21. præter octo
1. Petr. 3. animas, ut dicitur 1. Petri 3. num.20. Deus omnia operatur per media communia, & facilia; ad quid præter conſuetam legem, totus orbis inundatur aquis? cur non potius ipſa terra aperit os ſuum, & peccatores deglutit; ad quid tanta inundatio aquarum? Peccante primo homine, terra maledicto af-
Geneſ. 3. fecta fuerat: *Maledicta terra in opere tuo,* Geneſ.3.
Non puniat, qui puniri meretur. num.17 à quo maledicto immunes fuerunt aquæ; terra ergo; quæ maledictione repleta erat, non inveniebatur proportionata ad maledictiones peccatorum puniendas; aſſumuntur ergo aquæ ad hoc miniſterium, quæ à maledictione ſunt expertes, quod prævidens Deus, cum malediceret terram, aquas ultrices divinæ juſtitiæ, ab illo anathemate
D. Auguſt. eximit. D. Aug. lib.1.c.4. de mirabil. *Aquis,* ait, *ab Adæ maledicto Deus pepercit; quia per aquam diluere maledictionem aliam paraverat: quod in diluvio factum eſt.*

QUÆSTIO II.

Unde cognovit D. Thomas, quod Chriſtus Dominus habebat vulnera? Expenditurque ejus modus dicendi.

AIT Thomas: *Niſi mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus ejus:* Circa quem dicendi modum dubitabis; ſicut manuum plagæ, dicuntur loca clavorum, quare pectoris vulnus non dicitur etiam vulnus lanceæ? Manuum plagæ, ut amoris ſigna haberentur, neceſſarium erat, ut perforantibus clavis transverberatæ agnoſcerentur, at verò lateris vulnus cum in corde infixum eſſet, ipſa loci exiſtentia amoris vulnus publicabat. 9. *Quare vulnus lateris, non dicitur vulnus lanceæ?*

Ex his verbis D. Thomæ manifeſtum fit; quòd ipſe, bene agnoſcebat formam vulnerum Chriſti; 10. *Difficultas quæſtionis.* *niſi mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus ejus:* ſciebat, foramen clavorum eſſe ad digitum capiendum, & vulnus lateris eſſe ad integram manum ſuſcipiendum; & hoc, ſine dubio, ex Apoſtolorum relatu, qui ſatis apertè de ſuo Magiſtro ei loquebantur.

Moraliter etiam rem expendo; Apoſtoli tantum 11. *Amoris ſigna non extinguuntur.*
dicunt Thomæ: *Vidimus Dominum;* unde ipſe conjecturavit, quòd ſi ipſemet Dominus erat, plagas, quas in paſſione ſuſcepit, ſecum aſportaret? cum vulnera illa eſſent amoris ſigna, ac pignora; proindéque apud ſe pro certo ſtatuit, quòd ut amoris ſigna nunquam in eo eſſent delenda, ſed perſeveranter, ac firmiter ſculpta permanſura; amoris enim fervidi nota nunquam abolетur, ac extinguitur.

Ait Joan. in ſua Apocalypſ. 5. n. 6. *Vidi Agnum* 12. Apocal. 5.
ſtantem, tanquam occiſum. Ubi rectè ponderat Ansbertus, quòd dicitur Agnus ſtare, quod videtur Ansbertus.
habere repugnantiam cum occiſione; qui ſtat vitali Spiritu, pedibus ſuis nititur; qui autem occiſus eſt cadit, & proſternitur, ſi ergo ſtabat, quomodo occiſus? Agnus ille Chriſtus D. ut in confeſſo *Agnus ſigna retinet.*
eſt apud omnes. In ipſa Curia cæleſti repræſentabatur, ut vivus in ſæcula ſæculorum. Apocalypſ. 4. num. 10. at videbatur tanquam occiſus; non ut occiſus, ſed in ſimilitudinem occiſi; nam ipſe traditus eſt morti ob hominum amorem; inde mortis ſigna, tanquam ſui amoris pignora, nunquam dimiſit, ſed ſemper retinuit, ac perenniter conſervavit.

Moyſi apparuit Dominus in flamma ignis de medio rubi, & videbat quòd rubus arderet, & non comburetur. Exod.3 num. 2. Grandis, & celebris eſt 13. Exod. 3.
viſio, & primò, ſi Deus voluit Moyſi apparere in arbore, cur alia non eligitur; rubus enim maximè improportionatus divinæ majeſtati videbatur; ipſe enim planta eſt humilis, infœcunda, & tota ſpinoſa; deinde ardebat, & non comburebatur. Imò, ut ait D. Gregor. Nyſſen. lib. de vita Moyſis: *Vidit arbuſtum ardens, cujus tamen rami con-* D. Nyſſen.
tinua quaſi irrigatione vireſcebant; purior ergo, & vegetior flammis igneis rubus evaſit. Cur ergo *Ignis non poteſt amoris ſigna conſumere.*
Deus ſic apparet in rubo, cum ſit planta funeſta ſine frondibus, & fructibus: ſpinis, & ſentibus armata inhorreſcat? inde Deus ſe exhibet in rubo, ad oſtendendum ſuum amorem erga populum Iſraël, cum quo Deus deſcenderat in foveam, & ſicut Iſraël erat in ergaſtulo captivitatis totus triſtis, & mœſtus, accinctuſque ſpinis, & aculeis laborum,

D. Paſchaſ. borum, perſecutiorum, ac afflictionum, ſic Deus, ſuorum moleſtiis, videbatur pungi in rubo ſpinoſo D. Paſchaſ. lib. 1. in Matth. *Erat Deus in rubo, ut inter æſtuantes, ac laborantes Hebræos.* Cum ergo in planta apparerent ſigna divini amoris, à nullo voraci igne poterat cremari, nam etſi omnia vehementi flamma comburat, ac in cineres redigat, tamen amoris monumenta minimè edere, ac exurere valet.

QUÆSTIO III.

Quare D. Thomas pro ſigno corporis glorioſi Chriſti, non poſtulat dotes gloriæ, ſed vulnera corporis plagati?

14. Dicebant alii Apoſtoli Thomæ; *Vidimus Dominum*, cum ſuis quinque vulneribus eleganter pulchrum, ac radiantem, Thomæ maximè videbatur alienum à tanta majeſtate talia vulnera; non enim poterat ejus intellectus capere, quomodo corpus glorioſum tales plagas in ſe admitteret; & ideò conſtanter dicebat, niſi experimento, ac tactu videro non credam.

15. D. Chryſ. *Vulnera Dei virtutem manifeſtabant.* Secundò. Elegantiſſimè reſpondet D. Chryſol. ſerm. 84. *Cur tibi, Thoma, ſola vulnera præſentati, in judicium fidei, nimis callidus explorator expoſtulas? Quid, ſi iſta cum aliis abolita fuiſſent? Nulla pietatis monumenta, nulla Dominicæ reſurrectionis inveniri exiſtimas potuiſſe documenta? Prophetia ſanè magis, quam cunctatio fuit.* Reſurrectionis gloriæ optimus indagator Thomas, non quatuor beatorum dotes requirit, ſed tantum quinque vulnera exoptat, vulnera enim illa in corpore, abſque impedimento naturalium operationum in venis, & arteriis, ut dixi ſuperiori cap. q. 8. n. 43. miraculoſum erat Dei opus, quòd divinam virtutem indicabat, & teſtimonium perhibebat virtuti, per quam ipſe reſurrexerat D. Ambr. in Pſ. 43. *Thomas ubi tetigit manu propria latus Chriſti, reſpondit, Dominus meus, & Deus meus, qui non ſolum reſurrexit, ſed etiam ipſe ſe ſuſcitavit.* Ex Chriſti enim vulneribus, ejus hanc divinam virtutem cognovit.

D. Ambroſ.

16. D. Chryſ. *Chriſti vulnera, Chriſtianæ fidei efficaciſſimũ argumentũ.* Tertiò. Citatus Chryſol. *Certè prophetia magis, quàm cunctatio fuit; nam cur talia peteret, niſi à Deo ad indicium reſurrectionis ſuæ, ſervata ſola vulnera, prophetali ſpiritu cognoviſſet.* Jam Chriſtus Dominus mortis vincula diſruperat, & majeſtuoſa pompa glorioſus erat triumphator; cur ergo Thomas pro reſurrectionis ſigno quæris vulnera? Vulnera ſigna mortis ſunt; ergo in redivivo Domino potius abolita, quam permanentia debebant eſſe; cur ergo Thomas in fidei argumentum, illa vulnera ſibi præſentari depoſcit? Arcano ſanè myſterio, ac prophetico ſpiritu, aſſerit Chryſolog. quòd cognoverit Thomas, vulnerum veſtigia à Domino ſervata, ad fidei certitudinis argumentum, ita ut nullum eſſet majus, ac efficacius medium ad trahenda humana corda in fidei captivitatem: *Cur talia peteret, niſi à Deo, ad indicium reſurrectionis ſuæ, ſervata ſola vulnera prophetali ſpiritu cognoviſſe.* Pro quo vide, infrà in hoc cap.

17. D. Cyrill. Alex. Noſter D. Cyrill. Alexand. lib. 12. in Joan c. 58. exiſtimat, quòd in corporibus ſanctorum in cœlo nullæ ſint ſciſſuræ, nullàve plagarum ſigna, quæ in præſenti pro Deo, ac virtute ſuſceperunt; de quo egi ſuperiori cap q. 8. n. 45. quòd ſi hæc ita ſunt juxta Cyrillum, & in corporibus glorioſis non erunt, cur reſervata ſunt in ſolo corpore Chriſti? Sic ait citatus Cyrillus: *Dicimus, nullas corruptionis reliquias, nullum ſignum, nulla conſequentia, vel ante edentia poſt reſurrectionem in hominibus futura. Verum quoniam ad certiorem id fidem Thomas flagitavit, neceſſario Dominus noſter JESUS Chriſtus, ne ullam infidelitati cauſam præberet, ſic & illi, & cæteris apparet, ut illis conducebat: ac præter illud, quod rerum conditio requirit, propter utilitatem noſtram, paſſionis notas retinuit.* Cum ſanctorum res ſint coram Deo, non egent excitatore, ut Deus ob oculos habeat quæcumque ſive magna, ſive parva, pro illo paſſi fuerint in mundo; omnia ſunt aperta, & nuda in conſpectu ejus. At cum Chriſti Domini negotium cum creaturis ſit, ut illæ in oblivionem, ac incredulitatem non abeant, neceſſum eſt, ut perpetuò illis creaturis, ante earum oculos, ponat clara, & manifeſta vulnera, illarum amore accepta, ut ſic magis in fide confirmentur, & ad amorem, ac gratitudinem tantorum beneficiorum magis inflammentur.

In corpore Chriſti vulnera ad confirmandos fideles in fide.

18. Quartò. Thomas non ſplendorem gloriæ, ſed vulnerum infirmitatem exoptat, ut credat: *Niſi videro in manibus ejus fixuram clavorum.* Tale eſt aggreſte hominum ingenium, ut non ex virtutum ingenuitate, ſed ex ſordibus elapſæ infirmitatis, ad credendum argumenta deſumat; ſic aliena gloria homini eſt incredibilis, ut ex humilitate, ac vilitatione, credendi motivum hauriatur, ut gloriæ credibilitas de probo aſtruatur, & clavorum cicatrices reſurrectionis fidem comprobent.

Sublimitas gloriæ ex cicatricum humilitate creditur.

19. *Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Joannes, Hic venit*, ut dicitur Joan. 1. *in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de lumine*, ut omnes crederent per illum. Ecce Joannis elogia; videamus nunc ejus teſtimonium: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi Hic eſt, de quo dixi: Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt, quia prior me erat. *Et ego neſciebam eum, ſed ut manifeſtetur in Iſraël, propterea veni ego.* Joan 1. n. 31. Maximè mirandum eſt exoptatiſſimum teſtimonium, quod Joannes de Chriſto præbet, ut omnes crederent per illum. Ait: *Ego neſciebam eum.* Sine dubio de eo, qui neſcitur, non benè teſtimonium perhibetur; aut Joannes non debuit teſtificari de eo, quem neſciebat; aut ſi eum jam ſcit, non debuit de ſe teſtificari, quòd neſciebat; nam teſtium elogium ſcientia, ac notitia eſt. Joannes cum mundialibus hominibus loquebatur, & proferens illuſtriſſimum Chriſti teſtimonium, ut illi homines aſſentirentur, & crederent; de ſe ait: *Ego neſciebam eum*, ut dum ſuam inſcientiam, ac ignorantiam publicat, majorem credibilitatem teſtimonio comparet; nam ex humilitate ac dehoneſtamento ſublimitas gloriæ credibilitatem mutuatur, & de ſua neſcientia evulgata ſuum teſtimonium certitudinem comparat D. Chryſoſt. ad citata Verba Joan. 1. *Neſciebam eum, inquit, quomodo ergo dignus eſt fide teſtis? quomodo alios docet, qui neſcit? Non inquit, neſcio, ſed neſciebam: Ut hoc verbo maximè ſibi crederetur.* Expende profundè mentem Chryſoſt. Ad quid Joannes de ſe ait: *neſciebam*? ſubdit ſanctus Doctor: *Ut hoc verbo maximè ſibi crederetur.* Celſitudine teſtimonii ex neſcientia gradum fecit ad credibilitatem Vide ſuperiori cap. q. 9.

Joan. 1.

Ex neſcientia gradum fecit celſitudo teſtimonii ad credibilitatem.

D. Chryſoſ.

QUÆSTIO IV.

Quare Thomas ad credendum, vulnera requirit in corpore Chriſti? Phariſæi verò, ut credant, vulnera non eſſe in corpore Chriſti, poſtulant?

20. *Difficultas quæſtionis.* DIvus Thomas, ut credat, vulnera videre deſiderat in corpore Chriſti, *niſi videro in manibus ejus fixuram clavorum, &c. non credam.* At Phariſæi cicatrices aboleri, ac dimoveri ab ejus corpore, exoptant, ut credant; cum Jeſus penderet in cruce, dicebant: *Si Rex Iſraël eſt, deſcendat nunc de cruce, & credimus ei.* Matth. 27. n. 42. Unde iſta diverſitas? quòd Thomas in argumentum fidei, vult vulnera, quæ Phariſæi nolunt? Matth. 27.

21. *Vera pietas magis devincitur amore quàm majeſtate.* Reſpondeo; quòd Phariſæi ad credendum nolunt in Chriſto vulnera, ſed gloriæ, ac majeſtatis oſtentationes; at pietas Apoſtolica maximè exoptat vulnera, quæ ſunt amoris ſigna, ac monumenta; verè enim diligens, magis trahitur, ac devincitur amoris monumentis, quàm pompoſæ majeſtatis apparatu. Verè diligens non honoris auctoritate, ſed amoris affectu magis allicitur.

22. De ſuo dilecto ſponſo ait anima ſancta: *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur.* Cant. 1. n. 13. Id eſt, dilectus meus Jeſus, faſciculus amaritudine mortis, ac paſſionis, inter præcordia mea commorabitur, ut communiter cum Theodoreto, & Bernardo exponunt Patres; iterum verò de ſponſo ait ipſa anima Cant. 5. n. 10. *Dilectus meus candidus, & rubicundus:* Candidus ſtola immortalitatis, Rubicundus, ſeu fulgidus fulgore gloriæ, & tamen ſtatim additur: *Quò abiit dilectus tuus?* Quid eſt, quòd dum ipſe eſt plagatus, ac plenus amaritudine myrrhæ, amplexu inter præcordia retinetur; at verò dum ſplendet gloria, & immortalitate, abire permittitur? Cum anima ſancta maximè ſuo dilecto adhæreret, eique vehementer aſtringeretur amoris affectu, plus devinciebatur, ac alliciebatur plagis, & vulneribus, ſui eximii amoris monumentis, quàm ſplendida gloriæ, ac immortalitatis ſtola; dum gloria irradiat; eum abire ſinit, ac cum plagatus offertur, intimo amoris affectu inter ubera retinetur, & eum dimittere non patitur. Ad cujus exemplum, nos D. Bern. exhortatur ſerm. 43. in Cantic. *Tu* ait, *ſi ſapis, imitaberis ſponſæ prudentiam; atque hunc myrrhæ tam charum faſciculum de principatu tui pectoris, nec ad horam patiaris avelli.*

Cant. 1. Cant. 5. *Amor magis allicitur, vulneribus Chriſti, quàm gloriæ ſtola.* D. Bern.

23. Ab Oriente veniunt Magi Jeroſolymam dicentes: *Ubi eſt, qui natus eſt, Rex Judæorum? Vidimus ſtellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum* Matth. 2. n. 2. & tamen de eis non dicitur, quòd multum dilexerint, ut de Magdalena ſcribitur Luc. 7. n. 47. Magi veniunt è regione longinqua, ac è remota terra, Magdalena verò Dominum quæſivit inter civitatis mœnia cubantem in domo Phariſæi, & tamen de Magis non decantatur, quòd dilexerint multum, ut de Magdalena celebratur: Magi Dominum quæſierunt inter majeſtatis ſigna, fulgurantis nempè ſtellæ ſplendores, at Magdalena ad Dominum ſe confert, inter Phariſæi obmurmurationes, & malam loquelam; & ille magnus reputatur amor, non qui inter ſplendores gloriæ, ſed qui inter humilitatis abjecta, firmiter ſequitur, & conſtanter adhæret. Doctiſſimus Idiota lib. 2. *Phariſæus obmurmurat, & Maria charitate vulnerata ſtat ad pedes.*

Matth. 2. Luc. 7. *Verus amor magis declaratur, ſequens in humilitate.*

QUÆSTIO V.

Quare Thomas tam conſtanter ait quòd non credet, niſi mittat manum in Chriſti vulnera? agitur de ejus culpa?

PEccavit Thomas hîc incredulitate, arrogantia, ac irreverentia, cæteris enim omnibus Apoſtolis dicentibus Chriſtum ſurrexiſſe, ipſe eis non credidit, imò fortè etiam ipſi Virgini Matri, conſtanter id affirmanti fidem noluit adhibere, peccavit etiam præſumptione, non enim aliter credere voluit, niſi Chriſti vulnera manu, ac digitis contrectaret, peccavit etiam pertinacia, nam per octo dies obſtinatus perſtitit in hac incredulitate, unde non ſolum peccavit circa modum reſurrectionis, ut vult D. Amb. in c. 24 Luc. ſed etiam circa ipſam veritatem reſurrectionis corporis Chriſti, exiſtimavit enim, diſcipulos deceptos eſſe, nec verum Chriſtum, ſed phantaſma Chriſti figura cō poſitum vidiſſe. Ita D. Aug. l. 16. contra Fauſtum c. 32. Orig. l. 2 contra Celſum, D. Gr. ho. 26 in Evan. 24. *Peccavit Thomas.* D. Ambr. Origen. D. Auguſt. D. Gregor.

Hæc incredulitas Thomæ orta eſt partìm ex eo quod non crediderit, Chriſtum eſſe verum Deum, ſi enim hoc crederet, facilè ſibi perſuaderet, potuiſſe corpus ſuum à mortuis in vitam excitare, partim ex ſumma animi triſtitia, ac dolore; quòd cæteri Apoſtoli Chriſtum intuerentur, & quòd ipſe ſolus eſſet excluſus, ne eum videret, hoc maximè premebat, ac cruciabat cor ejus, ut in has voces prorumperet, niſi videro, non credam: quod permiſſum eſt à Deo ad majorem firmitatē, ac corroborationem fidei reſurrectionis, ita communiter Patres, D. Aug. ſerm 161. de temp. D. Greg. citatus, & alii. 25. *Incredulitatis cauſa.* D. Auguſt. D. Gregor.

D. Chryſol. ſerm. 84. graviter pungit incredulitatem, ſeu curioſitatem D. Thomæ: *Cur Thomas,* ait, *veſtigia fidei ſic requirit? Cur tam piè patientem, tam durè diſcutis reſurgentem? Cur ea vulnera, quæ manus infixit impia, devota dextera ſic reſulcat? Cur latus, quod impii militis lancea patefecit, refodere manus nititur obſequentis? Cur dolores perſecutorum furoribus irrogatos, ſimulantis curioſitas renovat immitis?* Summum totius orbis crimen Chriſti crucifigentium, *immitis curioſitas,* huic adhæret, eumque comitatur, vulnera enim à tortoribus in Paſſione inflicta Chriſto, renovare intentat, reſulcans manuum plagas, refodiens lateris vulnus, revocans, quantum eſt ex ſe, tortorum immites dolores, ſi corpus illorum eſſet capax. Quod Judæorum infidelitas, diabolica perverſitate, intulit, renovare immitis curioſitas non dubitat, iterum reſecans vulnera, & manum in latus, ac etiam in præcordia Dei mittere, ut veluti ad ſecreta ejus pertranſiret. 26. D. Chryſol. *Curioſitas infidelitatem cōcomitatur.*

Adeſt ſuo Domino Senatus Angelicus. Job 1. n. 6. *Cùm veniſſent filii Dei,* &c. Et ne quid eſſet, quod malus Dæmon curioſè non exploraret, etiam, *Adfuit inter eos, & Satan;* fortaſsè ut rimaretur, & perſcrutaretur abdita quæque ſpiritus Angelici? Quid enim Satan aliud faceret? Cajet. teſte: *Ingerens ſe inter bonos, velut improbus comes.* Rogatus eſt à Deo Dæmon, quò, & unde veniſſet? n. 7. reddit Satanas: *Circuivi terram, & perambulavi eam.* &c. qua de cauſa, quo ſtudio ferebatur, cum dicat, luſtratum à ſe univerſum orbem? quod apud Origegem Diabolus expreſſiùs fatetur lib. 1. in Job: 27. Job. 1. Cajetan.

Circuivi

Circuivi terram , &c. *circuitionibus iniquitatis* , *& ſpeculans tranſitu ſubito* , *qui tractetur in animis*, &c Valdè jactanter Satanas , uti adverſarius ebuccinat valere ſpeculandi arte , ut nihil fiat intimo etiam in animo , quod non intus inſpiciat ; falſa fatus hæc eſt ; Dæmon ſolum conjectura aſſequitur ; non tamen penetrat hominis animum ; hoc enim ad ſolum Deum ſpectat. *Tu ſolus noſti cogitationes cordis hominum.* Quomodo ergo ait Diabolus, juxta Origenem : Speculans tranſitu ſubito, quid tractetur in animis ? Dæmon ubi ferebatur curioſitate , non contentus eſt inter terminos , ac fines ſpiritus diabolici ; ſed etiam ad ea, quæ ſunt propria ipſius Dei , voluit excurrere, ac pervenire, ut hominum ſecreta calleret , curioſus ,ſic audax, ut non ſolum ſe extendat ad ea,quæ ſunt hominis, ac ſenatus Angelici,ſed etiam ea,quæ ſunt Dei,intentet percipere,& penetrare.Unde eſt illud tritum Plutarchi:*Curioſus nemo , qui non ſit malevolus.*

Curioſus ad ea, quæ ſunt Dei propria, ſe vult extendere.

28. Creatus Petrus à Deo Eccleſiæ Pontifex , videns Joannem, curioſè de eo quærit : *Domine* , *hic autem quid ?* Joan.21.num.21.Curioſum hominem trudit divinus Magiſter : *Quid ad te ?* Ut his verbis admonitus eſſet , quòd cum eſſet Pontifex, ſciret quæ ad Pontificem pertinebant ; non autem vellet ſe intromitrere in ea , quæ Dei ſunt : ſcire autem de Joanne , non ſpiritus hominis erat , ſed ſolius Dei D. Chryſoſt. hom. 87. *Quid ad te ? His verbis nos erudiens* , *neque dolendum* , *neque curioſius* , *præter divinam voluntatem inveſtigandum.* Præſul agat , non pro ſua curioſitate, ſed pro ſui muneris officio Vide lib. 8. c. 5. n.8.9.10.

Joan. 21.

*Joan.*20.*n.*26. Et poſt dies octo , iterùm erant diſcipuli ejus intus , & Thomas cum eis. Venit Jeſus januis clauſis, & ſtetit in medio & dixit Pax vobis.

*Num.*27. Deinde dicit Thomæ : infer digitum tuum huc , & vide manus meas ; & affer manum tuam, & mitte in latus meum , & noli eſſe incredulus , ſed fidelis.

VERSIONES.

Syriac.n 26. Octo itaque poſt diebus , rurſùm intus erant diſcipuli, & Thomas cum eis. Et venit Jeſus , cum clauſæ eſſent valvæ, ſtetitque in medio , ac dixit eis : Pax vobiſcum.

Arabicus. Cum fores eſſent clauſæ.

S.Hilar.Euſeb.Emiſſ. In medio diſcipulorum ſuorum.

*Syriacus n.*27. Infer digitum tuum huc , & aſpice manus meas , & profer manum tuam , & immitte in latus meum.

Vatablus. Admove manum tuam , & immitte in latus meum : & ne ſis incredulus, ſed credens.

Pagn.Cajet. Ne ſis infidelis,ſed credulus.

EXPOSITIO II.

29. POST *dies octo* ; hoc eſt , octavo die à Dominica Reſurrectione , ac proinde apud nos octava die Paſchæ , ſeu Dominica in albis , iterum Jeſus apparuit Apoſtolis ſuis congregatis , volens ſui conſpectu illum diem honorare, ac conſecrare, D Cyrill. *Die poſtea deinceps octavo* , *utriſque connumeratis extremis* , *congregati rurſus diſcipuli*, *Thoma præſente* , *ſimili modo Dominum videns. Jure igitur ſanctæ Congregationes die octavo in Eccleſiis fiunt :* Et addit D. Cyrill. quod ex his apparitionibus cœperunt in Eccleſia fieri conventus in die Dominica. *Iterum diſcipuli ejus erant intus*; in eadem nempè domo Jeroſolymis, ut docent D. Aug lib.3.de conſenſ. Evangel c. 25. & benè probat hîc Franciſcus Lucas. *Venit JESUS* , *januis clauſis.* Ut Thomæ non ſolum ſe præberet videndum , ſed etiam palpandum.

D. Chryſ.

D. Auguſt.

Franc. Luc.

*Deinde dicit Thomæ:*Salutatis omnibus,ad Thomam ſe vertit, ut denotaret , quòd ejus cauſa præcipuè veniſſet. *Infer digitum tuum huc* , propiùs ad Thomam acceſſit Dominus , & manus extenſas ei contrectandas exhibuit , *& affer manum tuam* , *& mitte in latus meum.* Ecce tibi me offero, ut omnia facias , quæ dixiſti , dummodo , *Noli eſſe incredulus.* Ex quo Theophyl. notat ex D. Chryſ. *Vides manifeſtè* , *ex infidelitate fuiſſe dubitationem* , *& fruſtra quoſdam gratificari Thomæ* , *dicentes* , *quod data opera* , *& prudenter non facilè credidiſſet. Nam Dominus incredulum vocat.* Suo vulnere Thomæ vulnus curat Chriſtus , ut ipſe non ſit incredulus , ſed fidelis. 30.

Theoph.

D. Cyrill.

Quæres , an Thomas verè tetigerit Chriſti vulnera? Non tetigiſſe , exiſtimat Euthym. Gloſſa dubitat. Contrarium enim tenendum eſt cum D. Aug.tract.121.in Joan. D. Cyrill. D. Gregor Beda. D Bonav. D.Thoma , nec de hoc eſt dubitandum, quia Chriſtus dixit ei : *Infer digitum tuum huc*, &c. quod cum eſſet Domini præceptum , ſi non eſſet factum , Thomas ſe excuſaſſet , quod Evangeliſta non præteriret Unde ait Toletus : In confeſſo eſt apud omnes,Thomam,ſecundùm Domini præceptum , vulnera Chriſti tetigiſſe , hoc enim juſſit Chriſtus , ut argumentum efficax ſuæ reſurrectionis , non tantum Thomæ , ſed & omnibus fidelibus perpetuò relinqueretur. Ita D. Aug ſerm. 147 de temp & ſerm. 161. etiam de temp. D. Ambroſ.in cap.ult.Luc. D. Gregor. hom.29 in Evang. 31.

An Thomas verè tetigerit Chriſti vulnera ?

Euthym. Gloſſa. D. Auguſt. D. Cyrill. D. Gregor. Beda. D. Bona. D.Thom.

D. Auguſt. D. Ambr. D. Gregor.

QUÆSTIO VI.

Quare D. Magiſter abeſt hebdomada integra, cum Thomas maximè remedio indigeret ?

GLorioſum Dominum jam viderant omnes Apoſtoli , unus ſolus Thomas non aderat, ut Dominum videret , quod ipſe vehementer anxius ſummo deſiderio flagrabat,tamen participare gaudium , & hoc remedio maximè ejus infidelitas indigebat. At verò modò cum eſſent *diſcipuli ejus intus* , *& Thomas cum eis* , *venit JESUS januis clauſis* , *& ſtetit in medio.* Sufficiebat , quòd ſoli Thomæ appareret , at neſcit divina manus uni ſoli gaudia exhibere ; quin etiam univerſæ communitati exhibeat ; tunc Deus largitur uni quando ſcit munera profutura toti communitati D. Gaudent. orat. 40. in Martyr. *Dominus*, ait, *apparuit ſecundò Apoſtolis* , *ut Thomæ deſiderium adimpleret* , *profuit cupiditas ejus & cæteris.* 32.

Gaudium à Deo non eſt uni particulari, ſed omnibus.

D. Gauden.

Quæſtio tamen principaliter inquirit , quare 33.

[illegible] quæſitum.

poſt octo dies Dominus diſcipulis apparuit? cur tandiu diſtulit Chriſtus, ut ſe ſuis diſcipulis denuò oſtenderet, eóſque ſua præſentia lætificare cum apud illos eſſet Thomas infidelitatis morbo laborans, qui maximè curari indigebat?

34. *Paulatim diſponendi.* Reſpondet primò D. Chryſoſt. in Caten. *Non ſtatim ei,* (ſcilicet Thomæ) *apparet, ſed poſt dies octo, ut in medio à diſcipulis admonitus accendatur in majus deſiderium, & fidelior fieret in futurum.* Tandiu diſtulit Dominus ægro diſcipulo afferre medicinam, ut ille ſe maximè diſponeret & Apoſtolorum converſatione, ac colloquiis, paulatim ad fidem alliceretur, ut fidelior fieret in futurum, & deſiderio videndi ea, quæ narrabant condiſcipuli, magis inflammaretur, & inde tandem diſtulit Dominus, ſe omnibus exhibere.

35. *Non ſtatim extrema media ponenda.* Secundò Benè ſciebat Dominus, quòd Thomas ſuam incredulitatem non deponeret, niſi tangens Chriſti vulnera; tamen pro noſtro documento, per octo dies diſtulit ei apparere, an ſi ipſe per illam hebdomadam, admonitione, teſtimonio, ac documentis Apoſtolorum à ſua incredulitate reſipiſceret; cum autem in ea obſtinatus perſiſteret, nunc apparet ei, veluti extremum remedium exhibens, ei ſua vulnera offerens, ut in illa manum, & digitum mittat;ut magno hoc documento inſtruamur, non ſtatim ad ultima, & extrema media evolare, niſi prius mediis, ac communibus adhibitis.

36. *Ira decoquenda, antequã ad pœnam veniatur.* Tertiò Cur bonus Magiſter abeſt hebdomada integra? Incredulitas Thomæ, qua Apoſtolis, ac diſcipulis non credidit occaſio erat ad iram concipiendam,ut ipſe rigidè argueretur: *Noli eſſe incredulus, ſed fidelis.* Inde moratur Dominus, cunctatur judex, & poſt octo dies venit, ut juſte increpare dicatur, qui non rapido furore, ſed tardè increpat;ut ejus documento diſcamus, quòd mora ſit interponenda, ut ira decoctahabeatur, nec fervido, ſed ſedato animo, adverſus alterum ferendum ſit. Nam ut ait Salomon Prov. 12. n. 16. *Fatuus ſtatim indicat iram ſuam.* Magnam inſipientiam oſtendit,qui lente non procedit ad vindictam ſcelerum; ira enim præceps facilè modum excedit.D.Hieron.ibi: *Hæc eſt ira natura, ut dilata langueſcat, & pereat, prolata magis, magiſque ferveat.* Et ſervo Socrates dicebat:*Jam te cæderem, niſi iraſcerer.*Ait Seneca l.1.de ira,c.15.*Servi admonitionem ſanius in tempus diſtulit; illo ſe tempore admonuit.*

Prov. 12.

D.Hieron.

Seneca.

37. Si quis animi furore commotus, hominem occidiſſet in civitate, lex promulgata erat,ut homicida fugeret ad urbes gentis Leviticæ: *Manebit ibi donec Sacerdos magnus moriatur.* Numer. 35. n.25.Non patitur Deus, ut qui fortuitò hominem occiderit,citò ad cives ſuos reveniat, ſed poſt obitum Sacerdotis maximi,hoc eſt,poſt multum tempus, & tanta mora interponitur, ne cives ex ſubito fervore iræ, aliquid injuſtum, ac iniquum contra occiſorem perpetrent. Abulenſ. q. 14.Tantum datur tempus: *Interim tepeſcebat furor, & odium adverſarii.* Nam ut ait Jacobus 1. n. 19. *Sit omnis homo tardus ad loquendum, & tardus ad iram.* Et ſubdit: Ira enim *viri juſtitiam Dei non operatur.* Ubi ira ibi juſtitia non ſervatur, ſed illius rumpuntur metæ D. Greg. l. 5. moral. c. 30. *Quia dum perturbata mens ſibi judicium rationis exaſperat, quod furor ſuggerit, rectum putat.*

Num. 35.

Ira interponẽda ad pœnam inferẽdam.

Abulenſ.

Jacob. 1.

D. Gregor.

38. Cum Mardochæus non adoraſſet, ac genuflecteret coram Aman: *Voluit, omnem Judæorum, qui erant in regno Aſſueri, perdere nationem.* Inde ait Aſſuero: *ſi tibi placet, decerne, ut pereat.* Eſther 3. n. 9. Unam Judaici populi intendit perditionem, & hanc Aſſuero conſulit, in regni ſui bonum; Pharao tamen, de oppreſſione eorundem Judæorum cum ſuis principibus agens, ait illis: *Venite, ſapienter opprimamus eum.* Exod. 1. n. 10. Pharao, & Aman in hoc conveniunt, ut Judæos opprimant, ac deleant; ſed Pharao ſic illam proponit, cum ſapientia in eam intendat procedere; Aman verò nullam ſapientiæ facit mentionem, ſed tantum ait,ut populus ille pereat; & quando Pharao ſapientiæ meminit, in Judæis perdendis, cur illius nullam habet recordationem Aman? *Pharao malitia ferebatur, Aman verò ira, ac furore. Cum Aman, experimento probaſſet, quòd Mardochæus non flecteret ſibi genu, iratus eſt valdè.* Cap. 3. n. 5. Et ſi malitia aliquod ſapientiæ velamen requirat, ad colorandas ſuas actiones; de illo minimè agit ita quæ ſic excæcato furore, ac rabie agitur,ut nec colorem, nec umbram ſapientiæ, ac rationis admittat;nam ut rectè ait Chryſoſt. hom. 17.in Acta. *Ira enim nihil permittit videre.*

Eſth.3.

Exod. 1.

Ira non admittit, nec rationẽ, nec judicium.

D. Chryſ.

QUÆSTIO VII.

Quare Jeſus non apparet ſeorsùm Thomæ, ſed cum eſſet cum aliis Apoſtolis, & januis clauſis?

39. *Bona occaſio non perdenda.* Licet Thomas reſurrectionem Domini non crediderit, non ſe tamen ab Apoſtolis, qui eam nunciabant ſegregavit, quin etiam perſeverantiùs illis adhæſit, cavitque egredi domo, ne fortè iterum, ipſo abſente, Dominus appareret, ne qui unam bonam occaſionem Dominum videndi amiſerat, aliam perderet; & in hoc ſatis prudenter ſibi conſuluit, quòd ſe à bonis non ſegregaverit, de quorum conſortio ſemper bonum ſperandum.

40. *Juſti ſuſtinẽt peccantes ad emendationem.* Et in hoc etiam maximè ſanctorum diſcipulorum elucet patientia, qui increduli Thomæ præſentiam tulere, donec per Chriſtum curaretur, non à ſe ejecerunt, ut incredulum, ſed benignam medicam Chriſti manum expectarunt. Bonorum nota eſt, malos ferre, ut opportuno tempore meliores fiant, malitiam ſuam abjurantes.

41. *Juſti triſtantur de aliorũ lapſu gaudẽt de converſione.* *Erant diſcipuli ejus intus:* Noluit Dominus, Thomæ ſeorsùm apparere, ſed coram diſcipulis, ut qui coram omnibus peccaverat, coram omnibus pertinaciam infidelitatis ejuraret, & qui omnes ob ſuam incredulitatem triſtitia affecerat, meliorem mentem habens, omnes erigeret, & recrearet. Bonorum eſt, de aliorum lapſu contriſtari, de erectione gaudere.

42. *Fratrum ſcelera occultanda.* Maximè quæſtio inquirit: Cur Jeſus venit, januis clauſis? Ut notat Evangeliſta,veniebat Jeſus, ut Thomam argueret,& increparet de ſua incredulitate: inde januis clauſis adeſt, ſic bonus Pater latebris domeſticis increpat, ut famam diſcipuli lædat, ex Dei mandato præcepit Moyſes Aaroni, ac filiis ejus, ut cum hoſtia eſſet oblata pro expiando peccato alicujus hominis, *Sacerdos, qui offert, comedat eam in loco ſancto, in atrio tabernaculi:*Levit.6 n.26.Cavet Moyſes, ne hoſtia, quæ pro erratis expiandis offertur, offeratur extra domum ſacram, ſed intra ſacratos parietes, eam Sacerdos conſumeret, ſic bonus Deus curabat famam hominis, ut illius peccatum loco ſacro, veluti velo obducto, occultaret, ne fama ſceleris evulgata,

Levit. 6.

evulgata auctoritas, & decor hominis denigraretur, ac periclitaretur. Philo. Hebræus lib. de victim *N h l*, ait, *extra fanum effertur, ne pœnitenti exprobrarentur peccata priſtina, jactata in vulgus inimicorum ſuſurris, & linguis petulantibus.* Vide multa verbo *defectus*, in Indice.

QUÆSTIO VIII.

Quare ingreſſus Jeſus, ſtatim ſe convertit ad Thomam, eique loquitur, nulla interrogatione facta?

43. D. Chryſoſt. *Jeſus quanta facit, pro unius animæ ſalute.*

RESpondet primò D. Chryſoſt. hom. 86. *Adſtitit ergo Jeſus, neque ab illo rogari expectat, neque quicquam tale audire? ſed nihil eo dicente, ipſe Jeſus primùm ejus ſatisfacit deſiderio, oſtendens, ſe cum ea diſcipulis diceret* (non credam, niſi videro) *affuiſſe.* Adeſt Jeſus, tanquam dicens Thomæ; fac, quod dixiſti, *niſi mittam digitum meum in loca clavorum, & mittam manum meam in latus ejus non credam.* Ecce tibi manus meas perforatas, & latus meum apertum offero, ut digito ac manu palpes, & metiaris, ut tuam incredulitatem deponas, quo oſtendit Chriſtus, ſe bene ſcire, quæ Thomas diſcipulis dixerat, oſtenditque etiam ſuam infinitam bonitatem, cum pro ſalute unius animæ, vulnera ſua iterum reſulcanda oſtendat. Citat. Chryſoſt. *Conſidera Domini clementiam, quomodo pro una etiam anima vulnera ſua oſtendit.*

44. *Chriſtus pro ratione ſtatus, non eſt mutatus à ſua antiqua pietate.*

Secundò, ingreſſus Jeſus, ad Thomam ſe convertit, eumque alloquitur, ut ejus præcipuè cauſa, ſe adveniſſe, denotaret, & ne unius è ſuis ſalutem negligere videretur. Nec expectavit, ut Thomas rogaret, non requiſitus ex diſcipulo offert videnda, quæ videre ſe velle, antea dixerat, & aliter non crediturum: nam ſi Chriſtus in carne paſſibili, magno affectu, ſuorum ſalutem quærebat, etiam glorioſè reſuſcitatus eodem affectu illam ſolicitat, nec pro ratione ſtatus, mutatus eſt à ſua antiqua clementia.

45. *Potius hominis neceſſitati, quàm auctoritati cõſulendum.*

Tertiò. Veniens Jeſus, Apoſtolis tantum ait: Pax vobis; cum ipſi maxima auctoritate eminerent, utpote in fidei firmitate, & donis Spiritus ſancti ad remittenda peccata, ut vidimus in fine ſuperioris cap. & ſtatim ſe convertit ad Thomam, & cum eo loquitur; cum tamen Thomas eſſet multo inferior, ut pote incredulus nec etiam donum Spiritus ſancti adhuc receperat, cum eſſet in peccato, (ut volunt Toletus, Ribeira, Cornel. Joan. 20 n. 22. nam hæc gratia modo data eſt ei, cùm ipſe eſt converſus: verum eſt, quòd ſacri Apoſtoli multa dignitate fulgebant, ſed Thomas magna remedii neceſſitate tenebatur, & Chriſtus Dominus omittit, & non reſpicit ad dignitate conſpicuos, ut neceſſitate laborantibus, ac medicina indigentibus ſubveniat.

46. Cùm veniſſet Naaman Præfectus Militiæ Regis Syriæ, ac intimus familiaris ejus à ſecretis, plenus lepra ad Eliſæum, ut ſanitatem ab eo reciperet: *Miſit ad eum Eliſæus nuntium dicens? Vade, & lavare ſepties in Jordane, & recipiet ſanitatem caro tua, atque mundaberis,* 4. Reg 5. n. 10.

4. Reg. 5. *Propheta non attendit perſonæ, ſed infirmitati.*

Cur Propheta, ſic agis cum tanto principe, ac duce; nonne vides, quòd ipſe magna dignitate præemineat, in domo potentiſſimi Regis? Cur ergo ei obviam non egrederis, benigne excipis, & cum alloqueris, ſed ei tanquam vulgari homini per nuntium præcipis, ut vadat, lavare ſepties in Jordane? & ſi ducis perſona multum auctoritatis, ac reverentiæ indiceret, tamen lepra æquè remedium exigebat, & Propheta non attendit ad perſonæ auctoritatem, ac reverentiam, ſed ad lepræ neceſſitatem, ut ei opportuno aquæ remedio ſuccurreret.

Multo dominatu principabatur Nabuchodonoſor in regno ſuo, à quo Dei manu abjectus eſt, ita ut inter bruta animantia degeret. *Ex hominibus abjectus eſt; & fœnum, ut bos comedit; & rore cœli corpus ejus infectum eſt: donec capilli ejus in ſimilitudinem aquilarum creſcerent,* Daniel. 4. n. 30 & cum per ſeptennium inter feras, ac beſtias degeret, tamen tanto hominis ſqualore, ac miſeria; Deus pietate commotus, reſtituit homini ſenſum, cúmque ad ſuum regnum ſublevavit: *In ipſo tempore ſenſus meus reverſus eſt ad me, & ad honorem regni mei decoremque perveni.* ibidem n. 33. ſi ipſe in regnum reſtituendus erat, ad quid ab eo ejectus? ut fiat apertum, quòd Deum magis inclinavit, ac traxit hominis miſeria, quàm illius auctoritas, ac majeſtas: In regni pompa dejicitur, in miſeria verò ſublevatur, tum ad opportunum ſui ſenſûs remedium, ut cognoſceret dominationem Altiſſimi, tum etiam ad gloriam, & honorem ſui regni D. Pacian. in Parænesi ad pœnit. *Rex ille Babylonicus Exomologeſim deſcitus operatur, & ſeptennii ſqualore decoquitur. Hæc tamen illum pœna Deo commendat, & in ſua quondam regna reſtituit: quem horrebant homines, Deus recipiebat, ipſa mala malæ tractationis felicem efficiebant.* Ipſa mala tractatio fecit felicem. *Hæc tam illum pœna Deo commendat.* 47. Dan. 4. D. Pacian.

QUÆSTIO IX.

Quare Dominus ſtatim offert Thomæ, ut digitum mittat in loca clavorum, & manum in latus?

SIc ſe D. Jeſus offert Thomæ, ut faciat quæ dixerat, & experimento agnoſcat, quod optabat ut ex D. Chryſoſt. dixi ſuper q. ut ita infidelitas ab eo auferatur, ac ſi ei diceret Dominus, Thoma, tange latus meum, ne te incredulitas tangat. Sic in perſona Chriſti loquitur Chryſoſt. hom. in deſcenſu Domini ad inferos: *Lanceam ſuſtinui militarem manum Apoſtolicam non feram?* 48. D. Chryſoſt.

Et primò reſpondet D. Chriſoſt. hom. 86. in Joan. *Ipſe Jeſus*, ait, *primum Thomæ ſatisfecit deſiderio, oſtendens ſuperioribus ad diſcipulos verbis affuiſſe, eiſdem enim uſus eſt, & acriùs caſtigando, & ad futura erudiendo Nam dixit: Infer digitum tuum huc &c. & noli eſſe incredulus, ſed fidelis.* Thomæ incredulis, vulnera ſua palpanda incredulo oſtendit, ſed ſic ejus deſiderio condeſcendit, permittens illi, ut ſua divina vulnera ſcrutetur ut in condeſcenſu admonitionis apponat verba, ut in poſterum caveat incredulorum pœnam, *acrius caſtigando, & ad futura erudiendo.* 49. D. Chryſ. *Peccatoribus ſic condeſcendum, ut de pœna admoneantur.*

Secundo. D. Chryſol ſerm. 84 Dubitanti crucis vulnera oſtendit Chriſtus *Vulnera aſſervavit*, ait, *in toto orbe, iterum te aperiente, hæc vulnera ſidem.* Qui ad divinam fidem veniunt, à Chriſti vulneribus parturiuntur: & quis videns Chriſtum penden- 50. D. Chryſ. *Chriſti vulnera ad fidem trahũt.*

rem in cruce, ad ejus fidem non veniat? & quis non credat Deo magna pollicenti, cum videat ejus filium pro noſtra ſalute crucis tormentis affixum? O alta Dei ſapientia, ut per eoſdem injuriarum illatarum canales, bonorum magnitudo diffundatur, vulnera illata ſunt pro tormento, ac injuria, & divina bonitas ea convertit in gratiarum fontes. In ultima cæna ait Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis: *Hoc eſt Corpus meum, quod pro vobis tradetur.* Matth 26. Corpus quod inimici tradiderunt ad mortem, in quo tanta, ac talia paſſus eſt, per illud ipſis malefactoribus paravit remedium. D. Auguſt. in Pſ. 33. *Nobis dedit manducare corpus ſuum, in quo tanta perpeſſus eſt* Et eodem modo de ſanguine ait in Pſ. 65. *Homicidis donatus eſt fuſus ſanguis innocentis. Et ipſum ſanguinem, per quem inſaniam ſuderunt, per gratiam biberunt.*

Deus per canales majora parat bona.
Matth. 26.
D. Auguſt.

51. Tertiò. Idem Chryſol. ſerm. 35. *Thomas Apoſtolus, ait, ut Chriſtum Deum crederet, immiſit manus injecit digitos, patefecit vulnera: & ut Chriſtum crederet, iterum pati, compulit Chriſtum.* Ut Chriſtus Dominus totum orbem ad ſe traheret, paſſus eſt, ut Thomam à ſe velut fugientem alliceret, & ex incredulo credentem faceret, vulnera ſua iterum reſulcari imperat, ac paſſionis cruciamenta iterùm vult ei præſentari. *Patefecit vulnera: & iterum pati compulit Chriſtum.* O Chriſti benignitas! ſic ovem fugientem quærit, ſicque unam errantem oviculam ad gregem reducere parat, ut ex ſua infinita benignitate, iterùm vulnera reſulcari, non dubitet. *Iterùm pati, compulit Chriſtum.* Vide tom. 3. cap. 26. q. 2. n. 13. c. 29. n. 73. tom. 4. cap. 26. q. 6. n. 40. & c. 35. q. 18 n. 155.

D. Chryſol.
Dei benignitas pro una errante ovicula, quod pro omnibus facit.

52. Quartò. D. Bern. ſerm. 32. in Cantic. Ubi de magna petentibus ait: *Talis erat Moyſes,* ait, *qui audebat dicere Deo; ſi inveni gratiam in oculis tuis, oſtende mihi te ipſum; talis Philippus, qui ſibi, & ſuis condiſcipulis, Patrem flagitabat oſtendi. Talis & Thomas, qui niſi ſua manu tangeret vulnus, & foſſum latus, credere recuſabat. Puſilla fides, ſed de magnitudine animi, miro modo deſcendens; tales itaque magna audent, quoniam magni ſunt.* Thomas magnam incredulitatem oſtenderat; tamen ejus optatis condeſcendit Chriſtus; & ſacra vulnera contrectanda præbet. Inter fidei obſcuritates, magnanimi illius auſus refulgent, ut ſacri pectoris introſpiciat abdita; ideò eum contendit Chriſtus, ab infidelitatis contagio mundare, ut infectione expuncta magnanimitas in audendo pura permaneat Sic Deus illuſtri animoſitate proſpicit, ut infectam non deſtruat, ſed elevet ad magna peragenda. Vide ſuprà cap. 4. q. 6. n. 34.

D. Bern.
Animi generoſitas Deum allicit, ut ex polita magnos fructus faciat.

53. Quintò. Sedulius l. 5. Paſc. cap. 23. ſic ait: *Quiſquis dolos artificis cæca ſibi imagine fraudis exercet, variáſque nebulas, & figuras ad decipiendas inſtruit mentes incautas, non vult ſua facta cognoſci: Dominus autem verax in omnibus Chriſtus non iraſcitur ambigenti, ſed ut digitos quoque mergat in vulnera, facilè concedit.* Magna Chriſti benignitas, quòd non ſolum ſua vulnera videri, ſed etiam tractari ab incredulo concedit. Cur hoc non refugit, ſed tractari permittit? Verax erat Jeſus, & in veritate ambulabat, & ideò nullam inſpectionem, aut probationem recuſat, ſed libenter ad omnia ſeſe offert; ſicut enim ficta, ac falſa maximè fugiunt è proximo videri, ſic vera, & ſincera amant exactè inſpici, ac probari.

Sedulius.
Verus non refugit probationes inſpectatoris.

54. Sic loquitur Dominus ad Diabolum de Job virtutibus 1. n. 8. *Nunquid conſideraſti ſervum meum Job, quòd non ſit ei ſimilis in terra, homo ſimplex, & rectus ac timens Deum, & recedens à malo.* In catena Græca legitur: *Homo irreprehenſibilis, juſtus, verus, pius, abſtinens ab omni re mala.* Et tamen hunc tantum virum, ac tam ſanctum, Deus tradidit in manus Satanæ, dicens illi *Ecce univerſa, quæ habet in manu tua ſunt.* Ibid. n. 22. & de propria ejus perſona ait illi Deus c. 2. n. 6. *Ecce in manu tua eſt.* Cur Domine, tam crudeli inimico, ac exploratori virum tam tibi placentem permittis tradi: Cur non vetas, Jobum Diaboli manibus tractari? Cauſa aſſignatur illis verbis: *Homo irreprehenſibilis, pius, verus.* Cum Job verus eſſet, in veritatéque per viam juſtitiæ ambularet, veraſque animi virtutes haberet, & inde in eo non refugit Deus oculos, ac manus crudeliſſimi inſpectatoris, ac ſcrutatoris.

Job. 1.
Job. 2.
Verus non timet, ſcrutari etiam ab inimico.

55. Sextò. Cur Domine, incredulo Thomæ tantam benignitatem concedis, ut mittat manum in latus? quod nulli alteri Apoſtolo conceſſum; & ad plurimum ſolùm datum eſt Joanni, ut ſuprà pectus Domini recumberet. Chriſtus Dominus volebat, ad ſe allicere ac attrahere Thomam; vidit eum maximè propenſum ut illius vulnera tangeret, ac manum in latus immitteret; inde hoc ei concedit, ut experimento videat, quod deſiderat; qui enim alicujus voluntatem vult ad ſe allicere; ac ſubjugare, debet illius affectui, ac inclinationi condeſcendere, ac ſeſe accommodare, tunc facile ille devincitur, & in noſtram ſententiam trahitur, ac ſubjugitur; cum ex proprio naturæ impetu quis veniat, ac adducatur ad nos D. Greg. Nazianzen. in epiſt. ad Eudoxium: *Quæ ad naturæ ductum fiunt, plerumque bene ſuccedunt: quæ verò præter naturam præſumuntur, fruſtra tentantur.*

Ut hominem allicias, illius naturæ inclinationi accommodandum.
D. Nazianz.

56. Loquitur Aäron cum Moyſe dicens, dato auro à populo: *Projeci illud in ignem, & egreſſus eſt hic vitulus,* Exod. 32. n. 24. Aaron non fecit vitulum, ſed ipſe ignis ab aliquo nequam ſpiritu gubernatus vitulum efformavit. Sed cur magis vitulus efformatur ab igne, quàm alia creatura, homo, leo, ſerpens? Multi ex Iſraël, ex ſua pueritia educati, ac conſueti erant, adorare idolum Ægyptiorum, quod vitulus quidam erat, ut tradunt. N. D. Cyrill. Alexand. in cap. 5. Amos. Guillelm. Pariſ lib. de legibus c. 11. Cum ergo ſpiritus malignus, qui gubernabat ignem, agnoviſſet eorum inclinationem ad vitulos, ut eos apoſtatare faceret à vero Dei cultu, ac religione, & ad idololatriam pelliceret, eis vitulum objicit eorum inclinationi deſerviens; pro certo ſtatuens, quòd cum vitulum vidiſſent, eum colerent; ac adorarent. Pulchrè D. Machar. hom. 11. *Vaſa, quæ conjecerant in ignem, in idola verſa ſunt; & ita quodammodo imitatus eſt ignis earum incli nationem.*

Exod. 32.
D. Cyrill. Guillelm.
Per naturæ inclinationẽ facilè quis trahitur.
D. Machar.

QUÆSTIO X.

Quare conceditur Thomæ, tangere Chriſtum, quod Magdalenæ denegatum eſt?

57. Difficultas quæſtionis; quia Magdalenæ appropinquanti ad Jeſum ſuſcitatum, dicit ei Dominus: Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad Patrem meum. Joan. 20. num. 17. At verò in præſenti Dominus Thomam perſuadet, eúmque invitat, ut ipſum tangat, vulneráque ejus tractet: *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in*

Difficultas quæſtionis.
Joan. 20.

in latus meum. Quare hoc quod negatum eſt Magdalenæ conceditur Thomæ, imo & ad hoc ipſe perſuadetur?

58. D. Cyrill. Ad ſolutionem quæſtionis notandum eſt ex N. D. Cyrill. Alex. lib. 12. in Joan. c. 58. *Recordentur ſtudioſi, Magdalenam à tactu Chriſti prohibitam: Thomam autem hortatur, ut latus, & clavorum fixuras diligentius tangendo, & manum ejus digitum immittendo perquirat. Quare ſic? Magdalenæ enim, nondum gratia Spiritus ſanctificatæ, tangere non licebat. Thomæ autem hoc licebat, quia una cum Apoſtolis Spiritum fuit conſecutus; ad univerſum namque diſcipulorum conſortium, liberalitate donantis, vox illa tranſit: Accipite Spiritum ſanctum,* &c. Sanct. Doctor eſt in ea ſententia quam

Maldonat. ſequuntur etiam Mald. & multi alii, quòd quando Chriſtus D. veniens, januis clauſis, dixit Apoſtolis:

Joan. 20. *Accipite Spiritum ſanctum,* &c. Joan. 20. n. 2. tunc datus eſt Spiritus ſanctus tam Apoſtolis præſentibus, quàm Thomæ abſenti: *Ad univerſum namque diſcipulorum conſortium, liberalitate donantis, vox illa tranſit.* At verò in die Pentecoſtes ſuper Apoſtolos cæteroſque diſcipulos, ac mulieres, quæ adhuc in carnalibus affectibus detinebantur, pleniùs effuſus eſt.

59. *Thomas, ut pote ſacerdos, tangit.* Ex quo ad quæſtionem varias rationes colligo. Thomas in cœna conſecratus erat ſacerdos à Chriſto, ex Spirituſque ſancti donis ad divina myſteria deputatus, ad quæ non erat deſtinata Magdalena, inde non huic, ſed illi conceditur, Chriſtum tangere.

60. Dices: Magdalena ante Chriſti mortem, ipſum tetigerat, lavit pedes ejus, & deoſculabatur in do-

Luc. 7. Joan. 11. mo Phariſæi. Luc. 7. Joan. 12. & ut dicitur Luc. 6. n. 16 *Omnis turba quærebat eum tangere;* at verò

Chriſtus cruce, ac morte multam venerationem vendicavit. poſt reſurrectionem negatur Magdalenæ, & Thomæ conceditur. O quantum ineſt diſcrimen in ipſomet corpore, ante tormenta, ac mortem perpeſſam vel poſt; nam paſſione, morte, ac cruce in tantum ſublimatur, ut ſit veluti ſacratum, ac conſecratum, nam ſi ante ab omnibus permittebatur tangi à Magdalena nempe, & turba; tamen poſt mortem guſtatam, crucem perpeſſam, ac cætera, tormenta, quæ ſuſtinuit, his admirabile illud corpus tantam venerationem, ac cultum vendicavit, ut jam non à quolibet vulgari homine, niſi tum à ſacerdote, à miniſtro à ſpiritu ſancto deputato, ſit tangendum, ac contrectandum.

61. *Non tantum ad amorem, ſed pótius ad neceſſitatem reſpiciendũ.* Secundò: Magdalena ex quadam veluti curioſitate, ſeu potius ex amoris affectu, voluit tangere; at Thomas ex obſtinationis neceſſitate, ad deponendam nempe ſuam incredulitatem; dixerat enim: *Niſi videro non credam.* Et Chriſtus non reſpexit tantum ad affectus amoris Magdalenæ, ſed potius ad diſcipuli neceſſitatem, ut obſtinatione depoſita, eum ad ſe, ejuſque fidem attraheret, ac alliceret.

62. *Multa requiritur ſanctitas ad divina tractanda.* Tertiò, & maximè, ad mentem D. Cyrill. paulo anteà Chriſtus Dominus inſufflaverat in Apoſtolos, dicens. *Accipite Spiritum ſanctum:* & inde Thomas, ut Apoſtolus, eam virtutem ſortitus fuerat, qua ad divina myſteria ac contactum Chriſti admittetur; Magdalena verò, quæ tali virtute, ac ſanctificatione non fuerat adimpleta, à contactu expellitur: ut ex his intelligas, qua virtute, ac ſanctitate, debeat pollere Miniſter, qui venit divina percipere, ac contrectare.

63. Pſalm. 54. Ait Regius Vates Pſalm. 54. n. 7. *Quis dabit mihi pennas, ſicut columbæ, volabo, & requieſcam?* Cur non potius pennas aquilæ ad ſublimius, ac altius volandum? Cur potius expetit columbæ pennas, quæ humiliter volat? in columbæ pennis contemplabatur David Spiritus ſancti dona, qui columbæ ſpecie in Jordane apparuit. D. Gre- Nazianz. gor. Nazianz. orat. 17. *Columbæ pennas expetit, quæ* *Spiritus gratia ad appropinquandum Deo.* *Spiritum adumbrant.* Maximè affectabat, ſic volare, ut ad Chriſtum appropinquaret, ut ex ejus manu vitæ ſalutem acciperet; inde maximè ſpiritus donis cupiebat adimpleri; nec enim aliter poterat dari tranſitus ad Dei filium, ut ab eo ſalutis requiem acciperet.

Ait Stephanus Actor. 7. n. 55. *Ecce video cœlos apertos, & filium homini ſtantem à dextris Dei,* 64. Actor. 7. &c. Quid tunc fecerunt Judæi? *Exclamantes voce magna, continuerunt aures ſuas, & impetum fecerunt unanimiter in eum.* *Impurus non poteſt, capere divina myſteria.* Cum Judæi audiunt, quòd Jeſus ſtet ad dexteram Patris, ſtatim manibus ſuis comprimunt aures? Sane ex alto divino numine; aures enim impuræ non poterant capere divina myſteria D Gregor. Nyſſen. orat. de S. Stephano: D. Nyſſen. *Neque enim fuerunt dignæ prophanorum, & impiorum aures, quæ divinæ apparitionis exciperent narrationes* Aures impuræ, ac prophanæ non valebant capere divina myſteria.

Joan. 20. n. 28. Reſpondet Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus.

Num. 29. Dixit ei Jeſus, quia vidiſti me, Thoma, credidiſti, beati, qui non viderunt, & crediderunt.

VERSIONES.

Euthym. n. 28. Et reſpondit Thomas.

Græcus. Ille Dominus meus, ille Deus meus.

Syriacus. Dominè mi, & Deus mi.

Syriacus. n. 29. Dixit ei Jeſus, nunc quia vidiſti me, credidiſti, beati, qui non viderunt me.

D. Cyprian. lib. 2. adversùs Judæos. Felices qui non viderunt, & crediderunt.

Arias. Beati non videntes, & credentes.

D. Auguſt. ſerm. 126. de tempor. Beati qui non vident, & credunt.

EXPOSITIO III.

RESPONDET *Thomas:* non ante, ut vult Euthym. ſed poſt vulnerum 65. Euthym. contactum: nam ipſe vere tetigit, ac palpavit Chriſti vulnera, ut dixi ſuperiori expoſitione, numero trigeſimo primo. Et quò tardior, eò excellentior extitit Thomæ confeſſio. *Dominus meus, & Deus meus.* Græcus habet cum articulo: *Ille Dominus meus, ille Deus meus;* quo eum maximè verum eſſe Deum, ac Dominum D Cyrill. ſignificat, ut notat N. Divus Cyrillus Alexandrinus & cum ait: *Dominus meus, & Deus, meus:* Duplicem naturam in unitate unius ſuppoſiti confitetur in Chriſto, voce *Dominus:* humanam Chriſti agnoſcit naturam; voce *Deus* divinam confitetur: & cum eum Deum dicit non ſolum ejus reſurrectionem profitetur, ſed

 etiam

Thoma vox plena virtutum.

etiam quòd ipſe virtute ſua, ac potentia ſua, utpote verus Deus, à mortuis ſe excitaverit, ut rectè notant D. Hilar. lib. 7. de Trinit. & S. Ambroſ. in Pſalm. 45. Ita vox hæc Thomæ, qua ſuam incredulitatem damnavit, plena fuit magno fidei, ſpei, & charitatis, pœnitentiæ, ac reverentiæ affectu. His enim verbis Thomas adorationem latriæ Chriſto exhibuit, ut notat Suarez. Accipe D. Auguſt. tract. 121. in Joan. *Videbat, tangebátque hominem, & confitebatur Deum, quem non videbat, neque tangebat, ſed per hoc quod videbat, atque tangebat, illud, tam remota dubitatione, credebat.*

Suar. D. Auguſt.

66. *Dixit ei JESUS, quia vidiſti me, Thoma,* tangendo, ac palpando, *credidiſti*, ac ſi dicat; tu, Thoma, tangendo credidiſti, me ſurrexiſſe verum Deum, ac hominem, cum enim fides, ut ait Paulus Hebr. 12. *Sit argumentum non apparentium:* Eſt nempè eorum quæ non videntur; ideò rectè docent D. Hilar D. Auguſt. jam citati, D. Gregor. hom. 26. in Evangel. Theophylact. hic, & alii. Thomam aliud vidiſſe, aliud credidiſſe; vidiſſe ſcilicet Chriſtum jam ſuſcitatum, credidiſſe eum eſſe verum Deum, qui ſeipſum à mortuis ſuſcitaverit virtute propria.

Hebr. 12. D. Hilar. D. Auguſt. D. Gregor.

67. *Beati, qui non viderunt*, tangendo, ac palpando *& crediderunt*; quia ibi fides majus habet meritum, ubi humana ratio non præbet experimentum, ut ait D. Gregor. quantò enim objectum magis remotum eſt à ſenſibus, tantò excellentius fidei ratio vendicat meritum. *Crediderunt*, ait, quia Apoſtoli, ac per eos multi fideles jam crediderunt, intelligit præſens, vel futurum, credunt, vel credent, ut notat D. Auguſt. tract. 121. in Joan. *Præteriti temporis Dominus uſus eſt verbis, tanquam ille qui quod erat futurum, in ſua noverat prædeſtinatione.* Et cum Chriſtus ait, *Beati qui non viderunt.* Ut rectè notat Theophylact. *Non hoc dixit Dominus privans Thomam beatitudine; ſed conſolans eos, qui non viderunt. Quia enim multi dicunt: beati oculi, qui viderunt Dominum; ſolatur eos, quòd beatius ſit, non vidiſſe.*

D. Gregor. D. Auguſt. Theophyl.

QUÆSTIO XI.

Unde Thomas tam ſublimem ebibit mentem, ut depoſita incredulitate, dicat: Dominus meus, & Deus meus.

68. *Tactu carnis Chriſti illuſtratus Thomas.*

A Vulnerum aſpectu, ac contrectatione ſublimem ebibit mentem Thomas Ad divinitatis notitiam ivit per beata illa foramina; nam tactu carnis Chriſti, ac divina gratia illuſtratus, depoſita incredulitate, in admirabilem hanc vocem prorumpit, *Dominus meus, & Deus meus*, Vide hoc tom. lib. 7. c. 7. n. 180. 181. 182. 183.

69. Sedulius. *Ex lenitate in adverſantes nitet regia dignitas.*

Secundò. Sedulius lib. 5. Paſc. 23. *Tactu vulnerum*, ait, *patitur, ſe probari Chriſtus magis hinc agnitus, quòd ipſe Chriſtus, qui dubitantis animam placidam fovit lenitate ſuſcepta.* Unde manifeſtatum eſt Thomæ, quod Jesus Dominus eſſet? Quid manifeſtatio vulnerum cum regno? In illa vulnerum oſtenſione, patebat lenitas Jesu in rebellem, ac incredulum diſcipulum, ex quo apertiſſime regia ejus dignitas monſtrabatur; ſemper enim lenitas, ac manſuetudo in obſtinatos, & rebelles maximè commendabilem, ac conſpicuum facit regium animum. Vide lib. 8. c. 16. n. 64. 65.

Tertiò D. Auguſt. ſerm. 156 de temp. *Novo genere, ait, veſtigia vulnerum divinitati perhibent teſtimonium; quia templum erat Dei indumentum corporis vulnerati, Fixuram perſpicit corporis, & Deum prædicat majeſtatis.* Ubi Thomas crucifixi vulnera tetigit, ſtatim Deum agnovit; nam cum divinitas eſſet veluti velata, ac abſcondita ſacratiſſimo illo corpore, ejus vulnera, ac crucis ſigna non obſcurabant, ſed potius indicabant latentem divinitatem, quæ maximè agnoſcitur, & manifeſtatur à cruce, ac paſſione pro ſuis. 70.

D. Aug. *A cruce, ac paſſione agnoſcitur divinitas.*

Quartò. Euſebius de Paſch. hom. 9. *Quia ſplendor novæ lucis, ait, priſtinam obduxerat veritatem, & agnitionem quodammodo claritas obſcuraverat; viſis ergo cicatricibus reſpondit Thomas, dicens. Dominus meus, & Deus meus, novo genere veſtigia vulnerum divinitati præbent teſtimonium.* Veſtigia vulnerum crucifixo corpori impreſſa hominem exprimunt, ſævis tormentis patibulatum, quo ergo modo cicatrices divinitatem arguunt? Deus impaſſibilis eſt, quia beatus eſt, quia immutabilis, ac quia Deus eſt, quomodo ergo divinitas per cicatrices innoteſcit? ô inveſtigabilis profunditas divinæ ſapientiæ, ut veluti per contraria media fines intentos obtineat! nam cicatricibus divinitatis claritas videtur quodammodo obſcurari, & tamen cicatrices latentem in Chriſto divinitatem quodammodo clamant, & manifeſtant, ac ſignis mortis mors vincitur, & vita demonſtratur: *Novo genere veſtigia vulnerum divinitati præbent teſtimonium.* Vide lib. 8. cap. 2. n. 13. & 14. 71.

Euſeb. *Mortis armis mors devincitur.*

Quintò. Divus Bernardus ſerm. 61. in Cant. *Dominus meus*, inquit, *& Deus meus. Unde hoc reportatum oraculum, niſi ex foraminibus? In his paſſer invenit ſibi domum, & turtur nidum, ubi ponat pullos ſuos.* Chriſti foramina tetigit Thomas in omnia cœleſtia dona, ac Domini gaudia introivit. Hinc ad ſuam dilectam clamat ipſe Dominus: *Surge amica mea, ſoror mea, & veni. Columba mea in foraminibus petræ, & in caverna maceriæ.* Cant. 2. num. 14. Non ad requiem, vel cubitum, non paſtum, ſeu menſam, ſed ad foramina petræ eam invitat divinus ſponſus, in quæ ſi anima introierit, omnia bona, ac gaudia inveniet. D. Gregor. Papa ibi: *Bene columba, ait, in foraminibus petræ, & in caverna maceriæ, eſſe dicitur; quia dum ipſa vulnera propter exemplum ad memoriam reducit, quaſi columba in foraminibus, ſic ſimplex anima in vulneribus nutrimentum, quo convaleſcat invenit.* 72.

D. Bernard. *In Chriſti vulneribus omnia bona, ac gaudia.* Cantic. 2. D. Gregor.

Sextò. Profundiſſimè Tertullian. lib. de Trinit. cap. 13. ſic ait: *Omnibus divinitatis Chriſti probationibus, & rebus inſtructus Apoſtolus Thomas, reſpondit Chriſto: Dominus meus, & Deus meus:* Sed quæ fuerunt hæ omnes res, ac probationes, quibus eruditus eſt Thomas, ut Chriſti divinitatem ediſceret, ac fateretur? Ubi enim Thomas tetigit ſacra Chriſti vulnera, ibi invenit, & habuit omnes res omnes probationes, ac demonſtrationes divinitatis ejus, vulnera enim hæc ſuper omnia evidentiſſimè Chriſti divinitatis ſunt omnes probationes, demonſtrationes, ac oſtentationes. 73.

Vulnera omnes probationes divinitatis.

Ait Chriſtus ad animam juſti: *Pone me, ut ſignaculum, ſuper cor tuum, ut ſignaculum, ſuper brachium tuum.* Cant. 8. num. 6. Vult Dominus, ut juſtus ponat ſuper cor ſuum, ac manus ſuas Chriſti ſignaculum, vulnera nempè ejus, ut interpretatur Ghiſlerius expoſit. 3. Sed cur hæc ſacratiſſima vulnera, appellantur Chriſti ſignaculum ſigillum, ſeu ſtigma? ſicut enim in ſtigmate, 74.

Cant. 8. Giſlherius. *In Chriſti vulneribus, veluti in cõpendio, ejus magnalia.*

tai quam

tanquam in compendio, continentur regis magnalia, ſic in his vulneribus ſuprema, & alta Dei habentur, quæ tanquam ejus ſigillum, ac ſtigma
D. Chryſol. ipſum indicant,& oſtendunt. Veniat hic D. Chryſolog. ſerm. 81. ſuprà datus: *Cur tibi, ſolùm Thoma, ſola vulnera præſentari ad indicium fidei, nimis callidus explorator expoſtulas? Quid ſi iſta cum aliis abolita fuiſſent: quod periculum fidei tuæ curioſitas iſta peperiſſet! Nulla pietatis monumenta, nulla Dominicæ reſurrectionis inveniri exiſtimas potuiſſe documenta.* Cum Thomas eſſet callidus explorator, ſolùm poſtulat videre,& palpare Chriſti vulnera; hæc enim ſunt noſtræ fidei probationes: monumenta Reſurrectionis, ac clariſſima divinitatis indicia.

QUÆSTIO XII.

Multis conſiderationibus, pro excellentia D. Thomæ, expenduntur ejus verba: Dominus meus, & Deus meus.

75. *Thomas ſuâ fidem exprimit verbis.* THomas credidit corde, & ore loquutus eſt. Alii Apoſtoli reſurrectionem crediderunt, ſed non legitur, eos ſuam fidem verbis ſignificaſſe. Thomas, qui infidelitatem ſuam verbis expreſſerat,exprimere, & verbis fidem ſuam,debuit:ut qui ſermone Apoſtolos contriſtaverat, ſermone, recrearet,& ut ædificaret,quos ſcandalizaverat.

76. Ait Thomas: *Dominus meus, & Deus meus*, in quo confeſſus eſt duplicem naturam in Chriſto, ut dixi in expoſ. humanam nempe ſub voce. *Dominus*; & Divinam ſub voce *Deus* in unitate unius perſonæ. Ad alia veniamus.

77. Deindè,ut rectè ait D Aug.ſerm. 159. de temp.
D. Auguſt. *Dominus nil recuſat pro ſuorum ſalute.* *Modò eſt Dominus, & Deus tuus quia voluit, ut videres, ne incredulitate animam perderes.* Maximè non oſtenditur Chriſtus Deus, & Dominus, cum ut diſcipulum ſalvaret, eumque ab incredulitate reduceret,ſic ſe dimittit, ut ab eo ſe permittat tractari,ac contrectari; nil Dominus reſpuit, vel recuſat pro ſuorum ſalute.

78. Secundò. Pro magna laudis gloria D. Thomæ,
Thomas primus Chriſtum Deum vocavit. nota, quòd Chriſtum non ſolum appellat Dominum, ſed etiam Deum:imò omnium primus ipſe Chriſtum vocavit Deum, ut notat Cajet. dicens:
Cajetanus. *Thomas incredulitatis ſuæ culpam magnitudine profeſſionis penſavit. Primus enim fuit qui profeſſus ſit expreſſe, Jeſum eſſe verum Deum.* Multi Chriſtum dixerunt Dei Filium, ut Petrus, Nathanaël,Martha,& Centurio. At Thomas primus eum
Barrad. profitetur Deum apertè. Unde ut ait Barradas in præſenti: Magna quidem hæc eſt Thomæ prærogativa, quòd Divinitatis Chriſti primus ipſe fuerit expreſſe profeſſor, ac proclamator.

79. Tertiò. D Thomas Chriſtum primus appellat
Deus metu colendus eſt. Dominum,deinde Deum: vox *Dominus* timorem, vox *Deus*, amorem denotat: inde Thomas tali rerum ordine loquitur, quia prius timere Dominum, quàm amare Deum videbatur, *principium*
Pſalm 110. *ſapientiæ timor Domini eſt.* Pſal. 110. n. 10. Inde
D.Nazianz. metus à D.Gregor.Nazianz. ad 1.Corinth.carmen vocatur: *Magiſter longe optimus.* Cùm in ultima Cœna Chriſtus D. dixiſſet diſcipulis ſuis, unus ex vobis me traditurus eſt. Reſpondet Schola Apo-
Matth.26. ſtolica: *Nunquid ego ſum Domine,*Matth.26.n.22. paucis poſt verbis quærit & Judas proditor voce tamen alia: *Nunquid ego ſum. Rabbi?* n. 25.quem Petrus, ac cæteri Apoſtoli Dominum, Judas Magiſtrum appellat, unde hoc diſcrimen? Apoſtoli cum eſſent juſti, ac ſancti,pleni timore,ac reverentia Chriſtum Dominum vocant; at Judas cum eſſet perverſo, ac exulcerato animo depoſito Dei timore,in proditoria nequitia obſtinatus, alia voce perfidi animi utitur, Rupert. *Judas*, ait, *ſic appellare potuit, ut cæteris ſingillatim dicentibus:* Rupert.
Nunquid ego ſum Domine? Ille quod erat cordis aridi,& perfidi,diceret.Nunquid ego ſum,Rabbi?

80. Quartò. Ait Thomas: *Dominus meus & Deus meus.* Eum fatetur Deum, ac Dominum propter vulnera quæ in eo videt, & quia hæc vulnera ei illata ſunt ob omnium ſalutem; inde ergo videbatur quod dicendus erat omnium Dominus, & Deus; ſcilicet Dominus noſter, Deus noſter. At Thomas Spiritu ſancto repletus, & alto gratitudinis dono indutus, ſic illis ſacris vulneribus ſe aſtrictum, ac obligatum intellexit, ut quod erat pro omnium ſalute, ſic recognoſcat, ac gratificetur, tanquam ſi pro ſolo eo eſſet:hoc eſt peculiare animi grati, ut communia beneficia, veluti ſola ſua recognoſcat; excipiens Elizabeth ſacratiſſimam Virginem in domo ſua,exclamat: *Unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?* Luc. 1. n.43.cur ait: *Domini mei*, & non potius, Domini ut noſtri Zacharias maritus ejus: *Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri.* Ibid.num. 78. Elizabeth, cum maximè eſſet inflammata charitate, ac gratitudinis dono, commune beneficium Incarnationis divini Verbi, tanquam ſi ipſi eſſet peculiare, ac ſibi ſoli factum,illud recognoſcit, ac gratificatur, & ideò Dominum ſuum dicit, ac appellat. *Mater Domini mei.* *Animus gratus beneficia communia, propria,reputat.* Luc. 1.

81. Quintò.Valde brevi, ac contracto ſtylo loquitur Thomas, *Dominus meus, & Deus meus*: licèt valdè compendioſè, ut dixi in expoſitione, & in hac quæſt. Valdè fervidè Deum amavit, & inde breviter,ac minus loquitur: maximè anima ſancta ſuam commendat curam deſponſo colendo, illud dicens Cantic. 2. n. 16. *Dilectus meus mihi, & ego illi:*Mancum ſine verbo eſt carmen, cur elegantiſſima ſponſa orationem facit truncam: dicendum namque erat: Dilectus meus mihi eſt, & ego illi ſum: cur ergo abſque verbo ſuum profert colloquium;Amoris carmen eſt, qui dum nimis flagrat, minus loquitur, & dum ardentius fervet in effectu breviora habet in ore verba. Philippus Abbas lib.3.in Cant. cap.16. *Amor, ait, intemperans verba ſæpe non invenit, affectuum ſuorum plenius expreſſiva: & ideò nonnunquam invenitur ejus locutio brevi ſupellectile defectiva.* *Affectu amoris nimio truncatur oratio, ac deficit.* Cant. 1. Philippus.

QUÆSTIO XIII.

Elogia quædam pro excellentiis S. Thomæ Apoſtoli.

82. PRo hac revidenda eſt tota quæſtio immediatè antecedens, nunc vero alia addamus & primò accipe Petrum Damianum ſerm. 41. de S.Thoma: *Cujus digitus, ait, magiſter factus eſt mundi, qui in principali quadam dignitate verè dicendus eſt index, quia veritatem Dominicæ carnis ignorantibus indicavit. Hic enim Beatus Apoſtolus certitudinem nobis ſua dubietate providit, & dum ſcrutatur vulnera Salvatoris, evertit errores, atque verſutias hæreticæ pravitatis. Palpat enim veritatem carnis, & intelligit* Damian. *Digitus Thomæ, magiſter mundi.*

intelligit omnipotentiam Deitatis. Dominus, inquit, *meus*, *& Deus meus.*

D.Auguſt. D. Gregor. D Ambroſ. *Incredulitas Thomæ deſtruxit mundi incredulitatem.*

83. Thomas de Chriſti reſurrectione dubitavit, & aliis diſcipulis eam referentibus, fuit incredulus; tamen ſua incredulitate, omnium incredulitates amputavit, ac extinxit D.Aug. ſerm. 161. de temp. D.Ambr. in c. ult. Luc. D.Greg. hom. 26. in Evang. *Plus enim*, ait, *Thomæ infidelitas ad fidem, quàm fides diſcipulorum profuit; quia dum ille ad fidem palpando reducitur, noſtra mens omni dubitatione poſtpoſita, in fide ſolidatur.* Dei ſapientia ex electorum peccatis bona, ac proficua eruit, ac elicit nobis. Incredulitate Thomæ *vulnus incredulitatis ſanatur.* Ut ait D.Auguſt. ſerm. 147. de temp. Vide hoc tom. l. 8. c. 5. n. 38. 39. 40. 41.

D Bernard. *Thomas conſtantiſſimus confeſſor.* D.Auguſt. Metaphraſt. *Thomas fidei magiſter.*

84. D. Bernard. hom. 2. *ſuper miſſus eſt*, ait, quòd Thomas palpando Chriſti vulnera; factus eſt conſtantiſſimus Dominicæ reſurrectionis confeſſor. Et ideò, cum ſacri Apoſtoli ad prædicandum Evangelium, in totum orbem dividendi eſſent, omnes fidei articulos unum in ſymbolum contulerunt, ut eadem omnes myſteria concordibus animis, & linguis prædicarent. Aliis igitur alios articulos conferentibus, Thomas contulit illum, qui eſt de Chriſti reſurrectione: *Tertia die reſurrexit à mortuis:* ut teſtatur D. Auguſt. ſerm. 115. de tem. Ex quo Simon Metaphraſtes ait. *Thomas qui fidei noſtræ pater ex incredulitate & judex perfectus veritatis, qui occaſionem incredulitatis amputavit incredulis, & fidem Apoſtolorum per incredulitatem fecit firmiorem.*

Alii etiam diſcipuli dubitarunt, & non crediderunt. Luc. 24.

85. De Chriſti reſurrectione dubitavit Thomas; dubitarunt & alii diſcipuli: circa hunc articulum incredulus fuit Thomas, & increduli alii diſcipuli; ſed Thomæ dubitatio, ac incredulitas minor fuit, quàm aliorum diſcipulorum. Cum ſanctæ fœminæ undecim Apoſtolis annuntiaſſent Chriſti reſurrectionem, in ſacratiſſimo ejus die: *Viſa ſunt ante illos, ſicut deliramentum, verba iſta, & non crediderunt illis.* Luc. 24. n. 11.

Luc. 24. *Minor fuit incredulitas Thomæ, quàm aliorum diſcipulorum.*

86. Maximè verò probatur, ac ſtabilitur noſtrum proximum aſſertum: nam cum Dominus appareret undecim diſcipulis congregatis, ut dicitur, Luc. 24. n. 37. 38. *Conturbati verò, & conterriti exiſtimabant, ſe ſpiritum videre, & dixit eis: quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt in corda veſtra? videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipſe ſum, palpate, & videte:* Et tamen Apoſtoli adhuc palpantes, & videntes manus, & pedes Domini juxta ejus mandatum, non crediderunt, ubi dicitur expreſè n. 41. *Adhuc illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio.* Ecce major fuit incredulitas aliorum diſcipulorum quàm Thomæ; nam hic non credidit diſcipulis narrantibus vidiſſe Chriſtum. At illi non credunt, cum Chriſtum videant, & audiant loquentem; deinde alii diſcipuli videntes, & palpantes non crediderunt; *Adhuc illis non credentibus;* uſque dum manducavit Jesus cum illis; at Thomas ubi vidit, & palpavit, ſtatim plenus fide exclamavit: *Dominus meus, & Deus meus.*

Joan. 20. *Thomas ſublimi dono magnificatus.*

87. Ex ſingulari Dei benignitate datum eſt Thomæ, ut manum mittat in latus ejus, quod nulli alteri eſt conceſſum, Joanni datum eſt tantùm, ut extrinſece recumberet ſuper pectus: at Thomæ, ut manum mittat in latus ejus: cum Magdalena agnoviſſet Jeſum reſuſcitatum, amoris affectu exultabunda ejus pedes oſculari volebat, tunc ait illi Jeſus: *Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad Patrem meum.* Joan. 20. n. 17. Quid intereſt, quòd Chriſtus non aſcenderit ad Patrem, ne Maria venerabunda pedes illius tangat? Rupertus ibi *Servanda erant oculis paternis decentia filium Dei charitatis, & obedientiæ ſigna.* Vulnera illa, tanquam pretioſiſſima obedientiæ ac charitatis ſigna, reſervabantur præſentanda, & offerenda oculis paternis, & ne quis decorem, ac pulchritudinem primitiarum præriperet, inde Magdalena à contactu prohibetur, quod tamen illi denegatur: ex divina diſpenſatione, conceſſum eſt Thomæ: ut videat, & palpando tangat.

And. Cæſ. Joachim. Vener. D.Bonaven. La Haye. Apocal. 21. *Thomas in magna æſtimatione habendus.*

Ex quo conjice, quanta ſit excellentia noſtri Apoſtoli Thomæ. Vidit Joannes in ſua Apocalypſi ſanctam civitatem Jeruſalem, cujus muri erant ex auro puriſſimo, & fundament murorum duodecim lapides pretioſi: Lapis octavus; *Beryllus*, Apoc. 21. n. 20. per hunc lapidem Andreas Cæſarien. Joachim. Greg. Venetus, D. Bonav. ſerm. 2. in Hexam. intelligunt noſtrum Apoſtolum, quia ut ait M. Joan. de la Haye ibi n. 383 etſi cæteræ gemmæ venuſtæ ſint veſtitæ auro, Beryllus per ſe ſolum ſine auro pulchrior, ac elegantior cæteris eſt, & inde huic Apoſtolo comparatur, ut ex hoc fiat compertum, in quanta æſtimatione, honore ac veneratione Thomas inter cæteras ſanctorum gemmas ſit habendus, ac colendus. 88.

Cæſarienſ. Thom. Stap. *D. Thomas prædicavit in toto penè orbe.*

Tum quia lapis hic colorem maris refert, Andr. Cæſarienſ. c. 66. in Apoc. de Beryllo ſic fatur: *Per hunc maris, aëriſque colorem mutantem, & ad hyacinthum accedentem, admirabilem Thomam ſignificari, veriſimile fit: quippe qui longa per mare peregrinatione uſque ad Indos pervenit, eò ad procurandam illorum populorum ſalutem à Deo miſſus.* Aretus c. 67. idem ferè habet. Unde Thomas Stapletonus lib. de tribus Thomis, in vita S. Thomæ Apoſtoli, ait, quòd ipſe fuerit omnibus firmior, ac fidelior, utpotè qui ſolus totum penè orbem terrarum evangelizando percurrit: pervenítque uſque ad extremos Garamantas, & Indos, nec ſolum Parthis, Medis, Perſis, Caramanis, Hircanis, Bactris, ſed & Abyſſinis, ipſiſque Sinis evangelizavit, ſed etiam in novum orbem, Americámque penetravit. 89.

Inde extollendus D. Thomas quia inter barbaros prædicavit. Luc. 2. Matth. 2.

Et ideò tantum huic Apoſtolo datum eſt, cum ejus prædicatio diffundenda eſſet inter maximè ruſticas, barbaras, ac ſylveſtres nationes: Ad Chriſtum natum adorandum vocantur Paſtores per unum Angelum, qui multa luce, ac claritate Dei illis apparuit; cùm quo ſubitò facta eſt multitudo cœleſtium Angelorum, Deum laudantium, Luc. 2. n. 9. At Magi per unam ſtellam adducuntur: *Vidimus ſtellam ejus in Oriente.* Matth. 2. 2. Cur Angelus cum tanta luce, ac fulgore ad paſtores, cum una ſtella fuerit ſufficiens ad tres Magos, & reges? Magi cum eſſent prudentes, & ſapientes, una ſtella abundabat, ut eos invitaret, ac adduceret, at paſtores rudes, & agreſtes, ut ad novam pueri adorationem venirent, multum neceſſarium erat, ut Angelus cum multa majeſtatis oſtentatione adveniret, ac appareret. 90.

CAPUT VI.

Diſcipuli ad mare Tiberiadis.

Joan. 21. *n.* 1. Poſtea manifeſtavit ſe iterùm Jeſus diſcipulis ad mare Tiberiadis; manifeſtavit autem ſic.

Num. 2. Erant ſimul Simon Petrus, & Thomas qui dicitur, Didymus, & Nathanaël, qui erat à Cana Galilææ, & filii Zebedæi, & alii ex diſcipulis ejus duo.

Num. 3. Dicit eis Simon Petrus; vado piſcari; dicunt ei: Venimus & nos tecum. Et exierunt, & aſcenderunt in navim, & illa nocte nihil prendiderunt.

VERSIONES.

Arabic. n. 1 Poſt hoc apparuit Jeſus diſcipulis ad mare Tiberiadis. Et apparuit ſic.

Syriacus. Poſtea rurſus oſtendit ſe Jeſus diſcipulis ſuis ad mare Tiberiadis. Oſtendit autem ſic.

Syriacus. n. 2. Erant ſimul Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Gemellus, & Nathanaël, ille qui erat ex Cana.

Syriac. n. 3. Dixit eis Simon Petrus: abeo venatum piſces. Dicunt ei: Nos quoque imus tecum. Exierunt itaque & conſcenderunt naviculam, & in illa nocte nihil piſcati ſunt.

Arabicus. Ego vado, & piſcabor, &c. & aſcenderunt in navim ſubito, & illa nocte non piſcati ſunt quicquam.

Pagn. Vatabl. Exierunt, & conſcenderunt navim ſtatim, & illa nocte nihil ceperunt.

Goth. Nihil apprehenderunt.

EXPOSITIO I.

1. Arabicus. Syriacus. POSTEA, nempè poſt manifeſtationes ſuperius relatas; *manifeſtavit.* Arabic. *apparuit* Syriac. *oſtendit ſe diſcipulis ſuis.* Illud, *ſuis*, pro majori explicatione poſuit Syriac. *Ad mare Tiberiadis:* Quod eſt Galilææ, de quo jam tractavi tom. 3. c. 33 expoſ. 1 n. 1. Superiores manifeſtationes acciderant in Judæa, Jeroſolymis nempè, hæc verò in Galilæa: finitis enim diebus Azymorum, diſcipuli è Judæa abierunt in Gali-
Matth. 28. læam, ſicut præmoniti ab Angelo Matth 28. n. 7. Angelus dixit ad mulieres: *Dicite diſcipulis ejus, quia ſurrexit: Ecce præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis.* Ut libero Jesu redivivi conſpectu illic fruerentur. Jesus autem jam eos illicò præ-
Matth. 25. venerat, juxta promiſſum ſuum. Matth 26. n 42. *Poſtquam reſurrexero præcedam vos in Galilæam.* Modum autem apparitionis, ac illius circunſtantias ad majorem evidentiam certitudinis, proponit Evangeliſta: *Manifeſtavit autem ſi*.

2. *Erant ſimul Simon Petrus.* Cum Apoſtoli ac diſcipuli Domini, juxta ejus mandatum, profecti in Galilæam, alii nempè poſt alios, & eſſent multi, diviſerunt ſe per varia contubernia, ut eſt veriſimile. Septem ergo hi, qui in præſenti numerantur, videntur ex primis adveniſſe, & voluit Chriſtus, ut hi tanquam primi, & honoratiores, congregarentur, ut hæc ejus apparitio eſſet glorioſior, & coram tantis, ac tam illuſtribus perſonis facta.

Dicit eis Simon Petrus: Vado piſcari. Veterem 3.
repetunt artem, ſed nova ratione, novâque inten- D. Chryſ. Euthym.
tione. Ex D. Chryſoſt. Euthym. *Cum neque ſemper cum eis eſſet Salvator, neque adhuc adveniſſet Paracletus, neque perfectè eis commiſſa eſſet prædicatio; cum nihil eſſet, quod agerent, reliquo tempore piſcabantur, priorem exercentes artem quandam non amore lucri, ut prius.* Hæc piſcatio contigit ante adventum Spiritus ſancti, à quo miſſi ſunt prædicare per totum orbem; cum ergo adhuc non eſſet occaſio prædicandi, & Apoſtoli eſſent pauperes, & arte piſcatores, ad piſcandi artem redierunt, non lucri gratia, ſed ut vitarent otium quod diaboli hamus eſt, & ut de victu neceſſario ſibi providerent Petrus ad retia redit, non verò Matthæus ad telonium quia in telonio occaſio peccati extabat, & ideò ab hac maximè cavendum eſt D. D. Greg.
Greg Papa hom. 24. *Poſt converſionem ſuam, ad piſcationem. Petrus rediit: Matthæus verò ad telonium non rediit. Quæ ergo ad peccatum implicant, ad hæc neceſſe eſt, ut poſt converſionem animus non recurrat.* Poſt autem divinum ſpiritum datum, Apoſtolos prædicationi Evangelicæ incumbentes, nunquam amplius legitur, piſcationem exercuiſſe.

Quare ad piſcandum vadunt Apoſtoli, ob occaſionē peccati fugiendam.

Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Præit Petrus: 4.
ſequuntur alii: ſuperioris exemplum alios ad laborandum impellit, facilè ſubditi faciunt, quod fieri vident à Prælato ſuo. Aſcenderunt in navim ſub veſperi nempe. Arabicus habet, *ſubitò.* Pagn. Arabicus.
Vatabl. *ſtatim*, tam vehementer rapiuntur ſub- Pagnin.
diti ad ſuperioris exemplum; *& illa nocte.* Nox piſcatui aptiſſima, nam piſces timidi hominum aſpectu, ac ſtrepitu fugiunt ad profundiora, & ſe abdunt, *nihil prendiderunt*, quia ſine Jesu piſcabantur, ut intelligerent, hominum piſcationem, ad quam vocati erant, à ſolo Jesu, ejúſque gratia eſſe ac pendere.

Prælati exēplum cogit ſubditos.

Joan. 21. *n.* 4. Mane autem facto, ſtetit Jeſus in littore: non tamen cognoverunt diſcipuli, quia Jeſus eſt.

Num. 5. Dixit ergo Jeſus: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Reſponderunt ei: non.

Num. 6. Dicit eis: mittite in dexteram navigii rete, & invenietis. Miſerunt ergo: & jam non valebant, illud trahere, præ multitudine piſcium.

VERSIONES.

Syriacus. n. 4. Cum autem eſſet mane, ſtetit Jeſus ad littus maris: neque noverunt diſcipuli, Jeſum eſſe.

Arabicus. Dum ad mane veniſſent.

Vatablus. Tempore verò jam matutino.

Clemens Alex. n. 5. Alloquutus eſt ad diſcipulos ſuos: Puelli, nunquid obſonium habetis?

Cajetan. Filioli, nunquid pulmentarium habetis?

ducetur,

ducetur, eſt apud vos? reſponderunt, ei dicentes: non.

Syriacus.n.6. Ait illis: conjicite rete à latere dextero naviculæ, & invenietis. Conjecerunt igitur, nec poterant, attrahere rete, præ multitudine piſcium, quos continebat.

Vatablus. Mittite in dexteras partes navigii rete & invenietis.

Arabicus. Dixit autem eis: jacite in latus dextrum navis rete veſtrum, miſerunt, & jam non potuerunt, illud trahere, præ multitudine piſcium, qui erant piſcati.

EXPOSITIO II.

5. *Cum ſpes in humanis deficit, adeſt Dei gratia.*

MANE autem facto: Quando piſces lucem, ac ſtrepitum fugientes ſeſe ad ima demergunt; & quando jam ipſi Apoſtoli defeſſi erant labore, & ſpe abjecta, opus relicturi erant; quando ſpes in humanis eſt amiſſa? tunc adeſt Dei gratia. *Stetit JESVS:* tunc aſtitit ſuis Jesus piſcatoriam autem exercentibus; nam otio torpentes odit, laborantes amat: *in littore*, non in mari, ne ſpectrum eſſe putaretur. *Non tamen cognoverunt diſcipuli, quia JESVS eſt:* ſive ob lucem adhuc ancipitem: ſive ob longum intervallum: maximè verò, quia ſub alia forma eis apparuit, ut Magdalenæ Joan. 20. n. 14. Diſcipulis in Emmaus Luc. 24 n. 16. diſponebat Chriſtus, mirabilibus, & altius cognoſci, potius ex miraculoſo opere capturæ, nempè piſcium, quàm ex forma, ac aſpectu. (Joan. 20. Luc. 14.)

6. *Quid ſit pulmentarium.*

Dixit ergo eis JESVS. Aliquantulum alta voce, ut à diſcipulis ſtantibus in navigio ſuper mare audiretur *Pueri:* Apparuit Jeſus ſpecie viri gravioris: indéque alloquitur eos tanquam inferioris conditionis, homines operarios ſcilicet, artem ſervilem exercentes: *Nunquid pulmentarium habetis?* Græcè ita dicitur, quod ad panem, ac cibum vulgariter adhibetur. *Pulmentarium* vetus vox Latina eſt, uſurpata pro cibo, qui ad pultem, qua Romani pro pane utebantur, addi conſueverat, ac proinde communiter pulmentarium ſignificat obſonium. Jesus ergo, tanquam mercator, rogat ab eis, an piſces ceperint, quos emere vult. Divus Chryſoſtom. *More hominis, loquitur, ac ſi empturus eſſet aliquid ad eis.* Tunc ipſi dicunt: Non ſic ſimpliciter reſpondent; non exprimunt, quòd tota nocte in vacuum laborarunt, nolunt ſuam calamitatem homini ignoto declarare, & aperire.

D. Chryſoſ. *Calamitas non eſt declaranda homini ignoto.*

7. Vatablus.

Dixit ergo eis: Mittite in dexteram, ſeu ut legit Vatablus *ad dexteras partes* Et invenietis, quod tantopere laborantes non potuiſtis habere. *Miſerunt ergo:* Quamvis jam ſæpius dexteram, vel ſiniſtram exploraſſent, ad monitum hujus viri, licet ignoti, obediunt: *vel ſimpliciter obtemperantes, vel arbitrati, ſigno quopiam illum noſſe, piſces aliquos ibi natare* Ait Euthym. vel quia homines facile ſibi perſuadent id quod deſiderant *Et jam non valebant, illud trahere.* Ecce fructus promptæ obedientiæ homini ignoto, & extero. Et ſimul Chriſtus eorum corda inclinavit ad retia mittenda, & etiam ſua divina virtute magnam multitudinem piſcium ad dexteram partem navigii congregavit. *Præ multitudine piſcium*, quæ ſignificabat fidelium multitudinem, quæ Petri, & Apoſtolorum prædicatione, trahenda erat Ita N D Cyrill. D. Chryſoſt. D. Auguſt. D. Gregor. Alb. Magnus. (Euthym.) (D Cyrill. D. Chryſ. D Auguſt. Alb. Magn.)

QUÆSTIO I.

Tres quæſtiones ſolvuntur; quare Chriſtus ſtat in littore, & non mari? Apoſtolos ſenes, dicat pueros? qui modò vigilant, & non dormiunt ut in Horto?

QVÆSTIO prima. Quare Chriſtus modo apparet ſuis diſcipulis in littore? cur non venit ad eos ſuper marinos fluctus gradiens, ut apud Matth. 14. n. 15. cum elle.. tempeſtate jactati in mari *Venit ad eos ambulans ſuper mare:* Cur modo ſiſtit in littore, cum valdè facilè poſſet, poſt gloriæ dotes, ſuper marinas undas incedere? 8. Quæſtio 1. Matth. 14.

Reſpondeo; ut certo ſcias, Deum omnibus juſtis ſemper adeſſe, afflictis tamen intimiùs Apud Matt. Apoſtoli ſæva tempeſtate naufragabant, nunc verò pro captura piſcium laborabant. Utriſque adeſt Chriſtus, ſed proximior naufragantibus, remotior verò felicibus piſcium multitudine: Ad tempeſtate jactatos venit Dominus, non ſic verò ad exundantes multitudine piſcium. Appoſitè D. Auguſt. apud D. Thom. *Venit Dominus ad viſitandos diſcipulos, quia turbabantur in mari*, ac ſi calamitas maximè alliceret, ac attraheret divinam præſentiã. 9. D. Auguſt. 10.

Quæſtio ſecunda. Quare Chriſtus Apoſtolus ſenes, vocat pueros? Reſpondeo, quod vocat eos tanquam operarios, ac ſe inferiores: Phraſis Hebræa eſt, vel pueros vocat, Græcè idem eſt ac filios. 1. Joan. 2 n 18. ubi nos habemus: *Filioli novißima hora eſt.* D. Auguſt. & alii legunt, *pueri:* ob amoris blanditias. Puer enim apud Hebræos nunc, filium, nunc ſervum, nunc operarium ſignificat. Quæſtio 2. 1. Joan. 2. D. Auguſt.

Chriſtus ſuos Apoſtolos, pueros vocat, cum in Apoc. 21. n. 14. Eccleſiæ fundamenta dicantur, à Propheta Regio principes orbis terrarum *Conſtitues eos principes ſuper omnem terram.* Pſal. 44. Ab ipſo Petro ſeniores vocantur: *ſeniores qui in vobis ſunt, obſecro, conſenior, & teſtis Chriſti paſſionum* 1. Petri. 5. n 1. Si ergo Apoſtoli tales conſiderabant, quomodo à Chriſto pueri appellantur Quamvis Apoſtoli firmitate eſſent fidei fundamenta, dignitate principes, & prudentia, ac maturitate ſenes, tamen aliquam puerorum conditionem in eis requirebat. D. Magiſter. Puerorum hæc eſt natura, ut in ſui augmento nunquam ſiſtant, ſed ſemper, ac continue augeantur, & creſcant, hanc in virtute naturam imitentur Eccleſiæ principes, ut quotidie in novos progreſſus proficiant, & creſcant D. Aug. tract. 3. in epiſt tom. 9. *In hac lectione, ait, pueros alloquitur, ut feſtinent creſcere; quid eſt creſcere? proficere. Quiſquis novit, natum eſſe, ut quia puer eſt Infans avide inhiat uberibus matris, & citò creſcit.* 11. Apoc. 21. Pſalm. 44. 1. Petr. 5. *Juſtus ſemper creſcat in virtute.*

Quæſtio tertia. Nunc Apoſtoli per totam noctem laborantes vigilant, & in horto cum Chriſto ignavè dormiunt, *Et invenit eos dormientes.* Matth 26. num. 40. Quid eſt quòd Apoſtoli inter Chriſti angores, & anxios proditionis metus, ſuſpenſáque pericula dormiunt, qui modò in navi, tota nocte ſomnium non vident? 12.

Reſpondeo

13. Reſpondeo, O quantas deſiderant vigilias oculi ob lucrum, qui in Dei cauſa maximè dormiunt, quantoſque labores pro temporalibus ſubeunt homines, qui in Dei obſequio maximè torpent? Ait Oſeas 18. num. 11. *Ephraim vitula edocta, diligere trituram*: Sanè tritura detrimentoſa eſt vitulæ, illique afflictionem & laborem non parvum ingerit, & Ephraim illum diligit. Et tamen de ipſo Ephraim ait Ier. 31. n. 18. *Audiens audivi Ephraim transmigrantem: & caſtigaſti me, & eruditus ſum, quaſi juvenculus indomitus*; Si diligebat trituram, quomodo juvenculus indomitus? Ut colla jugo Dei ſubmitteret, divinæque legi obtemperaret, indomitus erat: in tritura verò in qua aliquid poteſt lucrari & habere eſcas, nihili æſtimat malum & damnum trituræ; quin potius illud diligit, ibi Rupertus: *Vitulæ diligunt aream eo quod fruges in ea comedant: ſic & populus Iſraëliticus, licet affligeretur, & multa adverſa pateretur propter idololatriam tamen ingluviem ventris ſequi deſiderans, ultro ad idola revertebatur.* A ſuavitate legis Dei fugiebat Iſraël; à preſſura verò, ac tritura, ob lucrum temporale, non fugiebat; ſed & illud diligebat.

Oſe. 10. Jerem. 31. Rupertus. *Homines, quæ Dei contemnunt: quæ mundi, ob lucrum temporale diligunt.*

QUÆSTIO II.

Quare Dominus præcipit, mittere retia in dexteram?

14 *Ratio litteralis.* AIt illis *Mittite in dexteram navigii rete.* Dexteram navigii partem deſignat, ut ne fortuitò locutus videatur, ſed ut præſcius futurorum. Euthym. *Expreſſe ad dexteram jacere præcipit, ne fortuita videretur captura.* Ad illam navigii partem Chriſtus, ſua virtute divina, magnam multitudinem piſcium congregaverat. Et dicitur: *Mittite in dexteram navigii rete.* Sicut & Luc. 5. n. 4. *Laxate retia veſtra in capturam.* Ubi optimè D. Ambroſ. bene *Apoſtolica inſtrumenta, piſcandi retia ſunt quæ non captos perimunt, ſed reſervant.*

Luc. 5. D. Ambroſ.

15. D. Vincent. Fereira. *Homo facile acquieſcit illis, quæ deſiderat.* Et cùm Dominus diceret; *mittite in dexteram navigii rete*: ait D. Vincentius Ferreira ſerm. in feria 4. Poſt Paſcha: *Potuit dicere Petrus, & unde ſcis tantum de arte piſcandi?* Abſtinuit ſe tamen à talibus, ac ſimilibus verbis, ut oſtenderetur, obedientiam à curioſitate infici, ac perturbari, perfici verò, ac ſublimari ab illa promptitudine, quæ nihil rejicit, nihilque ſcrutatur. Deinde quia facilè homo obtemperat, & acquieſcit illis, quæ votis ſuis deſiderat.

16. D. Auguſt. Ad quæſtionem reſpondet primò D. Auguſt. in Pſalm. 49. *Dominus*, ait, *poſt reſurrectionem jubet, mitti retia in dexteram partem: ante paſſionem juſſit, mitti retia non dicens in dexteram partem, neque in ſiniſtram: quia ſi in dexteram diceret; ſolos bonos ſignificaret: ſi in ſiniſtram, ſolos malos: ubi autem tacetur dextra, & ſiniſtra, mixti capiuntur boni, & mali.* Quod latè proſequitur ipſe Aug. ut retuli tom. 2. c. 7 q. 13. n. 86. Ante reſurrectionem, in dexteram, & ſiniſtram navigii partem fertur piſcatio; deſignabat præſentem Eccleſiam militantem, in quam boni & mali ingrediuntur, qui per dexteram, & lævam denotantur; hæc verò, cùm poſt reſurrectionem fiet, triumphantem Eccleſiam ſignificat, in qua ſunt boni electi per dexteram denotati; vel etiam id factum eſt poſt reſurrectionem, cùm anteà, id juſſiſſe Dominum, non legamus; ſed tantum abſolutè: *Laxate retia*, ut patet ex proximo loco Luc. Per dexteram ſignificantur felicia, & proſpera; inde ſignatè, poſt mortem, ac reſurrectionem Chriſti; dicuntur retia laxari in dexteram, quia exinde omnia ſunt proſpera, felicia, ac fauſta.

Poſt Chriſti mortem, ac reſurrectionem, omina felicia.

Secundò, D. Vincentius citatus: Apoſtoli in dexteram mittunt rete, non in ſiniſtram. *Illi*, ait, *mittunt rete, & piſcantur ad ſiniſtram, qui quicquid faciunt, faciunt ad habendum temporalia, ut divitias, honores, & dignitates.* In dexteram mittit, qui rerum temporalium contemptu, in æterna, & perennia fertur, dum operatur. 17.

D. Vincent. *In æterna feratur homo.*

Tertiò, Noſter D. Cyrillus Alexand. lib. 12. in Joan. cap. 62. *Retibus in dexteram partem jactis, magna multitudo piſcium capta eſt. Juſſu autem Domini hoc factum eſt: quia non rapuerunt gratiam, ſed imperio Chriſti paruerunt.* Confer modò negatam dexteram Zebedæi filiis, cum dextera conceſſa piſcantibus diſcipulis; filii Zebedæi, accedentes ad Chriſtum, dicunt ei: *Da nobis, ut unus ad dexteram tuam, & alius ad ſiniſtram tuam ſedeamus.* Marc. 10. n. 37. & à Chriſto audiunt: *Neſcitis: quid petatis.* Ecce hi duo fratres pro dextera certantes, inanes, & vacui manſerunt; illis verò in navigio dextera conceditur? & inde retia ſua magnis piſcibus implevit; unde illis dextera inanis; his vero tam fructifera? *Quia non rapuerunt gratiam, ſed imperio Chriſti paruerunt*: filii Zebedæi ſedes ad dexteram intendebant ex proprio voluntatis affectu; at in navigio non tetenderunt retia ipſi ut dexteræ gratiam præriperent, & ut dignitatem raperent, ſed Dei imperio expectato. Qui proprio ductu dexteram, ac dignitatem intendit præcipuè, ut neſciens rejicitur, ac excluditur; qui verò Dei juſſione ad dexteram feſtinat, valde proficuam invenit, & fructuoſam piſcationem facit. 18.

D. Cyrill. Marc. 10. *Dignitates non ex proprio voluntatis nutu, ſed ex Dei juſſu accipienda.*

Ait Paulus ad Hebr. 5. num. 4. *Neque quiſquam ſumit ſibi honorem; ſed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron.* Novum, & difficile aſſertum, ac multa expenſione dignum. Quòd non inveniatur aliquis, qui ſumat ſibi honorem, niſi vocatus ſit à Deo, ut extitit Aaron. Nonne multi ſunt, qui nec vocati, nec merentes, ſed repugnantibus Dei legibus, aſſumunt prælaturas? Quomodò ergo ait Paulus, quòd nec quiſquam ſumit honorem, niſi vocatus, ut Aaron? Sapienti verbo uſus eſt Apoſtolus, dum ait? *Sumit*: qui enim non vocatus, ut Aaron, accedit ad dignitates, hic non ſumit, ſed præripit, ac furatur: & ideo infructiferus, ac maledictus eſt. D. Anſelm. ibi. *Qui ſe ingerit, & propriam gloriam quærit, non ſumit honorem, ſi Pontifex, aut Prælatus Eccleſiæ factus fuerit, ſed gratiæ Dei rapinam faciens, jus alienum uſurpat: & ideo non accipit benedictionem, ſed maledictionem.* 19.

Hebr. 5. *Qui nõ juſſus à Deo. dignitatem ſumit, eam ſurripit.*

Joan. 21. n. 7. Dixit ergo diſcipulus ille, quem diligebat Jeſus, Petro: Dominus eſt; Simon Petrus cum audiſſet; quia Dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe, (erat enim nudus) & miſit ſe in mare.

Num. 8. Alii autem diſcipuli navigio venerunt (non enim longè erant à terra, ſed quaſi cubitis ducentis) trahentes rete piſcium.

VERSIONES.

*Syriacus.n.*7. Dixit autem diſcipulus ille, quem amabat Jeſus, ipſi Petro: hic eſt Dominus noſter. Ille verò Simon, cum audiſſet Dominum noſtrum eſſe; accepta tunica ſua præcinxit lumbos ſuos, (quandoquidem nudus erat) & dejecit ſe in mare, ut veniret ad Jeſum.

Arabicus. Accepit tunicam ſuam, & ligavit eam ſuper lumbos ſuos.

Græcus. Super indumentum indutus, ac circundatus eſt.

Vatablus. Tunica accinxit ſe.

Arias, Miſit ſe ipſum in mare.

*Syriacus.n.*8. Alii autem diſcipuli navicula venerunt, (non enim multum aberant à terra, ſed circiter ducentis cubitis) & trahebant rete illud piſcium.

Euthym. Cæteri verò diſcipuli.

Theophyl.Vatabl. Navicula venerunt.

EXPOSITIO III.

20. DIXIT *ergo*: Inſpecta tam inſolita piſcium captura, *Diſcipulus ille, quem diligebat Jeſus*: hoc titulo Joannes ſæpe ſe indicat *Petro*: ut intimo, ac familiari amico ſuo, ac principi Apoſtolorum, quem ſciebat, maximo Jeſu amore teneri. *Dominus eſt*: Dum enim Petrus eſſet occupatus in extrahendo rete piſcibus pleno: Joannes piſcium miraculo motus, altius conſideravit vultum, & habitum Jeſu; tunc Jeſu permittente, integra ſpecies ſui corporis ejus oculis objicitur, & inde Joannes primò eum agnoſcit, quem Jeſus intimè diligebat: *Petrus, cum audiſſet, quia Dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe, erat enim nudus.* Idem fere habent Syriac. & Arab. ex quo patet, quòd Petrus omnino non erat nudus; hoc enim valde inſolitum, & indecens eſt viro prudenti, ac Apoſtolico, erat enim eo modo Petrus, quo ſolent operarii ſe exterioribus veſtibus denudare, dum operi incumbunt; præcinxit autem ſe, vel ob majorem reverentiam, vel in ſignum pudoris. *Miſit ſe in mare*: vel natando, vel mare pedibus pervadendo, (de quo quæſtio) ut perveniret ad Chriſtum.

Græcus.

Arabicus.
Syriacus.

21. *Alii autem diſcipuli navigio venerunt*: Eos excuſat Evangeliſta, quòd non ſe miſerint in mare, duabus ex cauſis; prima eſt, quia non longe aberant à littore; ſecunda quia non negligendum, ſed conſervandum erat rete tanta multitudine piſcium plenum; non enim contemnendum, ac relinquendum erat donum, ex tanto miraculo datum: *Quaſi cubitis ducentis*; id eſt, ſexaginta paſſibus, ſeu trecentis pedibus.

Non contemnenda Dei dona.

QUÆSTIO III.

Circa cognitionem, quam Apoſtoli de Chriſto habuerunt, tres quæſtiunculas expendo.

22.
Quæſtio 1.

QUæſtio prima: poſtquam Dominus dixit ſuis diſcipulis; *Mittite in dexteram navigii rete & invenietis; miſerunt ergo*, &c. ſtatim Jeſus eis manifeſtatur, eumque cognoſcunt Optimè reſpondet Rupert. *Et bene, quia cito acquieverant dicenti mittite in dexteram, ſicut manſueti, qui ſecuti fuerunt magiſtrum manſuetudinis, ſtatim cognoverunt eum.* Tanta illis ſubitò notitia orta eſt, à prompta eorum obedientia; nam cum illis diceretur ab eo, quem non noverant, ut mitterent in dexteram navigii rete, ſtatim obtemperaverunt magiſtro, ac Domino; licet non ut talis ab illis agnoſceretur. Tantum obedientia, quæ cœca eſſe videtur, acuit oculorum aciem.

Rupertus.

Obedientiæ acuit oculorum aciem.

Quæſtio 2. Quare ex omnibus Apoſtolis, primus Joannes cognovit Chriſtum? Reſpondet primò Euth. *Ex proſpero eventu, ait, illud intellexit; & quòd tanquam ex illius juſſu piſces concluſi eſſent.* Erat valde perſpicax mente, & acutus intellectu, inde ex tanto miraculo, ac ex obedientia præſtita, cognovit Jeſum in littore ſtantem. 23.

Quæſtio 2. Euthym. *Joannes valde perſpicax mente.*

Secundò, D. Chryſolog. ſerm. 78. *Primus, qui diligitur, videt quia ſemper amoris oculus acutius intuetur, & ſemper vivacius, qui diligitur, ſentit.* Prior videt Joannes, prior magiſtrum cognoſcit, quia præcipuè diligebatur, & diligebat; ſemper amoris oculus acutiſſimus; aderat Jeſus glorioſè redivivus in littore, tantique miraculi operator erat. Alii Apoſtoli non agnoverunt, dilectus tamen, & tenerè diligens Joannes eum agnoſcit; quia niſi amoris adſpiciat oculus, nec eximiæ dotes, nec glorioſa facinora, ac miracula videntur, ac agnoſcuntur: *Amoris oculus acutius intuetur.* 24.

Chryſolog. *Amoris oculus acutiſſimus.*

Solum qui te diligit cognoſcit tua magnalia.

Tertiò, D Hieron. lib. 1. contra Jovinian. *Jeſus ſtabat in littore, nec ſciebant Apoſtoli, quem viderent: ſolus virgo Virginem agnoſcit: & dicit Petro: Dominus eſt*, D. Vincentius Ferreira ſerm. in feria 4.Paſch. *Quia Joannes*, ait, *inter alios habebat illam excellentiam, quòd erat Virgo puriſſimus: ideo præ aliis, habebat oculos animæ clariores, ideò primò cognovit Chriſtum.* Unde Joannis tanta lux, ut præ aliis Chriſtum cognoverit? A Virginitate nempe, quæ maximè mentem acuit ad intuendum. Vel quia Joannes quandam ſimilitudinem Virginitatis habebat cum Jeſu, inde præ cæteris illum agnoſcit. 25.

D.Hieron.

D.Vincent. *Virginitas perſpicax.*

Similitudo facit videre.

Quartò, Leont. & ex eo Maldon. *Et verò ita ſe res habet: ſimpliciſſimus quiſque facillimè Deum cognoſcit, facillimè credit; nec eſt quicquam, quod æque fidem impediat, atque humana prudentia, & calliditas quædam, & vafrities ingenii.* Prius præ cæteris cognovit Joannes, quia ſimplici, puro, ac candido animo pollebat; & animi puritas ac ſimplicitas aciem mentis maximè acuit ad videndum, ac cognoſcendum. 26.

Leontius

Quæſtio 3. Quare Petrus, qui primus cognovit Chriſti divinitatem, nam apud Cæſarem Philippi Primarius, & oculatiſſimus dixit: *Tu es Chriſtus filius Dei vivi.* Hic tamen poſt reſurrectionem, tanta piſcium multitudine capta, prævenitur à Joanne; & Joannes primus agnoſcit, *& dicit Petro Dominus eſt?* 27.

Quæſtio 3.

Reſpondet, D.Chryſolog.ſerm.78. *Quæ res*, ait, *illam Petri ſic tardaverat mentem, ut ab alio audiret Dominum; qui cæteris conſueverat nuntiare? Ubi eſt illud ipſius ſingulare*: Tu es Chriſtus filius Dei vivi? *Ubi eſt? In domo aufugerat Caiphæ principis Judæorum: tardius ſuum Dominum videbat, qui vocem facile ancillæ ſuſurrantis audivit.* Petrus colloquium habuit cum ancilla, quæ eum Dominum negare fecit, cujus 28.

D. Chryſol. *Vox mulieris, ac voluptatis mentem obtenebrat.*

cujus vox ut excepta eſt ab aure Petri, ſic ejus viſum hebetavit, ac obtenebravit in cognitione ſibi aliàs notiſſimi filii Dei, ut vinceretur ab aliis.

29. Prima Joan. 3. n. 2. dicitur: *Scimus, quoniam cum*
1. Joan. 3. *apparuerit, ſimiles ei erimus; quoniam videbimus eum, ſicuti eſt: & omnis, qui habet hanc ſpem in eo, ſanctificat ſe, ſicut & ipſe ſanctus eſt.* Quæ verba ſic
D. Auguſt. leguntur apud Auguſt. & Didymum; *omnis qui ha-*
Dydimus. *bet hanc ſpem*, ſcilicet videndi Deum, ſicuti eſt; *Ca-*
Carnis voluptas obcæcat mentem. *ſtificat ſeipſum, ſicut ipſe caſtus eſt.* Quia nequit aliter Deus videri, niſi ab oculis, quos perfectiſſima carnis munditìes acuerit, carnales voluptates maximè mentem obcæcant; ne Deum poſſis videre.
Clem. Alex. Clemens Alexand. lib. 3. Strom c. 4. *Quomodo fieri poteſt*, ait, *ut qui victus fuerit à voluptatibus, Domino aſſimiletur, aut Dei habeat cognitionem? Mens enim, quæ eſt munda, & ab omni vitio libera, eſt quodammodo apta ad Dei poteſtatem ſuſcipiendam, cum divina in ea aſſurgat imago: & quicumque habet hanc ſpem in Domino, ſe ipſum mundum, caſtumque facit, quatenus ille eſt caſtus. Plane enim fieri non poteſt, ut quis ſimul ſit & ſcientia præditus, & blandiri corpori non erubeſcat.*

QUÆSTIO IV.

Quare Petrus, cum eſſet nudus, tunica ſe cinxit, ut ſe in mare mitteret?

30. Petrus indutus ingreſſus eſt navim, cum verò ſe præparavit ad piſcationem, externis veſtibus ſe exuit; conſiſtens tantum in terrula, vel ſubucula, ut ſolent facere piſcatores, quod moralizat
D. Chryſol. D. Chryſol. ſer. 78. *Mirum fratres*, ait, *cum comprehenderetur Dominus, Joannes abjecit ſindonem; & Petrus inventus eſt nudus, quia Joannem texit fuga, Petrum negatio ſic nudavit:* Licet Joannes, ut multi volunt, in nocte paſſionis reliquerit ſindonem, qua ſuper nudo indutus erat. Marc. 14.
Marc. 14. num. 51. tamen non Joannes, ſed ſolus Petrus, hic
Perditorum conventus multum nocet. dicitur nudus: Quia *Joannem texit fuga*; fuga enim à converſatione maligna maxime tegit, ac protegit hominem, quem maxime nudat, ac ſpoliat, ab omni bono iniquitas, ac malignantium cœtus, & ſocietas.

31. Ad quæſtionem. Juxta literam, cur Petrus ſe nu-
Theophyl. daverit? Reſpondet primo Theophyl *Ob reverentiam* tanti Domini, ac pudoris cauſa. Petrus præcinxit ſe ſuo conſueto amictu; & ſimul, quia ad littus, ac terram exibat; erat enim valde alienum à viro Apoſtolico, abſque veſtitu apparere: ad rationes morales veniamus.

32. Secundo D. Laurent. Juſtin. de Triumphali
D. Laurent. Juſtin. Chriſti agone cap. 27. *tali tunica præcinctus dum fueris, amore ignito in tribulationem nudus ingredi non expaveſcas, ut ad præceptorem tuum ſtantem in littore valeas properare. Nequaquam patieris naufragium, charitatis pallio coopertus; aquæ enim multæ non poterunt extinguere charitatem.* Olim Petrus ſtans in navigio, cum Chriſtum agnoviſſet in mari, facultatem petiit, ut ad eum veniret: *Domine*
Matth. 14. *ſi tu es, jube me venire ad te ſuper aquas.* Matth. 14.
Dei amor, nullum periculum timet. n. 28. Cur ergo ſolum tunica ſuccinctus marinis fluctibus ſe committit? Cur non timet pelagi tempeſtates? Qualiſnam eſt hæc armatura? Tunica illa ſignabat divinum amorem, quo Petrus undique velabatur, ac cingebatur; & tanto amoris Dei munimine cinctus, nil timet, marinis fluctibus, hoſtilibuſque incurſibus ſeſe committere: *Nequaquam patieris naufragium charitatis pallio coopertus.*

Tertiò. D. Bernard. lib. 2. de conſider. cap. 8 *Pe-* 33.
trus in mare ſe miſit, & ſic venit ad Chriſtum, aliis D. Bernard.
navigio pervenientibus. Quid iſtud? Nimirum ſingularis Pontificii Petri, per quod non navim unam, ut cæteri quique ſuam, ſed ſæculum ipſum ſuſceperit gubernandum. Mare enim ſæculum eſt, naves Eccleſiæ. Inde eſt, quòd altera vice inſtar Domini gradiens ſuper aquas, unicum ſe Chriſti vicarium deſignavit, qui non uni populo, ſed cunctis præeſſe deberet. Si- *In dignitate*
quidem aquæ multæ, populi multi. Solus Petrus au- *ſit memoria*
det, per mare ad Chriſtum incedere; cæteris, id *antiquæ ob-*
tentare, nefas cenſentibus, quia talis inceſſus ſin- *ſcuritatis.*
gularem portendebat dignitatem, cui univerſitas aquarum, tanquam populorum erat addicta, & ejus pedibus terenda ſubdebatur. Ex quo jam ad noſtram quæſtionem venit ratio myſterii, ob quam Petrus veſtes reſumat; ut ad aquas, hoc eſt regimen populorum, deſcendat; etenim cum ſe Petrus projicit in mare, nihil aliud fuerit, quam Pontificatum aſſumere, & ad ſupremam poteſtatem poſſidendam venire; æquum erat, ut humilem piſcatoris habitum in navi non relinquat, & ſimul cum ſecum in mare, tanquam in dignitatem ſuam inveh at, ut ita & non deeſſet antiquæ obſcuritatis ſtimulus, qui memoriam ejus pungeret, & ad meditandum, qualis quondam fuerit, excitaret, ille enim prioris humilitatis amictus, erat ei gallus, priſtinæ obſcuritatis excitator.

Quartò. D. Petrus Chryſol. ſer. 78. *Mirum fra-* 34.
tres, ait, *& vere mirum, quia qui in navi nudatus* D. Chryſol.
eſt, in mare ſe demergit indutus: quia innocentia *Peccatores*
nunquam nuda eſt, & reatus ſemper refugit ad vela- *ſemper ſe*
men, denique ſicut Adam, ita & nunc Petrus, poſt *abdunt, & excuſant.*
culpam ſuam geſtit tegere nuditatem. Petrus in navi nudus erat, cum ſe mittit in mare, ut ad Chriſtum veniret; ac ut ante oculos ejus appareret, ſui peccati, ſuæque negationis conſcius, reſumit ſua veſtimenta; ſemper enim peccator, ut Adam tegumentum quærit, ut ſe abſcondat, & iniquitatem ſuam excuſet.

De Diabolo ait Job. 41. n. 6. *Corpus illius, quaſi* 35.
ſcuta fuſilia. Per Diaboli corpus interpretatur Job. 41.
D. Gregor. lib. 33. Moral. cap. 24 omnium iniquorum cœtum; & cur nihil de internis agit, ſed *Peccatores*
tantum de externo ejus indumento, ac appara- *excuſationi-*
tu? Omnes enim iniqui, velut ſcutis fuſilibus *bus, tanquã*
armantur, at quot ſunt ſcuta, tot rationes perten- *ſcutis, ſe protegant.*
dant, ut iniquitatem ſuam protegant, & excuſent; ſic ait ſanctus Doctor cit. *Cum enim verba prædicationis audiunt, nulla correctionis jacula ſe penetrare permittunt: quia in omni peccato, quod faciunt, ſcutum ſuperbæ defenſionis opponunt. Quod ſi factum excuſare nequeant, excuſant animum. Unde Salomon noxium appellat eum virum:* Qui, inquit, fraudulenter nocet amico ſuo, & cum fuerit deprehenſus, dicit, ludens feci. Proverb. Proverb. 26.
26. num. 19. Ubi Lyranus ſic ait: *cum non poſſit ex-* Lyranus.
cuſare malitiam facti, quæ eſt patens, negat malitiam intentionis, quæ eſt latens.

QUÆSTIO V.

Quare Petrus miſit ſe in mare.

36. *An Petrus ambulaverit ſuper aquas.* Lyranus. Cajetan. Beda. Maldonat. Leontius. Theophyl.

IN limine quæſtionis inquirendum eſt : An Petrus ſuper aquas ambulaverit ? Reſpondet Lyranus, quòd ambulaverit ſuper aquas, hoc tamen non videtur habere probabile fundamentum, quòd ambulaverit ſuper aquas, non juſſus à Chriſto. Ideò Cajetan. Beda, Maldonatus dicunt, quòd perrexerit ad Chriſtum pedibus ſuper terram, quia non multum profunda erat aqua, quòd natando venerit; exiſtimant Chryſoſtomus, Leontius, Theophylact. & alii. *Navem*, ait Chryſoſt. *appellere; Petrus non expectavit, ſed natando ad Jeſum venit.* Petrus enim cæteris ferventior erat, & ideo promptius, quam alii, ad Chriſtum venit.

37. D. Ambroſ. *Petrus Chriſti pericula cõtemnit, ut Jeſũ videat.*

Ad quæſtionem reſpondet primò D. Ambroſ. in cap. 24. Luc *Non contentus Petrus vidiſſe, quæ viderat, repetit intuenda : & quærendi domini amore ſuccenſus, non ſatiatur videndo, Vidit ſolus; vidit cum undecim, vidit cum Septuaginta, & quandò Thomas credidit; vidit cum piſcaretur ſed non vidiſſe contentus, impatiens deſiderii, negligens captionis, immemor periculi, ubi Dominum vidit in littore, ſecum æſtimat, ſi cum cæteris navigio perveniret.* Petrus ſæpe viderat Jeſum, ſemel, & iterum cum aliis diſcipulis, & quantò magis ipſum viderat tantò magis erat inflammatus deſiderio ipſum videndi, ita ut amaret pericula, contemneret ſecuritatem, ut citius ad Jeſum perveniret.

38. D. Chryſ. *Dominus princeps præeſt aliis dignitate, & moribus.* Nazian. D. Bernard.

Secundò D. Chryſolog. ſerm. 78 *Miſit ſe in mare*, ait, *ut eſſet primus in reditu, qui acceperat in ordine principatum.* Cum alii Apoſtoli naviculam traherent moroſe remulco, moras Petrus officio ſuo urgetur, ut qui præeſt Apoſtolis, præeat, ut ad Magiſtrum veniat. Hac conditione, ac lege obligatum, Nazianz Epiſcopum eſſe putat, orat. 1. *Ut magis excellat virtute, quam honore, ac dignitate ſuperet.* Tertiò veniat iterum Bernardus ſuperiori quæſtione datus : miſit ſe in mare, ut ambularet ſuper undas, ac aquas, ut denotaretur Petri dignitas ſuper gentes, ac populos : *aquæ multæ, populi multi.*

39. D. Chryſ. *Magna lachrymarum copia pro tollendis peccatis.* Threni. 2.

Quartò. Citatus D. Chryſolog. *Miſit ſe in mare, ut mare dilueret, quod negatio taliter ſordidaverat.* Non expectavit Petrus navis volatum, ut iret ad Jeſum, ſed voluit, ſe committere marinis fluctibus : cum ſe cognoſceret crimine negationis infectum, totum ſe curabat, efficere lachrymarum mare, ut inde lotus Jeſu approximaret. Ait Jerem. Thren. 2. num. 13 *Magna eſt, velut mare, contritio tua :* Si enim pœna à Deo pro peccato inflicta, dicitur magna, velut mare, inde inſtruamur & nos illam pœnam aſſumere in pœnitentia, quæ vaſtitudini maris valeat comparari: de Illuſtriſſima Pelagia ſic decantatur.

E pelago in pelagus lachrymoſa Pelagia tranſit :
Triſtia dum lachrymis obruis acta tuis.

40. Pſal. 118. D. Hieron. D. Ambroſ.

De pœnitentia ſua ſcribit Regius Vates Pſal. 118. num. 136. *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt legem tuam :* Prima verba ſic legunt D. Hieron. & alii. *Rivi aquarum fluebant ab oculis meis.* Tanta erat lachrymarum copia, ut lachrymæ tanquam rivi, defluerent ab oculis. Cum multa energia legit D. Ambroſ. lib. 1. de Davide cap. 6. *Per exitus aquarum deſcenderunt oculi :* Ac ſi tanta eſſet vis lachrymarum, ut putarentur oculi in fletus reſolvi, & in lachrymas effundi. Seu ſicut quando fluvius vehementi impetu rapitur, omnia ſecum involvit, ſive arbores, ſive domos, ſive pecora; ita tantus erat impetus lachrymarum, ut ipſoſmet oculos, ſecum involverent, ac traherent, ut ſimul cum lachrymis à ſuis locis caderent.

Joan. 21. *n.* 9. Ut ergo deſcenderunt in terram, viderunt prunas poſitas, & piſcem ſuper poſitum, & panem.

Num. 10. Dicit ergo eis Jeſus : afferte de piſcibus, quos prendidiſtis nunc.

Num. 11. Et aſcendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piſcibus, centum quinquaginta tribus, & cum tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete.

VERSIONES.

Syriacus. n. 9. Conſpiciunt prunas poſitas, & piſcem eis impoſitum.

Arabicus. Et piſcem poſitum ſuper eas.

Syriacus n. 10. Afferte ex piſcibus, quos modò piſcati eſtis.

D. Auguſt. Apprehendiſtis nunc.

Syriacus n. 11. Et toto illo onere non ſciſſum eſt rete illud.

Arabicus. Hoc pondere non eſt ſciſſum rete.

D. Auguſt. Cum tanti & magni eſſent, non ſunt dirupta retia.

EXPOSITIO IV.

CUM *ergo deſcendiſſent*, è navi ſcilicet, *in terram, viderunt prunas poſitas, & piſcem ſuperpoſitum.* Ecce ſecundum miraculum in hac apparitione, quia Dominus ſuſpicatoribus ſubitò paravit prandium, D. Cyrill. exiſtimat, hunc piſcem à Chriſto è lacu fuiſſe eductum, D. Chryſoſt. aſtruit, è nihilo creatum : probabilius Leontius, Euthym. Theophylact. Maldonat. Cornel. cenſent, quòd Chriſtus D. piſcem ſicut prunas, ignem ac panem ſubitò ex aëre vicino, ſive ex alia materia produxerit, ut dicitur de panibus multiplicatis apud Joan. 6. num. 11. *piſcem* non unicum intelligas, ſed ponitur ſingularis pro plurali : ac proinde tot erant piſces, quot Chriſtus congruere judicaverat. *Et panem* : ſimiliter eſt ſingularis pro plurali : D. Auguſt. *Ubi non eſt intelligendum, etiam ſuperpoſitum panem fuiſſe prunis, ſed tantùm ſubaudiendum, viderunt.* Euthym. *Panem ſeorsùm poſitum.* Ecce ſuis Apoſtolis perfectum prandium paravit Dominus : quod etiam ipſe fecit, ut ſuis indicaret, capturam tantorum piſcium, ſuum fuiſſe opus : ac proinde virtute ſua tot piſces ad dexteram navigii fuiſſe congregatos, piſcem aſſum, Chriſtum ſignificare, 41.

D. Cyrill. D. Chryſoſt. Leontius. Euthym. Theophyl. Maldonat. Cornelius. D. Auguſt. Euthym. *Per mare pœnitentiæ, tranſeundũ ad Chriſtum*

ſignificare, jam dixi cap ſuperiori; & nota, quòd poſt tranſactum mare inveniunt Apoſtoli piſcem aſſum, & panem, qui Chriſtum ſignificabat, quia ut quis accedat ad Chriſti menſam, debet priùs tranſire per mare lachrymarum, pœnitentiæ, ac contritionis.

42. *Afferte de piſcibus, quos prendidiſtis nunc*, quanvis piſces jam aſſarentur, mandat tamen Chriſtus, afferri de illis, quos ceperant, ſecutus Chryſoſt. ac Theophylact ait Euthym. *Ne phantaſticum videretur negotium.* Dona enim, quæ Deus vera, ſolida, ac non inania, ut mundi; & ut talia vult ab omnibus agnoſci, & ait illis: *Afferte* ut oſtenderet, etiam humanam induſtriam cum divina virtute conjungendam; neque operibus divinis noſtras cooperationes defuturas; ac proinde piſci miraculosè ſuper prunas poſito, vult, & addantur piſces, quos ipſo ſuo labore prendiderant. Afferte de piſcibus, quibus hoc dicitur myſticè; Ait Rupertus: *H ſunt Apoſtoli, vel prædicatores ſancti, quorum unuſquiſque æterno judici præſentabit, quantoſcumque de labore ſuo bonos piſces acquiſivit.* Quæ gloria, ac meritum illius, qui multos præſentaverit; Salmeiron. tom. 11. tract. 28. venuſtè ait, *De piſcibus, quos prendidiſtis nunc. Non ait, quos ego vos prendere feci: ſic enim ſolet Spiritus in ſcriptura, nobis opera bona adſcribere, non ut hinc nobis placeamus, vel nobis quicquam tribuamus; ſed ut nos potius illi, ex quo omnia noſtra proficiſcuntur, referamus.*

D.Chryſoſt. Theophyl. Euthym. — *Dei dona ſolida, & vera.* — Rupertus. — Salmeiron.

43. *Aſcendit autem Simon Petrus*: In mare nempe, nam navis proxima erat terræ. Semper ubique ad parendum Petrus promptus eſt, & qui primus inter alios ad Chriſtum venerat; primus etiam diſcedit à Chriſto, ut Chriſto obediat. Verè enim ad Jeſum appropinquat, qui ad Jeſu mandatum, à Jeſu ſe tantiſper præſentia corporali aliquantulum elongat; *& traxit*: Ipſe ut Navarchus, ſeu dux ſeu primus. In omni loco primatus Petri innuitur. Ad piſcandum ipſe primus vocat ſocios: primus venit ad Chriſtum; ipſe quoque primus rete traxit, ut denotaretur, omnes piſces, ſeu omnes fideles ab eo eſſe trahendos, regendos, ac gubernandos.

Petrus ſemper primus.

QUÆSTIO VI.

Quare piſces capiuntur in numero centum quinquaginta tres?

44. Reſpondet primò D. Auguſt. tract. 122. *Numerus* 153. inquit, *ter habet quinquagenarium, & inſuper ipſa tria propter myſterium Trinitatis: quinquagenarium eſt jubilæus, in quo cunctus populus ab omni operatione quieſcebat.* Jubilæus ſignificat ſtatum Evangelii, in quo ceſſandum eſt ab omni opere mundano, & quieſcendum in fide Trinitatis.

D. Auguſt.

45. Secundò. Noſter D. Cyrill. lib. 12. cap 63. ait, quòd centenarius numerus ſignificat plenitudinem gentium, intraturam in Petri, ac Eccleſiæ rete: quinquagenarius verò pauciores ex Judæis ſalvandos innuit: tria verò myſterium Trinitatis ſignificant; in cujus fide, ac veneratione omnes tam iſti, quàm illi congregantur, ac ſalvantur.

D. Cyrill.

46. Tertiò. D. Gregor. homil. 24 ait denarium ſymbolum eſſe decalogi legis veteris: Septenarium verò ſymbolum ſeptiformis Spiritus, & gratiæ in lege nova; ternarium verò ſymbolum eſſe Trinitatis, ejuſque fidei. Multiplica ergo 17. per tria, habebis quinquaginta & unum. Hæc iterum multiplica per tria, & invenies 153. ut ita denotaretur, omnes in Eccleſiæ rete per Petrum, ac Apoſtolos congregandos eſſe in fidem unius, trinique Dei, in quo ſolo eſt vera hominum vita, & ſalus.

D. Gregor.

47. Quartò. Rupertus, & cum eo Maldonatus, per hos tres numeros, inquiunt, ſignificari triplicem hominum Conditionem, qui ſalutem aſſequuntur. Centenarius numerus denotat conjugatos; quorum maxima eſt multitudo: quinquagenarius viduos, & continentes, quorum minor eſt numerus: ternarius, Virgines quorum numerus eſt minimus.

Rupertus. Maldonat.

48. Quintò. D. Hieron. in cap 47. Ezechiel. *Aiunt*, inquit, *qui de animalium ſcripſere naturis, de quibus Opianus Cilex eſt, Poëta doctiſſimus, centum quinquaginta tria eſſe genera piſcium: quæ omnia capta ſunt ab Apoſtolis, & nihil remanſit incaptum, dum & nobiles, & ignobiles, divites & pauperes: & omne genus hominum de mari hujus ſeculi extrahitur ad ſalutem*: Intellige, quòd ſpecies primariæ, ac præcipuæ piſcium ſint 153. nam alii multo plures numerant, ut Rondeletius lib. de Piſcibus, & Ulyſſes Aldrovand. lib. 1. de Piſcibus. Hoc ergo myſterio denotabatur, quòd ex omni hominum natione aliqui ab Apoſtolis in rete Eccleſiæ, ac Evangelii concludendi erant.

D. Hieron. — *Ex omni natione aliqui trahendi ad fidem.* — Rondeleti. Aldrovand.

49. Antiquitùs pendebant à ſacerdotali veſte aurea tintinnabula, Exod. 28. num. 33. quæ numero fuerunt Septuaginta duo, ut teſtantur D. Hieron. Epiſtol. 128. ad Fabiol. de veſte ſacerdotali, & D. Iſidor. lib. 19. Etymolog. ſeu Orig. cap. 21. Si verò quæras, cur potius ſub hoc numero, quàm ſub alio contineantur? Ratio deſumenda eſt ex eodem Hieronymo in cap. 26. Matth. Divi Auguſtinus lib. 16. civit. cap. 3. Divi Epiphan. in Pana ſub initium, quos citat Pererius tom. 2. in Geneſ. lib. 16. diſp. 10. totidem dicuntur, fuiſſe genera linguarum, in quas homines in linguarum confuſione turris Babel diviſi ſunt; cum enim illa tintinnabula ſignificarent voces prædicatorum Evangelii; denotabatur ergo tali numero, nullam fore in toto orbe nationem, ad quam non pertranſiret vox doctrinæ Evangelicæ, quæ multa ex parte adducenda erat ad Eccleſiam.

Exod. 82. D. Hieron. — D. Iſidor. — D. Hieron. D. Auguſt. D. Epiphan. Pererius.

50. Ex quo rectè D. Chryſoſt. in Pſalm. 14. *Quemadmodum*, ait, *cùm dixiſſet in principio*: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram: Geneſ. 1. n. 28. *Univerſam terram ſermo pervaſit: ita cum poſtea dixiſſet*: Euntes docete omnes gentes Matth. 28. num. 19. *Ipſos etiam fines orbis terræ: brevi momento temporis, juſſus ejus occupavit.* Et poſtea poſteriorem hanc propagationem priori anteponit; *in principio*; inquit, *cum lege naturæ creſceret multitudo: res tardiùs proceſſit, tempore autem Apoſtolorum, non lege naturæ, ſed gratiæ creſcebat: & ideo uno ſtatim die tria millia; deinde quinque millia; deinde innumerabiles, deinde univerſus orbis terræ, per hanc pulchram regenerationem editi, aucti, & multiplicati ſunt.*

D. Chryſoſt. Geneſ. 1. — Matth. 28. — *Propagatio Chriſtianorum, propagationem naturæ excedit.*

QUÆSTIO VII.

Quare olim multitudine piſcium rumpebatur rete, nunc verò minimè cùm tanti, ac tam magni eſſent?

51. Luc. 5. *Difficultas quæſtionis.* QUÆSTIO eſt: Quare cum Petrus, & ſocii ejus piſcarentur in lacu Geneſareth: *Concluſerunt piſcium multitudinem copioſam, rumpebatur autem rete eorum.* Luc. 5. n. 6. hic verò cum Petrus traxiſſet rete, plenum multis, ac magnis piſcibus: *Cum tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete?* Cur illic ſcindebat rete, hic verò minimè? Hanc quæſtionem excitavi, & reſolvi tom. 2. c. 7 q. 14. præter ibi dicta.

52. D. Auguſt. Reſpondet ad quæſtionem D. Auguſt tract. 122. in Joan. *Poſtremò in illa piſcatione, numerus piſcium non exprimitur, tanquam illud ibi fiat; quod prædictum eſt per Prophetam: Annunciavi, & locutus ſum, multiplicati ſunt ſuper numerum. Hic vero non ſunt aliqui ſupra numerum, ſed certus eſt numerus, centum quinquaginta tres.* Cum tanti eſſent piſces, nunc apud Joannem rete non ſciderunt; & tamen apud Lucam ſcindebatur rete? Apud Joannem, & ſi piſces eſſent multi, & magni, in certo, ac præfixo numero extabant, nec enim excedebant numerum centum quinquaginta trium; at apud Lucam ponitur multitudo copioſa ſine numero; & ubi multitudo eſt exceſſiva, & ſupra numerum inde ſtatim ſciſſiones, ſchiſmata proſiliunt; & naſcuntur. *Vbi multitudo exceſſiva ibi diviſiones ac mala.*

53. Luc. 5. *In multitudine perditio, & deſtructio.* In eadem hiſtoria apud Lucam 5. n. 7. perſiſto Apoſtoli copioſam multitudinem piſcium prendiderunt: *Et impleverunt ambas naviculas, ita ut mergerentur.* Et hic apud Joannem, cum piſces eſſent tanti, ac tam magni, & navicula una, non mergebatur; unde tanta differentia? Hic apud Joannem, & ſi piſces eſſent magni, ac tanti; numerum non excedebant, maximè verò apud Lucam: *Concluſerunt multitudinem copioſam*: & à tanta multitudine ſine numero, quid venire poterat, niſi imminens periculum ſubmerſionis navis, ut ipſa omnino dirupta perirent? Citat D. Auguſt. *Ibi capta eſt multitudo piſcium tanta, ut impleta duo navigia mergerentur, ideſt, in ſubmerſionem premerentur; non enim merſa ſunt, ſed tantum periclitata. Vnde enim exiſtunt in Eccleſia tanta, quæ gemimus? Niſi cum tantæ multitudini obſiſti non poteſt, quæ ad ſubmergendam propemodum diſciplinam intrat, cum moribus ſuis à Sanctorum itinere penitus alienis.* D. Auguſt.

54. Luc. 23. Poſtquam Jeſus fuit accuſatus coram Principe Sacerdotum, ſcribit D. Lucas 23. n. 1. *Et ſurgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum.* A tam confuſa, ac permixta multitudine, quid provenire poterat, niſi ut Jeſus innocentiſſimus Agnus injuſtè, impie, & crudeli morti traderent? Semper in multitudine periculum eſt.

Joan. 21. *n.* 12. Dicit eis Jeſus: venite, prandete. Et nemo audebat diſcumbentium interrogare eum: Tu quis es? Scientes, quia Dominus eſt.

Num. 13. Et venit Jeſus, & accepit panem, & dat eis, & piſcem ſimiliter.

Num. 14. Hoc jam tertiò manifeſtatus eſt Jeſus diſcipulis ſuis cum reſurrexiſſet à mortuis.

VERSIONES.

Arabicus. n. 12. Venite ad comedendum: & quiſquam non auſit, interrogare eum.

Syriac. Nemo autem ex diſcipulis audebat interrogare eum, quis eſſet? cum ſcirent, Dominum noſtrum eſſe.

Ianſenius. Nemo audebat dicentium.

Euthym. n. 13. Et venit Jeſus, & ſumit panem.

Syriacus. Acceſſit autem Jeſus, & accepit panem, & piſces, deditque eis.

Pagnin. 14. Et hoc jam tertia vice manifeſtatus eſt Jeſus.

Syriacus. Hoc jam tertia vice apparuit Jeſus diſcipulis ſuis.

Græcus. Reſuſcitatus à domo mortuorum.

Arabicus. Apparuit Jeſus diſcipulis ſuis poſt reſurrectionem ſuam.

Vatablus Arias. Excitatus à mortuis.

EXPOSITIO V.

55. Euthym. D. Auguſt. Euthym. DICIT *Dominus: Venite, prandete.* Hora enim prandii erat, ut ait Euthym. & etiam nota primo, quòd præter piſcem, ſeu piſces, qui Dei providentia erant parati ſuper prunas, etiam Apoſtoli, ut ait D. Auguſt. aliquos attulerunt, ex Chriſti juſſu *Afferte de piſcibus, quos prendidiſtis nunc.* Et hoc prandium Dominus ſuis paravit primò, ut veritas, uſus, ac fructus tanti miraculi certò, & apertè omnibus conſtaret, ut ait citat. D. Auguſt. Secundò Euthym. *Vt benevole diſcipulos à labore per cibum refocillet.* Neque enim laborem imponit bonus Dominus, ut non intermittat, quiete reddita. Tertiò. Valde veriſimile eſt, quòd Chriſtus cum diſcipulis ſuis manducaverit, ut amore ſuo ſolebat facere, ad veritatem reſurrectionis manifeſtandam & confirmandam, ut docent Leontius Theophyl. D. Gregor. homil. 24. Quartò nota, quòd hoc convivium tantum conſtat ex pane, & piſce, quod omnibus aliis eſt anteferendum, cum Domini præſentia eſſet nobilitatum. Et ſicut Chriſtus mortalem vitam agens, ab omnibus deliciis ſuos avocaverat, non aliter hic facit, vitam immortalem agens, ne ſibi ipſi videatur contrarius. Leontius. Theophyl. D. Gregor.

56. Syriacus. Arabicus. D. Chryſoſt. Leontius. *Et nemo*, ut exprimunt Syriac. & Arabic. diſcipulorum, *audebat eum interrogare, Tu quis es* Nam ut inquiunt D. Chryſoſt. Leont. Jeſus nondum in ſua aperta forma, ac habitu ſeis ſe objecerat, ſed in quadam anguſtiſſima, ob quod licet aliquantulum hæſitarent, cuperentque, eum interrogare; *Tu quis es? Scientes quia Dominus eſt.* Tamen ex forma corporis, ac lineamentis, ex voce, loquela, modo agendi, ac miraculo, omnique ex parte, ipſum eſſe Jeſum, abſque ullo dubio

dubio jam ſciebant, unde partim ex reverentia, partim ex certitudine cognitionis nemo fuit auſus eum interrogare.

57. Nonnus. *Et venit Jeſus:* familiariter ſe jungens illis ad convivium, ut anteà conſueverat: apponens panem, & piſcem, inſtat miniſtri, ut exiſtimant Nonnus, & Cajetanus. *Et accepit panem*, in manus ſuas, & fractum dedit eis ad manducandum, *& piſcem ſimiliter.* Singularis pro plurali, tam nempe piſcem, qui poſitus erat Domini virtute ſuper prunas, quam illos, qui ab Apoſtolis capti fuerant, ut ait D. Aug tract. 123. ſimiliter cùm eis Dominus manducavit, ut veritas reſurrectionis manifeſtaretur, de potu nulla fit mentio, quia ut ait Franc. Luc. aqua facile ſuppetebat ex vicino lacu, qui aquæ dulcis, ac potabilis erat, & Chriſtus noluit, ſuos delicatè tractare in hac vita, ut in omnibus mirum temperantiæ daret exemplum.

Cajetan. D. Auguſt. Franc. Luc.

58. Pagnin. Syriac. Euthym. Luc. 1. *Hoc jam tertiò.* ut habet Syriac. Pagnin. & huc jam tertia vice: *manifeſtatus eſt Jeſus diſcipulis ſuis.* Apoſtolis, & diſcipulis pluribus ſimul collectis, ut ait Euthym. nam ſeorſim uni vel alteri, pluries ſe manifeſtavit, ut Simoni Petro, Luc. 24. n 34. At diſcipulis, & Apoſtolis ſimul congregatis, apparuit primò ſub veſperi diei, quo reſurrexerat. Joan 20. n. 19 Secundò, octavo poſt die, præſente Thoma Joan. 20. n. 26. Tertiò hic ad mare Tiberiadis, de quibus tribus facit mentionem Joannes, ut patet, *Cum reſurrexiſſet à mortuis:* poſtquam nempe reſurrexit è numero mortuorum, ut alii legunt.

Joan. 20.

CAPUT VII.

Pontificatus Petri.

Joan. 21. *n.* 15. Cum ergo prandiſſent, dicit Simoni Petro Ieſus: Simon Joannis diligis me plus his? dicit ei: etiam Domine, tu ſcis, quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos.

Num. 16. Dicit ei iterum: Simon Joannis diligis me, ait illi: etiam Domine: tu ſcis, quia amo te? dicit ei: Paſce agnos meos.

VERSIONES.

Syriacus. n. 16. Dicit Jeſus Simoni Petro; Simon Barjona amas me, pluſquam hi? Dicit ei Etiam Domine mi, tu noſti, quòd amem te. Dixit ei Jeſus: Paſce mihi agnos meos.

Arabicus. n. 16. Deinde dixit ei ſecundò: Simon fili Jona.

Syriacus. Dixit ei iterum ſecunda vice: Simon Barjona amas me? Dicit ei, etiam Domine mi; tu ſcis, quod amem te. Dixit ei Jeſus: Paſce mihi oves meas.

EXPOSITIO I.

CUM ergo prandiſſent? magnum documentum hic nobis proponitur, ut notavit Cajet. *Jeſus magna myſteria exercuit immediate poſt ſumptum cibum: nam & ſacramentum Euchariſtiæ inſtituit poſt cœnam; & in die reſurrectionis poſtquam comedit coram diſcipulis, aperuit illis ſenſum, & dedit Spiritum ſanctum.* Joan. 20. n. 22. *Et nunc poſt prandium committit Petro Pontificatum: ut diſcas ab exemplo, tam cœnam, quam prandium ſic ſumere, ut nullum præſtetur impedimentum exercitiis Spiritualibus, ut non minus idonei ſimus ad exercitia Spiritualia:* tanto moderamine capiendus eſt cibus, ut exinde ſpiritualia exercitia non impediantur. *Dicit Simoni Petro Jeſus:* reliquis diſcipulis præſentibus, ac audientibus. 1. Cajetan. Joan. 20. *Multo moderamine cibus ſumendus.*

2. Matth. 16. *Simon Joannis:* Id eſt, filius Joannis, Joannes enim dicebatur pater Petri, & nomine abbreviato Jona, ſic etiam Matth. 16. n ... *Simon Barjona* idest, filius Jona, *diligis me*, non rogat Dominus, tanquam ignarus, quid in pectore Petri lateret; ſed ut oſtendat, quanta charitas neceſſaria ſit in Præſule ad curandas Chriſti oves. *Plus his*, id eſt, vehementius, ac ardentius, quàm cæteri tui condiſcipuli; qui enim dignitate cæteris præferendus erat, debebat meritis, ac amore eos præcellere. *Dicit ei* (ſcilicet Petrus) *etiam*, certe, ac vere ita eſt, quia amo te; modeſtiæ cauſa, non audet reſpondere, quòd pluſquam alii diligat. Sed ſubdit: *Tu ſcis, quia amo te:* hoc modo fatetur Chriſtum verum Deum qui corda intuetur omnium, ac proinde divino judicio relinquit, an ſuus amor cæterorum amori ſit præferendus; *dicit illi: Paſce*, Hoc verbo oſtendit Chriſtus ſe bene ſcire, Petrum eum diligere pluſquam cæteros, cum ei committat oves ſuas; ac ſi dicat hunc amorem, quo me proſequeris, oſtende paſcendo meas oves & ait, *paſce*, ſicut paſtor paſcit oves, ducendo ad paſcua, dirigendo, ac regendo, ne aberrent, *agnos meos*, agnos vocat omnes fideles, propter vitæ novitatem; & quia per baptiſmum regenerati ſunt agni. *Petrus fatetur Chriſtum verum Deum.*

3. Arabicus. Syr. *Dicit ei iterum:* Arabicus *Secundo.* Syriacus, *ſecunda vice*, & ait illi: *Simon Joannis diligis me*, Secundò interrogat, ad indicandam probationem, ac conſtantiam amoris, quæ maximè neceſſaria eſt in Prælato, cui cura animarum committenda eſt. Et in hac ſecunda, & tertia interrogatione, jam Chriſtus non addit: *Plus his*, quia notat Petri modeſtia, ac humilitas quæ omnem comparationem cum aliis refugiebat. Chriſtus interrogando, utitur verbo: *diligo.* Petrus verò reſpondendo: *Amo*, & ita etiam habetur in Græco; at hæc duo verba idem habent ſignificatum in ſcriptura, ut notat D. Aug. lib. 14. de Civit. cap. 7 & inde in tertia interrogatione apponit Dominus verbum: *Amo*, Dicens, *amas me*, & ait: *agnos meos*, aliqui codices habent, oves, ac ſibi commendentur oves, & ſemel agni; tamen noſtra vulgata habet bis agnos, de quo infra. D. Auguſt.

QUÆSTIO I.

Quare princeps Apoſtolorum à Chriſto D. non vocatur hic Petrus, ſed ſuo antiquo nomine Simon Joannis?

4. *Difficultas quæſtionis.* RAtio difficultatis eſt manifeſta; quia cum in exordio prædicationis Jeſus vidiſſet Petrum;

trum, ait illi: *Tu es Simon filius Jona; tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.* Joan. 1. n. 42. & ſic omiſſo ſuo antiquo nomine, Simone Joannis, ideſt, filio Joannis, communiter ab omnibus Apoſtolis Petrus appellabatur, & cum in præſenti Evangeliſta Petrum appellat: *Dicit Simoni Petro*: Cur ergo Chriſtus hic omittit nomen à ſe impoſitum, & antiquo vocabulo Simonem Joannis eum dicit, ac nominat? — Joan. 1.

5. *Sublimitas titulorum fugienda.* Prima, & communis ſolutio eſt, Eligebatur Petrus in ſummum Pontificem, ac in ſupremum apicem totius Eccleſiæ; inde nomine ſuo antiquo eum appellat, ut ei ſuæ priſtinæ conditionis memoriam ſuggerat, ut in locum ſublimem elatus caveret jactantiam, ut diſcant Prælati perſtringere, ac negligere vanitatem ſublimium nominum, ac titulorum, quibus multi inflati utuntur, Vide ſupra cap. 6 q. 4. num. 33.

6. Alcuinus. Secundò reſpondet Alcuinus in Catena: *Dicitur autem Simon Joannis, ideſt filius Joannis. Myſticè autem. Simon obediens, Joannes gratia; merito hoc nomine vocatur, ideſt obediens gratiæ Dei*: Conſtituebatur Petrus à Chriſto D. totius orbis Princeps, qui nulli Imperatorum ſubditur; & cui omnes Reges, & Imperatores ſubduntur; & tunc jam ſuo communi, ac conſueto Petri nomine omiſſo, obedientiæ character in nomine imponitur, & deſueto jam vocabulo, *Simon Joannis*, id eſt, obediens gratiæ Dei nuncupatur; ut in obedientiæ gymnaſio inſtruantur præſules ad regimen, ut in apice dignitatis ſciant, ſe Dei legibus teneri, ut non pro libito, ſed ſecundum legem operentur, ex quo damnatur aliquorum conſuetudo, qui in prælatura, ſine lege viventes exiſtimant, ſibi omnia licere.

Præſul exiſtimet, ſe legibus ſubjectum.

7. Alcuinus. Tertio. Idem Alcuinus: *Dicitur autem Simon Joannis, id eſt, filius carnalis Patris.* Ter Chriſtus hic loquitur Petro, & ſemper evariato vocabulo antiquo; *Simon Joannis* dicitur; non caſu, ſed conſultò hoc excidit ab ore divinæ ſapientiæ; ac ſi diceretur, cum te eligo in Vicarium meæ Eccleſiæ, benè te agnoſco à tua primæva ætate, quando Simon Joann. vocabaris; & inde intellige, quòd nihil de tuo vivendi modo me lateat; ſcio tui amoris fervorem; non tamen me refugit negationis crimen, ſcio quam juſte, ac ſancte in meo Apoſtolatu te geſſeris, ſed etiam ſæculare nomen, ſæcularémque vitam non ignoro: ut hæc Chriſti electio, ſit electorum forma, ut ille eligatur, qui à primordiis bene agnitus, & cognitus eſt.

Qui eligitur ad dignitatem, ſit bene cognitus.

8. Alcuinus. Quarto. Iterum veniat citat. Alcuinus; *dicitur Simon Joannis, id eſt, filius carnalis Patris.* Non novo nomine Petri, eum Chriſtus appellat, ſed antiquo, quo elapſis annis utebatur, ut oſtendatur, quòd ad tantam dignitatem non elegerit hominem recens eruditum, ac modò productum, & tanquam una diecula, veluti gigantes effictum; ſed virum velut multa eruditione elaboratum, ac per multos annos longa meritorum ſerie idoneum, ac antiquitate merendi perfectum, & conſummatum, in quo nihil derepente viſitur, ſed omnia longo juſtitiæ tramite bene diſpoſita, ac ordinata ſunt. D. Nazian. orat. 20. aliàs 16. *Cum nec Medici, nec pictoris nomen quiſquam obtineat, niſi prius morborum naturas conſideraverit, aut multos colores miſcuerit; Antiſtes contra facile invenitur, non elaboratus, ſed recens quantum ad dignitatem, ſimul ſatus, & editus; quemadmodum Poëta gigantes finxerunt, uno die ſancto fingimus, eoſque ſapientes, & eruditos eſſe, jubemus; qui nil didicerunt, nec ad ſacerdotium quicquam prius contulerunt, præter velle.* Derepente ad ſacerdotii dignitatem deſignatur, tanquam juſtus, & ſanctus, ad quam nullum habet meritum, niſi propriam voluntatem ſeu velle ipſam dignitatem.

Eligendus eſt antiſtes, longa ætate, ac eruditione. Naz.

Paulus Hebræor. 7. n. 3. *Introducit Melchiſedechum ſacratiſſimi Sacerdotii Chriſti typum, Melchiſedech Rex Salem, Sacerdos Dei ſummi, &c. ſine patre, ſine matre, ſine genealogia.* Hic Melchiſedech juxta Abulenſ. Lyran. ac alios, fuit Sem, Noë mi filius, natu maximus; & cur ex omnibus filiis Noë eligitur ad ſacerdotium, ſenior ætate, & homo tam longævus, quòd ſi credimus Hebræis, agebat Melchiſedech, quando obtulit ſacrificium Geneſ. 14. n. 18. quadringentos ſexaginta quinque annos; ut hoc typo denotaretur, quàm matura, ac longæva ætate debeat eſſe ille, qui ad ſacerdotium aſſumitur, *ſine Patre, ſine Matre*: Ex eo quod dicitur ſacerdos Dei ſummi; nam ut ait Lyranus, ſacerdos in terris caret patre, & matre; dignitatis ſacerdotalis quam affinitas, aut cognatio paravit, non partus, ſed aborſus ſacerdotii communiter habetur; *ſine genealogia*, Non hoc dicitur, ut ſignificetur ſine progenitoribus, nam jam dictum erat ſine patre, ſine matre; unde optime ait Interlineal. *Sine genealogia, ideſt, non habens prolem*; quia vetus antiſtes ſic eſt abſque affectu carnali, ut totus ſpiritu feratur, ac nullam habeat cognationem. — 9. Hebr. 7. Abulenſ. Lyranus. *Sacerdos ſenior maturitate non ſanguine, ſed meritis promovendus.* Lyranus. Interlin.

QUÆSTIO II.

Quare, ut Petro committantur oves paſcendæ, ter de amore interrogatur?

Recte ait Cajetanus in præſenti: *Antequam Chriſtus curam ovium committat Petro, non petit ab eo ſcis, aut potes, aut vis; ſed diligis me? Non dicit; diligis oves meas, diligis præmia mea, promiſſiones meas? Et hujuſmodi; ſed diligis me? Et poſt pauca ſubdit? Nulla merces, nulla mercedis ratio, nulla Petri utilitas proponitur; ſed ſolus Chriſti amor exigitur, & affertur ratio paſcendi agnos Chriſti.* In hujuſmodi enim negotio multus impendendus eſt labor D. Aug. in præſenti tract. 124. in Joann. *Interrogatur amor; imperatur labor.* — 10. Cajet. D. Auguſt.

D. Chryſoſt. orat. in B. Philogonium, quæ eſt in tomo 6. nuper edito: *Non dixit Chriſtus; abjice pecunias, jejunium exerces macera, te laboribus ſed omnibus illis prætermiſſis; dicit illi: ſi diligis me plus his?* Non vult ſanctus Doctor, ut jejunia, & corporis macerationes contemptui habeantur, ſed vult docere, ſupra omnia, ad officium prælaturæ, charitatem eſſe neceſſariam. — 11. D. Chryſ. *Charitas ſuper omnia, neceſſaria in prælato.*

Ad hæc verba: *Paſce oves meas*: Iſidorus Clarus ſic ait: *Ac ſi aperte dixiſſet Dominus: Nemo debet, Paſtoris officium accipere, niſi charitate cæteris antecellat: quod & tibi faciendum eſt*: D. Chryſoſt. hom. 87. *Unde ei*, ſcilicet Petro, *fratrum prælationem committit Dominus, animam, quam dixiſti te poſiturum pro me, hanc da pro ovibus meis.* — 12. Iſid. Clar. D. Chryſ.

D. Aug. ſer. 62. de verbis Domini, ſic ait: *Tanquam ſi diceret, amas me? in hoc oſtende, quia amas me: paſce oves meas, ergo fratres, cum obedientia audite, vos oves eſſe Chriſti: quia & nos cum timore audimus: paſce oves meas, ſi nos cum timore* — 13. D. Auguſt. *In prælato timor, in ſubdito obedientia.*

more paſcimus, & timemus pro ovibus, ipſæ oves quomodo pro ſe debent timere: pertineat ergo ad nos cura, ad vos obedientia, ad nos vigilia paſtoralis, ad vos humilitas gregis.

14. Tit. 1. Ait Paulus ad Titum 1. nu. 5. *Ut conſtituas per Civitates presbyteros: ſi ut & ego diſpoſui tibi.* Quoſnam diſpoſuit, ac ordinavit Apoſtolus? O Ecumen. Remigius. OEcumen. Remig Hieron. Ut ſint charitate ferventes: ſicut & ego, qui cupio, anathema eſſe pro fratribus meis De hoc vide multa hoc tomo, ac aliis verbo *Prælatus*, *Charitas*.

QUÆSTIO III.

Quare Chriſtus D. ter Petrum interrogat de ſuo amore?

15. *Interrogatur Petrus, ut evidens ſit ejus meritum.* D. Auguſt. *Timor reddit hominem inhabilem ad munus exercendum.*

ET quamvis Chriſtus omnia bene ſciret, Petrum interrogat, ut ejus meritum ad tantam dignitatem cunctis ſit evidens, & notum: & ut perbellè, ait D. Auguſt. ſerm. 24. de ſanct. *Nunquid non, quando negavit Petrus Chriſtum, occidi timuit? Hoc timuit pati quod paſſus eſt Chriſtus: reſurgendo Chriſtus abſtulit mortis timorem, & quoniam abſtulerat mortis timorem, meritò interrogabat Petri amorem.* Petrus in paſſione, præ timore turbatus ne ſimul cum Chriſto pateretur, Chriſtum negavit: nunc verò, excuſſo timore, interrogando Dominus eum in amore firmat, ut promiſſum Pontificatus munus accipere valeat, timor enim maximè inhabilem reddit hominem ad officia: & ideo timor excludendus, ut ad dignitatem aſſumatur.

16. D. Bernard. Cur ergo ter interrogat, præcipuè interrogat præſens quæſtio? Primò reſpondet D Bernard. ſerm. 76. in Cantic. *Non otioſe toties repetitum eſt: Petre, amas me, in commiſſionem ovium: Ego id ſignificatum puto, ac ſi dixiſſet Jeſus: niſi teſtimonium tibi perhibente conſcientia, quòd me ames, & valde, perfectéque ames, hoc eſt, pluſquam tua, pluſquam tuos, pluſquam te, nequaquam ſuſcipias curam hanc, nec te intromittas de ovibus meis, pro quibus ſanguis utique meus effuſus eſt. Terribilis ſermo, & qui poſſit impavida quorumvis tyrannorum corda concutere.* Tripliciter repetitur amoris examinatio, ut inſtruatur Petrus, & in eo omnes Prælati quod ille, qui ad dignitates aſſumitur tria propria lucra debet contemnere, nempe ſe ipſum, ſua, ac ſuorum: *quòd me ames pluſquam tua, pluſquam tuos, pluſquam te.* Ex quo maximè fugienda eſt prælatura ab eo, qui intempeſtivum affectum non exuit in ſua, in ſuos, ac ſemetipſum.

Bonus Paſtor non intendat propria lucra, ſed oviũ.

17. D. Ambroſ. *Prælato commendantur oves, cum amoris firmitate.* Secundò. D. Ambr in c. 9. Epiſt. 2 ad Cor. *Et Dominus*, ait, *non dubitans de amore erga ſe Petri Apoſtoli, tertio dicit ei. Simon Joannis, amas me? Quæ trina repetitio, quaſi ſuperflua videtur: ſed prodeſt ad perfectionem monitionis, ut ſciat magna ſe cum diligentia debere curare, quod frequenter mandatur.* Semel, & bis, ac ter Dominus exagitat Petrum, nec deſiſtit, donec ille tertiò profiteatur amorem ſuum: ut illa ex parte Petri, amoris firmitas declaretur, & ex parte Domini, ſumma ſuarum omnium commendatio: nam quod ſæpe repetitur, intimè, ac altè mandatur, ac inculcatur.

18. Beda. Tertio. Beda: *Redditur negationi trinæ trina confeſſio: ne minus amori lingua ſerviat, quàm timori, & plus vocis elicuiſſe videatur mors imminens quàm vita præſens.* Trina extitit negatio, trina & fit confeſſio: ut non minor ſit lingua in delendo peccato, quàm fuerat in committendo: & ſi Judæorum gladii, ante oculos Petri verſantes, hominem in trinam negationem traxerunt: quibus Jeſus ſuam præſentiam opponens, Petrum trahit in trinam confeſſionem, ut aperte oſtendatur, quòd Jeſus in trahendis hominibus ad ſe à nullo ſuperari valet: Judæorum gladii adduxerunt Petrum ad negationem, à qua ſtatim reſipuit Jeſu præſentia in confeſſione, in qua perpetuò permanſit.

Jeſu præſentia efficaciſſima ad homines trahendos.

19. D. Ambr. In hac cogitatione recte notavit D Ambroſ. in cap. 22. Luc. *Petrus, quia tertiò negaverat, tertiò confitetur: ſed negavit in nocte, confitetur in die.* Negat in obtenebroſa nocte, confitetur ſole micante, ac radiante, ut aperte denotetur, quòd quantum dies noctem, lux tenebras excedit, tantum gloria, ac ſplendor pœnitentiæ ſuperat fœditatem, ac turpitudinem peccati: & ſicut ſole fulgente, fugiunt tenebræ: ſic micante pœnitentia, diſſipatur, ac deſtruitur omnis peccati ignominia, ac dedecus.

Sicut ſol ſuperat tenebras, ſic pœnitentia peccati ignominiam.

20. Hugo. Quarto Hugo Prov. 6. *Prælatus tenetur ſubditis triplex dare pabulum, verbi, exempli, & temporalis ſubſidii. Unde Petro ter dictum eſt: paſce oves meas.* Quod deſumptum eſt ex D Greg. hom. 14. in Evang. D. Gregor. Paſcat Prælatus tripliciter ſubditos, verbo, exemplo, & temporali ſubſidio eleemoſynæ. Quinto D. Bern Epiſt. 201 D. Bern. *Paſce*, ait, *verbo; paſce exemplo, paſce ſanctarum fructu orationum.* Et ſer. 2. de Reſurr. ait, ter à Chriſto repeti, *paſce*, ut paſtor oves paſcat mente, lingua, & manu: *Paſce mente, paſce ore, paſce opere.*

Paſcat Prælatus verbo, exemplo, & opere.

21. D. Auguſt. Sexto. D. Aug. ſer. 24. de ſanctis. *Reſurgendo Chriſtus abſtulit mortis timorem, & quoniam abſtulerat mortis timorem, meritò interrogabat Petri amorem. Ter negaverat timor, ter confeſſus eſt amor. Trinitas negationis, deſertio veritatis: trinitas confeſſionis, teſtimonium dilectionis* Non minor Petrus in amore Chriſti fuit, quam in negatione fuerat: quoties negavit, toties amoris ſui flammas teſtatus eſt. Quod maximè requirit Dominus in ſuis, ut quam adhibuerant curam vanitati, eam adhibeant divinis obſequiis.

Quantus fuiſti in vitiis ſequendis, ſis etiam in virtutibus amplectendis.

22. Judith. 13. Ut Judith. 13. n. 8. præſcinderet caput Holofernis: *Acceſſit ad columnam, quæ erat ad caput lectuli ejus, & pugionem ejus, qui in ea ligatus pendebat, exolvit.* Cur non alio gladiolo occiditur Holofernes, niſi proprio? Cur Judith aliquem non tulit ſecum, ſed ad ipſiuſmet ducis miſit manum? & ſane divino conſilio: ut gladius qui in manu Holofernis, inſervierat tyrannidi, in manu Judith, miniſtraret juſtitiæ, ut ipſemet tyrannus perimeretur. Ad hoc reſpicit D Bruno ſerm 5 *Illi bene præcincti ſunt, qui ſuper femur ſuum gladium habent, illum videlicet gladium, quo caſtiſſima Judith Holofernem interfecit.*

Qui ſervivit tyranno, ſerviat juſtitiæ.

23. Rom. 8. Ait Paul Rom. 8. nu. 3. *Deus miſit filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum:* Cur non ex cælo, vel ex aſſumpta natura Angelica, damnatur peccatum, ſed ex ſimilitudine carnis peccati, ut glorioſior eſſet triumphus de peccato, quando eademmet caro, quæ ſervierat peccato, & fulcimentum, & munimen regni ejus præſtabat: ipſamet deſtinatur ad ruinam, & deſtructionem ipſius peccati. Tertullian. lib. 5. Tertull. contra Marc. ſic ait, *Ob hoc miſſum filium in ſimilitudinem carnis peccati, ut peccati carnem ſimilis ſubſtantia redimeret Nam hæc erit Dei virtus, in ſubſtantia pari perficere ſalutem.*

Caro, quæ ſervivit peccato, inſerviat ejus damnationi.

QUÆSTIO

QUÆSTIO IV.

Quare Petrus interrogatus de ſuo amore, non ſimpliciter reſpondet, ſed ad Dei ſcientiam recurrit; tu ſcis, quia amo te?

24. *Difficultas quæſtionis.* CHriſtus dixerat Petro. *Simon Joannis diligis me plus his?* Petrus reſpondit, etiam Domine, hoc eſt, certe, & vere, *Tu ſcis quia amo te.* Cur non tantum affirmative reſpondet, ſed etiam ad divinam ſcientiam recurrit: *Tu ſcis quia amo te?*

25. *Jeſus inſpector cordium.* Prima ſolutio ad quæſtionem. Valde prudentiſſime reſpondet Petrus; & in hac ſua reſponſione Chriſtum fatetur verum Deum, qui omnium corda intuetur, & cum ait: *Tu ſcis quia amo te*: ac ſi dicat; ego non dubito, quin te amem; ſed tu melius me interioráque mea noſti, quàm ego ipſe; idcirco tuo judicio, quod falli non poteſt, ſto.

26. D. Cyrill. Secundo. D. Cyrill. Alex. lib. 12. in Joan. c. 64. *Petrus*, ait: *amare ſe fatetur, & amoris ſui Chriſtum ipſum in teſtem citat.* Cum de amore ſit negotium, Petrus teſtem advocat Chriſtum. & valde mirum, nam cum pro ſe, ac ſuis condiſcipulis ad Dominum loqueretur, ait: *Ecce nos reliquimus* Matth. 19. *omnia, & ſecuti ſumus te.* Matth. 19. n. 27. In tanta rerum abnegatione nullum adducit teſtem, at modò de amore ter interrogatus ſemper dicit: *Tu ſcis, Domine.* *Verus amor ſui habeo teſtimonium.* Cur non dixit ſolum; ego amo te, ſed addit: *Tu ſcis*: Et non dicit: Tu ſcis; cum ait: *reliquimus omnia?* Cum de abnegatione rerum loquitur, nullos teſtes adhibet; maxime vero, cum de amore eſt ſermo, & tunc teſtem ſibi præſentiſſimum citat Jeſum, cum nullius alterius poſſit dare teſtimonium publicum; & inde ter vocat Jeſum in teſtem ſui amoris; nec alium teſtem quærit, nam unus ſolus Jeſus pro tribus ac innumerabilibus ſufficiebat. Solus ille eſt amor, qui ſui habet publicum teſtimonium publicámque ſui manifeſtationem.

27. *Magnus Petri amor erga Jeſum.* Tertio. Interrogabatur Petrus à Chriſto: *Simon Joannis, diligis me plus his?* Petri modeſtia non audet, ſuum amorem ſuper alios extollere; ideo hoc committit divino judicio: *Tu ſcis, Domine, quia amo te.* Effectu declarat Divina ſententia quòd ipſe plus aliis diligeret: *Paſce agnos meos*: ob hoc amoris exercitium, ei confertur Eccleſia: ſponſa dilectiſſima, quam Chriſtus ſuper omnes diligebat; ex quo ait D. Chryſoſtom. D. Chryſoſt. tom. 2. ſerm. 51. *Nemo enim ita, ut Petrus, Jeſum amabat.*

28. *Quis magis dilectus Petrus, an Joannes.* Dices tamen Joannes Evangeliſta antonomaſticè dilectus diſcipulus Jeſu nuncupatur, qui & in cœna ſupra pectus Domini recubuit; cui cælorum theſaurum, ſanctiſſimam Virginem Mariam cuſtodiendam tradidit Chriſtus; hic ergo cum Petro, videtur poſſe comparari: noſtra intentio non eſt ſanctorum laudes, præcipue Joannis Evangeliſtæ, in aliquo obſcurare, tamen quid in hac re Eccleſiæ Patres dixerint, dicam.

29. Proverb. Proverb. 18. num. 17 dicitur: *Ego diligentes me diligo* Qui ergo vehementiori amore Deum diligit, magis dilectus eſt, ergo Petrus, qui plus Deum diligit cæteris diſcipulis, magis dilectus comprobatur. Unde D. Aug. tract. 124 in Joan. D. Auguſt. *Poſtquam* graviter ſibi propoſuerat, an Joannes eſſet omnium Apoſtolorum dilectiſſimus; cum Petrus eſſet magis diligens, aliquantulum hæſitans reſpondit: *Quis duorum ſit melior, utrum qui plus an qui minus diligit Chriſtum?* Reſpondet ſanct. Doctor. *Quis dubitabit reſpondere, eum, qui plus diligit eſſe meliorem?* D. Greg. Naz. orat 9. ad Julianum expreſſe appellat, *Petrum omnium diſcipulorum Domini chariſſimum.* D. Nazian. *Petrus diſcipulorum Domini chariſſimus.* Origen. hom. 2. in diverſos Evangeliſtas: *Nemo exiſtimet*, ait, *Petro Joannem præferre Quis hoc fecerit? Quis eſt altior Apoſtolorum illo, qui eſt, & dicitur vertex eorum?* Origenes.

30. D. Bernard. Eleganter hoc aſtruit D. Bern. ſer. ad Clerum, in Concilio Rhemenſi, de S. Petro loquens, ſic ait, *Præter Deum, nemo eſt ſimilis ei, nec in cœlo, nec in terra.* Et ſerm. 23. in Cantic. diſcrimen ponit inter Petrum, & Joannem, dicens: *Joannes in pectore: Petrus in ſinu Patris, Joannes in latere Charitatis: Petrus in luce veritatis.* *Magna Petri excellentia.* In ſinu Patris requieſcit filius, idémque ſinus ex gratia conceditur Petro, ut requieſcat.

QUÆSTIO V.

Quare Petrus interrogatus? an diligat plus his? affirmat, quod amat: ab illo verò: plus his, *abſtinet, ac tacet?*

31. D. Cyrill. *Qui aliis dignitate præficitur, charitate etiam præcedat.* QUæſivit Chriſtus à Petro, an plus cæteris diligeret: occaſio autem interrogandi, an plus omnibus diligeret, ex eo ſumpta eſt, quòd reliquis navigio venientibus, Joan. 21. n. 7. Ipſe, ut citius Domino adeſſet, in mare ſeſe projecit: & iterùm ad Domini juſſum, primum, ac promptiſſimum ſe præbuerat, ad trahendum rete in terram: ibidem Joan. 21. n. 11. nam ut ait ibi Noſter Cyrill. *Ardore namque Chriſti præcipuo fervens præveniebat alios; & ad faciendum paratiſſimus erat.* Inde Chriſtus eum interrogat, an plus aliis diligat; qui enim cæteris præficitur; cæteris plus diligat.

32. *Solùm Petrus de ſuo amore diligitur.* Reſpondet Petrus: *Etiam Domine, tu ſcis, quia amo te*: non ait; etiam Domine, amo te plus aliis; ſed hoc tacet; cur ad quæſita non integre reſpondet; Dico primò, quod ita ſe habet in reſponſione, ex modeſtiæ cauſa, & quia corda cæterorum non noverat, ac proinde de ſuo animo non poterat, prudenter aliquid ſuper aliorum animos affirmare D. Aug. ſer. 24. de ſanct. D. Auguſt. *Revocabat oculos ſuos ad cor ſuum Petrus, quando interrogabatur à Domino, & fidens reſpondebat, quod ſibi videbatur. Non auſus eſt tamen dicere, quod Dominus interrogaverat. De aliis diſcipulis ille non potuit dicere, niſi amo te; non auſus eſt dicere, plus his; ſufficeret ei teſtimonium perhibere cordi ſuo, non debuit eſſe judex cordis alterius.*

33. Maldonat. Secundò. Maldonatus: *Mihi vero ita videtur Petrus modeſtiæ rationem habuiſſe, ut tamen non obſcure ſignificaverit, ſe plus cæteris Chriſtum diligere.* Sed unde non obſcurè, ſed apertè ſignificatur? Ingenioſe M. Celada tom. de Benedictis §. 137. n. 2. ſic moralizat: Celada. Ego, ex Petri reſponſo cum Chriſti interrogatione collato id aperte poſſe colligi, cenſeo. *Eximius amor dubitantem de amore diligere.* Nonne Chriſtus, quaſi dubius de diſcipuli amore, eum interrogat, an ipſe plus à Petro, quam à cæteris diligatur? Ergo Petrus reſpondens, ſe Chriſtum (qui velut dubius videbatur de Petri amore) diligere non obſcurè denotat eum præ cæteris amare; qui enim amat eum

qui

qui poſt plures ſui amoris demonſtrationes, adhuc de ſuo dubitat amore: ſine dubio, ſui amoris eminentiam indicat, ſeque illum præ reliquis amare adteſtatur.

34. D. Auguſt. Tertiò D. Aug. ſerm. 24. de Sanct. *Veraciter reſpondebat*, ait, *quod in corde ſuo videbat. Quando autem non dixerat: animam pro te ponam: de futuris voluit præſumere viribus.* Cur Petre, non reſpondes ad totum Domini quæſitum? cur non intrepide aſſeris: amo te plus cæteris? nonne aliquando tam audacter dicebas. *Etiamſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandaliſabor?* Matth. 26. n. 33. & iterum, *Animam meam pro te ponam?* Joan. 13. n. 37. Si illis antea te præferebas, cur modò te præferre non audes? ſuo caſu cautior factus eſt Petrus: & qui tot, & tanta ſuper cæteros pollicitus eſt, ſolus ipſe poſtea ter Magiſtrum negavit: inde propriæ imbecillitatis jam bene conſcius, cùm in tot, ac tantis promiſſis defeciſſet, jam non audet, ſe cæteris præferre, nec ſuo judicio credit, & inde abſtinet à promulganda ſententia circa ſui amoris excellentiam, & totum Chriſto committit, non enim proprio dictamini ſtandum eſt, ſed pro Dei judicio.

Matth. 26. Joan. 13.

Qui defecit in promiſſis non amplius illi fidendū.

35. Numer. 11. Servum ſuum Moyſem alloquitur Deus, ut eligat viros, quibus populi regimen committatur, Num. 12. n. 16. *Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſraël, quos tu noſti, quod ſenes populi ſint ac magiſtri, & duces eos ad oſtium tabernaculi fœderis facieſque ibi ſtare tecum, ut deſcendam, & loquar ibi.* Cur Deus mandat Moyſi, ut ipſe eligat, ſenes, quos ipſe agnoſcit, ſenes eſſe ex vultu, ex capillorum canitie, quis ſenex apparet, cur non ſimpliciter dicitur, elige ſenes, qui ita communiter ab omnibus reputantur, ſed judicio Moyſis committitur, ut ipſe eligat eos ſenes, quos ipſe agnoverit, ut ſenes? Magnum erat diſcrimen inter Moyſem, ac alios, alii oculo, ac ſpiritu humano ducebantur, aliter verò Moyſes, ut Propheta plenus erat Deo, ac divino inſpiramine, cum oculos humanus videt, ſæpe fallitur, & aliter judicat, quam res eſt, & eos reputat ſenes, qui minimè animi maturitate ſunt. At Spiritus propheticus, cum à Deo ſit, nullam admittit fallaciæ umbram, ideo ad regimen populi: non illi maturitate habentur ſenes, quos humanus oculus videt, ſed quos divinus Spiritus agnoſcit. Origen. hom. 3. in Gen. *Quid ergo ſoli Moyſi*, ait, *tanto ac tali Prophetæ ſpecialis iſta mandatur inſpectio, ut eligantur, non quos cæteri homines norunt, non quos imperitus vulgus agnoſcit, ſed quos Propheta Deo plenus elegerit.*

Solus Divinus ſpiritus verum agnoſcit, humanus ſæpè fallitur.

Origen.

QUÆSTIO VI.

Quare Petro, qui negaverat, oves ſuas paſcendas committit Chriſtus.

36. D. Baſil. Sel. *Et venia ſibi data det veniam.* Reſpondet primo D. Baſilius Seleuc. orat. 28. *Paſce oves meas*, ait, *infirmitatem tuam ſenſiſti? Agnoviſti, quo tua devoluta ſit jactantia? Veniam concede, qua te ſcis eguiſſe: Ne deprecaberis pœnitentiæ pharmacum, cujus tu robur admiratus es.* Ad veniam præſtandam aliis, ille eligitur, qui maximè in proprio peccato eguit venia, ut ex venia ſibi conceſſa, ſciat, aliis dare veniam.

37. D. Optatus. Secundo. Pulchre D. Optatus Milev. adverſ. Parmen. ſic ait: *Intelliguntur omnia ordinata eſſe divina providentia Salvatoris, ut ipſe acciperet claves. Interclusa eſt malitiæ via, ne Apoſtoli animo licentiam judicandi conciperent, & ſeverè contemnerent eum, qui negaverat Chriſtum.* Petrus per negationem deciderat à culmine, deciderat à favore magiſtri, quòd ſi cæteri illum ſic dejectum, & deprobatum inveniſſent, proculdubio in illum ſeveriſſime animadverterent, eumque maximè contemnerent, qua propter illum ab hoc periculo eripere clavium traditione, Dominus feſt. navit, ut ita Pontificali dignitate, propulſata negationis nota, omnibus eſſet in magna æſtimatione, ac veneratione, ſic Bethſabee loquens regi David, pro promiſſo regno filio ſuo Salomoni, quod ſi rex non fecerit: *Erimus ego, & filius meus Salomon peccatores.* 3. Reg. 1. n. 21. Si non adſit regalis dignitas, adulterii peccatum erit exprobratum, & in omnium ore. 3. Reg. 1.

Antiqui criminis nota propulſatur dignitatis honore.

38. Damian. Tertio. Petrus Damian. ſer. 56. *Reſpectum Chriſti ſequitur fletus Petri, & lacrymarum amaritudo antiquæ dignitatis dulcedinem inſtaurat.* Dignitatem Pontificiæ majeſtatis promittit Chriſtus Petro Matth. 16. num. 19. *Tibi dabo claves regni cælorum.* Poſtea negat Petrus, & nunc actualiter dat ei Chriſtus Pontificium honorem: *Paſce agnos meos:* Dat nunc bonus Magiſter dignitatem diſcipulo, ne minus habeat pœnitens, quam habuerat innocens, imò magis pœnitens, nam innocens habuit promiſſionem, pœnitens verò tanti culminis actualem collationem. Pro quo vide multa tom. 4 c. 8. q. 15. n. 133. 134. & c. 26. q. 10. num. 76. 77.

Non minus habet pœnitens, quam innocens.

QUÆSTIO VII.

Circa oves commiſſas Petro, quatuor quæſtiunculæ expenduntur.

39. Quæſtio 1. D. Auguſt. Quæſtio. Quare Petrus in atrio Pontificis negat, modo tam fervide confitetur? Reſpondet D. Auguſt. tract. 92 in Joan. Ante paſſionem, ſervilis timor Petri interrogatus eſt à fœmina ſervituris, poſt reſurrectionem Domini, liberalis ejus amor, ab ipſo Principe libertatis; & ideo ibi *turbabatur, ibi quem dilexerat, negaverat, hic quem negaverat, diligebat.* Petrus hic oſtenditur impavidus amator, cum antea oſtenderetur timidus Chriſti negator. Et cur ſic modò amat, qui illic tam turpiter timuit? talis erat Petrus, quales erant illi, quibus jungebatur, dum dilectori Jeſu jungitur, totus ardet amoris flamma, dum ancillæ accedit, ſervili totus apprehenditur metu.

Talis quis qualibus jungitur.

40. Quæſtio 2. Joan. 13. Quæſtiunc. 2. Quare ſuprema dignitas Eccleſiæ non datur Petro, quando promittebat, ſe animam pro Domino poſiturum Joann. 13 n. 37 ſed modò cum ait, ſe diligere Chriſtum? Summa charitas eſt, ſi quis pro amico moriatur. Cur ergo Petrus, cum ſimpliciter amat, plus placet quam cum vitam ſpondet pro amato? Reſpondeo. Prima erat promiſſio de futuro, ſpondebat Petrus in poſterum, ſe pro Deo moriturum, ſecundò præſentem exhibet amorem, & magis placuit in exhibitione præſenti, quàm promiſſione de futuro. D. Auguſt. ſer. 24. de Sanct. *Quando*, ait, *tu ſcis, quia amo te, hoc ſpondebat, quod in corde ſuo videbat. Quando autem dixit, animam meam pro te ponam, de futuris voluit præſumere viribus*

Plus placet exhibitio de præſenti, quàm promiſſio de futuro.

Quæſtiunc.

41. Quæſtio. 3. *Prælatus in ſubditis non quærat aliquid ſuum.* D. Auguſt.

Quæſtiunc. 3. Quare Chriſtus ait Petro: *Paſce agnos meos, oves meas*: Oves, quas committebat Petro, non Petri dicit, ſed ſuas vocat? Reſpondeo, ne Præſul in ſubditis; ac ovibus aliquid quærat ſuum. D. Auguſt. hic, *Paſce oves meas; ſicut oves meas paſce, non ſicut tuas; gloriam meam in eis quære, non tuam; dominium meum, non tuum; lucra mea, non tua, ne ſis in eorum ſocietate, qui pertinent ad tempora periculoſa, ſeipſos amantes.* Ex quo conſtitue diſcrimen inter principem, ac prælatum Eccleſiaſticum. Populus dicitur principis; non ſic oves prælati, ſed Chriſti. Poſt vitulum adoratum in deſerto, ait Deus Moyſi: *Peccavit populus tuus.* Exod. 34. n. 7. Moyſes erat dux, & veluti princeps populi inde ei dicitur: *populus tuus.* At in prælatis Eccleſiaſticis, non dicuntur oves eorum, ſed Chriſti: *paſce oves meas.*

Exod. 34.

42. Syriac. D. Auguſt.

Maximè nervoſè legit Syriacus: *Paſce mihi*, ut ſciant prælati, quòd ſubditos habeant, non ſibi, ſed Deo D. Aug. ſer. 24. de Sanct. *Dicebat Dominus Jeſus Petro: Paſce agnos meos, paſce oviculas meas. In uno Petro figurabatur unitas omnium Paſtorum, ſed bonorum, qui ſciant, oves Chriſti paſcere Chriſto, non ſibi.* Optimus Præſul novit, ſuos ſubditos paſcere, non ſibi, ſed Deo.

43. Quæſtio 4.

Quæſtiunc. 4. Quare Chriſtus ait, *Paſce agnos meos.* non potius tonde? Ait ſancta Anima: *Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi paſcas, ubi cubes in meridie?* Cantic. 1. n. 6. non ait, ubi tondeas? cùm in tonſione ovium major interveniat, & lucri, & deliciarum cauſa, ibi paſtores exultant, & convivantur: Cur ergo non quærit illum in loco tonſionis, ſed in loco paſtionis? Prudentiſſimè ſanè; ut commendaret paſtorem, non de tonſione, ſed de paſtu agit; maximè enim nobilitatur paſtor ex paſcuis ovibus datis D. Bernard. ſer. 31. in Cantic. ſic ait: *Etiam nunc deſcribitur hoc loco apparens tanquam in ſchemate paſtorali, ubi illum ſponſa, quaſi unum quempiam de paſtoribus videtur alloqui, dicens:* Indica mihi, ubi paſcas, in meridie? *Bonus Paſtor, qui animam ſuam dat pro ovibus ſuis. Animam pro illis carnem pro illis, Illam in pretium, iſtam in cibum, res mira, ipſe paſtor paſcua eſt.*

Cant. 1.

Bonus Paſtor commendatur, non ex tondendis ſed paſcendis ovibus. D Bern.

Joan. 21. *n.* 17. Dicit ei tertiò: Simon Joannis, amas me? Contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertiò, amas me? Et dixit ei: Domine, tu omnia noſti: tu ſcis, quia amo te? dixit ei: Paſce oves meas.

VERSIONES.

Syriacus. Dicit ei Jeſus rurſum tertia vice; Simon Barjona amas me? At triſtis fuit Petrus, quòd dixiſſet ei tertia vice. Amas me? proinde dixit ei: Domine mi: Tu omnia ſapis, tu noſti, quòd amem te. Ait illi Jeſus: Paſce mihi oviculas meas.

Vatabl. Pagn. Indoluit Petrus, quòd dixiſſet ei tertiò: amas me?

Euthym. Mœrore affectus eſt.

Arabicus. Ob ſermonem ejus ad eum tribus vicibus, amas me? Domine, tu omnia cognoſcis.

Mariana. Paſce omnes oves meas.

EXPOSITIO II.

DIXIT *ei tertiò*: tertia vice eum interrogat, de quo plura dixi q. 3. *Contriſtatus eſt Petrus*: ex tertia iterata interrogatione videbatur Petrus de amore ſuſpectus erga Chriſtum; & quamvis ſibi bene conſcius eſſet, quòd vehementer Dominum amabat; tamen cùm poſt multa promiſſa ipſum abnegaſſet, ita etiam timebat, ne poſt trinam confeſſionem, aliquem amoris defectum pateretur; ſciebat enim, quod Jeſus meliùs; quàm ipſemet, abdita ſui cordis penetrabat. *Contriſtatus eſt*; non multa de ſuo amore jactat, ut antea dixerat de ſua firmitate: *Etiamſi oportuerit, me mori tecum, non te negabo.* Matth. 26. n. 35. & tamen poſtea negavit; ideo hic nihil de ſuo amore glorioſè jactat, ſed triſtatur. D. Chryſ. homil 87. in Joann. *Vide*, ait, *quantò melior factus eſt, & moderatior; non amplius temerè præſtat in ſententia.* Valde cautus factus eſt, ait ei. *Paſce oves meas.* Quo oſtendit magnitudinem amoris Petri; & etiam indicavit, quòd eum tam ſtrictè examinaverit, non tam ſua, aut Petri cauſa, ſed ovium ſuarum, quarum curam volebat Petro eſſe intimè commendatam. 44.

Matth. 26. D. Chryſoſt.

QUÆSTIO VIII.

Quare à Chriſto Agni bis commendantur, & oves ſemel; agitur de magna dignitate Petri?

LIcet aliqui Codices habeant bis oves, & ſemel agnos; ut notavi ſuperiori expoſitione num. 3. tamen noſtra vulgata Latina bis agnos, & ſemel oves, ut patet ex ipſo textu; & communiter interpretes tradunt, quod ſive per agnos, ſive per oves, omnes fideles, ſeu credentes intelliguntur, cujuſcumque ſint ætatis, ſexus, nationis, conditionis, ſive juvenes, ſive ſenes, ſive viri, ſive mulieres, ſive Judæi, ſive Græci, ſive diſcipuli, ſive Magiſtri, omnes per agnos, & oves denotantur; non per Leones, & Urſos; ſed per oves, & agnos, ut diſcant fideles, quod referant manſuetudinem, ſimplicitatem, ac candorem tanquam Chriſti agni, & oves. 45.

Fideles referunt Chriſti manſuetudinem.

Quæſtio tamen principaliter inquirit; cur agni bis commendentur? oves verò una tantùm vice? Euthym. in præſenti ait, per agnos imperfectiores, per oves perfectiores denotari. Secundò Lyran. Carthuſ. inquiunt; inter fideles tres gradus reperiuntur, incipientium, proficientium, & perfectorum. Per agnos intelliguntur incipientes, ac proficientes, qui ſolidum cibum capere nequeunt, de quibus ait Paul. 1. Corinth. 3. num. 1. *Tanquam parvulis in Chriſto, lac vobis potum dedi, non eſcam.* Per oves autem deſignantur perfecti, qui pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus, & ſolidum cibum capiunt. Tertiò. Toletus annot. 7. ait, quòd oves ſunt matres, Agni filii; ac proinde per oves denotantur paſtores, & ipſi prælati, qui alios fideles tanquam agnos fovent, nutriunt, & alunt; omnes hi curæ, ac providentiæ Petri committuntur. 46.

Euthym. Lyranus. Carthuſ. 1. Cor. 3. Tolet.

Vel quia imperfecti incipientes, ac ſubditi, tanquam

quam agni, multo amore, ac benignitate fovendi ſunt, ut eorum imperfectiones, pueritiæ ac ignorantiæ ſoſtineantur, & foveantur; ideo bis commendantur; at tanta indulgentia non indigent perfecti, conſummati, prælati, ac paſtores, quia in virtutibus maximè exercitatos habent ſenſus, ut ſolidum cibum capiant; & inde ſemel tantum commendantur.

Teneri in fide multa benignitate fovendi.

48. Quartò hanc rationem moralem aſſigno; oves præbent Domino ſuo lanam, ac lac, quod minimè exhibent Agni; inde oves ob lucrum per ſemetipſas commendantur paſtoribus at in agnis, cum nullum ſit commodum paſtori, multa indulgentia, ac charitas erga eos exigitur, ut benignè foveantur, ac nutriantur; & ideo in eorum negotio bis amor inquiritur, biſque curæ Petri commendantur.

Multi prælati lucrum ti appetunt.

49. O magna, & excellens poteſtas Petri! omnes ejus juriſdictioni, ac clavibus committuntur, ac ſubduntur. Expendens illa verba: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claves regni cælorum?* Matth. 16 n. 18. Petrus Damian. ſerm. 26. ait: *O quam potens dignitas! Petri judicia confirmat omnipotens, eſt in manu Petri manus Altiſſimi; ſolus ille efficitur familiaris Chriſti, qui Petri familiaritatem habuerit.* Et iterum: *Adeſt Petrus, & ad ejus arbitrium orbis univerſus ſolvitur, & ligatur; & præcedit Petri ſententia ſententiam Redemptoris; quia non quod Chriſtus, hoc ligat Petrus; ſed quod Petrus, hoc ligat Chriſtus.*

Matth. 19. Damian.

Sententia Petri præcedit ſententiam Redemptoris.

50. Ecce quàm ſublimis, & alta eſt dignitas Petri; cum Petrus vidiſſet Chriſtum per mare, tanquam per aridam ambulantem, magiſtri amore vulneratus, non abſque ejus imperio, per mare ambulabat; tamen *videns ventum validum, timuit, & cum cœpiſſet mergi, clamavit, dicens: Domine, ſalvum me fac.* Matth. 14 n. 30. ſi Petrus ex Chriſti juſſione, cœpit ambulare ſuper aquas, cur permittit Chriſtus, quòd Petrus cœpiſſet mergi? S. Maxim. homil. de S. Petro, & Paulo, apud Egyſippum lib. 3. de excidio Jeroſolym. *Ne dum ſuper aquas ambulans Petrus, pede intrepido interveniſſet ad Chriſtum Domini, forte ſuis virtutibus æquaretur.* Tam excellens eſt Petrus, tanta virtute, ac poteſtate imminet, ut ambulans ſuper mare permittitur mergi, ne fortè Domini ſui virtutibus videatur adæquari; mergatur ergo, ac deprimatur Petrus, ne Chriſtus putetur; Petrus poteſtate, ac dignitate videtur ſimilis Chriſto, aliquantulum demergi incipiebat, ne ut Chriſtus veneraretur.

Math. 14.

S. Maxim. *Deprimitur Petrus, ne ut Chriſtus habeatur.*

Joan. 21. *n.* 18. Amen amen dico tibi, cum eſſes junior, cingebas te, & ambulabas, ubi volebas; cum autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis.

Num. 19. Hoc autem dixit ſignificans, qua morte clarificaturus eſſet Deum; & cum hoc dixiſſet, dicit ei: ſequere me.

VERSIONES.

Syriac. n. 18. Cum puer eſſes, tu ipſe cingebas lumbos tuos, & ibas quò volebas: quum autem ſenueris, extendes manus tuas, aliuſque cinget tibi lumbos tuos, & ducet te, quò nolles.

Arabicus. Cinget lumbos tuos tibi ipſi.

D. Auguſtinus. Cum autem ſenior factus fueris.

Syriac. n. 11. Hoc autem dixit, ut indicaret, qua morte glorificaturus eſſet Deum; & cum hoc dixiſſet, ait illi: poſt me venito.

Arabicus. Hoc dixit, ut ſignificaret ei, qua morte ipſe futurus eſſet, ut glorificaret Deum, ſignificans, qua morte moreretur.

EXPOSITIO III.

51. AMEN, *amen dico tibi:* Ex trina amoris interrogatione triſtatus fuerat Petrus, timens, ne ſicut ante mortem poſt multas promiſſiones Dominum negaverat, ita etiam nunc veretur, ne poſt tot reſponſiones, adhuc à Chriſti amore excidat; ideo eum conſolatur, quòd pro ejus confeſſione vitam ſit daturus; *cum eſſes junior:* ætate ſcilicet, ex quo oſtenditur, quòd Petrus modò nec erat juvenis, nec ſenex, ut notat D. Chryſoſt. de quo infra: mortuus eſt Apoſtolus quadraginta circiter annis poſt hæc verba. *Cingebas te veſtibus, & ambulabas ubi volebas,* expeditus, & liber, pro tua voluntate. *Cum autem ſenueris:* jam ſenior grandævus factus. *Extendes manus tuas,* ad crucem nempe.

D. Chryſ. *Tempus mortis Petri.*

52. *Et alius te cinget,* ſeu aſtringet ligno crucis, ut explicat Tertullian. ſub finem Scorpiaci, Lyran. ait: cinget te ad crucem, non clavis, ſed funibus, tamen Sanct. Petrum, non funibus, ſed clavis fuiſſe cruci affixum clarè docet D. Chryſoſt. homil. in princip. Apoſtol *O clavos illos beatos* ait, *qui membra illa ſanctiſſima penetrarunt.* Idem etiam docet Prudent. Periſteph hymno 12. S. Maxim. ſer. 2. in Natali Apoſtol. Theodor. ſerm. de claritate. *Alius te clavis accinget;* ait in præſenti. Euthymius: *Et ducet, quò tu non vis:* naturæ affectu, explicat Chryſoſt. voluntate naturali abhorruit mortem; at voluntate rationali libenter, & gaudens ſubivit mortem, & ideò ait Auguſt. *Nolens ad mortem venit, ſed volens eam vicit.*

Tertull. Lyranus. *Petrus clavis affixus.* D. Chryſ. Prudent. S Maxim. Theodor. Euthym.

53. *Hoc autem dixit:* Allegorica Chriſti verba interpretatur Evangeliſta: *ſignificans, qua morte clarificaturus eſſet Deum* Syriac. Arabicus: *Glorificaturus eſſet Deum:* Nam Petrus moriendo Deum glorificavit. Quia pro Deo, ejuſque filio Jeſu Chriſto, quem prædicabat, crucifixus, & mortuus eſt; nam pro Dei gloria, ejus veritatem, ac voluntatem huic mundo, ac propriæ vitæ prępoſuit, elegitque mortem, ac extrema pati, quàm à veritate, ac lege Dei deficere. Et cum *hoc dixiſſet,* ſurrexit Jeſus à loco convivii & volens abire, dixit Petro: *Sequere me,* ut quod verbis dixiſti, nunc factis oſtendas; ſequere me, nunc greſſu pedum corporis in ſignum, quòd poſteà, ut meus vicarius, me ſequeris per crucem in morte. Ita Euthym Theophyl. & alii.

A abicus. Syriacus. Euthym. Theophyl

QUÆSTIO IX.

Quare poſt longum amoris examen, mors prædicitur Petro?

54. VErior, ac magis genuina interpretatio eſt ea, quam dedi in expoſitione. Ex trina interrogatione, ac ex trino amoris examine, contriſtatus eſt Petrus, timens, quòd ſicut poſt multas promiſſiones negaverat, ita etiam poſt multas amoris teſtificationes aliquid contra hunc amorem commiſſurus eſſet; ideò eum conſolatur Dominus, denuntians mortem, quam pro ejus amore ſubiturus erat; quo oſtendit veram eſſe Petri reſponſionem D. Cyrill. *Nam qui pro nomine Chriſti moriturus nuntiatur, is ſupremo amore ipſius affici comprobatur.* Sicque Dominus confirmat, ac comprobat, veram eſſe Petri reſponſionem.

Verus amor non dubitat, mortem ſubire.

55. Reſpondet ſecundò D. Auguſt. ſerm. 146. de tempor. *Poſtquam enim Petrus, impleto legitimo numero trinæ reſponſionis, profeſſus eſt, ſe eſſe Domini dilectorem, commendatis ſibi ovibus ejus, audit de ſua futura paſſione. Hic demonſtravit Dominus, ſic diligendas oves ſuas ab iis quibus eas commendat, ut parati ſint mori pro eis.* Sic idem Joan. ait, Epiſt. 1 3. n. 16. *Sicut pro omnibus Chriſtus animam ſuam poſuit ſic & nos debemus pro fratribus animas ponere.* Hoc eſt officium boni Prælati, pro ovibus dare animam.

D. Auguſt. *Prælatus pro ovibus dat vitam.* 1. Joan.

Tertiò. D. Chryſoſt. hom. 87. *Ter interrogat,* ſcilicet Chriſtus, *oſtendens, quòd non ob ejus diffidentiam id diceret, ſed quod maximè crederet, volens, amoris in eum ſignum demonſtrare, & nos erudire, quonam pacto ſit amandus.* Idem docent Leontius, Theophyl. Euthym. Ter Chriſtus interrogat Petrum, non quòd illi non crederet, nec quòd diffideret de amore Petri; ſed ut oſtendat, quod ita verum agnoſcebat, quod cum opus eſſet, libenter pro eo eſſet moriturus; ac etiam ut oſtenderet, qualiter eſſet amandus, ut pro eo vita eſſet profundenda à nobis.

D. Chryſoſt. Leontius. Theophyl. Euthym. *Deus ſic amandus, ut pro eo vita ſit profundenda.*

56. Quartò D. Fulgentius lib. 3 ad Traſimundum Regem cap. 24. *cum ille tertiò interroganti trinum amoris ſui teſtimonium reddidiſſet, ſtatim Dominus Petro ponendi pro ſe animam largitus eſt facultatem dicens: cum autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius cinget te:* Ecce pro tam ardentiſſimo amore, tam firmiter, ac conſtanter ter confeſſo, ac publicato, mortem in pretium, ac mercedem conſtituo; hoc magnum præmium reportant, quos bonus Deus ſummè amavit; & ideo hoc pro ſummo favore conceditur Petro, ut ſocius Chriſti ſit in cruce, erga quem ſuum eximium amorem oſtendens, eum participem facit crucis ſuæ.

D. Fulgent. *Quos Deus maximè diligit, martyres fieri, concedit.*

57. Miniſtro imperat Joſeph, ut fratrum ſaccos tritico repleant: & ait ei: *Imple ſaccos eorum frumento, quantum poſſunt capere, & pone pretium ſingulorum in ſummitate ſacci, ſcyphum autem meum argenteum, & pretium, quod dedit tritici pone in ore ſacci junioris.* Geneſ. 44. n. 1. Triticum, & pretium omnibus dari imperat fratribus; at calix, quo ipſe bibebat, uni tantum Benjamin, ſummè omnibus dilecto, conceditur; hic adumbratum habemus, quod Jeſus verus Ioſeph dona paſſionis ſuæ pretiumque omnibus largiter communicat; at calicem ſuum mortis, & paſſionis, quem in cruce ipſe bibit ſolùm ſuis dilectiſſimis concedit; ad hoc reſpicit D. Ambroſ. lib de Ioſeph. cap. 11. *Triticum multis datur, ſcyphus uni. Non enim omnes, ſed Propheta dicit: calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.*

Geneſ. 44. *Summe dilectis tantùm, conceditur, mori pro Chriſto.* D. Ambroſ.

Claves regni cælorum conceſſit JESUS Petro: *Tibi dabo claves regni cælorum.* Et tamen cum ad crucem, ac mortem pergeret: ait Petro: *Quò ego vado non potes, me modò ſequi.* Joan. 13. num. 36. ad conſortium poteſtatis regni cælorum admittitur, non verò pro tunc ad conſortium mortis, & crucis; licet magnus Petrus, pro tunc non erat ultimò diſpoſitus, ac præparatus ad mortem, & crucem D. Ambroſ. lib. de Iſaac cap. 3. *Claves ei commiſerat regni cælorum, & ſequendo ſe imparem judicavit.* 58.

Joan. 13. *Eximius favor admitti ad crucem & mortem.* D. Ambr.

QUÆSTIO X.

Quare majora certamina reſervantur Petro ſeniori, quàm juniori?

AIt Chriſtus Dominus Petro in præſenti. *Cum eſſes junior, cingebas te, & ambulabas ubi volebas: cum autem ſenueris, extendes manus, & alius te cinget.* Conveniunt omnes Patres in præſenti D. Cyrill. D. Chryſoſt D. Auguſt. Leontius, Theophyl. Beda, Rupertus, Albert. Magn. D. Bonav. & alii, quòd his verbis ſignificavit Chriſtus Petro, quòd ipſe ſublatus in crucem pro amore ejus moreretur. 59.

D. Cyrill. D. Chryſ. D. Auguſt. Leontius. Theophyl. Beda. Rupert.

60. Proindeque ſenſus eſt; cum junior eſſes, & multis corporis viribus polleres, ipſe te cingebas, pro tua voluntate, ac arbitrio veſtiebas, & ambulabas, ac ibas, prout volebas cum autem ſenex factus fueris, quo tempore homines requiem, ac otium quærunt, tu minimè quieſces, ſed magis laborabis, ita ut clavis cruci crucifigeris, in juventute tanta requies, in ſenectute tantus labor; unde hoc? Cum eſſet junior, abſque publico officio erat, cum autem ſenex factus eſt; jam paſtorale munus, ac Eccleſiaſticam dignitatem habet, & inde in eo omnis labor, moleſtia, ac ærumna D. Ambroſ. in Pſal. 36. ait: *Ante certamen junior dicitur, in certamine ſenex, quòd omne certamen impleverit.* In dignitate Eccleſiaſtica, in munere paſtorali omne certamen adimpletur: *& ducet, quò tu non vis.* Prælatus enim, pro ſua voluntate, non debet moveri, ſed pro ratione officii.

In prælatura ac dignitate omnis labor, & certamen. D. Ambroſ.

61. Secundò. Rupertus, Euthymius ſic interpretantur: Cum eſſes junior, id eſt, adhuc ſub lege Moyſis tanquam ſub pædagogo, non adeo fortis, ac perfectus eras ut pro me mori poſſes; cum autem ſenueris, id eſt per legem Evangelicam perfectus evaſeris pro me moriere. ait Paulus; *Cum eſſem parvulus loquebar ut parvulus, ſciebam ut parvulus.* 1. Cor. 13. n. 11. Nec omnes omnia perſolvere poſſunt; parvulus, & imperfectus, non poteſt præſtare, ea quæ ad virum robuſtum, perfectum, ac conſummatum ſpectant; Petrus, ut junior erat ſub legis jugo Moſaicæ, & inde ut parvulus, ac imperfectus; ac proinde illam magnam excellentiam dare vitam pro Chriſto, non valebat præſtare; hoc enim ſpectabat ad ſummam perfectionem legis Evangelicæ.

Rupert. Euthym. 1. Cor. 13. *Ad majora, non imperfecti, ſed perfecti aſſumuntur.*

62. Tertiò D. Chryſ. hom. 87. *Quomodò autem cum dixiſſet,* ait, *cum eſſes junior ſubdit: cum ſenueris? Sed cur ſuperioris vitæ meminit? Ut ſignificet, in*

D. Chryſ.

in rebus ſæcularibus juvenem utilem eſſe, ſenem inutilem; non ita in divinis; ſed cum adventaverit; inquit, ſenectus, tunc fortior eris, atque præſtantior; nihil te ætas impediet. Cur tam rigida certamina crucis, ac mortis non dantur Petro juveni, quando robore ſtant vires; ſed Petro ſeni, quando jam ſanguis frigidus, ineptus eſt ad pugnam; Cur ergo Petro ſeni tot conflictus mortis, ac tormentorum reſervantur? Et ſi juvenes valde apti ſint ad negotia ſæcularia, ad certamina, ac hoſtes debellandos, ad quæ ſenectus eſt imbecillior, tamen ad ſpiritualia negotia, juventute robuſtior eſt prudentia, maturitate, ac conſtantia ſenectus. Cum autem hic totum negotium eſſet ſpiritoale, ſpectans ad Dei gloriam, ſalutem gentium, ac prædicationem Evangelicam, non Petro, juveni, ſed ſeni committitur; ad hæc enim multò expeditior, ac promptior eſt ſenectus.

Juvenes ad ſecularia, ſenes ad ſpiritualia validiores ſunt

63. *Joſuë jam longævus & perſimilis ætatis vocavit Joſuë omnem Iſraëlem, majoreſque natu, & principes.* Cap. 23. n. 1. Ipſe jam ſenex omnes per ſe convocat, omniaque diſponit, & tractat, ut patet ex toto capite. At de Samuële dicitur: *Factum eſt autem, cum ſenuiſſet Samuël poſuit filios ſuos judices.* 1. Reg. 8. n. 2 Samuël ſenex ſe à negotiis abſtrahit, & ad ea filios ſuos deſtinat, Joſuë autem ſenex, illis implicatur, ipſe per ſe populum advocat, cui magna, & alta proponit. Samuël à negotiis ſe eripit, ut faciunt multi prudentes ſenes, Joſuë autem ſe maximè illis committit, eaque ſuſcipit. Joſuë ne erat Samuël audacior? Minimè. In comitiis illis tractanda erant negotia ſpiritualia, ſpectantia ad obſervationem legis Moſaïcæ, ad cultum unius veri Dei, ad idololatriam fugiendam, ad memoriam divinorum beneficiorum retinendam, at Samuël conſtituebat filios judices ad negotia ſæcularia, ad res, liteſque Reipublicæ tractandas; ideò ſi ad hæc juvenes deſtinantur, ad ſpiritualia verò ſenes, ut Joſuë longævus, deputantur, cum enim hæc ſint altioris ordinis, majorem maturitatem, ac prudentiam requirunt; & ideò ad ſenes præcipuè pertinent.

Joſuë 23. 1. Reg. 8.

Secularia junioribus; ſpiritualia ſenioribus dentur.

CAPUT VIII.

Joannes Evangeliſta.

Joan. 20. *n.* 21. Converſus Petrus vidit illum diſcipulum, quem diligebat Jeſus, ſequentem, qui & recubuit in cœna ſuper pectus ejus, & dixit: Domine, quis eſt, qui tradet te?

VERSIONES.

Syriacus. Converſus autem Simon vidit diſcipulum illum, quem amabat Jeſus, pone venientem, qui recubuerat in cœna ſuper pectus ipſius Jeſu, dixeratque: Domine mi, quis eſt ille, qui te prodit?

Arias. Et conſpicit illum diſcipulum,

Arabicus. Et erat ille, qui recubuit tempore cœnæ.

Pagnin. Cajetan. Qui & cecidit in cœna ſuper pectus ejus.

Theophyl. Vatabl. Ille, qui tradit te.

EXPOSITIO I.

LAudes Ioannis aggredimur ſublimis aquilæ, quæ in altiſſimis poſuit nidum, ac habitationem ſuam, de eo ait Petrus Damian. ſerm. 64. *Qui divinæ laudis præconia meruit, ad ejus digne collaudanda merita humana lingua fragilitas non aſſurgit. Ipſe quippe ejus eſt laus, qui & olim pretium, & nunc factus eſt præmium.* 1.

Valde difficile, laudes Joannis dicere. Damian.

Converſus Petrus. Poſt Petri prænunciatam mortem, ejuſque Martyrium, dixit Ieſus Petro: *Sequere me:* Ut vidimus in fine ſuperioris c. quod ipſe bene intellexit, ut non tantum ſequeretur pedibus, ſed etiam animo ſuſtinendi idem mortis genus; cum ergo Petrus ſequeretur, *converſus.* Vel motu pedum excitatus, ut ait Carthuſian. vel etiam, ut videret, an alii diſcipuli ſequerentur ſoli enim ipſi juſſerat Chriſtus, ut eum ſequeretur. *Vidit illum diſcipulum*, præ cæteris inter alios, vidit ad mortem ſubeundam paratum *diſcipulum*, Ioannem ſcilicet; de quo tria elogia hic magna dicuntur, *quem diligebat Jeſus*, erga quem eximii amoris ſigna oſtendebat *qui recubuit in cœna ſuper pectus ejus:* Cui peculiariter conceſſum fuit, capite inclinato recumbere ſuper ejus pectus in noviſſima, & myſtica cœna, tantorum myſteriorum plena; *& dixit, quis eſt Domine qui tradet te?* Qui inſigni fiducia, quod nemo cæterorum Apoſtolorum audebat, ipſe interrogat, de quibus multa in quæſtionibus 2.

Carthuſ.

QUÆSTIO I.

Quare modeſtiſſimus Joannes eſt ſcriptor, ac promulgator ſuarum laudum?

MAgnas, & miras laudes ſuas hic ſcribit Ioannes quod *converſus Petrus vidit diſcipulum, quem diligebat Jeſus, qui in cœna recubuit ſuper pectus ejus, & dixit: Domine, quis eſt, qui tradet te?* Ioannes cum eſſet eximiæ modeſtiæ præditus non ſuperbe, ac arroganter hoc dixit; & ideo expreſſe nomen ſuum ſubtacet, ut notat D. Ambroſ. in 2. Cor. 12. *Ne glorioſe de ſe fari videretur.* Cur ergo aliis hæc tanta referenda non committit, à quibus ſine ulla ſuſpicionis nota poterat fieri commendatio? Cur ergo ipſe ſolus hæc ſcribit? 3.

D. Ambroſ.

Rectè reſpondet Carthuſianus: *Joannes non ad ſui ipſius jactantiam, toties commemorat, ſe ſpecialiter dilectum à Jeſu, ut tanto beneficio gratus conſiſtat, & quid dulciſſimum ſibi fuit, recolere, quàm affectuoſe, ac familiariter ſe habuit Jeſus ad eum.* Scribit ſuas laudes Ioannes, non ut ſe extollat, ſed ut ſe perpetuò memorem tantorum beneficiorum declaret. Grato ergo animo Ioannes hæc beneficia retulit, indicans ſemper in eo illorum vigere æternam memoriam: magna modeſtia præditus erat ipſe, hæc tamen in ſuo Evangelio ſcripſit, ut ibi tanquam in memoriali 4.

Carthuſian.

Joannes ſemper ſuorum beneficiorum memor.

 perenni

perenni perpetuò remanerent, ut fieret omnibus evidens, quòd tantorum donorum nunquam ipſe erat obliviosſus, ſed ſemper memor.

5. Cùm è carcere ſublevatus eſſet Joſeph ad totius Ægypti regimen, ex uxore ſua nati ſunt ei duo filii: *Vocavit nomen primogeniti Manaſſes, dicens: Obliviſci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domus patris mei. Nomen quoque ſecundi appellavit Ephraim, dicens: Creſcere me* Geneſ. 41. *fecit Deus in terra paupertatis meæ.* Geneſ. 41. n. 51. 52. In filiorum nominibus inſcripſit beneficia Dei à ſe accepta, unum ex filiis vocavit *Manaſſem*, quia pro donis ſibi datis oblitus ſit omnium laborum, quos perpeſſus erat; alium dixit *Ephraim*, quia magnitudine beneficiorum locupletatus eſt à Deo, ita ut maximè augeretur in terra ſuæ peregrinationis, & cur hæc ſunt nomina filiorum ejus, à quibus omnes nepotes vocari ſunt in tribubus ſuis ut dicerentur tribus Ephraim, & Manaſſes? Hæc ne facta ſunt ex aliqua jactantia, ac gloriola tantæ proſperitatis, ac augmentationis? Minimè ſed ex magna animi gratitudine, ut filiorum nomina eſſent, tanquam memoriale perenne beneficiorum, quæ acceperat, ut nunquam de illis futurus eſſet oblitus, ſed ſemper gratus D. Chryſoſt. ibi: *Attende, ait, viri religionem, & pietatem, quoniam vocabulo filii, memoriam omnium indidit, ut perpetuò gratias ageret.*

Semper retinenda memoria beneficiorum.

D. Chryſoſt.

6. Ait Ierem. 32. num. 20. loquens de Deo: *Qui poſuit ſigna, & portenta in terra Ægypti uſque in diem hanc.* Quomodo aſſeritur, quòd portenta quæ facta ſunt in educendo Iſraël, uſque in diem hanc perſeverent; illa enim jam penitus tranſierunt, ac finita ſunt, quomodo ergo dicuntur poſita in Ægypto uſque in diem hanc? Verum eſt, quòd portenta illa jam multis elapſis annis tranſierant, ſed ita eorum memoria in animis radicata extabat, ita omnium ore ac lingua tractabantur, ac ſi veluti eſſent ante cunctorum oculos poſita. Divus Hieron. ibi. *Signa, atque portenta non ſolùm in Ægypto perpetravit Deus, ſed uſque hodie, eadem ſua miſericordiæ fortitudo ſalvavit populum ſuum, & univerſo generi humano creatoris ſubvenit poteſtate.* Tam grato animo ſe habebant ad recolendam divinam bonitatem in portentis pro eorum ſalute, ac ſi impræſentiarum eſſent poſita, & nihil aliud magis eſſet in eorum conſpectu, de quo vide multa hoc tomo, quàm ſuperioribus. Verb. Gratitudo.

Jerem. 32.

D. Hieron.

Animus gratus ſemper beneficia habet ante oculos.

QUÆSTIO II.

Quare Petrus vocatus à Chriſto, ut eum ſequeretur, ſe tamen ad Joannem convertit?

7. POterit aliquis hic Petrum de quadam inurbanitate ſugillare, quod cum ei eſſet dictum à Chriſto: *Sequere me.* At Petrus vultum ad poſteriora vertit: *Converſus Petrus vidit illum diſcipulum*, &c. Tamen nil inurbanum commiſit Petrus, ſed valde politice omnia egit, optime ipſe noverat, quòd *anima magis eſt, ubi amat, quàm ubi animat*; ac proinde cum ipſe bene ſciret, quòd amor Chriſti valde peculiariter in Joanne reſidebat, *Diſcipulus, quem diligebat Jeſus.* Inde *converſus Petrus* vultum retro inclinat, & reſpicit Joannem, tanquam benè ſciens, quod Chriſti anima magis erat (Metaphorico modo loquor) in Joanne quem amabat, quàm in proprio corpore, quod animabat; ingreſſa Siſigambis Darii mater, ut Alexandrum adoraret, provoluta tamen eſt ad pedes Epheſtionis intimi ejus familiaris, à circunſtantibus tamen admonita, quiſnam eſſet Alexander, ad eumque converſa, cum ſe conſpiſſet excuſare; ait Alexander: *Non erraſti mater, nam iſte Alexander eſt:* Sic nil inurbanum peregit Petrus, dum vultu retrò aſpicit Joannem, nam iſte alter Alexander eſt.

Joannes aliqualẽ Chriſti ſimilitudinem referebat.

8. Cum meus Ieſus penderet in cruce, dixit Matri ſuæ: *Mulier, ecce filius tuus.* Joan 19. num. 26. Joan. 19. Maximè ponderandum, quòd non dixit Chriſtus, mulier, ecce alter, ſeu alius filius tuus. Poſt mortuum Abel, cum Adamus cognoviſſet uxorem ſuam Evam, peperit filium quem vocavit Seth, dicens: *Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel quem occidit Cain.* Geneſ. 4 num. 25. Chaldaic. legit, *Poſuit mihi Deus filium alium pro Abel*, licet eſſet pro Abel, alius filius tamen dicitur ad id etiam conſequenter dicendum erat Mulier, ecce alius filius tuus: tamen deſignato Joanne; *Ecce filius tuus:* Joannes ita ſimilis Chriſto, quantum fas eſt puræ creaturæ, ut pro tanta ſimilitudine, aliquali modo, idem videatur reputari, ſic totus Ioannes rapiebatur in Chriſtum, totoque affectu in eum transformabatur. Origen. in cap. 1. Ioan. *Joannes ille Deividus omnem viſibilem, & inviſibilem creaturam ſuperat, Deificatus in Deum intra ſe Deificantem, non aliter poterat aſcendere in Deum, niſi prius fieret Deus.*

Geneſ. 4. Chaldaic.

Joannes ob ſimilitudinẽ reputatur veluti idem filius

Origen.

9. Ait Paulus 2. Corinth. 12. n. 4. *Raptus uſque ad tertium cælum, audivit arcana, quæ non licet homini loqui.* 2. Cor. 12. Quis ergo nobis aperiet, ac manifeſtabit tam abdita, & abſcondita myſteria, quæ ad Dei ſubſtantiam, ad Trinitatis myſterium, ad filii generationem pertinent? Quis hæc aperiet? Ioan. 1. n. 18. *Unigenitus, qui eſt in ſinu Patris, revelavit nobis.* Joan. 1. Arcana, quæ vidit Paulus, non ſpectat ad hominem, ſed ad ſolum filium Dei dicere, ac evulgare. Et tamen Ioan. Apoc. 19. num. 11. ait. *Vidi cælum apertum:* hoc eſt, ut interpretatur Origen. Sacroſanctum Trinitatis, & Unitatis myſterium, & tamen ei dicitur; *ſcribe quæ vidiſti.* Hæc ſecreta ita excedunt humanum captum, ut non ſint dicenda, ac evulganda ab homine, ſed tantum à filio Dei; quomodo ergo mandatur Ioanni ſcribere, Joannes ſic tranſcendit humanos terminos, & in altum advolat, ut veluti alter Chriſtus appareat. Benedictus Fernandez tom. 1. in cap. 4 Geneſ. ſect. 21. n. 7. *Paulo, quia homini non licet loqui, quæ audivit: Joanni, quaſi Chriſto alteri, dicitur: Scribe quæ vidiſti.*

Apoc. 19. Origen.

Joannes veluti alter Chriſtus.

Benedict. Fernandez.

10. Vidit Joannes in ſua Apoc. 19. num. 12. Chriſtum Dominum de quo ait: *Oculi ejus ſicut flamma ignis, & in capite ejus diademata multa, habens nomen ſcriptum, quod nemo novit niſi ipſe.* Et ſtatim ſubdit Evangeliſta nu. 13. *Et vocatur nomen ejus, verbum Dei.* Et poſtea num. 16. *Et habet in veſtimento, & in femore ſuo ſcriptum: Rex Regum, & Dominus dominantium*, Ubi meritò Anſb. Abbas ſic dubitans, ait: Obſecro, te beate Joannes, ſi nullus nomen ejus ſcit, ut aſſeris, niſi ipſe, quomodo tu ipſum nomen te ſcire profiteris? Hic dicit, habet nomen ſcriptum, quod nemo novit niſi ipſe: illic autem affirmas, quia vocabatur verbum Dei, & habet in veſtimento, & in femore ſuo ſcriptum, *Rex Regum, & Dominus dominantium.* Et tunc ſubdit citatus Abbas: *Et certe niſi ſubtiliter* Apoc. 19.

Anſbertus.

quid

quid interius in his tnis lateat verbis , rimetur , contraria ſibi eſſe videntur , niſi quia ſubaudiendum eſt nemo extraneus cognoſcit : Nomen , quod nemo ſcit,niſi Dei filius , Joannes ſcit, & cognoſcit, quia non extraneus , ac ut alienus computat , ſed tanquam intimus ; ac ad eundem ſpectare habetur : Quia ſobaudiendum , nemo extraneus agnoſcit.

QUÆSTIO III.

Quare Joannes non vocatus ſequitur Chriſtum?

11. *Impetu amoris movebatur Joannes ad Chriſtum ſequendum.*

DIXIT *Jeſus Petro : ſequere me , converſus Petrus vidit illum diſcipulum ſequentem, quem diligebat Jeſus.* Petrus ut ſequatur , dicitur ei ; *ſequere me.* At Joannes , cum nihil tale ei dictum ſit, ſequitur. Petrus ut ſequatur , præceptum interponendum eſt , *ſequere me.* Joannes , ut ſequatur,minimè hoc indiget, ſed vehementi amoris impetu ferebatur in Chriſtum. Ad ſuum dilectum ait Anima ſancta Cant. 1. n. 4. *Trahe me poſt te* Græcus apud Origenem & Philum Carpat. ſic legit : *Traxerunt te poſt ſe.* Adoleſcentulæ , ſeu animæ ſanctæ Divinum ſponſum trahebant poſt ſe; quò ipſæ ibant , ille eas comitabatur. D. Gregor. Nyſſen. hom. 1. *Cum trahebant poſt ſe per ipſammet earum dilectionem.* Videbantur, Divinum ſponſum trahere poſt ſe amatoriè : nam cum ipſe Divinus ſponſus eas intimè diligeret , quò ipſæ tendebant , ille ferebatur , quò illæ movebantur , & ipſe poſt eas movebatur , ut mutuò inter ſe divelli, ac ſeparari non poſſent.

Cantic. Origenes. Philo. D. Nyſſen.

12. Secundò dictum eſt Petro : *Sequere me*:Cur tu, mi Joannes, etiam ſequeris ; cum vocatus non ſis: Non fuit opus , ut Joannes vocem Domini vocantis audiret ; nam qui efficaciter diligit ex vi , ac impetu amoris , dilecti noſcit voluntatem ; Petrus ergo exaudita voce, Joannes verò ex viſu , Domini voluntatem deprehendit , hoc proprium eſt amantis,acutiſſimè intueri, ad obediendum , ac ſequendum amantis nutum. Cum poſt reſurrectionem ſuam Joanni , & Petro in maris littore Chriſtus apparuiſſet , & non cognoſcerent eum diſcipuli ejus,à Joanne ſolo viſu , à Petro verò, audita Joannis voce, cognitus eſt. Joan.21.n. 4. *Stetit Jeſus in littore , dixit ergo diſcipulus ille , quem diligebat Jeſus,Petro , Dominus eſt. Simon Petrus, cum audiſſet , quia Dominus eſt , tunica ſuccinxit ſe,* &c. Petrus ut cognoſceret , neceſſaria fuit vox admonitoria Joannis : *Dominus eſt* ; at Joannes ſine ulla voce,ex viſu,ac aſpectu cognovit,nam fervidus amor aperit oculos , acuit viſum. D. Chryſolog. ſer.78.præfata verba expendens , ait : *Primus , qui diligitur , videt , quia ſemper , amoris oculus acutius intuetur , & ſemper vivacius , qui diligitur , ſentit.* Expende ultima verba,*vivacius qui diligitur, ſentit.*

Vehementer diligens , ſine voce , ex ſolo viſu cognoſcit,& obedit. Joan. 21. D. Chryſol.

13. *Joannis centrum Chriſtus.* Tertiò. Petrus ut ſequatur , neceſſarium eſt , ut ei imponatur præceptum ; *ſequere me* ; Joannes verò tali mandato non indiget : nam cum ipſe vehementiſſimè Chriſtum diligeret , & Chriſtus, amoris vi , eſſet veluti naturale Joannis centrum, ſuo eximio affectu , abſque aliquo mandato , in Chriſtum tendebat , Chriſtumque quærebat : omnia in ſuum centrum feruntur, Joannis centrum eſt Chriſtus , ideo abſque juſſione in Chriſtum fertur.

14. Vidit Joannes in Apoc. 4. n. 7.quatuor animalia myſteriis plena , hominem,leonem vitulum,& aquilam , *ſingula eorum habebant alas ſenas.* Et ibi dicitur : *Quartum animal ſimile aquilæ volanti.* Alia animalia veluti hæiebant terræ , at ſola aquila volabat D. Hieron. *Quarta facies aquilæ Joannem ſignificat , quia ſumptis pennis aquilæ ad altiora feſtinat.* Alii ſuſtinent , commorari in terra, cum Chriſtus exiſteret in cœlo;at verò,cum Joannis centrum eſſet Chriſtus , non patiebatur ibi demorari abſque eo , quòd ſuum centrum quæreret, inde ſumptis pennis aquilæ per medium aëris penetrans volat in cœlum , ut ad ſuum centrum Chriſtum Dominum perveniat , inde dicitur: *Quartum ſimile aquilæ volanti* ; non quieſcenti, ſed volanti,& nota cum D. Aug. ad c. 1.Ezechielis : *Quòd unumquodque animal alas habebat , ſed tantùm aquilæ à natura.* Verum eſt , quòd unumquodque ex aliis animalibus ſenas alas habebat; at ſoli aquilæ naturales , aliis verò veluti denuò conceſſæ, ac tanquam adventitiæ , quis enim vidit unquam hominem,leonem, & taurum cum alis?At verò hoc frequens , & naturale aquilæ ; & ideo Joanni aquilæ inter cæteros congenitæ fuerunt alæ , ut ad Chriſtum ſuum centrum , volaret ad ipſumque percurreret.

Sylveira in Evang. Tom. V.

Apoc. 4. D. Hieron. D. Auguſt. *Joannes volat quærens Chriſtum.*

Tota vis meæ conſiderationis hic non ſiſtit, ſed ulterius pergit , ad quod alios Apocalypſis locus expendendus eſt ; vidit Joannes Chriſtum Dominum cum multa majeſtate in medio ſeptem Candelabrorum aureorum , in dextera ejus ſtellas ſeptem,*& cum vidiſſem, cecidi ad pedes ejus.*Cap.1. num. 17. Obiter nota cum Ricardo à S. Victore Joannis humilitatem , quòd Chriſtus ſolitus erat, ei ſinum præbere ad recumbendum : ipſe verò, cum eligit,pedes eligit , *cecidi ad pedes ejus* : Cùm multa ſubmiſſione, ac reverentia , ut ponderat Beda,ſicut & Daniel cum vidiſſet Angelum , *& vultus meus hærebat terra.* c. 10.num. 9. Tamen hæc interjacet differentia , quòd Daniel cecidit in terram, Joannes ad Chriſti pedes , & ſemper Chriſto adhæreat , ſi Chriſtus eſt in ſublimitate cœlorum , Joannes ut aquila in altum volat , ut ad Chriſtum perveniat : ſi Chriſtus eſt in terra , deſcendit Joannes, ut Chriſtum veluti centrum quærat : commune eſt placitum Philoſophorum, quòd ignis ſurſum aſcendit , cum illius centrum ſit in altis juxta Lunæ concavum : at ſi per impoſſibile mutaretur , & conſtitueretur in ultimis terræ viſceribus , tunc ignis deorſum deſcenderet: quandiu Joannis centrum Chriſtus Dominus eſt in altiſſimis cœlorum , ignitus Joannis amor ſurſum aſcendit,ac volat , quærens Jeſum ſuum centrum : at cum Chriſtus eſt in terris , tunc Joannes deſcendit , ut Chriſtum habeat , & ab eo non recedat. 15.

Apoc. 1. Richardus. *Humilitas Joannis.* Beda. Daniel. 10. *Joannes tendit in Chriſtum , ut in ſuum centrum.*

Ex his deprehendes diſcriminis rationem , quare cum Chriſtus vocaret Petrum , & Andræam: *Ait illis , venite poſt me faciam vos fieri piſcatores hominum.* Matth.4.n. 19. hoc eſt , piſcatores principum,Regum , ac magnatum. Et ſtatim ſubditur in textu : *Et procedens inde , vidit alios duos fratres,Jacobum Zebedæi , & Joannem fratrem ejus : & vocavit eos.* Maximè ponderandum , quòd Joannem vocavit tantum , & ut advertit D. Chryſoſtom. *Nihil tale pollicitus eſt.* Petro , & Andreæ multa promittit ; ut eum ſequantur,nihil verò tale Joanni. Optimè noverat Chriſtus Joannis affectum,quòd non donis , promiſſis , ſed amoris impetu impellebatur ad eum ſequendum, illique adhærendum. 16.

Matth. 4. D. Chryſ. *Joannes ex affectu ſequitur Chriſtum.*

QUÆSTIO IV.

Quare Joannes dicitur diſcipulus, quem diligebat Jeſus.

17. MOdus loquendi maximè ponderandus eſt in limine quæſtionis: *Quem diligebat Jeſus.* Non ait de præſenti, quem diligit Jeſus, vel de præterito perfecto, quem dilexit, ſed de præterito imperfecto; *diligebat.* Quod tempus imperfectum imperfectionem denotat, quamobrem, ut rectè obſervavit Plinius in præfatione operis de naturali hiſtoria ad Veſpaſianum, antiqui, & etiam modo moderni pingendi, fingendíque artifices, quamvis pictura, ſeu ſculptura juxta regulas artis ſit omnibus numeris conſummata, & abſoluta, ut nunquam tale opus ſimile è manibus ejus prodierit, tamen artifex pendente titulo inſcribit verbo præteriti imperfecti, faciebat, excudebat, nam quamvis excellentiſſimum evaſit opus, adhuc tamen juxta artificis votum, imperfectum apparet; nam majori, ac majori perfectionis apice expoliri deſiderat. *Quem diligebat Jeſus*: Sic & dicitur de præterito imperfecto, Chriſtus, quamvis diligeret Joannem amore perfectiſſimo, ac conſummatiſſimo, tamen tanto amoris impulſu in ſuum ferebatur Joannem, ut quodammodo videretur, adhuc in votis eſſe, majori amoris affectu ipſum proſequi: ait D. Bernard. ſerm. 74. in Cantic. *Quod ad meritum ſatis eſt, non ſatis eſt ad votum.* Res magna conceſſa, quæ ſufficit ad remunerationem meritorum, non ſufficit ad explendum deſiderium largientis: ait Paul. de Chriſto. Rom. 15. n. 13. *Chriſtus non ſibi placuit.* Opera, quæ Chriſtus D. pro noſtra redemptione operatus eſt, perfectiſſima fuerunt, utpote filii Dei Incarnati, tamen Chriſtus in eis, amoris æſtu, non ſibi placuit, quia adhuc pro noſtra ſalute majora edere deſiderabat. Vide lib. 7. cap. 5.

Plinius. *Chriſtus perfectione diligebat, & deſiderabat, plus diligere.* D. Bernard. Rom. 15.

18. Ad quæſtionem. Joannes per antonomaſiam dicitur dilectus. Chriſtus etiam per antonomaſiam dicitur dilectus; quod rectè expendit B. Thomas à Villanova ſerm. de S. Joan. Evang *Joannes ergo dilectus ſimpliciter, Chriſtus autem dilectus ex dilecto. Vide, quantum dignitatis Joanni accreſcat, quòd unigeniti filii Dei titulum quodammodo meruit obtinere. Sponſus enim in Canticis dilectus ſæpiſſimè nuncupatur: Eſt enim Pater dilectus, Spiritus ſanctus utriuſque dilectio.* Chriſtus ſimpliciter dicitur dilectus. *Dilectus tuus ex dilecto.* Cantic. 5. num. 9 *Rex virtutum dilecti dilecti* Pſalm. 67. n. 13 Chriſtus ſimpliciter dicitur dilectus, Joannes etiam ſimpliciter dicitur dilectus. *Vide, quantum dignitatis Joanni accreſcat, quòd unigeniti filii Dei titulum quodammodo meruerit obtinere.* Chriſtus dilectus ex dilecto Parente, Joannes dilectus ex dilecto Chriſto; Pergit Sanct. Doctor. *Pater diligens, Filius dilectus, Spiritus ſanctus utriuſque dilectio.* Benevolo intuitu tanti Doctoris, hæc in præſenti ſic adapto: Æternus Filius dilectus ab æterno Parente, Spiritus ſanctus dilectus à Patre, & Filio, Joannes dilectus à Matre Dei, ac Filio Dei.

Thomas à Villanova. Cantic. 5. Pſalm. 67. *Mira dignitas Joannis, quòd dicatur dilectus.*

Iterum perpende eadem Cantic. verba: *Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto; ô pulcherrima mulierum?* Ac ſi diceretur, ut explicat G. Nyſſenus, vis ſcire qualis ſit dilectus meus? ex optimo Parente dilecto agnoſcito. Vis ſcire, Chriſtiane, qualis ſit Joannes diſcipulus dilectus? Ex dilecto Jeſu cogita, & conſidera.

Cant. 5. *Joannes conſideretur ex dilecto Jeſu.*

19. Secundò. Profundè pondera, quòd Joannes quater dicitur diſcipulus, *quem diligebat Jeſus*; primò in cœna: *Erat recumbens unus ex diſcipulis ejus in ſinu Jeſu, quem diligebat Jeſus.* Joan. 13. num. 23. Secundò, cùm ſtaret juxta crucem; cùm vidiſſet Jeſus matrem, *& diſcipulum ſtantem, quem diligebat.* Joan. 19. num. 26. Tertiò. Cum poſt reſurrectionem, Jeſus ſtetiſſet in littore Maris Tiberiadis, & diſcipuli ejus non cognoviſſent eum: Dixit ergo diſcipulus ille, *quem diligebat Jeſus, Petro, Dominus eſt.* Joan. 21. num. 7. Quartò hoc loco quando dato Pontificatu Petro converſus ipſe, *& vidit diſcipulum ſequentem, quem diligebat Jeſus.* In quatuor ſummus amor Chriſti erga Joannem ſeſe manifeſtavit, ac declaravit. Primò, quòd in cœna ei dederit corpus ſuum in cibum, & ſanguinem in potum. Secundò, quod in cruce eum redemerit, ac ſalvaverit. Tertiò, quod poſt reſurrectionem, ei dederit ſui cognitionem. Quarto modo, quod dato univerſali paſtoratu Petro eum tali munere non gravaverit; ſumma enim indulgentia diligentis eſt, dilectum ab officii onere eximere, illúmque à tam rigido vinculo abſolutum dimittere, cum nihil gravius, ac ponderoſius ſit, quàm muneris obligatio. Joſeph in Ægypto, *Extremos quoque fratrum ſuorum quinque viros conſtituit coram rege.* Geneſ. 47 num 2 Hebræi, Oleaſter, Hamerus, Pererius, Lippomanus, *extremos*, intelligunt viliores, & abjectiores quoad ſpeciem, & vires; hos enim oſtendit Joſeph Pharaoni, non autem elegantiores, ac roboſtiores, ne eos Pharao in aulam, aut militiam ſuam alligaret: cum enim fratres ſuos intimè diligeret, maximè eos volebat liberos, & expeditos à publicis officiis.

Joan. 13. Joan. 19. Joan. 21. *Summa indulgentia, dilectum onere officii non gravare.* Geneſ. 47.

20. Tertiò. Sic eum diligebat Jeſus, ut eum omnibus donis exornaverit, in ipſo enim ſunt omnia magnalia unita, quæ in aliis vidimus diſperſa, ad Epheſ 4. num. 11. refert Paulus militantis Eccleſiæ Hierarch. *Dedit quoſdam Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Evangeliſtas; alios autem Paſtores, & Doctores.* Inter multos hæc munia diviſit Chriſtus, quia unus videbatur non poſſe omnia adimplere; at hæc omnia mirificè reperiuntur in noſtro Evangeliſta Petrus Damianus ſermone 64 *Apoſtolus ſiquidem in Epiſtolis: Evangeliſta in Evangelio; Propheta in Apocalypſi; Propheta, inquam, & non qualiſcumque, ſed mirabilis.* Fuit noſter Joannes Propheta, Apoſtolus; Evangeliſta, Martyr, Doctor, Confeſſor, & Virgo in Joanne recapitulantur omnia magnalia, quæ in cæteris diviſa ſunt.

Epheſ. 4. Damian. *In Joanne recapitulantur omnia magnalia.*

21. Quartò. Tantum dilexit Chriſtus Joannem, tantíſque donis ſublimavit, ut non paſſus ſit quòd etiam per errorem aliquid mali de Joanne, ſuſpicaretur; vel aliquid defectuoſum de eo cogitaretur. Pro cujus rei comprobatione attentè perpende: In ultima cœna dixit Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis: *Amen, Amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me.* Joan. 13. num. 21. Et ſtatim ſubdit Evangeliſta: *Et recumbens unus ex diſcipulis ejus, in ſinu Jeſu.* In hac occaſione, in qua maximè anxiatus eſt Jeſus, ita ut dicat Evangeliſta: *Turbatus eſt Jeſus ſpiritu*: Ordinat ipſe, ac diſponit, ut Joannes placidè recumbat in ſinu ejus, cur tanta indulgentia erga hunc dilectum ad aliud tempus non ſervatur, ſed modò quando ait, quod unus ex ſuis eum proditurus

Joan. 13.

diturus eſt, tunc tanto favore Joannem proſequitur, ut recumbat in ſinu ejus? Cum Chriſtus dixit: Unus ex vobis me traditurus eſt, ut ait Evangel. ibidem num. 22. *Aſpiciebant ergo ad invicem diſcipuli, hæſitantes de quo diceret*; quod tantum & tale nefas eſſet commiſſurus, & mira perplexitate, ac dubietate verſabantur inter ſeipſos, an eſſet Petrus, vel Andreas, vel Jacobus, & ne alicui ſubreperet mentem, quòd eſſet Joannes prævenit Chriſtus, ut ipſe recumbat in ſinu ejus, ut ex tanta indulgentia, ac benignitate erga eum apertè intelligerent, quod Joannes à tanto crimine erat alienus, & quòd non erat ipſe, de quo Dominus querebatur, quod eum eſſet traditurus, ut ita nullus auderet, aliquid ſiniſtrum de Joanne ſuſpicari, nec alicujus criminis, ſeu defectus notam de eo præſumere.

Non patiebatur Chriſtus ut aliquis defectus poſſet ſuſpicari de Ioanne.

QUÆSTIO V.

Quantum Jeſus diligeret Joannem, maximè declaratur, ac oſtenditur ex eo quod Jeſus in Cruce, ei dederit ſacratiſſimam Virginem in Matrem?

22\. HIc eximius favor, amor Chriſti Domini erga ſuum dilectum Joannem, nunquam ſatis declaratur, nec explicatur, de eo ait B. Thom. à Villanova ſerm. de S. Joan. Evangeliſt. *Pendebat Chriſtus in cruce moriturus, & diſpoſuit teſtamentum: Patri ſpiritum, Eccleſiæ corpus, peccatoribus ſanguinem, Latroni regnum, militibus veſtes; Petro Eccleſiam; Apoſtolis Paraclitum; electis chariſmata liberaliter diſtribuit: aderat ibi dilectus, quid ſibi largiretur, expectans. Quid tibi, ô dilecte, legabo? quid in ultimis dabo tibi? Ecce Mater mea: hæc omnium, quæ poſſideo, chariſſima, & pretioſiſſima gemma; hanc tibi trado, hanc dono.* Et quanquam Damiani ſententia ſer. 64. quòd hæc verba, *Ecce Mater tua, ecce Filius tuus*: habuerint vim cujuſdam converſionis ut verba conſecrationis; cum, inquam, hæc ſententia ſit improbabilis, ut jam dixi lib. 8. c. 17. n. 8.

Magna dignitas Ioannis. Thom. à Vilnov. Damian.

23\. Tamen tenendum eſt, quòd per præfata verba impreſſit Chriſtus Dominus in Virgineo, ac Mariano corde quendam eximium amorem Maternum in Joannem fortiorem, & ardentiorem quàm ſoleat natura communibus tribuere matribus, & in viſceribus etiam Apoſtoli ſummam, & intimam reverentiam in Virginem inſeruit, ita ut talem reverentiam nullus filius, purus homo, habuerit in matrem, ſic proſequitur citatus Thomas à Villanova: *Atque ita ſicut dicendo, hoc eſt corpus meum, verum corpus ſuum fecit ex azymo: ſic etiam dicendo, hic eſt filius tuus, amore filium fecit ex cognato, non tamen natura, ſed gratia, altiori tamen modo, quàm lex, & adoptio filios efficere queat.* Huc adducam illud Cant. 2. num. 4. *Ordinavit in me Charitatem*: Id eſt, potavit me, replevit me Charitate. Arnoldus de ſeptem verbis, ſic loquitur cum Joanne: *Loco filii poſitus es, & ut vicem in matre ſuppleas, ordinaris.*

Singularis, ac eximius amor inter Virginem, ac Joannem. Cantic. 2. Arnold.

24\. Origenes præfatione in Joannem ſic loquitur: *Mulier, ecce Filius tuus: perinde eſt, ac ſi dixiſſet: Ecce hic eſt Jeſus, quem genuiſti. Etenim quiſquis perfectus eſt, non amplius vivit ipſe, ſed in eo vivit Chriſtus; cumque in ipſo vivat Chriſtus, dicitur de eo Mariæ: Ecce Filius tuus Chriſtus.* Maximè expendendus eſt Origenes, ut mens ejus percipiatur: *Ecce hic eſt Jeſus quem genuiſti.* Non quia Joannes eſſet idem, inter unum, & alterum infinita eſt diſtantia. Sic ergo dicitur, quia tanto unitus erat Joannes Jeſu, ſic ei ſimilis, ut multum eum referret; *Quiſquis perfectus eſt non amplius vivit ipſe, ſed in eo vivit Chriſtus.* Sic perfectus erat Joannes, ut jam Joannes in ſeipſo non viveret, ſed in eo vivebat Chriſtus, *Cumque in eo vivat Chriſtus, dicitur de eo Mariæ; Ecce Filius tuus Chriſtus.* Sic Joannes Chriſto unitus erat, ſicque Joannes Chriſti veſtigia ſequebatur, eiſque maximè conformabatur.

Origen. *In Ioanne quomodo dicitur vivere Chriſtus.*

Ait Chriſtus: *Ecce Mater tua, ecce Filius tuus.* 25.
Joanni commendatur Virgo Maria, ut ipſe ei miniſtraret, ac eſſet in obſequio, ut inquit Chryſoſtom. de quo ſupra egi. At cur hoc non commendatur Angelis, Archangelis, qui ſunt adminiſtratores Spiritus; ſed tantum commendatur Joanni; Joannes novus Angelus in terris, & licet unus, inſtar omnium erat, & ſuper omnes magis gratus, ac æſtimabilis. Guarricus Abbas ſerm. 2. de Aſſumpt. Virginem Mariam ſic loquentem introducit *Sufficit mihi meus novus in carne Angelus, diſcipulum dico, quem diligebat Jeſus; cujus me dilectionis hæredem reliquit, cum illum mihi, & me illi in cruce commendavit, cujus obſequio nihil mihi gratius; quia converſatione, & affectu nihil caſtius, moribus nihil ſuavius, nihil ſincerius fide, nihil ſanctius ſermone*

D. Chryſoſt. *Ioannes omnes ſuperat Angelos, & inſtar omnibus erat.*

Verum eſt, quòd Joannes filius adoptivus eſt 26.
Virginis, tamen ut rectè ait D. Ambroſ. *In adoptione judicium*: filius naturalis eſt à natura; at verò filius adoptivus à judicio eligentis talem in filium, Joannes, utpote digniſſimus, ac meritiſſimus, electus eſt à judicio divino, ut poſt Chriſtum, ejus vices ageret, Virginique miniſtraret: Expende modum loquendi: *Mulier, ecce Filius tuus*: Et diſcipulo dicitur: *Ecce Mater tua*; non ait: Do tibi in Matrem hanc Virginem, *ſed ecce Mater tua*, ac ſi ex meritis aliquale jus haberet, ut tam pretioſiſſimus theſaurus ei committeretur, & tanquam filius, cuſtos eſſet Virginis. Diſcedens Parens Elias ab Eliſæo, ait illi, *Si videris me quando tollar à te, erit tibi, quod petiſti*, 4. Reg. 2. n. 10 Non ait: dabo tibi, vel concedam tibi; ſed *erit tibi, quod petiſti*: ac ſi poſito merito, perſeverantiáque Eliſæi videntis Magiſtrum evolantem in cœlum, eſſet ei jus ad illius Spiritum obtinendum. Rupertus lib. 5. in libros Reg. cap. 18. *Valet ex latere meritum attigit Eliſæi, videlicet, quia perſeverando cum illo, quaſi hæreditario jure, Spiritum perciperet Magiſtri.* Expende illud, *quaſi hæreditario jure.* Similiter cum Chriſtus ait Joanni: *Ecce Mater tua*: veluti denotatur, quòd ſpectatis ejus meritis, conſtantia, perſeverantia, ac fortitudine, quodammodo jus habuerit, ut miniſter tanquam filius eſſet Virginis, tantóque titulo nobilitatus, ut eam habuerit in matrem.

D. Ambroſ. *Joannes promeruit, ut fieret cuſtos Mariæ.* 4. Reg. Rupert.

O felix diſcipule petebas, ſedere ad dexteram, 27.
vel ſiniſtram Jeſus in regno ejus, planè quid peteres, neſciebas; longè incomparabilius eſt, quod accepiſti, non ſedes ad dexteram Jeſu, ſed recumbis ſuper pectus Jeſu: Non cathedram accipis tantum in regno dexteram, ſed matrem regis, ſupremum illius thronum, in matrem accipis Cum qua Joannes per multos annos eodem hoſpitio, uti Filius cum Matre, ad eandem menſam, & habitavit, & ſedit: ut tradunt D. Ambroſ. Metaphraſtes.

Joannes [illegible] Virgine [illegible] D. Ambroſ.

Metaphraſt. Damaſc. Dionyſ. D. Auguſt. taphraſtes, & alii. Unde à Virgine Deipara inſtructus Joannes filius in tam ſublimem verticem aſcendit, ut alios omnes puros homines exceſſerit. Hinc vocatur à D. Joanne Damaſcen. *Deiloquus.* A Dionyſio Areopag. *Theologus ſupremus Theologorum, & ipſamet Theologia.* Ab Auguſt. *Divinitatis potentiæ ſublimis contemplator.*

28. Tanta hac dignitate maximè nobilitatus eſt Joannes, nam ex miniſterio, ac cuſtodia Virginis, valdè excellentiſſimas hauſit virtutes, & dona; & inde ſemel, & iterum ſcribit Joannes de ſe, quòd cum vidiſſet Angelum: *Cecidi ante pedes ejus: ut eum adorarem, & dixit mihi: Vide ne feceris, conſervus tuus ſum*, Apoc. 16.n.10.& c.22.n.8. Cur Angelus tam ſtrictè prohibet, à Joanne adorari, cum adorari à Joſuë non recuſaverit? Joſuë 5. n.15. qui etiam Virgo erat: ut ſcribit D.Ignat. ad Philip. D. Hier. lib. 1. contra Jovin. Cur ergo non patitur Angelus à Joanne adorari? quam excellentiam in eo vidit, quòd ſic adorationem prohibuerit? recognovit eum, ut Virginis Mariæ cuſtodem, ac miniſtrum, & inde cum Joannes tanto honore eſſet ſublimatus non permiſit Angelus, ut cadens ad pedes ejus, eum adoraret. Petr. Damian. ſer. 63. *Noluit adoratorem, quem decernebat æqualem fratrem. Quamvis enim in omnibus ſanctis ſemper ſit Angelicæ munditiæ contubernalis, & cognata Virginitas, beatus tamen Joannes tanto reliquas Virgines ſuperat, quantò virginitatem B. Mariæ per ſedulitatis ac perpetuæ cuſtodiæ meritum appropinquat, à qua ſola videlicet præceditur: quia fœcunditas Virginalis, quæ eſt in Maria, nullis eſt omnino meritis comparanda.*

Apocal 19. Apoc. 12. Joſuë 5. D.Ignat. D. Hier. *Noluit Angelus adorari à Joanne, quia Virginis cuſtos erat.* Damian.

QUÆSTIO VI.

Quare D. Joannes ſe appellat Diſcipulum, quem diligebat Jeſus: & non diſcipulum qui diligebat Jeſum?

29. *Joannes cur juvenis depingitur.* Joannes ſummè, ac fervidè diligebat Jeſum, & inde ipſe, ut juvenis depingitur, quia amor nunquam ſeneſcit, ſed ſemper, ut juvenis fortis, ac robuſtus perſeverat; tamen Joannes ſolùm commemorat amorem quo eum Jeſus proſequebatur, de ſuo amore erga Jeſum nihil ſcribit; noſter ſublimis, ac perſpicax aquila ſolùm exprimit magna Domini beneficia in ſe impenſa, tacet verò obſequia à ſe exhibita; narrat ingentes divitias amoris Chriſti in ipſum, ita ut dicetur, *Diſcipulus, quem diligebat Jeſus*, ſupprimit verò in ſe, id quod meriti, ac obſequii rationem habebat, evulgat divina beneficia, tacet ſua obſequia.

Joannes commemorat divina beneficia in ſe, tacet ſua obſequia.

30. Joan. 19. Cum meus Jeſus penderet in cruce, ſcribit noſter Joan. 19. n. 25. *Stabant juxta crucem Jeſu mater ejus: & ſoror Matris ejus Maria Cleophæ, & Maria Magdalena, cum vidiſſet ergo Jeſus matrem, & diſcipulum* &c. narrat, quòd juxta crucem ſtabant Mater Jeſus, Maria Cleophæ, & Maria Magdalena, & quod cum vidiſſet Jeſus Matrem, ac diſcipulum quem diligebat, dederit ei Virginem in Matrem, cur non refert de ſe, ut de aliis; quòd erat juxta crucem, ſed quòd viderit eum Jeſus eique diceret: *Ecce Mater tua?* quod erat eximii beneficii, ac amoris; at quod juxta crucem ſtaret, hoc meriti, & obſequii erat, & hoc tacet, & expreſsè non dicitur: ut jam ponderavi ſupra lib. 9.c.17.q.10.

31. Ducitur Jeſus comprehenſus in domum Pontificis: *Sequebantur autem Jeſus Simon Petrus, & alius diſcipulus, diſcipulus autem ille erat notus Pontifici, & introivit cum Jeſu in atrium Pontificis.* Joan.18.n.15. Refert de ſe noſter Evangeliſta, quòd ſequens Jeſum, introivit in atrium Pontificis, non tamen exprimit, quod introivit ſtimulatus ſuo eximio, ac fervido amore, quo Jeſum proſequebatur, oſtendens ſuam magnam conſtantiam; cujus ratione ob illum omnia pericula contemnebat; ſed ait, quòd introivit, quia *erat notus Pontifici*; ut ita taceret, quod erat amoris, meriti, ac obſequii ſui erga Jeſum; & ſolum ait, quod introivit, quia *erat notus Pontifici*, veluti quadam obligatione, ac ratione ductus, ut videret finem: D.Chryſ. hom. 82. in Joan. *Joannes ſuccidit propriam laudem, ſubdens*, Diſcipulus erat notus Pontifici: *non enim hoc, ut magnum quid, de ſeipſo ponit, ſed quia dixit, quod intravit cum Jeſu ſolus, ut non æſtimes, hoc animi magnitudine factum, cauſam affert.* Joan. 18. D. Chryſoſ.

Hoc ingenium hauſit Joannes à ſuo amantiſſimo Jeſu, qui ſolebat dicere dona ſibi oblata, tacebat verò quæ profusè ac liberaliſſimè largiebatur. Poſtquam Magdalena pretioſo unguento caput Jeſu unxit, ſubdit Jeſus: *Amen dico vobis, ubicunque prædicatum fuerit hoc Evangelium, in toto mundo dicetur, & quod hæc fecit in memoriam ejus.* Matth. 29.n. 13. ſolum dicit Dominus, prædicandum, ac evulgandum mulieris factum in tam liberaliter unguento effuſo, non vero dona gratiæ à ſe largiſſimè ſuper infuſa, magnus & excelſus Dominus ſolum commemorat parva noſtra dona, ac obſequia accepta, non verò beneficia à ſe magnificè erogata. 32.

Matth. 26. *Chriſtus dicit obſequia ſibi facta, ſupprimit dona ſua data.*

Joannes ſummè diligebat Jeſum, Jeſus ſummè diligebat Joannem: *Ego diligentes me diligo.* Proverb.8 num. 17. Diligis, Chriſtiane Jeſum, dilige etiam Joannem; maximè à Jeſu dilectum. Cum interrogaſſet ter Chriſtus Petrum; *diligis me?* ait illi: *Paſce oves meas.* Joan.21.n.17. Ad quid dum ei committit oves, ter de amore interrogat? Ac ſi illi diceret, ſi diligis me, dilige oves meas à me dilectas. In hoc oſtende amorem tuum erga me, quod diligas oves à me dilectas. D. Aug. ſer. 146. de tempor. apud Caten. *Confitenti autem amorem ſuum, oves ſuas commendavit, unde dicit ei: Paſce agnos meos. Tanquam non eſſet, ubi oſtenderet Petrus amorem ſuum in Chriſtum, niſi eſſet paſtor fidelis.* Qui diligit Jeſum, diligat Joannem dilectum Jeſu; in hoc oſtendat ſuum amorem erga Jeſum; quòd ejus dilectum Joannem diligat. 33. Prov. 8.

Joan. 21. *Qui diligit Jeſum, diligat Joãnem.* D. Auguſt.

QUÆSTIO VII.

Multa gratia magnoque favore ſublimatus eſt Joannes cum ei datum ſit, ut recumberet ſuper pectus Jeſu.

In cœna deſcribitur Joannes recumbens in ſinu, nunc verò in pectore. Nam Joan. 13. num. 22. quod dixerit Jeſus: *Unus ex vobis tradet me. Erat ergo recumbens unus ex diſcipulis ejus in ſinu Jeſu.* Nunc verò in præſenti dicitur, *Qui recubuit in cœna ſuper pectus ejus.* Joannes ergo, ut explicavi lib. 7. c. 6. n... Primò recubuit in ſinu, poſtea verò erexit caput recumbens ſuper pectus, ut proximior ori ſecretius Chriſtum de proditore interrogaret. D. Aug. tract. 61. in 34. Joann. 13. D.Auguſt.

in Joan. *Primò quidem jacens in ſinu Jeſu, ſuper aſcendit, & incubuit ſupra pectus, quia ſi non incubuiſſet in pectore, ſed remanſiſſet jacens in ſinu, nequaquam Dominus ei tradidiſſet verbum, quod Petrus ſcire cupiebat.* Attende ſequentia verba, *Per hoc ergo, quod ultimò ſupra pectus incubuit, exprimitur tanquam per majorem, & abundantiorem gratiam ſpecialis Jeſu diſcipulus eſſet.* Per illud ſacratiſſimum corpus modo in ſinu, modo in brachio, modo in pectore ambulabat Joannes, tanquam per regalem aulam; donec recumbat in pectore, ac corde, ubi eſt amoris ſedes, ut Joannes in amoris ſede recumbat, ac conſtituatur, amans enim ſolum in corde dilecti quieſcit, & moratur.

Joannes recubuit in ſede amoris.

35. Apocal. 1. Vide Jonnes in Apocal. 1. num. 16. Chriſtum Dominum cum multa majeſtate; *Et habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem.* Qui ſunt ſeptem Aſiæ Epiſcopi, ut ſtatim explicatur nu. 20. at Joannes Patriarcha, erat totius Aſiæ, ut de eo ſcribit D. Hieron. lib. de ſcripto. *Totas Aſiæ fundavit, rexitque Eccleſias.* Epiſcopi in dextera manu Chriſti, Joannes Patriatcha, ubi erat? in corde Chriſti; alii ſint in manu, Joannes in corde, ubi amoris ſedes reſidet.

D.Hieron.

Joannes in corde Chriſti

36. Arnold. *Recubuit in cœna ſuper pectus ejus.* Quæ verba explicans Arnoldus Carnot tractat. de ſep. verb. Dom. *Diſcipulus, qui in cœna Domini cervical ſibi in pectore Magiſtri aptaverat.* O mira Joannis excellentia? Pro magna majeſtatis oſtentatione de Deo decantat Regius Vates, Pſalm. 79. n. 2. *Qui ſedes ſuper Cherubim.* At Joannes reſidet, ac requieſcit in pectore Jeſu; quod expendens B.Thomas Villanova ſerm. de S. Joanne ſic ait: *Non audet Baptiſta ſacrum Domini verticem contingere: Magdalena cum timore, & tremore, pedes tangit, Thomas niſi juſſus, manum non mittit ad latus; Joannes dilectus, non juſſus, non petita venia confidenter recumbit ſuper pectus Domini, amor fecit; hoc eſt enim ſupra modum audax dilectio.* Cum Jeſus veniret ad Baptiſtam, ut baptizaretur ab eo Matth 3. numero 14. ipſe non audet tangere ſanctum Dei verticem; at noſter Joannes, non juſſus, non petita venia confidenter recumbit ſupra pectus Domini. *Amor fecit: hoc eſt enim ſupra modum audax dilectio.*

Pſalm. 79.

Non ſuper Cherubim, ſed in pectore Chriſti requieſcit Joannes.

Thom. Villanov.

37. Gloriabatur olim Synagoga, quòd ſub umbra Chriſti viveret; *Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus in umbra ejus vivemus, in gentibus.* Thren. 4 numero 20. At nunc Eccleſia ſancta Catholica & Evangelica excellentius, ac ſublimius gloriatur, non tantum quod ſub umbra Chriſti vivat, ſed etiam quod ſub illius umbra ſedeat, & requieſcat: *Sub umbra illius, quem deſideraveram, &c.* Cantic. 2. n. 3. D Bern. ſerm. 48 in Cantic. *Felicius*, ait, *aliquid iſta experta ſe gloriatur in eo, quod ſe in umbra dicit, non ut Propheta vivere, ſed ſediſſe: ſedere autem, quieſcere eſt, plus eſt autem, quieſcere in umbra, quam vivere.* Quanto magis, ac magis noſter Evangeliſta, cum non ſolum præferatur Sinagogæ, ſed etiam univerſæ Eccleſiæ Evangelicæ, omnibúſque ejus fidelibus, cum ei datum ſit, ut non ſolum ſedeat, & quieſcat ſub umbra Chriſti, ſed etiam ut dormiat, ac recumbat in ipſomet Chriſto, & ſi eſſet in qualibet parte corporis ejus, multum ſuper omnem modum erat, quantò magis, cum ſit in intima, ac principaliſſima vitæ portione, corde ſcilicet, ut ibi multum de indulgentia, ac favoribus Domini hauriat.

Thren. 4. Cant. 2.

D.Bern.

Præfertur Ioannes omnibus fidelibus.

38. Recubuit in cœna, quando Chriſtus totus igne amoris inflammatus erat, quando teſtamentum condiebat; alta arcana aperiebat, & magna Sacramenta inſtituebat: tunc Joannes recubuit in pectore Jeſu. Cum Dux quidam à certamine reverteretur, totus ſudans, ac ardens furore bellico, puerum, quem intimè diligebat, ut eum ſuæ magnæ fortitudinis hæredem inſtitueret inter brachia rigidè amplexabatur, ut canit Poëta.

Anhelo pectore preſſit.

Ut ita in filium dilectum, animi audaciam, ac generoſitatem Spiritus transfunderet. Ita Chriſtus Dominus ut magnam participationem ſuarum perfectionum, ac donorum Joanni communicaret? *anhelo pectore preſſit.* Inter brachia in pectore recumbere facit, ut altam participationem ſuorum magnalium, ac donorum ei communicaret; ſicque ibi Joannes non ſolum multam, & altam cognitionem, ſed etiam magnam perfectionem in virtute, ac juſtitia ebibit. De eo ait D.Gregor. Nyſſen. homil. 1. in Cantic. dandus q. ſeq. *Veluti quandam ſpongiam, cor ſuum appoſuit Joannes fonti vitæ.* 39.

Sublime participavit de Chriſti donis

D.Nyſſen.

Supra pectus: Sinum elegit Æternus Pater ad producendum filium ſibi æqualem. *Unigenitus qui eſt in ſinu Patris, &c.* Ioan. 1. n. 18. Sinum elegit Chriſtus, ut in eo recumbat Ioannes, ut per gratiam, ac cœleſtia dona reformetur, ut quantum fas eſt puræ creaturæ; ei ſimilis fieret. Si manus Moyſis impoſitæ ſuper Ioſuë habuerunt virtutem ad communicandum Ioſuë Spiritum ejus: Deut. 34. n. 9. Si veſtes Aaronis transfuderunt Spiritum ejus in Eleazarum. Numer. 20. numer. 25. ſi pallio Eliæ, ejus Spiritu repletus eſt Eliſæus 4. Reg. 2. n. 13. quando Ioannes recumbens in pectore Ieſu, multum de ipſo non biberet? ſi facies Ieſu remanſit impreſſa in linteo ſibi appoſito; ſi corpus Ieſu effiguratum eſt in ſindone, in qua eſt involutum; ſi veſtigia pedum Ieſu exarata ſunt in lapide vivo, quomodo pectus Ieſu in quo recumbebat Joannes, in eo non imprimeretur, quantum fas erat? cum Joannes non eſſet durus lapis, ſed valdè tener, ac ſuavis, tanquam cera, in qua facilè imprimitur figura ſigilli. 40.

Joan. 1.

Deut. 34.

Num. 20. 4. Reg. 2.

Cor Ieſu quomodo impreſſum in Ioanne.

De ſua ſponſa, ſeu Eccleſia ſancta decantat Divinus ſponſus: *Duo ubera tua, ſicut duo hinnuli.* Cantic. 4. num. 5. per hæc duo ubera communiter ſancti Patres D.Gregor. Nyſſen. Theodor. Caſſiod. Gregor. Papa, Philo Carpath Aponius, Beda, & alii intelligunt Doctores, ac magiſtros Eccleſiæ, qui præbent doctrinæ lac; tamen per hæc duo ubera intelligo utrumque Joannem Baptiſtam, & Evangeliſtam. Baptiſta oſtendebat verum hominem; *Ecce Agnus Dei.* Joan. 1 Joannes verò oſtendit eum verum Deum: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum.* Tamen cum ex uberibus, unum ſit dexterum, alterum ſiniſtrum; quodnam erit dexterum? an illud, quod oſtendit humanitatem, an quod oſtendit Divinitatem? Tu lector perpende, judica, ac diſcerne. 41.

Cant. 4. D. Greg. Nyſſen. Theodor, Caſſiodor. Gregor.

Evangeliſta dextrum pectus Eccleſiæ.

In cœna recubuit. Pagnin. Cajet. legunt: *Cecidit*, ſeu *defecit*; ſed quomodo Joannes, qui tam animosè ſe habuit, ut ſe obtulerit ad bibendum calicem paſſionis Domini, cujus ſuæ generoſitatis magna ſigna dedit, dum inter exercitus Judæorum animosè ſtetit juxta crucem modo cecidit, ac defecit? fervidè, ac vehementer diligens, ut Joannes nullo modo poteſt ſuſtinere proditiones in amore; & cum tunc agnoviſſet, quòd Judas machinabatur, magiſtrum tradere in manibus Judæorum, inde 42.

Pagnin. Cajetan.

cecidit

Proditione maximè turbatur amor Joan. 13.

ligens enim maximè anxiatur nefario traditionis crimine. Narrat noſter Evangeliſta cap. 13. n. 21. *Jeſus turbatus eſt ſpiritu: & proteſtatus eſt, & dixit: Amen, Amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me.* Quid eſt, quòd unigenitus Filius Dei, fortitudo Dei, *turbatus eſt*, ſeu ut habet Arabicus, *Commotus eſt ſpiritu?* Maximè anxiatus eſt, ac doluit? cui modo ſic turbatur, ac anxiatur? Chriſtus ſummè, ac infinitè diligebat hominem, inde turbatur, ac anxiatur, cum videat proditionem in eo, quem tam fervidè diligebat, quem tantis honoribus, ac dignitatibus ſublimaverat. N. D. Cyril. lib. 9. in Ioan. cap. 13. Turbatus eſt: *Jure autem*, ait, *moleſtè ferebat ſcelera illius, qui unà cum aliis diſcipulis magnis affectus honoribus, parvo argenti pondere, amorem Chriſti repulit.*

Arabic.

D. Cyrill.

QUÆSTIO VIII.

Joannes recumbens in pectore Chriſti altiſſimam myſteriorum cognitionem participavit.

D. Nyſſen.

Joannes veluti ſpongia, à pectore Chriſti hauſit myſteria.

43. VEniat iterum D. Gregor. Nyſſen. homil. in Cantic. explicans verba illa Cantic. 1. n. 4. memores uberum tuorum, de noſtro Evangeliſta ſic ait: *Verbi amavit ubera*, qui ſupra pectus Domini in cœna recubuit; *Et veluti quandam ſpongiam, cor ſuum appoſuit fonti, & ex ineffabili quadam traditione repletus Chriſti myſteriis, nobis quoque exhibet mamillam à Verbo impletam noſque implet bonis, quæ ei à fonte ſunt indita.* Totum pectus Jeſu plenum erat myſteriis, & arcanis, eique Ioannes tanquam abundantiſſimo fonti appoſuit cor ſuum ut velut ſpongia ſugens biberet alta myſteria, quibus nos illuminavit, ac docuit, tantiſque donis, ac bonis replevit.

D. Bernard.

Altiſſimam cognitionem Divinitatis ex pectore Chriſti participavit.

44. A pectore Chriſti altiſſima myſteria hauſit Ioannes: D. Bern. ſerm. 8. in Cant. ſic ait: *Hauſit Joannes de ſinu unigeniti, quod de paterno hauſerat ille.* Quomodo intelligi poteſt, Ioannem ex ſinu Chriſti hauſiſſe: quod ipſe de paterno hauſerat ſinu? Unigenitus Deus de ſinu Patris hauſit Divinitatem per generationem æternam, quomodo Ioannes hoc potuit haurire ex ſinu Chriſti intellige mentem ſancti Doctoris. Incommutabile Verbum Divinitatem, & attributa, hauſit ex ſinu paterno: hoc ipſum & Ioannes ex pectore Chriſti accepit, cognoſcens Chriſtum, Verbum ſimul & Deum; Chriſto exiſtenti in ſinu Patris communicat Pater Divinitatem cum omnibus ſuis perfectionibus, ipſúmque, ut verbum generat. Ioanni ſupra pectus Domini recumbenti Chriſtus communicavit tanti myſterii notitiam. Proindéque hauſit Ioannes ex pectore Chriſti quoad cognitionem, quæ conveniebat puræ creaturæ, quod hauſerat Chriſtus ex paterno ſinu quoad eſſentiam, & naturam.

Damian.

Joannes conſtituitur Vicarius Eccleſiæ, ad eam illuminandam.

45. Ex quo ait Petrus Damianus ſermon. 63. quòd Chriſtus Ioannem conſtituit ſuum Vicarium, ad declarandam ejus eſſentiam, ac naturam ſic ait: *Propterea Redemptor noſter dilectum ſub ſpeciali prærogativa diſcipulum ad declarandam ſuæ Divinitatis eſſentiam, quoddam quaſi organum fecit; atque ut hoc ſuppleret, quod ad tempus ipſe Dominus diſpenſativè ſuppreſſerat, ſibimet Vicarium dereliquit: quatenus expleto Paſſionis, ac Reſurrectionis, Aſcenſioniſque myſterio, hominibus coëſſentialis, & coæterni Verbi Dei panderet Sacramentum, dicens: In principio erat Verbum, &c.* Chriſtus conſtituit Petrum ſuum Vicarium ad gubernandam, ac regendam Eccleſiam; Ioannémque etiam conſtituit ſuum Vicarium ad illuminandam, ac inſtruendam Eccleſiam in myſteriis ſuæ Divinitatis, ac generationis. Sic pergit cit. Damian. *Nec mirum ſi Redemptor noſter B. Joanni vicem ſuam [ad declarandum Divinitatis ſuæ myſterium, delegavit, quem ad cuſtodiendam venerabilem Matrem ſuam, perpetuam videlicet Virginem, quaſi alterum filium loco ſuo ſuppoſuit.*

Joannes præcellit omnem Hierarchiam Eccleſiæ.

46. Age jam vis ſcire, quàm ſublimis fuerit hæc cognitio Ioanni communicata; audi eundem Damian. ſerm. 2. de S. Ioan. *In Speculando ſumma Divinitatis eſſentia præcedit Prophetas, ſupergreditur Patriarchas, Apoſtolos ſuperat, poſtremò totius humanitatis tranſcendit ingenia, & illuc uſque mentis aciem extendit, quò nec Angelica valet attingere natura.* Non ſolum in cognitione Divinitatis ſuperat omnem Hierarchiam militantis Eccleſiæ, ſed etiam Angelos ipſos, ſeſe erexit, ac elevavit.

Apoc. 19. La Haye.

Joannes inſtruit, & docet Angelos.

D. Chryſoſt.

47. Cum noſter Ioannes vidiſſet Angelum Apoc. 19. num. 10. de ſe ait: *Cecidi ad pedes ejus, ut adorarem eum, & dixit mihi, vide, ne feceris:* Cur non paſſus eſt Angelus, adorari à Ioanne? R. P. Ioannes de la Haye; quia Ioannes, ait, erat inſtructor, ac Magiſter Angelorum, nam per Ioannem Angeli novo, & miro modo multa didicerant, quæ antea non agnoverant. D. Chryſoſtomus Prologo in Ioannem: *Huic Apoſtolo*, nempe Ioanni, *ſupernæ virtutes affluxerunt; ejus animam, pulchritudinem, ſapientiam, & ſpeciem virtutis mirantes; nihil enim nobis humanum, ſed à Spiritu ſancto profundis, & abditis theſauris omnia proloquitur; quæ neque Angeli, prius quam hic diceret, noverant, namque & ipſi nobiſcum per Joannis vocem, & per nos didicerunt, quæ cognovimus* Sic & Paulus dicebat: *Ut innoteſcat principatibus, & poteſtatibus per Eccleſiam.* Epheſ. 3. num. 10. Epheſ. 3.

Ezech. 1.

Joannes non ſolum evolavit ſuper alios Evangeliſtas, ſed etiam ſuper ſeipſum.

D. Gregor.

48. Quid mirum, quòd Ioannes ſeſe cognitione ita erexerit, eum ſupra ſemetipſum ſe elevavarit. Ezechiel videt quatuor animalia, hominem, leonem, bovem, & aquilam, & unumquodque alas advolandum habebat; tamen de Aquila ſubdit cap. 1. num. 10. *Facies autem aquilæ deſuper ipſorum quatuor.* Quatuor hæc animalia denotabant quatuor Evangeliſtas, unum ex quatuor eſt aquila, & eſt Ioannes, quomodo ergo aquila erat deſuper ipſorum quatuor, Ioannes tantum ſe elevavit, quia non ſolum aliis, ſed ſibimet eminere videbatur non enim ſolum alios Evangeliſtas, ſed etiam ſeipſum tranſcendit, ac ſuperat D. Gregor. Magn. homil. 4. Ezechiel. *Si Aquila cum tribus aliis adjuncta, quatuor animalia eſſe commemorantur, nimirum quomodo deſuper ipſorum quatuor eſſe deſcribitur? Niſi quia Joannes per hoc quod in principio Verbum vidit, etiam ſuper ſemetipſum tranſivit: nam niſi ſe tranſiſſet, Verbum in principio non vidiſſet. Quia ergo, & ſemetipſum tranſgreſſus eſt, non tam ſolummodo ſuper tria, ſed adjuncto & ſe, ſuper quatuor fuit.*

Joan. 21.

Joan.21.n.21. Hunc autem cum vidiſſet Petrus, dixit Jeſu: Domine, hic autem quid?

VERSIONES.

Euthymius. Hunc intuitus Petrus.
Syriacus. Domine mi, hic autem quid?
Arabicus. Domine, hic autem quid erit ei?

EXPOSITIO II.

49. HUNC *ergo cum vidiſſet Petrus.* Petrus obediens Chriſto, eùmque ſequens, & maximè ſolicitus de ſuis ſociis una cum Joanne; retrorſum converſus reſpexit, vidítque eos Chriſtum ſequentes, & aliis omiſſis, de Joanne interrogat, quem Petrus eximiè diligebat, quémque agnoſcebat, ſummè eſſe à Chriſto dilectum, & ideo in cœna ſuper pectus ejus recubuiſſe; & Petrus interrogat maximè admiratus, quia cum ei Chriſtus imperaſſet, *Sequere me*, eique prædixiſſet ſuam dignitatem, ac mortem, Joannem tamen à ſe dilectum præteriret, ideo interrogat, *hic autem quid?* Seu ut expreſſius habet (Arabicus.) Arabicus, *hic autem quid erit ei?* ut te etiam ſequatur, & quænam dignitas, ac finis obtinebit eum?

QUÆSTIO IX.

Quare Petrus pro Joanne interrogat?

50. *Admirabatur Petrus, quòd Chriſtus de Joanne non ageret.* GEnuina interpretatio eſt, quam ſecutus ſum in expoſitione, admirabatur Petrus, quod cum Chriſtus ei dixiſſet: ſequere me, eique prædixiſſet ſuam mortem, ac dignitatem, & omnino prætermitteret ſuum dilectum Joannem, quem tantis amoris ſignis Chriſtus erat proſecutus, quemque Petrus etiam intimè diligebat, ideo de eo peculiariter quærit, qualis erit illius dignitas, (D. Chryſoſ.) finis, ac mors? D. Chryſoſt. homil. 82. in Joan. *Diligebat majorem in modum Joannem Petrus, quod ex ſequentibus apparet, & cum magna Chriſtus Petro communicaſſet, orbis terrarum curam demandaſſet, martyrium prædixiſſet, & majorem erga eum dilectionem teſtatus eſſet, cum vellet Petrus Joannem ſocium, & collegam, inquit, hic autem quid? Nunquid eandem viam aggredietur.*

51. D. Chryſ. Secund. Idem Chryſoſt. *Et quemadmodum in cœna interrogare non auſus, Joannem ſuffecit: ita nunc vicem reddit arbitratus eum velle, ſed non audere de ſe ſciſcitari.* Maximè mutantur rerum viciſſitudines; ſuggerente Petro, Joannes in cœna interrogat de proditore, nunc Petrus interrogat pro Joanne, quia præſumebat Petrus, quòd Joannes volebat pro ſe, ſuóque fine interrogare, & non audebat, ideo pro eo Petrus interrogat.

52. D. Chryſ. Tertiò. Idem Chryſoſt citatus homil. *Commiſſa ſibi fratrum cura, non modo vicem alteri ſuam non mandat, ſed & ipſe Magiſtrum interrogat.* (*Beatus Petrus de ſuis omnibus habet curam.*) Dixerat Chriſtus Petro: *Paſce agnos meos.* Commiſſum munus exercet Petrus, habens curam de ſuis ovibus, & ideo de Joanne, qui fortè propinquius approximabat, quærit, & interrogat.

Quartò. D. Cyrill. Alexandr. lib. 12. in Joan. cap. 66 *Hunc igitur ita Domino dilectum, cum reſpexiſſet Petrus, ſtatim interrogavit, quis vitæ illi terminus immineret? quia communiter inſitum eſſe hominibus videtur, ut optent, ſi quid periculi ſubituri ſunt, non eſſe ſolos, ſed cæteros etiam, aut videre ſimilia pati, aut ſaltem audire perpeſſos fuiſſe, vel omnino idem paſſuros.* Non contentus Petrus, ſcire de fine ſuo, hoc etiam curat, ut ſciat finem, ac mortem dilecti diſcipuli, quaſi ex conſortio mortis illius acerbitas propriæ paſſionis moliatur, conſortium ſuſtinentis ſuaviat laborem patientis. 53. D.Cyrill. *Acerbitas propriæ paſſionis ex conſortio ſuaviſatur.*

Quintò. Euthym. *Cum Petrus Joannem vehementer amaret, cupiebat eum æqualis mortis aſſumere conſortem.* Intimè, ac fervidè amabat Petrus Joannem, ac proinde etiam in morte nolebat ab eo ſeparari. Abſtractio amici ab amico, valdè dura; cum David & Jonathas inter ſe dicerent ultimum vale: *fleverunt pariter, David autem amplius* 1. Reg. 20. n. 4. Lyran. *Ex imminenti ſeparatione.* 54. Euthym. *Separatio inter amicos dura.* 1. Reg. 20. Lyranus.

Sextò, Iterum ad eadem Euthymii verba: *Cupiebat eum æqualis mortis aſſumere conſortem.* Seu ut ait cit. Chryſoſtomus; *Socium, & collegam.* Ut nempe ſimul cum eo Joannes pateretur, quia mors ipſa ex Joannis conſortio ſuavis, ac levis fiebat; Joannes noviſſimus poſt omnes Apoſtolos mortuus eſt valdè ſenex, anno Chriſti centeſimo primo Et cur Chriſtus paſſus, ut Joannes tandiu in hoc ſæculo detineretur, abſenſque eſſet à ſuo amantiſſimo Jeſu, ſacratiſſimáque Virgine Matre? In exordio militantis Eccleſiæ, graviſſimæ fuerunt perſecutiones commotæ, ac exortæ contra fideles per Neronem, Veſpaſianum, Titum, Domitianum, & alios crudeliſſimos tyrannos, ſub quorum temporibus noſter Apoſtolus vixit. Divina alta diſponente Providentia, ut omnes Chriſtiani, ejus præſentia, verbis, colloquiis, ac Epiſtolis animati mortem non timerent, ſed eis mors eſſet dulcis, ac perjucunda. Huc advoco D. Auguſt. cit. à R. P. Doctore Joanne de la Haye in cap 1. Apoc. verſ. 1 *Apocalyp. Jeſu Chriſti* n. 55. ſic ait Sanctus Doctor: *Ideo Joannem ſibi adhærere voluit, quaſi ad confortationem ſponſæ ſuæ, nempe Eccleſiæ.* 55. Euthym. *Mors, & labor Joannis conſortio levis fiebat.* D. Auguſt. Joan de la Haye.

Vidit Joannes ſanctam civitatem Hieruſalem, muróſque ejus quorum fundamenta erant duodecim lapides pretioſi: *Et fundamenta muri civitatis ex omni lapide pretioſo.* Apocal. 21. num. 19. illi autem duodecim lapides ſignificabant duodecim Apoſtolos, Iaſpis Petrum; Saphyrus juxta aliquos Andream; Chalcedonius, Jacobum filium Zebedæi; Smaragdus, Joannem Apoſtolum; ſed cur Iſte lapis noſtrum Evangeliſtam adumbrat? Smaragdus, viridis cum ſit, maximè gratus eſt aſpectui, animum recreat, & omnem triſtitiam expellit; ſic noſter Evangeliſta maximè omnibus erat gratus, ejus verba ab animo triſtitiam expellunt, laborem, ac dolorem mitigant, Aretas. *Smaragdum, ait, qui viridem demonſtrat colorem, & ſplendorem ex eo ſuſceptum, ac venuſtatem, Joannis Evangeliſtæ prædicationem ſignificare, arbitramur: quia divina miſericordia exhilarat in nobis ortam ex peccatis triſtitiam.* 56. Apoc. 21. *Joannes recreat animũ, triſtitiam depellit.* Aretas.

QUÆSTIO

QUÆSTIO X.

Quare cum omnes diſcipuli ſequerentur, Petrus tamen peculiariter interrogat de Joanne?

57. IN limine quæſtionis notandum eſt, quòd duo dicta ſunt in præſenti Petro. Primò conſtitutus eſt à Chriſto Paſtor, ac Vicarius ejus Eccleſiæ: *Paſce oves meas.* Secundò ei prædicta eſt mors, quam pro Chriſto ſubiturus erat. *Cum autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet, quò tu non vis.* Ut explicavimus ſuperiori capite in fine. Cum autem ſermo eſt de Pontificatu Petri, non recordatus eſt Petrus de Joanne, ut de eo interrogaret, *hic autem quid?* Maximè verò, cum de morte, ac crucifixione fuit ſermo; ſic frequenter accidit, ut homines eos, quos maximè in labore, & preſſura habent defixos in mente, in honore, ac dignitate eos ab animo excludant, & deponant. In Pontificatu de Joanne obliviſcitur Petrus, de eo tamen agit in morte, ac crucifixione.

Homines de aliis recordantur in ſuis laboribus, non vero in honore, ac dignitate.

58. Ad quæſtionem. Cum Chriſtus dixiſſet Petro: *Sequere me.* Et Petrus Dominum ſequeretur, ſtatim etiam omnes alii Apoſtoli ſequebantur, ut in expoſitione. Converſus Petrus vidit diſcipulum ſequentem, quem diligebat Jeſus. Si omnes ſequebantur, cur hunc tantum peculiariter videt, deque eóque interrogat? Petrus intimè diligebat Joannem, ut dixi ſuperiori quæſt. ex D. Chryſ. & etiam docent Euthym. Theoph. & etiam ob alias rationes datas præcitata quæſtione.

59. Tum etiam, quia Joannes maximè omnibus erat gratus, ac perjucundus, omniumque animos ad ſe conciliabat, ac alliciebat. Terminat ipſe ſuam Apocalypſim dicens cap. 22. nu 21. *Gratia Domini noſtri cum omnibus vobis, Amen* Nonne ſufficeret, dicere, quod hæc gratia daretur ſervis Dei, ac etiam omnibus ſuis diſcipulis. Cur omnibus eam deprecatur? cum eſſet omnium amantiſſimus, omnium ſalutem, ac pacem ſummopere deſiderabat, ut neminem ab hac ſua gratia excluderet; inde omnibus erat maximè plauſibilis, & gratus, Richardus de S. Victore: *Gratiam omnibus deprecatur; ut videlicet patenter omnibus benevolus, nemini offenſus oſtendatur, ut ſcilicet, ex ipſa benevolentia provocet ad meliora.*

Joannes omnibus benevolus nemini offenſus.

Richard.

60. Deinde Joannes omnibus donis gratiæ erat maximè exornatus, ut dixi ſupra quæſt. 4. n. 20. Relucebant etiam in eo omnia naturæ dona, quæ ut numerat Plutarchus, quatuor ſunt. *Splendor generis, mentis perſpicacia, lenitas animi, oris pulchritudo.* Perexcelſa Joannis nobilitas ſatis in eo patet, quod ipſe eſſet conſanguineus Chriſti, ſacratiſſimæque Virginis Mariæ; de mentis perſpicacia, multa huc uſque diximus.

In Joanne omnia naturæ dona.

61. Lenitas animi tanta erat, ut de eo dicat Prochorus ejus diſcipulus in vita S. Joan. *Quod lenitate ſua inimicorum ſævitiam molliebat.* Doct. Bernard. de Brito Vir verſatiſſimus in hiſtoriis, in quodam ſermone S. Joann. ex Dorotheo refert, quòd cum quidam Proconſul in Aſia maximè ab idololatris urgeretur, ut Joannem interficeret, ſeu gladio jugularet, ſic reſpondit: *Quis duo extrema conjungeret, lenitatem Joannis, & duritiem ferri.*

Prochor.

Brito.

Mira Joannis lenitas.

Oris pulchritudo. Præclarum Deorum munus, ut dicebant antiqui. Nato Salomone: *Miſit*, ſcilicet Deus, *in manu Nathan Prophetæ, & vocavit nomen ejus, amabilis Domino, eò quòd diligeret eum Dominus.* 2. Reg. 12. n. 25. ex Hebræo legitur: *Eo quod pulchrum faceret eum Dominus.* Idem enim habetur quòd diligeret eum Dominus, ac quòd pulchrum faceret. Joannes elegantiſſima facie erat præditus, ita ut de eo dicant Nicephorus, & Metaphraſtes, quòd habebat *delineamentum eximiæ pulchritudinis.* Et citatus Prochorus ejus diſcipulus de eo teſtatur: Talis certè fuit forma Magiſtri mei: *Animus relucebat in ore, puritas in facie, ſpes in oculis, in cæſarie præmium:* Cæſaries erat aurea, & auream coronam referebat. 62.

Pulchritudo ſignum dilectionis Dei.

2. Reg. 12. Hebræus.

Nicephor. Metaphraſt. Prochor.

Joannes valde pulcher.

QUÆSTIO XI.

Quare Petrus non dicit, ac exprimit nomen Joannis, ſed, hic autem quid?

RESpondeo primò. Valdè mirum eſt, quòd deſignato Joanne, Petrus dicat: *Hic autem quid?* ac ſi penitus ejus nomen ignoraret maximè ejus nomen agnovit Petrus, quando in cœna ei innuit, ut ſciret ex Jeſu, quis eſſet proditor, de quo ille dicebat, *unus ex vobis tradet me.* Joan. 13. num. 24. ſic ſe res habet frequenter, ut ſolum homines te agnoſcant ex nomine, tuúmque nomen ſciant, cum tua ope, ac interventu indigent, hoc ceſſante reſpectu, ceſſat in eis tui cognitio, ac memoria, ac ſi omnino ab eorum mente expuncta eſſet. 63.

Joan. 13.

Homines ſolum recordatur de illis quorum ope indigent.

Secundò, Cum Jeſus dixiſſet Petro *Sequere me*; poſt eum omnes Apoſtoli ſequebantur, ſi Petrus de Joanne interrogare vult, Cur non ait, quid autem de Joanne erit? ſed cum multi adeſſent, ait *hic autem quid?* Nonne in tantis poterat eſſe aliqua permixta confuſio, ut cum ipſe de uno interrogaret: de alio reſponderetur? ſciebat Petrus, oculos Jeſu defixos eſſe in Joannem, quem cum intimè diligeret, maximè reſpiciebat, ac proinde cum ipſe quæreret, *Hic autem quid?* De eo interrogabat, ad quem Jeſus peculiariter oculos converterat. 64.

Jeſus oculos habebat defixos in Ioãnem.

Tertiò. Ait Petrus: *Hic autem quid?* & Joannis nomen non pronuntiat; adeo res magna erat Joannes, ut nomen ſibi congruum non haberet; tot magnalia, ac tot excellentias Petrus recognoſcebat in Joanne, quod non inveniret nomen aptum ad tantam ſublimitatem, ne ergo quid minus diceret, ideo nullo nomine appoſito, quærit; *Hic autem quid.* Seu quia præ reverentia Joannis nomen pronuntiare non audebat. Sic ſtatim ſcribitur: Exiit ſermo inter fratres, *quia diſcipulus ille non moritur:* Non dicitur, quia Joannes, ſed quia *diſcipulus ille.* In tanto honore, ac veneratione erat Joannes etiam apud alios Apoſtolos, tanta magnalia in eo recognoſcebant, ut vererentur ejus nomen dicere, ac ore proferre. Riccius lib. 1. Epiſtol. *Joannes multa in reverentia erat apud omnes* 65.

Ob Joannis reverẽtiã, Petrus non audet nominare.

Riccius.

Ait noſter Joannes in ſua Apocalypſi, quòd vidit cœlum apertum, & ait: *[illegible] poſita erat in cœlo, & ſuper ſedem ſedens* Apocalypſ. 4. nu. 2. & ſubdit, quòd quatuor animalia erant in circuitu throni, & eorum facies erant, quaſi hominis, leonis, vituli, & aquilæ, & addit, quòd 66.

Apoc. 4.

viginti

viginti quatuor ſeniores cantabant, dicentes : *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Valdè mirum; quod Evangeliſta dicat nomina animalium, & exprimat canticum, quod intonabant, & nomen ſedentis taceat,

Rupert. *Ob venerationem, non exprimitur ſedentis nomen.*

& ſolùm dicat : *Super ſedem ſedens* : Quiſnam eſſet iſte ſedens, ex nomine maximè erat explicandum, Rupertus ait, quod erat Deus Pater ; inde Evangeliſta ſupprimit ejus nomen, tantam majeſtatém, ac celſitudinem in eo recognovit, ut ejus nomen dicere, ac ore proferre non auderet.

Joan. 21. *n.* 22. Dicit ei Jeſus hic eum volo manere donec veniam, quid ad te ? tu me ſequere.

Num. 23. Exiit ergo ſermo iſte inter fratres, quia diſcipulus ille non moritur. Et non dixit ei Jeſus: non moritur, ſed ſic eum volo manere, donec veniam, quod ad te ?

VERSIONES.

Syriacus.n. 22. Si velim, hunc manere, uſque dum veniam.

Arabicus. Si volo, ut remaneat hic.

Vatablus. Quid tua ? tu me ſequere.

Arabicus.n. 23. Exiit hoc verbum inter fratres, &c. ſed ſic volo, ut perduret hic.

Syriacus. Jeſus autem nunquam dixerat, non morietur.

Mariana. Si ſic eum volo manere.

Vatablus. Sed ſi velim manere, donec veniam ? quid tua ?

EXPOSITIO III.

67. Syriacus. Arabicus. D. Hieron. D. Auguſt. D. Chryſol. Gloſſa. Beda. Rupert.

DICIT ei JESVS : Reſpondens Petro: *Sic eum.* Multi codices Syriacus, Arabicus, legunt. *Si* ; Aliqui verò cum D. Hieron. lib. 2. contra Joviu. *Si ſic.* Tamen noſtra lectio vulgata præferenda eſt, quam tenent communiter ſancti Patres, D. Aug Chryſ. Gloſſa, Beda, Rupert. & hac lectione Chriſtus maximè ſatisfacit interrogationi Petri : *Sic eum volo manere, donec veniam.* Poſita hac conditione, quòd ego volo, eum ſuperſtitem eſſe, ſicut modo eſt, *Donec* ego, *veniam*, ut ipſe abſque ullo mortis genere aſſumatur ad me, *Quid ad te ?* Ad te nihil hoc attinet, ſive ipſe maneat, ſive non, qualiſcumque exitus ejus futurus ſit, hoc ad te non ſpectat *Tu me ſequere* : Tu ergo cura, & conſidera, ut me ſequaris per crucis mortem aliena relinque.

68. *Exiit ergo iſte ſermo.* Ex verbis Chriſti dimanavit hæc opinio, ſeu rumor *inter fratres*, ita communiter Apoſtoli, ac diſcipuli ſic ſe vocabant, ut patet frequenter ex Actis Apoſtolorum. Et Joannis peculiariter eos dicit fratres ob amorem, & charitatem, quam habebat in omnes. *Quòd diſcipulus ille non moritur.* Quòd nempe Joannes non eſſet moriturus, ſed in vita permanſurus, donec Chriſtus adveniret ad diem judicii, ut tunc ſecum vivum duceret in cœlum, quæ opinio maximè augebatur ex eo, quòd eſſet diſcipulus, quem diligebat Jeſus. *Et non dixit ei JESVS* : Corrigit Joannes falſam illam ſuſpicionem, ac opinionem, ne qui hæc legerent, talem opinionem conciperent. *Quia non moritur. Sed ſic eum volo manere, donec veniam.* Repetens Joannes hæc verba, colligit; alium ſenſum eſſe verborum Chriſti, alienum ab eo, quod illi diſcipuli conceperant. *Quid ad te?* Et omittit illud : *tu me ſequere.* Quia abſque eo, ſententia perfecta, & abſoluta erat, & illud nihil faciebat ad refellendam opinionem de perpetua Joanni vita conceſſa.

QUÆSTIO XII.

Quare Chriſtus Dominus tanquam cum indignatione reſpondit, veluti increpans Petrum.

PEtrus cum eſſet præmonitus à Chriſto, de mor- 69.
te ſua, qua clarificaturus eſſet, cum nihil tale eſſet Joanni prædictum, ob intimam amicitiam, quam habebat cum illo; pro eo Dominum interpellat : *Domine, hic autem quid ?* Chriſtus quaſi indignè ferens hanc interrogationem reſpondit : *Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te ?* Quid deliquit Princeps Apoſtolorum in hoc interrogationis modo ; ut tam rigidum audiat reſponſum ? Germana rei ſolutio eſt data in expoſitione. Deinde.

Primò reſpondet N. D. Cyrill. lib. 16. in Joan. 70. D. Cyrill.
cap. 66. *Quoniam curioſa magis, quam utilis eſt rerum alienarum inquiſitio ; reſpondet JESVS, ſed ita ut rogantis animum abducat ad alia* : Curioſitate quadam tangebatur Petrus, ut interrogaret, quæ ad ſe non ſpectabant, inde Chriſtus eum arguit, ut ſe non intromittat in alienis, ſed de his, quæ ad ſe pertinent, agat D. Chryſoſt. hom. 87. in Joan. *Quid ad te ? His verbis*, inquit, *nos erudiens neque dolendum, neque curioſius præter divinam voluntatem inveſtigandum.* Ait Paulus 1. ad Tim. 5. n. 13. Taxans viduas, quæ circuire domos ſolebant, *ut verboſæ, & curioſæ, loquentes, quæ non opportet.* Nota, quod adjunxit. *Curioſa loquentes, quæ non oportet.* D. Anſelm. ibi, *Id eſt inveſtigantes aliorum facta, negligentes ſua, ſtudentes, aliquid ſemper audire.*

D. Chryſ. *Curioſitatẽ reſcindit Magiſter Deus.* 1. Tim. 5. D. Anſelm.

Secundò, D. Chryſoſtom. cit. homil. 87. in 71.
Joan. *Hic autem quid*, ait, *nam cum nimia id charitate diceret Petrus, nec ab eo dividi vellet, oſtendens Chriſtus, quòd quantavis eum dilectione proſequeretur, ſuam aſſequi non poſſit, inquit, ſic eum volo manere, quid ad te ?* Petrus eo dicendi genere velut innuebat majori ſe æſtuare in Joannem affectu, quam exardeſceret Chriſtus ; quod minimè paſſus eſt Jeſus, præcipuè in negotio ſui amantiſſimi diſcipuli Joannis. Zelatus eſt Jeſus nimium fervorem Petri, & caſtigavit, tanquam dolens, ſe de amici rebus admonitum eſſe, & ut etiam oſtenderet, quàm ægrè ferebat, quòd in rebus Joannis, aliquis ſe vellet oſtendere magis ſolicitum, quàm ſeipſum.

D. Chryſ. *Increpatur Petrus, quia ſe volebat oſtendere magis Joannis amatorem, quam Chriſtum.*

Tertiò. Smaragdus allegatus à citato Doctore 72.
Bernardo de Brito : *Pauca quæreret Petrus*, ait, *ſi cœli, & terræ ſecreta inquireret ; impoſſibilia, dum de Joanne interrogat.* Et rationem aſſignat ipſe : *In his enim opus ſolum digitorum Dei : in hoc verò opus ſui cordis inquirebat.* Ex quo licet conſiderari, in quanta æſtimatione habebatur Joannes

Smaragdus. *Altiſſima ſecreta inter Chriſtum, & Joannem.*

Joannes à Chriſto, ut eum quodammodo videatur præferre aliis fidelibus. Nam ſecreta, quæ erant inter JESUM, & Joannem, ipſe JESUS non vult confidere Petro, cui totam ſuam Eccleſiam commiſit. Beda: *Mira dilectio exitum negat, cui univerſæ Eccleſiæ regimen non denegavit.*

Beda.

73. Profundiſſima erant ſecreta inter JESUM, & Joannem. Veniat hîc iterum locus datus ſupra q.7. num. 34. Aderat JESUS in ultima cœna cum ſuis duodecim Apoſtolis, quibus ipſe divinus Magiſter, *Dixit; unus ex vobis tradet me.* Et ut ſcribit noſter Joan. c. 13. n. 23. *Erat recumbens unus ex diſcipulis ejus in ſinu JESU, quem diligebat JESUS.* Cui innuit Petrus, ut ipſe interrogaret, quiſnam erat ille proditor? n. 25. ita ſubdit: *Itaque cum incubuiſſet ille ſuper pectus JESU, dicit ei: Domine, quis eſt?* Erat Apoſtolus in ſinu, poſtea verò ut interrogaret, quiſnam eſſet traditur, ſuperius aſcendit, & recumbens ſuper pectus, ac jam proximior ori Chriſti interrogat, ad quid cum eſſet in ſinu, ſuperiùs aſcendit ſuper pectus, ut illud poſtularet? Noſtra perſpicax Aquila bene noverat, quòd JESUS ſua ſecreta, quæ erant cum eo, volebat, ut nec à Petro, nec ab Andrea, nec à Jacobo, nec ab aliquo ex Apoſtolis agnoſcerentur, & ideò ut de traditore inquireret, proximior ori accedit, ut à nullo ex Apoſtolis audiretur. Origen. ad c. 13. Joan. *Volebat enim myſterium, quod erat in proditore noſſe; quod ut diſcat, Joannes, qui prius recubuerat in ſinu JESU, ſupra aſcendit & recubuit ſuper pectus, & fortaſſis non recumbenti ſuper pectus, ſed perſeveranti in ſinu recumbere, haud quaquam reddidiſſet JESUS, quem Petrus, & Joannes deſiderabant ſermonem.*

Joan. 13.

Secreta inter Chriſtum, & Joanne valde abſcondita.

Origen.

QUÆSTIO XIII.

Quare dum eſt ſermo de fine, ac exitu Joannis, ait Chriſtus: Donec veniam?

74. POſtquam Chriſtus contulit ſupremam Pontificatus dignitatem Petro, quærit ipſe à Chriſto de Joanne: *Hic autem quid?* Reſpondet ei Chriſtus: *Sic eum, volo manere donec veniam, quid ad te.* Pondera illud *veniam*: Ac ſic Petri merita uno conceſſo Pontificatu remunerantur; at perexcelſa Joannis opera non compenſantur uno Pontificatu, ſed ipſomet Deo Chriſto JESU; & inde ipſe ait; *donec veniam*: ut eum in gloriam meam mecum ſuſcipiam, ac adducam.

Joannis merces ſolus Jeſus.

75. Petr. Dam. ſerm. 2. de S. Joan. *Et notandum, quàm piè, quàm paternè Salvator,* ſic, inquit, volo manere eum, donec veniam; *veniam, ait, non mittam, videlicet aliquam ſupernam virtutem, non Angelicam poteſtatem, ipſe per meipſum veniam, ipſe egredientem ejus animam, in gloriæ meæ claritate ſuſcipiam.* Mortuus eſt pauper Lazarus; & portatur *ab Angelis in ſinum Abrahæ.* Luc. 16. n. 22. Cur ergo Joanni non ſufficiat, cum egreditur ex hac vita, ſi Angelorum quidam principales adſiſtant, & velut quadriga triumphali ſublatum ad empyrea tranſvehant gaudia? Tantus, ac talis eſt Joannes, ut cum ipſe moritur, non alieno miniſterio, ſed ſuis ſublatum ulnis deferat Chriſtus ad Patris thronum.

Damian.
Luc. 16.
Tantus Joannes, ut à Jeſu ulnis deferatur in cœlum.

76. Terminans Joannes ſuam Apocalypſim ait: *Dicit qui teſtimonium perhibet iſtorum, etiam veniam citò, amen, veni Domine JESU.* Cap. 22. n. 2. Ex Græco legitur: *Veniam tibi citò.* Chriſtus eſt, qui loquitur, ut apertè conſtat, ex reſponſione: *Veni, Domine JESU.* Angeli paſſim loquuntur cum Joanne, in toto hoc libro Apoc. *Audivi vocem Angelorum.* Cap. 5. n. 11. *Audivi vocem quarti Angeli.* Cap. 6. n. 7. Vidi ſeptem Angelos. Cap. 8. num. 2. & ſic paſſim in toto libro: Cur verò in fine, ac termino libri Joanni dicitur à Chriſto: *Veniam tibi citò?* uſque modo veniebant Angeli ad manifeſtanda arcana Joanni, nunc verò finito viſionum libro, tempus erat, ut ipſe evolaret in cœlum; ad aperienda myſteria, ad pertractanda alta Sacramenta, ad declarandos futuros Eccleſiæ eventus, veniant Angeli; at cum tempus eſt, ut Joannis anima in cœlum ſublevanda ſit, non Angeli, ſed ipſe JESUS aſtat, ut eum ſuſcipiens in ſinu, ac brachiis deferat in cœlum: *Veniam tibi cito.*

Apoc. 22.
Apoc. 5.
Apoc. 6.
Venit Jeſus, ut Joannes aſſumatur in cœlum.

Ultima verba Joannis ſunt: *Amen, veni, Domine JESU*: quibus apertè exprimitur, quòd noſter 77
Evangeliſta ſummoperè deſiderabat Chriſti adventum, tum quia non timet, nec formidat adventum Domini, qui ſcrutatur Jeruſalem in lucernis, tum quia nihil ducebat præſentem vitam, dummodo dilectiſſimi ſui JESU præſentia frueretur. Richard de S. Victor. *In hoc, quod Dominum rogat, ut veniat, quàm perfectus fuit in charitate nobis demonſtrat: ſi enim Dominum in aliquo minus diligeret, depreſſus timore nequaquam rogaret eum, ut veniret. Perfectus ergo in charitate extitit qui eum, ut veniret, ſecurè rogavit; timor enim non eſt in charitate, ſed perfecta charitas mittit timorem.* Omnes juſti maxime timent Chriſti adventum in mortis articulo, at Joannes tam perfectus, ac plenus erat charitate, ut illum non timeret, ſed optaret. *Perfectus ergo extitit in charitate,* qui eum, ut veniret, ſecurè rogavit.

Apoc. 22.
Richard.
Joannes plenus charitate non timet Dei adventum.

QUÆSTIO XIV.

Quare tanto placito divulgatur opinio inter diſcipulos, quòd Joannes non moritur?

DIxit JESUS Petro: *Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te? Exiit ſermo iſte inter* 78
fratres, quòd diſcipulus ille non moritur, &c. Quæ verba optimè ponderans D. Aug. ait tr. 123. *Quis facilè aliud eſſe credat, quàm quod fratres crediderunt, qui tunc erant; Sed hanc opinionem Joannes ipſe abſtulit, ſubdens; & non dixit ei JESUS; non moritur, ſed, ſic eum volo manere, donec veniam, quid ad te: Sic intra duces linguarum, & aurium ſerpit.* Sic ſæpè ex aliquali verbulo, levique inſinuatione, res fama propagatur, ac creſcit, & aliud multum diverſum aſſeritur, ac dicitur ab eo, quod ſignificatum eſt, *intra duces linguarum & aurium ſerpit,* ut ex illo rumuſculo firmentur homines etiam pii, & boni, quòd quamvis ſepulchrum Joannis extet Epheſi, quia tamen, dictum eſt, *Sic eum volo manere*: credant, adhuc in vivis eſſe, plus confidentes in ambiguo rumore, quàm in eo, quod oculis cernunt.

Res fama creſcit.

Secundò. *Exiit ſermo quod diſcipulus ille non moritur.* Unde pullulavit hæc fama? Prædictumne 79
à Chriſto D. illud fuit? Minimè. *Et non dixit ei JESUS: non moritur*: Ut notat Evangeliſta. Confictumne fuit temerè ab Apoſtolis? Nequaquam. Neque enim veritatis prædicatores, falſitatis compoſitores eſſe poterant. Unde ergo ortus eſt

hic

D. Hieron. *Joannes ob virginitatem, reputatur immortalis accola paradiſi.* hic ſermo ? Pulchrè D. Hieronymus lib. 1. contra Jovinian. *Ex hoc*, ait, *oſtenditur, virginitatem non mori, ſed manere cum Chriſto: & dormitionem ejus tranſitum eſſe, non mortem.* Quaſi Apoſtoli ex Joannis virginitate certum deſumerent argumentum, eum non eſſe moriturum, ſed potius jam eſſe immortalitate donatum, proindéque morte non guſtata, ex hac vita tranſmigrandum in patriam.

80. Apocal. 4. *Joannes adhuc in terris, jam triũphabat in cœlis.* Hinc eſt, quod cum Joannes adhuc in terris degeret apud Inſulam, quæ dicitur Pathmos, relegatus nihilominus jam in cœlo collocatus cernebatur. Apocal. 4. à num. 6. non ſolum vidit in cœlo tria animalia, trium Evangeliſtarum ſymbola, ſed etiam aquilam volantem, ſui ipſius indicem; ac typum: Joannes enim propter carnis gravitatem, adhuc apud mortales exulabat, ſed propter mentis puritatem, jam apud ſuperos triumphabat. Huc advoco illud virginitatis præconium, quod graviſſimè dictum D. Cyprian. eſt à Divo Cypriano lib. de ſingularitate clericorum. *Hoc*, ait, *exigit ſancta ſingularitas* (ſcilicet Virginitas) *ut antequam transfiguretur, jam transfigurata cernatur in Angelicæ claritatis aſpectum.* Ac ſi antequam mors Virgines de formet in cineres, eos transfiguret Virginitas in Angelos.

81. *Omnes deſiderabant, in Joannem omnia dona cumulari.* Tertiò. *Exiit ſermo inter fratres, quod diſcipulus ille non moritur.* Ac ſi omnes applauderent, ac approbarent, quòd diſcipulus ille mortem non guſtaret; quòd Joannes præferatur inter æquales & quòd ipſi non ſolum invidia non moveantur, ſed etiam quòd comprobent, ac laudent: Valdè mirabile, & rarum; ſic Joannes gratus, ac amabilis erat omnibus, ut omnes vellent eum maximè creſcere, ac augeri, eique ampliſſima dona cumulari, unde quamvis Joannes multis, & magnis favoribus repletus fuiſſet à Chriſto Domino, nunquam tamen aliquis remorſus invidiæ, apud Apoſtolos reperitur.

82. Dices tamen: Favores, ac dignitates Petro conceſſæ, bene habitæ, ac judicatæ ſunt ab omnibus Apoſtolis. Nota tamen magnam differentiam inter dona exhibita Petro, ac Joanni. Antequam Petro promittatur ſuprema Pontificatus thiara, ex alta Dei ordinatione admirabilem divinitatis Matth. 16. Chriſti confeſſionem protulit. *Tu es Chriſtus filius Dei vivi.* Matth. 16 num. 16. Ut ei tanta dignitas conferatur; ter interrogatur à Chriſto: *Petre amas me?* Joan. 21. Theoph. Joan 21. num. 17. Theophil. *Ter interrogat, ut magis oſtenderet ipſius Patris dilectionem.* Ut ita manifeſtè, ac publicè eſſet nota ingens Petri charitas, ac meritorum ejus magnitudo. At verò quando Joanni eximii favores, ac indulgentiæ conceduntur, ut ipſe ab omnibus dicatur diſcipulus, quem diligebat Jesus, quòd *Omnis gratia, ac benignitas Joanni data bene habebat apud omnes.* in cœna recubuerit ſuper pectus ejus; quòd ipſe confidenter ſolus interrogaverit; *Domine quis eſt, qui tradet te?* Et quòd ei in matrem dederit ſacratiſſimam Virginem matrem ſuam, nihil ab eo interrogatur: nulla meritorum ejus fit manifeſtatio, cur ergo Domine, ut Petro una dignitas conferatur, triplici interrogatione: *diligis me plus his?* Ejus merita coram omnibus demonſtrantur? Cur etiam, ut Joannes tot gratiis, ac favoribus cumuletur, aliqua etiam ejus meritorum oſtentatio non præcedit? dona collata Petro, ut bene haberentur apud omnes, neceſſarium eſt, ut prævio examine, tanquam digito demonſtrentur, & hoc non ſemel, & iterùm, ſed etiam trina interrogatione interpoſita. At Joannis gratiæ maximè omnibus erant gratæ, ut abſque aliqua ejus meritorum declaratione, omnes illas aeprobarent, recognoſcentes Joannem omnium digniſſimum, ut omnibus donis condecoratus eſſet.

QUÆSTIO XV.

Quare Petrus rigidè redargutus à Chriſto, tacet, & nihil reſpondet?

Cum Petrus de Joanne interrogaret: *Domine hic autem quid?* Chriſtus rigidis verbis 83. eum arguit: *Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te?* Tacet Petrus, & valdè mirum; nam ipſe valdè frequens erat, ut dictis, ac factis Chriſti reſponderet, ut videre eſt in ablutione pedum: Cum ait: *Non lavabis mihi pedes in æternum.* Joan. 13. n. 8. Et iterùm, cum ei Chriſtus prædixiſſet, quod eum eſſet negaturus; *antequam gallus cantet, ter me negabis.* Cui ipſe reſpondit: *Et ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Matth. 26. n. 35. Ergo cum hîc Chriſtus tam aſperè ſe habuerit ad eum, quomodo ipſe obmuteſcit, & nullum profert verbum?

Reſpondeo primò Recogitavit Petrus, quòd 84. ex audaci reſponſione, cum jactantia ſiniſter caſus ei contigerat, ut Magiſtrum negaret, inde ipſe cautus eſt, ut ſimilia caveret. Moyſes ultimò uſus eſt mirabili virga ſua apud Cades. Numero Num. 20. 20. numero undecimo, ita ut amplius eam in miniſterium accepiſſe non legatur in Scriptura, ut optimè advertit D. Cyrill. & multi interpretes ibi, D. Cyrill. *Cavenda res, quæ fuit peccandi occaſio.* cur ſic ſe abſtinet à virga, qua tot, ac tanta prodigia, & mirabilia erat operatus? Virga in Cades occaſio extitit, ut Moyſes delinquens offenderet Deum, inde deinceps, ut prudens, cavit à virga, ne iterum ex ea alia peccandi occaſio deveniret.

Secundò. Tacet Petrus, & non reſpondet, tan- 85. quam ſuum errorem recognoſcens, quòd ſecreta inter Chriſtum, & Joannem voluerit penetrare. Et propriæ culpæ agnitio maximè os comprimit, & verbum exire ab ore non ſinit. Cum Jesus interrogaretur, à Pilato, eique Dominus nullum verbum dixiſſet, admiratus Pilatus; quòd ei non reſponderet, ait ad eum: *Mihi non loqueris: Neſcis quia poteſtatem habeo, crucifigere te, & poteſtatem habeo, dimittere te,* Cui ſtatim ait Chriſtus D. *Non haberes poteſtatem adverſus me ullam, niſi tibi datum eſſet deſuper, propterea, qui me tradidit tibi, majus peccatum habet.* Joan. 19 n. 11. Cum Joan. 16. Chriſtus ait; qui me tradidit tibi, majus peccatum habet; idem eſt, ac ſi dixiſſet, ut notant D. Cyrill. D. Cyrill. D. Chryſ. *Cognitio proprii delicti obdurantior.* Chryſoſt. Tu in eo, quod me comprehenſum hîc habeas magnum peccatum habes, licet multò gravius commiſerit, qui me tradidit in manus tuas. Statim & immediatè ſubdit textus: *Et exinde quærebat, dimittere eum.* Valde mirum cum ante oculos Pilati ſit nota Chriſti innocentia, ejus vita ſanctiſſima, veritas, ac doctrina admirabilis cohærens cum oraculis Prophetarum, non apud ſe determinat, dimittere eum, cum coram judice proponitur multitudo miraculorum, ac operum Chriſti, non concipit animum ad eum dimittendum, at modo cum audit: *Qui me tradidit tibi, majus peccatum habet*: tanquam in ſuppoſitione,

quòd in ſe ſit peccatum , tunc omni conatu cum à manibus inimicorum liberum vult abſolvere? Cognitione proprii delicti ligentur illius manus, componitur lingua, obturatur os , ut Pilatus , nihil audeat dicere, ac proferre contra Chriſtum , à cognitione proprii delicti maximus comprimitur , & ligatur.

QUÆSTIO XVI.

Circa Joannis mortem quatuor quæſtiunculæ reſolvuntur?

86. Quæſtio 1. *An Joannes fuerit mortuus.* Hyppolit. Dorothæus. Metaphraſt. Damaſcen. Luc. 9. Theophyl. Salmeiron. Barrad. Apoc. 10.

QUæſtio prima : An Joannes ſit mortuus? Prima ſententia affirmat , Joannem non eſſe mortuum , ſed cum Elia , ac Enoch venturum contra Antichriſtum. Ita D. Hippolit. tract. de conſummat. ſæculi. Dorothæus , & Metaphraſtes in vita S. Joan. D. Damaſc. orat. de transfig. quòd confirmat ex illo Luc. 9. num. 27. *Sunt aliqui hic ſtantes qui non guſtabunt mortem , donec videant regnum Dei.* Quod eodem modo interpretatur ibi D. Ambr. Catherius 2. Geneſ. & in hanc ſententiam inclinant Theop. Salmeiron. Barradas hic, & in cap. 43 Matth. Euthym. Fundatur hæc ſententia maximè in illo Apoc. 10. num. 11. *Oportet te iterum prophetare gentibus.*

87. D. Auguſt.

Secunda ſententia eſt eorum , quos citat, ac refutat D. Auguſt. tract. 124. Qui aſtruunt , D. Joan. intra ſepulchrum vivere , eo quòd aſſeratur ſepulchri ejus terra continuò ebullire ; exiſtimant enim , id fieri Joannis reſpiratione.

88. *Vera ſententia.* Tertull. Irenæus. Euſeb. D. Ambroſ. D. Chryſoſt. D. Auguſt. Martyrol.

Tertia ſententia , & mihi omninò vera , eſt, Joannem naturali morte fuiſſe defunctum , ita cenſent communiter Patres Tert. Irenæus, Euſeb. D. Chriſoſt. D. Ambroſ. D. Hieron, D. Aug. Beda, Ruper. & cum quibus Baronius tenet , Joannem mortuum eſſe, anno Chriſti 101. Clementis Pontif. IX. ætatis ſuæ 93. à Paſſione Chriſti 68. obiiſſe Epheſi , juxtàque ejus urbem , eſſe ſepulchrum ejus , ſic habetur in Martyrologio Rom. 27. Decembris. Joannes Epheſi, *Confectus ſenio , ſexageſimo octavo poſt Paſſionem Domini anno mortus, juxta eandem urbem ſepultus eſt.* Et in Concilio Epheſino tom. 3 cap. 6. Reliquiarum Joannis mentio fit ſicut & Cæleſtinus Papa in epiſt. ad Synodum Epheſinam. (Conc. Eph.)

89. *Ad fundamenta.* Primaſ. Beda. Ansberr. Viegas. D. Gregor. Beda.

Ad fundamenta oppoſita. Ad locum Apoc. *Oportet te iterum prophetare gentibus.* Primaſ. Beda, Ansbert. Viegas ſic exponunt , Oportet te ſcribere Evangelium , poſt Apocalypſim enim illud ſcripſit. Alii multi ſic exponunt , quia liberatus ab exilio Inſulæ Pathmos : redibis in Aſiam , ubi Evangelium Chriſti prædicabis , vel Angelus hoc dixit c. 10. poſt quæ , multa alia graviora mala prædixit ac propheitzavit Joannes ad locum Lucæ , *ſunt aliqui hic ſtantes , qui non guſtabunt mortem , donec videant regnum Dei :* Quæ verba juxta multos Patres de Transfiguratione intelliguntur. D. verò Greg hom. 32. in Evang Beda. per regnum Dei , interpretantur Eccleſiam , quam Apoſtoli plantarunt, & maximè propagatam , ac dilatatam viderunt. Quantum ad præſentem textum : *Sic eum volo manere* , dictum eſt in expoſitione.

90. Quæſtio. 2. Metaphraſt. Turonenſ. Damian.

Quæſtio ſecunda. Qualiſnam fuerit tranſitus S. Joan. referunt Simon Metaphraſtes in vita S. Joan. Greg. Turonenſ. lib. 1. Hiſtor. Francorum cap. 26 ex quibus Petrus Damianus ſerm. 2. de S. Joan. ſic habet : *Ut hiſtoria continent* , ait , *quadratam in Eccleſia foveam fieri juſſit , moxque in ea deſcendens , extenſis manibus , poſt prolixæ orationis verba migravit : ſubjungit inde novum miraculum. Mox autem tanta ſuper eum lux cœlitus eſt immiſſa , ut nullus eam ferret adſpectu. Poſtmodum verò inventa eſt fovea , nihil aliud in ſe continens niſi manna , quod videlicet , ſicut dicitur , uſque hodie ſcaturire non deſinit. Sic nimirum dilectum Auctoris vitæ diſcipulum tranſire de ſæculo , dignum fuit , ut tam fieret à dolore mortis extraneus, quàm à corruptione carnis fuerat alienus.*

91. Quæſtio 3. D. Hieron. D. Ambr. Nicephor. D. Iſidor. Damian.

Quæſtio tertia. An Joannes poſt mortem reſurrexerit , & indutus ſuo virgineo corpore in cœlum aſcenderit? Affirmant D. Ambr. in Pſ. 118. ſerm. 20. D Hieron. vel quiſquis eſt Auctor ſer. de Aſſumpt. Nicepho. lib. 1. Hiſtor. c. 35. D Iſid. in lib. Etymolog. Petrus Damianus ſerm. 2. de S. Joa D. Thom. 4. diſt. 43. q. 1. ad 1. & hic, & etiam Albertus Magnus , Carthuſ. Hugo de S. Victore, Ludovic. Granad. ſerm. 3. de S. Joan. Et confirmatur hæc opinio ; quia Joannes in ſepulchrum ingreſſus eſt, & vita functus ; poſtea verò in eo conquiſitum corpus ejus , non eſt repertum , nec aliqua ejus pars , ergo aſſomptus eſt in cœlum , nec obſtat illud Concilii Epheſini ; nam ibi dicimus reliquias appellari ; non corpus , vel oſſa ejus , ſed ſepulchrum , pallium , & veſtes. Hæc opinio , licet pia ſit , multum firmum non habet fundamentum.

92. Quæſtio 4. D. Hieron. *Joannes juxta crucem veluti martyrium habitum.*

Quæſtio quarta. Quomodo Joannes , cum ſit mortuus morte naturali , ab Eccleſia , ac Patribus Martyr vocetur ; Reſpondetur cum D. Hieron. in cap Matth 20. Joannem Martyrem eſſe ; quia Romæ in ferventis olei dolium miſſus eſt , & licet ibi mortuus non ſit , ſed illæſus exierit , tamen ipſe valdè ſponte morti tam acerbæ ſe pro Chriſto obtulit , & illud fervens oleum ſufficiens erat cauſa ad mortem naturaliter inferendam , niſi ipſe miraculosè à Deo ſervaretur illæſus. Et etiam ut quidam gravis Doctor ait apud Novarinum, qui ſic loquentem JESUM introducit : *Qui tunc uſque ad crucem me ſunt ſecuti , ut Joannes, Maria Magdalene* (addo, & Maria ejus Mater) *non oportet moriantur pro me per Martyrium : jam enim juxta crucem commortui ſunt mihi.*

Joan. 21. *n* 24. Hic eſt diſcipulus ille , qui teſtimonium perhibet de his, & ſcripſit hæc : & ſcimus , quia verum eſt teſtimonium ejus.

Num. 25. Sunt autem & alia multa , quæ fecit Jeſus ; quæ ſi ſcriberentur per ſingula , nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt , libros.

VERSIONES.

Syriacus. n. 22. Hic eſt diſcipulus ille , qui teſtatus eſt de his omnibus, quique ſcripſit hæc.

Arabicus. Qui teſtimonium perhibuit de his , &c. & nos ſcimus , verum eſſe teſtimonium ejus.

Arias. Teſtimonium perhibet de his, & ſcribens hæc.

Syriacus n.25. Sunt autem, & alia quamplurima, quæ fecit Jeſus: quæ ſi ſigillatim ſcriberentur, nec ipſe mundus quidem, ut puto ſufficeret iis, qui ſcriberentur, libris.

Vatablus. Quæ ſi ſcribantur ſingillatim, nec ipſe, opinor, mundus caperet eos, qui ſcriberentur, libros.

Cajetanus. Capturum eos, qui ſcribendi forent libri.

EXPOSITIO IV.

93. *Hic eſt diſcipulus ille*, de quo fuit præcedens opinio, & quæſtio; ſemper Joannes, modeſtræ cauſa, de ſe per tertiam perſonam loquitur, *& ſcimus, quia verum eſt teſtimonium ejus*; Euthymius. *Tanquam vehementer fretus veritate, hoc dicit.* Ac ſi dicat, quod ego ſic ſcribo, non ſolum comprobat, ac teſtificatur hoc meum unius teſtimonium, ſed etiam ego, & omnes, qui cum Chriſto Domino in carne verſati fuimus ipſúmque perſpeximus, & audivimus; omnium ergo teſtimonio hæc veritas à me ſcripta, firma ac corroborata conſiſtit, Ita Euth. Alb. Mag. Divus Thomas, Toletus, Maldon. Franc. Luc. Cornel. & alii.

Euthym. Albertus. D. Thom. Toletus. Maldonat. Franc. Luc.

94. *Sunt & alia multa*: Ne quis exiſtimaret, omnia Chriſti geſta hoc modico volumine contineri, ſubdit: *Sunt & alia multa, quæ fecit JESUS.* Supple ex c. 20. n. 30. *Quæ non ſunt ſcripta in libro hoc.* Sed ab aliis Evangeliſtis ſcripta, & omnia omninò ſcripta non ſunt; ſi verò quæras, quare non omnia ſcripta ſunt, ſed aliqua omiſerint Evangeliſtæ? Reſpondet Franc. Luc. impoſſibile id fuiſſe, ideò multa reſtant: *Quæ ſi ſcriberentur per ſingula*, &c. quæ ſic interpretantur. Primò D. Aug. tra. 124. Beda, Rupert. S. Thom. Lyran. & alii, non de ſpatio locorum exponunt, ſed de intelligentia legentium; ac ſi dicatur totus mundus non valet capere, intelligere, ac penetrare myſteria doctrinæ, ac vitæ Chriſti, adeò excelſa, & ſublimia ſunt.

Joan. 20. Fanc. Luc. D. Auguſt. Beda. Rupert. S. Thom. Lyranus.

95. Magis genuinè, ac appoſitè: Hic loquendi modus eſt hyperbole tanquam ſi diceretur; ſi ſingula Chriſti facta, ac dicta ſcriberentur, tam multa, magna, ac excelſa ſcribenda eſſent, ut totus mundus libris impleretur, cum velut plurimi, & innumerabiles ſcriberentur libri, ſic communiter dicitur, in hac bibliotheca innumeri ſunt libri, id eſt quamplurimi ſunt libri: Totus mundus hoc dicit, id eſt, quam plurimi hoc teſtantur: *Ecce totus mundus poſt eum abiit.* Joan. 12. n. 19. id eſt multi ſequuntur JESUM; ita explicant N. D. Cyrill. D. Chryſ. D Aug. Leont. Beda. Euthym. Theoph. Cajet. Ianſen Hugo, Toletus, Franc. Luc. Cornel. & alii.

QUÆSTIO XVII.

Quare Joannes de ſuo Evangelio omnium profert teſtimonium, ſcimus, quia verum eſt teſtimonium ejus?

96. Rationem litteralem dedi in expoſitione; quia pro veritate ſui Evangelii comprobanda, ac teſtificanda, omnes teſtes compellat, qui Chriſtum viderunt, & audierunt; deinde in tanta veneratione, ac reverentia erat ipſe apud omnes diſcipulos, & fideles, ut quod Joannes dicebat, omnes dicerent, & quod ille volebat, omnium erat beneplacitum. *Scripſit, & hæc ſcimus, quia verum eſt teſtimonium ejus.* Aliter videbatur dicendum: Scripſit hæc, & ille ſcit, quòd verum eſt. Optimè tamen Theoph. *Fidenter dico, vera eſſe, ut ſolemus omnes, qui bene fidimus veritati.* Appoſitè ſatis loquitur Evangeliſta: *Scripſit hæc, & ſcimus, quia verum eſt teſtimonium ejus.* Multum enim ipſe confidebat auctoritati ſuæ, quam bene ſciebat, tam magnam eſſe apud omnes, quòd idem erat, quòd ipſe aliquid teſtificaretur, ac ab omnibus, ut veriſſimum, reputari, & approbari.

Tanta erat Joannis auctoritas, ut quod ille dicebat omnes approbarent.

Omnes enim recognoſcebant ſublimitatem, ac altitudinem cognitionis ejus circa divina myſteria. 97.
Vidit N. Joannes in manu ſedentis librum, ſignatum ſigillis ſeptem: *Et nemo poterat, neque in cœlo, neque in terra, neque ſubtus terram, aperire librum, neque reſpicere illum.* Apoc. 5. num. 3. Tamen Agnus accepit de dextera ſedentis in throno librum, & illum aperuit; qui tam myſterioſus erat liber iſte, ut nemo eſſet, neque in cœlo, neque in terra, qui illum poſſet aperire; Juxta D. Hilar. ac Cyrill. liber erat de generatione æterna, ac myſteriis divinis, & hæc tam altiſſima, ac profunda ſunt, ut nemo eſſet, neque in cœlo, neque in terra, qui illa poſſet aperire. Tamen inventus eſt Agnus, qui illa aperuit in cœlo, & Joannes, qui illa aperuit in terris, eructans: *In principio erat verbum*, &c.

Apoc. 5. *Librum de generatione Agnus aperuit in cœlo. Joannes in terra.* D. Hilar. D. Cyrill.

Summam Joannis veritatem omnes recognoſcebant, & ob ejus ſummam veritatem peculiariter erat à Chriſto amatus. 98.
N. D. Cyrill. lib. 12. in Joan. c. 67. *Non enim fuiſſet à veritate dilectus, niſi ab omni falſitate eſſet remotus.* Cum ergo Joannes tam ſtudioſus eſſet veritatis, videtur, humanam conditionem exuiſſe. Ait Regius Vates Pſalm. 115. n. 2. *Ego dixi in exceſſu mea omnis homo mendax.* Atqui David etiam homo erat, ergo cum ipſe homines mentiendi vitio flagrare aſſerit, etiam ipſe mentitur, cum mendaces homines pungit, nam ipſe à natura humana alienus non erat. Perpende, quod ait: *Ego dixi in exceſſu meo:* Qui magno exceſſu elevatur, altè, ac ſublimè Deum meditatur: hominem quodammodo exuit, ac proinde non mentitur. Petrus Damian. lib. 2. epiſt. 14. ad Deſiderium, ſic ait: *Perſpicue dicat: de falſitate hominum, inde veram ſententiam protuli, unde ego ipſe ſuper hominem fui.* Ergo qui verum dicit ſuper terminos humanos quodammodo advolat.

D.Cyrill. Pſal. 115. Damian.

QUÆSTIO XVIII.

Quare Joannes inter omnes Evangeliſtas de ſuo Evangelio profert teſtimonium, quod verum ſit.

De ſuo Evangelio ait Joannes: *Scripſit hæc, & ſcimus, quia verum eſt teſtimonium ejus.* 99.
Nullus alius Evangeliſtarum ſimilia locutus eſt. Optimè enim ipſi Evangeliſtæ noverant, ſe Dei inſtinctu conſcripſiſſe: Qui autem eos, organa Dei loquentis fuiſſe, crederent, vera eos teſtificari non dubitarent, quamquam etiam ipſi hoc facerent: qui autem, humano

Difficultas quæſtionis.

ſpiritu ſcribere autumarent, illis fidem non adhiberent, etiam ſi aſſeveranter ipſi de ſuo Evangelio dicerent: *Scimus, quia verum eſt teſtimonium.* Quid ergo compulit Joannem, ut veluti præoccuparet lectores, ne de ſinceritate ſuæ hiſtoriæ apud eos eſſet aliqua dubitatio?

100. *Encomium ab amico aliquando ſuſpectum.* Reſpondeo, quòd communiter difficilè fides præſtatur geſtorum laudibus, quas intimus amicus decantat, ac celebrat; amor enim maximè mentem obnubilat, & facit, ut quæ exigua ſunt, magna appareant. Cum ergo Joannes noſter ſpecialiſſimè fuiſſet adamatus à Jesu, ne inde quis falsò exiſtimaret, quòd ipſe quidquam amori detuliſſet, præter morem cæterorum Evangeliſtarum, de quibus nemo id ſuſpicaretur, cum præ aliis à Chriſto non fuiſſent dilecti. At Joannes maximè dilectus adjunxit, quòd omnes ſciebant, teſtimonium ejus eſſe verum: *Scimus, quia verum*

Ammonius. *eſt teſtimonium ejus.* Ammonius in catena Græca: *Quaſi veraciter locuto, ſibi ipſi perhibet teſtimonium veritatis; idcircò cum ſæpenumera indefinitè ſemetipſe nominaſſet, hic ſe manifeſte ſignat: non ergo, cum à Deo amaretur, mentitus fuerit, quamobrem nolite dubitare; non enim ipſum veritas amaſſet, ſi veritatem violaſſet.*

101. Baptizato Jesu, cum aſcenderet de aqua, *Ecce aperti ſunt cœli, & vidit ſpiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe. Et ecce vox de cœlis dicens: Hic eſt filius meus dilectus,*

Matth. 3. *in quo mihi complacui*, Matth. 3. nu. 16. 17. Cum

Excluditur omnis ſuſpectio à teſtimonio. primò aperiuntur cœli; deſcendit Spiritus, ut columba; & poſtremò vox Patris auditur. *Hic eſt filius meus dilectus.* Ne quis malignè cogitaret, teſtimonium ſuſpectum eſſe, quia Patris erat, & filius dilectus dicebatur; ideo tot, ac tanta mirabilia præcedunt, ut cœlum aperiatur, & Spiritus ſub columbæ ſpecie appareat, ut tot, ac tantis ſignis teſtimonii veritas firmata, ac corroborata conſiſtat. Et Pater dat teſtimonium de filio, veluti neceſſitate inductus, quia ut noſter

Joan. 11. Evangeliſta ſuggerit ca. 11. num. 27. *Et nemo novit filium, niſi Pater, neque Patrem quis novit, niſi filius, & cui voluerit filius revelare.* Qui dat teſtimonium de aliquo, debet eum cognoſcere; ſi ergo filius à nemine cognoſcitur, excepto genitore, quis de filio quidpiam narrare valeat præter Patrem, qui cum ſolus agnoſcat, quæ ſunt filii, ea

D. Chryſol. teſtificari valet, D. Chryſolog. ſer. 160. *Hodie vox Dei ſuper aquas, quia Pater Deus, ut probaret generis ſidera, ipſe ſui teſtis filii, ipſe aſſertor aſſiſtit.* Hic eſt filius meus dilectus; *quia alterum, qui teſtimonium diceret, non habebat; teſtem generatio neſcit divina, divinitas extraneam non recipit notionem, ipſo filio dicente, nemo novit filium, niſi Pater, neque Patrem quis novit, niſi filius.* Præpondera illud, *quia alterum, qui teſtimoninm diceret non habebat.*

102. *Amor acuit ſtylum.* Ad calcem hujus quæſtionis, ac capitis nota, quòd Joannes ſic terminat ſuum Evangelium: *Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimonium perhibet, & ſcripſit hæc. Diſcipulus ille*, nempe, quem diligebat Jesus, ac ſi ab effectu denotetur ſcribendi ratio, nam amor ſtylum acuit, & carmen pangit Ex quo notat Rupertus, multos Pſalmos à

Rupert. Chriſto denominatos eſſe à Davide Pſal. 9. Pro

Pſalm. 9. occultis filiis, & Pſal. 43. Pſalm. 44 *Ut in perſona*

Pſalm. 43. Pſalm. 44. *ejus, ait, cujus adventum ſuſpirat, pleroſque Pſalmos proferat.* Et Apocal. 5. num. 9. verè amor muſicam docet.

CAPUT IX.

Sanctiſſimum Trinitatis myſterium revelatur à Jeſu Chriſto.

Matth. 28 *n.* 16. Undecim autem diſcipuli abierunt in Galilæam, in montem, ubi conſtituerat illis Jeſus.

Num. 17. Et videntes eum adoraverunt. quidam autem dubitaverunt.

VERSIONES.

Syirac. n. 16. Diſcipuli autem undecim profecti ſunt in Galilæam, in montem, prout conſtituerat eis Jeſus.

Vatabl. Euthym. Quo conſtituerat ipſis Jeſus.

Syriacus. n 17. Et cum eum aſpexiſſent, adoraverunt eum, ex eis porrò nonnulli dubitabant.

EXPOSITIO I.

UNDECIM *diſcipuli.* D. Matth. omiſſis cæteris apparitionibus, [illegible] hujus libri explicavimus, hanc factam [illegible] commemorat ut valdè illuſtrem, tum quia ſæpe prædicta eſt 1.

à Chriſto in Cœnaculo: *Poſtquam reſurrexero,*

præcedam vos in Galilæam. Marc. 14. n. 28. & re- Marc. 14.

ſuſcitatus ait mulieribus: *Nuntiate fratribus meis,* Matth. 28.

ut eant in Galilæam, ibi me videbunt. Matth. 28. n. 10. Quòd etiam Angelus eiſdem mulieribus dixerat ibid n. 7. tum etiam hæc apparitio fuit valdè publica, & multis patens, de ea communiter intelligitur Apoſtol. 1. Cor. 15. n. 6. *Deinde viſus* 1. Cor. 15.

eſt pluſquam quingentis fratribus ſimul. Evangeliſta tamen ait, *undecim diſcipulis:* Id eſt Apoſtoli, nam Judas perierat; & quamvis alii diſcipuli, præter Apoſtolos, ac alii pii fideles, & fœminæ etiam abierint, tamen ut ait Druthmarus: *De Apoſtolis* Druthmar.

propter dignitatem ſolummodo Evangeliſta dicit; nam & alii diſcipuli, & fœminæ abierunt in montem.

In montem; montem, ut aptiſſimum locum, elegit Chriſtus, ut cum ipſe eſſet in eminentiori 2. *Mons Thabor.*

parte, omnes in tanta multitudine, ejus præſentia fruerentur; mons iſte non erat mons Oliveti, ut aliqui exiſtimarunt; talis mons Oliveti eſt in Judæa, hic autem mons erat in Galilæa, & ideo non improbabiliter Lyran. Carthuſian. D. Bonav. Ianſen. opinantur, eſſe montem Thabor. *Ubi conſtituerat illis JESUS*: Locum nempe, & diem illis aſſignavit Jesus, quo ſeipſum à mortuis redivivum monſtraturus, ac exhibiturus erat, licet non Lyranus. Carthuſ. D. Bonav. Ianſen.

ſit ſcriptum, ut notat Euthym. allegoricè. D. Auguſt. lib. 3. de conſenſ Evang ad finem, quòd hæc D. Auguſt.

apparitio, in qua mittitur ad prædicandum Evangelium, ſit in Galilæa, quæ idem valet, ac tranſmigratio, quia Evangelium tranſmigrabatur à populo Judaico ad gentes.

Et videntes eum: Chriſtus apparebat ſuis in 3.

eadem forma, & figura, quam habuit in hac mortali

tali vita; unde ut ab eis cerneretur, fulgorem do-
D.Cyrill. tis claritatis reprimebat, aliter ab eis videri non poterat. Ut rectè notat N.D.Cyril. lib. 12. in Joan. c. 53. quod comprobat ex myſterio Transfigurationis, & docet D. Auguſt. lib. 12. de civit. Dei, c. 19. D.Auguſt. *Claritas in Chriſti corpore, cum reſurrexit, ab oculis diſcipulorum, potius abſconditam fuiſſe, quàm defuiſſe credenda eſt. Non enim eam ferret humanus, atque infirmus aſpectus, quando ille à ſuis ita deberet attendi, ut poſſet agnoſci*, Deinde ait textus: *Et adoraverunt eum.* Clariùs, & excellentiùs, quàm antea, intelligentes, eum eſſe Dei filium, nam in reſurrectione declaratus eſt filius Dei. 1. Rom. 4. 1.Rom. 4. Syriacus. *Quidam autem dubitaverunt*, Clarius Syriacus: *Ex eis nonnulli dubitaverunt.* Ac proinde non Apoſtoli, ſed ex aliis diſcipulis aliqui dubitaverunt; ſi velis, etiam referre ad Apoſtolos, dic, quòd ponitur præteritum perfectum pro pluſquam perfecto; ac proinde denotat Evangeliſta incredulitatem Thomæ; ac aliorum Apoſtolorum, quæ fuit in exordio Reſurrectionis. Sic ait Theophyl. *Illi autem, qui adoraverunt in Galilæa, primum dubitaverunt in Jeruſalem*, Ita Franc. Lucas, Barradas, Cornelius, & alii. Theophyl. Franc. Luc. Barrad. Cornel.

Matth. 28. *n.* 18. Et accedens Jeſus, locutus eſt eis, dicens: data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra.

VERSIONES.

Arabicus. Dominus ſum omni poteſtate in cœlo, & ſuper terram.

Syrus. Datum eſt mihi dominium, ſeu imperium in cælo, & in terra.

Arias. Datum eſt mihi auctoritas.

Syriacus. Datum eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra: ſicut autem me miſit Pater meus, & ego mitto vos.

EXPOSITIO II.

4. *Jeſus, cum dicit ſuam poteſtatem, familiariter agit, aliter homines.*

Et accedens JESUS: propius, ac familiarius loquens cum ſuis Apoſtolis. O quantum diſtat meus Jesus à conditione aliorum hominum, Jesus, cum de ſe publicat ſupremam Poteſtatem, amicè, ac familiariter accedit; homines verò, cum in ſe agnoſcunt aliquod dominationis veſtigium, ita inflantur, ac elevantur, ut cum aliis loqui, ac habere ſermonem, dedignentur. *Data eſt mihi omnis poteſtas.* Miſſurus erat Chriſtus Dominus ſuos Apoſtolos ad prædicandum in toto orbe, ne quis dicat, hoc temere ſibi arrogare, illiſque dare, quod non habebat, publicat, ac manifeſtat ſuam ampliſſimam poteſtatem, & veluti literas patentes ſuæ juriſdictionis oſtendit.

5. Dominus ait: *Data eſt mihi omnis poteſtas*; impiè, ac temerè, ſine ullo fundamento Ariani fabricabant argumentum ad ſuam hæreſim, quâ dicebant, filium minorem eſſe Patre; apertè aberrant hæretici; dupliciter textus explicatur, tam ratione divinitatis, quam ratione humanitatis, data eſt ei omnis poteſtas, qua enim Filius Dei, ac verus Deus, ab æterno data, ac communicata eſt à Patre per generationem æternam cum eſſentia divina omnis poteſtas, omniſque attributorum perfectio, quâ etiam homo, data eſt ei omnis poteſtas Incarnatione, ob dignitatem unionis hypoſtaticæ cum verbo. Ita communiter Patres. D. Athanaſ. orat. contra Arrian. D. Cyrill. Alexand. lib. 2. in Joan. c. 73. D. Greg. Nyſſ. contra Arrian. ſic & explicant illud Luc. 10. num. 22. *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.* D. Athanaſ. D. Cyrill. D. Nyſſen. Luc. 10.

QUÆSTIO I.

Quare Chriſtus Dominus ait hoc in loco, ſibi eſſe datam omnem poteſtatem in cœlo, ac in terra?

Hæc Chriſti Domini apparitio fuit valdè illuſtriſſima, & ideò ad eam determinavit, ac deſignavit Chriſtus Dominus diem, & locum, ut dixi in expoſit. n. 1. & 2. In hac enim declaravit ſuam ſupremam poteſtatem in cælo, & in terra, revelavitque altiſſimum Trinitatis myſterium: Cur ergo hic ſuam poteſtatem manifeſtat? Inquirit præſens quæſtio. 6. *Hæc Chriſti apparitio illuſtriſſima.*

Reſpondeo primò ad quæſtionem. Mittebat Chriſtus Apoſtolos ſuos ad prædicandum, ac baptizandum omnes gentes, inde ſuum dominium declarat, ſuæ poteſtatis veluti literas exhibet, ut dixi in expoſitione, ne quis cogitaret, quod ipſe uſurpabat alienum officium, alienóque in munere ſe intromittebat. Pro quo vide multa tam hoc tomo, quàm ſuperioribus. Verb. *Officium.* 7. *Nullus exeat ab ſphera ſua poteſtatis.*

Secundò. Quia ut dicitur verſ. antecedent. num. 17. *Videntes autem eum, quidam adoraverunt, quidam autem dubitaverunt*: De myſterio nempe ſuæ Reſurrectionis, inde eis aperit ſuam ſupremam poteſtatem in cœlo, ac in terra, ut à dubitantibus excludat omne dubium; qui enim tanta poteſtate eminebat ad miracula ac prodigia facienda, planum erat, quòd ſe à mortuis poterat excitare. Ex quo nota, quod Chriſtus primò excludit dubium ab his, qui aderant, deinde per totum orbem mandat docere, & baptizare omnes gentes; primùm enim ſubveniendum neceſſitati præſentium, deinde abſentium, ac diſtantium indigentiæ occurrendum. 8. *Subveniendũ præſentibus, deinde abſentibus.*

Tertiò. Volebat Chriſtus, revelare myſterium Trinitatis, inde prius oſtendit ſuam ſupremam, & altiſſimam poteſtatem cum omni perfectione, ac eminentia, ſolus enim, qui habebat tam excellentem poteſtatem, poterat habere clavem, ut aperiret tam ſublime, & altum arcanum Trinitatis. Veniunt tres Angeli ad Abraham, quos ipſe appoſito convivio benigne recipit, qui & multa ſigna divinæ poteſtatis exhibent, ſterili ſeni Sarai filium promittunt intra annum, vita incolumi, ac ſuperſtite: *Revertens veniam ad te tempore iſto, vita comite, & habebit filium Sara uxor tua.* Gen. 18. n. 10. promittúntque ei æterni Verbi Incarnationem ex ſemine ejus: *Benedicendæ ſint in te omnes nationes terræ.* Magnoſque duces à ſemine ejus oriundos fore: *Cum futurus ſit in gentem magnam, & robuſtam.* Ad quid tot, ac tantæ divinæ omnipotentiæ oſtentationes fiunt modò in hoc hoſpitio, ac domo? revelandum erat ibi myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis, ut Eccleſia canit in Dominica Quinquageſimæ: *Abraham in figura ſummæ Trinitatis tres Angelos hoſpitio ſuſcepit, tres vidit, & unum* 9. *Myſterium Trinitatis inter magna ſigna divinæ potentiæ declaratur.* Geneſ. 18. Eccleſia.

 adoravit.

adoravit. Cum ergo ibi tam altum myſterium declarandum eſſet, expediebat, ut divina majeſtas magnis, & aliis mirabilibus ſuæ omnipotentiæ manifeſtaretur quia ſolum inter radios, ac fulgores tantæ potentiæ, & majeſtatis, ſublime Trinitatis arcanum reſerandum erat. Anaſtaſius Abbas contra Judæos: *Sterili dat puerum, & quod magis, Trinitatem declarat.*

Anaſt. Abb.

10. Joan. 2. *Declarantur tres perſonæ inter multa ſigna divinæ omnipotentiæ.*

Judæis ait Chriſtus Dominus: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Joan. 2. n. 19. Ad quid tres dies requiruntur ad excitandum templum corporis ſui? In illo triduo magna, & alta mirabilia erant operanda, mors vincenda; remiſſio peccatorum danda; Reſurrectio corporis Chriſti operanda; at qui hæc omnia divina omnipotentia in inſtanti poterat operari; ad quid tres dies interponuntur? In nomine Chriſti ſciſſum eſt velum, & divina myſteria ſunt reſerata; ac proinde per illos tres dies ſequentes, tanquam in umbra, & figura, voluit Deus innuere tres divinas Perſonas; inde ad hos tres dies tot mirabilia reſervantur, ut in illis ſit mortis victoria, remiſſio peccatorum, Reſurrectio; corporis Chriſti. Trinitatis enim myſterium non erat aperiendum, niſi inter magna ſigna, ac præclaras divinæ omnipotentiæ, ac majeſtatis oſtentationes. D. Ephrem ſerm. de Pœnitent. *Per tres dies mors ſoluta eſt per tres remiſſio datur: quoniam per tres dies reſurrectio facta eſt. Poterant in monumento, in ictu oculi, omnia fieri; ſed ob myſterium Trinitatis intra triduum hoſtem gratia ligavit, non quòd impotens eſſet, citra eos* (nimirum tres dies) *agere, quæ oportebat, ſed ut myſterium oſtenderetur divinitatis.*

D. Ephrem.

QUÆSTIO II.

Quare Chriſtus Dominus non ſolum ait, quòd data ſit ei poteſtas, ſed etiam omnis poteſtas.

11. CUm Chriſtus ait, data eſt mihi omnis poteſtas, ſuum ſupremum, & abſolutum dominium denotat, quo omnia ſubjecta ſunt ſub pedibus ejus. Sicut & ipſe de ſe ait: *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.* Luc. 10. n. 22. *Omnia dedit ei Pater in manus.* Joan. 13. n. 3. & hæc eſt communis ſententia.

Luc. 10. Joan. 13.

12. *Poteſtas ſit independens ad rectè agendum.*

Aliam rationem aſſigno. Cum ait, data eſt mihi omnis poteſtas, ſuam ſupremam rectitudinem, ac altiſſimam independentiam oſtendit, nam cum in eo ſit omnis poteſtas, non eſt, à quo dependeat, aut vereatur; rarò enim juſtitiam rectè exequitur, qui ab alio expectat ſuffragium, aut ſupplicium timet.

13. Exod. 7.

Mittitur Moyſes legatus ad Pharaonem, ait ei Deus. *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis:* Exod. 7. n. 1. Cur non potius ait: Te conſtitui Imperatorem, regem, ſeu principem Pharaonis: Sed Deum, Moyſes purus erat homo, divinitatis excellentia puro homini omnino repugnat, quomodo ergo, cum legatus deſtinatur ad Pharaonem, ei dicitur: *Conſtitui te Deum Pharaonis.* Non ita dictum eſt, ac ſi divinitas communicata eſſet Moyſi, ſed quòd tam excellens animi fortitudo ei conceſſa eſt, cum ageret, ac loqueretur cum Pharaone, ac ſi divinam, & independentem poteſtatem ab aliquo haberet, Abulenſis ad cap. 7. Exod. q. 1. *Poteſt accipi, ait, pro Deo figuratè, ſcilicet, conſtitui te Deum Pharaonis, id eſt, non ſolum dedi tibi poteſtatem ſuper eum, ut Dominus tenet ſuper ſervum ſuum, ſed etiam te fieri Deum ejus, id eſt, dedi tibi poteſtatem ſuper eum talem, qualem ſolus Deus habet.* Si Moyſes conſtitueretur Imperator, Rex, ſeu Princeps Pharaonis, etiam aliqua dependentia ibi denotaretur; nam hi, licet excellentiſſimi magnates, eam habent ab aliis, ac etiam à ſuis ſubditis. At cum dicitur, Deus Pharaonis, omnis dependentia excluditur, Moyſes legatus ad Pharaonem deſtinabatur, ut ergo vices ſui muneris rectè adimpleret, omnis dependentiæ ratio ab eo expellitur, ut cum omni fortitudine, ac libertate; ſine metu, cum Rege ageret, & loqueretur.

Abulenſ. *Munus rè exercetur, ubi nulla eſt dependentia.*

14. Num. 5.

Mandavit Deus Moyſi Numer. 5. n. 9. *Omnes quoque primitiæ, quas offerunt filii Iſraël, ad Sacerdotem pertinent? & quidquid in ſanctuarium offertur à ſingulis & traditur manibus Sacerdotis, ipſius erit.* Cur Deus ad ſuſtentationem Sacerdotum tam ſollicitè alimentum providit? nonne ſufficeret, ut ejus ſuſtentationem miniſtrarent, reges, principes, ac populi? quare ergo Deus divino jure voluit eis conſignare, non qualeſcumque fructus, ſed primitias agrorum? Ad Sacerdotes ſpectabat, judicare cauſas religionis, etiam interveniente rege, principe, ac populo, ſic & Azarias Sacerdos arguit regem Oziam offerentem incenſum. 2. Paralip. 26. num. 18. Cum autem dependentia ſæpè ſæpius mentem perturbet, judicium ſubvertat, & illicita quandoque perpetrare perſuadeat, inde determinavit ut Sacerdotes eſſent liberi, & independentes, ut agerent abſque formidine, quæ expediebat, inde divina Providentia eis taxavit omnium rerum primitias, quibus copioſiſſimè abundarent. D. Hieron, epiſt. 128. ad Fabiolam: *Primitiæ ciborum, ait, & omnium frugum, atque pomorum offeruntur Antiſtiti: ut habens victum atque veſtitum, abſque ullo impedimento, ſecurus, & liber ſerviat Domino.* Perpende ultima verba.

2. Paral. 26. *Dei miniſter, cum ſit independens, nil timet.* D. Hieron.

QUÆSTIO III.

Quare cum Chriſtus dicat, quòd data eſt ei omnis poteſtas in cælo, & in terra, cur etiam non ait: in inferno?

15. CUm Chriſtus ait in præſenti: *In cælo, & in terra,* id eſt, ſuper omnem creaturam, quæ in cælo, vel in terra, vel ubicumque eſt; nam ut ait Druthmarus, per cælum, & terram; univerſa creatura intelligitur. Morte enim ſua comparavit imperium in omnem creaturam, ita ut *in nomine JESU flectatur omne genu cæleſtium, terreſtrium, & infernorum.* Philipp 2. n. 2.

Druthmar. Philipp. 2.

16. Reſpondeo ſecundò Quod ſolum ait, *in cælo, & in terra;* ſicut & Paul. ad Epheſ. 1. n. 22. ait: *& ipſum dedit* (ſcilicet Deus Pater) *caput ſuper omnem Eccleſiam,* ſive triumphantem in cælo: ſive militantem in terra; Chriſtus ergo ſolum hic facit mentionem in cælo, ac terra, ut homines degentes in terra, magis ad ſe traheret cœleſti præmio, quam metu gehennalis pœnæ; magis volens, allicere ad ſe omnium animos benignitate, quam pœna, ac rigore. Vide *Benignitas.*

Epheſ. 1. *Animi reconciliandi potius amore, quam timore.*

17. Tertiò, Commemorat ſuam poteſtatem in

cælo

Dei potentia ad benefaciendum omnibus.
Rom. 1.

cælo,& in terra,non in inferno, ut maximè declaret ſuam potentiam eſſe, ut omnibus benefaciat, & nemini noceat. Ait Paulus Rom. 1. num. 4. *Qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute ſecundum ſpiritum ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorum.*

D. Auguſt.
Alia lectio.

D. Auguſt. in expoſitione inchoata hujus epiſt ait: *Qui apparuit filius Dei.* Alii legunt: *Qui declaratus eſt filius Dei, potentia Spiritus ſancti data, & communicata hominibus, & Apoſtolis, per quam ſigna, & miracula efficaciſſima dederunt.* Perpende: *Declaratus eſt filius Dei, potentia Spiritus ſancti,* homines ſanctificante,in cujus rei confirmationem multa ſigna facta ſunt, ut homines ſalvaret, & adduceret in gloriam.

Dei potentia ad benefaciendum, hominis verò ad nocendum.
Exod. 7.

18\. Magna eſt differentia inter potentiam Dei, & hominis, potentia Dei per ſe ordinatur ad benefaciendum, hominis verò ad nocendum: Mittitur Moyſes legatus ad Pharaonem, eique dicitur: *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis.* Exod. 7 num. 1 Magnáque cum poteſtate proficiſcitur in Ægyptum, ubi multa, & magna ſigna operatur, aquas convertit in ſanguinem, tenebras induxit, ranas, ac Scyniphes produxit, & alia ſimilia, quæ primariò facta ſunt pro tutamine juſtitiæ, ut Iſraël dimitteretur;ut magi ſua arte,ac potentia ediderunt etiam ſigna ſua ſtudioſè, directè ad opprimendum Iſraëlem, ac ad ſubvertendam juſtitiam, Moyſes, etſi aliquod inferebat ſupplicium impio Pharaoni, erar,ut ipſe à ſua tyrannide deſiſteret; cum tamen ille ſub Dei flagello divinam opem implorabat, & Moyſem deprecabatur, ſtatim Moyſes impoſitam pœnam removebat; at longè aliter ſe res habebat in Magis Pharaonis, qui cum dæmonis virtute, ac potentia ſigna ederent, in perniciem,& incommodum illa patrabant,ac proinde plagas poterant inferre, nullatenus verò auferre. Quod proſequitur Origenes hom. 13. in Numeros, inter alia ſic ait: *Produxerunt Ægyptiorum Magi Scyniphes, ſed non potuerunt repellere eas, Moyſes verò produxit eas; & reſtituit, Deus enim noſter delere facit, & iterum reſtituit, contraria autem virtus male quidem facere aliquid poteſt, ſed reſtituere in integrum non poteſt.*

Origenes.

Vbi eſt umbra Trinitatis, nulla eſt flamma urens.

19\. Quartò, Volebat Chriſtus Dominus, revelare myſterium Trinitatis, ubi autem ſanctæ Trinitatis memoria eſt, ſtatim omnis pœna, omniſque flamma comberens extinguitur, ac diſſipatur, Mittuntur tres pueri in fornacem ignis ardentis, ob contemptam auream regis ſtatuam; res mira, ubi caminum ingrediuntur, non ſolum flamma eos non comburit,ſed etiam excutitur, & loco illus ſuccedit ſibilus auræ tenuis maximè recreans, & omnes exhilarans: *Angelus Domini deſcendit cum Azaria, & ſociis ejus in fornacem, & excuſſit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem, & non tetigit eos omninò ignis, neque contriſtavit, nec quidquam moleſtia intulit.* Daniel. 3. n 50. Et unde res tam mira?erant tres pueri, & ubi typus ſanctiſſimæ Trinitatis in ternario numero apparebat, omnis flamma,pœna, ac moleſtia diſſipata eſt. D. Zeno ſerm. 4. de tribus pueris ſic ait: *Sacramento Trinitatis, tam potentis elementi ſubacta natura eſt. Qui putabantur incendio extingui, emicant beatiores incenſi.* Ubi Trinitatis fulget adumbratio, omne noxium cadit, ac diſparet,& loco illius, quod maximè perjucundat, ſuccedit.

Dan. 3.
D. Zeno.

40\. De ſacrificando filio præceptum accepit Abrahamus à Deo,quod ut executioni mandaret,viam arripit, dicente Domino: Veni in terram, quam monſtravero tibi. *Die autem tertio: elevatis oculis vidit locum procul. Dixitque ad pueros ſuos: expectate hic: ego autem, & puer illuc uſque properantes, poſtquam autem adoraverimus, revertemus ad vos.* Geneſ. 22. num 4. è domo exivit Abrahamus, ut filium immolaret, nihilque in toto itinere aliud erat in mente, quàm pueri immolatio. Unde ergo modo pueri incolumitatem auſpicatur, cum ait: *Revertemur ad vos?* Si Iſaac jugulandus erat, unde illi potuit venire in mentem illius ſalus, & vita? notanter ait text. *Tertio autem die, elevatis oculis.* Non die ſecunda, vel quarta, ſeu quinta, ſed die tertia oſtenditur locus immolationis,cum ergo ibi ſanctiſſimæ Trinitatis quædam adumbratio effulſit, ibi etiam auſpicium incolumitatis, ac proſperitatis,ut nulla ibi poſſet eſſe mors. D. Chryſ. tom. 5. hom. in illud Pauli: *Cum autem ſubjecta fuerint ei.* ſic loquitur: *Omnes dies Dei ſunt, & tres ſerviunt myſterio. Qui illi tres? Accipe Iſaac, dicit, quem dilexiſti filium tuum unigenitum, vade in unum montium. Ambulavit Abraham tres dies, & tres noctes, ut ſimul myſterium monſtraret. Sic enim quaſi à morte viventem accepit Iſaac.*

Geneſ. 22.
Umbra Trinitatis auſpicium vitæ, & mortis extinctio.
D. Chryſ.

QUÆSTIO IV.

Quare Chriſtus Dominus ait, quòd poteſtas ei ſit data, cùm eam hæreditario jure haberet per generationem, ut filius Dei.

SUam poteſtatem acceptam à Deo Patre recognoſcit Chriſtus, ut & homines ſuam poteſtatem acceptam Deo referant;ſuam poteſtatem dicit Chriſtus à Patre acceptam, ut & homines ſciant ſuam poteſtatem à Deo acceptam, ut illa non abutantur pro velle,ſed pro juſtitia. ac ordinatione illius, qui eam illis dedit. Ait Deus per Oſeam 11. n. 9. *Non faciam furorem iræ meæ, non convertam, ut diſperdam Ephraim: quoniam Deus ego, & non homo.* In originali Hebræo habetur: *El*;id eſt,fortis,ac potens,ac ſi dicatur,ex eo quod ego ſum Deus fortis, ac potens cum omni potentia, non faciam ſecundum furorem iræ meæ, inferens quæcumque mala poſſum,tanquam deflectendo,ac detorquendo à recto;è contra verò homines tantum nocent, quantum valent,ac poſſunt,tranſgredientes,ac ſubvertentes omnes juſtitiæ metas, ſic iniquo regi dixit Adoleſcens ſanctiſſimus 2. Machab. 7. n. 16 *Poteſtatem inter homines habens, cum ſis corruptibilis, facis,quod vis.* Amos 4. n. 1. *Dicitis Dominis veſtris, afferte, & bibemus.* Pauperum ſcilicet ſanguinem,ut illo pro noſtra voluntate ſaturemur. 21.

Oſeæ. 11.
Deus exercet potentiam ſecundùm juſtitiam, homines pro ſua voluntate.
2. Machab. 7
Amor 4.

Ad quæſtionem reſpondet D. Anaſtaſ. Sinaïta lib. 4. de rectis fidei dogmatibus: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra, ac ſi manifeſtè diceret authorem gloriæ iſtius crucem eſſe, & per crucem irrogatam mortem.* Dum ipſe ligno adhæret, manúſque extenſæ clavis crucifiguntur, ipſéque totus ſauciatus apparet, ubi per crucem, paſſionem, ac mortem ei datur poteſtas in cælo;an Domine poteſtas aliquando à te abſuit?Minimè Cum ſis Deus verus de Deo vero, cum à Deo Patre majeſtatem hæreditariam,per æternam generationem, habeas, verum eſt, quòd ut filius Dei,ab æterno habes ſupremam poteſtatem, hanc tamen generoſè tacet, & ſolum ſibi poteſtatem meritis, factis, ac operibus 22.

Anaſ. Sin.
Chriſti poteſtas à cruce, & meritis celebratur.

Drogo. bus partam commemorat, ut dicit Drogo ſerm. de Sacram. Dominicæ Paſſionis: *Data eſt tibi, Domine JESU, omnis poteſtas in cœlo, & in terra; Magne Rex virtutum quia factus es obediens Patri uſque ad mortem, mortem autem crucis; ecce elevata eſt magnificentia tua ſuper cælos, & omnia ſubjecta ſunt ſub pedibus tuis.*

23. Tertull. Eleganter ait Tertullianus lib. de corona Militis, cap. 14. *Illam Chriſti coronam æmuleris, quæ poſtea ei obvenit, quia & favos poſt fella guſtavit, nec ante Rex gloriæ à cæleſtibus ſalutatus eſt, quàm Rex Judæorum proſcriptus in cruce.* Chriſtus poſt reſurrectionem comedit favum mellis Luc. 24. num. 43. (Luc. 24.) Prius tamen in Paſſione guſtato felle, Chriſtus aſcendens in cælum acclamatus eſt à cœleſtibus ſpiritibus *Rex gloriæ*: Pſal. 23. n. 7. (Pſalm. 23.) Tamen prius in cruce per ludibrium affixus eſt titulus, Rex Judæorum; ac ſi cœleſtibus ſpiritibus perſuaſum eſſet, ad regiam, cœleſtémque ſedem, nonniſi per laborum merita, conſtituta æterna Dei lege, adveniendum, ut non antea Chriſtum Regem gloriæ ſalutaverint, quam ipſum in cruce, ut Regem fictum ludibrio habitum, vidiſſent. Sic regalis majeſtas, coronáque, labore, ſudore, ac meritis comparanda eſt. Mandavit Deus Moyſi, facere menſam, aitque illi Exod. 25. n. 25. (Exod. 25.) *Faciéſque illi & labium aureum, & ipſi labio coronam interaſilem:* Ex Græco legitur: *Coronam pugilis*: (Græcus.) Ac ſi talis corona in domo Dei eſſet pugna, manu, ac labore comparanda.

Regis titulus, regiſque corona ex meritis.

24. Pſalm. 2. In perſona Chriſti ait Regius Vates Pſalm. 2. n. 6. *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus.* Cur ad regnum Chriſti mons Sion deſtinatur? Cur non potius mons Thabor, vel Sinaï, ubi maximè divina majeſtas ſe oſtentavit? quid peculiare fuit in hoc monte, ut ad Chriſti regnum eligeretur? Mons Sion, ſeu civitas Sion vi, ac armis occupata eſt à Davide, inde ipſe nomine ſuo, *vocavit eam, civitatem David* 2. Reg. 5. num. 9. (2. Reg. 5.) *ad laudem victoriæ magnificæ.* Abulenſis (Abulenſ.) ibi q. 10. in qua David multis annis regnavit, ſic & ab Avo ſuo hauſit Chriſtus, ut Mons Sion ad regnum ejus eſſet præſcriptus; qui tale regnum à Chriſto erat obtinendum labore, ſudore, ac armis crucis, & clavorum: *Conſtitutus ſum Rex.* Et cum immediatè dicatur in Pſalmo: *Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te.* Quod de Incarnatione magna pars Patrum interpretatur; numquid ipſe regis titulus apparet in eo ab ipſa Incarnatione? ego talem nomenclaturam veſtibus ejus inſertam non video, niſi poſtquam Chriſtus cruentam ſuam canit victoriam; nam in Apoc. 19. num. 13. (Apoc. 19.) dicitur: *Veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine.*

Ubi pugna, ibi Regis corona.

25. Cum David regnare cœpiſſet, & auſpicaretur regnum ſuum in Hebron, Joab Princeps militum erat, ut patet ex multis locis. 2. Reg. c. 2. num. 13. & cap. 3. n. 22. (2. Reg. 2.) Arcem multis David expugnare conatur, & edicto milites maximè excitat, ut qui arcem Sion prius invaſerit, Princeps militum conſtituatur: *Aſcendit igitur primus Joab, & factus eſt Princeps* 1. Paralip. c. 11. n. 6. (1. Paral. 11.) Joab jam olim princeps militum, modò quomodò creatus eſt Princeps militum? antea Joab militum præfectus erat ex gratia, ac conceſſione Davidis? nunc verò ſuo labore, ac robore principatum ſibi comparat. Abulenſ. ibi quæſt. 10. (Abulenſ.) *Et ſic dicebatur nunc factus princeps jure ſuo, cum prius eſſet princeps ex conceſſione*: Non ex affectu regis gratiæ, ſed ex difficili pugna, ac meritò virtutis bellicæ, tali titulo honoratus eſt Joab; & ideò eo maximè ſublimari, ac inſigniri voluit.

Magnus honor qui juſto conſtat labore.

QUÆSTIO V.

Quare cum Chriſtus Dominus ſuos Apoſtolos cum magna juriſdictione mittit in totum mundum, ait eis: data eſt mihi omnis poteſtas, ac ſi gratis fuiſſet data?

DUo in præſenti quæſtione inquiro: Quare Chriſtus Dominus ait: *Data eſt mihi omnis poteſtas?* Ac ſi gratis ei fuiſſet conceſſa; cum tamen magnis meritis eſſet obtenta; non ait Chriſtus, mihi magna poteſtas eſt, quàm meis meritis comparavi, ſed data eſt mihi, ac gratis eſſet exhibita. 26.

Reſpondeo. Præter dicta ſuperiori quæſtione magnam differentiam exiſtere inter benemeritum, ac indignum: Benemeritus dona ſibi collata, tanquam ex gratia, & benignitate reputat, indignus verò, tanquam ex juſtitia, ab obligatione, omnia ſibi deberi, pro certò autumat. In extrema die dicet Rex ſuis electis: *Venite benedicti Patris mei* Reprobis verò: *Diſcedite à me maledicti?* Matth. 25. num. 45. (Matth. 25.) ut rectè notavit Origenes tract. 34. in Matth. (Origenes.) *Sicut juſtis dixerat: Venite, ita & injuſtis dicit; diſcedite.* Inter utrumque verbum *venite, diſcedite*, magnum interjacet diſcrimen. Nam qui diſcedunt in proximo, ac propinquo ſunt, qui autem vocantur, ut veniant, diſtantes & longè habentur. Damnati, ut indigni, Chriſto approximarunt, apud ſe ſtatuentes, tam honorificum locum eis deberi; at juſti, cum illum appenderent in magna gratia, & favore, ob ſuam modeſtiam ſe indignos exiſtimabant, & appropinquare non audebant, ſed à longè ſtabant. 27.

Benemeritus datū donum reputat ex favore, ſecus indignus.

Secundò, & principaliter inquiro, quare quando Chriſtus Dominus ſuos Apoſtolos mittit in totum mundum cum magno principatu ad docendum, ac prædicandum, ac baptizandum, cum ampliſſima juriſdictione ad regendam, ac gubernandam Eccleſiam, ait eis: *Data eſt mihi, omnis poteſtas?* Ut Apoſtoli in tanto rerum apice, conſiderent, quod adhuc eſt alia poteſtas eis, ſuperior, quæ eorum actiones, ac operationes diſquirat, ac judicet: de potentatibus hujus ſæculi dicitur Eccleſiaſtes 5. n. 7. (Eccleſ. 5.) *Excelſo excelſior eſt alius, & ſuper hos quoque eminentiores ſunt alii.* 28.

Excelſis excelſior eſt alius

In primo rerum molimine ſemper dicitur, quòd Deus fecit: Dixit Deus, fiat lux, & facta eſt lux: Fecit Deus firmamentum; fecit Deus duo luminaria magna: Creavit Deus, cete grandia, & ſic in ſimilibus. Cum verò ad creationem hominis devenitur, mutato ſtylo, refertur: *formavit Dominus Deus hominem* Geneſ. 1. numero 7. (Geneſ. 1.) In creatione aliarum rerum ſolum dicitur, Deus; hic verò, Dominus Deus, ut notavit Tertullianus lib. adverſ. Hermo. cap. 5. (Tertull.) *In principio Deus fecit cælum, & terram, & dixit Deus, & fecit Deus, & vidit Deus, nuſquam Dominus; at ubi univerſa perfecit, ipſum quoque, vel maximè hominem, qui propriè Dominum intellecturus erat, Dominus etiam appellatur; ac inde Dominus, qui retrò Deus tantum.* Cur ergo, creato homine, Dominus Deus dicitur? Producebatur homo, ut 29.

Qui dominatur, cogitet, alium habere ſuperiorem.

ut præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli: In creatione ergo hominis omnes ſuperioritates conditori apponuntur, ut dicatur Dominus Deus, ut homo in tanto faſtigio principatus recognoſcat, quòd ſit Dominus Deus dominans, ac imperans ſuper univerſa creata, ad cujus nutum omnia moventur, coram quo debet ſtare ad rationem reddendam.

30. Secundò dicitur, quòd ei data ſit omnis poteſtas, ut oſtendatur, quòd ipſe ſolus verus eſt Rex, in quo eſt tota poteſtatis plenitudo, Reges vero terræ ſuam poteſtatem habent diviſam, ac dependentem à ſubdito, aulico, familiari, ab intimis, à Conſiliario, & aliis; at Chriſtus Dominus in ſeipſo habet omnimodam poteſtatem, ut nullius ope indigeat.

31. Maximè dubitabis, quiſnam graviorem injuriam intulerit Chriſto Domino in ſua paſſione, Pilatus, an Judæi? Mihi videtur Pilatus; Judæi enim obnixè urgebant, ut Chriſtus moreretur; regi autem nil magis decorum, ac decens eſt, quàm pro ſuis vitam profundere, ac mortem obire. At Pilatus taliter ſe habuit, ut Chriſtum regem, regiámque ejus poteſtatem denegaret: *JESUM tradidit voluntati eorum.* Luc. 23. n. 25. Cum ergo Pilatus vellet; eum ſubjicere aliorum voluntati, ſine dubio, ejus regiam dignitatem denegabat, qui enim alterius voluntati ſubditur, ut ab eo regatur, ac ducatur ad hoc, & illud, minimè regia dignitate fulget, ſed veluti ab ea ſpoliatus cenſendus eſt.

Imperãs, qui alteri ſua datur, nõ eſt Rex.

Luc. 13.

Matth. 20. n. 19. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.

VERSIONES.

D. Hilar. Euntes nunc docete.

Tertul. lib. adverſ. hæretic. 20. Ite ad tingendas nationes in Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum.

Franc. Luc ex Græco. Diſcipulate, ſeu diſcipulos reddite.

Syriacus. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.

EXPOSITIO III.

32. EUNTES *ergo:* in univerſam terram ſicut dixerat; *data eſt mihi poteſtas in cœlo, & in terra.* Ipſe enim jam cælum aſcendebat, quæ erat una pars regni ſui, & jam pacata; de altera parte, ſcilicet terra, quæ comparanda erat ad gratiam, & ſalutem, nunc agit: *Euntes ergo,* ac ſi ſemper eſſet eundum; quia bonus miniſter debet ſemper ire, & nunquam ceſſare. *Docete omnes gentes:* Poteſtate à me vobis data, prædicate meam fidem, meámque doctrinam Evangelicam: *Omnes gentes,* ait, cum poteſtas ejus ſit in omnes gentes, de omnibus curam agit. *Docete:* Ante ſuſceptum nempe Baptiſmum. Strabus Primo docendus eſt auditor, deinde fidei Sacramentis imbuendus.

Strabus.

33. *Baptizantes eos:* Baptizare, idem eſt, ac Græcè aqua mergere, lavare, abluere. Unde Tertullian. frequenter vertit: *Tingere.* Et dicitur: *In nomine Patris & Filii, & Spiritus ſancti.* Hæc eſt forma Baptiſmi, ut conſtat ex antiquiſſima Eccleſiæ traditione, ac ſacris Conciliis; hac forma profitemur Deum trinum in perſonis; in unitate unius eſſentiæ. Et non dicitur in nominibus, ſed *in nomine,* hoc eſt, invocato nomine, ſeu deitate, ſeu eſſentia trium Divinarum perſonarum. Euthym. *Unum nomen trium, denotat unam S. Trinitatis naturam.* Et dicitur: *Baptizantes eos,* &c. tanquam veluti teſtantes, id, quod facitis, non veſtra, ſed Dei Patris, Filii, & Spiritus ſancti auctoritate, ac perſona efficere, ne veſter, ſed Dei baptiſmus eſſe credatur.

Græcus. Tertull.

QUÆSTIO VI.

Quare commemorata poteſtate ſibi data in cælo, ac in terra, ſtatim Chriſtus ſuis mandat: Docete omnes gentes?

Ait Chriſtus Dominus: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra: euntes ergo docete omnes gentes.* Accepta ſibi poteſtate in homines, ſtatim de eorum ſalute pertractat, ac agit. Bonus enim princeps curam captat de ſalute gentis ſuæ, ut in hoc nullum interponat otium, nullámque requiem: de Chriſto Domino dicitur Sap. 7. n. 26. *Speculum majeſtatis.* Textus Græcus legit: *Speculum operationis*; ac ſi idem ſit majeſtas, ac operatio erga ſubditos, & inferiores. Unde ſapienter ait Philo lib. 1. Allegoriar. *Mortem in Deum cadere, ſi cadit otium*; id eſt, Deus, non eſſet Deus, ſi ad extra non ageret rerum curam, ſuis providendo, ac miniſtrando. 34.

Sapient. 7. *Regis eſt, laborare pro Republica.* Philo.

Ait Jeremias 35. n. 4. *Miſit Dominus ad vos omnes ſervos ſuos Prophetas conſurgens diluculo:* Et iterum c. 27. n. 4. ſic Deus introducitur: *Quos ego miſi ad vos de nocte conſurgens.* Nunquid Deus dormit, ut dicatur conſurgere? vel nunquid erga Deum eſt dies, vel nox, mane, vel veſpere, ut dicatur, de nocte, ſeu diluculo conſurgere? hæc dicuntur, ut ſæculi potentes exemplum capient; magnus enim princeps otium non alit, ſed pro communi ſalute ſemper ſine intermiſſione vigilat. D. Hieron. *Per omnes populum ſuum Deus ſemper admonuit; & quaſi ipſe in vigiliis, & in excubiis conſtitutus, ſurrexit diluculo, ut ſuum populum commoneret.* 35.

Jerem. 25. Jerem. 27. *In Deo magna ſolicitudo, ut hominibus conſulat.* D. Hieron.

Commemoratur Dominus tanquam in paterno regno conſtitutus, ut veniens diſtributurus ſuis præmia, ac dona? & tanquam de alio, locutus eſt: *Beati ſunt ſervi illi, quos cum venerit Dominus, invenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.* Luc. 12. n. 37. Proponitur Dominus venturus ad ſervos ſuos, & introducitur præcinctus, & miniſtrans; Si dicitur venturus Dominus, *quod cum venerit Dominus:* cur ſubitò oſtenditur ille famulus? Imò cur in eo tot ſervorum ſigna congeruntur, cum ſcribatur præcinctus, & tranſiens, ac miniſtrans? Ideò tot ſervorum ſigna in eo apparent; ut qui ſemel Dominus appellatus eſt, multis ſervus demonſtretur, ac ſi dominationis præcellentia, quædam ſervitutis congeries ſit; & Dominus dictus, non ut dominationis nota congaudeat, ſed ut in multis ſe ſervum oſtendat, & vocabulum dominationis, ſervitutis ſignis corripitur, ac emendatur. D. Chryſolog. ſerm. 24. *Præcinget ſe Deus, & faciet ſervos diſcumbere, & miniſtrabit eis. En mutatio inaudita rerum, en terribilis correptio dominationis.* 36.

Luc. 22. *Dominatio catena ſervitutis.* D. Chryſol.

37\. Jerem. 1. *Qui honore ſuſcipit, labore ſuſcipit.*

Ait Deus Jerem. 1. n. 10. *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna: ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes.* Maximè expendenda eſt ſublimitas dignitatis, qua Jeremias à Deo conſtituitur ſuper gentes, ac regna & qualia munera ei commendantur? & qualia tantæ dignitatis inſignia? An ſceptrum aureum: radians diadema; an purpura fulgens: an thronus ſplendidus; an virga minans; abſit; Imò nihil illi aſſignatur, quod dominum declaret, ſed quod vel oſtendat ſervum, vel fabrum, vel hortulanum, ut inde demonſtretur, quòd regalis honor delatus, quædam laborum, ſervitutis, fabri, ac hortulani nota eſt. Quod eleganter notavit D. Bern. lib. 1. de conſideratione ad Eugenium: *Quid horum factum ſonat*, ait, *Ruſticani magis ſuderis ſchomate quodam labor ſpiritualis expreſſus eſt. Et nos igitur, ut multum ſentiamus de nobis, impoſitum ſenſerimus miniſterium, non dominium datum. Diſce exemplo prophetico, præſidere, non tam ad imperitandum, quam ad factitandum, quod tempus requirit. Diſce ſarculo tibi opus eſſe, non ſceptro.* D. Bernard.

QUÆSTIO VII.

Circa hæc verba: Docete omnes gentes? *quatuor quæſtiunculæ expenduntur.*

38\. Quæſtio. 1. *Bonus Prælatus non de injuria ſibi facta, agit, ſed de populi remedio.*

QUæſtio prima. Quænam conſecutio verborum eſt hæc: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra, docete omnes gentes?* Cur non potius injuriarum memor, dixit: poteſtas data eſt mihi, ergo pœnas luent, qui in me ſævierunt, qui ſanguinem meum foderunt, crucíque innocentem me affixerunt, nunc judicem ſentient, quem velut reum condemnarunt; non dixit hæc Chriſtus; vindictam non cogitavit, nec inimicis ſuis inſultavit; injuriarum oblitus, omnium ſalutem quærit, beneficia offert. Character veri Prælati eſt, non de propriis injuriis agere, ſed de ſuorum ſalute.

39\. Cum populus Iſraël exiret de Ægypto, & caſtrametatus eſſet in Raphidim, ubi non erat aqua, ibi jurgatus eſt populus contra Moyſem. Exod. 17. n. 2. ſeu ut habent Septuaginta: *Maledicebat Moyſem:* multúmque obmurmuraſſet contra eum, eo quòd exire feciſſet eos de Ægypto, ut ſiti opprimerentur in ſolitudine, ita ut eum vellent lapidare, ut ipſe orans ad Dominum, dixit: *Clamavit autem ad Dominum, dicens, quid faciam populo huic? Adhuc paululum, & lapidabit me.* Ibidem n. 4. Cum populus tot, ac tantis inſurgeret in Moyſem, an ipſe hæc impatienter tulit? An triſtitiæ aliquod, ipſe exhibuit ſignum? aut iracundiæ adversùs eos præbuit argumentum? an hujus ingratitudinis ictu fractus eſt ejus animus? Imò adamantinum fuit cor ejus, ut non eſſet contritum, ſed integrum ad jurgia, ac maledicta; & ita fuit oblitus de vindicta, ut potius de remedio populi cogitaret, aquam ad placandam ſitim à Deo exorans. Lyranus: *In nullo retardatur de bono procurando eis propter injuriam eorum contra ipſum.*

Exod. 17. Septuag. *Nulla injuria retardatur Moyſes à ſuo munere.* Lyranus.

40\. Quæſtio 2. Quæſtio ſecunda. Quare cum antea Deus notus eſſet in Judæa. Pſalm. nunc vult agnoſci, & prædicari in toto mundo, ſatis opportunè reſpondet Beda ad cap. 12. Luc. his verbis: *Nam ante venerabilem crucem, & ejus reſurrectionem à mortuis, in ſola Judæa fiebat mentio prædicationis, & miraculorum ipſius, poſtquam autem principem vitæ inſanientes occiderunt, tunc Apoſtolis præcepit dicens: Euntes docete omnes gentes.* Ante mortem, & reſurrectionem, imò ante venerabilem crucem, noluit Chriſtus, ſuæ poteſtatis plenitudinem oſtendere, nec diſcipulos mittere ad illuſtrandas gentes radiis ſuæ doctrinæ; verum eſt, quòd ante mortem, ac paſſionem eandem poteſtatem habebat, tamen poſt crucem, & mortem maximè voluit, eam declarari, ac manifeſtari, cum cruce, ac morte, ejus potentia maximè ſublimata, ac exaltata ſit. German. Conſtantinopol. Patriarch. orat. in exaltatione ſanctæ Crucis, his verbis: *Rex in thronum regale Crucis conſcendit, ut Princeps mundi extra ſuum imperium ejiciatur, & ut tyrannus pedibus ſubjiciatur, ut non amplius mundi Princeps appelletur, Chriſto jam crucifixo qui ait: data eſt mihi omnis poteſtas.*

Beda. *Chriſtus à cruce, à paſſione exaltatus.* D. German

41\. Quæſtio. 3. *Chriſtus quidquid habet ſuis communicat.*

Quæſtio tertia. Quare cum Chriſtus dicat, *data eſt mihi omnis poteſtas*, etiam non adjunxit, Hæc poteſtas mihi data eſt à Patre meo, hanc ego vobis do, & communico: ſed tantum ait, *Euntes docete omnes gentes?* Reſpondeo primò. Poteſtatem, quam dabat, non demonſtrari verbis, ſed rebus ipſis. Deinde, ut denotaret, quòd idem erat, quòd ipſe haberet poteſtatem, ac quòd eam ſuis daret, & concederet. Sic dicitur Apoc. 19. num. 12. *In capite ejus diademata multa:* ut illis ſuos coronaret. Apoc. 19.

42\. Joan. 1. *Chriſtus hominibus communicavit ſuam filiationem.*

De Chriſto Domino ait Joan. 1. n. 12. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.* Cum filios Dei fieri voluit, nonne ſufficiebat, amicos Dei fieri. Cur maluit filios, noluit dare minus, quam id, quod ipſe acceperat; accepit eſſe filium naturalem à Patre, dedit & hominibus, filios Dei fieri per adoptionem, & gratiam. Eleganter D. Leo ſerm. 5. de Nativit. *Factus eſt homo*, ait, *noſtri generis, ut nos divinæ naturæ poſſimus eſſe conſortes. Originem, quam ſumpſit in utero Virginis, poſuit in fonte baptiſmatis. Dedit aquæ, quod dedit matri: Virtus enim Altiſſimi, & obumbratio Spiritus ſancti, quæ fecit, ut Maria pareret ſalvatorem; eadem fecit, ut regeneret unda credentem.* D. Leo.

43\. Quæſtio 4. *Chriſtus omnibus communis.*

Quæſtio quarta, Quare Chriſtus mandans ſuos Apoſtolos ad prædicandum, non eos mandat ad gentem determinatam, ſed ad omnes gentes? Reſpondeo, quòd idem eſt, ac ſi diceret; nolo, deinceps vos unius Judææ ambitu contineri; ſed ego, qui veni illuminare omnem hominem venientem in hunc mundum, vos ad illuminandos omnes homines mitto, hucuſque ego eram flos concluſus in horto, quia dicebam vobis, me non eſſe miſſum niſi ad oves, quæ perierant domus Iſraël; & prohibebam, ne in viam gentium, aut Samaritanorum iretis, jam nunc præcipio in quaſvis oras tendere, *Ego enim ſum flos campi.* Cantic. 2. n. 1. à quo nemo arcetur, ſive dives, ſive pauper ſit, ſive generoſæ lineæ, ſive plebeiæ. D. Ambroſ ſerm. 5. in Pſalm. 118. *In totam enim terram fidelis populi credentis exivit; & in ſpatioſo poſuit pedes ſuos Chriſtus, & ideò pulchrè ait, ſe eſſe florem campi.* Hinc Gillibert. Abbas in Allegor. Gotfrid. Tilman. ad ea verba 1. Cor. 13. n. 5. *Charitas non ambitioſa:* Notat, quòd Chriſtus Dominus dicitur, *mediator.* Galat 3. num 19. quòd in medio eſt, nec in unam, aut alteram partem ſe pertrahi ſinat, ſic ait, *Communis eſt Chriſtus, mediator quidem eſt: ideò ejus non ſunt, quæ media non ſunt, ſed in partem ſe reſtringunt.*

Cantic. 2. D. Ambroſ. Gilibert. Galat. 3.

QUÆSTIO

QUÆSTIO VIII.

Quare quando Chriſtus deſignat diſcipulos ad edenda miracula, eis præcipit, ut non tollant peram, nec panem; non verò modò quando ad baptizandum mittit?

44. Marc. 6. SCribit D Marc. c. 6.n.7 Jeſus ſcilicet: *Vocavit duodecim: & cœpit eos mittere binos & dabat illis poteſtatem Spirituum immundorum. Et præcipit eis, ne quid tollerent in via, niſi virgam tantum, non peram, non panem, neque in Zona æs.* Ecce cum ad prædicandum mittuntur, expreſſe eis mandat, ut non portent nec panem, nec peram; cur etiam in præſenti, hoc eis non adjungit, quando ad baptizandas gentes deſtinantur?

45. *Ratio litteralis.* Reſpondeo ad quæſtionem juxta litteram, quòd etiam illud præceptum: Nolite portare, non peram, non panem etiam hic intelligitur; nec enim omnia ſunt repetenda, ſed datis præceptis nova adjunguntur; quomodo verò illud mandatum ſit intelligendum, explicavi, t. 3. c. 7. q. 3.

46. *Homines plus æſtimãt temporalia, quam ſpiritualia.* Reſpondeo, & moraliter, ſecundo. Quando Chriſtus mittit ſuos diſcipulos ad perpetranda miracula: *Et dabat illis poteſtatem ſpirituum immundorum*: Expreſſe eis præcipit, ut ne quid tollant in via, *non peram non panem.* At vero modò, quando ad baptizandum eos deſtinat, nil tale expreſſe eis mandat, ſed tantum ait: *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* Unde hæc talis differentia: ut ad miracula operanda non ferant peram, nec panem; at verò cum ad baptizandum pergunt, nil tale eis dicitur? Homines in majori pretio, ac æſtimatione habent bona temporalia, quàm ſpiritualia; quando ad miracula edenda detegantur, ſine pera, ac pane proficiſcantur, nam ob miracula facta, oculos, manus, pedes, ac etiam vitam reſtitutam, facilè aliqua eleemoſyna ad humanæ vitæ ſuſtentationem eroganda erat; at vero cum ad baptizandas gentes deſtinantur, expreſſe tale mandatum, ut nihil ſecum aſportent, eis non imponitur; nam cum baptiſmus totus ordinetur ad ſalutem ſpiritualem, animæ tunc in multo diſcrimine verſabantur, quod multarum rerum penuria opprimerentur.

47. Valde familiare eſt hominibus, ut magis moveantur temporalibus rebus, quam ſpiritualibus; has contemnunt, illas in magno pretio habent. De ſuo peccato interrogata Eva: ait: *Serpens decepit me.* Gen 3. num. 13 Solum ſe dicit deceptam, cur non potius ait: Serpens me dejecit in peccatum? Vel ſerpens extitit occaſio, quod Deum offenderem? quod Dei amorem amitterem? quod jus ad æternam hæreditatem perderem? Hæc omnia præterit & ſolum dolet à Dæmone fuiſſe deceptam ac fruſtratam in promiſſione, ac emolumento propoſito. Magis ejus mens rapiebatur, ac plus illa dolebat de temporali lucro promiſſo, & non aſſequuto, quam de bonis ſpiritualibus amiſſis; ac proinde magis deteſtabatur inanitatem, ac falſitatem promiſſionis, quàm miſeram privationem gratiæ, à qua erat ſpoliata. Pulchre Arnoldus Carnotenſ. de opere ſex dierum: *Deceptam ſe dicit*, ait, *amplius dolens, quòd Diaboli promiſſo effectu caruerit, quàm quòd ejus ſuggeſtioni aſſenſum præbuerit.*

Gen. 3.

Eva plus dolebat de amiſſis temporalibus, quam ſpiritualibus.

Arnoldus.

48. Poſtquam Chriſtus D. quinque panibus magnam hominum multitudinem ſaturavit, ait Evangeliſta: *Illi ergo homines, cum vidiſſent, quod Jeſus fecerat ſignum, dicebant: Quia hic eſt verè Propheta, qui venturus eſt in mundum.* Joan. 6. n. 14. ſequenti verò die, ut refertur in eodem capite Chriſtus habuit admirabilem ſermonem, eiſque oſtendit panem de cælo, qui dat vitam æternam, ecce ipſimet homines indignati: *Murmurabant ergo Judæi de illo, quia dixiſſet: Ego ſum panis, qui de cælo deſcendi, & dicebant: Nonne hic eſt filius Joſeph cujus nos novimus patrem, & matrem*: Joan. 6. n. 41. Valde mirum: cum Chriſtus dat temporalem panem, tanto affectu erga eum excitantur, ut dicant Prophetam magnum promiſſum, ac regem facere velint; at verò, dum eis Dominus panem divinum, qui dat ſalutem æternam, multum ſcandalizantur, multo furore excandeſcunt, obmurmurant, & parentum vilitatem, ac humilitatem objiciunt; unde tanta veneratio ob panem datum in deſerto: tantus verò contemptus ob panem vitæ; Ecce quomodo idem populus tam varius eſt, ubi temporalis, vel ſpiritualis panis interponitur; temporalem cultu, & veneratione proſequitur, ſpiritualem verò ſcandalo, & contemptu: inde datorem temporalis, ut regem, & Prophetam recipiunt, largitorem verò ſpiritualis ut vilem abjiciunt, & contemnunt. D. Chryſoſt. homil. 44. in cap. 6. Joan. ſic ait: *Qui cum comederent panem, Prophetam Jeſum appellabant, & regem facere volebant: hoc in loco indignati, fabri filium dicunt: & quidem videbantur indignari, quia de cælis deſcendiſſe diceret, non tamen hæc erat cauſa, ſed quòd corpus non paſceret.* Vide multa tam hoc tomo, quàm ſuperioribus. Verb. *Bona temporalia.*

Joan. 6.

D. Chryſoſt.

D. Chryſoſt.

QUÆSTIO IX.

Trinitatis myſterium abſconditum in omni ſæculo, nunc Chriſtus aperit, ac manifeſtat.

TRinitatis myſterium abſconditum in omni ſæculo, nunc Chriſtus aperit, & manifeſtat, ut ait D. Auguſt. lib. 1. de Trin. nunc primum auditur: *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* Ait Regius Vates Pſalm. 17. num. 10. *Inclinavit cœlos, & deſcendit*: hoc eſt filius Dei inclinavit ipſos cælos, qui Trinitatis myſterium celabant, & illud nobis aperuit, & declaravit D. Auguſt. in Pſal. 113. ad illa verba: Cælum cæli Domino. Sic ait: *Hoc eſt, cælum tuum, Domine, cælum celans, ſuper arcanum. Hoc cælum cæli Domino, quia nulli notum, niſi Domino.* Et ideo ſolus Jeſus unigenitus, qui eſt in ſinu Patris, ipſum myſterium nobis revelavit. 49.

D. Auguſt.

Pſal. 17.

Magi Pharaonis omnia prodigia, quæ Moyſes faciebat, etiam ad ſimilitudinem reddebant, tamen tertium ſignum proferre non potuerunt, expreſſe profitentes: *Digitus Dei eſt.* Exod. 8. num. 19. Cur cum ad tertium ſignum devenitur, cognoſcunt, quòd ibi omnes vires humanæ deficiunt, & quòd ſolus digitus Dei, ſeu Dei virtus, illud exprimere valeat? Tertium ſignum myſterium Trinitatis adumbrabat, ad cujus conſpectum omnis naturalis vis defecit, & ſuccubuit, & ſolus digitus Dei ſeu virtus Dei, illud nobis poteſt indicare ac declarare, D. Aug. ad cit. locum: *Animadverſione dignum, ait, quòd omnia: quæ Moyſes ſigna fecerat* 50.

Exod. 8.

Trinitatis myſterium ſola Dei virtus aperit.

D. Auguſt.

coram Pharaone, ab ejus quoque magis facta fuerint, in tertio tamen ſigna defecerunt. Hoc manifeſte indicatur, humanum ingenium, atque ſapientiam in tertio ſigno, ſive in circuitu Trinitatis deficere.

51. Hoc tantum myſterium valde obſcure erat indicatum in lege veteri, illud nobis clare, & aperte revelavit Chriſtus per ora Evangeliſtarum. Compone modò viſionem Joannis cum viſione Iſaiæ.

Apocal. 4.

Vidit Joannes Apocal. 4. n. 6. *In medio ſedis, & in circuitu ſedis quatuor animalia plena oculis ante, & retro:* (ſcilicet leo, vitulus, homo, & aquila) & dicebant die, ac nocte: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens.* Quibus vocibus Trinitatem Perſonarum, Eſſentiæque unitatem, promulgabant, ut communiter interpretantur Patres.

Iſai. 6.

Vidit etiam Iſaias 6. num. 3. Dominum in excelſo throno, & Seraphim ſtabant, & clamabant, alter ad alterum, & dicebant: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum, & domus repleta eſt fumo.* Ubi Trinitatis tribus repetitis vocibus celebratur; cum unitate eſſentiæ: *Dominus Deus exercituum.* Ergo utrobique Trinitas Perſonarum cum ſingularitate unius naturæ decantatur.

Trinitatis notitia in lege veteri obſcura, in lege gratia clara.

Perpende tamen differentiam, quòd in lege veteri *Domus* ſcilicet Synagoga repleta eſt fumo, ut tantum myſterium non poſſet cognoſcere, ac intelligere, at in lege gratiæ quatuor *animalia plena ſunt oculis ante, & retro*, id eſt, quatuor volumina Evangeliorum plena ſunt lucidiſſimis oculis, ſeu teſtimoniis, ut tantum myſterium cognoſcatur, expreſſe credatur, ac confiteatur: dicente Chriſto, *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* Et Joan. 10. num. 30. *Ego, & Pater unum ſumus.* Et iterum 38. *Pater in me eſt, & ego in Patre.* Et iterum c. 15. num. 26. *Spiritus paraclitus, qui à Patre procedit.*

Joan. 10. Joan. 15.

52. Notanter obſerva, quod ſubdit Evangeliſta, quòd *cum darent illa animalia gloriam, & honorem, & benedictionem.* Apocal. 4 n. 9. In quo tamen reſonabant Sancti Evangeliſtæ gloriam, honorem, benedictionem ſedenti ſupra thronum; in eo quod cantabant, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens.* Hæc eſt ſumma Dei gloria, ac laus, quòd cum ſit unus in eſſentia? Trinus ſit in Perſonis. Cum ergo annuntiarent Trinitatis myſterium, ibi tanquam in compendio, ſupremam Dei gloriam, honorem annuntiabant, ac celebrabant. D. Dionyſius Areopagita, c. 1. de Myſtica Theolog. dicens: *Trinitas ſuperſubſtantialis deitate, ac bonitate ſuperior, ac præſtantior.* Inter eximias perfectiones, excellentias Divinas, Trinitas eſt ſuprema celſitudo, qua eminentia, ac fœcunditas divina maximè declaratur.

Apocal. — *Trinitas perſonarum, ſumma Dei laus, & gloria.* — D. Dionyſ.

QUÆSTIO X.

Quare in ingreſſu Chriſtiani hominis, ſeu fidei, exprimitur ſancta Trinitas?

53. BAptizantes *eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*, Baptiſmus janua eſt ſacramentorum, ac etiam Eccleſiæ, initiumque Chriſtiani hominis; cur ergo in ipſa janua Eccleſiæ in ipſoque exordio Chriſtiani hominis, ordinat Chriſtus ſanctiſſimam Trinitatem expreſſe invocari. Ut denotetur, quòd ſub nomine Trinitatis omnis virtus, omneque bonum affluit, omniaque ſunt auſpicia, ac felicia, ut nihil amplius ſit, quod deſiderari poſſit. Unde ait D. Ambroſ. lib 5. Epiſt. 32. *Grande carmen iſtud eſt, quod nihil potentius, quam confeſſio Trinitatis.*

Sub Trinitatis auſpicio omnia felicia. — D. Ambroſ.

Inito fœdere Jacob cum Laban ſocero ſuo, quòd 54.
oves, quæ naſcerentur maculoſæ, variique coloris, merces ſint ipſius Jacob pro cuſtodiendis ovibus ſoceri ſui, tunc Jacob edoctus ab Angelo, ut tenent Pererius, Cornel. & alii: *Tollenſque Jacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticavit eas, & poſuit eas in canalibus, ubi effundebatur aqua.* Geneſ. 30. num. 37. Ut oves albæ variis coloribus fœtus ederent, & inde copioſior ſubſtantia eveniret Jacob, generationis tempore, virgas populeas, amygdalinas, & ex platanis, in aquarum canalibus apponebat Jacob; ad quid tamen Jacob edoctus ab Angelo, ut ejus ſubſtantia magna, & copioſa fieret, triplex genus virgarum apponit, cur non potius duo, vel quatuor? Magno ſane myſterio triplex genus virgarum conſtituitur, ut triplex ille numerus dedicatus, ac conſecratus ſanctiſſimæ Trinitati, magnum felicitatis auſpicium eſſet; ubi enim in canalibus apparuit ſignum Trinitatis, ſic illos obumbravit, ac protexit, ut omnis virtus, omniſque magna ſubſtantia largiter afflueret, ad hominem replendum, ac locupletandum. D. Ambroſ. lib. 2. de Jacob. cap. 4. *Sibi gregem multarum, præſtantiumque virtutum colligebat, ut potaturis ovibus virgam ſtyracinam, & uncinam, & de platano proponeret in canalibus, quo concupiſcentes, Beatiſſimæ Trinitatis myſteria, haudquaquam decolores fœtus præ mentis conceptione formarent.*

Pererius — Cornelius. — Geneſ. 30. — *A veſtigio Trinitatis omnis proſperitas, ac felicitas.* — D. Ambroſ.

Ingreditur Jonas civitatem Ninive, & cœpit 55.
clamare, juxta Septuaginta: *adhuc tres dies, & Ninive ſubvertetur.* Jon. 3. num. 4. Cur Propheta divino afflatu clamans, tres dies in ſpatium pœnitentiæ aſſignat? Cur non potius plures, vel pauciores? Ab imminenti ſupplicio liberanda erat civitas; tres dies dantur, tanquam in auſpicium erumpentium gratiarum; aderat in tribus diebus umbra Trinitatis, inde certe in omnes manavit pœnitentia, ac indulgentia, ut omne malum abigeretur, & ſalus cum omni proſperitate dimanaret; ubi enim apparet Trinitatis veſtigium, ibi omnia ſunt tuta, ac ſecura, & magna cæleſtium donorum largitas in nos derivatur. D. Ephrem. ſerm. de Pœnit. *Tres dies lex, & Evangelium peccatoribus ad pœnitentiam prædicant. Quid ita? Quoniam gratia Trinitatis remiſſionem ex nimia benignitate ſua præbet. Tres dies ex præſcripto conceduntur pœnitentibus, quoniam per conſubſtantialem Trinitatem, humanitas mortis reatum exuit, atque abjecit. Tres habet dies pœnitentia ad conſequendam veniam, quoniam novit Trinitatem, vinculum peccati ſolventem.*

Jon. 3. — Septuaginta. — *Trinitatis umbra, proſperitatis auſpicium, & excluſio totius mali.* — D. Ephrem.

A Trinitatis virtute venit auſpicata ſalus, ac 56.
omnium malorum incurſus extinctio. Thamar in ſuo crimine præcavens futurum periculum, tria pignora à Juda poſtulat; obtinetque, nimirum annulum, armillam, & baculum. Quid inde factum eſt? Ut narratur Geneſ. 38. num. 24. *Ecce autem poſt tres menſes, nunciaverunt Judæ, dicentes; fornicata eſt Thamar nurus tua, & videtur uterus illius intumeſcere. Dixitque Judas: Producite eam, ut comburatur. Quæ cum duceretur ad pœnam, miſit ad ſocerum ſuum; dicens: De viro, cujus hæc ſunt, concepi. Cognoſce, cujus ſit annulus; & armilla, & baculus, qui agnitis muneribus ait; juſtior me eſt,* &c. Unde in Juda tanta benignitas, qui maximè iratus erat in fœminam,

Geneſ. 38. — *Ab umbra Trinitatis ſuperatur mors, & vita manat.*

minam, ita ut eam comburi juſſerit? Unde mors in Thamarem promulgata, ſuperata, ac excuſſa eſt, imò & cum magno decore, ut illius juſtitia maximè prædicata ſit: *Juſtior me eſt?* Oſtenſa ſunt illius tria pignora, inde cum ibi ſub ternario numero Trinitatis veſtigium ſplendeſceret, ira judicis ſedatur, mortis ſententia revocatur, abjiciuntur omnia mala, & illius virtus publicatur D.
D. Zeno. Zeno apud Lyppoman. in Caten. *Thamar arguitur*, ait, *quòd de fornicatione conceperit, & Eccleſia quaſi legis adultera, Judæorum eſt à ſenioribus accuſata, quod ſabbatum ruperit, quod eorum traditiones abjecerit.* Nota ſequentia verba: *Thamar protulit monile, annulum, virgam; ſeque liberavit ſacramento numeri ab imminenti ſupplicio Eccleſia ipſa veritate in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti non tantum Diaboli præſentes ignes extinguit, ſed etiam futuri die judicii incendia ſuperabit.*

QUÆSTIO XI.

Quare ab aqua, invocato Auguſtiſſimo Trinitatis nomine, inchoatur Chriſtianorum vita?

57. IN principio creationis mundi Gen. 1. num. 2. *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Seu
Geneſ. 1. ut alii legunt: *Spiritus Domini incubabat ſuper aquas.* Cur potius aquas fœcundabat, quàm terram, vel aërem? Aquas fœcundabat ad generationem cæleſtium alitum. Geneſ. 1. num. 30 denotans, quòd poſt plura ſæcula. Trinitatis nomine affixo in fontibus aquarum regenerandæ erant cæleſtes alites, non ad cælum aëreum, ſed Empyreum, ac beatitudinis. D. Clemens Papa Epiſt. 4. *Eſt in aquis miſericordia Dei quædam, quæ ex initio ferebatur ſuper eas, & agnoſcit eos, qui baptizantur ſub appellatione triplicis ſacramenti, & eripit eos de ſuppliciis futuris, quaſi donum quoddam offerens Dei animas per baptiſmum conſecratas.*

Invocato Trinitatis nomine, ſurgunt alites in cælum.

D. Clemen.

58. Ad nobilem hominem venit hoſpes media nocte; ille maximè ſollicitus eſt pro quærendis tribus panibus; ad oſtium amici pulſat, dicens: *Amice, commoda mihi tres panes; quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo, quod ponam ante illum.* Luc. 11. n. 5. ad hoſpitem excipiendum, ſe fatetur omnium inopem, & deſtitutum; *non habeo quod apponam ante illum:* Et tamen ſolum tres panes poſtulat. Si non habes, ô homo, quid apponas ante hoſpitem: quomodo ſolum pro tribus panibus es ſollicitus? Si deficiebat panis, etiam deficiebat potus, & etiam deficiebat aliquod edulium, quod ſaltem ad mediocrem cœnam erat neceſſarium, cur hæc omnia præterit, & tantum tres panes quærit? Recognoſcebat in illis Trinitatis umbram, cùm qua habebat omnia abundantiſſime ad vitam, homo enim notitia, ac invocatione Trinitatis inſignitus, habet unde fortiſſime, ac largiſſime ſpiritualiter vivat, repletus omnibus cæleſtibus bonis, quæ omnia in invocatione ſanctiſſimæ Trinitatis continentur. D. Auguſt. in Cat. D. Thomæ: *Cum perveneris ad tres panes, hoc eſt, ad cibum, & intelligentiam Trinitatis, habes, & unde vivas, & unde paſcas. Ne timeas, ne finias, non enim panis ille finietur, ſed indigentiam tuam finiet, diſce, & doce: vive, & paſce.*

Luc. 11.

Ab umbra Trinitatis, ſpiritualis vita cum omni dono cæleſti.

D. Auguſt.

Judas promittit Thamari hædum; & pro hædo, dat ei tria in pignus, ſcilicet annulum, armillam, & baculum; dum illi mittatur hædus, ipſa verò acceptis tribus pignoribus, hædum noluit expectare, ſed ſtatim à loco diſceſſit: *Miſit Judas hædum per paſtorem ſuum, & reverſus eſt ad Judam, & dixit ei, non inveni eam.* Geneſ. 38. n. 20. 59.
Cur mulier non expectat hædum promiſſum, Geneſ. 38.
ſub quo initum erat pactum? Gerebat Thamar typum Eccleſiæ, quæ ubi in tribus donis pignus, ſed umbram ſanctiſſimæ Trinitatis accepit, ibi jam omnia obtinet, ut nihil amplius habeat, quod valeat deſiderare, ac ſperare; & cum pignus Trinitatis acceperit, quo omnia mala, & nociva propulſantur, jam non valet accipere infelicem hædum, damnationis notam. D. Zeno ſuperiùs citatus: D. Zeno.
Hædum ei promittit Judas, id eſt, quæ ſit peccatori peccati merces, oſtendit. Quam accipere devitavit, quia inter agnos venturo tempore, non inter hædos deputatur, qui pignus Trinitatis accipit.

In notitia, ac umbra Trinitatis omne bonum electione ad gloriam.

Tres viros peregrinos Abrahamus recipit hoſpitio, & ipſe valde feſtinus ad Saram, ait illi: 60.
Accelera, tria ſata ſimilæ commiſce, & fac ſubcinericios panes: Ipſe verò ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum. Gen. 18. n. 6. D. Auguſt. citand. exiſtimat, quòd etiam Abrahamus trinum vitulum appoſuerit; finito prandio, Angeli promittunt Abrahamo filium, in quo benedicendæ erant omnes gentes, & filium, qui cum mandaretur jugulari oblato agno, vivus recipitur. Unde tanta felicitas Abrahamo? Cum Deum excipit, tria ſata ſimilæ parat & vitulum trinum occidit, & cum omnia obſequia Deo exhibita eſſent in figura, ac typo Trinitatis, inde tanta felicitas, ut detur filius, ex cujus ſemine omnes benedictiones pullulabunt, filiuſque datur, ſic vita donatus, quod dum jugulandus eſſet, pro illo agnus offeratur, biſque videatur exhibitus, ſemel dum illum generat, & iterum dum pro illo arietem occidit. D. Auguſt. ſerm. 1. de Rogationibus: *Nonne*, ait, *unus hoſpes erat in tribus, qui venit ad Patrem Abraham? Hoſpes, & amicus pranſor, & manſor, & omnia illi in Trinitate ſunt exhibita humanitatis obſequia, quia Trinitatis gloria refulget Trinum attulit vitulum Pater, tres menſuras ſimilaginis conſperſit futura Mater, paritura filium, pro quo Pater mactaret agnum.*

Gene.

A Trinitatis umbra, omnis benedictio, & vita in nos.

D. Auguſt.

QUÆSTIO XII.

Quare Baptiſmum ſeu ingreſſum hominis Chriſtiani, voluit Chriſtus, conferri ſub nomine Trinitatis?

PRima, & communis cauſa à multis Doctoribus aſſignatur, ut Chriſtus D declararet, unde Baptiſmus vim haberet: nimirum à Patre, qui filium ſuum miſit, ut pro hominibus vitam daret, ex filio, qui baptiſmum inſtituit & ſuo ſanguine irrigavit, fertilem, uberem, ac efficacem effecit, ex Spiritu ſancto, qui ſicut aqua extrinſecus corpora, ita ipſe intrinſecus animos ſanctificando purificat, ac mundat. 61.
Secundo D. Fulgent. lib. de fide, ut homines recognoſcerent eundem eſſe ſuæ regenerationis auctorem, ac illum, qui fuerat generationis, ſeu creationis: ſcilicet Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. D. Fulgent. 1. Cor. 1.

Quare Baptiſmus confertur ſub nomine Trinitatis.

Tertio. Ut qui baptizabantur, ſcirent expreſſe, non ſe aliquid humanum recipere, dicentes: *Ego ſum Pauli, ego Apollo.* 1. Corinth. 1. ſed quid divinum in nomine Dei, qui unus eſt in eſſentia, & triplex in perſonis, ſcilicet Pater, Filius, & Spiritus ſanctus.

62. D. Cyrill. Ultimo. Acutiſſimam rationem aſſignat N. D. Cyrillus Alexandrin lib. 1. Theſ. c. 6. *Si Patris nomen non eſſet dignius Deo, quàm ipſum nomen Deus, cur cum Diſcipulos Salvator ad prædicandum mittit, non juſſit, ut in nomine Dei baptizarentur? Sed quaſi majorem Divinæ naturæ oſtendens dignitatem in nomine Patris, inquit, & Filii, & Spiritus ſancti: Philippus verò, cum Divinam curioſe ſcrutari naturam vellet, oſtende nobis Patrem, dicebat, non oſtende nobis Deum.* Chriſtus cum præcipit ſuis diſcipulis, baptizare, non mandat hoc ſalutiferum lavacrum conferre, in nomine Dei, ſed in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti; ac ſi ipſa Trinitas ſit ſuprema præſtantia totius divinitatis. *Quaſi majorem divinæ naturæ oſtendens dignitatem in nomine Patris, inquit, & Filii, & Spiritus ſancti.* Hinc in ultima cœna Philippus ait Chriſto D. Joan. 14. n. 8. *Domine, oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis:* Quod eſt, quòd ſi elevetur in cælum, & oſtendatur ei univerſus terræ, ac cæli theſauros, oſtendaturque etiam ipſa Deitas, ejuſque attributa, non ſufficit ei, adhuc anhelat, adhuc deſiderat: at ſi oſtendatur Pater, ſi nimirum oſtendatur Trinitatis myſterium, nil ultra expectat; nil ultra requirit. *Philippus vero, cum divinam curioſe ſcrutari naturam vellet, oſtende nobis Patrem, dicebat, non oſtende nobis Deum.*

Trinitas ſuprema divinitatis dignitas. Joan. 14.

63. Cum diſcederet Benjamin à fratre ſuo Joſeph ut veniret ad Patrem: *Joſeph dedit Benjamin trecentos argenteos.* Gen. 45. num. 22. Joſeph princeps, ac Dominus erat totius Ægypti, quomodo tam exiguum, ac parvum munuſculum dat dilectiſſimo fratri? Cur non ampliſſima dona auri, ac argenti, ac multi valoris? nam operis exhibitio, probatio eſt amoris. Numerus ille referebat Trinitatis umbram; ſiquidem numerus ille per *Tau* litteram exprimitur, quæ interlinea. Fuit Trinitatis imago. *trecenti,* ait, *argenti dati Benjamin, ſcientiam Trinitatis ſignificarent, quæ per Tau litteram præſentatur.* Et cum Joſeph dederit Benjamin Trinitatis umbram, nil amplius habuit, quod ei poſſet dare, nec quod ipſe deſideraret.

Oſtenſa Trinitatis umbra, nihil amplius eſt, quod homo, valeat deſiderare.

64. Ait Chriſtus D. *Abraham Pater veſter exultavit, ut videret diem meum, vidit, & gaviſus eſt.* Joan. 8. n. 56. Et quando Abrahamus vidit, & gaviſus eſt? Quando nempe tres Trinitatis perſonas adorat D. Gregor. homil. 18. in Evang. *Tunc diem Domini Abraham vidit, cum in figura ſummæ Trinitatis tres Angelos hoſpitio recepit,* Trinitatis manifeſtatio, fuit ſummum collatum donum, quod maximam lætitiam, ac gaudium attulit Abrahamo.

Joan. 8. D. Gregor.

65. Ubericus. *Omne bonū à Trinitate.* Omne ſupremum bonum ſpirituale in Trinitate effulget. Ubericus ad illa Joannis verba; ſi quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Cap. 7. ſic ait: *Parum erat Patri tradidiſſe filium, ut redimeret ſervum, niſi daret & Spiritum ſanctum, ut ſervum, adoptaret in filium. Dedit filium in pretium redemptionis; dedit Spiritum ſanctum in privilegium adoptionis, ſe denique totum ſervat in hæreditate adeptatis: O Deum (ſi fas eſt dicere) prodigum ſui præ deſiderio hominis!* Ecce redemptio à ſervitute peccati, adoptio in filios Dei, hæreditas in æterna patria nobis Trinitatis myſterio fulget, à quo omne bonum habemus: *O Deum (ſi fas eſt dicere) prodigum ſui præ deſiderio hominis!*

Deus trinus maximè nobis benignus, & beneficus; Deus verò unus multum timendus à nobis: *Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.* Pſal. 66. num. 8. cum ter repetit nomen Deus, tres divinas perſonas denotat; ut notavit Noſter Incognitus: *In iſto verſiculo, ait, tertiò Deum ponit, ad exprimendum tres in Trinitate perſonas.* Cum ergo tres divinas perſonas dicit, ſemper benedictionem illi adjungit: *Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus.* At verò, cum eum unum nominat, ſtatim timorem apponit: *Metuant eum omnes fines terræ.* Deus trinus totus benignus, & beneficus eſt, benedictionem nobis impendens; ut unus verò, maximè nobis timendus. 66.

Pſal. 66. Incognitus. *Trinitas tota nobis benedicens; & beneficans.*

QUÆSTIO XIII.

Quare dum Chriſtus præcipit prædicare per totum mundum, Trinitatis memoriam apponit?

Ait Chriſtus D. euntes docete omnes gentes: circa quæ verba ait D. Ambr. in Pſal. 96. *Illis quidem etiam intercluſa à barbaricis montibus regna patuerunt, ut Thomæ India, Matthæo Perſia:* Loca etiam diſtantiſſima; montibus intercluſa, magno, & vaſto deſerto in via eis patuerunt, & pervia ſunt; unde hoc? Virtute Sanctæ Trinitatis ibant, ejus ſigna ferentes. Profectus Iſraël de Ægypto in terram promiſſionis per validiſſimam ſolitudinem, tantum dicendum eis proponitur: *Ibimus viam trium dierum.* Exod. 3. n. 18. Cur ad tam latiſſimam viam per multos anfractus, ac ambages peragendam, in qua multum tempus conſumendum erat, tres dies dicunt, & habent in ore? D. Aug. ſer. 90. de Tempore: *Tres etiam dies (inquit) non incongruè poſſumus dicere Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, quia Pater dies eſt, Filius dies eſt, Spiritus ſanctus dies eſt, & hi tres unus dies.* Tres dies denotabant Sanctiſſimam Trinitatem, ſub cujus umbra, ac ſigno, omnis diſtantiſſima via, invia, & inaquoſa, ſuperanda erat, ut ad optatum terminum perveniretur. 67.

D. Ambroſ. *Sub umbra Trinitatis vincitur omnis difficultas.* D. Auguſt.

Magno apparatu armantur Philiſthini contra Iſraël, adverſus quos: *Elegit ſibi Saül tria millia de Iſraël.* 1. Reg. cap. 13. num. 2. Cur adverſus tam potentiſſimos hoſtes tria millia tantum ordinat Saül? Erat in eis umbra Trinitatis, ac proinde cum illis certiſſima victoria, adversùs quoſcumque Eccleſiæ hoſtes. Hugo, Rabbanus *Bene, inquiunt; tria millia Iſraëlitarum electa ſunt ad pugnandum contra Philiſthæos; hi enim ſolum apti ſunt ad pugnandum contra hoſtes Eccleſiæ, qui habent perfectam fidem Trinitatis, in qua exiſtant ſuperiores hoſtibus ſuis.* 68.

1. Reg. 16. *Per Trinitatem vincuntur hoſtes Eccleſiæ.* Hugo. Rabban.

Suæ paſſionis injurias prædicit Jeſus Apoſtolis, Matth 20. n. 18. *Ecce Aſcendimus Jeroſolymam & filius hominis tradetur principibus Sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morti, &c. Et tertia die reſurget.* Cur tantum tertiam diem, non quartam, aut ſecundam aſſignant? Pro reſurrectionis ſuæ termino deſignabatur ibi Trinitatis arcanum, quo omnis mors, & hoſtis contrarius 69.

Matth. 20. *Sub umbra Trinitatis, vincitur mors, & hoſtis.*

contrarius ſuperatur, & vincitur,& omne veritatis verbum conſurgit, & vivit D. Chryſ.hom.35 *Prima dies,*ait, *Pater, ſecunda Filius, & conſequenter Spiritus ſanctus tertia dies eſt: quoniam his tribus illuminantur corda credentium, In quibus ergo trium iſtorum ſcientia fuerint conſummata, in eis veritatis verbum reſurgit, & vivit, & operatur.* D. Chryſ.

70. Sævientibus Judæis, lapidabatur Stephanus, & Angelico vultu mori ſuperiorem immortalemque faciem oſtentabat,& tanquam hoſtium triumphator pro illis interpellabat ac orabat, unde tanta mortis, hoſtiumque victoria in eo reſplendet? De illo dicitur: *Cum eſſet plenus Spiritu ſancto, intendens in cælum, vidit gloriam Dei, & Jeſum ſtantem à Dextris virtutis Dei.* Actor. 7. n. 55. Levita in ſuo conflictu, Trinitatis conſpectu, ac protectione muniebatur: Patrem,& Filium vidit, Spiritu ſancto replebatur. Non ergo mirum quòd tam mortis ac hoſtium eſſet glorioſus triumphator, vitam deſpiceret, & mortem minime formidaret. Petrus Damian. ſerm. de S. Stephano: *Plenus eſt*, ait, *Spiritu ſancto, & ſic intendens vidit filium hominis ſtantem à dextris virtutis Dei. Qui* (tali protectione) *afflantur, conculcatis terreſtribus, cæleſtibus inhiant, & æternis.*

Actor. 7. *Victoria à Trinitatis protectione.* Damian.

*Matth.*28.*n.*20. Docentes, eos, ſervare omnia, quæcumque mandavi vobis: & ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi.

VERSIONES.

Syriacus. Docete eas, ut ſervent quicquid præcepi vobis: & ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi. Amen.

Origenes Et ecce ego vobiſcum ero.

D.Hilar. Omnibus diebus uſque in conſummationem.

EXPOSITIO IV.

71. DOCENTES *eos ſervare omnia.* Poſt fidem, ac baptiſmum, adjungit Dominus mandatorum obſervationem. D. Hieron. *Ordo pulcherrimus, juſſit Apoſtolis, ut primùm docerent univerſas gentes, deinde ut fidei intingerent ſacramento, & poſt fidem, ac baptiſma, quæ eſſent obſervanda, præciperent.* Indicans, neque fidem, neque baptiſmum ſatis eſſe ad ſalutem, niſi etiam, operum obſervantiam impendamus. *ſervare*, ſeu obſervare,non dixit, ſcire ſeu intelligere,ſed ſervare, quia finis doctrinæ Chriſtianæ collocandus eſt in obſervatione mandatorum: *omnia*, ait, *non aliqua, qui offendit in uno, fit omnium reus* Jacob. 2. n. 10. *Mandavi vobis.* Legis conditor Chriſtus, ſuiſque Apoſtolis dedit aliqua præcepta, deditque etiam auctoritatem ad præcepta neceſſaria pro tempore condenda. Sic ſcribit Paulus: *Cætera, cum venero, diſponam.* 1. Cor. 11. n. 34.

D. Hieron. *Fides cum operibus.* Jacob. 2.

72. *Ecce* rem grandem,& magnam denotat: *Ego vobiſcum ſum.* Diſcipulos ad prædicandum mittebat,& etiam ad pugnandum cum inviſibilibus, & viſibilibus hoſtibus ordinabat, inde eis promittit ſuam operam, ac auxilium cum ſui præſentia ſacramentali in altiſſimo Euchariſtiæ myſterio: *uſque ad conſummationem ſæculi*, hujus nempe mortalis vitæ: ex quo patet, quòd non ſolum cum Apoſtolis loquebatur, ſed etiam cum eorum ſucceſſoribus, ac Eccleſiæ miniſtris: non enim Apoſtoli uſque ad finem mundi victuri erant. Ex quo diligenter nota, quòd ſicut mandatum poſitum tranſit in omnes, ſic & auxilium promiſſum ad omnes extenditur. Idem enim promittit Apoſtolis ac aliis ſimilia exequentibus. Græce, ac Syriace additur etiam: *Amen.* Id eſt, ita certe fiet, ut dixi, ac promiſi.

Sicut mandatum reſpicit omnes, ſic & auxilium promiſſum. Græcus.

QUÆSTIO XIV.

Quare poſt declaratum myſterium Trinitatis, immediate mandat Chriſtus ſervare omnia mandata?

DIxit Chriſtus D. *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* Statim ſubjungit mandatorum obſervantiam: *Docentes eos, ſervare omnia, quæcunque mandavi vobis.* Quia ad recolendum ſublime Trinitatis myſterium,tamque divinum arcanum, multa animi puritas,cum magna obſervatione mandatorum neceſſaria eſt. 73.

Vidit Iſaias Dominum cap.6.n.3.in ſolio excelſo,& elevato, & Seraphim ſtabant, & clamabant: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum.* In quo myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis prædicabant, ut communiter tenent Patres, & jam dixi, & cum Propheta ſe cognoſceret labiis pollutum, volavit unus Seraphim, & calculo, quem forcipe tulerat de altari: *Tetigit os meum: & dixit: ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.* Ibid.n.7. Oleaſter ibi: *Ecce* ait, *tetigit carbo ignitus labia tua, quibus ineptus ad prædicandum es, & peccatum tuum expiabitur*: ut valeas ſcilicet prædicare. Multa, & alta myſteria jam prædixerat Iſaias de Chriſti incarnatione, Nativitate, ejuſque vitæ myſteriis: Et tamen ad hæc labia erant expedita: & immunda non inveniebantur, ut modo ad annuntiandum myſterium, quod viderat, & quodnam erat hoc myſterium ſibi modò revelatum? arcanum ſcilicet Trinitatis, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum.* Nam & ſi ad omnia myſteria divina decantanda, magna exigatur puritas,& altior mundities ab omni inquinamento, & peccato expoſtulatur: ſic enim hoc myſterium inter omnia eſt primum,& ſublime, ſic etiam ad illud prima,& ſublimis exoptatur puritas. 74.

Iſai. 6. *Ad tractandum de myſterio Trinitatis ſumma puritas requiritur.*

Hæc autem puritas inſtruenda eſt moribus in nobis per imitationem, ad exemplar ipſius Trinitatis, ut docet D.Bernard.in Medita.c.1. *Mens*,ait, *imago Dei eſt, in qua ſunt tria, memoria, intelligentia, voluntas. Per memoriam Patri ſimiles ſumus, per intelligentiam Filio, per voluntatem Spiritui ſancto.* In mente noſtra tres ſunt potentiæ, memoria, intellectus, voluntas, per memoriam ſimiles ſumus Patri, interminabili Dei operumque ejus recordatione, quæ ſemper fixa ſint in mente. Intellectu, quo filium referimus, ſemper occupati ſumus cogitatione, ac contemplatione divinarum rerum. Voluntate, qua Spiritum ſanctum exprimimus, ſemper divinæ charitatis flammis ſuccendamur. 75.

D.Bernard. *Puritas in nobis ad imitationem Trinitatis.*

In primo molimine rerum ait Deus: *faciamus*

Geneſ. 1.

hominem ad imaginem , & ſimilitudinem noſtram. Geneſ. 1. n. 26. duplex ponitur nomen : *imaginem, & ſimilitudinem* : Unum non eſt Synonimum alterius: Primum nomen denotat , quòd ſimul cum natura imaginem Dei accepimus : *Faciamus hominem ad imaginem.* Homo enim , cum ſit unius naturæ, intellectu , memoria, ac voluntate præditus, ſuum auctorem unum in eſſentia, trinum in perſonis refert. D. Auguſt. *Dictus eſt homo ad imaginem noſtram , ut imago Trinitatis eſſet* : Sic communiter Patres in illo verbo : *noſtram* Trinitatem perſonarum intelligunt. Alterum appoſitum , eſt ſimilitudo : *Faciamus hominem ad ſimilitudinem.* Cum homo ſit imago Dei natura , debet fieri ejus ſimilitudo moribus ; ut juſtitia , probitate , ac innocentia Deo fiat ſimilis , quantum fas eſt homini. D. Chryſoſt. homil. 9. in Geneſ. *Imaginem dixit* , ait, *ob principatus rationem , ſimilitudinem , ut pro viribus humanis , Deo ſimiles ſiamus manſuetudine , lenitate , quod Chriſtus dicit : ſimiles eſtote Patri veſtro , qui in cælis eſt.* Magiſter lib. 2. ſentent. c. 16. *Factus eſt homo ad imaginem Trinitatis , ſecundum memoriam , intelligentiam , & dilectionem; ad ſimilitudinem autem , ſecundum innocentiam , & juſtitiam.* Idem habent D. Baſilius hom. 18 in Hexa. D. Bernard. ſerm 1. Annuntiat. Theodor. quæſt. 2. in Gen. ex quo infert Philaſtrius lib. de Hæreſ. quòd impii , & peccatores habent Dei imaginem in natura non tamen ſimilitudinem; hanc enim ſolum habent juſti , & ſancti in probitate , ac rectitudine morum.

D. Auguſt. — *Deus fecit imaginem ; nos Dei auxilio efficiamus ſimilitudinem.* — D. Chryſ. — Magiſter.. — D. Baſil. — D. Bernard. — Theodor. — Philaſtrius.

77. Dicitur etiam Geneſ. 1. n. 27. *Creavit Deus hominem ad imaginem ſuam , ad imaginem Dei fecit illum:* Bis dicitur homo creatus ad Dei imaginem de ſimilitudine verò nulla fit mentio. Ut denotetur , quòd ſi homo in natura creatus eſt ad imaginem Trinitatis , virtutum tamen operibus, hanc imaginem in ſimilitudinem debet convertere; nam ſi Deus hominem creavit ad imaginem ſuam , ipſe virtutum exercitamentis , obſervando legem Dei, ſe debet componere ad ſimilitudinem Dei Eleganter ibi Origenes : *Hoc , quod dixit,* ait, *ad imaginem Dei fecit eum , & de ſimilitudine ſiluit , non aliud indicat , niſi quod imaginis divinitatem in prima conditione perceperit , ſimilitudinis verò perfectio in conſummatione ſervata eſt ſcilicet , ut homo ſibi eam propriæ induſtriæ ſtudiis ex Dei imitatione conciſceret.*

Geneſ. 1. *Similitudo facienda à nobis.* — Origen.

QUÆSTIO XV.

Quare Chriſtus D. ſub ſanctiſſimo Trinitatis nomine mandat , docere omnes gentes ?

78. *In Trinitate ſumma unitas.*

DAto Baptiſmo in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis præcipit Dominus , docere omnes gentes, tanquam ſi ad exemplar totius Trinitatis omnes gentes docendæ eſſent; ut quamvis plures homines, una charitate , una fide, uno Spiritu fierent unum inter ſe : ſicut enim Pater , Filius , & Spiritus ſanctus, quamvis tres perſonæ diſtinctæ , unus tamen Deus eſt ſumma, & intima unitate , ac identitate, ita ut dicat D. Bernard. lib. 5. de conſiderat. *Inter omnia , quæ rectè unum dicuntur , arcem tenet unitas Trinitatis.* Ad tantum ergo exemplar , homines quamvis plures ſint, charitate , ſpiritu, ac fide , tanquam veluti ad unam animam reducantur.

D. Bernard.

In cœnaculo orabat Chriſtus : *Pater ſancte, ſerva eos, in nomine tuo , quos dediſti mihi, ut ſint unum, ſicut & nos.* Joan. 17. n. 11. Id eſt , Pater ſancte, totius ſanctitatis fons, ſicut tu , & ego , ac Spiritus ſanctus , unum ſumus in una unitate naturæ, cum perſonarum Trinitate , ita & hi mei fideles , qua ſimilitudine , ac imitatione , ſint animo , concordia, Spiritu , ac charitate unum inter ſe , ita ut de eis dicatur , cor unum , & anima una. Eleganter D. Cyrill. ibi ; *charitatis , pacis, & concordiæ vinculum petit , quod ad tantam ſpiritualem credentes unionem perducat , ut naturalis , conſubſtantialiſque in Patre , Filio , atque Spiritu ſancto unionis ſimilitudinem imitetur.* 79.

Joan. 17. *A Trinitate diſcamus unionem.* — D. Chryſ.

Cum ad creationem hominis devenitur , ait, Deus : *Faciamus hominem ad imaginem , & ſimilitudinem noſtram.* Geneſ. 1. num. 26. hic expreſſè denotatur ſancta Trinitas , ut communiter tenent omnes Patres, innuitur enim unitas eſſentiæ , cum pluralitate perſonarum , ut indicat illud verbum, *faciamus* ; & *ad ſimilitudinem noſtram* ; ſed cur tanta perſonarum unitas indicatur in opificio hominis , potius quàm in creatione cæli , & terræ, Solis , Lunæ , ac ſtellarum , & aliarum rerum? quid ergo magis fuit in homine : ut tanta Perſonarum unitas in ejus molimine declaretur ? Ut ſtatim in ſua creatione , à ſuo auctore diſcant homines habere inter ſe magnam unionem , & pacem , quamvis enim plures ſint homines , tamen ad imitationem ſui Creatoris , cujus imaginem, ac ſimilitudinem gerunt , fiant inter ſe amore, ac ſpiritu & mente unum. Idiota lib. 3. Contemp. *Cum creares hominem , Domine, dixiſti : faciamus hominem ad imaginem , & ſimilitudinem noſtram , ut noſtri ſimiles facti , & charitate , & amore ſe diligerent.* 80.

Geneſ. 1. *A ſuo Creatore informantur homines in pace , ac unione* — Idiota.

Creatis omnibus piſcibus maris. Benedixit Deus, dicens : *Creſcite , & multiplicamini , & replete aquas maris.* Geneſ. 1. num. 22. Cur hæc tria benedictionis verba ponuntur : Creſcite, multiplicamini , replete, cum in illis unus, & idem ſit ſenſus; Si uno verbo omnia illa exprimuntur, ad quid tria proferuntur : Ut in hac benedictione Trinitas , & unitas appareat : Trinitas in vocibus , unitas in ſignificatione. Rupert. lib. 1. in Gen. cap. 52. *Tria ſunt verba benedictionis , ſed unus idemque ſenſus ; nec mirum , etenim tria nomina , ſive tres ſunt perſonæ ejus , qui benedixit , ſive unus, idemque Deus eſt.* Per piſces intelliguntur homines ut tenet D. Anaſtaſ. Sinaita lib. 5. in Hexam in quorum creatione , cum eorum multiplicatione : tantis Deus indicabat unitatem. 81.

Geneſ. 1. — Rupertus.

Ait D. Nazianz. orat. 1. de Pace Angelorum: *Primum illud eſt , quod pacati ſint . & ſeditionis expertes ; quippe qui à ſancta Trinitate hoc acceperunt , ut unum ſint.* Et unde tantam acceperunt concordiam. Subdit : *Trinitas ſiquidem illis unus Deus eſt , non minus propter concordiam , quàm propter ſubſtantiæ identitatem.* Valde profunde loquitur Nazianz. Ait enim , quòd inter multa, quæ eminent in Angelis , illud primum , quòd ſumma unione, ac concordia , ſine ulla contentione , converſentur. Et unde illis tanta unitas? *Quippe qui à ſancta Trinitate hoc acceperunt , ut unum ſint.* Contemplantur tantum myſterium *non minus propter concordiam , quàm propter ſubſtantiæ identitatem.* Ita ut nulla ex tribus perſonis , aut mente , aut voluntate , aut potentia ab alia diſſentiat , aut diſſentire , diſcrepareque poſſit : ergo cum Angeli hanc contemplentur concor 82.

D. Nazianz. — *Angeli contemplantes Trinitatem accipiunt concordiam.*

concordiam, *in ſubſtantiæ identitate*, eam tanquam exemplar ſibi impreſſius proponunt, ut in tanta Angelorum multitudine, tanquam concordiæ Trinitatis æmulam, ſibi excedant, ac quantum fas eſt, ſe ad illam componant.

QUÆSTIO XIV.

Quare Dominus ſuis promiſit ſuam præſentiam uſque in finem ſæculi?

83. MIttebat Dominus ſuos Apoſtolos, Diſcipulos, ac Prædicatores in mundum univerſum, pauperes, humiles, deſtitutos humanis præſidiis, ac ſicut oves in medio luporum; nolite ergo, ac ſi dicat Chriſtus, vos, diſcipuli mei, cogitare deſolatos, ac à me deſertos, *Ecce ego vobiſcum ſum* mea præſentia divina, ac etiam ſacramentali, meo auxilio, robore, ope, gratia, conſolatione, ac directione uſque ad conſummationem ſæculi.

84. Primo. Ego vobiſcum ſum, tum etiam qua Deus, tum etiam qua homo; ideo nihil timendum eſt in munere veſtro, à me vobis commiſſo, ſic dictum eſt Jeremiæ 1. n. 8. *Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum ſum, ut eruam te.* D. Chryſoſtom. homil. ultim. in Matth *Ne mihi veram difficultatem dixeritis; ego enim vobiſcum ſum, quia facilia omnia reddo.* D. Proſper. lib. 2. de vocatione Gentium cap. 1. *Nolite*, ait, *de veſtra infirmitate trepidare, ſed de mea poteſtate confidite, qui vos in opere non derelinquam non ad hoc, ut nihil patiamini, ſed quod multò majus eſt, præſtiturus, ut nulla ſævientium crudelitate ſuperemini.*

Jerem. 1. Dei præſentia excludit timorem. D. Chryſoſt. D. Proſper.

85. Ego vobiſcum ſum mea ope, ac auxilio, ut vos victores, ac triomphatores efficiam. D. Hieron. *Qui uſque ad conſummationem ſæculi ſe cum diſcipulis futurum eſſe promittit, illos oſtendit, ſemper eſſe victores, & ſe nunquam à credentibus receſſurum.* Quod ad ſuos ſucceſſores maximè refertur. Lucifer Calaritan. in opere, cui titulus eſt: *moriendum eſſe pro filio Dei*: Sic ſanctos Martyres tyrannorum triumphatores introducit: *Illo videlicet in nobis manente, & nobiſcum ſemper conſtituto, quia ad Beatos Apoſtolos dixit: Vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi; ſtetimus, & ſtamus, quo uſque conſumas corpora noſtra: ſtaturi ſumus, ſalutari Chriſti clypeo muniti, lorica pietatis ejus circundati immobiles, magis magiſque in omnibus victores.*

D. Hieron. Lucifer. Calarit.

86. Et nota, quòd expreſſe ſuis non promittit opem, ſed ſui præſentiam; tamen unum includitur in alio, & idem eſt, quod promittat ſui præſentiam, ac quòd illis promittat ſuum adjuvamen, ac auxilium; fieri enim non poteſt, quòd ipſe videat ſuos laborantes, abſque eo quòd eis opem, & adjuvamen præbeat. Deinde cum eis promittat ſuam præſentiam, illa vires ſuis militibus miniſtrat; principis præſentia, militis robur. Vide multa verb. *Oculus.*

Principis præſentia, milites robur.

87. *Ecce ego vobiſcum ſum*, mea præſentia ſacramentali, in divino Eucharistiæ myſterio, ut interpretantur Euſebius Emiſſenus homil. 3. Dedicationis Eccleſiæ, & communiter interpretes hoc loco. Ideo enim Chriſtus admirabile Euchariſtiæ Sacramentum inſtituit, ut ipſe in Eccleſia, imò & in omnibus, & ſingulis Eccleſiis perenniter maneret uſque ad conſummationem mundi; ſicut enim Chriſti humanitas, ac divinitas viſibiliter ab Angelis, ac Sanctis adoratur in patria; ſic etiam eadem humanitas, ac divinitas abſcondita ſub ſpeciebus panis, & vini in Euchariſtia, in toto mundo adoratur, & à fidelibus manducatur, ut cæleſti pabulo corroborentur, ac muniantur adverſus hoſtes viſibiles, & inviſibiles.

Præſens in Sacramento. Euſ. Emiſſ.

Ecce ego vobiſcum ſum. Cum Chriſtus dicit, quòd nobiſcum eſt in ſacramento Altaris in tota Eccleſia, etiam denotat, quòd nobiſcum ſit tota Trinitas, quæ etiam eſt in ipſo Sacramento per concomitantiam, ut communiter dicunt Theologi, quæ maximè nos protegit, ac obumbrat ab omni ingruenti malo, ac nocumento. Mittuntur tres pueri in fornacem ardentem, & multa materia ad ſuccendendum ignem à miniſtris congerebatur. Tunc *erupit flamma, & incendit quos reperit juxta fornacem, de Chaldæis.* Daniel. 3. n. 48. & tamen Nabuchodonoſor acceſſit ad fornacem. ibi. num. 90. & ab igne non rapitur, ſed liber, & ſalvus evaſit. Rupertus lib. 6. de gloria Trinit. cap. 7. tenet, tribus in pueris à Rege barbaro viſis, Beatiſſimæ Trinitatis veſtigium adumbratum eſſe, quod omne malum fugavit, exſufflavit flammam, extinxit ignem, & maximè inde lucem accepit. Sic ait ille, *quo aſpectu beſtia edocta fuit, aſſumere voces hominis, & Deum confiteri.* 88.

Daniel. 3. Veſtigio Trinitatis, obumbramur ab omni malo. Rupertus.

CAPUT X.

Jeſus aſcendens in cœlum.

Marc. 16. n. 14. Noviſſimè recumbentibus illis undecim apparuit, ſcilicet Jeſus, & exprobravit incredulitatem eorum, & duritiem cordis; quia iis, qui viderant, eum reſurrexiſſe, non crediderunt.

VERSIONES.

Syriacus. Poſtremo verò apparuit, ipſis undecim, quum diſcumberent, & exprobravit exiguam eorum fidem, duritiem cordis ipſorum: quippe qui iis, qui conſpexerant eum ſuſcitatum, non crediderunt.

Græc. apud Franc. Luc. Tandem denique manifeſtatus eſt.

Arabicus. Poſt hoc autem congregatis undecim apparuit, eis, & exprobravit eos propter parvitatem fidei, & duritiem cordis eorum.

Euthym. Quia iis, qui viderant eum, poſtquam reſurrexerat.

Vatabl. Quòd iis, qui ipſum vidiſſent reſuſcitatum non credidiſſent.

EXPOSITIO I.

1\. Græcus. Euthym. Janſenius. Montanus.

NOVISSIME. Græcè, id eſt *poſteà* ſeu poſtremo. Euthym. Janſenius, Montanus, Cornelius ad illam ultimam, quæ ipſo die Paſchatis facta eſt, quam ſcribit Joannes.c.20. n.19.nam D. Marcus ſolum commemorat tres apparitiones illius diei Paſchatis;quod apparuerit primò Magdalenæ, deinde diſcipulis petentibus Emmaus,& undecim diſcipulis congregatis cum fores eſſent clauſæ;de quo egi ſuprà cap 4.hujus libri,& tunc eis exprobravit eorum incredulitatem, quod nec Magnalenæ, nec cæteris fœminis, neque duobus diſcipulis affirmantibus ſe vidiſſe Jeſum,fidem adhibuiſſent.

2\. Maldonat.

Maldonat.exiſtimat, hanc apparitionem eſſe illam quæ octavo die poſt Reſurrectionem facta eſt præſente jam Thoma, quam ſcribit Joan.cap.20. n.26. Hæc tamen ſententia non poteſt ſubſiſtere; quic Evangeliſta ait *noviſſimè*: ac proinde indicat, hanc fuiſſe ultimam apparitiónem; poſt illam die octavo, aliæ fuerunt apparitiones ut ad mare Tyberiadis,& in monte Galilææ, ut vidimus.c.6.& 9.

3\. *Verior ſententia.* D. Auguſt. D. Gregor. Beda. D Bernard. D. Antonin. D. Bon. Lyranus. Gloſſa.

Dico tamen cum D. Auguſt.lib. 3. de conſenſu Evang.c.25.D Gregor. homil. 29. in Evang. Beda Marc 16.D.Bernard. ſerm. 1. de Aſcenſ. D.Anton. 1. p. hiſtor.D. Bonav. Lyran. Gloſſa, & aliquibus Recentioribus exiſtimantibus, hanc apparitionem factam fuiſſe ipſomet die Aſcenſionis. Primo,quia hoc Evangelium cantatur ab Eccleſia, ipſo Aſcenſionis die.Deinde, quia illa particula: *Noviſſime.* abſolutè prolata; non eſt tantum referenda ad noviſſimam apparitionem in die Reſurrectionis, ſed abſolute ad ultimam apparitionem. Deinde in hac apparitione dicitur *recumbentibus undecim diſcipulis*;ad menſam, nempe in illa die Paſchatis, ab eis rogavit Jeſus, *num habetis aliquid, quod manducetur?* ac ſi non eſſent ad menſam, Luc. 24 n.42. ergo diſtinctæ ſunt apparitiones. Luc. 24.

4\. Syriacus. Arabicus.

Recumbentibus ſeu *accumbentibus*, menſæ ſcilicet, *exprobravit incredulitatem eorum*. Syriacus,*exiguam fidem*. Arabicus: *exprobravit eos propter parvitatem fidei eorum.* Additur deinde: *duritiem cordis*:tarditatem nempe ad credendum,*quia iis,qui viderant eum reſurrexiſſe.* Sed quis hominum vidit Jeſum reſurgentem: nullus ſanè:Ideò illud verbum, reſurrexiſſe, non denotat actum reſurgendi, ſed perſonam quæ reſurrexerat. Sic habet Syriacus, Græcus, Vatablus, *quia iis, qui conſpexerant eum ſuſcitatum, non credidiſſent*. D.Hieron. l 2. contra Pelag. poſt hæc præfata Evangelica verba, ait, in quibuſdam Codicibus Græcis ita addit: *Et illi ſatisfaciebant, dicentes: ſæculum iſtud, iniquitatis ſubſtantia eſt, quæ non ſinit, per immundos Spiritus veram. Dei apprehendi virtutem; idcirco jam nunc revela juſtitiam tuam.* Quæ verba meritò Eccleſia reſecuit:odorem dans hæreſis Manichæi, aut Montani. (Græcus. Vatablus. D. Hieron.)

QUÆSTIO I.

A die Reſurrectionis uſque ad Aſcenſionem, in quo loco Chriſtus Dominus erat, & quid agebat: quando non apparebat, & aderat diſcipulis ſuis.

5\. QUantum ex ſcriptura, ac Patribus conſtat, undecim ſunt apparitiones Chriſti, à die Reſurrectionis uſque ad Aſcenſionem, & in ipſo Sacratiſſimo die Reſurrectionis ſexcies apparuit. (*Quot fuerint Chriſti apparitiones.*) Primò Sacratiſſimæ Virgini Mariæ, ut communis eſt ſententia Patrum, & Doct.ut retuli hoc. lib. cap. q. 8. Secundò apparuit Magdalenæ apud ſepulchrum.Marc.16.num. 9. Joann. 20. num.16. (Marc. 16. Joan. 20.) Tertiò apparuit eidem cum cæteris mulieribus redeuntibus Jeruſalem in via. Matth.28.n.9.Quartò apparuit Petro Luc. 24. num. 34. (Luc. 24.) Quintò duobus diſcipulis euntibus in Emmaus, Luc. 24. num. 31. (Luc. 24.) Sexto omnibus; ſcilicet decem Apoſtolis, Thoma abſente. Judas verò ſe ſuſpenderat, ergo ſolum reſtabant decem, quibus ſe manifeſtavit.Luc. 24. n. 36.

6\. Poſt diem verò Paſchatis: Septimò apparuit & undecim Apoſtolis, præſente jam Thoma, ipſa octava die Paſchatis, quæ vocatur Dominica in Albis,Joan. 20. num. 26. (Joan. 20.) Octavò apparuit ſeptem diſcipulis, inter quos erant Petrus, & Joannes, piſcantibus in mari Galilææ. Joan. 21.num.1. (Joan. 21.) Nonò apparuit in monte Galilææ, multis imò pluſquàm quingentis fratribus, id eſt,fidelibus.Matth. 28. num. 10. & 1. Corinth. 15. num 6. (Matth. 28.) Decimò apparuit Jacobo fratri Domini: citato loco Corinth. num. 7. Undecimò apparuit omnibus Apoſtolis, aliiſque fidelibus in monte Oliveti aſcenſurus in cælum, habetur Actor.1.n.9.& narrat hic D Marcus. (Actor. 1.)

7\. Quæſtio principaliter inquirit; in quonam loco Chriſtus commoraretur, quando à diſcipulis ſuis recedebat. hoc tempore intermedio inter Reſurrectionem; & Aſcenſionem? D Thom. 3. p. q. 35. art. 3. ad 2. ait, incognitum, quibus in locis,intermedio tempore corporaliter eſſet; cum hoc Scriptura non tradat, & in omni loco ſit dominatio ejus. (D.Thomas.)

8\. Tamen ipſemet D Thomas in 3 diſt 22.q.3 art. 2.quæſt 3 ad 3.conjectura utendo, ſignificat, fuiſſe in paradiſo terreſtri, quia dicit, in eo fuiſſe animas, quæ cum Chriſto ab inferis aſcenderunt. (D. Thom.) Idem docet D. Bonav. in meditationibus vitæ Chriſti, cap 91. Nicephorus etiam lib. 1. cap. 31. idem ſignificat, dum ait, Chriſtum eduxiſſe animas ſanctorum ex ſinu Abrahæ, & in paradiſo terreſtri collocaſſe. (D. Bonav. Nicephor.) In qua etiam ſententia videtur eſſe Juſtinus q.75.76. & 85.& Irenæus lib 4.contra hæreſes: in quem modum interpretantur illa Chriſti verba: *Hodie mecum eris in paradiſo*: ſed alterum ſenſum habere ſuo loco diximus;nec Chriſtus eo die fuit in Paradiſo terreſtri,ſed in Limbo. (Juſtinus. Irenæus.) D. Anſelmus in Lucidario: Quærit diſcipulus: *Ubi manſit quadraginta illis diebus? Magiſter: In paradiſo terreno, ut creditur, cum Elia & Enoch & cum iis, qui cum eo ſurrexerant.* (D.Anſelm. *Chriſtus aderat tum Elia, & Enoch.*)

9\. Quia vero longa eſt quæſtio: An Elias, & Enoch modò ſint in paradiſo terreſtri? (*An ſit Paradiſus terreſtris?*) Multi affirmant:alii negant, aſſerentes,extinctum fuiſſe in diluvio: ſunt qui aſtruunt, Eliam, & Enoch eſſe in cœlo aëreo, & ideo D. Gregor. Rupertus, & alii hanc conſtituunt differentiam inter raptum Eliæ, & Aſcenſionem Chriſti, quòd Elias raptus eſt ad cælum aëreum, Chriſtus ad cælum æthereum: quia verò Elias, & Enoch adhuc vivunt in corporibus mortalibus, ideo locus his corporibus accommodatus, non eſt cœleſtis ſed terreſtris, ideo talis locus eſt paradiſus terreſtris, ſi adhuc exiſtit: & ſi diluvio extinctus fuit: in ipſo loci ſitu, vel alio amœniſſimo, divina providentia, reconditi ſunt viri illi, de quo late videndus eſt Suar.tom. 2. ad 3. diſp. 55. ſect.1.§. *Dico quan-* (*In quo loco ſunt modo Elias, & Enoch?*)

to

re;ac proinde abſtrahendo à quæſtionibus, in loco illo,in quo ſunt Sanctiſſimi Patres Elias,ac Enoch, ibi frequenter per illos quadraginta dies cum eis aderat Chriſtus, altiſſima myſteria illis aperiens, & revelans.

QUÆSTIO II.

Quare recumbentibus undecim diſcipulis ad menſam apparuit eis Jeſus, dans ultimum vale, aſcendens in cælum?

9. IN ipſo die Aſcenſionis apparuit Jeſus diſcipulis ſuis recumbentibus domi ad menſam, ut pro more illius temporis pranderent; & tunc exprobravit incredulitatem eorum; poſt prandium eduxit eos Dominus foras in Bethaniam, quæ eſt ſita in latere montis Oliveti. Ex ipſo enim monte aſcendit in cælum, ut narrat D. Lucas Actor. 1. num. 12. Quæſtio inquirit, quare Apoſtolis recumbentibus ad menſam apparet Chriſtus?

Actor. 1.

10. Reſpondeo primo. Quod eo tempore acceſſit Jeſus quando ad prandium recumbebant ad menſam, quia tunc omnes ſimul Apoſtoli aderant, ut omnibus ſe exhiberet, omnibúſque monita ſalutis daret, eiſque ultimum vale dicens, in cælum aſcenderet. Secundo ut cum eis ſimul manducaret, ut dicam quæſt. ſequenti. Tertiò ut ait D. Bernard. ſerm. 1. de Aſcenſ. *Multam fiduciam præſtat, quòd libentius adſit orationi incumbentibus, quando nec recumbentibus quidem dedignatur adeſſe:* Si Dominus apparet aſſiſtentibus ad menſam, quanto præſtantius aderit in oratione vigilantibus?

D. Bernard.

Deus cito adeſt orantibus.

11. Quarto D. Chryſolog. ſerm. 83. hic ait: *Recumbentibus illis apparet; Nunquid prandentibus fratres hoc non erat, diſcumbere, ſed jacere, nec convivii erat chorus ille, doloris erat conventus.* In tanta abſtinentia, ac jejunio vivebant Apoſtoli, tamque tenui cibo erant aſſoliti, ut ipſe cibus eſſet eis, veluti vexatio, & refectio tanquam tortura, ut de S. Bernardo ſcribitur, quòd quoties cibus ab eo ſumendus erat, toties tormentum ſubire videretur. Rara virtus; deliciarum motiva, in virtutis fomentum convertere. Ita dicebat Regius Vates Pſal. 41. n. 4. *Fuerunt lachrymæ meæ, panes die, ac nocte dum dicitur mihi quotidie ubi eſt Deus tuus?* Panis non erat ei oblectamentum, ſed potius doloris excitativum, cum enim manducaret terrenum panem, recordabatur de illo cæleſti, ac inſatiabili pabulo, quo Sancti reficiuntur in patria, & proinde præ illius deſiderio in lacrymas erumpebat.

D. Chryſol.

Magna virtus deliciarum motiva, in virtutem convertere.

12. Cum Tobias ſenior feciſſet bonum convivium in domo ſua, & agnoviſſet unum ex filiis Iſraël jugulatum jacere in platea illum occultè portavit in domum ſuam,ut nocte ſepeliret: *Cumque occultaſſet corpus, manducavit panem cum luctu.* Tob. 2. n. 5. Si tantus Tobiæ imminebat dolor, cur manducat?nonne melius erat, abſtinere à cibo, quam intinctum lachrymis panem aſſumere? Tobias magno dolore afficiebatur, ob fratrem demortuum,inde ad ſuum mœrorem indicandum, manducat cum luctu, oſtendens, quod cibus non mitigabat afflictinem animi, ſed potius augebat; deficiente ſocio, & fratre ſuo, ipſe panis erat ei, veluti luctus,& non erat oblectamentum, ſed lamentum. Pulchrè cit. Chryſolog. *Ibi panis; non erat gaudii, ſed mæroris; ibi crucis felle, non vini dulcedine pocula miſcebantur.*

Tobiæ. 2.

Panis ſine fratre, non erat oblectamentum ſed lamentum.

D. Chryſ.

Quintò. Dum diſcipuli menſæ aſſiſtunt, Jeſus adeſt illiſque totius orbis prædicationem, ac culturam committit; & cur quando totius mundi cultura commendanda eſt, inter epulas apparet Jeſus; ut denotaretur totius mundi regenerationem in Eccleſia ſua non aliter fieri poſſe, niſi per cæleſte convivium, cujus virtute multiplicantur Eccleſiæ filii, ut per totum orbem dilatentur, & augeantur efficacia ſanguinis Chriſti. D. Methodius in ſympoſio citatus à Turri. Tract. 2. de Euchariſt. cap. 7. ſic ait: *Non poteſt aliter Eccleſia concipere credentes, & regenerare per lavacrum regenerationis, niſi & Chriſtus propter eos ſe exinaniens, ut capi poſſit, ſecundùm commemorationem paſſionis, iterum moriatur è cœlo deſcendens, adhærenſque uxori ſuæ præbeat virtutem quandam lateris ſui, ut augeantur, qui in eo ædificati ſunt, omnes per lavacrum regenerati.* A divino pabulo venit, ut cultura legis Evangelicæ creſcat. Ait Oſeas 14. num. 6. *Erit quaſi ros Iſraël, germinabit ſicut lilium, erumpet radix ejus, ut Libani. Ibunt rami ejus, & erit quaſi oliva, gloria ejus: & gloria ejus, ut Libani: convertentur in umbra ejus: vivent tritico, & germinabunt ſicut vinea.* Unde provenit, quòd in toto mundo, ubi erant ſpinæ, tribuli, nunc appareant lilia, cedri, olivæ ac vites; *vivent tritico.* Divinus panis ſic fuit potens, totum mundum fœcundare, ut ipſum redderet amœniſſimum paradiſum. 13.

Ex divino pabulo venit ut cultura legis Evangelica creſcat.

Methodius.

Oſeas. 14.

Sexto Inter convivium apparet Chriſtus, & de ſuo aſcenſu in cælum agit,admonens,cibos temperandos eſſe ſacrarum rerum tractatu, ut indicant leges de cibis vetitis. Levit. 11. num. 2. Deuter 14. num. 3. ubi ait Moyſes: *Ne comedatis, quæ immunda ſunt.* Condita legum ſcitis menſa erat. *Ut iſtis legalibus diſcipulis ubique occurrentibus ne illi momento vacarent à Dei conſpectu.* Ut probat Tertullian. lib. 2. contra Marc. cap. 18 Seniores Iſraël cum Jethro manducaret. Exod. 18. n. 12. quos Moyſes accerſitos voluit, *ut comederent, panem cum eo coram Deo.* Quid eſt, comedere homines coram Deo? Id eſt, ut vult Abulenſis, ante tabernaculum; quia ſic comedebant; ut oculos, mentem, ac affectum haberent defixum in tabernaculum, ac divina. Dicebat anima ſancta ad ſuum dilectum: *Indica mihi, ubi paſcas, ubi cubes in meridie?* Cant. 1. n. 6. Meridiano tempore,hora prandii,ipſum quærit; quia ſic erat comedendum, tanquam ipſum quærens,ac ſi ſimul cum eo eſſet. 14.

Menſa condita ſit ſacra rerum lectione, ac meditatione.

Abulenſis.

Cantic. 1.

Septimo. Carthuſian. *Per hoc*, ait, *quòd Chriſtus D. Apoſtolis manducantibus viſibiliter apparere dignatus eſt, edocemur, quod etiam corporalia exercitia imo corporis noſtri refectio, atque proviſio Deo placeant; dum ea ad ſpiritualem profectum referimus.* Sublimis,& alta virtus; ut id, quod mundanis eſt ad delitiarum oblectamentum, juſtis inſerviat ad magnum ſpiritus fervorem, ut in illuſtres, & heroicos virtutum actus prodeant, manducantibus Apoſtolis apparet Jeſus, cibus enim eis non erat ad gulæ irritamentum, ſed ad magnum ſpiritus fomentum,ut in gratiarum actionem prorumperent, & ut cæleſti menſa: qua cum Chriſto in ultima cœna uſi ſunt recordarentur, & ideo cum ad tam ſpiritualem profectum referretur ille cibus, dignati ſunt, ut Chriſti præſentia fruerentur, ipſumque aſcendentem in cælum viderent. 15.

Carthuſian.

Id, quod mundanis eſt ad delicias, juſtis inſeruit ad ſpiritus fomentum.

Volens

16. Volens Iſaac, benedicere filium ſuum Eſau, ait illi; *Sume arma tua, pharetram, & arcum, & egredere foras, cumque venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, ſicut velle me noſti, & affer, ut comedam, benedicat tibi anima mea.* Gen. 27. num. 3. & 4. Benedictio illa conferenda ab Iſaac, magnis, & altis ſacramentis repleta erat, multaſque magnas promiſſiones de futuro involvebat, cur ergo poſt ſumptum cibum exhibenda fuit ab Iſaac? cur non potius à jejuno, quando animus eſt purior, ac expeditior? omnia divino Spiritu regebantur, ut Jacob, ad impetrandam Patris benedictionem, hædos apponeret, qui Chriſtum crucifixum, præfigurabant, ut docet D. Auguſt. lib. 1. ſuper Geneſ. q. 79. juxta illud Cantic. 2. *Similis eſt dilectus meus capreæ, hinnuloque cervorum.* Cibus ille appoſitus Iſaac, magis inſerviebat ſpiritui, quam corpori, pluſque implebat oculos cognitione divinarum rerum, quàm ventrem alimento naturali, & inde in cauſa fuit, ut proferret benedictionem magnis, in altis myſteriis, ac Sacramentis repletam. Huc advoco D. Ambroſ. lib. 2. de Jacob. cap. 2. *Acceſſit ad oves Jacob, & attulit innocentiæ partum, quia Patriarcha nullum cibum credit eſſe dulciorem quam Chriſtum, hunc publicum parenti cibum utilem judicabat, quo futura erat remiſſio peccatorum, & ideo accepit ſtolam Patris.*

Geneſ. 27. D. Auguſt. Cantic. *Cibo elevatur ſpiritus Iſaac, ad magna.* D. Ambroſ.

17. Poſt glorioſam Reſurrectionem manifeſtatur Jeſus ſuis diſcipulis in littore maris Tiberiadis; & cum ibi eſſet panis, & piſcis ſuper prunas: *Venit Jeſus, & accepit panem, & dat eis, & piſcem ſimiliter:* Et ſubdit Joan. 21. n. 15. *Cum ergo prandiſſent, dixit Simoni Petro Jeſus, Simon Joannis, diligis me plus his,* &c. *Paſce oves meas.* Valde mirum, quod ſupremus Eccleſiæ Pontificatus confertur Petro poſt prandium, *poſtquam prandiſſent,* cur non antea, quando jejunus erat, cum animus tunc ſit maximè aptus ad magna percipienda? *Menſa diſcipulis erat ad divinorum exercitia,* ut ait Beda. Cibus, & potus Apoſtolis non erat ad delitias, ſed ad Divinorum contemplationem; nam cum Petrus manducaret, maximè conſiderabat Chriſti benignitatem, cum ipſi, qui eum negaverat, tam affabiliter manu ſua panem, & piſcem dabat, & inde ipſa eſca, erat ei ſchola, ut diſceret, errantibus miſereri; & inde poſt talem cibum maximè inventus eſt dignus, ut in ſupremo apice Eccleſiæ conſtitueretur.

Joann. 21. Beda. *Juſtis eſca, ſtimulus eſt ad virtutem.*

QUÆSTIO III.

Quare recumbentibus Apoſtolis apparet Chriſtus, & ſimul cum eis conveſcens aſcendit in cælum.

18. Divus Lucas glorioſam Chriſti aſcenſionem ſcribens, Actor. 1. num. 4. ait: *Conveſcens præcepit eis ab Jeroſolymis ne diſcederent,* & ideo, ut dixi ſuperiori quæſt. Apoſtolis apparuit Jeſus recumbentibus ad menſam, ut ſimul cum eis manducaret; cur ergo Chriſtus in die ſuæ Aſcenſionis voluit, cum ſuis conveſci? eſt præſens quæſtio.

Acto. 1.

19. Reſpondet primo D. Chryſoſt. citato Actor. loco: *Ne ipſum ſpectrum, & phantaſma putarent.* Ut ita ex ipſa actione comedendi veritas corporis, ac carnis conſtaret. Secundo, ut Apoſtolis ad mirandæ ſuæ dignationis, amicitiæ, dignitatis, & charitatis daret exemplum, & aculeum, ad eum imitandum, ac redamandum infigeret. Quis non miretur, Chriſtum, non jam mortalem, & paſſibilem, ſed immortalem, & glorioſum, ad rudium, & pauperum Apoſtolorum menſam, & eſcam ſe dimittere, eis aſſidere, cum eis convivari, eadem eſca veſci? & ſicut fecerat in ultima cœna iturus ad mortem, ſic & in præſenti facit in amoris ſignum, aſcendens ad Patrem.

D. Chryſoſt. *Chriſti benignitas erga ſuos.*

20. Tertio. Chriſtus aſcendens in cælum, ſuis dat typum, & quaſi prælibationem cœleſtis convivii, juxta illud: *Ecce ego diſpono vobis regnum, ut edatis, & bibatis ſuper meam menſam in regno meo.* Luc. 22. n. 29. ut ex tali prælibatione, ſemper eorum ſpiritus ferretur in cælum, ut cæleſtia, ac divina ſemper meditaretur.

Luc. 22.

21. Quarto. Richardus Victorinus circa Domini in cælos aſcenſum lib. 1. de Emmanuele cap. 16. *Attende, quid dicitur, quomodo ibi legitur: & conveſcens præcepit eis ab Hieroſolymis ne diſcederent; & paucis interjectis additur: videntibus illis, elevatus eſt. Ecce quia comedit, aſcendit.* O Diviniſſimum epulum! ô convivium ſalutare! Qui huic menſæ accumbit, ad cæleſtia evolat, quod ut nobis Chriſtus ſignificaret, antequam aſcenderet in cœlum comedit, tanquam in typum, ac figuram ſui cæleſtis epuli, à quo elevabatur in cælum: *Ecce quia comedit, aſcendit.* Ut tanto documento nos moneret, quòd hoc divino pane nutriti, in cælum advolent, ac ferantur.

Richardus. *Cæleſtis panis facit ſuperiora, ac cæleſtia conſcendere.*

22. Ait Chriſtus D. Matth. 24. num. 28. *Ubi fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ.* Cur illi, qui ad Chriſti corpus conveniunt, aquilæ vocantur? Cur non potiùs columbæ, vel turtures? Inter omnes alites aquila ſublime, & altè volat, tanquam ſi ipſos cælos petat; ut fiat evidens, quòd illi qui hoc divino pabulo ſaturantur, terrena deſerentes ad alta ac ſuperiora provehantur, cæleſtia ſolum, & divina ſemper quærentes D. Chryſoſt. homil. 24. in 1. ad Corinth. *Ad hoc nos inducit,* ait, *ſacrificium illud formidandum, & admirabile, quod jubet nobis, ut aquilæ in hac vita facti, ad ipſum cælum evolemus, vel potius ſuper cælum.* Ubi enim cadaver, inquit, illic aquilæ. *Aquilas autem appellat, ut oſtendat, ad alta eum opportere contendere, qui ad hoc corpus accedit, & nihil cum terra debere ei eſſe commune, neque ad inferiora trahi, & repere, ſed ad ſuperiora ſemper volare, & in Solem juſtitiæ intueri.*

Matth. 24. *Cæleſtis panis elevat, & facit volare in cælū.* Chryſoſt.

23. Dum prodigus in regione longinqua, vitiorum turpitudine proſtratus, in ſe tamen reverſus, ait: *Quanti mercenarii in domo Patris mei abundant panibus? ſurgam, ibo ad Patrem meum.* Luc. 15. num. 17. Qui multis vitiis, fame, ac ſiti dejectus erat, unde ei venit in mentem, ut ſurgeret, ac per viam diſtantem, ac per multos tractus, & itineris ambages veniret ad Patrem; odoratus eſt cæleſtem panem ſui parentis, quo odore, ſic animatus, ac ſublevatus eſt, ut ſtatim ſurgeret, & tanquam Aquila, per magnum viarum diſtantiam volaret, ut ad Patrem veniret D. Auguſtin. in Pſal. 138. *Surgam, dicit; ſederat enim, ſed in egeſtate; ſurrexit in deſiderio panis tui.* Deſiderium hujus panis à terrenis facit ſurgere, & dat alas ad volandum ad Patrem: *Quanti mercenarii in domo Patris mei abundant panibus: ſurgam, ibo,*

Luc. 15. *Odor divini pabuli facit ſurgere.* D. Auguſt.

QUÆSTIO

QUÆSTIO IV.

Quare Chriſtus non diſſimulat, ſed increpat incredulitatem, ac duritiem diſcipulorum?

24. Cajetan. INcrepavit Dominus incredulitatem diſcipulorum, & duritiem cordis eorum; non exprobravit ac damnavit Dominus ipſos homines, ſed eorum duritiem, ac incredulitatem, ut attigit Caëtan. dicens: *Incredulitas, & duritia cordis ad credendum increpata eſt.* Non homo, ſed ejus peccatum damnandum eſt. Sic de quodam inceſtuoſo loquitur Apoſtolus 1. Corinth. 5. num. 5. *Tradere hujuſmodi ſatanæ in interitum carnis, ut Spiritus ſalvus ſit:* Si Apoſtolus intendebat, ut ſpiritus ſalvus eſſet, quomodo eum tradebat Satanæ? ad interitum nempe carnis; ut explicat Caëtan ut peccatum periret, & Spiritus hominis ſalvus fieret; non perſequebatur Spiritum hominis, quem intendebat ſalvum facere, ſed illius vitium. Vide in Indice verb. *Peccatum.*

Non peccator, ſed peccatum damnandum. 1. Cor. 5.

25. *Crimen magis arguitur opere, quàm verbo.* Et in limine quæſtionis adhuc dubitabis; an ipſos Chriſtus D. increpaverit ſui præſentia tantum, an etiam verbis, nam Chriſtum adhuc in ſepulchro, mortuum putare, grave ſcelus commiſſum fuit; ergo dum illis vivum, ac glorioſe reſuſcitatum ſe oſtendit, eorum incredulitatem prudentiſſime exprobrat & dubietatem miro modo tacite corripit (Sic ſæpe reprehenditur gulæ, aut intemperantiæ vitium) oſtendendo veras excellentias jejunii, ac temperantiæ, dicebat D. Paulin. Epiſtol. 27. *Talium convivia, vivendo melius, quàm loquendo arguimus.* Principis præſentia delinquentes arguit. (D. Paulin.)

26. Franc. Luc. Tamen communis eſt ſententia, quòd verbis reprehenderit. Franc. Lucas, quod fuiſſent illa, vel ſimilia. Luc. 24. num. 25. *O ſtulti, & tardi corde ad credendum.* Et quamvis juxta communem ſententiam, unius Thomæ incredulitas arguatur, ipſum tamen in communi increpat; ne aliquem ſigillatim objurgando, illum exaſperet, & faciat à ſe alienum. Vide in Indice hoc tom. & aliis, verbum *Reprehenſio.*

Reprehenſio ſit in communi.

27. Reſpondeo primò ad quæſtionem. Volebat Jeſus ſuos Apoſtolos conſtituere Prædicatores totius univerſi: *Euntes in mundum univerſum, prædicate Evangelium omni creaturæ.* Ante ergo tantum munus commiſſum, ac tam amplam poteſtatem delegatam, eos arguit, & increpat; ut certo ſciant, quòd ſi in munere ſibi commiſſo deliquerint, ac crimina aliqua perpetraverint, quòd adeſt alius, à quo arguendi, ac puniendi ſunt. Sæpe ſæpius homines in magna ſcelera, ac facinora incidunt, ſibi perſuadentes, quòd non ſunt talia inquirenda, ac judicanda ab aliquo. Vide ſuperiori cap. q. 5. n. 28. 29.

Cogitatione ſuperioris, cautus ſit miniſter.

28. Secundo. Optimus gubernationis modus, ut nec ille, qui intimus familiaris à ſecretis eſt, immunis ſit à pœna; & nec etiam ille, qui aliquando lapſus eſt, ut perpetuo inhabilis, repudietur. Apoſtoli Chriſti amici: *Vos amici mei eſtis.* Non inde tamen abſque reprehenſione evadunt: *Exprobravit incredulitatem eorum.* Et quamvis deliquiſſent, cum non crediderint iis, qui viderant, reſurrexiſſe. Tamen ad adminiſtrandum in munere convenienti admittuntur: *Euntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ.* Petrus primus Apoſtolorum Magiſtrum negavit; & quamvis eſſet primus, cum voluit plus ſapere, quàm oporteret, impediens Sacramentum paſſionis, graviter à Chriſto objurgatur: *Vade poſt me, Satana, ſcandalum es mihi.* Matth. 16. n. 23. Et quamvis negaverit, cum recte pœnituerit, ad deſtinatum Pontificatus munus aſſumitur: *Paſce oves meas.* Joan. 21. (Matth. 16.)

Amicus non ſit liber à reprehenſione; nec qui delinquit, ſemper excluſus.

29. Tertio. *Exprobravit incredulitatem eorum:* Chriſtus arguendo, diſcipulorum crimen aperit; ut ita opportuno medicamine ſalvi, & ſalvi fiant. Qui crimen, ac injuriam in ſe commiſſam manifeſtat, remedium illius, ſine dubio, affectat; qui verò tacet, ac diſſimulat, vindictam machinatur. Poſt adventum Spiritus Paracleti, largum ſermonem habet Petrus ad populum, eos arguendo, quomodo per eorum manus Chriſtus Jeſus traditus eſt ad mortem: Actor. 2. num. 23. ſimiliter idem habet, poſt ſanatum claudum mendicum: Actor. 3. num. 12. quod largo ſermone, & multis explicat Apoſtolus. Econtrà verò Amnon Davidis filius magnam injuriam intulit Thamar, quod cum agnoviſſet Abſalon, ait ei: *Tace ſoror.* Poſtea ſubdit textus: Porrò non eſt locutus Abſalon ad Amnon, nec malum, nec bonum. 2. Reg. cap. 13. num. 22. Apoſtolus totus eſt multis verbis in populi peccato indicando, pœnitentiam ut notat Chryſoſtom. ſolicitabat, ad quam populum invitabat, dicens: *Pœnitemini igitur, & convertimini; ut deleantur peccata veſtra.* Actor. 3. num. 19. At vero Abſalon inſidias moliebatur, vindictam machinabatur; & ideo omnino tacet, nec bonum, nec malum ex ore ſuo prodit. *Silui à bonis, & dolor meus renovatus eſt.* Pſal. 38. num. 3. Chaldaicus: *Ceſſavi à verbis legis.* Reprehendendo peccata populi, inde, ut explicat D. Auguſt. dolor eſt renovatus ex ſuo ſilentio, ob quod mala populi ſunt multiplicata.

Qui reprehendit, cogitat remedium; qui tacet, vindictam. Actor. 2. Actor. 3. 2. Reg. 13. D. Chryſoſt. Pſalm. 38. D. Auguſt.

30. Quartò. Chriſtus vere Pater, Apoſtoli filioli, ſic eos appellat. Joan. 13. num. 33. filiorum erratis non parcit, bonus ſciens Pater; moriturus Jacob, increpans filios, bene eis precatur: *Benedixitque ſingulis.* Geneſ. 49. num. 18. Judam laudat Pater à bono virtutis maſculæ, num. 8. Joſephum commendat à bona rerum copia. n. 22. Hæc quòd ſint benedictiones, bene ſe habet: ſed quomodo etiam erunt benedictiones, dum Rubenum pungit dicens: num 4. *Non creſcas, principium doloris mei.* Rigide pulſat Simeonem, & Levi appellans, *vaſa inquitatis velantia.* n. 5. magna benedictio filio eſt, ejus criminis increpatio, ut objecto crimine emendetur. Caëtan. *Nam arguere, & increpare, alienum non eſt à paternis benedictionibus.* Magna patris benedictio filii increpatio.

Joan. 13. Geneſ. 49. *Increpatio pro delicto filii benedictio.* Caëtan.

31. Quinto. Recumbentibus undecim diſcipulis, ad menſam nempe, apparens Jeſus exprobravit incredulitatem eorum; cur potius modo eos arguit, quàm in aliis apparitionibus; erant Apoſtoli ad menſam cum Chriſto; & peccata ad Chriſti menſam maximè ſe produnt; ac manifeſtantur, ut inde damnentur, ac arguantur, magno apparatu celebrat Rex nuptias filii ſui, & ingreſſus, ut diſcumbentes aſpiceret; *Vidit hominem, non veſtitum veſte nuptiali.* Statimque in eum invehitur, & ait: *Amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem?* Matth. 22. n. 12. & ſtatim imperat miniſtris: *Ligatis manibus, & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores.* Quomodo bonus Rex ſic iraſcitur modò in hominem? Rex iſte Deus erat, cujus oculis omnia (Matth. 22.)

ſunt

Peccata ad Chriſti menſam maxime arguuntur, ac puniuntur.

ſunt nuda, & aperta, antea videbat hominem in veſte ſordida, & tamen diſſimulabat; cur modò tanto furore in eum eſt accenſus, ut ipſum arguat, & mitti in tenebras exteriores imperet? Erat homo ad Chriſti menſam: & ſi antea peccata diſſimulabantur; tamen cum ad Chriſti menſam cum illis veniret ſuſtinenda non fuerunt, ſed arguenda, ac punienda, ut homo mitteretur in tenebras exteriores. Galfridus apud Titelman. in Allegoriis, *Sacramenti cauſa, propter peccata, habitum culpat.*

Galfridus.

32. Sexto. *Exprobravit incredulitatem eorum*: Et ſtatim adjungit: *Euntes in mundum univerſum, prædicate Evangelium,* cum magna poteſtate edendi miracula: *In nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur novis*: Et ita commiſcet rigorem reprehenſionis cum favore tam ampliſſimæ poteſtatis, ut hac alternatione temperet eorum animos: ut nec cum rigore reprehenſionis cadat eorum animus, ſed cum tantis favoribus intumeſcant, objicitur incredulitatis reprehenſio, ut cognita propria fragilitate humilientur. Sic de altera vice fortunæ loquitur Valerius: *Neque decuit, bonis eum,* ſcilicet hominem; *perpetuis frui, nec malis æternis ingemiſcere patiendo.*

Favore, ac aſperitate, bene regitur homo.

Valerius.

33. Valde temerè ad januam ſuæ dilectæ pulſat Divinus ſponſus, dicens: Cantic 5. n 2. *Aperi mihi, ſoror mea, amica mea, columba mea, quia caput meum plenum eſt rore*: Omni cæleſti benignitate, ut in te infundam. Statim Virgo egreſſa eſt quærens dilectum; & patitur ipſe, Virginem ab adverſariis primi, manu pulſari, ac percuti, & ſpoliari: *Invenerunt me cuſtodes, percuſſerunt me; tulerunt pallium meum*, Ibid. n. 7. Bone Deus, ſi modò tantis blanditiis te habebas erga dilectam tuam: *Soror mea, amica mea,* &c. cum tantiſque favoribus te exhibebas erga illam: *Caput meum plenum eſt rore*: Cur illicò tam ſævè, ac dirè permittitur vexari, *percuſſerunt me, vulneraverunt me*; Optimus noſtrarum affectionum medicus eſt Deus: blanditur dicto, ne timeat Virgo: & premit facto, ne ſuperbè tumeat: ſic favo, & abſynthio miſcetur antidotum, quo peſtes curentur humanæ mentis. Pulchrè D. Auguſt. ſerm. 4. de verbis Domini: *Blandiris* ait, *ne fatigemur in via; corripis, cædis, ac dirigis, ne aberremus à via.*

Cantic. 5.

Deus hominis mentem urget bonis, ac malis.

D. Auguſt.

34. Conſtituit Deus in medio paradiſi, *lignum ſcientiæ boni, & mali.* Geneſ. 2. num. 9. quænam eſt hæc arbor à Deo producta, ſimul habens ſcientiam boni, & mali? Hæc eſt enim boni, magnique Dei ſcientia, utramque fortunæ paginam facere, utrumque miſcere antidotum curandis morbis humanæ mentis: cum enim homo quiſque bonis inſoleſcat, premitur malis: & ne malis opprimatur, bonis lenitur: & ſic malum bono, & bonum malo temperatur, ut homo inter utramque fortunam vivens rectè ſe habeat. D. Chryſ. h. 54. in Matth. *Eodem*, ait, *nos modo, & dolor vexat, & voluptas mulcet, utriſque remediis mens hominum indiget.*

Gen. 2.

Bono & malo componitur hominũ vita.

D. Chryſoſt.

QUÆSTIO V.

Quare in feſtivo, ac triumphali Aſcenſionis die, Chriſtus ſuos diſcipulos reprehendit?

35. *Difficultas quæſtionis.*

A Die Reſurrectionis uſque ad præſentem diem Aſcenſionis, multoties ſuis diſcipulis Chriſtus Dominus apparuit: cur tamen objurgationis ſeveritas ad hanc ultimam diem reſervatur? quid habet feſtivitas hujus triumphi cùm acerbitate increpationis? cur triſtitia de Domini abſentia objurgationis aſperitate augenda fuit, præſertim cum reprehendantur de incredulitate, quæ jam à diſcipulorum cordibus abierat?

36. Reſpondeo primò ad quæſtionem, diſcipuli in die Reſurrectionis duri, ac increduli extiterunt: & tamen Chriſtus Dominus diſtulit reprehenſionem uſque ad diem Aſcenſionis, quadraginta dierum ſpatium interponens, ut livor vulneris decoqueretur, & animus capacior fieret ad medicinæ remedium: tot enim, ac tantis apparitionibus emolliebatur durities cordis, ut ſuam incredulitatem recognoſcens cum majori fructu, ac humilitate reprehenſionem audiret. Peccat Adamus meridiano tempore, ut eſt communis ſententia, & dixi lib. 8. cap. 13. venit Dominus ad eum: *Ad auram poſt meridiem.* Geneſ. 3. numero 8. id eſt ſub veſperi, cur illico non adeſt Deus homini, quem manibus ſuis formaverat? Cur tot horæ labi permittuntur, jacente ipſo homine in peccato? Cur ſic diſponit Divina pietas, ut ſtatim homini non ſubveniat? Hæc fuit ſumma Dei pietas, ut tantum tempus interponeretur. Adveniebat Deus, ut argueret hominem de peccato ſuo, conceditur ſpatium, ut ipſe ſuam conditionem recogitet, & fœlicitatem nempe quam perdiderat, ac ſummam miſeriam, in quam lapſus erat, ut ita cum magno fructu Deum arguentem audiret. D. Ambroſ. apud Lippom. *Nam dum culpa fervet in corpore, non cogitat Deum ſenſus errantis.*

Tempus interponendum ut reprehenſio bene recipiatur.

Geneſ. 3.

D. Ambroſ.

37. Secundo. Apoſtoli increduli fuerunt in die Reſurrectionis, & tamen poſt multas apparitiones, exprobratio ad hanc ultimam remittitur; cum in prioribus apparitionibus ſuam benevolentiam Dominus declaraſſet, inde increpans in hac noviſſima libentius, ac promptius exaudiendus erat; increpatio enim, quæ à benevolo animo proficiſcitur, libentiſſime auſcultatur. Hoc artificio uſus eſt Samuel, antequam populo objiceret ſua gravia crimina: *Videbitis, quàm grande malum feceritis vobis in conſpectu Domini, petentes ſuper vos regem.* Reg. 12. num. 17. prius eorum animos demulcet, oſtendens, ſe eorum votis ac poſtulatis cumulatiſſime ſatisfeciſſe: *Ecce audivi vocem veſtram juxta omnia, quæ loquuti eſtis ad me: & conſtitui ſuper vos regem.* Citat. cap. 12. num. 2. ut ibi notat Mendoza in expoſit. num. 6. ut ſic benignè reconciliatis eorum animis, reprehenſioni libentius attendant, & avidius monita percipiant.

Reprehenſio à benevolo libenter auditur.

1. Reg. 12.

Mendoza.

38. Tertio Haymon. *Quare*, ait, *voluit eos increpare die, quo aſcendit in cælum, de incredulitate?* Reſpondet: *ut omni tempore, quoad viverent, dolerent, & triſtarentur, & pœnitentiam agerent.* Receſſurus Dominus in cœlum, diſcipulos carpit, ut altiùs inter verba noviſſima, maneret infixa reprehenſio, quæ enim in ultimo habitu à parentibus accepimus, ſemper valde impreſſa in corde retinemus, & ideo Jacob in noviſſima hora filios reprehendit Gen. 49. num. 2. Similiter & Moyſes moriturus multa monita dat. Ex quo concludit Haymon: *More boni parentis egit Dominus, qui appropinquans morti, convocat filios ſuos, & dat eis præcepta, quæ omni tempore vitæ ſuæ retineant, & opere cuſtodiant.*

Dum diſcedit, eos reprehendit, ut altius imprimeretur in corde.

Haymon.

39. Gravia enim delicta, & ſi pœnitentia extincta ſunt, tamen ſemper animum dilacerant, ac vulnerant, ut perpetuò lachrymis, ac gemitibus diluantur.

Ait

Peccatum quāvis tranſlatum, ſemper plorandum.
Pſalm. 60.
2. Reg. 12.
Incognit.

Ait Regibus Vates Pſal. 50. n. 5. *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco , & peccatum tum contra me eſt ſemper* : Regis peccatum , adulterium nempe cum Berſabee , jam pœnitentia extinctum erat, nam viſa contritione Davidis, dixit ei Nathan: *Dominus tranſtulit peccatum meum.* 2. Reg. 12. n. 13. Si ergo jam peccatum remiſſum erat, quomodo ait : *contra me eſt ſemper* id eſt , *coram me eſt ſemper*. Sic ait ipſe Doctor : *Peccatum meum ſemper eſt coram facie mea. Sic enim accipitur contra pro coram. Contra ſe habet peccatum , qui ejus fœditatem recogitat : poſt ſe peccatum habet , qui de illo non penſat.* Quamvis enim peccatum jam remiſſum eſſet ; tamen ſemper erat fixum in mente, antéque oculos obverſabatur , ut illud deteſtaretur , illúdque gemitibus ac lacrymis continuò deploraret.

40. Quartò In ipſo Aſcenſionis die graviter eos reprehendit Dominus ; ex Domini receſſu in cœlos , diſcipuli magno deſiderio afficiendi erant: inde in ipſo die eos increpat , ut auſteritate reprehenſionis reprimat eorum deſideria , & rigore verborum lacrymas ab eorum oculis extergat; cum Moyſes ardenter diceret ad Dominum. *Oſtende mihi faciem tuam.* Exod. 33. n. 12. ait ad eum Deus , *Non poteris , videre faciem meam , non enim videbit me homo , & vivet.* Ibid. n. 20. Omnia Deo poſſibilia ſunt , facilè à divina potentia fieri poterat, ut Moyſes ipſum videret , & ut non morte opprimeretur. Ad quid ergo ait Deus Moyſi : *Non videbit me homo , & vivet.* Voluit Deus , objecto terribili rigore , ac terrore mortis , vehementiam deſideriorum Moyſis circa ſuam præſentiam reprimere , ac mitigare , & ut à tanto affectu divinæ faciei ſeſe Propheta temperaret , diros mortis dolores, ejuſque terrificas anguſtias ei oppoſuit.

QUÆSTIO VI.

Quare Thomas, incredulitate jam depoſita, hîc increpatur à Domino, minimè verò prodigus, quando reverſus eſt è regione longinqua?

41. Prodigus è domo Patris profectus in regionem , vivendo luxurioſè , cum meretricibus totam ſubſtantiam ſuam diſſipavit , & in extremam miſeriam redactus : venit in Patris domum, quem benignè Pater recipiens cum multa feſtivitate , ac gaudio , ſervis imperat : *Citò proferte ſtolam primam & induite illum date annulum in manum ejus , & calceamenta in pedes ejus , & adducite vitulum ſaginatum.* Luc. 15. n. 22. & ab ore patris nec unum verbum prodit , quod aliquam reprehenſionem denotaret, nec Pater quærit , unde venis? ubi fuiſti ? Ut notavit D. Chryſ. ſer. 3. *Non dixit ; ubi fuiſti ? unde venis ? tardam miſericordiam Pater neſcit, delicta , qui diſcutit, prodit.*

Luc. 15.
D. Chryſol.

42. Thomas , verum eſt , quòd ipſo reſurrectionis die ſtetiſſet incredulus , nam cum alii diſcipuli ei dixiſſent ; *Vidimus Dominum.* Ipſe ait ad eos: *Niſi videro in manibus ejus fixuram clavorum, & mittam manum meam in latus ejus , non credam.* Joan. 20. n. 25. Tamen cum poſt dies octo eſſent diſcipuli congregati , & cum eis Thom. veniens Dominus dixit ei ; *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas , & affer manum tuam , & mitte in latus meum.* Statim pœnitentia compunctus dixit; *Dominus meus & Deus meus* : Et depoſita incredulitate , firmiter credidit ; & ei dixit Chriſtus; *quia vidiſti me, Thoma , credidiſti.* Ibid. n. 29. Et tamen modò triginta duobus diebus elapſis , adhuc Thomas objurgator , & reprehenditur.

Joan. 20.

S ob pœnitentiam filii junioris, amplius illius delicta non recordantur , ut reprehendatur ; cur etiam ob contritionem Thomæ , illius incredulitas ab increpatione non evadit immunis , ſed adhuc , poſt tot dierum ſpatium , ſeverè exprobratur , ac reprehenditur ? 43.

Difficultas queſtionis,

Reſpondeo ad quæſtionem, quòd magna differentia intervenit inter peccatum Thomæ , ac filii junioris. Nam prodigus deliquit ſeductus à licentioſis, appetitibus, ut plus diligeret creaturas, quam ipſum Deum. At Thomas crimen commiſit contra Dei auctoritatem , ac honorem ; ſæpè enim Chriſtus D. ſuam reſurrectionem tertia die prædixerat ; *& tertia die reſurget* , & tamen Thomas plus detulit ſuæ opinioni , ac ſententiæ, quòd Dominus tertia die non reſurrexerat , quàm veritati , ac auctoritati ipſiuſmet Chriſti, ideò adhuc de eo Dominus recordatur , ut illud exprobret , ac reprehendat ; nam inter omnia delicta , illud maximè vulnerat , ac cruentat quod honorem lædit, & inde illud altius ſemper manet fixum in mente. 44.

Crimen contra honorem, & auctoritatem, fixum eſt in mente.

Cum David fugeret à facie Abſalom , Semei contra regem ſic clamabat: *Egredere vir ſanguinum, vir Belial.* 2. Reg. 16. n. 7. id eſt , homo ſine Deo, ſine lege; tamen poſtea , deſtructo Abſalonis exercitu , cum David glorioſè victor extitiſſet , occurrit ei Semei petens veniam , cui ait David ; *Non morieris , juravitque ei.* 2. Reg. 19. n. 23. Tamen David morti proximus, in ſuo teſtamento mandavit filio ſuo Salomoni ; *Habet apud te Semei , qui maledixit mihi maledictione peſſima tu noli pati, eum eſſe innoxium.* 3. Reg. 2. n. 8. Si David dedit regale verbum , juramento firmatum , *non interficiam te* ; quomodo adhuc in ultimis recordatur, ut filio ſuo Salomoni diſponat , ut eum occidat? Verba Semei fuerunt valdè injurioſa , & contumelioſa contra regiam auctoritatem, & ideò quamvis vitæ indulgentiam conceſſit, ſemper vehemens illius dolor altè fixus eſt in mente , & ideò David cautè promiſit Semei , ut notat Abulenſ. q. 16. Ego non interficiam te ; non tamen quòd poſt mortem ejus, non interficeretur , nam ut etiam ait ipſe Abulenſ q 18. *Quia cum Semei maledixiſſet David maledictione tam dura indignum erat , eum vivere, & mori in pace, tanquam innocentem.* Ex quo etiam obiter nota, quòd ſi David ordinat in teſtamento ſuo, ut Semei moriatur, cur etiam non præcipit , ut interficiantur Conſiliarii principes , ac duces exercitus Abſalon ? Ratio eſt , quia hi deliquerant contra regis vitam ; Semei verò maledictione tam peſſima contra ejus honorem ; & auctoritatem , quod altius animum vulneraverat. 45.

2. Reg. 16.
2. geg. 19.
3. Reg. 2.
Semper recordatur David de Injuria ſibi facta.
Abulenſ.

Loquens Regius Vates de devaſtatione , ac deſolatione, quam Babylonici , & Chaldaici inflixerunt populo Iſraël : *Et concluſit in gladio populum ſuum.* Pſ. 77. n. 62. & iterum *Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt.* n. 64. At idem Vates agens de calumniis, injuriis, quibus iniqui pungunt proximos: ait : *Filii hominum , dentes eorum arma , & ſagittæ; & lingua eorum gladius acutus.* Pſal. 56. quando inimici irruunt ut vitam perimant , armantur gladio ; at detractores , quando inſurgunt in juſtum, lingua eorum eſt veluti gladius acutus, ſagittæ, ac arma , ſeu omnia inſtrumenta bellica ; uno veluti gladio infligitur vulnus , ut vitam opprimat , & corpus dilaceret , at vulnus à lingua injurioſa illatum, tam ſævum , dirum , ac doloriferum eſt, ac ſi eſſet incuſſum gladio , & gladio acuto , ſagitta, ac 46.

Pſalm. 77.
Pſal. 56.
Vulnus crudelius in honore , quàm in corpore.

omni armorum genere; tam profundè penetrat lingua injurioſa, ut non tantum gladio, quo corpus perimitur, videatur percutere etiam gladio acuto, ac ſagita, ac omni armorum inſtrumento, ita ut ſi omnia conglomerentur, major plaga incuti non poſſit. Optatus Milevit. lib.2.contra Parmen. ſic ait: *Cum poſſetis eſſe filii Dei, filios hominum eſſe voluiſtis, & ad infligendum morſum honoribus alienis, dentes veſtros in ſagittas, & arma vertiſtis, linguas acuiſtis in gladios quos moviſtis in mortem, non corporum, ſed honorum. Jugulatis, non membra, ſed nomina; quid prodeſt, quòd vivunt homines, & occiſi ſunt honores à vobis?* Vide in Indice verb. *Honor*, hoc Tom. & aliis.

Optatus.

QUÆSTIO VII.

Quare tam aſperè increpat Dominus diſcipulos, quod reſurrectionis ſuæ teſtibus non crediderint?

47. D. Chryſol. *Sicut homo cadit ex multa fiducia, ſic etiam ex multa cautela.*

ADvertam in limine quæſtionis id, quod præclare notavit D. Chryſol. ſerm. 79. *Adamus novus*, ait, *cecidit, dum cito credidit; & cum facilè dat aures ad mulieris auditum, ſe ſuóſque poſteros peſſimo addixit inimico: at veteranus Petrus fœminam non facilè audit; fœminis nuntiantibus tardè credit.* Adamus, & Petrus prolabuntur; Adamus,quia facilè credidit, & cito mulieris dictis acquieſcit; & dum nil veretur, nullámque fraudem ſuſpicatur, ſe, ſuóſque poſteros peſſimo crimine fœdavit; Petrus cum mulieris dicta nimis curioſè explorat, & tardè credit, cordis duritie reatum incurrit, uterque exorbitat: Adamus multa fiducia,Petrus nimia cautela.

48. Ad quæſtionem: Exprobrat Dominus incredulitatem diſcipulorum; *quia iis, qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt.* Quis hominum vidit Jeſum reſurgentem; nam ut ait D. Hier. relatus c.1.hujus libri, nemo mortalium agnoſcit horam reſurrectionis ejus, niſi ipſe, qui reſurrexit. Et ideò ad teſtimonium Angelorum refert. D. Bern. ſer. 1. de Aſcenſ. *qui fuere*, ait, *quorum beati oculi glorioſum reſurrectionis Dominicæ meruerunt videre miraculum; neque enim reſurgentem illum quiſquam legitur,aut creditur, vidiſſe mortalium. Reſtat ergo de Angelis accipiendum, quibus utique reſurrectionis teſtimonium perhibentibus, Apoſtolorum puſillanimitas hæſitavit.* Arguuntur ergo Apoſtoli, quòd Angelis videntibus, ac teſtificantibus Domini reſurrectionem,fidem non adhibuiſſent. Ex quo conjice, quanta ſit incredulitas hominis, qui plus adhæſit propriæ opinioni, quàm Angelis in luce, ac ſplendore gloriæ micantibus.

D.Hieron. D.Bern. *Plus homo defert ſuæ opinioni, quàm Angelis in loco gloriæ micantibus.*

49. Tamen ut dixi,in expoſitione,illum reſurrexiſſe, non denotat actum reſurgendi, ſed perſonam, quæ reſurrexerat. Increpat ergo Dominus diſcipulorum incredulitatem, quia iis, qui viderant eum reſuſcitatum, noluerunt fidem præſtare. Sic interpretatur D. Auguſt. *Iis, qui viderant, illis videlicet duobus, quibus euntibus in villam Dominus apparuit, poſtea quam reſurrexit, fortaſſe & Mariæ Magdalenæ, & aliis mulieribus, quæ cum illa erant, quando eis ad monumentum apparuit, & Petro, cui primitus eum apparuiſſe, probabile.* Ac proinde incredulitas extitit, quòd tot, tantiſque teſtibus affirmantibus, ſe vidiſſe eum à mortuis excitatum, non crederent diſcipuli.

D. Auguſt.

Et grande hoc Diſcipulorum ſcelus eleganter expendit Haymo: *Venit*, ait, *Maria Magdalena, nuncians ſibi Dominum apparuiſſe, non crediderunt ei: Venit eadem Maria, & altera ejuſdem nominis mulier* (ut in ore duorum ſtaret omne verbum) *non crediderunt eis: Venit Petrus* (ob ſuam auctoritatem magna teſtificatio) *dicens, ſibi Dominum apparuiſſe, non crediderunt ei: Venerunt duo diſcipuli de Caſtello nomine Emmaüs* (conſtanter affirmantes apparitionem ejus) *& non crediderunt eis donec ipſi viderent.* Valdè procera extitit tanta incredulitas procerum Eccleſiæ, ut Dei miniſtris, *ac teſtibus præordinatis à Deo.* Act. 10. n. 41. fidem non adhiberent, *donec ipſi viderent:* Ut dicebat Thomas: *Niſi videro, non credam.* 50.

Haymo. *Magna incredulitas diſcipulorũ.* Actor. 10.

Vox fidei, ſeu teſtimonium fidei publicatum per Prophetas, miniſtros, ac prædicatores Evangelicos fortius,ac firmius eſt, quàm proprius oculorum viſus; mittit Joannes ſuos diſcipulos ad Chriſtum, interrogans. *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* Quibus reſpondet Jeſus: *Euntes renuntiate Joanni,quæ audiſtis, & vidiſtis.* Mat. 11.n. 4. Mandat Dominus, renuntiari Joanni quæ ejus diſcipuli audierant, & viderant, ut vult Theophylact. Audierant illud Iſaiæ 35. n. 5. *Deus ipſe veniet, & ſalvabit nos; tunc aperientur oculi cæcorum*, &c. Viderant verò multa miracula, quæ Dominus in eorum præſentia edidit, ut ſcribit D. Lucas 7. n. 21. *In ipſa autem hora multos curavit à languoribus, & plagis, & ſpiritibus malis, & cæcis multis donavit viſum:* Euntes ergo, ait Dominus, quæ audiſtis, & vidiſtis; ac ſi diceret,ut interpretatur D. Cyrill. renuntiate Joanni, quæ audiſtis ex oraculo Prophetarum, & conſummari,ac adimpleri à me coram oculis veſtris, vidiſtis; ſed ſi dicunt, quæ viderunt, quare neceſſe eſt illa corroborari cum his, quæ audierunt ex oraculo Prophetarum; quia firmius, ac efficacius Joannes adhibebit fidem vaticiniis Prophetarum, quàm oculis veſtris; nam vaticinia Prophetarum ſummam continent veritatem,& falli non poſſunt; at oculi veſtri aliquando caligant, & multoties decipi valent. Et ideò cum *quæ audiſtis*; referat ad teſtimonium Prophetarum; quæ viderant, ad proprios oculos: quæ audiſtis dixit priùs, tanquam majus, & fortius. 51.

Matth. 11. Theophyl. Iſai. 35. Luc. 7. D.Cyrill. *Fidei teſtimonium fortius, ac certius, quàm viſus oculorum.*

Totus eſt Petrus: ut oſtendat, Chriſti gloriam, & majeſtatem à ſe prædicatam, veram,& divinam eſſe, quod & probat ex oculata viſione gloriæ Chriſti in Transfiguratione in monte Thabor. *Speculatores facti illius magnitudinis*: probat etiam exaudita Patris voce de cœlo: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipſum audite.* Et ne quis dicat, quòd his ſolum nitebatur, ſubdit: *Habemus firmiorem propheticum ſermonem.* 2. Petri,c.1. n. 19. quomodo firmiorem: dixerat enim ipſe, ſe propriis oculis inſpexiſſe Chriſti gloriam, ſéque propriis auribus audiſſe Patris vocem: *Hic eſt filius meus dilectus*, & tamen adhuc dicit ſe habere *firmiorem ſermonem propheticum*: nempe, ſermo propheticus, teſtimonium erat fidei, quod ſecundum ſe firmius eſt viſione, & auditione. Nam contra ea, quæ ipſe viderat, & audierat,poterat quis objicere, ſuſpecta eſſe,vel illuſione, vel adulatione, ſeu magica arte: at ſermo propheticus, ſeu teſtimonium Prophetarum, qui de Chriſto, ejúſque divinitate, Incarnatione, morte ac redemptione prophetarunt, nullam adulationem, illuſionem, vel magicum artificium admittere poterat, ſed illis omnibus ſuperius erat 52.

2.Petr. 1. *Fidei teſtimonium oculorum viſioni anteponendum.*

Divus,

D. Auguſt. D. Aug. ſerm. 27. de verbis Apoſtoli 4. *Sunt infideles*, ait, *qui ſic detrahunt Chriſto, ut dicant, eum magicis artibus feciſſe; quæ fecit, poſſent etiam infideles, iſtam vocem delatam de cœlo per conjecturas humanas, & illicitas curioſitates, ad magicas artes referre; ſed Prophetæ antea fuerunt*, &c. Et poſtea ſubdit: *Habemus certiorem Propheticum ſermonem. Vox de cœlo, qua fideles, propheticus ſermo, quo infideles convincuntur.*

QUÆSTIO VIII.

Quare Chriſtus ſuis diſcipulis non exprobrat defectus commiſſos tempore paſſionis, ſed tantum incredulitatem in Reſurrectione?

52. Matth. 25. IN horto cum comprehenderetur meus Jeſus, relicto eo omnes Apoſtoli fugerunt. Matth. 26. n. 56. In quo magnum defectum commiſerunt diſcipuli, & ut multis placet, peccarunt: de quo dixi ſuprà l. 8 cap 3 q. 26. n. 209 cum ita deſeruerint ſuum Magiſtrum; ſi ergo Dominus ſuis exprobrat incredulitatem, quia ejus reſurrectionem non crediderunt, cur etiam non exprobrat hanc timiditatem, qua, relicto eo in inimicorum manibus fugerunt?

53. *Chriſtus plus dolet de noſtro damno ſpirituali, quàm de opinione contra ſuam auctoritatem.* Reſpondeo primo, quòd Chriſtus ita deſtitutus fuiſſet à ſuis diſcipulis, in inimicorum oculis videri poterat, quod in dedecus illius cedebat; nam poterant Judæi dicere, ecce quales ſunt amici ejus, quos ipſe ex omnibus elegit, à quibus tanto pavore conſternatis derelictus eſt. At vero, cum ipſi diſcipuli non crederent myſterio reſurrectionis, inhabiles reddebantur proprio remedio, ac Spiritus ſancti donis; & Chriſtus D. magis commotus eſt ſuper ſpirituale Diſcipulorum damnum, quàm ſuprà id, quod in aliquorum opinione, ſuæ ſupremæ auctoritati videri poterat indecens, & ideo non increpata fuga in horto, exprobrat incredulitatem in reſurrectione. Negat Petrus, non increpat eum Dominus, nec ei comminatur; maximè verò cum recuſat, ab eo lavari: Joan. 13. *Si non lavero te, non habebis partem mecum.* Joa. 13. n. 8. In eo quòd Petrus abſque lavacro permanſiſſet, tota illius ſpiritualis ruina conſiſtebat; ac ex negatione Petri, & ſi aliquis malignè Magiſtrum detrahere vellet, quòd talem Apoſtolum, ut primum; & caput ſui Collegii elegerit, diſſimulat tamen Dominus, plus dolens de nocumento diſcipuli, quàm de opinione; qua ſua auctoritas lædi intenderetur.

54. Secundò. Non arguit eos Dominus modò de fuga in horto, tunc enim erat Chriſtus in forma, & habitu humili, ac contemptibili, nunc verò oſtentabat ſe ſplendentem in gloria, ac majeſtate, inde noluit arguere, ſe ab eis deſertum fuiſſe in horto. *Vir ingenuus in dignitate, non arguit crimina contra ſe facta in abjectione.* Alienum enim eſt à viro ingenuo, ac magnanimo, cum magnitudine, ac poteſtate fulget, arguere crimina contra ſe perpetrata, quando humilis, & dejectus extiterat, ſic & Joſeph cum totius Ægypti clavum teneret, tantum abeſt, quòd fratribus objiceret injuriam, qua eum affecerunt vendentes in Ægyptum, quòd totus eſt, ut ab eorum cordibus timorem excludat: *Nolite pavere, neque vobis durum videatur, quòd vendidiſtis me in his regionibus; pro ſalute enim veſtra me miſit Deus ante vos* Gen. 45. n. 5. Gen. 45.

55. Tertiò. Exprobravit Dominus incredulitatem Diſcipulorum circa Reſurrectionis myſterium, cur etiam non exprobrat incredulitatem, qua paſſionis tempore laborarunt; nam omnes ferè ſacratiſſima Virgine excepta, defecerunt à fide in comprehenſione Chriſti, ut tenet D. Auguſt. tract. 103 in Joan. Janſenius, Franc. Luc. Emmanuël Sà, & alii ad illa verba Matth. 26. n. 31. *Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte.* Syrus: *Offendemini in me.* Et dicitur ipſi, quod Eccleſia idem ſentire videtur; nam in officio Paraſceves omnes candelas ſucceſſive extinguit, unica dumtaxat ardente relicta. Quid in hac difficultate ſentio, dixi ſuprà l. 7. c. 10. q 5. n 26. Cur ergo, ſtante hac ſententia, hanc incredulitatem non arguit, ſed ſolum illam Reſurrectionis. *Cur exprobrat, incredulitatem Reſurrectionis non verò paſſionis.* D. Auguſt. Janſenius. Franc. Luc. Sà.

56. *Peccata ex fragilitate diſſimulari poſſunt, non verò ex obduratione.* Sunt peccata quædam ex fragilitate; alia verò ex multum obdurato, & obſtinato animo, Diſcipuli, & ſi deliquerunt tempore paſſionis, ex metu, pavore, ac terrore, quo eorum fides, ac conſtantia turbata eſt ut docent D. Leo ſerm. 9. de paſſione D. Hilar. Euthym. & alii ad citatum Matthæi locum, nam cum viderunt, Jeſum comprehendi, tot injuriis, ac tormentis affici, titubavit aliquantulum eorum fides; at quòd non crederent iis, qui viderant, eum reſurrexiſſe, fuit quædam diffidentia obſtinato, ac obdurato animo; & labi ex metu ac fragilitate, aliquantulum diſſimulari poteſt, minimè verò, cum lapſus eſt ex animo pertinaci, ac obdurato, dum teſtes ordinati à Deo non auſcultantur ut eis acquieſcamus.

57. Duo peccata commiſit Aaron, unum juxta radices Sinai, cum idolum, ſeu vitulum aureum fabricaverit, quem populus una cum ipſo Aarone adoravit, peccatum graviſſimum, & maximè abominabile, ut idololatriæ ſcelus: aliud peccatum extitit in Cades, quando Deus ei, ac Moyſi mandavit, ut loquerentur ad petram ad dandam abundantiam aquarum populo, & tamen ipſi aliqua dubietate, ac incredulitate ſe habuerunt, ut indicant verba Moyſis ad populum, *num de petra hac vobis aquam poterimus ejicere?* Et apertè arguens Dominus eorum diffidentiam: *Dixit Dominus ad Moyſen, & Aaron, quia non credidiſti mihi, ut ſanctificaretis me, coram filiis Iſraël, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis.* Num. 20. n. 12. Num. 20. ex quo grandis inſurgit quæſtio; cur modo tam rigide punitur Aaron à Deo, ut privetur ingreſſu terræ deſideratæ; non verò quando fabricavit idolum, & clamans, dixit populo: *Hi ſunt Dii tui, qui eduxerunt te de terra Ægypti:* Exod. 22. n. 4. Exod. 22. Tunc nulla pœna ei legitur impoſitâ, cum peccatum idololatriæ graviſſimum ſit, Aaron erexit idolum ex quadam fragilitate humana, timens, quòd ſi populo petenti non acquieſceret, ab eo lapidaretur ac occideretur; at verò cum Deus per ejus manus tot prodigia, & ſigna feciſſet, quòd diffideret, & non crederet, divina virtute aquam educendam eſſe ex lapide, quædam diffidentia, ac incredulitas intolerabilis extitit. *Crimen ex multa diffidentia punitur non verò ex fragilitate.* Cardinalis Hugo: *In omnibus aliis fiducialiter ſe geſſerant Moyſes, & Aaron; hic diffidenter egerunt, & peccarunt. inde ſubditur: non introducetis hos populos.* Lapſus Hugo. quamvis graviſſimus, cum ex fragilitate ſit, diſſimulari valuit; minime verò ille, qui ex tanta diffidentia, ac incredulitate prodiit.

Marc. 16. n. 13. Et dixit eis: Euntes in mundum univerſum, prædicate Evangelium omni creaturæ.

Num. 16. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur.

VERSIONES.

Syriac n. 15. Et ait illis proficiſcimini in univerſum mundum, & prædicate Evangelium meum omni creaturæ.

Vatablus. Et dicebat ei: profecti in mundum univerſum.

S. Ambroſ. Euntes in orbem univerſum.

Arabic n. 16. Qui enim crediderit, & baptizatus fuerit.

Arias. Qui credens, & baptizatus fuerit, ſalvus erit, qui verò non credens.

Vatablus. Et baptizatus fuerit, ſalvabitur.

Græcus. Salutem conſequetur.

EXPOSITIO II.

58. DIXIT *eis Jeſus: euntes in mundum univerſum.* Prædicare Evangelium, eſt proprium & excellentiſſimum munus Apoſtolicum, & ideo ut quid valde maximum, & neceſſarium, commendatum eſt à Chriſto ſuis diſcipulis, tum in Luc. 24. ipſo Reſurrectionis die Luc. 24. num. 47. Tum in Matth. 28. Monte Galilææ. Mat. 28. n. 19. Et hoc loco in ipſo ſacratiſſimo Aſcenſionis die: *Euntes*, ait, non dixit: Ite, ſed euntes, ac ſi in munere ſibi commiſſo, & negotio eis dato ſalutis animarum, ſemper eſſet eundum, & nunquam ceſſandum; *in mundum univerſum:* olim tantum in Judæa, miſerat eos Dominus Evangelizare, prohibens, ne in viam Matth. 10. Samaritanorum abirent. Matth. 10. n. 5. nunc verò limites tollit, & eos prædicatores, ac Doctores totius orbis conſtituit, & cum dicitur, *in univerſum mundum*, non ſic intelligendum eſt, quòd Apoſtoli pauci homines totum orbem per ſe ipſos peragraſſent; cum apud multas nationes, ut in America, Braſilia, Angola, nulla fuerint reperta veſtigia Chriſtianæ Religionis? ergo promulgatum eſt ab ipſis Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus, ut tradunt D. Thomas ad Bernard. 10. ſect. 4. hoc loco Cajet. Barradas, Franc. Lucas, Cornel. Antonius Scobar, omni creaturæ, id eſt homini, ponitur totum genus principali ſpecie. (D. Thom. D. Bernard. Cajetanus. Barrad. Eſcobar.)

59. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit.* Ponuntur hîc à Domino duo principia totius credulitatis maximè neceſſaria, ut fides, & baptiſmus, quæ in exordio Eccleſiæ magnoperè erant; gentibus inculcanda, ſubintelliguntur tamen omnia conſequentia, ac veluti in radice incluſa, ut ſpes, charitas, ac bona opera, ſine quibus fides eſt mortua, ut ait Jacobus in ſua Canonica, & docent D. Auguſt. D. Aug. lib. de fide, & operibus, & ſer. 11. de verbis D. Bern. Domini. D. Bern. ſerm. 1. de Aſcenſ. & omnes Patres, nam aliquando in Scriptura ponuntur ſententiæ quædam generales, ſub quibus aliæ intelliguntur, Joël. 2. Joël. 2. n. 32. *Omnis, qui invocavrit nomen Domini, ſalvus erit*, ſubintelligitur, ſi faciat reliqua, quæ ſunt neceſſaria. Ita communiter omnes Patres.

60. Secundo. Perbelle Euthym. *Salvus erit, qui crediderit, & baptizatus fuerit, modò fidem, ac baptiſmum, impolluta conſervaverit, aut poſt contractas ſordes emendaverit, ac purificaverit.* Qui crediderit ac baptizatus fuerit, ſalvus erit, ſi in illa gratia, ac puritate baptiſmali perſeveraverit, ac verò, ſi illam perdiderit, tunc debet mundari, ac purificari per ſacramentum pœnitentiæ, ad hoc à Chriſto inſtitutum. (Euthym.)

QUÆSTIO IX.

Quare increpata incredulitate, ac duritie cordis Diſcipulorum, eos Chriſtus D. ſtatim conſtituit Prædicatores, ac magiſtros totius orbis.

AD hanc quæſtionem varias jam ſolutiones dedi ſuprà q. 2. n. 13. & q. 3. n. 27. & 32. Nunc verò ad peculiares rationes aſſignandas, hanc quæſtionem hic diſcutimus, & magnum ſane documentum, antequam Chriſtus ſuis diſcipulis communicaſſet ampliſſimam poteſtatem prædicandi, ac miracula faciendi, prius eos reprehendit, & à ſuis defectibus emendat; Diſcant Principes, & Magnates ſeculi, antequam ſuos amicos, ac familiares ad honores, ac dignitates promoveant, ut prius illos corripiant, ac emendent: volebat Deus, Iſaiam conſtituere doctorem, ac prædicatorem populi, & cum ipſe Propheta de ſe teſtaretur: *Vir pollutus labiis ego ſum.* Iſa. 6. n. 5. Ecce ex Dei mandato, unus Seraphim tulit calculum de altari, & tetigit os Prophetæ dicens: *Ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua:* Et tunc eum imperat Deus ad prædicandum: *Vade, & dices populo huic.* Quod magnum eſt documentum, antequam quis ad dignitates ſublevetur, prius à ſuis delictis eſt expurgandus. 61. (*Ante promotionem ad dignitatem, quilibet expurgandus à delictis.*)

Secundo. D. Chryſ. ſer. 83. *Prædicate Evangelium omni creaturæ.* Tunc ſic ait: *Hoc eſt dicere: Eſtote vos ſpes omnibus, qui vobis ipſis deſperationis cauſa fuiſtis; & incredulitas veſtra, quanta ſit, tunc probate, cum videritis, auditui veſtro mundum credere, qui credere veſtro viſui non potuiſtis: & cordis veſtri, quanta ſit duritia, tunc ſcitote, cum ſenſeritis, non viſo me, orbe toto gentes ferociſſimas me fateri, quem poſitum veſtris in oculis vos negaſtis.* Quid eſt, quòd exprobrata incredulitate eorum, quia iis, qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt, ſtatim eos mandat prædicare per totum orbem; & quos incredulitatis notat, eos fidei magiſtros conſtituit. Ut in illa prompta fide agreſtium, ac ferociſſimorum populorum, qua meo Evangelio credunt veſtræ incredulitatis reprehenſionem legatis, & quot fideles ſudoribus veſtris elaboraveritis, tot duritiei veſtræ exprobratores invenietis, ac proinde veſtræ prædicationis fructus, veſtram incredulitatem arguet: *& incredulitas veſtra, quanta ſit, tunc probate, cum videritis, auditui veſtro mundum credere, qui credere veſtro viſui non potuiſtis.* Indeque ipſo veſtro glorioſo triumpho converſionis orbis, recognoſcetis inſignia ignominiæ, ac incredulitatis veſtræ. 62. D. Chryſoſt. (*Fides parvulorum arguit incredulitatem magnorum.*) (*Gloria ſit reſperſa notis ignominiæ.*)

63. E vinculis eductus Joſeph ad culmen totius regni Ægypti; tunc Rex *tulit annulum de manu ſua, & dedit eum in manu ejus, veſtivitque eum ſtola byſſina, & collo torquem auream circumpoſuit:* Gen 41. n. 24 Bene ſe res habet, quòd ille, qui in toto regno imminet dignitate, veſtium ſplendore fulgeat, & qui regni tenet gubernacula, regis annulo condecoretur, ad diplomata ſigillanda: ſed ad quid torques aurea ei datur: ad quid ei inſerviet? Pulchre Philo lib. de Joſeph, rem myſticè expendit, ſcribens Regis nomine: *Torquem auream tibi circumpono, quæ non ad gloriam ſolum, ſed ad pœnam pertinere videtur. Hanc torquem* (Geneſ. 41.) (Philo.)

donavi

donari tibi ornamentum in proſperitate, vinculum in adverſitate. Joſeph carceribus, ac vinculis aſſuetus, cum in ſublime judiciariæ poteſtatis faſtigium evehitur, catena aurea adornatur; & ſicut ipſe nuper in carcere catenatus erat, ita in ſublimitatis apice auream catenam retineat, ut illuſtriſſimam gloriam, ſuæ ignominiæ notis reſperſam agnoſcat. *Proſperitas admixta ſit ſignis adverſitatis.* In tam ſplendido honore catena circumponitur, qua ipſa proſperitas illum priſtinæ infelicitatis admoneat, & in tanto culmine ſqualidæ olim vilitatis characteres legat: *Torquem auream tibi impono, quæ non ad gloriam ſolum, ſed ad pœnam pertinere videtur.*

64. *Prædicare magnus labor, magnaque pœnitentia.* Tertio exprobravit Dominus *incredulitatem eorum, & duritiem cordis:* Incredulitas graviſſimum peccatum; graviſſimam ergo expoſtulat pœnitentiam; pro ergo tam gravi peccato, quæ pœnitentia diſcipulis imponitur à Chriſto? *Prædicate Evangelium omni creaturæ:* Ac ſi dicat Chriſtus, pro gravi peccato incredulitatis veſtræ, hanc vobis aſſigno pœnitentiam: *Prædicate Evangelium.* Prædicare graviſſimus eſt labor, graviſſimo correſpondet peccato.

65. Mandavit Deus Jonæ Prophetæ; ut prædicaret in Ninive civitate; ille timens tam grave onus, data pecunia, aſcendit navim, ut pergeret in Tharſis. *Dedit naulum ejus, & deſcendit in eam,* Joan. 1. *ut iret cum eis in Tharſis à facie Domini.* Joan. 1. n. 3. Quid agis, ô Propheta, patriæ dulcedinem deſeris, tempeſtatibus te exponis, periculis maris Theophyl. te committis? Et inde ſtatim perſolvis pretium; *Prædicare valdè durũ & laborioſũ.* quod in fine navigationis ſolet fieri; Theophyl. *Omnia ipſi facilia,* ait, *videbantur, patriæ privatio, maris pericula, mercedis abjectio, modò ab gravi, & moleſta prophetandi functione illa eripi queat.* Patriæ privatio amara, mare periculis plenum, ventorum procella terrifica, propriæ pecuniæ abjectio dura; omnia tamen videbantur levia, & ſuavia Prophetæ, dummodo à gravi, & ponderoſo prædicandi munere evaderet. Vide quæ dixi tom. 2. c. 8. q. 8. n. 59. 60. 61. & tom. 3. cap. 18. n. 63. 64.

QUÆSTIO X.

Quomodo Evangelium erat prædicandum omni creaturæ?

66. Beda. EX D. Greg. ait Beda: *Evangelium vel inſenſatis rebus, vel brutis animantibus non fuerat prædicandum.* Quomodo ergo dicitur, creaturæ? cum ſub nomine creaturæ etiam inſenſibilia veniant.

67. Reſpondeo primo, & ad literam. Quod dum dicitur: *Prædicate omni creaturæ,* id eſt, omni homini, Matth. 28. omni genti, Matth. 28. n. *Docete omnes gentes.* *Nomine creaturæ, homo denotatur.* Et frequenter homo in ſcriptura, nomine creaturæ denotatur. Sæpe Paul. Rom. 8. n. 20. *Vanitati creatura ſubjecta eſt,* n. 21. *Ipſa creatura libera*- Rom. 8. *bitur à ſervitute corruptionis.* n. 22. *Scimus, quòd omnis creatura ingemiſcit:* Ac proinde, ut dixi in expoſitione, nomen generis pro principali ſpecie, ſcilicet, pro homine poni; ac proinde ut ait Cajet. *Prædicate Evangelium omni creaturæ, id eſt, omni nationi, omni hominum conditioni, & ſtatui, nullam exceptionem faciendo.*

68. Secundo D. Greg hom. 19. in Evang ubi ait, D. Gregor. quòd ſub nomine creaturæ, intelligitur homo: *Omnis creaturæ habet aliquid homo. Habet enim commune eſſe cum lapidibus; vivere cum arboribus, ſentire cum animantibus, intelligere cum Angelis.*

Idem fere habet D. Hier. commentario in Marc. D. Hier. Productis omnibus rebus: dixit Deus: *Faciamus hominem.* Gen. 1. n. 26. Cur perfectiſſimam creaturam, ultimam omnium condidit Deus? Ultimam Geneſ. 1. tamen condidit, non tanquam viliorem, ſed tanquam ſummam, ac compendium omnium aliarum, *Homo quaſi omnium creaturarum ſumma.* quas fecerat. Theod. q. in Gen. *Qui in ſe irrationalem, atque rationalem, viſibilem, atque inviſibilem,* Theodor. *mortalem, atque immortalem, rerum creatarum naturam complecteretur, ac veluti ſumma quædam omnium dici poſſet.* D. Ambr. Ep. 38. *Rectè noviſſimus creatus eſt homo, quaſi totius ſumma operis.* D. Ambroſ.

Tertiò, Haymo. *Omni creaturæ,* ait, *prædicatur Evangelium, cum ſoli homini prædicatur, quia ille* Haymon. *docetur, propter quem omnis creatura viſibilis facta eſt.* Si homo prædicatione lucratur, univerſus orbis acquiritur; quia ſervatur homo, ob quem univerſa extitit creatura. *Formavit Dominus Deus hominem de limo terræ.* Gen. 2. n. 7. Iterùm redeat antecedens quæſt. Cur homo inter creaturas noviſſimus formatur, cum ob excellentiam, & dignitatem ſuam, primum locum in creatione deberet habere? Ideo ultimo producitur loco, ut oſtendatur, quòd ipſe ſit finis, propter quem omnia condita ſunt. D. Amb. enarrat in Gen. ad Horontium: D. Ambroſ. *Rectè,* ait, *noviſſimus creatur homo, quaſi cauſa mundi, propter quem facta ſunt omnia.* Et inde cum Deus ait: *Delebo hominem, quem creavi à facie terræ, ab homine uſque ad animantia,* Gen. Gen. 6. 6. n. 7. In quo offenderant animalia ut etiam diluvio eſſent emergenda? *Deus cuncta fecit propter hominem.* cum propter hominem facta eſſent eo extincto, non debebant remanere. D. Ambr. D Amb. lib. de arca, & Noë: *Quia propter hominem iſta facta erant, eo utique deleto, propter quem facta ſunt, conſequens erat ut illa delerentur, quia non erat, qui his uteretur.* Et inde etiam, cum ceſſaſſent aquæ diluvii dicitur: *Recordatus eſt Deus Noë, cunctorumque animantium.* Gen 8. n. 1. Cum recorda- Geneſ. 8. tur Deus Noë, recordatur animantium, quæ propter hominem facta ſunt. Theod. q 52. in Gen. *Recor-* Theodor. *dari voluit non ſolum Noë, ſed etiam omnium animalium, noſtra enim cauſa illis conſulere dignatus eſt.*

Quarto. Cajet. omnem hominem appellat creatu- 69.
ram, ad explicandum; quare eſt illis prædicandum Cajet. ratione ſcilicet illius quod habent à creatore Omnes moleſtiæ, ac labores ſubeundi ſunt, ut Evang. homini prædicetur: eſt enim Dei opus & ab ipſo manibus ejus creatum. Dicebat Job: *Manus tuæ* Job. 10. *fecerunt me, & plaſmaverunt me.* Cap. 10. n. 8. D. *Excellens hominis dignitas.* Baſil. hom. in aliquot ſcripturæ locos: *homo opus eſt Dei, non qualecumque, ſed manibus ejus plaſ-* D. Baſil. *matum.* In hominis creatione dixit Deus: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Gen. 1. n. 26. Non ita factum eſt in creatione Gen. 1. Angelorum: *Dixit Deus: fiat lux.* Per hanc lucem. Angelos intelligunt multi auctores, ut D. Aug Beda, Rup. Procop. & alii. Quomodò ergo in hominis creatione tantus verborum apparatus, ſimul cum operatione manuum Dei, cum tamen in creatione Angelorum unum tantum verbum ſit prolatũ *fiat lux?* ad hoc ut ſignificetur, in quanta æſtimatione homo ſit apud Deum, ita ut quodammodo majori in pretio videatur eſſe, quàm Angelus. D. D. Damaſc. Damaſc. ſerm. 23. in Nativ. S. Joannis Baptiſtæ: *Deus ex uno dato beneficio ad aliud.* *Creatur illa ſublimior numeroſitas Angelorum, ſed omnipotentis præſentia opus alta taciturnitate proſpectat: ut verò venit ad hominem, & nobilis creaturæ creari diſponitur; accingit ſe Trinitas ad creandum, & conſilium accipit ſapientia, ut creaturæ dignitas, creatoris privilegio, clara eſſe*

monſtretur, Et dicitur: *Prædicate Evangelium omni creaturæ*; quia creator ex beneficio creationis pignoratur ad illuminandum, ac inſtruendum nos. Vide *Beneficium* in indice.

70. Carthuſ. Quinto. Dionyſ. Carthuſ. *Ex Evangelio iſto*, ait, *docemur, quòd Prælati, ac Prædicatores, nullum ſubditorum ſuorum debent deſpicere, ſed ſine perſonarum acceptione, unumquemque pro poſſe ſuo inſtruere, exhortari, corripere, caſtigare; cum in Evangelio iſto dicat Salvator, prædicate Evangelium omni creaturæ.* Non ait Chriſtus: prædicate omni homini, ſed omni creaturæ, quia non ſolum magnis, ſed etiam minimis, ac parvis prædicandum eſt. Sic moraliter explicatur illud, quod in perſona Chriſti dixit Joſeph fratribus ſuis: *Afferte fratrem veſtrum minimum.* Adducite illum minimum, ac deſpectum à vobis, & cum illo dividam frumenta; non enim panem meum ſolùm dabo majoribus, Ruben, in quo primogenituræ prærogativa eſt; Judæ, in quo fulget regalis dignitas; Levi, in quo eminet ſacerdotalis honor; ſed etiam fratri veſtro parvulo, ac minimo; quod prædicatoribus ſit documentum, ut doctrinæ panis cum omnibus dividatur. Sic pergit cit. Carthuſ. *Prædicate Evangelium omni creaturæ; unde Joſeph Patriarcha in perſona Chriſti dixit fratribus ſuis, perſonam prædicatorum gerentibus: non videbitis faciem meam, niſi fratrem veſtrum minimum adduxeritis ad me.* Gen. 42. n. 34.

Evangelium prædicandū, ſive magno ſive parvo.

Carth.

Gen. 42.

71. Vidit Petrus cœlum apertum, & deſcendens vas quoddam, velut linteum magnum, quatuor initiis ſubmitti de cœlo in terram, veluti à quatuor partibus mundi, ab Oriente, Occidente, Aquilone, & Meridie, ab omnibus illis creaturæ indifferenter venirent ad Petrum; in quo linteo erant *omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ, & volatilia cæli.* Act. 10. n. 12. D. Epiphan. & Cajet. legunt, *quadrupedia reptilia terræ, & volucres cœli.* Dictum eſt Petro; Occide, & manduca, ut illa peccata devoret, dimittat, & abſolvat, per miniſterium Evangelicum; & magno myſterio, non ſolum offeruntur Petro quadrupedia magna, ut Leones, Elephantes, & altilia cœli, ut Aquilæ, ſed etiam ſerpentia terræ, ſeu reptilia, ut parvi, & contemptibiles vermes, quia miniſter Evangelicus, non ſolùm debet attendere ad magnos, & ſublimes, ſed etiam ad minimos, & parvulos, ut pro omnium ſalute fervidè inſtet, & laboret.

Actor. 10. D. Epiphan. Cajetan.

Miniſter Evangelicus laboret, ſive pro magno, ſive parvo.

QUÆSTIO XI.

Solvuntur tres quæſtiunculæ.

72. Quæſtio 1. Quæſtio 1. Quare cum ad tantum munus, ac tam laborioſum, mittuntur Apoſtoli: nullus eorum reſpondet, nec ſe excuſat? Quod eleganter diſſerit Galfrid. in Allegoriis novi Teſtamenti hic: *Euntes in mundum univerſum.* Sic ait, *conſiderandum quos, & quò miſerit: Parvulos mittebat, pauperculos, nec fuit, qui diceret cum Moyſe, quòd linguæ eſſet impeditioris.* Exod. 4. n. 10. *In univerſum mundum mittit eos, qui vix unam noverant regionem; nec tamen fuit dicere illis cum Abacuc. Babyloniam non vidi, & lacum neſcio.* Dan. 14. n. 34. Valde ſublime munus ſuper omnes vires humanas eis injungitur, ut piſcatores, pauperes, agreſtes, & imperiti mittantur, ut tumentium Philoſophorum argutias extricent, Regum faſtum Evangelio ſubjiciant, efferas gentes ad doctrinam Chriſtianam edoment, id omne faſtigium humanum excedit: ſed omnes divina gratia, ac Chriſti protectione firmi ac ſtrenui, & prompti ex obſequio ſtant, nullus eſt, qui reſpondeat, vel excuſationem prætendat.

Galfridus.

Exod. 4.

Dan. 14.

Apoſtolicum munus ſuper vires humanas.

Quæſtio 2. Quare mundi ſalus conſtituitur in aquæ baptiſmo? Cur Deus eligit elementum aquæ ad dandam ſalutem homini. Olim elementum aquæ extitit primum, quod inſurrexit ad peccatoribus inferendum ſupplicium, ita ut exceptis octo animabus, univerſi homines ſuffocarentur, Gen. 6. Hinc potentia Jeſus, hoc elementum aſſumit ad dandam homini ſalutem, ut divina ejus virtus appareat, quòd illud, quod fuit ad hominis interitum convertit in fontes ſanitatum, & ſi aquæ olim perdiderant univerſum orbem, eiſdem nunc per Jeſum introducitur ſalus. Pulchre D. Damaſcen. in Carmine de Epiphania. 73.

Quæſtio. 2. *Lethalia homini Jeſus convertit in fontes ſalutis.*

D. Damaſc.

Te ſcimus olim Chriſte Rex, & maxima
Planeque mira perpetrans, cunctos aquis
Orbem per omnem perdidiſſe ultricibus:
Contra obruiſſe nunc aquis noſtrum ſcelus,
Noſtri miſertus, dum ſaluti proſpicis.

Quæſtio 3. Quare nos jubet Dominus baptizari, cum ad aquarum ingreſſum nudatus ſit homo? Cum omnes rei maximè ament legi, multiſque palliis operiri; cur ergo ad ſalutem, vult Dominus, ut nuditatem amemus? Recte reſpondet citat. D Hieron. de vera circumciſ. *omnique in procinctu baptiſmatis indumento nudati, ſola ſanctorum oculis confeſſione veſtimur:* Licet ad baptiſmum temporales veſtes abjiciamus; tamen valde pretioſa, ac illuſtri induimur veſte, ut appareamus coram Deo, ac Angelis ejus, nimirùm cum nos reos, ac peccatores confitemur. 74.

Quæſtio. 3. *Confeſſio peccatorum valde Deo grata.*

Ubi irradiat confeſſio, ſtatim evaneſcunt omnis perditionis vincula. Peccatori Adamo ait Deus, *Maledicta terra in opere tuo.* Gen. 3. n. 17. Caino autem dixit: *Maledictus eris ſuper terram.* Gen. 4. n. 11. Cur hic maledictione percutitur, ille verò minime, ſed ſolum terra maledictioni traditur; *Maledicta terra in opere tuo?* Ambo peccatores extiterant, imò damnoſiùs peccavit Adamus, cum peccatum introduxerit in mundum, cur Adamus à maledictione liberatur, cui ſubjicitur Cain? Adamus cum eſſet requiſitus à Deo ſtatim ſuum delictum confeſſus; *mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* At verò Cainus maximè innocentem ſe intendebat probare; requiſitus, ubi eſt Abel frater tuus; ait: *Neſcio, num cuſtos fratris mei ſum ego.* Gen 4. n. 10. Adamus, cum confitetur crimen, à maledictionibus liberatur, Cainus verò, dum illud operit, & innocentiam vult oſtendere, in maledictionem, ac iram Dei incurrit. Tertul. l. 2. in Marc. *Ideoque nec maledixit ipſum Adam, nec Evam, ut reſtitutionis candidatos, ut confeſſione revelatos; Cain verò maledixit*, &c. 75.

Geneſ. 3. Geneſ. 4.

Confeſſione ira Dei effugitur.

Geneſ. 4.

Tertull.

Marc. 16. *n.* 17. Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur: in nomine meo dæmonia ejicient; linguis loquentur novis.

Num. 18. Serpentes tollent, & ſi morti ferum quid biberint, non eis nocebit: ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt.

VERSIONES.

Vat. Theoph. n. 17. Signa hæc ſubſequentur, per nomen meum dæmonia ejicient.

Arab. Idiomatibus linguarum loquentur.
*Syriac.n.*18. Et ſerpentes tollent, & ſi toxicum mortiferum biberint, non nocebit eis; manus ſuas imponent ægrotis, & ſanitati reſtituentur.
Arabic. Serpentes tollent manibus ſuis: & ſi mortiferum quid comederint:
Pagnin.Vatabl.Arias. At ſi lethale quid biberint, neutiquam nocebit eis, ſuper ægros manus imponent, & pulchre habebunt.

EXPOSITIO III.

76. SIGNA *autem*: Non vocantur miracula, ſed ſigna; quia hæc tanquam ſigilla, ac teſtimonia adhibentur ad ſignandam, & confirmandam veritatem fidei. *eos qui crederint:* Evangelio à vobis prædicato, & Baptizati fuerint. *Sequentur:* Non ait, facient, vel operabuntur; ne aliquis ſcilicet, ea miracula ſibi tribueret, & non Deo; & ideo ait: ſequentur, ſcilicet, ſuum baptiſmum, ſuámque fidem in me. *In nomine meo.* Invocato nempe Chriſti Dei, & hominis nomine miracula iſta fiebant. Unde Petrus: *In nomine Jeſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula. Et exiliens ſtetit, & ambulavit.* Act. 3. *Dæmonia ejiciens*: Hoc miraculum valde familiare fuit Chriſto; eo enim fine ipſe venit in mundum, ut diabolum debellaret, ac ejiceret: *linguis loquentur novis*: alienis ſcilicet, quas ipſi nec noverant, nec didicerant. Euthym. *Peregrinis idiomatibus aliarum gentium*: ut fecerunt Apoſtoli. Actor. 2. n. 4. Qui loquebantur variis linguis.

Actor. 3. Euthym. Actor. 2.

77. *Serpentes tollent*: id eſt, noxia, & venenoſa animalia tollent, & auferent ex locis, quibus illa infeſta ſunt. Euthym. *Delebunt, occident, aut etiam manibus abſque periculo tenebunt*: unde Arabic. vertit: *Tollent manibus ſuis*: ut Paulus tenuit viperam. Act. 28. n. 2. & ſi mortiferum quid biberint coacti ab Evangelii perſecutoribus, *non eis nocebit.* Theophyl. *Multi & venenum bibentes, per ſignaculum crucis illæſi conſervati ſunt.* Sic & de multis aliis Sanctis legitur. *Super ægros manus imponent,* &c. Hac ceremonia, manuum impoſitione, aliquando Chriſtus uſus eſt. Luc. 4. n. 40. non tamen hic aſſignantur, ut neceſſaria: nam ſæpe Chriſtus ſolo verbo ſanabat.

Euthym. Arabicus. Actor. 28. Theophyl. Luc. 40.

QUÆSTIO XII.

Quare, cum ampliſſima poteſtas faciendi miracula data ſit fidelibus, Chriſtus tamen hic paucas miraculorum ſpecies numerat?

78. CUm hujuſmodi poteſtas faciendi miracula, non ſit conceſſa propter privatam cujuſque auctoritatem, ſed propter communem Eccleſiæ utilitatem, inde non eſt communicata ſingulis Chriſtianis, ſed his tantum, quibus expediebat ad ſtabiliendam, ac propagandam fidem; ut erat in primitiva Eccleſia; tunc omnes fere Chriſtiani aliqua miracula faciebant, v. g. dæmones ab energumen is depellebant, ut tradunt Juſtinus dialog. contra Triphon. Tertull. in Apologia. Et multi tunc in Baptiſmo accipiebant donum linguarum, ut patet. Act. 10. n. 46. & c. 19. n. 6. Unde recte ait D. Greg. hom. 29. in Evang. *Nunquid, fratres mei quia iſta ſigna non facitis, minime creditis, Sed hæc neceſſaria in exordio Eccleſiæ fuerunt. Ut enim ad fidem creſceret multitudo credentium, miraculis fuerat nutrienda: quia & nos cum arbuſta plantamus, tandiu eis aquam infundimus: quouſque ea in terra jam coaluiſſe videamus, & ſi ſemel radicem fixerint, irrigatio ceſſabit.* Idem habent D. Auguſt. lib. de utilit. credendi contra Manich. c. 16. & lib. de vera Relig. c. 25. & lib. 22. de civit. c. 8. Beda, Haymon, & alii.

Cur omnes fideles non faciunt miracula? Juſtin. Tertullian. Actor. 10. D. Gregor. D. Auguſt. Beda. Haymon.

Signa autem eos, qui crediderint, &c. Ampliſſima poteſtas datur hic à Chriſto D. ſuis fidelibus faciendi miracula, & tot ſigna exigebantur, ut illi, qui crederent, in teſtimonium ſuæ veræ, ac firmæ fidei, ederent. Homines enim, qui antea fuerant inimici, ac infideles, ut jam modo fideles, ac amici reputarentur, neceſſarium erat, ut multa, ac magna ſigna, ac miracula operarentur in demonſtrationem ſuæ veræ fidei, ac amicitiæ: ex omnibus Apoſtolis ſolum legitur, quòd Petrus umbra ſua ſanaret infirmos: ita ut in plateas ejicerent infirmos, ut veniente Petro, ſaltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus ſuis. Actor. 5. n. 15. ex omnibus diſcipulis ſolum Petrus ter negavit Magiſtrum, affirmans cum juramento *Non novi hominem*: Matth. 26. Ut ergo ipſe verus, ac conſtans diſcipulus, & amicus haberetur, exigebatur, ut ipſe majora, & ampliora ſigna, ac miracula, quàm omnes alii, ederet, ac demonſtraret. 79.

Multum exigitur, ut inimicus pro vero amico habeatur. Actor. 5. Matth. 26.

Tamen quæſtio principaliter inquirit: Quare cum Chriſtus D. hic ſuis fidelibus dediſſet largam, & amplam poteſtatem edendi omnia miracula, tamen ſolum exprimit quinque ſpecies? 1. *Dæmonia ejicient.* 2. *linguis loquentur novis* 3. *ſerpentes tollent.* 4. *ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit.* 5. *ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt.* Imò inter has ſpecies non numerat reſurrectionem mortuorum, quod majus eſt inter omnia miracula. 80.

Reſpondeo, quod in illis miraculorum ſpeciebus expreſſis ſubintelliguntur alia miracula prætermiſſa: & hæ ſpecies valde ſignare numerantur, ut dicam q. ſequenti. Ex quo conſidera, quàm dives, liberalis, ac magnificus ſit Chriſtus in ſuis promiſſionibus: plura re ipſa præſtat, quam verbis promiſerit: ad reprimendas querimonias filiorum Iſraël, mandavit Deus Moyſi, ut ſumeret duodecim virgas ex duodecim principibus filiorum Iſraël, & ait Deus: & quem ex his elegero ad ſummum ſacerdotium, *Germinabit virga ejus* Et ſtatim ſubditur: quod ſequenti die ingreſſus Moyſes: *Invenit, germinaſſe virgam Aaron in domo Levi: & turgentibus gemmis, eruperant flores, qui foliis dilatatis in amagdalas deformati ſunt.* Num. 17. n. 8. Ecce Dei liberalitas in ſuis promiſſionibus: Deus unum tantum pollicitus eſt, quòd virga germinaret, & quatuor in ea inveniuntur: Vireſcit virga, foliis exornatur, parturit in flores, & fructibus onuſta apparet. Origen. hom. 9. *unum promiſit Deus fructum in Virga: & plura dedit.* Et poſt pauca: *Promiſſionem ſuam*, ait, *Deus in quadruplum dedit, & multo plura, & pretioſiora largitus eſt, quam promiſit.* 81.

Deus plura dat, quàm promittit. Num. 17. Origen.

Hanc conditionem hauſit Abrahamus à Deo: nã cum ille tres viros excepiſſet hoſpitio, eis tantum offert, *pauxillum aquæ, & buccellam panis:* at verò cum ventum eſt ad prandium: *Accelera, tria ſata ſimilæ commiſce, & fac ſubcinericios panes: Ipſe verò ad armentum concurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum, & optimum, tulitque butyrum, & lac.* Gen. 18. à n. 7. Lippoman. *Non ergo promittit juſtus ſplendidas dapes, non pretioſa condimenta: buccellam panis polli-* 82.

cetur ad robur virium, pauca ſpondes: magna tamen præſtat: ſic & omnis liberalis.

83. *Homines multa promittunt, pauca dant.* Homines verò hujus ſeculi multa ſpondent, & pauca exhibent. Levitæ dixit Michas: *Mane apud me, & eſto mihi parens, ac ſacerdos: daboque tibi per annos ſingulos decem argenteos, ac veſtem duplicem & quæ ad victum ſunt neceſſaria. Acquievit, & manſit apud hominem, & fuit illi quaſi unus de filiis.* Judic. 17. Judic. 17. n. 10. & 11. Ille pollicitus eſt reverentiam, ut patris, & habuit *eum quaſi unum de filiis*, & cætera, quæ promiſit, an elargita ei fuerint, nec legitur, nec ſcribitur. Vide multa tam hoc tomo, quam ſuperioribus in Indice. Verb. *Promiſſio.*

QUÆSTIO XIII.

Quinque miraculorum ſpecies hic appoſitæ à Chriſto D. moraliter expenduntur.

84. *Nomen Jeſus proſternit hoſtes.* QUinque miraculorum ſpecies, ut jam notavi, hic apponit Chriſtus, ait: *In nomine meo dæmonia ejicient: linguis loquentur novis: ſerpentes tollent*, &c. intelligitur, quòd hæc miracula ſint facienda, invocato nomine, virtute, ac potentia Chriſti: audita voce divini nominis, ſtatim omnis ſatan, omnis ſerpens, omne venenum cadit, Prudenti. & proſternitur. Prudent. lib Apotheoſis, ait,

——— Torquetur Apollo
Nomine percuſſus Chriſti.

Tanquam à fortiſſimo telo vibrato: ſpecies miraculorum hic appoſiæ ſigillatim expendamus.

Dæmonia ejicient.

85. D. Bernard. D. Bernard. ſerm. 1. de Aſcenſ. *Primum opus fidei*, ait, *per dilectionem operantis, cordis compunctio eſt, in qua ſine dubio ejiciuntur dæmonia, cum eradicantur è corde peccata.* In exordio, ac in fronte omnium miraculorum, ac operum ponitur dæmonum expulſio, quia primum opus hominis Chriſtiani, ac fidelis, eſt diabolum, ſeu peccatum ejicere à corde per dilectionem Dei, contritionem, ſeu pœnitentiam, quot enim peccata commiſiſti, tot in corde tuo diaboli ingreſſus admiſiſti. Tractans de Luc. 22. Judæ proditione D. Luc. 22. n. 1. ait: *Appropinquabat autem dies feſtus azymorum, qui dicitur, Paſcha, & quærebant principes Sacerdotum, & Scribæ quomodo eum interficerent, intravit autem Satanas in Judam*: Et tamen poſt cœnam legalem, ac in ipſa cœna myſtica, ut multis placet, ſcribit. D Joan. Joan. 13. 13. n 27. *Et cum intinxiſſet panem dedit Judæ Simeonis Iſcariothæ, & poſt buccellam introivit in eum Satanas.* *Duplex peccatum, duplex diaboli ingreſſus.* Si antequam appropinquaret Paſcale feſtum, & antequam Apoſtoli venirent in cœnaculum, jam diabolus intraverat in Judam, juxta D. Lucam, quomodò poſtquam jam recubuerant in cœnaculo; & menſæ aderant, dicit Joannes: quod *poſt buccellam introivit in eum Satanas*! Duplex Judæ denotatur peccatum, proditionis nempe & ſacrilegii, quo indigne corpus Chriſti communicavit: duplex etiam Satanæ ingreſſus in eo refertur, quot enim peccata committuntur, tot aditus diaboli ad cor. Duplex delictum, duplex eſt D. Anſelm. Satanas in homine. D. Anſelm. *Poſt buccellam*, ait, *introivit in eum Satanas, quia bono male eſt uſus, & hæc præſumptio peccatum auxit.*

Linguis loquentur novis.

86. D. Bernard. D. Bernard. cit. ſerm. 1. de Aſcenſ. *Qui enim*, ait, *in Chriſtum credunt, linguis loquuntur novis, cum jam recedunt vetera de ore eorum: nec de cætero vetuſta protoparentum lingua loquuntur, declinantium in verba malitiæ.* Cum fidem, & gratiam in animo recipiant fideles, jam in ore eorum non ſonant verba antiquæ vetuſtatis, ſed ſanctæ novitatis; nam gratia, quæ intus in animo latet, jam exterius lingua nova loquutione prodiit. Clemens Alexand. l. 1. Pedag. c. 5. *Oportet*, inquit, *novos eſſe illorum ſermones, qui novi verbi fuerunt participes.* De Apoſtolis primum dicitur, Actor. 2. n. 4. *Repleti ſunt Spiritu ſancto, & cœperunt loqui.* Et inferius ſtatim additur n. 11. *loquentes magnalia Dei.* Ille enim qui corda repleverat Spiritus, jam in ora redundabat, & qui ſermo foras evulgabatur, latentem intus fervorem detegebat, ut loquitur D. Bernard. ſerm. 2. in 2. Octava Paſchæ: *Novum ſupervenisse Spiritum, certiſſime converſatio nova teſtatur.*

Interior gratia redundat in externis verbis. Clem. Alex. Actor. 2. D. Bernard.

Serpentes tollent.

Cit. D. Bern. *Serpentes tollent, neceſſe eſt, id eſt, ut venenatas ſuggeſtiones extinguant.* Qui fere fideles ſunt ac toto corde adhærent Deo, ſerpentum foveas, ac latibula, & dæmonum ſuggeſtiones ſecant, & perimunt; ex quo profunde Chriſti verba pondera; *Serpentes tollent.* Non ait Chriſtus, ſerpentum illatos morſus, vulneraque ab eis inflicta curabunt: ſed *Serpentes tollent*; qui enim vult remedium adhibere, toto conatu intendat cauſam, ac origenem mali, ac veneni eradicare, ac extirpare. Vipera quædam magno impetu invaſit manum Pauli; ſeu ut habet Syriac. momordit manum. Et poſt pauca ſubdit textus: *Et ille quidem excutiens beſtiam in ignem, nihil mali paſſus eſt.* Actor. 28 n. 5. Paulus non ſolum manum ſuam ſervavit incolumem à morſu ac veneno beſtiæ, ſed etiam ipſammet viperam morſus, ac veneni cauſam injecit in ignem, ut omnino illam perimeret, & extingueret. Vide ſuperioribus tomis. Verbum *Remedium.* 87. D. Bernard.

Qui vult dare remedium, auferat radicem mali. Actor. 28. Syriacus.

Si mortiferum quid biberint, non eis nocebit

Si mortiferum quid biberint; in nomine Domini eis non nocebit, nulla enim eſt adverſitas, ac hoſtilitas, quæ valeat prævalere contra juſtos nomine Domini armatos. Ait Regius Vates: *Circundederunt me ſicut apes, & exarſerunt, ſicut ignis in ſpinis, & in nomine Domini, quia ultus ſum in eos.* Pſ. 117. n. 22. Ecce tibi hoſtibus erat vallatus, ut vallari ſolet favus ex agminibus aculeatis apum, & inſuper: *Exarſerunt, ſicut ignis in ſpinis*: hoſtium ira flammabat omni odio, machinatione, inſtrumento, ac veneno, ut robuſtiſſimum virum, tanquam vilem ſtipulam, abſumeret: ſed quo munimine, de tam conferto vallo, ac de tanta hoſtium rabie evaſit? Ait David: *In nomine Dmini, quia ultus ſum in eos.* Ubi enim ſe divino nomine protexit, ſtatim riſit omnes rabies, ac inædias hoſtiles D Chryſ. ibi; *Tanquam ignis*, ait, *accurrebant; tanquam apes cum magna animi alacritate invidebant, intus interceptum tenebant, neque aliquid potuerunt facere. Arma enim invicta, auxilium inexpugnabile, Dei nomen omnes expulit.* 88.

Pſalm. 117. *In nomine Dei vincitur omnis hoſtilitas.* D. Chryſ.

Super ægros manus imponent, & bene habebunt.

Cii. D. Bern. ſic pergit: *Quid tamen*, ait, *moleſta certe, & periculoſa, & ſic corruptæ, & infirmæ affectionis lucta ſed qui crediderint, ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt. Id eſt, ægras affectiones bonis operibus operient, & hoc remedio curabuntur:* 89. Bernard.

pravus

pravus affectus ſemper bonis, ac multiplicatis operibus aboletur, ac abraditur. Nota tamen, quod ait Chriſtus: *ſuper ægros manus imponent.* Chriſtus D. ſuos fideles, magnos, & excelſos creavit, hoc tamen eis adjunxit, ut minimis, ac parvulis, & contemptibilibus benefacerent; multa, & magna miracula perpetrarunt Apoſtoli, multos viros magnos, nobiles, principes, ac reges, & regum filios ſanarunt, tamen primum miraculum ab eis factum, ac ſpecialiter narratum, extitit, quomodo Petrus mendicum, claudum, quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur ſpecioſa, ut peteret eleemoſynam ab introeuntibus in templum, Actor. 3. n. 2. apprehenſa manu ſanavit, ut notavit D. Paſchaſ. lib. 1. in Thren. *Virtute Apoſtolica mendicus, & claudus primum ſanatur.* Cur virtus Apoſtolica non primum enitet, in aliquo nobili, ac principe, ſed in claudo, ac mendico? ac ſi ipſa hominis miſeria, & inopia, opem Apoſtolicam ad ſui ſublevamen, & auxilium ſollicitaverit, ut ei ſubveniretur, ac auxiliaretur; nam excelſa virtus in minimis, ac parvulis fovendis, maximè nitet, ac reſplendet.

Apoſtolico muneri adjunctum, benefacere minimis.

Actor. 3. Paſchaſ.

Marc. 16. n. 19. Et Dominus quidem Jeſus, poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet à dextris Dei.

Num. 20. Illi autem profecti prædicaverunt ubique Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis.

VERSIONES.

Syriacus. Porro Jeſus Dominus noſter, poſtquam locutus cum eis fuiſſet, cœlum conſcendit, conſcenditque à dextera Dei.

Græcus. Igitur Dominus Jeſus.

Arabicus. Iterum elevatus eſt in cœlum, & ſedet à dextera Patris.

Vatablus, Pagn. Receptus eſt in cœlum, & conſedit à dextera Dei.

S. Epiphan. Et aſcendit in cœlos, & ſedet in dextris Dei.

Tertulian. Ereptus eſt in cœlum.

ALTER TEXTUS.

Luc. 24. n. 50. Eduxit autem eos foras in Bethaniam: & elevatis manibus benedixit eis.

Num. 51. Et factum eſt, dum benediceret illis receſſit ab eis, & ferebatur in cœlum.

Syriac. n. 20. Illi vero exierunt, ac prædicaverunt ubique, & Dominus noſter adjuvabat eos, & confirmabat ſermones eorum per ſigna, quæ ipſi edebant.

Arabicus. Et prædicaverunt in omni loco, & Dominus operabatur vim illis, & confirmati ſunt in ſermone, propter ſigna, quæ ſequebantur eos.

EXPOSITIO IV.

Et Dominus quidem: pro hac dictione, quidem Syriac. habet, *porro.* Græcus, *igitur.* Dominus, qui multis modis, ſignis, ac operibus ſe Deum, ac Dominum declaraverat, & in ſcriptura nemo abſolute Dominus dicitur, niſi ſolus Deus. *Poſtquam locutus eſt eis.* Undecim ſcilicet Apoſtolis, de quibus dicitur, recumbentibus, *per dies quadraginta apparens eis, & loquens de Regno Dei* Actor. 1. num. 3. ac proinde juxta D. Auguſt. lib. 3. de conſenſ. Evangeliſt. c. 25. Illud *poſtquam*: non ſolum refertur ad ea, quæ hic Chriſtus dixit in hoc Evang. ſed etiam ad omnia dicta à die Reſurrectionis uſque in præſentiam, & poſtquam adimplevit omnia, quæ ſibi commiſſa erant, à Patre, ut ſcribit D. Luc. *Eduxit eos foras*: ſcilicet extra Jeruſalem in qua Apoſtoli fuerant ad menſam. *In Bethaniam*, quæ diſtabat à Jeroſolymis quindecim ſtadiis, & in medio hujus itineris erat mons Olivarum, ex quo Chriſtus aſcendit in cœlum, illum locum, ſcilicet Bethaniam, aſſignaverat Dominus congregationi diſcipulorum: ibi Deipara Virgo, Magdalena, Lazarus, & multi alii congregati aderant, Cajet. ait, quod Dominus præcepit diſcipulis; ut irent in montem Olivarum: ſed Evangeliſta non ait, præcepit, ut irent, in Bethaniam, ſed eduxit eos, ergo diſcipuli Dominum comitabantur.

90 *Syriacus. Græcus.*

Actor. 1. D. Auguſt.

Cajetanus.

91 *Elevatis manibus*: Scribit D. Lucas, antiqua conſuetudo erat, ut benedictio fieret elevatis manibus. Levit. 9. num. 22. *Benedixit eis*: largiſſima dona illis infundens, aſſumptus eſt in cœlum non miniſterio Angelorum, ſed à ſua Divinitate, manante dote agilitatis ab ea corpori indita.

Levit. 9.

92 *Sedet à dextris Dei*: Sic & loquitur Apoſtolus Epheſ. 1. n. 20. ad Coloſſen. 3. n. 1. Hebræor. 1. n. 14. ſignificat ergo hic modus loquendi, quòd Chriſtus D. ut Deus, Deo Patri æqualis natura; potentia, gloria; honore, imperio dominetur creaturis omnibus, tam inviſibilibus quàm viſibilibus, eaſque una cum Patre ſimul regat, ac gubernet. Ita D. Athanaſ. contra Arrian. Chriſtus etiam, ut homo, dicitur ſedere ad dexteram Patris metaphorice: primò, ut denotetur illius excellentia ſuper omnem excellentiam creatam, ſecundò denotat ſummam, ac ſingularem ejus beatitudinem, gloriam tum intenſive, tum extenſive, tum etiam ex modo habendi, tanquam connaturalem Chriſto ex vi unionis hypoſtaticæ: ac proinde ex vi propriæ dignitatis, & majeſtatis, illi debitam. Tertio hoc modo ſignificatur ejus ſupremum dominium, ac poteſtas ad operandum & imperandum.

Epheſ. 1. Coloſſ. 3. Hebr. 1.

D. Athan.

Quid eſt, ſedere ad dexteram?

93 Dices: ſi filius eſt ad dexteram: ergo Pater eſt ad ſiniſtram filii. Reſpondetur, quòd locutio eſt metaphorica; & in Deo proprie nec eſt dextera; vel ſiniſtra, ſed per hanc locutionem ſignificatur præſtantiſſima, & excellentiſſima ſeſſio; nam ſcriptura loquitur more humano ad noſtros condeſcendens conceptus: cum apud homines nullus ſit honoratior, ac excellentior locus, quàm dexter, ſic mater Salomonis, cum venit ad eum ſedentem in throno regio dicitur, quòd ſedit ad dexteram ejus 3. Reg. 2. n. 19. ac ſi rex locum, & honorem regni ſui cum ea communicaret, & de Eccleſia dicitur, quæ eſt regina ſponſa Chriſti. *Adſtitit Regina à dextris tuis*: Pſalm. 44. n. 10. veluti Regis Chriſti thalami, & regni ipſius conſors. Sic & dicitur, quod Chriſtus ſedeat ad dexteram Dei, ut ſignificetur ejus præſtantiſſima, ac honoratiſſima ſeſſio,

Diluitur objectio.

3. Reg. 2.

Pſalm. 44.

qua

qua,ut homo, proximam poſt Deum gloriam, & ſublimitatem eſt adeptus, qua, ut Deus Patri majeſtate,ac excellentia eſt æqualis. Pulchrè D.Chry-
D. Chryſol. ſolog.ſerm.58.*Sedet ad dexteram Patris*, ait, *ordo ibi divinus eſt, non humanus: Sic à dextris ſedet filius ut pater non ſedeat à ſiniſtris.*

94. *Illi autem*: Scilicet undecim, *profecti*, non illico, ſed poſt adventum Spiritus ſancti, *prædicaverunt ubique*. Non in Judæa ſolum, ſed in omnibus locis,nullam exceptionem facientes, prædicaverunt Apoſtoli, tam per ſe, quàm per ſuos miniſtros,ac ſucceſſores, itaut in omnem terram exierit ſonus eorum,& in fines orbis terræ verba eorum, ut te-
Rom. 10. ſtatur Paulus Rom. 10.n.18.& quia non ſatis fuit prædicatio Apoſtolorum ad convertendum orbem, neceſſaria fuit Domini cooperatio;& ideo dicitur:
Actor.16. *Domino cooperante*. Ut ſcribitur Actor. 16.n. 14. *Quædam mulier nomine Lydia audivit, cujus Dominus aperuit cor, intendere his, quæ dicebantur à Paulo.* Et additur. *Et ſermonem confirmante, ſe-*
Haymon. *quentibus ſignis*. Haymon: *Quidquid illi dicebant verbis Dominus confirmabat miraculis.*

QUÆSTIO XIV.

Quare, cum noſter Salvator undecim apparuit, dicitur Jeſus, modo verò cùm aſcendit in cœlum, Dominus Jeſus?

95. *Chriſtus reprehendebat, non ut Dominus, ſed ut Pater.* Scribit Noſter Evangeliſta in exordio hujus Evangelii: *Apparuit illis Jeſus, & exprobravit incredulitatem eorum.* modo vero cum aſcenſionem ejus deſcribit, ait, Dominus quidem Jeſus, poſtquàm locutus eſt eis; cur quando eos reprehendit, dicitur tantum Jeſus; apparuit illis Jeſus & exprobravit: Cum verò modo cœlos, aſcendit, Dominus,appellatur: ut denotetur, quòd elevabatur in cœlum, multa majeſtate, ac magnifico Domini apparatu:at quando exprobravit incredulitatem eorum, Jeſus tantum nuncupatur, ut ex tam ſuavi,ac dulci nomine deprehendatur, quòd reprehenſio potius adhibita erat, Patris amore: quàm Domini ſeveritate, ac poteſtate.

96. *In Chriſto aſcendente multiplex nomen multiplex benefaciendi ratio.* Secundo. Dominus quidem Jeſus: cum cœlos aſcendit, duplici nomine appellatur, *Dominus Jeſus*; licet in cœlos abierit, duplex nomenclatura, multiplex illi erat ratio ſuis ſemper benefaciendi, Nato Salvatore, adſtat. Angelus in terris tantum gaudium annuntians paſtoribus, & ait: *Natus eſt*
Luc. 2. *vobis hodie Salvator mundi, qui eſt Chriſtus Dominus.* Luc.2.n.11.Ad quid natus rex tantis nominibus decantatur? nonne ſufficiebat dicere, Salvator,vel Chriſtus, vel Dominus? ad quid tot nomina?beneficiorum fontes,qui nato Chriſto in nos manabant, non uno nomine, ſed multiplici evulgandi fuerunt:& quot erant illi nomina, tot nobis
D. Anton. benefaciendi occaſiones D. Anton. Paduan. ſerm. de Nativitate: *Salvatoris benignitatem, quæ in terris apparuit non uno nomine, ſed multiplici Angelus aperit.*

97. *Deus ex nomenclatura ad benefaciendum invitatur.* Tertio.Cum cœlos aſcendit, Dominus Jeſus dicitur, pro magna noſtra conſolatione, quòd licèt abjerit, ſemper tamen nobis præſens futurus erat ſuis perpetuis, ac continuis beneficiis; frequenter enim meus Jeſus excitatur à ſuis nominibus ad benigne agendum.In primo rerum molimine cum crearetur orbis, ac omnia, illorum dicitur Deus: In principio creavit Deus cœlum,& terram: dixit Deus: Fiat, dixit Deus:Fiant duo luminaria magna; creavit Deus cæte grandia,& omnem animam,quæ movetur, & tandem creavit Deus hominem ad imaginem,&c.Gen.1.n.27.creatis verò omnibus dicitur. Gen.2.n.4.*Hæ ſunt generationes cœli, & terræ, quando creata ſunt in die, quo fecit Dominus Deus cælum; & terram.* Et iterum n.9. *Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuave.* Quod de florum ornatu,ac frugum penu interpretatur D. Anaſtaſ.Sin. Sinaita.
l.7. Hexam. Quid eſt quòd in qualibet rerum productione dicitur Deus: creatis verò omnibus,Dñs Deus? Non patitur Deus nomen eſſe vacuum; ac proinde ex duplicata nomenclatura movebatur ad augendam, multiplicandam; ac dilatandam benignitatem. Citatus Sinaita: *Poſtquam nomen duplicavit opificis, conduplicavit, & facta opera, non parca in illis faciens additamenta*, quaſi Deus, jam cognomento Dominus, otiosè nomen caperet, ſi quid operis non adjiceret,ac multiplicaret.

Titulis multis honorificis ſancti Martyres clamant ad Deum,ut rem juſte peragat, & opere ad- 98.
impleat: *uſquequo, Domine, ſanctus, & verus, non judicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum?* Apoc. Apocal. 6.
6 n.10 ad quid tot multiplicant nomina? non ſat erat,dicere Domine, vel ſanctus? ad quid ſic ingeminant has voces (ut à ſua dominatione, à ſanctitate, ac veritate invitetur Deus ad puniendam tantam nequitiam,malitiam,ac falſitatem tyrannorum. Rup. l. 4 *Pulchrè nimis compellatur nominibus iſtis, ut per ipſa commoveatur.* Quis enim ſanæ mentis homo eſt;qui faciat contra fidem ſui nominis!Unus hæreticus Vigilantius, execrabatur vigilias Chriſtianis precibus utiles: de hæretico ludens D.Hieron Epiſtol. 53. ait ad Riparium: *Facit hæc contra vocabulum ſuum, ut velit dormire vigilantius.* *Deus à nomine ſuo excitatur ad agendum.* Rupert. D. Hieron.

Quartò. *Dominus quidem Jeſus*: Adverbium illud:*quidem*,ideſt,vere Dominus Jeſus; ſemper verè Dominus, tamen cum modo cœlos aſcendit, inſigniter vere Dominus dicitur, ad hoc aſcendebat, 99.
ut ipſe ait Joan. 14. n. 2. *Vado parare vobis locum.* Joan. 14.
Non ferebatur in cœlum,ut ibi in throno majeſtatis ſedens, è cunctis ſupernis civibus adoraretur, ſed ut ſuis æternæ felicitatis, ac beatitudinis præpararet loca;& hoc vere Domini maximè proprium,ac præclariſſimum munus, de ſuis, eorumque ſede,ac gloria agere. Ait Regius Vates Pſalm. *Verus Dominus ſuis ſedes, ac loca parat.* Pſal. 95.
95. n. 5. *Dii gentium dæmonia, Dominus autem cœlos fecit.* At ad veram oppoſitionem ſignificandam aliter videbatur dicendum: *Dii gentium dæmonia*, Dominus autem vere Dominus;ſed mutato ſtylo, ait, *Dominus autem cœlos fecit*: nobis nempe, ſuiſque hominibus? & cœlos condere,cathedras creare, ut ſuis impendat, ac diſtribuat,in hoc vere Dominus oſtenditur,& declaratur.Noſter Incognitus. Incognitus.
Chriſtus verus Deus omnia fecit, inter quæ omnia, nominat cælum, cælum Empyreum, in quo ſolum beati habitare poſſunt.

QUÆSTIO XV.

Explicatur cauſa, dies, hora, ac locus Aſcenſionis, modusque aſcendendi.

Jam particulariter aſcendimus ad agendum de 100.
ipſo admirabili Aſcenſionis feſto, de quo ait D. D. Epiphan.
Epiphan. orat. de Aſcenſ. *Feſtorum decus eſt feſtum hodiernum; celebramus enim Chriſti D. ſecundum carnem aſcenſum, quod ſane feſtum inter Dominica faſtigium obtinet, ut enim caput totam corporis* *Aſcenſionis feſtivitas valde ſolemnis & magna.*

*poris conſtitutionem exornat: ita hodierna ſolemni-
tas divinæ œconomiæ pulchritudinem, quaſi colo-
phonem illi imponens, mirificè illuſtrat. Agedum
venite, aurigámque per cœlorum ſpatia mirabiliter
gradientem cernite.* Perpende illud, *mirificè illuſtrat.*

Aſcenſionis cauſa.

101. Multæ ſunt cauſæ Chriſti Aſcenſionis, quia
D. Thom. ut ait D. Thom. 3. p. q. 58. art. 1. locus debet eſſe
proportionatus locato; Chriſtus, autem poſt reſur-
rectionem, agebat vitam immortalem, & glorio-
ſam, ergo ei debebatur locus immortalitatis, & glo-
riæ. Secundò, quia cœlum eſt locus, quem Deus
ſanctis, ac beatis hominibus præparavit, ibi ſingu-
Pſalm. 102. lariter Deus manifeſtatur. Pſalm. 102. n. 19. *Domi-
nus in cœlo paravit ſedem ſuam:* Ergo hic locus
debebatur Chriſto in corpore glorioſo, tum quia
perfectior eſt in beatitudine reliquis ſanctis: tum
etiam quia nos ibi ſumus futuri juxta illud: *Vbi
Joan. 12. ſum ego, illic & miniſter meus erit.* Joan. 12.
102. Tertiò. Conveniebat, ut corpori Chriſti in ter-
ris humiliato, & afflicto merces gloriæ daretur, ut
D. Auguſt. ait D. Auguſt. ſerm. 107. de tempore. Hinc cives
cœlici acclamarunt: *Dignus eſt Agnus, qui occiſus
eſt accipere virtutem, & divinitatem, & ſapientiam
Apoc. 5. & fortitudinem, & honorem & gloriam.* Apoc. 5.
n. 12. Quartò ut cælum, hominibus clauſum per
peccatum Adæ, hominibus reſeraret, & ut oſten-
deret, regnum ſuum non eſſe temporale, ut diſci-
puli putabant, ſed æternum, & cœleſte, ut ait D.
D. Auguſt. Auguſt. ſerm. 175. de tempore. Quintò ut ſua præ-
Chriſtus Aſcendens Angelos exhilarat, cælum ornat. ſentia Angelos exhilararet, cœlumque exornaret.
Pulchrè D. Auguſt. ſerm. 37. de tempore: *Chriſtus,*
ait, *tactu corporis ſui, vel tranſitu gloriæ ſuæ; omnem
ad momentum creaturam ſanctificat, vivificat,
& illuſtrat. Aquas enim conſecrat, dum baptizatur;
terram ſanctificat, dum ſepelitur: mortuos ſuſcitat,
dum reſurgit, cœleſtia glorificat, dum aſcendit ad
cœlum, & ſedet ad dexteram Patris.*
103. *Vt ſpiritum mittat.* D. Epiphan. Sextò. Ut è cœlis mitteret ſpiritum in nos, no-
ſtrámque cauſam ageret apud Patrem, oſtendens
ei ſua vulnera; eique rationem ſuæ legationis in
terra peractæ redderet D. Epiph. cit. oratione: *Chri-
ſtus,* ait, *ingenti gaudio triumphans, ovem humanæ
naturæ humeris impoſitam Patri obtulit, atque pro
tali munere munus Spiritus ſancti, quod reddat,
impetrat.*

Dies Aſcenſionis.

104. Chryſoſtomus, & alii exiſtimarunt, fuiſſe die
ſabbati; communis eſt ſententia, quòd extitit feria
quinta à Reſurrectione die quadrageſima, ita te-
Duardus. net univerſalis Eccleſia. Dur. in Rituali l. 4. c. 6.
*Primitiva Eccleſia obſervat diem Dominicam ſo-
lemnem, ut modo, & obſervat quintam feriam.* Et
congruentia eſt, feria quinta inſtituit ſacram Eu-
chariſtiam: feria quinta proficiſcitur in cœlum,
quia ſi hac die viſibiliter, *videntibus illis:* à nobis
recedit abiens in cœlum, hac etiam feria quinta
ſacramentum Euchariſtiæ inſtituit, in quo nobis
inviſibiliter abſconditus nobiſcum manet, ita ut
præſentia corporalis ſacramentali recompenſare-
tur.

Hora Aſcenſionis.

103. Chriſtum meridiano tempore aſcendiſſe, com-
munis eſt ſententia & tenet fidelium uſus. Ada-
mus meridiano tempore peccavit, & clauſum eſt
cœlum. Chriſtus meridiano tempore aſcendit, &
cœlum nobis reſerat. Inde hæc dies, hæc hora
valdè à nobis celebranda. Pſalm. 57. n. 18. dicebat Pſalm. 57.
David. *Veſpere, & mane & meridie narrabo, & an-
nuntiabo.* Ibi D. Aug. *Veſpere Dominus in Cruce,* D. Auguſt.
mane in Reſurrectione, meridie in Aſcenſione. Ac ſi
ex omnibus Chriſti operibus, hæc tria Crucifixio,
Reſurrectio, Aſcenſio ſint narranda, ac annuntian-
da, quæ in tribus diei articulis acciderunt; mane,
veſpere, & meridie; At ſicut Sol meridiano tempo-
re, cœli culmina tenet; ita aſcenſio Domini, in-
ter cætera ejus myſteria, culmina vendicat. D.
Epiph. in initio datus: *Celebramus Chriſti aſcen-
ſum, quod ſanè feſtum inter Dominica faſtigium obtinet.*

Locus, ex quo Chriſtus aſcendit.

Chriſtus Dominus, ut patet ex Luc. 24 n. 50. fi- 106.
nito prandio cum ſuis Apoſtolis, eos adduxit ſe- Luc. 24.
cum è Jeruſalem per mediam Vrbem, Judæis divi-
na vi cohibitis, & ſtupefactis, in Bethaniam, & ex-
inde ſacratiſſima Virgo Maria, Magdalena, Mar-
tha, ac Lazarus pariter cum Apoſtolis, ac ipſo Do-
mino, venerunt in montem Oliveti; voluit enim
Chriſtus, eis ſuæ Aſcenſionis viſionem, ac conſo-
lationem impertiri, utpotè ſibi amiciſſimis, ut ait
Suar. tom. 2. ad 3. part. diſp 51. ſect. 2. & alta Dei Suarez.
providentia hic mons eligitur ad Domini Aſcen- *Vbi humiliatio, ibi exaltatio.*
ſionem; nam ex hoc monte, multa injuria, ac op-
probratio, multiſque ſatellitibus Jeſus compre-
henſus, ductus eſt ad mortem crucis, nunc verò ex
eodem monte, magno applauſu, honorificóque
triumpho, comitantibus choris Angelorum, aſcen-
dit Chriſtus ad gloriæ thronos, ubi extitit humi-
liationis principium, ibi & ſit exaltationis, ac
triumphi initium.

Tria continua miracula in hoc loco.

Tria ſunt continua miracula, quibus in monte 107.
Oliveti Deus illuſtravit Chriſti aſcenſum. Primum: *Relicta veſtigia.*
Chriſtus ad ſui, ſuæque Aſcenſionis monumen-
tum, huic monti pretioſo, inſtar ceræ impreſſit, &
impreſſa reliquit ſacrorum pedum ſuorum veſti-
gia, quæ nulla ratione, tot ſæculis deleri potue-
runt, ibique etiam nunc inter medios Turcas vi-
ſuntur, & cum tamen peregrini devotionis causâ,
eradant, ut terram è Chriſti pedibus tanquam ſa-
craras reliquias ſecum auferant, iterum ſancta ve-
ſtigia priſtinum ſtatum quotidie recipiunt. Ita D. D. Hieron.
Hieron. de locis Hebraïcis S. Paulin. ad Severum
epiſt. 11. Sulpitius lib. 2. Hiſtoriæ ſacræ. Beda de lo- Beda.
cis ſanctis cap. 7. ſecundum miraculum: Locus
ille, è quo Chriſtus aſcendit; nunquam ſe tegi, aut
marmore poliri, ornarique paſſus eſt, ſemper ex-
cuſſis omnibus ſolo reſpuente, quæ manus huma-
na, adornandi ſtudio, tentabat apponere, ut teſtan-
tur S. Paulin. jam citatus. Tertium miraculum: eo- D. Paulin.
dem in loco poſtea templum rotundum, & magni-
ficum in honorem Aſcenſionis eſt erectum à S.
Helena matre Conſtantini Imperatoris, quod in
ſe includebat Chriſti veſtigia, cujus tectum ea par-
te, qua Chriſti corpus aſcendit, nunquam contegi
potuit, ſed tranſitus ejus è terra uſque ad cœlum
ſemper manſit apertus: Ita S. Hieron. Beda. D. Hieron. Beda.
Quartum etiam miraculum refert Beda citatus: 108.
Nam in die Aſcenſionis Dominicæ, per annos ſin- Beda.
*gulos Miſſa peracta, validè flaminis procella de
ſurſum venire conſuevit, & omnes qui in Eccleſia
fuerint in terram proſternere. Tota ibi ea nocte lu-
cernæ ardent, ut non illuſtrari tantum, ſed & ar-
dere mons, & ſuppoſita loca videantur.*

Chriſtus

Chriſtus verſa facie ad Occidentem aſcendit.

109. Adrichom. Tradit Adrichomius in deſcriptione Jeruſalem. n. 162. ex impreſſis Chriſti D. veſtigiis, ipſum verſa facie ad occidentem, ſcilicet Romam, Hiſpaniam, ac Europam, aſcendiſſe, tanquam oculos dirigentem ac ſpectantem has partes, in quibus Eccleſia ejus magno fructu propaganda erat: & ita explico Pſalm. 67. aliàs multis difficile n. 34. dicitur: *Qui aſcendit ſuper cælum cœli ad Orientem:* Et tamen n. 5. decantatur: *Iter facite ei, qui aſcendit ſuper occaſum,* ſi ad Orientem, quomodo ad occaſum? Lyra ſic explicat primum locum: *Super cælum cæli ad Orientem*; quia Dominus aſcendit ex monte Oliveti, qui eſt in orientali plaga. *Qui aſcendit ſuper occaſum:* Ita explano: Qui aſcendit, oculos ſuos habens converſos ſemper occaſum, ſuper Europam nempe, ad quam præcipuè ejus Eccleſia, ejúſque prædicatio Evangelica tranſmigranda erat.

Pſalm. 67. Lyra. *Ad Europam præcipuè tranſmigranda prædicatio Evangelica.*

QUÆSTIO XVI.

Chriſtus aſſumptus eſt in cælum, magnum ſuorum deſiderium ferens ſecum.

110. Actor. 1. CUm Chriſtus ſuis diſcipulis multa dixiſſet, ut narrat D. Lucas Actor. 1. Tandem illis aperuit Patris præceptum aſcendendi in cœlum, & ut piè, ac probabiliter conſiderat Ludovicus de Ponte, meditat. de Aſcenſ. quòd Chriſtus abiens in cœlum ut majorem ſui fidem, ſpem, amorem ac reverentiam, ſuis diſcipulis imprimeret eis oſculandas dedit ſuas manus, pedes, ac etiam ut ſacra vulnerum ſtigmata tangerent, ex quibus ſuaviſſimus odor flagrabat, quo illorum corda mirificè recreabantur, & confortabantur: ſuæ verò ſacratiſſimæ Matri obtulit oſculandum latus, in quo illa reſidebat, & in quo Chriſtus aſcendens eam deferebat.

Ponte.

111. D. Lucas. Et ut ſcribit D. Lucas: *Elevatis manibus benedixit eis.* Benedicere in hominibus, eſt bona precari; benedicere in Deo eſt benefacere, bona facienda dicere. Chriſtus Deus, & homo: ut Deus, benedicit, multa dona ſuis concedens; ut homo, benedicit, cum Patrem pro ſuis precatur: *Pater ſancte, ſerva eos in nomine tuo, quos dediſti mihi.* Joan. 17. n. 11. & ut multis Doctoribus placet, manu dextera crucem in aëre efformaſſe, ut objecto ſigno crucis, ſuis oſtenderet viam, crucem nempe, per quam eundum ſit in cœlum.

Quid ſit benedicere. Joan. 17.

112. Marc. 16. Luc 24. Actor. 1. *Aſſumptus eſt in cœlum.* Scribit D. Marcus; *ferebatur in cœlum.* D. Lucas; *elevatus eſt in cœlum*; ut dicitur Actor. 1. & non ſubitò ferebatur, ut Elias, & Enoch ſed ſenſim, ut explicant Interpretes, & docet D. Bernard c. 1. de gradibus humil. & ſerm. 2. de Aſcenſ. maximè hic modus loquendi expendendus eſt, cum Chriſtus venit in mundum, dicitur de eo: *Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles.* Cant. 2. n. 8. cum inter homines peragit negotium noſtræ ſalutis, de eo decantat Regius Vates; *Exaltavit, ut gigas ad currendam viam.* Pſalm. 18. n. 6. At verò modò cum ab hominibus recedit, dicitur aſſumptus eſt, ferebatur; ô ardens, & vehemens Chriſti amor erga diſcipulos, adeò enim anima illius conglutinata erat animis eorum, ut ad receſſum ab illis, opus fuerit, æternum parentem ab illorum aſpectu eum ad ſe adducere, ac ſibi illum aſſumere.

Cantic. 2. Pſalm. 18. *Jeſus aſcendens, ab hominum amore retardabantur.*

113. Apoc. 12. Apoc. 12. n. 5. *Raptus eſt filius ejus*; ſcilicet mulieris parturientis (*ad Deum*) quod de Aſcenſione exponit Gloſ. *Raptus eſt Dei filius, & aſcendit à minoritate ad Patris æqualitatem in Aſcenſione.* Tanto hominum amore Chriſtus detinebatur, ſicque cum illis conglutinatus erat; quòd ut ab hominibus recederet, veluti quædam vis adhibenda fuit, ac ſi raptus eſſet à ſuo loco. Rupert. l. 13. in Apoc. c. 2. *Quòd aſtantibus diſcipulis, aſſumptus aſcendit in cælum, quid eſt, niſi raptum eſſe filium ad Dei thronum?* Sic Jesus delitiabatur, eſſe cum hominibus, ut tanquam vi raptus aſcenderit ad Dei thronum.

Gloſſa. *Jeſus, tanquam vi raptus, aſcendit.* Rupert.

Dominus regnavit, decorem indutus eſt: indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe. Pſal. 92. 114. Pſalm. 91.
n. 1. quod de die Aſcenſionis interpretatur D. Hier. citandus: *Dominus regnavit*, id eſt, Dominus ſublimatus, exaltatus, ac clarificatus eſt à Patre, ut cum D. Athanaſ. ac aliis Patribus explicat Lorin. *Decorem indutus eſt.* Arnobius, Auguſt. Caſſiod. D. Ambroſ. Gregorius apud eundem Lorinum. *Gloria, ſplendore, celſitudine, magnificentia, pompa, majeſtate induit ſe.* Cum Jeſus elevaretur à terra, ut aſcenderet in cœlum, nova luce, ac fulgore cœpit mirabiliter ſplendeſcere. *Præcinxit ſe*, D. Hier. *Quando multitudine Angelica circundatus remeavit ad Patrem.* Quando ergo ſe præcinxit ad iter in gloriam. *Indutus eſt Dominus fortitudinem*: Sic explico: ſic meus Jesus ſuis erat adunatus, ac conglutinatus, ut divina fortitudine adhibita, à ſuis receſſerit ac avulſus ſit, ut abiret in cœlum.

D. Athanaſ. Lorinus. Arnobius. D. Auguſt. Caſſiodor. D. Ambr. D. Hieron. *Chriſtus divina vi à ſuis eſt avulſus, ut abiret in cœlum.*

Cum elevatus eſſet Jesus à terra abiens in cœlum, ſcribit D. Lucas, Actor. 1. n. 9. *Et nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum*: Non quod Jesus alieno adminiculo elevaretur in cœlum, qui ſua propria virtute ibat; ſed cum cœlum maximè tam flagraret Chriſti deſiderio, videns, quòd ipſe ex affectu ad ſuos maximè retardabatur in via, ecce nubes velociſſima adveniens ſuſcepit eum, & adduxit in cœlos. Simon Caſſianus l. 14. ad fin. ſic ait: *Nubes lucida ſuſcepit eum, non ad vehiculum, ſeu auxilium opportunum, ſed ut includeretur in cælum, & excluderetur à mundo.* Sic à ſuis, qui erant in Mundo, detinebatur. In cujus rei confirmationem, notat Corn. ad citata verba: Nubes ſuſcepit eum: quòd Chriſtus ſenſim aſcendit eo uſque, quò pertingere poterat Apoſtolorum viſus: deinde ſubduxit eum nubes, ac mox inſtar fulguris, per dotem agilitatis libravit ſe in cœlum Empyreum. 115. Actor. 1.

Chriſtus amore hominum, retardabatur in via. Caſſian. Cornel.

QUÆSTIO XVII.

Aſſumpto Jeſu in cælum, ſui magno illius deſiderio tenebantur in terris.

VIdentibus illis elevatus eſt, ait, D. Lucas Actor. 1. cum Jesus elevaretur à terra, diſcipuli unà cum ſacratiſſima Virgine Maria, vehementi affectu, oculos habebant in eum defixos, ut ab illo minimè eos dimoverent, quoad uſque ſplendida nube coopertus eſt, & ab oculis aſpicientium ſublatus fuit: imò poſtquam ab eorum aſpectu receſſit, adhuc in intuendo perſeverabant, ut duo Angeli advenientes dixerunt Apoſtolis: *Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cœlum?* Act. 1. n. 10. Syriacus: *Quid ſtatis & ſuſpicitis*, id eſt cur firmo, fixo intuitu eſtis perſeverantes? tanto affectu erga eum movebantur, ut cum eum intueri non poſſent, non ſatiarentur loci viſione, per quem tranſierat, ac abierat. 116. Actor. 1.

Chriſtum euntem in cœlum diſcipuli oculis, ac affectu, ſequebantur.

O quam

117. O quantus dolor, quantúmque deſiderium hujus ſanctæ Congregationis; nam ſi ſacratiſſima Virgo magno dolore commota eſt, cum remanente puero Jeſu in Jeruſalem, per tres dies ejus præſentia careret; ita ut ipſa diceret; *ego & Pater tuus dolentes quærebamus te*. Luc. 2. num. 48. Quantus in præſenti dolor Virginis, cum non per tres dies, vel tres menſes, vel tres annos, ſed per multos annos, ab eo futura eſſet abſens? ſi de diſcipulis Pauli dicitur, cum eum ducerent ad navem: *Magnus fletus factus eſt omnium, dolentes maxime in verbo, quod dixerat, quoniam amplius faciem ejus non eſſent viſuri*. Actor. 20. n. 37. Quantus dolor, quantus fletus diſcipulorum Chriſti, qui multo magis eum amabant, quam Macedones Paulum; *cum amplius faciem ejus non eſſent viſuri*.

In hoc diſceſſu multus Virginis dolor, ac diſcipulorum. Luc. 2. Actor. 20.

118. Has pias lachrymas, ortas ex ſuo diſceſſu, Pius Magiſter in ſuis diſcipulis volebat delinire, ac mitigare, ſæpè de ſuo diſceſſu cum eis loquens Joan. 14. n. 2. *Vado parare vobis locum*. Et iterum n. 28. *Si diligeretis me, gauderetis utique, quod vado ad Patrem*. Joan. 15. c. 5. n. 16. & Joan. 17. n. 7. *Veritatem dico vobis, expedit vobis, ut ego vadam; ſi enim non abiero, Paracletus non adveniet ad vos*. Similiter multis aliis in locis. Ad quid toties bonus Magiſter ſuum diſcipulis diſceſſum aperit, de eóque ſermonem inſtituit? jacula prævíſa minus vulnerant; voluit Dominus, tot ſermonibus ſuos aſſuefacere ad ſuum diſceſſum, ut faciliùs illius dolorem tolerarent. D. Chryſ. hom. 78. in Joan. ſic ait: *Ut enim æquo animo diſceſſum ac generosè perferrent, aſſuefacit*: Et ut diſcipuli faciliùs Magiſtri abſentiam tolerarent, multa illis exinde commoda proponebat; *Vado, parare vobis locum*. Iterum; *Si non abiero, Paracletus non veniet*: Sed ingens diſcipulorum dolor omnia ſuperabat.

Joan. 14. Joan. 15. Joan. 17. *Jeſus dolorē ex ſuo diſceſſu vultu mitigare in diſcipulis.* D. Chryſoſt.

119. In perſona Chriſti Domini aſcendentis in cælum dicitur: Cant. 5. n. 1. *Veni in hortum meum, meſſui myrrham meam cum aromatibus meis*. Ait Dominus: *Veni in hortum meum*. Chaldaic. *Ingreſſus ſum domum Sanctuarii mei*: Scilicet gloriæ meæ thronos; *meſſui myrrham meam cum aromatibus*. Rich. de S. Vict. *Permiſcuit amara cum ſuavitate delectabili*. Cum Dominus Jeſus aſcendens in cœlum, ingreſſus eſt domum Sanctuarii, permiſcuit ſuis amara cum ſuavitate aromatum; aromata extiterunt affluentia cæleſtium bonorum; ſpiritualium donorum, ac omnium gratiarum, quæ in ſuos largiſſimè profudit; intervenit tamen quædam myrrhæ permixtio, ſcilicet, amaritudo dolorum, gemituum, ac lachrymarum ex ſuo diſceſſu, quæ diſcipulorum corda ſauciaverat; ex ingreſſu Domini in ſuum cœleſte Sanctuarium, manarunt aromata donorum in diſcipulos, quorum corda amaritudo myrrhæ ex diſceſſu occupaverat.

Cant. 5. Chaldaic. [...]ard. *Dolor diſcipulorum ex Domini receſſu, nullis donis poterat mitigari.*

120. Unde cum Chriſtus elevans abiret in cœlum, tota illa congregatio diſcipulorum clamans, geminabat verba illa Cant. 2. n. 17. *Revertere, dilecte mi, ſuper montes Bether*. Quæ verba adimpleta ſunt hodie in monte Oliveti, D. Bern. ſerm. 73. *Si hæc cogitamus, non immeritò, nec incongruè (puto) videbitur, quantùm de abceſſu triſtis, tantùm de reditu ſolicita fuiſſet, præſertim ſic affecta, & ſic relicta*. Quæ nimis amat, nimis dolet, abire dilectum ſuum; tota illa congregatio vehementer Deum amabat, magnóque affectu commovebatur, quòd ipſe abiret; & ideò inclamat; *revertere, dilecte mi ſuper montes Bether*. Bether, id eſt, ut interpretatur Orgilitanus Sanctos, ſeu electos, revertere ergo ſuper tuos electos, quos ex omnibus mundi partibus elegiſti; cur ſic deſolatos relinquis?

Cantic. 2. D. Bernard. *Quæ nimis amat, nimis dolet, abire dilectum ſuum.* Origilitan.

QUÆSTIO XVIII.

Quàm feſtivo triumpho, ac magnifico comitatu hominum, & Angelorum, Chriſtus aſcendit, cum quo & nos aſcendimus.

Ait Job. 40. num. 4. *Si habes brachium ſicut Deus, & ſi voce ſimili tonas? Circunda tibi decorem, & in ſublime erigere, eſto glorioſus, & ſpecioſis induere veſtibus*. Chriſtus Dominus habens brachium, & potentiam, ut verus Deus, & ſimili voce tonans indutus veſtibus glorioſis, & ſpecioſis, & decore circundatus, in ſublime cœlorum erectus eſt, (quanta celſitudine, majeſtate, & pompa, minimè explicare poteſt humana lingua. 121.

Job. 40. *Chriſtus fulgurante veſte elevatur.*

Nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum: Ait D. Lucas Actor. 1. Nubes nempe lucida, & fulgens. Loquens Regius Vates de Chriſti Aſcenſione, ait Pſalm. 67. n. 18. *Currus Dei decem millibus multiplex: millia lætantium: Dominus in eis, in Sina in ſancto, Aſcendiſti in altum*, &c. Deſcribit Regius Vates Chriſtum Dominum aſcendentem in cælum, & ait; *Currus Dei*. Nubes nempe lucida, non ad auxilium, cum Chriſtus propria virtute aſcenderet, ſed ad obſequium: *Qui ponis nubem aſcenſum tuum*. Pſ. 103. *Qui ponis nubem vehiculum, ſive currum tuum*; ut habet originale Hebræor. *Decem millibus multiplex*: Græcus: *Plura dona, millia*. D. Aug. legit, *Decies millies multiplex*. D. Hier. *innumerabilis multitudine*. Vatabl. *Multa millia Angelorum*. Cajetanus; *Duæ myriades millium Angelorum*. Rabbi Salomon, Eugubinus: *Multa millia alternantium*, nempe Angelorum, viciſſim per choros cantantium, ut apud Iſai. 6. legitur; *lætantium*, nempe Pſallentium, cantantium, ac jubilantium, ut ait Eugubinus, omnibus modis, lætiſque laudibus, ac cunctis jucunditatis ſignis, tantum Domini triumphum celebrantes ac applaudentes. 122.

Actor. 1. Pſal. 67. Pſal. 103.

Aſcendit Deus in jubilatione: Ait David Pſ. 46. n. 6. ubi ad litteram loquitur de Chriſto Domino aſcendente in cælum, ut communiter tenent Patres, & Eccleſia in ipſo ſolemni feſto canit; tamen dicitur, quòd *aſcendit Deus in jubilatione*. Quod ad Angelos Chriſtum concomitantes communiter referunt Patres; ad majorem hujus rei intelligentiam explicandum eſt, quid ſit jubilus Didymus: *Jubilus*, ait, *innuit gaudium, quod cogitationem, captúmque noſtrum ſuperat, nec exprimi verbis poteſt*. Dicitur, quod aſcendit in jubilatione, quæ tale eſt gaudium, quod nullis verbis poteſt explicari, ac declarari. Noſter Incognitus: *Eſt*, ait, *jubilatio ineffabile gaudium, quod neque taceri poteſt, nec exprimi valet, ſicut Jeremias ait, A, a, a, Domine Deus, neſcio loqui*: Dicitur Aſcendit in jubilatione, quæ tam ingens gaudium eſt, quod nequit dici, nec verbis loqui, licet exterius redundet; unde additur in Pſalmo, *& Dominus in voce tubæ*. Idem Incognitus: *Vox Angelorum, tuba vocatur*. Quia ſic per aërem reſonabant voces Angelorum, ac ſi tubæ eſſent, quamvis eorum exultatio, ac lætitia non poſſit verbis explicari. 123.

Pſalm. 46. Didymus. *In aſcenſione Chriſti gaudium Angelorum non poteſt explicari.*

Chriſtum concomitabantur, non ſolùm multa millia Angelorum, ſed etiam tot ſanctorum millia, qui Chriſto reſurgente educti ſunt de limbo, qui 124.

qui ab Adamo ad Chriſtum uſque vixerunt per quinque penè annorum millia, ad quod alludens Apoſtolus ad Epheſ. 4. agens de Chriſti Aſcenſione ait: Aſcendens in altum captivam duxit captivitatem. Et poſtea ſubdit: *Qui deſcendit, ipſe eſt, & qui aſcendit ſuper omnes cœlos, ut impleret omnia.* Cum Chriſtus mortuus eſt in cruce, ad inferos, ſeu limbum deſcendit, ex quo animas ſanctorum liberavit; & aſcendens in cœlum, ſecum eas duxit in cœleſtem patriam D. Hier. ad cit. locum Pauli: *Per inferiora terræ, infernus accipitur ad quem Dominus noſter Salvator deſcendit, ut ſanctorum animas, quæ ibi tenebantur incluſæ, ſecum ad cœlos victor abduceret.* Et hoc innuit Apoſtolus, cum ait: *Captivam duxit captivitatem*, id eſt, animas juſtorum, quæ priùs apud inferos captivæ tenebantur ſecum eduxit, & ſecum hodie in cœlum fert; tamen omnium dux anteſignanus erat Chriſtus Dominus, juxta illud Micheæ 2. n. 13. *Aſcendet enim pandens iter ante eos, & tranſibit rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum.*

Patres è limbo educti concomitabatur Chriſtum. Epheſ. 4. D. Hieron. Micheæ 2.

125. Imò cum Chriſto aſcendebant, non ſolùm ſancti è limbo, ſed etiam omnis juſtorum chorus, qui omnes cum Chriſto erant incorporati Cum Chriſtus aſcenderet, aſtant ad ſacros muros Angelorum feſtivi exercitus: *Attollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ*, Pſalm. 23. num. 7. Symmachus legit: *Transferte portas Principes veſtras.* Ad quid amovendæ ſunt portæ, ut Chriſtus ingrediatur; eædem portæ illum deſcendentem ceperunt, ergo & aſcendentem poterunt capere, factus ne eſt Chriſtus anguſtior, an portæ anguſtiores? Divinitas incrementa neſcit; cur ergo portæ ſunt amovendæ, ac transferendæ? non crevit Chriſtus in ſe, ſed crevit in membris ſanguine ſuo acquiſitis, ſolus deſcenderat, at nunc in illo non ſolum hoſpites è limbo feliciter beati, ſed totus juſtorum chorus incorporatus aſcendit, ad hanc ergo tantam multitudinem juſtorum ſignificandam, quæ ſimul adunita cum Chriſto, tanquam membra cum capite, intraverat; clamant Angeli; Attollite portas. Pulchrè D. Ambr. lib. 4. de fide cap. 1. hunc locum Pſalmi verſans ait: *Elevantur* ſcilicet portæ: *quia non unus homo, ſed totus in omnium redemptore mundus intrabat.* Removeantur ergo portæ ad innuendum, quod ſi olim unum Deum dimiſerunt, nunc in eodem multa millia juſtorum excepturæ ſint.

Pſalm. 23. *Simul cum Chriſto aſcẽdit incorporatus chorus juſtorum.* D. Ambroſ.

126. Quod iterum confirmo. Ait Chriſtus Dominus: *Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis, qui eſt in cœlo.* Joan. 3. n. 13. Ubi eſt infallibilitas noſtræ fidei, firmitas noſtræ ſpei? Ubi tot labores exantlati juſtorum pro legis obſervatione, ſi cœli requies ſolum Chriſto conceſſa? Si conceſſus gloriæ ſoli reſervatur Salvatori? Solus enim ille de cœlo deſcendit, at juſti ſic cum ipſo Chriſto incorporantur, ut unum cum illo eſſe videantur, ac proinde cum Chriſtus aſcendat, illi ſimul aduniti cum Chriſto aſcendunt. D. Auguſt. tom. 7. lib. 1. de Mer. pec. c. 31. ita ex ore Chriſti fatur ſic: *Fiet generatio ſpiritualis, ut ſint cœleſtes homines ex terrenis, quod adipiſci non poterunt, niſi membra mea efficiantur, ut ipſe aſcendat, qui deſcendit; quia nemo aſcendit, niſi qui deſcendit; niſi ergo in unitatem Chriſti omnes mutandi, lavandique concurrant, ut Chriſtus, qui deſcendit ipſe aſcendat non aliud deputans corpus ſuum id eſt, Eccleſiam ſuam, quam ſeipſum, &c. aſcendere omnino non potuerunt.*

Joan. 3. *Juſti aduniti cum Chriſto, cum ipſo aſcendunt.* D. Auguſt.

QUÆSTIO XIX.

Chriſtus Dominus ingrediens cœlorum faſtigium, multum honorificavit naturam humanam, maximè maternam; multa reverentia ab Angelis, multo gaudio à Patre exceptus eſt.

127. CHRISTUS Dominus, ut docet D. Th. 3. part. quæſt. 57. art. 4. ad 2. collatus eſt in ſuprema, & altiſſima cœlorum parte, quod ſignificavit Paulus Hebr. 7. num. 26. & idem antea prædixerat David. Pſal. 67. num. 19. *Aſcendiſti in altum*: Græci Codices: *Aſcendiſti in faſtigium.* Quam interpretationem ſequitur Tertul. lib. 3. contra Marc. c. 8. & eidem adhæret Lyran. Aſcendit enim Chriſtus ad ſupremam extremitatem cœli Empyrei, & excelſus eſt ſuper omnes cœlos.

D. Thom. Hebr. 7. Pſal. 67. Græcus. *Chriſtus in ſupremo faſtigio cœlorum.*

128. In hac ergo ſuprema ſede tanta majeſtate, ac gloria fulget Chriſtus, ut dicat Regius Vates Pſalm. 56. n. 6. *Exaltare ſuper cœlos Deus.* Chaldaicus: *Super Angelos cœlorum.* Non ait: exaltare ſuper cœlos, ſeu Angelos homo, ſed Deus, quomodo Deus, in quo nulla eſt viciſſitudinis obumbratio exaltari poteſt? Verum eſt, quod Deus in ſe incrementi non eſt capax; tamen ſic in Aſcenſione ejus majeſtas manifeſtata, ac declarata eſt, ut quodammodo videretur Deus exaltari. Noſter Incognitus ſic ait: *Quamvis Chriſtus in primo inſtanti ſuæ conceptionis verus eſſet Deus, & per conſequens ſuper omnem creaturam exaltatus, non tamen ante ſuam Aſcenſionem, ut Deus exaltatus eſt.* Chriſtus ſemper verus Deus, at ut verus Deus, ejus ſplendor, & gloria non effulſit, ac ſeſe in omnium oculis oſtentavit, niſi poſt Aſcenſionem.

Pſal. 56. *In Aſcenſione dicitur Deus exaltatus.* Incognit.

129. In hac ergo ſolemnitate, noſtra natura maximè ſublimata eſt, ut ait D. Epiphan. orat. de Aſcenſ. *Hodie novum, planéque peregrinum ſpectaculum mundo oſtendit, puta, carnem noſtram ſuper regium ſolium evectam.* Et ſi hodie in Chriſto tota noſtra natura condecorata eſt, tamen multo magis materna eſt honorificata, & ſublimata. D. Aug. tom. 9. hom. de Aſſumptione Mariæ; *Ipſe, & idem cœlos aſcendit, carnem, quam de matre ſuſcepit, ſuper aſtra tranſvexit, honorans omnem humanam naturam, ſed multò magis maternam.* Nam ut alibi multis oſtendi, ſubſtantia, quam æternum Verbum in utero Virginis aſſumpſit, nunquam omnino fuit dimiſſa, ſed ejus pars ſaltem perenniter conſervata modo quoque & in cœlis, & in Euchariſtia ipſi Verbo eſt unita, & ibi adorata.

D. Epiphan. D. Auguſt. *In Aſcenſione caro Virginis honorificata.*

130. Chriſtum aſcendentem ad ſuum thronum omnes cives cœlici multa admiratione, ac profunda ſubmiſſione venerabantur. D. Damaſcen. orat. de Aſcenſione Chriſti: *Interim*, ait, *toto illo decurſu, ab Empyrei introitu, uſque ad ſummos Angelorum ordines, ô Chriſte, humanam naturam una tecum aſcendentem conſpicientes ſumma admiratione perculſi, ſine ulla intermiſſione, laudes tuas celebrant.* Huc ſpectare poteſt illud Apoc. 4. num. 10. *Procidebant viginti quatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viventem in ſæcula ſæculorum, & mittebant coronas ſuas ante thronum, dicentes: dignus es, Domine Deus noſter, accipere gloriam, & honorem, &c.* Per viginti quatuor ſeniores, intelliguntur omnes Angeli, & tria faciunt.

Chriſtum ingredientem Angeli ſummè venerantur. Apoc. 4.

Primò

Primò procidunt, & projiciunt faciem ſuam in ſolum, tanquam humum oſculantes. Secundò adorant. Tertiò mittunt coronas ſuas ante Deum. Primum ſignificat profundam reverentiam: Secundum Chriſto debitum latriæ cultum; Tertium eximiam, ac ſummam gratitudinem erga Chriſtum ſuum glorificatorem, qui eis promittit iterum gratiam, & gloriam.

131. *Patris gaudium explicari non poteſt.* D. Cyprian. Illud ineffabile gaudium, quo Æternus Pater venientem filium excepit, nec cum ullo alio poteſt comparari, nec cum ullis verbis dici, & explicari. D. Cyprian. ſer. de Aſcenſ. *Nec linguis hominum*, ait, *nec Angelorum, nec cujuſquam acumine ingenii definiri poſſe, quæ Patris in reditu filii hilaritas fuerit; perinde, ac ſi ulla ad immutabile illud gaudium eſſe acceſſio potuerit.*

QUÆSTIO XX.

Quare in Evangelio dicitur Chriſtus, ſedere à dextris Dei, in ſymbolo verò ad dexteram Patris?

132. Mald. *Amor non quieſcit.* IN limine hujus quæſtionis non omittam idquod in præſenti doctè notavit Maldonatus; *Animadverto autem*, ait, *in litteris ſacris nunquam Spiritum ſanctum, ſed ſolum Patrem, & filium dici ſedere.* Cujus rei ratio ea mihi videtur; quia Patri tribuitur potentia, Filio ſapientia, Spiritui ſancto amor; & ſi potentia, ac ſapientia valeant quieſcere, ac ſedere; amor verò minimè; nam ſemper æſtuat, ac flagrat, ut in negotio rei amatæ aliquid inſtanter, ac inceſſanter agat, & operetur. Vide ſupra lib. 7. c. 5 n. 143. Quid ſit ſedere à dextris Dei, dixi in expoſitione 5. n 92. 93.

133. *Difficultas quæſtionis.* Quæſtio principaliter inquirit: Quare D. Marcus ſcribens in ſuo Evangelio Chriſti gloriam in ſua Aſcenſione, ait, quòd *ſedet à dextris Dei*, Apoſtoli verò in fidei ſymbolo dicunt; *Qui ſedet ad dexteram Patris.* Verum eſt, quòd idem eſt, in præſentique idem ſignificat Pater ac Deus; tamen in ſcriptura, omnia plena ſunt myſterio. Cur ergo in Evangelio ſcribitur, ſedet à dextris Dei in ſymbolo verò confitetur, ad dexteram Patris ſedere?

134. Reſpondeo primò; quòd hæc differentia ineſt inter nomen Dei, ac Patris; quòd Pater ſonat nomen eximii amoris, ac ſingularis affabilitatis, & benignitatis. At verò nomen Deus majeſtatem, dominationem, ac poteſtatem denotat, & importat; quando Apoſtoli in ſymbolo confitentur Chriſtum in gloria, ac beatitudine, ipſumque ad Patris dexteram ſedere, ſignificant ſummum illius beneplacitum, ac gaudium, quo ibi reſidet, ac regnat; at verò hodie à D. Marco non appellatur Pater, ſed Deus; *ſedet à dextris Dei*: Chriſtus maximè jucundabatur, cum hominibus converſari; de eo decantatur: *deliciæ meæ, eſſe cum filiis hominum.* In die ergo, quo urgente Patris præcepto, ab hominibus avulſus eſt, ab eorumque converſationis oblectamento recedere deſtinatur; non Pater, ſed Deus dicitur, cum in hoc negotio potius videatur relucere ſumma Dei potentia, quàm benevolus Patris amor.

Chriſtus multum delectabatur, cum hominibus converſari.

135. Joan. 17. Chriſtus Dominus frequentiſſimè Deum appellat, Patrem ſuum. Joan. 17. n. 1. *Pater venit hora, clarifica filium tuum.* Ibidem n. 11. Cum pro diſcipulis orat: *Pater, ſancte ſerva eos.* Cum etiam pro inimicis orat: *Pater dimitte illis.* Luc. 23. n. 34. Cum & animam ſuam commendat in manus Patris: *Pater in manus tuas commendo Spiritum meum*, ibid. n. 46. Cum adhuc penderet in cruce, ſcribit Divus Matth. 27. n. 46. Circa horam nonam clamavit Jeſus, *Deus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me?* Si toties Patrem dicebat, cur modò, variato nomine, Deum appellat? Quando pro ſuis diſcipulis, ac etiam pro inimicis imo & pro ſpiritu ſuo orat, Patrem appellat, ut ipſa benevola Patris compellatione, faciliùs ad exaudiendum alliceret; at quando Deum appellat, conſiderat temporis circunſtantiam, *Circa horam nonam clamavit Jeſus; Deus, Deus meus*: Circa horam nonam, hoc eſt, circa horam tertiam poſt meridiem, quando ex præcepto Patris erat præſcriptus ultimus terminus vitæ, ac tormentorum; Chriſtus vehementi deſiderio flagrabat plura patiendi; cum tamen in ultimo puncto præceptum moriendi urgeret, querulas voces mittit ad Patrem, cur in ſuo deſiderio, ac gaudio patiendi ſit derelictus? & ideo non Patrem, ſed Deum appellat, ac ſi quòd in tanto gaudio dolorum, ac tormentorum vita eſſet erepta, Patris amor ſe abſconderit, & majeſtatis ac dominatus ſeveritas ſeſe prodiderit, ac declaraverit; pro confirmatione hujus conſiderationis adduxi D. Bernard. lib. 8 c. 18 q. 1. n 18. Cum affectum ſolicitat, ut exaudiatur; Patrem dicit; cùm verò querulas voces emittit pro vita terminata, ne plus tormenta deguſtet, non Patrem, ſed Deum; ac ſi ibi magis appareret dominativa Dei poteſtas, quàm tener, ac blandus Patris affectus.

Luc. 23. Matth. 27. *Chriſtus maximè delectabatur pati pro hominibus.*

Secundò. D. Marc. in ſuo Evangelio ſcribit de Chriſto: *ſedet à dextris Dei*, ſicut & Stephanus, cum lapidaretur à Judæis: *Video filium hominis ſtantem à dextris Dei*. Actor. 7. n. 55. At Apoſtoli in ſymbolo fidei profitentur; *ſedere ad dexteram Patris.* Hæc eſt differentia inter unum, & alterum ſacri Apoſtoli ſymbolum ediderunt, ut illud Chriſti amicis traderent, iis nempè, qui ad fidem convertebantur, ac baptiſmum ſuſcipiebant, ut in ipſo ſymbolo tanquam in compendio ſcirent, ac agnoſcerent, quæ ab eis credenda, & profitenda erant; at Evangelium prædicandum erat tam amicis, quàm inimicis: *Prædicate Evangelium omni creaturæ.* Symbolum ergo, quòd ad amicos ſpectabat, qui optime præclara Chriſti merita agnoſcebant, confitentes, quòd *paſſus mortuus ac ſepultus*, &c. Recitetur in eo, quòd ſit *ad dexteram Patris.* At Evangelium, quod etiam inimicis promulgandum erat, qui de præclaris meritis Chriſti nullam notitiam habebant, in eo referatur quòd eſt ad dexteram Dei, ut apertè deprehendatur, quòd tam ſublimis gloria, ac excelſa Chriſti majeſtas, meritis obtenta fuerit, & non benevolo Patris amore conceſſa; quod enim amicis ſat eſt, ut tua magnalia invadet, minimè erga inimicos ſufficit. 136

Actor. 7. *Et ſi amici facilè agnoſcant tuam excellentiã, non ſic verò inimici.*

De hac ſacra Chriſti Aſcenſione in cælum, ait D. Luc. Act. 1. *Videntibus illis, elevatus eſt: & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.* At Chriſtus Dominus agens de ultimo ſuo adventu ad judicium, ait: *videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli, cum virtute multa, & majeſtate*, Matth. 24. n. 30. Cur in die Aſcenſionis, quando Chriſtus tanta pompa, ac majeſtate aſcendebat, ut jam diximus, & decantat Regius vates, *Exaltare ſuper cælos Deus*, dicitur, tantum, quod *una nubes ſuſcepit eum*; at in die judicii adveniet in nubibus cæli: *Venientem in nubibus cæli?* Unde tanta differentia: perpende circunſtantias rerum, & rationem deprehendes? Chriſtus aſcendit ad cælos, coram amicis, ac diſcipulis ſuis: *Videntibus illis* 137

Actor. 1. Matth. 24. *Una nube Chriſti majeſtatem agnoſcunt amici, non ſic verò inimici.*

illis elevatus eſt : at in extremo tempore deſcendet coram omnibus, amicis, & inimicis, reprobis, & electis, ut amici tuam videant gloriam, & majeſtatem ſufficit una nubes; at verò ut inimici in hanc cognitionem, deveniant, multæ nubes exiguntur, virtute, ac majeſtate exornatæ, & condecoratæ; diſcipulis, ut amicis, una nubes Chriſti celſitudinem indicabat; ad hanc verò inimicis demonſtrandam multarum nubium apparatus adveniet.

QUÆSTIO XXI.

Ab Aſcenſione Chriſti, multiplex donorum ac virtutum fructus in nobis.

138. Joan. 39. D. Ambroſ. D. Maxim. *Aquila metaphora multis modis convenit Chriſto.*

AIt Job. 39. n. 27. *Ad præceptum tuum elevabitur Aquila, & in arduis ponet nidum ſuum; & inde contemplatur eſcam, & de longe oculi ejus proſpiciunt.* D. Ambroſ. ſer. 61. & S. Maxim. hom. 2. poſt Pentecoſt. dicunt Aquilæ metaphoram Chriſto mirum in modum convenire. Eſt enim ait D. Maximus, *ſimilitudo non parva : ſicut enim Aquila humilia deſerit, alta petit, cælorum vicina conſcendit : ita Salvator humilia inferni deſeruit, altiora paradiſi petiit, cælorum faſtigia penetravit.* Sicut Chriſtus, ex Patris mandato, omnia peragebat, ita etiam, ex mandato Patris, ad cælum eſt elevatus, *ad præceptum tuum elevabitur aquila.* Chriſtus in cruce alas expandit & inſtar generoſæ aquilæ, pullos ſuos ad cælum, ac domum hæreditariæ voluptatis duxit, ut deſcribit D. Bern. c. 5. de Paſſione. *In arduis ponet nidum ſuum.* In altiſſimo cælorum faſtigio, ut dixi q. 19. conſtituit thronum majeſtatis ſuæ; *exaltare ſuper cœlos Deus,* & in tanta ſublimitate ac faſtigio. *Et inde contemplatur eſcam*; cæleſtia nempe, ac ſpiritualia pabula ſuis membris, ac fidelibus neceſſaria : ad tantam rerum ſublimitatem evectus eſt, non obliviſcitur ſed inde magis allicitur, ac commovetur, ut ſuis adſit, ac opituletur.

D. Bernard.

139. Ariſtoteles. Plinius. *Chriſtus in throno cælorum ſemper contemplatur ſuos*, ut eis provideat.*

Unde ſubditur : *Et de longe oculi ejus proſpiciunt*, Referunt Ariſtoteles, & Plinius de Aquila, ipſam quantumcumque in altum evolantem, ſemper in pullos ſuos, intra nidum remanentes, defixos tenere oculos, ut ſi qua ex rapacibus avibus eos lædere tentaret, continuò eis ſubſidium ipſa impendere poſſit. Non diſpari ratione Chriſtus, regalis Aquila, cum in ſublime cælorum evehitur, oculos tamen à filiis ſuis non deflectit, quos in Eccleſiæ nido reliquit, ſed benevolo aſpectu intuetur, ut eos tueatur, atque defendat, ac eorum corporali, ac ſpirituali ſuſtentationi neceſſaria provideat : *Et inde contemplatur eſcam* : ut jam dixi.

140. Pſalm. 67. Epheſ. 4.

Ait Regius Vates Pſal. 67. n. 19. *Aſcendiſti in altum, cepiſti captivitatem, accepiſti dona in hominibus.* D. Paulus verò ſic ſcribit hunc locum Epheſ. 5. n. 8. *Aſcendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus.* de Chriſti Aſcenſione apertus eſt textus, & dicitur, captivam duxit captivitatem; nempe mortem, ac peccatum, quæ homines captivos tenebant, duxit Chriſtus captivam. *Dedit dona hominibus*, inquit Paulus: Accepiſti dona in hominibus, ait David, ſeu ut legit Tertullian. lib. 5. contra Marc. c. 8. *Dedit data filiis hominum.* Quæ videntur inter ſe repugnare, ſi dedit, quomodo, *accepit ?* At non immeritò dicitur, Chriſtum & munera dediſſe, & accepiſſe: dediſſe nempe hominibus, quos ei Pater dedit in hæreditatem, ut ei pollicitus fuerat, dicens : *Dabo tibi gentes in hæreditatem tuam ?* Cum quibus Chriſtus communicavit dona, ſibi data ab Æterno Parente. Tertullian. citat. *Dedit data filiis hominum, id eſt, donativa, quæ chariſmata dicimus.*

Tertull. *Chriſtus dona ſibi data, nobis communicat.*

Tot ergo dona data hominibus à Chriſto eſt ſua Aſcenſione, odoratus David, qui relinquens Jeruſalem, fugiens à facie Abſalon; *Aſcendebat clivum olivarum* 2. Reg. cur non alios montes aſcendit David ? Cur non per aliam partem pergit, ac inſtituit viam, ad fugiendum à tanto inimico, ac perſecutore ? Magno ſuo Spiritu Prophetico prævidebat ibi futuram Chriſti Aſcenſionem, ex qua omne auxilium, & adjuvamen ſibi eventurum ſperabat, D. Cyrill. Jeroſolym. Catecheſ. 2. *Sed per olivetum fugere maluit, firma invocans mente liberatorem illum, qui iſthinc cælos erat aſcenſurus*, ac proinde ex hoc monte Oliveti certiùs ſibi ſperabat auxilium, quàm à quocunque alio monte etiam inſigni myſterio condecorato. 141.

2. Reg. *A Chriſti Aſcenſione omne auxilium.* D. Cyrill.

Hinc Eccleſia ſancta clamat ad ſuum ſponſum Jeſum : *Fuge dilecte mi, ſuper montes aromatum.* Cant. 8. n. 14. quæ verba de Chriſto aſcendente in cælum interpretantur D. Ambr. lib. de bono mortis c. 5. Caſſiodor. Philo Carpathius, Juſtus Orgelitan. Aponius, Beda, cum D. Bern. ſer. 9. in Pſalm. *Qui habitat.* Eccleſia, quæ ut ferve amans, videbatur optatura, ut Chriſtus ſemper ſecum viſibiliter permaneret, tantopere exoptat, ut terram deſerat, & cælos, ſeu montes aromatum aſcendat; noverat enim, ſe pariter cum membris ſuis in capite illo divino triumphante triumphaturam, cum illóque intraturam ad gloriæ thronum, noverat etiam Eccleſia, quòd ex ipſo cælo, veluti ex aromatum montibus, quandiu peregrinamur, & ſumus in hoc ſæculo, multa ſupernaturalia dona ab ipſo in nos erant effundenda ? fluant aromata illius omnium cæleſtium bonorum, ac gratiarum; cui etiam nos immortales gratias referamus pro hoc opere completo, & terminato; faciat Chriſtus Jeſus, ut omnia ſint ad ejus obſequium, ſicut, & alia, quæ meditata habemus, ſi ipſe vires dederit. 142.

Cantic. 8. D. Ambr. Caſſiodor. Philo. Aponius. Beda. D. Bernard.

Omnia, uſque ad minimam ſyllabam, ac apicem, ſubjicio Correctioni, ac emendationi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ.

Laus Omnipotenti Deo, Sacratiſſimæque V. Mariæ, ac noſtris ſanctis Virginibus Thereſiæ, & Mariæ Magdalenæ de Pazzi.

INDEX
Rerum memorabilium, quæ in hoc quinto Tomo continentur.

L. indicat Librum, C. Caput, N. Numerum, & P. Paginam denotant.

A

Abjectus.

In ABjectum, ſeu dejectum à ſua dignitate omnes inſurgunt. l.8.c.11. num. 88.

Abjectiones facile creduntur, decora difficiliter. l. 9.c.2.n.52.53.54

Abſcondo.

Suam excellentiam, ac præſtantiam abſcondere, in occaſione, non hominis; ſed Dei eſt. l. 8.c. 11. n. 100. 101

Abſentia.

Abſentia à dilecto valde dura amanti. l.7.c.5.n.38

Suorum abſentia Chriſto maximè dura. l. 7.c.5. n. 130. 131

Amans fugit dilecti abſentiam. l.7.c.5.n.252

Dilecti abſentiā non patitur amor. l.7.c.11.n.41.42

Amor magis declaratur in abſentia, quam præſentia. l. 7. c. 13. n. 10. 11

Abſentia venerationem, præſentia faſtidium. l.7. c. 26. n. 25. 26. 27.

Abſentia paſtoris, interitus ſubditorū. l.8.c.2.n.113

Duriſſimum tormentum amanti dilecti abſentia. l. 8. c. 5. n. 128. 129

Veri pii abſentes venerantur, præſentes contemnuntur. l.8.c.8.n.25

Abſentia venerationem inducit. l.7.c.16.n.25.26

Vehemens deſiderium de abſentia dilecti, ſolum illius præſentia ſatiatur l. 8.c.22.n.44

Ex abſentia creſcit amoris affectus. l.8.c.22.n.48

Abſentia & ſeparatio inter amicos valde dura. l. 9. c. 8. n. 54

Abundantia.

Dona Dei, & ad noſtram cuſtodiam in multa abundantia. l. 8. c. 3 n.171

Accommodare.

Accommodandum tempori, ac occaſioni. l.7.c.11. num. 102

Accommodandum tempori, ac ſtatui. l. 8.c.3. n. 168. & c. 11. n. 5

Accuſare.

Impii dum accuſant condemnantur. l. 8.c.8.n.23

Adjutorium

Magna felicitas alterius adjutorio non indigere. l. 8. c. 7. n. 3

Vide *Auxilium.*

Admonere.

Peccatores de pœna admonendi. l. 9. c. 3. n. 49

Benigno ſigno Jeſus admonet Judam. l.7.c.6.n.77

Adoratio.

Chriſtus Dominus in ſua paſſione, ac morte maximè adorandus, ac venerandus eſt. l.8.c.12.n.73

Vide *Chriſti paſſio*

Omnis poteſtas, ſapientia, ac Religio Chriſtum adorat. l. 8. c. 14. n. 61

Excellentiora Chriſtum adorant. l.8.c.14.n.62

Adorationem ac venerationem alteri exhibet homo, qui ejus favorem quærit. l.6.c.2.n.86

Solum qui Deum adorat ad ejus amplexum admittitur. l. 9.c.2.n.108

Adverſitas.

Adverſitate igne iniquus perimitur, juſtus vivit l. 7. c. 14. n. 38. 39. 40. 41

Proſpera, & adverſa æquo animo ſuſtinenda. l.7. c. 18. n. 5. 6. 7

Animi robur in proſperis, ſed in adverſis declaratur. l.8.c.17.n.12.13.14

Adverſitas inter vexatos unitatem parit. l. 9.c.4 num. 21

Adulator ſeu adulari.

Adulatio incredulitatis ſignum. l. 7. c.6.n.66

Tyrannus dum iniquè agit laudatur ab adulatoribus, ut beneficus, & inde mors ei paratur. l.7. c. 8. n. 18. 19. 20

Nec ob adulationes repehrenſio omittenda. lib.7. c. 11. n. 82. 83. 84

Adulatores maximè accommodantur principum votis. l. 8. c.4.n.30.31

Fallax adulatio valde deteſtabilis. l. 8. c. 8. n. 15

Ut homo Regis voluntati blandiatur nullum crimen reſpuit. l. 8. c. 11. n. 14. 15

Affectus.

Humani affectus expurgandi ſunt. l 7. c.5 n.118

Affectus carnis deponendus cum Dei cauſa agitur. l. 8. c. 17. n.74

Ad proprium officium exequendum omnis carnis affectus deponendus l. 8. c.17.n.75.76

Affectus qui fuit in corpore vivo, eſt etiam in mortuo. l. 8. c. 20. n. 35. 36. 37. 38

Affectus animæ ad ſe trahit potentias externas. l. 7. c. 3. n. 16

Afflictus, ſeu Afflictio.

Noſtra afflictio protectionem Dei ſollicitat. l. 7. c. 10. n. 19

Afflictio non eſt danda afflicto. l. 7. c. 18. n. 50. 51. 52.

Valde mirabile quod Deus afflictis non ſubveniat. l.8.c.18.n.19

Ambitioſus.

Ambitio ruſtica & ſtulta. l. 7. c. 5. n. 169

Solus Deus poteſt dare medelam contentionibus ac ambitionibus de primatu. l.9.c.4.n.19.20

Amicitia, ſeu Amicus.

Ordine charitatis prius amicis debes proſ- cero. l. 7. c. 5. n. 69.

Durior Chriſto à Juda prodi, quàm ab hoſtibus cruci

crucifigi. l.7.c.6.n.22
Duriora mala ab amicis irrogata. l.7.c.6.num.26. 27.28
Amicitia non facit comedere, & bibere. l.7.c.9. num. 22
Amicus de bono amici gaudet. l.7.c.17.n.115
Multum laboris impendendum in conſervanda amicitia cum aliis l.7.c.15.n.31
Amicitia operibus declaratur. l.7.c.15 n.55
Amicitia facit communicare ſecreta. l.7.c.15. n.60.61.62. & c.19.n.58.59.60
Non eſt danda occaſio ut homo de amicitia diffidat. l.8.c.3 n.53
Fcta amicitia ſævire, ac perſequi valde durum. l.8.c.13.n.18
Amicus facilè cognoſcit tuam excellentiam non ſic verò inimicus. l.9.c.10 n.136.137
Solus amicus tua intelligit magnalia l.9.c.6.n. 24. & cap. 10

Amor, ſeu *Amare*.

Amor omne contemnit periculum. l.9.c.2.n.27
Amor re dilecti refrigeratur. ibid.n.28
Verus amor nil timet. l.9.c.2.n 30.31.32
Durum amanti ab amato ſeparari. l.9.c.2.n.102
Amoris affectus ſine ſpe præmii extollit opus. l.7.c.1.n.101.
Amor rabiem inimicorum contemnit. l.7.c.4.n.2.
Amanti valde dura eſt abſentia. l.7.c.5.n.38
Amanti pro dilecto mors ut beneficium reputatur. l.7.c.5.n.39.40.41
Amor perfectus labore perſeverat & non minuitur. l.7.c.5.n.59.60.61
Verè diligens, nec principatu nec ærumna objecta retrocedit. l.7.c.5.n.61
Amor comparatione deſiderii amandi non magnus videtur. l.7.c.5.n.63.64.65.66
Eximius amor dubitantem de ſuo amore non ſuſtinet. l.9.c.7.n.33
Amor turbatur proditione. l.9.c.8.n.42
Verus amor ſui dat teſtimonium. l.9 c.7.n.26
Mira amoris dilectio dilectum ſuum dicit. l.7.c 5. n.70.71.72
Homo in mundo diligit alium non prout in ſe ſed prout ipſum fingit. l.7.c.5.n.74
Amor majeſtatem neſcit. l.7.c.3.n.116.117
Amor non quieſcit. l.17.c.5.n.143.& l.9.c.10
Amor neſcit diſcurrere, ac advertere. l.7.c.5.n. 171.176
Amor neſcit dicere, ac reſpondere. l.7.c.5.n.176
Quæ amoris ſunt non valent abſcondi, ac occultari. l.7.c.5.n.18
Quæ intellectui magna apparent amori videntur exigua. l.7.c.5.n.185
Quæ ſunt ſapientiæ, ac ſcientiæ manifeſtantur, quæ verò amoris omnino occultantur. l.7.c.6 n.187.189
Amans quærit dilecti præſentiam; & fugit abſentiam. l.7.c.6.n.252
Sic ama, ut merearis redamari. l.7.c.9.n.22
Ille verè amat qui non ſua, ſed aliorum quærit, l.7.c.9.n.22.23.24.25
Ubi eſt vera dilectio nullus defectus admittitur. l.7.c.1.n.27
Dilectio ſecum connexas habet omnes virtutes. l.7.c 8.n.27
Vexillum ac character Chriſtianæ militiæ dilectio. l.7.c.9.n.27.29
Qui proximum ſuum non diligit ſolo nomine Chriſtianus. l.7.c 9.n.29
Amor non ſinit moras agere. l.1.c.1.n.6
Verus amor non patitur dilecti abſentiam. l.7.c.11.n.41.42
Dulce amanti dilectum nominare & habere in ore. l.7.c.11.n.69.70.71
Amans debet redamari. l.7.c.12.n.1
Amantis eſt conformare ſe ad voluntatem alterius. l.7.c.12.n.2
Publicatio amoris illius eſt conſtantia. l.7.c.12. num.26
Amanti ſufficit unum verbum. l.7.c.13.n.2
Amor magis declaratur in abſentia quam præſentia. l.7.c.13.n.10.11
Amor nunquam otioſus. l.7.c.13.n.12
Amanti tota lex una, non diligenti multiplex. l.7. c.13.n.13
Amor amore compenſatur, ſoloque amore compenſari poteſt. l.7.c.13.n.17.18.19
Amans Deum cum ſolo Deo quieſcit. l.7.c.12 num.20.
Amoris affectus oſtenditur exhibitione operis. l.7.c.13.n.22
Diligens Deum nihil aliud quærit niſi ipſum Deum. l.7.c.12.n.29.& l.9.c.2.n.79
Amor Dei & proximi maximè uniuntur. l.7.c.15. n.15.19
Amor reſpicit in fratribus non improbitatem, ſed amoris motiva. l.7.c.15.n.21.22
Amor opere oſtenditur. l.7.c.15.n.29
Eximius amor ut diligit obedientem ſe. l.7.c.15. num.32
Prudentia ac urbanitas amoris diligit diligentem ſe. l.7.c.15.n.37.38.39
Solum qui te diligit tua cognoſcit magnalia. l.9. c.6.n.24.
Quem tu magis amas, magis te diligit. l.7.c.15. num.39
Amor brevis ac ſtrictus in verbis, largus in operibus. l.7.c.15.n.77.78
Amanti quælibet à Jeſu ſeparatio valdè difficilis. l.7.c.18.n.9
Chriſtus quærendus eſt non oris loquela, ſed amoris affectu. l.8.c.2.n.8
Magnum amoris affectum debemus erga Chriſtum. l.8.c.2.n.8
Iniquus in amoris officina odia machinatur. l.8. c.3.n.45.
Vis amoris delicta non videt. l.8.c.3.n 55.56.57
Amor magis oſtenditur operibus quam verbis. l.8.c.3.n.143.
Amor dat ſuperabundanter. l.8.c.3.n.171
Nulla vis prævalet contra amorē. l.8.c.3.n.172.173
Durum amanti de ejus amore dubitari. l.8.c.3. num.193
Verus amor non poteſt dividi. l.8.c.14.n.28
Ingens amor non ſolum abſcondit beneficium, ſed ſeipſum. l.8.c.14.n.67
Quos amamus, præ cæteris videmus. l.8.cap.17. n.42.43.44.
Amor ægrè fert dilecti abſentiam. l.8.cap.20.n. 31.32
Amoris opus abundans, & maximè liberale. l.8. c.20.n.56.57.58.
Amor in occaſione declaratur. l.8.c.21.n.28
Amor exiſtimat omnes tractare de ſuo dilecto. l.9.c.2.n.68.
Amor omne contemnit periculum. l.9.c.6.n.32
Amoris oculus acutiſſimus. l.9.c.6.n.24

Amor Dei, vel Chriſti.

Amor aliquantulum videtur obumbrare ſapientiam. l.7.c.5.n.88.

Chriſto

Chriſto amanti mors & crux deliciæ. lib. 7. c. 5. n. 90. & l. 8. c. 1. n. 34. 35.
Amor Chriſti in fine ſuper univerſa ejus opera extollit vocem. l.7.c.5.n.92
Exceſſus Divini amoris maximè ſuperant noſtram intelligentiam. l.7.c.5.n.258 259.260
Omnium voces non poſſunt dicere magnitudinem divini amoris in fine. l.7.c.5.n.93
Nullus intellectus poteſt attingere vim divini amoris. l.7.c.5 num.94.95
Abſconditus & incomprehenſibilis eſt divinus amor. ibid.
Ex incarnatione Verbi Deus pignoratus eſt homines amare. l.7.c.5.n.114
Chriſtus vi amoris ſuam majeſtatem, ſine cruce ac morte perfectam non judicabit. lib.7.c.5 n.119. 120
Eximius Dei amor in nos. l.7.c 5.n.124
Filius Dei vi amoris ſe exinanivit, ut nos repleret. l.7.c.5.n.124.125.126 127
Vehemens Chriſtianos ſuorum deſiderio tenebatur, cum ad Patrem vaderet. l.7.c.5.n.129. 130. 131
In corpore Chriſti mortuo amoris vigebat propenſio ad noſtram ſalutem, & ad nos portandum. l.7.c.5.n.148.149
Amoris opera ſolus Jeſus vult perſolvere. l 7.c.5. n. 151. 152.
Quæ ſunt ſcientiæ manifeſtantur, quæ vero divini amoris occultantur. l.7.c.5.n.187.188
Omnes cruciatus in Chriſto amoris officina. l.7. c. 13. n. 99
Amoris ſigna diu permanent, & non extinguuntur. l.9.c.5.n.11.12.13
Vera pietas magis devincitur amore quam majeſtate. l.9.c.5.n.21.22.23
Verus amor maximè declaratur ſequens in humilitate. l.9.c.5.n.23
Amoris affectu oratio trunca, & diminuta. l. 9. c. 5. n. 81
Amoris oculus acutiſſimus. l.9.c.6.n.24
Petrus alta myſteria penetrat, non vero ſecreta divini amoris. l.7.c.5.n.189.190
Chriſtus præ amore valdè velox. l.7.c.6.n.112 113. 114
Præ vi amoris Chriſti paſſio & mors ejus glorificatio. l. 7. c.20.n.8.9.& l.8.c.1.n.9.10.11.12
Divinus amor majeſtatem neſcit. l. 7.c.5.n.116. & 117
Amoris finis dare vitam ſeu ſanguinem. l.7.c.7. n. 228
Chriſtus ſpontaneè, ac cum multo gaudio ibat ad mortem. l.8.c.1.n.9.10.11.12.13.14
Ratio divini amoris in ipſa bonitate divina fundatur l.8.c.1.n.33
In divino pectore magnum amoris incendium. l. 7. c. 5. n. 132
Chriſtus in tormentis ac doloribus ſuæ paſſionis magnum habuit gaudium. l.8.c.1.n.36.37
Chriſtus in cruce magnum ac glorioſum triumphum agit. l.8.c.1.n.39.40.41.42.43
Eximius divinus amor his dare beneficia, qui cum illis non proficiunt. l 7.c.5.n.241.242.243
Chriſtus ſanguinis effuſione ſuum amorem commendat. l.7.c.7.n.171
Vi amoris triſtabatur Chriſtus de mora ſuæ mortis. l.8.c.2.n.47
Calix paſſionis deſiderium mortis quam Chriſtus vehementiſſime exoptabat. l.8.c.1.num. 84.85
Chriſtus ex amore patiendi conſolatione anxiatur. l.8.c.2.n.160
Chriſti amor ſine termino, ac fine. l.8.c.20.n.58
Magnus dolor divino amori, quod tormenta terminarentur. l.8.c.1.n.37.& c.18.n.18
Chriſti amor mortem illuminavit ut diem. l. 7. c. 5. n. 8. 9. 10
Vi amoris nox tanquam dies computatur. l.7.c 5. n. 9. 10
Mors Chriſti ejus dies feſtus. l.7.c.5.n.15.16.17
Chriſtus inter omnes ſuas ſublimitates in magna æſtimatione habet mortem. l 7.c.5.n 24.25.26
Amori magna tormentorum ſeges parva videtur. l. 7. c.5.n.31.32.33.34 & l.8.c.17.n.33.
Amor magnam ſanguinis copiam parum judicat ibid.
Mors illata Chriſto pro hominibus, non ut mors, ſed tanquam beneficium reputatur ab eo l. 7. c. 5. n. 39.40. 41
Chriſtus pro magna benevolentia habuit tradi morti à Patre. l.7.c.5.n.44.45.46.47.48.& l.8. c. 3. n 154
Chriſti gloria mori pro hominibus. l.7.c.5.n.45. & l. 8 c. 1. n. 44. 45
Dei amor erga nos in judicio, ac ratione. l.7.c 5. n. 49. 50. 51
Deus nos diligit ex ſua bonitate. l.7.c.5.num.5
Chriſtus dilexit nos quia dilexit. l.7.c.5.n.58 59. 60. 61
Chriſti amor comparatione ſui deſiderii amandi non magnus ei videbatur. l.7.c.4.num.63.64. 65. 66.
Ingens Chriſti amor intuitu magni criminis non impeditur. ibid.
Summus Chriſti amor in fine. l.7.c.5.n.80
Eximius Chriſti amor in morte. l 7.c.5.n.81.& l. 8. c. 13. n. 98
Chriſti amor ſine fine. l.7.c.5.n.83.84 85
Chriſto charior diſcipulorum vita, quam ſua l. 8. c. 3. n. 171
Chriſti amor & odium Judæorum velut in oppoſitionem. l.8.c.4.n.122.123
Chriſtus vi amoris gaudebat de ſuis tormentis ob noſtram ſalutem. l.8.c.10.n.10
Chriſtus deſiderio mortis inflammatus illius imaginem ambiebat, ut deſideria mitigaret. l. 8. c. 11. n. 19. 31
Contumelia erat amori Chriſti, quod quis ſibi perſuaderet ipſum invitum pati. l.8 c.12.n.92. & c. 14. n. 78
Chriſtus à ſuo amore impellebatur ad multa majora tormenta perferenda. l.8.c.13.num.22. 23. 24
Chriſtus voluit reſplendeſcere gloria crucis & mortis. l.8.c.14.n.80
Potentior Chriſti amor quàm hominum malitia. l. 8. c. 15. n. 15
Divinus amor ſitiebat plura tormenta l. 8. c. 18. num. 32
Chriſtus ſitit ut exhauriat noſtras pœnas. ibid. num. 33
Chriſtus ſitit hominum ſalutem. ibid. num. 34. 35. 36
Chriſtus vehementer diligit ſuos juſtos. l.8.c.18. num. 57
Chriſti amor ægrè fert hominum abſentiam. l. 8. c. 20. n. 31. 32
Ante paſſionis tormenta, prius cor Chriſti erat vulneratum amoris cuſpide. l.8.c.10.num.39. 40. 41.

Amor inimicorum.
Parcens inimicis Dominus conſtituitur. l. 7. c. 5. n. 247
Pro inimicis vitam dare, non hominis,ſed Dei eſt. l. 7. c. 15. n. 45
Inimicorum amor cœleſtes ac divinos efficit. l.8. c. 14. n. 3
Pro inimicis orandum. ibid.n.4
Amor inimicorum legis perfectio. l.8.c.17.n.14
Anima ſeu *Animus.*
Animus conſiderandus quo res fit. l. 7. c.1.n.45
Animus virilis ad myſteria adſumitur. l. 7. cap.4. num. 47
Non timenda ira quæ deſævit in corpus, & animam non valet lædere. l. 8. c. 14. n.29
Non de corpore,ſed de anima agendum. l.8.c.16. num. 99
Animi generoſitas in adverſitate declaratur. l.8. c. 17. n. 12. 13. 14
Animi generoſitas Deum allicit. l.9 c.5.n.54
Animare.
Ad animandum ſeu corroborandum ineptus eſt ille qui aliquando deficit. l. 8. c. 2. n. 148
Angelus.
Quiſnam fuit Angelus qui Chriſto apparuit in horto. l. 8.c.2.n.143.144
Angeli ſimul conditi ſunt cum mundo. l. 8. c. 13 num. 27
Auxilium Angelorum adeſt ſervis Dei. l. 9. c. 1. num. 121
Angeli contemplantes Trinitatem accipiunt concordiam. l. 9. c 9.n.82
Apoſtolus.
Apoſtolicum munus benefacere minimis.l. 9.c.10. n. 89.
Chriſti Apoſtoli ex modeſtia ac modo loquendi agnoſcebantur. l. 7. c. 4. n. 42
Apoſtoli plus credunt Domini verbis, quam ſuæ conſcientiæ. l. 7. c. 6. n. 33
In Apoſtolis tempore paſſionis non defecit fides. l 7. c. 10. n. 26
Apoſtoli præ modeſtia interrogare non audent. l. 7. c. 11. n. 40
Amor Apoſtolorum non patitur à magiſtro divelli. l. 7. c. 11. n. 41. 42
An Apoſtoli fugientes in horto peccaverint. l. 8. c. 3. n. 209
Apoſtolicum munus ſuper vires humanas. l. 9. c. 10. n. 72
Arrogantia.
Ex magna arrogantia magna ruina ac caſus. l. 7. c. 10. n. 96
Qui ſe cæteris anteponit in magno periculo verſatur. l. 7. c. 10. n. 97
Vide *Jactantia*, *Superbia.*
Avarus, ſeu *Avaritia.*
Avarus ſibi theſaurizat iram. l. 7. c. 1. n. 62
Avarus ebrius cupiditate bellum contra Deum gerit. l. 7. c. 2. n. 8.9
Diabolus magis pugnat avaritia, quam tyrannus. l. 7. c. 2. n. 9
Avaritia omne turpe facinus aggreditur. l. 7. c. 2 num. 10
Avaritia nulla vi frangitur. l. 7. c. 3. n. 16
Potius avaritiæ quam odio conſulunt homines. l. 7. c. 2. n. 28
Ex avaritia omne malum prodit. l. 7. c. 3. n.27
Avarus obliviſcitur beneficiis. l. 7 c.3 n.34
Avaritia excæcat mentem l. 7. c. 3. n. 35
Cum avaritia non ſtat Dei amicitia. l.7.c.3.n.37
Aliqui avari pejores Juda. l.7.c.3.n.38.39
Omnis iniquitas ex avaritia. ibid
Impulſus ab avaritia neſciens currit ad mortem l. 7. c. 6. n. 154
Avaritia omnes convocat poteſtates ad ſuam libidinem implendam. l.8.c.3.n.7
Avaritia multa mala parit. l. 8. c. 6. n. 26
Avarus adorat aurum pro Deo. l.8.c.6.n.30.31
In auro ſimul eſt perditio vitæ & pecuniæ. l. 8. c. 6. n. 42. 43. 44
Avaritia parturit mortem. ibid.
Avaritia omnem habet crudelitatem, & ferrea viſcera. l.8.c.10.n.52.53.54.& c.13.n.13
Auctoritas.
Auctoritate aliorum vult iniquus ſuam iniquitatem defendere. l. 8. c. 3. n. 8
Auctoritas ex humilitate præterita teſtimonii accreſcit. l.9.c.5.n.18.19
Audax.
Cum audacia aliquando crimen diſſimulatur. l.7. c. 6. n. 46
Impius audax, juſtus modeſtus. l.8.c.3.n.48.49
Audire, ſeu *Auditor.*
Trita ac vulgaria cum audiuntur animos excitant. l.8.c.2.n.157.158
Homo qui ſolum audit malum, & non bonum, auribus privetur. l. 8. c. 3. n.137
Arguantur principes qui publicam doctrinam non audiunt. l. 8. c. 4. n. 16
Impius valdè moroſus ad audiendum Dei verbum. l.8.c.8.n 8
Oves Chriſti ſolum vocem ejus audiunt. l.9.c.2. num. 89
Impuri non poſſunt audire divina. l 9.c.5.n.64
Aulicus
Non aulico,ſed magis indigenti curationis remedium applicandum. l. 7. c. 5. n. 171. 172
Aulicis veritas ignota. l. 8. c. 3. n. 28
Aulicus ſeu regi amicus plus æſtimatur quàm ipſe Rex. l. 8. c. 4. n. 7
Aulici deſiderant regibus placere. l. 8. c. 4. n.73
Inter aulicos non eſt veritas, ſed mendacium. l.8 c. 5. n. 44
Aula ac aulica vita à virtute ac pœnitentia aliena. l. 8. c. 5. n. 115
Ab aulicis ſolum terroribus extorquetur favor & patrocinium. l. 8. c. 9. n.24. 25
Aulici ut blandiantur regis voluntati multa licentiosè agunt. l.8.c.11.n.14.15
Aulici prædicatores veritatis perſequutores l. 8. c. 11. n. 91.
Aurum.
Auri cupiditas nulla vi frangitur. l.7.c.3.n.16
Auxilium.
Deus maximè vigilat ad ſuorum auxilium. l. 7. c. 11. n. 24. 25
Alienum omnino à Deo non adeſſe ſuis. l.7.c.11. num. 15
Alterius auxilio indigere infirmitatis nota l. 8. c. 3. n. 167.
Cum ſpes in humanis deficit adeſt Dei auxilium. l. 9. c. 6. n. 5.
B
Baptiſmus.
Quare BAptiſmus confertur ſub nomine Trinitatis. l.9.c. 9.n.61.62
Ex baptiſmi lavacro aſcenſio,& profectus. l.7.c.5. n. 165
Beatitudo.
In Beatitudine nullus labor, ſed ſumma delectatio

tio. l. 7. c. 7. n. 172
Beatorum merita cœleſtium ſedium ornatus. ibid. n. 37. 38. 39
Beatitudo per labores ac ſudores comparatur. l. 7. c. 18. n. 24. 25. 26. & n. 54
Beatitudo æterna inenarrabilis. ibid. n. 61. 62
Gaudium cœleſtis patriæ generat oblivionem omnium laborum. ibid. n. 71
Gloria eſt interminabilis vita ſine ulla moleſtia. ibid. n. 74. 75. 76.
Beatorum dotes exprimuntur in fulgure Angeli. l. 5. c. 1. n. 109

Benedictio.

Benedictiones à Deo, maledictiones à nobis. l. 8. c. 2. n. 78. 79

Beneficium, ſeu *Benefacere*.

Benefactori pretioſiora offerenda. lib. 7. cap. 1. n. 32. 33
Deus benefacit improbo, ut probum reddat ibid. num. 70
Beneficium ex precibus diminuitur. l. 7. c. 4. n. 33
Summa bonitas divina intuens ſuorum inimicorum odia largitur magna beneficia l. 7. c. 5. n. 19. 20. 21. 22
Ferus qui beneficiorum intuitu non miteſcit. ibid. n. 102. 103
Execrabile, quod acceptis beneficiis ſis injurioſus Benefactori. ibid. n. 103
Chriſtus ſciens ut benefaciat, homo ignorans ne gratuletur. ibid. n. 248. 249
Beneficium datum index futuræ injuriæ. l. 7. c. 6. num. 83
Largiens ac dans beneficia abſcondatur ne applauſus requirat. l. 7. c. 27. n. 161
Beneficentia æqualis ſit ad omnes. lib. 7. cap. 8. num. 27
Magnum beneficium non objiciendum. l. 7. c. 15. num. 40
Beneficentia fortiſſima ad capiendos amicos ac alienos. l. 7. c. 16. n. 12
Non benefaciendum uni cum alterius damno. l. 8. c. 3. n. 157
A Chriſto veniunt beneficia, à nobis ſupplicia. l. 8. c. 12. n. 77. 78. 79
Ex beneficiis exhibitis aliquando cæcitas. l. 8. c. 16 n. 62
Regii animi eſt benefacere. ibid. n. 117
Si iniquitas intendit eradere memoriam beneficiorum, tunc prudens magis recordatur. l. 8. c. 17. n. 3. 4. 5
Si intenditur ut quis Beneficia acceptata neget inde gratus magis accenditur ad illa confitenda. ibid. n. 3. 4. 5
Pro Beneficiis injurias homines rependunt. l. 8. c. 2. n. 11. 12
Divina beneficia per ſemetipſa manifeſtantur. l. 8. c. 20. n. 61. 62. 63
Deus diſſimulat Beneficia ut majora conferat. l. 9. c. 2. n. 77
Deus beneficiis beneficia addit. l. 9. c. 3. n. 9. 10
Deus ſemper majora beneficia concedit. ibid.
Deus aliquando diſſimulat negare Beneficium ut largius concedat. ibid. n. 81
Beneficiorum largitorem ſequuntur homines. ib. n. 99. 100. 101
Deus particularia Beneficia occultè, communia manifeſtè, de quibus gloriatur. l. 9. c. 4. n. 13. 14. 15
Deus ad benefaciendum à nomine ſuo invitatur. l. 9. c. 10. n. 97. 98
Plus valet recordatio Beneficiorum quàm eorum præſentia. l. 9. c. 4. n. 53. 54. 55
Dei Beneficia non contemnenda. l. 9. c. 6. n. 21

Benignitas.

Quem Benignitas non vincit, timor coërcet. l. 7. c. 9. n. 44
Sæpè homo non Benignitate, ſed pœna devincitur. ibid. n. 54. 55
Benignitas cum rigore. l. 7. c. 8. n. 28
Benignitate, ac rigore bene regitur homo l. 9. c. 10. n. 32. 33. 34
Potius Benignitate, quam rigore devincitur, ac vita datur. l 7. c. 15. n. 52. 53
Benignitas in hoſtes index regiæ dignitatis. l. 8. c. 16. n. 64
Ex Benignitate in hoſtes commendatur regius ſplendor. ibid.
Teneri in fide multa Benignitate fovendi. l. 9. c. 7. num. 47

Blaſphemus.

Quid ſit blaſphemia. l. 8. c. 4. n. 105

Bona

Solum quæ habentur cum Chriſto ſunt ſecura & nulli perditioni patent. l. 9. c. 2. n. 79. 80. 81

Bona divina, ſeu *Spiritualia*.

Spiritualia majoribus committantur. l. 7. cap. 1. num. 68
Bona à creatura infirma, à Deo permanentia. l. 7. c. 7. n. 244
Sola dona æterna æſtimanda ſunt. l. 7. c. 13. n. 111. 112. 113
Solum bona quæ ad æternitatem conducunt præ oculis habenda. ibid. n. 126. 127
Omnium bonorum abundantia à Chriſto Jeſu. l. 7. c. 14. n. 21. 22. 23. 24
Bona ſpiritualia primo à Deo petenda l. 7. c. 19. num. 27
Sola Divina poteſtas communicat firma & æterna bona. l. 7. c. 20. n. 16
Bona Divina firma & permanentia, non ſic temporalia. l. 8. c. 7. n. 10
Bona Dei larga, mundi limitata. l. 9. c. 4. n. 15

Bona Temporalia.

Homines magni æſtimant temporalia, at vero ſpiritualia pro nihilo habent. l. 7. c. 11. n. 72. & 9. c. 9. n. 46. 47. 48
Bona à creatura infirma, à Deo permanentia. l. 7. c. 7. n. 244
Bona temporalia citiſſimè tranſeunt. l. 7. c. 11. num. 17
In bonis temporalibus penuria, in cœleſtibus ſaturitas. ibid. n. 79. 80
Bonorum temporalium abnegatione vincitur diabolus. l. 7. c. 13. n. 137
Bona temporalia nihil ſunt. l. 7. c. 19. num. 16. 17. 18. 19
Ubi eſt bonorum temporalium abnegatio, ibi eſt vanitas. ibid. 85
Bonorum diviſio lites, ac neces excitat. ibid. n. 86. 87
Bona temporalia contemnenda, ut Deo adhæreas l. 8. c. 3. n. 226
Qui habet terrena bona, à multis adoratur. l. 8. c. 6. n. 31. 32
Temporalia bona potius ad ludibrium, quàm ad decorem inſerviunt. l. 8. c. 11. n. 23
Qui temporalia dimittit cœleſtibus fruitur. l. 9. c. 2. n. 74. 75
Bona temporalia in amaritudine, jucunda in æternitate. l. 9. c. 5. n. 68

Dimitte

Dimitte temporalia, ut ad ſuperna poſſis evolare. ibid. n. 90. 91
Homines ob lucrum diligunt temporalia. l. 9. c 6. num. 23

Cœlum, ſeu Cœleſtia.

Si COElum ac æterna vita conſideratur, omnia ardua contemnuntur. l. 7. c. 8. n. 42. 43. 44
Chriſtus per mortem ac labôres obtinuit regnum cœlorum, ſimiliter & nos illud debemus comparare. ibid. n. 50. 51. 52. 53
Chriſtus nobis oſtendit ac initiavit vitam in cœlum. l. 2. c. 11. n. 53. 54. 55
Ad cœleſtia intelligendo noſtra capacitas augeatur. l. 7. c. 17. n 73
Ut intelligas cœleſtia dimitte terrena. ibidem n. 77. 78
Per labores aſcenditur in cœlum. l. 8. c. 11. n. 50. 51. 52

Cœna.

Parcè cœnandum. l. 7. c. 7. n. 83.

Cœnaculum.

Quid eſſet cœnaculum. l. 7. c 4. n. 45.
Cœnaculum pro ſolemnitate Paſchali multis componebatur. ibid. n. 46

Calamitas.

Calamitas ac miſeria noſtra non eſt declaranda homini ignoto. l. 9. c. 6. n. 6

Calumnia.

Inter calumnias innocentia fulget angelico vultu. l. 8. c. 4. n. 97

Carmelita.

Religio Carmelitana tanquam ſponſa, & uxor agni, habes explicatum. l. 7. c. 9. n. 21

Caro.

Vide *Affectus.*
Carnis voluptas mentem obtenebrat, ac obſcurat. l. 9. c. 6. n. 28. 29

Caſtitas.

Caſtitas facit homines veloces. l. 9. c. 2. n. 10

Cauſa.

Cum Dei cauſa agitur, omnis affectus deponendus. l. 8. c. 17. n. 74

Cautela.

Sicut homo cadit ſæpè ex multa fiducia, ſic etiam ex multa cautela. l. 9. c. 10. n. 47

Charitas.

Juſtus ſibi chariores in opere charitatis vult habere ſocios. l. 9. c. 2. n. 58. 59. 60
Ordine charitatis prius amicis proſpiciendum. l. 7. c. 5. n. 99
Charitas Chriſti licet offenſa, Judam ſolicitat. ibid. n. 101
Mandatum novum de dilectione. l. 7. c. 9. n. 16
Charitas nunquam ſeneſcit, ſed ſemper novo fervore novos effectus producit ibid. num. 18. 19. 20. 21
Charitas tota ſe impendit in aliorum ſalutem ibid. n. 25. 26
Charitas ſeu mutua dilectio vexillum ac character Chriſtianæ militiæ. ibid. n. 28. 29. 30
Charitas prius agit de propriis, quam alienis. l. 8. c. 12. n. 97. 98. 99
Qui cum aliis unionem ac charitatem non habet ſolo nomine Chriſtianus. l. 7. c. 9. n. 29
Charitas animoſum facit. l. 7. c. 10. n. 39
Charitas omnia mandata in ſe includit. l. 7. c. 15. num. 45
Charitas varias formas induit ad ſerviendum. ibid. & l. 8. c. 3. n. 24
Charitas omnium virtutum epilogus. l. 7. c. 33. n. 8. 9
Charitas conſummatio, ac margarita omnium virtutum. ibid. n. 10. 11. 12. 13
Charitas ex offenſa illata benefacit. ibid. n. 109. 110. 111
Charitas non conſiderat ſævitatem, ſed vinculum fraternitatis. l. 8. c. 3. n. 55. 56. 57
Inimicus ac percutiens charitate amplexandus. l. 8. c. 4. n. 60. 61
Ex charitate amiſſa frigus eſt. l. 8. c. 5. num. 72. 73. 74
Qui frigeſcit in charitate, in multa pericula cadit. ibid. num. 110
Vera charitas in corde habet Deum. ibidem numer. 119
Charitas ſic curat aliena ac ſi propriæ utilitati ſtuderet. l. 8. c. 13. n. 39. 40. 41
Charitas Chriſti plus poteſt quam hominum malitia. l. 8. c. 15. n. 15
Chriſti charitas ſalvat eos à quibus interficiebatur. ibid. n. 22. 23
Vera charitas non de ſe, ſed de alterius ſalute agit. l. 8. c. 16. n. 24. 25. 26
Charitas flagrat aliorum ſalutem. lib. 9. cap. 5. num. 34
Divinum eſt aliis potius quam ſibi conſulere. l. 8. c. 14. n. 76

Chriſtus.

Qui Chriſtum honorat, honoratur ab ipſo l. 7. c. 1. n. 93
Chriſtus venditus eſt à Juda valde humili & abjecto pretio. l. 7. c. 3. n. 40. 41. 42
Aliquibus minori in pretio eſt Chriſtus, quam fuerit Judæ. l. 7. c. 3. n. 69. 70. 71
Chriſtus fidelibus magnus apparet; infidelibus parvus l. 7. c. 3. n. 71
Chriſti pietas videns ſuorum inimicorum odia, eis largitur beneficia. lib. 7. cap. 5. num. 19. 21. 22
Chriſtus judicio ac ratione nos dilexit. l. 7. c. 5. n. 49. 50. 51
Chriſtus præ amore juſtus dicit ſuam animam ac Spiritum. l. 7. c. 5. num. 72.
Chriſtus videns ſuorum inimicorum nequitiam eos diligebat. l. 7. c. 5. n. 76. 77
Chriſtus pro ſuis laboravit uſque ad mortem. l. 7. c. 5. n. 79
Chriſtus hominus partes agit coram Patre ſuo. l. 7. c. 5. n. 89
Chriſtus primus omnium oblatus vi amoris. l. 7. c. 5. n. 89
Chriſti charitas licet offenſa Judæ amicitiam ſollicitat. l. 7. c. 5. n. 101
Chriſtus ſub aliquo excuſationis velamine peccata excuſare vult. l. 7. c. 5. n. 106
Chriſtus ſine Cruce, ac morte perfectam ſuam majeſtatem non judicabat. lib. 7. c. 5. num. 119. 120
Hominum ſalus omnia Chriſto. lib. 7. cap. 5. n. 122
Chriſtus omnia mala in bonum convertit. l. 7. c. 5. num. 123
Filius Dei ſe dejecit ac exinanivit ut nos repleret Cœleſtibus divitiis. lib. 7. cap. 5. num. 124. 125 126
A ſanguine Chriſti mundantur fideles. l. 8. c. 2. num. 179
Surſum abſentia Chriſto valdè moleſta l. 7. c. 5. n. 129. 130. 131

Chriſtus plus dolet de noſtro damno ſpirituali quam de eo, quod eſt contra ſuam auctoritatem. l. 9. c. 10.n.53
Chriſto gratiora dona hominibus data, quam ſibi collata l.7.c 5.n 133.134.135
A ſuo eximio affectu erga homines nunquam Chriſtus ceſſavit. ibid.n.139
Cum ſe Chriſtus dimittit pro nobis tunc dicitur ſurgere. ibid. n. 141
Chriſtus ſemper paratus in noſtrum remedium. ibid. n. 142
Chriſtus maculas noſtras ſuſcepit, ut pro nobis ſatisfaceret. ibid.n.146.147
Chriſtus cumulatiſſimè remunerat obſequia ſibi facta. ibid.n.162
Sublimia myſteria declarantur cum ſuorum diſcipulorum Chriſtus lavat pedes. ibid. n. 177. 178. 179. 180. 181
Chriſtus ſciens ut bene faciat, homo ignorans ne gratuletur. ibid. n. 248. 249
Cum Chriſtus ſervos ſuos conſtituit dominos ſe Dominum dicit. ibid.n.248.249.250
Durius Chriſto à Juda prodi, quam ab hoſtibus crucifigi. l. 7.c. 6.n 22
In Chriſto lux, in mundo tenebræ. ibid. n. 136
Chriſtus abſcondit glorias, publicat ignominias. l. 7. c. 6. n. 138
Chriſtus glorificatur in ſuis membris. ibid. n. 143
Totum corpus Chriſti plenum oculis, ut fleret pro nobis. l 8.c.2.n.169.170 171
Quidquid Chriſti eſt, nobis eſt ſalutare. l.8.c.18. n. 22. 23
Chriſtus immemor ſuarum pœnarum, memor noſtri commodi. l 7.c.7.n.4
Chriſtus elegit ſibi panem amarum, nobis dat ſuavem. ibid.n.111
Gaudet Chriſtus de ſalute hominum. ibid. n. 117
Pro ſacra Euchariſtia, ac ejus ſuſceptione maximæ gratiæ ſunt Deo exhibendæ. ibid. n. 118. 119. 120. 122
Chriſtus ſui ſanguinis effuſione, ſuum amorem commendat. ibid.n 171
Chriſtus è latere ſuo nos nutrit. ibid. nu.226.227
Chriſtus ſuorum utilitatem, ſuam propriam reputat. ibid. n. 277. 278. 279
Chriſtus tunc gaudet de ſuo commodo, quando de noſtro ſimul gaudet. ibid. n. 288. 289. 290. & 250
Chriſtus per mortem obtinuit regnum cœlorum, & nos ſimiliter debemus illud comparare. l. 7. c. 8. n. 50. 51. 52. 53.
Qui Chriſto adhæret nulla pericula timet. l. 7. c. 11. n. 89. 10
Adhærens Chriſto cuſtoditur. ibid. n. 13. 14. 15
Chriſtus nobis initiavit ac oſtendit viam in cœlum. ibid. n. 53. 54. 55.
Sine Chriſto non eſt via ad cœlum. ibid. n. 55.
Nihil aliud præter Chriſtum requirendum. ibid. n. 57. & 59
In Chriſto ſunt omnia nobis. ibid. n. 58
In Chriſto via ad ipſum. ibid.n.61
Sanguine Chriſti purgantur terrena corpora. l. 8. c. 2. n. 182
Sanguis Chriſti ſemen martyrum. ibid.n.183
Ex Chriſto appropinquante magna gratiarum ubertas. ibid.n.186.187
Mundi redemptio magnum gaudium erat Chriſto. l.8.c.3.n.38
In negotio ſalutis hominum ſolus Chriſtus. ibid. 10.
Chriſto charior aliorum vita, quam propria. ibid. n. 112
Chriſto charior diſcipulorum vita quam ſua. ibid. n. 171
Magis dolet Chriſtus de exitio percuſſoris, quam de ſuo vulnere. l. 8. c. 4. n. 53
Nulla aſtutia potuit aliquid reprehenſibile in vita Jeſu intervenire. ibid. n. 65
Chriſtus noſtrum bonum ſuam utilitatem reputat. l 8 c.21.n.39.40.41
Chriſtus replet mundum odore omnium virtutum. l. 8. c. 14. n. 42
Chriſtus, ut Pontifex orat. l.8.c.15.n 9
Ubi Chriſtus adeſt, nullum eſt malum. l 8.c.21. n. 88. 89
Chriſtus ſibi aſſumit dolores, nobis communicat glorias. l.9.c.3.n.14
Gratius Chriſto eſſe cum hominibus, quam ſine illis etiam in cœleſtibus. l. 8. c. 2. n. 91
Qui Chriſti viam ſequitur portum jam tenet. l. 7. c. 11. n. 63. 64. 65
Chriſtus omnem gloriam Patri refert. ibidem num. 86
Ex Chriſto omnium bonorum abundantia. l. 7. c. 14 n. 21. 22. 23. 24
Chriſtus nobis dat magna, ſibi humilia retinet. ibid. n. 61
Chriſtus lætitia & gaudium noſtrum. ibid. n. 93
In Chriſto tolerantia offenſarum offenſoribus fuit benefica. l.7.c.15.n.109.110.111
Chriſtus magis ſolicitus de noſtra utilitate, quam de ſuo commodo. l.7.c.17.n.35.36.37
Chriſtus illam æſtimat ſuam gloriam, quam dat aliis. ibid.
Chriſto adhærendum non ſenſibus, ſed ſpiritu ibid. n. 41
Chriſti gloria ſuis dare vitam æternam. l. 7.c.20. num. 17
Per Chriſti manus omnia commutantur in melius, & in gaudium. ibid. n. 19. 20
Chriſtus quærendus eſt amoris affectu, & non oris loquela. l. 8.c.1.n.7.8
Chriſtus quidquid habet, dat hominibus. l.9.c.9. n. 41. & 42

Paſſio Chriſti.

Chriſtus à cruce, ac paſſione exaltatus. ibid.n 40
Chriſtus magis doloribus anguſtiatus. l. 8. c. 12. num. 84
Chriſtus deliciabatur pati pro hominibus, l. 9. c. 10. n. 135
Conſiderato magno paſſionis fructu omnis triſtitia excludenda eſt, & gloria habenda. l. 8.c. 12. n. 89. 90. 91
Chriſtus ſpontanea voluntate ac ingenti gaudio paſſus eſt. l.8.c.1.n.9.10.11.12 13.14
Chriſti paſſio fulcimentum noſtrum. l. 8. c. 17. num. 27
Conſideratione paſſionis Chriſti, omnis noſtra paſſio fit levis. ibid.n.77.78.79
Magna fortitudo divinitatis, quod Pater filium ſuum tradiderit morti. l.8.c.18.n.29
Chriſti paſſione animatur ad crucem, & mortem. l. 8. c. 21. n. 20. 21
Paſſio amanti Jeſu brevis. l.5.c.7.n.37
Tormenta ac dolores Chriſti, majora omnium hominum. l. 7. c. 15.n.85
Vehemens Chriſti deſiderium ad ſuam mortem. l. 7. c. 6. n. 111
Chriſtus mortis deſiderio inimicorum affectum ſuperavit. ibid. 112. 113. 114

Chriſtus ſummoperè ſuam paſſionem & crucem optabat. l. 7. c. 7. n. 13
In calice conſummatur repræſentatio paſſionis Chriſti. ibid. n. 255
Omnium ſalus ex Chriſti morte ac paſſione. ibid. n 256
Chriſti paſſio convenientiſſimum remedium ad ſalutem generis humani. l. 8. cap. 1. num. 17. 18. 19
Qui non intelligunt myſteria divina, Chriſti paſſionem ſtultitiam cogitant. ibid. n. 18. 19
Dolores Chriſti in ſua paſſione fuerunt acerbiſſimi ibid. num. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30
A Chriſti paſſione omnia bona in nos manarunt. ibid. n. 46. 47. 48. 49. 50. 51
Paſſionis memoria ſemper ſit fixa in mente. ibid. n. 53. 54. 55. 56. 57
Nil gratius Deo, quàm de paſſione filii ſui agere ibid.
Chriſti paſſio ſemper in mente ac cogitatione habenda eſt. ibid. n. 59. 60 61. 62. 63 64
Chriſtus paſſus ac crucifixus nos ad bona opera ac pœnitentiam inducit ac provocat. ibidem n. 65. 66. 67. 68. 69
Memoria paſſionis Chriſti extinguitur peccatum in nobis. ibid. n. 72. 73. 74 75. 76
Chriſti paſſio magnum dolorem in nobis excitare debet. ibid. n. 77. 78. 79. 80. 81
Jeſus in paſſione ſua maximè decorus, & pulcher. ibid. n. 82. 83. 84. 85
Paſſio Chriſti nos ab ira Dei protegit, ac cuſtodit. ibid. n. 86. 87. 88. 89
Paſſio Chriſti omnes noſtros labores levat, & dat conſolationem. ibid. n. 90. 91. 92. 93. 94
Chriſti paſſio nos inducit ad pœnitentiam. ibid. n. 93. 94
Tempore paſſionis Chriſti omnia naturalia ſignum mœſtitiæ dederunt. l. 8. c. 5. n. 70
Chriſtus depellit ſeditiones & inimicitias. l. 8. c. 8. n. 33. 34
A Chriſti paſſione robur ad acquirendos alios. l. 7. c. 9. n. 11
Tormenta paſſionis etſi doloris, etiam gaudii. l. 7. c. 10. n. 20
Chriſtus in ſua paſſione ac morte maximè venerandus. l. 8. c. 11. n. 73
Per multitudinem tormentorum non cognoſcebatur Jeſus. ibid. n. 80. 81. 82
Facies Chriſti ſic deformata in paſſione, ut non agnoſceretur. ibid. n. 3
Chriſti paſſio ex omni vinculo maximè plangenda. l. 8. c. 12. n. 48. 49. 50
Chriſtus in ſua paſſione glorioſum egit triumphum. l. 8. c. 1. n. 38. 39. 40. 41. 42. 43
Paſſio Chriſti perpetuò ſit ante oculos. l. 7. c. 1. n. 103. 104 & c. 7. n. 159
Arcanum paſſionis Chriſti veneratione recolendum ibid. n. 1
Solus Chriſtus poteſt nobis aperire magnitudinem ſuæ paſſionis. ibid. n. 2. 3
Paſſio Chriſti puris labiis tractanda. ibid. n. 4.
Recitatio paſſionis Chriſti valde perjucunda æterno parenti. ibid. n. 5.
Chriſtus ſuam paſſionem habet pro gloria. ibid. n. 9. 10. 11. 12
Chriſtus voluntariè, ac cum gaudio ibat ad mortem. ibid. n. 13. & 14
Paſſio Chriſti illis prodeſt, qui ſe ad mortem præparant. l. 8. c. 20. n. 5

Patientia Chriſti.

Chriſti à patientia grande miraculum. l. 8. c. 10. num. 45
Ex ſumma Chriſti patientia inſtruimur pati. ibi num. 46
Chriſti patientia inter flagella. l. 8. c. 10. n. 55. 56 57. 58
Admirabilis Chriſti patientia inter cruciatus & opprobria. l. 8. c. 19. n. 100. 101
Chriſtus in ſua paſſione conſolationis expers. l. 8. c. 2. n. 20

Chriſtus in Horto.

Chriſtus triſtatur ut noſtros ſuſcipiat affectus, & det ſuam lætitiam. ibid. n. 41
Chriſtus ſua triſtitia vult expiare noſtras delectationes. ibid. n. 42
Triſtabatur Chriſtus de mora ſuæ mortis. ibid. n. 47. & n. 176
Triſtabatur Chriſtus ne amoris ratio eſſet ſcandali occaſio. ibid. n. 44
Triſtatur Chriſtus ut mortis horrorem mitigaret. ibid. n. 48
Chriſtus ſitiebat hominum ſalutem. l. 8. c. 18. n. 34. 35. 36
Suorum peccatum maximè timebat Chriſtus. l. 8. c. 2. n. 52
Inſpecta Chriſti agonia lapides ut ceræ molles fiunt. ibid. n. 61
Summa Chriſti triſtitia in horto. ibid. n. 29. 30 & 74
Cur Chriſtus in horto procidit in faciem ſuam. ibid. n. 73. 74. 75. 76. 77
Chriſtus pro nobis ſe offert ad caſtigationem & pœnam. ibid. n. 76
Chriſtus magis dolet de hominum peccato, quàm de ſua morte. ibid. n. 28
Calix paſſionis mortis deſiderium quem Chriſtus vehementiſſimè exoptabat. ibid. n. 84 85
Rogat ut calix paſſionis tranſeat ad Martyres. ibid. n. 88
Tam ingens fuit Chriſti triſtitia ac agonia in horto, ut Joannes præ amore non ſcribat. ibid. num. 139
Chriſtus præ vi amoris patiendi conſolatione anxiatur. ibid. n. 160
Totum corpus Chriſti plenum oculis, ut pro nobis fleret. ibid. n. 169. 170. 171

Comprehenditur Chriſtus.

Judæ valdè amarum fuit oſculum Chriſto. l. 8. c. 3. n. 42. 43
Tam horrendum erat comprehenſionis Chriſti facinus ut per admirationem non credatur. l. 3. c. 3. n. 81. 82
Chriſti comprehenſio noſtra ſalus. l. 8. c. 3. n. 115. 116. 117
Chriſtus in templo noluit comprehendi. ibid. n. 196. 197.
Conqueritur, quod ut ad latronem exierunt. ibid. n. 192
Quam dura & acerba fuerit Chriſti comprehenſio. ibid. n. 198. 199. 200. 202. 203
Chriſtus à nequiſſimis hominibus ac inhumaniter fuit comprehenſus. ibid. n. 200
Vincula Chriſti duriſſima intexta ab exordio mundi quibus expurgat noſtra peccata. ibid. n. 203. 204
Jeſus comprehenſus crudeliter trahitur funibus ac vinculis ibid. n. 205
Relicto Chriſto diſcipuli fugiunt. ibid. n. 210. 211 212

Chriſtus apud Annam & Caipham.
Chriſtus ad multa tribunalia ducitur. l. 8. c. 4 n. 3
Chriſtus ducitur primum ad Annam ob multiplicem rationem. l. 8 c. 4. n. 3. 4. 5. 6. 7
Quare ait Chriſtus quod nihil dixit in occulto, l. 8. c. 4. n. 17. 18
Jeſu alapa.
Qui oſtendit ſuam innocentiam præparet faciem ad alapam. l. 8. c. 4. n. 29
Chriſtus ſua injuria noſtrum dedecus voluit auferre. l. 8. c. 4. n 28
Ob tantam contumeliam illatam in Chriſtum obſtupuerunt omnes creaturæ. l. 8. c. 5. n. 32. 33
Alapa fuit tanta injuria in Chriſtum, ut lingua nequeat explicari. ibid. n. 34
Quanta fuit hujus nefandi miniſtri inſania. l. 8. c. 4. n. 35. 36
Quanta crudelitate alapa fuerit inflicta Chriſto. l. 8. c 4. n. 38. 39
In alapa totius paſſionis, ac tormentorum ſeries denotatur. ibid. n. 40. 41
In maxillæ percuſſione ſatiata eſt crudelitas inimicorum. ibid
Inde alapa grandis fuit contumelia, quia gaudium fecit Judæis. l 8 c. 4 n. 42
Dolor ex alapa major inter omnes. l. 8. c. 4. n. 44
Alapam patienter pati ſupra naturam humanam. ibid. n. 48
Magis doluit Chriſtus de crimine percuſſoris, quam de ſuo vulnere. ibid. n. 53
Jeſus facie obvelata.
Innumerabilia opprobria ſuſtinuit Jeſus. l. 8. c. 5. num. 121
Innumerabilia ſputa jactata in Chriſtum. l. 8. c. 4. n. 124. 125
Spuere in faciem alicujus ſumma injuria. ibid. n. 125. 126. 127
Tot ſputa in Chriſtum conjecta ut numerari non poſſint. l. 8. c. 4. n. 128
Alapæ vehementiſſimè infligebantur Chriſto. l. 8. c. 4. n. 130
Crepidâ verberabant faciem. ibid. n. 132
Cur judæi velaverunt faciem Chriſti ibidem, num. 132
Velatur facies Chriſti quia majeſtatem vultus ejus Judæi ferre non poterant. l. 8. c. 4. n. 140
Chriſtus coram Pilato.
Judæi maximè crudeles coram Pilato religionis ſpecie. l. 8. c. 7. n. 6. 7. 8
Cur Jeſus ducitur coram Pilato. l. 8. c. 7. n. 6. 7. 8
Quare Chriſtus dicit Pilato *tu dicis quod ego rex ſum.* l. 8. c. 7. n. 24 25
Quare Pilatus interrogat *quid ſit veritas*, ibidem. n. 38. 39
Quare non expectat reſponſum ibidem. n. 41. 42. 43. 44
Dum Pilatus remittit Chriſtum ad Herodem hanc cauſam voluit ablegare à ſe. l. 8 c. 8. n. 4
Chriſtus apud Herodem.
Quiſnam eſſet iſte Herodes. l. 8. c. 8. n. 3
Herodes pro curioſitate quærebat. l. 8. c. 8. n. 12
Quare Herodes ſprevit Chriſtum. l. 8. c. 8. n. 22 23. 24
Herodes & Pilatus fiunt amici, ibidem, num. 29. 30. 31
Quare Chriſtus nec verbum reſpondit Herodi. l. 8. c. 8. n. 11. 12. 13
Proponuntur Jeſus & Barrabas.
Judæi nomen Barrabæ pronunciant, non tamen Jeſus præ odio. l. 8. c. 9. n. 27
Invidiâ excæcati Barrabam petunt. l. 8. c. 9. n. 4
Quare eligitur Barrabas ut dimittatur. l. 8. c. 9. n. 29. 30. 31. 32
Petunt Barrabam eis ſimilem. ibid. n. 33. & 54
Chriſtus flagellatus.
Flagellis Chriſti reconciliati ſumus Deo Patri. l. 8 c. 10. n. 8. 9
Dei filius deſcendit de cælis præ amore hominum ut flagellaretur. l. 8. c. 10. n. 3. & 4
Chriſtus flagellatur ut tollat noſtrorum peccatorum flagella. l. 8. c. 10. n. 6. 7. 8. 9.
Chriſti flagellatio horrendum ſpectaculum. l. 8. c. 10. n. 5
Pilatus mandavit Chriſtum flagellari, tam ad implendam legem Romanorum, quam ad mitiganda corda Judæorum. l. 8. c. 10. n. 15
Flagellis Jeſu deſtruitur diabolus. l. 8 c. 10 n. 16
Chriſto multus dolor ex nudato corpore. l. 8. c. 10. n. 19. 20. 21
Chriſtus ligatur ad columnam ut noſtrorum peccatorum vincula ſolvat. l. 8. cap. 10. num. 26. 27. 28. 29
Chriſti flagellatio ſumma ignominia quæ non venit in mentem hominum. l. 8. c. 10. n. 31. 32 33. 34
Chriſti flagellatio crudeliſſima. l. 8. c. 10 n. 37. 38. 39 40
Chriſti flagellatio magnum prodigium, ibidem num 37
Chriſti flagella in magno numero. l. 8. c. 10. n. 44. 45. 46. 47
Milites Chriſtum flagellantes fuerunt multi. l. 8. c. 10. n. 50. 51
Eximia Chriſti patientia inter flagella. l. 8. c. 10. n. 55. 56. 57. 58
Virgo mater erat præſens dum Chriſtus flagellaretur. l. 8. c. 10. n. 59
Milites corrupti ſunt avaritia ad acrius flagellandum. ibid. n. 52
Chriſtus ſpinis coronatus.
Sine intermiſſione injuriæ inferebantur Chriſto, l. 8. c. 11. n. 9
Diabolus convocabat milites ad Chriſti irriſiones. l. 8. c. 11. n. 8
An milites hoc fecerint ſua ſponte vel juſſu Pilati. l 8 c. 11. n. 12. 13. 14
Vili ac pervetuſta purpura induitur Jeſus ob contemptum. l. 8. c. 11. n. 19. 20. 21
Ligantur Jeſu manus in magnam regis injuriam l. 8 c. 11. n. 32. 33
Chriſtus coronatur ſpinis ut ſolvat maledictum l. 8. c. 11. n. 45
Spinæ olim ſub pedibus, nunc in capite, ibidem num. 44
Corona ſpinea in capite Jeſu magnum, & dirum tormentum. l 8. c. 11. n. 55. 56. 57. 58. 59
Corona ſpinea regiam majeſtatem Chriſti indicat. l. 8. c. 11. n 62. 63 64. 65
A corona Chriſti flores prodeunt. l. 8. c. 11. n. 67. 68. 69
Oſtendit Pilatus *ecce homo* dicens, ex multiplici ratione. l. 8. c. 11. n. 74. 75. 76. 77. 78
Chriſtus cum corona ſpinea cruxifixus eſt. l. 8. c. 11. n. 103
Quare à Chriſto aufertur veſtis purpurea, non vero corona ſpinea. l. 8. c. 11. n 104. 105. 106
Jeſus bajulans Crucem.
Chriſtus bajulans crucem grande ſpectaculum lib. 8. c. 12. n. 18
Ejuſque myſterii ingens magnitudo. l. 8. c. 12. n. 21

Jeſus bajulans crucem in via lapides amoris ſpargebat, l.8.c.21.n.21
Chriſtus elevat crucem in ſignum noſtræ ſalutis & deſtructionem inimicorum, l.8.c.12.nu.25.26.27
Ex multis rationibus Chriſtus humeris portat crucem. l.8.c.12.n.28.29.30.31.32.33
Chriſtus nos portat in humeris ob ſuam magnam dilectionem erga nos. l.8.c.21.n.36.37
Humeris Criſtus nos portat in cœlum, l.8.c.12 num.38
Chriſtus portabat crucem ob noſtram ſalutem ac ſi propriæ utilitati ſtuderet, l.8.c.12.n.39.40.41
Chriſtus cadit tripliciter in via ut à noſtro triplici caſu nos erigat. l.8.c.12.n.42
Quam acerba ac dolorifera fuerit crucis bajulatio. l.8.c.12.n.33 44
Eligitur Simon ad tollendam Chriſti crucem, non ex pietate,ſed ex crudelitate. l.8.c.12.n.68
Chriſti crucem ſequamur cruce noſtra. l.8.c.12. num.70

Chriſtus crucifixus.

Cur in monte Calvario crucifigitur Chriſtus. l.8.c.13.n.9.10.11
Chriſtus crucifigitur die 25. Martii & quot mirabilia hac die acciderint. l.8 c.13.n.26.27.28
Chriſtus crucifigitur, ac moritur eadem die ac hora quam Adamus peccavit ac punitus eſt. l.8.c.13.n.29.30.31.32
Chriſtus nudus cruxifixus eſt, ibidem num.34.35.36.37
Nuditas meo Jeſu fuit gravis ſuper omnia tormenta. l.8.c.13.n.38.39.40.41
Chriſtus ſua nuditate cooperit nos, lib.8 cap.13. num.44.45
Chriſtus corona ſpinea crucifixus. l.9.c.13 n.46
Chriſtus an fuerit crucifixus in terra vel in aëre, ibid. n.47.48.49
Quomodo manus & pedes Chriſti fuerint crucifixi. ibid. n.51 52.53.54
An pedes Chriſti fuerint in tabula. lib.8.cap.13. num.55.56.57
An quatuor clavis. ibid. n.58.59
Chriſtus crucifixus eſt facie ad occidentem converſa. ibid n.60.61
Ingens acerbitas dolorum crucis Chriſti. l.8.c.12.n.62.63.64.65.66.67
Chriſtus crucifixus ingens admiratio in cœlo, & in terra. l.7.c.13.n.73 74.75.76.77
Chriſtus crucifigitur ut morte turpiſſima condemnetur. l 8.c.13.n 80
Chriſtus moritur in cruce,ut omnes noſtras pœnas ac execrationes in ſe ſuſciperet, ibidem. num.82
Chriſtus moritur in cruce, ut vita eſſet per lignum per quod fuerat mors. ibid.n.83
Non moritur lapidatus, ſeu combuſtus ſed crucifixus ut crucem ſemper haberemus nobiſcum. ibid. n.84
Ut totum orbem ad ſe traheret, & nullus mortem timeret. ibid. n.85.86
Moritur in cruce ut purificaret aërem, & expelleret poteſtates aërias. l.8.c.13.n.86.87
Chriſtus moritur in cruce ut triumphans ac exaltatus trahens ad ſe omnia, ibid.n.92.93.94.95
Chriſtus crucifixus ſplendorem dedit in omnes gentes. l.8.c.13.n.94
A Chriſto crucifixo omnia bona. l.8.c.15.n.119
Chriſtus crucifixus nos docuit obedientiam ad Deum charitatem ad proximum, patientiam, in adverſis & exemplum omnium virtutum.l.8.c.13.n.95
In Chriſto crucifixo omnes virtutes reſplendent. l.8.c 13.n.102
Chriſtus crucifixus ſequendus, ac imitandus, l.8.c.13.n.103.104
Chriſtus crucifixus,ejus vulnera, clavi, lancea clamāt ad totū mūdū.l.8 c.13.n.106.107.108.109
Judæi per crucem voluerunt obſcurare gloriam Chriſti, ſed Deus ipſa cruce eam manifeſtavit, l.8.c.13.n.112
Chriſtus cruci affigitur inter duos latrones ad extremam ignominiam. l.8.c.13.n.11.& 12
Chriſtus crucifixus nos allicit ad ſui amplexum, l.8.c.13.n.114
Chriſtus crucifixus nobis mortificationem, & pœnitentiam perſuadet. l.8.c.17.n.6.7
Conſpectu crucifixi omnia vires ſumunt & metum abjiciunt. l.8.c.17.n.35
A corpore Chriſti mortuo ſalus, & vita. l.8.c.20 num.33.34
Ut ad crucifixum accedas dimitte mundum. l.8.c.21.n.42
Chriſtus ſi ut iratus terret, ut crucifixus dat confidentiam. l.9.c.22.n.13.14

Titulus Crucis.

Ponitur in titulo cauſa mortis Chriſti. l.8.c.14.n.38.39.40.41
Multis de cauſis regis titulus ponitur in cruce, l 8.c.14.n.46 47.48.49.50
Titulus crucis tribus linguis ſcribitur multis de cauſis. l.8.c.14.n.58.59.60.61
Regis titulus in Chriſto firmus, & nunquam delendus. l.8.c.14.n.56.57

Sortes in veſtes.

Quot fuerint Chriſti veſtes. l.8.c.14.n.4
Veſtium diviſio grandis dolor Chriſto. l.8.c.14. num.1
Tres Chriſti veſtes. ibid.n.5
Veſtis inconſutilis opus B.Virginis. l.8.c.14.n.6
Eadem Chriſti veſtis in quatuor partes diviſa, ibid. n.12
Bis ſors miſſa eſt in Chriſti veſtes. ibid.n.17
Veſtis inconſutilis non dividitur in partes ex multis cauſis. l.8.c.14.n.22.23.24.25.26
Datur veſtis gentilibus, tanquam pignus quod Chriſtus eis ſe daretur. l.8.c.14.n.15
Judæi pœna talionis, diviſi ſunt per quatuor orbis partes. l.8.c.14.n.21

Septem Chriſti verba in cruce.

Primum orat pro inimicis. l.8.c.15
Secundum dat regnum latroni. l.8.c.16
Tertium, matri dat Joannem in filium. l.8.c.17
Quartum clamat Deus, Deus meus quare dereliquiſti me. l.8.c.18.à n.1
Quintum dicit Sitio. l.8.c.18.à n.20
Sextum conſummatum eſt. l.8.c.18 n.44
Septimum pater in manus tuas. l.8.c.18.n.54

Chriſti mors.

Quare Chriſtus ſe commendans Patri non animam, ſed ſpiritum dicit. l.8.c.18.n.65
Chriſtus ſponte moritur. l.8.c.18.n.60
Chriſtus moriens clamavit divina virtute, ibid. num.61
Chriſtus moritur ut fortis. l.8.c.18.n.66
Chriſtus invitat mortem ut accedat. lib.8.cap.18 num.68
Inclinat caput alliciens ad ſe peccatores, ibid. num.69

Inclina

Inclinat caput Virginem oſtendens, ut ad illam peccatores accedant. l. 8. c. 18. n. 70
Chriſtus moriens in teſtimonium ſuæ innocentiæ extollit vocem. l. 8. c. 18. n. 64
Clamavit Jeſus præ deſiderio noſtræ ſalutis. l. 8. c. 18. n. 62
Myſteria mortis Chriſti, quæ olim fuerant abſcondita nunc fiunt manifeſta. l. 7. c. 5 n. 12. 13
Mors Chriſti ipſo ordinante fuit maximè publica ac manifeſta. l. 7. c. 5. n. 14
Dies mortis Chriſti, dies feſtus ejus. l. 7. cap. 5. num. 15. 16. 17
Chriſtus ſponte mortem ſubiit. l. 7. c. 5. n. 18
Inter omnes ſuas ſublimitates Chriſtus in magna æſtimatione habuit mortem. l. 7. c. 5. n. 24. 25. 26
Mors Chriſti extitit valdè ſingularis. l. 7. cap. 5. num. 36
Mors Chriſti pro hominibus illata, non ut mors ab eo reputatur, ſed tanquam beneficium. l. 7. c. 5. n. 39. 40. 41
Chriſtus pro magno beneficio habuit tradi morti à Patre. l. 7. c. 5. n. 44. 45. 46. 47
Gloria Chriſti viſa eſt cum moritur l. 7. c. 5. n. 54.
Chriſtus pro magna excellentia, ac æſtimatione habuit mori pro hominibus. l. 7. c. 3 n. 44. 45. 46. 47
Mors ac crux deliciæ Chriſto amanti. l. 7. cap. 5. num. 90
Ex Chriſti morte vita noſtra. l. 7. c. 5. n. 127
Chriſtus mortuus ſupponit humeros ad portandum nos. l. 7. cap. 5. n. 148
In corpore Chriſti mortuo vigebat propenſio ad noſtram ſalutem. l. 7. cap. 5. n. 149
Data pœna mulctatur, qui Chriſti mortem vult impedire. l. 7. c. 5. n. 202
Mors ac crux Chriſti gaudium. l. 7. c. 14. n. 89
Chriſti mors & paſſio ejus glorificatio. l. 7. c. 20. num. 79
Chriſti mors ac paſſio ejus gaudium, & gloria. l. 8. c. 1. n. 9. 10. 11 12. 13. 14. 15
Mortis dilatio Chriſto valde acerba. lib. 8. cap. 3. num. 260
Cauſa mortis Chriſti ejus voluntas hominum amatrix. l. 8. c. 14. n. 38
In titulo Crucis ponuntur quatuor cauſæ mœroris Chriſti. l. 8 c. 14 n. 39. 40. 41. 42. 43
A Chriſto mortuo mira dulcedo in nos. l 8. c. 21. n. 60. 61

Redemptio ex Chriſti morte.

Chriſti redemptio omnibus univerſis copioſiſſima. l. 7. c. 1. n. 18
Chriſti ſanguis effuſus pro omnibus. l. 8. cap. 14. num. 60

Chriſto mortuo ſervire.

Nobiliores inſerviunt Chriſto mortuo. l. 8. c. 12. n. 12. 13
Nobilior prior in obſequio Chriſti mortui. l. 8. c. 21. n. 13

Prodigia in morte Chriſti.

Quomodo tenebræ factæ fuerint. l. 8. cap. 19. n. 3. 4. 5. 6.
Quales fuerint tenebræ. ibid. n. 9
An in toto orbe. ibid. n. 10
Dolet creatura in calamitate ſui Creatoris. l. 8. c. 19. n. 12
Patientia Chriſtus depellit tenebras, ut divinitas innoteſcat. ibid. num. 2
Omnia elementa in Chriſti morte loquebantur. l. 8. c. 19. n. 41

Chriſtus lancea vulneratus.

Miles Chriſtum lancea vulnerans Longinus. l. 8. c. 20. n. 10
Iſti militi contigit veſtis inconſutilis. ibid. n. 11
Dexterum latus præfoſſum. l. 8 c. 20 n. 19
Cor tranſverberatum. ibid. n. 20
Lateris vulnus profundum & latum. ibid. n. 22
A Chriſti latere omnia nobis feliciſſima, ibid. num. 24
A latere Chriſti nutrimur. ibid. n. 25
Chriſti latus nobis apertum ad ſubſidium. l. 8. c. 20 n. 30
Cor Chriſti ante lanceam prius amore erat vulneratum. ibid. n. 39. 40. 41
Lancea tanquam clavis cœlorum aperuit cor Chriſti. ibid. n. 45
Aqua, & ſanguis miraculoſe fluit à latere Chriſti. ibid. n. 43
Aqua & ſanguis fluxit multis de cauſis. l. 8. c. 20. n. 44. 45. 46. 47. 48
Sanguis & aqua quomodo fluxerunt à latere Chriſti. l. 8. c. 20. n. 60
In Chriſti latere formata eſt Eccleſia. ibidem n. 64. 65

Chriſti ſepultura.

Quinam convenerunt ad Chriſti ſepulturam. l. 8. c. 21. n. 48
A viris nobilibus deponitur corpus Chriſti à cruce. l. 8. c. 21. n. 49
Virgo mater corpus Chriſti curavit. ibid. n. 50
Ex Virginis hortatu Joſeph petiit corpus Jeſu. l. 8. c. 21. n. 29
Virgo miniſtravit ut filius à cruce deponeretur. l. 8 c. 21. n. 53
Ab aſſiſtentibus contemplatur corpus Chriſti. l. 8. c. 21. n. 55
Virgo corpore Chriſti mortuo dolorem intendebat, & mulcebat. l. 8. c. 21. n. 57
Deſcribitur forma ſepulchri Domini. l. 8 cap. 21. num. 72
Sepulchrum Domini perenniter ſit in memoria, ac mente. l 8 c 21. n 77. & 79
Chriſti ſepulchrum valde glorioſum. l. 8. cap 21. num. 8

Chriſti Reſurrectio.

Vide *Reſurrectio*

Chriſti Aſcenſio in cœlum.

Aſcenſionis feſtivitas valde ſolemnis & magna l. 9. c. 10 n. 100
Explicatur cauſa, dies, hora, locus aſcenſionis, ac modus aſcendendi. l. 9. c. 10. n. 101. 102. 103. 104. 105
Tria continua miracula in loco Aſcenſionis. ibid. n. 107. 108
Jeſus aſcendens in cœlum magnum ſuorum deſiderium ſecum ferebat. l 9. c. 10. n. 112. 113. 114
Chriſtus amore hominum retardabatur in via. ibid. n. 115
Aſſumpto Jeſu in cœlum ſui magno illius deſiderio tenebantur in terris l 9. c 10. n. 116. 117. 118
Deſiderium diſcipulorum ex magiſtri diſceſſu nullis poterat mitigari. l. 9. c. 10. n. 119. 120
Chriſtus aſcendebat in Cœlum multo feſtivo triumpho, ac comitatu hominum, ac Angelorum. l. 9. c. 10. n. 121. 122. 123. 124
Cum Chriſto Domino ſimul juſti aſcendebant. l. 9. c. 10. n. 125. 126
Chriſtus aſcendens in cœlum multum honorificavit naturam humanam maximè maternam. l. 9. c. 10. n. 129

In Chriſti Aſcenſione Patris gaudium non poteſt explicari. l. 9. c. 10 n. 131
Ab Aſcenſione Chriſti multiplex donorum, ac virtutum fructus in nobis. l.9.c.10.n.138.139. 140. 141

Chriſtianus.

Chriſtiani ſolum fide ſine operibus ejiciuntur ex Eccleſia. l.7.c.19 num.69
Gravius eſt peccatum Chriſtianorum quam eorum qui Chriſtum non nognoſcunt. lib.8.c.3. num. 139
Qui ſe negat Chriſti diſcipulum, negat ſe eſſe Chriſtianum. l. 8. c. 5.n.62
Qui Chriſtiani opus non agit, Chriſtianus non eſt dicendus. l. 8. c. 5.n.63.64
Chriſtianus ſolum vocem Chriſti audit. l. 9. c.3. num. 89

Cibus.

Cibus juſtis eſt ſtimulus ad virtutem. l.9.cap.10. num. 17
Poſt cibum gratiæ agendæ. l. 7. c. 7. n. 303
Prælatus ſuis cibum præbeat. l 7.c 10.n.91.92.93
Cibus ſine fratre non eſt oblectamentum. l. 9. c. 10. num. 12

Clientes.

Vide *Aulici.*

Cogitatio.

De ſuo animo unus cogitat de alio. l. 9.c.3.n.33
Cogitationes quæ abſcōdūtur,nocēt,l.9.c.4.n.28

Columna.

Forma columnæ in qua Chriſtus flagellatur. l. 8. c. 10. n. 24
Columna Chriſti non parva fuiſſe videtur. ibid. num. 25
Quare Chriſtus ad flagella alligatur columnæ, ibid. n. 27. 28. 29

Cognitio.

Qui ſuam propriam ignorantiam cognoſcit; magnarum rerum dignus eſt. l. 7. c. 11. n. 43
Populi non cognoſcunt dejectum à ſua dignitate. l. 8 c. 3. n. 29
Qui divina non valent cognoſcere cadunt, qui cognoſcunt ſublimantur. l.8.c.4.n.111
Qui ſua delicta cognoſcit patiénter ſuſtinet ſuam crucem. l. 8 c. 16. n. 34. 35
Cognitio terrenæ originis aditus ad bona. l.9.c. 1. num. 107
Solus divinus Spiritus verum agnoſcit, humanus ſæpe fallitur. l. 9. c.7.num.35
Cognitio proprii delicti obturat os. l.9.c.8.n.85

Commodum.

Noſtrum commodum ſuum reputat Deus. l. 7. c. 5. n. 256. 257. 258.
Cum alieno damno non eſt comparandum commodum proprium. l. 7. c. 13. n.146

Communicare.

Chriſtus quidquid habet ſuis communicat. l. 9. c. 9. n. 41. & 42
Dei dona in multos communicantur. l 7.c.7.n.98
Juſti volunt ut bona ſua ſint omnibus communia omnibuſque communicentur. l. 8. cap.12. n. 40. 41. 42
Princeps ſua dona non uni, ſed multis communicat. l. 7. c. 18. n.18.19.20
Juſtis magna conſolatio, quod ſua bona aliis communicentur. l. 7. c. 20. n.93
Jeſus benignitas omnes excipit & nullum excludit. l. 8. c. 13.n.118
Chriſtus ſibi ſoli aſſumit dolores, nobis communicat glorias. l. 9. c. 3. n. 14
Bonum omnibus communicandum. lib. 9.cap.4. num. 23 24
Gaudium à Deo non eſt uni, ſed omnibus. lib.9. c. 5. n. 32

Commune.

Juſti non ſuæ utilitati, ſed communi ſtudent. l.7. c. 1. n. 8
Chriſtus valde communis, & qui eum ad ſingularitatem vult trahere, contemnere videtur. l. 7. c. 5. n. 276. 277. 278
Dei beneficia communia ad omnes. lib. 7. cap.5. num. 272.
Communi bono potius attendat prælatus quàm ſuo. l.7.c.14.n.14.15.16
Communi utilitati conſulendum. lib. 8. cap.14. n. 53. 54
Deus gloriatur de communibus bonis non ſic de particularibus. l.9.c.4.n.13.14.15
Chriſtus omnibus communis. l. 9.c 9.n.43

Concordia.

A Trinitate diſcant creaturæ concordiam. lib. 9. c. 9. n. 79. 80. 81
In concordia conſervanda multus impenditur labor humanus. l. 7. c. 13. n. 110
Concordia civitas munita. l. 8. c. 15. n. 71
Ubi concordia regnat, adverſaria deſtruuntur. l. 7. c. 15. n. 72. 73.
Ex unione concordia diſcipulorum oſtenditur Chriſtus verus filius Dei. l. 7. c. 20. n.102
Concordia elevatur homo ſuprà naturam humanam. l. 7.c.20.n.103
Mirabilior concordia inter multos, quam poteſtas faciendi miracula. l. 7. c. 20. n. 104

Condemnare.

Supergreditur omnium ſententiam qui à ſemet ipſo comdemnatur. l. 8. c.6.n.101

Confeſſio

Sæpe confitenda peccata ad majoris gratiæ augmentum. l. 7. c. 5. n. 226.227
Confeſſio peccatorum valdè Deo grata. l.9.c.10. n. 74. 75.
Confeſſione præmiſſa præparetur homo ad Euchariſtiam. l. 7. c. 6. n. 11. 12. 13
Confeſſio expurgat peccata. l. 8. c. 5. n. 59
Confeſſio impiorum eos ad majora ſcelera inducit. l. 8. c. 6. n. 15
Ex confeſſione venit latro petens à Chriſto regnum. l. 8. c. 16. n. 42
Bona deperdita confeſſione reſtaurentur. l.8.c.16. num. 131.

Confidentia.

Magna ruina ex multa confidentia. l.7.c.10.n.3
Qui in ſe confidit, ruit. l. 7. c. 10. n. 97
Ex confidentia facta virtus ad magna pignoratur. l.7.c.11.n.107.108.109
Multam confidentiam dat Innocentia, ſecus iniquitas. l. 8. c. 2. n. 21. 22. 23
Qui non in Deo ſed in homine confidit, perit. l. 8. c. 6. n. 14
Ex bono opere confidentia; ex malo, timor. l. 9. c. 1. n. 92.

Conjux.

Conjugis afflictio virum emollit. lib. 8. cap. 9. num. 22.

Conſanguinei.

Prælatus non attendat ad conſanguineos, ſed ad bene merentes. l. 8. c. 17. n. 56

Conſcientia.

Conſcientia etiam à minimis peccatis mundanda. l. 7. c. 17. n.155

Index Rerum

Conſcientia pura dat confidentiam, culpa eam tollit. l. 8 c.2.n.121.122.123

Mala conſcientia multum timet & turbatur. l. 8. c 3. n. 18. 19. 20. 21.

Conſcientia vehemens carnifex l. 8. c. 6. n.35

Conſideratio.

Conſiderandus animus quo res fit. l. 7. c. 1.n.45

Conſilium, ſeu *Conſiliarius.*

Conſilium impiorum contra ipſos ibid. n. 51

Conſolatio.

Deus in afflictione ſuos conſolatur. l.7 c.11.n.7

Deus ſuos conſolatur. ibid. n. 103

Conſolatio ex brevitate doloris. l. 7. c. 18. n. 4

Idem verbum juſtis eſt ad conſolationem, iniquis ad timorem. l 8.c 3.n.97

Vehemens dolor ſine conſolatione. lib. 8. cap. 22. num. 51

Conſtantia.

Qui Deo adhæret firmus & conſtans. lib. 8. c. 17. num. 8. 9

Animi conſtantia ac fortitudo non in proſperis, ſed in adverſis declaratur. lib.8.c 37.num.12. 13. 14.

Vir conſtans ab incœpto non deſtitit. l. 7. c. 17. num. 14. 15. 16

Conſuetudo.

Antiqua conſuetudo tenenda. l. 7. c. 1.n.88

Conſuetudo populi frequenter rationi contraria. l. 8. c. 9. n.2

Prava conſuetudo pro lege eſt homini malo. l.8. c. 16. n. ultimo

Contemnere, ſeu *Contemptus.*

Temporalium bonorum contemptu vincitur diabolus. l. 7 c. 13. n. 137

Bona temporalia contemnenda ut Deo adhæreas. l. 8. c.3. n. 226

Qui terrena contemnit ad conſortium paſſionis Chriſti admittitur. l. 8. c. 12. n. 52

Illi Chriſto adhærent, qui carnem ſuam crucifigunt mundana contemnentes. l.8.c.13 n.115. 116. 117.

Contemni à magnatibus valde duriſſimum. l. 8. c. 14. n. 64

Contumelia.

Contumeliæ Chriſti, noſtri & ſui decor. lib. 8. cap. 4. n. 138.

Chriſti eximia patientia inter contumelias. ibid. n. 142. 143.

Contumax.

Contumaciæ opinio fugienda à viro ingenuo. l. 8. c. 7. n. 5

Converſatio.

Converſatio de Jeſu, Jeſum habet comitem. l 9. c. 3. n. 11. 12

converſio.

Multi ſunt qui non perſiſtunt in ſua converſione. l.8.c.7.n 47

Hora in qua homo convertitur ad Deum poteſt dici prima. l.8 c.16.n.44

Perfecta converſio nobilitat, ac extollit hominem. l. 9. c.3.n.94

Felices qui convertuntur ad Jeſum, licet quacumque hora veniant. l. 8. c. 21.n.43.44.

Cor.

Improbi corde ſpoliantur. l.7.c.5.n.108.109

Creator.

Deus ex Creatoris munere movetur ad perficiendum ea, quæ fecit. l. 7.c.5.num.53

Ex munere Creatoris excitatur Deus ad benefaciendum. l. 7. c. 5. n. 54

Credere.

Ex re credita pignoratur homo ad magna. l. 7. c. 11. n. 107. 108

Gloriæ ſublimitas ex utilitate creditur. l.9.cap.4. n. 52. & c. 18. 19

Crimen.

Ex crimine publicato homo impudentior. lib. 7. cap. 6. n. 18 19

Sui criminis conſcius de qualibet re timet. l. 7. cap. 6. n. 97

Crudelitas.

Valde crudele malum, quod infertur ſub prætextu ac colore juſtitiæ. l.7.c.16.n.38.39 40

Chriſti hoſtes neſciunt ſuam crudelitatem terminare. l. 8. c. 18. n. 42. 43

Crux.

A Cruce ac paſſione agnoſcitur divinitas. lib. 9. cap. 5. n. 70

Præſtantiſſimi fructus à cruce Chriſti. l. 7 c.14. num. 11

Crux illuminat intellectum. l.7.c.17.n 75

Crux animavit ac collegit diſcipulos ad Chriſtum. l.8.c.3.n.213

Diabolus crucem timet. l. 8. c. 9. n. 19

Crux, ac paſſio Chriſti remedium ſalutis attulit, l 8 c 8. n. 29

Crucis longitudo, ac ex quo ligno. l 8 c.12.n.12

Crux ſupremi regis candelabrum. l.8.c.12.n.24

Elevatur crux ad deſtruendos dæmones & peccata. l 8.c.12.n.25.26

Crux nobis clypeus & haſta. l.8.c.12.n.26

Elevata cruce pericula evaneſcunt, ſolus adeſt. l. 8. c 12. n. 27

Crux relicta eſt gentibus. l. 8. c. 12. n. 69

Crucem Chriſti ſequamur cruce noſtra, ibidem num. 70

Crux propria levis aliena gravis. l. 8. c.12.n.71

Ut crucem Chriſti teneas omnia temporalia dimi te. l.8.c.13.n.43

Crucis titulus. Vide verbum *Chriſtus.*

Crucis virtute diaboli vires fractæ. lib.8.cap.14 num. 80

Sine cruce non vult Chriſtus cognoſci ut filius Dei. l. 8. c. 14. n. 85

Verbum divinum voluit reſplendeſcere gloria crucis. l. 8. c. 14. n. 90

Crux regni ſymbolum, & index. l 8.c.16.n.60

Cœlorum regnum per crucem ac labores obtinetur. l. 8. c. 16. n. 110

Cruce Chriſti omnia bona obtinentur. l. 8. c.16. num. 123

A conſpectu crucis omnia vires ſumunt, & metum abjiciunt. l 8.c.17.n.35

Terra tremuit pondere crucis. l.8.c.19.n.45

Crux corona triumphalis Chriſti. l 9.c.1.n 98

A cruce demonſtratur Chriſti gloria. l. 9. c. 3. num. 67

Cultus Dei.

Qui dat ad Dei cultum bona ſua multis ſublimatur. l. 7. c. 4. n. 65.66.67

Cupiditas.

Auri cupiditas nulla vi frangitur. l.7.c.2.n.16

Culpa.

Culpæ veluti ſunt Deo in præterito ut obliviſcantur merita in præſenti ut remunerarentur. l. 7. c. 5. n. 236

Culpæ publicatio majoris ruinæ occaſio. l.7.c.6. num. 18. 19

Juſti potius timent culpam, quam pœnam, iniqui verò è contra. l. 7. c. 6. n. 63

Iniquus vult ſuam culpam extenuare. lib.7.c.6. num. 68
Culpa excuſata probabiliter, pro culpa ab hominibus non reputatur. l. 7. c. 15. n.102 103
Culpa nimis vires frangit. l 8.c.2.n.121.122.123
Culpa non eſt exaggeranda. l. 8. c. 3.n.61
Juſtus dolet de culpa, & non de pœna. lib.8.c.5. n. 126. 127.
Totam culpam homines in alterum referunt. l.8. c. 6. n. 23.
Culpa caſtigata aditus paradiſi fit. l. 8.c.16.n.122
Propria culpa in pœna ſolatium. l. 8. c. 22. n.4
Culpæ nota dignitate, ac honore propulſatur. l. 9. c. 7. n. 37
Vide *Crimen.*

Cuſtodia.

Qui Chriſto adhæret cuſtoditur. l.7.c.11.n.13. 14. 15

Curioſitas.

Multa curioſitate, ac ſtudio divina myſteria ſunt inquirenda. l.7.c.18.n.41.41.43
Ex curioſitate multa mala naſcuntur. lib. 5. c.5. num. 8. 9. 10
Chriſtus attendebat ad profectum, & non ad curioſitatem. l. 8.c.8. n.12
Curioſitatem reſcindit Chriſtus. l. 9. c.8.n.70
Curioſitas infidelitatem concomitatur. lib. 9. c.5. n. 26.
Curioſitas etiam ad ea quæ ſunt Dei ſe vult extendere. ibid. num. 27.28

D

Damnatus.

Damnatio,ſeu perditio multis comparatur, ſalus æterna facile obtinetur. l.8.cap.21. n. 30.31

Damnum.

Alieno damno non eſt comparanda gloria propria. l. 7. c. 13. n. 146
Damnum per unum illatum per alium reſtauratur. l. 9. c. 2. n. 72

Dare.

Liberalis ſic dat,ut videatur accipere. l. 7. cap.7. num. 22. 23
Quod paucis datur, pluribus non negatur. lib 8. c. 3. n. 109
Turpe eſt non dare Deo id quod dediſti mundo. l. 8.c. 16. n. 77. 78. 79. 80
Quilibet dat ſecundum id quod eſt. l.8.c.18.n 41
Dare facit homines cognoſcere ac ut Dominus revereri. l. 8. c. 3. n. 99. 100.101
Vide *donum*, vel *beneficium.*

Decipere.

Grave decipi à magnatibus. l 8. c. 14. n. 74

Defendo.

Vitæ probitas non indiget defenſione. l. 8. cap. 4. num. 93

Defectus.

Potius vult Dominus ſuos contriſtare, quam unius defectus detegere. l.7.c.6.n.14
Chriſtus valdè difficilis ut alicujus defectum declararet. ibid.n.74
Aliorum defectus, ſi proponuntur excuſandi ſunt. l. 7. c. 17. n. 24. 25. 26
Chriſtus vult ſuorum defectus tegere, & abſcondere. l. 8. c. 3.n.113
Defectus aliorum occultandi. l.8.c.4.n.14.& l.9. c. 5. n. 42
Mali defectus dicunt,bona tacent. lib.8.cap.11. num. 95. 96
Principes ſubditorum defectus, ſic conſumunt, ut nec eorum veſtigia appareant. ibid. n. 105. 106. 107

Dejectus.

Dejectum à ſua gloria, ac dignitate non agnoſcunt populares. l. 8. c. 3. n. 29

Deſiderium.

Quidquid homo poteſt deſiderare, habet in Deo. l. 7. c. 14. n. 13
Ex deſiderio dilatato merita augentur. lib.7.c.16. num. 4
Deſiderii affectu præparatur animus ad divina dona. l. 7. c. 17. n. 42. 43
Deus prævenit noſtra deſideria. l. 7. c. 18. n. 35
Res maximè deſiderata incredibilis eſt homini. l. 9. c. 4. n. 8
Facile homo acquieſcit illis, quæ deſiderat. l. 9. cap. 6. n. 15

Deſperatio, ſeu *Diffidere.*

Qui de ſuo honore deſperat, nullum turpe facinus reſpuit. l. 7. c. 6. n. 102
Diabolus in deſperationem inducit. l.8.c.6.n.12.

Devotio, ſeu *Devotus.*

Animus devotus magnas expenſas facit in Dei obſequio. l. 9. c. 1. n. 45
Pius animus aliorum opere pio non hebetatur ſed excitatur. l. 9. c. 1. n. 46. 47

Deus.

In Deo eſt magna ſolicitudo, ut hominibus conſulat. l. 9. c. 9. n. 35. 36
Deus nos diligit ex bonitate ſua. l.7.c.5.n.51
Deus diligit ea quæ facit. l. 7. c. 8. n. 52
Ex creatoris munere movetur Deus ad perficienda ea quæ fecit. l.7 c.5.n.53
Ex officio creatoris excitatur Deus ad benefaciendum. ibid. n. 54
Deus afficitur ad amandum imaginem ſuam. ibid. n. 55
Deus noſtrum commodum ſuum reputat. ibid. n. 262. 263. 264
Deus & Diabolus ſimul in eadem anima eſſe non poſſunt. l. 7. c. 6. n. 110
Cum venit Deus totum hominem ſanat, & replet. l. 7. c. 7. n. 140
Deus occultus magis inflammat, quam Deus manifeſtus. ibid. n. 162. & 163
Quæ à Deo permanentia, quæ vero à creatura infirma. ibid.n.244
Deus noſtrum commodum pro ſuis divitiis habet. ibid. n. 288. 289. 290
Salus creaturæ lucrum creatoris. ibid
Deus ſuos in afflictione conſolatur. l.7.c.11.n.7
Deus ad benefaciendum ex nomine ſuo invitatur. l. 9. c. 10. n. 97. 98
Solus Deus, & non bona creata replent noſtrum cor. l. 7.c.11.n.79.80
Deus tribus modis eſt in rebus. l. 7. c. 13. n. 30
Deus eſt in nobis per amorem & gratiam. ibid. num. 31
In Deo invenit homo quidquid poteſt optare. l. 7. c. 14. n. 13
Deo omnia noſtra bona referenda. ibid. n. 26 27. 28
Deus quærit hominum familiaritatem. ibidem num. 48
Quales nos ſumus Deo, talis eſt Deus nobis. ibid. n. 49. 50. 51
Omnia bona noſtra à Deo ſunt. ibid. num. 52. 53. 54. 55
Deus pro gloria habet converſionem gentium. l.7. c. 14. n. 74

Deus glorificatur noſtris bonis operibus, ibidem n. 75. 76. 77. 78
Deus gaudet de noſtra ſalute. ibid. n. 91
Deo comite nulla adverſitas, nullumque periculum timendum. l. 7. c. 15. n. 87. 88. 89. 90. & c. 16. n. 8. 9.
Deus ut benefactor venerandus eſt, ut judex timendus. l. 7. c. 17. n. 19
Deus valde velox in ſuis promiſſis. ibid. n. 70
Deus prævenit noſtra deſideria, ac preces. l. 7. c. 18. n. 38
Deus de noſtro bono gaudet, de pœna dolet. ibid. num. 53
Deus ſæpe ex indulgentia negat, ex ira concedit. l. 7. c. 19. n. 40. 41
Quare antonomaſticè Deus Pater dicitur. l. 7. c. 20. num. 50
Excellentius in Deo, quod habeat filium ſibi conſubſtantialem quam quod mundum creaverit. ibid. n. 51
Deus gaudet eſſe in ſuis, & non in alienis. l. 8. c. 2. n. 50. 51
Deus reſpicit id quod conducit ad hominum ſalutem, homines verò id quod reſpicit poteſtatem. ibid. n. 92
Quod videtur amarum cognita Dei voluntate dulce eſt. ibid. n. 99
Ex eo quod nos Deus creavit ex ejus bonitate provenit, quod nos ſalvet. ibid. n. 106. 107. 108
Deus conſultiſſima ignorantia videtur proprias offenſas ignorare. l. 8. c 3. n. 83. 84
Non dat Deus uni ſanitatem cum alterius damno. ibid. n. 157
Deus etiam nequiſſimis aliquando ſe manifeſtat. ibid. n. 179
Deus gravius vindicavit injuriam unius Prophetæ quam ſuam. l. 8. c. 4. n. 243
Dei ſapientia ex peccatorum morbis parat eis medicinam. l. 8. c. 5. n. 39. 40. 41
Dei bonitas ex noſtra miſeria ac fragilitate ad peccandum provocatur ad miſericordiam & pietatem. ibid. n. 59. 60
Dei aſpectus miſericordia. ibid. n. 91
Deus ſolum in ſanctis permanet. l. 8. c. 7. n. 32
Deus conſtans in ſuis favoribus. l. 8. cap. 11. num. 44
In Deo maxima puritas & ſanctitas. l. 8. cap. 16. num. 67
Magna Dei gloria, quod ex magnis peccatoribus magnos ſanctos efficiat, ibidem num. 139. 140. 141
Cum Dei cauſa agitur omnis affectus deponendus. l. 6. c. 17. n. 73
Deus afflictis ſubvenit. l. 8. c. 18. n. 19
Deus terribilis peccatoribus, blandus Juſtis. l. 9. cap. 1. n. 80
Deus ſuos liberat ab omni difficultate. ibidem num. 119
Deus facit ſuas diſpenſationes juxta rerum indigentiam. l. 9. c. 2. n. 44. 45
Deus ſub ſimilibus actionibus diſſimiles fines intendit. l. 9. c. 3. n. 23. 24. 25
Deus gratiæ largitor, ac reſtaurator. l. 9. cap. 4. num. 88
Deus pro una errante ovicula facit idem, ac pro omnibus. l. 9. c. 5. n. 52
Cruce, ac paſſione agnoſcitur divinitas. ibidem num. 70.

Diabolus.

Quomodo Diabolus intraverit in cor Judæ. l. 7. c. 3. n. 4. 5. 6. 7. & 8.
Diabolus ex pravitate morum ſumit occaſionem ad tentandum. l. 7. c. 8. n. 105
Chriſtus & Diabolus ſimul in eadem anima eſſe non poſſunt. l. 7. c. 6. n. 110
Diabolus exagitat, & expetit nos ad tentationem. l. 7. c. 9. n. 15
Diabolus excitat homines, ut ſe terrenis dent, ut eos perdat. l. 7. c. 10 n. 24
Diabolus ante commiſſum crimen facit ut homo non videat ejus malitiam, poſt conſummationem deſperationem inducit. l. 8. c. 6. n. 12
Diabolus, ſuos tanquam ſervos laqueo tenet. l. 8. c 6. n. 53
Diabolus malleus univerſæ terræ. l. 8. c 10. n. 16
Diabolus milites convocabat ad Chriſti irriſionem. l. 8. c. 11. n. 7. 8
Diabolus per quod vicerat vincitur. l. 8. cap. 11. num. 48
Virtute crucis vires diaboli fractæ. l. 7. cap. 14. num. 70
Diaboli inſidiis obſiſtendum. l. 8. c. 14. n. 83

Difficultas.

Difficultatibus non ſtatim eſt cedendum. l. 9. c. 3. num. 1

Dignitas.

Antequam homo ad dignitatem promoveatur, ex delictis purgandus eſt. l. 9. c. 10 n. 61
Homines ſoliciti ad dignitates, difficiles ut eas à ſe dimittant. l. 7. c. 5 n. 174
Dignitas immerenti data ad pœnam inſervit. l. 7. c. 6. n. 84. 85
Dignitas non eſt ſuſcipienda niſi vocatus fueris. l. 8. c. 1. n. 195. 196
Maximè periclitatur qui ad dignitatem accedit non vocatus. l. 8. c. 2. n. 195. 196
Dignitas favore obtenta cadit, meritis perſeverat. l. 8. c. 5. n. 45. 46. 47
Qui ex alto culmine dignitatis cadit, in extremum ſupplicium ruet. l. 8 c. 6. n. 41
Si plus impenditur, quam quod tui muneris eſt, id tibi in dedecus. l. 8. c. 11. n. 27
In dejectum à ſua dignitate omnes inſurgunt. l. 8. c. 11. n. 88
Et ſi merita ſint æqualia, junior ob majores vires antecellit. l. 9. c. 2. n. 6
Iniqui apud juſtos in nulla reputantur dignitate. l. 9. c. 3. n. 54
Aliena dignitas ac auctoritas incredibilis eſt homini. l. 9 c. 3. n. 8. 10. 11
Idem ſit homo in dignitate, ac ille qui erat in humilitate, l. 9. c 4. n. 51
Vir ingenuus in dignitate non arguit crimina contra ſe facta in abjectione l. 9 c 10. n. 54
Prius quærenda ſufficientia, quam dignitas. l. 9. c. 4. n. 77. 78. 79. 80
Dignitas ex humilitate creditur l. 9 c. 5. n. 18. 19
Dignitas non ex propriæ voluntatis nutu accipienda, ſed ex Dei juſſione. l. 9. c 6. n. 18. 19
Qui non juſſus à Deo dignitatem aſſumit eam ſurripit. ibid.
In dignitate ſit memoria antiquæ obſcuritatis. l. 9 c. 6. n. 33
Qui præeſt dignitate, præſit & moribus l. 9. c. 6. num. 38
Ante dignitatem collatam fiat evidentia meritorum. l. 9. c. 7. n. 15
Dignitate, ac honore propulſatur criminis nota. ibid. n. 47
In prælatura ac dignitate omnis labor, ac certamen

nem. l. 9. c. 7. n. 60. & c. 9. n. 36.& 37

Diligentia.

Pia diligentia multum promeretur, lib. 9. cap. 1. num. 32.
Multa diligentia cœleſtis patria procuranda ne ab aliis piè præripiatur. l. 8.c.11.n.27.28 29
Magna cæcitas quod humana diligentia audeat ſe opponere contra Deum. l.8.cap.3.n.90
Omnis diligentia contra Deum fruſtranea ibid.
Magna virtus delitiarum motiva in virtutem convertere. l. 9. cap. 10.n. 11
Id quod mundanis eſt ad delitias, juſtis inſervit ad virtutis fomentum. ibid. n. 15. & 16
Vide *Vitium.*

Diſcipulus.

Diſcipulorum defectus magiſtro imputantur. l.8. c. 3. n. 67. 68. & n. 159
Exemplo humilitatis magiſtri reprimitur arrogantia diſcipuli. ibid. n. 169
Diſcipulus fit ſui magiſtri imitator. l. 7.c.14.n.8. & c. 15. n. 64

Diſſimulo.

Peccata ex fragilitate diſſimulari poſſunt, non verò ex obduratione. l.9 c.10.n.56.57
Qui vult ſcire verum, diſſimulet faciem. l.9.c.3. n. 19. 20. 21.
Prudens aliquando diſſimulat ignorantiam. ibid. num. 35
Vide *Fictio.*

Diviſio.

Maximè Chriſtus abhorret diviſionem ac ſeparationem. l. 8. c. 18.n.13

Divitiæ, Dives.

Divites non audent reſiſtere regis voluntati. l. 8. c. 21. n. 11
In Jeſu omnium divitiarum abundantia. l. 8 c. 21. n. 15. 16. 17. 18.

Doctrina, Doctor, Docere.

Brevitas vitæ ſtimulus eſt magiſtro ad docendum. l. 7. c 9. n. 7. & 8.
Doctrina clara index altiſſimæ ſcientiæ ac cognitionis. l. 7.c.19.n 76 77.78
Majus beneficium eſt doctrinæ quàm ſanitatis infirmitatum. l. 8. c. 3. n. 195
Qui te docet venerandus eſt. l 9.c.3.n.195
Vitio affectus non poteſt docere. l 9.c.3 n.7 8

Dolus.

Dolus & fraus multum diſtant à viro nobili, ignobilis verò proprium. l.7.c.8.n.11.12.13

Dolor.

Gravior dolor ab imminenti malo. lib.7.cap.18. num. 63.
Dolor Dei cauſa ſuſceptus, magnum gaudium parit. l. 7. c. 18. n. 70
Chriſtus magis dolet de hominum peccato, quam de ſua morte. l. 8. c. 2. n. 82
Doloris vehementia os comprimit. l.8.c.5.n.103 &c. 17. n. 106
Dolor de peccatis ventum vanitatis excludit. ibid. n. 119. 120. 121
In tuorum dolore maximus tibi dolor. l. 8. c.17. num. 18.
Conſideratio felicitatis exaggerat dolorem calamitatis. l.8.c.18.num.14
Dolor ex repræſentatione in animo vehementior quam ille qui eſt in corpore. l.8 cap.22. num. 7
Filij dolor, magnus matris dolor. ibid.n.10
Ingens dolor etiam poſt mortem dicitur durare, l. 8. c. 22. n. 45
Ingens dolor interius, & non exterius dat ſigna; ibid. n. 60 61. 62
Vide *Gemitus.*

Dominus.

Dominus ſuis loca, ac ſedes parat. lib.9.cap.10. num. 99.
Tunc Chriſtus ſe Dominum dicit, cum ſervos ſuos, ut dominos pertractat. l.7.c.5.num.254. 255. 256
Hominis perditiſſimi eſt nomen Domini ignorare. l. 7. c. 6. n. 70
Domini eſt ſubditum elevare. l. 8. c. 5.n.86
Dominus non debet dominari à ſervo. l.9.cap.1. num. 74
Dominus ſervis communicat ſuam gloriam. ibid. num. 79.
Bona in manibus Domini ſunt ſecura, non ſic in manibus ſervi. l.9.c.2.n.79 80.81
Dominatio ſervitutis catena. l 9.c.9.n.36.37

Donum.

Dei dona non in uno coarctantur, ſed in multos diffunduntur. l.7.c.7.n.98
Si virtutum dona fulgent, labores ac adverſitates inſurgent. l.7.c.16.n.45.46
Præparandus animus ad divina dona, l. 7.c.17. num. 42. 43
Dei dona in multa abundantia. l.8.c.3.n.171
A Deo in nos veniunt dona, à nobis verò ſupplicia. l 8.c.12.num.77.78
Dei dona per ſemetipſa manifeſtantur. l.8.c.20. n. 61.62.63
Dei dona non publicanda. l. 9. c. 5. n.2

Durities.

Quod eſt durum, ac acerbum cognita Dei voluntate ſuave ac dulce fit. l. 8. c. 2. n. 99

Dux.

Ex ducis potentia milites hauriunt potentiam. l. 8. c. 3. n. 214

Dubium.

Ubi dubium, ibi major cura adhibenda ut excludatur. l 9. c. 2. n. 47

E

Eccleſia, ſeu Eccleſiaſticus.

Eccleſia extenſa per totum orbem. l.7.cap.14. num. 10
Eccleſiaſtica bona non in prophanos, ſed pios, uſus ſunt expendenda. l.8.c.6.n.60
Seculares ſæpe magis obſervantes quam Eccleſiaſtici. l. 8. c. 7. n. 57
Eccleſia Chriſti per totum orbem dilatata, l. 8. c. 14. n. 19
Eccleſia Chriſti una. l. 8. c. 14. n. 24
In Eccleſia multorum ordinum gradus. l.8.c.14. num. 25
Felicitas Eccleſiæ Chriſti integra, & ſalva. l. 8. c. 14. n. 2. & 29
Eccleſia à Chriſti latere formata. l.8.c.10.n.64

Educatio.

Ex antiqua educatione aliquid ſemper ebibitur. l. 8 c. 3. n. 25
Nobilis educatio inſervit ad generoſitatem animi. l. 8. c. 21. n. 26

Electus.

Vide *Prædeſtinatus.*

Electio.

Commendatur electio Apoſtolorum, quia ipſi electi ſunt à Chriſto abſque intuitu gratiæ rependendæ. l. 7. c. 15. n 66
Ab habitu Jeſus venit ut boni miniſtri eligantur. l. 7. c. 15. n. 67

Si

Si res agitur affectu mundano indignus eligitur. ibid. n. 68
Qui eligitur ad dignitatem ſit bene cognitus. l. 9. c. 7. n. 7.
Eligendus ſit longa ætate, ac eruditione & non repente appareat magnus. ibid. n. 8

Eleemoſyna.

Eleemoſyna inſervit ad oblectamentum. l. 9 c. 10 num. 12.
Eleemoſyna liberat à metu perditionis. l. 7. c. 1. num. 49
Qui habet pauperes det Eleemoſynam. l. 7. cap. 1. num. 72
Eleemoſyna in omnes perſonas facienda. l. 9. c. 1. num. 44.
Eleemoſynator in re Eleemoſynæ habet præmium. l. 9. c. 3. n. 102. 103

Elias.

In quo loco ſint Parens Elias, & Enoch. l 9. c. 10. num. 8.
Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam uſque ad Aſcenſionem multoties aderat cum Elia. l. 9. c 10. n. 7. & 8.
In quibus diebus Elias multa per revelationem accepit à Chriſto. ibid

Error.

Error aliquando miſtus pietate. l. 9. c. 2. n. 1

Euchariſtia.

Euchariſtia facit nos ad ſuperiora evolare. lib. 9. c. 19. n. 21. 22. 23
Euchariſtiæ miniſtri Sacerdotes. lib. 7. cap. 4. num. 15
Ex præparatione ad Euchariſtiam multa fortitudo. l. 7. c. 4. n. 18. 19. 20
Euchariſtia vexillum divinæ fortitudinis. l. 7. c. 4. num. 20.
In Euchariſtia omnia ſunt miracula. l. 7. cap. 4. num. 24
Peccata ad Chriſti menſam maximè arguuntur. l. 9. c. 10. n. 31
Feſta Euchariſtiæ celebrare nobilium, ac amicorum Chriſti eſt. l. 7. c. 4 n. 25
Ab Euchariſtia magnum nomen & dignitas. l. 7. c. 4. n. 31
Euchariſtia pacis Sacramentum. lib. 7. cap. 4. num. 34.
Ad Euchariſtiam baptiſmi puritas requiritur. l. 7. cap. 4. n. 38
Ubi Euchariſtia celebranda, aqua pœnitentiæ præcedat. l. 7. c. 4. n. 39 40. 41
Sacra Euchariſtia omni ornatu celebranda. l. 7. c. 4. n. 48. 49. 50.
Sacra Euchariſtia cum puritate vitæ recipienda. l. 7. c. 4. n. 49. 50.
Ad Euchariſtiam mens in altum erigenda. l. 7. c. 4. n. 52.
Oratione præmiſſa Euchariſtia accipienda. lib. 7. c. 4. n. 53. 54.
Sacra Euchariſtia vexillum amoris Chriſti. l. 7. c. 5. n. 82. & c. 20. n. 118
Indignè communicare tam grande peccatum, ut diabolus recuſet ſe in illo dici auctorem. l. 7. c. 5. n 107
Major puritas requiritur ad ſuſcipiendum Chriſtum in ſacra Euchariſtia quam ad ipſum intuendum in ſpecie gloriæ. l. 7. c. 5. n. 154
Tactu carnis Chriſti armantur contra omnia pericula. l. 7. c. 5. n. 160
Ad Euchariſtiam, ut ad judicium accede, confeſſione præmiſſa. l. 7. c. 6. n. 11. 12. 13
Ad Euchariſtiam multa præparatio. ibid. & c. 7. num. 287. 288
Ad ſacram Euchariſtiam omnia magnifica. l. 7. c. 6. num. 45
Injurioſior Deo, qui indigne accipit Euchariſtiam, quam qui rapit divinitatem. l. 7. cap. 6. num. 51
Indignè communicantem diabolus redarguit, ac punit. l. 7. c. 6. n. 100
Chriſtus in Euchariſtia juſtos ſanat, peccatores necat. lib. 7. c. 6. n. 104. 105. 106. & cap. 7. n. 48. 49.
Euchariſtia ad mores componendos. l. 7. cap. 6. num. 122.
Sacra Euchariſtia vehementer illuminat intellectum. l. 7. c. 6. n. 123
Euchariſtia indigne ſuſcepta mors impiis. l. 7. c. 6. n. 125. 226
Maria Virgo ſumpſit ſacram Euchariſtiam. l. 7. c 7. n. 178.
Chriſtus glorificatur inſtituto Euchariſtiæ ſacramento. l. 7. c. 6. n. 144
Chriſtus maximè optabat inſtituere Euchariſtiæ Sacramentum. l. 7. c. 7. n. 14. & 15
Chriſtus maximè jucundatur ac lætatur ex inſtituta Euchariſtia. l. 7. c. 7. n. 16. 17. 18
Deus convivio Euchariſtico gaudium ſuum exornat. ibid
Qui Euchariſtiam deſiderat, illius dulcidinem guſtat. l. 7. c. 7. n. 25
Deſiderium accipiendi Euchariſtiam habetur pro pretio. l. 7. c. 7. n. 26
Euchariſtia dum ſumitur magis ſui deſiderium accendit. l. 7. c. 7. n. 27. 28. 29
Virtute hujus ſacramenti fiunt homines Angeli. l. 7. c. 7. n. 32.
Virtute ſacramenti fiunt homines reges. l. 7. c. 7. num. 34.
Caro Chriſti in ſacramento eſt abſcondita & occultata. l. 7. c. 7. n. 36
Euchariſtia ſacramentum pacis. l. 7. c. 7. n. 37
Angeli faciunt feſtivitates, ac gratulationes pro tanto myſterio. l 7. c. 7. num. 39
Suavitate Euchariſtiæ mitigatur omnis dolor paſſionis. l. 7. c. 7. n. 58
Euchariſtia avertit iram, & provocat pietatem & clementiam. l. 7 c. 7. n. 59 60. 61 & 130
Euchariſtia ſine terrenorum mixtione ſumenda eſt. l 7. c 7. n. 68. 69. 70
Magna Chriſti majeſtas, ac benevolentia, quæ ſuos ſecum habet ad menſam. l 7 c 7. num 72. 73. 74
Virtute panis Chriſti erigimur è noſtra miſeria, ac è terra, & in cœlum ſublevamur. l. 7. c. 7. n. 77. 78. 79. 80
Homo fit novus ad Euchariſtiam. l. 7 c. 7. n. 82
Poſt Euchariſtiam contemplatio. l 7. c. 7. n. 84. 85. 86. 87. & n. 263
Euchariſtiæ ſuavitate mitigatur dolor mortis. l. 7. c. 7. n. 91
Euchariſtia roboramur adverſus Satanæ exercitus. l. 7 c. 7. n. 92. 93 94 95. 96
Ubi umbra Euchariſtiæ Diabolus fugit, & non audet irruere. l 7. c. 7. n. 95
Euchariſtia ſupremum opus omnipotentiæ divinæ. lib. 7. cap. 7. n. 99. 100. 101. & 153. 154. 155. 156.
Euchariſtia in manibus accipienda cum multa puritate, ac veneratione: lib. 7. cap. 7. num. 102. 103

Sicut

Sicut in Chriſto divinitas regitur humanitate, ſic in ſacramento Chriſtus ſpeciebus. l. 7. cap. 7. n. 105. 106 107
Divina Euchariſtia efficiuntur homines cœleſtes. l. 7. c. 7. n. 108
Corpus Chriſti in nobis ſemen vivificativum ad vitam. l. 7. c. 7. n. 109
In eligenda panis materia non attendit Chriſtus ad ſuam dignitatem, ſed ad noſtram commoditatem. l. 7. c. 7. n. 110
Corpus Chriſti in Euchariſtia quodammodo magis videtur noſtrum quam ſui. l. 7. cap. 7. n. 111. 112. 113
Sic accedendum ad ſacram Euuchariſtiam, ac ſi illico eſſet moriendum. l.7.c.7.n.124.125.126. 127. & n. 274. 275
Chriſti pane omnes reficiuntur. l.7.c.7.num.131. & 132
In qualibet brevi particula totus panis, ac Chriſtus eſt. l.7.c.7.n.133.134.135.136
Euchariſtia verus cibus. l. 7.c.7.n.141 142.143. 144
Ad præſentiam Euchariſtiæ alia opera diſparent. l. 7. c. 7. n. 155. 156
Tegitur Chriſtus in Euchariſtia, ne furore ſuo puniat delinquentes. l. 7. c. 7. n. 160
Deus occultus magis inflammare ſolet, quam manifeſtus. l. 7. c. 7. n. 162. 163
Quid ſit fieri Euchariſticum ſacramentum in memoriam Domini. l.7.c.7.n.165.166
Quomodo in hoc ſacramento detur vera ratio ſacrificii. ibid. n.167
Chriſtus & ſi immortalis adhuc pro nobis hoſtia offertur in ſacramento. l. 7. c. 7. n. 169
Chriſtus ſanguinis effuſione ſuum amorem commendat. l. 7. c. 6. n. 171
Euchariſtia ſumenda cum paſſionis memoria. l. 7. c. 7. n. 172. 173. 174
Chriſtus primus ſuſcepit Euchariſtiam. l.7.cap.7. n. 174. 175
Sumpta Euchariſtia mors eſt quieta & pacifica, l. 7 c. 7. n 176. 177
Qui munitur Euchariſtico calice, mors, et eſt pretioſa l. 7 c. 7. n. 177
Euchariſtia generat divinitatis cognitionem, l. 7. c. 7. n. 180. 181. 182. 183
Euchariſtia magis illuminat mentem, quam miracula & prophetiæ illuminabant. l. 7. cap. 7. num. 182
Euchariſtia lætitia ac gaudium noſtrum. l. 7. c. 7. n. 187. 188. 189. 190
Euchariſtia pellit mœrorem & dat omne gaudium. ibid.
In Euchariſtia omnes benedictiones, omniaque bona. l. 7. c. 7. n. 191. 192. 193. 194. 195
Benedictiones Euchariſtiæ non poſſunt explicari, l. 7. c. 7. n. 192. 193. 194
Menſa ſacræ Euchariſtiæ frequentanda. l. 7. c. 7. n. 200. 201. 202. 203
Solum divina Euchariſtia ſatiat & ſatisfacit. l. 7. c. 7. n. 205. 206. 207
Sacramentum Euchariſticum dans vitam ac ſalutem, in omni loco. l. 7 c. 7. n. 217. 218
Sacramento altaris Deus pulchreſcit. l. 7. cap. 7. num. 224
Chriſtus de latere ſuo nos nutrit in ſacramento altaris. l. 7. c. 7. n. 226. 227. 228
Quare ſanguis Chriſti dicitur teſtamentum. l. 7. c. 7. n. 233. 234. 235. 236
Quotidie tanta reverentia ac amore ad Euchariſtiam accedendum, ut ad rem novam. lib. 7. c. 7. n. 241. 242
Euchariſtia teſtamentum quo nobis legatur vita æterna. l. 7. c. 7. n. 245. 246. 247
Id quod mortuum eſt, umbra Euchariſtiæ reviviſcit. l. 7. c. 7. n. 248
In myſterio Euchariſtico, omnis ſenſus & ratio captivanda in obſequium fidei. l.7.c.7.n.249. 250. 251. 252
Euchariſtia facit reges. l.7.c.7.n.259.& c.8.n.46. 47. 48. 49
Ab Euchariſtia omnis nobilitas & ingenuitas. l. 7. c. 7. n. 260
Menſa Euchariſtica homines Deos reddit. lib. 7. c. 7. n. 261
Corpori Chriſti in ſacramento Euchariſtico ſumma reverentia ac cultus inter omnia myſteria exhibenda. l. 7. c. 7. n. 264. 265
Cœleſtis cibus ſecum non admittit mundialem. lib. 7. c. 7. n. 273
Euchariſtia ſic accipienda ac ſi ſtatim exeundum eſſet è ſæculo. l. 7. c. 7. n. 274. 275
Illi cœleſti pane paſcuntur qui vita ac moribus innovantur, & à vetuſtate expurgantur. l 7 c. 7. n. 282. 283. 284. 285. 286
Ut Euchariſtia recipiatur, mundandus eſt animus ab omni terreno affectu. l. 7. c. 7. n. 209. 210. 211. 212. 213
Denudatus à mundo ſaturatur divina Euchariſtia. l. 7. c. 7. n. 212. 213
Per Euchariſtiam Chriſtus & fideles uniuntur. l. 7. c. 7. n. 292. 293. 294. 295. 296
Qui de Euchariſtia habent faſtidium, diffidunt inter ſe. l. 7. c. 8. n. 31. 32
Euchariſtia panis amicorum. l. 7. c. 8. n. 46
Per Euchariſtiam valde diverſa uniuntur. l. 7. c. 7. num. 296
Magna præparatio ac diſpoſitio ad ſacram Euchariſtiam. l. 7. c. 6. n. 286. 287
Ex divino pabulo venit ut cultura legis Evangelicæ creſcat. l. 9. c. 10. n. 13
Spiritus ſancti præparatio neceſſaria eſt ad dignè ſuſcipiendam ſacram Euchariſtiam. l.7.cap.13. n. 39. 40. & l. 9. c. 2. n. 105
Euchariſtia nos adjungit ac unit Chriſto. l.7.c.20. num. 100
Euchariſtia oſtendit Chriſtum verum filium Dei. l. 7. c. 20. n. 101
Chriſtus in Euchariſtia nobis communicat ſuam divinitatem, gloriam, & honorem. l. 7.c.20. num. 115
In Euchariſtia maximè reſplenduit divinus amor l. 7 c. 20. n. 116. 117. 118
Virtute Dominici corporis aſcenditur in cœlum, l. 8. c. 2. n. 12
Indignè communicans omne malum perpetrabit. l. 8. c. 6. n. 40
Cœleſtis panis & avaritia nequeunt eſſe ſimul. l. 4. c. 6. n. 46
Magnus dolor Chriſto, quod quis indignè ſumat corpus & ſanguinem ejus. lib. 8. cap. 9. n. 47. 48. 49
Magna puritate ſacra Euchariſtia ſumenda. ibid.
Omnes creaturæ Dei acceſſum reverentur. lib. 8. c. 11. n. 46. 47
Qui Chriſti ſanguinem potant aqua laventur. l. 8. c. 20. n. 46
Euchariſtia quantum eſt ex ſe nos inſeparabiliter unit Chriſto. l. 8. c. 20. n. 51. 52. 53

Qui

Qui umbram reſpicit ſanguinis Chriſti nil ultra debet requirere. l.8 c.21.n.17.
In ſacra Euchariſtia omnis divitiarum copia. l.8. c.21.n.15.16.17.18
Cum Chriſto omnia virent ac florent, & renovantur. l.8.c.21.n.68.69.
A ſenſibilibus inſtruitur homo, ut reverentiam habeat Corpori Chriſti. lib.9. cap.1.n. 97.98
Dulcedines ſacræ Euchariſtiæ explicari non poſſunt. l.9.c.3.n.113
Euchariſtia mentem illuminat. l.9.c.4.n.63

Exaggerare.

Culpa non exaggeranda. l.8 cap.3.n.61

Exceſſus.

Exceſſus in re virtutis fugiendi, mediatas tenenda. l.7.c.5.n.209.210

Exemplum.

Subditi Prælati exempla ſequuntur. l.2.n.119. & l.9.c.6.n.4
Exemplo humilitatis Magiſtri reprimitur arrogantia Diſcipuli. l.8.c.3.n.169
Princeps iniquus exemplo ſuo, peſtis reipublicæ, ut etiam bonos pervertit. lib.8.cap.4.n.75.76.77
Regis exemplum ſequuntur milites. l.8.cap.11. num.19
Minorum exemplo excitantur majores. l.9.c.1 num.117
Qui aliorum virtutes ſequitur, Dei offert ſacrificium laudis. l.9.c.2.n.40.41.42

Excitare.

Qui te excitat ad crimen, poſtea irridet & inſultat. l.8.c.6.n.21
Qui veritatem tractat non timet examinari ac probari. l.9.c.5.n.53.54

Exhortari.

Ineptus eſt ille ad exhortandum qui aliquando defecit. l.8.c.2.n.148
Vulgaria cum audiuntur animos excitant. lib.8. c.2.n.157.158
Vide ſupra *Excitare.*

Expenſæ.

In Dei obſequio faciendæ. lib.9.cap.1.num.46.47
Qui bona ſua expendit in Dei cultu multis ſublimatur. l.7.c.4.n.65.66.67.

Experientia.

Magni Imperatoris experiri quod ſuis imponit. l.8.c.11.n.46
Magna non tradenda niſi experto miniſtro l.8. c.17.n.51

Excuſare.

Chriſtus ſub aliquo velamine noſtra peccata vult excuſare. l.7.c.5.n.106
Probabilis criminis excuſatio illius abſolutio. l.7.c.15.n.102.103
Ut ſententia juſta undique habeatur, non habeat reus excuſationes. ibid
Maximè peccat homo cum vult excuſare ſuum peccatum. l.8.c.5.n.102
Peccatores ſemper ſe excuſant. lib.9.cap.6.n.34.35

Exterius.

Exterius correſpondeat interiori. l.9 c.1.n.58.& c.2.n.69
Affectus animæ ad ſe trahit potentias externas. l.9.c.3.n.16
Exterius ab interiori non diſcrepet. lib.8.cap.4. n.26.27

Extraordinaria.

Extraordinaria non requirenda, quando res fieri poteſt via communi. lib.7.cap.16.num.29.30.31

F

Facies.

FAcies animi ſpeculum, ac index. l.7.c.6.n.34.35.36

Facilis.

Quod eſt amarum cognita Dei voluntate facile ac ſuave fit. l.8 c.2.n.99

Fama.

Difficile denigratam famam ad priſtinum revocare. l.7.cap.2.n.96.97.98
Multis occurrendum ne fama periclitetur. lib.7. c.1.n.97.98
Famæ præconia, ſolum virtutum progreſſibus debentur. l.7.cap.1.n.100
Bona fama multum conducit ad luctamen, & virtutem. l.7.c.20.n.46.47.
Si fama periclitetur magis pro ejus conſervatione laborandum. l.8.c.4.n.127
Qui vult ſcire quid de eo dicatur mutata facie interroget. l.9.c.3.n.18
Res creſcit fama apud bonos. lib.9.cap.8. num.78

Famulus.

Famulus de gloria Domini lætatur. lib 7.cap.19. num.48
Magna felicitas famuli ope non indigere. lib.8. c.7.n.31
Vide *Servus.*

Favor.

Negatio favoris excuſatio malitiæ inferiorum l.7.c.6.n.81
Quod favore obtinetur cadit, quod meritis perſeverat. l.8.c.5.n.44.45.46
Favore, ac aſperitate trahitur homo. lib 9.c.10. num.32.33.34
Deus favores particulares occultè, communes manifeſtè facit. l.9.c.4.n.13.14.15

Felicitas, vel *Felix.*

Præterita felicitas exaggerat præſentem miſeriam. l.8.c.11.n.24
Omnia à Chriſti latere nobis feliciſſima. lib.8. c.20.n.24
Felicia ſæpe præ gaudio non creduntur. lib.6. c.4.n.56

Feſtinatio.

Magna non cum feſtinatione, ſed lento gradu habentur. l.7.c.10.n.45.46.47

Feſtum.

Feſta Paſchalia eleemoſynis celebranda. l.9.c.4. num.64.65

Fictio.

Sine fictione Deo ſerviendum. lib 7.c.20.n.88. 89.90
Fictio contra rei veritatem maximè diſplicet Deo. l.8.c.12.n.17

Fides.

Fidei teſtimonium fortius ac certius quam viſus oculorum. l.9.c.10.n.51.52
Si unus à Chriſti fide deficit, alius exurgit veniens ad eum. l.7.c.3.n.14
Fide armatus omnia pericula ſuperat. lib.7.c.11. n.11.12
Fides ſine operibus non ſufficit ad ſalutem. l.7. c.19.n.66.67.68.69
Fidei profeſſio nunquam eſt intempeſtiva. l.8. cap.16.n.43

Qui

Qui non credit fidei myſteriis, ſtultus. l. 9. c. 3. num. 64
Incipientes in fide multa benignitate fovendi, ut trahantur. l. 9. c. 7. n. 47
Fides cum operibus. l. 9. c. 9. n. 71
Fides parvulorum arguit incrudelitatem magnorum. l. 9. c. 10. n. 62

Figura.

Qui alicujus figuram, ac perſonam gerit, illius conditiones oſtendat. l. 9. c. 1. n. 73
Pro hominum ſalute varias figuras agit Deus. l. 9. c. 3. n. 19. 20. 21

Firmitas.

Quod mendaciter ſibi promittit homo, ſolum in Deo habet firmitatem. l. 8. c. 11. n. 121
A Chriſto omne firmamentum noſtrum. l. 8. c. 16. n. 127. 128
Qui Deo adhæret firmus & conſtans. l. 8. c. 17. num. 89

Flagellatio.

Flagellatio ſervorum erat. l. 8. c. 10. n. 30
Et valde vilis & probroſa. ibid
Flagellatio adjuncta eſt cum ludibrio. l. 8. c. 19. num. 34
Flagellatio Chriſti. Vide *Chriſti flagellatio.*

Fortitudo.

Juſtitia ac ſanctitate fortis redditur homo. l. 7. c. 20. n. 70. 71. 72
Vera fortitudo inter labores ac lacrimas oſtenditur. l. 8. c. 2. n. 179
Noſtra fortitudo tota à Chriſto. l. 8. cap. 11 num. 37
Non eſt capax Dei verbi mollis, ſed firmus ac fortis. l. 8. c. 21. n. 83.

Fruſtra.

Actus fruſtraneus fugiendus. l. 8. c. 5. 11. n. 107

Fraus.

Fraus diſtat à viro nobili; proprium vero ignobilis. l. 7. c. 8. n. 11. 12. 13

Fuga.

Omnes fugiunt ab infelicitate cadentis à dignitate. l. 8. c 3. n 212
Fuga à facie pericula maximè laudanda. l. 8. c. 3. n. 227. 228. 229
Melius eſt fugere quam cadere in ſpirirituali bello. l. 8. c. 5. n. 4
Miles fortis potius vult cadere quam fugere. l. 8. c. 5. n. 52. 53. 54

Funus.

Funeris ſumptus condemnandus, ac fugiendus. l. 9. c. 2. n. 19. 20. 21

Futura.

Futurorum præſcientia divinitatis index. l. 7. c 4. n. 35. 36
Appetitus ſcire deſiderat futura. lib. 7. cap. 17. num. 72
Plus placet exhibitio de præſenti quam promiſſio de futuro. l. 9. c. 7. n. 40

G

Gaudium.

DUrum ac acerbum cum gaudio ſuſcipiendum. l. 7. c. 7. n. 305. 306
Poſt funeſta, & triſtia gaudium præjucundius, l. 7. c. 18. n. 22. 23
Gaudia dat Deus largiter, triſtia parcè. l. 7. c. 18. n. 59
Juſtorum afflictio brevis, gaudium æternum. l. 7. c 18. n. 60
Dolor Dei cauſa ſuſceptus magnum gaudium parit. l. 7. cap. 18. n. 70
Gaudium in Domino durans & perſeverans. l. 7. c. 19. n. 50. 51.
In Chriſto omne firmamentum & gaudium. l. 8. cap. 16. n. 127
Gaudium à Deo non eſt uni, ſed omnibus. l. 9. c. 5. num. 22

Gabriel.

Gabriel Angelus dat mulieribus reſurrectionis nuncia. l. 9. c. 1. n. 69

Gallus.

Gallus nocte bis cantat. l. 7. c. 10. n. 41

Gemitus.

Summa crudelitas gemere non ſinit. l. 8. c. 22. num. 38

Generoſitas.

Vide *Animus*

Gentilitas.

Gentibus relicta eſt crux Chriſti ad eam amplectendam. l. 8. c. 12. n. 69

Gladius.

Agnitæ inſidiæ magbus Gladius adversùs hoſtes lib. 7. cap. 10. n. 72

Gloria, ſeu *Beatitudo.*

In Gloria pro diverſitate meritorum ſunt manſiones. l. 7. c. 11. n. 18. 19
Unus beatus alterius beati felicitatem ſuam reputat. lib. 7. c. 11. n. 21. 22. 23
Cœleſtis beatitudo multa induſtria procuranda, ne piis à furibus præripiatur. lib. 7. c. 11. n. 27. 28. 29. 30
Gloria reſperſa ſit notis ignominiæ. l. 9. cap. 10. n. 62

Gloria vana.

Vide *Iactantia.*

Gratia.

Dei gratia excedit noſtram neceſſitatem. l. 7. c. 5. n. 222
Sæpe repetenda ſunt peccata in confeſſione ad majorem gratiæ augmentum. lib. 7. c. 5. n. 226. 227
A gratia Dei ſunt omnia bona noſtra opera. l. 7. c. 14. n. 52. 53. 54. 55
Interior gratia redundat in verbis externis. l. 9. cap. 10. n. 86
A Chriſti vicinitate magna gratiarum ubertas, l. 8. c. 2. n. 186. 187
Dei gratia ex magnis peccatoribus magnos efficit ſanctos. l. 8. c. 16. n. 139 140. 141
Dei gratia armamur ad fortia agenda. l. 8. c. 21. num. 22. 23
Deus gratiæ largitor & reſtaurator. lib. 9. cap. 4. num. 88

Gratus, ſeu *Gratias agere.*

Gratiarum actio nos ſecuros reddit ab omni malo. lib. 7. cap. 1. n 11. 12
Pro gratiarum actione excellentiora offerenda, lib. 7. c. 1. n. 33
Qui poſt cibum non agunt gratias, Judam imitantur. l. 7. c. 3. n. 30
Gratiarum actionem Diabolus timet. l. 7. cap. 6. num. 124
Pro quolibet beneficio gratiæ agendæ. lib. 7. c. 7. num. 185
Poſt cibum Gratiæ agendæ. l. 7. c. 7. n. 303
Omnia noſtra bona Deo referenda. l. 7. c. 14. n. 26 27. 28
Gratitudo excedit infirmitatem humanæ naturæ. l. 7 c. 20. n. 5
Gratus ſi ſtimulatur ut neget beneficia, inde magis accenditur ad illa confitenda. l. 8. c. 17. n. 3. 4. 5

Gratus animus commemorat beneficia, & tacet obſequia. l. 8. cap. 17. n. 58. 59. 60. & l. 9. c. 8. n. 29. 30. 31
Quo major eſt obligatio, major ſit gratitudo. l. 9. c. 1. n. 38. 39. 40
Gratus animus communia beneficia, ut ſibi peculiaria recognoſcit. l. 9. c. 5. n. 80
Gratus ſemper memor ſuorum beneficiorum, illaque ſemper tenet in memoria. lib. 9. cap. 8. num. 4. 5. 6

H

Herodes.

Herodes qui occidit Chriſtum, filius erat Herodis Magni, qui innocentes interfecit. l. 8. c. 8. n. 3
Diſtantia palatii Herodis à Pilato. ibid. n. 6
Quare Chriſtus Dominus nec verbum reſpondit Herodi, nec fecit aliquod ſignum coram eo. l. 8. c. 8. n. 12. 13. 14. 15
Herodes ſprevit Chriſtum cum ejus optatis non reſpondet. l. 8. c. 8. n. 22. 23
Inimicitiæ inter Pilatum ac Herodem erant circa juriſdictionem. l. 8. c. 8. n. 21. 22

Homo.

Homo nomine creaturæ denotatur. lib. 9. cap. 50. num. 66
Homines cogitans qualis quiſque fuerit, non prout eſt. l. 7. c. 13. n. 21
Homo quaſi omnium creaturarum ſumma. l. 9. c. 10. n. 67
Multum malum habet homo, ſi à Deo recedit. Deus verò nullum. l. 7. c. 14. n. 60
In homine non improbitas, ſed amoris motiva conſideranda ſunt. l. 7. c. 15. n. 21. 22
Homines reſpiciunt ad poteſtatem, Deus ad id quod conducit ad hominum ſalutem. l. 8. cap. 2. num. 92
Magna cæcitas quod homo audeat ſe opponere contra Deum. l. 8. c. 3. n. 34
Magna hominis fragilitas. l. 8. c. 5. n. 33
Homines ſibi ſolicitant ac trahunt pœnas. l. 8. c. 9. num. 44
Propter hominem Deus cuncta fecit. lib. 9. cap. 10. num. 68
Homines dum Deo repugnant inſerviunt divinæ diſpoſitioni. l. 8. c. 11. n. 25
Ob gratiam principum acquirendam multa turpia faciunt homines. l. 8. c. 16. n. 5
Homines non virtutem, ſed faſtum venerantur. l. 8. c. 19. n. 18
Excellens hominis dignitas. l. 9. c. 10. n. 69
Homo homini maxime durus. l. 9. c. 4. n. 96. 97. 98

Honor.

Qui Chriſtum honorat, honoratur ab ipſo. l. 7. c. 1. n. 93
Honoris zelus ſæpe reprimit à malo. lib. 7. cap. 6. num. 17
Qui aliquando ſervivit, cum aliquo honore dimittendus. l. 7. c. 6. n. 82
Honor immerenti datus ad pœnam inſervit. l. 7. c. 6. n. 84. 85
Qui te cœpit ſublimare ac honorare, non deſiſtat, ſed proſequatur. l. 7. c. 16. n. 24
Majus damnum, quod honori, quam quod vitæ lædit. l. 7. c. 10. n. 36
Crimen contra honorem maxime fixum eſt in mente. l. 9. c. 10. n. 44. 45. 46
Vulnus crudelius in honore quam in corpore. l. 9. c. 10. n. 46
Honor plus æſtimandus, quam vita. l. 8. cap. 16. n. 104. 105. 106
Prudens commemorat onus ſibi impoſitum, tacet honorem. l. 8. c. 17. n. 103. 104
Honores aliorum difficiliter creduntur, abjectiones facile. l. 9. c. 2. n. 52. 53. 54
Pro honoris certamine nobilitas ſit ante oculos, in magnitudine vero humilitas naturæ. l. 9. c. 3. n. 28. 29. 30
Vide *Dignitas.*

Hoſpes, Hoſpitalitas.

Hoſpitalitas maxime allicit divinam bonitatem. l. 9. c. 3. n. 106

Humilitas.

Per humilitatem ad magna ſublevamur. lib. 7. c. 20. n. 13. 14
Humilis eo plus exaltatur quò plus deprimitur. l. 7. c. 1. n. 94
Nobilis non timet humiliari, ſecus vero ignobilis. l. 7. c. 5. n. 113
Humilitas oſtenditur ex Deo eſſe, ſuperbia ex diabolo. l. 7. c. 5. n. 128
Qui ſe maxime dimittit, tunc ſurgit. lib. 7. cap. 5. num. 141
Per humilitatem, ad veritatem inſtruimur. l. 7. c. 5. n. 156
Ex humilitatis beneficio, quilibet mundus dicitur. l. 7. c. 5. n. 221
Humilis abſcondit glorias, & publicat ignominias. l. 7. c. 6. n. 138
Chriſtus glorificatur humilitate, ac dum ſuorum pedes lavat. l. 7. c. 6. n. 145
Ex humilitate amplificatur paternus thronus. l. 7. c. 20. n. 13. 14
Magnitudo cum humilliate componenda eſt. l. 8. c. 2. n. 150. 151. 152
Solus eſt unus princeps Jeſus, qui potius vult ſuorum humilitatem, quam ſuam majeſtatem oſtentare. l. 8. c. 3. n. 166
Homo in humilitate ſi magna dicit ſe non creditur. l. 8. c. 3. n. 168
Humilis excipit divina beneficia, à quibus ſuperbus excluditur. l. 8. c. 16. n. 98
Humilitas & abjectio ſolum ſub cruce Chriſti intelligitur, & augetur. l. 8. c. 17. n. 11
In celſitudine humilitas, in humilitate, nobilitas conſideranda. l. 9. c. 3. n. 28
Ex humilitate, magnitudo fit credibilis. l. 9. cap. 4. n. 52. & c. 5. n. 18. 19

Hymnus.

Qualiſnam fuerit hymnus, quem Chriſtus cantavit. l. 7. c. 7. n. 298. 299. 300
Quare Chriſtus cantaverit hymnum. lib. 7 cap. 7. num. 302

Hypocryſis.

Multum dolet hypocrita ſi convincatur, in medio populi de ſua malitia. l. 7. c. 17. n. 53. 54
Sine hypocryſi ac fictione Deo ſerviendum. l. 7 c. 20. n. 88. 89. 90
Deo res exoſa; quæ aliter apparet ac eſt. ibidem. num. 90

I

Jactantia.

Qui ſupra alios ſe erigit, ac jactat in magno periculo verſatur. lib. 7. cap. 17. numer. 31. 32
Ex magna jactantia, magna ruina, & caſus. l. 7. c. 10. n. 95
Qui ſe cæteris anteponit in magno periculo verſatur. l. 7. c. 10. n. 96

Qui multa jactant de ſe in occaſione deficiunt. l. 8. c. 17. n. 28. 29. 30

Jeſus.

Si Jeſus eſt præ oculis, ac in conſideratione nihil timendum. l. 7. c. 11. n. 89. 90

Jeſus nomen proſternit hoſtes. lib. 9. cap. 10. numer. 84

Efficacius nomen Jeſus ad depellenda quam Domini præſentia ac caro. lib. 9. cap. 11. numer. 104

Chriſtus loco ſuæ præſentiæ nobis reliquit nomen Jeſus. l. 7. c. 11. n. 114. 115

Jeſus nomen efficacius ejus divinitatem oſtendit, quam ejus reſurrectio. l. 7. c. 11. n. 115

Ex Jeſu comite in laboribus magnum levamen & ſuavitas. l. 7. c. 15. n. 87. 88. 89. 90

Virtus nominis Jeſus proſternit hoſtes. lib. 8. c. 3. n. 88. 89

Jeſus omne malum noſtrum conſumpſit in corpore ſuo. l. 8. c. 11. n. 106. 107. 108

Jeſus nomen miſericordiam præoccupat, & impetrat. l. 8. c. 14. n. 45

Sub nomine Jeſu omnia magnalia includuntur. l. 8. c. 21. n. 32

Ignis.

Ignis cæleſtis mundat. l. 9. c. 3. n. 117

Ignis interius externum extinguit. lib. 9. cap. 3. numer. 118

Ignominia.

Tolerabilior mors quam vita cum ignominia. l. 8. c. 6. n. 36

Ignorantia, ſeu *Ignorans.*

Cum unus aliquid ignorat, omnes id ignorare ſibi perſuadet. l. 7. c. 11. n. 34

Qui ſuam ignorantiam agnoſcit magnarum rerum dignus eſt. l. 7. c. 11. n. 45

Scientia magnarum rerum ignorantia declaratur. l. 7. c. 11. n. 46. 47. 48

Sæpe homines ignorantia affectata volunt operire ſuas iniquitates. l. 8. c. 5. n. 22

Id quod quis ignorat, exiſtimat non poſſe ab alio intelligi. l. 8. c. 7. n. 44

Prudens aliquando diſſimulat ignorantiam. l. 9. c. 3. n. 35

Ignobilis.

Ignobilis non ſervat fidem. lib. 7. cap. 8. num. 12. & 13

Ignobiles timent humiliari. l. 7. c. 5. n. 113

Imago.

Deus maxime afficitur ad ſuam imaginem. l. 7. c. 5. n. 55

Imitatio.

Aliorum virtutes imitandæ ſunt, ut Deo offeras ſacrificium laudis ipſumque videas. lib. 9. cap. 2. num. 41. 42.

Immutabile.

Quod à Dei providentia eſt ordinatum non poteſt mutari. l. 8. c. 14. n. 22

Imperfectus.

Leves etiam imperfectiones levandæ ſunt. l. 7. c. 5. n. 224. 225

Ad magna non imperfecti, ſed perfecti aſſumuntur. l. 9. c. 7. n. 61

Impius.

Impii juſtos, ac ſanctos tanquam inutiles reputant. l. 7. c. 13. n. 135

Impius rationes interponit ad malitiam colorandam. l. 7. c. 15. n. 80. 81. 82

Multum dolet iniquus ſi convincitur de malitia ſua. l. 7. c. 17. n. 53. 54

Juſto omnia ſecura, impio omnia periculis plena. l. 8. c. 3. n. 13

Impius de ſua nequitia verecundatur. l. 8. c. 3. num. 22

Impius dum pacem publicat, aliorum opera calumniatur. l. 8. c. 3. n. 36. 37

Impius unde fructus inde querelas armat. lib. 8. c. 3. n. 45

Mala quæ impii machinantur in juſtos, in ipſos retorquentur. l. 8. c. 3. n. 140. 141

Impius primus contra ſe inſurgit, ſe ſpolians ab omni dignitate. l. 8. c. 4. n. 112

Impius præ ira & furore agit contra proprium honorem. ibid

Impius invigilat in ſuum malum. l. 8. c. 6. n. 5

Iniquitas ſemper timida. l. 8. c. 6. n. 4

Periit impius deſertus ab omnibus favorabilibus. l. 8. c. 6. n. 24

Glorioſum ab improbis improbari. lib. 8. cap. 8. num. 27

Impii diligunt ſui ſimiles. l. 7. c. 9. n. 33. 34

Impii contra ſeipſos ſententiam damnationis proferunt. l. 8. c. 11. n. 38

Impii coadunantur ut validius oppugnent juſtum. l. 8. c. 11. n. 49

Vide *Peccator.*

Incarnatio.

Ex incarnatione verbi pignoratus Deus eſt amare homines. l. 7. c. 5. n. 114

Inconſtantia.

Inconſtantia multa mala parit. l. 8. c. 14. n. 71

Incredulitas.

Incredulitas omnia peccata continet. l. 7. c. 15. num. 99

Inclinatio.

Ut hominem allicias ad id quod optas, illius inclinationi accommodandum. lib. 9. cap. 5. n. 55. 56

Per inclinationem ſuæ naturæ facilè quis trahitur. ibid

Incipere.

Multa neceſſaria ut vir magnus deſiſtat ab inceptis. l. 7. c. 5. n. 207

Ad incœpto non deſiſtendum. lib. 7. cap. 17. n. 14. 15. 16

Magni ingenii eſt, idem eſſe opus incipere, ac conſummare. l. 7. c. 20. n. 36. 37

Vir magnus nihil detrahit, ut incœptum conſilium perficiat. l. 8. c. 2. n. 90

Idem eſt quod filius Dei incipiat ac perficiat opus. l. 8. c. 14. n. 86

Miracula neceſſaria, ut homo ſuam ſententiam mutet. l. 8. c. 16. n. 51

Non qui deficit, ſed qui perſiſtit in incœptis ad magna dignus eſt. l. 8. c. 16. n. 112

Incipientes in fide multa benignitate fruendi. l. 9. c. 7. n. 47

Infamis.

Infamia publica, non reſpuit homo fieri dæmonis domicilium. l. 7. c. 6. n. 102

Infelix.

Fugiunt omnes ab infelicitate cadentis à ſua dignitate. l. 8. c. 3. n. 212

Infernus.

Vehementia ignis inferni denotatur. l. 7. cap. 14. num. 68

Ignis inferni, qui ardebit ardeat in cogitatione, ut emenderis. l. 7. c. 14. n. 69. 70

Conſideratio ignis inferni, gymnaſium virtutis, l. 7. c. 14. n. 70

Infidelis

Infidelis.

Infidelitas radix omnium peccatorum. l. 7. c. 17. num. 49

Infirmitas.

Ante infirmitatem Deus parat remedium. l. 7 c. 5. n. 259

Noſtra infirmitas à Chriſto habet fortitudinem. l. 8. c. 11. n. 37

Ingratus.

Chriſtus ſciens ut benefaciat, homo ignorat ut ſit ingratus. l. 7. c. 3 n. 242

Beneficiis ingratus, diabolo fit poſſeſſio. lib. 7. c. 6 num. 98

Nulla durior tentatio, quam ingratum ac proditorem ſuſtinere. l. 7. c. 8 n. 34

Poſt expertam ingratitudinem, benefacere ſumma beneficentia. l. 7. c. 13. n. 63

Ingratitudo calix paſſionis amariſſimus. lib. 8. c. 2. num. 83

Quanta hominis ingratitudo. lib. 8. cap. 3. num. 144

Lethale acceptis beneficiis in benefactorem inſurgere. l. 8. c. 3. n. 186

Ingratus beneficio reſpondet cum contumelia. l. 8. c. 4. n. 46

Pro beneficio injurias homines rependunt. l. 8. c. 20. n. 11. & 12

De ingratitudine aliorum erga benefactorem maxime dolendum. l. 8. c. 2. n. 45

Inimicus.

Inimicis parcens Dominus conſtituitur. lib. 7. c. 5. n. 253

Multum requiritur, ut inimicus pro vero amico habeatur. l. 9. c. 10. n. 79

In duriores inimicos majora beneficia. l. 7. cap. 7. num. 90

Inimicorum amor eximia dilectio. lib 7. cap. 15. num. 32

Et ſi amicus facile cognoſcat tuam excellentiam non ſic inimicus. l. 9. c. 10. n. 136. 137

Chriſti ſanguis extinguit omnem inimicorum iram. l 8. c. 1. n. 89

Inimicus honorandus eſt honorifico titulo. l. 8. c. 3. n. 52

Inimicus abſconditus diabolus appellatur, manifeſtus verò amicus dicitur. l. 8. c. 3. n. 66

Inimicus charitate amplexandus. lib. 8. cap. 4. numer. 60. 61

Grandis Chriſti beneficentia in ſuos inimicos. l. 8. c. 5. n. 59

Inimicorum rabies ſanguine non ſatiatur ſed magis inardeſcit. l. 8. c. 11. n. 83

Inimicorum invidia multum potens. lib. 8. cap 14. num. 48

Pro inimicis orandum. l. 8. c. 14. n. 3

Vide *Amor inimicorum.*

Injuria.

Gravior injuria ab amico, quam ab inimico. l. 7. c. 6. n. 26. 27. 28

Injuria illata ab ignorante tuam dignitatem lenior. l. 7. c. 17. n. 53

Injuriatus alteri ſuas injurias judicandas remittat. l. 7. c. 17. n. 66

Rara virtus evulgata injuria patientiam non negare. l. 8. c. 3. n. 60

Deus plus ſentit ſuorum, quam ſuas injurias. l. 8. c. 4. n. 54. 55. 56.

Divina virtus inter injurias tacere. lib. 8. cap. 7. n. 57. 58

Injuria illata per unam linguam, per unumque ſermonem multiplex neceſſarius ad talem injuriam delendam. l. 8. c. 14. n. 63. 64. 65

Injuria affectus nobilitetur. l. 9. c. 1. n. 31

Deus injuriarum obliviofus. l. 9. c. 3. n. 44

Deus injurias ſibi factas diſſimulat, in ſuos vero irrogatas graviter punit. lib 9. cap. 3. num. 71. 72. 73

Bonus Prælatus nulla injuria retardatur à ſuo munere. l. 9. c. 9. n. 39. 40

Vide *Offenſa.*

Inſidiæ.

Agnitæ inſidiæ vehemens gladius adversùs hoſtes. l. 7. c. 10. n. 72

Iniquitas.

Iniquus vult crimen ſuum extenúare. lib. 7. cap. 6. num. 67

Iniquus in ſuum magiſtrum vult malitiam retorquere. l. 7. c. 6. n. 68

Injuſtitia.

Injuſtitia miniſtri volunt ambire regis gratiam. l. 8. c. 14. n. 47

Innocentia, ſeu *Innocens.*

Pati cum innocentia magna conſolatio in cruciatibus. l. 7. c. 16. n. 55. 56. 57

Innocentia dat fiduciam, culpa comprimit os. l. 8. c. 2. n. 121. 122. 123

Qui innocentiam ſuam vult demonſtrare, præparet faciem ad alapas. l. 8. c. 4. n. 29

Innocentia vincit ac triumphat in judicio. l. 8. c. 7. num. 55

Innocentia ac ſanctitas inexpugnabilis eſt. lib. 8. c. 14. n. 30

Innocentia inter calumnias irradiat Angelico vultu. l. 8. c. 4 n. 97

Innocentia facit extollere vocem. lib. 8. cap. 18. num. 64

Sæpe plus obtinet pœnitens, quam innocens. l. 9. c. 7. n. 38

Intelligere.

Ad cæleſtia intelligenda noſtra capacitas anguſta. l. 7. c. 17. n. 73

Dimitte terrena ut cæleſtia intelligas. lib. 7. c. 17. n. 77. 78

Ad intelligenda cæleſtia dimitte terrena. l. 7. c. 17. num. 77

Id quod quis ignorat exiſtimat intelligi ab alio. l. 8. c. 7. n. 44

Intentio.

Sub eiſdem verbis latet diverſa intentio. lib. 7. c. 2. n. 60

Ex animi intentione celebratur opus. lib. 7. cap. 1. num. 92

In quolibet facto non tantum opus, ſed potius intentio conſideranda eſt. lib. 8. cap. 3. numer. 62. 63

Interrogare.

Interrogat qui vult emendare. lib 9 cap. 3 n. 36. 37. 38

Invenire.

Quod laborioſè inquiritur, dulcius invenitur. l. 7. c. 18. n. 39

Interius.

Interius correſpondeat exteriori. lib. 9. cap. 1. num. 85

Inverecundia.

Invercundus diaboli domicilium. lib. 7. cap. 6. num. 99

Invidia.

Ex invidia reprehendunt homines illuſtre factum, quod non exhibent. l. 7. c. 1. n. 53

Invidus ac ſuperbus impatiens eſt ſui vituperii, ac alterius gloriæ. l. 7. c. 3. n. 17
Quælibet honoris umbra in alio, accenditur invidia. l. 8. c. 11. n. 87
Inimicorum invidia multum potens. lib. 8. c. 14. num. 48
Oblatio invidiæ inter æquales amputanda. lib. 8, c. 17. n. 51
Invido aliena gloria eſt incredibilis. lib. 9. c. 4. n. 9. 10 11
Invidus miraculis non quieſcit, ibid. n. 11

Joannes Evangeliſta.

Joannis nomen ob reverentiam ſæpe non nominatur. l. 9. c. 8. n. 65. 66
Increpatur Petrus quia ſe voluit oſtendere magis Joannis amatorem quam Chriſti. lib. 9. c. 8. num. 71
Altiſſima ſecreta inter Chriſtum, & Joannem. l. 9. c. 8. n. 72. & 73
An Joannes determinate cognoviſſet Judam proditorem. l. 7. c. 6. n 90
Charitas Joannis inter evidentiſſima ſigna de nullo ſuſpicatur malum lib. 7. cap. 6. num. 91. 92
Joannis amor non pontificatu, ſed amore retribuitur. l. 7. c. 13. n. 18
Joannes præ amore non ſcribit agoniam Chriſti in horto. l. 8. c. 2. n. 139
Joannes etiam ſuis inimicis erat gratus. lib. 8. c. 5. num. 11
Jeſus venit ut Joannes aſſumeretur in cœlum. l. 9. c. 8. n. 75. 76. 77
Joannes ob Virginitatem reputatur immortalis, ac accola paradiſi. l. 9. c. 8. n. 79
Joannes adhuc in terris jam triumphabat in cælo. ibid. n. 80
Omnis gratia ac benignitas Joanni conceſſa bene habebat apud omnes. ibidem. num. 75. 76
Joannes mortuus fuit. l. 9. c. 8. n. 88
Probabile quod corpore in cœlo. ibid. n. 92
Joannes juxta crucem veluti martyrium habuit. ibid. n. 95
Tanta erat Joannis auctoritas, ut quod ille dicebat omnes approbarent. l. 9. c 8. n. 99
Librum de generatione æterna aperuit Agnus in cœlo, Joannes in terris; ibidem. numero 100
In Joanne amor acuit ſtylum. ibid. n. 105
Joannes ſuas laudes tacet alterius refert. lib. 8, c. 8. n. 14
Joannes inter Evangeliſtas intendit ſcribere Chriſti divinitatem. lib. 8. cap. 12. num. 63. 64. 65
Ex eo quod Joannes Virginem imitabatur in conſtantia promeruit ut ei daretur in Matrem l. 8. c. 17. n. 85
Eximius amor inter Joannem, ac beatiſſimam Virginem. l. 8. c. 17. n. 96. & l. 9 c. 8. n. 33
Joannes valde perſpicax mente. lib. 9. cap. 6. num. 23
Joannis laudes non valet dicere fragilitas humanæ linguæ. l. 19 c. 8. n. 1
Joannes ſemper memor ſuorum beneficiorum. l. 9. c. 8. n. 4. 5. 6
Impetu amoris Joannes ferebatur in Chriſtum. l. 9. c. 8 n. 11
Joannis centrum Chriſti ſinus. l. 9. n. 13. 14. 15. 16
Mira Joannis humilitas. ibid. n. 15
Joannes miro affectu ſequitur Chriſtum. ibid. num. 16
Chriſtum cum perfectiſſimè diligeret Joannes adhuc magis deſiderabat diligere. lib. 9. cap. 8. num. 17
Mira excellentia Joannis, quod per antonomaſiam dicatur dilectus Chriſti. ibid n. 18
In Joanne recopilabantur omnia magnalia. ibid. num. 20
Non patiebatur Chriſtus ut aliquis defectus etiam per errorem poſſet ſuſpicari, ac præſumi de Joanne. ibid. n. 21
Singularis ac eximius amor inter Virginem, & Joannem. l. 9. c. 8. n. 23
In Joanne non vivebat Joannes, ſed Chriſtus. l. 9. c. 8. n. 24
Joannes inſtat omnium Angelorum. ibid. n. 25
Joannes promeruit ut fieret cuſtos Mariæ. ibid. num. 27
Noluit Angelus adorari à Joanne, quia Virginis cuſtos erat. ibid. n. 28
Joannes commemorat divina beneficia ſibi exhibita, tacet ſua obſequia. lib. 9. cap. 8. n. 29. 30. 31. 32
Qui diligit Jeſum diligat Joannem. lib. 9. cap. 8. num. 43
Joannes recubuit in ſede amoris. l. 9. c. 8. n. 34
Joannes non ſuper Cherubim, ſed ſuper pectus Jesu requieſcit. ibid. n. 36
Joannes altiſſimè participavit de donis Chriſti. ibid. n. 39
Cor Jesu quodammodo impreſſum in Joanne ibid. n. 40
Joannes dextrum pectus Eccleſiæ. ibidem. num. 41
Joannes veluti ſpongia à pectore Chriſti hauſit myſteria. l. 9. c. 8. n. 43
Altiſſimam cognitionem è pectore Chriſti Joannes participavit. ibid. n. 44
Chriſtus conſtituit Joannem vicarium ſuæ Eccleſiæ ad eam illuminandam. ibid. n. 45
Joannes cur depingitur juvenis. l. 9. c. 8. n. 29
Joannes inſtruit, & docet Angelos. lib. 9. c. 8. n. 46. 47
Joannes non ſolum volavit ſuper alios Evangeliſtas, ſed etiam ſupra ſeipſum. lib. 9. c. 8 num. 48
Admiratur Petrus quod Chriſtus de Ioanne non agat. ibid. n. 50
Mors & labor Ioannis conſortio fit levis. lib. 9. c. 8. n. 55
Joannes recreat animum, triſtitiam expellit. l. 9. c. 8. n. 56
Joannes omnibus benevolus nemini moleſtus ibid. n. 59
In Joanne omnia naturæ dona. ibid. n. 60
Mira Joannis lenitas ac manſuetudo. ibidem num. 61
Joannes valde pulcher, ac elegans, ibidem num. 61

Joſeph ab Arimathæa.

Cur ſic dictus. l. 8 c. 21. n. 2
Joſeph Virtutibus excelſus. ibid. n. 4
Joſeph Angliæ Apoſtolus dictus. ibid. n. 6
Joſeph Dives & bonus vir. l. 8. c. 21. n. 15. & ibi hoc quam rarum.
Ex Jesu crucifixo animatur Joſeph. ibidem. num. 20
Joſeph ut pote nobilis præclarum facinus aggreditur, l. 8. c. 21. n. 22

Joſeph Virginis hortatu periit corpus Jeſu. ibid. num. 29
Joſeph Seraphinis præferendus. lib. 8. cap. 21. num. 64

Ira.

Ira miſericordia temperetur. lib. 7. cap. 18. n. 15. 16. 17
Ira ſic excæcat mentem, ut faciat agere contra proprium honorem. l. 8. c. 4. n. 113. 114. 115
Divina, ac magna non proponenda durante vi furoris, ſed ſedata ira. l. 8. c. 16. n. 19. 20. 21
Aliorum gloria decantata coram regibus, ſtimulus ad iram. l. 8. c. 21. n. 33. 34. 35
Ira decoquenda antequam ad pœnam deveniatur. l. 9. c. 5. n. 36. 37. 38
Ira non admittit rationem ac prudentiam. ibid. num. 38

Irridere.

Magnum malum quod noſtri irriſionis ſint inimicorum ludus. l. 8. c. 11. n 8.
Irriſori ac illuſori non eſt reſpondendum. lib. 8. c. 8. n. 16

Judæus.

Judæus periit malis paratis Domino ſuo. l. 8. c. 3. n. 15 & 16
Judæus igne periit. ibid
Milites cadentes retrorſum ſignificarunt Judæorum caſum. l. 7. c. 3. n. 96
Judæi relicto Jeſu vero Meſſia in lege veteri abrogata errantes perſiſtunt. l. 8. c. 8. n. 104
Judæi perdiderunt veram doctrinam ac ſiniſtram tenent. l. 8. c. 3. n. 136
Judæi fide & cognitione Dei privati. lib. 8. c. 4. num. 141
Ignis Judæos comburit, non vero illuminat. l. 8. c. 5. n. 74
Judæi cognoverunt Chriſtum abſentem non præſentem; gentiles è contra. lib. 8. cap. 7. num. 24
Cum Judæi clamant ſanguis ſuper nos, & ſuper filios noſtros, tantum pœnam pro hæreditate relinquunt filiis ſuis. lib. 8. cap. 9. num. 41. 42
Judæi ſibi ſolicitant & trahunt pœnas. l. 8. c. 9. num. 44.
Judæorum crudelitas cum leone famelico comparatur. l. 8. c. 12. n. 11
Judæi pœna talionis diviſi per quatuor mundi partes. l. 7. c. 14. n. 21
Judæorum populus diviſus & dilaceratus. lib. 8. c. 14. n. 27. 28
Judæi ultimo loco ad fidem converſi. l. 8. c. 14. num. 56
Judæorum durities ad fidem. lib. 8. cap. 18. num. 4
Judæi repudiati. l. 8. c. 18. n. 4
Judæorum mens in tenebris. l. 8. c. 19. n. 16
De interitu Judæorum dolet Jeſus. lib. 8. c. 19. num. 16
Omnia Judæorum ſciſſa & patefacta. lib. 8. c. 19. num. 38
Judæi ſparſi & diviſi. l. 9. c. 19. n. 36
Arguitur durities Judæorum. lib. 8. cap. 19. num. 52

Judas.

Quare evangeliſta notat circunſtantiam temporis, quo Judas exiit ad Judæos. lib. 7. cap. 3. n. 10. 11. 12
Judas ſponte pergit ad Judæos avaritia excæcatus l. 7. c. 3. n. 27. 28
Avaritia excæcavit cor Judæ. lib. 7. cap 3. numero 34
Chriſtus in parvo à Juda reputatur. lib. 7. cap. 3. num 40
Valdè abjectè venditus eſt Chriſtus à Juda. l. 7. c. 3. n. 41. 42
Judas cum Judæis malè locutus eſt contra Chriſtum. l. 7. c. 3. n. 46
Quodnam eſſet pretium per quod Judas Dominum vendidit. l. 7. c. 3. num. 33. 34. 35 36. & 60. 61
Judas Magiſtri manſuetudine inſolentior. l. 7. c. 3. n. 121
Chriſtus Judam excitat ad pœnitentiam. lib. 7. cap. 6. n. 10
Judas ſacram Communionem accepit. l. 7. c. 7. n 6. 7. 8
Judas quia ei erat marſupium gladium deferebat l 7. c. 10. n 79
Judas miniſtrorum auctoritate vult ſuam iniquitatem defendere. lib. 8. c. 3. n. 8
Cur Judas per oſculi ſignum tradit Chriſtum. l. 8. c. 3. n. 22. 23. 24. 25
Judæ oſculum fuit valde amarum Chriſto. lib. 8. cap. 3. n. 42
Judas deſperatione periit. l. 8 c. 5. n. 13
Judas ſtrangulatus, ac in fruſta cæſus periit. l. 8. c. 6. n. 47
Judas multos habuit terrenos. l. 8. cap. 6. numero 48
Judas corpus, & animam ſuſpendit. l. 8. c. 6. numero 50
Judas dæmonum collega. ibid. n. 51
Judas congruenti pœna ſuo delicto periit. l. 8. c. 6. n. 49
Malum quod Judas armavit contra Dominum in ipſum revertitur. lib. 8. cap. 6. numero 54

Judex, ſeu, *judicare in judicio*

Judex ac prælatus communes vias teneat, extraordinarias fugiat. lib. 7. cap. 5. num. 211. 212
Chriſtus & ſi ut homo recuſet calicem, ut Deus tamen Judex ſervat ſententiam ſuam. l. 8. c. 2. n. 204
Judicis tribunal maximè formidandum. l. 8 c. 2. n. 177
Judices iniqui, miniſtros habent iniquos. l. 8. c 7. n. 74
Preces potentium, judicem, ac juſtitiam ſubvertunt l. 8. c. 6 n. 8
In mundano tribunali, nulla eſt veritas. l 8. c 7. num. 45
Judex qui ab alio dependet timore, vel favore deviat à veritate. lib. 8. cap. 7. numero 46
Judex ſi juſtitiæ attendit non invenit cauſam ad iniqua agenda, at verò ſi corrumpatur multas invenit cauſas. lib. 8. cap. 14. numero 37
Judex firmus ſit in ſententia ſemel rectè prolata. l. 8. c. 14. n. 69. 70
Judex aliquando ſit inſtar petræ. lib. 8. cap. 14. numero. 70
Judex ſit alienus ab omni affectu ſanguinis. l. 8. c. 18. n. 21
Judex ſe & alios eidem ſententiæ ſubjiciat. l. 8. c. 12. n. 75
Judex expers ſit timoris, & non ſit acceptor perſonarum. l. 9. c. 4. n. 33. 34. 35. 36

Judex ſit independens ad recte agendum ſuum munus. l.9.c 9.n.12.13.14

Judicare, ſeu Judicium temerarium.

Judicia humana diſſipantur. l. 7. c. 1.n.54
Iniquus quæ ſunt ſalutis perditionem reputat. l. 7. c. 1. n. 55. 56. 57
Juſti ex ſe judicant de aliis. l. 7. c.6.n.39
Chriſti diſcipuli non audent de proximo male judicare. l. 7.c.6.n.40.42
Judicio temerario percutitur proximus. lib.7.c.6. num. 42
Homines judicant pro eo quod quiſque fuit, non prout eſt. l. 7. c. 13. n. 21
Impii ſolum ſe magnos judicant, alios parvos. l. 7. c. 13. n. 136
Magni principis eſt ſe abſtinere ab judicio errantis populi. l. 8. c. 3. n.147.148.149
Pontifex Judaicus à ſua dignitate privatus. l. 8. c. 4. n. 109

Judicium finale.

Vox Dei damnantis plena horroris. lib. 7.cap.6. num. 23
Memoria judicis ſemper ſit ante oculos. lib. 7. c. 11. n. 32
Vox Dei judicantis maxime terrifica. lib. 8. c. 3. num. 94
Ultimi judicii recordatio inſervit ad percipiendos redemptionis fructus. lib. 8. cap. 13. num. 219
Deus Judex terret, ut ſolum timorem cogitemus. l. 8. c. 16. n. 29

Juramentum.

Qui jurat ſe indignum fidei judicat. lib.8.cap.5. num. 81

Juriſdictio.

Inter Principes frequens eſt contentio de juriſdictione. l. 7. c. 8. n. 29

Juſtitia.

Juſtitia ac beneficentia æqualis ſit ad omnes. l. 7. c. 8. n. 27
Juſtitia labore ac preſſura obtinetur. lib. 7. c. 14. n. 17. 18. 19
Juſtitia per ſe imperat, injuſtitia rationibus colorare nequitiam vult. lib.7.cap.15.num.80. 81. 82
Juſtitia miſericordia temperetur. lib. 7. cap. 18. n. 15. 16. 17
Prætextu juſtitiæ iniqua agere duriſſimum. lib.8. c. 3. n. 64. 65

Juſtificatio.

Nullus in ſua juſtificatione ſe ſecurum exiſtimet. l. 7. c. 15. n. 41

Juvenes.

Juvenes ad ſecularia, ſenes ad ſpiritualia apti ſunt l. 9. c. 7. n. 62. 63

Juſtus.

Juſti non ſuæ utilitati, ſed communi ſtudent. l. 7. c. 1. n. 8
Chriſtus juſtos dicit ſuam animam ac Spiritum. l. 7. c. 5. n. 72
Juſtus quamvis perfectus adhuc habet aliquid ad purificandum. l. 7. c. 5. n. 223
Juſti non multum confidant de ſe. lib. 7. cap. 6. num. 31
Juſtus ac prudens timet malum imminens, minime verò iniquus. l. 7. c. 6.n.32
Juſtus ex ſe judicat de aliis. l. 7.c.6.n.39
Juſti potius timent culpam quam pœnam. lib. 7. c. 6. n. 63
Juſtus tanquam inutiles ac inanes reputat mundanos. l. 7. c. 13.n.131
Juſti in unum coadunantur. lib. 7. cap. 25. n.23 24. 25
Id quod mundanis eſt ad delicias juſtis inſervit ad Spiritus fomentum. l. 9. c. 10.n.15.16
Juſtus ſerviens Deo mundi odium contra ſe excitat. l. 7. c. 15. n. 93. 94. 95. 96
Juſtorum labor vertitur in gaudium. lib. 7. cap. 18. n. 55. 56. 57
Juſtorum afflictio brevis, gaudium æternum. l. 7. c. 18. n. 60
Juſti de aliorum bonis tanquam de propriis gaudent. l. 7. c. 19. n. 5
Juſto omnia ſecura, iniquo omnia periculis plena. l. 8. c. 3. n. 13
Juſtus rubeſcit de peccato, non ſic iniquus. l. 8. c. 3. n. 101
Juſti aſpiciunt futura peccatores ſolum terrena. l.8.c.3.n.102
Juſti verna temperie delectantur peccatores hiberno frigore premuntur. lib. 8. cap. 5. numero 73
Maximè damnatur homo ex juſtorum approximatione. l. 8. c. 6.n.29
Pœnæ injuſtos indicant ſupplicia iniquorum, ac peccatorum. lib. 8. cap. 12. num.105.106. 107. 108
Chriſtus vehementer diligit ſuos juſtos. lib. 8. c. 18. n. 57
Juſtus ſi aliquando delinquit magnam verecundiam habet à conſpectu Dei. lib.9.c.1.n.127. 128. 129
Juſtus à Dei conſpectu habet verecundiam, non verò peccator. ibid
Juſtis in opere charitatis ſibi chariores vult ſocios. l. 9. c. 2. n. 58. 59. 60
Juſti ſuſtinent apud ſe peccantes ad emendationem. l. 9. c. 3. n. 40
Juſti triſtantur de aliorum lapſu, gaudent de bono illius. ibid. n. 41
Requies fugienda operi ac labori incumbendum. l. 7. c. 7. n. 158
Labores ac dura cum gaudio ſuſcipienda. l.7.c.7. n. 305. 306
Chriſtus per mortem ac labores obtinuit regnum cœlorum, ſimiliter & nos illud debemus aſſequi. l. 7.c.8.n.50.51.52.53
Maximè damnandum qui vult regnum, & non vult labores. l. 7. c. 8. n. 53
Ex laboribus multum utilitatis. l. 7. c. 10. numero 17
Finis laboribus magna conſolatio. lib. 7. cap.11. num. 25. 26
Labore ac preſſura obtinetur præmium ac fructus juſtitiæ l. 7. c. 14. n. 17.18.19
Labore ac tentatione purgatur homo, & fit fortior. l. 7. c. 14. n. 32.33.34.& 35
Extrema damnatio quod homo non purgetur laboribus. l. 7. c. 14. n.33
Labor veluti medicamentum ad magnos fructus. l. 7. c. 14. n. 34. 35
Labore ac preſſura iniqui deficiunt, juſti augentur. l 7.c.14.n.38.39.40
Ex Jeſu comite in laboribus magnum levamen, & magna ſuavitas. lib.7.c.15.num.87. 88. 89. 90
Multum lætificat ſi tuos labores agnoſcat ille pro quo laboras. l. 7. c. 15. n.59
Ne ſemper homo prematur labore. lib. 7.cap.18. n.14. 15. 16. 17

Quod

Quod laborioſe inquiritur dulcius inventum habetur. l. 17. c. 18. n. 39
Labor juſtorum vertitur in gaudium. lib. 7. c. 18. n. 55. 56. 57
Juſtorum labor brevis gaudium æternum. l. 7. c. 18. num. 60
Labores tolerandi ut anima fruatur ſpirituali dulcedine. l. 7. c. 18. n. 67
Labor ac preſſura pro magno dono datur à Deo, l. 7. c. 19. n. 91. 92
Per laborioſa incedendum, ut ad amœnitatem deveniamus. l. 8. c. 2. n. 9
Labores reverenter tanquam quid divinum ſuſcipiendi. l. 8. c. 2. n. 76. 77
Labor pro Chriſto dulcis requies. lib. 8. cap. 2. numer. 193
Chriſtus plus ſentit ſuorum labores quam proprios. l. 8. c. 4. n. 54 55. 56
Labores ac tribulationes vanitatem excludunt. l. 8. c. 5. n. 121
Per ſpinas ac labores comparatur æterna vita. l. 8. c. 11. n. 50. 51. 52
Quilibet ſuos habet labores. l. 8. c. 13. n. 120
Labores ac preſſuræ oſtendunt hominem dilectum Dei. l. 8. c. 14. n. 77
Labores ducunt nos ad Dei cognitionem. lib. 8. c. 16. n. 52
Magna prudentia ut ſuas pœnas convertat homo in virtutum actus. l. 8. c. 16. n. 53. 54
Cœlum per crucem ac labores obtinetur. l. 8. c. 16. n. 101
Conſideratione paſſionis Chriſti omnis labor, & paſſio fit levis. l. 8. c. 17. n. 77. 78. 79
Qui labores cum Jeſu patitur fit veluti illius conſanguineus. l. 8. c. 17. n. 90
Prudens agnoſcit laborem ſibi adjunctum, tacet honorem. l. 8. c. 17. n. 103. 104
Pius animus nullo labori parcit in Dei obſequio. l. 9. c. 1. n. 41
Per labores ac certamina corona obtinenda. l. 9. c. 9. n. 23. 24
Unde quis habet laborem inde quis habeat requiem l. 9. c. 1. n. 72
Præteritus labor blanditur ad incrementum lætitiæ. l. 9. c. 1. n. 99
Chriſtus majorem partem laborum ſibi reſervat minorem dat ſuis. l. 9. c. 4. n. 58
Per labores ac paſſiones conſecratur corpus ad magnum cultum. l. 9. c. 5. n. 60
Laborantibus ac ærumnoſis Deus adeſt. l. 9. c. 6. num. 9
Societas in laboribus eos mitigat. lib. 9. cap. 8. num. 52

Lacrymæ.

Lacrymæ acuunt mentem ad intelligenda divina. l. 7. c. 18. n. 47
Lacrimæ ſuas habent voces efficaces ad Deum. l. 8. c. 5. n. 100
Prius plorandum coram Deo, deinde coram hominibus. l. 8. c. 5. n. 108
Solitudo quærenda ad lacrymandum. l. 8. cap. 5. n. 112
Veræ lacrymæ vanitatem excludunt. l. 8. cap. 5. n. 119. 120. 121
Lacrymæ feſtinæ dulces. l. 8. c. 5. n. 125
Cum lacrymis conſequentia adjunxit Petrus. l. 8. c. 5. n. 124
Lacrymæ ſic abluunt peccatum, ac ſi non fuiſſet. l. 8. c. 5. n. 136
Semper flendum. l. 8. c. 5. n. 135
Non flendum pro temporalibus. lib. 8. cap. 12. num. 87
Plorandum pro peccatis ut abluantur. l. 8. cap. 12. num. 88
Illæ Lacrimæ ſunt valde acceptæ Jeſu quæ recolunt myſterium paſſionis ejus. lib. 8. cap. 12. n 93. 94
Lacrymæ ad omnem locum habent aditum. l. 9. c. 2. n 50
Peccatum quamvis tranſlatum lachrimandum. l. 9. c. 10. n. 39
Magna lacrymarum copia pro tollendis peccatis. l. 9. c. 6. n. 39. 40
Pro peccatis oculi in fletus lacrymarum reſolvantur. l. 9. c. 6. n. 40

Latinus.

Lingua Latina in illuſtriori loco poſita. l. 8 c. 14. num. 57
Lingua latina in magna æſtimatione. ibid

Lætitia.

Vide *Gaudium.*

Latro.

Quomodo dicitur quod Latrones blaſphemabant. l. 8. c. 16. n. 5. 6. 7
Magna miſeria impii Latronis, quod periit janua cæli aperta. l. 8. c. 16. n. 14. 15. 16. 17
Bonus Latro prius agit de ſocio quam de ſe. l. 8. c. 16. n. 22. 24. 25
Bonus Latro doctor, ac magiſter in cruce. lib. 8. c. 16. n. 24
Bonus Latro Dei timorem ante omnia habet in ore. l. 8. c. 16. n. 30. 31
Bonus Latro ſe ipſum accuſat. lib. 8. cap. 16. numer. 33
Bonus Latro petit à Chriſto veniam præmiſſa confeſſione. l. 8. c. 16. n. 24
Latro converſus ex interceſſione Virginis. lib. 8. c. 16. n. 50
Multiplici ratione explicatur unde bonus Latro Chriſtum crucifixum cognoverit verum Deum. l. 8. c. 16. n. 60 61. 62. 63
Latro furandi arte ſibi præoccupat regnum. l. 8. c. 16. n. 75
In ſancto Latrone virtutes Theologicæ. l. 8. c. 16. num. 82
Latro in cruce extitit Petrus ſua ingenti fide. l. 8. c. 16. n. 83. 84. 85
Spes ſancti Latronis ingens. ibid. n. 86 87
Bonus Latro ardenter Chriſtum amavit. l. 8. c. 16. n. 88. 89
Sanctus Latro multiplici laureola coronatur. l. 8. c. 16. n. 92
Sanctus Latro Martyr. l. 8. c. 16. n. 93. 94
Excellens Latronis virtus novo præmio, novo modo fuit remuneranda. lib. 8. c. 16. num. 132. 133
Latro veluti primogenitus fructus ex ſanguine Chriſti realiter effato. l. 8. c. 16. n. 136
Latro licet poſtremus veniat dicitur tamen primus in regno. ibid. n. 137

Lavare.

Peccata lacrymis abluenda. l. 8. c. 12. n. 88

Laus.

Laus continet commendatum ne objurgatione frigeſcat. l. 7. c. 1. n. 77. 78. 79
Animus mœſtus laudibus animatur. lib. 7. cap. 1. num. 78
Laude provocatur animus ad majora. l. 7. cap. 1. n. 77. 78. 79
Nullus ſuas laudes decantet. l. 7. c. 13. n. 83

Magna laus illius adversùs quem nullus poteſt loqui. l. 7. c. 13. n. 133
Ad alienas Laudes caligant humani oculi, Angelici neceſſarii. l. 8. c. 16. n. 61
Aliorum laudes ac encomia diſſimulanda coram magnatibus ne in ira accendantur. lib. 8. c. 21. n. 33. 34. 35
Aliorum Laudes difficiliter creduntur, abjectiones facile. l. 9. c. 2. n. 52. 53. 54

Lex.

Qui ſcit legem & peccat, graviter punitur. l. 7. c. 5. n. 264. 266. 267. 268
Amanti tota Lex facilis, non diligenti valde difficilis. l. 7. c. 13. n. 13. 14. & 15
Iniquis voluntas pro lege eſt. lib. 8. cap. 11. n. 97. 98

Lex Gratiæ.

Chriſtus deſiderabat legem gratiæ incipere. l. 7. c. 7. n. 12
Multæ excellentiæ legis novæ ſuper veterem. l. 7. c. 7. n. 239
Lex Gratiæ perpetuò duratura. l. 8. c. 10. n. 26

Lex antiqua.

Lex vetus pertranſivit, Lex gratiæ permanet in finem. l. 7. c. 7. n. 76
Lex antiqua inveteravit. l. 7. c. 7. n. 240

Liberalitas.

Liberalis ſic dat ut videtur accipere. lib. 7. cap. 7. n. 21. 22
Liberalitas largior ex receſſu. l. 7. c. 11. n. 105
Liberalis aliorum obſequia commemorat, ſua gratuita beneficia tacet. lib. 7. cap. 13. num. 4. 5. 6. 7
Vir magnanimus debitum acceptat in meritum. l. 7. c. 13. n. 16
Liberalitas Dei ultra petita multa dat. l. 7. cap. 19. n. 12. 13

Lingua.

Lingua adhæreat menti. l. 7. c. 13. n. 76
Lingua mendax, ſemper præſumitur mendax. l. 7. c. 5. n. 101
Injuria quam una mala lingua intulit; multiplex lingua neceſſaria ad eam delendam. l. 8. c. 14. n. 63. 64. 65
Quatuor linguæ inſervierunt ad myſteria Calvarii. l. 8. c. 18. n. 3
Chriſtus nobilitavit omnes linguas. ibid. n. 4
Lingua totius orbis interitus, machinatur. lib. 8. c. 8. n. 15. 16
Lingua Latina. Vide *Latinus*, *loquor.*

Locus.

Ultimus locus honorabilior. l. 8. c. 14. n. 57
Nullus locus eſt adeo ſacer, in quo ſit ſecuritas. l. 9. c. 3. n. 55. 56

Loquor.

Cum unus male loquitur facilè alii ſequuntur. c. 1. n. 46. 47. 48
Lingua pura dum loquitur laſciviæ voces fugit. l. 7. c. 3. n. 47. 48
Ex modo loquendi agnoſcebantur Chriſti Apoſtoli. l. 7. c. 4. n. 42
Quilibet loquitur prout eſt. l. 7. c. 17. n. 29
Clara locutio index altiſſimæ cognitionis. l. 7. c. 19. n. 76. 77. 78
Claritas in verbis amoris index. l. 7. c. 20. n. 111. 113
Coram indignis non eſt loquendum de divinis. l. 8. c. 4. n. 91
Ex modo loquendi deprehenditur veritas. l. 8. c. 5. num. 26
Juſtus fugit loqui cum mendacibus ac deceptoribus. l. 8. c. 7. n. 55
Suſurrones bona prætereunt, quæ iram accendunt evulgant. l. 8. c. 11. n. 95. 96
Injuria illata per unum malum ſermonem, multiplex ſermo neceſſarius ad talem injuriam delendam. l. 8. c. 14. n. 63. 64. 65
Juſti dicunt bona, tacent mala. l. 8. c. 20. n. 13
Locutio cum muliere fiat magna cautela ne faciat parvam ſuſpicionem. l. 9. c. 1. n. 96
Multum loquax parvus in opere. l. 9. c. 1. n. 108
Qui de Deo loquitur Deum habet comitem. l. 9. c. 3. n. 11. 12. 13
Ubi bona locutio, ibi Spiritus Domini. ibidem num. 13
Valde diverſum eſt idem verbum hac, vel illa intentione loqui, vel dicere. l. 9. c. 3. n. 65
Locutio ſuum auctorem indicat. lib. 9. cap. 3. num. 114

Lucrum.

Proprium Lucrum diſcordias, ac lites generat. l. 7. c. 19. n. 86. 87
Homines ſolum venerantur eum à quo lucrum ac emolumentum expectant. lib. 9. cap. 3. n. 88. 89
Homines quæ ſunt Dei contemnunt, mundana ob lucrum diligunt. l. 9. c. 6. n. 13
Multi Prælati invigilant in oves ob lucrum. l. 9. c. 7. n. 48

Lux.

In Jeſu nova Lux eſt orta. l. 8. c. 19. n. 14

Luxuria.

Voces laſciviæ ſonantes fugiendæ. lib. 7. cap. 3. n. 47. 48
Carnis voluptas mentem obcæcat. lib. 9. c. 6. n. 29

M

Magdalena.

MAgdalena omnia ſua conſecrat Chriſto. l. 7. c. 1. n. 34
Magdalena oſtendit ſuam fidem, amorem ac gratitudinem erga Chriſtum. l. 7. c. 1. n. 37
Magdalenæ opera nunquam ſilenda. lib. 7. cap. 1. num. 91
Magdalena magna conſtantia ac doloris ſignis quærebat Jeſum in ſepulchro. l. 9. cap. 2. num. 33
Magdalena magno Chriſti amore vulnerata. l. 9. c. 2. n. 57
Magdalena volebat Apoſtolos ſibi ſocios in charitatis opere. l. 9. c. 2. n. 58
Magdalena ſolum Deum quærebat. lib. 7. cap. 2. num. 78
Magdalena perfecta converſa eſt in Chriſtum. l. 9. c. 3. n. 94
Magdalena ob ſuum eximium amorem in Chriſtum, dicta eſt Maria. l. 9. c. 3. n. 96. 97
Magdalena Apoſtolorum Apoſtola. lib. 7. cap. 2. n. 100
Veſtigia digitorum Chriſti impreſſa in fronte Magdalenæ. l. 9. c. 2. n. 101

Magiſter.

Magiſtri reverentia neglecta fuit in Juda cauſa ſuæ proditionis. l. 7. c. 3. n. 18
Magiſter prius in ſe habeat, quod aliis efficere curat. l. 7. c. 10. n. 36. 37. 38
Valdè crudele ſævire in magiſtrum. lib. 8. cap. 5. num. 191
Qui Magiſtro adhæret uſque ad ultimum diſceſſum jus habet ad bona. lib. 8. cap. 17. num. 10.

Magnum, ſeu Magna.

Ut magna habeas prius perfectionem comparare debes. l. 7. c. 10. n. 44
Non feſtinanter ſed diuturna virtute magna habentur. l. 7. c. 10. n. 45 46
Chriſtus ſibi humilia retinet, nobis dat magna. l. 7. c. 14. n. 61
Magnus magis timeat cum magis habeat ut perdat. l. 8. c. 2. n. 54
Magnitudo cum humilitate connectenda eſt. l. 8. c. 2. n. 150. 151. 152
Magni nullum timent vel reverentur. l. 8. cap. 11. num. 89
Qui Deum conſiderat magna aggreditur. l. 8. c. 21 n. 22. 23
Magnitudo ac ſublimitas ex utilitate creditur. l. 9. c. 4. n. 52
Ad magna non imperfecti, ſed perfecti aſſumuntur. l. 9. c. 7. n. 61

Malitia.

Qui peccat metu dignus eſt venia, non vero, qui malitia. l. 7. c. 6. n. 53
Malitia rationibus non acquieſcit ſed magis augetur. l. 8. c. 4. n. 90
Malitia perverſa ad ſui interitum dat materiam. l. 8. c. 11. n. 40

Malum.

Malis, ac bonis Deus erigit mentem hominis. l. 9. c. 10. n. 33. 34
Prævifa mala facilius tolerantur. l. 7. c. 15. n. 19 & c. 16. n. 57
Ex malis illatis ab impiis Deus deducit bona. l. 7. c. 16. n. 33
Gravior dolor ab imminenti malo. l. 7. c. 18 n. 63
Bona opera non ſunt conjungenda cum malis. l. 8. c. 3. n. 30. 31. 32
Mala quæ impii machinantur in juſtos in ipſos retorquentur. l. 8. c. 3. n. 140. 141
Dei ſapientia malum accommodat ad adjuvandum bonum. l. 8. c. 5. n. 39. 40. 41
Ex aliorum malis quis propria conjiciat. l. 8. c. 12. num. 95
Deus ex noſtris malis educit multa bona lib. 8. c. 20. n. 29

Maria Virgo.

Maria Virgo ſuo pio intuitu omnia protegit ac fovet. l. 8. c. 17. n 94
Cum Maria habemus omnia, quæ nobis opus ſunt. l. 8. c. 17 n. 99
Mariæ patrocinium ſalus fidelium. l. 8. c. 18. n. 70. 71. 72
Mariæ patrocinium majus quam intelligentia poſſit apprehendi. l. 8. c. 18. n. 70
Mariæ patrocinium in omni inſtanti, & nunquam ceſſat. l. 8. c. 18. n. 71
Mariæ dona in nos derivantur, & quod Mariæ eſt cunctorum eſt. ibid. n. 72
Maria omnem amaritudinem depellit. l. 8. cap. 13. num. 19
In vultu Virginis tota ſeries paſſionis Chriſti repræſentabatur. l. 8. c. 21. n. 56
Maria pura ab omni peccato originali. l. 8. cap. 21. n. 66. & n. 85
Solus qui repletus eſt Dei gratia poteſt obſequia exhibere Beatæ Virgini. l. 8. c. 17. n. 98
Ex reſpectu ad Mariam Petrus donis cumulatur. l. 8. c. 5. n. 94
Virgo Maria juxta crucem ſtabat magna conſtantia, abſque aliqua perturbatione. l. 8. c. 17. num. 15
Tanta Mariæ conſtantia divina erat utpote matris filii Dei. ibid. n. 16
Iuxta crucem Maria matris munera adimplebat. ibid. n. 17
Maria charitate plena juxta crucem ſpectabat non filii mortem, ſed mundi redemptionem. ibid. n. 19
Maria nulla procella tormentorum potuit à Jeſu ſeparari. l. 8. c. 17. n. 20
Maria nobis parat ſecurum acceſſum ad Deum. l. 8. c. 17. n. 21
Maria aula ſupremi regis omnium virtutum. ibid. num. 22
Maria in redemptione generis humani cooperabatur ad propitiandum Deum. ibid. n. 12
Multi tituli Mariæ ad propitiandum Deum ad noſtram ſalutem. ibid
Miſericordiæ regnum Mariæ commiſſum eſt. l. 8. c. 17. n. 23
Maria ex eo quod aſtitit juxta crucem, ejus ubera ſunt plena pietatis & miſericordiæ in filios adoptivos. l. 8 c. 17 n. 23. 24. 25
Maria propinquior cruci, & nunquam ab ea diſceſſit. l. 8. c. 17. n. 34
An Virgo triduum mortis fuerit prope ſepulchrum. l. 8. c. 21. n. 78
Virgo Mater in paſſione fuit ſpecialiter à filio confortata, ne vi doloris periret. l. 8. c. 22. n. 1. & n 20
Filio mortuo & ſepulto ingens Virginis dolor, ex multis conſideratur. l. 8. c. 22. n. 2. 3. 4 5
Ingens Virginis dolor ex repræſentatione dolorum filii. l. 8. c. 22. n. 7
Idem dolor demonſtratur ex amore materno. ibid. n 8. 9. 10
Virgo in paſſione filii extitit martyr, glorioſior cæteris martyribus. l. 8. cap. 22. num. 12. 13. 14. 15. 16
Dolor Virginis in paſſione filii ſi divideretur per omnes creaturas, omnes perirent. l. 8. c. 22. num. 20
Maria honor & decus martyrum. lib. 8. cap. 22. num. 26
Virgo non ſolum martyr, ſed etiam commartyr cum Chriſto. ibid. n. 27
Quilibet dolor Chriſti multiplex erat in matre. ibid. n. 28
In Virgine præſtantiſſima martyrii aureola. l. 8. c. 22. n. 33. 34. 35. 36
Magnum Virginis deſiderium de filio ſuo ſepulto. l. 8. c. 22. n. 38 39. 40. 41
Ingens matris Mariæ dolor. l. 8. c. 22. n. 43. 44. 45
Ingens deſiderium ſolum filii præſentia ſatiatur. ibid.
Solitudo Virginis dolorum exceſſus. lib. 8. c. 23. num. 46
Ex ſolitudine creſcit affectus. ibid. n. 48
Multum requiritur ad ſolitudinem ſuſtinendam. l. 8. c. 22. n. 49. 50
Solitudo ingens tormentum, ac veluti quoddam ſepulchrum. l. 8. c. 21. n. 56. 57. 58
Ingens Virginis dolor ſilentio venerandus. lib. 8. c. 22. n. 71
Virginis dolor utpote maximus totus internus. l. 8. c. 22. n. 60. 61. 62. 63
Sepulchrum commune filio ac matri. lib. 8. c. 22. num. 85
Prima Chriſti apparitio poſt reſurrectionem facta eſt Beatiſſimæ Virgini Mariæ. l. 9. c. 1. num. 78. 79. 80

Chriſtus

Chriſtus reſuſcitatus fuit maxime lætitia Virginis Mariæ. l.9.c.1.n.52.53
Chriſtus acceleravit reſurrectionem ſuam ob matris levamen. l.9.c.1.n.54
Quomodo hæc apparitio facta eſt Virgini. ibid. num. 55
Cur Evangeliſtæ de hac apparitione ad Virginem non faciunt mentionem. l.9.c.1.n.56
Mariæ nomen recreat ac illuminat. lib.9.ca.p.3.n. 96.97
Maria Virgo prima acceſſit ad crucem cujus exemplum ſequuntur piæ fœminæ. lib.8.c.17. n.36.37.38
Maria prima ac præcipue particeps dolorum Chriſti. ibid.
Ingens dolor Virginis, cum datus eſt ei Joannes in filium. l.8.c.17.n.40
Efficaciter Virgo Mater apud filium negotiatur noſtram ſalutem. lib.8.cap.17.num.45. 46.47
Jeſus maxime inclinatus in Mariam. lib.8.cap.17. num. 49
Honorificentia Virginis Mariæ omnium conſummatio. l.8.c.17.n.64
Chriſtus maxime voluit honorari & coli Virginem matrem. l.8.c.17.n.66
Chriſtus maxime gaudet filium dici Mariæ. l.8. c.17.n.71
Mariæ nomen mortem fugat. ibid. n.73
De Maria Virgine ſolus Deus naſci poterat. lib.8. c.17.n.81.82
Virgo Maria veluti Chriſti ſignum naturale. l.8. c.17.n.83
Maria Virginum Mater. ibid. n.86
Solus qui cognoſcit Dei celſitudinem, poteſt Beatiſſimam Virginem cognoſcere ac colere. l.8. c.17.n.87
Virgo Maria data eſt omnium fidelium mater. l.8. c.17.n.91.92.93.94

Martyrium, ſeu *Martyr*.

Roma condecoratur magno martyrum numero. l.7.c.16.n.34
Quos Deus maxime diligit martyres fieri concedit. l.9.c.7.n.56.57.58
Pro ſumma dilectione ac præmio conceditur mori pro Chriſto. ibid

Mater.

Religioſiſſimum eſt matrem honorare. lib.8.c.17. num.63
Matris conſolatio mors cum filio. lib.8.cap.22. num.42

Medium.

Deus per Malorum media parat bona. lib.9.c.5. num.50

Metus.

Qui peccat metu, dignus venia, non verò qui malitia. l.7.c.6.n.53
Deus metu colendus eſt. l.9.c.5.n.79

Medicamentum, ſeu *Medicina*.

Medicina applicanda ubi vulnus eſt medicabile. l.8.c.3.n.70
Deus de peccatorum morbis ſcit educere eorum medicinam. l.8.c.5.n.38.39.40.41

Mendax, *Mendacium*.

Homines in ſuis promiſſionibus aut mentiuntur aut minuunt. l.7.c.19.n.12.13
Veritas à mendace non creditur. l.8.cap.3. n.89.90
Lingua mendax ſemper præſumitur mendax. l.8. c.5.n.101
Mundialia negotia plena mendaciis. lib.8.cap.7. num.39
Princeps non vera ſed mendacia audit. l.8.cap.7. num.40
Juſtus fugit loqui cum mendacibus, ac deceptatoribus. l.8.c.7.n.55
Mendacium facile creditur, veritas difficiliter. l.6. c.2.n.52.53.54
Regis titulus ac corona ex meritis. lib.9.c.9.n.23. 24.25

Meritum.

Deus in præſenti habet merita ut remunerentur, culpæ vero in præterito ut obliviſcentur. lib.7. c.5.n.236
A meritis ſedentis ac regnantis, nobilitatur ſedes, & regnum. l.7.c.11.n.36.37.38
Corona ab indigno devenuſtatur, à merente ſublimatur. ibid.n.38
Vir magnanimus debitum acceptat in meritum. l.7.c.13.n.16
Mundus invidet dignitates, non vero merita. lib.7. c.15.n.92
Qui habet manum ad puniendum, habeat & manum ad remuneranda merita. l.7.c.13.n.25.26. 27.28
Quod ſufficit ad meritum, non ſufficit ad votum. l.7.c.18.n.9
Quod favore obtinetur cadit, quod meritis perſeverat. l.8.c.5.n.44.45.46
Magna nobilitas propria merita tacere, & aliena dicere. l.8.c.17.n.57
Et ſi merita ſint æqualia junior ob majores vires antecellit. l.9.c.2.n.6
Prius fiunt merita, quam dignitas. l.9.c.2.num.78. 79.80
Ante dignitatem fiat evidentia meritorum. lib.9. c.7.n.15
Qui meretur donum, datum cogitat ex favore ſecus indignus. l.9.c.9.n.29
Corona fit ex meritis. l.9.c.9.n.22.23.24

Menſa.

Menſa condita fit ſacra rerum lectione. l.9.c.10 num.14
Magna dignitas recumbere ad menſam. l.7.cap.5. n.244
Magna Chriſti majeſtas ac benevolentia, qui ſuos ſecum habet in menſa. l.7 cap.7.num.72. 73.74

Myſterium.

Magna myſteria ſilentio veneranda. lib.8.cap.17. n.107.108
Animus virilis ad myſteria aſſumitur. lib.7.cap.4. num.37
Magna myſteria ſecreto agenda. lib.7.cap.4.numero 51
Myſteria multa curioſitate, ac ſtudio inquirenda. l.7.c.18.n.41.42.43

Michaël.

Michaël Archangelus unus inſtar multorum Angelorum. l.8.c.2.n.144.145

Miles, vel *Militia*.

Milites ſequuntur regis exemplum. lib.8.cap.11. num.19

Miniſter.

Miniſter cogitatione ſuperioris fit cautus. lib.9. c.20.n.27
Miniſter honoratus diligentior in opere, ac venerabilior in populis. l.7.c.11.n.93.94.95
In miniſtro Dominus ſuus honoratur. l.7.cap.11. num.100

Miniſter Chriſtianus pro varietate temporum multa ſapientia utitur. l. 7. c. 14. n. 12
Si miniſter eſt independens nil timet. l. 9.cap.9. num. 14
Non omnes ad omnia apti ſunt. lib 8.cap.2.numero 21
Miniſter fidelis non rejiciendus à ſuo munere. l.8. c. 2. n. 147
Si Miniſter peccat, princeps, qui deſtinavit quodammodo tenetur ſatisfacere. lib. 8.c.3.n.181 182. & 190
Gloria boni Miniſtri in mittentem refunditur l.8. c. 3. n. 182
Magna felicitas miniſtri ope non indigere. lib. 8. num. 31
Miniſtri injuſtitia volunt ambire regis gratiam. l. 8. c. 14. n. 47
Miniſter non eſt impediendus in officio ſibi commiſſo. l. 8. c. 16. n. 107
Magna non tradenda niſi experto miniſtro. l. 8. c. 17. n. 51
Miniſter accommodet ſe loco ſibi proportionato l. 9. c. 1. n. 76

Miraculum.

Quando res obtineri poteſt via communi, miracula non requirenda. lib. 7.cap.16.num.29. 30. 31
Quare omnes fideles non faciunt miracula. lib 9. c. 10. n. 78

Miſeria, vel *Miſer.*

Deus ex noſtra miſeria provocatur ad pietatem. l. 8. c. 5. n. 59. 60
Præterita felicitas exaggerat præſentem miſeriam. l. 8. c. 11. n. 24
Miſeria noſtra non eſt declaranda homini ignoto. l. 9. c. 6. n. 6

Miſericordia, vel *Miſericors.*

Miſericordia Deo à natura ſua. l.7.c.5.n.51
Ex ſimilitudine naturæ provocamur ad miſerendum. l. 7. c. 5. n. 56
Dei bonitas ex noſtra miſeria ac propenſione ad peccandum provocatur ad miſericordiam.lib.8. c. 5. n. 59. 60
Deus ex motivis ad puniendum elicit occaſiones ad miſerendum. ibid
Noſtra miſeria provocat divinam miſericordiam l. 8. c. 5. n. 92
Dei miſericordia omnes excipit, & nullum excludit. l. 8. c. 13. n. 118
Deus cito condemnat peccata, ut peccatores ſpem veniæ concipiant. l.8.c.16.n.100

Mitis, ſeu *Miteſcere.*

Verborum blanditiis miteſcit animus. l. 8. cap. 3. num. 51
Mites inveniunt Chriſtum, non verò feroces ſuperbi. l. 8. c. 3. n. 79

Modeſtia.

Impius impudens, juſtus, modeſtus & humilis. l. 8. c. 3. n. 48. 49

Mortificatio.

Illi Chriſto adhærent, qui carnem ſuam crucifigunt. l. 8. c. 13. n. 115. 116. 117
Chriſtus crucifixus nobis perſuadet mortificationem. l. 7. c. 17. n. 10

Mores.

Prius qui mores ſuos corrigat, quam aliorum velit emendare delicta. l. 8. c. 2. n. 192

Mors, vel *Mortuus.*

Mortuus non defraudandus à ſepulchrali ritu. l.7. c. 1. n. 76
Mortuis dare obſequium, omni alio pio operi præfertur. l. 7. c. 1. n. 89
Inſtruit nos Jeſus ut præparemur ad mortem. l.7. c. 2. n. 14. 15. 16
Mors ſemper ſit ante oculos. ibidem numero 15. 16
Quæ ſalutis ſunt non remittenda ad mortis tempus. l. 7. c. 5. n.6
Mortis hora prævenienda. l. 7. c. 5.n.29
Ad horam mortis ſe præparet homo. l. 7. cap.7. num. 42
Perire ſub falſis teſtibus durius ipſa morte.l.8.c.4. n. 67. 68. 69. 70
Homo ſemper ſit præparatus ad mortem. lib. 7. c. 17. n. 19. 20. 21
Mors voluntaria triſtitiam excludit. lib. 8. cap.2. num. 38
Tolerabilior mors quam vita cum ignominia. l. 8. c. 6. n. 36
Chriſti ſanguis peculiarem habet indulgentiam in mortuos. l. 8. c. 6. n. 62
Pietas in mortuos valde efficax remedium ad ſalutem. l. 8. c. 6.n 63. 64 65
In morte homo omnem ſuum honorem deponit,& ad antiquam venit utilitatem. lib.8.c.12. num. 5
In mortem tantum fert homo quæ ſua propria ſunt. ibid
Affectus, qui fuit in corpore vivo eſt etiam in mortuo. l. 8. c. 20.n.36.37.38
Cur fideles in mortis articulo dicunt hæc verba, *in manus tuas Domine commendo Spiritum meum.* l. 8. c. 12. n. 55
Chriſtus nos docuit orare pro animabus purgatorii. l. 8. c. 2. n. 46
Mortuo exhibendum ultimum officium. lib. 8. c. 21. n. 46
Dulcis mors cum filio ſeu amico, dura vita ſine illo. l. 8. c. 22. n. 40. 41
Mors cum filio conſolatio matris. lib. 8. cap.12. num. 42
Memoria mortis,via ad inveniendum Jeſum. l. 9. c. 2. n. 28
Magis dolendum de infortunio poſt mortem quam de tormentis in vita. l 9 c.2.n.37
Demortui pignus ſolatium amenti. lib 9. cap. 2. num. 38

Mulier.

Mulieris vox mentem obſcurat. lib. 9. cap. 6. numero 29
Mulier valde curioſa ſciendi ac interrogandi. l. 8. c. 5. n. 56
Mulier diaboli janua. l. 8. c 5. n. 57
Mulieres valde promptæ ad loquendum ac evulgandum ſecretum. l. 9. c. 1. n. 33. 34
Nullus cum ſola muliere loquatur. lib. 9. cap.2. num. 107

Multitudo.

Qui multitudini populi ſe opponit, valde dignus. l. 8. c. 8. n. 114. 115. 116
Ubi multitudo exceſſiva eſt, ibi diviſiones, ac contentiones. l. 7. c. 6. n. 52. 53. 54
Ubi multitudo,ibi perditio. lib.9.cap 6.num.53. 54

Mundus.

Qui ſervit mundo perit qui Deo vivit. l. 7.c.14. num. 41
Mundus invidet dignitates non merita. l. 7. c. 25. num. 92
Mundi duratio valdes brevis. l.7.c.18.n.11.12.15

Qui

Qui vincit mundum, omnes inimicos devincit. l. 7. c. 19. n. 98
Mundi gloria foris aurea, intus ſpurcitia. lib. 7. c. 19. n. 90
Chriſti ſanguis his qui peregrini ſunt in mundo, l. 8. c. 6. n. 61
Non deneges Deo quod dediſti mundo. l. 8. c. 16. n. 77. 78. 79. 80

Mundatus.

Qui mundatus eſt caveat, ne iterum coinquinetur. l. 7. c. 5. n. 163. 164. 165

Murmuratio.

Murmuratio fuit in Juda cauſa ſuæ perditionis. l. 7. c. 3. n. 18
Magna laus illius adversùs quem maligna lingua non poteſt murmurare. l. 7. c. 13. n. 135
Iniquus pacem prædicat, & de aliorum operibus murmurat. l. 8. c. 3. n. 36. 37. 38

Myſterium.

Magna Myſteria ſilentio veneranda. l. 8. cap. 17. n. 107. 108

N

Natura.

Naturæ humanæ ſimilitudo nobis facit Deum propitium. l. 8. c. 16. n. 70

Neceſſitas.

Ubi neceſſitas urget, ibi maxime providendum. l. 7. c. 14. n. 29
Habere Neceſſitatem de alterius auxilio infirmitatis nota. l. 8. c. 3. n. 167
Deus juxta rerum neceſſitates diſponit res. lib. 9. c. 2. n. 44. 45
Potius neceſſitati, quam auctoritati, ac majeſtati conſulendum. l. 9. c. 5. n. 45. 46. 47

Negare.

Qui Chriſtum negat ſe ipſum negat. lib. 8. cap. 5. num. 66
Deus aliquando diſſimulat negare beneficium, ut largius concedat. l. 9. c. 3. n. 82

Negotium.

Ex negotiis ſæcularibus maculæ contrahuntur l. 7. c. 5. n. 220
Mundialia negotia plena mendaciis. lib. 8. cap. 7. num. 39

Nobilitas.

Vir nobilis, urbanus, ac gratus. lib. 7. cap. 1. num. 10
Nobilitas generis excitamentum ad virtutem. l. 7. c. 5. n. 113
De ſua nobilitate ſecurus, nullam humilitatem reſpuit. l. 7. c. 5. n. 139
Nobilis neſcit facere dolum, quod proprium eſt ignobilis. l. 7. c. 8. n. 11. 12. 13
Magna nobilitas propria merita tacere, & aliena dicere. l. 8. c. 17. n. 57
Nobilis ex ſua nobilitate movetur ad facienda beneficia. l. 8 c. 17. n. 67. 68. 69
Nobilitas ad magna impellit. lib. 8. cap. 21. n. 24. 25. 26
Virtutem acuit nobilitas. ibid.
Loqui ſerviliter, ſed qui nobiliter educatus eſt ad magna inſervit. l. 8. c. 21. n. 26
Nobilis in dignitate non arguit crimina contra ſe facta in abjectione. lib. 9. cap. 10. num. 53
In celſitudine humilitas, in humilitate nobilitas conſideranda. l. 9. c. 3. n. 28. 29. 30

Nomen.

In nomine Dei vincitur omnis difficultas. lib. 9. c. 10. n. 88
Homines ex vitio antiquo nominant. lib. 7. cap. 1. num. 3
Peccator ſine nomine. l. 7. c. 1. n. 21. 22. 23
Glorioſius nomen ab operatione, quàm à natura proveniens. l. 7. c. 20. n. 52. 53
Nominis agnitio amicitiæ nota. lib. 8. cap. 3. numero. 59
Chriſtus nomine, & opere ſe Deum manifeſtat. l. 8. c. 3. n. 88. 89. 90
Virtus nominis Dei proſternit hoſtes. lib. 8. cap. 3. n. 89. 90
Nomen regium hominibus ſalutare. lib. 8. cap. 16. num. 71
Magna nomina non conferenda, niſi quando eorum oneri ſatisfaciendum eſt. l. 8. cap. 17. n. 52. 53. 54
Homines ſolum ſciunt tuum nomen, quando tua ope indigent.
Ob venerationem ſæpe nomen non dicitur. l. 9. c. 8. n. 66

Nova.

Novitas fugienda, antiqua conſuetudo tenenda. l. 1. c. 1. n. 88
Innovandum in vita ad fructus gratiæ percipiendos. l. 7. c. 14. n. 62. 63. 64
In nomine vitæ ambulandum. ibid.
Cum vitæ novitate omnis fortitudo. lib. 7. cap. 14. num. 64
Nova admirationem faciunt. l. 7. c. 18. n. 34

Nuditas.

Chriſtus ſua nuditate nos cooperit. lib. 8. cap. 15. num. 44. 45
Nuditas corporis valde dura viro nobili ac pudico l. 8. c. 10. n. 20. 21
Ignis veſtibus pepercit ob verecundiam ſanctorum. ibid. n. 21
Nuditas ſuper omnia tormenta. l. 8. c. 13. n. 38. 39. 40. 41

Nox.

Filii tenebrarum in nocte contra lucem armantur. l. 8. c. 3. n. 185

O

Obediens, vel Obedientia.

Qui homines non timet, ut Deo obediat multis nobilitatur. l. 7. c. 5. n. 44
Obedientia cæca. l. 7. c. 5. n. 167
Subditus etiam pietatis tegmine non ſit inobediens. l. 7. c. 5. n. 200
Qui obedire non didiſcit, imperare neſcit. l. 7. c. 8. num. 21
Ex obedientia meretur conſortium paſſionis Chriſti. l. 8. c. 12. n. 53
Totus Chriſtus obedientia ad Patrem. l. 8. c. 13. n. 96. 97
Obedientia cum gratiarum actione. lib. 8. c. 18. numero 67
Obedientia acuit oculorum aciem. lib. 9. cap. 6. num. 21

Obligatio.

Obligati teſtimonium non multum valet. l. 8. c. 20. n. 16

Obliviſci.

Culpæ Deo ſunt in præterito ut obliviſcatur, merita in præſenti ut remunerentur. lib. 7 cap. 5. num. 236
Oblivio verborum Dei ruinam parit. lib. 8. cap. 5. num. 37

Obſequium.

Pro Domini obſequio Martha omnem ſuum honorem contemnit. l. 7. c. 1. n. 14

Chriſtus cumulatiſſimè remunerat obſequia ſibi facta. l. 8. c. 1. n. 95
Laude extollitur, qui nihil ſibi retinet, ſed totum in Dei obſequium offert. l. 7. cap. 1. numero 102
Obſequia ſuis ſervis facta Dominus ſibi exhibita reputat. lib. 7. c. 5. c 261. 262. 263. 264
Magnus Dominus ſua beneficia tacet, obſequia exhibita commemorat. l. 7. c. 13. n. 4. 5. 6. 7. & 8
Deus magis recordatur noſtri obſequii quam præmii quod conferi. l. 7. cap. 8. n. 45
Qui in Dei obſequio permiſcet pia, cum malis totum perdit. l. 8. c 3. n. 30. 31. 32
Valdè gratum eſt obſequium noſtrum, quando alii deficiunt. l. 8. c. 16. n. 113
Gratus animus narrat beneficium, tacet obſequium. l. 9 c. 17. n. 58. 59
Chriſtus commemorat noſtra obſequia, tacet ſua beneficia. l. 8. c. 17. n. 60
Chriſto mortuo nobiliora dant obſequia. l. 8. c. 21. n. 12. 13
Pius animus nullo labori parcit, in Dei obſequio. l. 9. c. 1. n. 41
Animus devotus magnas expenſas facit in Dei obſequio. l. 9. c. 1. n. 43
In quibus Deo damus obſequia mercedem habebimus. l 7. c. 2. n. 48

Occaſio.

Occaſioni accommodandum. l. 7. c. 11. n. 102
Bona occaſio non omittenda. l. 7. c. 1. n. 74
Deus his opem dat quos ab occaſionibus peccati removet. l 8. c. 10. n. 102. & 103
Pro varietate occaſionum multa ſapientia utendum. l. 7. c. 14. n. 12
Occaſio peccandi etiam ſub Domini aſpectu urget ad dilectum. l. 8. c. 5 n. 114
Ab eo quod ſemel tibi fuit occaſio peccandi fuge. l. 8. c 5. n 130. 131
In occaſione propriam virtutem abſcondere, non hominis, ſed Dei eſt. l 8 c. 11. n. 100 101
Qui magna cum audacia ſpondent in occaſione deficiunt. l. 8. c. 17. n. 28. 29. 30
Cavenda res quæ fuit peccandi occaſio. l. 8. c. 9. num. 84
Bona occaſio non perdenda. l 9. c. 5. n. 39

Oculus.

Oculus animi index. l. 7. c. 6. n. 37
Dei oculi miſericordiam diffundunt. l. 8. c. 5. n. 91
Oculi Domini arguunt ſervos. l. 8. c. 5. n. 96

Odium.

Odium amore acceleratius. l. 7. c. 13 n. 6
Qui Deo ſervit mundi odium contra ſe exciat. l. 7. c. 15. n 94. 95. 96
Odium non valet ſuffocare veritatem. l. 7. c 16. num. 6
Iniquus in amoris officina odia machinatur. l. 8. c. 3. n. 45
Unde fructus, inde odium querelas armat. l. 8. c. 5. num. 45
Odium ſic excæcat mentem ut faciat agere contra proprium honorem. l. 8. cap. 4. num. 113. 114. 115
Odium nullam utilitatem reſpuit. l. 8. c. 3. n. 118
Odium non quieſcit. l. 8. c. 6. n. 4
Quædam contentio inter odium Judæorum, ac Chriſti amorem. l. 8. c. 4. n. 121. 122. 123. & c. 12. n. 45. 46

Offenſa.

Rara virtus divulgata offenſa patientiam non negare. l. 8. c. 3. n. 60
Deus conſultiſſima prudentia proprias offenſas videtur ignorare. l. 8. c. 3. n. 83. 84
Vide *Injuria.*

Officium.

Omnia officia non unus habeat ſemper, ſed per multos dividantur. l. 7. c. 18. n. 19. 20. & l. 8. c. 16. n. 109
Qui eſt independens rectè exequitur officium. l. 9. c. 9. n. 12. 13
Magnæ prudentiæ eſt nihil omittere, ut quis officium ſuum ac conſilium ſuum adimpleat. l. 8. c. 2. n. 90
In officio non te intromittas niſi vocatus. Vide *Dignitas.*
Quilibet perſiſtat in ſuo officio, & non ſe intromittat in alieno. l. 8. c. 3 n. 162. 163 164
Valde periculoſum quod quis à proprio munere reſiliat. ibid
Si plus impenditur quàm quod tui muneris id tibi in dedecus eſt. l. 8. c. 11. n. 27
Quiſque inter metas ſui officii ſeſe contineat. l. 8. c. 16. n. 75
In officio commiſſo non eſt impediendus miniſter. l. 8. c. 16. n. 107
In exercendo proprio officio omnis carnis affectus deponendus. l 8. c 1. n. 75. 76
Summa indulgentia, dilectum onere officii non gravare. l. 9. c. 8. n. 19
Vide *Dignitas.*

Offero.

Excellentiſſima Deo offerenda. l. 7 c. 1. n. 26. & 30
Præoccupate offerenda Deo, quæ agimus. l. 7. c. 7. num. 225
Gratis ſe quis ea offert Deo quæ à ſe aufert. l. 8. c. 21. n. 64
Vide *Obſequium.*

Opinio.

Firmiter homo adhæret ſuæ opinioni lib. 9. c. 2. num. 35
Plus homo defert ſuæ opinioni, quam Angelis in luce micantibus. l. 9. c. 10. n. 48

Opportunitas.

Pro opportunitate temporis præcepta danda, vel mitiganda. l. 7. c. 10. n. 97

Opus.

Aliorum opera non reprobat Petrus. lib. 7. cap. 5. num. 174
In operibus nitet operantis virtus. lib. 7. cap. 7. num. 106
Operi ac labori incumbendum. l. 7. c 7. n. 158
Omnia noſtra bona opera ex Dei gratia ſunt. l. 7. c. 14. n. 52. 53. 54 55
Bona noſtra opera Deum glorificant. l. 7. c. 14. n. 75. 76. 77. 78
Bona opera non ſunt conjungenda cum malis l. 8. c. 6 n. 30. 31. 32
Non opus ſed ipſa intentio conſideranda eſt. l. 8. c. 3. n. 62. 63
Verbis non reſpondendum, ubi opera teſtificantur. l 8. c. 4. n. 89
Virtus oſtenditur potius operibus, quam verbis. l. 8. c. 7. n. 52
Ex bono opere confidentia, ex malo timor. l. 9. c. 1. n. 92
Similitudo operis aſſociat animas. lib. 9. cap. 1. num. 93
Deus ſub ſimilibus factis diſſimiles fines intendit. l. 8. c. 3. n. 23. 24. 25
Veritas magis oſtenditur operibus, quam verbis. l. 9. c. 3. n. 101

Oratio.

Si Petrus rogaret, fortiſitan non negaret. l. 7. c. 10. num. 101

Ex Jeſu halitu noſtræ orationes fiunt acceptæ Patri. l. 7 c. 11. n. 113

Oratio precaria quodammodo omnipotens. l. 7. c. 12. n. 16. 117

Oratio ſubſtituitur tanquam Chriſti vicaria ad omnia impetranda. lib. 7. cap. 19. numero. 6. 7. 8 9

Oratio ut impetret, ſit cum multa fide. l. 7. c. 19. num. 10

Orationes noſtræ ex Jeſu meritis ac halitu vivificantur. l. 7. c. 19. n. 22. 23. 24

Orationem citiſſimè Deus exaudit, etiam ad primum verbum noſtrum imo & affectum. l. 7. c. 19. n. 35. 36. 37. 38

Deus ob miſericordiam ſæpè non exaudit noſtras orationes. l. 7. c. 19. n. 39. 40. 41

Oratio humilis valde efficax. lib 7. cap. 19. numero. 42

Peccata noſtra ſæpe impediunt effectum orationis. l. 7. c. 19. n. 43

Deus cito adeſt orantibus. l. 9 c. 10. n. 19

In oratione petenda, quæ conducunt ad ſalutem animæ, & non ad cupiditates noſtras. l. 7. c. 19. n. 44 45. 46

Oratione munimur adversùs hoſtes. lib. 8 cap. 2. num. 62

Noctis tempus opportunum ad orationem. l. 8. c. 2. n. 63

In triſtitia ac tribulatione ad Deum per orationem recurrendum. l. 8. c. 2. n. 65

Separato animo à tumultu orandum. lib. 8. c. 2. num. 64

Cum multa attentione orandum. lib. 8. cap. 2. num. 66

Oratio à Dei laudibus incipiat. lib 8. c. 2. num. 69. 70. 71

Oratio potens cum jejunio ac mortificatione. l. 8. c. 2. n. 180

Ex oratione requies. l. 8. c. 2. n. 197

Oratio validiſſima ad ſuperandos hoſtes. l. 8. c. 3. n. 174. 175

Oratio efficax, quæ de pœnitentia procedit. l. 8. c. 5. n. 104. 105

Ad orandum locus ſecretus quærendus. l. 8. c. 2. num. 11

Deus vult dare ſua dona orationis interventu l. 9 c. 3. n. 83. 84. 85

Vide *Petere*, ſeu *preces*.

Otium.

Juſti otiari non permittuntur in hac vita, ſed ſemper laborare. l. 7. c. 1. n. 16. 17. 18

P

Palatium.

Vide *Aulicus*.

Pater vel *Parens.*

NOmen patris in Deo dicit majorem poteſtatem, quam nomen creatoris. l. 7. c. 10. n. 50. 51

Pudor eſt paternæ virtutis, filius impudens. l. 8. c. 2. n 80

Valdè religioſum parentes honorare. l. 8. cap. 17. num. 63

Nulla calamitate urgente oblivīſcendum eſt de parentibus. l. 8. c. 17. n. 65

Pater Æternus.

Ab Æterni parentis manibus omnis ſecuritas, & tranquillitas. l. 8. c. 18. n. 54

A Deo Patre omne munimen habemus. l. 8. c. 18. n. 58. 59

Vide ſupra *Pater*.

Paſſio, ſeu *Pati.*

Pati pro Chriſto opprobria condecorat. l. 7. c. 15. num. 98

Magnum beneficium pati, ac mori pro Chriſto. l. 7. c. 16. n. 42. 43. 44

Pati pro Chriſto omnium major excellentia. ibid.

Per paſſiones ac labores multa veneratio vindicatur. l. 9. c. 5. n. 60

Pati cum innocentia magna conſolatio in cruciatibus. l. 7. c. 16. n. 55. 56. 57

Paſſio Chriſti.

Vide *Chriſti paſſio.*

Patientia.

Patientia Domini proditorem agnoſcens, honorat. lib. 7. c. 6. n. 9

Patientia clarificatur Chriſtus. l. 7. cap. 6. n. 146. 147

Patiendi occaſio ut ratio canendi, ac gaudendi viro probo. l. 7. c. 7. n. 305. 306

Inſignis patientia ſuſpendere ictum cum armata ſit manus. l. 7. c. 10. n. 74. 75. 76

Patientia in præſule ne vindictam ſumat. ibid

In juſtis patientia injuriarum, inimicis beneficia, l 7. c. 15. n. 109. 110. 111

Patientia divinitatis index. l. 8. c. 14. n. 87. & c. 1. num. 82

Patientia amplificatur divinitatis thronus. lib. 7. c. 20. n. 9

Patientia virtutum conſummatio, ac perfectio. l. 9. c. 3 n. 76

Rara virtus evulgata offenſa patientia non negare. lib 8. cap. 3 n. 60

Magna patientia, à parata vindicta abſtinere. l 8. c. 3. n. 158

Probitas diſcipulorum Chriſti ex patientia oſtenditur. lib. 8. c. 4. n. 47

Summa patientia inter injurias placare reſpondere. lib. 8. cap. 4. n. 52

Summa Chriſti patientia inter opprobria. l. 8. c. 4. n. 142. 143

Patientia Chriſti inter flagella. l. 8. c. 10. num. 56. 57. 58

Magis oſtenditur divinitas patientia, quam potentia. l. 8. c. 4. n. 77

Chriſti patientia inimicos non perimit, ſed pro eis rogat. l. 8. c. 14. n. 11

Chriſtus patientia depellit tenebras. l. 7. cap. 19. num. 13

Chriſti gloria patientiæ adſcribitur. lib. 9. cap. 3. n. 76

Paulatim.

Paulatim ad magna eundum eſt. lib. 7. cap. 11. num. 49

Res quæ paulatim creſcit, durabilis, lib. 7. cap. 11. num. 92

Paulatim ad ſuperiora virtutis eundum. l. 7. c. 17. n. 8. 9

Paulatim ad perfectionem eundum. l. 9. c. 8. n. 109. 110

Pauper, *paupertas.*

Impius in pauperes, impius & in Deum. l. 7. c. 1. n. 63. 64

Pius in pauperes à Chriſto requirit fructum. l. 7. c. 1. n. 63. 64

Abundan

Abundantia à paupertate, penuria à marſupio. l. 7. cap. 10. n. 64

Pax.

Per pacem intelligitur omne bonum. l. 9 cap 4. num. 16

Jeſus dat pacem ore, corde, ac manibus. l. 9. c. 4. n. 25. 26. 27

Bonus Prælatus debet procurare pacem ſubditis l. 7. c. 2. n. 30. 31

Pax hæreditas relicta à Chriſto, ac vexillum Chriſtianæ militiæ. l. 7. c. 13. n. 102

Pax veluti quædam reliquia. lib. 7. c. 13. n. 108

In pace, ac concordia conſervanda multus impenditur labor humanus. lib. 7. cap. 13. numero 110

Pax Chriſtiana bellum in mundo. lib. 7. cap 19. num. 89

Impius pacem prædicat, & aliorum operibus detrahit. l. 8. c. 3. n. 36. 37

Pax per Chriſtum. l. 8. c. 8. n. 32. 33 34

Vide *Unitas*, *Concordia*.

Peccator.

Peccator ſine nomine, quo maximè juſtus gaudet. l. 7. c. 1. n. 21. 22. 23

Eſt peccator adeò depravatus, ut ſummum crimen intendat. l. 7. c. 3. n. 50. 51. 52

Maximè punitur qui ſciens legem Dei peccat. l. 7. c. 5. n. 270. 271. 272. 273

Peccator dum ſe abſcondit, ſe prodit. lib. 7. c. 6. num. 57

Peccator inter ſui criminis manifeſta ſigna, ſe vult abſcondere, ac defendere. lib. 7. cap. 6. numero 60

Peccator currit ad pœnam, ac mortem. l. 7. c. 6. n. 127. 128. 129

Peccator quaſi nihil reputatur. lib. 6. c. 16. n. 49. 50. 51

Peccatores multis laboribus, ac calamitatibus ad ruinam tendunt. lib. 7. c. 10. n. 22. 23

Qui ex fragilitate peccat miſericordiam invenit, qui ex malitia ac ſcientia, judicium. l. 7. c. 10. n. 53. 54. 55

Multum dolet iniquus ſi de ſua malitia, convincatur. l. 7. c. 17. n. 53. 54

Peccator in inferno inferiori. l. 7. c 4 n. 239

Peccator aliorum auctoritate vult ſuam iniquitatem defendere. l. 8. c. 3. n. 8

Peccator ſtultus. l. 8. c. 3. n. 47

Peccator impudens, & audax, juſtus, modeſtus & humilis. l. 8. c. 3. n 48. 49

Peccatores hiberno frigore premuntur, juſti verna temperie delectantur. l. 8 c. 5. n. 73

Malum quod peccator parat in juſtum, in ipſum revertitur. l. 8. c. 6. n. 54. 55

Peccator ſibimet ſupplicium imponit. l. 8. c. 11. n. 41. 42. 43

Peccator afficitur duplici pœna in hac vita, & in futura. l. 8. c. 16. n. 17. & 18

Peccatores ſpem veniæ concipiant. l. 8. cap. 16. n. 100. 101. 102. 103

Peccator ſi pœnitens nobilitandus. ibid

Magna gloria Jeſu quod ex abjectis peccatoribus magnos ſanctos efficiat. l. 8. cap. 16. n. 139. 140. 141

Peccatorum durities tollitur à Deo. l. 8. cap. 19. n. 53. & 54

Peccatores apud juſtos in nulla reputantur dignitate. l. 9. c. 3. n. 54

Peccatoribus propinqui illorum pœnis involvuntur. l. 9. c. 4. n. 69. 70. 71

Peccator maximè durus alio peccatori. l. 9. c. 4. n. 96. 97. 98

Peccatum.

Lubrica ad peccandum propenſi eradicanda. l. 7. c. 5. n. 159

Peccata venialia purganda. l. 7. cap. 5. n. 230

Peccatum etiam tranſlatum plorandum. l. 9. c. 10. num. 39

Peccata venialia ſummo ſtudio vitanda. l. 7. c. 5. num. 231

Peccata venialia diſponunt ad ruinam. l. 7. c. 5. num. 232

Ad peccati, & non ad crucis aſpectum Chriſtus turbatur. l. 7. c. 6. n. 25

Qui peccat metu dignus venia, non vero qui malitia. l. 7. c. 6. n. 53

De peccatis ingens pudor, eſt habendus. l. 8. c. 2. n. 79. 80

Peccatum excæcat mentem, ac diſcurſum, in manifeſtis. l. 8. c. 3. n. 10. 11

Sunt peccata adeo gravia, quæ per admirationem videntur incredibilia. lib. 8. cap. 3. n. 81. 82

Gravius peccatum Chriſtianorum, quam eorum qui Chriſtum non agnoſcunt. l. 8. cap 3. num. 139

Dei patientia ex peccatorum morbis parat eis medicinam. l. 8. c. 5. n. 38. 39. 40. 41

Unum peccatum aliud ſecum gravius adducit. l. 8. cap. 5. n. 82. 83. 84. 85

Qui moratur in peccato difficiliter venit ad pœnitentiam. lib. 8. c. 5. n. 96. 97. 98

Irreparabilis qui ſcienter peccat. l. 7. c. 6. numero 67

Non homo, ſed peccatum damnandum eſt. l. 9. c. 10. n. 24

Ante conſummatum peccatum procurat diabolus ut homo non videat ejus malitiam, poſt conſummatum in deſperationem inducit. l. 8. c. 6. n. 12

Per quæ quis peccat, per hæc, & torquetur. l. 8. c 6 n. 46

Peccatum tempore non conſumitur. lib. 8. cap. 9. num. 43

Nullus crudelior carnifex in hominem, quam peccatum. l. 8. c. 11. n. 42

Qui peccat Deum blaſphemat. lib. 8. cap. 16. num. 7

Peccatum magis arguitur opere, quam verbo l. 9. c. 10. n. 25

Peccata ex fragilitate diſſimulari poſſunt, non vero ex obdurationc. l. 9. c. 10 n. 56. 57

Duplex peccatum duplex diaboli ingreſſus in anima. lib. 9. c. 10. n. 85

Mala peccatorum diuturnam pœnam requirunt. l. 8. c. 16. n. 72. 73

Pœna infligitur juxta gravitatem peccatorum ibid.

Plus timendum peccatum, quam malum temporale. l. 8. c. 2. n. 52. 53

Peccatum corpore hebetat vires. lib. 9. cap. 2. num. 7

Qui ſervivit peccato ſerviat & virtuti. l. 9. c. 7. n. 22. 23

Cavenda res quæ fuit peccati occaſio. l. 9. cap. 8. n. 78. 79

Pecunia.

Ubi pecunia apparet falſi teſtes non deſunt. l. 9. c. 4. n. 72

Corrupti pecunia valdè crudeles. Vide *Avaritia.*

Perdere, vel *Perditio.*

Iniquus currit ad ſuam perditionem. l. 7. cap. 6. n. 127. 128. 129

Suorum perditio valde dura viro ingenuo. l. 8. c. 2. n. 93

Sic triſtatur Chriſtus in unius perditione, ac ſi omnes perdidiſſet. lib. 8. c. 16. n. 11. 12. 13

Magna miſeria perire in portu ſalutis. l. 8. c. 16. num. 14

Perfectio.

Perfectiones ſtudioſus denuo ambit incipere. l. 7. c. 14. n. 81

Periculum.

Deo comite nullum periculum, nulla adverſitas timenda. l. 7. c. 4. 5. n. 8. c. 88. 89. 90. & c. 16. n. 8. 9

Qui te conſtituit in periculo, tenetur te cuſtodire & liberare ab eo. l. 7 cap. 16. n. 13. 14. 15. & l. 8. c. 3. n. 114

Qui periculum timet vigilet. lib. 8. cap. 2. num. 116

Per periculum nec frigus nec nuditas timetur. l. 8. c. 3. n. 223

Dei amator nullum periculum timet. l. 9. cap. 6. n. 32

Peregrinus.

Chriſti ſanguis his qui peregrinantur in mundo. l. 8. c. 6. n. 61

Perſecutio.

Tanta eſt utilitas, ex perſecutionibus ut inferens putetur amicus. lib. 7. cap. 15. numer. 46. 47. 48

Perſeverantia.

Perſeverantia omnium virtutum columna, ac fulcimentum. lib. 7. cap. 8. n. 35. 36. 37

Multi in ſua converſione non perſiſtunt, ſed ſtatim retrocedunt. l. 8 c. 8. n. 47

Non qui deficit, ſed qui perſiſtit in inceptis ad magna dignus eſt. lib. 8. cap. 16. numero 112

Qui perſeverat ad magna ac excelſa elevatur. l. 9. c. 3. n. 91. 92. 93

Perpetua.

Solus Jeſus dat dona perpetua. lib. 7. cap. 20. numero 16

Perſuadere.

Quod aliis perſuades tu facis. l. 7. c. 3. n. 40

Petere, ſeu *Preces.*

Beneficium ex precibus diminuitur. lib. 7. cap. 4. num. 33

Deus ultra petita multa dat. l. 7. c. 19. num. 12. 13. & lib. 8. cap. 16. n. 120

Repulſa in precibus valdè dura. l. 8. c. 12. n. 105. & c. 18. n. 10

Pertinax.

Pertinaciæ opinio fugienda à viro ingenuo. lib. 8. c. 7. n. 50

Petrus.

Tam magnus Petrus, ut ejus lapſus inſerviat ad doctrinam. l. 8. c. 5. n. 31

Petrus cadens ſuæ magnitudinis dat ſpecimen lib. 8. cap. n. 48. 49. 50

Petrus tunc turbatur & cadit, quando tota mundi machina perturbatur. ibid. n. 51

Petrus præ humilitate ſuas negationes magis publicat. l. 8. c. 4. n. 82

Flevit Petrus non quia gallus cantavit, ſed quia Chriſtus reſpexit. l. 8. cap. 5. n. 90

Petri pœnitentia admirabilis. lib. 8. cap. 5. numero 121

Angelus intendit, ut Petrus ponat modum ſuis lachrymis. l. 8. c. 5. n. 132

Auſtera Petri pœnitentia. l. 8. c. 5. n. 133

Petrus fervidus amore erga Chriſtum. l. 9. c. 6. num. 15

Quare Chriſtus peculiariter pro fide Petri oraverit. l. 7. c. 10. n. 26. 27. 28

Petrus prædicatione comedit gentes, & convertit in corpus Eccleſiæ. l. 7. c. 10. n. 35

Niſi Chriſtus in negationibus ſtatuiſſet terminum, forſitan pluries peccaſſet. l. 7. cap. 10. num. 48

Si Petrus obnixè rogaret, forſitan non negaret. l. 7. c. 10. n. 19

Quare Petrus ſolus ex omnibus Apoſtolis exerit gladium. lib. 8. cap. 3. numero 125. 126. 127. 128

Prompta Petri obedientia. l. 8. c. 3. n. 133

Reprehenditur Petrus, quia percutit ſervum & non Principes. l. 8. c. 3. n. 161

In Petro lucta amoris & metus. lib. 8. cap. 5. n. 6. 7

Petrus ex curioſitate ſequens negat. ibidem. num. 8

Petrus peccavit contra fidei confeſſionem. l. 8. c. 5. n. 21. 22

Tanta Petri ſanctitas, quod novum videbatur ipſum potuiſſe peccare. lib. 8. c. 5. num. 28. 29. 30

Valdè mirabile, quod fides Petri aliquando modica videretur. ibid.

Præclara celſitudo lachrymarum D. Petri. l. 8. c. 5. n. 137. 138

Quidquid Petri eſt, valde magnum, & excelſum. l. 8. c. 5. n. 139

Petrus quanto magis Jeſum viderat, tanto magis inflammatus erat deſiderio videndi eum. l. 9. c. 6. n. 37

Ingens Petri amor erga Chriſtum. lib. 9. cap 7. num. 27

Quis magis dilectus à Chriſto Petrus an Joannes. l. 9. c. 7. n. 28. 29. 30

Petri ſententia præcedit ſententiam redemptoris. l. 9. c. 7. n. 49

Quam magna & excellens ſit Petri poteſtas. ibid.

Deprimitur Petrus, ne ut Chriſtus habeatur. l. 9. c. 7. n. 60

Petrus cruci clavis affixus eſt. lib 9. cap. 7. numero 52

Pœnitentia vel *Pœnitens.*

Antiquus error non memoratur in eo qui agit pœnitentiam. l. 7. c. 1. n. 20

Pœnitentia ſera valdè ſuſpecta ad damnationem l. 7. c. 6. n. 61

Per pœnitentiam omnia bona amiſſa recuperantur. l. 7. c. 10. n. 34

Qui te ad pœnitentiam advocat Angelus eſt. l. 8. c. 5. n. 86

Qui moras trahit in peccato difficiliter ad pœnitentiam venit. lib. 8. c. 5. num. 96. 97. 98

Vera pœnitentia feſtina. lib. 8 cap. 5. num. 124. 125

Diabolus pœnitentiam timet. l. 8. cap. 6. numero 37

Qui

Qui pœnitentia delet peccatum peccator non dicitur. l. 8. c. 6. n. 8
Quodlibet tempus conveniens & maturum ad pœnitentiam. l. 8. c. 16. n. 45. 46. 47
Brevis hora ſufficit ad pœnitentiam. l. 8. cap. 16. n. 26
Chriſtus nos expectat ad pœnitentiam. l. 8. c. 16. num. 4
Pœnitentia fera valdè difficilis. l. 8. c. 16 n. 95
Peccator ſi pœnitens nobilitandus. l. 8. cap. 16. n. 101. 102
Pœnitentia rotum peccati regnum corruit. l. 8. c. 16. n. 138
Magna gloria Jeſu, quod ex magnis peccatoribus, magnos ſanctos efficiat. l. 8 c. 16. n. 139. 140. 141
Pœnitentia delet peccatum. l. 9. c. 1. n. 124
Sæpè plus obtinet pœnitens quàm innocens. l. 9. c. 7. n. 8

Pœna.

Sæpè homo non benignitate, ſed pœna devincitur. l. 7. c. 6. n. 54. 55
Juſti potius timent culpam, quam pœnam, iniqui vero è contra. l. 7. c. 6. n. 62. 63. 64
Iniquus currit ad pœnam ac mortem. l. 7. c. 6. n. 127. 128. 129
Pœna proportionatur culpæ. l. 8. c. 3. n. 15
Pœna congruens delicto. l. 8. c. 6. n. 49
Pœna peccati tempore non conſumitur. l. 8. c. 9. n. 43
Homines ſibi ſolicitant, ac trahunt pœnas. l. 8. c. 9. n. 44
Pœna injuſtos indicat iniquorum ſupplicia. l. 8. c. 12. n. 105. 106. 107
Non pœna, ſed illius cauſa hominem dedecorat l. 8. c. 14. n. 49

Pietas.

Chriſtus pietatis opera vult ſuis exhibere. l. 8. c. 5. n. 262
Vera pietas magis trahitur amore quam majeſtate. l. 9. c. 5. n. 21. 22. 23

Pilatus.

Pilatus valdè iniquus & mendax. l. 8. c. 9. n. 107
Pilatus volebat Chriſtum liberum dimittere. l. 8. c. 9. n. 8
Pilatus damnatus eſt, & miſera morte conſumptus. ibid. n. 9. 10
Vxor Pilati pia, bona fœmina. l. 8. cap. 9. n. 12. 13. 14
Pilatus ſtolidus & timidus. l. 8. c. 9. n. 39
Ex Pilati juſſu vel permiſſione coronatur ſpinis Jeſus. l. 8. c. 11. n. 12

Populus.

Sui populi perditio valdè dura viro ingenuo l. 8. c. 2. n. 93
Auctoritas majorum, populum facilè inclinat in quamlibet partem. l. 8. c. 9. n. 26
Populus bonos viros veneratur potentes perſequitur. l. 8. c. 11. n. 90. 91
Populus Principes ac majores ſequitur in ſententiis proferendis. lib. 8. c. 11. n. 93
Qui multitudini populi ſe opponit, ac contradicit multum dignus eſt. l. 8. cap. 16. n. 114. 115. 116

Potentia, vel *potens.*

Potentes ſæculi nullum reverentur, vel timent. lib. 8. c. 11. n. 89
In occaſione propriam potentiam abſcondere, non hominis, ſed Dei eſt. l. 8. c. 11. n. 100. 101
Potentia hominis ad nocendum, Dei verò ad benefaciendum. l. 9. c. 9. n. 17. & 18
Deus exercet potentiam ſecundùm juſtitiam, homines ſecundùm voluntatem. lib. 9. cap. 9. num. 21
Potentes ſeculi cogitent habere ſuperiorem. l. 9. c. 9. n. 28. 29
Potentia ſit independens ad rectè agendum. l. 9. c. 9. n. 12. 13

Præceptum.

Superiora verba præcepta ſunt. l. 7. c. 4. n. 42

Prædeſtinati.

Prædeſtinatorum, ſeu electorum numerus minui non poteſt. l. 7. c. 3. n. 24. 25. 26
Vide *Electi.*

Prædicator.

Prædicator ſit purus ab omni crimine. l. 7. c. 5. n. 158
Prædicator ſeu doctor prius in ſe habeat, id quod aliis efficere curat. lib. 7. cap. 20. num. 36. 37. 38
Una vox clamans, & excitans maximè intereſt ad ſalutem. l. 7. c. 10. n. 49. 50
Veritas prædicatori maximè neceſſaria. l. 7. c. 16. n. 17
Prædicator idem eſt ac martyr. lib. 7. cap. 30. num. 86
Aulici prædicatores veritatem perſequuntur ut voluntati regis obſequantur. lib. 8. cap. 11. num. 91
Prædicator fulgeat opere, & ſermone. l. 9. cap. 1. n. 111. 112
Non facit opus prædicatoris, qui benedicit, & male vivit. l. 9. c. 3. n. 53
Prædicare magnus labor magnaque pœnitentia. l. 9. c. 10. n. 64. 65
Evangelium Prædicandum ſive magno ſive parvo l. 9. c. 10. n. 70. 71
Vide *Doctor. Magiſter.*

Prophanus.

Aſſuetus prophanis indignus ad divina. l. 8. c. 8. n. 14

Prælatus.

Boni Prælati eſt procurare pacem ſubditis. l. 7. cap. 2. n. 30. 31
Prælatorum verba præcepta ſunt. lib. 7. cap. 4. num. 42
Bonus Prælatus in ſe colligat pulverem, & maculas, ut ſui ſint puri & mundi. lib. 7. cap. 5. n. 145
In Prælato maxima requiritur puritas ac munditia. l. 7. c. 5. n. 232. 234
Bonus Prælatus ſuorum cibum propriam alimoniam reputat. l. 7. c. 7. n. 279
Prælatus non eligitur ad munera imperatoria, ſed ſervilia. lib. 7. c. 8 n. 22. 23. 24
Prælatus inferiorum onera, ac imbecillitates ſuſtineat. l. 7. c. 10. n. 9. 10. 11. 12
Prælati virtus in ſubditos derivatur. l. 7. cap. 10. n. 28
Prælatus qui regit paſcat. l. 7. c. 10. n. 61
Prælatus aliquid dimittat à ſuo rigore, aliis conceſſionibus. l. 7. c. 10. n 68. 69. 70
Patientia in Prælato ne ſumat vindictam de his quæ audit. l. 7. c. 10. n. 75. 76
Prælatus ſuos paſcat & alat. l. 7. c. 10. n. 91. 92. 93
Prælatus ſi non dat cibum non exigat ſervitia à ſubdito. ibid. n. 93
Prælatorum caſus ſubditorum ruina. lib. 7. c. 11. num. 6

Prælati tanquam Patres rogant. l. 7. c. 11. n. 68
Prælati eſt non de ſuo commodo, ſed de aliorum utilitate agere. l. 7. c. 14. n. 14. 15. 16
Prælati eſt magnos & parvos viſitare & recreare l. 7. c. 18. n. 30. 31. 32. 33
Prælati abſentia interitus ſubditorum. l. 8. c. 2. num. 113
Culpæ ſubditorum in prælatum retorquentur l. 8. c. 2. n. 118. 119
Prælati pro ſubditorum exigentia diverſas formas induant. l. 8. c. 3. n. 24
Prælatus primus ſe opponat periculis pro ſubditis. l. 8. c. 3. n. 126
Bonus Prælatus non dubitat ſubire ſuorum diſcrimen. l. 8. c. 4. n. 102. 103
Prælatus omnes vult adducere in ſuam ſententiam. l. 8. c. 4. n. 105
Prælatus ſuo judicio alios ad idem impellit. l. 8. c. 4. n. 106
Subjectorum culpæ Principi ſunt dolores, ejuſque gloriam obſcurant. l. 8. c. 4. n. 114. 115
A Prælatorum peccatis dura mors Chriſto. l. 8. c. 11. n. 39
Bonus Prælatus vigilat ſuper ſubditos, & ſuper ſeipſum. l. 8. c. 12. n. 97. 98
Idem eſt habere ſubditos ac habere ſepulchrum. l. 8. c. 14. n. 43
Prælatus non attendat ad conſanguineos, ſed ad benemerentes. l. 8. c. 17. n. 56
Prælatura ſervitutis catena. l. 9. c. 9. n. 36. 37
In Prælato non ſit affectus particularis. l. 9. c. 4. n. 24
Prælatus expers ſit timoris, & non ſit acceptor perſonarum. l. 9. c. 4. n. 33. 34. 35. 36
Qui præeſt dignitate, præſit & moribus. lib. 9. c. 6. n. 38
Prælatus exiſtimet ſe teneri legibus ſubditorum. l. 9. c. 7. n. 6
In Prælato ſit timor. l. 9. c. 7. n. 13
Charitas maximè neceſſaria in prælato. l. 7. c. 7. n. 11. 12. 13
Bonus Prælatus non intendat proprium lucrum, ſed ovium. l. 9. c. 7. n. 16
Prælato commendantur oves cum amoris firmitate. l. 9. c. 7. n. 17
Prælatus paſcat verbo, exemplo, & ſubſidio temporali. l. 9. c. 7. n. 19
Prælatus in ſubditis non quærat ſuum lucrum l. 9 c. 7. n. 41
Prælatus cogitet oves eſſe Chriſti, non ſuas. ibid n. 41. 42
Bonus paſtor agnoſcitur, non in tondendis ovibus, ſed paſcendis. l. 9 c. 7. n. 43
Multi Prælati invigilant in oves ob lucrum. l. 9. c. 7. n. 48
Prælatus agat de ſuis ovibus. l. 7. c. 8. n. 52
Prælatus ſit independens, ad rectè agendum ſuum munus. l. 9. c. 9. n. 12. 13. 14
Bonus Prælatus non de injuria ſibi facta agit, ſed de populi remedio. l. 9. c. 9. n. 33

Præmium.

Amoris affectus ſine ſpe præmii extollit opus. l. 7. c. 1. n. 101
Similibus in opere eadem dat Deus præmia. l. 7. c. 7. n. 139
Dei bonitas ad præmiandum unum mandatum tanquam multa reputat, reges mundi è contra l. 7. c. 15. n. 75. 76

Præparatio.

Præparandus animus ad divina dona accipienda. l. 7. c. 17. n. 42. 43

Præſentia.

Dei præſentia excludit timorem. l. 9. c. 9. n. 84 85
Dei præſentia omne gaudium & firmamentum. l. 8. c. 16. n. 127. 128
In magno periculo eſt homo, ſi Deus abeat, & recedat. l. 8. c. 17. n. 32
Deus adeſt laborantibus. l. 9. c. 6. n. 9
Principis præſentia militis robur. l. 9. c. 9. n. 86
Principis præſentia arguit, & reprehendit crimen. l. 9. c. 10. n. 25

Præſumere.

Qui alienus eſt ab aliquo delicto proximum neſcit judicare illius reum. l. 7. c. 6. n. 92. 93
Quilibet ex ſe præſumit de aliis. l. 8. c. 16. n. 13

Præſumptio.

Juſti non multum de ſe præſumunt. l. 7. c. 6. n. 31
Mundani ſe magnos præſumunt, alios parvos. l. 7. c. 13. n. 136
Magna ruina ex multa confidentia, ac præſumptione. l. 7. c. 10. n. 30
Qui inaniter præſumit maximè cadit. l. 7. cap. 10. num. 52
Quilibet ex ſuo animo præſumit de aliis. lib. 9. c. 3. n. 33
Vide *Opinio.*

Principium.

Principium malorum reformandum, ut ad altiora aſcendatur. l. 8. c. 26. n. 130

Princeps.

Vide *Prælatus.*

Prohibitio.

Nitimur in prohibitum ac vetitum. lib. 7. cap. 9. num. 2

Promiſſio, ſeu promittere.

Deus velox in ſuis promiſſis. l. 7. c. 17. n. 70
Homines in ſuis promiſſis, aut mentiuntur, aut minuunt, Deus ſua promiſſa adimplet, & ultrà dat. l. 7. c. 19. n. 11. 12. 13. l. 9. c. 10. n. 81. 82
Humanæ promiſſionis infirma conſtantia. l. 8. c. 2. n. 117
Deus ſua promiſſa ineffabiliter adimplet. l. 8. c. 13 num. 20
Qui magna promittunt in occaſione deficiunt. l. 8. c. 17. n. 28. 29. 30
Deus plura dat quam promittit. l. 9. c. 1. n. 21. 22. & c. 10. n. 81
Qui deficit in promiſſis non amplius illi confidendum. l. 9. c. 7. n. 34
Plus placet exhibitio de præſenti, quam promiſſio de futuro. l. 9. c. 7. n. 40

Propoſitum.

Multa neceſſitas ut vir Magnus deſiſtat à ſuo propoſito. l. 7. c. 5. n. 207
Animus ſuo propoſito obfirmatus exiſtimat ab eo nunquam poſſe dimoveri. l. 7. c. 10. n. 106
Qui retrocedit ac reſilit à generoſo propoſito in multa pericula cadit. l. 8. c. 5. n. 109. 110

Proprium.

Servus Chriſti nihil habet proprium niſi Chriſtum. l. 7. c. 17. n. 84
Ubi eſt proprii abnegatio, ibi eſt unitas. lib. 7. c. 19. n. 85
Prius agendum de propriis quam de alienis. l. 8. c. 12. n. 97. 98. 99

Proſperitas.

Proſperitas admixta ſit ſignis adverſitatis. lib. 9. c. 10. n. 63
Proſpera ac adverſa, æquo animo ſuſtinenda l. 7. c. 5. n. 6. 7
Vide *Felicitas.*

Providentia

Providentia.

Citius vigilat divina providentia in noſtrum bonum, quam nos ipſi. l. 7. c. 10. n. 59

Deus non patitur ut homo brevi tempore ſit ſine illis quæ neceſſaria ſunt. l. 7. c. 10. n. 60

Deus tanquam Pater omnibus providet. l. 7. c. 10. num. 61

Qui eſt ſub divina providentia omnibus abundat, ſub humana omnibus indiget. lib. 7. c. 10. num. 65

Ubi neceſſitas urget, ibi maximè providendum. l. 7. c. 29

Quod à Dei providentia eſt ordinatum non poteſt ſolvi. l. 7. c. 14. n. 22

Proximus.

Qui alienus eſt ab aliquo delicto proximum neſcit judicare illius reum. l. 7. c. 6. n. 91

Divini Spiritus eſt in proximis non mala, ſed bona videre. l. 7. c. 6. n. 92. 93.

Qui proximum diligit, & Deum. lib. 7. cap. 15. n. 18. 19

Rigoroſi in proximos in majora mala cadere permittuntur. l. 8. c. 5. n. 35

Pudor.

Ingens pudor de peccatis eſt habendus. l. 8. c. 2. n. 79. 80

Pulchritudo.

Pulchritudo ſignum dilectionis Dei. lib. 8. c. 8. num. 62

Puritas.

Qui purus eſt inde obligatur ut non coinquinetur. l. 7. c. 6. n. 163. 164. 165

In Deo maxima puritas. l. 8. c. 16. n. 66. 67

Q

Quærere.

QUi Deum quærit perfecta fide, eum in ſe habet & invenit. l. 9 c. 1. n. 111. 112. 113

Quærens Deum nocte invenit mane. ibid.

Quærenti Deum omnia temporalia, omneſque creaturæ ſunt in contemptu. l 9. c. 2 n 64. 65 66

Jeſus non eſt quærendus carnali ſenſu ſed Spiritu. l. 9. c. 2. n. 88

Quies.

Pro Chriſto pugna dulcis requies. lib. 8 cap. 2. n. 193

Querela.

Unde fructus inde querelas amat impius. lib. 8. cap. 3. n. 45

R

Radix.

Vide *Remedium.*

Ratio.

IMpietas rationibus malitiam intentà obumbrat. l. 7. c. 15. n. 82

Malitia rationibus non acquieſcit. l. 8. c. 4. n. 90

Redemptio.

Mundi redemptio magnum gaudium erat Chriſto. l. 8. c. 3. n. 39

Reformatio.

Reformatio à capite inchoanda. lib. 7. cap. 5. num. 170

Recordatio.

In generoſo memoria beneficiorum ac amoris non poteſt extingui. l. 8. c. 17. n. 3. 4. 5

Plus valet recordatio beneficiorum quam eorum præſentia. l. 9. c. 4. n. 53 54. 55

Homines ſolum recordantur de illis quorum ope indigent. l. 9. c. 8. n. 63

Religioſus.

Non mirandum ſi in Religioſorum congregatione ſint aliqui vitioſi. l. 7. c. 1. n. 67

Ex uno iniquo non obſcuratur aliorum fama. l. 7. c. 3. n. 23

Religioſiores majori furore ſancta proſequuntur quam ſeculares. l. 7. c. 4. n. 110

Si unus de congregatione peccat, non inde omnes damnandi. lib. 8. c. 16. n. 102

Reliquiæ.

Quidquid Domini eſt ad bonum inducit, & à malo retrahit. l. 6. c. 8. n. 28

Relinquere.

Qui affectum à mundo relinquit, Deum invenit ut patrem. l. 8. c. 5. n. 35

Qui Chriſtum relinquit in tenebras ruit. l. 7. c 6. n. 133

Quæ pro Chriſto relinquuntur melius poſſidentur. l. 7. c. 10. n. 58

Qui pro Deo relinquit patrem multa juſta patrum recipit. l. 8. c. 17. n. 88

Ut ad cruxifixum accedas, relinque mundum. l. 8 c. 21. n 42

Gratiſſimum Deo obſequium quo quis ſua à ſe auferi, ut Deo offerat. l. 8. c. 21. n. 64

Relinque terrena, ut cæleſtibus fruaris. l. 9. c 2. n. 74. 75

Relinque terrena ad ſuperanda pericula, ac ad alta evolandum. l. 9. c. 4. n. 90. 91

Remedium.

Ubi inflictum eſt vulnus, remedium ibi applicetur. l. 7. c. 5. n. 158

Curationis remedium applicandum, non magis familiari, ſed magis indigenti. lib. 7. cap. 5. num. 71. 72

Ante infirmitatem Deus parat remedium. l. 6. c. 5. n. 265

Salutis remedium omnibus eſt in promptu. l. 7. c. 7. n. 216. 217.

Magna miſeria ibi perire, ubi remedium parabatur. l. 7. c. 17. n. 56. 57. 58

Valde durum ut remedium vitæ, ſit venenum mortis. l. 8. c. 2. n. 94 95. 96

Remedium tempori ac occaſioni convenienti applicandum. l. 8. c. 2. n. 111

Summa miſeria ut ſalutis remedium vertatur in damnum. l. 8. c. 5. n. 16 17. 18. 19

Damnati eſt ſic currere ad malum ut privetur remedio. l. 8. c. 6. n. 38

Qui vult dare remedium auferat radicem mali. l. 9. c. 10. n. 87

Damnationis inſtrumentum vertit Deus in ſalutis remedium. l. 8. c. 13. n. 81

Unde malum, inde remedium. lib. 8. cap 20. numer. 23

Remuneratio.

Deus cumulatiſſime remunerat obſequia ſibi facta. l. 7. c. 5. n. 161. & l. 7. c. 1. n. 95

Renovatio.

Vide *Nova.*

Reprehenſio.

Chriſtus reprehendebat, non ut Dominus, ſed ut pater. l. 9. c. 10. n. 95

Animus non eſt irritandus reprehenſione. l. 7. c. 1. n. 80

Una reprehenſione cautus alteram evitare contendit. l. 7. c. 6. n. 73

Reprehenſio in communi danda eſt ut evitetur

dolor ac verecundia reprehenſi. lib. 7. cap. 1. num. 71. & cap. 11. num. 81. & lib. 9. cap. 10. num. 26
Quamvis Prælatus laudetur, ac reverentia ei impendatur, reprehenſionem non omittat. l. 7. c. 11. n. 82. 83. 84
Solus qui eſt irreprehenſibilis alios valet arguere, & reprehendere. l. 7. c. 17. num. 45. 46. 47. 48
Reprehenſio fiat lenitate ac amore. l. 7. cap. 12. n. 67. 68
Prius qui mores ſuos corrigat, quam aliorum velit emendare ac reprehendere delicta. l. 8. c. 2. n. 192
Inde reprehenditur Petrus quia percutit ſervum, & non principes. lib. 8. cap. 3. numero 161
Incorrigibilis non eſt reprehendendus. l. 8. c. 3. n. 18. & cap. 16. n. 38. 39. 40
Non qui tacet, ſed qui reprehendit emendare deſiderat. l. 9. c. 3. n. 36. 37. 38
Qui te reprehendit ac docet venerandus. l. 9. c. 3. num. 87
Reprehenſio ſæpe fit in communi. lib. 9. cap. 10. num. 26
Qui arguit caveat, ne ſit arguendus. l. 9. c. 5. n. 6. 7. 8
Amicus liber non ſit à reprehenſione. l. 9. c. 10. num. 38
Qui reprehendit cogitat remedium, qui tacet vindictam. l. 9. c. 10. n. 29
Reprehenſio filii de ſuo delicto eſt illi benedictio. l. 9. c. 10. n. 30
Poſt delictum tempus interponendum ad reprehenſionem. l. 9. c. 10. n. 36
Reprehenſio à benevolo bene recipitur. l. 9. c. 10. num. 37

Reprobatio.

Glorioſum ab improbis improbari. lib. 8. cap. 8. num. 27

Reſpondere.

Ex livore reprehendunt homines illuſtria facta, quæ non exhibent. lib. 7. cap. 1. numero 53
Verbis non reſpondendum ubi opera teſtificantur. l. 8. c. 4 n. 89

Reſurrectio.

Chriſti decor maximè nitet poſt reſurrectionem. l. 9. c. 3. n. 52
Chriſtus apparuit indutus veſtibus albis. l. 9. c 4. num. 7
An diſcipuli vere palpaverint corpus Chriſti reſuſcitatum. l. 9. c. 4. n. 39. 40
Reſurrectionis gloria fulget in vulneribus Chriſti. l. 9. c. 4. n. 48
Poſt reſurrectionem Chriſti, omnia felicia. lib. 9. c. 6. n. 16
Tranſmigrandum à vitiis ut fructum reſurrectionis obtineamus. lib. 9. cap. 1. numero 121
Reſurrectionis ſpe ab omni malo recreamur. l. 9. c. 2. n. 17
Ingens gaudium Virginis Mariæ in reſurrectione Filii. libro 9. capite 1. numero 48. 49. 50. 51
In die reſurrectionis nullus triſtitiæ eſt locus. l. 9. c. 2. n. 104
In die reſurrectionis nulla ſit triſtitia. l. 9. cap. 3. num. 32
Tota ſeries ac modus reſurrectionis Chriſti explicatur. l. 9. c. 1. n. 7. 8. 9. 10
A Chriſti reſurrectione omne noſtrum gaudium l. 9. c. 1. n. 11. 12. 13. 14
In die reſurrectionis Sol ortum ſuum anticipavit, nitidiuſque reſplenduit. l. 6. cap. 3. numero 20
In die reſurrectionis expellitur nox, lux fulget l. 9. c. 1. n. 22. 23. 24.
Quare reſurrectio die Dominica. ibid. num. 24. 25
In die reſurrectionis glorioſa, & magna feſtivitas l. 9. c. 1. n. 26. 27
In die reſurrectionis terra ſubſilit, applaudit l. 9. c. 1. n. 65. 66
In die reſurrectionis omnia felicia ac fauſta. l. 9. c. 1. n. 77
Reſurrectionis gaudia perpetua. lib. 9. cap. 1. numero 72
Dies reſurrectionis multa feſtivitate celebranda l. 9. c. 1. n. 84
Reſurrectionis feſtum multa puritate celebrandum. l. 9. c. 1. n. 87
In die reſurrectionis flores pullulant. l. 9. c. 1. n. 103. 104. 105. 106. 107. 108

Retrocedere.

Si unus à Chriſto recedit illius exurgens ad eum venit. l. 7. c. 3. n. 13

Reverentia.

Homines ſolum eos habent in reverentia, à quibus lucrum expectant. lib. 9. cap. 3. numero 88. 89
Populus bonos viros habet in reverentia potentes perſequuntur. lib. 9. cap. 11. num. 90. 91
A ſenſibilibus inſtruitur homo, ut Deo habeat reverentiam. lib. 9. cap. 1. numero 97. 98
Terra tremit, Deo dat reverentiam. lib. 9. c. 1. num. 97
Divinitas magnam exigit à nobis reverentiam. l 9. c. 2. n. 62
Qui Deum reveretur maximè extollitur. lib. 9. c. 3. n. 90

Rex.

Rex ſe exuat ut ſuos veſtiat ac cooperiat. lib. 8. c. 14. n. 11
Rex omnia ſua largiatur. lib. 8. cap. 13. numero. 44
Aliorum encomia coram regibus diſſimulanda, ne in iram aſcendantur. lib. 8. cap. 21. num. 34
Rex ac Dominus non debet dominari à ſervo. l. 9. c. 1. n. 174
Si Rex vult ſcire quid de eo dicatur, mutata facie interroget. l. 9. c. 3. n. 18
Alienum à rege petere. l. 9. c. 3. n. 81
Magnus princeps conſulit, non ſuæ majeſtati, ſed ſuorum utilitati. l. 9. c. 4. n. 5
Regis titulus dare vitam pro ſuis. lib. 8. cap. 14. n. 89. 90
Reges cogitent ſe alium habere ſuperiorem. l. 9. c. 9. n. 27. 28
Rex qui alterius voluntati ſubditur, non eſt rex l. 9. c. 9. n. 31
Regis eſt laborare pro republica. l. 9. c. 9. n. 34. 35. 36. 37
Verus rex omnium utilitati conſulit. l. 8. cap. 14. n. 53. 54
Tunc oſtenditur verus rex, cum non ſua, ſed ſubditorum quærit. l. 8. c. 13. n. 74

Benignitas

Benignitas in hoſtes index regiæ dignitatis. l. 8. c. 16. n. 64. 65. & l. 9. c. 5. n. 69
Regis titulus,ac corona ex meritis. l.9.c.9.n.22. 23. 24
Nomen regium hominibus ſalutare. l. 8. cap. 16. num. 71
Regis animi eſt benefacere. lib. 8. c. 17. numero. 117
Regis voluntati non audent obſiſtere potentes. l. 8. c. 21. n. 11
Injuriam infert regi qui illius favores ſolus ſibi vult vendicare. l. 7. c. 5. n. 271
Suprema regis nomenclatura beneficentia. l. 7. c. 8. n. 14. 16
Rex ſit omnibus manifeſtus. lib. 7. cap. 12. numero 39
In rege ſit manus ad puniendum, ac ad præmiandum. l. 7. c. 13.n 25.26.27.28
In rege ſit juſtitia & clementia. ibid
Odium ac amorem regis ſequuntur ſubditi. l. 7. c. 15. n. 33. 34. 35
Regis eſt non ſervi, vitam dare pro ſuis. l.8.c.3. n. 108. & c. 16. n. 63
Pro adimplendis votis principum, ac regum nil recuſant ſervi agere lib.8 cap.4 num. 30. 31
Ob regum gratiam acquirendam multa turpia faciunt homines. l. 8. c. 15. n. 5
Regi deſiderant homines placere. lib. 8. cap. 4. n. 73
Rex iniquus peſtis reipublicæ, & incitativum ſubditorum. l 8. c.4.n 75 76.77
In domo regis ac principis Chriſtus patitur majores injurias. l.8.c.4 n.120
Diuturna commoratio cum rege Deo amicitiam vertit. l. 8. c. 5.n.43
In regis palatio non eſt veritas ſed mendacium. l. 8. c. 5. n. 44
Rex non vera, ſed mendacia audit. l 8.cap.7 numero 40
Mundiales reges non valent audire veritatem. l 8. c. 7. n. 42
Reges magno ardore faciunt pro ſuo regno tuendo. l. 8. c. 7. n. 35
Rex temporalis bonorum artifex, ut ſui pro eo dent vitam. l.8.c.7.n.34.36
Ut homo regi blandiatur nullum crimen reſpuit ſed valde licentioſe utitur. lib 8 cap.11. n. 14. 15
Regum purpura firmitatem à Chriſti ſanguine habet. l.8.c.11.n.21
Reges mundi ridiculi apud Deum. l. 8. c. 11.numer. 23
Regis manus non ſint ligatæ ſed expeditæ, ut rex nullius imperio obediat. l. 8.cap.11.n.33. 34. 36
Magni regis experiri quod ſuis imponit. l.8.c.11. n. 45
Regiæ dignitati ſervetur ſuus honor. l. 8.cap.12. n. 4
Auſpicium victoriæ, ſi rex primus procedat in bellum. l. 8. c. 12. n. 8. 9. 10

Rigor.

Prælatus à ſuo rigore aliquid remittat. l.7 c.10. n. 68. 69. 70
Rigor temperandus. Vide *Benignitas.*

Ruina.

Prælatorum caſus ſubditorum ruina. l.7.cap.11. num. 6

S

Sacerdos.

Sacerdotum crimina graviſſima ac prima omnium puniuntur. l. 7. c. 2. n. 23. 24
Sacerdotes Euchariſtiæ miniſtri. lib. 7.cap.4.numer. 15
Maximè punitur, ac reprehenditur ignorantia in Sacerdote. l. 8. c. 3. n. 71. 72
Sacerdotis eſt benefacere malefacientibus. l. 8. c. 4. n. 155
Sacerdos etiam iniquus venerandus. lib.8.cap.4. n. 50. 51
Sacerdos ut altari inſerviat, ab omni ſit munditiâ alienus. l. 8. c. 12. n. 6
Sacerdos ſit ſenior maturitate, & à ſanguine non promoveatur. l. 9. c. 7. n. 9

Sacra.

Contemptus ſacrorum januam aperit diabolo. l. 7. c. 6. n. 101
Religioſi majori furore ſancta proſequuntur quam ſæculares. l.8.c.4.n.116
Ad ſacra tractanda multa requiritur puritas. l. 9. c.5.n 62.63.64.65

Sacramentum.

Omnia ſacramenta à latere Chriſti manarunt. l. 8. c. 20. c. 65. 66

Salus.

Iniquus quæ ſunt ſalutis perditionem reputat. l. 7. c. 2. n. 55. 56. 57
Quæ ſalutis ſunt non remittenda ad mortis tempus. l. 7. c....n. 6
Hominum ſalus omnis à Chriſto. lib. 7. cap. 5. num. 122
Multum intereſt una vox clamans ad ſalutem l. 7. c. 10. n. 49. 50
Salus creaturæ, lucrum creatoris. lib. 7. cap. 7. num. 250
In ſalutis negotio nunquam deſiſtendum, ſed ſemper inſtandum. lib. 1. cap. 19. numero 31. 33
In negotio ſalutis hominum ſolus Chriſtus. l. 8. c. 3. n. 108
Summa miſeria in ſalutis portu naufragare. l. 8. c. 6. n. 15. 17. 18. 19
Valde miſerum tunc perire, quando omnes ſalvantur. l. 8. c. 6. n. 52
Salus animæ plus æſtimanda omni regno. l. 8. c. 14. n. 81
In proprio periculo de aliorum ſalute agere, divinum. l. 8. c. 15. n. 12
Non de ſalute temporali ſed ſpirituali agendum. l. 9. c. 15. n. 13
Chriſtus ſic triſtatur in unius perditione ac ſi omnes perderet. l. 8. c. 16. n. 11. 12.13
Divina Virtus non de ſe, ſed de alterius ſalute agere. l. 8. c. 16. n. 24. 25.26
Magna miſeria in portu ſalutis perire. l. 8.c.16. num. 14
Dandum eſt in negotio ſalutis, quod dediſti mundo. l. 8. c. 16. n. 77. 78. 79. 80
Salus æterna facile obtinetur, perditio multis comparatur. l. 8. c. n. 30. 31. 32
Pro ſalute unius animæ multa facienda. l. 9.c.5. num. 43
Pro unius ſalute Deus idem facit, ac pro omnibus. l. 9. cap. 5. n. 51

Sanctitas, vel *Sanctus.*

Pater æternus maximè glorificatur à Sanctitate ſua. l. 7.c.20.n.68
Sanctitas ſemper ſalva; & inexpugnabilis eſt

eſt. l.8.c.14.n.30
Sanctitate armatur homo adversùs mundi pericula. l 8. c. 21. n. 22. 23

Sapiens, *Sapientia.*

Vera Sapientia non ſuo, ſed Dei nutu regitur. l. 8. c. 2. n. 100. 101

Scientia, vel *Scire.*

Multa ſcientia opus eſt ut per vias communes non incedas. l. 7. c. 5. n. 115
Qui ſcit legem Dei & peccat graviter punitur. l. 7. c. 5. n. 270. 271
Sciens cum peccat, ſuo ore ſe comdemnat. l. 7. c. 5. num. 168
Scientia magnarum rerum ignorantia declaratur. l. 7. c 11. n. 46.47.48
Si alius non ſit tuum ſcire, nil reputabitur. l. 7. c. 12. n. 27
Dei ſcientia, ac cognitio ſuper omnia utiliſſima proficiat homo. l.7.c.20.n.28.29
Scientia templi ornatus. l. 8. c. 19. n. 32

Scrupulus.

Scrupulos Phariſæorum ad parva devorantes magna. l. 8. c. 6. n. 57

Secretum.

Amicus agnoſcit ſecretum ſui amici. l. 7. c. 15. n. 60. 61. 62
Magis aperiendum ſecretum amico, quam conſanguineo. ibid
Secreta revelare eximium amoris ſignum. l.7.c.19. n. 58. 59. 60
Quod in occulto dicitur, etiam in ſecreto non eſt. l. 8. c. 4. n. 21
Mulieres non poſſunt retinere ſecretum. l.9.c.1. n. 35. 36
Extraneo, ac peregrino non ſunt committenda ſecreta. l. 9. c. 3. n. 47.48.49.50

Securitas.

Securitas ruinæ argumentum, timor vero virtutis munimen. lib.7.cap.10.numero 107.108. 109. 110
Cum Jeſu ſecuritas, ſine illo vero timor. l. 8. c. 3. num. 211
Qui Chriſto ac virtuti ſervit ſecurus eſt ab omni malo. l. 8. c. 19. n. 37
Nullus locus eſt adeo ſacer, in quo ſecuritas. l. 9. c. 3. n. 55. 56

Senex.

Sapientia eſt in ſenioribus. lib.8 cap 4.num.9. 10. 11
Judex ſit ſenex. ibid
Juvenes ad ſecularia, ſenes ad ſpiritualia apti ſunt l. 9. c. 7. n. 62. 63

Sententia.

Prælatus ſua ſententia alios ad idem impellit. l. 8. c. 4. n. 106
Damnationis ſententiam contra ſe proferunt impij. l. 8. c 11. n. 38
Miracula neceſſaria, ut homo ſuam ſententiam mutet. l 8. c. 16. n. 32
Eidem ſententiæ, ſe & alios princeps ſubjiciat. l. 8. c. 21. n. 75

Sepulchrum.

Sepulchrum Chriſti ex multis circunſtantiis valde glorioſum. l. 8. c. 21. n. 80
Cur in alieno ſepolchro ſepelitur Chriſtus. l. 8. c. 21. n. 82
Aſpectu Chriſti ſepulchri mundantur noſtri oculi. l. 9. c. 1. n. 136
Chriſti ſepulchrum reſplendebat. lib. 9. cap. 2. num. 14
Ambitio ſpecioſi ſepulchri præcipitium multis ad infernum. l. 9. c. 1. n. 20.21
Vide *Chriſti ſepultura.*

Sequi.

Si unus à Chriſto recedit alius veniens ipſum ſequitur. l.7.c.3.n.14
Qui Chriſtum ſequitur ambulat in die qui ab eo recedit in nocte. l.7.c.6.n.135.136
Multi trepidant Chriſtum ſequentes. lib. 8. c.3. num. 225
Melius eſt Chriſtum ſequi cum periculo quam in mundo ſtare falſa ſecuritate. lib.8.cap.5.numero 5
Qui ſequitur corpore, & non animo labitur. l. 8. c. 5. n. 36
Crucem Chriſti ſequamur cruce noſtra. l.8.c.12. num. 70
Ille Chriſto adhæret qui carnem ſuam crucifigit. l. 8. c. 13. n. 115. 116. 117
Qui Chriſto non adhæret ruit. lib. 8. cap. 14. num. 62
Qui magiſtrum ac Dominum ſequitur uſque ad diſceſſum, jus habet ad bona. lib. 8. cap. 17. num. 10

Servus, vel *Servire.*

Serviendi myſterium, dat dominandi meritum. lib. 7. c. 5. n. 252
Servus aliquando inimicus Domini ſui. l.7.c.15. num. 58
Qui ſervit Deo odium mundi contra ſe excitat. l. 7. c. 15. n. 93. 94 95. 96
Servus Chriſti non habet proprium niſi Chriſtum. l. 7. c. 19. n. 94
Dominus ſervis communicat ſuam gloriam. l. 9. c. 1. n. 109

Sindon, ſeu *Sudarium.*

Involvitur Chriſtus ſindone nova, & aliena ab omni ſorde. l.8.c.21.n.62.& 66
Sub ſigno ſudarij Chriſti omnia fera mitigantur. ibid.n.65
Sudarium magis mundum ex tactu corporis Chriſti. l. 8. c. 21. n. 67

Silentium.

Silentio ſatis facit pro ſtulto eloquio. lib.8.cap.4. num. 94
Ubi defenſio eſt inutilis magna eſt animi fortitudo ſilere. l.8.c.4.n.95
Virtus oſtenditur potius ſilentio, quam verbis l. 8. c. 7. n. 52
Silentium ex doloris vehementia. lib. 8. cap. 5. num. 103
Alta myſteria ſilentio veneranda. lib. 8. cap. 17. num. 107. 108
Vide *Tacere.*

Similis.

Deus nos fecit ad imaginem ſuam, ut nos efficiamur ad ejus ſimilitudinem. l.9.c.9.n.76.77
Quilibet quærit ſibi ſimile. lib. 7. cap. 3. numero 15
Si homo aſſimiletur aliis moribus laudatur, ſi ſingularis ſit reprehenditur. l. 8.c.5 num.129. 130. 131
Peccatores diligunt ſui ſimiles. l.8.cap.9.numero 33. 34
Naturæ humanæ ſimilitudo nobis facit Jeſum propitium. l. 8. c. 10. n. 70
Similitudo operis aſſociat animos. lib. 9. cap. 1. num. 93
Deus ſub ſimilibus actionibus diſſimiles fines intendit l. 9. c. 23. n. 24. 25

Similitudo facit videre. l. 9. cap. 6. n. 25

Symon Cyreneus.

Quare Simon. l. 8. c. 12. n. 53
Cyrena triplex civitas. ibid. n. 54
Simon proſelitus & in Judæorum religionem tranſivit. l. 8. c. 11. n. 55
Simon ſanctus in Eccleſia. ibidem numero 57. 58
Simon ferebat crucem adjuvando Chriſtum. l. 8. c. 12. n. 65
Simon eligitur ad ferendam crucem Chriſti, non ex pietate, ſed credulitate. ibidem numero 68

Singularitas.

Qui Chriſtum ad ſingularitatem vult trahere ipſum peſſundare dicitur. l.7.cap 5.n.276.277. 278
Singularis in moribus reprehenditur, aſſimilatus aliis laudatur. lib.8.cap.4.num.129.130. 131

Societas.

Quilibet quærit ſui ſimile. lib.7.cap.3.numero 14
Ex uno iniquo ſocio non obſcuratur aliorum fama. l. 7. c. 3. n. 23
Magnum diſcrimen venit ex bona, vel mala ſocietate. l. 7. c. 4. n. 17
Mala ſocietas multum nocet. lib.9.cap.6.numero 30
Ex ſocietate malorum turbatio, ex illorum abſentia glorificatio. l. 7. cap.6.numer.150.151. 152
Valde potens alicujus ſocietas ad mores variandos. l. 8. c. 2. n. 185
Impij ſocietas mortem vaticinatur. lib.8.cap.3. num. 27
Talis eſt quilibet, quales illi, quibus accedit. l. 8. c 5. n. 34
A mala ſocietate inficiatur juſtus. lib. 8. cap. 5. n. 75. 76
Mala ſocietas periculoſior quam maris tempeſtas l. 8. c. 5. n. 93
Societas impiorum ad validius oppugnandum juſtum. l. 8 c. 11. n. 48
Societas ſeu connexio boni ac mali maximè diſplicet Deo. l. 8. cap. 13. n. 21
Quilibet ex ſuo ſocio ſimilis reputatur. l.8.c.16. num. 9
Quilibet compatitur ad ſocium ſuum. lib.8.c.16. n. 69
Qui eſt ſocius laboris, ſit & gaudii. lib.8.cap.16. n. 111
Socius in ſplendore, ſit, & in paſſione. l. 8. c. 19. n. 15
Aſſociati ſeu propinqui peccatoribus illorum pœnis involvuntur. lib. 9. cap.4.n.69.70.71
Qualis quis, quales quibus adjungitur. l. 9. c. 7. n. 39

Solitudo.

Solitudo idem eſt ac ſepulchrum. lib. 8. cap. 22. n. 57. 58
Solitudo dolorum exceſſus. lib.8.cap.22.numero 46
Multum requiritur ad ſolitudinem ſuſtinendam. ibid. n. 49. 50
Solitudo ad lachrymas apta. l. 8. c. 22. n 52. 53
Solitudo quædam diræ mortis crux. l.8.cap.22. num. 56

Solus.

Injuriam infert regi, qui illius favorem ſolus ſibi volt vindicare. l. 7. c. 5. n. 271

Somnus.

Somnus juſtorum requies, impiorum labor afflictioque. l.8 c.2.n.198.199
Eruditio per ſomnum efficaciſſima. lib. 8. cap. 9. n. 23

Spes.

Spes certa de æterna beatitudine mitigat labores l. 7. c. 16. n. 60. 61. 62
Spes cruciatus maximus ſuper omnia tormenta. l. 8. c. 16. n. 74
Solus qui habet merita dignus ut ſperet. lib. 8. cap. 16. n. 87
Inſignis latronis ſpes, dum habet fiduciam regni in Chriſto, quæ in tanta paupertate videbat. l. 8 c. 16. n. 86
Peccatores ſpem veniæ concipiant. l.8.c.16.n.100. 101. 102
Cum ſpes in humanis deficit adeſt divina gratia. l. 9. c. 6. n. 5

Spiritualia.

Ut anima fruatur ſpirituali dulcedine adverſa toleranda ſunt. l. 7. c. 18. n. 67
Vide *Bona ſpiritualia.*

Spiritus Sanctus.

Spiritus ſancti ignis extinguit peccata. l. 7.c.13. n. 77
Spiritu ſancto rapimur in cælum. lib. 7. cap. 13. n. 78
Spiritus ſancti igne illuminamur. l. 7. c.13. n.79. 80. 81
Innumera bona ab Spiritu ſancto in nos manarunt. l. 7. c. 13. n. 73. 74. 75
Quod Chriſtus docuit Spiritus ſanctus confirmat & ad executionem producit. lib. 7. c. 13. n. 87. 88
Ab Spiritu ſancto multiplex eſt conſolatio. l. 7. c. 12. n 11
Conſolationes communicatæ ab Spiritu ſancto, nec ab Angelo valent explicari. lib 7. c. 12. num. 12
Quare Spiritus ſanctus venit in ſpecie columbæ, & ignis. l 7.c.13.n.28
Majus donum videri poteſt Spiritus ſancti miſſio filii. l. 7. c. 13. n. 32. 33
Spiritus ſanctus regnum cælorum in nobis eſt. l.7. c. 13 n. 68
Per Spiritum ſanctum in nos veniunt omnia bona ad carnem Chriſti fruendam invenimur digni. l. 7. c. 12. n. 28. 29
Spiritus ſanctus prævenit ad præparandum in corde noſtro dignum habitaculum Patri, & filio. lib. 7. cap. 13. numero 37. 38. 39. 40. 41. 42
Spiritus ſanctus nos præparat ut Chriſtum dignè ſuſcipiamus. ibid. n. 38. 40
Pater oſtendit majeſtatem, & Spiritus ſanctus amorem & inde ad nos venit. l.7.c.13.n.44. 45. 46
Spiritus ſanctus cum ſit amor in homine quieſcit. l. 7. c. 13. n. 49. 50
Spiritus ſanctus conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. lib. 7. cap. 13. numero 58. 59. 60
In miſſione Spiritus ſancti maximè declaratur amor totius Trinitatis erga nos. lib.7.cap.13. n. 63. 64. 65. 66
Spiritus ſanctus cum peccatoribus lenis, in negotio regni Dei vehementi. lib. 7. cap. 13. num. 70

Spiritus ſanctus nos illuminat ad ſupernaturalia intelligenda. lib. 7. cap. 13. num. 90. 91. 92. 93
Ad recipiendum Spiritum ſanctum in anima multa præparatio neceſſaria. lib. 7 cap. 13. n. 93. 94 95. 96
Spiritus ſanctus communicatur juxta noſtram diſpoſitionem. ibid
Spiritus ſanctus pax noſtra. l. 7. c. 13. n. 105. 106. 107
Spiritus ſanctus nos pacificos & quietos reddit l. 7 cap. 13. n. 107
Spiritu ſancto munimur adversùs ſeculi poteſtates. l. 7. c. 13. n. 117. 118. 119
Quare remiſſio peccatorum tribuatur Spiritui ſancto. l. 8. c. 4. num. 95

Status.

Statui accommodandum. l. 8 c. 3. n. 168
Pro conditione ſtatus, non mutandus eſt homo à ſua conditione antiqua. lib. 9. cap 5. numero 44

Studium.

Multo ſtudio divina myſteria inquirenda. l. 7. c. 18. n. 41. 42. 43

Subditus.

Subditi odium ac amorem regis ſequuntur. l. 7. c. 15. n. 33. 35
Subditorum culpæ principi ſunt dolores, ejusque gloriam obſcurant. lib. 8. c. 4. numer. 144. 145
Subditi dant vitam pro ſuo temporali rege tuendo. l. 8. c 7. n 37
Delicta ſubditorum gravant, & pungunt ſuperiorem. lib. 8 cap 11. n. 47
Idem eſt habere ſubditos, ac habere ſepulchrum l 8. c. 14. n. 43
Magnus princeps conſulit non ſuæ majeſtati ſed ſuorum utilitati. lib. 9. cap. 4 n. 5

Superbia, vel *Superbus.*

Superbus impatiens eſt ſui vituperii, ac alterius gloriæ. l. 7 c 3. n. 17
Humilitas oſtendit ſe ex Deo eſſe, ſuperbia ex diabolo. l. 7. c. 5. n. 125
Chriſti exemplo ſe dimittat homo à ſuperbia. l. 7. c. 5. n. 161
Superbire in dignitate gentilium vitium. l. 7. c 8. num. 14
Superbia provocat juſtitiam, miſeria, miſericordiam. l. 8. cap. 5. n. 25

Superabundantia.

Superabundantia neceſſaria ad confirmanda humana corda. l. 8 c. 3. n. 170
Amor dat ſuperabundanter. libro 8. capite 3. num. 171

Supplicium.

In rege ſit munus ad præmia, & ſupplicia. l. 7. c. 13. n. 25. 26. 27. 28
In aliorum ſupplicio timeat homo ſua peccata, ut in re judicata. lib. 7. cap. 17. num. 62. 63. 64
In aliorum ſupplicio timendum. ibid
Mala quæ in ſanctos veniunt, peccatorum ſupplicia demonſtrant. lib. 8. cap. 12. num. 106. 107. 108
Damnati animi eſt, quod in ſuppliciis non reſipiſcat homo. l. 8. c. 16. n. 16
Duplici ſupplicio afficitur peccator in hac vita & in futura. l. 8. c. 16. n. 17. 18
Supplicium infligitur juxta gravitatem peccatorum. l. 8. c. 16. n. 72. 73
Non puniat, qui punire meretur. l. 9. c. 5. n. 6. 7. 8

T

Tacere.

TAcere inter calumnias divinitatis eſt. l. 8. c. 4. n 96. 97
Divina virtus inter injurias tacere. lib. 8. cap. 7. num. 57. 58
Peccatores bona tacent, quæ mala judicant dicunt. lib. 8. cap. 11. n. 95. 96
Juſti dicunt bona tacent mala. lib. 8. cap. 20. numer. 13
Qui tacet cogitat vindictam. libro 9. cap. 10. numer. 29

Temporalia.

Vide *Bona temporalia.*

Templum.

Qui de templorum ornatu agit multùm laudatur ac ſublimatur. l. 7. cap. 4. n. 63. 64 65. 66
Qui dat ad templi fabricam, multa bona aſſequitur. l. 7. c. 4. n. 64. 65. 66. 67

Tentatio.

Ex morum pravitate diabolus ſumit occaſionem ad tentandum. l. 7. cap. 5. n. 105
In tentatione ac perſecutione perſiſtendum in Chriſto. l. 7. c. 14. n. 9
Tentatione, ac labore purgatur homo, & fit fortior. l. 7. c. 14. n. 32. 33. 34. 35

Teſtamentum.

Teſtamentum idem eſt ac fœdus. lib. 7. cap. 7. num. 229
Cur dicitur teſtamentum vetus. lib. 7. cap. 7. n. 231
Teſtamentum novum propriè teſtamentum, & cur ſic dictum. l. 7. c. 7. n 233. 234
Teſtamentum novum dat æternam hæreditatem. l. 7. c. 7. n. 143

Teſtimonium.

Teſtimonium diligentis, ac obligati apud homines ſuſpectum. l. 8. c 20. n. 14. 15. 16
Teſtimonium diligentis in re dilecti valde ſuſpectum. l. 7. c. 17. n. 71
Teſtimonium ab adverſario valde efficax. lib. 7. c. 20. n. 10

Teſtis.

Teſtis fide dignus, qui particeps eſt eorum, ac ille, pro quo dat teſtimonium. lib. 7. cap. 16. numero 28
Sub falſis teſtibus perire duriùs morte. l. 8. c. 4. n. 67. 68. 69 70
Unus falſus teſtis omnia tormentorum genera contorquet in hominem. ibid. n. 69
Non deſunt falſi teſtes ſi adſit pecunia. l. 8. c. 4. num. 72

Thomas Apoſtolus.

Thomas dicitur Dydimus id eſt gemellus. l. 9. c. 5. n. 1
Cum Apoſtolis reſurrectionis myſterium non crediderit, peccavit. l. 9. c. 5. n. 24
Thomas præditus animo generoſo. l. 9. c. 5. n. 52
Thomas ut pote Sacerdos Chriſtum tangit. l. 5. c. 9. n. 59

Confeſſio Thomæ multis virtutibus plena. ibid. num. 66
Thomas ſuam fidem exprimi verbis. l.9.c.5.n.75
Thomas primus expreſsè Chriſtum Deum vocavit. l. 9. c. 5. n. 78
Thomas maximè gratus noſtræ redemptioni tanquam ſi pro ſolo eo eſſet. ibid. n. 8
Eximio amoris affectu loquitur Thomas. ibid num. 81
Digitus Thomæ magiſter mundi. ibid. n. 82
Incredulitas Thomæ deſtruit orbis incredulitatem. ibid. n. 83
Thomas fidei magiſter. ibid. n. 84
Minor fuit incredulitas Thomæ, quam aliorum diſcipulorum. ibid. n. 86
Thomas valde ſublimi dono magnificatur. ibid num. 87
Thomas in toto penè orbe prædicavit. ibidem num. 89
Valdè mirabilis D. Thomas in ſua prædicatione ibid. n. 90

Timor.

Juſtus ac prudens timet malum imminens, non verò iniquus, & imprudens. libro 7. cap. 6. num. 32
Quem benignitas non vincit, timor coërcet. ibid. num. 44
Sui criminis conſcius de qualibet re timet. ibid num. 97
Securitas ruinæ argumentum, timor virtutis munimen. l.7.c.10.n.107.108.109.110
Miniſter independens nil timet. lib. 9. cap. 9. num. 14
Qui Chriſto adhæret periculum non timet. l. 7. c. 11. n. 8. 9. 10
Excellentior magis timeat, ne magis perdat. l. 8. c. 2. n. 54
Chriſtus non timet homines pro quibus dat vitam. l. 8. c. 3. n. 86
Idem verbum iniquis eſt ad timorem, juſtis ad ſolatium. ibid. n. 93
Ad confirmanda humana corda, ac ad expellendum timorem ſuperabundantia neceſſaria. ibid num. 170
Cum Jeſu ſecuritas, ſine illo timor. ibid. n. 211
Impius timendus. l. 9. c. 6. n. 4
Dei timor fœcundat, & replet animam. l.8.c.16. n. 30. 31. 32
Dei amator nullum periculum timet. l. 9.c.6. num. 32
In Prælato ſit, in ſubdito obedientia. l. 9. c. 7. num. 53
Timor reddit homines inhabiles ad dignitatem. ibid. n. 15

Titulus.

Titulorum ſublimitas fugienda. ibid. n. 5
Tituli magni non dantur niſi quando eorum oneri poteſt ſatisfieri. l.8.c.17.n.53

Traditor ſeu Proditor.

Traditoris nefas ſervorum, ac ignobilium proprium. l.7.c.8.n.12.13
Nulla durior tentatio, quam traditorem ſuſtinere. ibid. n. 14
Cognitæ inſidiæ, magnus gladius adverſus proditorem. l. 7. c. 10. n.72
Proditione maximè perturbatur amor. lib.9.c.8. num. 42

Trinitas.

Æqualis ac mutua charitas inter divinas perſonas. l. 7. c. 11. n. 66
Trinitas ſumma divinitatis excellentia. ibidem n. 77. 78
Myſterium Triſſitatis inter magna ſigna divinæ omnipotentiæ declaratur, lib. 9. cap. 9. n. 9. 10
Ubi eſt umbra Trinitatis, nulla eſt flamma urens ibid. n. 19. 20
Umbra Trinitatis auſpicium vitæ. ibid
Trinitatis myſterium ſola Dei virtus aperit. ibid n. 50. 51
Trinitas perſonarum ſumma Dei laus. ibidem num. 52
Sub Trinitatis auſpicio omnia facilia. ibid. n. 53. 54. 55
Ab umbra Trinitatis ſuperatur mors, & vita manet. ibid. n. 56
Ab Umbra Trinitatis ſpiritualis vita cum omni dono. ibid. n 58
Invocato Trinitatis nomine, ſurgunt homines ut alites in cælum. ibid. n. 57
In umbra Trinitatis omne bonum, omniſque felicitas. ibid. n. 58. 59.60
Quare baptiſmus conferatur ſub nomine Trinitatis. ibid. n. 61 62
Trinitas ſuprema divinitatis dignitatis. ibidem num. 62
Oſtenſa Trinitatis umbra, nil amplius eſt, quod homo valeat deſiderare. ibidem num. 63. 64. 65
Trinitas nobis tota benefica. ibid.n.66
Sub umbra Trinitatis omnia difficilia vincuntur ibid. n. 67
Sua umbra Trinitatis vincuntur hoſtes. ibid.n.68. 69. 70
Sub umbra Triniatis vincitur mors. ibidem. n. 69
Ad tractandum de Triſſitate ſumma requiritur puritas. ibid. n. 74
A Trinitate diſcamus unitatem. ibid. n. 79
Angeli contemplantes Trinitatem accipunt concordiam. ibid.n.82

Triſtitia.

Nimia triſtitia memoriam aufert. lib. 7. cap. 17. num. 23
Triſtitia intelligentiam impedit. ibid. n. 76
Poſt triſtita ac funeſta, gaudium præjucundius. l. 7. c. 18. n. 22. 23
Triſtitiam dat Deus parcè, gaudia verò largiter. ibid. n. 59
Sub triſtitia vult Chriſtus expiare noſtras delectationes. l. 8 c. 2. n. 42
Triſtitia Chriſti ſumma, & maxima. ibidem num. 29
Triſtitia diem vertebat in noctem. l. 8. cap. 22 num. 38
Triſtis aliorum ſocietatem fugit ac declinat. ibid. n. 54. 55

V

Veneror.

Vide *Reverentia.*

Venia.

Ex venia in peccato ſibi data, diſcat Prælatus aliis dare veniam. l.9.c.7.n.36

Verbum Dei.

Dei verba opera. l.7.c.11.n.86
Dei verbis expurgatur mens. l.7.c.14.n.31
Dei verbum cuſtodit, & terror eſt adverſariis. l. 8. c. 3. n. 196 197
Dei verba inflammant, peccata comburunt. l. 9. c. 3. n. 116

Verbum noſtrum, ſeu, *Sermo*
Claritas verborum amoris index. lib. 7. cap. 20. n 112. 113
Verborum blanditiis miteſcit animus. l. 8. cap. 3. num. 51
Chriſti verba expellunt amaritudinem. lib. 9 c. 1. num. 68
Verba ſuum indicant auctorem. lib. 7. cap. 3. num. 14
Veritas, vel *Verus.*
Per humilitatem, ad veritatem inſtruimur. l. 7. c. 5. n. 156
Odium non valet ſuffocare veritatem, ſed ſemper manifeſtabitur. l. 7. c. 16. n. 6
Veritas prædicatori maximè neceſſaria. ibidem num. 17
Veritas dat multam confidentiam, ac animos ad dicendum. ibid. n. 18. 19. 20
Veritatis ſcuto munitus nullius iram timet. l. 9. c. 16. n. 19. 20
Veritas lætificat, ac perjucundat animum. l. 7. c. 17. n. 43. 44
Veritas Aulicis ignota. l. 8. c. 3. n. 28
Ex lingua veraci creditur veritas, non verò ex mendoſo. ibid. n. 98. 99
Bonis magnus ardor dicendæ veritatis. lib. 8 c. 4. num. 137
Ex modo dicendi deprehenditur veritas. l. 8. c. 5. num. 26
In regis palatio non eſt veritas, ſed mendacium l. 7. c. 4. n. 44
Magna veritatis celſitudo. l. 8. c. 7. n. 27
Reges non valent audire veritatem. lib 8. cap. 7. num. 42
Cui non eſt cura de veritate, omne malum perpetratur. ibid. n. 43
Veritas magis cognoſcitur operibus quam verbis l. 9 c. 3. n. 101
Verus non refugit examinari, ac probari. l. 9. c. 5. n. 53. 54
Solus divinus ſpiritus verum agnoſcit, humanus ſæpè fallitur. l. 9. c. 7. n. 35
Verecundia.
Iniquus de ſua nequitia habet verecundiam. l. 8. c. 3. n. 22
Ex antiqua educatione verecundia de peccato. ibid. n. 25
Juſtus verecundus, peccator impudens. ibidem n 48. 49
Juſtus erubeſcit de peccato, non ſic iniquus. ibid num. 101
Verecundiam habent homines operandi coram illis, quos offenderunt. l. 8. c. 5. n. 116
Verecundia multa eſt viro nobili, ac pudico. l. 8. c. 19. n. 20. 21
Juſtus habet verecundiam à Dei conſpectu non verò peccator. l 9. c. 1. n. 127. 128. 129
Veſtis.
Veſte humili ac ſordida, vincitur diabolus. lib. 8. c. 11. n. 22
Veſtes Chriſti quot fuerint, & cujus coloris. l. 8. c. 14. n. 4. 5. 6. 7
De diviſione veſtimentorum Chriſti. ibidem n 12. 13. 14
Bis ſ rs miſſa eſt ſuper Chriſti veſtimenta. ibid n. 1- 18
Quare veſtis inconſutilis non ſcinditur. ibid. n. 22. 23. 24. 25
Via.
Si res fieri poteſt via communi, extraordinaria non requirenda. lib. 7. cap. 16. num. 29. 30. 31
Hominis vita tota ſit repræſentata in via ad Deum. l. 7. c. 17 n. 18
Via tibi utilis ſequenda; & ab ea non diſcedendum. l. 7. c. 1. n. 38. 39
Ut per vias non communes incedas multa ſcientia opus eſt. l. 7. c. 5. n. 115
Judex teneat communes vias, extraordinarias fugiat. ibid. n. 211. 212
Via cœli ſudoribus plena. l. 7. c. 11. n. 52
Chriſtus nobis initiavit viam ad cœlum, ac eam oſtendit. ibid. n. 53. 54. 55
Qui Chriſti viam ingreditur, portum jam tenet ibid. n. 63. 64. 65. 65
Victoria.
Glorioſa victoria ſuſpendere ictum cum armatâ ſit manus. l. 7. c. 10. n. 74
Glorioſior victoria per debile inſtrumentum. l. 7. c. 11 n. 96
Glorioſa victoria, qua hoſtis ſuis armis vincitur. l. 8. c. 2. n. 13. 14. & l. 9 c. 5. n. 71
Diabolus vincitur per quod vicerat. l. 8. c. 11. num. 48
Auſpicium victoriæ ſi princeps primus procedat in certamina. l. 8. c. 12. n. 8. 9. 10
Vicinus.
Vicini aliorum pœna involvuntur. l. 9. c. 5. n. 69. 70. 71
Videre, ſeu *Viſio.*
Si nos Deus videt in miſericordia ipſum videre poſſumus. l. 7. c. 18. n. 66
Quæ videntur maximè animos movent. l. 9. c. 1. num. 108
Carnalis homo nihil putat eſſe, niſi quod videt ſuis oculis. l. 9. c. 2. n. 36
Viſio Dei.
Ad Dei viſionem non pervenitur niſi per ſpinas ac labores. l. 8. c. 11. n. 50. 51. 52
Verus Dei aſſecla quantò magis Deum videt, tantò magis inflammatur deſiderio videndi eum. l. 9. c. 6. n. 37
Vigilare.
Paſtor tentationis tempore vigilet. lib. 7. c. 5. num. 30
Chriſtus vigilantes ad vigilandum exhortatur ſuos. l. 7. c. 2. n. 17
Ubi major eſt dignitas, major eſt vigilia. ibidem num. 114
Qui periculum timet, vigilet. ibid. n 116
Ex vigilia requies. ibid. n. 197
Vindicta, vel *Vindex.*
Nullo modo homines ſuſtinent peccatorum vindicem. l 7. c. 3. n. 69
Non eſt ſumenda vindicta cum adſit poteſtas. l. 7. c. 10. n. 74. 75. 76
Magna virtus à parata vindicta abſtinere. l. 8. c. 3 num. 158
Virginitas.
Virginitas maximè expedita & velox. lib. 9. c. 2. num. 8. 9
Virginitas velocitate tranſcendit pennas ventorum. ibid. n. 10. 11
Virginitas facit homines veloces. ibid. n. 11
Virginitas valdè perſpicax. l. 9. c. 6. n. 24
Virginitas facit immortales. l. 9. c. 8. n. 73
Virtus.
Difficile virtutem à vitiis diſtinguere. l. 7. cap. 1 num. 59
Virtus ſemper ſuum habet defenſorem. ibid. n. 73
Novella

Novella virtus fovenda, ut creſcat. l.7.c.1.n.76. & c. 10.n. 63

Virtutum progreſſibus ſolum virtutum facinora debentur. ibid.n.100

Virtus etiam levibus inquinamentis enervatur. l.7.c.3.n. 19.20.21

In re virtutis exceſſus nimius damnandus. lib. 7. c.5.n.209.210

In hoc ſæculo non invenitur virtutum triticum ſine paleis. l.7.c.10.n.16

Ubi major virtus, majores ſunt oppugnationes majoráque præſidia neceſſaria. lib. 7. cap. 10. n. 17. 18

Magna virtus deliciarum motiva in virtutes convertere. l. 9.c.10.n.11.12

Virtutis ſtudium comparandum. lib. 7. cap. 10. num. 73

Propriis, non alienis virtutibus nitendum, ibidem.

Publicatio in virtute ſectanda, in illa permanentia eſt. l. 7.c. 12. n. 25. 26

Virtus labore ac preſſura obtinetur. l.7.c.14.n. 17. 18. 19

Juſtus in nullo virtutis opere ſiſtit, ſed ſemper ad majora tendit. l. 9.cap.14.n.81.82.83.& c. 19. num. 32. 33

Fictus virtutis prætextus crudeliſſimas mentes alit. l. 7.c. 16.n.37.38 39 40

Si virtus nitet labores irruunt, ibidem num. 45. 46

Qui aliorum virtutes intendit perficere, numquam debet ab opere ceſſare. lib. 7. cap. 19. num. 71. 72. 73

Pejor virtutum exceſſus quàm defectus. l. 8.c.5. num. 95

Irriſiones maximè impediunt virtutem, ibidem. num. 117

Melius eſt interna virtus, quam imperii corona. l. 8. c. 12. n. 99

Magna prudentia proprias pœnalitates ac afflictiones in actus virtutum convertere. l.8.c.16. num. 55

Quantus fuit homo in vitiis ſectandis tantus ſit & in virtute amplectenda. ibidem, num. 78. 79. 80

Homines non virtutem ſed factum venerantur. l. 8. c. 19. n. 18

Virtuti finis vitæ primordiis correſpondeat. l. 8. c. 7. n. 7. 8. 9

In via virtutis obſtacula, in vitiis blandimenta. l. 9. c. 1. n. 94

Juſtus ſemper creſcat in virtute. lib. 9. c. 6. numero 11

Quantus fuiſti in vitiis ſequendis, tantus ſis in virtutibus amplectendis. lib. 9. cap. 7. numer. 21. 22. 23

Viſitatio.

Filij eſt viſitare ſedentes in tenebris ac extremos l. 7. c. 18. n. 30. 31. 32

Prælati eſt viſitare magnos, & parvos ibidem, num. 33

Vita, ſeu Vivere.

Hominis vita repræſentata via ad Deum. l.8.c.7. num. 17. 18

Tempus hujus vitæ modicum & breve. l. 7. c. 18. n. 11. 12. 13

Vita præſens non vita, ſed fluxus, ibidem numer. 14

Chriſto charior aliorum vita, ac ſalus, quàm propria. l. 8. c. 3.n.112

Vitæ probitas non indiget defenſione. l. 8.cap.4. num. 14

Non de temporali vita, ſed ſpirituali agendum. l. 8 c. 15. n. 13

Felix cui finis vitæ primordiis correſpondet. lib. 8. c. 21. n.7. 8. 9

Quod eſt ad vitam, non ſit ad mortem. l.9.c.4. num. 37. 38

Vitium.

Melius eſt eſſe jejunium, quam vitiorum turpitudinem guſtare. l. 8. c. 13. n. 19

Quantus fuit homo in vitiis ſectandis, tantus ſit in virtute amplectenda. lib.8.cap.16.num.77. 78. 79 80

Vitiis blandimenta, virtutibus difficilia ſunt amica. l.9.c.1.n 94

Quantus fuiſti in vitiis tantus ſis in virtutibus. l. 9. c. 7. n. 21. 22. 23

Unio.

In Chriſti ſectatoribus, non diviſio, ſed unitas. l. 7 c. 3. n. 22

Juſti in unum uniuntur. lib. 7. cap. 15. num.23. 24. 25

Trinitate diſcamus unionem. lib. 9. cap. 9.num. 79 80. 81

Ubi eſt proprij abnegatio, ibi unitas. lib. 7. cap. 19. num. 85

Unio inter multos majus donum, quàm gratia miraculorum. l.7.c.20.n.104.& 111

In unione habetur Chriſtus, lib. 8. capite 14. num. 24

Unitas cor Domini ſibi ſurripit. lib. 8. cap. 20. num. 26. 27

Unitas Eccleſiæ, ac membrorum ejus, ibidem num. 79. 80

In unione requies Chriſti. l. 8. c. 12. n. 84

Voluntas.

Mors voluntaria triſtitiam excludit. l.8.cap.11. num. 42

Vox.

Vox Dei terrifica. l. 8. c. 3. n. 93

Vox Dei judicantis maximè terrifica, ibidem num. 94

Vxor Pilati.

Vxor Pilati pia, & bona fœmina. l.8 cap.9.n.12. 13. 14

Somnium vxoris Pilati immiſſum eſt ei ab Angelo bono. ibid. n 19. 20

Quare dira, & terribilia manifeſtantur mulieri in ſomnis, & non in vigilia. ibidem. num. 23

Quare non benignitate ſed terroribus agitur cum illa. ibid. n. 24. 25

Urbanitas.

Vir nobilis Urbanus. l.7.c. 1. n. 10

Vulnera Chriſti.

In Chriſti vulneribus ſunt omnia Chriſti magnalia veluti in compendio. lib. 9. cap. 5. num. 74

Vulnera Chriſti efficaciſſimum argumentum Chriſtianæ fidei. ibid. n. 16. 17

Vulnera, Dei virtutem manifeſtant. ibid n.15

In Chriſti vulneribus omnia bona, ac gaudia. ibid. num. 72

In vulneribus Chriſti omnes ſunt probationes divinitatis. ibid. n. 73

Jeſu divinitas maximè reſplendet in ſuis vulneribus. l. 8. c. 20. n. 71

Chriſti vulnera noſtra protectio & ſalus. ibid. num. 72

Sub ſigno vulnerum Chriſti omnia fera & venenoſa mitigantur 1 8 c. 21. n. 67
Quare in corpore Chriſti glorioſo fuerunt quinque vulnera? lib. 9. cap. 4. num. 43. 44. 45. 46. 47
Ad laudanda Chriſti vulnera multi millia carminum. l. 8. c. 20. n. 67
Chriſtus ſuis vulneribus valdè magnus. ibidem num. 68
Chriſtus ſuis vulneribus maximè Rex glorioſus, ibid. n. 69
Vulnera Chriſti maximè ejus gloriam indicant. ibid. n. 70

Vultus.

Vultus index, ac ſpeculum animi. l. 7. c. 6. n. 34. 35. 36

Z

Zelus.

Valdè crudele, ac abominabile malum quod infertur ſub prætextu ac zelo juſtitiæ. l. 7. c. 16. n. 38. 39. 40
Magna crudelitas ex peſſimo zelo. ibid. n. 54
Zeli ac juſtitiæ prætextu iniqua agere duriſſimum. l. 8. c. 3. n. 64. 65
Iniquorum eſt ſub virtutis zelo aliquem perſequi. l. 8. c. 4. n. 66
Religioſi zelatores in majora mala cadere permittuntur. l. 8. c. 5. n. 35
Zelans Dei honorem facilè omnia impetrat. l. 8. c. 16. n. 125
Impiè ſævit, qui pietatis zelo ſævit. l. 8. c. 20. num. 6. 7

FINIS.

INDEX GENERALIS

IN

Noſtros quinque Tomos in Textum Evangelicum, indicans unumquodque Evangelium explicatum, prout ſuo ordine decantatur in Eccleſia Romana.

PRIMO.

Per omnes Dominicas, Ferias ac Feſtivitates.

SECVNDO.

Per omnes Menſium Feſtivitates.

TERTIO.

Per Commune Sanctorum.

Commentatoris munus egimus: ſeriem geſtorum Chriſti, prout ſuo ordine acciderunt, explicavimus: quia tamen Concionatoribus maxime inſervire exoptamus, ideo hunc Indicem in noſtros quinque Tomos inſtituimus, demonſtrantem unumquodque Evangelium explicatum, prout ſuo ordine habetur in Eccleſia Romana. Illud tamen adverte: In Feſtivitatibus Sanctorum Evangelium, quod ad commune ſpectat, apud ipſum commune reperies, ne paſſim idem repetere cogamur.

Dominicæ, Feriæ, Feſtivitates Mobiles totius anni.

Dominica I. Adventus.

Luc. 21.

ERVNT ſigna in Sole, & Luna. Judicium finale. Tom. 4. cap 50

Dominica II. Adventus. Matth. 11.

Cum audiſſet Joannes in vinculis. Joannes in vinculis. Tom. 3. c. 13.

Dominica III. Adventus. Joan. 1.

Miſerunt Judæi ab Hieroſolimis Sacerdotes. Legati ad Joannem. Tom. 1. lib. 3. c. 4.

Dominica IV. Adventus. Luc. 3.

Anno quinto decimo Imperii Tiberii. Joannes prædicans. Tom. 1. lib. 3. c. 1

Pro Vigilia, ac feſto Nativitatis cum Octavis. Vide *Decembrem.*

Dominica infra Octav. Nativit. Luc. 2.

ERant Joſeph, & Maria mater JESV mirantes, Simeonis verba. Tom. 1. lib. 2. c. 6. n. 19

Pro feſto Circumciſionis, ac Epiphaniæ. Vide *Januarium.*

Dominica infra Octav. Epiphan. Luc. 2.

Cum factus eſſet JESVS annorum duodecim. Jeſus inter Doctores. Tom. 1. lib. 2. c. 10

Dominica II. poſt Epiphan. Joan. 2.

NVptiæ ſunt in Cana Galilææ. JESUS in nuptiis. Tom. 2. c. 1

Dominica. III. Poſt. Epiphan. Matth. 8.

Cum deſcendiſſet JESVS de monte. Mundatur leproſus. Tom. 2. c. 20

Index Generalis.

Dominica IV. poſt Epiphan.

Matth. 8.

A*Scendente JESV in naviculam, ſecuti ſunt eum diſcipuli.* Sedatur tempeſtas in mari. Tom. 2. c. 24

Dominica V. Poſt Epiphan.

Matth. 13.

S*Eminavit bonum ſemen in agro ſuo.* Superſeminatur zizania. Tom. 3. c. 27

Dominica VI. poſt Epiphan.

Matth. 13.

S*imile eſt regnum cœlorum grano ſinapis.* Granum ſinapis Tom. 3. c. 28

Dominica in Septuageſima.

Matth. 20.

S*imile eſt regnum cœlorum homini patriſamilias.* Operarii ad vineam. Tom. 4 cap. 34

Dominica in Sexageſima.

Luc. 8.

E*Xiit, qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum.* Exiit ſeminator. Tom. 3. c. 26

Dominica in Quinquageſima.

Luc. 18.

E*Cce aſcendimus Jeroſolimam.* Tom. 4. c. 37. *Factum eſt autem, cùm appropinquaret Jericho.* Cæcus apud Jericho. Tom. 4. c. 38

Feria IV. Cinerum.

Matth. 6.

C*Um autem jejunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ.* Jejunandum abſque hypocriſi. Et etiam de verbis Eccleſiæ: *Memento homo.* Tom. 2. c. 16

Feria V.

Matth. 8.

A*Cceſſit ad eum Centurio.* Curatur puer Centurionis. Tom. 3. c. 11

Feria VI. Matth. 5.

A*Udiſtis quia dictum eſt: Diliges proximum tuum.* Inimici diligendi. Tom. 2. c. 14

Sabbatum.

Marc. 6.

E*Rat navis in medio maris.* Jesus ſuper mare. Tom. 2. c. 34.

Dominica I. Quadrageſ.

Matth. 4.

D*Uctus eſt JESVS in deſertum, ut tentaretur à diabolo.* Tentatur Chriſtus. Tom. 1. l. 3. c. 3

Feria II. Matth. 25.

C*Um venerit filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ.* Judicium finale. Tom. 4. c. 50

Feria III. Matth. 21.

C*Um intraſſet JESVS Hieruſalem.* Ejiciuntur vendentes. Tom. 2. c. 2

Feria IV. Matth. 12.

M*Agiſter, volumus à te ſignum videre.* Signum de cœlo. Tom. 3. c. 24

Feria V. Matth. 15.

S*Eceſſit in partes Tyri, & Sydonis.* Mulier Chananæa clamans. Tom. 4. c. 2

Feria VI. Joan. 5.

E*Rat dies feſtus Judæorum.* Paraliticus in piſcina Tom. 3. c. 1

Sabbatum.

Vide *Dominicam ſequentem.*

Dominica II. Quadrageſ.

Matth. 17.

A*Sſumpſit JESVS Petrum, Jacobum, & Joannem.* Transfiguratur Jesus. Tom. 4. cap. 8

Feria II. Joan. 8.

E*Go vado, & quæretis me, & in peccatis veſtris moriemini.* Diſputat Jesus cum Judæis. Tom. 4 c. 16. à n. 45

Feria III. Matth.

S*Uper cathedram Moyſis ſederunt Scribæ.* Arguuntur Phariſæi. Tom. 4. c. 47

Feria. IV. Matth. 20.

A*Sſumpſit JESVS duodecim diſcipulos.* Mater filiorum Zebedæi. Tom. 4. c. 37

Feria. V. Luc. 16.

H*Omo quidam erat dives, qui induebatur purpura.* Dives, & Lazarus. Tom. 4. c. 29

Feria VI.

Matth. 21.

H*Omo erat paterfamilias, qui plantavit vineam.* Parabola vineæ. Tom. 4. c. 43

Sabbatum

Sabbatum. Luc. 15.

HOmo quidam habuit duos filios. Filius prodigus Tom. 4. c. 27

Dominica III. Quadrageſ. Luc. 11.

ERat JESUS ejiciens dæmonium. Dæmonium mutum ejicitur. Tom. 3. c. 22

Feria II. Luc. 4.

VTique dicetis mihi hanc ſimilitudinem. Nemo propheta in patria ſua. Tom. 3 c. 31

Feria. III. Matth. 18.

SI peccaverit in te frater tuus. Fraterna correptio. Tom. 4. c. 11

Feria IV. Matth. 15.

QVare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? De non lotis manibus. Tom. 4. cap. 1

Feria V. Luc. 4.

SVrgens JESUS de Synagoga introivit in domum Simonis. Socrus Petri ſanatur. Tom. 2. cap. 22

Feria VI. Joan. 4.

OPortebat, eum tranſire per Samariam. Vocatur Samaritana. Tom. 2. c. 5

Sabbatum.

Joan. 8.

PErrexit JESVS in montem Oliveti, & diluculo. Mulier adultera. Tom. 4. c. 15

Dominica IV. Quadrageſ.

Joan. 6.

ABiit JESVS trans mare Galilææ. Saturantur quinque millia. Tom. 3. c. 33

Feria II. Joan. 2.

AScendit JESVS Jeroſolymam, & invenit in templo. Ejiciuntur vendentes. Tom. 2. c. 2.

Feria III. Joan. 7.

IAm die feſto mediante, aſcendit JESVS in templum. Jesus in feſto Scenopegiæ. Tom. 4. c. 14. à n. 46.

Feria IV. Joan. 6.

PRæteriens JESVS vidit hominem cæcum. Cæcus à nativitate. Tom. 4. c. 18

Feria V. Luc. 7.

IBat JESVS in civitatem, quæ vocatur Naim Filius viduæ ſuſcitatur. Tom. 3. c. 12

Feria VI. Joan. 11.

ERat quidam languens, nomine Lazarus. Lazarus ſuſcitatur Tom. 4. c. 35

Sabbatum.

Joan. 8.

EGo ſum lux mundi, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris. Lux mundi. Tom. 4. c. 16.

Dominica Paſſionis. Joan. 8.

QVis ex vobis arguet me de peccato? Veritas prædicatur. Tom. 4. c. 17

Feria II. Joan. 7.

MIſerunt Principes, & Phariſæi miniſtros Jesus in feſto Scenopegiæ. Tom. 4. c. 14. à n. 99

Feria III. Joan. 7.

AMbulabat JESVS in Galilæam, non enim volebat in Judæam ambulare. Ambulat Petrus in Galilæam. Tom. 4. c. 14. à n. 1

Feria IV. Joan. 10.

FActa ſunt encænia in Jeroſolymis. Facta Encænia. Tom. 4. c. 31

Feria V. Luc. 7.

ROgabat illum quidam de Phariſæis. Convertitur Magdalena. Tom. 4. c. 15

Feria VI. Joan. 11.

COllegerunt Pontifices, & Phariſæi Concilium Concilium Phariſæorum. Tom. 4. c. 36

Sabbatum. Joan. 12.

COgitaverunt Judæi, ut Lazarum interficerent. Gentiles Jesum volunt videre. Tom. 4. c. 42

Dominica in Palmis.

Matth. 21.

CVm appropinquaſſet JESVS Jeroſolymis. Triumphus in Jeruſalem. Tom. 4. c. 40

Feria II. Joan. 12.

ANte ſex dies Paſchæ, venit JESVS Bethaniam. Unctio Magdalenæ. Tom. 5. lib. 7. cap. 1

Feria III.

Pro lachrymis D. Petri.

Marc. 14.

ET cœpit flere. Lachrymæ D. Petri. Tom. 5. lib. 8. cap. 5

Feria IV.

Pro Bono Latrone.

Luc. 23.

DOmine memento mei, cùm veneris in regnum tuum. Bonus Latro. Tom. 5. lib. 8. c. 16

Feria V.

Mandatum.

Joan. 13.

ANte diem feſtum Paſchæ. Pedum ablutio. Tom. 5. lib. 7. c. 5

Nocte

Index Generalis.

Nocte.

Pro Domini paſſione.

Vide Tom. 5. totum librum octavum.

Feria VI. in Paraſceve.

Pro depoſitione Jesu à cruce, ac ſepultura ejus.

Matth. 27.

V*Enit quidam homo dives ab Arimathæa.* Deponitur Jesus à cruce. Tom. 5 lib.8.c.21

Veſpere.

Pro dolore, ac ſolicitudine Beatæ Virginis Mariæ.

Vide Tom. 5. lib 8. c. 22.

Dominica Reſurrectionis.

Marc. 16.

M*Aria Magdalene, & Maria Jacobi.* Jesus reſurgens. Tom. 5. lib. 9. c. 1

Feria. II.

Prima Octava Paſchæ.

Luc. 14.

D*Vo ex diſcipulis JESV ibant ipſa die in Caſtellum.* Diſcipuli in Emmaus. Tom. 5. lib. 9. cap. 3.

Feria III. poſt Paſcha.

Luc. 24.

S*Tetit JESVS in medio diſcipulorum ſuorum.* Diſcipuli congregati. Tom. 5. lib. 9. c. 4.

Peria IV. poſt Paſcha.

Joan. 21.

M*Anifeſtavit ſe iterum JESVS diſcipulis ſuis.* Diſcipuli ad mare Tiberiadis. Tom. 5. l. 9. c. 6.

Feria V. poſt Paſcha.

Joan. 20.

M*Aria ſtabat ad monumentum.* Maria Magdalene foris plorans. Tom. 5. lib. 9. c. 2

Feria VI. poſt Paſcha.

Matth. 28.

U*Ndecimo diſcipuli abierunt in Galilæam* Data eſt omnis poteſtas. Tom. 5. lib. 9. c. 9

Sabbatum.

Joan. 20.

U*Na ſabbati Maria Magdalene venit mane* Currunt Petrus, & Joannes. Tom. 5. l. 9. c. 2

Dominica in Albis.

Joan. 20.

C*Vm ergo ſerò eſſet die illa, una ſabbatum.* Jesus cum diſcipulis, & Thomas Apoſtolus cum eis. Tom. 5. lib. 9. c. 4. & 5

Dominica II. poſt Paſcha.

Joan. 10.

E*Go ſum Paſtor bonus.* Paſtor bonus. Tom. 4. c. 19. à n. 46

Dominica III. poſt Paſcha.

Joan. 16.

M*Odicum, & jam non videbitis me.* Modicum & non videbitis me. Tom. 5. lib. 7. c. 1.

Dominica IV. poſt Paſcha.

Joan. 16.

V*Ado ad eum qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me.* Vado ad eũ. Tom 5. lib. 7. c. 17

Dominica V. poſt Paſcha.

Joan. 16.

S*I quid petieritis Patrem in nomine meo.* Si quid petieritis. Tom. 5. lib. 7. c. 19

Litaniæ Majores.

Luc. 11.

Q*Vis veſtrûm habebit amicum*; Petens panes. Tom. 4. c. 20

Vigilia Aſcenſionis.

Joan. 17.

S*Vblevatis JESVS oculis in cœlum, dixit.* Chriſti oratio in cœnaculo. Tom. 5. lib. 7. c. 20

Aſcenſionis Feſtum.

Marc. 16.

R*Ecumbentibus undecim diſcipulis* Jesus aſcendens in cælum. Tom. 5. lib. 9. c. 10

Dominica infra Octav. Aſcenſionis

Joan. 15.

C*Vm venerit Paracletus, quem ego mittam vobis.* Cum venerit Paracletus. Tom. 5. l. 7. c. 16

Vigilia Pentecoſtes.

Joan. 14.

S*I diligitis me mandata mea ſervate, & ego rogabo Patrem.* Non reliquendi orphani. Tom. 5. lib. 7. c. 12

Pentecoſtes Feſtum.

Joan. 14.

S*I quis diligit me ſermonem meum ſervabit* Diligens ſervat mandata. Tom. 5. l. 7. c. 13

Feria II.

Prima Octava Pentecoſtes.

Joan. 3.

S*Ic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret* Jesus, & Nicodemus. Tom. 5. c. 3. à n. 222

Feria. III. poſt Pentecoſt.

Joan. 10.

Q*Vi non intrat per oſtium in ovile ovium.* Bonus Paſtor. Tom. 4. c. 19

Feria IV. poſt Pentecoſt.

Joan. 6.

N*Emo poteſt venire ad me, niſi Pater traxerit eum.* Sermo Euchariſticus. Tom 3. c. 35. à n. 129

Feria V. poſt Pentecoſt.

Luc. 9.

C*Onvocatis JESVS duodecim Apoſtolis, dedit illis virtutem,* Apoſtoli ad iter. Tom. 3. c. 7

Feria

Feria VI. poſt Pentecoſt.

Luc. 5.

F*Actum eſt in una dierum, & JESUS ſedebat docens.* Oblatus paraliticus. Tom. 2. c. 26

Sabbatum poſt Pentecoſt.

Luc. 4.

I*Ntroivit in domum Simonis.* Sanatur ſocrus Simonis. Tom. 2. c. 22

Feſtum Sanctiſſimæ Trinitatis.

Matth. 28.

D*Ata eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra.* Prædicatur Myſterium Trinitatis. Tom. 5. lib. 9. c. 9

Dominica I. poſt Pentec.

Luc. 6.

E*Stote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt.* De proximis non judicandum Tom. 2. c. 18

Feſtum Corporis Chriſti.

Joan. 6.

C*Aro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus.* Sermo Euchariſticus. Tom. 3. c. 35. à n. 188

Dominica II. poſt Pentec. & infra Octav. Corporis Chriſti.

Luc. 14.

H*Omo quidam fecit cœnam magnam.* Cœna magna. Tom. 4. c. 24

Dominica III. poſt Pentec.

Luc. 15.

E*Rant appropinquantes ad JESUM publicani.* Ovis perdita. Tom. 4. c. 26

Dominica IV. poſt Pentec.

Luc. 5.

C*Um turba irruerent in JESUM, ut audirent verbum Dei.* Piſcatur Petrus in Geneſareth. Tom. 2. c 7

Dominica V. poſt Pentec.

Matth. 5.

N*Iſi abundaverit juſtitia veſtra* Abundet juſtitia, dimittatur ira. Tom. 2. c. 12

Dominica VI. poſt. Pentec.

Marc. 8.

C*Um turba multa eſſet cum JESU.* Saturantur quatuor millia. Tom. 4. c. 4

Dominica VII. poſt Pentec.

Matth. 7.

A*Ttendite à falſis Prophetis.* Fugiendum à falſis Prophetis. Tom. 2. c. 19

Dominica VIII. poſt Pentec.

Luc. 16.

H*Omo quidam erat dives, qui habebat villicum.* Villicus iniquitatis. Tom. 4. c. 28.

Dominica IX. poſt Pentec.

Luc. 19.

V*Idens civitatem, flevit ſuper illam.* Fletus ſuper civitatem. Tom. 4. c. 41

Dominica X. poſt Pentec.

Luc. 18.

D*Ixit JESUS ad quoſdam, qui in ſe confidebant, tanquam injuſti.* Phariſæus, & Publicanus. Tom. 4. c 30

Dominica XI. poſt Pentec.

Marc. 7.

E*Xiens JESUS de finibus Tyri, venit per Sidonem.* Inter medios fines Decapoleos Tom. 4. c. 3

Dominica XII. poſt Pentec.

Luc. 10.

B*Eati oculi, qui vident, quæ vos videtis.* Incidens in latrones. Tom. 3. c. 21

Dominica XIII. poſt Pentec.

Luc. 17.

D*Um iret JESUS in Jeruſalem, tranſibat per mediam Samariam.* Decem leproſi curantur. Tom. 4. c. 13

Dominica XIV. poſt Pentec.

Matth. 6.

N*Emo poteſt duobus dominis ſervire.* Non eſt ſerviendum duobus dominis. Tom. 2. c. 17.

Dominica XV. poſt Pentec.

Luc. 7.

I*Bat JESUS in civitatem, quæ vocatur Naim.* Filius viduæ ſuſcitatur. Tom. 3. c. 12

Dominica XVI. poſt Pentec.

Luc. 14.

C*Um intraret JESUS in domum cujuſdam Principis Phariſæorum.* Curatur Hydropicus. Tom. 4. c. 23

Dominica XVII. poſt Pentec.

Matth. 22.

I*Nterrogavit eum unus ex eis legis Doctor.* Charitatis mandatum. Tom. 4. c. 46

Dominica XVIII. poſt Pentec.

Matth. 9.

A*Scendens JESUS in naviculam transfretavit.* Oblatus paraliticus ſanatur. Tom. 2. c. 26

Dominica XIX. poſt Pentec.

Matth. 22.

S*Imile factum eſt regnum cælorum homini Regi, qui fecit nuptias filio ſuo.* Nuptiæ filii Regis. Tom. 4. cap. 44

Dominica XX. poſt Pentec.

Joan. 4.

E*Rat quidam Regulus, cujus filius infirmabatur.* Sanatur filius Reguli. Tom. 2. c. 6

Dominica XXI. poſt Pentecoſt.

Matth. 18.

S*Imile eſt regnum cælorum homini Regi, qui voluit rationem ponere cum ſervis.* Servus nequam Tom. 4 c. 12

Dominica XXII. poſt Pentecoſt.

Matth. 22.

M*Ittunt diſcipulos ſuos cum Herodianis.* Tributum Cæſaris. Tom. 4. c. 45

Dominica XXIII. poſt Pentecoſt.

Matth. 9.

E*Cce Princeps unus acceſſit, & adorabat eum* Archiſynagogi filia reſuſcitatur. Tom. 2. c. 29

Dominicæ, quæ ſuperſunt poſt Epiphaniam, hîc ponendæ.

Dominica XXIV. poſt Pentecoſt.

Matth. 24.

C*Um videritis abominationem deſolationis.* Antichriſtus prænunciatur. Tom. 4. c. 49.

MENSIUM FESTIVITATES PECULIARES.

DECEMBER.

Feſtum Conceptionis B. Virginis Mariæ.

Matth. 1.

L*IBER generationis JESV Chriſti.* Tom. lib. 1. c. 2. de Conceptione. cap. 3.

Expectatio B. Virginis. Luc. 1.

M*Iſſus eſt Angelus Gabriel à Deo ad Mariam Virginem.* Annunciatio ad Virginem Tom. 1. lib. 1. c. 5

S. Thomas Apoſtolus. Matth. 20.

T*Homas unus de duodecim, qui dicitur Dydimus.* Thomas Apoſtolus. Tom. 5. lib. 9. c. 5

Vigilia Nativitatis.

Matth. 1.

C*Um eſſet deſponſata Mater JESV Maria Joſeph.* Somnus Joſeph. Tom. 1. lib. 1. c. 10

Nativitas Domini.

Pro prima Miſſa.
Luc. 2.

E*Xiit edictum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur univerſus orbis.* Naſcitur Chriſtus. Tom. 1. lib. 2. c. 1

Pro ſecunda Miſſa.
Luc. 2.

P*Aſtores loquebantur ad invicem.* Paſtorum adoratio. Tom. 1. lib. 1. c. 3

Pro tertia Miſſa. Joan. 1.

I*N principio erat verbum, & verbum erat apud Deum.* Generatio æterna. Tom. 1. lib. 1. c. 1

S. Stephanus Protomart.

Matth. 23.

E*Cce ego mitto ad vos Prophetas, & ſapientes.* Arguuntur Phariſæi. Tom. 4. c. 47. à n. 31

S. Joannes Evangeliſta.

Joan. 21

C*Onverſus Petrus vidit illum diſcipulum ſequentem.* Joannes Evangeliſta. Tom. 5. lib. 9. cap. 8

Sancti Innocentes.

Matth. 2.

A*Ccipe puerum ejus & matrem, & fuge in Ægyptum.* Occiduntur infantes. Tom. 1. lib. 2. cap 8

S. Thomas Epiſcop. & Mart.

Joan. 10.

E*Go ſum Paſtor bonus: bonus Paſtor animam dat.* Bonus Paſtor. Tom. 4. c. 19. à n. 46

JANVARIUS.

Circumciſio Domini.

Luc. 2.

P*Oſtquam conſummati ſunt dies octo.* Circumciditur Chriſtus. Tom. 1. lib. 2. c. 3

Vigilia Epiphaniæ.

Matth. 2.

D*Efuncto Herode, Ecce Angelus Domini.* Reditus in Nazareth. Tom. 1. lib. 2. c 9

Epiphania Domini.

Matth. 3.

C*Um natus eſſet JESVS in Bethlehem Juda.* Adoratio Magorum. Tom. 1. lib. 2. c. 4

Pro Dominica infra Octavam.

Vide *Dominica.*

Octava Epiphaniæ.

Joan. 1.

V*Idit Joannes JESVM venientem ad ſe.* Joannis teſtimonium. Tom. 1. lib. 2. c 5

Matth. 3.

T*Unc venit JESVS à Galilæa in Jordanem* Chriſtus Jesus baptizatur. Tom. 1. l. 3. c. 2

S. Paulus primus Eremita.

Matth. 11.

C*Onfiteor tibi Pater, Domine cæli, & terræ.* Confiteor tibi Pater. Tom. 3. c. 20

Cathedra

Cathedra S. Petri.

Matth. 16.

V*Enit JESUS in partes Cæſareæ Philippi.* Petri Confeſſio. Tom. 4. c. 5

S. Polycarpus.
Matth. 10.

N*Ihil opertum, quod non revelabitur, & occultum, quod non ſcietur.* Occultum revelandum. Tom. 3. c. 9. à n. 53

FEBRUARIUS.

Purificationis Virginis Mariæ Feſtum.
Luc. 2.

P*Oſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ.* Purificatio Virginis. Tom. 1. lib. 2. c. 5.

S. Valentinus Martyr.
Matth. 10.

N*Olite arbitrari, quia venerim pacem mittere in terram.* Mittitur gladius in terram. Tom. 5. c. 10

S. Matthias Apoſtolus.
Matth. 11.

C*Onfiteor tibi, Pater, Domine cœli, & terræ.* Confiteor tibi Pater. Tom. 3. c. 20

MARTIUS.

S. Joſeph ſponſus B. Virginis.
Matth. 1.

C*Um eſſet deſponſata mater JESU Maria Joſeph.* Somnus Joſeph. Tom. 1. lib. 1. c. 10

Sanctus Joachimus.
Matth. 1.

L*Iber generationis JESU Chriſti.* Temporalis Chriſti generatio. Tom. 1. lib. 1. c. 2

Annunciatio B. Virg. Mariæ.
Luc. 1.

M*Iſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ.* Annunciatio ad Virginem. Tom. 1. lib. 1. c. 5

APRILIS.

S. Franciſcus de Paula.
Luc. 12.

V*Bi theſaurus veſter, ibi & cor veſtrum.* Non theſaurizandum in terra. Tom. 2. c. 16. n. 58

S. Anicetus Papa.
Joan. 16.

D*Ico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos.* Poſt triſtitiam gaudium. Tom. 5. l. 7. c. 18 à num. 44

Feſtum Gaudiorum B. Virg. Mariæ.

Joan. 19.

S*Tabat juxta crucem JESU Mater ejus.* Deipara juxta crucem. Tom. 5. lib. 8. c. 17

S. Marcus Evangeliſta.

Luc. 10.

D*Eſignavit Dominus alios ſeptuaginta duos.* Deſignantur ſeptuaginta duo diſcipuli. Tom. 3. c. 18

MAIUS.

Sancti Apoſtoli Philippus, & Jacobus.
Joan. 14.

N*On turbetur cor veſtrum, Creditis in Deum.* Thomas, & Philippus interrogant. Tom. 5 lib. 7. c. 11

S. Athanaſius Epiſcop.
Marc. 10.

C*Um perſequentur vos in civitate iſta, fugite in aliam.* Fugiendum in aliam civitatem. Tom. 3. c. 9

Inventio S. Crucis.
Joan. 3.

E*Rat homo ex Phariſæis, Nicodemus nomine* Jesus, & Nicodemus. Tom. 2. c. 3

Sancta Monica.
Luc. 7.

I*Bat JESUS in civitatem quæ vocatur Naim.* Filius viduæ ſuſcitatur. Tom. 3. c. 12

S. Joannes ante portam Latinam.
Matth. 20.

A*Cceſſit ad JESUM mater filiorum Zebedæi.* Filij Zebedæi. Tom. 4. c. 37

Apparitio S. Michaëlis.
Matth. 18.

A*Cceſſerunt diſcipuli ad JESUM dicentes. Quis, putas, major eſt?* Major in regno cœlorum. Tom. 4. c. 19

Sancti Nereus, & Achilleus.
Joan. 4.

E*Rat quidam Regulus, cujus filius infirmabatur Capharnaum.* Filius Reguli ſanatur. Tom. 2. c. 6

IUNIUS.

Sancti Primus, & Felicianus.

Matth. 11.

C*Onfiteor tibi, Pater, Domine cœli & terræ.* Confiteor tibi, Pater. Tom. 3. 10

S. Barnabas Apoſtolus.
Matth. 10.

E*Cce ego mitto vos, ſicut oves in medio luporum* Oves inter lupos. Tom. 3. c. 2

B. Eliſæus Propheta.
Luc. 4.

M*Edice, cura te ipſum.* Nemo Propheta in patria ſua. Tom. 3. c. 31

Sancti Vitus & Modeſtus.

Luc. 10.

R*Everſi autem ſeptuaginta duo. Domine etiam dæmonia.* Redeunt ſeptuaginta duo To. 3. cap. 19

S. Marcus & Marcellianus.

Luc. 11.

P*Ropterea ſapientia dixit : Mittam ad illos Prophetas*, Arguuntur Phariſæi. Tom. 4.c.47

Vigilia S. Joannis Baptiſtæ.

Luc. 1.

F*Vit in diebus Herodis, Regis Judææ Sacerdos quidam.* Annuntiatur Præcurſor. Tom. 1. lib. 1. cap. 4

Nativitas S. Joannis Baptiſtæ

Luc. 1.

E*Lizabeth impletum eſt tempus pariendi.* Naſcitur Præcurſor. Tom. 1.lib.1.c.8

Vigilia Apoſtolorum Petri, & Pauli.

Joan. 21.

S*Imon Joannis diligis me plus his?* Petri pontificatus. Tom. 1. lib. 9. c. 7

S. Petrus & Paulus Apoſtoli.

Matth. 16.

V*Enit JESVS in partes Cæſareæ Philippi.* Petri confeſſio. Tom. 4. c. 5

Commemoratio S. Pauli.

Matth. 10.

E*Cce ego mitto vos, ſicut oves in medio luporum.* Oves inter lupos. Tom.3.c.8

IVLIVS.

Viſitatio B. Virginis Mariæ.

Luc. 1.

E*Xurgens Maria abjit in Montana cum feſtinatione.* Viſitatio ad Elizabet. Tom.1.lib.1. c. 6

Octava Apoſtolorum.

Matth. 14.

I*Vſſit J E S V S diſcipulos ſuos aſcendere in naviculam.* Jesus ſuper mare. Tom. 3. c.34

Septem Fratres.

Matth. 12.

E*Cce mater ejus, & fratres ſtabant foris, quærentes loqui ei.* Mater, & fratres. Tom.3.c 25.

Commemoratio ſolemnis B. Virginis Mariæ de Monte Carmelo.

Luc. 11.

B*Eatus venter, qui te portavit.* Beatus venter Tom.3.c.23. Et pro Carmelitana familia, vide ibi à quæſt. 26

S. Elias Patriarcha Carmelitarum.

Luc. 4.

M*Edice, cura te ipſum.* Nemo Propheta in patria ſua. Tom. 3.c.31

S. Maria Magdalena.

Luc. 7.

R*Ogabat JESVM quidam Phariſæus, ut manducaret cum illo.* Convertitur Magdalena Tom. 3. c. 15

S. Apolinar. Epiſcop. & Martyr.

Luc. 22.

F*Acta eſt contentio inter diſcipulos, quis eorum videretur eſſe major.* Contentio inter diſcipulos. Tom. 5. lib. 7. c.8

S. Jacobus Apoſtolus.

Matth. 20.

A*Cceſſit ad JESVM mater filiorum Zebedæi* Filii Zebedæi. Tom.4.c.37

Sancta Martha.

Luc. 10.

I*Ntravit JESVS in quoddam Caſtellum.* Jesus hoſpes Marthæ Tom. 3. c. 16

AVGVSTVS.

S Petrus ad Vincula.

Ut in ejus feſtivitate Junii.

Feſtum Beatæ Virginis Mariæ ad Nives.

Luc. 11.

B*Eatus venter qui te portavit.* Beatus venter Tom. 3. c. 23

Transfiguratio D. N. Jeſu Chriſti.

Matth. 17.

A*Sſumpſit JESVS Petrum & Jacobum, & Joannem.* Transfiguratur Jesus. Tom.4.c.8

Sancti Cyriacus, Largus, & Smaragdus.

Marc. 16.

E*Vntes in mundum univerſum, prædicate Evangelium omni creaturæ.* Credentes miracula operantur. Tom. 5. lib. 9. c. 10

Vigilia Aſſumptionis.

Ut in feſto B. Virginis ad Nives.

Aſſumptio Beatæ Virginis.

Luc. 10.

I*Ntravit JESVS in quoddam Caſtellum.* Jesus hoſpes Marthæ. Tom. 3. c. 16

S. Bartholomæus Apoſtolus.

Luc. 6.

E*Xiit JESVS In montem orare, & erat pernoctans.* Eliguntur Apoſtoli. Tom. 4. c. 5

Decollatio

Decollatio S. Joannis Baptiſtæ.
Marc. 6.

M*Iſit Herodes, ac tenuit Joannem.* Incarceratur Baptiſta. Tom. 2. c. 4
Cum dies opportunus accidiſſet, Herodes natalis ſui. Baptiſtæ mors. Tom 3. c 32

Sancti Felix, & Adauctus.
Joan. 10.

R*Everſi ſunt ſeptuaginta duo cum gaudio, dicentes,* Redeunt ſeptuaginta duo. Tom. 3. cap. 19

SEPTEMBER.

Nativitas B. Virginis Mariæ.
Matth. 1.

L*Iber generationis JESU Chriſti, filii David.* Temporalis generatio Chriſti. Tom. 1. l. 1. c. 2. Et de Nativitate Virginis c. 3. quæſt. 3.

Exaltatio Sanctæ Crucis.
Joan. 12.

N*Unc judicium eſt mundi, nunc princeps hujus mundi ejicietur foras.* Exaltatus à terra. Tom. 4. c 42

Vigilia S. Matthæi Apoſtoli.
Luc. 5.

V*Idit publicanum, nomine Levi.* Vocatur Matthæus. Tom. 2. c 27

D. Matthæus Apoſtolus.
Matth. 9.

V*Idit JESUS hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine.* Adducitur D. Matthæus. Tom. 2. cap. 27

Dedicatio Sancti Michaëlis.
Matth. 18.

Q*Uis putas, major eſt in regno cœlorum?* Major in regno cœlorum. Tom. 4 c. 10

OCTOBER.

S. Franciſcus Confeſſor.
Matth. 11.

C*Onfiteor tibi, Pater, Domine cæli & terræ.* Confiteor tibi Pater. Tom. 3. c. 20

S. Lucas Evangeliſta.
Luc. 10.

D*Eſignavit Dominus & alios ſeptuaginta duos* Deſignantur ſeptuaginta duo. Tom. 3 c. 18

Sancti Apoſtoli, Simon & Judas,
Joan. 15.

H*Æc mando vobis, ut diligatis invicem.* Præceptum invicem diligendi. Tom. 5. l. 7. c. 15

Vigilia omnium Sanctorum.
Luc. 6.

D*Eſcendens JESUS de monte, ſtetit in loco campeſtri.* Sermo in loco campeſtri. Tom. 3. c. 6

NOVEMBER.

Feſtum omnium Sanctorum.
Matth. 5.

V*Idens JESUS turbas, aſcendit in montem.* Sermo ic Monte de octo Beatudinibus. Tom. 2. c. 10.

Dedicatio Baſilicæ Salvatoris.
Luc. 19.

E*Cce vir, nomine Zachæus.* Zachæus in via Tom. 4. c. 39

Præſentatio B. Virginis.
Ut in feſto ad Nives menſe Auguſti.

Vigilia S. Andreæ Apoſtoli.
Joan. 1.

S*Tabant Joannes, & ex diſcipulis ejus duo.* Tertium Joannis teſtimonium. Tom. 1. lib. 3. cap. 6

S. Andreas Apoſtolus.
Matth. 5.

A*Mbulans JESUS juxta mare Galilææ vidit duos fratres.* Vocantur Petrus, & Andreas Tom. 2. c. 8.

COMMUNE SANCTORUM.

Vigilia Apoſtolorum.
Joan. 15.

H*Oc eſt præceptum meum, ut diligatis invicem.* Præceptum invicem diligendi. Tom. 5. lib. 7. c. 15

Commune unius Martyris.
Luc. 14.

S*I quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem.* Odiens patrem, & matrem, Tom. 4. c. 25

Pro eodem communi unius Martyris.
Matth. 16.

S*I quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum* Propria abnegatio. Tom. 4. c. 7

Pro eodem uno Martyre.
Matth. 10.

N*Olite arbitrari, quia venerim pacem mittere in terram.* Mittitur gladius in terram. Tom. 3. c. 10

Pro eodem uno Martyre.

Matth. 10.

N*Ihil opertum, quod non revelabitur, & occultum, quod non ſcietur.* Adverſarii non timendi. Tom.3.c.9.à n.53

Pro eodem uno Martyre.

Joan. 12.

N*Iſi granum frumenti cadens in terram.* Granum frumenti. Tom. 4. c. 42

Tempore Paſchali.

Joan. 15.

E*Go ſum vitis vera, & Pater meus agricola eſt.* Vitis & palmites. Tom.5.l.7.c.14

Pro pluribus Martyribus.

Tempore Paſchali.

Joan. 15.

E*Go ſum vitis, vos palmites.* Vitis & palmites. Tom. 5. l. 7. c. 14

Pro Pluribus Martyribus.

Joan. 16.

D*Ico vobis: quia plorabitis & flebitis vos.* Poſt triſtitiam gaudium. Tom.5.l.7.c.18. à n. 44

Pro eiſdem pluribus Martyribus.

Luc. 6.

D*Eſcendens JESVS de Monte, ſtetit in loco campeſtri.* Sermo in loco campeſtri Tom.3. cap. 6

Pro eiſdem pluribus Martyribus.

Matth. 24.

S*Edente JESV ſuper Montem, acceſſerunt ad eum diſcipuli.* Prælia audienda. Tom. 2. cap. 48

Pro eiſdem pluribus Martyribus.

Matth. 5.

V*Idens JESVS turbas, aſcendit in montem, & cum ſediſſet.* Octo beatitudines prædicantur. Tom. 2. c. 10

Pro eiſdem pluribus Martyribus.

Matth. 11.

C*Onfiteor tibi, Pater, Domine cœli & terræ.* Confiteor tibi Pater. Tom.3.c.20

Pro eiſdem pluribus Martyribus.

Luc. 11.

P*Ropterea ſapientia Dei dixit: Mittam ad illos Prophetas,* Juſtorum ſanguis effuſus. Tom.4. cap. 47. à n. 31

Pro eiſdem pluribus Martyribus.

Luc. 10.

R*Everſi ſunt autem ſeptuaginta duo cum gaudio.* Redeunt ſeptuaginta duo. Tom. 3.c.19

Pro eiſdem pluribus Martyribus.

Luc. 12.

N*Ihil opertum, quod non revelabitur, & occultum, quod non ſcietur.* Occultum revelandum. Tom.3.c.9.à n.53

Pro Confeſſore, ac Pontifice.

Matth. 25.

H*Omo quidam peregre proficiens, vocavit ſervos ſuos.* Talenta diſtributa. Tom. 4. cap. 52

Pro communi Doctorum.

Matth. 5.

V*Os eſtis ſal terræ.* Commendantur Præſules Eccleſiaſtici. Tom. 2. cap. 11

Pro Communi Confeſſoris non Pontificis.

Luc. 12.

S*Int lumbi veſtri præcincti.* Lumbi præcincti. Tom. 4. c. 22

Pro eodem communi Confeſſoris non Pontificis.

Luc. 12.

F*Acite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt.* Theſaurizandum in cœlo. Tom.2.c.16.n.58

Pro eodem communi Confeſſoris non Pontificis.

Matth. 19.

E*Cce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.* Reliquimus omnia. Tom. 4. c. 33

Pro communi Virginis, & Martyris.

Matth. 25.

S*Imile eſt regnum cœlorum decem Virginibus* Decem. Tom.4.c. 51

Pro eodem Communi Virginis, & Martyris.

Matth. 13.

S*Imile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito.* Theſaurus abſconditus. Tom.3.c.29

Pro communi unius Matronæ.

Matth. 12.

E*Cce Mater, & fratres ſtabant foris.* Mater & Fratres. Tom. 3. c. 25

In communi dedicationis Eccleſiæ.

Luc. 19.

E*Cce vir nomine Zachæus, & hic princeps erat,* Zachæus in via. Tom.4.c.39

Pro B. Virg. in Adventu.

Luc. 1.

M*Iſſus eſt Angelus Gabriel à Deo.* Annunciatio ad Virginem. Tom.1.lib.1.c.5

Pro B. Virg. per Annum.

Luc. 11.

B*Eatus venter, qui te portavit.* Beatus venter. Tom. 3 cap. 23

Pro Beata Virgine.

Tempore Paſchali.

Joan. 19.

S*Tabant juxta crucem Jeſu mater ejus.* Deipara juxta crucem. Tom. 5. lib. 8. 6. 17

Pro quinque plagis Chriſti Domini.

Joan. 19.

I*Vdæi ergo, quoniam Paraſceve erat.* Lancea latus aperitur. Tom. 5. lib. 8. c. 20

FINIS.

BS 2335 S85 1697 t.5
Sylveira, Joannes da
Opera Omnia

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY